
SEMINAR
EXBIBL
CONCIL.
COMP



binding
PNR—

IVRIS CIVILIS SEPTIMVS TOMVS, NVNC VERO SEXTVS,

continens abſolutiſſimum

INDICEM ET SVMMAM RERVM AC VERBORVM OMNIVM,

quæ continentur tam in Textu, quàm in Gloßis totius Iuris Ciuilis, maxima diſtinctione contextum.

Vtiliſſimum ad inueniendum cuiuſque legalis materiæ fontem.

Authore STEPHANO DAOYZ Pampilonenſi.

Proſtat hæc Editio multò quàm anteà concinnior reddita, & ab infinitis quibus ſcatebat mendis grauiter vindicata. Porrò cur hic Tomus dicatur Sextus, auerſa pagina indicabit.



LVGDVNI,
Sumptibus Petri Landry.

M. DCXII.

Cum Priuilegio Chriſtianiſſimi Franc. & Nauar. Regis.

TYPOGRAPHVS LECTORI.


VONIAM nuperæ totius IVRIS CIVILIS editiones sextum illius Volumen euulgarunt, in quo permulta vel parum vtilia, vel omninò non necessaria continebantur, expedire visum est, ex eis deligere quæ maximè prodessent. Idcirco factum, ex Iurisconsultorum quos consuluimus grauissimorum, eruditissimorúmque sententia, vt quæcunque materiæ reliquis Voluminibus propriæ iudicarentur, ad calcem vniuscuiusque annexæ fuerint, quod omnium commodo vsui cedit. Et de hoc quidem monitum hîc te voluimus (Lector IVRIS amantissime) vt ampliùs Sextum illum Tomum separatim non quæras, quem ita absorptum vtiliorem habes; sed hunc eius nomine inscriptum agnoscas, qui alioquin Septimus, ex prima ipsius Authoris inscriptione, quam & retinuimus. Semper vale,& laboribus nostris fruere.



ILLVSTRISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO DOMINO D. CHRISTOPHORO SANDOVALI, ET ROXAS CEÆ DVCI,

Philippi III. Hiſpaniarum Regis à Cubiculo;

STEPHANVS DAOYZ Pampilonenſis.



VMANA Diuinis adiuncta maximam (Dux excellentiſſime) iucunditatem ac fructus vberrimos nobis adducunt. Hinc diuinitùs factum eſſe videtur, vt nihil per ſe ipſe poſſit homo ſine ope Diuina non modò perfectum, ſed ne à vitij quidem labe remotum. Nihil meæ profectò vires imbecilles quidem ipſæ per ſe valuiſſent in hoc Iuris Ciuilis pelago transfretare, niſi ſingulari Dei beneficio mihi contigiſſet, vt hoc opus iamdiu incœptum perfeciſſem, atque ad optatum finem perduxiſſem. Multis hortantibus in lucem edere decreui. Iuris Ciuilis ſtudioſis ac forenſium cauſſarum patronis non inutile fore cenſeo. Quare Deo Optimo Max. quidquid inſit in eo boni, ab omnibus, qui inde vel commodi, vel ſcientiæ quidpiam hauſerint, acceptum libentiſſimè referri percupio. Vt verò hoc meum conſilium cum Diuinis humana coniungendi ſuum finem faciliùs aſſequatur, hominis profectò illius nomine opus hoc inſigniri duxi maximè opportunum, qui tanto inter homines ſplendore verſetur, & tot tantiſque muneribus exornetur, vt imaginem in illo Diuinam præclariſſimè elucere, qui ipſum nouerint, veriſſimè fateantur. Quapropter de hoc meo opere dicando cogitanti mihi, tu ipſe ſtatim veniſti in mentem (Princeps optime & ampliſſime) cui iure optimo deberetur. Nam vt omittam te ſummo ac Regio ſanguine ortum, tuóſque maiores innumeros viros fortiſſimos ac belli ea laude præſtantiſſimos enituiſſe, id vnum quod tuum eſt, neque cum aliis communicandum, plurimùm profectò valere intelligo. Quis enim ſummam in te religionem ac pietatem Chriſtianam elucere, téque rerum Diuinarum ſtudioſiſſimum eſſe ignoret? Quis illum animi tui in Deum Opt. Maxi. ardorem non ſuſpiciat & admiretur? Hinc factum eſt, vt Hiſpaniarum Rex Philippus III. virtutum tuarum, animíque tui ac præſtantiſſimi ſplendore perſpecto, intimum te Cubiculi ſui familiarem delegerit, téque ſummo honore affecerit, cùm poſt obitum illuſtriſſimi & excellentiſſimi Principis, Franciſci Sandoualis & Roxas Lermæ Ducis, Deniæ Marchionis viri optimi & præſtantiſſimi patris tui, te totius Equeſtris militiæ Hiſpaniæ, Ducem primum, ac Capitaneum generalem nominauerit. Hunc tu virum ampliſſimum tibi in omnibus rationibus tuis ad imitandum proponis, & cùm illius eximium quoddam ſimulacrum exprimas ac referas; non modò illius filius primogenitus omnium bonorum heres atque ſucceſſor exiſtis, verùm etiam ſingulares illius virtutes, quæ in illo maxima omnium admiratione elucent, perſequeris, & penè attingis. Sperare igitur poſſum fore, vt hoc meum opus inſtar obſcuri Lunæ orbis in te potiſſimùm tanquàm in Solis iubar vergens, lucis tuæ radiis illuſtretur. Itaque illud equidem ad te ſummum virum libentiſſimè defero, & fore confido, vt non ſolùm illud tibi pro tua benignitate atque clementia, ſed me ipſum quoque tuendum ſuſcipias, & maxima tua hilaritate complectaris. Neque enim verendum eſt, ne à tua præclariſſima humanitate ac virtutibus eximiis non oriatur lux tanta, quæ meas tenebras valeat illuſtrare. Ego verò quidquid in me ſit facultatis, id tibi totum dico, ac tibi fore paratiſſimum recipio. Vale.

LECTORI.


BSOLVTISSIMVM Indicem & Summam omnium, quæ continentur in Textu & Glossis Iuris Ciuilis exactissimè contexuimus, vt vix notatu dignum omissum reperiatur: in qualibet dictione, vel alia ei simili inuenies omne id, quod in materia talis dictionis in Iure fuerit constitutum, & quoties sub aliqua dictione quamplurimæ connectuntur conclusiones, vt facillimè quamlibet illarum inuenire possis, distinximus eas per suas materias, notando in principio summaria talium materiarum, & in margine numeros vnicuique numero tribuentes decem conclusiones, vel paulò plures: at cùm in aliqua conclusione sunt variæ, diuersæ, vel contrariæ sententiæ in glossis & inter Doctores, in calce talium conclusionum apposuimus hanc † notam, ad designandum, quòd super ea conclusione sunt varij, vel contrarij Doctores, & glossæ inter se, & sequuti sumus opinionem, quam Bartolus, & alij in eo loco magis comprobant: quando verò reprobatur glossa, adduximus Doctorum sententiam ita notando † reprob. gloss. intellige quòd Bartolus, & alij Doctores eam sententiam tenent reprobata glossa. Quod quidem opus non inutile fore censuimus. Quare in lucem dare curauimus. Suscipe igitur beneuolo animo munus hoc, quod nos æquo animo tibi tradimus. Vale.

EPIGRAMMA CVIVSDAM P. E S. I. IN LAVDEM AVTHORIS ET OPERIS.

Author quis libri, qualis liber ipse legendo,
Si cupias nosces; dicit vtrumque liber.
Nobilis est author Daoyz; quem Curia tota
Nauarræ ingenuum nobilitate canit.
Vtilis ipse liber nimiùm; nam legibus addit
Leges, vt pateat legibus apta via.
Inuenies ergo in libro cum nomine fructum,
Sic opus Authorem, prædicat Author opus.

INDEX
ET SVMMA OMNIVM, QVÆ CONTINENTVR IN TEXTV, ET GLOSSA IVRIS CIVILIS.

Authore Stephano Daoyz Pampilonensi.

Abolitio priuata impetrata ſine conſenſu aduerſarij non valet, ſi diu lis eſt ventilata l.fi. eod.

Abolitio priuata impetrata in crimine capitali ſine cauſæ cognitione non valet, imò ſi accuſator nõ procedat, & non probet, non obſtante huiuſmodi abolitione punitur de calumnia præſumpta, quòd in probando deficit; ſed ſi non procedat, vel deſiſtat, incidit in Turpillianum non obſtante dicta abolitione, d.l.fi.& ibi add.marg.

Reliqua verbo, Accuſatio, 1.4.5.13.14.15.16. Accuſator, 21.22. Turpillianum, Accipere num.2. Apoſtoli.

ABORTVM faciens ante 40. dies punitur in temporale exilium, ſed poſt 40. dies tenetur de homicidio. l.Diuus.& ibi glo.fi.de variis & extraord.

Abortum medicamentis faciens mulier accepta pecunia à ventris ſubſtituto, capite damnari debet. l.Cicero.39.de pœnis.

Abortum faciens mulier poſt diuortium, ne inimico marito filium procrearet, damnatur in exilium temporarium.ibid.

Abortionis, aut amatorium poculum dans, etſi dolo non faciat, tamen quia res eſt mali exempli, humilior damnatur in exilium, honeſtior in inſulã amiſſa parte bonorum relegatur; quòd ſi ex eo homo, vel mulier perierit, ſummo ſupplicio afficitur. l.ſi quis aliquid, 38.§.qui abortionis. de pœnis.

Abortiuus non rumpit teſtamentum, eò quòd à patre ſit præteritus, ſecùs in nato exſecto ventre, qui non declinat ad monſtrum dummodò pulſum habeat, etiam ſi vocem non emiſerit. gl.abortum, & ibi add.in §.poſtumi Inſt. de exheredat. liber.

Reliqua verbo, Partus.

ABRADENS nomen alterius, & ponens nomen ſuum, committit crimen falſi, & tenetur actione in factum, deſcendente ex crimine falſi, ad intereſſe ei, cuius nomen abraſit. l.indidiſſet. & l.Titio.36.ad municipalem.

Abſens in genere 1.vſque ad 10.

Abſens defenſus. 10.

Abſens ex cauſa probabili vel neceſſaria 11.vſque ad 14.

Abſens ex cauſa reipub. 14.vſque ad 19.

ABSENS dicitur quis multis modis ſecundùm diuerſos tractatus. Quandoque dicitur, qui eſt extra hortos, vrbem, & ædificia continentia; quandoque qui à iudicio abeſt, quandoque qui eſt in alia prouincia, quãdoque qui vocem alterius non poteſt exaudire, vt in ſtipulatione, gl.1.in l.præſens.de procuratorib. gl.1.in l.abſentem. 119. de verb. ſignif. glo. inter abſentes, in l.fin.C. de præſcrip.longi temp.

Abſens per contumaciam habetur pro præſente. gloſ. per contumaciam. in l. in cauſſæ. 14.§.cauſæ.de minor.

Abſenti ad veniendum pro ſingulis 20.miliarib. vnus dies ſtatui debet, l.1.ſi quis cautio.

Abſenti ad veniendum, ſi pacto litigatorum ſit ſtatutus dies, illud debet iudex ſeruare. gl.1.ibid.

Abſentes dicuntur diſſentire, niſi quando, ſi præſentes eſſent, neceſſe haberent conſentire, vt quia maior pars erat præſens. gl.creditorum, in l.reſcriptum, de pactis, & gl.præſens.in l.ſi præcedente.38.mandati.

Abſenti poteſt dari curator, quoties non habet, vel nõn poteſt habere procuratorem, & hoc eſt remedium, quando aliquis abeſt, non dimiſſo procuratore, vt poſſit agere, vel conueniri, gl.curator.& ibi add.marg.in l.ab hoſtib. ex quib. cauſ. maior.

Abſens ſi lædatur in abſentia, vel quaſi, reſtituitur in totum tempus, quo læſus eſt, ex quo cœpit abeſſe, gl.prætor.in d.l.ab hoſtib.§.fi.

Abſens ſi ſit læſus poſt modicum tempus poſtquàm reuerſus fuit, non reſtituitur in totum tempus, quo læſus eſt, ex quo cœpit abeſſe; quia tempus, quod fluxit poſt modicum tempus quàm rediit, & poſt reuerſionem completam, recompenſatur ei pro tempore abſentiæ. ibid.

Abſens, cui vſucapio fuit completa, ſi reuerſus taceat, & negligens ſit, non reſtituitur in totum, quia tempus, quod fluxit poſt modicum tempus, quàm reuerſus eſt, & poſt vſucapionem completam, recompenſatur ei pro tempore abſentiæ, ibid.

Abſens, cui vſucapio fuit completa, ſi reuerſus poſt modicum tempus euigilet, & litem inchoet; tempus modicum, quod currit, in petenda reſtitutione, poſt reuerſionem non nocet, ſed tempus, quod negligenter currit poſt modicum tempus quàm rediit, nocet ei. ibid.

Abſens reſtituitur aduerſus vſucapionem cœptam ante, vel poſt abſentiam, & completam poſt eius reuerſionem, vt ſubducatur de medio omne tempus abſentiæ, ſiue ſit primum, medium, vel vltimum. † d.l.ab hoſtib.§.fi. & ibi glo. reſtitutionis.& ibi Bart.nu.5.& gl. Labeo. & gl.puto, in l.nec non. 28.eod.

Abſens aduersùs vſucapionem completam poſt modicum tempus quàm reuerſus fuit, reſtituitur vt ſubducatur de medio omne tempus abſentiæ, & tantùm minus quantum fuit illud, quod poſt eius reuerſionem cucurrit in negligentia, † d.gl.reſtitutionis, & d.gl.Labeo.& d.gl.puto.

Abſens reſtituitur ad ius amiſſum per illud tempus, quo reipub.operam dabat, aut aduerſo caſu laborabat, & etiam contra abſentes ſuccurritur, ne vel eis proſit, vel obſit abſentia. l.1.ex quib.cauſ.maior.

Abſens ad totum tempus, quo fuit abſens, reſtituitur, quia videtur læſus non ſolum vltimo die vſucapionis, ſed etiã omni die vſucapionis. d.gl.reſtitutionis.

Abſens ſi fuit quis primo anno vſucapionis decennij, vel viginti annorum, & in aliis omnib. fuit præſens, finita præſcriptione, & non ante, poteſt petere reſtitutionem ad illum annum. ibid.

Abſenti tempus modicum, quod datur ad reſtitutionem poſt reuerſionem, relinquitur arbitrio iudicis, quia quandoque ad menſem, quandoque etiã ad annũ durare poteſt, dummodò reuerſus in negligentia non ſit, ſed tẽporis anguſtia ſit impeditus, vel alia cauſa. gl.fi.in l.non enim.ex quib.cauſ. maior.

Abſens retinet poſſeſſionem animo niſi propter obliuionem amiſerit. gl.fi. in l. ſciendum. 18.eod.

Abſens ſi vſuceperit rem meam, eius temporis, quo fuit abſens, contra eum datur reſtitutio, & reſciſſa vſucapione, fructus, quos ex re mea percipit, tenetur mihi reſtituere. l.nec non.§. fi.eod.

Abſens reſtituitur contra vſucapientem rem eius, & reſciſſa vſucapione tenetur reſtituere abſenti fructus, quos percepit ex re ſua. ibid.

Abſens vſucapiens ſi deceſſerit, & heres præſens impleuerit vſucapionem, finita vſucapione, poſt modicum tempus, datur reſtitutio contra heredem præſentem de æquitate, non tamen de rigore; cum præſens contra præſentẽ vſucapionem perfecerit. † l.cum miles.30.& ibi gl.1.& 2.ex quib.cauſ. maior.

Abſens ſi vſuceperit rem meam, & data mihi reſtitutione, ſed non intentata reſciſſoria, nactus ſim poſſeſſionem illius rei, & iterum eàm amiſerim; ad eam petendam habeo perpetuam actionem. l.ſi is, cuius.31.eod.

Abſens ſi procuratorem dimiſit, præſens contra eum non reſtituitur, quia habuit, quem conueniret, ſed abſens ſic ad appellandum. † l.is, qui reipubl. 39. & ibi gl.marg. ad med.eod.

Abſenti magis ſuccurritur, quã minori in tẽpore, intra quod marito permittitur accuſare vxorẽ lege Iulia de adulteriis, quia illud tẽpus vtile eſt, & ideò minori præſenti currit, & nõ maiori abſenti, gl.1.in l.ſi qua.40.ex quib.cauſ.maior.

Abſente, vel ignorante te rectè poſſum aliquid facere, ſi illud poſſem facere te inuito, & contradicẽte; quòd fallit quãdoque. gl.fi.in l.ſi in tres.20.de arbitris.

Abſente ſocio regulariter omnes cauſſæ poſſunt agi, fallit tamen in ferendis ſententiis ſiue à iudicib. ſiue ab arbitris. ibid.

contra Abſentem non debet iudex procedere, niſi ad petitionem partis. l. ad peremptorium, 68. de iudiciis.

Abſente actore in termino peremptorio caſſatur illa citatio, & illius edicti inſtantia permitur, non tamen diffinitiua pronunciabitur, l.& poſt edictum, 73. eodem.

Abſente reo in termino peremptorio iterum ex benignitate citatur, & ſententia ſecundùm iuſtitiam profertur, ibid.

Abſente actore olim non poterat perueniri ad diffinitiuam lite non conteſtata, niſi in cauſa appellationis, hodie verò ſic, gl.debet, & gl.circumducendũ, ibid.

Abſente reo non poteſt lite non conteſtata perueniri ad diffinitiuam, niſi quando eſt quaſiconteſtata in reum, d.gl.debet, & gl. reſpondente, in l. qui repudiantis, §.fi. de off.

Abſente reo contumaciter condemnatus ſi appellet, non auditur, ſecùs ſi non fuit contumax vrè, ſed præſumptiuè, d.l.& poſt edictum, & ib.gl.fi.

Abſens condemnatus magis videtur perdidiſſe cauſam propter abſentiam, quàm quia haberet malam cauſam, gl.quod accepit, gl.in l.Papinianus.§.meminiſſe, de inoff.

Abſens ſi ſit perſona, per quam quis poſſidet, vel datur dilatio, vel præſtatur cautio de reſtituenda, l.ſin autem, 28.§. ſi per filium, de rei vend.

Abſente domino, vel ius habentibus, ſi ſeruus pro noxa datus ſit agenti noxali, illis reuerſis competit defenſio ſerui, ſiue ſit dominus, ſiue ius habeat in eo. l. in noxalibus, lib.30.de noxalib.

Abſentis conſenſus plus facit, quàm ſi præſens eſſet, gl.fi.in l.Sabinus, 28. communi diuidun.

Abſenti quæritur actio ex numeratione facta eius nomine, l. certi condictio, §.ſi numos, ſi certum petatur.

ad Abſentis notitiam neceſſe eſt, quòd aliquid perueniat, vt ei præiudicetur, gl. ſcierit, in l.ſed & ſocius, 17.§.fi. pro ſocio.

Abſentis amici, & affines, cùm de eius præiudicio tractatur, vocandi ſunt, l.fin.& ibi gl.1. vbi pupillus educari debeat.

Abſens à fundo non videtur ille, qui alibi eſt cauſſa diſciplinæ, l.Seiæ, §.Pamphilæ, de fundo inſtructo.

Abſente herede per contumaciam, poteſt iudex pronunciare ſeruum cui detur fideicommiſſaria libertas, liberum eſſe, quòd ſi fuit ſeruus teſtatoris, erit eius libertus; ſi heredis, erit libertus ipſius heredis, l. in fideicommiſſariis, & ibi addit.marg.de fideicommiſſ. libertat.

pro Abſente habetur, qui præſens, quod peragere tenebatur, non facit, quódque vt faciat, ei incumbit, non tantum, 51.§.pen.& ibi add.marg.eod.

Abſens, qui neminem domi reliquit, retinet animo poſſeſſionẽ ciuilem ſui fundi vacantis: perdit tamen naturalem, quã occupans ſine cauſa dicitur clam poſſidere, l.clam poſſidere, §.qui ad nundinas, de adquirenda poſſeſſione.

Abſentis poſſeſſionem vacantem clandeſtinè ingrediens dicitur clam poſſidere, qui ſi abſentem reuertentem non admiſerit, vel ipſe reuertentem ſuſpicatur ſe poſſe repelli, tunc ingrediens vi ciuiliter, & clam generaliter dicitur poſſidere. d.§.qui ad nundinas.& ibi gl.marg.& l.ſeq.eod.

Abſens ſi aliquem domi reliquit, per eum retinet poſſeſſionem naturalem, & per ſe ciuilem; & tunc, qui clàm intrauit, nullam habet. gl.neminem, & gl.poſſeſſionem, ibid.

Abſens ſi perdidit poſſeſſionem ciuilem vacantẽ, eò quòd ingrediens non admiſerit redeuntem, vel quia ipſe ſuſpicatur ſe poſſe repelli, quãuis nulla interueniat violentia, tamen competit ſibi interdictũ vnde vi contra ingredientem. † gl.poſſeſſionẽ, in l.1.§.ſiue autem, & gl. armis, in l.3.§.ſi quis autem de vi & vi arm. reprob.gl.fi.ver.ſed quid in d.§.qui ad nundinas, & ibi Ia.nu.51.

Abſens ciuiliter poſſidens pro naturali poſſeſſione ab alio occupata habet interdictum vti poſſidetis, cum ab eo clam poſſideat, d.gl.fi. verſu ſed an nomine.

Abſenti ſeruo ſcribens, vt in libertate moretur, non perdit poſſeſſionem illius ſerui, donec ad eum literæ libertatis perueniant, l. qui abſenti, 38. de adquirenda poſſeſſione.

Abſenti beneficium collatum, non videtur quæri, priùs, quàm collationis diplomata exhibeantur, ſiue in eius notitiam perueniant, d.l.qui abſenti, in additione margin.

Abſentis bonis datur curator, niſi abſens eſſet de proximo rediturus, quia ad hoc, vt detur curator, oportet, quòd conſtet de vera contumacia abſentis, gl. 2. in l.idem, de priuileg.credit.

Abſenti, vel capto ab hoſtib. reuerſo non datur priuilegium contra curatorem datum bonis ipſius abſentis, vel capti ab hoſtib. d.l.idem priuilegium.

Abſens poteſt cõdemnari in interdicto de libero homine exhibendo, licèt tempore ſententiæ fuerit abſens, glo. 2.in l.3.§.fi. de libero homine exhiben.

pro Abſente reo accuſatione cœpta quilibet admittitur ad allegandas cauſas abſentiæ, & idem econtrà pro accuſatore abſente, l. inter accuſatorem, & ibi glo.pro abſente, de publicis iudiis.

Abſens poſt trinã citationẽ non condemnatur, ſi aliquis alleget cauſas abſentiæ, ſecùs ſi

& si,26.§.1.& ibi gl.ex causa,eod.& gl.fi.in l.fi.de restit.in integrum.

Absens quis dicitur tripliciter, vel ex necessaria tantùm caussa,vel ex probabili tantum, vel ex probabili,& necessaria.d.gl.ex causa.

Absens ex caussa tantùm probabili,vel probabili,& necessaria,restituitur,licèt potuerit relinquere procuratorem,& non reliquit, si in probabili absentia vertetur publica vtilitas,secùs si priuata.d. gl. ex causa, & ibi add.marg. & l. nec non.28.& ibi gl.1.ex quibus caus.maior.

13 Absens ex caussa relegationis non restituitur, si potuit procuratorem dimittere, & non dimisit.d.glo.1.

Absens studiorum caussa restituitur, licèt non reliquerit procuratorem, cùm posset.d.l.nec non.& ibi gl.1.

Absens studiorum caussa non videtur abesse.l.quæsitum,76.de leg.3.

Absentes dicuntur ex iusta caussa absentes, sed qui non sunt absentes ex iusta caussa,dicantur iustè absentes.l.si cùm seruum.28.§.fi.& ibi add.marg.de fideicommiss.libert.

Absens clericus ab Ecclesia sua præsumitur abesse ex iusta caussa; item vir,qui ab vxore abest.ibid.

Absens ex iusta, & probabili caussa, neque legitimè defensus restituitur ad processum, & defensionem,si contra eum data sit sententia,l. 4.& ibi gl.1. C. de procuratoribus.

Absens ex iusta caussa post litem contestatam, neque legitimè defensus, si sit condemnatus, tunc valet sententia, & opus est restitutione; secus si sit absens ante litem contestatam,quia tunc sententia est ipso iure nulla.d.glo.1. & glo. 4 ibid.

Absens læsus circa bonorum possessionem per absentiam probabilem ; & necessariam transmittit beneficium restitutionis ad heredem. l. 1. C.de restitutionum mil.

Absens ex caussa necessaria, & non probabili, vt relegationis,non restituitur ad lapsum tempus petendi bonorum possessionem,cùm procuratorem potuit dimittere.gl.fi. ibid.

Absenti ex caussa necessaria reuerso, datur restitutio contra præscriptionem intra annum vtilem, vt subducatur de medio omne tempus absentiæ, quodcunque fuerit,primum,medium,vel vltimum.l.3.C.de restit.milit.

Vide [illegible]. 14. 15. 16. §. studium.

14 ABSENS causa reip. vel aduersis [illegible] laborans, aut apud hostes detentus, restituitur per id tempus,quo absens [illegible].

Absentes causa reipub.[illegible] dolo malo restituuntur, [illegible] dolo malo, vt cum posset [illegible], non est [illegible], quia tunc in eo,quod per id tempus aduersus eum factum est,non restituit.l.4.eod.

Absens causa reipub.restituitur ad capiendum legatum sub conditione sibi relictum, quod [illegible] propter conditionis defectum.l.Iulianus.§.fin.eodem.

Absens causa reipub. [illegible] possessionem sine vitio post impetratam restitutionem [illegible] & antequàm rescissoriam intentaret, habet exceptionem [illegible] vsucapientem in absentia,si vsucapiens eum côueniat. l. nec non. §.exemplo.& ib. gl. [illegible] eod.

Absenti causa reip. non datur exceptio contra vsucapientem,nisi data restitutione.d.gl. [illegible].

Absens causa reipub. si vsuceperit, & post vsucapionem alienauerit rem, datur restitutio [illegible] contra vtrunque, scilicet contra venditorem, qui vsucepit,& contra emptorem, & quando datur restitutio contra vnum, alius debet citari,cum eum tangat.l.cum miles. 30. §. si & ibi gl.facienda eod.

Absenti causa reipub. vel ei qui est in vinculis, non currit tempus 60. dierum, intra quos maritus habet priuilegium accusandi vxorem lege Iulia de adulteriis,secùs in [illegible] fibi currant.l.si qua.40.& ibi gl. 1.eodem.

Absens causa reipu. si sit læsus in ea re, in qua etiam si non affuisset caussa reipub. damnum erat passurus,non restituitur.l.is,qui reipub.44.eod.

Absens caussa reipu.si sit læsus in damno alluuionis,quod euenisset etiam si præsens fuisset,non restituitur.gl.1.ibid.

Absens causa reipub. non restituitur,si sit læsus in publicatione rei,quam passus fuisset,etiam si præsens fuisset,quia pro [illegible] delicto [illegible].

15 Absens si sit quis partim ob [illegible], vt fidelitatem [illegible], partim pro se ; vt feudum acquirat,vel reconcilietur principi, [illegible], & iudicari debet secundum quod principalius intendebat.gl.1.in l.ab [illegible] 42.ex quib caus.maior.

Absens causa reipub.etiam aduersus eum,qui pariter causa reipubl. abfuit, restitui debet,si aliquid damni passus quod alium [illegible].l.fi. eo.

Absens causa reipub.præcumbens,non est verum,quod sit priuilegiatus, quia sola absentia non est causa priuilegij, sed absentia cum læsione,gl. 1. in additione, in l.fin.ex quibus caus.maior.

Absens causa reip.si non læditur,& sic non restituitur.ibi.

Absens causa reip.legitimè defensus,non restituitur.l.is, qui reip.39.eo.

Absenti, qui reip. causa sæpius abfuit, ex nouissimo reditu,tempus restitutionis computari debet.l.necnon.§.quod eis, eod.

Absenti,qui reip.causa sæpius abfuit, omnium absentiarum tempora iunguntur, & omnia illa tempora dantur ei ad restitutionem petendam, quæ côputantur ei ex vltimo reditu,ibi.

Absens per annum si fuit quis reip. causa,& illo anno sit completa vsucapio, & reuersus fuit præsens per sex menses,postea iterum si abfuit, quando redibit, sex tantùm menses sibi redduntur per restitutionem,qui superant,quando incipit abesse secundò. gl.l.abeo.ib.

Absentes causa reipub. habent annum post reuersionem, vt ad tutelas futuras non vocentur ; sed tutelas, quas propter absentiam deposuerunt, statim atque reuersi fuerint, debent recipere,l.non solùm. 12.& ibi gl.anni.de excusat.tutor.

Absens causa reipub.debet ire per rectam viam,qui si nõ ierit per rectam, sed per circuitiones, incipit eidem currere annus ad excusationem tutelæ eo die, quo si iuisset per rectam,venire potuerit, d.l. non solùm.§.annus autem.

16 Absens causa reipub. intra annum post reuersionem excusatus, post annum non habet excusationem,& potest denuò eidem pupillo tutor, vel curator dari,si. cùm ex oratione.eod.

Absenti causa reip.subuenitur in lucro, vt in damno, gl.subuenitur. in l.cum quidam,30.de adque.heredit.

Absenti causa legationis, & pro sua ciuitate, vt absenti causa reip subuenitur ex clausula generali,si qua mihi iusta causa,etiam ad omnia commoda,quæ præsens habuisset.d.l.cum quidam,& ibi gl.aberat,& ibi add marg.

Absens causa legationis pro sua ciuitate non dicitur propriè abesse causa reip. nisi causa reip.ad principem abfuerit,d gl aberat.

Absens causa reip. indefensus patitur missionem ex primo decreto, & venditionem,sed restituitur.gl.1.in l.contra pupillum,54.de re iu.

Absens causa reip. dolo malo patitur missionem in bona sua, & venditionem. l. eum,qui.19.& ibi gl.1.de bonis authorit.iudi.

Absens causa reip.bona fide patitur missionem in possessionem causa rei seruandæ,sed non venditionem,quandoque tamen patitur venditionem ad instar furiosi.d.l.eum,qui & ibi gl.pen.

Absens causa reip. sine fraude, non vt accusationem criminis euitet, non potest interim accusari de adulterio, secus est in absente causa reipub. euitandi criminis sui causa,& in militibus,qui sunt in eadem prouincia,l.si maritus.15.§. legis Iuliæ,de adulteriis.

Absens causa reip.extra prouinciam non tenetur interim se defendere,ita tamen quòd si non defendatur, bona eius possidentur, non tamen distrahuntur, nisi ante absentiam sit negotium motum, quia tunc tenetur se defendere. l. 2. & & ibi gl.1.an per alium causæ app.

Absenti causa reip. non currit tempus actionis de dolo, sed ei incipit currere à tempore, quo muneribus reipub.liberatus agendi facultatem cœperit obtinere.l.3.C.de dolo.

Absenti causa reip. non currit tempus vtile, si neque per se,neque per alium potuit agere, sed si agere potuit, currit tempus mero iure, sed restituitur. glo. 2.ibi.

Absentes causa reip. quandoque restituuntur tantùm ad appellandum. gl.fi.in l. fi.C.si aduersùs rem iudicat.

Absens caussa reip. si decedat post finitos dies, quibus bonorum possessio defertur, transmittit restitutionis beneficium ad heredes. l. 1. C. de restit. milit.

Absens causa reip. si decedat ante exactos dies, quibus bonorum possessio defertur,& tunc datur restitutio heredi ad totum illud tempus,quod supererat defuncto,aut decessit post dies exactos, quibus bonorum possessio defertur, & tunc datur restitutio ad totum tempus. †. gl.fin.ibi.

Absens causa reip. restituitur intra annum vtilem ad actionem præscriptam, vel ad rem præscriptam.l.2.C.de restit.milit.

Absentes causa reip.patiuntur primum decretum,sed non secundum.l.4.eo.

Absentibus causa reip. & similibus præscriptio quadriennij non currit post factam à fisco venditionem.l.neque reipub.C.eod.

Absentibus causa reip.si post primum decretum, fiat secundum,hoc est deueniatur ad venditionem,per restitutionem rescinditur venditio.† gl.fi.ibi.

Absentes non causa reip.vel etiam alia iusta causa patiuntur præscriptionem, latitantes autem venditionem.gl.fi.in l.4.C.eod.

Absens causa reipub restituitur aduersùs venditionem factam à suis creditoribus,retractaque venditione,recipiet possessiones,ablato ante debito, vel pretio,si minùs debita fuissent.l.si cum militaribus C.eo.

Absens causa reip. non restituitur aduersùs venditionem factam à creditoribus suis secundùm pactum inter eos initum,secus verò si secundùm leges.gl.2.ibi.

Absens causa reip.si venditionem rerum suarum absente eo factã retractare vult, debet emptori offerre pretium; cum in ipsius vtilitatem versum sit, aliàs non datur restitutio,glo.pen.ibid.

Absens causa reip.si lædatur ex cursu temporis,siquidem tẽpus læsionis est plus, quàm quadriennium,post reuersionem intra quadriennium potest proponere restitutionis causam, sed si sit minùs quadriennio, intra tamen tempus, quantum est tempus læsionis, & non vltrà ; & currit huiusmodi tempus læsionis à tempore reuersionis, gl. continuatio, in l. fi.C.de temporibus in integrum.

Absentes causa reip.vt minores ipso iure iuuantur. gl.positionis,in l. in contractibus.C.de non numerat.pecun.

Absentes causa reip.à tutela,& cura excusantur, imò etiam reuersis datur eis annus vacationis,vt possint se excusare.l.fi.C.si tutor,vel curat.

Absens probabili causa, vt studiorum, si reliquit procuratorem,& defensus legitimè sit condemnatus,non restituitur contra sententiam,glo.2.in l.3.C. quomodo & quando iudex.

Absens probabili causa si non sit defensus,quia non reliquit procuratorem, cum potuit,vel reliquit, & non defendit,& tunc iure communi appellat à sententia contra eum lata.ibid.

Absens ex voluntaria causa si non sit defensus poterit iure communi appellare à sententia contra eum lata, hodiè intra decem dies.gl.2.& 3.ibid.

Absens causa reip.Romanæ, vel alicuius ciuitatis, aut municipij, vel existens in hostium potestate, si vsuceperit rem existentis in ciuitate, potest dominus, postquam possessor reipub.causa abesse desiit,intra annum vtilem rescissa vsucapione eam petere,ita vt dicat possessorem non vsucepisse, & ob id suam esse rem §.rursus.de actionibus.

Absens causa reip. vel alicuius ciuitatis, vel municipij, vel pro facto vnius villæ vel castri æquiparatur, nam tunc etiam largo modo dicitur abesse causa reip gl.reipub.& ibi add.ibid.

Absens causa reipub. duobus modis potest rem præsentis vsucapere, scilicet per se,vt quia eam rem secum detulit,siue domi dimisit,& animo possedit, vt dicitur de eo,qui ad nundinas profectus est,item per alium, per seruum,vel per filium.gl.abesset,in d.§.rursus.

Rel[illegible] verbo, Respublica, Præscriptio, 14. Restituere, 1.2. Abesse, 20. 34. In[illegible]dum,23.

Abesse in genere.nu.1.

Abesse causa reipub.2.3.4.

ABESSE mihi dicitur illud, in quo ego sum obligatus, etiam si sub conditione debeatur.l.si quis mandato.& ibi glo.fi.de neg. gest. & l. planè. 34. §. quod si. de leg. 1.

inſpecta prima cauſſa, non obſtat exceptio rei iud. ex prima cauſſa,ſed bene inſpecta ſecunda cauſa,quia non probauit,d.gl.1.

Abſolutus non poteſt de eodem crimine accuſari ab eodem, vel ab alio,niſi fuerit ignorans,& ſuam iniuriam proſequatur, l.ſi cui crimen,§.1.de accuſatio.

Abſolutus,eò quod delato ſibi iuramento ſe purgauit, non poteſt de eodem crimine ab eodem,vel ab alio accuſari,niſi fuerit ignorans, vel ſuam proſequatur iniuriam,gl.accuſari,ibi.

Abſolutum de vno crimine non poteſt idem accuſator de alio accuſare,niſi ſuam proſequatur iniuriam, ſecus eſt in accuſatoris filio, qui poteſt aliam accuſationem inſtituere aduersùs eum, quem pater accuſauerat,d.§.1.

Abſolutus à tota re, intelligitur abſolutus à parte rei,gl.1.in l.appellatione rei, 71.de verb.ſign.

Abſolutus ſimul non poteſt condemnari, quando probatione hominis vteretur ſecundus accuſator,ſecus quando probatione legis, † gl. fi.in l.ſi quis adulterij,34.& ibi Bart.C.de adulteriis.

Abſolutus in ciuili poteſt conueniri in criminali,cùm tantùm valeat abſolutio, quantùm condemnatio cum ſolutione,gloſſ.fin.in l.1. C.quãdo ciuilis actio.

Abſolutus per ſententiam remanet obligatus naturaliter, ſi primo erat obligatus,vnde ſi ſoluat,non repetit,cùm debitum ſoluat,glo.1.in §. item ſi in iudicio,de exceptio.

Reliqua verbo, Condemnatio, Condemnare, Condemnatus, Debitor,61.Iudex,31. Reus, 16.

1 ABSOLVTORIA lata in actione parit exceptionem rei iudicatæ, ſi iterum eadẽ actione cum additione alterius qualitatis agatur,l.4.§.fi.de noxalib. act.

Abſolutoria lata in primo non parit exceptionem in ſecundo in actu iterabili, dummodò probetur, quòd actus non præſumitur iteratus, l. de eo.§.1.ad exhiben.

Abſolutoria lata ſuper duplo,vel quadruplo damni dati à fure, & ſic ſuper actione furti,non præiudicat in condictione furtiua,dummodò de facto vel de delicto non ſit pronunciatum,quia tunc condictio nõ competeret,l.ſi pro fure, 7.& ibi gl.tollitur,& ibi additio,de condictio.furtiua.

Abſolutoria lata in vna cauſa, non obſtat exceptio rei iudicatæ agenti in alia,l. Lucius Titius,90.§.1.de leg. 3.

Abſolutoria lata in petitorio ſuper rei venditione, non præiudicat eidem agenti poſſeſſorio retinendæ,ſi reus fuit abſolutus, quia non probauit actor, † gl. fi. in l.naturaliter,§.nihil,de adq. poſſ.

Abſolutoria lata ſuper viuris non parit exceptionem rei iud.ſuper ſorte, neque etiam ſuper vſuris,ſi lata ſit ex eo,quia ineptè fuerint petitæ, ſi poſteà petantur aptè l.ſi in iudicio,de excep.rei iud.

Abſolutoria lata pro vno ex mandatoribus,non prodeſt aliis,l.amiſſi,43.§. fi. de fideiuſſ.

per Abſolutoriam ſententiam tollitur obligatio ciuilis,& remanet naturalis, & oritur exceptio rei cohærens,gl.1.in l.vbicumque,61.eod.& l.procurator,§.1. in additione marg.rem ratam haberi.

Abſolutoria lata in ciuili tantum debet facere, quantum condemnatio, & ſolutio in eadem cauſſa ciuili, ſicut enim ſolutione facta non obſtat exceptio in cauſſa criminali, quando ciuilis,& criminalis oriuntur ex eodem facto; ita neque abſolutione facta obſtat exceptio rei iudicatæ in criminali,gloſſa prima,in l.3.C.ad leg.Aquiliam.

Abſolutoria lata in ciuili non parit exceptionẽ rei iudicatæ in criminali, quando ciuilis,& criminalis oriuntur ex eodem facto,† dicta gloſſa prima.

Abſolutoria lata quia non probatur, non proptereà præſumitur quod reus aſſerebat eſſe verum,l.penultima,Cod.de ingenuis manumiſſis.

Abſolutoria lata in perſonali,ſiue reali eandem actionem non perimit, ſed exceptionem rei iudicatæ parit contento.§.item ſi in iudicio,de exceptio.

Abſolutoria lata ſuper executione nunciationis noui operis, non parit exceptionem rei iudicatæ,quoad alias legitimas actiones, puta confeſſorias,vel negatorias,l.ſciendum,19.de noui oper. ns nunc.

Reliqua verbo,Sententia,4.12.57.

ABSTINERE quandoque dicuntur extranei, ſicut & dicuntur repudiare ſui, gloſſ.abſtinuerit,in l.2.§.ſi bonorum,ad Tertyllian.

Abſtinere vel immiſcere ad heredes ſuos pertinent,ſed adire, vel repudiare ad extraneos,quandoque tamen confunduntur,glo.2.& ibi add.in §.extraneis,de hered.qualit.

Reliqua verbo,Filius,170.vſque 175.Repudians,Repudiare,Suus.

ABVTI verbum ponitur quandoque pro in totum conſumere,quandoque ponitur in malo vſu,glo.pen.in l.vbi adhuc,29.C.de iure dotium.

ACCEPTANS contractum, cum ſuis oſſis,valoſis, & ſpineis tenetur acceptare,l. Caius,27.in additione marg.de manumiſſis.

Acceptans illud,quod eſt ſibi datum,vel relictum minùs legitima, non per hoc excluditur à iure petendi ſupplementum legitimæ, niſi ei ſpecialiter renunciauerit,l.ſi quando,33.C.de inoff.

Acceptans filius relictum minùs legitima, etſi faciat quietationem generalem heredibus, per hoc non prohibetur agere ad ſupplementum legitimæ,ibid.

ACCEPTVM facere non poteſt ſeruus, etiam iuſſu domini, id quod domino debetur, niſi primo ſibi ſtipuletur animo nouandi,l. pen.& ibi add. marg. de acceptil.

Acceptum ferri non poteſt,niſi quod verbis obligatum eſt l.an inutilis, §. acceptum,de acceptil.

Accepto ferri poteſt vni ex heredibus pars obligationis,quæ inter coheredes diuiſa eſt,l.ſed & ſi,& ibi glo. 1. eod.

Accepto ferri poteſt pars ſtipulationis, ita; Ex numis decem, quos tibi promiſi, quinque acceptos habes; vel ita,Quod ego tibi promiſi, id pro parte dimidia habéſne acceptum,l.pars,9.de acceptila.

Acceptum ferri poteſt iter,actus, quando via promiſſa fuit, & ea acceptilatione liberatur promiſſor,l.& per iuſiurandum,§.1.eodem.

Accepto ferri poteſt Stichus ab eo, qui hominem ſtipulatus eſt, & talis acceptilatio tollit omnem obligationem,d.l.& per iuſiurandum,§.ſi is, qui.

Acceptum ferre non poſſunt tutores,nec curatores furioſi,vel prodigi, nec procuratores,ſed hi omnes debent nouare,& ſic poſteà acceptum facere, nec tutoribus, nec curatoribus furioſi,vel prodigi,nec procuratoribus poteſt acceptum ferri, ſed nouatione facta poſſunt liberari per acceptilationem, d. l. & per iuſiurandum,§.tutor.

Acceptum ferens reſtitui poteſt propter errorem, minorem ætatem,dolum, vel metum,id eſt,ſi dolo,vel metu,inductus fuerit ad accepto ferẽdum, & ſic agitur actione de dolo,vel metu,gl.fi.in l.fi.C.eo.

Acceptum ferens vel totum, vel partem eius, quod ſtipulatus eſt, debet accepto facere,l.& per iuſiurandum,§.illud,ff.de acceptilat.

Accepto latum id,quod ignoto ſtipulatore promiſſor ſoluere poteſt,paſſit liberationem,d.l.& per iuſiurandum,§.ſi is,qui.

Reliqua verbo, Legatum, 97.

ACCEPTILATIO non extinguitur per contrariam acceptilationem, gloſſ. factum,in fin.in l.ſi vnus,§. pactus ne peteret,de pactis. 1

Acceptilatio inutilis habet vim pacti,d.l.ſi vnus,§.fi.

Acceptilatio quando eſt inutilis ratione rei,quæ interponitur,inducitur pactum tacitum; ſed ſi eſt inutilis ratione conceptionis ineptæ,vt quia inter abſentes, vel ſub conditione, vel in diem, & tunc non inducit tacitum pactum, † glo. pen. ibi & gl. cæteræ, in §. per acceptilationem,Inſtit,quibus modis tollitur obligatio.

Acceptilatio non extinguit pronunciatum, ſed ſuſpendit, gl.ſequitur,in l. tale pactum,§.qui prouocauit,de pactis.

Acceptilatio in rei vendicatione non poteſt fieri, ſed tantum fit in obligationibus,& in his tantùm, quæ iuris ciuilis ſunt,glo. Aquiliana in l.qui cum tutoribus,§.qui per fallaciam,de tranſact.

Acceptilatio poteſt fieri in obligationibus iuris gentium,quando priùs deductæ ſunt in Aquilianam ſtipulationem,ibid.

Acceptilatio fideiuſſoris, quòd non proſit principali,poteſt fieri pacto, l. ſi cùm exceptione, §. Labeo,& ibi gloſſ.liberabitur, quod metus cauſſa.

in Acceptilatione facta animo conſtituendæ dotis intelligitur à lege facta conditio, ſi matrimonium ſequatur, gloſſ. prima, in fine, in l.4.de condictione cauſſa data.

Acceptilatio non recipit diem, neque conditionem expreſſam,& ſi in ea exprimatur dies,vel conditio, inutilis eſt acceptilatio, ibi.& l.4.& ibi gl. 1.& l. in diem,de acceptilat.

Acceptilatione ob cauſſam obligatio prima extinguitur, & ideò cauſſa non ſequuta, debet creditor agere, vt debitor in priorem obligationem reponatur, d.glo.1.

Acceptilatio valet, vt pactum,glo. valet in l. cùm emptor, de reſcindenda venditione.

Acceptilatio poteſt fieri ſub conditione tacita,gl.2. in l.licèt, de iure dotium,& l.4.& ibi glo.1.de acceptil.

Acceptilatio facta per teſtatorem vni ex correis debendi, extinguit vtrumque legatum, quando teſtator legauit duobus ſeparatim id quod erat debitum à duobus reis debendi,l.ſi fundum,83.§.penultimo,de legatis primo.

Acceptilatio habet vim ſolutionis, ſed non pactum, gl. liberabor, in l. 4. §. ne de effectu, & l.non ſolùm,§. 1.de libera. legata, in gl. fin. in addit. marg. & glo.1. in additione marg. in rub.& in l.in diem,de acceptil.& in l.ſi in ſtipulatum,17.de donatio.

per Acceptilationem vni ex heredibus promiſſoris factam in genere inducitur liberatio pro parte ſua,l.2.§.ſi tamen,de verb.oblig.

Acceptilatio facta à principali prodeſt eius fideiuſſori, d.§. ſi tamen, & ibi glo. idem eſt.

Acceptilatione facta vni debitori,omnes debitores liberantur,gl.2. in l. ſi debitori,51.de fideiuſſ.

Acceptilatio eſt ſolutio, ſeu diſſolutio obligationis,glo.ſolutionis in l. ſolutam, 49.de ſolutio.

Acceptilatione non tollitur pignoris obligatio, rectè tamen poteſt tolli pignus per ſortis acceptilationem, quæ in acceptilationem deduci poterat, inde eſt, vt per quandam ſequelam neceſſariam tollatur, d. l.ſolutam, & ibi glo. ſolutionis,& ibi additio marg.

Acceptilatio in eum diem,quo facta eſt,perimit omnes præcedentes actiones,l. ſicut acceptilatio,75.de ſolutio.

Acceptilatio eſt liberatio per mutuam interrogationem, qua vtriuſque liberatio contingit ab eodem nexu,quo vnus tenetur,& alius tenet,l.1.de acceptil. 3

Acceptilatione per procuratorem ſine ſpeciali mandato liberare vel liberari quiſquam non poteſt,l.3.& ibi glo.1.eod.

Acceptilatione per procuratorem generalem cum libera non poteſt quis liberari,nec liberare †, reprobata d.gl.1.ibid.

Acceptilatio facta in diem, etiam die adueniente, nõn liberat,quia initium habuit vitioſum,gl.1.in l.in diem, eod.

Acceptilatio generalis refertur ad omnia,niſi appareat fuiſſe intellectum de certis,l.pluribus,C.eodem.

Acceptilatio non valet,quando ego aliud accepto tuli, & aliud tu rogaſti,ib.

Acceptilatio etiam rectè poteſt fieri ita,Accepto facis decem,& tu reſpondis facio,l.ſanè.7.eodem.

Acceptilatio ſi peccat in forma, quia ſub conditione, vel in diem,vel inter abſentes,non habet vim pacti, ſecùs ſi peccat in materia, quia tunc habet vim taciti pacti, l.inutilis,8.& ibi glo.1.in addit.eod.

Acceptilatio quãdo eſt inutilis ratione rei,ſuper qua interponitur, vt quia ſuper obligatione iuriſgentium, tunc habet vim pacti, non acceptilationis,d.glo.1,

Acceptilatio habet vim pacti,quando conſtat de mente partium; quòd voluerit, quòd haberet vim pacti; ſecus ſi conſtat, quòd noluerit, quòd valeret in vim pacti,& tunc nec ſeruatur in vim pacti,d.glo. 1.in additione marg.

per Acceptilationem tollitur obligatio ciuilis,nõ prætoria,l.an inutilis,§.filiusfam. de acceptil. 4

Acceptilatio eſt de iure gentium propter pactum, quod in ſe continet, d. §. filiusfam.& ibi glo.pen.

Acceptilatio poteſt etiam fieri lingua Græca, dummodò ſic fiat, vt Latinis verbis ſolet,d.§. filiusfam.in fi.

Acceptilatio poteſt fieri ex parte, etiamſi non ſit numerata pecunia,ſed certum corpus,

Reliqua verbo, Legatarius 11. Vendita, 89. Sors, Vsura, 1. vsque 10. Cera, Æstimatio, 4. Condictio, 3.

1 ACCESSORIVM potest esse sine principali in fideiussore in rem suam, vbi fideiussor pro reo accipitur, l. sed etsi fideiussor. de pactis.

Accessorium conuertitur in principale, l. si non sortem. 26. de cond. indeb.

Accessorium quando potest peti officio iudicis nobili, puta per restitutionem in integrum, tunc extincto principali etiam per sententiam non extinguitur accessorium. l. fin. §. fin. eod. & ibi glo. non posse.

Accessorium vnum trahit ad se aliud accessorium, l. qui fundum, 42. §. in lege, de contrahend. emptio.

Accessorium non tenet interim, dum pendet condictio principalis, gl. interim in l. grege, §. fin. de pignor.

in Accessorio tenetur venditor præstare cautiones, quas in principali, l. itaque, & ibi glo. morbo, de ædilitio edicto.

Accessoria obligatio durat quandoque absque principali obligatione, l. si sine herede, de administr. tutorum.

Accessorium non rumpit principale, sed principale per principale rumpitur, & etiam rumpitur accessorium, gl. mouebit, in l. si quis cum, § si de v. [illegible].

Accessorium non confirmat suum principale, l. ex pupillari 4 [illegible] eod.

Accessorium valet propter suum principale, glo. pen. ibid.

2 de Accessorio idem ius censetur, quod de principali, l. homini. 86. §. legatum, de leg. 1.

Accessorium cedit principali l. si quando. 31. de auro & argento leg.

Accessorio extincto, non extinguitur principale, sed bene econtra, l. pedic[illegible], 34. § fin. eod. & § si quis [illegible], lib. [illegible] de legatis.

Accessorium quandoque tenet [illegible] principale pro parte tollatur, glo. [illegible] l. si parentum, 8 C. de adult[illegible].

Accessorium non [illegible] ubi in accessorio non est eadem ratio [illegible].

Accessorium [illegible] quod [illegible] accedit, tamensi gratiosius sit [illegible].

Accessorium etiam si pretiosius [illegible] accedit, sequatur principale, l. § si tamen.

Accessorium non debet esse maius suo principali, [illegible] Inst. de leg.

Accessorium non potest esse sine suo principali, l. si Stichum, 39. §. fi. & ibi glo fin. de fideiussor.

Reliqua verbo, Legatum, nu. 11. Obligatio, 19. Principalis, Vendens, 9, Venditio, 16. Remissio, Cera, Accessio, Sententia, 16.

ACCIDERE multa possunt [illegible] & officio, velut inter cætera, supremáque [illegible] naturalem, §. 1 & ibi [illegible] acquirend. rerum dominio.

Accidere, licet & vnis dicatur, [illegible] aliquando [illegible] tamen etiam in morientibus dicitur [illegible] accidere, l. in vulgari, 163. §. fin. & ibi glo fin. de verb. signif.

Accidere verbo [illegible] continetur, quando dicitur, si quid filio meo acciderit, [illegible] mortuo filio liberi erit, ibid.

Accidens originem [illegible], gl. ex [illegible] in l. 2. §. exact[illegible] de orig. iu.

Accidens [illegible] quam natura suspicitur quandoque, gl. ex seritate, in l. 1. §. bestiis, de pos[illegible].

Accidens non mutat naturam, l. naturalem, §. apium quoque, de acquir. rer. dom.

Accidentale contractus potest [illegible] extranei, vel contrahentium arbitrio conferri, & tunc tam in [illegible], quam in venditione [illegible] bonum viri, siue arbitretur, siue non, gl. 1. in l. in venditione, 13. C. de contrahen. emptio.

Accidentale vel substantiale contractus [illegible] extranei, vel contrahentium arbitrio, [illegible] ad arbitrium boni viri, si ille non arbitretur, [illegible], ibid.

Reliqua verbo, [illegible], Raro.

1 ACCIPERE à nemine valde inhumanum est, sed [illegible], & omnia [illegible], l. solent de off. procons.

Accipere non debemus semper, neque ab omnibus, vel non omnino accipere, gl. prouerbium, ibidem.

Accipere pecuniam dicitur ille, qui aliquid pro pecunia accepit, vel obligatione liberatus est, vel ei [illegible] data est, aut [illegible] locata, vel vendita sit res, l. 1. § fin. cum [illegible] de calumn.

Accipere pecuniam dicitur ille, qui accepit per se, vel alij iussit dari, vel acceptum suo nomine ratum habuit, ibidem.

Accipere pecuniam, vel te obligare licitum est mihi, vt te à vi hostium vel latronum, aut populi liberem, neque teneor actione, quod metus causa, nisi hanc vim tibi [illegible], l. metum, § [illegible] licet, quod met. caus.

Accepisse pecuniam si quis [illegible], & ille, qui dedit, legitimis probationibus probauerit solutionem, negans pecuniam accepisse, si velit [illegible] probare, quód pecuniã sibi debitam acceperit, l. cùm de indebito, 26. de probatio.

Accepisse pecuniam si quis negauerit ab initio, posteà conuictus eam accepisse, non debet exigere probationem in [illegible] ab aduersario, ibid.

Accepisse pecuniam si ab initio confiteatur quis, & dicat non indebitam, sed debitam sibi fuisse solutam, præsumitur pro eo, qui accepit, scilicet debitam sibi solutam, ibid.

Accipere, & recipere sunt diuersa, l. 3. § si & ibi glo recepisse, de vsufructu legato.

Accipiantur quæ tam honeste, quæ tamen inhoneste petuntur, l. 1. §. proinde, de variis, & extraord. & l. 1 & ibi gl fin. C. de pet. bo. subl. lib. 10.

Accepisse non videtur, qui stipulatus potest summoueri exceptione, l. si quis obligatione, 116. de reg. iur.

Ac[illegible] videtur, quando quis liberatus est obligatione, ibid.

Accipere [illegible] prohibitus, & ipsi etiam dare prohibitum censetur, authen. sed hodie, C. de [illegible] episc.

Accipere indebitum per se, vel per alium nihil refert, gl. 2. in l. 2. C. de condictione indebiti.

Accipiendi verbum verificatur, siue is accipiat, siue per eum non stet, siue per eum dare non fingatur, l. 3. §. si quis Titio, & ibi gloss. accipiat, de adimend. legatis.

Accipiens pecuniam ne calumniose ageret, vel vt calumniose ageret, tenetur actione in factum intra annum in quadruplum eius pecuniæ, quam accepit, sed post annum in simplum, l. 1. de calumn.

Accipiens pecuniam pater, vel patronus, vel similis, vt calumniosé, aut ne calumniosé ageret, non tenetur in factũ de calumniatoribus, tenetur tamen actione in factum generali, glo. 1. ibid.

Accipiens pecuniam vt calumniose ageret, sicut intra annum tenetur in quadruplum, ita tenetur dans in quadruplũ eius pecuniæ, quam dedit, glo. 2. ibid.

Accipiens pecuniam, vt crimina calumniose institueret, aut ne instituéret, tenetur intra annum in quadruplum, [illegible] l. 5. 1 & ibi glo. [illegible].

Accipiens pecuniam, vt calumniose ageret, vel non ageret, punitur quinque modis, scilicet [illegible], & tunc si calumnia interuenit, sed [illegible] lege Cornelia de falsis, siue calumnia interuenit, siue non. Vltimo teneter lege Rhemia, glo. ob negotium, in l. §. 1.

Accipiens pecuniam, vt crimen inchoatum non prosequatur, punitur ad similitudinem [illegible], ibid.

Accipiens pecuniam [illegible] punitur, & eius pœna applicatur ad bursam [illegible] de calumniatoribus, sed per legem [illegible], & de falsis, ac Rhemiam [illegible] tamen concussionis applicatur fisco, ibid.

Accipiens pecuniam [illegible] ab aduersa parte, vt ei faceret negotium [illegible], vt pareretur [illegible] in quadruplum [illegible], l. 1. § 1. ad & condic. [illegible].

Accipiens pecuniam [illegible] super tenetur per [illegible] ob [illegible] de calumniatoribus [illegible], & ibi glo. tenetur de calumniator.

Accipiens pecuniam [illegible], vt calumniose ageret contra me, & etiam à me, ne ageret contra [illegible] in quadruplum [illegible], quod ego dedi, l. 3. § si de calumniator.

Accipiens [illegible] tenetur actione in [illegible] & condictione ob turpem caussam, & vna per aliam [illegible], §. si. eod.

ib Accipiente [illegible] condictum accepit in condictione ob turpem caussam, [illegible] non datur contra eum in [illegible], quia vna per aliam tollitur, l. [illegible].

Accipiens aliquid turpiter, ne mihi negotium fieret, tenetur mihi actione in factum in quadruplum vsque ad annum à tempore dationis, & si me ignorante [illegible], annus à tempore scientiæ, l. annus, eod.

Accipiens pecuniam, vt desisteret ab accusatione calumniosa, crimine non probato, tenetur [illegible] de calumniatoribus, l. pen. eod.

Accipiens pecuniam, vt desisteret ab accusatione calumniosa, crimine non probato, tenetur restituere in quadruplum, & est puniendus pro modo delicti [illegible] concussionis, ibid.

Accipiens pecuniam, vt desisteret ab accusatione vera, & non calumniosa, crimine non probato, non punitur pœna edicti de calumniatoribus, [illegible] & ibi gl. 1.

Accipiens pecuniam, vt [illegible] accusatione calumniosa, crimine probato non punitur pœna edicti de calumniatoribus, gl. 2 ibi.

Accipiens aliquid [illegible] pro [illegible] in lege Iul. de adulter. [illegible] acceptam [illegible], quod metus caussa. l. isti quidem, & ibi gl. 3 [illegible].

Accipiens aliquid [illegible] stupro à liberta rectè accipit, nam & eam rectè [illegible] gl. 3.

Accipiens pecuniam ab aliquo, ne instrumenta status sui intercerteret, tenetur [illegible] quod metus caussa, d. l. isti quidem, §. 1.

Accipiens pecuniam ab aliquo, ne instrumenta, quæ continent quantitatem omnium bonorum, [illegible], tenetur restituere actione quod metus caussa [illegible] quando infertur timor mortis, vel pœnæ capitalis, gl. [illegible].

Accipiens [illegible] pecuniam, vt te a violentia illata per alium liberarem, non teneor [illegible] metus causa, quia dationi pecuniæ proxima caussa est beneficium, [illegible], quod feci ob hoc, quod dedisti: alias autem si proxima caussa [illegible] metus, tunc habet locum actio, quod metus caussa glo. operæ, in l. metum, 9. §. sed licet, eod.

Accipiens pecuniam, vt patris [illegible] creditoribus remittat, per hoc non videtur [illegible] patris, quia [illegible] heres iure hereditario non recipit, l. [illegible] 36. § [illegible] l. Aquil.

Accipiens rem vendendam, vt [illegible] pretio venderetur, tenetur ad eius periculum, si [illegible], si non haberet venalem l. si quis nec caussam, & ibi gl. habebit, si certum petat.

Accipiens pecuniam pro seruo proprio manumittendo non tenetur restituere pecuniam acceptam, si seruus [illegible] ante moram [illegible], & [illegible] tenetur tamen [illegible], eo seruo recuperato, de pecunia restituenda, [illegible] eo, quod seruus propter fugam minus valet, nisi [illegible] eligat, [illegible] potius habere ipsum seruum, quam [illegible] pati, sed si non [illegible], debet reddere, quod accepit, nisi ob manumissionem eum minus diligenter custodierit, l. si pecuniam, §. sed si acceperit, de condictione caussa data.

Accipiens pecuniam pro seruo proprio manumittendo tenetur restituere eam, si seruus post moram manumittendi decesserit, secus si decessit ante moram, si manumissio præbuit caussam mortis, vt quia profectus manumissionis caussa ad præsidem si in itinere decessit, vel à latronibus interfectus sit, vel ruina in stabulo oppressus, sed si manumissio non præbuit caussam mortis, [illegible] ipse erat distinctatus, tenetur restituere pecuniam acceptam ibi.

Accipiens sciente non debitum, furtum committit, gl. furtum in l. [illegible] condictione indebiti.

Accipiens scienter rem alienam in pignus, furtum committit, & [illegible] quam accepit ad eam rem restituendam, repetitur ab eo, [illegible] acceptori. ibid

Accuſatio adulterij durat quinquennio.d.gl.2.in d.l.querela.
Accuſatio eius,qui apperuit teſtamentum eius, qui occiſus fuit à familia, antequam vlciſceretur necem defuncti,finitur quinquennio,ibid.
Accuſatio apoſtatæ durat quinquennio poſt mortem apoſtatæ; dum viuit,perpetua eſt,idem in crimine peculatus,ibi.
Accuſatio criminis ſuppoſiti partus, parricidij, & concuſſionis, perpetua eſt, ib.
Reliqua verbo, Præſcriptio,1. Abſens,14.

7 ACCVSARE, vel facere accuſare, & manus inferre, paria ſunt,l.1.de iure patronatus.
Accuſare intelligitur, qui nomen detulit, offerendo libellum accuſationis, niſi libellum petierit,l.cùm patronum,26.eodem.
Accuſare de crimine capitali libertum dicitur patronus, qui crimina obiecit, & cauſam perorari vſque ad ſententiam effecit, ſed ſi antè quieuit, non dicitur accuſaſſe.l.qui cum natu,§.ſi patris, de operis libertorum.
Accuſare, vel redarguere cauſam contra leges factam laudabile, & vtile eſt, & is effugit nomen calumniatoris, §. hæc omninò, & ib.glo.laudabilis, in authen.de non alienandis.
Accuſandi poteſtas adempta eſt condemnatis publico iudicio, item his qui notati ſunt,quod per calumniam accuſauerunt, & his qui cum belluis pugnandi cauſa in arenam intromiſſi ſunt, vel qui artē ludicram, vel lenocinium fecerunt, vel qui præuaricationis cauſa quid feciſſe iudicio publico pronunciatus eſt, vel qui propter accuſandum, negotiúmve quid faciendum pecuniam accepiſſe iudicatus fuerit,l.qui iudicio,de acc.
a.l Accuſandum dans pecuniam,vel chirographum,in quo continebatur ſe daturum pecuniam,ſi illum accuſaret vel aliquā pactionem faciens ob id, & etiam is,qui accepit,ſi deſtiterit,nec peregerit,incidit in Turpillianum,l.in Senatuſconſultum, ad Turpillian.
Accuſandus non eſt quis antequam actor ſe inſcribat,l.2.C.de exhib.reis.
Accuſare aliquem quilibet poteſt,niſi is idem delictum perpetraſſet,quo caſu nihil Iudæus Iudæo,nihil Catilina Cethego poteſt opponere, glo.accuſantibus, in l.viro,ſoluto matrimonio.
Accuſari poteſt quis non ſolùm de crimine adulterij, ſed etiam de pluribus aliis ſimul,l.libellorum,§.ſed & ſi, de accuſatio.
Accuſare ſimul poteſt quis vnum de pluribus delictis,ex diuerſis factis deſcendentibus,quæ puniuntur eadem lege,ſed de plurib. delictis, quæ puniuntur diuerſis legibus, tunc poteſt accuſare de pluribus ſimul, id eſt eodem tempore, ſed non eodem libello †, reprob. glo.ſimile,in d.§.ſed & ſi.
8 Accuſare liberū hominē prohibitus prohibetur etiā accuſare ſeruū,l.ſeruos,de ac.
Accuſare poſſunt omnes regulariter, exceptis perſonis prohibitis,l.qui accuſare, de accuſatio.& glo,1.in rub.C.qui accuſare poſſunt.
Accuſare prohibētur quidam propter ſexum,vel ætatem, vt mulier, vel pupillus; alij propter ſacramentum, vt illi,qui ſtipendia merent; alij propter magiſtratum, vel poteſtatem, in qua agentes ſine fraude in ius vocari non poſſunt,d.l. qui accuſare.
Accuſare etiam prohibentur alij propter delictum proprium, vt infames; alij propter turpem quæſtum, vt qui duo iudicia aduersùs duos reos ſubſcripta habent,vel numos ad accuſandum, vel non accuſandum acceperunt, alij propter conditionē ſuam, vt filij contra parentes, & liberti contra patronos, ibi.
Accuſare non poteſt accipiens pecuniam ob accuſandum, vel non accuſandum, quia incidit in legem Iul.repetundarum,d.l.qui accuſare,& ibi.gl.2.
Accuſare non poſſunt quidam propter calumniæ ſuſpicionem,vt quia falſum teſtimonium ſubornati dixerint,per quod & alios premunt malefactores. d gl. 2.& l.alij,eod.
Accuſare non poſſunt ſocij criminis, neque hi, qui commiſerunt ſimile crimen, vt vir propter lenocinium,item qui deſtiterunt ab accuſatione, d. glo.2.ad fi.
Accuſare non poſſunt, & repelluntur ab accuſatione iure canonum conſpiratores,anathematizati,ſacrilegi,& inimici.ibi.
Accuſare prohibentur alij propter paupertatem, vt ſunt illi, qui minùs 50. aureos habent, niſi ſint fideles,& diligentes,l.nonnulli, & ib.glo.1.de accuſat.
Accuſare prohibitus quilibet poteſt accuſare proſequendo ſuam,vel ſuorum iniuriam, niſi prohibitus ſit,vt filius, vel libertus,qui non poſſunt accuſare parentes,vel patronos,etiam proſequendo ſuam, vel ſuorum iniuriam, poſſunt tamen regulariter,l.hi tamen,& ib.glo.1.eodem.
Accuſari non poſſunt legatus Imperatoris, ideſt, præſes prouinciæ, item legatus proconſuls eiuſdem duntaxat criminis, quod antè commiſerit, quàm in legationem venerit,l.hos accuſare.eod.
9 Accuſari non poſſunt magiſtratus Populi Romani, tenentur tamen ſatiſdare de iudicio ſiſti poſt honorem depoſitum. d. l. hos accuſare, & ibi gloſſ. magiſtratum.
Accuſari non poteſt abſens cauſa reip. dummodò non retractandi leges cauſa abſit.ib.
Accuſare non poteſt quis duos in eodem libello de diuerſis criminibus,niſi cauſſa ſuarum iniuriarum,bene tamen poteſt vnum priùs in vno libello, & alium in alio †, d.l.hos accuſare,§.lege Iulia.& ibi.gl.de duob.reprob.gl.fi.in l.cum ratione.C.qui accuſare.
Accuſare poteſt quis duos ex diuerſis criminibus, & in diuerſis libellis, ſed tertiam non,niſi ſuam,vel ſuorum proſequatur iniuriam, † glo. fina.in l. 1. C.ſi reus,vel accuſator.
Accuſari non poteſt quis ob idem crimen pluribus legibus,veluti accipiēs pecuniam ob negotium faciendum, vel non faciendum, qui tenetur lege Iulia repetundarum,& lege Cornelia de falſis,tamen vna tantùm lege poteſt accuſari,& puniri,l.Senatus,& ibi.glo.1.de accuſat.
Accuſare plures non poteſt quis de eodem crimine, niſi cum determinatione,l. Diui fratres,& ibidem,glo.penult.eod.
Accuſari poſſunt mille rei eiuſdem criminis eodem libello, & plures rei debendi eodem libello poſſunt conueniri † reprob.gl. crim.add.marg.ib.in l.inter liberos,§.1.de adult.& l.1.& ib.gl.fi.C.ſi reus vel acc.
Accuſari poteſt quis in ea prouincia, in qua habet incolatum, id eſt, domicilium,licèt alibi deliquerit,gl.ad reſcripti, in l.relegatorum, §.interdicere, de interdictis.

Accuſare qui volunt debent habere probationes, neque conceditur poteſtas inſpiciendi aliena inſtrumenta, præterquam in quibuſdam caſibus, l. qui accuſare,& ibidem glo.actore,C.de edendo.
Accuſare poſſunt, & admittuntur ad accuſationem perſonæ minùs legitimæ quandoque,vt ſerui,& minores,quorum voces aliàs non admittuntur, glo.2. in l.1.C.de iureiuran.propter calumn.
Accuſare prohibitus poteſt implorare iudicis officium in locum accuſationis, l.1.C.ſi tutor,vel curator.
Accuſare prohibetur mulier, vel accuſatus ſuum accuſatorem, vel qui renunciauit expreſsè, vel tacitè, vel frater fratrem, vel infamis, vel alumnus, vel ſerui,familiares, liberti,vel milites,pupillus, & qui habet merum imperium, & qui accepit pretium ad accuſandum, vel non accuſandum, alium, vel qui falſum aliàs dedit teſtimonium, pauper, vel habens duos accuſatos prohibetur tertium accuſare, item ſocius ſocium criminis non accuſati, neque quis nomine alieno poteſt accuſare,qui omnes regulariter prohibentur, caſualiter tamen admittuntur, glo.1.in rubr.C.de his,qui accuſare non poſſunt.
Accuſare poteſt,qui eſt integræ famæ,tamen ſi calumniatur, debet puniri. l.criminis,15. C.eodem.
Accuſare ſimul non poſſunt mas, & fœmina in crimine adulterij, ſecus in inceſtu.glo.fi.in l.cùm ratio.16.C.eodem.
Accuſare criminaliter ſuum nutritorem,vel alimentatorem non poteſt alimentatus,vel nutritus,ciuiliter tamen rectè poteſt agere.l.iniquum,17.C.eo.
Accuſare criminaliter dominum non poſſunt ſerui,& familiares, & contrà facientes puniuntur in amiſſione bonorum, & capite plectuntur, excepto crimine maieſtatis.l.penult.C.eodem.
Accuſare patronum,vel eius heredem non poteſt libertus, & contrà faciens punitur in amiſſione bonorum,& pœna capitali.l.fi.C.qui acc.non po.
Accuſare vnum poſſunt plures de facto, & admittuntur, niſi oppoſita ſit exceptio glo.1.in l.4.C.de accuſatio.
Accuſare vnum de crimine publico non licet pluribus, ſed tantùm vni, niſi pluribus interſit æqualiter.d.glo.1.in additione.
Accuſari criminaliter non poteſt abſens,vt procedatur in cauſa,accuſatio tamen excipitur, & quandoque proceditur,glo.2.in l.abſentem,C.eod.
Accuſare ſicut non poteſt præſens abſentem, ita non poteſt abſens præſentem, glo.in additam,in l.fin.C.eodem.
Accuſari poteſt de falſo vtens inſtrumento falſo ſcienter,etiam mortuo eo, qui fabricauit illud,l.2.C.ſi reus,vel accuſator.
Accuſare poſſunt infames de crimine læſæ maieſtatis,gl.1.ibi.
Accuſare de adulterio, vel ſtupro poteſt minor poſt pubertatem,non ante, glo. fina.in l.propter violatam,C.de adulteriis.
Accuſare volens,ſcilicet adulterum,& adulteram,poteſt incipere,à quo velit, ſi illa non nupſit,vel ſi nupſit,hoc poſt denunciationem, aliàs ab adultero incipere debet,& eius accuſatio proderit mulieri, & condemnatio non nocebit, glo.fi.in l.reos adulterij,C.eod.
Accuſare non poſſunt extranei de adulterio, ne matrimonium ſub falſis contumeliis deforment,l.quamuis,30.C.eodem.
Accuſare non poſſunt extranei de adulterio etiam ſoluto matrimonio, quia adhuc videtur fœdare præcedens matrimonium, quam vir non accuſat, niſi ſoluto matrimonio,& ipſe præfertur omnib.gl.3.ib.
Accuſare poteſt quis criminaliter aliquem de falſo, & ciuiliter etiam poterit agere ad intereſſe actione in factum,l.1.C.quando ciuilis actio.
Reliqua Abſolutio, 2.3. Adulterium, 2.3. Adulter,1.3.4.5. Agere,4. Apoſtata, Bannitus,Infamis.1.2.Libertus,25.Miles,12.Minor, 8.vſque 11.Mulier, 76.77.78. Pupillus.32.33.Seruus,25.vſque 30 Soror,Vxor,5.Frater,12.Crimen,8.

ACCVSANS criminaliter non poteſt reconueniri ciuiliter, ſed vnus,& idem poteſt agere ciuiliter,& criminaliter l.rerū, 27.& ibi.gloſſ.1.rerum amatorū.
Accuſans dominus teſtamentum de falſo, in quo rogatus fuit ſeruum manumittere,ac legatum relictum eſt ſibi, non poteſt præiudicare ſeruo falſi accuſatio facta à domino; quia à fiſco debet ſeruus redimi, vt manumittatur, ſi dominus velit eum vendere,ſi tamen nolit,non poteſt cogi, l.poſt legatum,§. ſi pater,de his,quæ vt indig.
Accuſans teſtamentum de falſo, vel dicens inofficioſum,ſi poſteà ſucceſſerit legatario,vel heredi,in eo teſtimonio ſcripto poteſt nihilominùs legatum,vel hereditatem primi teſtatoris inuentam in hereditate legatarij, vel heredis defuncti capere,d.l. poſt legatum,§.quis accuſauit.
Accuſans teſtamentum de falſo, perdit legatum in eo ſibi relictum, niſi accuſans ſit minor, qui reſtituitur, vt non amittat legatum, d.l.poſt legatum, §. ætati.
Accuſans teſtamentum principale de falſo, repellendus eſt ab eo legato, quod ſibi relictum eſt in ſecundis tabulis pupillaribus,vel in codicillis factis ab eo, qui fecit teſtamentū,licèt eò teſtamento non confirmatis,d.l.poſt legatum,§. qui principale.
Accuſans de falſo ſecundas tabulas, vel codicillos non repetitur ab eo id quod ſibi debetur ex teſtamento principali,l.poſt legatum,§.qui principale, de his, quæ vt indign.
Accuſans teſtamentum, & ſuccumbens non repellitur ab hereditate heredis ſcripti in ipſo teſtamento, quia non principaliter in hereditatem primi teſtatoris ſucceſſit, l. qui Titij,eod.
Accuſans teſtamentum de falſo ex neceſſitate officij, non perdit legatum ſibi relictum in eo teſtamento,l.tutorem,eod.
Accuſans aliquem publico iudicio fictitiè admittendo falſas defenſiones, & bonas probationes diſſimulando,dicitur propriè præuaricator, l.1.& ibi glo. 2.de præuaricator.
Accuſans tam is,de cuius calumnia queri poteſt, quàm is,de cuius calumnia agi prohibetur,ſi præuaricatores in cauſa publici iudicij pronunciati fuerint, infames ſunt,l.4.& ibi glo.fin.eod.
Accuſanti tam in priuatis,quàm in publicis iudiciis imponitur pœna talionis, ſi petatur pœna corporalis per accuſationem,glo.iudicij, in l.pen.§.de publicis iudiciis.
Accuſans publico iudicio debet ſubſcribere ſe perſeueraturum vſque ad ſententiam,

riam,& super hoc se paratum dare fideiussorem, & si tabellio scripsit accusationem, satis est, quòd hic subscribat, vel alius pro eo si scribere nesciat, gl.2.in l. si cui crimen, de accusat.

Accusans publico iudicio non tenetur se subscribere ad pœnam talionis, si non probauerit, quia hoc intelligitur etiam si non dicatur, reprob. gl. 2. in d.l.si cui crimen.

Accusantibus pluribus volentibus simul accusare eundem de publico iudicio debet iudex eligere idoneorum causa cognita, scilicet æstimatis accusatorum personis de dignitate, vel ex eo, quod interest, vel ætate, vel moribus, vel alia iusta de causa affinitatis, vel cognationis, l.si plures, & ibi glo. fin.de accusat. glo.1.& gl.fi.in l.qui de crimine, C.de accusat.

Accusans de adulterio masculum post quinque annos continuos à die commissi adulterij, vel fœminam post sex menses vtiles ex die diuortij, si destiterit, nihilominùs incidit in Turpillianum, l.1.§.accusationem, ad Turpill.

Accusans mulier aliquem de falso si destiterit, eò quòd non prosequerètur iniuriam suorum, vel suam, non incidit in Turpillianum, ibi.

Accusans aliquem qui in Turpillianum inciderit, si posteà destiterit, non incidit in Turpillianum, d.l.1.§.item si dicatur, & ibi gl. item si.

Accusans aliquem de crimine stellionatus, aut expilatæ hereditatis, etiamsi desistat, non incidit in Turpillianum, sed officio iudicis punitur extra ordinem relegatione vel simili, l.si quis repetere, l.fin.& ibi gloss.fin.eod.

Accusans aliquem de furto, vel iniuriarum, si destiterit, non subibit pœnam Turpilliani, sed officio iudicis extraordinarie punitur, ibi.

Accusans de omni crimine si desistat, incidit in Turpillianum, nisi sit de illis personis exceptuatis, qui sine periculo calumniæ accusare possunt, nam tales desistentes non incidunt in Turpillianum, nisi sint in euidenti calumnia, l.in Senatusconsultum, §.an ad eos, & ibi glo. eos, ad Turpillian.

Accusans eum, contra quem sunt aliqua iudicia, si velit torqueri aliquos, quos ipse produxit de domo sua, non auditur, l.1.§.ad quæstionem, de quæstio.

Accusans Episcopum criminaliter per calumniam similitudine supplicij, vel extraordinarie puniri debet, gl.4.in l.si qua, 22.C.de Episc.

Accusans Episcopum in causa criminali ciuiliter per calumniam præsumptam, quia non probauit, vel quia destitit, punitur 30.pondo auri, gloss.1.ibi.

Accusans testamentum de falso si succumbat, priuatur hereditate, & applicatur fisco, secus si diceret testamentum, non iure factum, l.2. C.de his, quibus vt indig.& ibi gloss.pupillo.

Accusans a iudicem videtur eum condemnare, glo.fin.in l.si filium, 37. C. de liberali causa.

Accusans si non probauerit, dicitur calumniari, nisi sit tutor, vel mater accusans de morte filij, gloss.fin.in l.2.C.de his, qui accusare non possunt.

Accusantes per calumniam in talione lege Remmia puniuntur, præuaricantes, qui sua parte, &c. puniuntur extraordinarie, gl.in rubr.C.ad Turpil.

Accusans mulier suam, suorumque iniuriam prosequendo, si pacto desistat, incidit in Turpillianum.l.si fœmina, S.C.eod.

Accusans de suspecto debet se inscribere, glo.2.in principio, Instit.de suspect.tut.

Accusans per calumniam post exhibitionem accusati, nec publica, nec priuata abolitione potest desistere, nec generale, nec speciale beneficium principis sibi prodest, l.pen.C.de calumn.

Reliqua verbo, Accusator, Accusatio, 4.5.6. Accusator, 20. 21. Turpillianum, Calumnia, Commonitio.

15 *Accusator in genere, 16.17.*

18 *Accusator quoad eius mortem, vel accusati.*

19 *Accusator quoad probationem.*

20 *Accusator quoad accusationis desistentiam, 21.*

5 ACCVSATOR de præuaricatione conuictus posteà ex lege non accusat, quia infamis est, & infames non accusant, l.5. & ibi glo.1.de præuar.ca.

Accusatori male formanti libellum potest iudex statuere tempus, intra quod possit recte formare libellum, quo elapso, potest pronunciare non esse audiendum, l.Titia, & ibi gl.iterum, de accus.

sine Accusatore nemo debet condemnari, nec puniri, fallit in sex quibusdam casibus, l.rescripto, §.si quis accusatorem, & ibi glo.non debet, & addi.marg. de muneribus, & gl.& instituendis, & ibi add. marg.in prin. Instit. de publ. iudicijs.

Accusator repudiando accusationem videtur confiteri, se non habere ius.gl.non audiendum.in l.si maritus.§. si negauerit de adult.

Accusator non cogitur suscipere legationem ad eum, qui se amicum, vel domesticum dicit eius, qui accusatur l.4.§.1.de legatio.

Accusator transigens, vel paciscens de crimine capitali incidit in Turpillianum. gl.3.in l.transigere 18. C. de transact.

Accusator in criminali negotio debet sequi forum rei.l.in criminali.C.de iurisdict. omnium iud.

Accusator si fuerit compulsus à reo accusare coram suo iudice, reus habetur pro condemnato. ibid.

Accusator dicitur cogi à reo coram certo iudice, quando reus comminatur accusatori, si sub tali iudice non agat, & dicit se sub alio iudice non responsurum, & sic per metum eum compellat ad hoc, vel per dolum, vel per amicos. gl.habeatur. ibid.

Accusator non est necesse quod inscribat in libello se subiturum eandē pœnam, quam & reus, si non probauerit: quia etsi non inscribat, patietur nihilominus similitudinem supplicij: quod tamen fallit quando opponitur in modum exceptionis, vt in abigeis & in aliis casibus.† gl.periculi in l.2.C.de fide instr.& gl.2.in l.3.& l.si crimen.C.de his, qui accusare non possunt. glo.1.in l.si quis C. de accusat.

Accusatores eorum, quæ à natura proueniunt, esse non debemus.l.4.C. de liberis præterit.

Accusator agens criminaliter debet se inscribere ad pœnam talionis, & dare fideiussorem de lite prosequenda, quam si nō prosequatur, monēdus est, & ex contumacia extra ordinem, & in expensis debet puniri.d.l.3.& ibi gl.1.& 2.

Accusator habens duos accusatos non potest tertium accusare, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur.l. cum rationibus. C. de his, qui accusare, l. qui accusare. C. de accusat.

Accusator vt ad sententiā possit veniri, citari debet, sicut actor in ciuilib.& sicut reus in ciuilib.ita & accusatus. † gl.pen.in l.4.C.de accus.

Accusatori citato potest iudex pendente causa statuere tempus, intra quod incidat in Turpillianum, si non prosequatur causam. ibid.

Accusator absens per contumaciam quandoque grauiùs punitur, quam sit statutum per Turpillianum. ibid.

Accusator super vno facto, & vno crimine, & tunc vna tantùm lege accusare potest, sed super vno facto habente diuersos titulos criminis, & tunc non potest iterum accusare de alio titulo criminis, de diuersis tamē criminibus descendentibus ex diuersis factis potest idem iterum accusare † gl. fin.ibid.

Accusator debet se inscribere, & detineri, sicut & accusatus, donec causa examinetur, nisi dignitatis ratio aliud exegerit.l.fin.C.de accus.

Accusatoris absentia post liquidationem criminis non impedit contra reum præsentem ferri sententiam.l.quamuis.19.C.de adulteriis.

Accusator licèt faciat pactum cum accusato, nihilominùs iudex poterit procedere super morte.l.2.& ibi add. marg. C. de abolitio.

Accusatoris calumnia iudicis officio mercenario puniri debet tēpore, quo absolutoria fertur, non posteà.l.1.C. de calumniator.

Accusator non est credendus calumniator, eo ipso, quòd reus absolutus est, quia accusator potest habere iustam causam veniendi ad crimen.l.3.C. de calumn.

Accusator licet summissus delator vocatur, & à calumnia non excusatur, nec à similitudine supplicij, l.nostris, C.eod.

Accusator non admittitur ad accusandum, nisi priùs libellum accusationis porrexerit, & se obligauerit ad pœnam talionis, & si probet excusatur, si non punitur, l.non prius, C. de calumn.

Reliqua verbo, Calumnia.

Accusatore mortuo alius in eius locum substitui potest præside prouinciæ cognoscente, quis in eius locum constituendus sit, l.accusatore, & ibi add.marg. de publicis iudicijs. 18

Accusatore defuncto potest iudex processum prosequi, & ipsum finire, & terminare, ibid.

Accusatore defuncto, vel aliter impedito rei nomen aboletur reo postulante, & intra triginta dies etiam alij repetitio conceditur, l.libellorum, §.fin.de accus.

Accusator, vel accusatus si moritur appellatione pendente, finitur instantia etiam quoad bona, nisi ea, quæ erāt necesse adēpta heredibus, l.fi.C.si reus, vel accus.

Accusatoris heres non tenetur exequi crimina à defuncto inchoata, l. Diui fratres, de accus.

Accusator si non probauerit, debet condemnari ad pœnam talionis, ibid.

Accusator debet accusationē suam probare per idoneos testes, vel per apertissima documenta, vel per indicia indubitata, & luce clariora, l.fin.C. de probat. 19

Accusator eo ipso quòd non probat suam intentionem, præsumitur calumniari, non tamen semper debet calumniari de calumnia, sed potest, nisi aliqua iusta caussa eum impulerit ad accusandum, & nisi in casibus, in quibus potest quis sine metu calumniæ accusare, gl.1.in l.criminis, 15.C.de his, qui accusare non possunt, & gl.quòd si nō, in l.1.C.de aduoc.diuers.iudiciorum, gl. relegaretur, in l.3.§.item Diuus Pius.

Accusator, qui crimen læsæ maiestatis probauit tantùm semiplenè, vel per indicia, debet torqueri vnà cum accusato & instigatoribus, vt veritas eruatur nullo obstante priuilegio, l.3.C.ad l.Iul.maiest.

Accusator non probans crimen, quod intendit, non infamatur, nisi de calumnia damnetur, l.3.C.de calumn.

Accusator non probans in caussa criminali punitur de calumnia, non tamen in causa ciuili etiam liberali, l.qui calumniatores, C eodem. 20

Reliqua verbo, Actor 14. Calumnia, 1.2. Inscribere.

Accusator desistens à publico iudicio incidit in Turpillianum, id est, in pœnam promissam pro exhibitione, & extraordinaria pœna, & infamis est, glo. destitisse, in l.3.§.fi.de præuaric.& gl.1.in l.2.si reus, vel accus.

Accusatore desistente potest iudex accusatum ex reis eximere, & absoluere, si tamen iudex vellet ex officio accusationem prosequi, potest, si crimen corā eo factum est liquidū, nam tunc, vt super notorio, procedit, super quo potest etiam ex officio, etiamsi liquidum facto non esset, modò tale sit, vt super eo per inquisitionē procedi possit, alioquin nō potest, l.hi tamen, §.fi.& ib.add.de accus.

Accusator desistens ab accusatione permissu principis, vel publica abolitione interueniente, vel etiam per priuilegium ex certa scientia, impunitus est, l. destitisse, & ibi gl.fi.ad Turpil.

Accusatorem subiiciens, & subiectus ad accusandum, si destiterunt, & non peregerunt reos, in Turpillianum incidunt, l.in Senatusconsultum, eod.

Accusator desistens priùs ab accusatione, licèt posteà reus accusatus moriatur, incidit in Turpillianum, d.l.in Senatusconsultum, §.si propter.

Accusator desistens post mortem rei non incidit in Turpillianum, nisi tale crimen fuerit, cuius actio etiam in heredes durat, velut maiestatis in duobus capitibus, & in crimine repetundarum, ibid.

Accusator semel desistens ab accusatione, etiam si posteà paratus sit accusare, non auditur. ibid.

Accusator non videtur desistere, eò quòd reum exemptum per abolitionem generalem non repetit, l.si interueniente. eod.

Accusator, vel accusatus studiosè intrans domum iudicis, rogādo eum, vt foueat ei, posteà lege Iul.de ambitu punitur in centum aureos applicandos fisco.l.1. §.fin.ad l. Iul.de ambi.

Accusatores tribus modis delinquunt, aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuersantur.l.1. ad Turpillian.

Accusator desistens ab accusatione, non petita abolitione, id est, licentia, punitur pœna Turpilliani: secus si cum licentia dicta leg.1.§.si quis autem.& gl.1.in l.2.C.si reus vel accusat.& gl.in rubr.C.de abolitio.

Accusator, qui accusauit de plurib.delictis, debet singulorum abolitionem petere, alioquin prout quid omiserit eius nomine, pœnam Turpilliani patitur. d.l.1.§. abolitio.

Accusator, qui exceptione summoueri poterat, si destiterit, nihilominùs incidit in Turpillianum.d.l.1.§. accusationem.

Accusator

Accuſator deſiſtens ab accuſatione alium accuſatorẽ ſubmittendo, vel inſtigando, vel mandando, vel inſtruendo alium ad accuſationem capitalem, ſi ille ſubmiſſus non probat, ſubmittens incidit ſimili modo in Turpillianum, cum illo, qui ſubmiſſus eſt, item nuntius ad hoc miſſus etiã incidit. d. l. 1. §. incidit.

Accuſator poſt impetratam abolitionem priuatam non poteſt iterum intentare idem crimen contra eundem, ſed bene poſt abolitionem publicam impetratam. l. 4. §. fi. & ibi gl. fi. eod.

Accuſator publica abolitione interueniẽte deſiſtẽs poteſt repetere illud crimen intra 30. dies, neque poſſunt ei obiici exceptiones, quæ non poterunt opponi accuſatori tempore abolitionis, vt quia lis erat conteſtata, & non poterat opponi exceptio. l. ſi quis repetere, & ibi gl. 1. & 2. ad Turp.

Accuſator citra veniam abolitionis deſiſtens decurionum honore non poteſt decorari, cùm ex Turpilliano notetur ignominia, l. ſpurij, §. qui iudicij, de decurionib.

Accuſator morte accuſati liberatur à proſequutione criminis intentati, & ideò non incidit in Turpillianum, l. 2. C. ſi reus, vel accuſ. mor.

Acuſator non proſequens intra legitimum tempus vltra pœnam bonorum notatur infamia, niſi ſit vilis perſona, quòd infamia non ſit ei iniuria, quia tunc in exilium mittitur, niſi abolitio fuiſſet impetrata, l. 2. C. vt intra certum tempus crimi.

Accuſator deſiſtens à priuato crimine non incidit in Turpillianum, punitur tamen aliàs iudicis officio, gl. 1. in l. 1. C. ad Turpil.

Accuſatori deſiſtenti licèt promiſſa non ſeruentur, ad accuſationem ob id non poteſt redire, l. 3. C. ad Turpil.

Accuſator deſiſtens à cauſſa criminis publici ſine abolitione incidit in Turpillia. l. 1. C. eod.

Accuſator ſi accuſato non ſub cuſtodia facto, ſed ſub fideiuſſoribus datis, vel ſola inſcriptione depoſita deſiſtit, punitur per Turpil. gl. 1. ibid.

Reb pro verbo, Abolitio, Accuſatio, 4. 5. Accuſans, 13. 14. Turpillianum, Mulier, 69. Comminatio.

22 ACCVSATVS ſi ſit quis de re ſua non licita ex lege, vel ſtatuto, vt quòd quis bannitũ occiderit, legis municipalis authoritate poteſt iudex, nulla expectata exceptione, etiam tacente accuſato, accuſatorem reiicere, & accuſatum remittere, l. prætor, § præterea, & ibi additio marg. de iniuriis.

Accuſati, vel inquiſiti duo de eodem crimine veluti communiter admiſſo ſi fuerint, poteſt alter pro altero fideiubere, & proinde eorum quilibet relaxandus eſt, gl. 1. in addit. marg. in l. ſi duo, de duob. reis.

Accuſato, vel inquiſito de crimine, de quo veniunt bona publicanda, non videtur interdicta adminiſtratio bonorum ſuorum pendente accuſatione, vel inquiſitione, quominus debitores ſibi ſoluendo liberentur, & ipſe etiam ſoluere alij poteſt, l. reo criminis, 41. cum l. ſequen. de ſolutio.

Accuſator ſi ſit quis eo quod publicum iudicium deſtituerit, non inducitur contra eum publica accuſatio, ſed punitur per Turpillia. in quinque libras auri, l. 3. §. fi. & ibi glo. deſtituerit, de præuaricat.

Accuſatus accuſatorem corrumpens in omnibus cauſis, in quib. imponitur pœna ſanguinis, habetur pro victo, niſi appareat ab innocente extortam pecuniam, l. fi. & ibi gl. l. fi. eod.

Accuſatus non poteſt reaccuſare ſuum accuſatorem de pari, vel minori crimine, antequàm fuerit excuſatus de prima accuſatione contra eum facta, & ſi fuerit condemnatus amiſſione ciuitatis, vel libertatis, nõ poteſt reaccuſare, inchoatas tamen accuſationes ante damnationem poteſt perficere poſt damnationẽ, l. ſi qui reus, de publ. iudiciis, & l. neganda, C. de his, qui accuſare.

Accuſatus poteſt reaccuſare ſuum accuſatorem de maiori crimine, antequàm inter reos ſit receptus, ſed pòſt non poteſt, etiam de maiori, glo. accuſare, & glo. inchoatas, in d. l. ſi qui reus.

Accuſatus pendente accuſatione poteſt de pari, vel minori crimine contra ſuum accuſatorem proponere accuſationem, & ſe inſcribere, ſed non proſequi, ibid.

Accuſatus pendente accuſatione poteſt reaccuſare ſuum accuſatorem etiam de pari, vel minori crimine, proſequendo ſuam, vel ſuorum iniuriam, etiamſi primus accuſator proſequatur ſuam accuſationem, † reprob. gl. accuſare, & glo. inchoatas, Bar. ibi nu. 2. in d. l. ſi quis reus, l. negãda, 19. C. de his, qui accuſare.

Accuſatũ ab vno nõ poteſt alius accuſare pendente accuſ. l. hi tamen, §. fi. de acc.

23 Accuſatum ab vno non prohibetur quis accuſare, ſi abolitione publica, vel priuata interueniente, aut deſiſtente accuſatore à prima accuſatione liberatus eſt, neque opus eſt doceri de præuar. primi, d. §. fin. & ibi gl. fin.

Accuſatus ſi poſt litem conteſtatam, & poſt nomen rei receptum inter reos, ſit electus legatus Imperatoris, vel magiſtratus Populi Romani, vel ad aliam dignitatem peruenit, & tunc indiſtinctè poteſt opponere, quòd non poſſit accuſari, ſi verò ante nomen rei receptum inter reos erat in dignitate, & non oppoſuit exceptionem, non poteſt in eodem iudicio opponere, ſed ſi poſt abolitionem factam à primo accuſatore, & non poteſt opponere, ſecus ſi repetatur ab extraneo, l. hos accuſare, §. 1. & ib. gl. contendant, & ib. add. marg. de acc.

Accuſatus de crimine capitali poteſt interim petere deferri bona ex aliqua cauſſa in fiſcum, ex qua fiſco deferuntur, l. pen. de accuſ.

Accuſatus cuſtoditur arbitrio iudicis certis cauſis inſpectis, l. 1. de cuſt. reo.

Accuſatus quãdo confitetur de crimine, tunc ponendus eſt in carcerẽ, & extunc citò condemnatur, & ſi confiteatur in tormentis, debet iterum, atque iterum confiteri, gl. 1. & ibi add. marg. in l. 1. de cuſt. reo.

Accuſatus ſi diffitetur, & tunc ſi ſcelus eſt valde graue, ponitur in carcerem, & interim cuſtoditur; ſi verò non valdè graue, committitur cuſtodiendus, gl. 1. & fin. ibid.

Accuſatus ſi in tormentis ſit confeſſus, non debet ſtatim in tribunal produci, ſed debet per diem, & noctem committi, ſed ſi ſine tormentis, & tunc debet duci, & ſi rurſus confiteatur, dicitur perſeueraſſe, ſi verò ſtatim à tormentis, nulla tùnc dici debet perſeuerantia, d. gl. 1. in add.

Accuſatus de vno crimine non poteſt accuſari de alio anteà admiſſo, ſed bene de crimine poſt accuſationem admiſſo, l. 2. §. fi. glo. & ibi glo. quod ante, de cuſtodia reorum.

Accuſatus de modico delicto ſub fideiuſſoribus debet dimitti, ſecus ſi ex graui, l. D. Pius, 3. eod.

Accuſatus eximitur publica abolitione interueniente, leg. ſi interueniente, ad Turpillian.

Accuſatus de crimine capitali, quod pœnã ſanguinis infligit, corrumpens accuſantẽ non punitur propter hoc, l. 1. & ibi gl. 1. de bonis eorũ, qui ante ſentẽtiã.

Accuſatus, de cuius pœna Imperatori ſcriptum eſt, vt quia erat decurio, vel quòd debuerit in inſulam deportari, ſi antequàm reſcriberetur, deceſſerit, non tranſit pœna ad eius heredes, l. 2. § 1. eod.

Accuſatus de crimine, in quo de bonis eius agitur, rectè poteſt emancipare filium, vt hereditatem alicuius ſibi relictam adiret, neque videtur in fraudem fiſci factum, l. cum quidam, 26. & ibi gl. fi. de iu. fiſci

Accuſatus de aliquo delicto poteſt interim bona ſua adminiſtrare, eique debitor bona fide rectè ſoluit, l. autem, 46. §. in reatu, & ibi gl. reum, eodem.

Accuſatus de crimine capitali pendente accuſatione factus miles, probato crimine, capite punitur, nec remittendus eſt ad iudicem, coram quo capta fuit accuſatio, ſed vbi eſt cauſſa militiæ, auditur ſi dicta cauſa ſit, id eſt, verum ſit, eum primò accuſatum, l. 4. §. reus, de re milit.

Accuſatus de crimine non capitali pendente accuſatione factus miles, ſi ignominiosè reiicitur ob id à militia, ad iudicem ſuum, coram quo capta fuit accuſatio, remitti debet, nec ampliùs admittitur ad militiam, licèt fuerit abſolutus à ſuo iudice, ibid.

Accuſatus de adulterio non poteſt effici miles, l. 4. §. adulterij, eo.

Accuſatus de aliquo crimine, ſi metu pœnæ eius fecit, ſe fieri militem, repellitur à militia, & à ſacramento, quod in militia dedit, liberatur, l. fin. eodem.

Accuſatus de crimine capitali non admittitur ad nouos honores, retinet tamen interim dignitatem priſtinam, l. libertus, §. in quæſtionibus, ad municipal.

Accuſatus de crimine capitali, pendente accuſatione, non debet vocari ad honores, licèt intra tempus à iudice datum accuſator non probaſſet iuſta cauſſa impeditus, l Lucius Titius. §. idem reſpondit, eod.

Accuſatus etiam ante ſententiam non admittitur ad honores intra annum, ſed pòſt annum, quòm accuſatus fuerit, poteſt admitti, niſi per eum ſteterit, quominùs cauſſa expediretur, l. reus, de muneribus.

Accuſatus etiam pendente accuſatione non poteſt etiam ad ordines promoueri, d. l. reus, in addit. marg.

Accuſato licitum eſt, quomodocunque ſanguinem ſuum redimere, gl. 3. in l. tranſigere, 18. C. de tranſactio.

Accuſatus tranſigens poteſt datum repetere, ſi accuſatio erat calumnioſa, ſi verò ſit vera, & ſuper ea non poteſt tranſigere, non poteſt repetere, quia turpiter dedit, ſed ſi ſuper ea poteſt tranſigere, non poteſt repetere, ſi aduerſarius obſeruat promiſſa, ſi tamen non obſeruat, repetit, & obiicitur exceptio, gl. 1. in l. accuſationis, C. de his, quæ vi.

Accuſatus ſi dederit pecuniam in cauſſa criminali accuſatori, vel accuſator accuſato, quod rarò accidit, tunc reus debet condemnari, ſi in confeſſione perſiſtat, gl. 1. in l. 1. C. de pœna iudicis qui male.

Accuſatus citatus non veniens punitur pœna pecuniaria, vel etiam ea, quæ contingit æſtimationem, & interdum etiam poteſt relegari, glo. penult. l. 4. C. de accuſat.

Accuſatus de quodam crimine ab vno, non poteſt de eodem crimine ab alio accuſari, niſi ſit tale crimen, ex quo poſſunt duæ oriri accuſationes, & tunc iudex non pronuntiabit de vno priùs, quàm de vtroque plenè cognouerit, l. qui de crimine, C. eod.

Accuſatus ab vno de crimine, ſiue ſit condemnatus, ſiue abſolutus, non poteſt iterum de eodem crimine accuſari ab alio, niſi doceatur de præuaricatione primi accuſatoris, vel niſi ſecundus proſequatur ſuam, vel ſuorum iniuriam, & probet, ſe neſciuiſſe accuſationem ab alio inſtitutam, gl. 2. ibi. gl. 3. & 4. & in l. ſi quis homicidij, C. eo.

Accuſatus pendente accuſatione primi accuſatoris non poteſt de eodem crimine accuſari ab alio, niſi deceſſerit primus, vel niſi aliàs impediatur procedere: tunc enim intra triginta dies admittitur ſecundus, d. glo. 2.

Accuſatus de crimine ab vno non poteſt ab eodem accuſari de alio crimine ortum habente ab eodem facto, ſed ſi ex diuerſo facto, poteſt etiam accuſari ab eodem, d. gl. 2. & gl. ab alio, ibid.

Accuſatus de vno crimine abſolutus poteſt de alio crimine reaccuſari, l. ſi quis homicidij, 11. C. de accuſatio.

Accuſatus de crimine poteſt cum accuſatore tranſigere, & talis tranſactio non nocet, & ideò non obſtante tranſactione poteſt reaccuſari ab alio de eodem crimine, glo. 3. & 4. ibi.

Accuſatus non debet torqueri, priuſquàm accuſator ſe inſcripſerit, l. ſi quis ſeruos, 13. C. eod.

Accuſatus de crimine publico debet perſonaliter adeſſe, etiam ſi ſit nobilis, ac potens, & non poteſt per procuratorem litigare, ſed bene in cauſa ciuili, l. tunc conuenit, 15. C. eod.

Accuſatus ſi torqueatur, non debet interrogari de ſociis, leg. finali, C. eod.

Accuſatus antequàm conuincatur, etſi cuſtodiri debeat, non tamen eſt ponendus in vinculis, l. 2. C. de exhib. reis.

Accuſatus antequàm conuincatur, licèt non debeat poni in carcere, vt ligetur, debet tamen cuſtodiri ſine ligamine, vel in carcere, vel ſub fideiuſſoribus, vel nuntiis ſecundum qualitatem perſonæ, & delicti, ibid.

Accuſatus ad iudicem non debet tranſmitti, antequàm aſſignetur ei 30. dierum ſpatium ad componendam familiam ſuam, d. l. 2.

Accuſatus, & accuſator ſub pari, & æquali cuſtodia detinentur, donec reperiatur celebrata cognitio veritatis, ibid.

Accuſatus interim dum de crimine agitur, nõ debet mitti per ferreas manicas, & inhærentes oſſib. ſed per prolixiores catenas eſt mittendus, ſi criminis qualitas catenarum acerbitatem poſtulauerit, ita vt & cruciatio deſit, & permaneat ſub cuſtodia fida, l. 1. C. de cuſt. reo.

Accuſatus interim dum de crimine agitur, non debet catenis conſtringi, vel cruciari, vel in compedibus cuſtodiri, ita vt de die videat lucem, & de nocte imponatur in profundum carceris, & poſteà in ortũ Solis ad lumen eleuetur, ibidem.

Accuſatu-

debent in ſcriptis,l.penult.in fi.C.de dignitatibus,lib.11.& §. ſuper hoc,& ibi gl.legitimo in auth.in medio litis non fieri ſacras formulas, col.8.

Reliqua verbo, Copia,Editio.

ACTARII dicuntur, qui faciunt machinas inſtar lacus,vel torcularis,gl.actarij, in l.1.C.de excuſat.artific.lib.10.

ACTIONES ſunt de iure ciuili, gl. obligationes, in l.ex hoc iure, de iuſt. & iure, † gl.fi.in l.rerum,25.rerum amotarũ,gl.quàm ius,in princ.Inſt.de actio.

Actiones, quibus inter ſe homines diſceptarent ex legibus 12. tabu. compoſitæ ſunt, quas actiones certas ſolemnéſque eſſe, voluerunt ſapientes illi decem viri,l.2.§.deinde ex his, de origine iuris.

Actiones, quæ ex legi.12. tab.compoſitæ erant, penes colleg.Pontif.erant,ibid.

Actiones,quæ ex legib.12.tab. erant compoſitæ, Appius Claudius compoſuit,& ad formam redegit, & Gneus Flauius eius ſcriba ſurreptum librum populo tradidit,& hic liber, qui actiones continet, appellatur ius ciuile Flauianum, ſicut ille, ius ciuile Papyrianum,d.l.2.§. poſteà cum Appius.

Actio eadem,quoties contra plures competit eiuſdem facti nomine, & eſt pœnalis ex vtraque parte, & vnus ſoluens alium non liberat, ſi verò ſit pœnalis ex vna tantùm parte, vel neutra tollitur adinuicem,& vnus ſoluens alium liberat,l.pen.§.fi.& ibi gl.pen.ne quis eum, qui in ius vocat.

Actio,quæ datur contra eximentem vi in ius vocatum, non datur in eius heredem, neque poſt annum; datur tamen heredi actoris contra eximentem, ſi actoris interſit, d.§.fi. & ibi gl.fin.

Actionem dat prætor quandoque, l.2.§.fin.qui ſatiſdare.

Actio ad triplum datur pro omni damno contra actorem,qui maiorẽ quantitatem in libello poſuit,vt reum grauaret in expenſis maiorib.gl.1.in l.ſiue eod.

Actio amiſſa ob abſentiam per reſtitutionem in integrum reſuſcitatur, l 2.§.fi.ſi ex noxali cauſa.

Actio ſubrogata aſſumit naturam primordialem,& originalem eius,in cuius locum ſubrogatur,non tamen accidentalem ex aliquo caſu ſuperuenien̄ti,l. eum, cui,29.& ibi gl.Pædius, & add.marg.de iureiur.l.ſi eum,§.qui iniuriarum, & ibi gl.danda, ſi quis cautio,& gl.2. in l.certi condictio,ſi certum petatur,& l. item veniunt,§.itẽ prædiximus,& ibi addit.marg.de petit.hered.& gl. conſtituerit,in l.item illa,§.1.de conſtit.pecunia, & l.1.§. hæc actio.ſi quis teſtam. liber eſſe,& l.1.§.ſi ſub conditione, vt legatorum nomine, & l. apertiſſimi,C. de iudiciis.

Actione prima ſublata curſu temporis non tollitur actio acceſſoria, ſed ſi actio prima tollatur,ipſo iure tollitur in totum, & acceſſoria,d.l.ſi eum,§.qui iniuriarum, & ibi glo.danda.

Actionem non tollit tempus ipſo iure, licèt eam elidat,vnde nihilominùs agitur ex ſtipulatione, ſed per exceptionem remouetur actor, ibid.

Actione prima de redhibitoria curſu temporis ſublata, non tollitur acceſſoria actio ipſo iure, ſed ope exceptionis, ibid.

Actionis nomen largiſſimè ponitur quandoque, vt cõprehendat iudicis officiũ, & ſimilia,quandoque ſtrictè,quandoque ſtrictiſſimè,gl.1.in l.1.de edendo.

Actio aut eſt vniuerſalis,aut generalis,aut ſingularis; vniuerſalis dicitur petitio hereditatis; generalis dicitur negotiorum geſtorum, tutelæ; ſingularis, vt de locato, mutuo,gl.3.ibi.

in Actione vniuerſali res deſignanda eſt vniuerſaliter,vt peto à te hereditatem, quæ fuit Sempronij, quia ſum eius heres, & ideò quia non ſpecificantur res, euicta hereditate inquiritur per executorem quid debeat reſtitui, retinentur tamen quædam,vt impenſæ funeris,& ſoluta creditoribus,ibi.

in Actione generali ſufficit rem generalem dici, vt peto à te vt rationem tuæ adminiſtrationis reddas,quia negotia mea adminiſtraſti,& hoc per actionem negotiorum geſtorum, ſed iudicio pendente potero quædam perſequi ſimili iudicio perſonali, ibi.

in Actione ſingulari rem ſingulariter deſignari oportet, ibi.

in Actione edenda debet dici talis cauſa,quæ probata,debeat ſequi cõdemnatio, niſi in rei vendicatione,in qua non requiritur cauſa,gl.3. in l.1.de rei vend.

Actio,& actionis cauſſa non ſunt idem, quia poteſt eſſe vera cauſa, & actio non vera,veluti verè contraxi, & fuiſti mihi obligatus, ſed ſoluiſti, vel rem amiſiſti, † ibidem.

Actio demonſtrat ſpeciem futuræ litis,id eſt, non ſolum actio, ſed etiã alia ſunt, 3
quæ ſpeciem futuræ litis demonſtrant,gl.marg.ad fi.ib.& l.3.C.de eden.

Actio inepta poſita in libello vitiat libellum, quamuis rectè cauſa ſit expreſſa, d.gl.marg.ad fin.

Actionem in libello poni non erat neceſſe olim,ſed ſufficiebat etiam ſine libello eam ſpecificare, niſi in illuſtribus conuentis, hodiè tamen neceſſe eſt, quòd detur libellus, gl.edere, ibid.

Actio ex edicto de edendo contra argentarium datur ad intereſſe litis, quæ eſt amiſſa propter rationes non editas,quod intereſſe licèt non poſſit probari in priori iudicio,poteſt tamen in ſecundo,l.argentarius,§.fi. de eden.

Actionem non informat pactum ex interuallo poſitum,l.iuriſgentium, §.quinimò, de pactis.

Actio per procuratorem in pactis obligatoriis, licèt non quæratur domino ſine ceſſione,tamen in pactis liberatoriis bene quæritur exceptio pacti domino ſine ceſſione,l.reſcriptum, §.fi.eod.

Actionis nomen ſtrictè accipitur pro perſonali, largè ſumpto vocabulo accipitur pro perſonali,& reali, pro præiudiciali, pro interdicto, pro ſtipulatione prætoria,& pro aliis,l. ſed & hæ,§.non ſolum, & ib.gl.actio, de procuratoribus,& l.actionis verbo,36.de act. & oblig.l.fi. & ibi gl. omnium, C.de hered. act.& gl.quod ſibi debetur,in princ.Inſt.de act.

Actio tempore peritura,veluti redhibitoria, vel quantò minoris, ſi intra legitimum tempus procurator meus litem mouet, fiatque conteſtatio per eum,illa actio mihi conſeruatur,l.per procuratorem,72.& ibi gl.1, eod.

Actiones non ſemper adquirimus per procuratorem,eas tamen rectè retinemus per eum, ibid.

Actionem non habens non poteſt quis experiri,quandoque tamen rectè poterit, gl.non habuerit,in l.ſi pupilli,§.fi.de neg.geſt.& gl.1.in l.3.C.de eden.

Actio ex voluntate domini pendet,quando negotium ratihabitione fit noſtrum, 4
gl.pendeat,in l.Pomponius,& l.ſi pupilli,§.item quæritur,de negot. geſtis.

Actio iam nata non poteſt tolli nuda voluntate vnius, ſed actionis natiuitas rectè poteſt impediri nuda voluntate vnius,ex eo quòd dependebat actio ex voluntate

Actiones contrarias eodem tempore non poteſt quis proponere,ſed bene diuerſis temporibus, & inſtantiis, glo. ex ſtipulatu, in l. minor, 39. verſ. 1. de euictio.

in Actione ſubſtituta non venit plus,quàm in ea, cui ſubſtituitur, gl.veriſimili, in l.4.de vſuris.

Actionis verbo non continetur exceptio ex propria, & vera ſignificatione, ſed bene ex interpretatiua,gl.2.in l.in exceptionibus,19.de probationibus.

Actio ad factum, & etiam ad intereſſe poteſt ſimul agitari, & intentari in eodem libello, gloſſ. item ſi in facto, & ibi add. marg. in l.2. §. fin. de verbor. obligat.

Actiones non transferuntur per reſtitutionem hereditatis,niſi reſtituatur ei, & eo modo quo teſtator iuſſit,l.ſi mulier,60.§.1.de iur.do.

Actio vna occultatur, quandoque celeritate inter ſe coniungendarum actionum, vt ſi mandato meo debitor alij ſoluit, dicitur ſolutum mihi creditori,
12 & illi à me,l.3.§.fi.de donat.inter virum.

Actio nobis quæritur per extraneum ſtipulantem,eo caſu,quo nobis quæreretur ſtipulatione non interpoſita, † gloſ.pen.in l.Caius,46.ſolut.matrim.

ſine Actione non poteſt experiri, quandoque tamen poteſt agi iudicis officio,vt in reſtitutione minorum,& maiorum,& in expenſis litis, vt in ſalario aduocatorum,& in iure incolatum,gl.non potuit, in l. quoties, 10.§.item ſi temporali, de adminiſ.tutor.& gl.inferre, in l.tutores, 40.eod.gl.liberari, in l.ſi quid poſſeſſor,§.pen.de petitione heredit.

Actionem competere,quando eſt certum,ſed dubitatur,quæ actio competat,non cogitur actor exprimere, ſufficit enim liquere iudici, l.gallus,§.ſi eius,de liber.& poſthu.

Actionis iure quod quis accipit, computat in quartam iure exceptionis, l.qui non militabat,78.de hered.inſtit.

Actionem quandoque transfert is, qui non habet, gl.1.in l. cùm heres,ad Tertullian.

Actio quandoque datur illi,cui non datur exceptio,gl.directam, in l.qua ratione,§.1.de adquir. rerum dominio.

Actione, & exceptione poteſt quis ſe tueri, ac defendi. gl. fi. in l. ſtatuas, 40. eodem.

ob Actionem ineptam ſicut quis ſuccumbit, ita ob propoſitam ineptam exceptionem,l.1.§.Labeo,in additione marg.de fluminib.

Actio ſtricte infertur in perſonam,petitio verò in rem:perſequutio verò in rem, vel in perſonam rei perſequendæ gratia,l.actio,de actio.& oblig.

Actiones omnes, aut ſunt ciuiles, aut honorariæ, ciuiles dicuntur,quæ ſunt introductæ à qualibet parte iuris,præterquàm ex edicto prætoris,ſed honorariæ dicuntur, quæ veniunt ex iure prætoris, ita quòd contineantur etiam ædilitiæ,l.actionum,§.fin.& ibi gloſſ. fin.eod.

13 Actiones perſequutoriæ dicuntur illæ, quib. perſequimur quod ex patrimoniõ nobis abeſt,vt cùm agimus cum bonorum poſſeſſore debitoris noſtri,l.in honorariis,eod.

Actio quælibet, quæ mihi quæſita eſt ſerui mei nomine, id eſt, nomine maleficij commiſſi in ſeruum meum,vt Aquilia,vel actio iniuriarum pro iniuria facta ſeruo meo,furti,& ſimiles,durat mihi,etiamſi ſeruus ille,vel manumiſſus, vel alienatus,vel mortuus fuerit,l.quæcunque,55.eod.

Actionis ceſſatio ad tempus aliud eſt,& aliud liberatio,gl. detur,in l.2. §. & harum,de verb.oblig.

Actio vna transfunditur in aliam, l.tutor datus,70.de fideiuſ.

Actio poteſt diuidi ex parte actoris.l.iam tamen.§.pe.iudicatum ſolui.

Actionis vel rei mutatio impedit ſtipulationem iudicatum ſolui committi. l. cùm quærebatur.§.fi.eod.

Actionis propoſitio, contra quam exceptio rei iudicatæ non obſtaret, ſi dominus reus egiſſet, non facit ſtipulationem de rato committi.l.procurator, rem ratam haberi.

Actio extinguitur, quando deuenit in eum caſum,à quo incipere non poteſt ex facto meo,aliàs ſecus.gl.extinguatur,in l.falſus §.pe.de furtis.

Actio introducta in ſubſidium non habet locum contra eum, qui de iure ordinario poteſt coerceri.l.1.§.habet itaque,ſi teſtam.liber eſſe.

14 Actio pro damno futuro rei venditæ tranſit ad emptorem,ſed actio pro damno præterito ante venditionem penes venditorem remanet.gl. fi.in additione in l.pe.arborum furtim.

Actionis verbo non ſignificatur exceptio, quia aliud eſt actio, aliud exceptio, aliud replicatio,& aliud duplicatio.l.verbum.8.& ibi gloſ.fin.de verbor.ſignificatione.

Actione perſequimur,ſed non exceptione.d.gl.fi.

Actio quandoque ponitur pro replicatione.ibid.

Actiones omnes,quæ ſunt etiam ex contractibus iuris gentium,comprehenduntur ſub ciuilibus, cùm omnes, quæ non ſunt prætoriæ, ſint ciuiles.gl.2. in l. creditores.10.eod.

Actionis verbo continetur perſecutio extra ordinem l.actionis.34.eo.

Actionis verbum & generale eſt, & eſt etiam ſpeciale.l. pecuniæ. 178. §. actionis eod.

Actio omnis dicitur ſiue in perſonam, ſiue in rem petitio.ibid.

Actionem per ſentētiam abſolutoriam qui denegare poteſt, is poteſt & dare per ſententiam condemnatoriam.l.qui vetante.103.de reg.iur.

15 Actionem ipſo iure non habere, vel per exceptionem infirmari nihil intereſt, quo ad effectum.l.nihil intereſt.113.eod.

Actiones omnes, quæ morte, aut tempore pereunt, ſemel incluſæ iudicio ſaluæ permanent.l.omnes actiones.182.eod.

Actio pia interpretetur,ideſt,pius actus,itē & ius deſignat. gl. actio. pia.in auth. hoc ius C.de ſacroſanctis Eccleſ.

Actio pecuniaria poteſt dari in falſarium, & tunc non torquetur. gl.actio. in l. presbyteri.8.C.de Epiſcopis.

Actio pro accuſatione, & econtrà, in lege ſæpe reperitur, gloſ. 2. in l.non dubium C.de legibus.

Actionem remittere per gratiam, decentius eſt, quàm vendere pecunia. gl. in rub.C.de pactis.

Actio extincta per acceptilationem non poteſt ampliùs intentari, ſed ſi in tranſactione dolus interuenerit, agitur de dolo, niſi dolo tranſactum ſit. l.4.C. tranſact.

Actio quandoque ipſo iure tollitur per pactum.gl.fi.in l.cùm mota.6.C.eod.

Actio prima ſi ſit ſublata per Aquilianam ſtipulationem, vel acceptilationem & recedatur à tranſactione, poteſt agi antiqua vtili. † gl. fi. in l. ſi diuer. 14.C.eod.

Actiones loco immobilium computantur. gl. pe.in l.fi.C. in quibus cauſ.in in

Actionum impetratio,quæ olim fiebat à collegio Pontificum, hodiè ſublata e[...] ſufficit, quòd proponatur actio apta & competens rei, & propoſito negoti[...] licèt eam non impetrauerit,l.2.C.de formul.ſublat.& glo.1.in leg.3.C.de h[...]redit.actionibus.glo.1.in l.nihil aliud.50.de actio.& obligat.

Actionis nomen exprimere de iure canonico, non eſt neceſſarium, ſed ſuffic[...] factum ita clare proponere, vt ex eo ius agendi colligatur. gloſſa fin. dict.leg.2.

Actionem ineptám proponens de iure ciuili amittit eam, ſed de iure canonic[...] abſoluitur reus ab inſtantia iudicij, & audietur iterum actor, ſi aptè eg[...]rit. ibid.

Actio intentata in iudicio per litis conteſtationem perpetuatur in 40.annos,l[...]cèt in toto iſto tempore vlteriùs non procedatur. gl. iudicij, in l.properan[...]dum §. & ſi quidem.C.de iudiciis.

Actio dicitur poſt mortem incipere in ſtipulatione, non quia nulla fuerit an[...] mortem, ſed quia poſt mortem incipit eſſe efficax. glo. penult.in l.1.C. actio.ab heredibus.

Actio dicitur poſt mortem incipere in legatis, quia nunquam debetur ei, ſ[...] heredi eius tantùm,quaſi ex eius perſona.d.glo.pe.

Actio eſt nata ante diem,licèt non cum effectu in obligationibus in diem. ibi.

Actio regulariter ex nudo pacto non oritur, fallit in acceſſionibus frumenti, v[...] alterius rei mutuo datæ.gl.fi.in l.frumenti.12.C. de vſuris.

Actio ex pacto incontinenti appoſito datur ex contractu præcedenti,& ex co[...]ſequenti.gl.ex ipſo in l.1.C.ſi ſeruus extero ſe.

Actio per alterum regulariter alteri non quæritur,niſi in quibuſdam caſibus;do[...]minium autem,vel poſſeſſio recte poteſt quæri.gl.pen.in l.multum.6.C.ſi qu[...] alteri.& gl.pe.in l.3.C.de dona.quæ ſub.mod.

Actio quæritur alteri ſpeciali iure in quibuſdam perſonis, etiam ſi contractu[...] verba concipiantur in cuiuſque perſonam, veluti in tutore,curatore, actore[...] in ſeruo, & filio quantùm ad profectitium peculium. d.gl.pe.ibi & gl.pe.in [...]3.C.de donatio.quæ ſub modo.

Actiones contrarias non poteſt quis exercere,gloſ.contrarias. in l.1. C.ſi ſeruu[...] extero ſe.

Actio non quæritur ex alterius contractu †, gl.fi.in l.cùm per eos. C.ſi quis al[...]teri,vel ſibi.

Actio poteſt hodiè dari ex contractu dudum inito,vt in mutuo,& in ſocietate,& in tutela,gl.1.in l.3.C.de rerum permut.

Actio nulla datur ei, qui dedit rem alicui; vt ille aliquid faceret,ſi aliàs ei era[...] etiam daturus,ſed ſi aliàs non erat daturus, tunc competit condictio ob cau[...]ſam ad repetendum, vel præſcriptis verbis, vt fiat, quod conuenit, vel inter[...]eſſe præſtetur.gl.2.in l.fi.C.eod.

Actionem cui damus, multò fortiùs exceptionem,fallit in locatore, qui rem re[...]tento vſufructu conductori vendidit, quo caſu poterit agere contra conductorem condictione ex lege,vt ſibi reſtituat,poſteà conductor debet agere re[...] vendicatione. gl.1.in l. ſi quis conductionis.25.C.locati, & gl.nacto,in l.ne[...] non.§.exemplo.ex quib.cauſ.maior.

Actio poſt contractum, & obligationem ex ea naſcitur. glo.fin.in §.fi. Inſtit. d[...] obligatio.

Actionem cui damus, multò fortiùs, exceptionem,intelligendum eſt,in petitorio iudicio,at in cauſis poſſeſſoriis non habet locum.glo.fi.in l.ſi quis conductionis,15.C.locati.

Actio ex pacto nudo non naſcitur iure ciuili,ſed prætorio naſcitur de conſtituta ſi eo animo pacti fuerint l.ſi tibi.27.& ibi gl.1.C.eod.

Actiones omnes poſt depoſitum officium, quas tutor,vel curator ex neceſſitate officij ſubierat, regulariter in quendam pupillum,vel adultum transferuntur l.cùm quædam.26.C.de adminiſt.tutor.

Actiones poſt depoſitum officium, quas procurator ſubierat, regulariter non transferuntur in conſtituentem, ſed remanent in ipſum procuratorem. gloſ transferri.ibid.

Actio,quæ eſt inutilis penes cedentem,efficitur vtilis penes eum,cui ceditur.l.fi. & ibi gl.per ceſſionem.C.de iure dotium.

Actio ambulatoria dicitur,quando illa competit alicui per aliquod tempus,quæ poſteà alij debet competere.l.fi.C.de furtis.

Actiones hereditariæ denegantur non conferenti.l.poſtumo, 11.& ibi glo.fi. C. de collatio.

Actiones exercere poteſt quis nomine ſuo,licèt vendere non poſſit. gl.vel ignorans,in l.1.C.de bonis mater.

Actionem exercere,vel intendere,& rem alienare, paria ſunt.gl.voluntatem, in l.fi.§.filius autem C.de bonis, quæ liber.

Actio quandocumque datur in quintuplum. gl.3.in l.fi. C.de his, qui à non domino.

Actiones vniuerſales merè perſonales ſunt, vt actio ex teſtamento, quæ datur fideicommiſſario, & actio ex empto,quæ datur contra venditorem hereditatis.gl.2.in l.3.C.de præſcri.30.ann.

Actio prima non nouatur per ſententiam, imò ipſa remanet.† gl. ſi enim nouatur.in l.fi.C.de viſu.rei iud.

Actio à litis conteſtatione diuiſa non redintegratur,glo.fi.in l.liberum.C.de fideiuſſor.

Actionem mouens intra bimeſtre litem conteſtari debet,gl.fi.in l.pe.C.eod.

Actiones contrariæ quandoque dantur, veluti actio in rem poteſt dari alicui ad proprietatem ratione dominij, & condictio in perſonam ad poſſeſſionem rei ratione poſſeſſionis, quam non habet.gloſ.1.in l.1.C.de donat.quæ ſub mod.

Actio iudicatur mobilis,vel immobilis ſecundùm rei qualitatem, quæ in ea deducitur.

Actio rerum amotarum tam viro, quam vxori competit ob res amotas caussa diuortij, & secuto diuortio, l. Marcellus, & l. rerum quidem, 25. eod. etiam gl. in rub. C. eod.

28 Actione rerum amotarum agens si iurauerit de calumnia, potest, si magis velit, iusiurandum deferre, & cogitur aduersarius iurare nihil diuortij caussa amotarum esse, d. l. Marcellus, § fin.

Actio rerum amotarum competit etiam contra mulierem amouentem ex domo, in qua non simul cum viro habitabat, l. nihil, rerum amotarum.

in Actione rerum amotarum is, cui delatum est iuramentum, præcisè cogitur iurare, se nihil causa diuortij amouisse, neque illud deferenti potest referri, d. l. Marcellus, §. fi. eod.

Actio rerum amotarum non habet locum inter eos, inter quos non fuit verè matrimonium, vt in concubina, & in ea, quæ tutori suo nupsit, l. si concubina, eod.

Actio rerum amotarum datur causa diuortij, & ideò cessat, vbicunque non est verè matrimonium, quia vbi nullum est matrimonium, ibi nullum est diuortium, ibi.

Actio rerum amotarum non solùm datur pro reb. amotis stantibus, sed etiam pro his, quæ desierunt etiam in rerum natura, d. l. si concubina, §. fin.

Actio rerum amotarum ex contrectatione post diuortium facta ab vxore datur, cùm ex prima contrectatione deficiat, vt quia vxor causa diuortij tunc non amoueret, d. l. si concubina, §. 1. & ibi gl. fi.

Actio rerum amotarum etiam reb. dotalibus amotis competit virò propter interusurium medij temporis, † l. si cùm mulier, & §. rerum, & ibi gl. rerum, eodem.

Actio rerum amotarum marito agenti pro rebus suis amotis non potest obiici compensatio, d. §. rerum, & ibi gl. rerum.

Actio rerum amotarum licèt ex delicto nascatur, continet tamen rei persecutionem, & ideo perpetua est, nec anno finitur, sicut nec finitur anno condictio furtiua, d. l. si cùm mulier, §. hæc actio.

29 Actio rerum amotarum competit etiam heredibus mariti, ibid.

in Actione rerum amotarum non est locus beneficio, ne quis condemnetur, nisi in quantum facere potest, d. l. si cum mulier, §. fi.

Actio rerum amotarum non competit sine dolo amouentis, gloss. fin. ibid.

Actio rerum amotarum, vt locum habeat, requiritur amotio, item dolus, & quòd causa diuortij res amotæ sint, & quòd diuortium sit secutum, gl. 1. in l. rerum, 25. eod.

Actio rerum amotarum, vel titulus rerum amotarum non habet locum de iure canonico, quia si tenuit matrimonium, nunquam potest separari, nisi ex causa fornicationis, quo etiam casu non soluitur, sed potest negare debitum vxori; si verò non tenuit, non datur hæc actio, nec dicitur diuortium, vbi separatur matrimonium iure cognationis, vel affinitatis, imò declaratur, non tenuisse matrimonium, d. gl. 1.

Actio rerum amotarum, saltem vtilis, habet locum iure canonum, quãdo mulier caussa speratæ mortis mariti amouet res. ibi & gl. in rubr. C. eod.

Actio rerum amotarum non habet locum, vbi mulier amouet constante matrimonio, sine consilio diuortij, nisi post diuortium eas celet, d. l. rerum, & ibi gl. 2. & gl. in rub. C. eod.

Actio rerum amotarum, sicut nec condictio, non infamat de iure, gl. 1. in l. rerum, 26. eod. & gl. pen. in l. 2. C. rerum amota.

Actio rerum amotarum dicitur condictio idest, in personam actio, d. l. rerum, & ibi gl. 1.

Actio rerum amotarum proposita à viro ob adulterij crimen, quo mulier postulata est, non differtur, l. rerum, 27. eod.

30 in Actione rerum amotarum æstimatio fieri debet, in quantum res valuit tempore amotionis, & posteà quanti plurimi fuerit, l. pen. rerum amotarum.

Actio rerum amotarum si soluto matrimonio contra mulierem instituta fuerit, posteà redintegrato matrimonio soluitur iudicium, & restituitur diuortio renouato, l. fi. & ibi gl. fi. eod.

Actio rerum amotarum pænalis est, & ideò constante matrimonio cessat, gl. 2. in l. 2. C. rerum amotarum.

Actio rerum amotarum, vel actio famosa constante matrimonio neutri coniugum datur, rectè tamen de damno in factum actio, d. l. 2.

Actio rerum amotarum non datur in quadruplum, imo rei persecutionem tantùm continet, gl. 2. ibi.

Actio rerum amotarum ideò est pœnalis, quia iuratur in litem; & sic in plus agitur, quàm sit apud amouentem, & damnum, quod maritus habuit, venit. ibid.

Actio rerum amotarum constante matrimonio datur in simplum fauore matrimonij, quando marito res commodata ab vxore subtrahitur, & maritus à dominò rei eligitur, ibid.

Actio rerum amotarum pro reb. quondam ab vxore amotis datur viro contra successores vxoris, non insolidum, sed in quantum ad eos peruenit. l. fi. C. rerum amotarum.

Actio rerum amotarum cum sit ex delicto, & pœnalis, datur contra successores solùm in quantum ad eos peruenit. gl. fi. ibid.

Actio rerum amotarum non assimilatur condictioni furtiuæ, cùm illa detur in successores insolidum, sed rerum amotarum in quantum ad eos peruenit. ibid.

Actio rerum amotarum datur soluto matrimonio, sed eodem constante datur in factum propter res amotas, glo. sed rerum. in lege fin. §. fi. C. de furtis.

Reliqua verbo, Mulier. 73. 74. 75. *Amouere. Vxor.* 10. *infr. nume.* 121. *Condictio.* 12. 13.

31 ACTIONES arbitrariæ sunt stricti iuris, cùm sint species separatæ ab actionibus bonæ fidei. † gl. planè. in l. in actionibus, de in litem iurando.

in Actionibus arbitrariis, & sic in actionibus stricti iuris interesse ratione loci non venit iure actionis, sed officio iudicis mercenario præter naturam ipsius actionis, & consequenter ipsius obligationis ex æquitate aliquid extrinsecus accedens. † reprob. glos. 1. in rubr. de eo quod certo loco. Ias. num. 1.

in Actionibus arbitrariis venit interesse actoris, & rei, & etiam interesse circa rem & extra rem, & in lucro, & in damno. l. non vtique. §. fi. & ibi glo. fi. cum seq. eodem.

Actio omnis, in qua res non restituitur ad mandatum iudicis, seu secundùm præceptum suum, dicitur arbitraria, vt iudex habeat potestatem deferendi iuramentum in litem, & iuxta illud condemnandi, siue sit actio stricti iuris personalis, siue in rem, siue quæcunque alia. l. qui restituere. in fi. & ibi gl. condemnandus. de rei vend.

Actio ratione loci efficitur tunc arbitraria, quando est stricti iuris, vt cùm oritur ex stipulatione, l. 2. §. 1. de eo, quod certo loco.

in Actionibus arbitrariis habet locum interesse lucri cessantis ratione loci. l. non vtique, §. fi. de eo, quod certo loco.

in Actione arbitraria propter locum debet iudex reum à se absoluere, quando debitor in loco solutioni destinato pecuniam debitam obtulit, vel deposuit, aut cautionem præstitit de soluendo ibi, vbi promisit. l. quod si. §. fi. eod.

Actiones arbitrariæ fundantur in æquitate. ibid.

Actio arbitraria propter locum dicitur actio ex testamento. l. si heres. eo.

Actio arbitraria ex testamento competit, quando heres iussus est à testatore certo loco quid dari. d. l. si heres. & ibi gl. 1.

Actio arbitraria datur ex mutuo dato, vt certo loco reddatur. l. aut si mutua. eo.

Actiones arbitrariæ propter locum non dicuntur actiones, quæ sunt bonæ fidei, sed illæ, quæ sunt stricti iuris. l. in bonæ fidei. eod. & gl. 1. & ibi add. in §. præterea, de actionibus.

Actio arbitraria propter locum non est proprium nomen actionis, sed est quædam adiectio, veluti actio ex testamento arbitraria, certi condictio arbitraria gl. 1. d. l. in bonæ.

in Actionibus arbitrariis propter locum exercetur officium iudicis, etiam contra fideiussorem propter moram ipsius. l. centum Capuæ. eod.

in Actionibus non arbitrariis, etiam si sint bonæ fidei, venit solum ferenda vna sententia pro rei interesse, si rés non tradatur. glos. 2. & ibi add. marg. in. l. 1. de actio. emp.

Actio non sequitur, quòd sit arbitraria, ex eo, quòd iuretur in litem, quia in omnib. bonæ fidei iuratur, & tamen constat, quòd non sint arbitrariæ, quia omnia arbitraria sunt stricti iuris † gl. iurauerit, in l. si filiofam. 26. §. 1. soluto matrim.

in Actionibus arbitrariis duæ feruntur sententiæ diffinitiuæ. glo. absoluendus. in l. hoc edicto. de puæblicanis.

Actiones arbitrariæ ideò dictæ sunt, quia merè ex arbitrio iudicis pendent, & sunt tam reales, quam personales. §. præterea quasdam. de actionib.

in Actionibus arbitrariis licitum est iudici ex bono, & æquo æstimare interesse. ibid.

Actiones arbitrariæ in rem sunt Publiciana, Seruiana de reb. coloni, quasi Seruiana, quæ etiam hypothecaria vocatur. ibi.

Actiones arbitrariæ in personam dicuntur illæ, quib. de eo agitur, quod vi, aut clam, aut dolo malo factum est, item cùm id, quod certo loco permissum est, item actio ad exhiben. ibid.

Actiones in rem arbitrariæ ideò dicuntur, quia ex arbitrio pendent: neque enim obligatus est quis rem restituere, vel simile quid facere, glo. 2. in d. §. præterea.

Actiones personales arbitrariæ, quibus agitur de eo, quòd vi, aut metus causa, aut dolo malo factũ est, & in actione ad exhibendũ, licèt exhibitio, vel restitutio sit in obligatione, pœna tamen, idest, interesse, vel quanti in litem iuratum sit, non præstatur, nisi per officium iudicis, & ideò dicuntur arbitrariæ. ibid.

Actio rei vendicationis dicitur arbitraria, cùm primo rem restituendo liberetur, aliàs iudicis arbitrio in litem iuratur. gl. rem restituatur. ibi.

Actio hypothecaria dicitur arbitraria. ibid.

Actio omnis, in qua res non restituitur secundùm præceptum iudicis, regulariter dicitur arbitraria, vt iudex habeat potestatem deferendi iuramentum in litem, & secundùm illud condemnandum, siue sit bonæ fidei actio, siue stricti iuris, siue personalis, siue realis, vel alia quæcunque, quod tamen limitatur, quando quis est obligatus ad dandũ, & iudex hoc ei præciperet, & nõ dederit, quia tunc non defert iuramentum in litem, gl. rem restituat, & ibi add. ibi.

Actio quod metus causa licet sit in personam, tamen est in rem scripta, & arbitraria, d. §. præterea, & ibi gl. metus. Inst. de actio.

Actio de dolo arbitraria est, quia liberatur dolosus verum interesse præstando, si restituere non possit, aliàs iudicis officio iuratur in litem, glo. dolo, ibid.

Actiones stricti iuris non solùm quatuor, scilicet ex testamentò, ex mutuo, ex promissióne, & ex constituto propter loci adiectionem, possunt esse arbitrariæ, sed etiam omnes aliæ actiones stricti iuris propter loci adiectionem efficiuntur arbitrariæ, gl. promissum, & ibi additione marg. ibid.

Actio in factum, quæ datur contra nautam, cauponem, stabularium, arbitraria est, † gl. similib. ibid.

Actio in factum, quæ datur contra publicanum non est arbitraria, † reprob. d. gl. similibus & ibi additio. marg. & gloss. si heres, & l. aut si mutua, & ibi add. marg & ibi gl. 1. de eo, quod certo loco.

Actio redhibitoria arbitraria est, gl. similibus. in §. præterea, Inst. de act.

in Actionibus arbitrariis triplex modus condemnationis potest deprehẽdi, vnus, vt duæ sententiæ ferantur; prima de restituenda re, & nisi restituatur, fiat condemnatio in pœnam, vel interesse per delationem iusiurandi in litem, vt in actione, quod metus caussa, de dolo, in rei vendicatione, & in actione ad exhibendum, & similibus. gl. naturam, ibi.

in Actionibus arbitrariis secundus modus condemnationis est, vt vna feratur sententia, & in ea statim interesse consideretur, vt quando certo loco aliquid dandum est, & hoc est in ista sola, ibid.

in Actionibus arbitrariis tertius modus condemnationis est, vt non in quantitate condemnationis fiat arbitriũ, sed in qualitate, vt in actione noxali, in qua arbitratur iudex, an liberetur dando seruum pro noxa, quod est, quando domino ignorante, vel prohibere non valente deliquit, aliàs insolidũ tenetur, ibi.

Actiones solùm stricti iuris efficiuntur arbitrariæ, & sic assumunt istam qualitatem, seu adiectionem, propter aliquod extrinsecus accidens contra naturam actionum, glos. 1. in additione marg. in l. 2. de eo, quod certo loco.

ita vt à iudice recißius tempus conſtitui non poßit, ſecus eſt in aliis,d.gl. defraudata,in additione.

Actione receptitia olim conſequebantur res indebitæ, quæ repetebantur condictione ſine cauſſa,vel incerti,† gl.corrumpi,in d.l.2.

Actio de conſtituta fuit inuenta à prætore ex æquitate, qua ceſſante ceſſat obligatio,ſed fideiuſſoria fuit inuenta à lege per vim,& punctum rationis,gl. naturalis,in additione in §.1.de fideiuſſor.

Actio de conſtituta, quæ habet omnes vires, quas habebat olim, & etiam illas, quas habebat receptitia,perſonalis,& prætoria eſt,§.in perſonam, de actio.

Actio de conſtituta ſimilis erat actioni de conſtituta quoad quædam, quia receptitia plenior erat, in qua veniebant ex nudo pacto omnia, ſiue in genere ſuo functionem reciperent, ſiue non, ſed in actione de conſtituta veniunt tantùm ea,quæ functionem recipiunt,ſed hodiè pro omnibus competit actio de conſtituta, cùm omnes res pecuniæ appellatione contineantur, ibi.

de Actione receptitia licèt aliquid ſit trāsfuſum in actionem de conſtituta, non tamen per hoc amiſit proprium nomen actionis de conſtituta.ibi.

Actio de conſtituta datur in eum,qui pro ſe,vel pro alio ſoluturum ſe conſtituit nulla ſtipulatione interpoſita, alioquin ſi interpoſita ſit,tunc iure ciuili tenetur vel actione ex ſtipulatu,vbi certum promiſit,vel condictione certi,quæ ex ſtipulatione oritur,vbi certum promiſit.§.de conſtituta.& ibi.gl.fi.eod.

Actio de conſtituta eſt prætoria,niſi interueniat ſtipulatio, quia tunc ciuilis eſt. gl.in additione.in d.§.de conſtituta.

Reliqua verbo,Conſtitutùm,Conſtitui,Conſtituens,Conſtitutor,Conſtituta.

41 Actiones præſidi,vel eius familiæ competens ex contractibus ante officium celebratis non poſſunt intentari efficaciter durante officio, licèt, ſi tempore amiſſæ fuerint, daretur eis reſtitutio.l. Senatus conſulto. de officio præſidis.

Actiones præſidi competentes ex contractib.durāte officio celebratis,non poſſunt intentari efficaciter durante officio,ſed bonum poſtea.ibi.

Actio deſcendens ex contractu,vel quaſi regulariter datur, & transfertur ad heredes.gl.fi.in l.1.C.ex delict.defunct.gl.non poteſt in l.ex conuentione. C. de pactis.

Actiones ex contractibus tranſeunt ad heredes,niſi ſint acceſſoriæ illis,quæ non ſunt trāſitoriæ.gl.dāda in additione in l.ſi eum.§.qui iniuriarū,ſi quis cautio.

Actio ex ſtipulationibus iudicialibus per liberam perſonam poteſt alij adquiri, ſed actio ex contractu non,gl.fi.in l.pe.eod

Actio ordinaria vbi poteſt dari ex contractu,vel quaſi ad edendū,ceſſat officium iudicis, vel actio in factum ex edicto de edendo,quæ ſun[illegible], l. quidam de edendo.

Actio ex contractu datur contra heredem etiam perpetuò,ſed non actio ex maleficio.gl.pen.in l.fi.eod.

Actio non oritur ex contractibus innominatis, niſi ſecuto implemento, at in contractibus nominatis oritur abſque aliquo implemento ex vna parte. l. iuriſgentium.de pactis.

Actio ex contractu,qui interceſſit,datur contra mentientem de ſubſtantia hereditatis,aliàs de dolo.l.ſi quis affirmauerit.& ibi gl.1.de dolo.

Actione ex contractu poteſt quandoque agi ad reſcindendum ipſum contractum, vt actione ex conducto ad remiſſionem mercedis. gl. vendicauit, in l. quoties,41.§.ſi colono.de vſufructu.

Actio,quæ datur ex ſerui contractu, vel quaſi,non datur noxaliter, ſed bene de peculio.gloſ.ex negotio geſto.in leg.1.§.cùm ſeruus.de his,qui deiecerunt.

Actio,quæ ex quaſi contractu datur, ſimilis eſt ei, quæ ex vero contractu datur, diſſimiliter tamen quandoque dantur in heredes.ibid.

42 Actio deſcendens ex contractu competit ad ea, quæ veniunt in pacto incontinenti appoſito.l.tenetur.§.1.de actio.empti.

Actione proueniente ex contractu poteſt agi ad reſolutionem ipſius contractus propter cauſam ſuperuenientem, quæ reſiſtit æquitati contractus,l.huiuſmodi.§.qui ſeruum & ibi gl.ex vendito.de leg.1.

Actiones ex contractu, vel quaſi lite conteſtata tranſeunt in heredes,& in bonis rei defuncti diminutioné inducunt.l.pœnales.32.& ibi gl.trāſit,ad leg.Falcid.

Actio vtilis ex contractu oritur contra confitentem vniformiter ſe debere ex condictione, vel tali contractu. gl. fi.in l.certum.§.fi.de confeſſis.

Actio ex alterius contractu regulariter ſine exceptione non competit alicui,fallit in ſocio conductoris reipub. quia illi competit vtilis ex contractu ipſius conductoris ſine exceptione, fallit etiam & in aliis caſib.l.1.& ibi gl.3. de loco publico fruendo.

Actiones, quæ oriuntur ex pactis incontinenti appoſitis, naſcuntur ex contractu, cùm ſint obligationes, ita pacta, vel contractus. glo.figuris, in l. 1. de actio.& oblig.

Actionum quædam ex contractu, quædam ex facto, quedam in factum ſunt. l. actionum.1.§.eod.

Actio ex contractu eſt, quoties quis ſui lucri cauſa cum aliquo contrahit,veluti emendo,vendendo, locando,& ſimilib.ibid.

Actio ex contractu magiſtratuum datur etiam poſt annum in ipſos magiſtratus, quando non eſt verſum in vtilitatem ciuitatis, alioquin non ipſé, ſed ciuitas tenetur.l.in honorariis.§.fi.& ibi gl.fi.eod.

Actione ex contractu turpiter celebrato agere non poteſt quis,cùm in pari cauſa turpitudinis melior ſit conditio poſſidentis. gl. fi. in l.2. C.de condictione ob turp.

Actio quandoque naſcitur ex contractu dudum inito, glo. 1. in l.2.C.de adminiſt.tutor.

Actionem habens ex contractu, vel quaſi, ex maleficio, vel quaſi, debet iudicem adire, & per eum ius ſibi competens exequi, l. hac edictali, de pace tenenda.

Actiones ex contractu, vel quaſi, ex delicto,vel quaſi, ex variis cauſarum figuris ciuiles ſunt,† gl.2.in §.ſed iſtæ de actio.

Actio deſcendens ex contractu,vel quaſi, ex doli clauſula datur contra heredes, niſi dolus teſtatoris dedit cauſſam contractui, & ad heredem doloſi aliquid non peruenit,gl.1.in l.1.C.ex delict.defunct.

43 Actio ciuilis non præiudicat prorſus criminali, niſi in accuſatione, & actione iniuriarum, præiudicat tamen interim criminali, glo.in rub.C.quando ciuilis actio.

Actio ciuilis, & criminalis, quando ex vno facto oriuntur, actor poteſt intentare vtramque non ſimul,ſed vnam poſt aliam,l.vnica.C.eo.

Actio ciuilis, & criminalis, quando oriuntur ex vno facto, & in publicis, & in priuatis iudiciis,vna per alteram tollitur, † gl.fin.ibi.& gl.pen. in l.1. C. de ſuperexactor.lib.10.& l.3.C.ad legem Aquili.

Actiones quædam ciuiles, quædam prætoriæ ſunt, §. ſed iſtæ,& ibi glo.1. Inſt. de actio.

Actio ciuilis interim douec pendet, nō poteſt quis intentare criminalem accuſationem, tamen poſt latam ſententiam ſuper ciuili non prohibetur intentare criminalem, l. 2. §.1. & ibi gl.neque debere,& gl.nihilominùs,ff.vi bonorum raptorum.

Actione ciuili,ideſt,de re familiari, quando agitur in actionibus, Aquiliæ, furti, vi bonorum raptorum, & in interdicto vnde vi, & de tabulis teſtamenti exhibendis : interim dum talis actio ciuilis pendet, præiudicat actioni criminali, quominùs agatur criminaliter, & econtrà.l. 4. & ibi gl. 1. de publicis iudiciis.

Actionem ciuilem omittere,& proponere criminalem deſcendentem ex eodem facto non cogitur quis,l. in eum,cuius.de accuſat.

Actio ciuilis non tollitur per criminalem, cùm vna ad perſequutionem detur, niſi interim donec altera exercetur.gl.furatus,in §.fin.de officio iudicis.

Actio criminalis actionem de dolo non impedit, l. ſi quis affirmauerit, §. fin. de dolo.

Actio criminalis in publicis criminibus, neque heredibus datur neque contra heredes, etiam lite conteſtata,gl.fin.in l.1.C.ex delict.defunctor.

Actio criminalis poſt mortem defuncti contra heredes datur ad pœnam bonorum ademptionis in duobus capitibus læſæ maieſtatis, & in crimine hæreſis, repetundarum,peculatus, & de reſiduis,ibid.

Actio criminalis, & ciuilis, quando ambo tendunt ad vindictam, vna per alteram tollitur, ſecus, quando vna ad vindictam, alia ad rem familiarem tendit †, reprob.gl. iniuriam,additio marg. in l. hac edictali,de pace tenenda, & glo.fin.in l.quod S.C.& l.prætor,§.1. & ibi gl.principaliter de iniuriis, & gl.1.in l.1.C. quando ciuilis actio.

Reliqua verbo, Criminalis, Ciuilis, Remiſſio, Cauſa, 10.11.

Actio vna quando accumulatur acceſſoriè alteri actioni, extincta prima principali, tollitur etiam acceſſoria, l.ſi eum, §. qui iniuriarum,& ibi gl. danda,ſi quis cautio.

Actiones duæ quando alicui competunt, quarum vna eſt de iure communi, alia de iure ſpeciali, vna tollitur per aliam, quatenus in ea plus eſt, l.3.§. fi. nautæ,caupon.

Actio ex edicto nautæ, caupones, & actio furti, quando competunt alicui contra nautam, vel cauponem, vna tollitur per aliam, quatenus in ea plus eſt,ibid.

Actiones plures pœnales quando competunt ex diuerſis factis, neutra alteram impedit, niſi ſint tales, quæ ſeſe non patiantur,gloſſ.contentus,ibid.

Actiones duæ quando competunt alicui, quarum vna eſt de iure communi, alia de iure prætorio, intentata actione iuris communis, tollitur actio, quæ de iure prætorio competit, & è conuerſo, actione prætoria intentata, tollitur actio iuris communis.l.3.§.fin.& ibi gl.contentus,eod.

Actiones plures pœnales quando ex diuerſis factis non dantur,ſed ex vno,quatenus concurrunt,non impediunt ſe inuicem in plus,d.gl.contentus.

Actiones duæ rei perſecutoriæ quando vni competunt,facta exactione per vnam actionem, altera remittenda eſt, ſed hoc fallit in odium eius,qui noluit certificare aduerſarium, qualiter poſſideret, contra quem dantur duo interdicta,ibid.

Actiones duæ quando competunt alicui, quarum vna eſt rei perſecutoria, alia pœnalis ſua natura, & ab initio, neutra tollitur per alteram, niſi quando perſecutoria ſit de iure prætorio, & alia de iure ciuili ibi, & gl. 1. in l. nunquam [illegible] de reg. iur.

Actiones duæ quando competunt alicui, quarum vna eſt rei perſecutoria, alia pœnalis,ſed non ab initio, vna per alteram tollitur,ibid.

Actio rei perſecutoria commodati,& actio furti,quæ eſt pœnalis ab initio,quando vni competunt, vna per aliam tollitur,d.gloſſ.contentus,ad fin.

Actio furti datur nautæ,vel cauponi contra ſurripientem, ſi eligatur à domino, & ſoluendo eſt, ſi verò non ſit ſoluendo, vel ipſe ſurripuerit, & poſteà ab eo ſurripiatur,non datur actio furti etiamſi eligatur à domino, l. ſed & ipſi, & ibi gl.1.2.& 4.nautæ,caupones.

Actio vna quando eſt præparatoria ad aliam,poſſunt ſimul proponi in eodem libello,gl.exercere,in l.qui de inofficioſo,de inofficioſo teſtam.

Actiones plures quando competunt ex diuerſis delictis, tunc vna per alteram non tollitur, vt quando quis ſeruum alienum ſurripuit, & occidit, furti, & Aquiliæ dantur contra eum,neque vna per alteram tollitur, l.ſi ſeruus, 27. & ibi gl.1.ad legem Aquil.

Actiones plures quando competunt ex vno facto, vel delicto,tunc vna tollitur per alteram,niſi in id,quod excedit,d.gl.1.ibi.

Actiones plures ex diuerſis cauſis, quando vni competunt contra alium, ſimul poſſunt proponi, l. heredes, 26. §. de pluribus & ibi gl. iudicium, famil. erciſ.

Actiones plures eiuſdem generis, & formæ in eodē libello poſſunt cumulari, ib.

Actiones duas habens aduerſùs eundem ad idem ex diuerſis cauſis ortas,agendo altera alteram tenetur remittere, quatenus cum altera concurrit, niſi ambæ principium habent in perſona mea, ſitque exceſſus ex altera; ſed ſi vna actio in perſona mea,& altera in perſona alterius,cui ipſe ſucceſſi, habuerint principium,tunc ſecus,quia tunc altera alteram non tollit,l.vnde quæritur, in additione marg.commodati.

Actiones plures ad idem quando alicui competunt, cogitur vnam eligere, nec poteſt poſteà ad aliam redire, ſecus quando plures competunt ad diuerſa, niſi ſint contrariæ. † l. quod in heredem,§.1.& ibi glo. eligere, de tributor.act.& l.ſi duo rei.93.& ibi glo.1.de ſolutio.& l.nemo.44.de reg. iuris.gl.4.in l.fi. C. de codicillis.

datur exceptio, qua ſe tueri poſſit, dict.§.ait prætor, & ibi gloſſ. ſi alia.
Actio de dolo concurrit cum alia actione generali maiori, vel minori, ſed non cum alia ſpeciali, glo.ciuilis, ibi.
Actione de dolo quotieſcunque peto intereſſe, quod per ſententiam fit certum, poteſt agi, & condictione certi generali, ibi.
Actio de dolo non datur, vbi datur iniuriarum, vel bonorum raptorum, vel furti manifeſti, glo.honoraria, ibi.
Actio de dolo concurrit cum actione, quod metus cauſſa, ſed non cum interdicto, vnde vi, dicta gloſſ.honoraria, & gl.etiam, ibi.
Actio de dolo non poteſt concurrere cum actione damni infecti, glo.furnari, in additione marg.in leg.fluminum, §. quanquàm, de damno infecto.
53 Actio de dolo concurrit cum exceptione doli, vt quando dolo me induxiſti ad promittendum, quo caſu exceptio, & actio de dolo, vt liberer, mihi competit, niſi alia actio competat, vt ſi dolo te induxi ad promittendum; poſteà tibi feci pactum de non petendo, gl.exceptio, in l.1.§.prætor ait, de dolo.
Actio de dolo non datur, quando quis ſtipulatus eſt cum aliquo, ne dolum committat in contractu, quia tunc datur actio ex ſtipulatu l. 1. §. idem Pomponius, eod.
Actio de dolo non datur mihi, ſi dolo alicuius inductus aliquid turpe faciẽdum permiſi, veluti occidere hominem, quia ex tali permiſſione non teneor, ibi.
Actio de dolo non competit ei, qui eſt tutus ipſo iure, vel per reſtitutionem in integrum, ibi.
Actio de dolo cum exceptione doli mihi competit, quando ſtipulatio turpiter per dolum facta eſt, † glo.[illegible], ibi.
ad Actionem de dolo excludendam, ſufficit aliam ſemel competiiſſe, niſi in ea amittenda quis dolum paſſus fuerit, ibi.
Actio de dolo non datur mihi, ſi alia actio tempore doli commiſſi mihi competebat, licèt nunc ſit finita, d.§.idem Pomponius, & ibi glo.&, ſi alia.
Actio de dolo non competit mihi, quando dolo induct[illegible] emi ſeruum vitioſum, & pretium ſolui, quia tunc habebam actionem redhibitoriam, quæ excludit actionem de dolo, niſi in ea amittenda ſit dolum paſſus, ibid.
Actio de dolo competit ei, qui paſſus eſt dolum malum in actione amittenda, aliter quàm tempore, ſed ſi paſſus ſit in amittenda tempore, non datur actio de dolo ei, ſed reſtitutio, d.glo.&, ſi alia, & gl.niſi, in d.l.1.§.ſi quis.
Actio de dolo non datur minori habenti reſtitutionem, d.§.idem Pomponius.
54 Actio de dolo non competit, ſi actio ciuilis, vel honoraria in ſtipulationem Aquilianam deducta ſublata eſt acceptilatione, vel alio modo, niſi in ea amittenda dolum malum paſſus ſit, d.l.1.§ ſi quis.
Actio de dolo non datur, quando datur alia actio aduersùs eum, aduersùs quem de dolo quæritur, vel à quo res ſeruari poterit, ſed etiam ſi aduersùs alium ſit alia actio, vel ſi ab alio res mihi ſeruari poterit, d, l. 1.§.ſi. cum tribus ſequentibus, eo.
Actio de dolo ſecum non patitur actionem, quæ eſt peræque famoſa, glo. 1. in l. ideóque, eod.
Actio de dolo infamat, quando propter colluſionem tutoris competit, ib.
Actio de dolo non datur ei, qui pœnali actione indemnitati ſuæ conſuli poteſt, l & eleganter, eo.
Actio doli ceſſat, vbi datur popularis, vt in factum de effuſis, & de albo corrupto per dolum, d.l.& eleganter, & ibi gl. ſi [illegible].
Actio de dolo non habet locum, vbi datur [illegible], vel ad exhibendum, vel actio ex teſtamento, d.l.& eleganter, §.ſi [illegible]
Actio doli non datur, vbi datur Aquilia, vel de pauperie, licèt non ſolutio, ſed deditio ſubſequatur, ſecus ſi dominus ſimpliciter eſſet non ſoluendo, d. l. & eleganter, §.ſi quadrupes.
Actio de dolo datur contra doloſum, qui commiſit dolum in committendo alicuius animal, quod dedit mihi damnum, ſi dominus non ſit ſoluendo, ſed ſi commiſit dolum in committendo, tenetur vtili legis Aquiliæ, vel in factum, gl.debere, eo.
Actio de dolo non naſcitur in id, quod excedit damnum, quando animal alicuius, quod dolo alicuius damnum dedit, datum eſt pro noxa.ibid.
55 Actio doli non debet dari niſi ex magna, & euidenti calliditate, ideſt, vltra duos aureos, d.l.& eleganter, §.fi.& ibi glo.fin.
Actio doli non datur contra eum, qui mendaciter affirmauerat, idoneum eſſe eum, cui mutua pecunia dabatur, niſi interueniat deceptio ob id vltra duos aureos, ibid.
Actio doli datur, pro mendacio cauſſa ſui lucri dicto, ſecus pro mendacio ſimpliciter dicto, d.§.fi.& l.quòd ſi, cùm ſcires, de dolo.
Actio doli concurrit cum actione de falſis, vel alia criminali, l. ſi quis adfirmauit, §.fi.eod.
Actio doli non tollitur per actionem legis Cornel.de falſis, quia vna criminalis, alia ciuilis eſt, gl.fi.ibi.
Actio de dolo ciuilis eſt, ibi.
Actio de dolo noxalis eſt, item & competit de peculio, ſi circa res peculiares ſit dolus commiſſus, l.ſi oleum, §.pe. eod.
Actio de dolo dari debet cauſſa cognita, neque paſſim eſt danda, d. l. ſi oleum, §. fina.
Actio de dolo non datur pro modica quantitate, vt, vſque ad duos aureos, qui computantur habita ratione, quod 72.valeant libram auri, d. §.fi. cum l. ſeq. & ibi gl.1.& gl.1.& fi.in l.2.de dolo.
Actio doli, cùm ſit famoſa, non datur liberis, vel libertis contra parentes, vel patronos, l. non debet, de dolo, l. Diuus, in fi.de reſtit.in integ. glo. 1.in l. 2.C.de dolo.
56 Actio doli licèt non detur contra patrem, vel patronum, loco tamen eius datur actio in factum, l.ſi ſuperſtite, C de dolo, glo.fin.in l.rei, quã venalem, ff. eod.
Actio doli magis eſt odioſa, quàm furti, vel iniuriarum, quia illæ cauſſa cognita dantur in patrem, vel patronum, ſed non actio doli, glo.1.in l.non debet, de dolo.
Actio doli non debet dari humili aduersùs eum, qui in dignitate excellit, veluti plebeio contra conſularem, luxurioſo, vel prodigo, aut aliàs vili, contra hominem vitæ emendatioris, d.l.non.debet.

Actio doli licèt non detur pro modica quantitate, neque contra parentes, vel patronos, vel perſonas honeſtiores, datur tamen contra eos actio in factum, ne ex dolo ſuo lucretur, d.l.non debet, cum l.ſeq.
Actio doli cognoſcitur ab actione in factum de dolo, quia agens in factum vtitur verbis temperatis, & facit mentionem bonæ fidei, i.non facit mentionem malæ, fidei, d.l.non debet, & ibi glo.fi.
Actio de dolo quando propter reuerentiã perſonæ non datur contra defunctum, datur tamen contra heredem eius, l.heredibus, de dolo.
Actio doli contra heredem patroni, vel patris datur, ſed exceptio doli contra heredem patroni, vel patris non poteſt opponi, glo.1.ibi.
Actio doli non infamat, quia in ea habet tantùm ratio calculi; vnde poteſt conuenire heredem patris, vel domini actione doli de eo, quod ad eum peruenit ex dolo defuncti, neque debeo dicere, conuenio heredem patris ex dolo defuncti, gl.1.ibid.
Actio doli non datur contra pupillum, niſi nomine hereditario conueniatur, ſcilicet in quantum ad eum peruenit ex dolo defuncti, vel lis cum eo fuerit conteſtata, d.l.heredib.§.1.& ibi gl.conueniatur.
Actione doli poteſt conueniri papillus proximus pubertati ex ſuo dolo in perſona tutoris, maximè in quantum factus eſt locupletior, dict.§.fina.
Actio de dolo datur contra pupillum pubertati proximum, quando impetrauit doloſè aliquid à procuratore petitoris, vt ab eo abſolueretur, vel quando de tutore mentitus pecuniam accepit, vel quando ex dolo tutoris factus eſt locupletior, l.quid enim, cum l.ſeq.de dolo.
Actio de dolo non poteſt dari contra vniuerſitatem ex ſuo dolo, ſed bene datur, quando aliquid ad vniuerſitatem peruenit ex dolo eorum, qui adminiſtrant eius res, l.ſed & ex dolo, §.1.eo.
Actio doli datur in ipſos decuriones ex dolo proprio decurionum, vel rectorum d.l ſed & ex dolo, §.de dolo.
Actio doli datur in dominum, in quantùm ad eum peruenit ex dolo procuratoris, procurator tamen tenetur actione de dolo inſolidum, etiamſi nihil ad eum peruenerit, d.l.ſed & ex dolo, §.item ſi.
in Actione doli tria ſunt neceſſaria, ſcilicet quòd deſignetur perſona quæ dolum commiſit, & quod deſignetur res, in qua dolus commiſſus eſt, & quòd appareat, cui ſit factus, d.l. ſed & ex dolo, §.fin.& ibi gl. pen.& l. ſeq eo.glo.1. in l.præter, de iniuriis.
in Actione doli requiritur quòd deſignetur perſona, quæ dolum commiſit, ſed non in actione quòd metus cauſſa, d.§.fi.& ibi gl. fi.
Actio de dolo datur in heredes, & ſucceſſores in id, quod ad eos peruenit, l. ſi plures, de dolo, & gl.1.in l.quia non, de tributoria act.
Actio de dolo arbitraria eſt quia reſtitutio arbitrio iudicis fit, & ſi non fiat ſequitur condemnatio, quanti ea res eſt, l.arbitrio, & ibi gl.1.de dol.
in Actionibus de dolo, & quod metus cauſſa fit condemnatio contra non reſtituentem, quanti ea res eſt, & ideò certa quantitas non adiicitur, vt poſſit per contumaciam condemnari, quanti actor in litem iurauerit, licet iuſiurandum, in litem iudex taxat, d.l.arbitrio, §.ideò autem.
in Actione doli non datur ſemper arbitrium iudicis, nam ſi res reſtitui non poteſt, veluti ſeruus dolo malo traditus defunctus eſt, protinus condemnari debet doloſus in id, quod intereſt actoris, dicto §. ideò autem.
in Actionibus doli, vel metus, fit condemnatio quadrupli, licèt illud quadruplum ſit certum, ſed ſimplum, cuius reſpectu ſit quadruplum eſt incertum, & ideò condemnatio, quanti ea res eſt, non fit in certa quantitate, gl.certa quantitas, ibi.
Actio doli, vt alicui competat, debet deſignare eum, cuius dolo id factum ſit, & etiam vt competat exceptio doli, vel metus, glo.deſignet, in l.item ſi cum exceptione, §.in hac, quod metus cau.
Actio doli non datur, vbi alia æqualis, & par datur, ſed vbi datur alia maior, tũc etiam actio de dolo dari poteſt, veluti cùm condictione certi generali, vel triticaria, vel etiam quando alia minor, vt actio quod metus cauſſa, quia illa poſt annum non datur, hæc autem ſic, intra annum concurrit, cùm ambæ tunc poſſint dari, ib.
Actio de dolo dicitur famoſa, l.Diuus, in fi.de in integ.reſtit.
in Actione de dolo, & metus cauſſa contra doloſum, vel metum inferentẽ actor habet duas vias, vnam ad quadruplum, aliam.ad intereſſe, quæ dicitur vtilis in rem per iuſiurandum in litem, glo.certa quantitas, & glo. quanti ea res, in l.arbitrio.§.ideò, de dolo.
Actio de dolo re perempta eſt arbitraria, maximè quando doloſus rem peremit, vel dolo ſuo deſiit poſſidere, quia adhuc iuratur in litem, & fiet taxatio à iudice, licèt arbitrium ceſſet in reſtituenda re, † gl.defunctus, ib.
Actione doli re perempta non eſt locus arbitrio iudicis quoad reſtituendã rem, ſed in verum intereſſe debet condemnari doloſus, ib.
Actio de dolo non datur fructuario contra dominum, quia aliæ competunt, d.l. arbitrio, §.ſi dominus.
Actio doli non impeditur ex ſocietate in iudicium deducta, & orta ab initio, eò quòd non conſtabat aliam fuiſſe, & pro damnis illa datur, niſi doloſus ſe offerat, ſed pro debito antiqua datur, ibi.
Actio de dolo datur contra eum, cuius perſuaſione indebitum ſoluitur, l. ſi legatarius, 23.de dolo.
Actio de dolo datur cõtra legatarium, qui cùm ſupra modum legis Falcidiæ ipſi legatum eſſet, heredi ignoranti ſubſtantiam hereditatis vltrò iurando, vel alia fallacia perſuadens hereditatem eſſe ſufficientem ad ſoluenda legata, & ob id ſolidum legatum conſequutus eſt, & datur etiam condictio indebiti generalis, d.l.ſi legatarius, & ibi glo.fin.
Actio de dolo concurrit cum condictione indebiti generali.† gl.ſi ib.
Actio de dolo datur contra eum, cuius dolo ſententia pro libertate in abſentem profertur, l.ſi dolo de dolo.
Actio de dolo datur in heredem, quatenus ad eum peruenit, ideſt, quatenus ex ea re locupletior hereditas ad eum peruenit, vel dolo malo eius factum eſt, quominùs perueniret. l. in heredem. cum l., ſeq. de dolo. gl. 1. in l. quia non de dolo. de tributoria act. & leg. quæſitum, §. fin. de peculio.

Actio

in l.ſi procuratori,79.de verbor.oblig.

Actio vtilis ſine ceſſione, vt adquiratur domino præſenti ex ſtipulatione procuratoris, requiritur, quòd verba obligatiua, & datina, & ſic executiua, ſint collata in perſonam ipſius procuratoris ſtipulantis, aut ſaltem verba obligatiua, aliàs non valeret ſtipulatio, nec adquireretur vtilis domino,l.ſi procuratori, & ibi gl.1.eod.

Actio vtilis vbi in iure dicitur domino quæri ſine ceſſione, intelligitur vbi ſtipulatio fuit ritè concepta per procuratorem, & ſic quando verba obligatiua fuerunt concepta in perſonam ſtipulantis,gl.1.in additione marg.in l. in omnibus de prætor.ſtipulat.

Actio vtilis, ideſt,vtiliter,& ſpecialiter datur contra titulo poſſidentem,gl. 1.in l.curatoris,de negotiis geſt.

Actio vtilis, quæ datur contra eum, qui dolo deſiit poſſidere, vel directa,quæ datur contra poſſeſſorem, non tolluntur per actionem in factum de alienatione iudicij,cum hæc detur in factum,ad intereſſe, gl. fin.in l.1.de alienatione iudi.

Actiones directæ procuratori in rem ſuam mandatæ, mandatore mortuo ſine herede antequàm fieret litis conteſtatio, iuris artificio in vtiles conuertuntur, l.1.C. de actio.& oblig.

Actio vtilis in contractibus nominatis ab initio abſque ceſſione competit, ſed in nominatis in ſubſidium,† gl.1.ibi.

67 Actio vtilis ab initio datur ſine ceſſione in emptione,in dote,in nomine dato in ſolutum, vel in nomine dato pignori, in legato nominis, & in donatione, ibid.& gl.ſi. in l.2.C.eo.

Actio vtilis non in omnibus contractibus nominatis competit ſine ceſſione, nã ſi in ſocietate,ſi ego velim communicare omnia tibi ex cauſa ſocietatis, non datur vtilis,ſed debeo cedere directas,ibi.

Actione vtili qui tenetur,non cenſetur eſſe obligatus,gl.antep.ibi.

Actione vtili agens non poteſt dicere in libello, aduerſarium eſſe obligatum, quia lex permittit agenti, agere vtili actione ad vtilitatem ſuam,ibi.

Actio vtilis,& directa idem ſunt in ſubſtantia,d.glo.ant.pen. & ibi gl.pen.in l.2. C.de actio.& oblig.

Actiones vtiles competunt marito,vbi nomen debitoris datur in dotem ab vxore, quamuis delegatio non præceſſerit, nec litis conteſtatio fuerit ſecuta, d.l.2.

Actio vtilis competit emptori, quando nomen debitoris ipſe emerat,ibid.

Actio vtilis ſine ceſſione tranſit in emptorem nominum debitorum,gl.fin.ibi.

Actio directa nomine cedentis competit facta ceſſione in emptione, in dote, in nomine dato in ſolutum, vel dato pignori,vel legato nominis,& in donatione,ſed non facta ceſſione ſtatim competit vtilis in dictis caſibus.d.gl.ſi.

Actionem directam non habet ille,cui venditur nomen, vel datur in dotem,niſi facta ceſſione, ſicut in venditione rei corporalis non tranſit dominium, niſi facta traditione.d.gl.ſi.

68 Actionem directam nomine cedentis, & non ſuo ideò intentat ille,cui venditur nomen,vel datur in dotem,quia propriè non dicitur traditio incorporalium, ſed ceſſio.ibid.

Actio directa non quæritur alicui ex pacto alieno.l.cùm patrem, 19. C. de iure dotium.

Actio vtilis, vel directa non quæritur per aſcendentes ex linea materna. gl. 1. in additione. in l.pater,7.C.de pactis conuent.

Actio vtilis ſolo contractu datur in ſex caſibus ſine ceſſione. gl.1.in l.ex legato. C.de legatis.

Actio directa,quæ competit debitori debitoris contra debitorem ſuum, eſt vtilis penes ipſum creditorem creditoris.l.4.C.quæ res pignori.

Actiones vtiles quamuis appellatione differant à directis, tamen vi, atque effectu idem ſunt,nam tantundem quis per actiones vtiles,quantum per directas conſequitur.§.fin.in additione margin.Inſtit.de lege Aquil.

Actio directa dicitur natiua,vtilis verò datiua,glo.1.in l.ex legato, 18. C. de legatis,& glo.intelligitur in l.4.§.heres.de actio.& obligat.

Actio vtilis competit domino, ſublata directa ex ſtipulatione de iudicatum ſoluendo procuratori facta.l.in cauſæ,§.ſi.de procur.

Reliqua verbo, Auxilium.

69 ACTIO directa, & contraria non habent locum, niſi in caſibus à iure expreſſis.gl.ſi.verſ.ſed de hac, in l.omninò, de impenſis.

Actiones duæ naſcuntur, & vtraque directa, vbi ſunt diſtincta nomina, vt emptor,& venditor,item vbi eſt idem nomen, vt ſocius,ſed vbi nomen à nomine deſcendit,vt mandatarius,à mandatore, duæ naſcuntur actiones, vna directa, alia contraria.gl.conſentire,in l.2.C.de actio.& oblig.

Actiones contrariæ, ſicut & ipſæ directæ, ſunt bonæ fidei, gloſ. prima, in addit. & gloſ. tutelæ, & ibi additio. in §. actionum, de actio. vide infrà numero 72.

70 ACTIO de dote conſtante matrimonio non eſt nata,ſed cùm ſolutum eſt matrimonium naſcitur.gl.diuortium, & gl.conueniat. in l. iuris gentium. §. vt puta.de pactis.& gl. manebit, in l.ſi cum dotem.23.§.ſi mulier.& gl.agat.in l. ſi conſtante.§.1.ſolut.matri.& l.2.verſ.quippe. & gl. recuperauerit, in l.pater, de dote prælegata.

Actio de dote, licèt ſit communis patri,& filiæ, pater tamen ſolus agit.gl.ſi.in l & heredi,§.filiafam.eod.

Actio de dote competit filiæfam. quando pater eſt abſens, vel ſuſpectæ vitæ, quo caſu poteſt & procuratorem conſtituere. l. filiosfamilias, de procuratoribus.

Actio de dote in bonum & æquum conſtituta eſt. l. eas obligationes. de capitis dimin.

Actio de dote durat etiam poſt capitis diminutionem.ibid.

Actio de dote eſt de iure gentium.ibid.

Actio de dote intentata per patrem tranſit per litis conteſtationem ad heredes patris ſecundùm naturam actionis ex ſtipulatu,quam olim habebat, ſed non ſecundùm naturam actionis,quam hodiè habet ab actione rei vxoriæ.gl.2. in l.pater,14.ad legem Falcid.

Actio de dote datur contra heredes ſoceri recipientis dotem, & licèt maritus non ſit heres,ei ſubuenitur,vt apud eum ſit dos, qui ſuſtinet onera matrimonij,l.ſi maritus,46.famil.ercif.

Actio de dote, quam recipit pater mariti, facto diuortio in vita patris datur contra heredes patris, cùm heredes erunt, ſed non contra maritum,niſi cum aliis ſit inſtitutus,& tunc pro hereditaria parte.ibid.

Actio de dote,quàm pater mariti recepit,facto diuortio,poſt mortem patris datur contra heredes patris, & contra maritum,cùm ipſe poſſit dotem percipere.† gl.1.& ibi add.marg.ibid.

Actio de dote profectitia patris,& filiæ communis eſt,nec alter in alterius præiudicium poteſt petere, vel delegare,ita quòd ſi pater petat, vel deleget, poteſt filia ſui iuris facta maritum conuenire, ſed ſi filia petiit, vel delegauit,ſibi ſoli præiudicat quoad hoc,vt excludatur ab agendo,cùm erit ſui iuris, durante tamen patria poteſtate, non excluditur à conſentiendo patri propter pactum ſuum.l.2.§.quòd ſi in patris.ſoluto matrim.

Actio de dote profectitia data per patrem filiæ emancipatæ eſt ſolius ipſius filiæ,& ſola agit in ea.† gl.perfecta.ibid.

Actio de dote profectitia competens patri & filiæ dicitur vna,quam pater quandoque ſolus intentat,quandoque adiuncta perſona filiæ,quandoque ſola filia † gl.amiſſam ibid.

Actio competens extraneo pro dote competit inſolidum, licèt mulieri competat in quantum facere poteſt.gl.ſuſpectum.in d.l.2.

Actio de dote bonæ fidei eſt ex parte mulieris.l.ſed & ſi ideò.21. & ibi glo.pen. ſolut.matrim.

Actio dotis profectitiæ patri competens tollitur per ſolutionem factam filiæfam.niſi ex iuſtis cauſis, & filiæ non perdituræ ſoluatur.l.ſi cùm dotem.22.§. 1.eod.

Actio de dote ſoluto matrimonio competit aduersùs maritum, ſiue ei dos data ſit,ſiue alij ex voluntate mariti, vel ſubiecto viri eius,vel non ſubiecto.d. l. ſi cum dotem,§.pen.

Actio de dote contra patrem mariti datur inſolidum, quando maritus erat in poteſtate patris, & ſoluta fuit dos ipſi patri,vel marito iuſſu patris, ſed ſi ſine iuſſu patris, tunc pater conuenitur de peculio, vel de in rem verſo.d.l.ſi cùm dotem,§.pe.

Actio de dote non datur contra maritum filiumfa. quando dos non ei, ſed eius patri ſoluta eſt,niſi patris heres extiterit.ibid.

Actio de dote competit, etiam pro dote ſoluta ignoranter ſoluto matrimonio, & non condictio indebiti.ibi.d.l.ſi pater.41.eo.

Actio de dote communis patri, & filiæ, ante vel poſt diuortium patre deportato,competit ſoli filiæ pro ſolido.l.in inſulam,42.ſolut.matrimonio.

Actio de dote,quæ anteà erat communis patri & filiæ,poſteà filia ſui iuris facta, ſoli filiæ competit, & ſic ambulat de patre in filiam, & de communione in proprium ipſius filiæ.gl.dicemus in leg.ſi ſocer,44.eod.

Actio de dote profectitia mortuo patre ſoluto matrimonio conſolidatur in filiam.d.l.ſi ſocer.§.Lucius.

Actio vtilis de dote ſoluto matrimonio quæritur mulieri fauore nuptiarum ex facto, vel ſtipulatione aui materni dotem dantis,ne mulier commodo dotis defraudetur l.Caius.45.eod.

Actio de dote duplex eſt,directa,quæ datur mulieri pro dote, contraria quæ datur viro pro expenſis factis in rebus dotalibus †, glo.fin.in l.omninò. de impenſis.

Actio de dote contra heredes, non contra debitores mariti dirigi debet.l.3. de heredit.actio.

Actio de dote perſonalis non poteſt intentari contra debitores hereditarios,rectè tamen poteſt intentari vtilis, quæ datur propter hypothecariam. † glo.1. ibid.

Actione de dote perſonali poteſt conueniri debitor mariti, priùs marito condemnato non exiſtente ſoluendo.ibid.

Actio de dote profectitia etiam lite conteſtata non tranſit in heredem patris ſtipulantis dotem,ſed per patris obitum conſolidatur in filiam emancipatam, vel etiam exheredatam.glo.fin.in l.1.C.ex delict.defunctor.

Actio competens ad dotem datam non nouatur per ſtipulationem ſequentem, in qua eſt duplicata ſumma dotis præcedentis.l.ſi diuortio,21. de verg.oblig.

Reliqua infrà 73.vſque 75. Dos,32.Mulier,17.vſque 20.Pater,55.56.57. Socer,1.

ACTIO ex ſtipulatu pro dote naſcitur etiam conſtante matrimonio, quando vir vergit ad inopiam.gl.pigneratitia.in l.ſi rem,9.§.omnis,de pigne.act.

Actio ex ſtipulatu ad dotem certam ſpeciali iure datur fauore dotis. † glo.1. & ibi add.marg.in l.ſi quis certum,24.ſi certum petatur.

Actio ex ſtipulatu pro dote non naſcitur, niſi ſoluto matrimonio, non tamen naſcitur ex ſolutione matrimonij. † glo. pigneratitia, in d. l. ſi rem,§. omnis.

Actio ex ſtipulatu,quæ datur pro dote, arbitraria non eſt, licèt iuretur in litem. † gl.2.in l.redhibitoria,45.de ædilitio edicto. & glo.iurauerit, in l.ſi filiofamilias,25 §.1.ſolut.matri.

Actio ex ſtipulatu pro dote mulieri competens bonæ fidei eſt, ſed quando competit extraneo danti dotem eſt ſtricti iuris †. glo. nec cogitur. in l. 2. ſolut. matrim.

Actio ex ſtipulatu,quæ competit marito,vt dos ſibi tradatur,bonæ fidei eſt,ſicut illa, quæ competit mulieri pro reſtituenda †. gloſ. ſi. in l. ſi ante nuptias. eodem.

Actio ex ſtipulatu datur hodiè ſuper toto rei vxoriæ iure, & reſecatæ ſunt omnes communiones, vt differentiæ actionis ex ſtipulatu pro dote, & rei vxoriæ,l.vnica.C.de rei vxori.act.

Actio ex ſtipulatu datur pro dote promiſſa in ſcriptis, vel ſine ſcriptis, ceſſante actione rei vxoriæ,d.l.vnica.§.& vt pleniùs.

Actio ex ſtipulatu pro dote bonæ fidei eſt,in quam transfuſum eſt omne, quod erat vtile in actione rei vxoriæ,quæ ſublata eſt,dicta l.vnica.§.ſed & ſi.

Actio ex ſtipulatu pro dote quinque ſpecialia habet; primum, quòd intelligatur ſtipulatio, vbi non eſt, & vbi eſt inutilis, ſit vtilis, & datur ex ſtipulatu etiam ad certa,& quòd eſt bonæ fidei, & quòd datur etiam hypotheca tacita. gl.actiones.ibid.

acturi, l. 1. in additione margin. ad exhib.

Actio ad exhib. quandoque est necessaria, vt in gemmis, & similib. gl. 2. ibid.

Actio ad exhib. simul cum alia actione potest proponi, sed priùs de exhibitione debet cognosci, d.l.2.& gl. acturus, in l.3.eod.

81 in Actione ad exhib. actor debet cognoscere omnia, & dicere argumenta atque indicia, & notas necessarias ad instructionem rei, de qua agitur, si scire potuit, alias non imputatur ei, d.l.3.& ibi gl.1.

Actione ad exhib. si quis agit pro seruo, debet dicere, an sit rufus, albus, vel niger, paruus, vel magnus, & etiam qualitates membrorum, gl.2. ibid.

Actione ad exhib. agens non debet dicere se dominum, nec debet ostendere, potest tamen si velit, quandóque tamen cogitur probare dominium, vt in actione ad exhib. vincat, d.l.3.& ibi gl.3.

Actio ad exhib. arbitraria est, & ideò iuratur in litem, sed taxatur à iudice, glo. taxante, ibi, & gl. neque, in l. adeò, 7.§. cum in suo, de acq. rerum dominio, & l.3.§. si ipse, de tabul. exhib.

in Actione ad exhib. reus contumax per iusiurandum in litem petitori damnari potest, ei iudice taxante quantitatem, d.l.3.§. præterea. ad exhiben.

Actio ad exhib. personalis est, & competit ei, qui acturus est qualicunque in rem actione, etiam pigneratitia, Seruiana, seu hypothecaria, quæ creditorib. competit, d.l.3.§. est autem.

82 Actio ad exhib. est ex quasi contractu, cùm non sit ex maleficio, vel quasi, nec ex contractu, ergo est ex quasi contractu, & sic personalis est in rem scripta, quia possessorem comitatur, gl. est autem, ibid.

Actione ad exhib. potest quis agere aduersùs dominum seruorum, vt exhibeat omnes seruos, vt noxium seruum, qui sibi damnum dedit, inter eos cognoscat, d.l.3.§. si quis noxali.

Actio ad exhib. competit heredibus, non tamen illis, qui non sunt heredes, quia illis competit interdictum vtile de tab. exhib. d.l.5.§. si quis extra, & ibi gl. si quis, & gl. interdicta.

Actio ad exhib. competit cuilibet, cuius interest exhiberi, veluti quando non dominus intentat actionem, quod metus causa, aut possessor bonæ fidei interdicto vti possidetis, d.l.3.§. sciendum.& ibi gl. interest.

Actio ad exhib. non competit bonæ fidei possessori agenti interdicto vti possidetis, cum illud ad immobilia tantum detur, d.gl. interest.

Actione ad exhibend. si alicui intersit agere, debet iudex summatim cognoscere, an eius intersit, non autem, an eius res sit. d.§. sciendum.

Actione ad exhiben. potest agere ille, cuius seruus legatus est, quem Titius optauerit, vt exhibitis seruis Titius possit optare, & ipse postea vendicare. ibid.

Actione ad exhib. conuentus non potest agere ad exhibendum contra alium, quamuis sua intersit exhiberi sibi ex eo, quod tenetur ad restituendum, vt quia culpa desiit possidere. d.l.3.§ si mecum.

Actione ad exhib. agere non potest ille, qui dolo fecit, quo minùs possideret, neque poterit agere fur, vel raptor. ibid.

Actionem ad exhib. affert omne interesse causatum à proprietate possessionis, vel quasi. d.l.3.§. Pomponius.

Actione ad exhib. si quis egerit, debet iudex cognoscere an iustã, vel probabilem causam habet, propter quam exhiberi sibi desiderat. d.l.3.§. si mecum.

Actione ad exhiben. plures possunt agere eiusdem serui nomine, vt si primi sit seruus, secundus habeat in eo vsumfructum, 3. possessionem eius suam contendat, 4. pigneratum sibi cum dicat, quia omnium interest, eum exhiberi. d.l.3. §. Pomponius.

83 Actione ad exhibend. agenti si opponantur exceptiones, debet iudex illas admittere, si euidentes sint, vt faciliè repellant agentem, & absoluere possessorem, d.l.2.§. ibid.

Actione ad exhibendum agenti si opponantur exceptiones obscuræ, & quæ requirunt altiorem indaginem, iudex illas non debet admittere, sed debet differre ad causam principalem, ibid.

in Actione ad exhibendum iudex debet de quibusdam exceptionib. cognoscere, veluti pacti, iurisiurandi, doli mali, & rei iudicatæ, ibid.

Actione ad exhibendum quamuis quis non possit agere, interdum tamen æquitas exhibitionis efficit, quod agere possit actione in factum, d.l.3.§. fin.

Actione ad exhibendum agere potest quis pro rationibus conscriptis à seruo suo in ipsius charta, secùs si fuissent conscriptæ in aliena charta, quia tunc solum potest agere actione in factum, ibid.

Actione ad exhibendum non potest agi pro instrumentis, pro alio interesse, quàm dominij, secus est in aliis rebus, d.§. fi.

Actione ad exhibẽdum potest agere regulariter ratione sui interesse etiam ille, qui dominus non est, fallit in charta aliena, in qua rationes suæ conscriptæ sunt, quia tunc tantum potest agere in factum actione, gl. vendicare, & gloss. competere. ibid.

Actione ad exhibendum potest agi non solùm contra ciuiliter possidentem, sed etiam contra naturaliter possidentem, d.§. fi.

84 Actione ad exhibendum potest agi contra creditorem, qui rem accepit in pignus, ibidem.

Actione ad exhibendum potest agi contra eum, ad quem deposita, vel cui commodata, vel locata est res, l. nam & cum eo, ad exhiben.

Actione ad exhibendum potest agi contra conductorem pro mercibus, quas vehendas conduxit, ac in horreo posuit, & mortuo conductore contra eius heredem, vel contra horrearium nullo herede exhistente, l. Celsus, eod.

Actione ad exhibendum tenentur omnes, qui facultatem exhibendi habent, licèt verè non possideant, d.l. Celsus, & ibi gl. teneri.

Actione ad exhibendum tenetur, qui rerum, vel legatorum caussa est in possessione, vt creditor, vel legatarius, d.l. Celsus, §. Iulianus.

Actione ad exhibendum tenetur emptor pro rutis, id est, erutis, in quantum in litem iuratum fuerit, si emptor possideat, aut dolo malo fuit quominùs non possideret, ibid.

Actione ad exhibendum potest agi ad tollendum totum stercus, quod posuit in aliena area, sed ad tollendam partem, ita vt liberetur inuito domino areæ, non potest, d l. Celsus, §. item Celsus.

Actione ad exhibendum potest conueniri ille, in cuius agrum ratis, vel nauis vi fluminis delata est, tenetur tamen cauere domino agri pro damno futuro, & etiam præterito, d.l. Celsus, §. sed & si ratis.

Actione ad exhibendum potest conueniri ille, in cuius aream, vel ædes aliquid de ruina decidit, licèt ipse non possideat, ibi.

Actione ad exhibendum non tenetur, qui restituendi facultatem non habet, licèt possideat, vt si seruus in fuga sit, tenetur tamen cauere se exhibiturum, si in potestatem eius peruenerit, siue in fuga sit, siue non, sed permittat morari, vbi velit, vel si peregre ab eo missus sit, d.l. Celsus, §. fin.

Actione ad exhibendum pro inclusis, & immissis agitur priùs, vt mox exhibeantur, quæ vendicari non possunt, fallit tamen in ligno immisso in ædificium, pro quo datur actio de tigno iniuncto, ne dirutis ædificiis vrbs deformetur, l. gemma, & ibi gl. fi. & addit. marg. ad exhibend.

Actione ad exhibendum tenetur, qui rotam alienam vehiculo suo aptauerit, quamuis tunc ciuiliter non possideat, l. tigni, eod.

Actione ad exhibendum tenetur, qui tabulam alienam armario suo vel naui, aut ansam alienam scypho suo iniunxit, aut purpuram alienam vestimento suo, aut ornamenta aliena phialæ suæ iniunxit, aut brachium alienum statuæ suæ coadunauit, ibid.

Actio ad exhibendum, vt competat alicui, requiritur quòd vtroque tempore, scilicet contestationis, & etiam sententiæ intersit, ei rem sibi restitui, d.l. tigni, §. fi.

Actione ad exhibendum tenetur, qui seruum, quem possidebat, occidit, vel possessionem ad alium transtulit, siue ita rem corrupit, ne haberi possit, quia dolo fecit, quominus possideret, l. Iulianus, eo.

Actione ad exhibendum tenetur, qui vinum, oleum, vel quid aliud effudit, vel confregit, & condemnatur ad litis æstimationem delato iuramento in litem, d l. Iulianus, & ibi glo. 2.

Actione ad exhibendum tenetur, qui rem dolo malo in aliud corpus transtulit, & sic deteriorem exhibuit, sed si non mutata priori forma deteriorem exhibeat, tenetur in factum, d.l. Iulianus, §. si quis, & ibi gl. ad exhib.

Actione ad exhibendum tenetur, qui possessionem dolosè in alium transtulit, quia videtur dolo malo fecisse, quominùs possideret, d.l. Iulianus, §. si quis.

Actione ad exhibendum tenetur, qui ex scypho massam factam exhibuit, ibid.

Actione ad exhibendum conuentus, si post litem contestatam rem vsucaptam exhibeat, non videtur exhibere, neque est absoluendus, nisi sit paratus subire iudicium quoad rem, & quoad fructus, etsi vsucapta res non esset, d.l. Iulianus, §. quantum, & ibi gl. intentionem, ad exhiben.

Actione ad exhibendum non solùm venit ipsa ancilla, sed etiam partus venit restituendus, siue ancilla tempore litis contestationis sit prægnans, siue posteà conceperit, ibid.

in Actione ad exhibendum non solùm veniunt accessiones etiam lite pendente, sed etiam damna, quæ habuit actor ob hoc, quod mala fide non exhibentur res, vel tardius exhibentur, d.l Iulianus, & ibi glo. penul.

Actione ad exhibendum conuentus ibi tenetur exhibere rem, vbi fuit cùm litem contestatus est, nisi actor velit duci periculo, & impensis suis ad locum vbi agitur, l. sed & si, §. quod autem eod.

Actione ad exhib. conuentus de pluribus rebus, quas litis contestationis tempore possidebat, licet posteà sine dolo malo quasdam possidere desierit, condemnari debet, nisi eas, quas potest, exhibeat, d.l. sed & si. §. fin.

Actio ad exhib. habet locum, quando agitur de exhibendo filio, vel liberto, quem pater vel dominus in libertatem vendicare vult, l. de eo exhibendo, & ibi gl. 1. ad exhib.

Actione ad exhib. agenti, si ex eadem caussa agat, obstat exceptio, si verò ex alia noua caussa, non obstat exceptio, d.l. de eo. §. 1.

in Actione ad exhib. agens si succubuit, & quod erat liquidum eum non esse dominum, si post fiat dominus ab aliquo, eam rem accipiendo, non nocet exceptio, gl. vendicandi. ibid.

Actione ad exhib. interrupta per litis contestationem non videtur interrupta actio in rem postea ab eodem intentata, d.l. Iulianus, §. proinde, & ibi glos. intentionem, eod.

Actione ad exhibendum conuentus, tenetur perducere seruum ad locum, vbi agitur impensis actoris, si actor ita petierit, vestes tamen & cibaria tenetur præstare conuentus possessor, si consueuit illa præstare illi seruo otioso existenti, si verò seruus consueuit se vestire, & alere opera, & artificio suo, actor tenetur præstare cibaria, & vestes, l. sed & si, §. pascere, & ibi gl. planè, eod.

Actione ad exhib. adum optandi gratia, si quis egit, & post litis contestationem ex alterius testamento eiusdem rei optio data sit, poterit agere adhibendum, l. de eo, §. item, si, eod.

Actione ad exhibendum condemnatus, si ex caussa non potest statim exhibere iussu iudicis, cauere debet, se statuto die exhibiturum, d.l. de eo, §. si iusta, ad exhiben.

Actio ad exhibendum datur in heredem ex dolo malo defuncti, si locupletior ex eo sit facta hereditas, aut quia pretium rei consequutus sit, d. l. de eo, §. fin.

Actio ad exhibendum non competit pro libero homine exhibendo, sed competit interdictum de libero homine exhibendo, l. si liber homo, eod.

Actio ad exhibendum ei creditur competere, cuius pecuniariter interest exhiberi, ibid.

Actio vtilis ad exhibendum reperitur, & constituitur, quando quis dolo desiit posse exhibere, & quando aliquis agit depositi ex alterius pacto, † glo. fi. in l. cum seruus, eo.

Actio vtilis ad exhibendum nulla est constituenda, quando seruus citra domini scientiam dolo desiit possidere, dict. l. cùm seruus.

Actio ad exhibendum conuentus absolui debet, si seruum debilitatum, vel eluscatum exhibeat, Aquilia tamen tenetur pro deterioratione, & quandoque tenetur in factum ad exhibendum, l. si quis hominem, & ibi glo. fi. eod.

Actione ad exhibendum possunt agere omnes, quorum interest, non tamen potest quis agere, vt rationes aduersarij sibi exhibeantur, licèt sibi exhiberi intersit, l. pen. eod.

Actio ad exhibendum, vt alicui competat, requiritur, quòd intersit eius exhiberi ex

alterius

alterius rei, d.l.pen. & fin.eo.

Actio in factum si mensor,&c. datur contra mensorem machinarium, & dolosum,& etiam in eum, qui ad mensoris officium destinatus non fuit, si tamen fefellit in mensura, d.l.fi.

Actio in factum si mensor, datur contra architectum tabularium,vel redemptorem,idest suscipientem opus faciendum constituto pretio, si tamen in computatione fefellerit,d.l.fi.& ibi gl.pen.& add.marg.

Actio in factum directa contra eum, qui mortuum in locum alienum intulit, vel inferri curauit, datur domino,vel ei,qui seruitutem habet,sed non bonæ fidei possessori,recte tamen datur ei vtilis,l.2.& ibi gl.domino, & gloss. non bonæ fidei; de religios.

Actio in factum contra eum,qui mortuum intulit in alienum locum, perpetua est, & datur heredi,& in heredem;l.is,qui intulit,& l. liberum, eo.

Actio in factum contra eum,qui mortuum intulit in locum purum alterius,habet locum contra inferentem in ædificium alienum,l.ossa,§. in hæc, eo.

Actio in factum contra eum, qui mortuum intulit in alienum locum,competit domino, vsufructuario loci,& etiam ei, qui aliquam seruitutem in illo loco habet,quia hi ius prohibendi habent, ibi.

96 Actio in factum de mortuo inferendo competit ei qui prohibitus est inferre in eum locum, in quo ius inferendi habet,competit etiam interdictum, etiamsi ipse non sit prohibitus,sed eius propinquior,d.l.ossa,§.fi.

Actio in factum subsidiaria datur in defectum specialium actionum, glo.1. in l. certi condictio, si certum petatur.

Actio in factum ex iureiurando, ita oritur, quando iuramentum delatum remissum est, sicut quando actualiter est præstitum,l.nam posteà, §.1. de iureiurando.

Actio in factum ex iuramento datur actori,qui iurauit informiter,alioquin datur ex contractu,d.§.1. & ibi gl. actionem.

Actio in factum datur ex iuramento iudiciali, sed non necessario, † gl.actio, in d.l. nam posteà, §.fin.

Actio in factum oritur ex sententia lata in reali vigore iuramenti iudicialis, d. gl. actio,& ibi add.marg.

Actio in factum ex iuramento delato in actione reali reo possidenti, quæ non competebat ei à principio, postea incipit competere amissa possessione, quia licèt reo possidenti non competeret hæc actio in actu à principio, competebat tamen in habitu,& potentia,sicut in actionibus realibus, nam vero domino interim dum possidet, non competit actio in actu, sed bene in potentia,si desinat possidere, † gl.dandam,in l.sed & si possessori,eo.

de Actione quando non est prouisum recurritur ad actionem in factum, l.quia actionum, de præscript. verbis.

Actio in factum datur ex edictis,sed ex lege ciuili datur condictio ex lege, gl. actionem,in l.1.si ventris nomine mulier in possessionem.

Actio in factum ex edicto,quod falso tutore,datur contra tutorem ex sententia, & verbis,sed vtilis in factum datur contra eum,qui dolo facit,quòd falsus tutor se interponeret,l.huius,& ibi gl.1.& 2.quod fals. tutor.

Actio in factum ex edicto quod falso tutore,quæ datur contra tutorē, & contra eum, qui dolo fecit,quòd falsus tutor se interponeret, competit heredibus contrahentis cum falso tutore, sed non contra heredes falsi tutoris, aut eius, qui dolo fecit,vt falsus tutor adhiberetur,d.l.huius,§.has, quod falso tutore.

97 Actio in factum ex edicto quod falso tutore,vel vtilis ex illo edicto,non dantur post annum contra falsum tutorem viuentem,nec contra eum,qui dolo fecit, vt falsus tutor interponeretur, ibi.

Actio in factum sepulcri violati pœnam, & vindictam potiùs, quàm rei persequutionem continet,d.§.fin.

Actio sepulcri violati magis videtur priuata, quàm actio in factum ne quid in loco publico,gl. multò magis. in l.l.cet, de procur.

Actione ex edicto Carboniano potest agere quis, vt constituatur possessor, & venirent in ea corporalia, & quandoque etiam incorporalia,† gl.constituere, in l.3.§. fi.de Carbon.edi.

Actio in factum ex edicto demolitorio ad destruendum, quod factum est post nunciationem,concurrit cum interdicto, quod vi,aut clam,l. prætor, §. nonnulli,& ibi gl. actionem,& gl. interdictum,de oper.noui nunciat.

Actio in factum ex edicto de damno infecto,quę datur,quando mitti iussus non admittitur,datur perpetuò,& heredi,& alijs successoribus,etiam in rem, & in heredem,cæterósque successores,etiam in rem,gl.perpetuò, ibi.

Actio, quæ datur contra prohibentem mitti eum, qui iussus est mitti, regulariter annalis est,fallit in eo,qui iussus est mitti ex caussa legatorum, vel damni infecti, ibi.

Actio in factum ex edicto, de damno infecto,dicitur ex delicto;datur tamen in heredem,quia succedit loco actionis,quæ ex cautione daretur,si interuenisset, gl.in heredem, in l.si quis missum, 17.§.actio, de damno infecto.

Actio in factum de damno infecto, quæ datur contra non admittentem in possessionem iri eum,qui iussus est mitti,datur etiam contra pupillum doli capacem,si ipse prohibuit eum mitti,l.damni,18.§.pen.& ibi gl.in factum, eod.

98 Actio in factum de damno infecto,quæ datur contra prohibentem mitti, datur contra mandantem alicui, vt prohiberet, & etiam contra ipsum procuratorem,d.§.pen.& ibi gl.in me.

Actio in factum de damno infecto datur contra eum, qui prohibuit missum ex primo, vel secundo decreto venire in possessionem, licèt misso succurratur etiam alio remedio, putà per Publicianam, vel per interdictum vnde vi; ista tamen remedia cùm sint rei persecutoria, si actum sit vno,& obtentum, non potest agi ex altero, ibi.

Actio in factum, quæ datur aduersùs creditorem missum in possessionem bonorum debitoris non restituentem fructus perceptos ex illis bonis debitori, perpetua est, & datur heredi,& in heredem, cæterósque successores, l. prætor ait,9.§.hæ actiones,& ibi gl.hæ actiones, de bonis author.iud.

Actio in factum,quæ datur creditori misso in possessionem bonorum debitoris aduersùs debitorem pro expensis ab eo in illis bonis factis, perpetua est, & datur heredi,& in heredem, ibi.

Actio in factum,quæ datur aduersùs creditorem missum in possessionem bonorum debitoris pro deterioratione,& pro damno dolo malo illato in illis bonis,annalis est,neque datur in heredem, cæterósque successores,nisi in quantum ad eos peruenit,heredi tamen datur, quia & rei persecutionem continet d.§. hæ actiones,cum duab.ll.seqq.

Actiones in factum descendentes ex edictis, vel interdictis prætorum filijfam. etiam suo nomine,& directo possunt exercere,† l. in factum,12.& ibi glo. de actio. & oblig.

Actionum in factum quatuor sunt genera; primum, quod æquiualet actioni præscriptis verbis,secundum ex omni edicto, vel interdicto est,vbi non datur alia actio,tertium Aquilia,quartum est actio generalis in factum, idest, quæ semper fuit in factum,& datur ex varijs caussarum figuris.gl.1.in l.in factum, cod.gl.ex permutatione, in §. actionum, de actio. & gloss.vtilis, in §.fin. de interdictis.

Actiones subsidiariæ legis Aquiliæ non cōpetunt filiofam. cùm non detur actio principalis legis Aquiliæ,nec accessoria,vt in factum,ibi.

Actio in factum ex edicto, si quis testamento liber esset, datur pro furto, & hereditate iacente facto à seruo, cui testamento domini libertas relicta est, sed pro furto facto post aditam hereditatem non datur actio, ex illo edicto,cùm iam quasi liber possit conueniri furti actione, l. 1. §. habet itaque, si quis testam. liber.

Actio ex edicto si quis testamento, &c. cùm substituatur in locum deficientis actionis furti propter seruitutem impedientem dari furti actionem,verisimile est, quòd substituatur illa in omnibus casibus in quib. furti agi potuit, d.l. 1.§. hæc actio.

Actio ex edicto si quis testamento liber, &c. datur non solùm pro furtis, sed etiam pro damnis etiam datis in reb. hereditariis hereditate iacente à seruo cui testamento libertas relicta est, d.l.1. §. non tantum

Actio ex edicto si quis testamento,&c.ad similitudinem actionis furti competit,& datur heredi, & cæteris successorib. & præter illam competit etiam rei vendicatio. d.l.1.§. præter hanc.

Actio ex edicto si quis testamento,&c. pro furto.aut damno dato in rebus hereditariis iacente hereditate à seruis pluribus, qui iussi fuerant liberi esse,datur in singulos insolidum, hoc est, in duplum, nec vno conuento & exacto, alij liberantur,d.l.1.§.fin.

Actio in factum in multis, & varijs iuris articulis sæpe est admissa, l. sancimus, 21.C.de sacrosanctis.

Actio in factum datur loco cuiuslibet edicti, vel interdicti, & in contractibus innominatis,nisi in quarto contractu,facio vt des, quo casu datur de dolo, & datur etiam in subsidium in aliis multis casib.gl.articulus, ibi.

Actio in factum descendit ex sententia,gl.pen.in l.1. C. de iuris,& fa.ign.

Actio in factum datur , quando datur damnum de non corpore in non corpus, vt si seruum legatum soluisti,& fugit,gl.2.in l.pen.C.ad leg.Aquil.

Actio in factum, quæ datur ex permissione serui ob libertatem , extraordinaria est,gl.fi.in l.3. C. an seruus pro suo facto.

Actio in factum, quæ datur contra liberum temerè vocantem in ius patronum sine venia,non competit heredi,gl.fi.in l.1.C.ex deli.def.

Actio in factum habet locum in multis casibus , vt quando agitur præscriptis verbis, & tunc dicitur in factum ciuilis, secundò in subsidium legis Aquiliæ, item loco edictorum,& interdictorum,gl.2.in l.3.C. de rerum permut.

Actio in factum habet locum, vbicunque æquitas suadeat actionem dari, vel ex contractu,vel quasi,ex maleficio,vel quasi, d.gl.2.

Actio in factum datur ex præcepto iudicis facto post litis contestationem, vel ex sententia.quæ continet aliquid dari,vel fieri, gl. imponenda, in l. fi. C. de bonis, quæ liberis.

Actio in factum est prætoria,& datur,quādo à prætore non exprimitur , sicut ex ciuili obligatione, vel ex lege noua datur condictio ex lege,si non caueatur de nomine actionis,gl.actio,in §.namque,de action.

Actio in factum,quæ datur contra eum,qui aliquid habet in loco publico positum.item actio in factum,siue interdictum,quod vi,aut clàm,sunt personalia in rem scripta, gl.confines,& ibi addit.marg.in §. quædam, eo.

Actio in factum semper est stricti iuris, etiam vbi loco actionis præscriptis verbis datur, † gl.ex permutatione,in §.actionum,eod.

Reliqua verbo , Interdictum,1.2,3.5.Mensor,Eiiciens,Eiectus, Effundens,Mortuus, 2.3.4.Sepulcrum,5.6.Damnum,6,7.8.9. Heres,24.vsque 28.& inf.num.207.

ACTIO famosa non datur ei,qui ciuili, vel honoraria experiri potest,l.1.§.ait prætor, de dolo.

Actio famosa dicitur de dolo actio , ibi.

Actio vna famosa rectè potest competere alicui cum alia famosa,dummodò non sit actio de dolo,l.Diuus,& ibi gl.ad quam , de restitutionib. in integr.

Actiones famosæ non dantur liberis aduersùs parentes,nec libertis aduersùs patronos,l.5.& ibi gl.1.de obsequiis,& gl.fi.in l.si superstite,C.de dolo.

Actio famosa,vel pœnalis non potest institui contra vxorem à marito,vel econtrà,constante matrimonio,sed bene eo dissoluto,gl.fi.in l.cui necessitas, 39.§. fin.de liberal.caussa.

Actiones famosæ personales sunt,gl.fi.in l.cessat,35. de act.& oblig.

Actionem famosam iniuriarum intentans nō debet vagari cum periculo alienæ existimationis,sed debet designare certum hominem iniuriam inferentem,& specialiter dicere,quam iniuriam sit passus,l.prætor,7.de iniuriis.

Actionem famosam,& atrocem dare in vxorem, vel personam, ita coniunctam lex erubuit, l.3.§.fi.C.de furtis.

Reliqua verbo, Pactum,Condemnatus.10.Condictio,1.Libertus,25.Accusatio,7.8.

ACTIO familiæ erciscundæ introducta est ex lege 12.tabul.& sic ciuilis est,l. 1. famil. ercisc.

Actio famil. ercisc. introducta est ad hoc,vt coheredes volentes possent à communione discedere,& res hereditarias inter se distribuere,ibi.

Actio fam. ercisc.datur etiam vni coheredi tantùm volēti à communione discedere contra alios coheredes,gl.coheredibus,ibid.

Actio fam.ercisc.nascitur ex quasi contractu diuisionis,ibid.

Actio fam.ercisc.potest intentari à tempore communionis, & cum effectu, non obstante exceptione,& ab illo tempore currit præscriptio,ibid.

Actioni

Actio funeraria datur pro eo, quod est impensum tantùm in funere, non pro eo, quod est impensum in curando testatore, vel alio modo, l. at si quis, §. hæc actio, & ibi gl. funeraria, & gl. sumptuum, eod.
Actio funeraria non datur ei, qui habet aliam actionem ad funeris impensam consequendam, d.l. at si quis, §. Labeo ait.
Actione funeraria agere non potest ille, qui actione fam. ercis. agere potest, sed postquam egit fam. ercis. funeraria potest agere, d.§. Labeo ait.
Actio funeraria exsuperat omne æs alienum, gl. soluendóque, in d. l. at si quis, §. pen.
Actio funeraria datur aduersùs eos, ad quos funus pertinet, vtputà aduersùs bonorum possessorem, vel heredem, ac cæteros successores, d.l. at si quis, §. fi.
Actio funeraria datur in eum, ad quem dotis nomine aliquid peruenit, l. in eam, de religios.
Actio funeraria datur contra maritum, qui lucratur dotem, sed non contra patrem marito lucrante, l. Neratius, 20. §. si maritus, eod.
Actio funeraria datur in patrem in residuum, quando dos in funus mulieris non sufficit, vt quia dos erat permodica, ibi.
Actio funeraria pro dignitatib. & facultatib. datur in patrem, in cuius potestate est is, cuius funus factum est, l. in patrem, 21. eod.
Actione funeraria non tenetur maritus, qui mulieri dotem in matrimonio soluit in casib. à lege permissis, l. sic pro rata, 27. eod.
Actio funeraria non est annua, sed perpetua, & heredi cæterisque successorib. & in successores datur, l. si filiusfa. §. fi. de religios.
Actio vtilis funeraria in heredem datur ei, qui erogauit in funus vestimenta sibi legata, l. fin. eod.
Actio funeraria datur non solùm in heredes pro hereditariis portionib. sed etiã in virum ad quem aliquid peruenit nomine dotis pro rata portione eius quã lucratus est de dote, veluti si vir lucratus sit de dote centum, & in hereditate sint ducenta, ipse vir conuenitur pro tertia, & heredes pro duab. aliis tertiis, gl. 1. in l. 2. C. de heredit. action.

Reliqua vide in, Funerari, 2. Funus, Expensa, 5.

108 Actio furti cum fure, & actio legis Aquiliæ cùm dante damnum, & actio iniuriarum cum iniuriante moriuntur, l. 10. et, de seruis.
Actio furti non datur contra heredem, nisi quando lis est contestata cum defuncto, & tunc heres condemnatur propter alienum factum, & ideò non infamatur, gl. procurator, in l. furti, §. si quis, de his, qui notantur infam.
Actio furti concepti hodiè sublata est, gl. non conseruat, in l. quid ergo, §. pœna grauior, eod.
Actio furti competit domino contra eos, qui surripuerunt res suas, quæ malè custodiebantur à seruo manumisso, gl. eius, in l. & eleganter, de dolo.
Actio furti impedit actionem de dolo, d.l. & eleganter, §. idem Labeo.
Actio furti non datur contra occultantem testamentum, ne querela inofficiosi agatur, quia hereditas nondum est adita, sed agitur lege Cornelia, & de dolo, l. si quis adfirmauit, §. fi. eod.
Actione furti tenetur ille, qui opem tulit seruo meo, qui furtum sui fecit, d.l. & eleganter, §. idem Labeo, de dolo.
Actione furti tenetur soluens animal meum, vel seruum compeditum, si aufugerit, nisi misericordia ductus eum soluerit, quia tunc tenetur actione in factum, ibid.
Actione furti non tenetur soluens sine dolo malo animal meum, vel seruum compeditum ductus misericordia, tenetur tamen actione in factum subsidiaria legis Aquiliæ, quando posteà aufugit, alias non tenetur, cum damnum non habeam, ibid.
Actio furti ideo datur etiam pro vno ouo, non tamen datur actio doli pro tam minimo, quamuis vtraque sit famosa, quia furta frequentius fiunt in vilibus, quàm doli, ideóque necesse fuit plus puniri, gl. 1. in l. si oleum, §. fi. de dolo.
109 In Actione furti totum quadruplum est pœna, glo. vtrùm, in l. in heredem, §. 1. de calumn.
Actione furti tenetur metum inferens possessionem consequendo a domino, licet ipse fur non dicatur, gl. item si cùm exceptione, §. qui vim, & ibi gl. videntur, quod metus causa.
Actio furti datur ei, cuius interest, sed non actio legis Aquiliæ, quia domino tantum datur, gl. quæcunque, in l. natura, nautæ, caupo. & gl. nostras, in l. licèt, §. possumus, eo. & l. in duob. reis, §. fin. & ibi gloss. conductionis, de iureiurando.
Actione furti ex furto, vel rapina, vel iniuria non agitur, nisi dolus intercedat, gl. cum eo. ad med. in l. liber homo, 37. ad l. Aquil.
Actio furti datur vltrò, citróque, si excussisti seruo meo numos, quos habebat ex pretio rei tuæ, quàm tibi subtraxit, & vendidit alicui, quia tu aduersùs me furti agens noxali serui nomine, & ego aduersùs te numorum nomine, l. quemadmodum, §. fi. de noxalib.
Actio furti, & legis Aquiliæ datur contra socium rei communis nomine, gl. 1. in l. si quis seruum, de seruo corrupto.
Actio furti, vendicatio, condictio, vel ad exhibendum denegatur tenenti ludum alearum pro re sibi subtracta domi, & tempore, quo alea ludebatur, secundùm veriorem, † l. 1. §. quod autem, de aleæ lusu, & aleator.
Actio furti à circonscriptione incipit, & nihilominùs perpetua est, gl. 1. in l. hæc actio, si mensor falsum mod.
Actione furti, vel rerum amotarum nomine rei suæ non potest quis teneri, nisi in vno casu, gl. defendi, in l. in duob. reis, 28. §. quæ iurauit, de iureiur.
Actio furti datur ad pœnam legitimam, condictio vero ad rem ipsam, l. si pro fure, §. 1. de condictione furti.
110 Actio furti non tollitur per condictionem furtiuam, nec condictio furtiua per furti actionem, ibid.
Actio furti datur legatario pro re furtiua legata, ex noua contrectatione, sed ex veteri datur heredi †, glo. 1. vers. 5. vel dic in l. sed nec legatarius, 11. & ibi addit. margin.
Actiones duæ furti competunt heredi pro re furto surrepta defuncto, vna ex veteri contrectatione, alia ex noua, ibi.
Actio alia furti non nascitur ex assidua contrectatione, nisi dominium rei furtiuæ mutatum sit, vt quia dominium rei furtiuæ deuenit ad aliquem titulo singulari, vel vniuersali, quia tunc ex contrectatione veteri datur vna actio, & alia ex noua, ibid.
Actione furti non potest agi contra falsum procuratorem, vel falsum creditorem, qui scienter indebitum acceperunt, vt eos numos lucrentur, si in eos dominium sit translatum, quia tunc agitur contra eos condictione ob caussam, sed si dominium non sit translatum in eos, tunc potest agi actione furti, gl. fi. in l. priori, de condictione causa data.
Actio furti datur, si interest, non tamen ad interesse, sed ad pœnam, gl. locupletius, in l. 1. §. 4. de peculio.
Actio furti, & pro socio quando vni competunt, vna per alteram non tollitur, l. rei communis, 45. pro socio.
Actio furti, & actio bonæ fidei, veluti commodati, locati, &c. quando alicui competunt, vna non tollit aliam, ibid.
Actio furti, & mandati quando alicui competunt, vna per aliam non tollitur, quando dantur contra eundem, secus quando contra diuersos, † ibid.
Actio furti, & locati, vel furti, & negot. gestorũ, vel furti & mandati, vel furti & tutelæ, quando competunt alicui, vna per aliã non tollitur, l. idem est, 46. eod.
Actio furti competit creditori, vel habenti hypothecam specialem, sarcinatori, fulloni, vel commodatario, licet alij possideant, gl. pen. in l. si rem, 19. §. fin. de præscript. verbis.
Actione furti non potest agi contra eam, quæ vxor fuit, licèt furtum marito commisisse dicatur, nisi post diuortium res amotas contrectet, l. 1. & 3. rerum amotarum.
Actio furti, & actio de rationib. distrah. licèt sint pœnales, non tamen tollunt se adinuicem, quia descendunt ex diuersa origine, quia furtum datur ex interceptione dolosa, sed actio de rationibus distrahendis ex sola interceptione non dolosa, gl. eiusdem, in l. 1. §. considerandum, de tutelæ, & rationib.
Actio furti non datur heredi, cum iacet hereditas, gl. creditores, in l. si seruum, 71. §. fin. de adq. hered.
Actio furti, vel ex delicto, vel quasi, ex contractu, vel quasi, potest dici in factum actio propter factum, non vt sit nomen actionis, gl. 1. vers. vel vocat, in l. si heredes, de legat. 1.
Actio furti ratihabitione secuta tollitur à domino, gl. 2. add. marg. in l. si tibi dederim, 25. de donatio.
Actio furti datur etiam pro modica re, vt est vna gallina, vel etiam pro vno ouo, sed non actio de dolo, quia furti actio est magis odiosa, & quia frequentiùs fiunt furta in paruis, & quia est retributoria, gl. furti in l. naturalem, §. fi. de adqu. rer. d. & gl. 1. in l. si oleum, §. fi. de dolo.
Actio furti non datur in heredes furis, datur tamen heredib. eius, cui furtum est factum, l. 1. de priuat. delict. §. 1. Inst. de perpetuis & tempor.
Actio furti ex præterita contrectatione nata, non oritur in plus ex assidua contrectatione, l. ei, qui furti, 9. de furtis.
Actio furti nascitur ex noua contrectatione facta à fure post pactum factum de non agendo furti ex prima contrectatione, † gl. 1. ibi.
Actio furti competit ei soli, cuius interest, vel ex honesta caussa, vel de præsenti non interest, dum tamen de proximo futurum non est, vt intersit, l. cuius, 10. & ibi add marg. eod.
Actio furti non datur malæ fidei possessori, quamuis intersit eius non surripi, cum res eius periculo sit, l. itaque fullo, de furtis.
Actione furti semper potest agere fullo, qui vestimenta curanda, poliendaque accepit, quæ sibi surrepta fuerunt, si sua intersit, aliàs, si sua non intersit, aut soluendo non sit, actio furti ad dominum vestimentorum pertinet, l. itaque fullo, de furtis.
Actio furti competit soli bonæ fidei possessori, ibi.
Actio furti pro re pignore surrepta datur creditori non solum contra extraneum, sed etiã contra ipsum dominum, & etiam ipsi domino competit, quando extraneus furtum fecit creditori, quia tunc vtriusque interest, semper tamen creditoris interest, licèt debitor soluendo sit, cum potius sit pignori incumbere propter fallacem hominum fidem, d.l. itaque fullo. §. fi.
Actio furti non competit ei, cui ex stipulatu res debetur, si illa interim surripiatur debitori, qui non liberatur etiam actionem furti credendo, nisi per debitorem non stetisset, quominùs rem ei daret, quia tunc cedendo actionem furti ei, euitat condemnationem, l. is, cui, 13. & ibi gl. fi. eod.
Actio furti, condictio furtiua, & rei vendicatio cedi possunt, l. eum, qui emit, 14. & ibi adnot. marg. de furtis.
Actionem furti ampliùs non habet pro eadem re surrepta ille, qui semel consequitur id, quod sua interest, d.l. eum, qui §. idem scribit.
Actio furti datur ad duplum eius, quod interest, gl. agere, ibi.
Actio furti non competit pro re sibi subtracta ei, qui rem mandato alicuius accepit perferendam, d.l. eum, qui, §. idem Pomponius.
Actionem furti non habet omnis, cuius interest, sed is tantùm, cuius interest, & sua culpa res surrepta est, d.l. eum, qui. §. an pater.
Actio furti competit omnib. quorum periculo sunt res alienæ, veluti commodatæ, locatæ, pignorisve nomine acceptæ, si hæ surreptæ fuerint eis, condictio tamẽ furtiua ei tantùm cõpetit, qui dominiũ habet, d.l. eum, qui. §. quales ergo.
in Actione furti sufficit rem furatam demonstrari, ita vt possit intelligi, nec requiritur exprimi pondus vasorum, & ita sufficit dici lancem, vel scyphum, vel discum; exprimi tamen debet materia, vtrùm argentea, an aurea, an alia quæ sit, l. in actione furti, 19. eod.
Actione furti agens ad massam argenteam subtractam debet exprimere pondus; & si signati numi subtrahantur, debet exprimere numerum, veluti tot aureos, pluréve ei furto abesse, ibid.
Actio furti agens ad vestem sibi surreptam debet exprimere colorem, nisi iuret pro certo se colorem dicere non posse, quia tunc remittitur huius rei necessitas, quantum ad recipiendum eius libellum, sed posteà debet exprimere colorem, d.l. in actione, §. de veste, & ibi gl. debet.
Actione furti tenetur, qui pauonem mansuetum alicuius, cùm de domo aufugisset, persequutus est eum in tantum, quòd aliquis eum habere cœpit, l. si pauonem, 39. eod.

Actio furti

Actione furti extraneus poterit agere contra mulierem, quæ surripuit sibi rem mariti l.e.gl.pen.in l.ii.§.fi.C.de furtis.

Actione furti non potest agere maritus contra vxorem, quæ sibi amouit, aut surripuit rem extranei. ibid.

Actio furti potest ex donatione remitti.l.si donationis.18.C.de donatio.

Actio furti non est de re familiari, sed propter rem familiarem, gl. 1. in l.1.C. quando ciuilis actio crim.

Actio furti, vel vi bonorum raptorum competit, quando res aliena asportatur, non quando non asportatur, sed damnum datur in ea, quia tunc datur actio Aquilia.gl.1.& ibi add.in princ.Inst.de lege Aquilia.

Actio furti manifesti est pœnalis prætoria.gl.fi.in §.pœnales.Instit.de actio.

in Actione furti non manifesti duplum; sed in manifesti, quadruplum totum est pœna.§.ex maleficiis.& §.in duplum,& §.quadruplum,de actionib.& gl.1.in l. siue. qui satisdare cog.

Actiones furti non manifesti,& serui corrupti differűt ab actione legis Aquiliæ, & ab ea, quæ ob legata pia non soluta datur, quia in actionibus furti non manifesti,& serui corrupti ab ipso principio pœna est dupli, sed in actione damni, & iniuriæ ex lege Aquilia, & interdum in deposito inficiatione venit duplum, sed in confitentem tantùm datur in simplum.§. sed furti, & ibi glo.1. de action.

Actio furti non manifesti ciuilis est, sed furti manifesti prætoria, gl.1.in §. sunt autem, Inst.de noxal.actio.in princ.& ibi gl.proficiscatur. de perpet. & temp. & gl.12.tab.in leg.tres tutores, 56.de administr.tutorum.

Reliqua verbo, Commodatum, 15. Contrectans, Decisione, Frangens, Fur, 8. Furtum, 12.13. Heres, 89. Pacisci, Pater, 24. vsque 27. Surripiens, Surrepta, Trabem, Condictio, 10. vsque 13. Fullo, Occupari.

122 ACTIONES transeunt ipso iure in fideicommissarium partis, cui facta est restitutio.l.1.§. sed & quoties. ad Trebel.

Actiones actiuè & passiuè transeunt ab herede in fideicommissarium ipso iure, & sine aliqua cessione, facta tamen restitutione fideicommissi.d.l.1.

Actiones competentes vni, quòd dentur alij, quando lex disponit, intelligitur de vtilibus non de directis.d.l.1.§.sublata.

Actiones hereditariæ, quæ transferuntur ex Trebelliano, desinunt competere fideicommissario, si fideicommissum declaretur indebitum, nisi etiam euincens teneretur ad illud fideicommissum.l.si patroni, 55.§.fi.eod.

Actio in heredem non datur ex dolo defuncti.l.3.§.fi. & ibi gl. denegandam, si mensor falsum modum.

Actiones, quæ competunt fideicommissario ex Trebelliano restituta hereditate, licet sui natura sint perpetuæ, tamen quandoque sunt temporales.gl.1. ibi & l. si patroni.55.§.fi. ad Trebel.

Actio non quæritur ascendentibus ex linea materna per descendentes, nec cuilibet alij per alterum, fallit in quibusdam casib.l. debitor, 59.§.fi. & ibi glo.fin. ad Trebellian.

Actiones competentes heredi contra defunctum confusæ per aditionem, non restituuntur herede indigno pronunciato,& ei adempta hereditate.l.indigno, & ibi gl.1.de his, quæ vt indig.

Actiones in heredes transitoriæ pœnales, vel non, etiam si à persona heredis incipiunt, ex parte actoris augmentum, & ex parte rei diminutionem patrimonij inducunt, secus si ad heredem, vel contra heredem non transeunt. lege pœnales, 32.& ibi gl.reorum, ad leg.Falcidiam.

Actiones non persecutoriæ, vt pœnales dantur heredib.gl.1.in leg.heredi, 11. de bonis author. iud.

123 Actio datur in heredem ex facinorib. defunctorum de eo, quod ad heredes peruenit.l.3. de vi,& vi armat.

Actiones pœnales transeunt in heredes lite contestata cum defuncto, aliàs non, l.constitutionib.32.& ibi gl.1.de actio.& oblig.

Actiones annales transeunt in heredes per solam libelli oblationem. † glossa 1. ibidem.

Actiones descendentes ex contractibus, vel quasi, competunt in heredes, licèt per eas puniatur delictum, vel dolus, veluti actio tutelæ, vel depositi competit contra heredes depositarij, vel tutoris,& petitur emendari dolus defuncti, l.ex contractib.48.eod.

Actiones quæsitæ heredi ex facto suo non transeunt in fideicommissarium, vel in eum, qui venit per contra tab.nisi facta cessione. leg. heres, 22. & ibi gloss. tam euict. de fid. lib.

Actio vbicunque de sui natura non transit in heredem, si tamen transierit, cùm tunc hereditaria esse cœperit, in immensum deinceps ad omnes heredes perambulat, si tamen defuncto nunquam competere cœpit, licèt hereditati iacenti competierit, ac tunc deinde in heredem transierit, ob id ad heredes heredis non transmittitur † gl.adquiri,& ibi add.marg.in l.1.§.quoties, de iniuriis.

Actiones repetundarum,& peculatus, quia rem persequuntur, dantur in heredes, etiam ante litem contestatam intra annum.gl.1.in rub.de popul. actio.

Actio in rem datur contra heredes pro parte, quam possident. l.2.C. de heredit. actio.

Actiones incipere ab heredibus,& contra heredes veteres non concedebant, hodiè tamen remota illa regula antiquorum, incipiunt ab heredib. & contra heredes.l.1.C. vt actiones ab hered.

Actio repetundarum post litis contestationem datur contra heredem intra annum de eo, quod ad eum peruenit.gl.fi.in leg.1.C. ex delict.defunct.

124 Actio in factum de reuocandis donationibus propter ingratitudinem non datur contra heredes, neque tribuitur heredib. ibid.

Actio in factum, quæ datur contra mensorem, non datur contra heredem ex dolo defuncti. ibid.

Actio tributoria datur contra heredem propter dolum defuncti de eo tantùm, quod ad eum peruenit.ibid.

Actio ex stipulatu competens pro iudicio sisti, pro eo quod quis conueniebatur iniuriarum, non transit ad heredes.ibid.

Actio debiti hereditarij non datur creditori heredi, cùm illa sit confusa.ibi.

Actio lite contestata regulariter transit ad heredes, fallit in operarum iudicio, quod mortuo patrono post litis contestationé non transit ad heredem extraneum.gl.lis contestata, in l.vnica. §. & hoc.C.de rei vxoriæ act. & gl.fi. in l. C. ex delict.defunctorum.

Actio, quæ competebat Titio contra defunctum, si competebat de euictione duplum, confecto inuentario, seruabitur illa actio dicto Titio heredi,& contra alios creditores computabit illud duplum, secus si non fecisset inuentarium, gl.confundantur, in l.scimus, 22.§.in computatione, C. de iure delib.

Actio subsidiaria transit in heredem, §.pen.Inst.de satisd.tutorum.

Actio datur contra aliquem, ergo datur contra eius heredem, non valet consequentia, §.non autem,& ibi gl.non competere, de perpet.& tempor.

Actiones ciuiles lite contestata non transeunt ad heredes, in duob.casib. scilicet quando agitur contra libertum ad operas, moritur patronus extraneo relicto herede, ad quem non transeunt operæ etiam lite contestata, item quando pater repetit dotem filiæ, quæ à viro diuerterat, & lite contestata decessit extraneo herede relicto, nam tunc actio de dote etiã lite contestata, non transit ad heredem patris, sed statim consolidatur in filiam, gl.dantur,& ibi add.ib

Actiones pœnales etiam lite contestata non transeunt ad heredes in duob.casib. scilicet in actione de dolo,& in retractione alicuius in seruitutem, vel libertinitatem, qui per collusionem pronunciatus fuerat ingenuus, gl. fi. ibi.

Actio de operis præteritis præstandis à liberto transit ad filios patroni lite contestata, vel non contestata, nisi sint exheredati, ad extraneos tamen non transit, gl.iudicata, in l.si marito, 31.§ si voluntate, soluto matrimonio.

Actio ideò quod rei persecutionem contineat, quòd transeat heredi, & in heredem non est necessaria ratio, sed probabilis, gl.& ideò in l.3.§.si seruus, naut. caupon.

Actionem à defuncto deductam in iudicio, si vnus ex duob. heredibus age perseuerauerit, non videtur totam rem, quæ in priori iudicio fuit, deduxisse. inuito coherede egerit, secus si ignorante, vel sciente, & non contradicente d.l.si petitor,& ibi gl.egerit.

Actio, quæ competere defuncto non potuit, non potest transmitti ad heredes eius, l.nam sicut, 36.§.fin. ad legem Aquil.

Actio impossibilis testatori est impossibilis etiam heredi, d.l.nam sicut, §.fin. ibi gl. competere.

Actio, quæ pro damno in corpore libero dato competit patienti damnum, iure hereditario transire non potest ad successores, quasi non sit damnum pecuniarium, l.si verò, §.hæc autem, de his, qui deiecerunt.

Reliqua verbo, Fideicommissarius, 9.10, Heres, 91. inf. 131, 196.

ACTIO hypothecaria solo consensu contrahitur,& etiam solo consensu tollitur ipso iure re integra, gl.actio, in fi.in l.si tibi, §. de pignore, de pactis.

Actio hypothecaria facilius inducitur, quàm tollatur, cùm inducatur per pactum nudum, sed non tollatur ipso iure, sed ope exceptionis, d.§.de pignore.

Actione hypothecaria cessa, videtur cessa personalis propter adiudicationem, gl.contra, in l.si pignori, 29. famil.ercisc.

Actio hypothecaria vtilis datur creditori, cui non dominus, sed habens ius in r obligauit eam, gl.actio, in l.grege, 13.§.1.de pignor.

Actio hypothecaria suas conditiones habet, scilicet si soluta sit pecunia, aut satisfactum, quib.cessantib.tenet, d.l.grege, §.etiamsi creditor.

Actio hypothecaria datur, etiam si res hypothecæ data mutata fuit, vt de domo data hypothecæ horreum factum sit, vel si locus sit hypothecatus, & in e vinea sit posita, vel domus facta, l.si fundus, 16.§.si res, de pignor.

Actio hypothecaria est in rem,& nullam aduocat possessionem, l.pignoris, 17.& ibi glo. 1.eod.

Actio hypothecaria durat quandoque 10.annis, inter præsentes, & 20.inter absentes, vbi scilicet deficit titulus, quandoque 30. & quandoque 40.annis durat, gl pen.in l.si à creditore, C.de actio.& oblig.

Actionem hypothecariam anteriorum creditorum præscribere possunt longo tempore ementes res hypothecæ obligatas à posterioribus creditoribus, d.l.si à creditore.

Actio hypothecaria per 40. annor. præscriptionem tollitur,& etiam personali in ea litis contestatione facta, gl.2.in l.eos, C. de vsuris.

Actio hypothecaria sine personali non potest cedi alij creditori, vel non creditori, cùm sit accessoria, vnde sine principali non transit, gl.pateat, in l.fi.C. de heredit. vel actione vend.

Actio hypothecaria præscribitur triginta annis non à debitore, sed ab alio possidente rem hypothecatam, l.3.C.de præscript.30.vel 40. annor.

Actioni hypothecariæ præscribitur 30.an.ab extraneo possessore, à debitore, vel eius herede 40.an.nisi fuerit interrupta, vel nisi sit intra pupillum, contra quem cessat, l.cùm notissimi,& ibi gl.2.& §.1.C.eod.

Actioni hypothecariæ præscribitur x.inter præsentes,& 20. ann. inter absentes à possessore cum titulo,& bona fide, sed cum mala fide, & sine titulo, 30. ann. d.gloss. 2.

Actio hypothecaria quandoque non competit alicui statim, sed adueniente die, vel conditione, quando sub conditione, vel ex die est hypotheca contracta.gl. competere, in d.§.1.

Actio hypothecaria durat 40. ann. contra debitorem, vel eius heredem, l.1.§.1. C. de annali exceptione.

Actione hypothecaria non potest quis agere ex contractu turpiter celebrato, cum detur vendicatio debitori non possidenti etiam nihilo soluto, & multò magis exceptio gl.fi.in l.2.C. de condictione ob turpem caus.

Reliqua verbo, Hypothecaria, Seruiana, Pigneratitia, inf, 196. & 278.

ACTIO iniuriarum non transit ad heredes, neque contra heredes,& sic neque actiuè, neque passiuè, nisi lite contestata.l.si eum. §.qui iniuriarum,& ibi glo. danda, si quis cautio.

Actio iniuriarum extinguitur altero de tribus modis, scilicet vel per mortem actoris, vel per mortem rei lite non contestata, vel per missionem, idest, per lapsum anni, d.§.qui iniuriarum.

Actio iniuriarum post litis contestationem cum defuncto datur heredibus, & contra heredes, & sic actiuè & passiuè, dict. §. qui iniuriarum, & ibi. gloss. fin.

Actio iniuriarum tollitur per nudum pactum ipso iure,& etiam dissimulatione, l.si vnus. §.pactus ne peteret, & ibi gl.iniuriarum, de pact.

non,cùm sit pœnalis,nisi ex damno locupletior heres sit factus.d.l.inde Neratius.§.nanc.
Actio legis Aquiliæ contra confitentem datur in simplum, sed aduersùs negantem in duplum,& duplatur quidquid erat simplandum.d.l.inde.§.hæc actio.& ibi gl.in duplum.
in Actione vtili legis Aquiliæ, vel in actione in factum contra negantem datur in duplum.d.gl.in duplum.
Actio Aquilia ad litis æstimationem licèt sit diuidua,tamen,beneficium domini pro noxa est indiuiduum, & non potest fieri, nisi cuilibet insolidum l. si seruus.27.§.item si seruus,eod.
Actio Aquilia directa non datur domino, neque contra dominum pro damno dato à seruo,sed vtilis sic.gl.non tenetur,in l.si seruus.§.serui autem. eod.
137 Actio Aquil.habet locum si quis vulnerauerit,vel virgis,aut loris,aut pugno cæcidit,vel telo,aut aliquo alio scidit corpus alicui, vel tumorem fecit, & hoc,si damnum iniuria sit factum,non aliàs.d.l.si seruus.§.rupisse.
Actio Aquilia non habet locum,si seruum nullo pretio deteriorem,vel viliorem fecit ille,qui seruum illum virgis, vel alio modo cæcidit, iniuriarum tamen actio datur.ibid.
Actio Aquilia habet locum pro sumptibus in curationem & salutem serui factis, etiam si seruus deterior pretio non sit factus.ibi.
Actio in factum in quadruplum datur contra castrantem puerum alienum †, d. l.si seruus.§.&,si puerum.& ibi gl.in quadruplum.
Actio legis Aquiliæ datur viro contra vxorem,etiam constante matrimonio. l.si seruus,27.§.si cùm maritus,& ibi gl.lege Aquilia,ad legem Aquil.gl.2. in l. 2. C.rerum amotar.
Actio legis Aquiliæ non est famosa, nam si esset,non daretur contra vxorem.d. gl.lege Aquiliæ.
Actio legis Aquiliæ quamuis sit pœnalis, tamen quando datur viro contra vxorem etiam constante matrimonio datur tantùm in simplum, gl.lege Aquilia, & d.gl. 2.
Actione legis Aquiliæ ex tertio capite agitur de omnibus animalibus læsis, & occisis quæ pecudes non sunt, veluti de cane,de capro,leone, cæterisque feris, & auibus. l.quemadmodum,29.§.in nauis.ad leg.Aquil.
in Actione legis Aquiliæ,quæ ex tertio capite oritur, & dolus, & culpa punitur, l.qui occidit.§.in hac quoque actione,ad leg.Aquil.
Actio Aquilia non concurrit semper cum actione quod metus caussa,& de dolo, gl.fuisse ibid.
138 in Actione Aquilia venit interesse commune, non interesse affectionis. l. si seruum.33.eod.
in Actione Aquilia venit etiam lucrum.glo.potuimus.ibid.
in Actione Aquilia venit interesse in rem,& casus superueniens post litem contestatam in re,quæ erat in facultate soluendi, debitorem non excusat. l. liber homo.37.§.fi.eod.
Actio Aquilia non solùm competit ei,qui dominus est tempore, quo damnum datum est,sed etiam qui postea.l.ob id.43.eod.
Actio Aquilia personalis est,& ideò ad vniuersalem,non ad singularem successorem transit.gl.poterit.ibid.
Actio Aquilia de eo,cui cœpit competere,transit ad eius heredem.d.l.ob id.
Actio Aquilia datur ei,qui reuersus est,pro damno in reb.suis dato tempore,quo erat apud hostes.ibid.
Actio Aquilia datur heredi postumo nato pro damno in rebus defuncti dato, antequam postumus futurus heres hereditatem adiret. ibid.
in Actione Aquilia venit leuissima culpa,nisi in duobus casibus. l. in lege Aquilia,44.& ibi gl.1.eod.
Actione Aquilia agi potest sanato vulnerato seruo pro expensis,& operis.l.scientiam,45.§.lege Aquilia.eod.
139 Actio Aquilia competit etiam debitori, cùm creditor ante moram promissum animal vulnerauit, vel occidit, sed si post moram debitoris occiderit, liberatur debitor.l.legis Aquiliæ,54.eod.
in Actione Aquilia licèt minuatur interesse, tamen non minuitur actio. l. Stichum.55.ad legem Aquil.
Actio legis Aquiliæ non datur contra bonæ fidei possessorem serui,aut animalis damnum dantis.gl.1.in l.non solùm, de noxalibus.
Actio legis Aquiliæ non datur in heredem, datur tamen in heredem socij actio communi diuidundo pro damno dato à socio defuncto.l.item quamuis,communi diuid.
Actio Aquilia semel nata non extinguitur alienatione,vel morte. gl.fi. in l.doli. §.hæc actio,de seruo corrupto.
Actio legis Aquil. tantùm domino datur, & in subsidium creditori. gl.2. in l. si pignore,de pigner.actione.
Actio legis Aquil. licèt sit pœnalis post inficiationem, vel sine inficiatione, rei tamen æstimationem persequitur.gl.1.in l. sed actione.50. pro socio.
Actio Aquilia pœnalis est aptitudine.gl.accipiendum,in l.1.§. vsque adeò de tutelæ,& rationibus.
Actio Aquilia datur heredi,l.1.de priuat.delict.
Actio Aquilia, aut iniuriarum, vel furti competit mihi contra eum, qui putans me esse alium, mihi dedit damnum, aut fecit iniuriam, vel furtum. gl.interdictum.in l.aut qui aliter.§.si quis. quod vi aut clam.
140 Actio Aquilia alterius æstimationis est,& alterius condictio furtiua,nam Aquilia eam æstimationem complectitur,quanti eo anno plurimi fuerit,& ita inspicitur etiam ante delictum commissum, condictio autem furtiua non egreditur retrorsum tempus accipiendi iudicij, idest,quo potuit accipi, quod fuit tunc.l.2.§.item,& ibi gl.accipiendi,de priuat.delict.
Actio legis Aquiliæ vbi competit, ibi potest agi criminaliter.gl. fi.& ibi add. marg.in l.fi.eod.
Actione Aquilia si quis egerit occasione damni serui sui occisi, non tollitur accusatio legis Corneliæ, quia Aquilia datur ad damnum emendandum, secus si egerit actione iniuriarum de ipsa cæde serui,vt vendicetur,non vt damnum sarciatur,& tunc tollitur accusatio legis Corneliæ de sicariis.l. prætor.7. §.1. vers.quid ergo,& ibi gl.principaliter.de iniuriis.

Actio legis Aquiliæ directa datur,quando damnum datur de corpore in corpus, vtilis verò, vel in factum, quando datur damnum de corpore in non corpus, vel de non corpore in corpus, vel in non corpus.gl. actionis.in §. studium. in auth.de triente & semisse,col.3.gl.2. in l.pe.C.de l.Aq.
Actione legis Aquiliæ directa, vel vtili, siue in factum conuentus, si mendacio conuincatur,condemnatur in duplum.l.4.& ibi gl.1.C.de l.Aq.
Actio vtilis legis Aquiliæ vbicumque datur,habet etiam locum actio in factum, sed non conuertitur, quia non datur actio vtilis legis Aquil. vbi datur actio in factum.ibid.
Actio legis Aquiliæ directa locum non habet, quando pastus,vel alia ad eum vsum consumpta sunt,ad quem erant.gl.1.in l.fi.C.eod.
Actio vtilis legis Aquiliæ bene concurrit cum actione in factum subsidiaria in locum legis Aquiliæ.gl.fi.in l.exhibitionis,C.ad exhib.
Actio legis Aquiliæ competit pro damno dato, idest, pro destructione alicuius rei facta.gl.1.& ibi add.in prin.Inst.de lege Aquil.
in Actione legis Aquil. venit etiam leuissima culpa,vt si Titius aggreditur te, & tu resistis,venit alius ad diuidendum vos,& tu resistendo volens percutere aggressorem percussisti mediatorem,teneris,gl.non minùs,in additione, in §. 1. de lege Aquil.
Actio legis Aquiliæ pœnalis est, quia æstimatur quanti plurimi fuerit ab anno retrò.§.his autem.eod.
in Actione legis Aquiliæ non solùm venit æstimatio rei,sed etiam extra rem. §. illud.eod.
Actio legis Aquiliæ non transit contra heredes,nisi ex damno locupletior factus sit.§.his autem.& ibi gl.2.eod.
Actio legis Aquiliæ non solùm ciuiliter, sed etiam criminaliter potest intentari.§.liberum.eod.
Actio ex tertio capite legis Aquiliæ datur pro omni alio damno, quam mortis illatione, & pro omni re,in qua citra mortem damnum datum est, §. capite tertio,eod.
in Actione legis Aquiliæ ex tertio capite venit æstimatio non quanti in eo anno, sed quanti plurimi in diebus 30.proximis superfuerit res, in qua damnum datum est,ibid.
in Actione legis Aquiliæ ex tertio capite ita dolus, & culpa etiam leuissima venit, sicut in actione ex primo capite.ibid.
Actio legis Aquiliæ directa datur cùm damnum datum est de corpore in corpus,sed quando datur de non corpore in corpus,datur vtilis actio legis Aquiliæ,& quando quis hominem alienum aut pecus ita incluserit, vt fame necaretur,aut pecus in tantum exagitauit, vt præcipitaretur.§.fi.& ibi gl.fi.eod.
Actio in factum subsidiaria legis Aquiliæ datur, quando damnum datum est ex non corpore in non corpus, vt si quis soluerit misericordia ductus alienum seruum compeditum vt fugeret.ibid.
Actio vtilis legis Aquiliæ vbi habet locum, ibidem, & in factum locum habet, sed non è contrà.d.gl.fi.in add.marg.
Actio legis Aquiliæ est mista persecutio rei,& pœnæ, quæ contra negantem datur in duplum,sed contra confitentem in simplum.§.ex maleficiis.& ibi gl. in simplum.de actio.
Actio legis Aquiliæ mista est ita,vt origine rei persecutoria est, sed ex accidenti pœnalis, nam si negat reus, datur in duplum, vel si pluris fuerit res intra annum,d.§.ex maleficiis,in add.marg.
Actione legis Aquil. conuentus reus si ante litis contestationem rem, quam à principio negauit, fateatur; ex sua confessione talis reus pœnam dupli euitat, item quando actori reus antequàm probet,iuramentum detulit.ibid.
Actione legis Aquiliæ, & legatorum piorum non solutorum crescunt per inficiationem.§. aduersùs,Inst.de pœna temerè litig.
Actio Aquilia datur pro damno dato à libero homine; sed actio noxalis pro damno dato à seruo, & actio de pauperie pro damno dato à quadrupede, gl. in rub.Inst.si quad rupes pauper. fecisse.
Reliqua verbo, Æstimatio, Animal, Apes,Canes,Carrucarius,Consumens,Currus, Dammum,Seruus,149.150.151.*Effundens,Equa,Equitare,Excutiēs,Fouea,Frumentum,Ignis,Incendium,Inficians,Laqueos,Lex*,28.*Magister*,1.*Occidens*,1.
ACTIO legis Flauiæ publici iuris est.gl.alius.in leg.4.de libero homine exhib. 1.
Actio legis Flauiæ datur aduersùs eos, qui seruos persuadent, vt à dominis fugiant,& qui hominem, quem sciunt esse liberum,emunt,vel vendunt, aut pro seruo tenent, & aduersùs eos, qui seruum, seruámque,aut inuito, aut sciente domino celant,vinctúmque habent,d.l.3.in additione marg.

Reliqua verbo,Lex,29.

ACTIO ex locato, & sic ex contractu bonæ fidei non solùm datur ad id,quod deuenit in contractu,idest, ad mercedem, sed etiam ad illud, quod nunquam partes cogitauerunt, est tamen æquum venire, veluti ad recuperandum pretium rerum conductarum perditarum, quod solutum est domino. l. 2. & ibi glò.ex conducto.de condictione sine caussa. 1.
Actio ex cōducto cōductori cōpetit ferè,quando re,quā cōduxit,frui ei nō licet, vt quia possessio agri totius, vel partis nō præstatur ei,aut via nō reficitur, vel quod lege conductionis conuentū est,nō præstatur ei.l.ex conducto.16.locati.
Actio ex conducto competit conductori ad id,quod in rem conductam impendit.gl.1.ibid.
Actio locati quandoque datur ad hoc,vt locator liberetur à locatione,idest,à rei præstatione.l.si vno.15.§.fi.locat.
Actio ex conducto etiam ad heredes transit.l.sed addes.19.§.si quis mulierē.eod.
Actio locati concurrit cum actione furti,& legis Aquiliæ, altera tamen illarum debet quis esse contentus.l.si locatum.42.eod.
Actio locati bonæ fidei est, & ideò in litem iuratur. l. si cui locauero, 48. & ibi glo.fi.eod.
Actio locati non habet locum in aduocato,neque in mensore.gl. 1.in l. 1. C. de suffragiis.

Reliqua verbo,Locata, Conducti.

ACTIONES descendentes ex maleficiis, vt iniuriarum, furti etiam ipso iure tolluntur per pactum,l.si tibi.§.quædam.de pactis. 1.
Actiones descendentes ex maleficiis,vt iniuriarum, furti, & etiam descendentes ex simi

tamen ipſa ſunt perſonales.gl.concepta.in l.1.§.pen.de interdict.

Actio quod metus cauſa ſicut competit contra quemlibet, ita & exceptio quod metus cauſa datur contra quemlibet, ad quem peruenit commodum ex metu. l.apud.§.fi.& ibi gl.cauſa,de doli mali exceptione.

Actio quod metus cauſſa ſiue directè, ſiue per patrem medium datur nepotibus heredibus aui gl.3.in l.3.C.de his,quæ vi.

Actio quod metus cauſſa eſt perſonalis,in rem ſcripta,& datur vtilis, & non directa,cùm translatum eſt dominium.gl.quoquè ibid.

Actio quod metus cauſſa datur contra quemcunque poſſeſſorem.ibid.

152 Actio quod metus cauſſa cum ſit perſonalis, & perſonalium meta ſit 30. annorum,illo tempore & non minori præſcribitur.gl.fi.ibi.

Actio vtilis in rem ſcripta datur metum paſſo pro his, quæ metu geſta ſunt, & præſcribitur longo tempore,ibid.

Actio quod metus cauſſa non durat contra primum emptorem, ſi ſecundus rem præſcripſerit.†.dd.reprob.gl.fi.ibid.

Actio quod metus cauſſa non finitur anno, ſicut reſciſſoria,quia reſciſſoria officio iudicis petitur reſtitutio,ſed actio quod metus cauſſa iure actionis petitur.ibid.

Actio quod metus cauſſa intra annum datur ad quadruplum, ſi res non reſtituatur reſtituto ſcilicet pretio, poſt annum verò ad ſimplum,ſi alia non competit.l.4.C.eo.

Actioni quod metus cauſa rectè opponitur exceptio cõſenſus poſteà adhibiti.ib.

Actio quod metus cauſa locum habet,non ſolùm,quando vis,vel metus mortis, ſed etiã cruciatus corporis, vel alius ſimilis metus interuenit,d.l.4.& ibi gl.2.

Actio quod metus cauſſa concurrit cum actione de dolo, & cum vtili rei vendicatione, & cum actione extraordinaria,cum actione tamen ciuili & ordinaria, vt eſt petitio hereditatis,non concurrit.gl.fi.ib.

Actio quod metus cauſa competit,ſiue quis ſit coactus vendere, ſiue ſit compulſus minori pretio vendere.l.non intereſt.C.de his,quæ vi.

Actio quod metus cauſſa locum habet, quando quis vendere eſt compulſus ab emptore,vel etiam ab alio ſciente emptore, ibid.

153 Actio quod metus cauſſa competit vendenti coacto vendere, qui aliàs non erat vẽditurus, vel etiam ſi erat vendíturus,ſed fuit coactus,vt minoris vẽderet.ib.

Actio quod metus cauſa competit, quando quis vendere eſt compulſus ab alio, ſciente,vel ignorante emptore,quantùm ad reſcindendum,& repetendũ rem, neque refert,an emptor ſciat,vel ignoret,differt tamen quoad periculum rei, quia ſciens emptor tenetur,ſecus ſi ignorans. ibid.

Actionem quod metus cauſſa inducunt hæc duo, ſ. metus corporis,& metus cruciatus corporis imminens.gloſſ.2.in l.ſi voluntate.C.de reſcinden.vend.

Actio quod metus cauſa eſt pœnalis prætoria.gl.fi. in §.pœnalis.de actio.

Actio quod metus cauſſa eſt miſta,ſ.perſecutoria rei,& pœnæ.gl.iam traditum.in §.ex maleficiis.eod.

Actio quod metus cauſa eſt perſonalis in rem ſcripta †, reprob.glo.confines, & ibi add.marg.in §.quædam actiones,de actio.

Actio quod metus cauſa, quæ ex contumacia ſit, datur in quadruplum vſque ad annum tãtùm, poſt annũ verò in ſimplũ.§.quadrupli,& ibi gl.quod metus.eo.

Actio quod metus cauſa differt ab aliis actionibus quæ dantur in quadruplum, quia in ea is, qui iuſſu iudicis ipſam rem actori reſtituit, abſoluitur à præſtatione quadrupli,ſed in aliis actionibus omninò quiſque condemnatur in quadruplum.§.item actio.de actio.

in Actione quod metus cauſa prima ſententia de reſtituenda re dicitur diffinitiua,ſed ſecunda ſententia de dando quadruplo dicitur diffinitiua, quia diffinit negotium,ſed alio reſpectu poteſt dici potiùs executio primæ ſentẽtiæ, quàm noua ſententia diffinitiua. †. gl.reſtituat.& ibi add.ibi.

in Actione quod metus cauſſa duæ ſententiæ feruntur, vna de reſtituenda re, & alia de dando quadruplo re computanda in eo, poteſt etiam fieri condemnatio in vna tantùm ſententia ita,condemno te ad reſtituendam rem per metum habitam,& ſi infra certum tempus non reſtitueris, condemno te in quadruplum, glo. reſtituat. & ibi add. in §. item actio. eod.gl.dotem,in l. item ſi cùm exceptione §.hæc autem.quod metus cauſ.

Reliqua verbo, Metus, Edictum, 10. *Sententia*, 28. *Armati*, *Creditor*, 64. *inf. num.* 181.182.184.

154 Actio ex mutuo perſonalis eſt, & inter alias perſonales obtinet principatum,quia multa ſpecialia habet.gl.1.in rub.ſi certum petatur.

Actio ex mutuo per procuratorem mutuãtem pecuniam militis,ipſi militi quæritur contra principalem,& eius fideiuſſorem.l.ſi pecunia.eodem.

Actio ex mutuo per tutorem, vel curatorem mutuantem pecuniam pupilli, vel adulti; ipſi pupillo vel adulto quæritur contra principalem, & eius fideiuſſorem.ibid.

Actio non ex numeratione, ſed ex ſtipulatione oritur,quando poſt numerationem ſequitur ſtipulatio valida incontinenti ante, vel poſt,l. ſi ita ſtipulatus, 126.§.Chryſogonus.de verb.oblig.

Actio ex numeratione pecuniæ facta nomine tertij abſentis, & ignorantis quæritur illi tertio,etiam ſi pecunia fuerit aliena,& hoc eſt ſpeciale in mutuo. d. l.ſi ita ſtipulatus,126.§.Chryſogonus.de verbo.obligatio.

Actio in mutuo, & ſimilibus contractibus oritur ex ipſa rei traditione, & non ex pacto,gl.1.in l.3.C.de rerum permut.

Reliqua verbo, Mutuans, per tot. Mutuum, Tutor, 73.81.82.83. *Condictio* 1. *vſque* 6.

155 Actio ex edicto nautæ,caupones,&c.datur cùm res receptæ ſunt,actio tamen exercitoria datur,etiam ſi receptæ non ſint.gl.1.in rub.nautæ,caupo.

Actio ex edicto nautæ, &c.datur contra certam perſonam, & recipientẽ ſaluum fore, & punitur in duplum, quod duplum totum eſt pœna,ſed actio ex edicto furti aduersùs nautas,&c.datur contra incertam perſonam, & contra non recipientem,& punitur duplo, ſed alterum ſimplum rei perſecutio eſt, alterum pœna.ibidem.

Actio ex edicto nautæ, &c.arbitraria non eſt,quia non feruntur duæ ſententiæ, nec connumeratur inter arbitrarias.gl.2.in l.1.nautæ,caupones.

Actio ex edicto nautæ, caupones, continet rei perſecutionem, & ideò heredi & in heredem datur perpetuò l.3.§.item ſi ſeruus.eod.

Actio in factum oritur ex edicto nautæ, &c. & etiã ex quolibet alio edicto, niſi nomen actionis expreſſum ſit. d. l. 3. §. ex hoc edicto & ibidem gl. ex hoc.

Actio ex edicto nautæ, &c. neceſſaria eſt, & non ſuperflua,quia prætor per eam ſollicitum ſe oſtendit, vt maleficia talium hominum non remaneant impunita, item quia hac actione plus venit, quàm actione ex locato, & conducto, vel depoſito. d. §. ex hoc edicto.

Actiones ex edicto nautæ, &c. tenetur nauta omnib. modis res receptas reſtituere, & tenetur etiam de leuiſſima culpa, ſed non de caſu fortuito. quia habet exceptionem. ibid.

Actio ex edicto nautæ, &c. datur etiam ad alias res, quæ poſt impoſitas merces in naui inferuntur, licèt earum vectura non debeatur, veluti tunicæ vel veſtimentorum, vel cibariorum, ad comedendum pro neceſſitate, quia iſta videntur impoſitis reb. accedere. l. ſed & ipſi, nautæ, caupones.

Actio ex edicto nautæ. &c. datur contra nautam gratis vehentem, vel cauponem gratis recipientem, ſi illi in reb. ſuis damnũ iniuria paſſi ſint. l.licèt eo.

Actio in factum nautæ, &c. ex quaſi maleficio datur in duplum contra cauponẽ pro his, quæ habitandi cauſa in caupona ſunt, ſed non datur contra cauponem, qui hoſpitio repentino viatorem recepit. d. l. licèt, §. in factum, & ibid. gl. pertinet.

Actio ex edicto nautæ, &c. ex quaſi maleficio datur in duplum ad conuincendũ factum certi hominis, ideſt, deſignando quis fecit, ſi ſit liber. alias non cogitur, d. §. in factum, & ibi. gloſſ. in factum, & §. poſſumus, & ibi. glo. arguamus. ibid.

Actionem ex edicto nautæ, &c. legis Aquiliæ, & furti habens damnum paſſus pro furto facto à nauta,ſi egerit cum exercitore ex quaſi maleficio,debet ſuas actiones, ſcilicet actionem ex edicto nautæ,&c.& legis Aquiliæ cedere exercitori, etiamſi ei competat contra cauponem,vel nautam actio ex conducto, actionem tamen furti non cedet,quia exercitor non habet,d.§.poſſumus,ibi. gl. noſtras.

Actio ex edicto nautæ, &c. vel legis Aquiliæ, vel furti agere poteſt damnum paſſus, etiam cum nautis furib. qui non ſunt exercitores, vna tamen actione debet eſſe contentus. d. §. poſſumus.

Actio ex edicto nautæ, &c. quæ proficiſcitur ex maleficio datur in duplum.l.fi. §. hæc autem, nautæ, caupones.

Actio ex edicto nautæ, &c. quæ datur ex contractu, perpetua eſt, ſed quæ datur ex maleficio,non datur in heredẽ. d. l. fi. §.hæc iudicia, & ib.gl. hæc iudicia

Reliqua verbo, Nauta, Caupo, Stabularius, Ædictum, 7.

Actio negatoria domino fundi datur etiam non poſſidenti. glo. vſumfructum. in l. ſi vnus §. item ſi pactus,de pactis.

Actio negatoria domino competit aduerſus vſufructuarium, confeſſoria autem non competit domino. l. vti frui, ſi vſusfruct. petatur.

Actio negatoria, vel confeſſoria datur poſſidenti † d. l. vti frui. §. 1. & ibi add mar. & l. pe. §. fi. & ibid. gl. conſequentur eo.

in Actione confeſſoria, vel negatoria, quando intentatur à non poſſidente, veniunt fructus, ſed imponitur ſilentiũ victo, l. pen. §. fi.ſi vſusfructus petatur

Actiones confeſſoria, & negatoria competunt cuilibet contra quemlibet ex dominis inſolidum, ſed ſi deuenitur ad intereſſe, habetur reſpectus ad intereſſe agentis. l. loci. §. ſi fundus, ſi ſeruitus vend.

in Actione confeſſoria, & negatoria contra reum contumacem offic.iudicis eſt vt cogat eum cauere, ſe nullam nouitatem facturum,donec de iure ſuo doceat, & partes actoris ſuſtineat. l. ſi priuſquam de noui oper. nunc.

Actionem confeſſoriam poteſt intentare exiſtens in quaſi poſſeſſione ſeruitutis quamuis vicinus adhuc nihil cœperit ædificare,dum tamen cœperit præparamenta ad moleſtandum. d. l. ſi. priuſquam, & ibi gl. 1. & add. mar.

Actio confeſſoria dicitur, quæ proponitur verbis affirmatiuis, & negatoria,quæ verbis negatiuis, † dd. reprob. gl. 2. ibid.

Actione negatoria,vel confeſſoria agens reo exiſtente in contumacia non cogitur perſeuerare ſuper actione, vel libello propoſito.& oblato.d.l. ſi,priuſquã

in Actione cõfeſſoria reus contumax cogitur cauere de non nunciando nouum opus, & de non faciendo vim ædificanti. ibid.

Actio confeſſoria,& nunciatio noui operis poſſunt concurrere,& ita qui poteſt agere confeſſoria. poteſt etiam, nunciare. gl. 2. ibid.

Actione negatoria agens,qui propter contumaciam de reo actor eſt effectus,tenetur probare duo, ſcilicet prædium eſſe ſuum, & eſſe liberum, ſed quod ſit liberum dicitur probare eo ipſo quod contrariũ non probatur † gl.egiſſet.ib

Actio confeſſoria & negatoria tantum competit pro ſeruitutib. realib. & perſonalib. & etiam pro omni re incorporali, veluti paſcuorum, portoriorum, vectigalium, & pro decimarum iure, d. gl. egiſſet, in add. marg.

Actio negatoria tollitur 10. vel 20. annis, & adquiritur ſeruitus, quando habet perpetuam cauſam, vt in aqua, & in aliis, ſed ſeruitus, quæ non habet perpetuam cauſam, licet non adquiratur, tamen elapſis 30. annis obſtat exceptio † gl pro ſocio. in l. 1. §. 1. C. de annali except.

Reliqua verbo, Agens, 2. *Confeſſoria, Seruitus*, 48. 49. *Negatoria, infrà num.* 143

Actio negotiorum geſtorum vltrò citróque naſcitur, id eſt, hinc inde, ideſt inter geſtorem, & eum, cuius negotia geruntur. l. 2. de neg. geſt.

Actio neg. geſt. datur ei,qui geſſit negotia alicuius abſentis,& etiam ei,qui geſſit negotia alicuius hereditatis vacantis.l.3. eod.

Actio neg. geſt. prætoria eſt.gl. 1. ibid. & gl. 1. in l. aduerſus.C eod.

Actione neg. geſt. poſſunt agere mulieres, & conueniri pro his, quæ geſta ſunt ab eis extra iudicium, ſiue cum mandato, ſiue ſine, ſecus in iudiciis. d. l.3.& ibi gl.2. non dubitetur. ff. eod.

in Actione neg. geſt. veniunt fructus, & fœtus, qui poſt mortem teſtatoris acceſſerunt hereditati, item ſerui, quod adquiſierunt, quando quis geſſit negotia hereditatis iacentis. d. l. 3. §. hæc verba.

Actio neg. geſt. in trib. caſib. locum habet, primò, quando ſunt negotia viuentis præſentialiter; ſecundò,quando fuerunt viuentis,vel eſſe potuerunt;tertiò quando aliquid acceſſit dictis negotiis, vt partus, & fructus, & in his caſib. non poteſt actio funeraria aptari, cum illud negotium ſit tantùm mortui. gl. negotia ibid.

Actio neg. geſt. heredi, & in heredem. datur. d. l. 3. §. hæc autem actio. & gl. fin. in l.ſi filius. C. de nego. geſtis.

& iniuia ex lege Aquilia, quædam prætoriæ, vt iniuriarum, vi bonorum raptorum, §. sunt autem, & ibi gl. 1. de noxal. action.

Actio omnis noxalis sequitur caput, & ita si seruus noxiam commisit, quamdiu est intra potestate, tecum est actio, sed si in alterius potestatem peruenerit, cum illo incipit actio, & si manumissus fuerit, directò tenetur ipse, & extinguitur noxæ deditio. l. omnis autem, eodem.

Actione noxali potest agi contra dominum pro damno, quod liber homo dedit, si postea is effectus sit seruus domini conuenti. ibid.

Actiones noxales in seruos tantummodò proponuntur. §. fi. eod.

Actio noxalis etiam in filiosfamil. olim ante ius digestorum proponebatur, sed hodiè hoc correctum est, d. §. fi. de noxalib. actio.

Actio noxalis de pauperie datur pro damno dato à quadrupede mansueta contra naturam sui generis, & tunc prodita est illa ex lege 12. tab. in princ. Instit. si quadrupes pauperiem.

Reliqua verbo, Dominus, 21. 22. Seruus, 149. 150. 151. Noxalis, Potior.

167 ACTIO oneris aduersi non habet locum in re, quæ remanet locatoris, & cum alia actione non concurrit. l. in nauem, 31. locati.

Actio oneris aduersi est proprium nomen actionis. † gl. oneris. ibid.

Actio oneris aduersi non est idem, quod locati, quia si esset, competeret cum actione furti, vel alia, quod non est verum, ibi.

Actio oneris aduersi habet locum, quoties onus alienum dolo, vel culpa submergitur, ibid.

Actio oneris aduersi dicitur ab aduersitate, vel dicitur oneris auersi, & non aduersi, ab auerto, auertis, idest, remoueo, & habet locum, cùm conductor recipit in se periculum, & postea res perijt, vt fit plerunque. ibid.

Actio oneris aduersi hodiè locum non habet, sed semper habet locum actio locati, propter culpam conductoris, vel propter furtum, aut eius delictum. gl. oneris, & gl. superuacuum, ibid.

Reliqua verbo, Auersione, Seruitus, 42. 43.

ACTIO non nascitur ex pacto nudo donationis, sed propter pactum nascitur actio ex donatione, glos. 1. in l. naturales. de actio. obligatio.

Reliqua verbo, Pactum, 19. vsque 23.

168 ACTIO de pastu pecorum non habet locum, quando fructus mei, qui cadunt in alieno, depascuntur, sed recurritur ad actionem in factum. l. si seruandarum. §. fi. de præscrip verbis.

Actio de pasta pecoris est proprium nomen actionis, quæ habet locum, cùm in tuo glandem tuam meo pecore depasco, sed si mea pecora in tuo glandes tuas pasta fuerũt, sine mea immissione, habet locum de pauperie actio. gl. pastu, ib.

Actio de pasta pecoris habet locum, quando in tuo meo pecore immisso tuam glandem depasco, secus verò si in meo cecidisset, quia tunc in factum datur actio, & vtilis aquilia, gloss. fin. in l. fin. Cod. ad leg. Aquil.

Reliqua verbo, Pastus, Pecus.

169 ACTIO de pauperie non datur, quando animal alicuius per dolum commissum ab alio damnum dedit, quia culpa in hoc deprehenditur, gl. debere, in l. & eleganter. §. si quadrupes. de dolo.

Actio de pauperie descendit ex leg. 12. tab. que competit, si animal tuum pauperiem, idest, damnum dederit, l. 1. si quadrupes pauperiem.

Actione de pauperie venit illud animal, quod noxiam commisit, aut æstimatio noxiæ. ibid.

Actio de pauperie aduersùs quadrupedes pertinet, si damnum dederint. ibid.

Actio de pauperie, vel in factum de pauperie directa pro quadrupede dante noxiam, vtilis verò datur pro bipede, gl. j. ibid.

Actio de pauperie directa, vel vtilis cessat in feris, ibid.

in Actione de pauperie damnum tantùm est in obligatione, sicut in seruis delinquentibus dicitur, licèt vbi subalternatione aliquid debetur, vtrumque sit in obligatione. gl. offerri. ibid.

Actio de pauperie non est ex maleficio, vel quasi, vel ex contractu, vel quasi, sed est datiua à lege propter pauperiem, ibid.

170 Actio de pauperie non habet locum, si quadrupes propter loci asperitatem, & sic culpa ducentis, vel propter culpam mulionis, aut propter onus plus iusto impositum damnum dederit alicui, sed tunc actio iniuriæ datur. d. l. 1. §. ait prætor.

Actio de pauperie directa cessat quando quadrupes secundùm naturam sui generis, quia crudele est, damnum dederit, vtilis tamen de pauperie rectè datur. gl. feritate, ibid.

Actio de pauperie directa habet locum, si bos cornu petere solitus, petierit, aut mula propter nimiã propriam crudelitatem damnum dederit. d. §. ait prætor.

Actio de pauperie locum non habet, si canis cùm duceretur ab àliquo asperitate sua euasit, atque damnum dedit, si contineri ab aliquo non forti, nec nimiùm debili potuit, vel si per eum locum duci non debuit, ducens tamen tenetur lege Aquilia. d. leg. 1. §. sed & si canis.

Actio de pauperie generaliter locum habet, quoties contra naturam sui generis quadrupes a se mota, non ab alio mota, culpabiliter pauperiem dedit. dict. §. sed & si canis, & ibi gloss. naturam, & in §. ait prætor.

Actio de pauperie cessat si equus dolore concitatus calce petierit, equum tamen percutiens, aut vulnerans in factum tenetur, sed non lege Aquilia. d. §. sed & si canis, & ibi gl. naturam.

Actio de pauperie locum habet, quando quis equum permulsit, vel palpatus est, & calce eum percussit equus. ibid.

Actio de pauperie locum habet, quando quadrupes aliam concitauerit, vt pauperiem dederit siue corpore suo, siue per aliam rem, quam tetigit, d. l. 1. §. siue autem, & ibi gl. erit.

Actio de pauperie directa locum non habet in bestiis propter naturalem feritatem, sed vtilis sic, dict. l. 1. §. in bestiis, & ibi gl. locum non habet.

171 Actione de pauperie non potest conueniri quondam dominus vrsi, qui aufugerat ab eo, & sic damnum dedit. d. §. in bestiis.

Actio de pauperie pro noxa datur aduersùs dominum, cuius nunc est quadrupes, non aduersùs dominum, cuius tunc, cùm noceret, erat quadrupes. d. l. 1. §. & cùm etiam.

Actio de pauperie extinguitur, si animal, quod damnum dedit ante litem contestatã, decesserit sine mora, vel dolo domini eius, secus si post litis contestationem decesserit, quia tunc non liberatur, maximè quando ex eius morte habet contra alium actionem legis Aquiliæ. d. §. & cum etiam, & ibi glo. ante litis, & gl. extincta.

in Actione de pauperie animal, quod dedit damnum, debet dari viuum pro noxa, sed si mortuum sit illud, nullo modo agitur, neque expedit dari. d. §. & cum & ibi gl. viuum.

Actio de pauperie, vel noxalis datur insolidum aduersùs singulos, quando animal, quod dedit damnum, erat commune, d. §. & cùm etiam.

in Actione de pauperie interdum non venit noxæ deditio, sed venit solutio totius damni, veluti si interrogatus in iure, an quadrupes, quæ damnum dedit, esset sua, & respondit non esse, si constiterit eius esse, in solidũ condẽnatur, ib.

Actio de pauperie datur heredi, cæterisque successoribus, & etiam in heredes, cæterosque successores non iure successionis, sed ex eo, quòd ad eos peruenit, & domini animalis facti sunt, dict. leg. 1. §. fin. si quadrup.

Actio de pauperie non solùm domino sed etiam ei, cuius interest, competit, veluti fulloni, si in vestimentis ei damnum dedit animal, & idem in commodatario, l. 2. eod.

Actio de pauperie directa non datur ei, qui terrore magistratus fugiens intrauit in locum quendam, vbi à cane feroce ligato læsus est, vtilis tamen rectè datur contra dominum canis, sicut & datur pro vrso ligato, sed pro cane, vel vrso non ligato datur directa l. 2. §. fi. & ibi gl. fi. si quadrupes pauper.

Actione de pauperie potest agi etiam liberarum personarum nomine, vt si quadrupes vulnerauerit liberum hominem, agitur dicta actione pro impensis in curatione factis, & pro operis amissis, & quas amissurus est inutilis factus. l. 3. eod.

Actio de pauperie vtilis datur etiam pro pauperie, vel damno dato à bipede animali, l. 4. & ibi gl. 1. eod.

Actio vtilis noxalis de pauperie datur pro damno dato ab animali bipede, gl. 1. in princ. Inst. si quadrupes pauper.

Reliqua verbo, Animal, Arietes, Bos, Damnum, 13.

ACTIO de peculio non datur, nisi in quantùm peculium est locupletatum. gl. cogendus, in l. fi. C. de aleæ lusu, & aleat.

in Actione de peculio solùm cadit obligatio ciuilis, non autem naturalis gl. 1. versicul. sed Azo. in l. frater, versicul. si extraneo de condictione indebiti.

Actione de peculio potest agi cum emptore serui qui negotiabatur in re peculiari, tributoria tamen non potest agi, leg de peculio, de tributoria.

Actione de peculio agere consultius est, quàm agere tributoria, leg. pen. eod.

Actio de peculio non datur contra dominum, vel patrem ex contractu serui, vel filijfamil. minoris, nisi in quantum locupletius factum est peculium, & non vltrà, vt grauatus parer, vel dominus in vno, in alio releuetur, scilicet cùm non restituatur ob lesum minorem, vel seruum, ne teneatur vltra quàm locupletius sit redditum. leg. 1. §. 1. & ibi add. marg. de peculio.

Actio de peculio ex contractu serui, vel filiifam. minoris contra dominum vel patrem non datur ad omne illud, in quo locupletatum est peculium, quia pater vel dominus potest deducere sibi debitum, ibidem.

Actio de peculio datur contra dominum ex contractu serui proprij, vel communis, vel bona fide seruientis, siue liber sit, siue seruus alienus. d. l. 1. §. fin.

Actio de peculio, de in rem verso, & quod iussu prætoria, & honoraria est, l. 2. & ibi gl. 2. de peculio, & gl. 4. in l. ei, qui seruo, C. quod cũ eo, qui in aliena.

Actio de peculio ex contractu serui vsuarij datur in eum, cuius est vsusfructus, vel vsus, non insolidum, sed quatenus est peculium, d. l. 2. & ibi gl. 1.

Actio de peculio natiua est, cùm habeat præexistentem materiam ad natiuitatem. † l. 3. & ibi add. marg. de peculio.

Actio de peculio personalis est, cum ei fideiussor accedat, qui non accedit, nisi obligationi, ibid.

Actio de peculio datur ex contractu serui, etiam si in nullius potestate sit is, cũ quo gestum sit, veluti si cum seruo hereditario ante aditam hereditatem contractum sit. d. l. 3.

Actio de peculio datur ex contractu serui, qui secundo, vel tertio gradu substitutus fuit, & deliberãtibus primis heredibus cum eo contractum fuit, & mox repudiantibus illis, ipse liber, & heres factus sit, dict. leg. 3.

Actio de peculio ex cõtractu serui datur etiam contra impuberes dominos, nec inspicitur tutoris authoritas, cum quando contrahit seruus, non videatur impubes contrahere, d. l. 3. §. parui.

Actio de peculio potest dari ex contractu serui contra furiosi curatorem ib.

Actio de peculio non est proprium nomen actionis, sed est adiectio, quia datur ex contractu filij, vel serui cum adiectione de peculio, † gloss. mandati, & ibi add. marg in d. l. 3. §. si filiusfamil. & glo. depositi, in l. & ancillarum, eodem, & gloss. dandam, in l. 3. §. fin. rerum amotarum.

Actio de peculio si incidat in contractum bonæ fidei, filij contractus bonæ fidei est, alioquin stricti iuris, d. gl. mandati, in add. marg. ibi.

Actio de peculio contra patrem vel dominum non datur ex furto, vel maleficio filiifamil. vel serui, nisi in quantum locupletatum est peculium, d. l. 3. §. pe. eod.

in Actione de peculio ita concipitur libellus, ego creditor conuenio dominum ex contractu serui, qui mihi decem promisit, vt mihi rationem de eo faciat, vel mihi satisfaciat secundùm vires peculij. glo. vendicabit, in l. 1. §. 1. si pars hered. petatur.

Actio de peculio ex delicto non datur, nisi quatenus peculium locupletius est factum. gl. deducitur, & ibi add. marg. in l. peculium. 10. §. siue autem, de peculio.

Actio de peculio, & deductio similis est, sed non per omnia, quia deductio fit à domino, etiam si ex maleficio debeatur, sed secus est in actione de peculio, gl. deductionem, in l. si noxalis, §. pen. eod.

Actio de peculio datur contra dominum, vel patrem ex contractu ancillarum, vel filiarum, maximè si qua earum sit sarcinatrix, vel textrix, aut aliud. datur etiam actio depositi, vel commodati, vel quod iussu, vel de in rem verso quando iussu patris, vel domini, contractum est, vel in eius rem versum sit. l. & ancillarum, eod.

Actio personalis simpliciter proposita restringitur ad caussam, quã quis in iudicio est prosequutus, l.& an eadem, §.actiones, de exceptio.rei iudic.

Actione personali simpliciter proposita, si quis vnam caussam sit prosequutus,& succubuit, rectè potest agere ex alia, quia illam solam intelligitur deduxisse in iudicium, secus est in actione reali simpliciter proposita, quia & si vnam tantùm caussam,& specialem sit prosoquutus, & succubuit, non potest agere ex alia, quæ tunc competebat, sed bene ex noua caussa, quia tunc non videtur eam caussam deduxisse in iudicium, gl.actiones,& gl.apprehenderunt, ibi.

in Actione tam personali, quam reali, petitio generalis quoad res restringitur ad illas, de quibus facta est persecutio, l.si ex testam.eod.

181 Actiones quædam personales dantur contra possidentem, vt noxales, quæ cum capite ambulant,& quod vi, aut clàm,& aquæ pluuiæ arcendæ, sed aliæ personales non vt actio ex empto datur contra venditorem, siue possideat, siue non, gl.possidet, in l.actionum, de actio.& obliga.

Actio in personam est illa, qua cum eo agimus, qui obligatus est nobis ad faciendum aliquid, vel dandum,& semper habet locum contra eundem obligatum, vel heredem eius, d.l.actionum & ibi gloss.eundem.

Actio personalis dicitur personalis ex eo, quia nunquàm egreditur personam obligati, sed aduersùs eum habet locum, d.l.actionum, & ibi additio marg.

Actiones personales sequuntur personam rei, sicut supra l.p[illegible], ibi.

Actio personalis competens defuncto, transit vna cum dominio in vniuersales successores, quando fit in eos alienatio, secus in singularibus successoribus, in quos nec actiuè, nec passiuè transit, glo.fi.& ibi add.marg.in l.si sub vna, 136. §.fi.de verb.oblig.

Actiones personales plerunque solemus dicere, sed actiones in rem petitionis verbo significari videntur, l.pecuniæ, 178.§.actionis, de verbor. significat.

Actio personalis datur ex empto, vel condictione ex lege, vel ex testamento, gl. personales, in l.vt inter diuinum, C.de sacrosanct.

Actio personalis, vel negotiorum gestorum non tollitur longi temporis præscriptione, sed tantum triginta annorum, gl.pen.in l.aduersus, C. de neg. gest.

Actio personalis datur pro negotiorum gestione, non hypothecaria, quæ est in rem, l.negotiis, C.eo.

Actio personalis quod metus caussa, vel vtilis in rem, vel exceptio metus datur pro metu gestis, gl. quoque, in l 3.C. de his, quæ vi.

182 Actio personalis in rem scripta præscribitur longo tempore, † gl.fi.ib.

Actio personalis quod metus caussa scripta in rem, quando datur contra tertium possessorem, nascitur ex variis caussarum figuris, ibi.

Actio personalis pro vsufructu amittitur non deducendo eam in iudicium, vel etiam non vtendo vsufructu post traditionem, vel quasi longo tempore, glo. non vtendo, in l.corruptionem, C.de vsufruc.

Actio personalis pro vsufructu competens tollitur decem annorum inter præsentes,& viginti inter absentes, non ipso iure, sed per exceptionem, sed si capitis diminutione, vel aliis modis amittatur, tunc ipso iure amittitur, gl. altercantibus, ibi.

Actio personalis pro vsufructu rei mobilis non tollitur triennio, sed decem, vel viginti annis, cum vsusfructus rei immobili comparetur, glo.pen.ibi.

Actione personali, vel condictione pro re sua ratione possessionis potest agere, gl.fi.in l.2.C.de condict.ex lege.

Actio personalis, hoc est, condictio competens debitori intra biennium ad instrumentum confessionis mutui spe futuræ numerationis post biennium non competit, gl.fi.in l.fi.C.de condict.ex lege.

Actione personali cessa contra debitorem debitoris sui etiam transit potestas vindicandi pignora, vel hypothecata bona, quæ erant ei obligata pro debito, l. si in solutum, C.de act.& oblig.

Actione personali cessa, etiam hypothecaria eius accessoria intelligitur cessa, † glo.1.in additib.d.

Actio personalis, quæ est cessa titulo dationis insolutum, in consequentiam videtur cessa hypothecaria pro illo debito cum sua causa, d.l.si in solutum.

Actio personalis aduersus debitorem non tollitur electis pignoribus, & quatenus ex pignore non est satisfactum, remanet actio prima, l. aduersus, C. de act. & oblig.

183 Actio personalis datur contra heredes pro hereditariis portionibus. l. 2. C. de heredit.actionibus.

Actio personalis contra hereditarios debitores non datur, l.2. C. eodem.

Actio personalis durat triginta annis, fallit in actione de dolo, iniuriarum, redhibitoria, quanti minoris, & in omnibus prætoriis pœnalibus, & in quibusdam aliis, l. 2. & ibi gl. 3. C. de constit. pecun.

Actio, vel obligatio personalis non potest adquiri per liberam personam sine cessione, l. 1. C. per quas personas.

Actio, vel obligatio non adquiritur domino pacto legis commissoriæ, vel adiectionis in diem interposito à procuratore, gl. 3. ibi.

Actio, vel obligatio non solùm non adquiritur domino pacto legis commissoriæ vel adiectionis in diem interposito à procuratore,& vallato stipulatione, sed etiam nec ipsi procuratori adquiritur, nisi eius intersit. gl.pen. ibid.

Actiones personales per alterum non ita adquiruntur, vt reales, velut rei vendicatio, idest, dominium, vel possessio. ibid.

Actiones, & iura personalia magis sunt ossib. obligãtis infixa, quàm sunt actiones & iura realia. ibid.

Actiones personales regulariter de stricto iure per procuratorem non quæruntur domino, fallit in quibusdam casib. ibid.

184 Actio, vel obligatio personalis speciali iure potest alicui adquiri ex numeratione nomine illius facta. l. 2. & ibi gl. pen. C. per quas personas.

Actio, vel obligatio personalis quando per liberam personam alteri adquiritur, vt in mutuo nomine alterius facto, etiam adquiritur hypothecaria sine cessione, ibid.

Actio personalis vel realis potest cedi, & semper vtilis dabitur procuratori in rem suam nomine suo, directa tamen nomine cedentis, gl. fi. in l. fin. C. de hæredit. vel actione vend.

Actione personali debent conueniri heredes, & non successores in rem, nisi res creditoribus anteà sit obligata vel nisi in fraudem creditorum sit data, vel translata. gl. j. in l. de reb. C. de donatio, ante nuptias.

Actio personalis à reali distinguenda est. gloss. 1. in l. rationis, C. de administ. tutor.

Actio personalis quod metus causa quandoque decem annis tantùm durat gl.fi. in l. neque mutui. C. quib. non obiicitur longi.

Actio personalis competit contra eum qui non successit defuncto, nec contra extraneũ pignoris possessorem, sed bene hypothecaria, cui præscribitur longo tempore, l. fi. C. si aduers. creditor.

Actio personalis ex locato, vel commodato, aut deposito post 30. an. non potest intentari ad rem recuperandam, vel pro præterito tempore ad aliquid, sed vti possidetis interdictum, vel rei vindicatio intentatur.gl.1.in l 2.C. de præscript.30.vel 40.

Actio personalis, sicut & in rem vltra 30.an. spatium non protenditur, quia præscribitur tanto tempore, l.3.C.eod.

Actiones personales sunt multiplices.gl.2.ibid.

Actio personalis dicitur condictio certi ex numeratione.gl.3.ibid.

Actio personalis non tollitur 30. an. ipso iure gl. prorogari, in l. cùm notissimi, §.1.C.eod.

Actio personalis, vel realis perpetuatur per litis contestationem per 40. an. à tẽpore cessationis litis aliter inchoando, quæ perpetuata etiam ad heredes extraneos potest transferri, l.fi. & ibi gl 2.C.eo.

Actio personalis vel realis per executorem perpetuatur tantùm per 30. annos. gloss.fin.ibid.

Actio personalis,& mista tollitur per 30. annos, nisi præscriptio sit interrupta. l.1.§.1.C.de annali exceptione.

Actio personalis, putà cùm petitur pro seruitute legata, tollitur 30.an. ope † exceptionis, ipsa tamen seruitus, vel confessoria tollitur 10.vel 20.an.gl. pro socio, in d.§.1.

Actiones personales priuilegiatæ sunt actio depositi, condictio, quæ datur sponsæ non contracto matrimonio, & illa quæ datur contra procuratorem. gl. 1. in l.eos, qui, C.qui potiores in pig.

Actionem personalem priuilegiatam habent illi, qui soluunt priuilegiato, & ille, cuius pecunia res est empta.ibid.

Actiones personales priuilegiatas, & hypothecatas causas si aliqui habent, vt tutelæ,& tunc qui prior est tempore, potior est iure, fallit in muliere & fisco, qui præferuntur prioribus habentibus tacitas hypothecas, non expressas gl.1.ib.

Actio personalis diuiditur inter heredes creditoris pro rata, non tamen actio realis hypothecaria.l.j.& 2.C.si vnus ex pluribus heredibus.

Actio personalis inter heredes debitoris, vel creditoris pro singulis portionibus quæsita diuiditur, sed si vnus vel duo heredes pignus possident, ipsi tenẽtur pigneratitia, non alij.ibid.

Actio personalis non sequitur debitorem debitoris.l.si soluere.C.de nouatio.

Actionibus personalibus competentibus aduersus reum, vel fideiussorem si sit præscriptum, quia simul eodem tempore cœperunt competere, siue personalibus contra reum tantùm sit præscriptum, quia priùs cœperunt competere, semper realium prælatio fieri debet, non autem personalium, si quidem ipsis agi nõn potest exceptione præscriptionis obstante, quæ etiam ex rei persona ad fideiussorem porrigitur.gl.hypothecariis,& ibi add.marg. in §. sed neque, in auth.de fideiusso.colum.1.

Actionib. personalib. si sit præscriptum aduersùs fideiussorem tantũ, quia multò priùs se obligauerat, quàm reus, tunc fideiussor in subsidium hypothecaria conuenitur. ibid.

Actio personalis, & hypothecaria possunt simul intentari in eodem libello, in querela, & petitione hereditatis, & in actione ad exhibend. d. §. sed neque, vers.contra principales.

Actio personalis est, quæ supponit debitorem obligatũ, sed realis non, sed ideò contra eum competit, quia possidet. §. omnium. Instit. de actio.

Actio personalis oritur ex contractu, vel ex maleficio, vel quasi, sed realis oritur ex iure, quod quis habet in re, d. §. actionum, & ibi gl. aliis. & ibid. add.

in Actione personali currit præscriptio non ex possessione præscribentis, sed, ex solo cursu temporis negligentia non potentis. gl. potestate, in additione in §. rursus de actio.

Actio personalis, quæ competit ad dandum, non competit alicui pro re sua, & actio personalis, quæ competit ad tradendum, bene potest competere domino pro re sua, vt commodati, depositi, & similis. §. sic itaque discretis, & ibi gl. 1. de actio.

Actio personalis quæ competit ad dandum, competit domino pro re sua aduersùs furem speciali iure odio furis. d. §. sic itaque.

Actiones personales competunt ad dandum. vel faciendum, & dicuntur abusiuè condictiones, à condicẽdo, idest, denonciando. §.appellamus,& ibi glo. 1.eod.

Actiones personales durant 30. an.secundùm sacras constitutiones, sed in realibus imponitur meta trium annorum in reb. mobilibus, sed in immobilibus 10, an. inter præsentes & 20. inter absentes, & hoc quando possessor habet titulum, aliàs 30. an. spatium est impositum in hypothecaria, quæ est in rem certa statuuntur tempora, puta 10. vel 20. vel 30. vel 40. anni. gl. constitutionibus, in princip. Inst. de perpet. & temporal.

Actiones personales duæ sunt ciuiles & durant per ann. tantùm, scilicet actio iniuriarum, quæ descendit ex lege Cornelia, & actio repetundarum. ibid.

Reliqua verbo, Personalis, Vendicatio, Missio, 23. Missus, 2. Condictio, 12. inf. nu. 204. 211.

ACTIONES reales possunt intentari non solùm contra eum, à quo quis habet caussam, sed etiam contra quẽlibet l. vti frui, §. 1. si vsusfructus petatur

Actio realis, & hypothecaria sequuntur possessorem rei, gloss. sequitur in l. 1. §. si heres præcepta, ad Trebel.

Actio realis, & in rem scripta differunt, quia qui in rem scripta tenetur personaliter est obligatus ad id, quod in ea venit, secus est in eo, qui rei vendicatione conuenitur, gl. in personam, in l. si tertius, §. si quis, de aqua pluuia.

in Actione reali si proponatur petitio generalis, & prosecutio fiat specialis, absolutoria lata parit exceptionem rei iudicatæ ex omni caussa, quæ tunc temporis competebat, secus si ex causa quæ de nouo posteà superuenit, l. si

mater

Actio pigneratitia naſcitur etiam ante ſolutam pecuniam, vel aliter ſatisfactum ſed non intentatur, † gl. pro ſocio. in l. 1. §. 1. C. de ann. exc.

Actioni pigneratitiæ currit præſcriptio ab eo tempore, ex quo competit illa cũ effectu, & non prius, † ibi.

Actione pigneratitia ſublata poterit agere debitor rei vendicatione ibid.

Actio pigneratitia datur debitori contra creditorem ad repetundum pignus traditum, & naſcitur tempore ſolutionis, vel ſatisfactionis crediti quomodocunque de voluntate ipſius creditoris factæ, licèt naſcatur ex contractu dudum facto, & inito, gl. pigneratitia, in add. in §. actionum. Inſtit. de act.

Actio pigneratitia tam directa, quæ datur debitori ſoluto debito, quam contraria, quæ datur creditori, ſunt bonæfidei, d. §. actionum, & ib. gl. pign.

Actio pigneratitia datur ei, qui rem ſuam pro ſe obligat ſoluta pecunia contra creditorem, gl. fi. in l. 3. C. commodati.

Actio pigneratitia eſt perſonalis, & ideò durat 30. annis, gl 1. & 3. in l. nec creditoris, C. de pigner. act.

Actio pigneratitia longiſſimo tempore præſcribi poteſt. gl. 3. ibi.

Reliqua infrà nu. 227. & verbo, Pigneratitia, Seruiana, Hypothecaria, & ſup. 126.

196 ACTIO pœnalis marito non datur in vxorem, gl. 1. in l. 1. de calumniat.

Actio eadem quoties contra plures competit eiuſdem facti nomine, & eſt pœnalis ex vtraque parte, vnus ſoluens alium non liberat, ſi verò ex vna parte ſit pœnalis, vel ex neutra ſit pœnalis, tolluntur adinuicem, & vnus ſoluens alium liberat, gl. 1. in l. iubere, de iuriſd. om. iu. & l. pe. §. fi. & ibi, glo. pen. ne quis eum, qui in ius voca.

Actio prætoria, & pœnalis vltra annum non datur, l. in eum, & ibi glo. 1. de in ius vocando.

Actio pœnalis ad heredem non tranſit, attamen quando turpiter, vel ſcelere quæſitum eſt, ad compendium heredis non debet pertinere, l. quod diximus §. fi. quod metus cau.

Actio pœnalis, vt furti non datur contra vxorem non ſoluto matrimonio, nec eo ſoluto, niſi mulier de nouo contrectet, † glo. fieri, & ibi add. marg. in l. ſi conſtante, §. 1. ſolu. mat.

Actio pœnalis, quando ſuccedit in locum actionis perſecutoriæ, tunc eſt perpetua, vt in rei vendicatione vtili, quę datur contra eum, qui dolo deſiit põſſidere, ſed quando actio ex ſui natura, & ab initio eſt pœnalis & prætoria, tunc non datur, niſi intra annum, gl. perſecutionem, in addit. in l. 1. ſi ventris nomine muliere in poſſeſſ. mitta.

Actio pœnalis non datur in heredes, niſi lite conteſtata, gl. hanc, in l. 1. §. fin. de tutelæ, & rationib. & l. fi. C. de fideiuſſ. tut. l. 1. de priuat. delict.

Actiones pœnales, ſiue legitimę, vt furti non manifeſti, ſiue honorarię, vt furti manifeſti, quę non competunt ad vindictam, non ideò minùs computantur in bonis actoris, quia morte reorum intercedere poſſunt, & econtrariò cædẽ actiones nihil in bonis rei, defuncto eo, detrahunt, quando lis non eſt conteſtata, l. pœnales, 32. ad l. Fal.

Actiones pœnales intra annum dantur, ſed rei perſecutoriæ dantur perpetuæ, gl. certum, in d. l. pœnales, ad l. Falc.

Actiones pœnales omnes poſt litem inchoatam tranſeunt heredib. & in heredes, fallit in duob. caſib. l. omnes pœnales, & ibi gl. 1. de act. & oblig.

197 Actiones pœnales quando competunt ex eadem re, vel ex eodem facto, nunquàm tollit vna aliam, niſi in exactione, & tunc inquantum poteſt plus exigi per ſecundam, in tantum dabitur, ſed quando ex diuerſis factis competunt, tunc nec exactione, neque petitione vna aliam tollit, licèt diuerſa facta pro vno computentur ratione continuationis, l. pen. & ibi. gl. 1. de act. & obl.

in Actionem pœnalem non venit ipſa res, quæ ſurrepta eſt, ſiue agatur furti manifeſti, ſiue non manifeſti, l. qui vas, 48. de furtis.

Actiones pœnales ex maleficio, puta furti, damni, iniuriæ, vi bonorum raptorum, non ſolent dari in heredes, l. pupillum, 111. de reg. iur.

Actio pœnalis non tollitur per electionem actionis perſecutoriæ, nec econtrà, l. ancillæ, 12. & ibi gl. 3. C. de furtis.

Actio pœnalis, vel perſecutoria tollitur per aliam perſecutoriam, vel pœnalem in id, in quod concurrunt, d. gl. 3.

Actiones pœnales deſcendentes à iuriſdictione prætoris multæ ſunt, §. pœnales autem, Inſt. de actio.

Actione pœnali prætoria tenetur, qui in albo prætoris poſitum edictum corruperit, vel qui vocat in ius patrem, vel patronum ſine venia, item eximens vi, vel dolo aliquem in ius vocatum, vel faciens eximi, ibid.

Actiones pœnales prætoriæ differunt à prætoriis rei perſecutoriis, quia pœnales prætoriæ ſunt annales, excepta actione furti, ſed rei perſecutoriæ ſunt perpetuæ, item pœnales ſunt odioſæ, rei perſecutoriæ non, item pœnales non tranſeunt in heredes, niſi aliquid ad eos peruenerit, vel lis conteſtata, ſed perſecutoriæ ſic, item vbi plures tenentur rei perſecutoria, vno ſoluente alij liberantur, non ita in pœnali, gl. 1. ibid.

198 Actio pœnalis dicitur quandoque illa, quæ eſt hinc inde pœnalis, vt furti, & ſimiles, quando peto quòd mihi abeſt, & tibi adeſt, quandoque dicitur pœnalis ex parte rei tantùm, quod eſt vbicunque actoris intereſſe excedit id, quod reo adeſt, quandoque dicitur pœnalis, inſpecta perſona actoris tantùm, vt ſi accepiſti aliquid ab aliquo, vt per calumniã me accuſares, nam repeto, licet nihil mihi abſit à te, ſcilicet cui adeſt, gl. conducto, in §. ſequens. de actio.

Actiones omnes, vel in ſimplum dantur, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum. §. omnes autem actiones. Inſt. eod.

Actio nulla extenditur vltra quadruplum, & ita comprehenditur actio proueniens ex partium conuentione, vt ſcilicet non poſſit pœna conuentionalis vltra quadruplum extendere, ibid.

Actio in ſimplum datur regulariter ex omni contractu, veluti ex ſtipulatione, mutui datione, ex empto, vendito, locato, & in aliis plurib. ibid.

Actio ex lege condictitia datur in quadruplum contra executores litium exigentes à reis aliquid contra formam legis condictitiæ. §. quadrupli. eod.

Actiones, quæ dantur in duplum differunt inter ſe. §. ſed furti. Inſt. de actio.

Actiones quæ dantur in quadruplũ differunt inter ſe. §. itẽ actio. de eo. Inſt. eod.

Actiones pœnales prætoriæ, vel ciuiles non dantur in heredes, niſi lis contra defunctum fuerit conteſtata, vel niſi aliquid ad heredem peruenerit. §. non autem, & ibi gl. non competere, de perpet. & tempor. l. 1. C. de priuatis delict.

Actiones pœnales prætoriæ, vel ciuiles competunt heredib. excepta actione iniuriarum, & ſi qua alia ſimilis inueniatur. d. §. non autem.

Reliqua ſup. num. 1. Pœnalis, & ſup. 122. 125.

ACTIO popularis dicitur, quæ ius populi tuetur, glo. 1. in l. licèt. de procuratoribus.

Actio popularis dicitur actio ſepulcri violati, & actio in factum nequid in loc[o] ſacro. d. l. licèt.

in Actionib. popularib. vbi quis quaſi vnus de populo agit, non tenetur cauere d[e] defendendo quemlibet de populo, ratio eſt, vt euitetur infinitas, tum quia ſu[o] nomine non alterius agit, l. mutus. §. in popularib. & ibi glo. non eſt, de procuratoribus.

in Actione populari quando de priuato damno agitur, tunc dari poteſt procurator, qui debet ſatiſdare de defendendo eum, cuius nomine agit. d. gl. non eſt.

Actione populari agens debet in libello dicere tanquam vnus de populo, & no[n] quòd agit procuratorio nomine, & ideò non tenetur defendere. ibid.

Actione populari qui agit, tenetur ipſum populum defendere, non tamen ſingulos de populo, quod verum eſt, quando agit ad commodum populi. gl. defenſionem, & gl non eſt. ibid.

in Actione populari quando pro priuato commodo agit, tunc poteſt dari procurator ca[uſa] cognita l. non cogendum. §. qui ita, de procuratorib.

Actio popularis, & pœnalis non datur in heredem, neque heredi, & ſimilib. perſonis iure hereditario. l. ſi verò, §. hæc autem, & ibi gl. ſed neque, de his, qu[i] deiecerunt.

Actio popularis dicitur illa, quæ ius populi tuetur. gl. in popularib. in l. eum, qui, §. in popularib. de iureiur.

Actiones populares dicuntur publicæ, eſt autem popularis illa, quæ cuilibet de populo competit, & quam quiſque mouere poteſt ad iniuriam publicam principaliter perſequendam, populũque inde tuendum. d. glo. in popularib. & ibi add. marg. & gl. in rub. de popul. actio.

in Actionib. popularib. licèt iuramentum vnius, vel ſententia præiudicet aliis, ſecus tamen eſt in pacto, & tranſactione. glo. per colluſionem ad fi. in l. eum, qui, §. in popularib. de iureiur.

Actiones populares non dicuntur eſſe in bonis noſtris, niſi lite conteſtata, glo. popularib. in l. pœnales, 32. ad legem Falcid.

in Actionib. popularib. poſtquam ſemel actum fuerit, & ſit abſolutus reus, non conuenitur ab alio. gl. 1. in l. fi. de colluſione detegend.

Actio omnis popularis annalis eſt, & ſpeciale eſt in interdicto ne quid in loco publico, quòd populare eſt, & perpetuum, & durans 30. annis fauore publicæ vtilitatis, l. 2. §. hoc interdictum. & ibi gl. 1. ne quid in loco publico.

Actionib. popularib. vel accuſationib. criminalib. proſequitur quis, non quòd tantum ſibi debetur, ſed quod cuilibet de populo. gl. quod ſibi, in l. nihil aliud, 51. de action. & oblig.

Actiones populares regulariter nõ ſunt rei familiaris perſecutoriæ, ſed ex equo, & bono extrinſecus ad vindictam ſunt propoſitæ, veluti actio de ſepulcro violato, actio liberi hominis occiſi, vel vulnerati, item pro eo, quod eſt poſitum in ſuggrunda, vel protecto, vel pergula. gl. 1. in rub. de popul. actio.

Actiones populares dicuntur omnes omninò actiones in factum, quæ redduntur hodiè loco interdictorum de reb. publicis. ibid.

Actio popularis dicitur, quæ ſuũ ius populi tuetur, veluti in actione de deiectis, & effuſis, & in actione de albo corrupto. l. 1. & ibi gl. 1. eod.

Actione populari ſi plures agant, prætor eligit idoneiorem. l. 2. eod.

Actione populari ſi ſæpius agatur, cùm id factum ſit, exceptio rei iudicatæ opponitur, & replicare poteſt ei, ſi de præuaricatione primi doceatur, l. 3. & ibi gloſſ. 1. eod.

Actione populari agente poteſt opponi exceptio rei iudicatæ, ſed non exceptio tranſactionis factæ cum aliquo, d. glo. 1.

in Actionibus popularibus præfertur is, cuius intereſt, d. l. 3.

Actio popularis permittitur integræ perſonæ, id eſt, ei, qui non eſt infamis, & cui poſtulare licet per edictum de poſtulando, l. 4. eo.

Actione populari conuentus ad defendendum poteſt dare procuratorem etiam ante litem conteſtatam, ſed is, qui agit ea actione, non poteſt dare procuratorem, niſi ſuum priuatum commodum proſequatur, l. qui populari, & ibi gl. fi. eod.

Actiones populares non dantur mulieri, & minori, niſi cùm eorum intereſt, l. mulieri, de popul. actio.

Actiones populares non tranſeunt ad eum, cui reſtituta eſt hereditas, neque ad heredem tranſeunt, ſed aget heres, vt quilibet de populo, l. pen. & ibi gloſſ. 1. eod.

Actiones populares habentes non intelliguntur locupletiores, niſi poſt litem conteſtatam, d. l. pen. & ibi gl. fi.

Actiones omnes populares, neque dantur heredibus, neque in heredes, niſi lite conteſtata, neque ſupra annum extenduntur, l. fi. & ibi gl. 1. eo. & gl. fi. in l. 1. C. ex delic. defun.

Reliqua verbo, Popularis, infrà nu. 222, Agraria.

ACTIO de precario oritur ſtatim, cùm datur precarium, & tunc tollitur triginta annis, ſed aliud eſt in actione tutelæ, & pro ſocio, quæ naſcuntur finita tutela, & ſocietate, gl. & culpam, in l. quæſitum, §. ſi ſeruitute, de precario. 2

Actio de precario non eſt ex contractu, ſed eſt datiua, quia datur à prætore, non tamen contra heredem, glo. ex contractu, & ibi additio. in l. ſi hominem, §. 1. depoſiti.

Reliqua verbo, Precarium.

ACTIO præiudicialis in rem, per quam pater dixit aliquem filium ſuum, & filius aliquem ſuum patrem, ſicut reperitur, ita etiam reperitur actio præiudicialis, per quam pater negat filium ſuum eſſe, l. 1. §. ex his, & ibi add. marg. de lib. agnoſc. 2

Actio præiudicialis inuenitur, per quam quis negat libertum, l. ſi quis à liberis, §. ſolent, eod.

Actio omnis præiudicialis ad edictum nunciationis noui operis interim debet ſilere, & illud agitari, l. 1. §. ſed & ſi de no. op. nunc.

Actio in

Actio præscriptis verbis non datur contra singularem successorem, cùm sit personalis, l. 4. C. de rerum permut.

Actio præscriptis verbis, quæ datur in permutationibus ad implendum, quod conuenit, non datur præcisè ad dandum, cùm liberetur quis præstando interesse, gl. pen. ibid.

Actio præscriptis verbis incerta ciuilis re tradita, vt impleantur conuenta, vel præstetur interesse, datur, l. rebus, C. de rer. permu.

Actio incerta præscriptis verbis, quæ in permutatione re tradita datur contra non implentem, dicitur incerta, quia continet interesse, quod est incertum prima facie, licet postea certificetur, vel quia ex incerto contractu habet originem, glo. 2. & ibi in add. marg. ibid.

Actio præscriptis verbis ciuilis, ideò dicitur, quia ex æquitate ciuili datur, d. gl. 2.

Actio præscriptis verbis, & in factum quandoque sunt idem, ibi.

Actio ex implemento contractus facto per vnum oritur alteri nō implenti, potest enim dari sibi ad euictionem rei, † gl. 1. in l. 3. C. de rer. permut.

210 Actio præscriptis verbis datur quandoque ex pactis incontinenti appositis super accidentalibus, secus si super substantialibus, gl. præscriptis, & ibi add. in §. 1. Inst. de locatione.

Actio præscriptis verbis quæ ex permu. competit, est bonæ fidei, §. act. Inst. de act.

Actio præscriptis verbis, quæ de æstimato proponitur, est bonæ fidei, vt si tibi rem meam do, & æstimo tibi eam decem, vt aut rem, aut decem reddas, si vero plus vendas, tuum sit, d. §. actionum, & ibi gl. de æstima.

Actio præscriptis verbis est stricti iuris, vbi datur ex pacto incontinenti apposito, glo. ex permutatione, ibi.

Actio præscriptis verbis, quæ pro præcario datur, est stricti iuris, † ibid.

Actio in contractu do vt des, sequuta demùm traditione, oritur ex pristino pacto, glo. fi. in l. si pecuniam, C. de neg. gest.

Actio præscriptis verbis datur non de dolo in contractu facio vt facias, vt si de manumittendo conuenit hinc inde, licèt ex facto nihil abest, & tibi non adest, quia hinc inde est obligatio facti, gl. 2. in l. 3. C. de rer. permu.

Actio præscriptis verbis habet locum in contractib. incōtinenti appositis, & vbi dubitatur de nomine contractus, & in trib. contractib. innominatis, s. do vt des, sub quo est permutatio, & facio vt facias, & do vt facias, d. gl. 2.

Actio præscriptis verbis datur, vt impleatur, quod conuentum est in contractu nominato, sed condictio ob caussam ad resoluendum contractum, & sic ad repetendum, quod datum est, & datur super contractu innominato, glo. 2. in l. 1. C. de condictione ob caus.

Actio præscriptis verbis datur in contractibus innominatis, do vt facias, facio vt facias, & do vt des, primi duo sunt stricti iuris, tertius scilicet do vt des, est bonæ fidei, sed in quarto contractu innominato, scilicet facio vt des, non præscriptis verbis, sed de dolo agitur, gl. ex permutatione, in §. actionum, de act.

Reliqua verbo, Dans, Præscriptis verbis, Contractus, 16. vsque 20. & suprà num. 98. 99.

211 Actio quælibet prætoria etiam per procuratorem quæri potest alicui, regulariter tamen est contra, gl. fi. in l. in causæ, §. fi. & gl. iudicari. in l. si procurator meus de procuratorib.

Actio prætoria dici potest ciuilis, gl. j. in l. 2. de possessor. a heredit. petitione.

Actiones honorariæ, & prætoriæ, quæ habent rei persecutionem ex vtraque parte, competunt etiam post annum, & ita sunt perpetuæ, veluti quorū bonorum. Publiciana, & similes, nisi contra ius ciuile reddantur ad rescindendum, vt in ædificiis, vt redhibitoria, quæ sex mensibus, & quantò minoris, quæ anno durat, fallit etiam in multis casib. l. in honorariis, 35. & ibi gl. 1. & add. marg. de act. & oblig.

Actiones honorariæ, & prætoriæ, quæ sunt rei persecutoriæ ex parte actoris, sed ex parte rei pœnales, anno finiuntur. † reprob. d. gl. j. add. marg. ibid. & reprob. gl. plerunque, in additione in principio, Inst. de perpet. & temp.

Actiones honorariæ, & prætoriæ pœnales ex vtraque parte, vel ex parte rei tantùm sunt annales, quia tantùm durabat prætoris imperium, fallit in actione furti manifesti, quæ licèt sit prætoria, non tamen tollitur anno, sed perpetuò durat de eo, quod peruenit. d. gl. j.

Actiones prætoriæ pœnales ex vtraque parte, vel ex parte rei tantùm, quæ post annum non competunt, non datur in heredem, nisi ad heredem perueniat, vt in actione doli, & in interdictis vnde vi, & aliis, fallit tamen in duob. casibus, in quib. non dantur in heredem, licèt ad eum perueniat, d. l. in honorariis, & ibi gl j.

Actiones prætoriæ dicuntur, quas prætor ex sua iurisdictione comparatas habet tam in rem, quàm in personam tantùm, vt ecce prætor quandoque ita permittit in rem agere, vt vel actor diceret, se quasi vsu cepisse, quod non vsuceperat, vel è contrà possessor diceret aduersarium suum non vsucepisse, quòd vsuceperit. §. sed istæ, Inst. de actio.

Actio prætoria aliqua, quæ sit mista, scilicet in rem, & in personam, non inuenitur. gl. tam in rem, ibid.

Actiones descendentes ex edictis prætorum sunt annales, fallit in actione furti manifesti, & in prætoriis, quæ sunt perpetuæ, in princ. Instit. de perpet. & temp.

Actio prætoria pænalis in eo, quod peruenit ad delinquentem, perpetua est. glos. existimauit. ibid.

Actiones prætoriæ rei persecutoriæ sunt perpetuæ, fallit in rescissoria, quæ annalis est, quia datur contra ius ciuile, item in redhibitoriis, quæ dantur ad tempus, licet sint rei persecutoriæ, & fallit etiam in aliis quibusdam casib. glo. plerunque in princ. Inst. de perpet. & tempor.

Reliqua infra, nu. 20. 21. Obligatio, 1. vsque 14. Stipulatio, 39. vsque 43. Edictum, per tot.

212 Actio Publiciana, quæ oritur vigore iuramenti aduersario deferente præstiti, competit contra deferentem tantùm, non contra alios. † gl. actio, & ibi add. marg. in l. nam posteà, §. fi. & glo. dandam, in l. sed & si. 11. de iureiur.

Actio Publiciana competit ex traditione facta ex sententia. d. gl. dandam.

Actio Publiciana est prætoria in rem ratione iuris bona fide per traditionem quæsiti pro vsucapione reponende. gl. diceret. in additione marg. in §. sed istæ, de actio.

in Actione Publiciana requiritur traditio, vel quasi, §. namque sicut. Institut. de actio.

Actio Publiciana est prætoria, & datur ex æquitate prætoris illi, qui rem nactus est à non domino ex aliquo iusto titulo, qui esset aptus ad translationem dominij, & datur quasi ipse vsuceperit. ibid.

Actio Publiciana datur ei, qui bona fide, & iusto titulo rem adquisiuit à non domino, & eius vi possessionem amisit, contra possidentē vel contra eum, qui rei restituendæ facultatem habet. ibid.

Actio Publiciana non competit ei, qui rem nactus est à non domino ex contractu, qui non est habilis transferre dominium. gl. prima. ibi.

Reliqua verbo, Publiciana, & supr. nu. 187. vsque. 191.

Actio ex edicto de publicanis non est arbitraria, † gl. absoluendus, in l. hoc edicto, 5. de publicanis.

Actio ex edicto, quæ datur contra publicanos, perpetua est ratione simpli, sed pro pœna est annalis, & datur heredi, cæterisque successoribus vniuersalibus, & in heredem, inquantùm locupletior est, l. sed & hi, 13. §. fi. & ibi gloss. pen. & vlt. eod.

Reliqua verbo, Publicanus.

Actio redhibitoria durat per sex menses, quantò minoris per annum, l. 2. & ibi gl. 3. C. de edilitiis actio. & glo. fi. in l. neque mutui, C. quibus non obiicitur longi temp.

Actio quantò minoris prætoria differt ab actione quantò minoris ciuili, nam in ciuili agitur quantò minoris esset empturus, si sciuisset: sed in prætoria agitur quantò minoris valuit res tempore contractus propter vitium, glo. 1. & gloss. quanto minoris, in l. Iulianus, 14. de actio. empt. & glo præstarent, in l. 1. de legat. præstand. & glo. veniret, & gl. rei iudicatæ, in l. si is, qui heres, 25. §. 1. de exceptio. rei iu.

Actio quanto minoris ciuilis datur pro omnib. rebus vitiosis, & morbosis, præterquàm pro seruis, & animalibus tantum, pro quib. datur prætoria, d. glo. & in add. marg. d. l. Iulianus.

Actio quanto minoris continet quandoque redhibitionem totius rei, vt si tale esset vitium rei, quod si sciuisset emptor, eam non emisset, d. l. si is, qui heres, §. 1. de except. rei iud.

Actio quantò minoris, non potest durare minùs anno, sed plus sic, an non ergo dicitur durare, quando in capite diei naturalis fuit contractus, sed quando hora tertia diei naturalis, tunc totus ille dies debet adimpleri, & ita dicitur plus anno durare, gl. fin. in l. in omnibus, de actio. & obligatio.

Actio quantò minoris competit emptori, vel etiam venditori scienti vel ignoranti, gl. 2. in l. si minor, C. de act. empt.

Actio quantò minoris, & actio ex empto differunt, d. gl. 2.

Actionis redhibitoriæ, vel quantò minoris tempus quandoque abbreuiatur, scilicet quòd illa intra duos menses, hæc intra sex finiatur, quando ob hoc ipsum agitur, quia non cauetur, gl. 3. in l. 2. C. de ædi. act.

Actionis redhibitoriæ, vel quantò minoris tempus continuum debet currere à tempore scientiæ, ibid.

Actio in factum ad redhibendum datur emptori displicenti si is emerat rem sub conditione, vt si displiceat, sit res inempta, gloss. prima, in l. penultima, C. eodem.

Actio in factum ad redhibendum datur emptori, quando venditor non pronunciat de his, de quibus iubent ædiles pronunciare, scilicet de nationibus, & similibus, ibid.

Actio in factum ad redhibendum datur emptori intra duos menses, vel sex, quando venditor non cauerit de his, de quib. cauere iubetur, ibi.

Actio in factum ad redhibendum datur emptori ad pretium, quando redhibitio est facta sine iudice, item & datur propter ornamenta intra 60. dies, nisi dentur ornamenta, ibid.

Actio in factum ad redhibendum datur emptori, quando veteranus pro nouitio est venditus, d. gl. 1. in l. pen. C. de ædil. actio.

Actio ex empto redhibitoria datur ementi ignoranter fundum pestiferum, non verò datur actio in factum ad redhibendum, gl. ii. ibid.

Reliqua verbo, Edictum, 2. vsque 5. Castratus, Quantò minoris, Redhibitoria, Seruus, 102. 103. Emens, 11. Emptor, 37. vsque 41.

Actio reuocatoria pro his, quæ in fraudem creditorum sunt alienata, datur intra annum, ex die factæ venditionis bonorum, l. ait prætor, §. annus, quæ in fraud. credit. 2

Actiones reuocatoriæ sunt quatuor, scilicet Caluisiana, Fauiana, Pauliana, & in factum reuocatoria, † gl. 2. in l. 2. C. quæ in frau. cre.

Actio reuocatoria pro his, quæ in fraudem sunt alienata, non potest intentari, nisi exequutione, ac bonorum omnium debitoris facta venditionē, gl. venditionis, & ibi add. marg. in d. §. annus.

Actio reuocatoria Pauliana in acceptore, vel emente durat perpetuò de eo, quod ad eum peruenit ex caussa lucratiua, veluti emens rem valentem ducenta pro centum in fraudem creditorum tenetur perpetuò de eo, quod ad eum peruenit ex caussa lucratiua, quod est id quod est vltra pretium, quod dedit, sed de eo, quod ad eum peruenit ex caussa non lucratiua, quia tantundem dedit debitori, tenetur intra annum, † ait prætor, §. pe. & ibi dd. reprob. gl. hæc actio, quæ in fraud. cred.

Actio reuocatoria Pauliana in debitore vendente in fraudem creditorum, qui facit dolo malo quominùs aliquid perueniret, durat perpetuò, & ita tenetur talis debitor perpetuò de eo, quod ad eum peruenit, vel per eum stetit quominùs perueniret perpetuò, sed de eo, quod ad eum non peruenit, tenetur intra annum, ibid.

Actio reuocatoria Pauliana, vel restitutoria datur heredi, cæterisque creditorum successoribus, & in eorum heredes, cæterósque successores accipientes a debitore fraudatore, inquantùm ad eos peruenit, gl. eam rem, in §. item si quis, Instit. de actionib. d. l. ait prætor, §. fi. & ibi gl. fi. & l. Cassius. eod.

Actio in factum Pauliana datur non solum, vt res alienatæ in fraudem creditorum reuocentur, sed etiam vt actiones remissæ in fraudem creditorum restituantur,

tuantur, l. hac in factum, 14. eo.

Actio in factum Pauliana competit aduersus eos, qui res alienatas in fraudem creditorum possident, vt restituant reponendo se in pristinam obligationem, si in diem, vel conditionales erant, & aduersus eos, quib. actio competit, vt actionem cedant, ibi.

Actio in factum Pauliana datur creditorib. tam pro reb. corporalib. quàm pro reb. incorporalib. alienatis in fraudem creditorum, † gl. 1. ibi. & glos. eam rem, in §. item si quis, de actio.

Actio in factum Pauliana non solùm datur contra eos, qui res alienatas in fraudem creditorum tenent, sed etiam contra debitorem, qui fraudulenter alienauit, licèt ea, quæ alienauit, non possint recuperari, l. fi. §. fi. quæ in fraud. cred.

Actio in factum Pauliana datur contra debitorem alienantem in fraudem creditorum, ad hoc vt incarceretur, nec potest cedere bonis, quando bona ita alienata non reperiuntur, l. fin. §. fin. & ibi gloss. fiet, add. marg. quæ in fraud. credit.

Actio in factum Pauliana competit ad reuocanda omnia, quæ in fraudem creditorum sunt alienata, & dicitur Pauliana, quia à Paulo prætore fuit inducta, gl. actionem, in l. 1. C. eod. & glo. quia Caluisiana, in l. quod si in diem, 16. §. Iulianus, de petit. hered. glo. qui eum, in addit. marg. in l. is, qui à debitore, 9. & gl. actionem, in l. ait prætor, 10. §. 1. quæ in fraudem credit.

Actio ex edicto quæ in fraudem creditorum, personalis est, & non in rem scripta, ibid.

Actio reuocatoria Pauliana, vt Fauiana, personalis est, & non in rem scripta, ibidem.

Actio reuocatoria pro his, quæ in fraudem creditorum gesta sunt, competit etiam propter fraudem, quæ committitur in tempore, vel in repræsentatione temporis, d. l. ait prætor, §. si, cum in diem, & l. omnes, 17. §. fin. eod.

Actio Pauliana datur tantum creditori, sed in factum Pauliana datur tantùm creditori ad incorporalia, † gl. 2. in l. 2. C. si in fraudem pat.

Actio nulla dicitur Pauliana, nisi adiectiuè, quia à Paulo fuit inducta, sed dicitur in factum Pauliana, glo. eam rem, in §. item si quis, de actionibus.

Actio in factum Pauliana datur contra accipientem, & heredem eius, in quātùm ad eos peruenit, etiam non restituto ei pretio, sed contra eum, qui in fraudē creditorum alienauit, non datur actio, cum nudus sit, nisi ita fraudulenter dispersit, vt res apparere non possit, quo casu etiam in carcerem detruditur, ibi.

Actio reuocatoria alienatorum in fraudē creditorum oritur ex maleficio, quando dolus fuit in vendente, & emente, sed si fuit in vendente tantùm, tunc potest dici quasi ex contractu, si agitur contra illum possidentem, d. gl. eam rem & ibi add. marg.

Actiones Pauliana, Fauiana, & Caluisiana sunt reuocatoriæ, & personales in rem scriptæ, † ibid.

17 Actio Fauiana datur soli patrono ad reuocanda ea quæ libertus in fraudem patroni alienauit inter viuos, vel in vltima voluntate, quominus patronus habeat tertiam, d. gl. eam rem, ibi, & gl. 2. in l. 2. C. si in fraudem patroni, & gl. Caluisiana in l. quòd si in diem, 16. §. Iulianus, de petitione heredit.

Actio Fauiana, & Caluisiana ad reuocationem alienatorum in fraudem patroni conceduntur, l. ait prætor, §. 1. in addit. mar. quæ in fraudem creditorum.

Actio Fauiana datur in personam, non in rem, & competit in heredem, ac cæteros successores, & datur heredi, cæterísque successoribus patroni, & non est hereditaria, id est, ex bonis liberti, sed propria patroni, l. 1. §. hæc actio, si quid in fraudem patroni.

in Actione Fauiana veniunt fructus etiam præteriti, & qui sunt post litem contestatam percepti, d. l. 1. §. fi. cum l. seq. eod.

Actio Fauiana datur in perpetuum, quia habet rei pesecutionem, l. 3. §. 1. eod.

in Actione Fauiana si res non restituatur, tanti cōdemnabitur reus, quanti actor in litem iurauerit, l. tenetur, eod.

Actio Fauiana licèt sit personalis, in rem tamen scripta est, gloss. fi. ibi. gl. planè in l. in actionibus, de in litem iurando.

Actio in factum Caluisiana datur patrono, vel creditori ad reuocanda ea quæ in eius fraudem debitor, vel libertus alienauit, gloss. qui Caluisiana, in l. quod si in diem 16. §. Iulianus, de pet. hered. & gloss. 2 in l. 2. C. quæ in fraudem patroni, & gloss. eam rem, in §. sed istæ, Instit. de action.

Actio Caluisiana differt à Fauiana, quia Caluisiana datur, cum patronus ab intestato succedit, vel per contra tabulam, sed Fauiana cùm ex testamento hereditatem subit. l. ait prætor, §. 1. in add. mar. quæ in fr. cre.

Actiones Caluisiana, & Fauiana imitantur naturam actionis in factum Paulianæ, gl. eam rem, in §. sed istæ de actio.

Actio ingratitudinis ad reuocandum libertum in seruitutem, non est proprium nomen actionis; sed est officium iudicis. gl. fi. in l. 3. C. de libert.

Reliqua verbo, Interdictum. 3. Reuocatoriæ, Debitor, 63. vsque 70. Interdictum, 3. Libertus, 20, Creditor, 79. Alienatio, 2. 3.

18 Actio rescissoria sicut non potest intentari, nisi restitutione præhabita, ita nec exceptio potest obiici ab absente contra quem est præscriptum, nisi primò redierit, & conueniatur à præsente, l. necnon, §. exemplo; & ibi gl. nacto, ex quibus causs. maior.

in Actione rescissoria veniunt fructus, d. l. necnon, §. fin.

Actio rescissoria, idest, actio antiqua in rem, vel in personam, quæ redditur ope restitutionis vsucapione rescissa, finitur anno, quia contra ius ciuile competit. hodiè verò quadriennio, nisi lis super ea contestetur, l. in honorariis, §. pen. & ibi gloss. pen. de actio. & obliga. & glo. pen. in l. fin. C. quib. ex cau. maior.

Actio rescissoria competit post completam vsucapionem, & in ea petitur restitutio officio iudicis, & durat anno, actio tamen quod metus caussa competit intra annum actionis, & ante completam præscriptionem, vnde non præscribitur anno, sed longo tempore, d. gl. fi. in l. 3. C. de his, quæ vi.

Actio rescissoria lite contestata perpetuatur, sed non restitutio, quæ officio iudicis fit ad recuperandam rescissoriam, gl. fin. in l. fi. C. de dolo, & gl. 2. in l. fi. C. de præscript. 30. vel 40.

Actio vtilis rescissoria non nascitur statim ipso iure finita instantia, sed tantùm in integrum restitutione præhabita, † gl. pen. in l. fi. C. quibus ex causs. maior.

Actio rescissoria interpretatur, id est, restitutoria, gloss. fin. in l, si mulier, 16. C. ad Velleian.

Actionis noua accidentaria appellatio alia est institutoria; alia restitutoria, l. quamuis, §. si cum essem, in add. marg. ff. ad Velleian.

Actio restitutoria contra debitorem datur, quando debitoris nomine iam obligati mulier intercessit, & propter eius intercessionem liberatus est debitor, ibi.

Actio institutoria contra debitorem datur, quando pro debitore nondum obligato, cum quo eram contracturus, mulier intercessit, ibi.

Actiones restitutoriæ, & institutoriæ, quæ contra eos, pro quibus mulier intercessit, dantur heredibus, & contra heredes, & perpetuò competunt, si priores actiones erant perpetuæ, si verò temporales, competunt etiam temporales, l. hæ actiones, & ibi gl. fi. ad Vellei.

Reliqua verbo, Rescissoria, Interdictum, 1. 2. 3.

Actio de rationibus distrahendis habet locum ex dolo non commisso, sed a- 219
ctio furti datur ex dolo iam commisso contra tutorem dolosè intercipientem res pupilli, gl. eiusdem, in l. 1. §. considerandum, de tutelis.

Actio de rationibus distrahend. perpetua est, & heredi similibúsque personis, datur; ex eo quod viuo pupillo captum est, non tamen datur in heredes cæterosque successores, cum sit pœnalis, d. l. 1. §. fi.

Actio de rationibus distrahen. pœnalis est in vno simplo, & ideò non da tur in heredem, nisi lite contestata, sed in eo quod est rei persecutoria, dari potest etiam in heredes, gl. hanc, ibi.

in Actione de rationib. distrah. duplicatur pretium rei tantum, non tamen duplicatur, quod pupillo interest, d. l. 1. §. considerandum.

Actio de rationib. distrah. tunc competit, cùm & actio tutelæ competit, hoc est demùm finita tutela, d. l. 1. §. fi.

Actionem de rationibus distrahend. tollit condictio furti, quando ambæ procedunt ex eadem caussa, vt quia perfidè agit tutor in administratione, l. 2. §. fina. de tutelis.

Actione de rationibus distrah. nemo tenetur, nisi qui in tutela gerenda rem ex bonis pupilli abstulerit, quod si dolo, & animo furandi res pupilli interceperit, tenetur etiam furti, & altera alteram tollit, d. l. 2. & ibi gl. altera.

Actio de rationibus distrah. licet sit in duplum, tamen in simplo rei persecutionem continet, & non est tota dupli pœna, d. l. 2. §. fin.

Actio de rationibus distrah. durante tutela non nascitur, gl. pen. in l. si tutor reipubl. §. fi. eod.

Actio de rationib. distrah. ex dolo tutoris competit plerunque, glo. non ex maleficio, in l. 4. §. tutelæ, de act. & obli.

Reliqua verbo, Tutor, 134. & infrà 233.

Actio non nascitur à sententia arbitri compromissarij etiam hodiè, cùm 220
actio ex ea non nascatur intra decem dies, gl. fi. in l. arbitro, qui satisdare, & l. 1. C. de arbitris.

Actio in factum ex re iudicata habet paratam executionem, gl. restitui, in l. minor, 41. de minor.

Actionem in factum ex re iudicata habere magis interest, quàm habere actionē ex mutuo mediante nouatione prioris actionis ex caussa iudicati, quia vsuræ currunt ex sententia post quatuor menses, non autem in mutuo, & maiores, quàm in mutuo, ibid.

Actio iudicati non habet executionem paratam, cùm super ea debeat lis contestari, gl. conueniatur, in l. item veniunt, 20. §. idem rectè, de petitione heredit.

Actio in factum ex re iud. quandoque extenditur vltra quadrimestre, vel bimestre, regulariter tamen contra, gl. fi. in l. lege Aqu. ad l. Aqu.

Actio iudicati super dote post mortem patris consolidatur in personam filiæ, sicut actio de dote, leg. si marito, 31. §. si voluntate, soluto matrimonio.

Actio per sententiam efficitur transitoria ad heredes in operis libertorum, glo. iudicata, ibidem.

Actio iudicati non datur contra curatorem, vel tutorem etiam durante tutela, nisi ipsi fecerint nouationem, vel obligationem transtulerint, l. post mortem, & ibi gl. 1. de authorit. tutorum.

Actio iudicati perpetua est, & continet rei persecutionem, l. miles, §. fi. de re iu.

Actio, quæ oritur ex sententia, dicitur proprie actio iudicati, & non in factum 221
actio, † dd. reprob. glo. pen. ibi in d. l. miles, §. fin. de re iudi. & reprob. glo. 4. in l. 1. C. de arbitris.

Actio iudicati competit heredi, & in heredem, licèt vetus actio fuerit temporalis, & transitoria, vt quia ex delicto, & etiam durat actio vetus, d. §. fin. & ibi gloss. fin.

Actione iudicati non potest agi contra condemnatum intra tempus iudicatis datum, scilicet quatuor mensium, l. intra dies, 7. eod.

Actio iudicati non tollitur propter mutuam pecuniam eidem debitori posteà datam, licèt actione iudicati non sit facta mentio in secunda obligatione, l. Lucio Titio, 29. de act. & oblig.

Actio iudicati nouatur per stipulationem iudicatum solui, si expresè actum sit in stipulatione, vt ab obligatione iudicati discedatur, gl. discedatur, in l. si Stichum, 8. §. idem Celsus, de nouat.

Actio iudicati non nouatur per stipulationem iudicatum solui; quia ea stipulatione agitur, vt cautum sit, & fideiussoribus, non vt ab obligatione iudicati discedatur, d. §. idem Celsus.

Actio oritur ex sententia arbitri, quando sententia est approbata expresè, vel tacitè per cursum decem dierum, gl. 4. in l. 1. C. de arbitr.

Actio in factum oritur ex sententia arbitri iurati, quando ex sententia venit aliquid incertum, & generale, si autem certum, datur condictio ex lege; aut sententia illa lata est super actione in rem, & habet locum vtilis in rem, gl. in rem, gl. in factum, in l. 4. C. de arbitris.

Actio in rem datur ex sententia, quando est actum rei vendicatione, vel quando est actum personali, & ex sententia fuit tradita possessio, & posteà amissa, ibid.

Actio in rem datur ex sententia, quando lata est in personali actione, nisi ex sententiis latis in iudicio finium regundorum, ibid.

Reliqua

Reliqua verbo, Sententia, 9.32.33. Res, 4.5.

222 ACTIONES ne quid in loco sacro, vel sancto fiat, vel si factum est, tollatur, & aliæ similes satis dici possunt pertinere ad rei persecutionem diuinæ rei, vel publicæ, qua actione potest quilibet agere suo nomine, cum cuiuslibet intersit, Deum venerari, gl. missæ, in §. sic itaque discretis, de act.

Actio sepulcri violati magis videtur priuata, quàm actio in factum ne quid in loco publico, vel sacro, gl. multò magis, in l. licèt, de prior.

Reliqua verbo, Sepulchrum, 5.6. Interdictum, 45.46. supr. nu. 199.

223 ACTIONES de seruitutibus rusticis, & vrbanis competunt eis, quorum prædia dominantia sunt, l. 1. si seru. vendicetur.

Actiones in rem, quæ competunt pro iuribus incorporalibus, dicuntur confessoria, & negatoria, datur etiam interdictum vti possidetis, l. 2. eod. & gl. 1. in l. 1. C. de seruitutibus.

Actionem, & exceptionem consequitur quis ex titulo, & quasi possessione seruitutis, l. si à te, si seruitus vendicetur.

Actio pro seruitute debet intentari contra dominum proprietatis, non contra vsufructuarium, l. 3. §. fin. de serui tutib.

Reliqua suprà 157. Seruitus, 48.49.

224 ACTIO serui corrupti non datur contra bonæ, vel malæ fidei possessorem, glo. 1. in l. non solùm, 13. de noxalib.

Actio serui corrupti datur domino in duplum super damno ipso facto, siue rerum ablatarum, siue contumaciæ in dominum, siue diminutione existimationis, qua minoris æstimatur ipse domino propter nequiam deprauatumque seruum aduersus eum, qui facto suo, aut persuasione huius occasionem seruo dederit, l. 1. & ibi addit. marg. de seruo corrupt.

Actio serui corrupti respectu proprietatis insolidum non potest competere duobus, d. l. 1. §. 1. de seruo corrupto.

Actione serui corrupti tenetur ille, qui seruum sollicitat ad aliquid faciendum, vel cogitandum improbè, d. l. 1. §. persuadere.

Actione serui corrupti tenetur ille, qui seruo etiam malo monstrauit quemadmodum delinqueret, d. l. 1. §. sed vtrùm.

Actione serui corrupti tenetur ille, qui laudauerat propositum serui corrupti, si omninò erat fugiturus, vel furtum facturus, quia non debet laudando augere malitiam, ibid.

Actio serui corrupti non habet locum pro rebus tantùm, licèt animo corrupto etiam res veniant, gl. 1. in l. sed commodius, eod.

Actio serui corrupti etiam contra fatentem datur in duplum, sed Aquilia contra inficiantem tantùm datur in duplum, l. doli, §. hæc actio, eod.

Actio serui corrupti refertur ad tempus serui corrupti, vel recepti, non ad præsens tépus, & ideò etsi posteà decesserit, vel alienatus fuerit, aut manumissus, nihilominùs corrumpens tenetur, d. l. doli, §. fi. & l. præteritæ, cum seq. eod.

225 Actio serui corrupti semel nata non extinguitur manumissione, alienatione, vel morte sequuta, ibid.

Actio serui corrupti transit ad heredes, non solùm si manserit in hereditate seruus corruptus, sed etiam si fuerit legatus. secus est in actione furti, l. sed & heres, & ibi gl. 1. eod.

Actio serui corrupti datur in duplum quanti ea res erit, l. si quis seruum, §. fi. de seruo corrupto, & l. vt tantum, §. pignoris, eod. & §. in duplum, de actio.

Actione serui corrupti condemnatur corrumpens in æstimatione eius, in quo seruus ob id, quod corruptus est, minoris existit, d. §. fi.

in Actione serui corrupti venit æstimatio omnium rerum, quas seruus corruptus secum abstulit, siue ad corrumpentem, siue ad alium res peruenerint, siue sint consumptæ, siue non, quia omne damnum duplatur, l. in hoc, eod. & gl. 3. in l. 4. C. de furtis.

Actione serui corrupti non veniunt furta post corruptionem facta, quia omne detrimentum præsens, idest, quod ex tempore corruptionis venit, sed non detrimentum futurum, l. Neratius, & ibi gl. 2. eo.

Actione serui corrupti tenetur persuadés seruo, vt chirographa debitorum corrumpat, sed si posteà consuetudine peccandi, vel rationes, vel alia instrumenta subtraxerit, vel intulerit, non tenetur corrumpens eorum nomine, licet caussam damni dederit, d. leg. Neratius, §. 1.

Actio serui corrupti, & etiam furti, & condictio potest dari contra corrumpentem nomine earum rerum, quas seruus corruptus subtraxit, & vna alteram non minuit, d. §. 1. & l. 4. & ibi gl. fi. C. de furtis.

Actio serui corrupti, & furti, & condictio datur contra corrumpentem, celantem, vel deteriorem facientem seruum alienum, ita quòd condictione seruū, pœnam actione furti, interesse dupli actione serui corrupti consequitur dominus, d. l. Neratius, §. fi. & d. l. 4. & ibi gloss. fin.

Actio serui corrupti competit heredibus cæterisque successoribus, sed non in heredes, ceterósque successores, quia pœnalis est, l. hæc actio, de seruo corrupto.

226 Actio serui corrupti perpetua est quantùm ad rem persequendam, non quoad pœnam, d. l. hæc actio, & ibi gl. 1.

Actione serui corrupti tenetur corrumpens seruum hereditarium, & etiam petitione hereditatis, & in hereditatis petitione venit dupli actio, sicut in actione serui corrupti, quia prima, & originalis actio est eius naturæ, aliàs secus, d. l. hæc actio, cum l. sequent. & ibi gl. 1. eod.

Actio serui corrupti patri non datur contra corrumpentem filios, vtilis tamen officio iudicis datur pro interesse patris ratione operarum, & commodi; quod habuisset æstimatio, & etiam ratione affectionis, & iudex super hoc interesse dabit patri iuramentum non taxatione, l. vt tantùm, §. de filio, & ibi glo. 2. eod. & gl. æstimatio, & ibi add. marg. in §. in duplum, de actio.

Actione serui corrupti noxali non potest agi contra socium, quando seruus cōmunis duorum corrupit seruum proprium vnius tantùm, sicut & quando seruus proprius vnius communem seruum corrupit, potest tamen agi pro socio communi diuid. vel fam. ercisc. d. l. vt tantùm, §. si seruus, & ibi gl. non posse.

Actio serui corrupti datur debitori contra creditorem corrumpentem seruum sibi datum pignori, d. l. vt tantùm, §. pignoris.

Actione serui corrupti venit æstimatio, quantò seruus vtilior factus est, quod officio iudicis expeditur, d. l. vt tantum, §. æstimatio.

Actio serui corrupti, etiam constante matrimonio, datur marito contra vxorem in simplum fauore matrimonij, quia pœnalis actio non datur constante matrimonio, l. fi. & ibi gl. 1. eo. & gl. 2. in l. 2. C. rerum amotarum, & § sed furti, & ibi gl. 1. Inst. de Actionib.

Actione serui corrupti tenetur mulier, si apud eam seruus dispensator consumpsit pecuniam domini, & etiam tenetur furti de pecuniis, quas ad eam detulit, l. pe. de seruo corrupt.

Actio serui corrupti cùm infamet, non datur liberis aduersùs parentes, l. nec serui, de obsequiis.

Actio serui corrupti datur tantùm contra corrumpentem, & non contra eius heredem, † gl. 1. in l. 4. C. de furtis.

in Actione serui corrupti solùm venit interesse, gloss. pen. in l. si quis seruo, 20. C. eod.

Actio serui corrupti nō habet locum, cùm seruus corpore tantùm corrumpitur, qui si corrumpatur in animo, & æstimatio damni corporis, venit in actione serui corrupti, gl. fin. in l. 4. C. de testam. manumissione.

Actio serui corrupti in duplum est pœnalis prætoria, gl. fi. in §. pœnales, Inst. de actio.

Actio serui corrupti competit in eum, cuius hortatu, consilio ve seruus alienus fugerit, aut contumax aduersus dominum factus sit, aut luxuriosè viuere ceperit, aut alio quolibet modo deterior factus est, §. in duplum Inst. de actio.

Actio serui corrupti differt à lege Aquilia, quia illa datur, quoties in mente & morib. seruus deterioratus est, sed actio Aquilia habet locum, quoties mores serui non mutātur, sed corpus læditur, gl. deterior, in additione marg. ibi.

Reliqua verbo, persuadere, Seruus, 119.

ACTIO Seruiana est in rem actio. l. si venditor, 66. de euictio.

Actio Seruiana inhibet pignoris persecutionem, vel solutis pecuniis, vel si per creditorem steterit, quominùs soluantur, l. acceptam, 19. C. de vsuris.

Actio Seruiana competit contra quemlibet possessorem rei obligatæ, l. 1. C. de precario.

Actio Seruiana, & quasi Seruiana prætoria est, §. item Seruiana, & ibi gl. 1. Inst. de actio.

Actio Seruiana, & quasi vocatur hypothecaria, ibi. & §. præterea quasdam, Inst de actio.

Actio Seruiana competit alicui pro rebus coloni, quæ pignoris iure pro mercedib. fundi ei tenentur, d. §. item Seruiana, & ibi gl. 2.

Actio quasi Seruiana competit creditoribus pro rebus debitorum obligatis, ibi

Actio Seruiana datur in rebus coloni, vel inquilini pro deterioratione domus, gloss. 2. ibi.

Actio Seruiana, vel quasi dicitur à seruando, quia per eam seruantur obligationes. gl. quasi, ibi.

Actio Seruiana differt ab interdicto Saluiano, quia in Seruiana oportet, quòd creditor probet debitorem fuisse dominum tempore obligationis, sed in Saluiano sufficit, quòd probet eum perdidisse, † d. gl. quasi, & ibi add. marg.

Actio quasi Seruiana hypothecaria vocatur, l. aliquando, 13. §. 1. ad Velle.

Reliqua verbo, Pigneratitia, Seruiana, Interdictum, 10. sup. nu. 126.196.

ACTIO pro socio magis ad personales inuicem præstationes, quam ad communium rerum diuisionem pertinet, l. 1. communi diuid.

Actio pro socio intenditur, vt res non communis communicetur, ad diuisionem tamen non intenditur pro socio, sed communi diuidundo iudicium, d. l. 1. & ibi gloss. 1.

Actio pro socio, vel mandati datur in heredem, licèt societas, vel mandatum ad heredem non transeat, gl. non transit, in l. cùm precario, §. fi. de precario.

Actio pro socio, vel tutelæ oritur ex veteri contractu, vel quasi finito demùm officio tutelæ, vel societate, gl. fi. in l. si pecuniam, 9. C. de negot. gestis.

Actio pro socio iam nata alicui potest eam inferre apud eum, cuius super ea re notio est, l. tamdiu, C. pro socio.

Actio pro socio non nascitur ad personales præstationes, nisi finita societate, † glo. fin. ibid.

Actio pro socio etiam in societate priuata non nascitur ad personales præstationes, nisi finita societate, si expediat ab eo non recedi, & opus sit sic agi, vt tali casu nascatur, & intentetur etiam durante societate, ibid.

Actio pro socio etiam durante societate nascitur, quando agitur, vt res non communis communicetur, ibid.

Actio pro socio non competit durante societate, glo. pro socio, in l. 1. §. 1. C. de annali except.

Actio pro socio, quæ est vtrique directa, ab vtraque parte est bonæ fidei, §. actionum, & ibi gl. pro socio, Inst. de actio.

Reliqua verbo, Societas. 2.3. Socius, 5.

ACTIO ex stipulatione, vel obligatione per liberam personam nostro iuri non subiectam nobis non quæritur, l. si ita stipulatus fuero, 126. §. Chrysogonus, de verb. oblig.

Actio quæritur absenti ex stipulatione iudicis, vel executoris, glo. pen. in auth. matri & auiæ, C. quando mulier tutelæ officio, & gl. Senatusconsulto, in §. fin, in auth. vt sine prohibitione matris, &c.

Actio ex stipulatu dabitur, quando præcedente interrogatione, & sequuta responsione, incertum deductum est, si autem certum sit deductum, dabitur certi condictio. gl. ex stipulatu, in l. iurisgentium, §. quod ferè, de pactis, & l. si quis certum, 24. & ibi gl. 1. si certum petatur.

Actio ex stipulatu præterquàm pro dote est stricti iuris, glo. meruit, in §. fuerat, Inst. de actio.

Reliqua verbo, Stipulatio, 29. 30. 57.58.

ACTIO ex testamento stricti iuris est, aliàs iuncta, l. præcedenti, de in litem iurando, & l. fin. & ibi gl. pen. de condictione ob turp. caus. 2

Actio vtilis ex testamento datur etiam pro relicto in codicillis, etiam non facto testamento, gl. fi. in l. 1. de testam. † & gl. pe. in l. 3. §. fi. de iure codicilli.

Actio pro legato diuiditur inter heredes, & ideò potest vnus agnoscere, & alter repudiare, licèt defunctus non possit, l. legatarius, 38. de legat. 1.

Actio ex testamento licèt sit stricti iuris, habet tamen naturam actionum bonæ fidei quantùm ad vsuras, & accessiones, vt veniant à tempore moræ, sicut in contractib. bonæ fidei, l. cùm res 47. eod.

Actio de in rem verso, vt creditori competat, requiritur, quòd creditor sit curiosus, in quem casum mutuet, vt sic mutuet, vt vertatur in rem domini, d.l. quòd si seruus, §. sed si.

Actio de in rem verso si plurib. ex eadem caussa competit, melior est conditio occupantis, d.l. quòd si seruus, §. fi. cum l. seq.

239 Actio de in rem verso datur mutuanti contra dominum, cuius seruo pecuniam mutuauit ad vestes comparandas, etiam si posteà vestes perierint soluto pretio venditori, d. §. fin.

Actio de in rem verso datur mutuãti contra dominum, cuius seruo pecunia mutuata est ad vestes comparandas, quæ periit antequam venditori solueretur pretium vestium, quæ omnes erant familiæ, quo casu datur etiã venditori, ibi.

Actio de in rem verso cõtra dominum, cuius seruo mutuata est pecunia ad vestes comparandas, datur mutuanti, & etiam venditori vestium, etiam si tam pecunia, quam vestis perierit, cum in rem domini ambo vertere voluerint, inter eos tamen melior est caussa occupantis, cum iniquum sit vtrique dominum condemnari de in rem verso, d. §. fi. cum l. seq.

Actio de in rem verso ita demum competit, si non sit à domino filiofa. vel seruo solutum, imo etiam si solutum sit seruo perdituro, quo casu de dolo actio aduersùs patrem, vel dominum soluentem filio, vel seruo perdituro datur, l. si pro patre, §. versum.

Actio de in rem verso vt competat, sufficit quòd negotium sit vtiliter cœptum, licet posteà sine culpa filij, vel serui perierit, l. seruus. in add. marg. de in rẽ vers.

Actione de in rem verso secundam eius naturam agitur de eo, quod datur vicario, si in rem domini versetur, sed si in peculium ordinarij sit conuersum, respectu ordinarij agitur de in rem vérso, respectu domini agitur de peculio secundùm eius naturam, d. l. seruus, §. fi.

Actio de in rem verso competit ei, qui principaliter contrahit, vt in rem domini versetur, l. quamuis, de in rem verso.

Actione de in rem verso tenetur dominus ex contractu celebrato cum seruo, etiam domino inscio, l. 3. C. quod cum eo, qui in aliena.

Actio de in rem verso datur contra dominum ex contractu serui intra annum, & post annum à morte serui, si in rem domini pecuniam versam esse probetur, alias tantum de peculio datur intra annum, l. ei, qui seruo. C. eod.

Actione de in rem verso conueniri possunt heredes defuncti de ea summa, quæ in rem ipsius defuncti versa est, ibid.

240 Actio de in rem verso semper est perpetua, etiam post manumissionem, vel alienationem serui, ibid.

Actio de in rem verso datur contra patrem, vel dominum insolidum vsque ad quantitatem versam, quando filius in rem patris, vel seruus in rem domini conuertit, gl. ipso iure, in §. actiones autem, de peculio, de actio.

Actio de in rem verso oritur, quamuis sine voluntate domini negotium sit gestũ, gl. licèt, & ibi add. in §. prætereà. Inst quod cum eo, qui in aliena potest.

Actio de in rem verso datur heredi, & in heredem, glo. exercitoria, in §. si igitur. Institut. eodem.

Rel. qua verbo, Versum, Procurator, 63. 64. 65.

241 ACTIO vi bonorum raptorum, furti manifesti, & iniuriarum, sunt prætoriæ, gl. honoraria, in l. 1 §. ait prætor, de dolo.

Actio vi bonorum raptorum competit ei, cui res mobilis per vim dolo malo, non aliter, ablata est & competit in quadruplum contra eum, qui vim intulit, gl. fi. in l. extat, quod metus caussa.

Actio vi bonorum raptorum intra annum datur in quadruplum, sed post annum in simplum, glo. 1. in l. si negoria, 31. mandati, in princ. Instit. de vi bonorum raptorum, & gl. quadruplo, in § ex maleficiis, de actionib.

Actione vi bonor. rapt. quando agitur criminaliter publicum iudicium est, scilicet legis Iuliæ vi. publicæ, vel priuatæ, quæ publica sunt, quandoque tamen actio vi bonorum raptorum dicitur iudicium priuatum, glo. fi. in l. si quis ex domo. 52. de furtis.

Actio vi bonorum raptorum si quis egerit, non potest posteà furti agere, sed si furti priùs egerit in duplum, potest etiam posteà vi bonorum raptorum agere ita, vt non excedat quadruplum, l. si quis egerit, 88. de furtis.

Actione vi bonorum raptorum conuentus posteà idem ex eadem rapina si conueniatur furti, vel condictione furtiua in id, quod plus est in hac secunda actione, non dantur dilationes, vel induciæ, cùm possit esse instructus ex primę actionis deliberatione, gl. emendari, in fi. in l. 3. C. de edendo.

Actio vi bon. rapt. non datur contra heredes etiam in id, quod ad eos peruenit, sed datur condictio furtiua. gl. fi. in l. 1. C. ex delictis defunct.

Actio vi bonorum raptorum habet locum pro vi illata in reb. mobilib. tantùm. l. 1. C. de vi bonorum rapt.

Actio vi bonorum raptorum datur heredi, non tamen in heredem etiam in eo, quod ad eum peruenit, cùm condictio sufficiat, qua insolidum tenetur, siue perueniat, siue non. gloss. 1. in l. 2. C. eod. & gloss. non competere, in §. non autem. de actio.

Actio vi bon. rapt. datur intra annum in quadruplum, & verum rei pretium quadruplatur, quandoque verò in duplum datur, quando scilicet dolo alicui damnum in turba daretur. gl. 1. ibid.

Actio vi bon. rapt. directa datur, quando plures res raptæ sunt, sed vtilis, quando vna tantùm res rapta est. gl. vtilis, in princ. Instit. de vi bonorum rapt.

Actio vi bonorum rapt. competit pro violentia dolo commissa. §. quia tamen. Institut. eodem.

Actio vi bon. rapt. non solùm competit illi, qui dominium habet in re, sed etiam illi, qui habet aliquod ius, & istud ius æstimatur. §. fi. eod.

Actio vi bon. rapt. competit ex eisdem causis, ex quib. furti actio competit in re clàm facta. ibid.

Actio vi bon. rapt. est mixta persecutoria rei, & pœnæ, & sic in quadruplo comprehenditur æstimatio rei, & sic simplum est rei persecutio, sed triplum pœna, §. ex maleficiis. de actionib.

Reliqua verbo, Vis, 6. 7. 8. Rapere, Rapiens, Raptor, Rapta.

ACTIO viæ reiectæ est in factum propter viam reiectam, vel vtilis Aquilia. † glo. 1. in l. 1. de via publica reficiend.

Rel. quæ verbo, Via, 3.

1 *Actor in genere vsque 9.*
9 *Actor in trib. iudiciis communibus.*
10 *Actor absens, & 11.*
12 *Actor quoad forum.*
13 *Actor quoad iustam vel iniustam causam litigandi.*
14 *Actor quoad probationem.*
15 *Actor vel syndicus vniuersitatis vel priuati, & 16. 17.*
18 *Actor tutoris.*

ACTOR quandoque dicitur defendere, & reus agere. gl. defendant. in l. non co gendum. de procuratorib.

Actori magis fauetur, quàm reo in his, quæ pertinent ad ordinationem litis, & in iudiciis. l. de die, & ibi gl. stipulatoris. qui satisdare coguntur, l. inter stipu lantem, 83. §. 1. de verb. oblig.

Actorem carere actione quando constat ex actis, vt si fateretur per acceptilatio nem liberasse debitorem, tunc iudex ex officio, nemine excipiente, debet eum repellere, gl. factum, in l. si vnus. §. pactus, de pact.

Actor nihil debet consequi de eo, quod perfide gestum est. gloss. fin. in leg. fi de dolo.

Actor hodiè tenetur perficere litem ex cautione, quam facit, sed non seruatur d consuetudine gl. non facilè, in l. 3. §. si quis. de minor.

Actor, in quem facta est alienatio causa mutandi iudiciũ, exceptione repellitu & primus cedens agere compellitur. l. pen. de alienatione iudicij.

Actor, qui impetrauit peremptorium, si absit die sententiæ, & reus adsit, edictu peremptorium circunducẽdum atque delendum est, neque de causa agnosce tur, neque sententiabitur, sed permittitur instantia edicti. l. & post edictum. 7 de iudiciis.

Actor, & reus in ciuilib. in dandis dilationibus sunt pares. † gl. fi. in add. marg. i l. in trib. 13. eod.

Actor in libello diligenter debet declarare rem, quam petit, pondus eius, nume rum, speciem, & mensuram, & alia debet notificare reo, vt per hoc reus poss deliberare, an cedat, vel contendat. gl. fi. in l. si in rem. 6. de rei vendi.

Actor vt agere possit ad exhibend. requiritur, quòd intersit tempore contestati nis, & tempore sententiæ, sed vt agere possit actione personali, quæ non sit i rem scripta, sufficit, quòd vno tempore, vel contestationis, vel sententiæ inte sit. gl. fi. in l. tigni. §. fi. ad exhib.

Actor, cuius intentio non tenuit propter propositam actionem ineptam, pote redire ad proponendum aptam, gl. nec tenere, in l. 1. si mensor falsum mo

Actor, qui egit ante diem, vel conditionem, si sit repulsus post diem, vel cond tionem, iterum agere potest, ibi.

Actor, si ineptam proposuit actionem, iudex debet absoluere reum ab obserua tione iudicij, ibi.

Actor quando in actione, quæ per inficiationem crescit, releuatur ab onere pro bandi propter iuramentum, quod reus detulit sibi, reus euadet pœnam dupl l. eum, qui 30. de iureiuran.

Actoris ius si periit etiam lite contestata, sequi debet absolutio, l. si seruus, 1. de condictione furtiua.

Actor pendente iudicio condictionis furti si desinit esse dominus facto suo, v actoris sui, ius eius extinguitur, secus si pacto furis, ibi.

Actor potest agere in actione de peculio, & in actione in rem, & ad exhibendu & in petitione hereditatis ratione futuri status, licèt ratione præsentis statu non possit, l. quæsitum. & ibi gl. 2. de peculio.

Actor potest agere in actione de peculio, & in petitione hereditatis, inspect futuro statu, quia in his actionib. metimur ius ex persona actoris, & sub pe titione generali claudi possunt etiam ea, quæ postea quæruntur, secus est i personali petitione singulari, in qua non continentur, quæ postea quærun tur, d. gloss. 2.

Actori datur electio vtrùm velit conuenire reum principalem, vel procuratore rem in rem suam, gloss. penult. in additione marg. in l. 1. §. fin. quib. mod pignus.

Actor potest prouidere, quando agat; non autem reus, quãdo excipiat, l. si aliu §. ait Iulianus, in additione marg. quod vi aut clam, & l. pure, §. fin. de do mali excep.

Actoris arma sunt actiones, & interdicta: sed rei sunt exceptiones, gl. 1. in ad ditione in rub. de excep.

in Actoris arbitrio est quando agat, & consequenter quando vtatur replicatio nibus, & ideò, vt actiones actoris tolluntur biennio, ita & ex consequenti to luntur ei replicationes tanto tempore, gl. replicationes, in addit. marg. in l. de except.

ex Actoris conditione rei obligatio non debet extendi, l. 4. de diuers. & tempo

Actor si transigit de negotio cum reo, qui incidit in pœnam, quia ad iudiciu non venerat, si posteà pœnam petat, obiicitur sibi exceptio doli, quia & de pœ na transactum videtur, glo. Marcellus, in l. apud Celsum, §. Marcellus, de do mali except.

Actor dum viuit, potest declarare de quo Sticho senserit, & ideò cùm potesta declarandi sit personalissimum, non transit ad heredes, gl. actori, in l. inter sti pulantem, 73. §. 1. de verb. oblig.

Actoris ius non efficitur deterius per nouationem, quæ inducitur ex litis con testatione, sed bene vt præcludatur eligendi facultas, l. si quis stipulatus, 11 & ibi add. marg. eod.

Actorem repellens per exceptionem conuentionis habet etiam actionem a pœnam, l. qui Romæ, 122. §. duo fratres, & ibi gl. fi. eod.

Actori non debet licere, quod reo non permittitur, l. non debet, 41. de regu iuris.

Actor debet in libello subscribere per se, vel tabellarios, & cauere de lite prose quenda vsque ad finem, & de expensis restituendis. auth. generaliter, C. d Episcopis.

Actorem iniustè mouisse litem si constiterit, debet ipse condemnari nomin sumptuum, & expensarum in decima parte quantitatis petitæ præstand reo, ibidem.

Actore abſente & contumace lite non conteſtata ſi non liquet de cauſa, reus abſoluitur ab obſeruatione iudicij. † gl. proferre. ibid.

Actore abſente & contumace contrahitur eremodicium, & poteſt diffinitiua ferri. ibid.

Actore etiam citato abſente ſententia ferri non debet, quando accuſator abeſt priuſquam de crimine ſit cognitum, ac probationes ad probandum ſint ſtatutæ: ſed ſi actor abeſt cognito de crimine, ſi notorium eſt eum abeſſe ex cauſa, ſi condemnatoria ferenda eſt, nihil vetat pronunciari poſſe etiam actore non citato, quia nihil intereſt eius, quòd citetur, & ſi præſens, ſed ſi ferenda eſt abſolutoria, tunc citatio eſt neceſſaria, & vtriuſque partis præſentia, gl. punire, in add. marg. in §. his quoque, in auth. vt liceat matri & auiæ.

Reliqua verbo, Contumax, Abſens, 1. vſque 9. Sententia, 21. vſque 24.

12 ACTORIS eſt electio, vocare reum ad forum, quod voluerit, vbi reus habet plures iudices, vel plura fora. l. cùm clericis, 25. C. de Epiſcopis & cler. & gl. fi. in l. fi. C. vbi in rem actio.

Actores etiam inuiti debent conuenire clericos iure authenticorum coram Epiſcopo in cauſa ciuili, vel criminali. gl. 3. ibid.

Actor ſequitur forum rei in cauſa reſtitutionis. l. 2. C. vbi & apud quem.

Actor ſi conuenerit reum coram ordinario, expectatur per annum, & tres menſes; ſi coram delegato, expectatur per decem dies, & ſi reo præſente actor intra hæc tempora non venerit, reus abſoluitur ab obſeruatione iudicij. auth. quod fieri. & ibi gl. 4. 5. C. de dilation.

Actor debet ſequi forum rei. l. 2. C. de iuriſdic. omnium Iud. & l. fin. C. vbi in rem actio. & l. 3. C. vbi ſtatus cauſa agi.

Actor in cauſa reconuentionis in fundo non ſequitur forum rei, neque etiam quando in alio loco contractus fuit celebratus, quia ratione contractus ſortitur forum. gl. 1. ibid.

Actor, qui alium in vetito examine trahit, perdit cauſam, & puniuntur officiales, qui præſtant milites ſuos executoribus iudicum incompetentium. l. in criminali. C. eod.

Actor, qui alium in vetito examine traxerat, poteſt pœnitere ante ſententiam, & eo caſu indulgetur ei, vt actionem non perdat, poſt ſententiam tamen non licet ei pœnitere, gl. habeatur. ibid.

Actor trahens reum in vetito examine perdit cauſam, non ipſo iure, ſed per ſententiam. ibid.

Actor ſi trahit reum in vetito examine, reus condemnatus poſt condemnationem noua inſtantia, & nouo iudicio condictione ex lege, vel ſine cauſa poteſt agere, vt actor eum liberet, vel etiam in eadem inſtantia in ipſa diffinitiua ſententiabitur contra vocantem in vetito examine. d. gl. habeatur.

Actor ſi trahit reum in vetito examine, poteſt reus agere contra eum actione iniuriarum. ibid.

Reliqua verbo, Forum, Reus, 9. 10.

13 ACTOR aduerſarium temerè in iudicium vocans tenetur reddere viatica & litis ſumptus, l. eum, quem, 79. de iudiciis.

Actor habens iuſtam cauſſam litigandi, & vocandi in ius aduerſarium, etiamſi nunc victus ſit, tamen non debet in expenſis condemnari, ſecus ſi iuſtam cauſſam non habuit, † gl. 1. ibi.

Actor ſi ſuccumbat ab actione ineptè propoſita, ea ſententia non nocet, ſi ſuper ſorte, vel principali contractu agatur, l. ſi in iudicio, in addit. marg. de except. rei iud.

Actor, qui iniuſtè litem mouet, ad expenſas tenetur, §. ad excludendas, & ibi gl. expenſarum, in auth. de litigioſ. col. 8.

Reliqua verbo, Litigare, 1. 2. 3. 4.

14 ACTOR quando non probat intentionem ſuam, dicitur non eſſe liquidum iudici de cauſſa, ſcilicet quis ſit dominus rei, licèt ſit liquidum, quid debeat pronunciare, quia ideò quòd ſibi non liceat pronunciat pro reo, poteſt etiam ſibi non liquere, etiam ſi bene probauit, vt quia atteſtationes nondum vidit, gl. pen. in l. idem Pomponius, §. fi. de arbitris.

Actore plenè probante reus condemnandus eſt, gl. exacto, in l. admonendi, 31. de iureiu. & gl. fi. in l. 3. C. de reb. credit.

Actore nihil probante de intentione ſua, reus abſolui debet diffinitiuè, etiam ſine iuramento, niſi in caſibus, in quibus lex defert reo iuramentum ad purgationem ſui, ibi. & l. fi. C. de rei vend.

Actor adſtringens ſe ad vnam cauſſam ſi non probat, ſuccumbit, nec iterum poteſt agere eadem actione, etiamſi ex alia cauſſa agat, niſi priùs reſtitutione præhabita, l. habebit, de inſtitoria.

Actor ſuccumbit ſi non probat id, quod eſt cauſſa ſuæ intentionis, l. ſi eius, qui nouiſſimus. 34. ad Trebel.

Actor debet inſpicere, quam facultatem probandi habeat, qui reus non tenetur edere inſtrumenta, quibus de iure actoris doceri poſſit, l. 1. C. de edendo.

Actore non probante, plenè vel ſemiplenè, qui conuenitur, etſi nihil præſtiterit obtinebit, l. 4. & ibi gl. non probante, C. de edendo, & l. 2. C. de probatio.

Actor vel ille qui agit ciuiliter, debet habere probationes, alioquin temerè agit, neque ei reus cogitur edere, niſi in certis caſib. d. l. 4. & ibi gl. 1.

Actore non probante poſſeſſiones ad ſe pertinere, dominium earum apud poſſeſſorem remanet, l. 2. C. de probatio.

Actor quod aſſeuerat probare ſe non poſſe profitendo, reum neceſſitate probandi contrarium non adſtringit, l. actor. C. eod.

Actor vel accuſator, vel reus in exceptionib. affirmatiuis licèt dicat ſe non poſſe probare, onus probationis non refunditur in eius aduerſarium, gl. 1. ibi.

Actore non probante, quandoque cogitur reus ſe defendere per ſacramentum, alioquin contra pronunciatur, gl. ſacramentum in l. fi. C. de fide inſtrum.

Actor, quando intentat certam ſpeciem contractus, debet probare formam ex qua reſultat illa ſpecies contractus, l. 2. C. de commodato.

Actor eo ipſo quòd non probat, calumniari videtur, & de calumnia eſt puniendus, gl. quòd ſi non. in l. 1. C. de aduocat. diuerſ. iudiciorum.

Reliqua verbo, Reus, 16. Accuſator, 19.

15 ACTOR vel ſyndicus dicitur ille, qui nomine vniuerſitatis agit, vel conuenit aut conuenitur, gl. in rubr. quod cuiuſque vniuerſ.

Actor à ſyndico differt, nam ſyndicus conſtituitur à qualibet vniuerſitate, & ad omnes cauſſas, ſed actor ad vnam cauſam tantùm, tum etiam actor conſtitutus quandoque ab vno tantùm, & quandoque ab vniuerſitate, gl. ſyndicum in l. 1. §. 1. quod cuiuſque vniuerſ.

Actorem, vel ſyndicum non eſſe intelligimus, cùm is abeſt, vel valetudine impeditur, & inhabilis eſt ad agendum, quo caſu contra vniuerſitatem e[...] caſu, quod non defenditur, proceditur ad primum & ſecundum decretum, [...] l. 1. §. fin.

Actor vniuerſitatis non dicitur actor ſingulorum vniuerſitatis, ideſt, vt ſingulo[...] de vniuerſitate defendere compellatur, l. 2. & ibi gloſſ. 1. eodem.

in Actoris vniuerſitatis creatione requiritur autoritas ſuperioris, gl. dedit, in l. [...] ti. eodem.

Actorem datum eſſe, non ſufficit, ſi poſteà fuerit reuocatus ante litis conteſtationem, l. item, §. quòd ſi actor, quod cuiuſque vniuerſit. nomine.

Actor vniuerſitatis ſi agat compellitur etiam defendere, non tamen tenetur cauere de rato, niſi dubitetur de mandato, d. l. item, §. fi. & ibi gl. de rato, gl. omnimodò, in l. actor, rem ratam hab.

Actor vniuerſitatis fungitur partibus procuratoris, & iudicati actio ex ſententi[a] ei non datur, niſi in rem ſuam datus ſit, d. §. fin. & ibi gloſſ. de rato.

Actor vniuerſitatis conſtitui rectè poteſt, ibi.

Actor vniuerſitatis ſi agat, vniuerſitatem, non ſingulos tenetur defendere, ſecus eſt in eo, qui populari actione agit, quia quaſi ſuo nomine agit, d. l. item §. fi. & ibi gl. defendere.

Actorem conſtituere poteſt Epiſcopus cum decreto ſuperioris ad inſtar tutoris, † d gl. defendere.

Actor, vel ſyndicus iuramentum de calumnia præſtat, quia per hos vniuerſita[s] iurare videtur, d. gl. defendere, & gl. de rato, ibi.

Actor vniuerſitatis non tenetur ſatiſdare de iudicatum ſoluendo, procurator au[-]tem ſic, d. gl. de rato.

Actor vice procuratoris non fungitur per omnia, nam procurator conſtituitu[r] ſine iudice, ſed actor vel œconomus non, ibi.

Actor vniuerſitatis publica autoritate, ſicut tutor expetitur, & ideò non cogitur dare cautionem de iudicatum ſoluendo, ibi.

Actor vniuerſitatis fungitur partibus procuratoris in hoc, quòd neuter dat procuratorem ante litem conteſtatam, ſicut nec tutorum, & vterque ſatiſdat d[e] defendendo, & de rato, quando dubitatur, gloſſ. fungitur, ibid.

Actor vniuerſitatis, & procurator non ſunt ſimiles in ſacramento calumniæ quia actor præſtat, & quando conſtat de decreto, licèt non habeat mandatum ſpeciale ad rem, de qua agit, nō cauet de rato, ſed de defendendo, ſed in procuratore quandoque ſecus, gloſſ. fungitur, ibid.

Actori neque in actorem non datur actio iudicati, hoc eſt, executio ſententiæ l. item. §. fin. & ibi glo. non datur, quod cuiuſque vniuerſit. nomine.

Actor ex eiſdem cauſis poteſt reuocari. ex quib. procurator. d. §. fi.

Actor vniuerſitatis poteſt dari filiusfam. ibid.

Actor vniuerſitatis poteſt conſtitui ad noui operis nunciationem, & ad ſtipulationes interponendas, veluti legatorum, damni infecti, iudicatum ſolui, quamuis ſeruo potiùs ciuitatis, ſi præſens ſit, debeat caueri. l. fi. quod cuiuſque vniuerſit.

Actor ſi ſtipulatus ſit ciuitati, vel vniuerſitati, vtilem actionem ex illa ſtipulatione habebit ciuitas, vel vniuerſitas, vel eius adminiſtrator. ibid.

Actores duo ad adminiſtranda bona ciuitatis conſtituti, ſi poſteà ipſi diuiſerint adminiſtrationem, inquantùm ad ciuitatem inſolidum tenentur, ſed non inquantùm ad priuatam rationem. l. cum alicui. de nego. geſt.

Actor ciuitatis quando conſtituitur, non requiritur ſolemnitas, vel decretum ſuperioris, vel præſumitur, quòd interuenerit. l. actor. §. omnimodò.

Actor dicitur Caſtaldio domini. gl. ſeruo. in l. fi. C. quod cum eo, qui in aliena. & gl. 1. in l. quidam teſtamento, 96. de lega. 1.

Actor debet conſtitui ab Epiſcopo, & non ſyndicus, cùm ſyndicus ab vniuerſitate conſtituatur, gl. 2. in l. 1. C. de actore à tutor. vel curat.

Actor, & ſyndicus pro vno quandoque ponuntur, glo. fina. in §. fina. Inſtitut. de curatoribus.

Reliqua, Syndicus, Caſtaldio ciuitas, 7. Oeconomus, Adminiſtrator, 3. 4. 5.

ACTOR à tutore conſtitutus de rato cauere debet, gl. tutores, in l. 1. §. 1. de admini. tutor.

Actor à tutore dari petitus tenetur cauere de rato ei contra quem agit pro pupillo, etiamſi conſtet eum habere mandatum à tutore, quando non eſt certum, an ſolemniter ſit conſtitutus, an non, l. actor, & ibi gl. omnimodò, rem ratam haberi.

Actor à tutore dari petitus ſolemniter eſt conſtituendus, id eſt, cum decreto, & quando conſtat eum cum decreto conſtitutum, non tenetur cauere de rato, d. gl. omnimodò.

Actor dicitur ſcilicet à tutore conſtitutus, qui debet eſſe tantùm liber ad inſtar tutoris, & non ſeruus, † gl. 1. in l. procuratorem, C. de procur.

Actor ex cauſſa conſtitutus a tutore ad iudicia iurat de calumnia, cùm legitimã perſonam habeat, gl. 2. in l. 1. C. de actore à tutore, vel curatore.

Actor ex cauſſa debet conſtitui à tutore, & abſentia tutoris eſt ſufficiens cauſſa ibidem.

Actor ad vnam cauſſam datur à curatore, & nō poteſt appellationem à ſe interpoſitam proſequi, ſed eam debent proſequi curator, vel adultus, l. ciues, 11 C. de appel.

Actor datur à iudice curatore poſtulante. gl. 1. ibi.

Actor datus ad litem poteſt appellationem à ſe interpoſitam proſequi, ſi velit non vt actor, ſed vt quilibet extraneus, gl. fi. ibi.

Reliqua verbo, Tutor, 142. 143. & ſup. num. 5.

ACTVARII dicuntur, qui recipiunt pecunias publicas, l. ne diutiùs, C. de numerariis, lib. 12.

Actuarij ſecundùm conſuetudinem antiquam ſunt ordinandi, & ſi aliter factum fuerit, factum ab eis non valet, & facientes puniuntur, l. actuario, C. eod.

Actuarius fieri non poteſt numeratus in numero militum, l. nemini, C. eod.

Actuarius etiam depoſito officio ad aliquam militiam aſpirare non poteſt, ibidem.

Reliqua

Adimere videtur quis ea, quæ in priori ſcriptura relicta ſunt liberto, eo ipſo quòd poſteà aliqua ratione motus adiecit, eum libertum ſuum eſſe peſſimum.l.diui.eod.

Adimi poteſt non ſolùm id ipſum, quod legatur,ſed etiam quod ad qualificandum legatum exprimitur,d.l.3.§.conditio.eod.

Reliqua verbo,Detractio,Legatum,103.vſque 106.Libertas,17,

8 Adesse non videntur,quæ caſualiter adſunt.l.quæſitum,78.§.fi.de legat.3.

Adeſſe quandoque reſpicit lex id,quod eſt adfuturum,& è contrà abeſſe dicitur, quod eſt abfuturum.gl.videatur, in l.quod bonis,§.ex donationibus ad legem Falcid.

Adeſſe videtur,qui licito comeatu abeſt quoad præbẽdam,& quoad priuilegium. l.pe.& ibi gl.deductione.C.de proxim.ſacrorum ſcrini.li.11.

Adeſſe cauſæ poteſt ille, cuius intereſt, ne colludatur, l. ſi ſuſpecta.29. de inofficioſo teſt.

Adhibitus actui, vt teſtis,non præiudicat iuri ſuo, l.Titia,34.§.Lucia,de legat.2.

Adhibitus ad ſtipulandum in dubio non videtur adhibitus animo donandi, ſed tantum videtur adhibitus vt procurator,vel geſtor,l.Seia,& ibi gl.non donationis,& gl.fi.de dote prælegata.

Adhibitus ad ſtipulandum animo donandi cauſa mortis intelligitur, ſi mortis mentio facta ſit,aliàs adhibitus videretur ex cauſa donationis inter viuos, d. l.Seia,& ibi gl.pe.& fi.

Adhoc, & adhæc, ſunt particulæ tranſitum ſignificantes, ponunturque pro præterea.gl.ad hoc.& ibi add.marg.in extrauag.ad reprimendum, quomodo in læſæ maieſtat.

Adiacentes, idem eſt quod confines.gl. quædam,in §. ſi autem Eccleſiis, in auth.de ſanctiſſim.Epiſco.col.9.

1 Adiectio inutilis vitiatur & non vitiat,l.1.§.1.& ibi gloſ. hoc adiectum, ſi vſusfructus petatur.& glo.1.in l.vſuras, 20.de vſuris.& gl.1.in l.ſi ita ſtipulatus,97.de verb.obl.

Adiectio hac, & vſuras, ſi quæ competierint, & cum ſtipulatione vel ſententia, nullius eſt momenti,niſi certus modus adijciatur,l.quod in ſtipulatione, 31. & ibi gl.1.eod.

Adiectio alterius rei,quàm eius, quæ vendita eſt ſub pacto adiectionis in diem, non debet admitti.l.5.de in diem adiectione.

Adiectio quod operatur quoad augmentum,idem operatur detractio quoad diminutionem,l.ſi ex toto,8.de leg.1.

Adiectio inutilis non vitiat in his, quæ ſunt ſeparabilia,l.ſi ita ſtipulatus fuero, 126.§.1.de verb.oblig.

Adiectio fit per vel, ſicut & per aut.l.1.§.pe.& ibi glò. ſi ſoluiſſet,de ſtipulat.ſeruorum.

Adiectio ſolutionis non tollitur capitis diminutione, adiecto enim capite minuto poteſt ſolui.l.Stichum aut Pamphilum,95.§.vſumfructum.& ibi gl. non intercidit,& gl.ſeq.de ſolutio.

Adiectionem non vitiat cauſa lenior vel durior. l. qui res ſuas, 98. §. mihi dare decem.de ſolutio.

Reliqua verbo,Dies,7.& infra,n 2.3..Augmentum.

2 Adiecto licet debitum rectè ſoluatur, tamen ipſe non poteſt ſoluere. gl. pe.in l.ſoluendo,de nego.geſti.

Adiecto in conſtituto ſi fuerit facta ſolutio, per eam tollitur actio principalis ope exceptionis, non ipſo iure,ſi ille non erat adiectus in principali, ſed tantum in conſtituto.l.pe.& ibi gl.fi.de conſtit.pecun.

Adiecto in ſtipulatione vbi non poteſt adquiri,nec ei, qui adiectus non eſt, adquiretur, licèt ei adquiri poſſet, ſed fallit,cùm concurrit iuſſus cum nominatione,quia adquiritur nominato ſemper,niſi iubentis interſit,quia tunc adquiritur iubenti.glo.fi.in l.ſeruus alienus,30. de ſtipulat. ſeruorum.

Adiecto poteſt ſolui etiam inuito creditore, ſi lis per creditorem non erat conteſtata contra ſoluentem,ſecus ſi fuit conteſtata.l. fideiuſſor, & ibi gl.ante litem.de fideiuſſ.& l.vero procuratori,12.de ſolutio.

Adiectus fideiuſſorem accipere non poteſt.leg.ſi mihi aut Titio,25.de fideiuſſo.

Adiectus ad ſolutionem ſi fuerit ſeruus,non poteſt ſolui eius domino, niſi voluntate ſerui.l.ſtipulatus ſum,9.& ibi gl.1.de ſolutio.

Adiectus neque petere,neque nouare,neque acceptum facere poteſt, ſed tantùm poteſt ei ſolui,nõ tamẽ poteſt ei conſtitui.l.quod ſtipulatus,10.& ibi gl.1.eo.

Adiecto pupillo ad ſolutionem poteſt ſolui etiam ſine tutoris autoritate, & ſoluens liberatur,ſecus ſi pupillus eſſet adiectus obligationi, quia tunc ſoluendo pupillo ſine tutore non liberatur.l.ſi ſtipulatus,11.& ibi gl. fi. eo.

Adiectus non videtur habere mandatum, neque tenetur mandati.† gl. non procuratori,in l.vero procuratori,12.de ſolutio.

Adiecto ſoluendo liberatur promiſſor,licèt à ſtipulatore eſſet prohibitus, ne adiecto ſolueretur,d.l.vero procuratori,§.fi.

Adiecto ſi fuerit ſoluta res; & illa euincatur ei,ſtipulator habet actionem priſtinam,l.qui ſibi,33.de ſolutio.

3 Adiecto facta ſolutio de eo, quod eſt in ſolutione,liberat ſoluentem à principali creditore, etiam de eo, quod eſt in obligatione,l. qui hominem. §. ſtipulatus ſum.eod.

Adiecto ſolui poteſt,ſi in eodem ſtatu maneat, quo fuit cùm ſtipulatio interponeretur,ſecus ſi poſteà in adoptionem,vel in exilium ierit,vel aquâ & igni interdictum ſit ei,vel ſeruus pœnæ factus ſit, vel aliàs mutetur eius conditio in deterius,l.cum quis,38.de ſolut.

Adiecto poteſt ſoluere debitor, etiam ſi debitor conſtituerit ſe ſoluturum ſtipulatori,& ei competat actio de conſtituta.l.ſi ita ſtipulatus,59.eodem.

Adiecto ſolutum videtur ſolutum principali, & à principali repetitur ſolutum adiecto, ſi erat repetendum tanquàm indebitè ſolutum, ibid. & l. qui hominem,34.eod.

Adiecto à filiof. poteſt ſoluere pater, quod in peculio eſt ſuo nomine,& liberatur pater inſolidum.d.l.ſi ita ſtipulatus.

Adiecto poteſt ſolui pars debiti ſoluta repl.qua parte creditori.l.cùm decem,71. eodem.

Adiecto heredi ſolui non poteſt, quia ſolutio meri facti eſt, cùm ad adiectum refertur, vnde conſequens eſt, quàm ad heredem non tranſeat.l. ſi ſtipulatus ſim 81.& ibi add.marg.eod.

Adiectus ſolutioni licèt non poſſit agere ſuo nomine proprio, poteſt tamen nomine procuratorio domini,l.ſi cùm Cornelius,82.& ibi add.marg.de ſolutio.

Adiecta quando fuerit perſona pupilli, vel furioſi, tutori, vel curatori, rectè poteſt ſolui,ſicut rectè poteſt dari pecunia tutori,vel curatori cauſa conditionis implendæ, & talis ſolutio liberat debitorem, ſi pecunia ſoluta verſa ſit in rem pupilli, vel furioſi. l. Stichum aut Pamphilum, 95. §. vſumfructum eodem.

Adiecto pupillo, vel furioſo etiam ſine tutoris autoritate poteſt ſolui, & ſibi debet imputare ſtipulator,qui ſuum debitum tali iuſſit ſolui.gl.rectè, ibidem.

Adiecto non quæritur obligatio,ſed tantum ei poteſt ſolui.gl.poteſt,in l. qui res ſuas,98,§.mihi dare decem,eod.

in Adiecto poteſt eſſe plus tempore, re, vel loco, quàm in principali ſtipulatore. d.l.qui res ſuas,§.qui ſtipulatus,& ibi gl.debebuntur.

Adiecto facta ſolutione liberatur debitor à ſtipulatione, d.l.qui res ſuas, §. mihi Romæ.

Adiectus ſolutioni poteſt eſſe extraneus, licèt ſibi non quæratur obligatio, ſed ſtipulatori tantùm.§.planè,de inutilibus.

Adiecto ſolutioni poteſt promiſſor ſoluere,etiam ſtipulatore inuito,& liberatur ipſo iure.ibid.

Adiectus recipiens tenetur ſtipulatori mandati,aut negotiorum geſtorum, niſi adiectus eſſet animo donandi.d.§.fi.& ibi gl.fi.& add.ibid.

Adiectus ſolutioni in dubio non videtur adiectus animo donandi. dict. glo. fin. in additione.

Adiecto ſolutioni non poteſt promiſſor ſoluere, ſi adiectus mutauerat ſtatum ſuum,vel poſt litem conteſtatam ſtipulante.gl.fi. ibid.

Adiecto licèt poſſit ſolui,non tamen poteſt agere adiectus.ibid.

Adiecto ſoluere non poteſt promiſſor alibi, quàm fieri debuit, vnde venit intereſſe, in quo non potuit adiectus accipiendo ſortem, præiudicare domino,licèt & ipſe dominus poſſet,gl.contingat.ibid.

Adiici ad ſolutionem tunc poteſt pater à filiofa.cũ patri actio nõ quæritur, ſed filius indiſtinctè poteſt adiici à patre,l.Stichum,95.§. quæſitũ, de ſolutio.

Reliqua verbo, Soluens, 1, Soluero, 4. Stipulator,Stipulatus, Dies, 7. Stipulans, Conſtitui.

Adiectiva duo prolata reſpectu vnius generis verificant diſpoſitionem in altero, licèt vtriuſque veritas non concurrat. l. qui concubinam. 29. de lega.3.

Aditio hereditatis plerunque difficulter probari poteſt. l. 2. & 3. de interrogat.actio.

Aditio licèt teneat de iure ciuili, ſi tamen infirmetur de iure prætorio per reſtitutionem aditionis reſciſſæ, non debentur legata, quia habet locum, etiam ſi minor eſſet ſuus, quia ſola exiſtentia non confirmat legata ſingularia, excepto legato libertatis, confirmat tamen fideicommiſſum vniuerſale, tutelas, & tabulas pupillares. l. nec nouum. in add.marg. de condictione indebiti.

in Aditione hereditatis actus, & voluntas pupilli eſt neceſſaria,niſi pupillus ſit infans,quo caſu ſolus tutor poteſt adire,& ſatiſdando videtur adiiſſe. gl. abſtinuit,in l.2.de adminiſtr.tutorum.

Aditio actualis requiritur quoad cõfirmationem eorum, quæ ex teſtamento dependent,& ſic ad confirmandas tabulas pupillares, ſed quoad mutationẽ prioris teſtamenti ſufficit poſſe adiri ex ſecundo gl. ſecundarum, in additione marg.in l.ſed ſi plures,10.§.ſi ex aſſe.de vulgari.

inter Aditionem, & mortem non datur medium in ſuis, quando filius purè eſt inſtitutus,ſecus ſi ſub conditione, † gloſ.hereditatem in l.ſi alienum.49. §. 1. de hered.inſtit.& l.ius actoris, 85.& ibi gl. fi.de cond.& demonſt.l.fi.de condit.inſtit.& §.ſui.Inſt.de heredit.quæ ab inteſtat.

Actione partis totum quod poteſt adquiritur, ſiue ſimul, ſiue ſeparatim deferatur hereditas.l.1.& 2.de adq.heredit.

Aditio eſt de iure ciuili, & ideò facultas adeundi durat vſq; ad 30. annos, quod fallit in herede heredis, qui non poteſt adire poſt annum, gl.1.in l. 3.eodem.

Aditio filij impuberis ſine tutore non tenet ipſo, & ita ſine reſtitutione poteſt ab hereditate illa adita ſe abſtinere, ſed ſi cum tutore fuit facta aditio, valet, neque poteſt ſe abſtinere, niſi per reſtitutionem. l. impuberib. 11. & ib. gl.1.eod.

Aditio adulti habentis curatorem facta ſine curatore non tenet ipſo iure, & poteſt ab ea abſtinere ſine reſtitutione,ſecus ſi cum tutore adiiſſet, quia tũc non poteſt abſque reſtitutione,ibid.

Aditio conſiſtit in ſolo animo, & in ea magis inſpicitur opinio,quàm veritas, ſecus in his,quæ in ſolo animo non conſiſtunt.gl.fi.& ibi add. in l.is, qui putat,15.eod.

Aditionem præſumit aliquis actus in ſuo, quod in emancipato non præſumitur, vt eſt manumiſſio,gl.quid in l.pro herede 20. de adq. hered.

Aditio eſt de iure ciuili,& ideò non terminatur anno,ibi & gl.fi.in l.1. C.qui admitti.& gl.pe.in l.cùm antiquiorib.C.de iure delib.

Aditionem inducit omnis actus,qui geri non poteſt citra ius,& nomen heredis. d.l.pro herede,§.Papinianus.de adq.hered.

Aditionem vitiat ignorantia circa cauſam adquiſitionis, ex qua ſcilicet cauſa delata eſt hereditas.l.ſi is,ad quem,22.de adqui.heredi.

in Aditione ſicut quis debet eſſe certus ſaltem vehementi opinione, ita etiam in repudiatione debet eſſe certus.l.in repudianda,23.& ibi gl.2. eod.

Aditio hereditatis non eſt in opera ſeruili,l.aditio, 45.eod.

Aditio non valet,ſi nõ ſit ſeruata forma iuſſus,in l.eum,qui.51.§.penultimo,eod.

Aditio hereditatis non recipit conditionem tacitam nec expreſſam, d.l.eum, qui,§.fi.& gl.1.in l.actus legitimi,77.de reg.iuris.

Aditio hereditatis retrotrahitur ad tempus mortis, l, heres, quandoque, 54. de adq.hered.

Aditio vna ſufficit, quando quis eſt inſtitutus ex aſſe ſimul, vel pluribus vicibus ſiue ex parte aliqua,quia adeundo etiam modicum ſtatim in totum,in quo eſt inſtitutus,eſt heres.gl.pe.in l.ſi ſolus,80.§.fi.de adquir.heredit.

ministrantis, debet dominus vel omnia agnoſcere, vel omnia repudiare, l. cùm quæritur, 16. de adminiſtrat. tutorum.

Adminiſtratione finita non tenetur quis de eo, quod geſſit, vt adminiſtrator, l. poſt mortem, quando ex facto tutoris.

Adminiſtrationem generalem, & liberam negotiorum habens ab eo, qui peregrè proficiſcitur, poteſt ex his negotiis rem vendere, & tradere, & eam faciet accipientis, ſecus ſi habeat generalem tantum, l. qua ratione, 9. §. nihil autem, & ibi gl. libera, de adquirend. rerum dominio.

Adminiſtrationem liberam peculij concedens pater filio non videtur concedere, vt alienaret in fraudem creditorum, vnde ſi filius alienet, non tenetur pater, ſed reuocant creditores alienata, l. ſi pater, 12. quæ in fraudem creditorum.

Adminiſtratio rerum cui conceditur, non videtur conceſſum, vt in eis fraudem committat, l. tutor adminiſtrationem, 33. de furtis.

Adminiſtratio quælibet Eccleſiaſtica non debet pretij venalitate mercari, gl. gradum, in l. ſi quemquam, 31. C. de Epiſcopis, & clericis.

Adminiſtratio quorundam quando eſt diuiſa à teſtatore, vel à iudice, & tunc quilibet pro parte ſua tenetur de mala adminiſtratione, gl. fi. in l. 1. C. de tranſact.

2 Adminiſtratio, quam quidam habent, ſi non ſit diuiſa à teſtatore vel à iudice, tunc omnes tenentur inſolidum de mala adminiſtratione, ibid.

Adminiſtratio, quam quidam habebant, ſi non fuit diuiſa à iudice, vel à teſtatore, ſi omnes aliquid geſſerunt ſine dolo, omnes tenentur de mala adminiſtratione in viriles beneficio diuiſionis, ibi.

Adminiſtrationis diuiſio ſi fuit facta à teſtatore, vel à iudice, & à duobus ſit facta tranſactio de mala adminiſtratione, tertius non liberatur, imò conueniri poteſt in ſua parte adminiſtrationis, dict. gloſſ. fin.

Adminiſtrationem liberam habentes poſſunt rem domini alienare, ſed non habentes liberam non poſſunt alienare inuito domino, l. ſi liberam, C. quod cum eo, qui in ali.

Adminiſtrationem panis ſi quis interdicat publicæ perſonæ, tenetur ad damnum, quod paſſus eſt cum vſuris tertiæ centeſimæ, authent. ſed iam, C. depoſiti.

Adminiſtratio quando eſt diuiſa à iudice, vel ab eius officiali, primò conuenitur gerens, fideiuſſores & nominatores ipſius, quàm perueniatur ad collegam, l. 3. C. de conueniend. fiſci debitori lib. 10.

Adminiſtratio quando duobus pro indiuiſo conceſſa eſt, quilibet prius conuenitur, quàm nominator, ſed quando ſeparatis portionibus conceſſa eſt, tunc primo adminiſtrator, deinde eius fideiuſſor, poſteà nominator, & vltimo loco collega conuenitur, l. 2. C. quo quiſque ordine conueniatur, lib. 11.

Adminiſtratio, vel officium, quando eſt diuiſa inter officiales, prius conuenitur nominator, quàm collega, alias ſecus, l. 3. & ibi gl. 1. C. eo.

Adminiſtratione diuiſa ſi vnus collegarum pecuniam collocauerit, quam reſpub. conſequi non potuit, eo mortuo heres eius primò eſt conueniendus, ſecundò poſſeſſor, tertio nominator, quartò collega, l. fin. C. eod.

Adminiſtratio libera concedi videtur per verba, quod poſſit ipſe facere quicquid ipſe dominus, l. creditor, 60 §. Lucius, mandati.

Adminiſtrationis publicæ ratio ibi reddi debet, vbi adminiſtratio geſta eſt, quia ibi inſtructio ſufficiens, & nota teſtimonia, & validiora documenta poſſunt præſtari, l. 1. & 2. C. vbi de ratiociniis tam public.

in Adminiſtratione publicorum officiorum, qui bene geſſerunt, debent vocibus & clamoribus populi commendari, ſcilicet viuat, viuat talis, l. v. C. de quæſtoribus. lib. 12. & ibi gl. fin.

Adminiſtrationē habentes prēferuntur vacantibus, id eſt, habentibus dignitatem ſine adminiſtratione, & vacantes præferuntur honorariis in ſimili dignitate conſtitutis, non in pari, l. fi. C. vt dig. ordo ſeruetur li. 12.

Reliqua verbo, Gubernatio, Tutor, 99. 14. Procurator, 47.

1 *Adminiſtrator in genere, & 2. 7.*

3 *Adminiſtrator. reipub. & 4. & 5.*

6 *Adminiſtrator prouincia, & 7.*

1 ADMINISTRATOR neceſſarius cenſetur idoneus, licet ipſe non poſſideat alia bona immobilia, quando dominus principalis poſſidet, l. ſciendum, §. tutor, qui ſatiſdare cog.

Adminiſtrator rei minoris, vel aliorum non poteſt tranſigere ſuper reb. immobilib. eorum, quorum bona adminiſtrat, vt eſt tutor, & ſimiles, poteſt tamen tranſigere, vt illa retineat virtute tranſactionis, cum in meliorem eius conditionem poſſit tranſigere, l. nulli, & ibi gl. 1. de tranſactio.

Adminiſtratori ſi iudex vetuerit teſtamenti executionem, nihilominùs quæ cum eo ab ignorantibus contracta ſunt, valent, cum huiuſmodi prohibitio non afficiat ignorantes, l. 1. in add. mar, quod iuſſu.

Adminiſtrator ſecundus poteſt cogi recipere nomina idonea, vel non idonea facta à primo, non tamen poteſt cogi exactionem facere ſuo periculo, l. tutor, 36. & ibi gl. pen. de adminiſt. tutorum.

Adminiſtrator ſecundus ſi ſponte recepit nomina non idonea facta à priore adminiſtratore, ſibi præiudicat, gl. pen. ibi.

Adminiſtrator quando promittit dotem pro eo, cuius negotia adminiſtrat, non videtur promittere animo donandi, ſed animo repetendi, l. cùm poſt, 43. §. qui, cum, eod.

Adminiſtrator ſi nomina, quæ à priore adminiſtratore ſibi aſſignata ſunt, agnoſcit tanquàm idonea, tenetur de eorum periculo, l. qui, nominib. & ibi gl. 1. eod.

Adminiſtrator nomina à priore adminiſtratore ſibi aſſignata tenetur in ſe transferre, etiamſi minùs idonea ſint, non tamen tenetur agnoſcere d. gl. 1. ibidem.

Adminiſtrator priuatus maiorem poteſtatem habet, quàm adminiſtrator publicus, l. 3. §. ſed ſi permiſerit, & §. planè, & ibi gl. data, quod vi aut clàm.

Adminiſtrator poteſt impedire actionis ortum, at vbi nata eſt, non poteſt perimere eam, l. ſed ſi vnius, 17. §. 1. in add. marg. & ibi gl. ceſſare, de iniuriis.

Adminiſtrator cùm conuenitur ad aliqua reddenda, & ob hoc condemnatur, non debet condemnari in eius pecuniæ vſuris, & idem eſt in fideiuſſoribus eius, l. conſtitutionibus. 24. ad municipal.

Adminiſtrator, vel diſpenſator poteſt emere palàm, & bona fide de rebus eius, cuius bona adminiſtrat, fallit in œconomo Eccleſiæ, gl. 2. in auth. quibuſcunque, C. de ſacroſanctis.

Adminiſtratori ex officio, quod adminiſtrat, non licet emere per ſe, vel per alium de rebus eius, cuius bona adminiſtrat. d. gl. 2.

Adminiſtratore electo gerente malè ſuam adminiſtrationem liberantur alij, qui non geſſerunt, à mala adminiſtratione, gloſ. fin. in l. 1. C. de tranſactio.

Adminiſtratoribus pluribus doloſè adminiſtrantibus competit beneficium diuiſionis non obſtante dolo, ſi omnes ſunt ſoluendo, licet non habeat locum beneficium ceſſionis. † d. gl. fi.

Adminiſtratores ſi doloſè adminiſtrauerint, & pupillus cum vno tranſegerit, vel pactus ſit, talis tranſactio vel pactum pupillo nihil præiudicat, niſi in accepto, id eſt, niſi pupillus perceperit totum intereſſe ab vno. gl. fi. in l. 1. C. de tranſact.

Adminiſtrator vnus ſoluens totum intereſſe, cùm dicitur culpa geſſiſſe, habet regreſſum contra alium, etiam ſi actio non cedatur. ibid.

Adminiſtrator bonorum ſi nolit defendere, remouetur ab adminiſtratione, gl. cogetur, & gl. iuriſdictionis, in l. 3. C. de procuratoribus.

Adminiſtrator propter ſuam contumaciam poteſt ab officio remoueri, & nihilominùs poteſt contra dominum ad miſſionem in poſſeſſionem procedi, d. l. 3.

Adminiſtrator propter ſuam negligentiam poteſt ab adminiſtratione remoueri, ibidem.

Adminiſtratores legitimi debent iurare de calumnia ſecundùm credulitatem eorum in animam ſuam, & non eorum, quorum bona adminiſtrant, aliis iuramentis in ſuo robore manentibus. l. fi. §. quod obſeruari, C. de iureiur. propter calum.

Adminiſtratores legitimi alienarum rerum dicuntur pater in bonis aduentitiis filij, actor minoris decreto conſtitutus, orphanotrophi, & ſimiles, vt ſyndicus gl. 2. in d. §. quod obſeruari.

Adminiſtrator tam publicus, quàm priuatus poteſt emere palàm, & bona fide res, quas ipſe adminiſtrat, non clàm, aliàs punitur, gl. fi. in l. cùm ipſe, C. de contrahend. emptione.

Adminiſtrator tantùm bonorum minoris non poteſt eſſe debitor, vel creditor. † gl. pen. in auth. minores. C. qui dare tutores.

Adminiſtratores, qui iuſtam cauſam litigandi non habuerunt proprio nomine, in expenſis legitimis debent condemnari, l. non eſt, & gl. fi. C. de adminiſtr. tutorum.

Adminiſtrator licèt ſit pauper in princ. adminiſtrationis, ſi poſteà reperiatur diues, nō præſumitur factus diues ex bonis adminiſtrationis, ſed præſumitur ſua induſtria & labore, l. ſi defunctus, 10. C. arbitrium tutelæ.

Adminiſtrator negligens puniri poteſt, vel etiam aliàs poteſt repelli ab adminiſtratione, gl. pe. in l. mancipia, C. de ſeruis fugitiuis.

Reliqua verbo, Confeſſio, 12. Diſpenſator, Maſſarius, Pater, 44. 45. Primipilaris ſucceſſor, Tutor, 93. vſque 98. Debitor, 23.

ADMINISTRATOR reipub. non poteſt debitori pecunias liquidò debitas remittere per pactum, neque per tranſactionem, ſecus quando non eſſent liquidæ. l. Imperatores. & ib. gl. de pac. 5

Adminiſtrator reip. tacitè poteſt remittere vſuras reipub. debitas, putà illas non petendo vel minores accipiendo, expreſsè tamen illas non poteſt remittere †, d. gl. 1. & gl. pe. in l. aduersùs. C. de vſuris.

Adminiſtrator reipub. ſi remiſerit debitum liquidum, talis remiſſio reuocari debet ob publicam vtilitatem. d. l. Imperatores, de pactis. & gl. fi. in l. præſes. C. de tranſact.

Adminiſtrator Eccleſiæ tacitè, id eſt, negligendo poteſt remittere debitum liquidatum, putà illud non petendo, expreſsè tamen non poteſt remittere, glo. 1. ibid.

Adminiſtrator ciuitatis ſi quid officij tempore promiſit animo nouandi, vèl liberandi rempub. finito etiam officio tenetur. gl. 2. in l. procurator, qui, 67. ff. de procuratoribus.

Adminiſtrator ciuitatis loco domini habetur, & ideò quod iuſſu conuenitur ex contractu facto iuſſu eius cum ſeruo ciuitatis, l. ſi iuſſu, & ibi additio. marg. quod iuſſu.

Adminiſtrator reipub. vel priuati poteſt palàm, & bona fide rem ipſius reipub. vel priuati emere, ſecus ſi clàm. † gl. fi. in l. ſi in emptione, 34. §. fi. de contrah. empt.

Adminiſtrator reipu. ſi mutuam pecuniam accipiat, pro ea poteſt eius bona obligare, ſi verſa ſit in rem reipùblicæ, ſecus ſi non ſit verſa, l. ſi is, qui, 11. de pig. gl. quia exabundanti, in l. ſi pupilli, §. 1. de neg. geſt.

Adminiſtrator reip. vel ſeruus publicus reipub. ſine ceſſione actionem adquirit reip. ita notarius quoque tanquàm perſona publica nobis actionem adquirit, quamuis non ſit actuarius. l. Caius, 11. & ibi add. m. de vſur.

Adminiſtratores reip. dati à Magiſtratu etiam ſi inter ſe adminiſtrationem diuiſerint à ſeipſis, pro eo, qui non eſt ſoluendo, non poteſt conueniri alter, ſed Magiſtratus, qui tales adminiſtratores dedit, debet conueniri. l. Lucius. 47. §. 1. & ibi gl. adminiſtrat, de adminiſt. tutorum gl. fi. in l. 2. C. de diuiden. tutela.

Adminiſtrator reipub. tenetur refundere reip. damnum, quod contingit reipub. ob moram, vel malitiam ipſius adminiſtratoris in litigando. l. qui ſolidum, 78. §. etiam. de leg. 2.

ab Adminiſtratore reip. rationes traditæ, & cancellatæ non poſſunt retractari contra adminiſtratorem vltra 20. ann. nec contra eius heredem vltra decem annos, l. in omnib. §. fi. de diuerſis & temporal. 4

Adminiſtrator alicuius reip. vel ciuitatis ſi malum nomen contraxerit, ſi deinde eius ſucceſſor cōfirmauerit, periculum pertinet ad confirmantem, l. Titio, 36. §. Titius, & ibi add. marg. ad municipalem.

Adminiſtrator ciuitatis poteſt ſuper re dubia tranſigere, non tamen debitum liquidum remittere, l. præſes. C. de tranſactio.

Adminiſtrator ciuitatis ſicut poteſt tranſigere ſuper re dubia, ita etiam prælatus, tutor, vel curator poterit, g. fi. ibid.

Adminiſtrator ciuitatis ſi requiſitus non reuocauerit ſeruum fugitiuum ciuitatis à doloſè ſuſcipiente, tenetur ad duos, l. mancipia. C. de ſer. fug.

nec cognatus fit, l. qui in adoptionem, de adoptio.

Adoptio non ius sanguinis, idest, cognationis, sed ius agnationis affert, ibidem.

Adoptio, vel arrogatio non potest fieri per procuratorem, l. post mortem, §. fin. de adoptio.

3 Adoptio valet, si pater naturalis mutus alio modo, quàm sermone manifestum facere possit, velle se filium suum dare in adoptionem, l. si pater, eod.

Adoptio non valet, si pater naturalis filium suum in adoptionem dedit alicui hoc pacto, vt post triennium eum in adoptionem patri naturali daret, l. quæsitum est, si tibi, eod.

Adoptio non minuit dignitatem, vnde Senator etiam à plebeio adoptatus manet Senator, & si est filius Senatoris, manet filius Senatoris, l. per adoptionem, eod.

Adoptione adoptato domicilium adiicitur, vnde ibi potest conueniri, gloss. augetur. ibidem.

in Adoptionem dare potest pater naturalis filium suum infantem, l. etiam infantem, 42. de adoptio.

Adoptiones filiorum, & quasi nepotum fiunt, vt aliquis nepos noster esse videatur, perinde quasi ex filio natus, l. adoptiones, eod.

Adoptiones debent fieri coram præside, vel principe, gl. vel qualiter, in l. Senatoris filium, 5. de Senatoribus.

per Adoptionem non amittitur dignitas, nec cognatio, nec origo, l. Senatoris filius, & ibi gloss. fin. eod.

4 Adoptio per omnia pro non facta habetur hodiè præterquam ad ius succedendi. gl. peculium, in l. adoptiuum, de in ius vocando.

in Adoptionibus hæ cognationes contrahuntur, quæ legitimæ sunt, idest, quæ agnatorum ius habent. l. si qua, §. fi. de ritu nuptiarum.

Adoptio dicitur actus imaginarius, & consequenter fictus, non verus. l. filio, quem 23. de liberis & postum.

Adoptio est filio inducta ad similitudinem naturæ, gl. imagine, ibid.

Adoptio per emancipationem dissoluitur. gloss. nō admittetur. in l. 3. §. 1. de bon. poss. contra tabulas, & lege 1. §. liberos, si tabulæ testament. nullæ extab.

Adoptio facit cognationem, l. 1. §. cognationem, vnde cognati.

in Adoptionem datus in adoptiua familia nanciscitur eorum tantum cognationem, quibus fit agnatus, sed in familia patris naturalis retinet cognationem omnium, l. 1. §. cognationem, vnde cognati.

in Adoptionem datus, quascunque cognationes affinitatésque habuit, retinet, sed agnationis iura perdit; sed in ea familia, ad quam per adoptionem venit, nemo illi cognatus est præter patrem, vel eos, quibus agnascitur, affinis autem ei omnino nemo est in ea familia, nec vxor patris adoptiui est ei propriè affinis, obtinet tamen affinitatis locum quoad prohibitionem nuptiarum, l. 4. §. pen. & ibi gloss. nemo, de gradibus affinit.

in Adoptionem datus iure digestorum, dicitur esse in potestate patris adoptiui, hodie tamen distinguitur. gl. in adoptionem, in l. impuberem. ad leg. Cor. de falsis.

Adoptio non liberat à muneribus suscipiendis, quæ imponuntur ratione originis, imò nouis muneribus adstringit adoptatum. l. ordine, §. fin. ad municipal.

5 Adoptio cùm imitetur naturam, ideò quis in fratrem non potest aliquem adoptare, quia frater à fratre non potest nasci. leg. nec apud. C. de heredib. instit.

Adoptio libertæ alienæ, vel adoptio facta apud iudicem non competentem non valet, gl. adoptata, in l. eam, quam. C. de fidei commiss.

Adoptio facta à fœmina non valet, ibid.

Adoptio inualida, vel error iuris non est sufficiens ad præscriptionem long. temporis, l. si is, contra. C. de præscript. longi tempor.

in Adoptionem non sufficit publicum instrumentum, nisi authoritas iudicis intercesserit. l. 4. C. de adoptio.

Adoptio non minuit adoptati domicilium originis, & ideò ibi & honorem, & munera subire tenetur, etiamsi ibi, & in loco, in quo est adoptatus, simul vocetur ad munera, & honores. l. in adoptionem, & ibi gloss. fin. C. eod.

Adoptiones olim per tres emancipationes, & duas manumissiones in filiis, aut per vnam emancipationem in cæteris liberis fieri solebant, hodie vero sufficit quòd fiant apud competentem iudicem, præsente filio, qui debet adoptari, cóque, & adoptante consentientibus. l. fin. C. de adoptio.

Adoptio est actio legalis vel actus legitimus, per quem, quis fit filius qui non est penè, idest, fere naturam imitans. † gloss. adoptio. in pr. Inst. de adoptio. gl. imagine, in l. filio, quem, 23. de liberis & postu.

Adoptionis causa delegabilis est, gloss. rescripto, in additione, marg. in princ. Inst. de adoptio.

Adoptio eius, qui in aliena potestate est, potest fieri à quocunque ordinario, etiam defensore ciuitatis, qui minimus est, gl. Magistratus. ibi.

per Adoptionem ab extraneo factam iura patris naturalis non dissoluuntur. §. sed hodiè, Inst. eod.

Adoptio plerunque naturam imitatur, quandoque tamen non. §. minorem, & ibi gl. imitatur, de adoptio.

Adoptio non potest fieri ab his, qui non habent potestatem generandi de facto, secus si à natura ad generandum sint inhabiles, §. sed & si quis, in fin. & ibi gl. spadones, & add. marg. eod.

Adoptio in locum nepotis facta à patre vt valeat, requiritur quòd filius consentiat, ne ei inuito suus heres agnascatur, mortuo patre. d. §. sed & si quis.

Adoptio exigit scripturam. §. pe. Inst. quibus modis ius patriæ potest.

Reliqua verbo, Arrogatio, Auunculus.

6 ADOPTARE poterit auus nepotem ex vno filio, quasi natum ex altero filio, si emancipauerit eum, & sic adoptauerit, quasi ex altero filio natum, quia tunc facit, vt quasi quilibet extraneus, l. si paterfam. §. 1. de adoptio.

Adoptare potest pauper ditiorem, si vitæ eius sobrietas clara sit, vel affectio honesta, nec incognita, l. nec ei, §. fi. eod.

Adoptare, vel arrogare per alium non potest absens. l. post mortem. §. fin. eodem.

Adoptare possunt filios illi, qui non habent vxores, si tamen habere possunt, vnde spadones adoptare possunt, castrati non, l. & qui eod. §. sed & si quis, Inst. de adoptio.

Adoptare quem nepotis loco potest quis, etiam si filium non habeat. l. adoptar[e] eodem.

Adoptare potest quis apud iuridicum Alexandriæ, quia data est ei legis actio idest, actus legitimi. l. 1. & ibi gl. 1. de officio iudic. Alex.

Adoptare non potest quis, nisi sit emancipatus, ac sui iuris. l. agnatus, in l. patri de in ius vocando.

Adoptare filium non potest fœmina, nisi principis rescripto, l. si suspecta, 29. §. 1. de inoffic. testam. §. fœminæ, Inst. de adoptio.

Adoptare potest is, qui facilè generare non potest, vt senex. l. sed est quæsitum de liber. & posthum.

Adoptari potest existens apud hostes, & sic absens, l. gallus. §. forsitan. eodem.

Adoptari non potest filius ad certum tempus. l. hereditatis, 34. in addition marg. de heredib. instit.

Adoptare aliquem in nepotem potest quis, licèt filius præcedat, licèt frequentiù contingat quòd filio præcedente in locum nepotis adoptetur, l. 2. & ibi glo[ss.] præcedente, de vulgari.

Adoptare aliquem in fratrem non potest quis, l. nec apud, Cod. de heredibu[s] instituen.

Adoptari vel arrogari potest impubes. l. eam, quam. Cod. de fideicommiss.

Adoptare eum, qui est sui iuris, debet quis coram competenti iudice. leg. 1. Co[d.] de adoptio.

Adoptare, vel arrogare potest patronus filium libertæ suæ coram præside, si f[it] filius in potestate, si verò sit sui iuris, non potest, nisi principis rescripto. l. i[n] adoptionem, 8. C. de adoptio.

Adoptari authoritate principis dicuntur illi, qui sui iuris sunt, quæ adoption[is] species dicitur arrogatio, in princ. Inst. de adoptio.

Adoptari imperio Magistratus dicuntur, qui sunt in potestate parentum, siue pri[-] mum gradum liberorum obtineant, qualis est filius, vel filia, siue sequentem qualis est nepos, vel pronepos. ibid.

Adoptare maiorem non potest minor natu, adoptās enim debet esse maior xiii. ann. adoptato. §. minorem. Inst. de adoptio.

Adoptare potest quis alienum filium in locum nepotis, & alienum nepotem [in] locum filij, d. §. minorem, & ibi gl. imitatur.

Adoptare potest quis aliquem in locum nepotis, ac deinceps, licèt filium non habeat. ibidem.

Adoptare non potest clericus, nec alius, qui non potest generare, nisi illicitè, gl[.] non possunt, in additione, in §. sed & si quis. Institut. de adoptio.

Adoptando pupillum finitur tutela, ideò tutori non permittitur, l. nec ei, §. eo rum, & ibi gloss. ne esset, de adoptio.

Reliqua infrà Arrogatio, num. 3.

ADOPTANS si emancipauerit adoptatum, vel alicui in adoptionem dederit iterum eum non poterit adoptare, l. adoptare. de adoptio.

Adoptans plures sufficit, quòd sit maior adoptatis 18. annis, nec pluribus pubertatibus præcedere debet eis. gl. plena, in l. arrogato. eo.

Adoptans tenetur de oneribus adoptati, vt eum alat, & vt de peculio eius nomine teneatur ex contractibus, qui posteà secum fient, non priùs, l. penul. & ib[i] gloss. 1. eod.

Adoptans habens nepotem ex filio mortuo, si loco nepotis ex filio mortuo adoptet aliquem, iura consanguinitatis & fraternitatis non contrahuntur inter nepotes; sed si loco nepotis ex filio viuente adoptet, iura consanguinitatis contrahuntur inter eos. † leg. si is, qui, 44. & ibi gloss. 1. 2. & fi. & Bart. de adoptio.

Adoptans decurionem, onera decurionatus eius videtur suscipere exemplo patris, cuius voluntate filius decurio factus est, l. Lucius, 21. §. idem respondit. ad municipal.

inter Adoptantem, & adoptatum tantùm est vinculum legale, non in aliis, §. fratris, Inst. de nuptiis.

Adoptans filium extraneum, non habet eum in potestate, §. sed hodiè, Inst. de adoptio.

Adoptans filios, si fuerit ex ascendentibus, habet eos in potestate, ibid.

Adoptans fœmina ex indulgentia principis non habet aliquam aliam potestatem per eam indulgentiam, quam habeat ipsa mater in naturalibus, & legitimis, in quibus non habet potestatem. † gloss. amissorum, & ibi add. in §. fœminæ. eod.

Reliqua verbo, Arrogatio, 3.

ADOPTATVS in locum nepotis consentiente filio, tanquàm ex filio natus, non fit heres suus auo, cùm post mortem aui recidat in potestatem eius, qui est quasi pater. l. si quis nepotem, de adoptio.

Adoptatus in locum nepotis non consentiente filio, tanquàm ex suo filio natus, mortuo auo, non est in potestate filij, sed fit heres suus auo. l. si is, qui filium. eo.

Adoptatus semel ampliùs adoptari non potest, l. qui liberatus. eo.

in Adoptato filio apud adoptiuum patrem nepos conceptus, & natus, per emancipationem ipsius nepotis omnia iura, idest, dignitatem, etiam perdit. † l. sed nepos. & ibi gl. 1. eod.

Adoptato filio emancipato non exit de potestate patris adoptiui nepos ex eo. ibidem.

Adoptatus his tantùm agnascitur, quibus est arrogator agnatus, gl. 1. in l. qui in adoptionem, de adoptio.

Adoptato filio vxor patris adoptantis matris loco, vel adoptantis mater aui[æ] loco illi non est, neque agnascitur eis, propter quod nec eis cognatus fit, d. l. qui in adoptionem.

Adoptatus filius his, quibus agnascitur, cognatus fit, & huiusmodi agnatio vel cognatio apparet in iure, quod habent agnati inter se, & consequuntur in eo, quod habent cognati in succedendo, & aliis, hodiè tamen, locum habe[t] in arrogatione tantùm, non in adoptione, nisi detur in adoptionem non ex[-] traneo, gl. 1. ibi.

Adoptato filio loco nouercæ est vxor adoptantis, gl. matris loco, ibi.

Adoptatus filius finita adoptione ducere potest sororem filiam adoptantis, non verò matrem, vel vxorem adoptantis, gl. si. ibi.

Adoptatus per filium meum emancipatum non erit nepos meus, hodiè tame[n] sic, cùi

de Adulterio accuſans iure mariti debet probare, quòd tempore adulterij commiſſi eſſet maritus,l.ſi vxor.13.§.ſi quis vxorem,de adulteriis.

3 in Adulterio deprehenſis, vt ſe redimerent pecunia, vel alia pactione, qui opem aut conſilium præſtitit,& qui dolum commiſit,eadem pœna punitur,quæ ſtatuta eſt in committentem crimen lenocinij,l.is,cuius,14.eod.

de Adulterio accuſantib.ſolét obiici exceptiones dilatoriæ, antequam accuſatus inter reos recipiatur,ſed poſtquàm receptus eſt, non poteſt obiicere niſi peremptorias.l.ſi maritus,§.præſcriptiones,& ibi gl.tractari,eod.

de Adulterio mulierem in viduitate perſeuerantem ſi quis velit accuſare, in accuſatoris arbitrio eſt à quo velit incipere,ān ab adultero, an ab adultera,d.l.ſi maritus,§.penult.

pro Adulterio comperto,ſi maritus,vel quilibet alius acceperit pretium,punitur lege Iulia de adulteriis,ſecus ſi gratis remiſerit vir,vel alius,poteſt tamen maritus puniri,ſi eā retineat,l.mariti,29.§.plectitur,& ibi gl.gratis,de adulteriis.

de Adulterio vltra quinquennium continuum accuſari non poteſt, niſi in tribus caſib.gl.commiſſi,in d.l.mariti,§.ſex menſium,& §.præterea.

de Adulterio accuſanti datur quinquennium à die commiſſi criminis, ſiue obiiciatur reo,vel reæ adulterium,ſtuprum, vel obiiciatur aliud quodcunque crimen,quod ex lege Iulia deſcendit, vt quia domum ſuam adulterij , vel ſtupri cauſa præbuit,& alij ſimiles,d.l.mariti.§. hoc quinquennium.

de Adulterio ſi plures eundem accuſauerint,ſed vnus perſeuerauerit,perſeuerantis accuſatio inſpicitur ad hoc , vt ſciatur an quinquennium cucurrerit à die commiſſi criminis,vſque ad diem datæ accuſationis à perſeuerante,dict.l.mariti §. penult.

in Adulterij accuſatione dies 60.vtiles,qui dantur iure mariti numerantur à diuortio,in quib.numeratur & ipſe ſexageſimus dies,l.pater,30.eod.

ad Adulterij accuſationem datur quinquennium , quod continuum eſt quoad proceſſum,ſed vtile quoad initium,l.quinquennium,31.& ibi gl.1.eod.

4 Adulterium non committitur cum concubina, fallit in concubina patris , l. ſtuprum,in addit.marg.34.eod.

de Adulterio accuſans ſi errauerit in libello accuſationis adulterij,poteſt emendare intra quinquennium,quod datur ad accuſandum,l.accuſaturus, 35. & ibi gloſſ.1. eod.

Adulterium poſt pubertatem incipit , & ideò maior 14. ann. poteſt accuſari de adulterio.l.ſi minor, 36.eod.

Adulterium cum inceſtu ſi committatur , vtputà cum nouerca, nuru,vel priuigna,punitur mulier,vt vir,leg. ſi adulterium cum inceſtu,36.eod.

Adulterium,& inceſtus poſſunt eſſe ſimul,& etiam ſeparatim,gl.1.ibid.

ab Adulterij pœna excuſat violentia, licèt celetur marito hoc factum, l.vim paſſam, 39.de adulteriis.

de Adulterio non poteſt quis etiam vir accuſare marem,& fœminam ſimul propter commune crimen, ſed bene quando crimen non eſt commune, d.l. vim paſſam,§.pen. & ibi gl.poteſt.

in Adulterij accuſatione nulla datur dilatio , vel ſaltem vna tantùm datur ſpeciale iure , niſi vt perſonæ exhibeantur , vel niſi quando ex qualitate negotij iudici hoc videatur,l.in crimine,41.eod.

de Adulterij pœna variatur ex perſonæ conditione,nam mitior imponitur nobili & in dignitate conſtituto.gl.1.in l.ſi quis viduam,de quæſtio.

5 de Adulterio vel aliquo iudicio damnati non ſunt recipiendi inter milites,l.4.§. adulterij,de re militari.

pro Adulterio tempore Digeſtorum non erat impoſita pœna capitis , ſed hodiè ſic.gl.recipiendi, ibid.

Adulterij accuſationem repudiare ante iudicium cœptum poteſt, trāſigere verò, vel paciſci de adulterio non poteſt,gl.3.in l.tranſigere,C.de tranſactio.

Adulterium non fit ſine dolo,& mala conſcientia.gl.fi.in l.pater,C. de repudiis.

Adulterium committituretiam cum meretrice coniugata, etiamſi ſit venalis,gl. 1.in l.ſi ea,quæ,22.& l.fi.in l.quæ adulterium,29.C.de adulteriis.

Adulterium anteà commiſſum cum eo, qui ſe poſteà nuptiis ſociauit,velamento matrimonij non extinguitur,& adulter priùs, & poſteà adultera accuſari debent.l.commiſſum,27. & ibi gl.1.C.eod.

in Adulterij crimine iudex debet admittere tres exceptiones, ſcilicet quinquennij, lenocinij, & ordinis,id eſt, quod primò ſit accuſandus is, cui adultera nupſit poſt diſſolutum matrimonium, l. ita nobis 28.& ibi gl.5.C.de adulteriis.

in Adulterij crimine admitti poſſunt exceptiones ſcilicet ſex menſium , 60.dierum, & alia ſi deſiſtit ſemel, item ſi negauerit ſe velle accuſare , item ſi accuſator ſit adulter, vel turpis, item ſi adulteram in vxorem duxit , & ſi adulter ſit abſolutus, proficit adulteræ d. gl. 5.

Adulterij crimen licet inter publica crimina connumeretur,tamen quilibet non admittitur ad accuſandum, ſed primò maritus, poſteà pater, frater,& alij conſanguinei, qui poſſunt deſiſtere impetrata abolitione à principe , l. quamuis adulterij, 30. C.de adulteriis.

de Adulterio ſi accuſetur mulier, non ſolùm ſerui mulieris , ſed & viri torquentur niſi adulterium ſit commiſſum per vim, de inceſtu non torquentur, l. in adulterij, 32. & ibi gl. 1. C. eo.

Adulterium vtrùm fieret in ciuitate, vel ruri diſtinguebatur lege Moſaïca , glo. pe. in l. 3. C. de inceſtis nuptiis,

6 in Adulterij crimine exceptiones friuolæ non ſunt admittendæ , ſed legitimæ, quæ ad proceſſum oppoſitæ priùs ſunt examinandæ, & ſi non reperiantur obſtare, cognoſci debet de crimine, l. adulterij, 33. C. de adulteriis.

Adulterij accuſationem ſi quis repulit,prætextu quòd erat mulieris agnatus , ſi poſteà reperiatur eam in vxorem ducere, puniendus eſt tanquàm confeſſus,l. ſi qui adulterij, 34. C. eod.

ab Adulterij pœna non excuſatur maſculus,nec fœmina quacunque iuris ignorantia, gl. licuerit, in §. 1. in auth. de inceſt. nuptiis.

Adulterium præſumptum iuris præſumptione probatum punitur, ſicut & verùm vindicta ſua marito quandóque permiſſa, §. his quoque , in authen. vt liceat matri & auiæ

Adulterium præſumptum dicitur,quando præmiſſa trina proteſtatione reperitur aliquis alloqui mulierem , & talis præſumptio ſufficit ad condemnationem, § fi. eod.

de Adulterio preſumpto poteſt tranſigi, ſed non de vero, † reprobat. glo. fi. ibi dd. in l. tranſigere, C. de tranſactio.

contra Adulterium committentes pœna capitis iure Codicis per Conſtantinum ſtatuta iure authenticorum firma remanet in maſculo,ſed in fœmina corrigitur,quia non punitur pœna capitis,ſed in monaſterium detruditur.§. ſi quando,in authent.vt nulli iudicum liceat.collat.9.

Adulterij crimen publicum eſt.§.item lex Iulia,de adulteriis, Inſtitut.de publicis iudiciis.

Adulterij pœna mortis hodiè fuit inuenta,quæ non erat olim iure Digeſtorum, gl.gladio,in additione ibi.& gl.2.in l.qui cum vno,§.adulteria, de re militari.

Reliqua verbo, Accuſatio,6,11.13. Crimen,4.Deprehenſio, Deprehenſus,Fornicans, Maritus,13.vſque 20.Lenocinium,Lex,23.Mulier,29.Nubere,Paciſci,Pater,59. Sponſus, 2. Vxor, 5. Libertus,25.Abſens, 14.

ADVLTERVM omnem occidere licitum eſt patri,ſed non marito , niſi adulter ſe telo defendat,l. nec timorem, & ibi gl. adulterum,quod metus cau.

Adulterum vilem licitum eſt marito occidere, d. gl. adulterum.

Adulterum ſeruum alienum deprehenſum occidens non tenetur lege Aquilia,l. qui occidit, 30. ad legem Aquil.

Adulter accuſatus de adulterio à marito non releuatur, eò quòd dicat ſe lenocinio mariti feciſſe , nec poteſt eum de lenocinio accuſare poſtquàm adulter inter reos receptus eſt , i. lis conteſtata eſt, ſed ante poteſt eum accuſare , & vterque punitur. l. 2. §. qui hoc, & ibi gl. delatus, & §. extraneus , de adult.

Adulterum accuſanti non currunt tempora contra adulteram. & econtrà,l.4.eo.

Adulter intra quinquennium à die admiſſi criminis , etiam muliere defuncta, poteſt accuſari de adulterio, l. miles, 11. §. adulteri-reum, eo.

Adulter debet puniri in ea prouincia, in qua adulterium commiſit, niſi eſſet talis perſona, in quam præſes prouinciæ non habet iuriſdictionem, l. ſi maritus §. & generaliter, eod.

Adulterum & adulteram accuſare ſimul non poteſt , quis & accuſatio facta de vtroque irritatur,& interim incipere poteſt à quo velit , d. l. ſi maritus , §. fi. & l. reos adulterij, C. eo.

Adulterum vnus, & adulteram alius rectè poſſunt accuſare, mulier tamen ſi fuerit nupta ante denunciationem ſibi factam, non poteſt accuſari priuſquam adulter , ſed priùs accuſatio de adultero facta debet expediri, & ſi abſoluatur, non poterit mulier vltrà accuſari,ſed ſi cōdemnetur, propter hoc mulier non erit condemnata , ſed aget cauſſam ſuam, l. denunciaſſe, §. quæritur, ff. eod.

Adulter etiamſi diem ſuum obierit antequam condemnetur, vel antequàm cum eo agi potuerit, mulier poteſt accuſari de adulterio, non obſtante exceptione illa, quòd ab adultero ſit incipiendum , eò quòd nupta fuerit ante denunciationem ſibi factam, d. §. queritur. cum duab. l. ſeqq.

Adulterum ſimul cum filia, quam habet in poteſtate, poteſt pater occidere , nec refert à quo incœperit, modò vtrumque occidat, ſed nullus alius ex parentibus poteſt id facere, nec filiusfam. pater poterit, l. patri datur , 20. & ibi add. marg. eod.

Adulterum ſimul cum filia poteſt occidere, tam pater naturalis , quā adoptiuus, hodiè tamen habet locum hoc in adoptiuo, quando datur non extraneo , vt tunc poſſit occidere quemlibet adulterum, l. nec in ea , 22. & ibi gloſſ. 1. de adulteriis. 2

Adulterum qui poſſit occidere, multò magis poteſt eum contumelia iure afficere, ibidem.

Adulterum omnem,& adulteram occidere permiſſum eſt patri,non marito,quia plerumque pietas paterni nominis conſilium pro liberis capit , vt non occidat eam, cæterum mariti & calor , & impetus facile ſæuientis refrænandus eſt. ibi.

Adulterum ſimul cum filia occidere licitum eſt patri , ſi eos in reb. venereis deprehenderit in domo ſua, vel generi ſui, non in aliena,l. quod ait lex , 23. l. nec in ea,22.& ibi gl.1. de adult.

Adulterum matris non licet occidere filio,ſicut licèt patri, † gl.competere, ibi.

Adulterum ſororis occidere non licet fratri,ſicut licet eius marito,† ibid.

Adulterum vt occidere poſſit pater,ſufficit,ſi eo tempore,quo occidit habeat filiam in poteſtate, non quo in matrimonium collocauit,d.l.quod ait.

Adulterum & adulteram filiam pater incontinenti debet occidere, id eſt, propè vno ictu,& vno impetu,æquali ira aduersùs vtrumque ſumpta,& idem dicendum eſt,ſi pater non affectauit fugam filiæ, ſed dum adulterum occidit, profugit filia,& interpoſitis horis à patre, qui perſequebatur eam,occidit,nam & tunc incontinenti videtur occidiſſe,d.l.quod ait lex, 23.§.fi.de adult. 3

Adultero occiſo hodiè non licet patri filiam reſeruare,& eam poſt diem occidere, vel econtrà, ibid.

Adulterum Magiſtratum occidere non licet patri,vel marito , quando filia eſt ignobilis,vel matrimonium contra leges; vel maritus, vel vxor turpis perſona ſit,cùm eum iure mariti, vel patris non poſſit accuſare, aliàs ſecus, l.marito,24.& ibi gl. fi.eod.

Adulterum occidendi ius dicuntur habere illi,qui iure patris, vel mariti accuſare poſſunt eum de adulterio, d.§.fin.

Adulterum inuentum cum vxore ſua etiam in aliena domo poteſt maritus , ſi nolit eum occidere , aut non liceat ei occidere , retinere per viginti ſaltem horas continuas, vt oſtendat eum aliis, qui teſtificentur contra eum, & idem poteſt facere pater mulieris, leg.capite quinto , 25. eod.

Adulterum inuentum cum vxore ſua ſi maritus, vel pater dimiſerit ire,non poteſt petere vt reducatur,ſed ſi adulter euaſit ita, quòd tunc non potuit capi, rectè poteſt reduci,& à marito,vel patre retineri ad hoc,vt ibi videant aliqui, qui teſtificentur,qui audient, & probabunt,ſcilicet illum confeſſum de crimine,item quòd pro hoc ſit captus, & hoc prodeſt ad indicium , vt torqueatur, & ſtetur confeſſioni factæ in tormentis,cui aliàs nō ſtatur,ſed ſi in tormentis non confitetur,hoc factum extra ius non valet, d.l.cap.5. & ibi gl.fi.

Adulter ſi tribus continuis annis in adulterio perſeuerauerit, tempus accuſandi eū de adulterio incipit ab vltimo adulterio , cùm de quolibet adulterio poſſit accuſari,gl.commiſſi,in leg.mariti, 29.§. prætereà,eod.

Adulterum accuſans intra quinquennium ſi accuſationem non peregerit, aut præuaricatus ſit,& alius eandem repetere velit , quinquennio illo tranſacto, illud.

Aduocatum esse honor est, & non onus, & ideò eis dantur multa priuilegia, d. l. 1. §. vt initio.

Aduocatus nimium verbosus repelli potest, gl. 1. in l. ex ea, de postulando.

2 Aduocatus, qui est condemnatus aduocare pro alio ex caussa, quæ infamiam non irrogat, vt quia erat verbosus, vel quia ex crimine stellionatus, quod infamiam non infert, potest extra territorium aduocare, d. l. ex ea & ibi gl. 1.

Aduocatus secundùm pactum suum debet patrocinium suum præstare clientulo suo, fallit in causa filij sui, vel parentis sui, vel pupilli sui, l. fin.& ibi gloss. 1. de postulando.

Aduocatus, qui fuit in vna instantia pro vno, in caussa appellationis contra eum poterit aduocare, d. gl. 1.

Aduocatus, qui fuit pro vno in caussa principali, contra eum in eadem instantia non poterit esse aduocatus, alioquin crimine præuaricationis inuoluetur, nisi in caussa filij, vel pupilli sui, ibi.

Aduocatus non tenetur præstare patrocinium, quando alibi caussa mutata est, scilicet multùm remotè, secus quando parum remotè; gl. tribunali, in l. sed & hæ, §. non solùm, de procuratoribus.

Aduocatus in caussa appellationis non tenetur patrocinari, † gl. marg. in l. qui proprio, §. item quæritur, de procuratorib.

Aduocatus, & procurator aduersarij dicuntur mei aduersarij, gl. aduersario, in l. 1. §. sed & constitutio, de calumniat.

Aduocati postulatio est iusta caussa dandi dilationem, & vt deliberent super libello, & si intra talem dilationem vsucapio sit completa, contra eum, qui ob id vsucepit, datur restitutio, l. ait prætor, 23. §. fin. ex quib. caus. maior.

Aduocatus pupilli potest quis esse, etiam post nudata sibi secreta caussæ ab aduersa parte, & hoc fit fauore pupillorum, gloss. sordib. in l. Labeo, 3. §. 1. de arbitris.

Aduocato quod datur pro aduocatione, dicitur dari ad remunerandum, & inde illud ius honorarium dicitur, l. 1. & ibi gl. honorarium, si mensor falsum.

Aduocatus si pactus sit in euentum litis, idest, si vinceret, quòd cliens sibi daret centum, posteáque transactio sit facta, quasi obtinuerit, potest agi, gl. 1. in l. fi. mandati, & gl. fi in l. 1. §. fi. C. de suffragio.

3 Aduocatus si per eum non steterit, quominus caussam ageret, nō tenetur salarium acceptum reddere, l. qui operas, 38. locati.

Aduocatus, procurator, vel fideiussor de exequēda accusatione, si pro accusatore de falso testamento adfuerunt in iudicio, perdunt legatum relictum eis in tali testamento, l. post legatum. §. ætati, de his, quæ vt indign.

Aduocati habent priuilegium, quòd non teneantur, nisi inquantùm facere possunt, deducto ne egeant, gl. 2. & ibi addit. marg in l. miles, 6. de re iudicata.

Aduocati dicuntur milites legalis militiæ, d. gl. 2. ibi. & l. proximos, C. de proximis sacr. scrinio. lib. 12.

Aduocati filius non succedit in feudum patri aduocato †, reprob. gl. possibile, in l. continuus, 137. §. si ab eo. de verb. oblig. gl. subrogato. in l. quisquis, 16. C. de Episcopis.

Aduocatus prodens causam suam criminalem, vel ciuilem propriè non dicitur præuaricator, sed bene impropriè, & abusiuè, & punitur extraordinariè, sicut & ille, qui accusans de publico crimine præuaricatur. l. 1. & ibi gloss. penult. de præuaricat.

Aduocati citandi sunt, vt videant indicia locum non habere in testibus torquendis. l. custodias, in addit. marg. de publicis iudiciis.

Aduocati, vt salarium eis constituatur, dicuntur, qui quoquo studio in agendis causis, vel in allegationib. tantùm, vel in causa principali tantùm, vel appellationis, vel in vtraque operantur, & oportet quòd studuerint in iure per quinquennium, & quòd doctor iuret peritia iuris eos instructos, & per hoc apparet, quòd illiterati non sunt aduocati. l. 1. §. aduocatos. & ibi gl. quoque de variis & extraord.

Aduocati nō possunt recipere salarium pro singulis causis vltra centum aureos, minus tamen quandoque eis datur, quod videndum est pro modo causæ, & aduocati. d. l. 1. §. si cui, & ibi gl. aureos.

Aduocatus rectè potest pacisci aliquid sibi dari nomine victoriæ, ita tamen vt computetur in eo, quod primo fuerat datum, & non excedat centum aureos, d. §. si cui.

4 Aduocatus licèt non possit aduocationem implere per casum fortuitum in eius personam contingentem, vt quia decesserit, vel sit infirmus, nihilominùs tamen debet habere totum salarium. d. l. 1. §. diuus. & l. 4. eodem.

Aduocatus non reddit salārium, si non per eum, sed per alium clientulum stat, vel per casum fortuitum contingentem ex persona clientuli, vt si res petita interierit, ita quód reus non teneatur. gl. repeti. ibid.

Aduocatus si deserit causam vt desperatam, si ex causa, quam præuidere poterat, tenetur reddere salarium, & imputatur ei, quod imperitè vidit, sed si ex aliqua causa repentina, & tunc habebit illud. ibid.

Aduocati non possunt esse clerici in causis secularib. l. placet, 17. C. eod.

Aduocatus non potest esse, qui nō est imbutus sacrosanctis Ecclesiæ ministeriis, idest, quod sit Christianus baptizatus, & non hereticus, neque est necesse, quòd sit Theologus. l. nemo. & ibi gl. 3. C. de Episcop. audien.

Aduocatus factus machinatione, & ille, qui non est verè Christianus officialis, puniuntur in centum libris auri, & ipse ab officio aduocationis priuatur, & etiam bonis, & iudices, sub quorum administratione fuerit attentatum hoc, in dimidiam partem bonorum, & pœnam exilij sustinebunt per quinquennium. d. l. nemo. & l. fi. C. de postulando.

Aduocatus potest emendare errorem suum intra triduum, post autem non poterit. gl. 1. in l. error. C. de iuris & facti ignor.

Aduocati, qui litem habent his horis, & temporibus, quibus causarum merita panduntur, sedere cum iudice non possunt, bene tamen aliis horis, l. 1. & ibi gl. 2. C. de officio ciuilium iudi.

Aduocatus, & assessor quis simul esse non potest, sicut nec iudex, nec aduocatus. l. fi. & ibi gl. 1. C. de assessor.

Aduocato, vel assessori satis est, vel per aduocationem, causis perfectissimè patrocinari, vel assessoris fungi officio, d. l. fi. & l. quisquis. C. de postulando.

Aduocati, & assessores, qui simul fuerunt, à matriculis aduocatorum penitus delentur, & puniuntur in decem libris auri. d. l. fin. in fin.

Aduocato, si occasione sui salarij plus debito promittatur ex causa mutui, pote[st] intra tempus constitutum exceptio non numeratæ pecuniæ opponi, & cau[...]tio condici condictione sine causa, l. 3. C. de postulando.

Aduocato salarium constituendum est secundum consuetudinem fori, & aduo[...]cati facundiam, & qualitatem causæ. gl. 3. in d. l. 3,

Aduocato non debet dari salarium vltra centum aureos. ibid.

Aduocato quando est promissum salarium vltra debitum modum ex causa mu[...]tui in eo, quod plus est, datur exceptio non numeratæ pecuniæ, non verò i[n] eo, quod est intra legitimum modum, d. gl. 3.

Aduocato quando salarium promissum ex causa mutui vltra debitum modu[m] solutum est ei, potest illi repeti a soluente condictione indebiti, vel incerti, v[...] liberetur. ibid.

Aduocato quando est promissum salarium vltra debitum modum ex causa mu[...]tui in eo, quod est promissum vsque ad debitum modum, præiudicat promi[...] sori, etiam post biennium; in eo verò, quod est promissum vltra debitu[m] modum, non præiudicat promissori, ita quòd ante biennium, & post com[...]petit ei sine causa exceptio. † d. gl. 3.

Aduocatus paciscens de quota litis, repellitur ipso iure ab aduocatione, l. si qu[...] aduocatorum, & ibi gl. fin. C. de postulando.

Aduocatus non potest pacisci de dimidia parte, de minori autem rectè poteri[t] † gl. 2. ibid.

Aduocatus si agatur de hereditate, rectè potest pacisci cum cliente de re heredi[...]tatis eiusdem. † ibid.

Aduocatus nomine palmarij, idest, victoriæ, non potest pacisci aliquid, quia tal[e] pactum inducit aduocatum ad delictum, agnoscēs enim quod ipse habet par[...]tem eius, quod prosequitur, etiam calumniosè aduocabit, & hoc siue facia[t] pactum de quota litis, siue de certa re, vel quantitate, eadem est semper ra[...]tio †, reprob. d. gl. 2. additio. ib.

Aduocati debēt præbere sua patrocinia litigātibus, ita vt non vltra quàm posci[t] vtilitas litium in licentiam conuiciandi, & maledicendi temeritatem pro[...]rumpant, l. quisquis, C. de postulando.

Aduocatus tantum debet facere, quod causa desiderat, temperando se ab omn[i] iniuria, ibid.

Aduocatus si adeo procax fuerit, vt non ratione, sed probris putet esse certan[...]dum, opinionis suæ imminutionem patietur apud bonos & probos viros † d. l. quisquis, & ibi gl. opinionis.

Aduocatus derelicto negotio non debet pergere palàm, aut subdolè in aduersa[...]rij sui contumeliam, d. l. quisquis.

Aduocatus nullum contractum nullámque pactionem debet inire cum clientu[...]lo vel litigatore suo, pendente lite, sed bene ante vel post, d. l. quisquis, & ibi gl. contractum.

Aduocatus aspernanter non debet habere id, quod semel officij gratia libero ar[...]bitrio obtulerit litigator, ibid.

Aduocatus non debet ex industria lites protrahere, & aliàs protrahens, grauite[r] punitur. d. l. quisquis. & ibi gl. protrahat.

Aduocato eò vsque licet orare, quousque maluerit, videlicet vt non ad turpe compendiū stipémque deformem hæc arripiatur occasio, sed laudis per eam augmenta quærantur. ibid.

Aduocati si lucro pecuniáque capiantur, veluti abiecti, atque degeneres inter vilissimos numerari debent, ibid.

Aduocatus vel causidicus eam solam, quam sumet tempore agendi, sibī sciat esse personam, quousque causidicus est, cùm enim aduocationem elegerit tēpore agendi, & non iudicandi posteà non poterit omissa illa eligere officium iudicandi, d. l. quisquis C. de postulando.

Aduocatorum proprium est stare, iudicum verò sedere, d. l. quisquis, & ibi gl. fin.

Aduocatus, in eodem negotio non potest quis esse, etiam diuersis temporibus † gloss. 2. ibid.

Aduocato licitum est quandoque, cùm vtilitas exposcit, conuitiari, veluti cùm quis obiiciat aduocato, quòd testes falsos instruxit, vel calumniatus est gloss. vtilitas, ibid.

Aduocatus si non fecerit à principio pactum de salario suo cum clientulo, poterit pacisci cum eo posteà lite pendente, intellige eo volente, secus eo inuito, † gl. contractum, l. quisquis C. de postulando.

Aduocatus, cui dedit clientulus exiguum munus, veluti vnum par caponum, non debet aspernere, d. l. quisquis, & ibi gl. obtulerit.

Aduocati dicuntur habere dignitatem, sine tamen administratione, gloss. honoratis, ibid.

Aduocato, qui tota die vult dicere, & aduocare, iudex debet imponere modum, gl, maluerint, ibid.

Aduocati nullum debent recipere salarium, gl. ad turpe, ibid.

Aduocati si duo, vel plures fuerint in vno auditorio, quorum famá sit hilarior, in iudicantis sit officio, vt par causidicorum distributio fiat, & æqua diuisio procedat, l. prouidendum, C. eod.

Aduocati in causis ex vtraque parte debent esse æquales, ibid.

Aduocatus sine causa renuens aduocationem ad petitionem partis punitur, & etiam ipsa pars procurans, ibid.

Aduocatus monitus à iudice ea excusatione, quæ nequeat comprobari, patrocinium cuicunque denegauerit, carere debet foro ipso iure, neque potest sibi restitui copia agendi, ibid.

Aduocatorum distributio fiebat litigatorib. à iudice, cùm ipsi percipiunt salaria à publico, hodiè tamen contrà seruatur gl. 2. ibid.

Aduocati licèt hodiè percipiant salaria ex publico, tamen salaria, quæ pèrcipiūt à clientulis, succedunt loco salariorum publicorum, vnde locus est distributioni eorum faciendæ à iudicib. d. gl. 2. in addit.

Aduocatus habens iustam caussam excusandi se ab aduocatione, poterit renuere eam licitè. gl. 8, ibid.

Aduocati præuaricatio probata faciet ipsum aduocatum puniri, & sententiam latam non valere, & iterum de causa principali queri. l. 1. C. de aduocatis diuer. iudiciorum.

Aduocatus poteſt eſſe illiteratus,modò habeat poſtulandi peritiam.l.expertes,in addit.marg.C.de decurionib.lib.10.gl. exponere,& in l.1.C.de poſtulando.
Aduocati non debent exercere officium tabellionis, Mediolani tamen indifferenter fit,† reprob.gl.1.in l.vniuerſos,C.de decurionib.lib.10.
Aduocati durante lite non debent recipere promiſſionem à cliente, l. archiatri, in add.marg.C.de profeſſor.lib.10.
Aduocato hebeti, & imperito non debet committi cauſa implicita, & difficilis, & ſubtilis,l.pen.in add.marg.C. de ponderatorib. lib.10.
Aduocatus cum vincit, dicitur habere palmam, glo.1.in l.1.C.de principibus agent.in rebus.lib.12.
Aduocati & procuratoris officium eſt ſpontaneum, gl.1.in §.penult. Inſtitut. de inofficioſ. teſtam.
Aduocatus, vel procurator, qui legatum exegerit nomine clientuli, vel domini ex teſtamento patris ſui, non poteſt agere querela inofficioſi nomine ſuo proprio; & è contrà ſi pupilli nomine egit querela, amittit legatum ſibi in eodem teſtamento relictum, niſi talis aduocatus, vel procurator coactus, & non ſponte exegerit legatum,vel egerit querela nomine clientuli, vel domini,d.gl.1.& ibi add.
Aduocatus vel procurator poteſt paciſci cum clientulo,quòd reficiet ſibi expenſas, quas de ſuo fecerit in lite,non tamen, vt pro expenſis à ſe factis habeat quotam litis partem.l.ſumptus,de pactis.
Reliqua verbo, Aduocatus,nu. 17.18,19. & verbo, Aſſeſſor, Cauſidicus, Clericus,12.Datum.5.7.8. Domeſtici,Minor,8.9. & 11.Monachus,5.Oratores,Patronus,2.Conſtitutio, Iudex,11.Peritia,Præuaricatio,Primus,Proconſul,3. Procurator,1.3.6. Sacerdos, Salarium, 3.4. Attentans.

15 ADVOCATVS fiſci poteſt eſſe aduocatus etiam contra fiſcum in cauſis ſuis, filiorum,vel parentum ſuorum, aut pupillorum,quorum tutelam gerit,etiam in eadem cauſa,in qua aduocauerat pro filio,l.pen.& ibi gl.1.de poſtulando.
Aduocatus fiſci regulariter durante officio pro nullo contra fiſcum poteſt aduocare, neque etiam finito officio in eadem cauſa, in qua fuit aduocatus pro fiſco,poterit eſſe contra fiſcum,ſed in alia diuerſa rectè poteſt eſſe, d. gl.1.
Aduocatus fiſci in eadem cauſa,in qua aduocauit pro fiſco cõtra patrem pupilli facto tutore contra fiſcum poterit aduocare pro pupillo ſuo,l.fi.de poſtulãdo.
Aduocatus quondam fiſci in alia cauſa,in qua non præſtitit fiſco patrocinium, poterit eſſe contra fiſcum, gl.1.ibid.
Aduocati fiſci officium liberat quem cum ſuis filiis à cohortis,vel vilioris conditionis nexibus, & à conditione curiali, l. cùm aduocatio, Cod.de aduocat. diuerſ. iudic.
Aduocatis fiſci,vel vrbicariæ præfecturæ omne,quod aliquo caſu quolibet titulo acquiritur,dicitur quaſi caſtrenſe,& poterit vendicare,neque patribus,neque aliis acquiritur aliquod commodum ex eis.ibid.
Aduocatus fiſci olim vnus eligebatur ex curia præfecti prætorio, hodiè autem duo, qui habent idem priuilegium, quod habebat ille vnus, l. binos,C.de aduoc.diuerſ.iudicio.
Aduocati officium olim durabat anno,nunc durat biennio, ſaluis ei priuilegiis omnibus conceſſis manentib.l.fancimus,C.eod.
Aduocato fiſci mortuo, gradu eum ſequens, ſine vlla dilatione, in eius locum ſubrogatur,l.petitionem.C.eod.
Aduocato fiſci mortuo,heredes eius nihil exinde ſibi commodi adquirere poſſunt,quoad eius officium, præter ſalarium vnius anni, gl.pen.ibid.
16 Aduocatus fiſci ſi depoſuerit officium aduocandi, poterit nihilominùs tam pro ſe, quàm pro iugali ſua,& ſocero & ſocru, necnon genero & nuru, liberiſque propriis, colonis, & ſeruis ſibi pertinentibus,aduocationis fungi officio,l.3.& l. petitiones,C.de aduocat.diuerſ.iudicum.
Aduocati fiſci domus,etiam poſt depoſitum officium,non debet moleſtari militum onere,ſecus ſi plures haberet domus, nam non extenditur ad alias, l.3.& ibi gl.ſi.tamen,& l.5. C.eod.
Aduocatis fiſci olim dabantur 60. libræ auri nomine ſalarij ſui,ſed Imperator Zeno illis abſtulit eas,deputauítque pedaneis iudicibus,& quibuſdã aliis, qui arbitrabantur, & æſtimabantur vires fideiuſſorum datorum pro pupillorum rebus,& deinde Iuſtinianus eis abſtulit, & reſtituit aduocatis fiſci, l.5.& 7.C. eodem.
Aduocatus agens cauſam fiſci prætextu ſalarij non ſoluti non poteſt aduocare contra fiſcum in eadem cauſa,ſecus in alia,fallit in quibuſdam,glo.fi.in l.1.C. de aduoc.fiſci.
Aduocatus, qui in vna cauſa fiſco præſtitit patrocinium, in alia poteſt contra fiſcum poſtulare. l.2.C.eod.
Aduocatus fiſci pœnas metuens caueat,ne fiſcalia commoda occultet, néve vllo negocio exiſtente fiſci nomine priuatas calumnias audeat commouere, l.3. C.de aduoc.fiſci.
Aduocato fiſci præſente procurator Cæſaris debet cognoſcere de cauſa inter fiſcum,& priuatum,l.fi.C.eod.
ab Aduocatis fiſci vel ab aliis officialibus cognoſcens ſe læſum debet pandere iniuriam ſibi factam,vt dicti officiales conuicti puniantur,l.1.C.de lucris aduocat. lib. 12.
Aduocati comitis rerum priuatarum, & proconſulis Aſiæ poſt depoſitum officium clariſſimi efficiuntur,l.1.C.de aduoc,diuerſ.iudicum.
Aduocati præfecti in aduocatos fiſci aſſumpti à cohortali conditione liberantur tam ipſi,quam eorum liberi,& eorum patrimonium,l.2.C.eod.
Aduocatorum comitis Orientis primas debet fungi per biennium officio aduocati fiſci, & poteſt conſequi ſalaria ſibi deputata.l.3. & 5.C. eod.
Reliqua verbo, Fiſcus,3. Procurator, 70. vſque 73.

17 ADVOCARE, & docere,& in iure reſpondere licitum eſt illi, qui habet 17. annos completos, l.1.§.initium,de poſtulando.
Aduocare, vel in iure reſpondere cœpit Nerua filius in decimoſeptimo anno completo, vel paulò maiore, ibid.
Aduocare non poteſt infamis, poteſt tamen eſſe procurator, quia aduocatum eſſe eſt honor. ſed eſſe procuratorem, eſt onus, honore propter delictum eſt priuandus,non verò onere releuandus, gl.certis,in l.1.§.vt initio,eod.
Aduocare ſi quis in perpetuum ſit prohibitus à iudice, etiam apud alium cenſetur prohibitus,etiam ſi ſimpliciter fuerit prohibitus, quia cenſetur in perpetuum,gl.fi.in l.puto,§.ſi quis,de poſtulando.
Aduocare prohibitus quis à iudice apud ſe,rectè poteſt aduocare apud ſucceſſorem, d.§. ſi quis.
Aduocare aliquem poteſt iudex prohibere in perpetuum ſententiãdo,& de cauſa cognoſcendo, & conteſtando cauſam, propter quam prohibitus eſt,ſi autem extra ordinem, vt quia fortè minus improbe poſtulabat, & tunc vltra ſuam adminiſtrationem non potuit prohibere aliquem,ne aduocet,d.gl.fi.ibid.
Aduocare prohibitus ad tempus, poſt tempus permittitur ei pro omnibus, l. Imperator, de poſtulando.
Aduocare prohibitus,ad quinquennium, & in exilium miſſus reuerſus de exilio poſt quinquennium indiſtincte poteſt aduocare, niſi eſſet prohibitus, vel in exilium miſſus ex tali delicto, ex quo infamia durat etiam poſt pœnam, d.l. Imperator,& ibi gl.1.
Aduocare prohibitus ex cauſa,quæ infamiam irrogat,etiam extra territoriũ non poteſt aduocare,ſecus ſi infamiam non irrogaret. l.ex ea, & ibi gl.2.eod.
Aduocare,vel agere prohibentur decuriones pro alio contra patriam ſuam, niſi in cauſis ſuis,vel ſuorum filiorum,vel parentum,vel pupillorum, l. pen. & ibi glo.fin.C.eod.
Aduocare poſſum contra eum etiam in eadem cauſa pro filio ſuo, vel parente, à pupillo, licèt ipſe mihi ſecreta cauſſæ mandauerit, alioquin nulli homini eſſet conſilium dandum, gl.1.ibid.
Aduocare apud tribunal præſidis poteſt alicui interdici,l. moris eſt,de pœnis.
Aduocare interdictus apud tribunal præſidis non cenſetur interdictus aduocare apud legatum,vel prætorem,ſed è contrà prohibitus aduocare apud legatum, cenſetur etiam prohibitus aduocare apud præſidem,ibid.
Aduocare non poſſunt illiterati, quandoque tamen poſſunt, ſi expertes negotiorum fuerint, niſi ſint liberti, gloſſ. quoquo, in l.1.§. aduocatos, de variis & extraordin.
Aduocare prohibitus expreſsè ex cauſa, quæ infamiam non irrogat,poteſt aduocare extra territorium iudicis prohibentis,ſecus ſi fuiſſet prohibitus ex cauſa quæ infamiam irrogaret,quia tunc in omni loco cenſetur prohibitus, gl.2.in l.1.C.de poſtulando.
Aduocare ſi ſit quis prohibitus tacitè, vt condemnando eum ex cauſa, quæ infamiam irrogat,quo caſu ſi pœna ſit perpetua, perpetuò prohibitus videtur, ſed ſi ſit temporalis,quæ non eſt aucta vel minuta, tranſacto tempore euitat infamiam,& idem ſi fuerit aucta,vel etiam minuta,ſed cauſſa cognita aliàs non, niſi tempore communi,d.gl.2.
Aduocare non prohibentur libertini etiam ſi non ſint literis eruditi, dummodo habeant peritiam factorum, inter aduocatos tamen non numerabuntur,l.2. C.de poſtulando, & ibi gl.1.
Aduocare poſſunt illi, qui ſunt vltra numerum conſtitutum prætorianæ ſedis apud proconſulem, præfectum Auguſtalem, apud vicarios, prouinciarúmque rectores,l.nemini,C.de aduoc.diuerſ.iudiciorum.
Reliqua verbo, Aduocatus,per tot. Canonici,Poſtulare,Minor,8.9.10.Frater,2.
ADVOCATIO prætoriana olim centum quinquaginta numero togatis minime vel augendo,vel minuendo concludebatur, l.nemini, & l.cum aduocatio, C.de aduoc.diuerſ.iudiciorum.
Aduocationem fiſci deponentes non debent nolentes compelli ſubire cuiuſcunque actus ſollicitudinem,neque inuiti ad iudicium ſunt trahendi,niſi ſpeciali principis iuſſu,l.3.& 5.C.de aduoc.diuerſ.iudic.
Aduocationis officium dicitur laudabile, vitæque hominum neceſſarium,quòd maximè principalib.præmiis oportet remunerari, l.4.C. de adu.diu.iudicum.
Aduocationem vel procurationem ſcienter præbens petenti rem ſuam, ſibi præiudicat,ſecus ſi ignoranter, gl.1.in l.ſi.ff.de inoffi.teſtam.
Aduocatione ad tempus,cui interdicitur,poſt impletum temporis ſpatium, non prorogatur infamia,l.1.C.de his,qui in exilium dati. lib. 10.
Aduocationis officium non liberat quem à curialib. oneribus. l.in filiis, 35. C. de decuriomb.lib.10.
Aduocationibus aliquem ſolent præſides interdicere,quandoque in perpetuum, quandoque ad tempus,vel ad annum,vel etiam tempore, quo prouinciam regunt,l.moris eſt, de pœnis.
Aduocationib.interdicere minus eſt,quàm interdicere foro,nam huic omnimodò forenſib. negotiis nõ permittitur ſe accommodare, neque procuratorio nomine,d.l.moris,§.nonnunquàm.
Reliqua verbo, Attentans, Aduocatus.
AER neque eſt in bonis in ſingulari, neque hominum in communi, & illud prouenit facto naturæ,& ideò communis omnib. appellatus eſt, gl.nullius,§. nullius autem, Inſt. de rerum diuiſ.
AEDES à domo differunt, quia domus non dicitur omne ædificium,ſed ædes dicuntur omne ædificium, quandoque tamen,l.C.promiſcuè vtuntur,gl.deſiderare,& ibi add.marg.in l.inter fructuarium,20.de dam.infect. & l.1,§.deinde, de cloacis.
Ædium appellatione continentur opus,ſolum,& paries,& etiam porticus,ibid.
Ædium dicuntur eſſe illa,quæ detracta ſunt ab ædib. vt reponantur; ſed regulæ, & aliæ res,quæ nondum ſunt impoſitæ ædificiis, quamuis tegendi gratia allatæ ſint, non ſunt ædium, ſed habentur in rutis,& cæſis.l.granaria,18.de actio. empti.
Ædium dicuntur granaria,quæ tabulis fieri ſolent,ſi & ſtipites eorum in terram defoſſi ſunt,ſecus ſi ſuper terram ſunt,quia tunc rutis & cæſis cedunt,ibid.
Ædium locorúmque ſacrorum cuſtodia debent habere, qui ædes Deo conſecratas curant,l.1.§. fin. ne quid in loco ſacro.
Ædium appellatione omnis ſpecies ædificij continetur,l.qui ædes, de incendio, ruina.
Ædes tradens,vti optimæ maximæque ſunt,non dicit,quòd ſeruitus illis debeatur,ſed ſolùm dicit illas ædes eſſe liberas, ideſt, nulli ſeruire.l. qui,vti, 90. de verb.ſignif.
Ædium dicitur ſtructura loci alicuius ex tabulis facta,quæ æſtate tollerentur,& hyeme reponerentur, quantum perpetuo vſui paratæ ſunt, nec ad rem pertinet,quòd interim tollerentur,l.malum,242.§.fi.de ver.ſignif.

realium, ſecus quantùm ad ſeruitutes perſonales. l. ſeruitutes, 20. §. ſi ſublatum, de ſeruitut. vrbanorum.

Aedificia vrbana prædia appellantur, & ſeruitutes vrbanorum prædiorum conſtituuntur in eis, etiam ſi in villa ſint ædificia. l. 1. communia prædiorum.

Aedificium alienum diruens, aut eius portas frangens, tenetur Aquilia. l. ſi ſeruus, 27. §. ſi cùm maritus, ad legem Aquil.

Aedificium, vel protectum ſi quis fecerit in alieno, poteſt dominus loci propria autoritate deſtruere, ſecus ſi protectum ſuſtentatur domo protegentis, quia tunc dominus loci inferioris debet agere negatoria. l. quemadmodum, §. 1. & ibi gl. protexit, eod.

Aedificia illicitè ædificata poſſunt per quemcunque licitè deſtrui & ſine pœna, l. 2. C. vt nemo priuatus titulos.

Aedificij partem inferiorem, quæ ſolo cohæret, ſi quis probet ad ſe pertinere, ea quam vicinus ſuperædificauit, accedit dominio partis inferioris. l. 2. C. de rei vend.

Aedificij pars ſuperior cedit inferiori, ſi cohæreat, ſecus verò ſi non cohæreat ſolo, & parti inferiori, d. l. 2. & ibi glo. 2.

Aedificium factum in alieno ſolo bona, vel mala fide ſi fuerit diſſolutum, eius materia ad priſtinum dominum redit, non ad dominum ſoli, niſi animo donandi ædificauerit, d. l. 2.

6 Aedificij facti in alieno ſolo ex propria materia poſſeſſio eſt ipſius ædificatoris, & non domini ſoli †, glo. 4. ibi.

Aedificium, quod in communi ædificatur, efficitur commune, ſed bona fide ædificanti expenſæ debent reſtitui, l. ſi in area, 16. C. de rei vend.

Aedificium extructum iniurioſè contra ſeruitutem ædib. alicuius debitam reuocari debet ad priſtinam formam, & etiam debet reſarciri damnum, l. ſi quid, 5. C. de ſerui.

Aedificia altius tollere non licet, ſi debent ſeruitutem, gl. 1. in l. altius, 8. C. de ſeru.

Aedificia altius tollere non prohibetur quis ſi domus ſeruitutem non debeat, d. l. altius.

Aedificia ſunt ita conſtruenda, vt modum vſitatum altitudinis non excedant, l. 1 C. de ædificiis priuat.

Aedificia negotiandi cauſſa demoliri, & marmora diſtrahere prohibitum eſt, l. 2. C. eodem.

Aedificium commune nomine proprio ſocius reædificans amittit expenſas, & ſumptus voluntarios, vtiles abradit ſine læſione prioris ſtatus ædificij, neceſſarias tamen ſibi conſeruabit, glo. fin. in l. ſi is, contra, eodem.

Aedificiorum marmora, & columnas de ciuitate ad villam, vel rus transferre non licet, & ſi quis transferat, priuatur ea poſſeſſione villæ, quam ita ornauerit, l. ſi quis, 6. C. eodem.

Aedificiorum labentium marmora, & columnas de vna ciuitate in aliam licitũ eſt transferre, item de villa in aliam villam, etiam ſi per ciuitatem tranſitum faciant, ibidem.

Aedificiorum columnas, & ſtatuas cuiuſcunque materiæ ex alia eademque prouincia nemini licet, vel auferre, vel mouere, l. nemini, C. eod.

inter Aedificium priuatum, & horrea publica, vel ædes ſacras, vel publicas debet eſſe ſpatium quindecim pedum, l. ſi cui, 9. C. eodem.

Aedificia operibus publicis cohærentia, propter quæ poſſunt formidari incẽdia, vel inſidiæ, vel per quæ anguſtatur ſpatium platearum, debent proſterni, & dirui, l. ædificia, C. de operibus publicis.

Reliqua verbo, Area, Domus, per tot. Fundamentum, Perfeciſſe Solum, Superficies, Opus, Locans, 4.

7 AEDIFICARI in loco publico poteſt præſes permittere ad publicam vtilitatem, ad priuatam non, l. ſi finita, §. deinde, de dam. infe.

Aedificare in ſuo cuilibet licet, niſi noceat alieno, gl. pe. in l. fluminum, 24. §. fi. de damno infecto, & l. ſtatuas, 7. C. de religioſ.

Aedificare in litore maris ſine decreto prætoris non licet, & ita ædificans prohibendus eſt, etiam per iactum lapilli, ſi cum incommodo cæterorum ædificet, l. quamuis, 50. de adquir. rerum dom.

Aedificare prohibitus prohibetur etiam poſſidere, & ſic habet interdictum vti poſſidetis, l. pen. & ibi gl. manifeſtum, de adq. poſſ.

Aedificare volens in loco publico officio iudicis cogitur ad cauendum, vt de cætero non ædificet ipſe, nec heredes eius, l. 2. §. ſi quis, ne quid in loc. publ.

Aedificare obligatus, quanto tempore debeat ædificare, relinquitur arbitrio iudicis, & ſi non inchoetur, tenetur ad particulare intereſſe ſtipulatori, & poſt moram admittitur purgatio, l. continuus, 137. §. item qui inſulam, de verbor. obligat.

Aedificare non licet in Ciuitate Conſtantinopolitana, vltra terminos à iure permiſſos, ſi principaliter noceat, pœna contrafacienti imminente, authen. de noui operis nuncia. maritim. per totum.

Aedificare in ſuo vſque ad cœlum cuilibet licet, etiamſi obſcuret vicini ædes, dummodò ſeruitus non ſit ei impoſita, gl. ædes, in §. fi. Inſt. de ſeruit. ruſticorum. l. cum eo, 9. de ſeruitut. vrbanorum.

Aedificare in altum non licet in ſuo, quando impedit ventum veniẽtẽ in aream vicini, & hoc eſt ſpeciale propter fructus, gl. 1, in l. cum eo, de ſeruit. vrbanorũ.

8 Aedificare non poteſt quis contra formam ſtatutam ædificiorum antiquorum, ne vicini luminib. officiat, l. qui luminib. eod.

Aedificare in altum non poteſt quis contra ſtatutum ciuitatis diſponens, quod vltra certum modum ædificia non tolluntur, vt eſt Florentiæ, gl. 1. ibid.

Aedificare contra formam ſeruitutis ante dirutionem impoſitæ non licet alicui, d. gloſſ. 1.

Aedificare in area mea, quæ iuxta tuum palatium eſt, non potes me prohibere, etiamſi per mille millia annorum non ædificauerim, ibid.

Aedificare poteſt dominus, vel alius eius voluntate in area, quæ nulli ſeruitutem debet, intermiſſo legitimo ſpatio quindecim pedum à vicina publica inſula, à priuata verò decem pedum ſpatio, aliàs nouum opus nuntiabitur, l. Imperatores, 13. de ſeruitut. vrbanorum.

Aedificare nõn poteſt quis alius in prædio ruſtico etiam libero, etiam gratia fructuum colligendorum, & ſpeciale eſt propter vtilitatem ſegetum vicini agri ne pereant, ſed ſecus eſt in prædio vrbano, l. 2. & ibi gl. 1. de ſeruit. ruſticorum, & l. fin. §. fin. C. de ſeruitut. & aqua.

Aedificare dicitur non ſolùm, qui nouum opus molitur, ac conſtruit, ſed etiam qui reficit, l. 1. §. fin. de mortuo inferendo.

Aedificare non licet etiam per principis reſcriptum in foro, vel in alio loco publico contra ornatum, & commodum, ac decoram faciem ciuitatis, & ſi fuerint ædificata, demoliri debent, l. 5. C. de oper. public.

Reliqua verbo, Clàm, Domus, 14. Fulcire, Reficere.

ÆDIFICANS in mari, vel in litore, licèt in ſuo non ædificet, iure tamen gentium ædificium ſuum facit, nec poteſt quis eum ibi ædificantẽ prohibere priuato iure, neque nouum opus nunciare, niſi ex vna cauſſa priuata, ſcilicet damni infecti depellendi cauſſa, ſed publico iure poteſt prohibere, ſi nauigantium portus, vel ſtatio deterior fiat, non aliàs, l. 1. §. quòd ſi quis in mari, & ibi gl. nullo iure, de noui operis.

Aedificanti ſiue iure, ſiue iniuria, nouum opus poteſt quis nunciare per edictum de noui operis nunciatione, ſed poſtea debet ei remittere nunciationem, quatenus ius prohibendi non habet, l. 1. & ibi gl. 5. eod.

Aedificantem ſpreta nunciatione poteſt nunciator vti interdicto quod vi aut clàm, vel vti poſſidetis, aut operis noui nunciatione, ad demolitionem, item iniuriarum, & etiam manu, & autoritate ſua, quando poſſeſſionem non amiſerat, l. de pupillo, §. meminiſſe, & ibi gl. vti poſſidetis, eod.

Aedificans conuentus negatoria, vel confeſſoria, ſi ſe non defendat cogitur cauere de non ædificando, priuſquàm probauerit ius ædificandi ſibi eſſe, & ad hoc cogitur captis pignoribus, ſi poteſt, vel mulctam indicendo, & ſi ſic non poſſit cogi, fiat miſſio in poſſeſſionem rei, vel iuris, quod petitur, l. ſi priùs quam, & ibi gl. iuberet, eod.

Aedificanti in publico non competit interdictum ne vis fiat ei, etiam ſi præſtet ſatiſdationem, vel repromiſſionem de opere demoliendo, l. ait prætor, §. hoc interdictum, eod.

Aedificans in ſuo præſumitur in dubio non animo nocendi vicino ædificare, gl. pen. in l. fluminum, 24. §. quamquam, de damno infecto.

Aedificans in ſuo non videtur officere vicino, eò quòd lucem auferat ei, quam ex priuato conſueuit habere, d. gl. pen. & l. Proculus, 26. eod.

Aedificans in ſuo, animo nocendi vicino, tenetur de dolo, ibid.

Aedificans in alieno prato tenetur indiſtinctè ſatiſdare domino de damno infecto, ſi ædificans nullum ius habebat in ea re, ſed ſi habebat ius in re, putà ſeruitutem, tunc ſufficit, quod repromittat de damno infecto ipſi domino, ſed extraneo petẽti reſpectu ipſius ædificantis tantùm tenetur cauere, ſed petenti reſpectu totius tenetur ſatiſdare, & tunc tenetur cauere reſpectu totius, quãdo ſuo & procuratorio nomine domini cõuenitur, ſed ſi ſuo nomine tantùm, tunc ſuo iure conuenitur, gl. de re ſua, in add. in l. damni, 30. de dam. infe.

Aedificans, an ſit dominus ſoli, vel non, ſi ſit controuerſia inter ipſum & vicinos petentes ab eo ſatiſdationem de damno infecto, debet eis purè repromittere de damno infecto, & ſatiſdare ſub hac exceptione, ſi apparuerit ſe non dominum, l. qui vias, 31. eod.

Aedificans bona fide in ſuo ſolo ex aliena materia dicitur dominus edificij, materiæ tamen dominus habet actionem de tigno iniuncto ad duplum, §. cùm in ſuo, de rerum diuiſio. l. adeò, 7. §. cùm in ſuo, & ibi gl. inædificatur, de adq. rerum domin.

Aedificans ſcienter in ſuo ſolo ex aliena materia tenetur domino materiæ ad exhibendum, non vt iniunctum eximatur, ſed vt pretium præſtetur per iuramentum in litem, d. §. cùm in ſuo, & ibi gl. neque, ad exhibendum.

Aedificans ſcienter in ſolo alieno ex ſua materia, intelligitur ſua voluntate proprietatem materiæ amiſiſſe, adeò quòd nec diruto ædificio competit ei vendicatio materiæ eius, d. l. adeò, §. ex diuerſo, eod.

Aedificans ex ſua materia ſcienter in alieno ſolo videtur donare, cùm nullo iure cogente concedat, gl ſua voluntate, ibid.

Aedificans in alieno ſolo bona fide, habet exceptionem doli mali contra dominum ſoli petentem ædificium, niſi ſibi reddat pretium materiæ, & mercedes fabrorum, l. qua ratione, 9. eod.

Aedificans in ripa fluminis poteſt prohiberi per interdicta, niſi ædificet cauſſa muniendi ripam, gl. 1. in l. qui autem, 15. eod.

Aedificans in ſuo, ita, vt aqua in via collecta reſtagnet, tenetur interdicto ne quid in via publica fiat, ſufficit enim quòd ædificium factum in meo noceat viæ, vt tenear eo interdicto, l. 2. §. idem Labeo, & ibi gl. vtrumque, & ibi add. marg. ne quid in loco ſacro.

Aedificans in loco publico, nullo prohibente, ſicut ædificium iam factum non cogitur demoliri, ne vrbs ruinis deformetur, ita ædificans aduersùs edictum prætoris cogitur tollere ædificium per officium iudicis, aliàs inane & eluſorium eſſet prætoris imperium, l. fi. eod.

Aedificans cœnaculum ſupra ædes ſuas, quas poſſidet, ſi inhabitet in illo, dicitur poſſidere illud, ſi ex publico habeat aditum ad illud, & eius nomine competit ei interdictum vti poſſideris, ſed ſi habet aditum ex tuis ædib. tu diceris poſſidere illud cœnaculum, vnde tibi competit interdictum vti poſſidetis, per quod prohibetur ille ibi ſtare, l. 3. §. ſed ſi ſupra, vti poſſidetis.

Aedificans prohibitus ædificare ignorante prohibẽte ædificat, eò quòd eo ſciente non audet ædificare, dicitur clàm ædificare, ſed ſi palam & ſciente prohibente, ac eius denunciationem contemnens ædificat, dicitur vi ædificare, non clàm. gloſſ. perſeuerat, in addit. marg. in l. 3. §. illud, quod vi, aut clàm.

Aedificans in alieno non aliter conſequitur ſumptus per exceptionem doli mali, quàm ſi poſſideat, & ab eo rem ſoli vendicet dominus. l. Paulus, de doli mali except.

Aedificans in alieno ſolo ſi reſtituat ſolum nulla reſtitutione ſumptuum ſibi facta, habet condictionem ſine cauſa d. l. Paulus, in addit. marg.

Aedificans in ſolo publico debet ſoluere publicam penſionem pro ædificio, ſi expediat reipubl. aliàs ipſum ſolum cum ædificio vendicatur, l. 1. & ibi gl. 1. C. de diuerſ. prædiis, vrban. lib. 11.

Aedificans in ſuo ex aliena materia, licèt ſit dominus totius, tamen dominus materiæ remanet dominus, §. cùm in ſuo, & ibi gl. vendicare, de rerum diuiſione, Inſtitut.

ſuſpicionem inducit, vel quando ſit par ſuſpicionis cauſa, glo. 1. & ibi add. marg. in l. pe. de ritu nuptiarum.

Affectionis perſonarum ratio habetur, quando ſeparatio coniunctionis eſt dura, veluti patrem à filio, vel fratrem à fratre ſeparati, ſed non habetur ratio affectionis rerũ in earum ſeparatione, l. ſi domus 71. §. in pecunia. de leg. 1.

Affici verbum accipitur in bonam, & malam partem, gl. fi. in l. ſeruus, de ſeruis exportandis.

AFFECTVS non punitur, niſi ſequatur effectus, l. 1. §. fin. quod quiſque iuris, & gl. ſiue non in l. 1. §. beſtias, de poſtulando, & gl. feudum, in c. 1. §. 1. do capitaneo, in vſib. feudorum.

Affectus nullus vincit paternum, gl. fi. in l. nonſolùm, §. fi. de procuratorib. gl. admittendum, in l. videamus, de in litem iurando.

Affectus ratio in bonæ fidei iudiciis haberi poteſt, l. cùm ſeruus, 54. & ibi glo. mandati, mandati.

Affectus punitur, licet non ſequatur effectus, quando hæreticus, vel non Chriſtianus attentat habere officium aduocationis, gl. 4. in l. nemo, 15. C. de Epiſco. audient.

Affectus in delictis quandoque punitur, licèt non ſequatur effectus, l. ſi quis ſeruo, 20. & ibi gl. pe. C. de furtis, l. his, quidem, & ibi gl. infructuoſa. C. qui militare poſſint. lib. 12. & in §. ſed & ſi. & ibi gl. quibuidam. de obligat. quæ ex delicto.

Affectus ſine effectu in crimine læſæ maieſtatis punitur. l. quiſquis, & ibi glo. eadem, C. ad legem Iul. maieſt.

Reliqua verbo, Animus, Conamen, Propoſitum, Voluntas, Cogitatio, Occidens, 5. Intereſſe, 6.

1 AFFINITAS præſens inſpicitur, quando tractatur, vt infamis admittatur ad poſtulandum pro affine ſuo. gl. præſentes. in l. cui eorum. de poſtulando.

Affinitas præterita etiam ad præſens inſpicitur, quando tractatur de nuptiis impediendis ratione affinitatis. ibid.

Affinitas intelligitur, donec durat matrimonium, non poſt ſolutum, niſi quoad impediendum matrimonium, d. l. cui eorum, & ibi gl. præſentes.

Affinitas impropriè dicitur eſſe inter ſponſos, quia aliàs non poſſent inter eos eſſe nuptiæ, gl. affinitas, in l. quod Seruius, de condictione cauſſa data.

Affinitas tam de iure canonico, quàm ciuili, quoad prohibitionem nuptiarum, contrahitur etiam ſine nuptiis, & ſic ex fornicatione, ſed quoad alia non contrahitur affinitas de iure ciuili, niſi ex licitis nuptiis. gl. per nuptias in l. 4. §. affines. de gradib. gl. pe. in l. 1. de concubinis.

Affinitatis cauſa dicuntur eſſe nuptiæ, atque ita vir, & vxor non ſunt affines, ſed cauſa cæterorum affinium. gl. ex nuptiis, in d. l. 4. §. affines, de gradibus.

Affinitatis gradus propriè nulli ſunt, impropriè tamen inter affines poſſunt dari gradus, & quoto gradu quis eſt vxori meæ iure cognationis, toto gradu erit mihi iure affinitatis, & idem è contra in meis cognatis ad eam, d. l. 4. §. affines. & ibi gl. nulli.

Affinitatis cauſa qui habentur loco parentum liberorúmque matrimonio copulari nefas eſt, d. l. 4. §. hoſtia que.

Affinitas eſſe non poteſt, vbi nuptiæ interdictæ ſunt, ex quib. affinitas coniungitur, d. l. 4. §. ſciendum.

Affinitas durat conſtante matrimonio, & in parentibus viri, quia affines ſunt vxori, & in parentibus vxoris, quia affines ſunt viro, ſed ſicut vxore mortua, & ita affinitatis vinculo ſoluto, ab vna parte amoris vinculum decreſcit, ita & priuilegij beneficium decreſcit, gl. ſuccurrendum, in l. ſed hoc ita, 22. de re iudicata.

2 Affinitas tutelæ, & proximitas ſanguinis facit præſumi, vt quis ſciat ætatem minoris. l. de tutela. C. de in integ. reſtitutione minor.

Affinitas contrahitur ex concubinatu, vnde filius cum concubina parentis non poteſt contrahere matrimonium, gl. 1. in l. liberi. C. de nuptiis.

Affinitas de iure canonico non ſolùm ex licito coitu, ſed etiam ex illicito, & nefario oritur quoad impediendum matrimonium contrahendum, & dirimendum contractum, d. gl. 2. in add.

Affinitas eſt perſonarum proximitas ex coitu proueniens omni carens parentela ſanguinis, ibid. & gl. affinitatis, in additione, in §. affinitatis. Inſt. de nuptiis.

Affinitas non ſoluitur ſoluto matrimonio, l. fi. C. ſoluto matrim.

Affinitas non eſt, niſi aliqua perſona mediante, gl. 1. in l. affinitatis. C. communia de ſucceſſio.

Affinitatis nomina durant etiam ea ſoluta. §. affinitatis. Inſt. de nuptiis.

Affinitas eſt regularitas perſonarum ex nuptiis coniunctarum omni carens parentela ſcilicet ſanguinis; dicitur ex nuptiis, quia ſine nuptiis contrahi non poteſt, quod verum eſt de iure ciuili, de iure tamen canonico etiam ſine nuptiis contrahi poteſt, gl. affinitatis, ibid.

Affinitas dicitur ideò, quia vnus tendit ad finem alterius, & è conuerſo, d. gl. affinitatis, in additione marg.

Affinitate diſſoluta, ideſt, diſſoluto matrimonio, non licet nurum, priuignam, aut ſocrum, vel nouercam in vxorem ducere. d. §. affinitatis, & §. ſocrũ, Inſt. eod.

Affinitas durat, & continuatur etiam diſſoluto matrimonio, quoad impedimentum matrimonij, & quoad ſucceſſionem, ſed non quoad alia. gl affinitate, & ibi add. in d. §. ſocrum.

Affinitas non contrahitur per ſola ſponſalia, gl. nurum, in additione marg. in §. ſi vxor, Inſt. de nuptiis.

Reliqua verbo, Neceſſitudo, Concubina.

3 AFFINIS non cogitur eſſe procurator contra affinem, quod iniquum eſſet, & ipſi domino periculoſum, l. aut affinitate. & ibi gl. 1. de procuratoribus.

Affines ſunt viri, & vxoris cognati, dicti ab eo, quòd duæ cognationes, quæ diuerſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finẽ accedit, quia coniungendæ affinitatis cauſa fit ex nuptiis, l. 4. §. affines, de gradib.

Affinium nomina ſunt hæc, ſocrus, gener, nurus, nouerca, vitricus, priuigna, d. §. affines.

Affines poſſunt eſſe inter ſe liberorum, & libertinæ, d. l. 4. §. ſciendum.

Affines non veniunt ſub appellatione propinquorum. l. fi. C. de verb. ſig.

Affines qui habentur, ratione vxoris viro non ſuccedunt, l. affinitatis. C. communia de ſucceſſio.

Affines non dicitur vxor, ſed dicitur cauſa affinitatis, ſicut vnus non eſt numerus, ſed principiũ numeri. gl. affinitatis, in additione, in §. affinitatis, Inſt. de nuptiis.

Reliqua verbo, Propinqui.

AFFIRMATIONI alicuius ſtatur, quando dubium eſt, an ſit transfuga vel non, quod verum eſt, ſi antè fuerat bonus miles, non aliàs. gl. pe. in l. item ei, quibus cauſis maiores.

ob Affirmationem alicuius & eius perſuaſionem, minor vt repudiat hereditatem credens nõ ſoluendo reſtituitur contra repudiationem, maior verò agit actione de dolo contra eum. l. ſi quis affirmauerit, & ibi gl. 2. de dolo.

AFFIRMANS lucri ſui cauſa aliquem non idoneum, eſſe idoneum vt ei mutuaretur pecunia, poſteà vt illa pecunia mutuata diuidatur cum eo, tenetur furti, non de dolo, gl. 1. in l. quod ſi cùm ſcires, de dolo.

Affirmans aliquem non idoneum eſſe idoneum, vt ei mutua pecunia daretur, tenetur mutuanti actione de dolo, cùm decipiendi eum gratia falſò illum laudauerit. d. l. quòd ſi cùm ſcires.

Affirmans lucri ſui cauſa aliquem eſſe Titium, cùm eſſet Sempronius, tenetur actione furti vel in factum ei, qui mutuauit Sempronio ob eius affirmationem, credens eſſe Titium, gl. 2. ibid.

Affirmans minimam hereditatem, ſi ob id ab herede in minimo emit, non tenetur de dolo, ſed actione ex vendito ad purgandum dolum. l. ſi quis adfirmauit, & ibi gl. 1. de dolo.

Affirmans mihi perſuadendo vt repudiem hereditatem quaſi minùs ſoluendo ſit, vel vt optem ſeruum, quaſi melior eo in familia nõ ſit, tenetur mihi de dolo, ſi callidè hoc fecit. ibid.

Affirmans ſui lucri cauſa volenti mutuare aliquem eſſe idoneum, cùm non eſſet, tenetur mutuanti de dolo, ſed ſi mutuare volens mandauerit alicui vt inquireret, an ille eſſet idoneus, & mandatarius affirmauerit eum eſſe idoneum, cùm non eſſet, tenetur mandati mutuanti. l. ſi mandauero. 42. & ibi gl. fi. mandati.

Reliqua verbo, Aſſerens, Aſſeueratio, Actio, 55. Fideiuſſor, 17. Profeſſio, Negatiua, Priuatio, Tacens, Teſtator, 28. Annuere, Dolus, 55.

AFFLICTIO non debet addi afflicto. gl. j. in l. Diuus de officio, præſidis & gl. fin. in l. fin. de adm. tutor. & gl. fin. in l. pen. de dote prælegat. & gl. fi. in l. tam dementis. C. de Epiſc. aud. & l. ſi furioſi. C. de nuptiis, & glo. 2. in auth. nauigia. C. de furtis, & glo. 1. in l. omnes. C. de pœnis.

Afflictionibus duabus non debent affligi clerici. gl. conſequatur, in l. quòd ſi nolit 31. §. ſi quis, de ædilitio edicto.

AFFLICTVS in vno, releuandus eſt in alio, ne detur afflictio afflicto, l. iure ſuccurſum, de iure dotium.

Afflicto afflictionem addi inhumanum eſt, §. fi. Inſt. de actio.

AFFRICA ſicut Illyricum ſuam propriam habet præfecturam, cuius ſedes erat Carthago, l. 1. §. Deo itaque. C. de officio præfect. Afri.

Africæ præfectus habet ſub ſe ſeptem prouincias cùm ſuis iudicib. quarum Tingi & Carthago, Byſantium ac Tripolis rectores habent conſulares, reliquæ verò, ſcilicet Numidia, Mauritania & Sardinia, à præſidibus gubernari debent, ibid.

Africæ præfecti prætorio officio 396. viri per diuerſa ſcrinia, & officia debent militare, in officiis autem conſularium & præſidum quinquaginta homines per ſingula officia eſſe debent, ibid.

AGANOTHETAE erant decem viri, qui ſacris certaminibus præerant, gl. 1. in additione marg. in l. fin. C. de fundis patrimo. lib. 11.

Aganothetici dicebantur, qui athletis ab Aganothetis adiudicabantur. ibid.

AGASO dicitur, qui ducit equos, mulos, vel aſinos, gl. agaſonẽ, in l. ex facto, 3 §. pe. de heredib. inſtit. & gl. agaſonem, in l. cùm quæreretur, 60. de lega. 3. vide verbo, Mulio.

AGERE prohibitus non prohibetur defendere ſe. l. libertus. 1. de in ius vocãdo.

Agere quandoque largè etiam pro defendere accipitur, vel è contrà, l. 1. & ibi gl. ad agendum, dè edendo, gl. egit. in l. liberto, §. fi. de neg. geſt.

Agitur quandoque in ſubſidium, vbi aliàs non ageretur. gloſſ. 1. in l. actoris de procuratoribus.

Agi non debet bis ex eodem delicto, quando conuenitur quis ex alterius delicto, qui videtur eadem perſona, ex quo habet regreſſum contra alterum, ſecus verò quando communiter ex proprio delicto, quia tunc non impeditur pluries agi. † gl. pen. in l. licèt. §. poſſumus, nautæ, caupones.

Agere non debet quis de iure alieno, ſed tantùm de ſuo. l. vti frui, ſi vſusfructus petatur.

Agere & conuenire poteſt quilibet ex dominis in indiuiduis, l. loci corpus, §. ſi fundus, ſi ſeruitus vendicetur.

Agere quis prohiberi poteſt quoad certam perſonam, gl. alterius, in d. l. loci corpus, §. competit.

Agere poſſum contra te, vt ſoluas tertio, quia mea intereſt, l. his conſequenter, § Celſus, famil. ercis.

Agere non poteſt quis alio loco, quàm in eo, in quo ſibi dari ſtipulatus ſit, niſi promiſſor in eo non reperiatur, quo caſu vbique poteſt agere contra eum. l. 1. de eo, quod certo loco.

Agere dicitur quis poſtquam lis eſt conteſtata, ſed ante litem conteſtatam non dicitur agere, ſed agere velle, gl. 1. in l. ſi poſteaquàm, 43. de peculio.

Agere quando poteſt quis contra duos ex cauſa poteſt arctari magis vnum eligere, gl. agere, in l. cùm in plures, 60. §. veſtimenta locati.

Agere non poteſt, qui fecit, ne vincere poſſet. gloſſ. 1. in l. ſi ideò, 55. de euictio.

Agere, vel exigere in iudicio qui non poteſt, ſolutionem extra iudicium recipere poteſt, gl. 1. in l. non ſolum, 3. ſoluto matrim.

Agere vel excipere vbicunque permittitur, permittitur etiam probare, ne ius pereat. gl. fi. in additione marg. in l. cùm lege, de teſtam.

Agere poteſt quis pro eo, quod alij eſt præſtaturus, licèt nondum præſtiterit. l. planè, 34. §. quòd ſi, in fi. de legat. 1.

Agere poteſt venditor ad rem, & ad pretium, quando emptor rem emptam legauit venditori, antequàm ſibi traderetur, deinde venditor tradidit emptori non ſoluto pretio, legatarius venditor conſequitur pretium actione

ex ven

4 Agentium in rebus matricula non debent esse nisi 48. quorum quilibet præest ducentis, l. 3. C. eod.

de Agentiuum in rebus aliquis si decesserit, heres eius ab intestato, vel ex testamento totum salarium percipit, & per hoc nullus alius in locum eius subrogandus est per illud tempus, quo defuncti officium durare debet, ne resp. grauetur duobus salariis, d. l. 3. & ibi gl. pe.

de Agentium in rebus matricula registrata in memorialibus principis, qui non est scriptus, non potest habere salarium, vel præmium, ibid.

Agentes in rebus siue sint de numero centenariorum, siue ducenariorum moram contrahentes in ciuitate Constantinopolitana non possunt conueniri coram alio, quàm coram magistro officiorum in causa ciuili, siue criminali, quo priuilegio non vtuntur, si extra illam ciuitatem degant, vel post depositum officium, l. fi. C. eo.

Agentium in rebus præpositi sunt faciendi per ordinem de anno in annum, ad quod officium non possunt assumi negotiatores & procuratores alienarum possessionum, sed illi tantùm, quos laboris, vt sufficiétes probat testimonium, l. 1. C. de præpositis agentium in reb. lib. 12.

Agentium in rebus præpositi fieri non possunt primicerij, & tertiocerij scrinariorum, quia duobus officiis deseruire non possunt, & si tale officium susceperint, non possunt habere salarium primiceriatus, & si tale officium morbo ætatis, vel imperitia, aut alia caussa implere non possint, possunt seruire per substitutum eiusdem scrinij chartularium moribus optimis, scientia & peritia perditum, & suo periculo, ibid.

Agentes in rebus & eorum serui, vxores, & liberi, siue agant per se, siue per procuratorem eorum, siue conueniantur, habent circa soluendas sportulas priuilegium, quod habent militantes in sacris scriniis, nec coguntur dare fideiussores extraneos de iudicio sisti, sed sufficit dare fideiussores de suo numero agentium in rebus. l. fi. C. eod.

Agentes in reb. post palmam laboris emeriti creandi sunt principes agentium, nec possunt ad aliquas publicas, vel priuatas functiones vocari, nisi de principis conscientia, nec vexari possunt coram aliquo iudice, nisi coram principe, nec patronus caussarum potest ignorante principe contra eum aliquid postulare, & contrà faciens punitur in x. libris auri, l. 1. C. de principibus agentium in reb. lib. 12.

ad Agentium in rebus principatum peruenitur per palmam, idest, victoriam, & fine laboris, non suffragio decurrente matricula, gl. 2. ibid.

Agentes in rebus omnes sunt conueniendi coram principe eorum, etiam si Senatoria dignitate præfulgeant, actus verò soliti expediri per cœtum Senatus, expedientur per ipsum aliquo rescripto subreptitio non obstante, l. 2. C. eo.

5 Agentium in rebus principes decorantur dignitate proconsulari, l. 3. C. de principibus agentium in rebus, lib. 12.

Agentium in rebus principes possunt habere domesticos, quorum industriam, & fidem putant esse comprobatam, licèt illi domestici eodem officio sæpe functi fuerint, l. 4. C. eod.

Agens in rebus si post 25. annos seruire non potuerit, corporis valetudine impeditus, & ob hoc ad honorariam dignitatem beneficio principis prosilierit, iisdem priuilegiis, & beneficiis potietur, quibus potiretur factus princeps agentium, ibi.

Agentium in rebus principes, & magistri officiorum decorantur titulis Vicarianæ, & proconsularis dignitatis, l. eos, qui, & ib. gl. fi. C. eo.

gens in rebus cum steterit in ducena per annum, efficiebatur princeps agentium, glo. extiterint, ibi.

Agentium in rebus princeps cingulo comitiuæ primi ordinis fungitur, l. principes, C. eo.

In agentium in rebus schola militans si fuerit de corpore cohortalium, licèt princeps agentium in rebus factus sit, filium curiæ obligatum relinquit, sed si susceperit ipsũ, postquã princeps factus fuerit, liber erit à curia, l. pen. C. eo.

Agentes in rebus conuenti nomine sportularum coram maioribus iudicibus soluent vnum solidum tantùm executoribus, sed apparitoribus præsidis, vel alicuius vicarij tertiam partem solidi, l. fi. C. eod.

Agentes in rebus conuenti possunt dare fideiussores de iudicio sisti de suo numero, sed si possideant immobilia, non satisdant, sed eorum iuratoriæ cautioni committitur, ibid.

Agentes in rebus nón possunt conueniri, nec citari, nisi in scriptis, ibid.

6 Agentes in rebus pro scribendo rescriptum principis, vel libellum in libro iudicis, tenentur soluere executoribus solidum vnum tantùm, & cùm exemplum actorum petitur, soluere debent etiam vnum solidum, sed pro scribendo epistolam citatoriam, non vltra tres solidos, ibi.

Agens in rebus litigans coram arbitris tenetur soluere ipsis arbitris vnum solidum tantùm, patrono fisci dimidium solidi, notariis verò pro editione chartarum, & pro toto negotio, vsque ad finem peragendo dimidiam partem solidi, sed pro introducendo iudicio cùm agunt coram iudicibus maioribus quatuor solidos, & si gestorum caussa coram eisdem conueniantur, solidos duos, & vltra dictas quantitates, siue agant, siue conueniantur, vexandi non sunt, d. l. fi.

Agentium in rebus officium est, curam habere super euectionibus cursus publici, portando pecuniam publicam per prouinciam, naues conducendo, & animalia ad ferendam annonam reip. & tempore competenti facere incipi iter, vel cursum, & prouidere, ne quid subtrahatur, & alius officialis de hoc intromittere se non debet sub pœna, l. 2. & ibi gl. 1. C. de curiosis, lib. 12.

contra Agentem in rebus facta condemnatio à præfecto nulla est, nisi talis agens aliquid contra honestatem, & decus sui officij commiserit, quia tunc grauiùs punitur, l. 3. C. de curiosis, lib. 12.

Agentes in rebus singuli per singulas prouincias sunt mittendi, qui in euectionibus inspiciendis curam tantum habebunt cum aliis iudicibus, vel prouincialibus, & alios illicitè non vexabunt, & de causis non possunt cognoscere, nec incarcerare, l. fi. ibid.

Agentes in rebus apparitores præfecti prætorio Orientis, & memoriales non sortiuntur præmia militiæ, nisi secundum consuetudinem sint eorum electiones manu principis approbatæ; non per literarum exempla, & dicti officiales debent esse fideles Christiani, l. probatorias, C. de diuersis officiis, lib. 12.

Reliqua verbo, Cursus, Comes.

AGER est locus vacuus, qui sine villa, idest, domo est in rure, l. ager, 27. verb. sig.

Ager iuxta ædificium dicitur fundus, l. fundi appellatione, 211. eo.

Per agrum alienum transire inuito domino humano iure non licet, iure tamen diuino licet, gl. 1. in l. per agrum, 11. C. de seruit.

Agris diuisus est orbis Romanus antiquis temporib. vt possessio sua nulli habe[...]tur incognita, quam per tributorum qualitatem susceperat soluendam, g[...] constituerunt, in l. quod principis, de aq plu. arc.

Ager captus à militibus, & eis assignatus dicitur limitatus, & ideò non hab[...] locum ius alluuionis in eo. l. in agris, 16. & ibi gl. limitatum, de adqui[...] rerum dominio.

Agri limitanei donec possidentur per milites sunt à tributis immunes, si ver[...] alienati fuerint lege prohibente, vendicantur nulla præscriptione tempor[...] obstante, l. fi. C. de fundis limitrophis, lib. 11.

Pro agris non limitaneis præstant tributa etiam milites, gl. 2. ib.

Ager vectigalis, & emphyteoticarius idem sunt, gl. in rub. si ager vectigali[...] vel emphyteo.

Ager vectigalis dicitur, quia reditus, siue pensio, quod vectigal dicitur, pra[...]statur pro eo, ibi.

Agri ciuitatum quidam dicuntur vectigales, quidam non vectigales, l. 1. si age[...] vectigalis, vel emphyteot.

Agri vectigales dicuntur, qui in perpetuum locantur, idest, hac lege, vt quam[...] diu pro his vectigal pendatur, tamdiu ipsis, qui conduxerunt, neque his q[...] in locum eorum successerunt, auferri eos agros liceat, d. l. 1.

Agri non vectigales dicuntur, qui ita colendi dantur, vt priuatis agros nostr[...] colendos dare solemus, ibid.

Agrum vectigalem habens, vel emphyteota etiam contra dominum, si no[...] cessauerit in solutione pensionis, habet actionem vtilem in rem, d. l. 1. & 2. e[...]

Agros vectigales conducens ad tempus non modicum, putà ad x. an. habet vti[...]lem in rem actionem, donec finiatur tempus, l. 3. & ibi glo. 1. eo.

Reliqua verbo, Prædium, Saltuarius, Terminari, Termini, Agraria, Territoriũ

AGRARIAM legem tullit Caius Cæsar aduersus eos, qui terminos statuto[...] extra suum agrum finésve mouerint, dolo malo constituendo pœnam 50. au[...] reorum in singulos terminos, quos eiecerint, & eius actionis petitio cuilibe[...] de populo datur, l. agraria, & ibi gl. 1. de termino amoto.

super agraria re quando est controuersia, debet ea rusticorum probatione, & iudicio dirimi, gl. longiori, in add. marg. in §. præterea, Instit. de rerum diuisione.

AGRICOLAE habent multa priuilegia, & inter alia tempore sationis no[...] trahuntur ad munera, sed alij sic, item circa testamenta, & circa iuris ignorantiam, quia eis parcitur, & circa vsuras, gl. in omnes, in §. fi. in auth nullum credentem agricolæ, col. 4.

pro Agricolis per legem inducta prouisio contrã priuatos creditores eorum extenditur etiam ad milites, auth. vt nullus mutuans agricolæ, per tot. col. 4.

Agricolarum domini sunt constituti iudices à lege inter agricolas, §. si verò, & ibi add. marg. in auth. de quæstore, col. 6.

Agricolas alienos nullus debet suscipere, vel occultare in eadem, vel aliena prouincia, & præses prouinciæ publicis literis destinatis eos debet reuocare ad suam prouinciã, §. sed etiam suscipientes in auth. de mãdatis principum, col. 3.

Agricola dicitur generaliter omnis colens agros, gl. in rub. C. de agrico. & cens. lib. 11. de gl. 3. in l. 1. C. eod. titu. lib. 11.

Agricola tempore, quo insistit sationi, vel messi, aut vindemiæ, non vocatur ad munera extraordinaria; sed excusatur, l. 1. C. de agr. & cens. li. 11.

Agricola ad officia publica, nec volens vocatur, gl. onera, ibi.

Agricola tempore sationis, messis, vel vindemiæ excusatur à munerib. ordinarijs excepta capitatione, † ibi.

Agricola, siue sciens, siue ignorans sponte subiens quædam munera, non præiudicat sibi in aliis, quominùs excusare possit, ibi.

Reliqua verbo, Colonus, Credens, Cultores, Laboratores, Mutuans, Agricultores, Exequutor, Rusticus, Seminans.

AGRICVLTORES possunt colere prædia etiam diebus dominicis, cùm frequentius veniat, vt non aptius alio die frumenta sulcis, aut vineæ mandẽtur, l. 3. C. de feriis.

Agricultores dum agros colunt, non possunt capi pro debito, imò nec boues, nec instrumenta agrorum, aliàs contra faciens punitur in quadruplum ablatorum, auth. agricultores, C. quæ res pignori.

Agricultoribus, & circa rusticitatem occupatis, dum villis insident, & dum agros colunt, nullus debet personas, vel boues agrorum, instrumenta aut aliquid aliud, quod ad operam rusticalem pertinet, inuadere, capere, aut violenter auferre, & contrafaciens punitur in quadruplum eius, quod abstulit, & est infamis ipso iure, & etiam aliàs debet puniri, extrau. nos Federicus, §. ii. de statutis, & consuet. contra libert. Eccl.

Reliqua verbo, Agricola, Cultores, Exequutor, 3.

AGRICVLTVRA nihil est melius inter omnes res, ex quibus aliquid acquiritur, gl. in rub. C. de agr. & cens. li. 11.

AGRIMENSORI committitur à iudice mensura agrorum, & secundum eius relationem postea iudex mandat terminos dirigi, & adiudicat, l. 3. C. finium regund.

Reliqua verbo, Mensor, Terminus.

AGGERES Nili rumpentes, vel eius aquam vltra solitum occupantes crem[...]tur, & eius criminis participes deportantur sine spe veniæ, l. vnica C. de Nili aggerib.

Reliqua verbo, Flumen. Aqua, 1. 2. 11. Chontata.

AGGRESSIONEM patitur quis quandoque, licèt aduer[...] aggred[...]tur, l. 1. §. fi. de contraria tute. act.

AGGRESSVS in dubio vitæ discrimine constitutus potest impune suum aggressorem occidere, l. 2. C. ad l. Cor. de sicar.

Aggressus potest propriã salutẽ defẽdere gladio, & repellere aggressorẽ, l. 3. C. eo.

Aggredi[...]

Aleæ ludum tenenti denegatur repetitio pecuniæ creditæ à ſe aleatoribus,gloſſ. ſimpliciter,ibid,
Alearum ludus prohibitus eſt, & qui perdit,poteſt repetere,l.fin.C.de aleatorib.
Alearum vſus antiqua res eſt,& extra operas pugnatorib.conceſſa,ibid.
Alearum vſus induxit ad lacrymas multa millia extranearum nationum,ibid.
Alearum ludo quidam nec ſcientes ludum , ſed tantùm numeratione ſubſtantias ſuas perdiderunt die,noctuque ludendo argento,lapidibus,& auro,ibid.
Alearum inordinato vſu ludentes ſolent frequenter blaſphemare,ideſt,Deo maledicere,& inſtrumenta etiam conficere,ibid.
Alearum ludus,tam in publicis, quàm in priuatis domibus , vel locis nulli licet inſpicere,neque ludere, ibid.
Alearum ludo perdens non tenetur ſoluere, & ſolutum repetere poteſt ipſe , qui perdiderat , vel eius heres , & illis negligentibus,vel eorum procuratoribus, vel partibus fiſcus debet repetere non obſtante,niſi præſcriptione 50. an.ibid.
Alearum ludus ne exerceatur,Epiſcopi locorum debent prouidere,ibid.
ALEATOREM eſſe , & ſeruorum , & liberorum vitium eſt , glo. in rub. de aleæ luſu.
Aleatoribus ſi mutuauerit pecuniam alius,quam ludum tenens,poteſt repetere, etiamſi mutuaſſet eis, vt luderentur alea, ſecus ſi ludum tenens mutuaſſet, gl. ſimpliciter,in l. 1.§.quod autem,& l.fi.§.1.& ibi gl.acceperit,de aleæ luſu

Reliqua verbo , Ludere,1.2.Ludus,Rapina.

1 *Alienatio in genere,vſque ad nu.5.& nu.14.15.16.*
5 *Alienatiò cauſſa iudicij mutandi,& infrà nu.17.25.26.27.*
6 *Alienationis prohibitio,7.& 8.& 18.19.20.& 28.*
9 *Alienatio quoad res ſubiectas reſtitutioni,& 21.*
10 *Alienatio quoad res pupillares,11.& 12.& 22.23.24.*
13 *Alienatio rei litigioſa.*

1 ALIENATIO eſt omnis actus, per quem dominium transfertur , gl. fecit , in l.itē ſi res,§.1.de alien.iud.& l.1.C.de fun.dot.& gl.de ſuis,in c.1. per quos fiat alien.in vſib.feu.& gl.1.in rubr.de alienatione feudi paterni,in vſib.feud.
Alienatio rei à non domino ex ſuperueniente dominio confirmatur,& idemmet pignus datum confirmatur ex ſuperuenienti dominio l.ſi à Titio.72.& ibi.gl. peteres,de rei vend.
Alienatio neceſſaria rei legatæ ſub conditione valet,ſed non voluntaria,gl.adiudicari, in l.& poſt litem,12.§.fi.fam. ercis.
Alienationem,vel ceſſionem iuris,vel actionis non debet fieri extraneo,vel non extraneo , ſub pœna ſi ſtatuto caueatur , poteſt vendere aut cedere extraneo heres ex teſtamento damnatus vendere, aut cedere extraneo,neque incidit in pœnam, cùm non ſponte,ſed vi vltimæ voluntatis id faciat , l. ſi heres,in add. marg.de act.empt.
Alienationis vnus actus ſi permittatur alicui , permittitur ei omnis alius illi ſimilis,& eundem,vel meliorem effectum importans, ſecus ſi deteriorem,l. ſicut,§.ſed ſi permiſerit,quibus mod.pignus.
Alienationis cauſſa interueniens præſcriptionem iam cœptam non interrumpit, l.ſi fundum,16.de fundo dotali.
Alienatione permiſſa permittitur etiam vſucapio,vel è contra, gl.non valet, in l. magis,§.1.de rebus eorum,qui ſub tutela.
Alienatio rei ſub conditione legatæ non perimit legatum,ſed eueniente conditione ipſo iure reſoluitur,l.ſeruo legato,69.§.1.de leg.1.
Alienatio rei ſub conditione legatæ etiam iure nouo pendente conditione valet,ſed ea exiſtente legatarius vendicat eam,† gl.alienauerit,ibi.& gl.fi. in l.ſi fundum,105.de cond.& demonſt.
Alienationem proprietatis domus non impedit onus præſtandorum redituum domus,l. nihil proponi,120.de leg.1.
2 Alienationis appellatione venit alienatio voluntaria, non neceſſaria, l.peto, 69. § prædium, in add.marg.de leg.2.
Alienatio hereditatis non extinguit legatum præſtandum ex reditu certæ rei , l. liberto.21.de annuis legatis.
Alienatio rei ſub conditione legatæ facta ab herede conditione adueniente irritatur,l.ſi fundum , 105.de cond.& demon.
Alienationem rerum ſuarum ſolitis modis,& caſibus liberam non eſſe,ingenuis hominibus iniquum eſt,ſed non in caſibus prohibitis , vt in fundo dotali, l.2. & ibi gl.fi.ſi à parente quis manumiſſus.
Alienatio facta in fraudem legis ipſo iure nō valet, facta autem in fraudem hominis valet,ſed per reuocatoriam reſcinditur,l.ſi liberas,de iu. pat.
Alienatio ex titulo lucratiuo inter viuos facta à debitoe non ſoluendo vt reſcindatur,non requiritur quòd is,in quem tranſlatio eſt facta,fraudem participauerit,ſed requiritur quòd alienans etiam ex titulo lucroſo inter viuos alienet in fraudem creditorum,conſtétque de fraude verè, vel præſumptiuè,gloſ. inutilia,in l.etſi debitor,17.de donatio.cauſſa mortis.70.
Alienatio ex titulo oneroſo inter viuos facta à debitore non ſoluendo vt reſcindatur,requiritur,quòd alienans alienet in fraudem creditorum,& etiam is, in quem alienatio facta eſt, fraudem participauerit,ibid.
Alienatio neceſſaria quandoque excuſat , vbi voluntaria non excuſaret,l.cùm fidei heredi,de fideicomm.libert.
Alienatio rei quandoque per pactum poteſt impediri,l.quidam,10. eo.
3 Alienationis verbum generale eſt,quandoque verò ſtrictè ſumitur , gl. pen. in l. ſtatuliberi,29.§.fi.de ſtatu liber.
Alienatio facta in fraudem creditoris futuri non poteſt reuocari per Publicianam,gl.1.& ibi add.marg.in l.ſub conditione,16.de ſolu.
Alienationis verbum continet etiam vſucapionem,l.alienationis,28.de verb.ſig.
Alienationi rei donatæ propter nuptias conſentiēs mulier poſt biennium, ſi aliæ res mariti exiſtant , ex quibus ei ſatisfiat,non præiudicatur , cùm talis alienatio pro non dicta, vel ſcripta habeatur,quantùm ad mulierem,auth,ſiue à me, C.ad Velleian.
Alienatio rei donatæ propter nuptias non valet , niſi mulieris conſenſus poſt biennium intercedat , & aliæ res ſuperſunt marito , quibus ei ſatisfieri poſſit, glo.his,ibid.
Alienatio non datur in emphyteoſi,neque in pignoris datione, cum pignus maneat in bonis debitoris , neque in vſusfructus datione, cùm vſusfructus ſit in re aliena, ex interpretatione tamen dicuntur alienationes,gl. hypothecam, l.fi.C.de cond.ob cauſſam.
Alienationis appellatione venit pignoris datio , non tamen venit appellatio venditionis,d.glo.hypothecam.
Alienatio eſt facti , vnde rem alienam vendere poſſumus, & etiam rem noſtram nobis prohibitam alienari ſub pœna , in quam incidimus ex tali facto , cauſſam,in l.pen.C.ſi mancipi.ita fuerit.
Alienatio quandoque largiùs ſumitur non ſolùm pro omni actu,per quem transfertur dominium,ſed etiam pro obligatione,gl.fi in l.1.C.de fundo dotali.
Alienatio à principio inualida quandoque validatur,gl.fi.in l.conſtante,C.de ...
Alienationis appellatione comprehenditur venditio,donatio,commutatio,& ... perpetuum emphyteo... alienationis,in auth.de non alienādis, & gl.in ... de alienat.paterni feudi,in vſib.feu.
Alienationis verbo ... actus refertur propriè , per quos dominium transfertur,& ... obligationem trahitur,gl. alienari, in §.1.in auth.de ... ſtit.& ea quæ parit,col.8.
in Alienatione rei donatæ propter nuptias requiritur binus conſenſus mulier & quòd ſit locuples,glo.1.in auth.vt immobilia ante nupt. don.
Alienatio,vel donatio modò facta ab aliquo poſtquàm fiſco erat obligatus perſonaliter ex contractu,vel quaſi, cùm per hoc bona tacitè teneantur, reuocatur per hypothecariam,gl.1.in l.1.C.de iu.fiſ.li.10.
Alienationis appellatione pignoris obligatio continetur , gl. 2. in c.1.de alien. feudi,in vſib.feu.& gl.de ſuis,in c.1.per quos fiat inueſti.
in Alienatione generali à vaſallo facta non continetur feudum , niſi nominatim dictum ſit,c.1.§. in generali,ſi de feudo defuncti contentio ſit.
per Alienationem ſerui heredis inſtituti videtur reuocata voluntas dandi libertatem , ſed non hereditatem.§.ſeruus autem,Inſt.de hered.inſti.
Alienationes ex tempore commiſſi delicti factæ ab eo,qui crimen læſæ maieſtatis commiſit,non valent.glo.damnata, in §.interdum, Inſtit.de hered. quæ inteſt.

Reliqua verbo,Creditor,79. Curator,31.Delictum,9.Dos,36.Dotales,9. 10.11. Ecclesia,7.vſque 15. Eccleſiaſtica, Emphyteota,6.7.8.Emphyteoticas,1.2.Fructuarius,9.Libertus,20. 21. Pater,44.45.Poſſeſſor,28.Pupillares,Tutor, 74. Vendit. per totum,Pignus,4. Actio,216.Libertus,20.

ALIENATIO cauſſa iudicij mutandi facta dicitur, ib. euitandi quoad ſe , ſuſcipiendi quoad alium,gl.in rub.de alie.iud.
de Alienatione iudicij mutandi cauſa titulus habet locum in iudiciis diuiſoriis l.communis,24.§.cùm agere,communi diuidundo.

Reliqua inf. nu.17.25.26.27.Edictum,6.Actio,24.25.Actor,1.Titulus.

ALIENATIO vbi prohibetur certæ rei,& etiam vſusfructus,& pignoris conſtitutio prohiberi videtur , licèt non ſit alienatio,gl.1.in l.benignus,de legi...
Alienatio, vel venditio poteſt prohiberi per conſuetudinem , vel ſtatutum ciuitatis,l.ſi in emptione,34.§.1.de contrah.emp.
Alienatio prohibita in præiudicium iuris naturalis eſt impoſſibilis , ſed in præiudicium ſimplicis conuentionis eſt poſſibilis, gl. fin. in add.marg.in l. ſi creditor,§.fi.de diſtract.pign.
Alienatio alicuius rei quando prohibetur, illius quoque iuris remiſſio prohibetur,gl.amittere,in add.marg.in l.Iulianus,5.de fun.dota.
Alienatio cui interdicitur , ei actione , exercere non permittitur , fallit in procuratore , cui exercitium demandatur , non tamen vendit, item in tutore, & curatore, & in omni Eccleſiaſtica perſona , l. ait prætor,7. §.quid ſit,& ibi gl. 1.de iure deliber.
Alienationis prohibitio facta à teſtatore ſine cauſſa, neque apparet perſona , cuius contemplatione ſit facta,nihil valet,ſecus ſi ſit deſignata perſona,in quam debeat peruenire,ſi fiat alienatio,& tunc non præiudicat creditoribus,nec ſit eo,quominus prohibitione non obſtante reſpectu illarum perſonarum ... aliis bonis deficientibus , poſſint petere, & illa vendere,vt eis ſat ... fam.114.§.Diui,de leg.1.
Alienationis prohibitio à teſtatore dicitur facta cum cauſſa,quando teſtator exprimit,quod vult quid in familia remaneret,gl.cauſam,ibi.
Alienatio ex cauſſa voluntaria facta per heredem de re prohibita alienari extra familiam,ſtatim reuocatur , ſed facta ex cauſſa neceſſitatis valet, & reuocatio differtur vſque ad mortem heredis grauati,gl. voluntaria. in l.peto,69.§.prædium,de leg.2.
Alienatio facta per heredem de re prohibita alienari extra fami. ſicut non poteſt reuocari , quamdiu heres viuit , ita nec poteſt reuocari poſt eius mortem , ſi heredem fecit vnum de familia , glo. exterus, in l. peto, 69. §. prædium,de leg.2.
Alienatio facta contra voluntatem expreſſam defuncti nullo modo tenet ; ſed facta contra voluntatem tacitam defuncti tenet,donec reuocetur, † gloſſ. ... id,in l.cùm pater,77.§.libertis,eod.
Alienationis extra familiam facta prohibitione, poteſt vltimus de familia alienare,l.qui ſolidum,78.§.pen.de leg.2. & §. nos igitur, in auth.de alienatione col. 9.
Alienationis prohibitio non extenditur ad alienationem neceſſariam,ſed ad voluntariam,l. pater filium,38.de leg.3.
Alienatio prohibita ad tempus videtur eſſe permiſſa poſt tempus , d. l. pater filium,§.fundum.
Alienationem non impedit nudum præceptum de non alienando,vel prohibitio alienationis ſine cauſa,d.l.procurator filium,§.Iulius,& ibi gl.factum.
Alienationis prohibitio per nudum præceptum facta à teſtatore heredi,non impedit,quominùs heres heredis poſſit alienare , & inſtituere etiam extraneum heredem,l.Lucius Titius,93.de leg.3.
Alienationis alicuius rei prohibitio poteſt fieri ex cauſſa à iudice , gl.legiſlator in l.proſpexit,12. qui & à quibus manumiſſ.
Alienatio alicuius rei vbicunque prohibetur à lege communi, vel municipali etiam intelligitur prohibita vſucapio,l.vbi lex,de vſucap.
Alienationis prohibitio facta in contractu non impedit tranſlationem dominij licet contra faciens ad intereſſe teneatur , l.ſi ita quis ſtipuletur,135.§.ea lege de verb. obl.

cognita; si necessitas vrgeat, l. Diuus, 5. de petitione heredit.

Alienare potest possessor hereditatis aliquid de hereditate etiã post controuersiam ad sepulturam, & funus defuncti cum cautione de restituendo quicquid de pretio superest, d.l.Diuus, & ibi gl. permittit.

Alienare aliquid de hereditate permittitur possessori hereditatis etiam post controuersiam, quando pignus distrahendum est, si pecunia creditori intra diem non soluatur, debet tamen dare cautionem de restituendo quicquid de pretio superest, d.l.Diuus, & ibi gl.diminutio.

Alienare permittitur possessori hereditatis etiam post controuersiam propter alimenta familiæ hereditariæ, non suæ, nisi sit pupillus, vel filius, & debet cauere de restituendo quicquid de pretio superest, d.l. Diuus, & ibi gl. familiæ, & gl. diminutio.

Alienare permittitur possessori hereditatis etiam post controuersiam res hereditarias tempore perituras, cum cautione de restituendo totum pretium, d.l. Diuus, & ibi gl. diminutio.

Alienari sicut non potest aliquid de hereditate, cùm est controuersia super petitione hereditatis, ita neque debet alienari, cùm pendet quæstio falsi testamenti, & ideò debet satisdare, d.l.Diuus, §.fin.

15 Alienasse ea in dubio non præsumitur quis, quæ repertus est possidere, l.sicut, §. superuacuum, quib.modis pignus.

Alienari prohibita prohibentur etiam præscribi, l.si fundum, 16.de fundo dotali.

Alienare etiam dicitur ille, qui non vtendo amisit seruitutem, l.alienationis, 28. de verbor. sign.

Alienari licèt non possit res litigiosa, potest tamen vsucapi, quia vitium litigiosi non afficit rem, gl.1. ibid.

Alienare non intelligitur, qui potest adquirere, & nõn adquirit, veluti qui hereditatem omittit, aut optionem intra certum tempus datam non amplectitur, d.l. alienationis.

Alienare qui potest inuitis aliquibus, multò magis & ignorantibus, ac absentib. potest, l.qui potest, 26. de regulis iuris.

Alienare cùm quis potest, poterit & consentire alienationi, l. cùm quis possit, 165. eod.& l.quoties, C.de fideicommiss.

Alienare non videtur, qui duntaxat omisit possessionem, l. non alienat, 119. de regulis iuris, & l.item si res, §.1. de alienatione iudicij mutandi.

Alienari quid non potest, ergo neque potest vsucapi, non est bonum argumentum, gl.1.in l.1.C. si aduersùs vsucapionem, & gl.pen. in l.fi.C. in quib. causis in integ.& gl.ei, in l.1.C.de præscript. longi temp.

Alienari, vel obligari non possunt res immobiles propter nuptias donatæ, & multò minùs possunt res dotales immobiles, auth. siue à me, C. ad Velleian.

Alienari, vel obligari possunt res mobiles propter nuptias donatæ, gl.2.& glo.& multò magis, ibid.

16 Alienare non potest quis portionem alterius, & si alienet, poterit socius eam vendicare, sed non aliam partem ad se non pertinentem, etiamsi pro illa offerat pretium, l.4.C. de communium rerum alienatione.

Alienare videtur quis instituens heredem, l. si quis prioris, §.certum, & ibi gl.fi. de secundis nuptiis.

Alienari vbi permittitur res dotalis, permittitur etiam vsucapi, gl.vsucapionem, in l.in rebus, 30.C.de iure dotium.

Alienari dicitur res communis, quoties illa diuiditur, vel adiudicatur, glo.2.in l.pen.C. de prædiis minor.

Alienare est generale verbum, quod comprehendit etiam in emphyteosim dare, gl.alienare, in l.fi.§.filiis autem, C.de bonis, quæ liberis.

Alienari possunt quædam pro captiuis, & pro dote, quæ aliàs non possent alienari, §.si verò & ipsam, & ibi gl.excipimus, in auth.de restitutionibus, col.3.

Alienare rem captiui potest non dominus sua authoritate, §. si vnum, & ibi glo. debitis, in auth.vt cùm de appellatione cogn. col.8.

Alienare potest regulariter ille, qui est dominus, sed non dominus non potest, in principio Inst.quib. alienare licet.

Alienare potest quandoque non dominus, & quandoque dominus non potest alienare, ibid.

Alienare quandoque non potest dominus rem suam, veluti coniux, Ecclesia, minor, furiosus, mente captus, prodigus, filiusfam.reus criminis læsæ maiestatis, in principio, & ibi gl. conuertatur, in addit.Instit.eod.

Alienare potest quandoque non dominus, veluti creditor potest pignus alienare ex pactione, item flumen, iudex, Imperator, & Augustus, prælatus Ecclesiarum, tutor, qui domini locum obtinet, item procurator habens liberam administrationem, §.contra autem, & ibi gl.alienare, Inst.eod.

Reliqua 1. vsque 4. Possessor, 28. vsque 31.

17 ALIENARI potest res mobilis causa mutandi iudicij, sicut & immobilis, & ideò edictum de alienatione mutandi iudicij, habet locum in re mobili, & immobili, † gl.1.in l.4.de alien.iud.mutan.

Alienare caussa mutandi iudicij non dicitur ille, qui alienat heredem instituendo, vel legando, quia confertur post mortem, & sic ex necessitate, l. ex hoc edicto, §.1. & ibi gl.non erit, eod.

Alienare caussa mutandi iudicij non dicitur ille, qui venditori suo redhibet rem, idest, facit vt rursus habeat venditor rem, quam habuerat, d.l.ex hoc, §.fi.

Alienare caussa mutandi iudicij non videtur ille, qui redhibet rem, nisi propter hoc ipsum redhibet, aliàs non redhibiturus, quo casu tenetur edicto de alienatione iudicij, etiam si de iure poterat redhibere, † l. quia redhibito, & ibi gl.fin.de alienatione iudicij.

Reliqua in num. 25.26.27. & sup.num, 5. verbo, Actio, 24.25. Edictum, 6. Emphyteuticus.

18 ALIENARI ex caussa necessitatis potest res prohibita alienari, sed non ex caussa voluntaria, l. peto, 69.§.prædium, de legat.2.

Alienare in testamento prohibiti extra familiam etiam instituendo extraneum heredem videntur facere contra prohibitionem, & ideò dominium rei prohibitæ non transit ad extraneum institutum, sed bene ad heredem legitimum, quia in eo non videtur prohibita alienatio, † gl. vel extero, in d.l.pater, §.fi.

Alienare prohibitus in vita non prohibetur in morte, & ideò potest heredem instituere, ibidem.

Alienare extra familiam prohibitus in contractu potest impunè extraneum heredem instituere, potest tamen contra eum agi ad interesse, ibid.

Alienare prohibitus à testatore extra certum genus personarum, putà extra familiam, potest ex testamento transferre in eum, qui aliàs esset sibi ab intestato successurus, dato casu, quòd non esset de familia, l. cum pater, 77. §.cum inter, de leg.2.& gl.factum, in l.pater filium, 38.§.Iulius, de leg.3.

Alienare non videtur ille, qui decedit aliquo ex familia succedente ei ab intestato, d.§.cùm inter, & ibi gl. filium.

Alienare prohibitus extra familiam si alienauerit extra familiam, vltimus de familia transmittit ius reuocandi eam alienationem etiam ad extraneum heredem, l.qui solidum, 78.§.pen.de leg.2.

Alienare, vel obligare rem quando testator prohibet plures heredes, vel legatarios, videtur eandem rem per fideicommissum vicissim eis relinquere, gl.filiis in l. pen.§. instituto, de leg.2.

Alienare prohibitus in personas certas, prohibetur in eas etiam ab intestato legitimo iure transferre, l.pen.§.matre, de leg.2.

Alienari prohibita res cõtemplatione plurium pertinet ad eum, qui ex illis pluribus superest tempore alienationis, l.pater filium, 38.§.filiam, de legat.3.

Alienare potest heres monumentum vnà cum prædio, in quo est monumentum nisi prohibeatur à testatore cum caussa, gl.1.in d. l.pater, §.Iulius.

Alienari prohibita non veniunt in fideicommisso vniuersali, l.Lucius Titius, 78 §.pluribus, ad Trebell.

Alienari prohibita res non venit in fiscum per publicationem, l.Imperator, 12. in addit.marg.de fideicomm.libert.

Alienari quædam licèt non possint sola, & de per se, possunt tamen transire in heredem, & sic cum vniuersitate bonorum, veluti res sacra, & religiosa, ius patronatus, fundus dotalis, & res, cuius commercium aliquis non habet, l.quædam sunt, 62.& ibi gl 2.& add.marg.de adqu.rerum dominio.

Alienare prohibitus à lege, non censetur prohibitus heredem instituere, sed prohibitus alienare ab homine in personas certas, non potest eos heredes instituere, gloss. interest, in addit.in l. si ita quis promiserit. 135. §. ea lege, de verbor.oblig.

Alienare prohibitus, seruitutem constituere non potest, gl.cedere, in l.iubemus 14.C.de sacrosanctis.

Alienare prohibitus in contractu, si alienet de facto, valet alienatio, sed contra eum datur condictio ob caussam ad æstimationem, cum non possit restituere, non tamen dabitur contra tertium possessorem, gl.2.in l.3.C. de condict. ob caussam.

Alienare prohibitus à lege, vel à testatore, alienare non potest, nec dominium transferre in alium, si sit prohibitus pacto, vel contractu, potest alienare, ac dominium transferre in accipientem, d.gl.2.

Alienare inter viuos vltima voluntate extra familiam prohibitus poterit extraneum heredem instituere, ac transferre dominium in eum, nec agitur ad interesse, d. gl.2.

Alienare per pactum prohibitus inter viuos extra familiam, si alienet vel instituat extraneum heredem, valet institutio, vel alienatio, sed agitur ad interesse, ibidem.

Alienare prohibitus à lege, vel testatore, vel pacto contrahentium cẽsetur prohibitus non solùm transferre, vel alienare dominium, sed etiam manumittere mancipia, vt constituere vsumfructum, in ea.l. fin.C. de reb. alien. non alien.

Alienare prohibitus poterit alienare, aut obligare, aut in emphyteosim dare his casibus, in quibus lex, vel testator, aut is, qui alienationem interdixit, permisit fieri alienationem, d.l. fi.

Alienare prohibitus à testatore, si alienauerit, dominium illius non transfert in accipientem, cùm voluntas testatoris sit lex, nisi sit nudum præceptum testatoris, glo. 1. ibi.

Alienare res dotales, vel minorum, vel Ecclesiæ lex prohibet, nec valet alienatio, nisi in casu à lege permisso, gl. 2. & pen. in d.l.fi.

Alienare prohibitus à testatore extra familiam, non poterit alienare, vel obligare, d. l. fi. & ibi glo.3.

Alienari prohibita res, prohibetur etiam vsucapi, gl. fi. in l. pen. & glo. fi. in l.fin.C. si quis ignorans rem minor.

Alienari prohibita res, alienabilis semel facta, semper dicitur alienabilis, §.pen. in auth. vt sponsalitia largitas, col. 9.

Alienare rem prohibitus non potest eam locare in longissimum tempus, scilicet vltra 30. ann potest tamen vsque ad 30. §. si verò aliquis, add.marg.in auth. de alienat. & emphy.col. 9.

Alienari prohibita possunt dari in solutum à iudice, gl. vendi, in l. quemadmodum, C. de agric. & cens. lib.11.

Alienare potest quis rem sibi prohibitam alienari per vnum modum, dummodò alienet per alium modum, & non per modum prohibitum, vt res litigiosa prohibita alienari, & etiam quæ iudicij mutandi caussa transfertur, potest eadem res, si non sit litigiosa, alienari, gl. de suis, in c. 1. per quos fiat inuestit.in vsib. feu.

Alienari prohibita res non potest in feudum dari, glo. 1. in rub. de alienatione paterni feudi, in vsibus feud.

Reliqua verbo, Prohibitum, 3.4. & suprà nu.6.7.8.28. Frater, 2.

ALIENARI potest res subiecta restitutioni ex caussa dotis vel donationis propter nuptias, §.1.& ibi gl.1.in auth.de restit.& ea quæ parit, col.9.gl.res, quæ, in l.3.§.res, quæ, ad Treb.auth.res, quæ, & ibi gl.1.C. communia de leg.

Alienari per heredem non possunt res subiectæ restitutioni per legatum, vel fideicommissum purum, vel sub certa die, quod olim permittebatur, l. 3.§. sed quia, & ibi gl veterem, C.communia de leg.

Alienari non possunt bona, in quibus quis habet substitutum, ibid.

Alienari interim, donec pendet conditio, possunt ab herede res, quæ subiacent restitutioni sub conditione, vel sub die incerta, sed adueniente conditione, annullatur alienatio, & fingitur vsque retrò nulla, d.l.3.§.sin autem.

Alienari prohibentur res restitutioni subiectæ, authent. res, quæ, C. communia de legat.

Alienari, vel

accipientem,illud tamen condici poteſt condictione ob cauſſam, † gl.pen.in l.ea legé,C. de còndictione ob cauſ.& gl.1.in l.fi.C. de reb. alienis non alien.

Alienans contra prohibitionem teſtatoris, vel legis,non transfert dominium in accipientem,& ideò contra accipientem poteſt agi rei vendicatione,glo.1.in d.l.1.C.de rebus alienis.

Alienator tenetur de alienatione iudicij quando actio contra eum,cui facta eſt alienatio, competit in minus,l.3.§.item ſi locum, de alienatione iudicij.

29 Alienando ſi quis facit cauſſam fauorabilem ex parte ſua,dicitur facere deteriorem conditionem aduerſarij ſui, & tenetur de alienatione iudicij, l.3. §.1. de alienatione iudicij.

Alienando quis rem, ſi alium aduerſarium actori ſuo loco conſtituerit data opera,& in fraudem tenetur actori ad intereſſe,l.1.eod.

Alienandi res pupillares facultas libera non eſt data iudici,ſed ità demùm , ſi æs alienum immineat,l.magis,§.ſi æs alienum,de rebus eorum, qui ſub tutela.

Reliqua ſup. 16. & 6.7.8.18.19.20.

30 ALIENATA res extra familiam contra prohibitionem teſtatoris reuocatur per omnes de familia ordine ſucceſſiuo, ſed primus cauet de reſtituendo ſequentibus,& ſi cautio mittatur,non condicitur res, ſed caſu eueniente vendicatur,& ſufficit,quem fuiſſe in familia tempore teſtamenti, l.peto, 69.§.fin.de legat. 2.

Alienata res contra prohibitionem teſtatoris extra familiam,non valet,& reuocatur per omnes,niſi alienatio habeat perpetuam cauſam prohibitionis , d.§. fin.& ibi add.marg.

Alienata rem extra familiam contra prohibitionem teſtatoris,quando proximus de familia reuocat,debet cauere de reſtituendo eam, etiam ſi nemo alius vlterior ex illa familia ſuperſit,ſperatur tamen eſſe vlterior,vel in eodem gradu,aliàs ſi nec in eodem, vel alio gradu ſit quis,vel quis eſſe ſperatur, non tenetur cauere,d.§.fin.& ibi gl.pen.

Alienatum non videtur, quod cum vniuerſitate tranſit, glo.fi.in l.quædam ſunt, 62.de adquir.rerum dominio.

Alienati nummi non videntur,qui ſic dantur,vt recuperentur iterum , l. qui ſic ſoluit, 55. de ſolutio.

Alienatum propriè non dicitur,quod adhuc in dominio venditoris manet, venditum tamen rectè dicitur,l. alienatum,67.de verb.ſign.

Alienata res Eccleſiæ rectè poteſt vendicari ab œconomo,& in ſubſidium à quolibet,ex parrochianis patronis, gloſſ.œconomis,in l.iubemus, 14.C.de ſacroſanctis Eccleſiis.

Alienata gratis in fraudem patroni reuocantur vſque ad legitimam portionem, ſecus ſi non gratis,l.1.& ibi gl.1.C.ſi in fraudem patroni.

Alienatæ res reſtitutioni ſubiectæ non poſſunt vſucapi , vel præſcribi, l.3.§. fin autem, C.communia de legat.

1 ALIENÒ nomine victus, poteſt agere nomine proprio, l. filius, 22. de inofficioſo.

ex Alieno facto alius in quadruplum condemnatur , quando ex metu illato ab aliquo quis commodum ſenſit,& illud non reſtituit,l.item ſi cùm exceptione, §.in hac actione, quod metus cauſſa.

Alienam rem ſi quis bona,vel mala fide adiecerit rei ſuæ, vt pars eius fieret, veluti ſtatuæ ſuæ ſi quis brachium,vel pedem adiecerit,dominus ſtatuæ efficitur dominus totius,veréque ſtatua ſua dicitur,l.in rem,§. ſi quis rei ſuæ,& ibi gl. adiecerit, de rei vendicatione.

Alienam anſam ſi quis bona ,vel mala fide Scypho ſuo adiecerit , vel ſigillum candelabro,aut menſæ pedem,dominus rei efficitur dominus totius rei,ibi.

Alieno facto ſæpe poteſt quis liberari,gl.alieno,in l.ſi ex duobus, de negot geſt.

Alienæ ſtatuæ ſi dominus pedis mala fide adiecerit pedem, donare videtur, glo. adiecerit,in l.in rem,§.ſi quis rei ſuæ, de rei vendicatione.

Alienum argentum factum,vel aliquid aliud factũ ſi iunxerit ſuo argento facto, vel alicui alij facto, tunc illud fit pars totius, & eius efficitur dominus , ſecus verò quando infectum infecto iungitur, quia tunc quilibet ſuæ partis dominus permanet, ſiue illa pars poſſit ſeparari,ſiue non,& neuter cedit alteri, ſed fit commune,ſi non poteſt ſeparari, ibid.

Alienum argentum factum,vel aliud factum, ſi iungatur alieno facto argento, vel alio facto,ita quòd neutrum alteri cedit, vt pars minor cedit maiori , vel maior cedit pretioſiori,ſi verò nullum ſit pretioſius,tunc nullum alteri cedet, & ſic quilibet ſuum vendicabit citra fidei diſtinctionem , ſi ſeparari poteſt, aliàs fit commune, gl.alienaui,in d.l.in rem,§. in omnibus.

Alienam materiam factam, vel infectam ſi quis adiunxerit ſuæ materiæ infectæ quacunque fide,& quocunque modo,quæ aliena fuerit prioris domini manet, nec fit communis,ſi poteſt ſeparari, ibid.

Alienam materiam infectam ſi quis adiunxerit materiæ ſuæ factæ, totum illud eius erit,d.gl.adiecerit,& gl.alienam,in d. §. in omnib.

2 Alienam materiam ſi quis applumbauerit bona fide cum ſua materia , prior dominus manet dominus,& aget ad exhibendum,ſi verò mala fide,aget vtili rei vendicatione, d.gl.adiecerit.

Alienam materiam ſi quis ferruminauerit bona fide cum ſua materia,tenetur in factum,quia dominium receſſit in perpetuum à domino;ſi mala fide,dominus manet,qui fuit,licèt totum ſit eius,qui ferruminauit, ibid.

Alienam rem quando res mea facit meam per præualentiam partis,vel pretij, ſi eam vendicem,repellar exceptione,niſi reſtituam pretium partis adiunctæ,d. §. in omnibus.

Alienam maſſam,vel materiam quando quis adiunxit maſſæ,vel materiæ ſuæ infectæ etiam maiori pretio,& quantitate, illud non efficitur illius,qui adiunxit,ſed quilibet remanet dominus pro parte ſua, ſiue illæ communicentur,ſiue non,gl.alienam, ibid.

Aliena ſi vni corpori vniantur,compoſitione durante vendicari non poſſunt,nec ea diſſoluta , ſi per ferruminationem ſint vnita , ſecus ſi per applumbaturam, actione tamen in factum conſulitur priori domino,d.l.in rem,23.§.item quæcunque,de rei vendicatione.

Aliena ſi vni corpori vniantur, ita quòd corpora ſint ſeparata , quilibet ſuæ rei dominus remanet, ibid.

Aliena ſi bona fide vni corpori vniantur per applumbaturam , vel texturam, vel adiunctionem,dominus non poteſt vendicare,poteſt tamen agere ad exhibendum,vt ſeparentur,quibus ſeparatis,datur rei vendicatio , d. §. quæcunque, & ibi gl. vendicare.

Alienum ſi quis adiunxerit mala fide, dominus poteſt vendicare adiunctum , d. gl. vendicare.

Alienum brachium ſi quis adiunxerit ſtatuæ ſuæ bona fide per ferruminationem brachij,dominus efficitur dominus ſtatuæ per adiunctionem factam, adeò vt ſi inde abruptum ſit,ad priorem dominum redire nõ poſſit, conſulitur tamen ei per actionem in factum,niſi adiunxiſſet mala fide, quia tunc prior remanet dominus,licèt totale corpus ſit domini ſtatuæ,d.§.quæcunque,& ibi gl.facti.

Alienum ſemel factum per ferruminationem , etiam ſi inde abruptum ſit , non redit ad priorem dominum, quod ſecus eſſet,ſi fuiſſet factum per applumbaturam, ibid.

Aliena proprietas ſi adiuncta ſit proprietati meæ per ferruminationem , ſiue propter factum meum, ſiue propter factum alterius, mea efficitur,nec requiritur bona fides,gl.materiam, ibid.

Aliena proprietas ſi adiuncta ſit proprietati meæ per factum eius,cuius erat illa, requiritur bona fides eius,qui adiunxit,ad hoc vt habeat actionem,ſed ſi mala fide adiunxit,donare videtur,ibid.

Aliena proprietas ſi adiuncta ſit proprietati meæ per factum alicuius, non eius, cuius eſt , non requiritur bona fides ab eo, cùm ipſe nihil faciat,& ideò pretium rei ſuæ petet, ibid.

Alieno facto alterius ius immutari iura ſinunt,quãdo ille magis iuuetur ex facto alieno,quam lædatur,l.nam ſatis,§.fi. ſi ſeruitus vendicetur.

ex Alienis vuis muſtum,vel ex alienis oliuis oleũ, aut ex alienis lanis veſtimenta,ſi quis fecerit ſcienter,tenetur ad exhibendum vtriuſque nomine,ideſt,pro vuis,vel vino;pro oliuis,vel oleo,pro lanis,aut veſtimento,l.de eo,§.ſi quis, & ibi gl.vtriuſque, ad exhib.

Alienam pecuniam mutuans conſumpta ea habet obligatum eum , qui accepit, l. non omnis,19.§. ſi pupillus, ſi certum petatur.

Alienam pecuniam qui inſolutum dat,conſumpta illa,liberatur ab eo, qui accepit inſolutum, ibid.

Aliena res voluntate domini pignerari poteſt , ſed ſi abſque voluntate domini pignori data ſit,non valet pignus,niſi ratum habuerit , quo caſu valebit ab eo tempore,quo conuenit , quod poteſt ratum habere in ipſius præiudicium, vt pignus inualidum confirmetur,ſed non poteſt ratificare,vt negotium non ſuo nomine geſtum tranſeat ad eum, & ex eo negotio quæratur actio ipſi domino per ratihabitionem,l. aliena,20.& ibi gloſ.1.& 2. & ibi addit. marg.de pigner. actione.

Aliena res abſque voluntate domini rectè poteſt vendi,d.gl.1. & gl.fi.in l.ſi fine, C. ad Velleianum.

Alieno nomine dicitur facere etiam is , qui ſuo commodo aliquid facit , puta propter alterius contractum,vel delictum,& è contra is , qui ſuo nomine facit,fingitur face alieno nomine,gl. ſuo nomine,in l.qui bona fide, 13. §.1.de damno infecto.

in Alienis rebus contra domini voluntatem aliquid fieri , vel paciſci iniquum eſt,gl.iniuriam, in l.in diem, de aqua pluuia arcend.

Alienam rem ex donationis cauſſa ſi mihi promiſeris dare,eamque tradideris, à promiſſione liberatus non es,cùm dare promiſeris, id eſt, dominium in me transferre,ob idque euicta re poſſum agere prima actione,gl.fi.in addit.marg. in l.Aristo,18.§.fi. de donat.

Alienam rem vendens ſi eam tradiderit,liberatur,cùm non dare,ſed tradere tantum teneatur,illa tamen euicta naſcitur noua actio de euictione, quia prima actio orta fuit ad tradendum,quæ extincta fuit ſequuta traditione,ibid.

Alienam ſeruitutem ne ſeruus patiatur,ſi heres fuit rogatus , poteſt ſeruus agere confeſtim,vt fuerit alienatus,& petere libertatẽ,niſi fuiſſet alienatus ex cauſſa neceſſaria,quæ ex facto teſtatoris pendet, & non heredis, l.cùm fidei heredis, 9.de fideicom. libert.

Alienam rem obligans ſi ſuccedat domino,dicitur cõfirmare pignus,quoad hoc, vt ſi velit reuocare, repellatur exceptione, gloſ. fin. in l. ſi ſeruo, 20. qui & à quib. manumiſ.

ex Alienis medicamentis ſi quis fecerit medicamentum vnum,veluti cùm coctis odoribus vnguenta facimus , tale medicamentum eſt eius , cuius nomine eſt factum,& non prioris domini,l.quidquid,27.§.1.de adquir.rerum dominio.

Alienum fundum in cenſum ſi quis deduxerit , non ob id ille fundus efficitur illius,l.quæ quiſque,64. & ibi gl.1.de adq. rerum dominio.

Alienam rem poſſum ſtipulari,l.ſi is, qui pro emptore, §.fi. de vſucapio.

Alienam rem pluribus modis poteſt quis aliquo errore deceptus tanquàm ſuam vendere, aut donare, & ob id poteſt à bonæ fidei poſſeſſore vſucapi , l. poteſt pluribus, 36.eod.

Alieni nummi ſoluti inſcio,vel inuito domino,manent eius,cuius fuerunt, ſed ſi fuerint miſti cum aliis,ita vt diſcerni non poſſint, fiunt accipientis bona fide, quaſi ſint conſumpti per immiſtionẽ eum aliis,& hoc eſt ſpeciale in nummis, & ideò contra ſoluentem datur domino furti actio,l. ſi alieni,78.& ibi gloſſ. accepit, de ſolution.

Aliena bona non poſſunt hypothecari,vel donari, vel fieri,vel paciſci ſuper illis contra domini voluntatem ab eo , qui ſperat illa bona ſibi per ſucceſſionem deferri,l.fi.in fi.C.de pactis.

Alieno odio, delicto, vel culpa non debet quis prægrauari, l.ſi quis in ſuo, 33.§. fin.C.de inofficioſo.

Aliena res domino præſente poteſt obligari , non tamen vendi, gl.fi. in l.ſi fine, C. ad Velleian.

Aliena res inuito domino non poteſt obligari,vnde cùm patitur res ſuas ab alio obligari,videtur ſuum accõmodare conſenſum,& ita talis obligatio valet,ibi.

Aliena res etiam contradicente domino, ſi vendatur, non agitur tunc per contractum,vt ius in re quæratur,ſed vt alter alteri obligetur de euictione,vnde tenet venditio inter eos, ibid.

Aliena res domino præſente ideò non poteſt vendi,quia cùm cõtradictio domini non impediat venditionem , meritò nec præſentia proderit venditionis contractui, ibid.

Alimenta relicta nominatim ab herede non solùm debentur ab illo herede, sed etiam ab herede heredis, cùm personæ non sit iniunctum hoc onus, l. alimenta, eod.

Alimenta debita non soluta possunt peti tam præterita, quàm futura, l. libertis, §.1.eod.

Alimentis præteriti temporis potest renunciari, non autem futuri etiam cum iuramento, d.§.1.in additione marg.

Alimenta legata etiam sine interpellatione debentur, gl.si conditio, in l.libertis, §.1.eodem.

Alimentorum præteritorum remissionem inducunt hæc tria, scilicet cursus temporis, charitas, vel consanguinitas inter eos, & redditio rationis, vel solutio inter eos sæpiùs facta, aliàs non, ibid.

Alimenta debentur absentibus propter negotia testatoris, sicut si præsentes fuissent, l.testamento, eod.

Alimentorum legatum non perit conditione defecta per casum contingentem in personam eius, in quem specialiter est collata, nisi gratia illius fuisset collata, l.Stichus, § fin.& ibi gl.fi.eod.

Alimenta quando relinquuntur non adiecta quantitate, vel re, ex qua sunt præstanda, ante omnia inspiciendum est, quæ defunctus præstare solebat ei, quòd si non appareat, inspici debet, quid cæteris eiusdem ordinis reliquerit, quòd si nec hoc appareat, tunc arbitrio boni viri inspectis facultatibus defuncti & charitate eius, cui relicta sunt alimenta, statui debent, l. cum alimenta, & ibi glo.1.eod.

8 Alimenta relinquere, & grauare heredem, aliquẽ educare, paria sunt, & in vtroque continentur vestiaria, cibaria, & habitatio, l.fi & ibi gl fi.eod.

Alimenta minuta dicuntur arbitrio iudicis, vel vsque ad decem aureos, vel minus, gl minuta & gl.quib.in l 2.§.quamuis, si cui plus quam per legem Falcid.

Alimenta finiuntur morte alimentarij, l.Firmio, 26.§.fi.& ibi glo.fi. quando dies legati cedat.

Alimenta, cùm debentur ex dispositione legis, debentur etiam expensæ necessariæ, ad vitam scilicet necessaria, sine quibus homo secundùm conditionem suæ personæ viuere non potest, l.de bonis, §. non solùm de Carboniano.

Alimenta denegans seruo, quem alij tradi mandauit, dicitur habere eum pro derelicto, l.fin. pro derelicto.

Alimentorum sola denegatio non facit aliquem haberi pro derelicto, gl.fi.ibid.

Alimentorum caussa, & restitutionis in integrum minorum æquiparantur, l. 2. de re indicata.

Alimenta ne desint pauperibus princeps debet operam dare, l. priuilegia, C. de sacros.sanctis.

Alimenta ingredientis monasterium filio præstari debent, etiam ante mortem naturalem patris ingressi, secus autem legitima, glo.pen.in auth.si qua, C.eod.

Alimenta futura possunt peti, vel pro illis agi, glo.fin. in l. de alimentis, C. de transactio.

Alimenta pietatis caussa data repeti possunt, quandoque regulariter tamen contra est, l. patrem, & ibi gl.fi.C.de nuptiis.

Alimenta præstare pupillo cogitur tutor officio iudicis, licèt pendeat quæstio de statu suo, l. 1.C. de aliment.pupill.præstan.

in Alimentorum præstatione mora fieri non debet, ibid.

9 Alimentorum petitio habet aliqua specialia, quia in caussa alimentorum proceditur etiam die feriato, & ante quadrimestre tempus exequitur sententiam, glo.1.ibid.

ad Alimenta pupillo præstanda tutor consulitur, quod faciat tutari a iudice, si tamen non fecerit ea, quæ legitimè in eius alimentis impendit, poterit ei imputari, l.2.C.eod.

Alimenta relicta legatariis quousque cum Titio morati fuerint, etiam debentur pro tempore sequuto post mortem Titij, l.1.C.de legatis.

Alimenta relicta legatariis censentur relicta eorum contemplatione, gl.fi.ibid.

Alimenta simpliciter relicta intelliguntur perpetuò relicta, ibid.

Alimentorum triennalis præstatio concurrente fauore vltimæ voluntatis, facit legatum deberi etiam in futurum ex voluntate minus solemni, l. fin. C. de fideicommis.

Alimentorum triennalis præstatio ex minùs solemni voluntate facta ab herede sciente, facit, quòd in eo, quod præstitit in præteritum statim sibi præiudicat, pro futuro tamen tempore sibi non præiudicaret, nisi iure speciali fauore alimentorum, & vltimæ voluntatis, gl.2.in l.2.C.eod.

Alimenta vocat lex subsidium vitæ, l.filia tua, C.de patria potest.

Alimenta sunt præstanda per eum, qui negat aliquem filium, gl. 3.in l.pe.C.eo.

Alimenta alicui præstare obligatus tenetur etiam præstare ei seruientib.gl. onera, in §.fi.in auth.de non eligendo secundò nubentes.

Alimenta in necessitatib. præstari debent hinc inde, filiis scilicet egentib.à parentib.diuitib.& parentibus egentibus à filiis diuitibus, §. illud quoque, & ibi gl. filios, in auth.vt matri, & auiæ, col.8.

Alimétorũ causa priuilegiata est, gl.1.in l.cum allegatis, C.de re militari, li.12.

Alimenta denegans libertus. vel filius emancipatus, vel vasallus patrono, patri, vel domino, videtur velle eum occidere, & idem est in donatario omnium bonorum, vel maioris partis, secus in minoris quantitatis donatario, gl.libertis, & ibi add.marg.in principio Inst.de capitis diminutione.

Alimentis legatis intelliguntur etiam legata aqua, quæ venalis est, l.1. de aliment. vel cibar.

Reliqua verbo, Aura, Carceratus, Cibaria, Victus, Diarium, Expensa, 10. *Heres,* 135. *Iudex,* 1. *Ætas,* 5 *Legans,* 10. *Legatum,* 12.15. *Maritus,* 37.38. *Mulier,* 72. *Pactum,* 9. *Paternum, Patronus,* 7. 8. *Præstatio, Pupillus,* 19. 20. *Sententia,* 15. *Solutio,* 6. *Transactio,* 18. *Tutor,* 127, *Curator,* 23.

ALERE tenetur mater filios etiam vulgò quæsitos, & ipsi eam, l.si quis à libe-
10 ris, §.idem in liberis, de liber.agnos.

Alere tenetur quis officio iudicis auum, proauum, cæterósque parentes contingentes per paternum, vel maternum sexum, & idem versa vice est alendus quis ab auo, vel proauo, cæterisque parentibus ex paterna vel materna linea, d.l.si quis à liberis in principio.

Alere tenetur auus maternus filios vulgo quæsitos, & ipsi eũ, d.§. idem in liberis.

Alere tenetur quis fratrem, vel sororem naturalem, & multò fortius legitimum †.glo.iustè, & ibi add.in d.l.si quis à liberis, §.sed si filius.

Alere patrem tenetur filius emancipatus etiam si sit impubes, sed si sit in potestate, de bonis castrensib. tenetur eum alere; de aduentitiis pater habet vsumfructum, & ipse alit se, & filium; de profectitiis pater habet plenum dominium, d.l.si quis à liberis, §.si impubes, & ibi gl.si impubes.

Alere patrem tenetur filius diues etiã si sit miles, d.l.si quis à liberis, §. si mater.

Alere coguntur liberti patronos, & eorum filios, & parentes, & officio iudicis cognoscetur, an sit libertus, & de facultatib.liberti, & patroni, & an caussam habeant recusandi, d.l.si quis à liberis, §.solent,

Alere tenentur patroni filios libertorum, glo.ipsos, ibi.

Alere tenentur libertorum filij patronos parentum viuis parentibus egenis, ac non potentibus eos alere, secus eis mortuis, ibi.

Alere filium patronæ tenetur libertus maternus, d.§.solent.

Alere me non tenetur libertus liberti mei, nec is, quem ex caussa fideicommissi manumisi, vel is quem suis numis propriis redemi, ibi.

Alere patronum cogitur liberta, ibi.

Alere non tenetur filius, vel libertus patrem, vel patronum, quando liberto vel filio nihil superest ab eo, quod sibi necessarium est, licèt desit patri, vel patrono, d.l.si quis à liberis.§.fi.& ibi glo.pe.eod.

Alere coguntur descendentes per lineam masculinam ascendentes suos, secus si per lineam fœmininam, nisi in subsidium, l.pe.eod.

Ali non alendum melius est, quàm fame necari alendum, gloss.sine caussa, in l.1. si mulier ventris nomine.

Alere tenetur pater filium bannitum, glo.desierit, in additione mar. in l.si quis à liberis §.solent, de alimentis vel cibar.

Ali qui non potest de suo, potest quandoque ali de alieno, glo. 1. in l.decurionibus, de decurionibus.

Reliqua verbo, Auia, Libertus, 11.

ALENS filiam suam quam nuptui tradidit, non tenetur ad vsuras dotis tardius solutæ, licet per errorem promiserit, l. pater pro filia, 17.de doli mali exceptione.

Alendi sunt à parentibus filij naturales, & legitimi, & naturales tantùm, etiamsi non sint in potestate parentum, & vice mutua parentes à liberis, l.si quis à liberis, de liber.agnos.

Alendi sunt liberi communes à patre interim dum de statu inter virum & vxorem disceptatur, nec alimenta data à patre filiis faciunt præiudicium liti, l. si neget, eod.

Reliqua verbo, Alumnus, Educatio, Laboratores.

ALIMENTARIVS potest transigere sine prætore, vt alimenta quæ in singulos annos, vel in fine anni sunt sibi præstanda, præstentur sibi in singulos menses, vel in principio anni, quia in hoc facit meliorem suam conditionem, l. cùm hi, §. eam transactionem, de transactio.

Alimentarius, cui in alimentum relicta sunt frumentum, oleum, & cætera quæ ad victum sunt necessaria, sine prætore non potest transigere de eis, neque permutare, vt inuicem eorum numi sibi darentur, d.l.cùm hi, §.pen.

Alimentarius, cui in alimentum relicti sunt numi, sine prætore non poterit permutare, vt in vicem eorum oleum, frumentũ, & cætera similia sibi darẽtur, ibi.

Alimentarius, cui in alimentum relictum est oleum, sine prætore non poterit commutare, vt sibi detur vinum in vicem eius, vel econtra ibi.

Alimentarius, cui quantitas annua relicta est pro habitatione, potest permutare sine prætore cũ habitatione immediatè, vel ecõtrà, l.cùm hi, § fi.de transact.

Alimentarius, cui alimenta relicta sunt præstanda Romæ, sine prætore non potest transigere, vel pacisci, vt illa dentur sibi in municipio, d.l.cum hi, §.pen.

Alimentarius, cui alimenta relicta sunt præstanda à plurib. sine prætore non potest transigere, vt sibi ab vno præstentur, neque potest alium debitorem, pro alio accipere, ibi.

Alimentarius, cui species, vel genus relictum est in alimentum sine prætore, non potest permutare in aliam speciem, vel genus, quando conditio alimentarij est deterior, secus si fiat melior, glo.disceptationem in fi.ibi.& glo.promittant, in principio Inst.de autho.tutorum.

Reliqua verbo, Transactio, 19.20.

ALIQVA, hæc dictio quando adiicitur alicui termino, immutat eius naturam, & facit de quocunque minimo intelligi, l.eum, qui, de iurisdictione omnium.

ALIQVANDO. De hoc vide verb.Hæres, 135.

ALITER, dictio est significatiua qualitatis, non quantitatis, l.1. §. quod autem ait prætor, ne quid in flumine publico.

ALIVS pro alicuius debito non tenetur, fallit in marito officiali, qui tenetur pro delicto vxoris quam secum duxit: item in caupone, stabulario, & nauta, qui vtitur opera malorũ hominũ, gl.exigatur, in l.obseruare, de officio procõs.

Aliud pro alio inuito creditore solui non potest, nisi ex caussa necessitatis, item quando est dura separatio propter rationem sanguinis, l. 2. §. mutui datio, & ibi gl.non potest, si certum petatur, gl.1.in l.1.C. de fabricens.lib.11.

Aliud quod soluat, & aliud quod repetat, non est nouum, veluti minor adita hereditate solutis legatis si sit restitutus, repetitio non competit ipsi minori, sed ei ad quem bona pertinent, l.nec nouum, de condict.indeb.

per Alium potest quis consequi quandocunque, quod per se non potest, gl.nocebit, in l.cùm autem, §.fin.de ædilitio edicto, §.seruus autem, Inst.de hered.inst.

per Alium si accipis, aliquid te accipere dicendum est, l.3.§.fi.de dona inter virũ.

per Alium potest quis habere quod per se habere non potest, glo.& ipse, in l.3.§. si quis ex liberis, de bon.poss.contra tabul.l.pœnales, 32.§.si Titio, & ibi gl.nec quia, ad leg.Falcid.l.Aristo, & ibi glo.fin.quæ res pigno.glo. 2. & ibi add. in l. Imperator, de statu homin.

per Alium non possunt fieri generaliter ea, quæ consistunt in faciendo, fallit quandoque, sed quæ consistunt in dando rectè possunt fieri per alium l.Stichum 39.§.fin.& ibi glo.fin.in addit.marg.de statu lib.

per Alium non potest facere id, quod per se facere non potest, & quod potest per se, potest & per alium, l.2.& ibi gl.agere de admin.tut.

per Alium potest quis quædam, quæ per se non potest, & econtrà potest quædam per se, quæ non potest per alium, d.gl. agere.

in Alternatiuæ

in Alternatiuæ aliqua parte ſi eſt aliqua res dubia, declaratur habito reſpectu ad æſtimationẽ rei in alia parte alternatiuæ poſitæ,l.j.& ibi gl.j.& fi.de reb.dubiis.
in Alternatiuis ſufficit alterum impleri l. cum pupillus, 78. §. fin. de condit. & demonſtr.
in Alternatiuis legatis vnum legatum eſt,& ſi vna pars alternatiuæ ſit conditionalis,legatarius interim decedens nihil ad heredem tranſmittit,ſecus ſi vtraque pars alternatiuę purè relicta ſit.l.cùm illud,& ibi gl.legatum,quando dies legat.cedat.
in Alternatiuis vtrumque debetur, gl.non facit,ibid.
3 in Alternatiua legis vt tollatur contrarietas alterius legis ſufficit vnam partem eſſe veram,l.ſed & ſi,& ibi gl.de bon.poſſ.contra tabulas.
in Alternatiua ſtipulatione vtrumque eſt in obligatione, & ita vtrumque peti poteſt,ſed in ſententia alternatiua interpoſita ſuper actione noxali ſola quantitas dicitur eſſe in obligatione,& ſolutione,ſed noxæ deditio non eſt in obligatione,ſed tantum in ſolutione,l.miles, 6.§.1.de re iu.
Alternatiua legis verificatur in proprio ſignificato alternatiuæ,& etiam in proprio ſignificato copulatiuæ,veluti in interdicto,quod vi,aut clàm continetur, quod vi tantùm, aut clàm tantùm factum eſt, aut quod vi aut clàm, aut quod partim vi,partim clàm factum eſt, l. is, qui in puteum, §. hoc interdictum, quod vi aut clàm.
in Alternatiua obligatione alterius ſolutio totam interimit obligationem, l. obligationum ferè,§.modus,de actio.& oblig.
in Alternatiua obligatione non poteſt alterum ſolum, vel præciſè peti,quamdiu vtrumque remanet,ſecus ſi alterum deſiit,vel ſit factum ſtipulatoris, d.§. modus,& ibi gl. peti poteſt.
in Alternatiua obligatione ſi alterum ſit præſens, alterum abſens, tunc debetur æſtimatio vel præſentis, vel abſentis,niſi promiſſor fuerit in mora. d.gl. peti poteſt.
in Alternatiua obligatione ſolutio partis vnius ex rebus alternatiuè debitis non inducit liberationem,in illa parte ſoluta,l.2.§.& harum in fi.de verb.obl.
ex Alternatiuè rebus promiſſis vna ſi efficiatur ſtipulatoris, reliqua remanet in obligatione, ſi verò efficiatur creditoris,non per hoc liberatur debitor, quia alia remanet in obligatione,l.ſi Stichum aut Pamphilum,16.eod.
in Alternatiua obligatione procedit libellus alternatiuus etiam parte opponente,quando debitoris eſt electio,ſed quando electio eſt creditoris, non procedit libellus alternatiuus,quia debet eligere, & vnum petere.l.vbi autem, 75.§. qui illud,de verb.oblig.& l.ſi quis ſtipulatus ſit,112.eod.
in Alternatiuis ſolus ille qui eligitur eſt in obligatione, d.l. ſi quis ſtipulatus.
4 in Alternatiuis legatis facta ſemel electione,non poteſt ampliùs variari, ſed bene in ſtipulationibus alternatiuis,quia vltimæ voluntates non poſſunt eſſe in pendenti,ſicut contractus.† reprob.gl. quem volan.ibid.
in Alternatiua obligatione, quando in vna tantùm eſt valida obligatio, vt quia altera erat ſtipulatoris tempore ſtipulationis,tunc licèt deſinat eſſe ſua, & redeat ad promiſſorem, non poteſt promiſſor eam ſoluere inuito ſtipulatore, quia ſtipulatio cenſebatur continere vnum tantùm, cùm in altero non valeret, l.ſi duo rei, 128. reprob.gl.pen.de verb.oblig.& l.qui decem, 72. §.Stichum, de ſolutio.
ad Alternatiuæ vel diſiunctiuæ veritatem,ſiue ſit affirmatiuè, ſiue negatiuè poſita,ſufficit alteram verificari.l.ſi quis ita ſtipulatus.129.de verb.oblig.
Alternatiua cadens inter perſonas in contractu, vel in vltima voluntate ſumitur pro copulatiua, veluti ſi promittatur in contractu, quòd talis res non perueniet ad talem aut talem, tunc alternatiua reſoluitur in coiunctiuam, l. ſi quis ita promiſerit, 135.§.Seia.de verb.obligat.& l.4.& ibi gl.fi.de verb.ſign.
Alternatiua inter perſonas, quibus æqualiter poteſt quæri, vitiat ſtipulationem, ſed ſi alteri tantùm quæri poteſt, alius habebitur vt adiectus, l.1. §. pen. de ſtipulatione ſeruorum.
Alternatiua quando eſt poſita inter duos,quorum vni poteſt adquiri obligatio, alteri non facit,vt primo obligatio adquiratur, & alter habeatur, vt adiectus ad ſolutionem,l.fideiuſſor obligari, 16.de fideiuſſor.
in Alternatiuè ſummis promiſſis quando cadere poteſt affectio, vtraque ſumma eſt in obligatione,ideſt, tam minor quàm maior, ſicut in ſpeciebus, l. ſi is, cui, 26. de nouatio.
in Alternatiua vera quando debitoris eſt electio,vno eorum perempto ſine culpa debitoris,reliquum eſt in obligatione, & ſolutione,ſecus in non vera,licèt alternatiuæ effectum habente,vt quando legatarius ſerui iuſſus eſt dare Titio vſque ad pretium ſerui,quia tunc ſeruo mortuo ante moram legatarius liberatus eſt,l.Stichum aut Pamphilum,95.& ibi add.marg.de ſolutio.
in Alternatiua vera poſt moram altera re perempta, quam petitor elegerat, proinde illa ſola, quæ perempta eſt,debetur,ac ſi ſola fuiſſet in obligationem deducta, ibid.
in Alternatiua quando electio eſt promiſſoris vna re perempta,quæ ſupereſt,peti poteſt, ac ſi ea ſola in obligationem fuiſſet deducta, niſi promiſſor aliam elegerit, d.l. Stichum.§.1.& ibi gl.æquè.
in Alternatiua quando electio eſt debitoris, qui promiſit Stichum valentem 20. aut Pamphilum valentem decem,Pamphilo mortuo debitoris facto, vt quia occidit eum,remanet Stichus in obligatione, nec liberatur debitor offerendo pretium Pamphili mortui, & hoc pro creditore in pœnam debitoris conſtitutum eſt,gl.1.in d.l. Stichum,in princ.& §.1.ibi gl.conſtitutum,eod.
in Alternatiua quando electio eſt debitoris,vna re perẽpta facto debitoris,ſi alia poſteà perierit ſine mora debitoris,liberatur debitor eius interitu in totũ,nec tenetur ad pretium rei peremptæ facto ſuo de rigore, ſed de æquitate tenetur actione vtili ex ſtipulatu,vel alia ad pretium rei peremptæ facto promiſſoris, glo.Stichum,in prin.& §.tametſi, & ibi gl. nullo, eod.
in Alternatiua ſummarum minor ſumma eſt in obligatione, quod verum eſt, quando vni vtraque ſumma dari debet, ſecus ſi diuerſis dari debet, nam tunc intereſſe,vel affectio poteſt interimere maiorem quantitatem,aut minorem, vt demus vni, quàm alteri, quæ ratio tunc ceſſatura eſt,cùm eidem vni dandum eſt, glo. debebuntur, & ibi add.marg.in l.qui res ſuas, 98.§. qui ſtipulatur, de ſolutio.
in Alternatiuis ſi electio pertinet ad creditorem, & aliquis eius nomine petat partem vnius ex alternatiuis, deinde ratificetur petitio, cenſetur illa re[...] cta,vt ſic altera pars debeat peti, non autem altera res, l. cùm debitorem [...] fin.rem ratam haberi.
Alternatiua petitio admittitur,vbi electio eſt petentis.l.cum proponas,17.C. de tranſactio.
Alternatiua,aut,poſita inter res,quandoque ponitur pro, & ſpeciali iure,gl.[...] l.4.C.de verb.ſig.
Alternatiuæ,aut,&,vel,ſunt propriæ & ſimplices diſiunctiuæ,que tam verba [...] ſenſus diſiungunt,& iſtæ poſitæ inter res ponuntur propriè.ibi.
Alternatiua,ſeu,non eſt propria & ſimplex alternatiua,ſed eſt dictio amplia[...] & augmentatiua,& reſoluitur in coniunctiuam.ibid.
in Alternatiuis promiſſionibus,licèt quod minimum eſt ſpectetur, tamen in [pri]uilegiis principis alternatiuè conceſſis,quod maius eſt,videtur conceſſum [...] in additione marg.C.de conſiſtorianis,lib.12.

Reliqua verbo, Agens,2. Ambulatoria, Debens, Debitor,9.32.33.87. Electio,6. E[...] re,2. Legatarius,22.23, Legatum,18. Diſiuncta, Conditio,8. Obligatio, 20.21[...] tere, Promittens,11. Sententia.27. Vendens,1. Venditor.3.

ALTERNATIO facit incertitudinem,l,prætor,7.§.quod autem, & ibi gl[...] alternatione, de iniuriis.
Alternatio quandoque nocet, quandoque non nocet, vt quia ſic eſt volunta[...] gantis, vel paciſcentis,& quando poteſt libellus, & confeſſio, & ſententia[...] alternatione,dari.ibid.

Reliqua verbo, Debitor,32.

ALVEVS fluminis exſiccatus,eius eſt,cuius prædio ripa adhærebat.l.ergo [...] §.alluuio,de ad.qu.rerum dominio.
Alueus quandoque accipitur pro vaſe,vbi apes manent, quandoque pro loco [...] flumen currit,gl.alueo,in §.apium,de rerum diuiſ.
Alueus fluminis eſt venter, ſeu cauum receptaculum, quo flumen decumb[...] quòd ſi naturali,in additione,marg.Inſt.eod.

Reliqua verbo, Flumen,45. Domus,2. Alluuio.

ALVMNVS dicitur qui alitur,& alit, & qui alitus eſt,vel aluit,gl. alumn[...] l.ſi collectaneus, 13.de manumiſſis vindicta.& gl.1.in l.1.C. quæ res pign[...] & §.eadem.& ibi gl.alumnum,Inſt.de iure perſon.
Alumnus quandoque ſumitur pro filio ex concubina nato, ſumitur etiam [...] educato, atque educatore, d.gl.alumnus,in addit.marg.
Alumnus æquiparatur coniunctis in omnibus,quamuis matrimonium non [pro]hibeatur inter eos, gl.alumnum,in additione marg.§.eadem.Inſtitut. de perſonarum.
Alumna dicitur illa, quam quis aluit,gl.1.in l.ſi quis alumnam,26.C.de nup[...]

Reliqua verbo, Nutritor, Pædagogus.

AMBASIATOR vel ſyndicus non tenetur communi, vel principi red[...] munus ſibi factum tanquam cuilibet,ſecus ſi nomine principis,vel comm[...] ſit datum ei. gl.nomine,in l.qui proprio,§. procurator,de procuratorib.
Ambaſiator vel legatus in via à latronibus, ſi ſit decolatus,iactura, vel dam[...] etiam caſu fortuito paſſum de curialitate reſarciendum eſt ei,ab eo,qui [...] tebat eum,gl.mandato.in add.marg. in l.inter,26.§. non omnia,mandati.
Ambaſciatoribus Mediolanenſium donatum ab Imperatore non debet reſt[...] communi Mediolanenſi, niſi eis fuiſſet expreſſe datum, vt communi re[...] rent †,gl.quaſi,& ibi add.marg.in l.ſi verò, 64.ſolut. matrim.& gl. benefi[...] in l.ſed ſi plures, 10.§.pen. de vulgari.
Ambaſciator poteſt cogi recipere ambaſariam, glo.1. in l.ſi quis decurio, C[...] decurionib. lib. x.
Ambaſiatori non creditur ſine literis publicis ſuæ ambaſariæ,niſi ſit vir nob[...] ſimus,& notus, l.2.in addit.marg.C.de collat.fund.fiſc. lib. 11.

Reliqua verbo, Legatus, per tot. Apochriſarij.

AMBASIATAM illicitam imponens, vel faciens imponi punitur, gl.fi.i[...] fi.C. de executorib. lib.12.
AMBIGVA petitio, vel exceptio, aut oratio interpretatur ſecundum int[en]tionem,proferentis,l.ſi quis intentione,66. de iudiciis.
Ambigua oratio in contractibus in fauorem proferentis non interpretatur, [...] bene in iudiciis, gl.1. ibid.
Ambiguam orationem, vel intentionem,quam actor,vel reus protulit, cogi [po]teſt declarare pendente iudicio, ibid.
Ambiguum pactum pro emptore interpretatur, quando venditor appoſuit,g[l.] in l.pen.de contrahen.emptione, & l.in contrahenda, 172.de reg.iur.
in Ambiguis iudex eligit,gl.ſi duas,& ibi gl.eliget,de excuſat.tutor.
Ambiguum dirimendum eſt ſorte,quando eſt ambiguum in iure, d. gl.elige[...] ibi, addit.marg.
Ambiguum quandoque committitur priuato dirimendum, d.gl.elegit.
Ambiguum verbum in vna parte teſtamenti poſitum declaratur per aliud,q[uod] idem teſtator dixit in eodem teſtamento, l.qui filiab.17.de legat.1.
in Ambiguo ſermone ſtamus voluntati defuncti,vt ſi leget Stichum,cum hab[...] duos Stichos, debetur ille Stichus, quem debere voluit, l. 3. & ibi gloſſ. [...] rebus dubiis.
in Ambiguis rebus humaniorem ſententiam ſequi oportet,l. ſi ita fuerit, §. eod.& l.cum inter veteres, 16.C. de fideicommiſ.
Ambigua oratio in actionib.exceptionibus & contractibus & in vltimis vol[un]tatibus debet ſic interpretari,vt res,de qua agitur,magis valeat, quàm pere[at] niſi lex ſtatuat contrarium propter pietatem, vel reuerentiam, vel ali[...] cauſam,l.quoties,13.& ibi gl.1.de reb.dubiis.
in Ambiguis ſequendum eſt,quod minimum eſt,niſi lex aliud ſtatuat, gl. non [...] l.ſi is,qui ducenta,eod.
Ambigua oratio debet ſic interpretari, vt valeat ſtipulatio, l. quoties in ſtipu[la]tionibus,80.de verb.oblig.
Ambigua oratio vel poteſt eſſe propter æquiuocationem, vel propter amphib[o]logiam,vel compoſitionem, vel diuiſionem, vel generalitatem, vel confu[ſio]lium,vel alternationem,gl.1.ibid.
Ambigua oratio propter æquiuocationem fit in dictione, vt cùm vna dic[tio] æqualiter ſignificat plura,in hac dictione canis, quæ ſignificat marinum,lat[ra]bilem, & cæleſte ſignum,ibid.

ex Ancilla natus eius, est;cuius ea fuerat cùm pareret.l.Thais,41.§.Lucia, de fideicommiss.libert.

Ancillam emens hac lege ne prostituat, si prostituat, ea erit libera ex constitutione diui Adriani, neque erit liberta emptoris, l.si quis obligatum, 6. & ibi gl.fi.qui sine manumissione ad libertat.peru.

Ancilla prægnans legata vsucapta, aút aliquo modo alienata si peperit, partus eius est, cuius est ancilla tempore, quo peperit, non eius,cuius fuit tempore quo conciperet,l.fi.de adq.rerum dominio.

Ancillam si quis precariò concesserat, videtur etiam concessum id,quod ex ea natum fuerit.l.quamuis,10.de precario.

Ancillam prægnantem sistere promittens videtur in eadem causa sistere,licèt sistatur sine partu.l.inter stipulantem,82.§.fi.de verb. oblig.

Ancillam alienam non meretricem celans,vel quid aliud furandi animo faciens, si stuprauerit,tenetur iniuriaus, & etiam furti,l.si stuprum,25.de iniuriis.

Ancilla furtiua si cóceperit, & pepererit apud bonæ fidei possessorem,vel etiam heredem furtis ignorantem,eius partus nõ est pars ancillæ furtiuæ,& sic potest vsucapi,secus si ancilla prægnans surrepta fuerit, vel apud furem concepta sit, gl.1.in l.partum,26.de verb.sig.

Ancilla,cui libertas relicta est, si pepererit interim quòd heres vlciscitur necem defuncti, & ante aditam hereditatem, partus ex tali ancilla est liber.l. pe. C. de his,quibus vt indign.

Ancilla, cui libertas relicta est sub conditione, si pendente conditione peperit filium,ille erit seruus.l.3.C.de fideicommiss.libert.

Ancilla sub conditione libera si ante conditionẽ pariat, filij eius serui erunt.ib.

Ancilla,cui libertas testamento relicta est,si dolo malo herede retardante adire, ante aditam hereditatem pepererit, filij eius serui nascuntur,tradentur tamen matri ad manumittendum,& idem est,quando pepererit,dum heres deliberabat de adeunda hereditate.gl.1.ibid.

Ancilla,cui libertas testamento relicta est,si ante aditam hereditatem ab herede ignorante se institutum peperit,filij eius nascuntur serui,ipse tamen heres debet eos manumittere.ibid.

Ancilla,cui testamento libertas relicta est, si ad[illegible] hereditate manumissione retardata studio heredis peperit, filij eius nasc[illegible] sed si manumissio non fuit retardata studio heredis,filij eius nascuntur serui,& traduntur matri ad manumittendum, & si mater non accepit, vel acceptos non manumittit, compellitur,vel heres manumittit,ibid.

Ancilla, cui libertas testamento relicta est, si post mortem testatoris pepererit, filij eius serui nascuntur,& remanebunt heredis.ibid.

Ancilla si ab herede manumittenda eius voluntate moretur, vt libera liberum pariat.l.4.C.de fideicom,libert.

Ancilla, cui libertas fideicommissaria relicta est, si sit in mora petendi libertatem, & interim peperit, sibi imputet, quia seruus nascitur,tradetur tamen matri ad manumittendum.d.l.4.& ibi gl.pe.

Ancilla vendita sub pacto ne prostituatur, prostituta libera efficitur,& idem si vendens reseruauit sibi manus iniectionem, & ipse posteà eam prostituit,nec aliquod ius patronatus reseruatur prostituenti.l.1.§.similique modo C.de Latina libertate.

Ancilla vendita sub pacto ne prostituatur, si posteà emptor tentauerit eam prostituendam,ipsa libera efficitur,nullo iure patronatus ei reseruato,d.§.similique,& ibi gl.2.

Ancillam si dominus collocauerit in matrimonium libero homini, & dotem pro ea conscripserit,libera efficitur.d.l.1.§.sed & si quis.

Ancillam si quis recipiat in matrimonium,vt liberam,domino sciente,& patiente,libera efficitur,& tenet matrimonium,auth.ad hoc,C.de Latinalibert.toll.

Ancillam si quis credens liberam recipiat in matrimonium, non interueniente voluntate vel taciturnitate domini, si posteà declaretur eam ancillam esse, matrimonium non tenet.ibid.

Ancillam propriam si quis existens sine vxore in concubinam habeat, & de eius vel sobolis libertate nihil disposuit, ad libertatem post eius mortem perducuntur.l.fi.C.communia de manumiss.

Ancillam propriam in concubinam si quis existens sine vxore habeat, & ex ea liberos sustulerit,poterit ipse dominus ancillam,& eius liberos aliis legare vt seruos,vel quòd remaneat heredem in seruitute relinquendo. ibid.

Ancillam propriam si quis habens vxorem habuerit in concubinam, & ex ea sustulerit liberos,ad libertatem non perducuntur,etiamsi de ea nihil disponit. ib.

Ancillam emens vt eam teneat in concubinatu, non propterea eam manumittit. l.de ancilla,C.de liberali causa.

Ancillam alienam scienter si quis redemerit perpetuò,auditur dominus pretium offerendo, si ignorans & credens esse vendentis,auditur dominus intra triennium,non vltra,gl.fi.in l.sicut liberis,C.de postliminio reuers.

Reliqua verbo, Conceptus, Partus,1.vsque 9. Prostituere, Rapiens, Sterilis, Venders, 7. Venditor, 15. 16. Vendita, 5. 6. Seruus,per tot. 4. Legatum,num. 110. vsque 113.

Angariae inter munera personalia numerantur, nec propriè cohærent rei. gl.angariarum,in l.his oneribus de vacatione mun.& gl.1.in l. 1. C. sumptus iniuncti muner.lib.11.& gl.fi.in c.1.quæ sint regalia.

Angariæ sunt opera personarum, perangariæ sunt opera personarum, & rerum impedidia,gl.1.& 2.in l.neminem,C.de sacrosanctis. & gl. angariis,in §.illud, in auth.de mandat.princip.& gl.2.in l.2.C.de quib. muneribus præst.lib.10.

Angariæ & superangariæ dicuntur munera, quæ incolæ capessere tenentur in auehendis reuehendisque instrumentis, ab eo dictæ,quòd vt cogente necessitate subeantur,dicuntur etiam angariæ omnia munia non vilia, quæ à militibus obeuntur,vt sunt vigiliæ,itationes,in vsumque gestationes.gl.3.in additione marg.in l.1.C.de quibus muneribus vel præst.lib. xi.

Reliqua verbo, Munus,1. 2.

Angularius locus dicitur habens multos angulos.gl.1.in l.Rutilia, 69.de contrahend.emptione.

Anima p. efferenda [illegible] quibuslibet.eb.gl.2.in l.1.de pactis.& gl. si enim.in §. si quis de præd. [illegible] vt cum de [illegible] cogn.col.8.& gl.exceptæ,in §.[illegible]

pro Anima relictum,dicitur relictum ad pias causas. gl. 1.in l.si quis Titio, [illegible] de legat.2.

Anima non in hominis,sed in potestate Dei consistit,gl.animæ.in §. publica autem.Inst.de publi.iudiciis.

Anima quandoque sumitur pro vita,est enim anima,qua viuimus, animus, quo sapimus.d.gl.animæ.in additione.

Vide verbo, Animus,Legatum,91. 92.

Animal si sua feritate mihi damnum dederit,tenetur mihi dominus pro noxa actione legis Aquiliæ,vel de pauperie,secus si ab alio concitatum,alias non facturum,vel naturaliter damnum dederit,quo casu non tenetur dominus.gl. dederit,in l.& eleganter,§.si quadrupes.de dolo.

Animal tuum dolo alterius si mihi damnum dederit,si tu non sis soluendo, datur actio de dolo contra eum,sed si sis soluendo, datur mihi actio legis Aquiliæ,vel de pauperie, licèt non solutio, sed deditio pro noxa subsequatur. d. §. si quadrupes.

Animal meum si dolo tuo damnum dederit alicui, ego illud pro noxa dederim, mihi competit actio de dolo contra dolosum, cuius occasione damnum datum est,gl.debere.ibid.

Animal alicuius cuicunque licet cessare, vel dimittere, vt sibi proficiat, non tamen vt alteri damnum det.ibid.

Animal alicuius dolo alterius si damnum dederit, & dominus dedit illud pro noxa, præstatio noxæ non tollit id, quod excedit, sed facit vt non nascatur actio de dolo,gl.nec in id.ibid.

Animal alicuius,vel seruum alienum compeditum, vt fugeret,si quis soluerit,nõ misericordia ductus, soluens tenetur domino animalis vel serui actione furti, sed si misericordia ductus soluerit, tenetur actione in factum, d. l. & eleganter, §. idem Labeo.

Animalia omnia iure naturali regũtur, quod regimen est,in eo,quòd auis volat, quòd piscis natat,& sic de aliis,gl.omniũ.in l.1.§.ius naturale,Inst.de iur.nat.

Animalia dicuntur per se mouentia.gl.animalibus in l.1.de rei vendicatione, & gl.animalia,in l.1.C.de imponend.lucrat.descript.lib.x.

Animal,si aliud animal concitauit, ita vt damnum daret,nomine eius animalis, quod concitauit,agitur directa,vel vtili de pauperie,si ab homine concitatum dedit damnum, datur vtilis,vel directa legis Aquiliæ.l.1.§.siue autem, & ibi gl.erit.si quadrup.pauperiem.

Animal, quod damnum dedit, si post litem contestatam in actione de pauperie ab aliquo sit occisum,datur domino legis Aquiliæ actio,& in tantum condemnatur Aquilia conuentus, in quantum tenetur dominus ei,à quo conuenitur actione de pauperie.d.l.1.§.fi.& ibi gl.ratio.& l.liber homo.37.§. liber homo. ad legem Aquil.

Animal, quod damnum dedit, si post litem contestatam in actione de pauperie ab aliquo sit occisum, damnum passo tenetur dominus actione de pauperie, nisi paratus sit cedere ei actionem legis Aquiliæ, quam habet aduersus eum, qui occidit,quo casu liberatur.ibid.

Animalia in retib. capta non dicuntur capta, cùm incertum sit an capiantur, & ideò si ab aliquo retes fuerint incisæ, incidens non tenetur ad illorum æstimationem, cùm ponens retia adhuc dominus non sit factus. l. quemadmodum,29.§.si nauis.ad legem Aquil.

Animal alienum si quis in agro suo deprehenderit,debet illud sic expellere,quomodo si suum deprehendisset,quia si aliquod damnum in agro suo passus fuerit,habet proprias actiones,vt de pastu pecoris.l.quamuis.39.& ibi gl.fi.eod.

Animal alienum deprehendens in agro suo, non includit iure, si animo celandi includit.ibid.

Animal alienum deprehendens in agro suo debet abigere sine damno,vel admonere dominum, vt suum recipiat, cùm habeat propriam actionem de pastu pecoris.ibid.

Animal conductum onerans pondere grauiori tenetur ex locato, vel lege Aquilia,l.qui insulam.§.qui mulas locati.

Animalia,quæ nocere possunt,veluti,vrsum, leonem,pantheram,lupum, aprum, verrem, vel canem, vel aliud animal, siue solutum, siue alligatum, aut quod vinculis contineri non potest, quominùs damnum inferat, non licet alicui habere in via,qua vulgò iter fit,quod si habeat,& homo liber ex ea re perierit condemnatur in ducentis solidis, sed si nocitum sit homini libero, quanti æquum, & bonum iudici videbitur, sed si in aliis in duplum damni dati condemnatur,& nihilominùs potest agi actione de pauperie, l. hi enim,40. cum duabus seqq. de ædilitio edicto.

Animalia,quæ noxam commiserunt,non solent nos onerare vltra quam, vt pro noxa ea dedamus,l.prætor ait,7.§.hoc edictum,de damno infecto.

Animalia quando dantur pro noxa,quam commiserunt,noxa non est in obligatione,sed in solutione,gl.dedamus.ibid.

Animalia omnia,quæ terra,mari,cæloque capiuntur,idest, feræ,bestiæ,volucres, pisces, capientium fiunt,& etiam quæ ex his apud eos edita sunt. l.1.§.fi. & l. 3.de adq.rerum dominio,& l.1.de adq.possessione.

Animalia,quæ in nullius dominio sunt, ratione naturali occupantium fiunt,nec interest an capiantur ab eis in suis fundis,an in alienis.l.3 .eod.

Animalia, quæ in nullius dominio sunt, etiamsi quis vulnerauerit,non fiũt vulnerantis,donec capiantur,gl.ceperimus,in d.l.3.& l.naturalem.5.eod.

Animalia,quę in nullius dominio sunt,intelliguntur capientis,donec eius custodia coërcentur,sed cùm euaserint custodiam eius, & in naturalem libertatem se receperint, desinunt esse illius, & fiunt rursus occupantis, nisi facta sint mansueta & reuerti solita.d.l.3.§.fi.cum lege seq. de adq.rer. dom.

Animalia capta intelliguntur naturalem libertatem recipere, cum oculos capientis effugerint in aere libero, vel ita sint in eius conspectu, vt difficilis sit eorum persecutio, & illa posteà capientium fiunt, secus si persecutio illorum animalium esset facilis.l.naturalem,5.& ibi gl.1.& 3.eod.

Animalia,quæ habent consuetudinẽ eundi,& redeundi,eousq; nostra intelliguntur, donec reuertendi animũ habeant,quòd si desierĩt habere animum reuertendi,desinunt esse nostra,& fiunt capientium.d.l. naturalem. §. in his autem

Animalia intelliguntur desiisse habere animũ reuertendi tunc, cum [illegible] consuetudinem deseruerint.ibi.& in §.pauonum.Inst. de rerum diuisione.

[illegible]

Annus intelligitur de 365.diebus,& non de bisextili anno.l.4.§.Stichus,de statuliberis.

Annus secundùm computum diuiditur in quatuor partes, scilicet in hyemem, ver,æstatem,& autumnum,& quælibet pars habet tres menses. gl. refertur, in l.1.§,æstas. ne quid in flumine publico, & gl.autumnali, in l.1.§.æstatem, de aqua quotidiana.

5 Annus diuiditur in duo tempora in interdicto de aqua quotidiana, scilicet in hyemem,& æstatem, ita quòd æstas incipit ab æquinoctio vernali desinente, & finitur æquinoctio autumnali incipiente, & ita æstas comprehendit illos sex menses,qui sunt ver & æstas, hyems verò reliquos sex menses,qui sunt autumnus & hyems,d.§.æstatem,& ibi gl. autumnali.

Annus, intra quem est agendum in interdicto quod vi, aut clàm, non currit absenti causa reipub. sed ei reuerso datur annus integer. l.semper, §. si quis reipub.quod vi, aut clàm.

Anno aliquo si quis promiserit aut dare damnatur à testatore vel à lege, habet potestatem dandi quolibet eius anni die, l.quod quis. 50. & ibi gl.1.de actio. & oblig.

Annus diuiditur in 12.menses,gl.1.in l.cùm bisextus,98.de verb.sig.

Annum secundùm consuetudinem ciuium, & loquela,non ad momenta temporum,sed ad dies numeramus,l.anniculus,134.de verb.sig.

Annus vtilis quandoque currit absenti causa reipub.quandoque non currit, vt in vtili anno interdicti quod vi,aut clàm,gl.1.in l.1.C.de tempor.in integr. rest.

Annus continuus dicitur,in quo feriati,& non feriati dies currunt, potuit agere vel non potuit intendere iudex, vel non reus conueniri, vel non sit præsens,vel absens,contra quem currit, ad quem quidem annum quandoque datur restitutio,gl.1.l.finali.C.de temporibus in integ.

Anni vtilis multa sunt genera,quidam est vtilis quoad sui initium,sed ex quo incipit est continuus,d. gl.1.in d.l.fi.C.de tempor.in integ.

4 Annus vtilis est, qui currebat absenti, eò quod potuit procuratorem dimittere, sed restituitur,vt annus datus petenti bonorum possessionem,d.gl. 1.

Annus vtilis est ille, qui currit præsenti, eò quòd per procuratorem,vel per se non egit,sed si impediatur agere,non currit ei.ibid.

Annus vtilis quoad quid dicitur quadriennium,quod datur maioribus,& minoribus loco vtilis anni, & est continuum,d.gl.1.

Anni vtilis requisita tria, quæ debebant concurrere, sunt, Actori copia agendi, reo defendendi,& Iudici iudicandi,gl.2.ibid.

Annus impletus & non cœptus inspicitur, vbi de emolumento legati, vel fideicommissi relicti tractatur,l.pe C.quando dies legat.cedat.

Annus vtilis datur alicui ad deliberandum,quod currit à tempore scientiæ,& est continuus,ex quo incœpit currere, gl. qui sciens. in l.cùm in antiquiori, 19. C. de iure delib.

Annos computabant Romani ante natiuitatem Christi ab indictione,Hebræi à diluuio, Græci à ludo Herculeo, qui fiebat per singula quadriennia in monte Olympo, sed hodiè omnes Christiani ab annis Dominicæ Incarnationis & Imperatoris,gl.in rubr.C.de indictionibus,lib.10.

Anni Domini, dies mensis, & alia,quæ in instrumentis apponuntur,poni debet in principio instrumentorum, & si ponantur in fine non ob id vitiantur instrumenta,quia instrumentis non apponuntur hæc,nisi vt constet de tempore contractus,gl.acta.in §.acta sunt,de pace Constantiæ.

Annus vtilis, vt currat,necesse est quòd actor habeat facultatem agẽdi nec impediatur per se,nec per reum,nec per iudicem,gl.annum,in §.rursus,de actio.

Annus in dispositione prætoria est vtilis,in ciuili continuus.d.gl.annum, in additione marg.

Annus vtilis etiam hodiè habet locum in aliis, præterquàm in restitutionibus in quibus quadriennium continuum computatur. ibid.

Reliqua verbo, Bisextus, Die, Legatum, 213. vsque 17. 32. 33. 34. 127.

ANNICVLVS infans dicitur qui est in vltimo die anni, licet non compleuerit gl. anniculo,in l.cùm sponsus,14.§.fin.de Publiciana in rem act.

Anniculus dicitur mori, qui extremo anni die moritur. l. anniculus, 132. de verb.sig.

Anniculus non dicitur quis, statim vt natus est, sed 365. die incipiente non completo,l.anniculus,134.eod.

ANNALES actiones,& quæ à prætore constituta sunt,perpetuantur per libelli supplicationem,impetrato rescripto,l.2.C.quando libellus principi dat.

Reliqua verbo, Actio, 204.

ANNVA, bima, trima die legatis triginta, dena per singulos annos præstari debent licèt non sit dictum æquis pensionibus nisi alia mens testatoris appareat,l.3.de annuis legat.

Annua, bima, trima die legatis triginta, adiiciendo in æquis pensionibus, inæquales pensiones debentur singulis annis, quas arbitrabitur bonus vir pro facultatibus defuncti, & dispositione patrimonij, nisi specialiter testator electionem dederit heredi.ibid.

Annua, bima,trima die legatis triginta adiiciendo in æquis pensionibus, quas legatarius putauerit, non potest legatarius petere simul tota triginta in primo anno, neque heres potest differre totam præstationem vsque ad finem triennij,etiamsi arbitrio eius dandas pensiones testator dixit.ibid.

Annua,bima,trima die soluere idem est, quod soluere æquales partes per singulos de tribus annis,d. l.3. & ibi gl.in heredis.de annuis legat.& gl.annua,in l. vnica.§.cùm autem,C.de rei vxor.actione.

Annua præstatio fienda ex reditu certæ rei finitur morte legatarij.l.Caius,12.de annuis legat.

in Annuo legato, quod deficit in fructu vnius anni, suppletur ex fructibus sequentium annorum,l.legatum ita,17.§.fi.eod.

Annua & menstrua recipere idem est, quod recipere alimenta.l.alio herede, de aliment.vel cibariis legat.

Annuæ præstationi 30.annis potest præscribi, † gl. temporalem, in l.plures, C. de fide instrum.

Annuum legatum non amittitur nõ vtendo,gl.cuiusque anni.in l.cùm notissimi. §.fi.C.de præscript.30.vel 40.

Annui debiti obligatio,in stipulationibus licèt sit plurium annorum, tamen est vnica stipulatio, & ideò per vnicam præscriptionem tollitur; in legatis verò annuis tot sunt obligationes,quot anni,tot actiones,& tot præscriptiones vnde hodiè est præscriptum tricesimo anno, & præcedentibus, non verò sequentibus †,ibid.

Reliqua verbo, Legatum, 13. vsque 17. 32. Præstatio, Promissio, 1. Sterilitas, Stipulatio, 21.

ANSA est manubrium, quod cum manibus tenetur, propriè tamen dicitur an[...] pes ollæ,gl.ansam,in l.in rem,§.si quis rei suæ,de rei vendic.

ANTAPOCHA fit de solutis, putà confiteor me tantùm vsurarum vel pensionis nomine soluisse,& à debitore fit,datúrque creditori, & dicitur ab ante, [...] eo quòd sit ante apocham,† gl.2.in l.plures,C.de fide instrum.

Reliqua verbo, Apocha, Chirographum.

ANTECEDENTIA vel præcedentia,cui mandantur,videntur etiam mandata sequẽtia,& è contrà,l.ad rem,56.& ibi gl.fi.& l.ad legatũ, de procuratori[...]

Antecedens volens vult etiam consequens,sine quo illud,quod quæritur, nulliu[...] est momenti,l.si cui legatum,92.de cond.& demonst.

Reliqua verbo, Consequens, Præcedentia, Sequentia.

ANTICHRESIS est pignus, quod sub hoc nomine accepit creditor, vt ei[...] vsum & fructum pro vsuris sibi computet,gl.1.in l.si pecuniam,33.de pigne[...] actione,ibid.

Antichresis est scriptura,quam facit debitor,in qua continetur, eum debere tan[...]tum,& dat eam creditori,& debitor potest soluta pecunia eam recuperare,ib[...]

Reliqua verbo, Chirographum, Apocha.

ANTICHRISTVS regnabit per tempus & tempora & dimidium temporis[...] idest,annum,& duos annos,& dimidium anni,& sic per tres annos cum dimidio,gl.2.in l.vsuræ,10.C.de vsuris.

ANTIDORA quandoque idem est quod remuneratio,l.sed & si lege,25.§.consulit,in additione mar.de petitione hered.

Antidora quandoque idem est quod contraria donatio, ab anti,quod est contra[...] gl.planè,ibid.

Antidora quandoque idem est quod doni redditio, ab anti, idest, re, & doron[...] idest,donum,idest,retributio seu remuneratio, d.gl.planè, in additione marg[...]

Reliqua verbo, Donatio, 36. Donum.

ANTIDOTVM, vel antidotus est modum medicamenti, & dicitur quasi e[...] contrario remedium atque medicamentum,gl.antidota,& ibi add.marg.in l[...] quod sæpe.35.§.1.de contrahend.empt.

ANTIPHERNA, idest, contra dotem, ab anti, quod est contra, & pherna[...] idest,dos,quasi contra dotem datio,vt & hæc donatio est, gl.antipherna, in l[...] cùm multæ.C.de donat.ante nup.

Reliqua verbo, Parapherna, Mulier, 71. Maritus, 21.

ANTIQVITATI, & vetustati statur,nisi contrà probetur,gl.fi.in l.in finali[...]bus finium regund.

Antiquitatis, & vetustatis fidelissimæ mos est retinendus, l. testamento, C. d[...] testam.

Antiquitas quandoque recitari debet,vt nihil antiquitatis penitus ignoretur,gl[...] 2.in §.1.Inst.per quas person.& in prin. Inst.de testam.

Antiquitati magna reuerentia debet adhiberi, l. 2. §. tanta, C. de veteri iur[...] enucl.

Reliqua verbo, Vetustas, Senectus.

ANVLVS signatorius ornamenti appellatione non continetur, l. signato[...]rius,74.de verborum oblig.

Anulos olim liberti non poterant ferre, nisi impetrarent,gl. 1.in rub.C.de iur[...] aureorum anul.

Anulum sponsalitium cum vxore potest permutare maritus, l.si donatæ, 36.§.1[...] de donat.inter vir.

in Anulis licitum est mari & fœminæ gemmas ponere,gl.muliebrium,in l.1. C[...] nulli licere in frænis equestribus lib.11.

Reliqua verbo, Aurum, Inaures, Sigillum, Aurea, Ius, 5.

APES meæ ad tuas si aduolauerint,& eas exusseris, teneris mihi lege Aquilia,l[...] si seruus,27.§.si cùm apes,ad legem Aquil.

Apes alienas si quis fumo facto fugauerit, aut necauerit,tenetur actione in factum,quia magis mortis causam præstitisse videtur, quàm occidisse, l.si qui[...] fumo,49.eod.

Apes in patrimonio nostro esse computantur. l. Pomponius, 8. §. idem, famil[...] ercisc.

Apium natura fera est, & syluatica,siue non mansueta,licèt habeant consuetudinem auolandi, & reuolandi, l. naturalem, §.apium quoque,& §.pauonum, de adq.rerum dominio,& §.apium.Inst.de rer.diu.

Apes, quæ nullius sunt,si in arbore alicuius consederint, antequàm alueo ab e[...] concludantur, non intelliguntur illius, & ideò si aliquis incluserit eas,is dominus earum fit, & fauos, quos illæ fecerunt, potest quilibet possidere sine furto,ibid.

Apium vniuersitas, vel examen, quod ex alueo alicuius euolauerit,eo vsque intelligitur illius,donec in eius conspectu est,nec est difficilis eius persequutio alioquin fit occupantis, aliud tamen seruatur consuetudine, d. §.apium, & ib[...] gl.difficilis,& §.apium.Inst.de rerum diuisione.

Apes,quæ ex alueis nostris aduolant, & secundùm consuetudinem redeunt, possidentur à nobis,aliàs amittimus possessionem,& proprietatem.l.3.§. inter feras,& ibi gl.consuetudinem,de adq. possess.

Apes feræ si in arbore fundi alieni fecerint alias apes, & aliquis eas surripiat, vel fauum auferat, surripiens non tenetur furti domino fundi,l.si apes,26. de furtis.

Apes occupanti conceduntur,& earum faui, potest tamen dominus fundi prohibere ingredientem,§.apium,Inst.de rerum diuis.

Reliqua verbo, Examen, Fauum.

APICES iuris dicuntur, qui subtilitatem quamdam respiciunt magis,quàm facti veritatem,l.si fideiussor,29.§.quædam,mandati.

ex Apicibus iuris,vel verborum non est curandum, sed tantùm bona fides ac facti veritas inspici debet,gl.de apicibus ibid.

Reliqua verbo, Subtilitas.

3 Appellatione pendente facta reponuntur in pristinum statum officio iudicis appellationis, si appellans succumbit, l. chirographis, 57. §. fi. & ibi gl. fi. de admin.tutor.

Appellatio à diffinitiua licèt per iudicem non recipiatur, tamen exequutio debet differri, quoad princeps rescripserit ad literas iudicis, nisi condemnatus sit latro manifestus, vel prærupit seditionem in ciuitate, vel commisit factionem cruentam, vel sit alia iusta causa, propter quam immineat ciuitati periculũ, nisi incontinenti puniatur condemnatus, & tunc iudex non tenetur scribere principi, sed statim debet punire eum, & posteà scribere principi ad suam excusationem, l. si quis, filio, §. quid tamen, & ibi gl. permittitur, de iniust. rup.

Appellationis iudici sufficit, quòd dicat in sententia bene, vel malè fuisse appellatum, licèt secus, si prima sententia fuit absolutoria, l. Ofidius, 97. & ibi gl. appellasse, de legat. 3.

Appellationis iudex pro parte sententiam confirmare, & pro parte nullam pronunciare, l. fi. de iure patronat.

Appellatione interposita fingitur sententia non lata, intellige considerato præsenti tempore, & præsenti statu, gl. 1. in l. 1. de re iud.

Appellationis iudex si confirmat sententiam, quia pars non est prosequuta appellationem, actio oritur ex prima sententia, si verò fuit prosequuta, & fuit iudicatum, bene appellatum, tunc oritur ex sententia secunda, † d. gl. 1.

Appellationis iudici sufficit, quòd dicat sententiam prioris iudicis iustam, vel iniustam, gl. fi. ibi, & l. qui Romæ, 122. §. Seia. de verb. oblig.

Appellatio non ritè interposita non retardat, nec impedit exequutionem, l. præses, C. de appell.

Appellatio simpliciter interposita ita, appello ad iudicem competentem, licèt non exprimatur nomen eius, ad quem appellatur, valet. l. qui Romæ, 122. §. Seia, de verb. oblig.

Appellatio est commune auxilium omnium condemnatorum, imò nulli condemnatorum est deneganda, gl. commune. & ibi addit. marg. in l. 3. §. fi. rem ratam haberi.

4 Appellatio corrigit iniquitatem iudicantium, vel imperitiam, licèt quandoque sententias bene latas in peius reformet, l. 1. de appell. & relat.

Appellatio est ius, d. l. 1. §. 1.

Appellationem non euitat error in appellando iudicem maiorem, vel parem, secus si minorem appellauit, d. l. 1. §. si quis.

Appellatio, quæ fit viua voce, potest fieri iudice sedente pro tribunali †, gl. 1. in l. 2. de appel. & relat.

Appellatio à diffinitiua debet fieri in scriptis, vbi non appellatur viua voce, d. gloss. 1.

in Appellatione si inferantur nomina quorundam ex his, aduersùs quos appellatur, videtur aduersùs omnes appellari, sed si inferantur nomina quorundam ex his, qui appellant, eis solis proderit appellatio, victoria. tamen eorum proderit etiam aliis, l. 3. §. sed & illud, & ibi gl. hi soli, de app.

in Appellatione à diffinitiua non est necesse, quòd inseratur causa, sed in appellatione ab interloquutoria non solùm de iure canonico, sed etiam de ciuili est inserenda causa, gl. fi. in d. l. 3. vers. fin.

in Appellationis causa quibuscunque modis potest procedi ad eam prosequendam, ibid.

Appellationem propter metum iudicis proponi coram vicinis, & honestis personis sufficit, l. cùm quidam, 7. de appel. & relat.

Appellatio vnius in communi causa prodest alteri, si vtriusque eadem est causa appellationis, secus si diuersa, l. qui separatim, §. fi. eod.

5 Appellationes eorum, qui vel vnam causam appellandi probabilem habent, valent; nec habent necesse causam appellationis in appellando, l. appellanti, 13. & ibi. gl, fi. eod.

Appellationes, quæ ad principem omissis his, ad quos fieri debuerunt, sunt factæ, debent remitti ad eos, ad quos fieri debuerunt, secus tamen est de iure canonico, l. Imperatores, 21. eod.

Appellatio à delegato præsidis ad principem, vt ipse cognoscat, non fit rectè; si tamen fiat, tenet appellatio, & ad ipsum præsidem debet remitti causa appellationis, d, l. Imperatores, §. 1. & ibi gl. non rectè.

Appellatio non potest fieri per alium, gl. ex vno ordine, ibid.

Appellatione interposita siue sit recepta, siue non, debet officium iudicis conquiescere, & attentata reuocantur per officium iudicis ad quem. l. si cuius, de appell. recipien.

post Appellationem interpositam iudex, à quo, debet mandare literas ad eum, qui de appellatione cogniturus est, & illæ literæ dicuntur apostoli, l. 1. de libellis dimiss. qui apost.

Appellatio, cuiuscunque generis sit, extinguitur appellatore mortuo sine herede, l. 1. si pendente appellatione.

Appellatio rescindit iudicatum, & reponitur appellans in eo statu, vt possit facere omnia, quæ posset post litis contestationem. l. ita demùm, C. de procuratoribus.

Appellationis causa eadem est cum primà quoad exceptionem dilatoriam non opponendam, quia sicut in prima post litis contestationem non potest opponi exceptio dilatoria, ita nec in causa appellationis, gl. 3. ibi. & gl. mouisse, in l. 2. C. de iureiur, propter cal.

Appellationem interponere qui tenetur, non tenetur eam exercere, & prosequi, quia diuersi sunt actus appellandi, & exercendi, gl. 4. in l. inuitus, C. de procuratoribus.

6 Appellatio potest interponi tempore feriarum solemnium, & repentinarum, interposita tamen non potest exerceri, l. 1. C. de feriis.

in Appellationibus tempora fatalium currunt etiam tempore feriarum solemnium, & repentinarum, gl. 1. ibid.

Appellatio quandoque tantum semel conceditur, gl. deducitur, in l. 1. C. de assertione tollenda.

Appellatione interposita etiam si sit reiecta, nihil est innouandum, sed omnia debent manere in suo statu, l. 3. C. de appellat.

Appellatione remota non censetur remota recusatio, † reprob. gl. fi. in l. fi. C. de sententiis & interloq. gl. 1. in l. 1. fi. C. ne liceat in vna eadémque causa.

Appellatione pendente quandoque fructus deponuntur, gloss. fin. in l. 3. C. de appellat.

Appellatio si absque causa appellantis non sit producta in termino, appellanti succurritur, l. præses, C. eod.

Appellatio post decisam litem per sententiam fieri debet, & non ante, l. eos, qui, & ibi gl. 1. C. eod.

in Appellationis causa allegari, & probari potest non probatum, neque allegatum in causa principali si actionem antiquam respiciat alias secus d. l. eos, qui; §. si quid. C. de appella. & l. 4. C. de tempor. appel.

in Appellationis causa, quæ apud Imperatorem ventilatur, noua allegatio non proponitur, gl. iustitiam, in d. §. si quid.

Appellatione pendente in causis capitalibus reus, qui idoneos fideiussores non 7
dat, detinetur in carcere, d. l. eos, qui, §. super his.

Appellatio debet interponi in scriptis, nisi adhuc iudice sedente pro tribunali, & ad alia non diuertente, appellet, quia tunc sufficit viua voce dicere, Appello, d. l. eos, qui, §. sin autem, & ibi gl. libellos.

in Appellationis causa statuta habent locum in causa supplicationis interposita à præfecto prætorio, l. fi. §. cui consentaneum. C. de tempori. appellationum.

Appellatio vbi per lapsum fatalium est deserta, sententia mandatur executioni, nisi interim sit transactum, l. si contra. 8. C. de appell. & auth. ei, qui. C. de tempor appel.

Appellationem à procuratore interpositam potest dominus causæ tractare, & exercere, tam præsente procuratore, quàm absente, l. dominus litis, 9. C. de appellar.

Appellatione remota soli principi licet delegare, gl. fi. in l. eos etiam, 16. C. eod.

Appellationis causam in patriam litigantium iudex appellationis cogitur delegare propter breuitatem causæ, & itineris longinquitatem, l. cùm post sententiam, 26. C. eod.

de Appellatione interposita à præsidis sententia super statu apparitoris magistrì militum lata cognoscit præfectus vnà cum magistro militum, etiamsi magister ipsi præsidi delegasset, l. eo casu, 33. C. eod.

in Appellatione ad principem deuoluta si causa sit, vsque ad æstimationem decem librarum auri solùm, vnus iudex cognoscit, si à decem vsque ad viginti, cognoscunt præfectus prætorio & quæstor sacri palatij, si verò à viginti supra, cognoscit principis consistorium, & ab eorum sententia non appellatur l. in offerendis, 37. C. eod.

de Appellatione interposita à duce, spectabili, vel illustri, cognoscit magister officiorum, & quæstor sacri palatij, l. pe. C. eod.

Appellatio facta ab vno licèt prosit alteri, tamen restitutio facta vni, non pro- 8
dest alteri, quia datur fauore minoris ætatis minoris, l. fin. C. si vnus ex pluribus appel.

in Appellationis causa non potest peti nouiter res, vt si primò petebam bouem, nunc peto asinum, vel etiam non potest excipere super alio, si primò excipiebat super alio diuerso, gl. pe. in l. 4. C. de tempor. appel.

in Appellationis causa potest opponi etiam noua exceptio super eadèm re, vt si primò sit opposita exceptio rei iudicatæ, nunc iuris iurandi, vel alia potest opponi, d. gl. pe.

in Appellationis causa possam dicere, quòd res pertinet ad me iure dominij ex traditione facta à Mæuio, etiam si anteà dicerem, quòd erat facta à Seio per præscriptionem, vel ex legato. † ibid.

in Appellationis causa exceptionem non oppositam, vel oppositam, sed nõ probatam, potest quis opponere, & oppositam probare, sed si de alia velit disputare, quàm de prima, quæ est in iudicium deducta, non auditur, ibid.

Appellationis causa si est inchoata in consistorio principis, tempora appellationis, quibus ius non redditur propter alias occupationes, ipso iure non currunt. l. fi. §. si tamen, C. de temp. app.

Appellationis iudex si asserendo causam pronunciauerit malè appellatum, quia sententia erat nulla, & tunc non confirmat primam sententiam, secus quando non asserendo causam pronunciauit malè appellatum, gl. fi. in l. 1. C. quando prouoca.

Appellationem si victus prosequitur, victor non potest appellare propter condemnationem expensarum omissam, si iudex de eo iudicare debebat, idem si non prosequitur, l. fi. C. quando prouocar.

Appellatione pendente non debet res sequestrari generaliter, fallit quando timetur de dilapidatione rei, gl. in deposito, in l. ab exequutione, C. quorum app.

Appellationis causæ instantia transit ad heredes. l. 1. C. si pendente app.

Appellatione pendente etiam si extincta sit pœna capitalis per mortem delin- 9
quentis, non tamen extinguitur bonorum confiscatio expressa, tacita tamen extinguitur, l. 3. C. eod.

Appellationis causa super nominatione muneris morte appellantis extinguitur, neque heres tenetur prosequi, l. 4. C. si pendente app.

Appellationis causa durat propter peculium, licet moriatur ancilla petita cum peculio, l. pe. C. eod.

Appellatio vbi est prohibita, ibi restitutio in integrum non denegatur, † gl. fi. in l. v. C. si de moment. possessione.

in Appellatione duplici succumbens non potest tertiò appellare super eisdem capitulis, nec licet ei supplicare, l. 1. C. ne liceat in vna, eadémque causa tertiò appel.

in Appellationis causa quando vtraque pars est præsens, debet lis cõtestari, d. l. 1.

in Appellationis causa proceditur etiam altera parte absente, & lite non contestata, §. 1. & 2. in auth. de his, qui ingrediun. ad appel. col. 5.

in Appellationibus inopia dicitur iustum impedimentum dandi fatalia. ibi.

Appellationis causa est alia & diuersa à prima, nam & testes inducuntur de nouo, gl. & personam, ibid.

Appellationis causam non potest quis per solam libelli appellatorij productionem prosequi, nisi citetur pars, gl. menses, & ibi add. m. in §. appellationes, in auth. de iudicibus col. 6.

in Appellationis causa debet ferri sententia secundùm leges, quæ vigebant tempore primæ sententiæ, & non secundùm leges, quæ pendente appellatione nouiter sunt promulgatæ, etiamsi expressè sit dictum in eis, quòd illæ leges

referantur

Appellare, eſt iudicis ſentētiam aduersùs ſe latam iniquam dicere, ac de ea querimoniam proponere, rub. de appellatio. in add. marg.

Appellare virginem dicitur, qui blanda oratione eius pudicitiam attentat, adectari autem dicitur, qui tacitus frequenter inſequitur, l. item apud Labeonem, 15. §. appellare, de iniuriis.

Appellari poteſt à ſententia lata ſecundùm reſcriptum principis, non ab ipſo reſcripto, vel pronunciatione facta de principe conſulendo, † l. 1. §. 1. de appellatio. & gl. 1. in l. 1. à quibus appel. non licet.

Appellari non poteſt à grauamine, quod infertur ante ſententiam, quod poteſt per appellationem à diffinitiua reparari. d. §. 1.

17 Appellari non poteſt à ſententia principis, gl. prouocari, ibi. & l. 1. à quibus appel. non licet, & l. ne cauſas, 15. C. de appellat.

Appellare poteſt quis tempore ſententiæ apud acta ipſo die, adhuc ſedente iudice pro tribunali, viua voce dicendo, Appello. l. 2. de appellat. & l. à ſententia. §. fi. & ibi gl. fi. eod. & l. litigatoribus, 14. & ibi gl. 1. C. de appellat.

Appellare non poteſt quis ab executore ſententiæ, ſcilicet ab ipſa executione facti, rectè tamen poteſt appellare à pronunciatione de exequendo, vel non exequendo. † l. ab executore, 4. & ibi gl. 1. de appel.

Appellare poteſt quis ab executore facti, quando executor excedit modum in exequendo, gl. 2. ibid.

Appellare poteſt quis ab iniqua interpretatione ſententiæ, & tunc ſolùm quæritur de iniuſtitia interpretantis, d. l. ab executore.

Appellare non poteſt quis à ſententia inter alios data, niſi eius interſit ratione pleni, vel qualis qualis præiudicij, l. à ſententia, 5. & ibi addit. marg. de appel. & l. 2. §. 1. quando app. ſit.

Appellare poteſt alter coheres à ſententia lata contra coheredem, quamuis eſſet tutus etiam ſine appellatione, d. l. à ſententia.

Appellare poſſunt fideiuſſores, reo principali condemnato, ibid.

Appellare poteſt etiam fideiuſſor venditoris, emptore condemnato, licèt emptor & venditor adquieſcant. ibid.

Appellare poſſunt legatarij, & ſerui, quibus libertas in teſtamento relicta ſcripto herede condemnato in querela inoffícioſi contra eum mota, ſi dicant per colluſionem eſſe eum condemnatum, ſed ſi heres appellauit, ac tranſegit, poſſunt legatarij vel ſerui agere ad legata, & libertates ſibi relictas, ſi probent, in eorum fraudem fuiſſe tranſactum, d. l. à ſententia, & l. ſi perluſorio, 14. eod.

18 Appellare cuilibet licet pro eo, qui poſt ſententiam ad ſupplicium ducitur, etiam eo inuito, l. non tantùm, de appel.

Appellari poteſt à ſententia iudicis ex conſenſu litigantium citra compromiſſum à præſide datum, l. ex conſenſu, 23. eod.

Appellare non poteſt ille, qui ante ſententiam profeſſus eſt in iudicio, ſe à ſententia iudicis non appellaturum, ſecus ſi extra iudicium id dixiſſet, niſi extra ius paciſceretur cum aduerſario, l. 1. §. 1. & ibi gl. perdidit, à quibus appel. non licet.

Appellari non poteſt à præfecto prætorio, ſupplicari tamen poteſt principi, & durat biennium hæc facultas ſupplicandi, l. 1. C. de ſententiis præfect. præt. & gl. fi. in l. 1. §. 1. ff. à quibus appel. non licet.

Appellari non poteſt in quibuſdam caſibus propter cauſæ naturam, gl. fi. in d. l. 1. §. fi. à quibus appellari non licet.

Appellari non poteſt, quando cauſa ab Imperatore delegata eſt, remota appellatione, de iure tamen canonico rectè poteſt nihilominus appellari, d. l. 1. §. fi. & ibi gl. fi.

Appellari poteſt à iudice ad eum, qui eum dedit, vel ad ſucceſſorem ſuum, l. 1. quis, à quo appelletur.

Appellari non poteſt à vicario ad eum, qui eum vicarium dedit, ſed ad ſuperiorem ipſius dantis, d. l. 1. §. fin.

Appellari poteſt, cùm principi reſcribitur, & ſecundùm eius reſcriptum ſententiatur, l. 1. quando appellandum ſit.

Appellari poteſt ab actibus extraiudicialib. d. l. 1. §. ſolent.

Appellari poteſt etiam die feriato, gl. cepiam, in d. l. 1. §. dies autem.

19 Appellare poteſt reus etiam poſt decem dies, quando eius procurator non appellauit in tempore debito, & non ſit ſoluendo, gloſſ. fin. & ibi add. marg. in d. l. 1. §. fin.

Appellare poteſt vnus ex cõiunctis pro eo, qui capite puniri iuſſus eſt, l. 2. fin. eo.

Appellare poteſt mater à ſententia contra filium lata, & dicitur intercedere, cùm neceſſe habeat ſatiſdare iudicatum ſolui, non tamen habet Velleianum, quaſi non videatur intercedere in cauſa appellationis, l. 1. & ibi gloſſ. fin. de appel. recipi.

Appellari ideò non poteſt à ſententia lata in momentanea poſſeſſione, quia parit modicum præiudicium, & citò poteſt recuperare, per petitorium, ſi habet ius is, qui ſuccubuit in primo, gl. 2. in l. 2. eod.

Appellare poteſt ille, qui de ſuſpecto tutore agens ſuccubuit, l. 3. eod.

Appellari non poteſt in his, quæ non recipiunt dilationem, veluti ne teſtamentum aperiatur, ne frumentum in vſum militum in annonæ ſubſidia contrahatur, vel ne ſcriptus heres in poſſeſſionem inducatur, aliàs tam appellans, quàm appellationem deferens puniuntur, l. fin. eod. & l. quiſquis, C. quorum appellat.

Appellari non poteſt, ſi ex edicto aliquid decernitur, d. l. fi. de appellat. recipiend.

Appellari non poteſt, quominùs liceat vendere pignus à venditore, cùm nulla ſit ibi ſententia, d. l. fin. & ibi gloſſ. fin.

Appellari non poteſt à ſententia iudicis, in qua continetur, quòd factæ ſunt denunciationes debitori à creditore, intellige ſine cauſa. ibi.

Appellatur à ſententia Epiſcopi ad præſidem, vel defenſorem ciuitatis, ſed à ſententia Archiepiſcopi ad Patriarcham appellatur. gl. fin. in auth. clericus, & de Epiſcopis & cler.

20 Appellare non licet ante diffinitiuam, ſecus tamen eſt de iure canonico, l. 2. & ibi gl. 2. C. de Epiſcop. audien. & l. apertiſſimi, C. de iudiciis, & gl. diffinitiua, in l. generaliter, C. de reb. creditis, & gl. 2. & fi. in l. fi. C. de ſententiis & interlocut.

Appellabatur olim à ſentētia intra biduum, vel triduum, hodiè verò intra decem dies, gloſſ. fin. in l. addictos, C. de Epiſcop. audien. auth. de appellat. & intra quæ tempora. in princ. col. 4.

Appellare non licet à ſententia lata per Epiſcopum ex prorogatione iuriſdictionis, & illa ſententia debet executioni demandari per iudicem ſæcularem, l. Epiſcopale, C. de Epiſc. aud.

Appellari non poteſt à ſententia Epiſcopi ex prorogatione iuriſdictionis lata vel præfecti prætorio, ſupplicari tamen licet, gl. 2. ibi, & l. ſi quis, & ibi glo. 1. C. de precib. Imperat.

Appellari poteſt nouo iure à ſententia per Epiſcopum lata ex prorogatione ad locorum iudicem, vel ad Magiſtratum municipalem, qui ſi confirmat, executioni mandat ſine appellatione, ſi infirmat, appellatur iterum, auth. ſi quis, C. de Epiſcop. audien.

Appellari non licet ſecundò ab vno litigatore à ſententia Epiſcopi confirmata per iudicem ad quem, ſed regulariter eſt contra, gl. 3. ibid.

Appellari poteſt in cauſa liberali, gl. fi. in l. fi. C. ſi aduersùs libertat.

Appellari poteſt à ſententia, quæ parit actionem iudicati, 1. C. de recept. arbitr.

Appellari poteſt tempore feriarum ſolemnium, & repentinarum, gloſſ. 1. in l. 1. C. de feriis.

Appellari poteſt à ſententia, in qua quis ſe iudicem eſſe pronunciauit, gloſſ. fin. in auth. habita, C. ne filius pro patre.

Appellare poteſt quis à ſententia contra alium lata, ſi eius interſit, licèt ex neceſſitate non teneatur, gl. fin. in l. 2. C. de fide inſtrum.

Appellari licèt de iure ciuili non poſſit à ſententia lata in cauſa poſſeſſorij facti, 21
poteſt tamen in cauſſa poſſeſſorij iuris, l. 1. & ibi glo. fi. C. de bon. poſſ. ſecundùm tabulas.

Appellare vel reſiſtere re, vel de iure non poteſt in remedio executiuo, rectè tamen poteſt conqueri dolens de tali ſententia, glo. miſſus, in l. fi. C. de edicto Diui Adrian.

Appellari non poteſt contra principem, gl. 1. in l. 2. C. de appel.

Appellare poteſt actor ſpecialis ad certam cauſam à ſententia contra eum lata, proſequi verò poteſt curator vel adultus, ſi ad legitimam ætatem peruenerit, l. ſi actor, C. eod.

Appellari debet à prætore ad præfectum, l. ſi apud vtrumque, 17. C. eod.

Appellare non poteſt manifeſtè conuictus, gl. fi. in l. quoniam, 18. C. eod.

Appellari licitum eſt à maiorib. & minorib. iudicib. præterquàm à præfecto prætorio, l. à proconſulib. 19. & ibi gl. 1. C. eod.

Appellari non eſt permiſſum à ſententia principis, vel Senatus, vel præfecti prætorio, vel arbitri compromiſſarij, vel eius, cui, remota appellatione, facta eſt commiſſio à principe, vel quando partes dixerunt anteà ſe non appellaturos, gl. 1. ibi & glo. ſiue magni, in §. 1. in auth. de appellat. & intra quæ tempor. col. 4. & gl. appellationes, in §. noſtros, in auth. de iudicib. col. 6.

Appellari poteſt à ſententia lata ſuper qualibet cauſa ciuili, vel criminali, etiam parua, l. & in maiorib. 20. & ibi gl. 1. C. eod.

Appellari poteſt à ſententia pro fiſco lata ſuper bonis, quæ tanquàm vacantia, aut tanquàm ab indignis petita ſunt à fiſco, l. lata, 22. C. eod.

Appellari poteſt ab iniuſta iudicis multa, ſecus verò à pœna, l. & in multis, 25. & ibi gl. 1. C. eod.

Appellari non poteſt etiam ad principem, omiſſo medio, l. addictos 29. & ibi gl. 22
fi. C. eod.

Appellari, & in totum iuriſdictio iudicis recuſari poteſt, propter iniuriam facti, vel dicti, vt ſi iudex percuſſerit, aut iniuriauerit, verbis ante ſententiam, vel poſt, l. ſi quis prouocatione, 30. & ibi gl. 1. C. eod.

Appellari poteſt ab executore ante tempus exequente, gl. 1. ibid.

Appellari poteſt, quando iudex excedit modum exequendi, vel quando citiùs exequitur, quàm fieri debet, quo caſu plus dicitur eſſe, non ſolùm quantitate, ſed etiam tempore, ſecus ſi modum non excedat. d. gl. 1. & l. ab executione, C. quorum appellat.

Appellari non poteſt à taxatione expenſarum, l. fin. C. quando prouocare non eſt neceſſe.

Appellare non poteſt conuictus, & ſponte confeſſus, ſiue in ciuilib. ſiue in criminalib. poteſt tamen appellare conuictus, ſed non confeſſus, vel confeſſus, non tamen ſponte, ſed metu tormentorum, gl. 4. in l. 2. C. quorum appellat.

Appellari poteſt ab executione, quando executor modum excedit, ita quòd ſi quæſtio ſit de re mobili, aufertur reo, non tamē traditur, actori, ſed deponitur reddenda ei, qui, obtinebit, ſi verò ſit immobilis ſequeſtrantur fructus ſimiliter tradendi victori, l. ab executione, C. eodem.

Appellari poteſt à ſententia, qua pronunciatur, ſententiam exequendam, vel non exequendam. gl. 1. ibid.

Appellari non poteſt ante ſententiæ tempus, & ordinem euentus, l. pen. C. eodem.

Appellari poteſt ab annotatione bonorum, & mortuo appellatore, pendente appellatione pœna extinguitur, & eius bona tranſeunt ad heredem, non ad fiſcum, l. 2. C. ſi pendente appellatione.

Appellare omittens propter vanum timorem, videtur adquieſcere ſententiæ, ſed ſi propter iuſtum timorem omiſit appellare, debet proteſtari intra tempus appellandi, quòd per eum non ſtat, & quòd libenter appellaſſet, niſi timeret, & debet allegare cauſam timoris, quo caſu talis proteſtatio habetur pro legitima appellatione, l. fi. & ibi gl. fi. C. de his, qui per metum iud.

Appellari poteſt regulariter ſemel, & ſecundò, ſed non tertiò, rub. & ibi gl. C. ne 23
liceat in vna eadémque cauſa tertiò, & gl. in tali, in §. ſi quis contra, in auth. de ſanctiſſimis Epiſcopis, col. 9.

Appellari quandoque non licet, niſi ſemel, quandoque nullo modo licet, propter dignitatem iudicis, gl. 2. in l. vnica. C. ne liceat. & §. audient, & ibi gl. perimendis, in auth. de iudicib. col. 6.

Appellare non licet tertiò ſuper eodem articulo, ſed bene ſuper diuerſis; vnde ſi quis millies grauatur in cauſa ſuper diuerſis articulis, millies poſſet appellare, & duás appellationes ſucceſſiuè facere ſuper quolibet articulo, maximè de iure canonico, gl. fin. & ibi addit. marg. in d. l. vnica. C. ne liceat.

Appellari tertiò non licet ſuper eodem articulo, intellige in eadem perſona, quia ex quo bis appellauit, eſt præſumptio contra eum, ſed alteri parti bene licet alias duas appellationes facere, ibid.

Appellari non licet à ſententia lata ſuper interdicto vnde vi, ſed à ſententia ſuper

conſti.

Appellanti dari debent apostoli intra 30.dies.ibid.
Appellans ante diffinitiuam punitur in quinquaginta libras auri,vel argenti,& amittit litem,gl.3.in l.eos,qui.& glo.pœnam,in §.ne temerè,C.de appellatio.
Appellans frustratoriè extra ordinem punitur. d.l.eos,qui.§.ne temerè.
Appellans debet probare se iustè appellasse,l.hi, qui ad ciuilia, & ibi gl.fi.C.eod.
Appellans iustè appellare probat, eo ipso quòd non probatur contrà,scilicet iniustè appellasse, † glo.fi.ibid.
32 Appellanti nulla iniuria debet fieri, nec sub fida custodia detineri, nisi causa sit criminalis,& idoneum fideiussorem non præbeat, l.ex illo tempore, 13.C.eo.
Appellans appellationem interpositam potest reuocare,& in totum recedere ab ea,vel etiam ad alium iudicem appellare, donec durat tempus appellandi, l.si quis libellos, 28.C.eod.
Appellans si pœniteat se appellasse,perinde habetur, ac si non appellasset,gl.1.ib.
Appellans potest pœnitere, inquantùm appellatio facit pro se,sed in quantùm facit pro aduersario,ista pœnitentia non admittitur,d.gl.1.in additione.
Appellans sicut non debet conuitiari ei,à quo appellat, ita econtrà,iudex appellanti non debet inferre iniuriam, glo.1.in l.si quis prouocatione, 30.Cod. de appellatio.
Appellanti datur ad prosequendam appellationem tempus vnius anni,& ex iusta causa biennij, intra quod tempus vtraque, & altera pars potest causam prosequi,quo tempore transacto iudice appellationis nihil pronunciante sententia prima transit in rem iudicatam. authen. ei, qui.C.de tempor.appel.& §.1. in auth.de his, qui ingrediuntur ad app.col.5.
Appellanti, qui intra biennium appellationem prosequi nõ potuit, datur tertius annus impetrata restitutione ex clausula generali,gl.pen.ibid.
Appellans a sententia nulla, eam non confirmat, eo quod appellat.glo.fi.in l.1. C. quando prouocare non est necesse.
Appellans poterit libellum appellationis formare sic, Dico sententiam nullam, & si qua est, appello, ibid.
33 Appellans a captura personæ debet captus pendente appellatione detineri.glo.in deposito, in l.ab executione. C. quorum app.
Appellans per calumniam ab executione,si conuenitur criminaliter,pœnam mediocrem substinebit,& erit infamis,& litem amittet officio iudicis,si vero ciuiliter, punitur in 50. libris auri. glo. fi. ibi.
Appellans bona fide ab executione siue ciuiliter,siue criminaliter nullo modo punitur, ibidem.
Appellantis heredi dantur quatuor menses, vltra tempus, quod datur ad prosequendam appellationem, & illi quatuor menses incipiunt currere post tẽpus concessum ad deliberandum, l. fi.C.si pend.app.
Appellanti sufficit dicere, Appello ad iudicem competentem,gl.fi.in l. cùm proponas, C. de bonis author. iud.
Appellans compromisso deserto ad prosequendam appellationem habet tantum tempus, quod supererat de biennio facti compromissi.authent. de appellatio. §.sancimus. col.8.
Appellans, vel affectans virginem,vel mulierem,si contra bonos mores ciuitatis hoc faciat, tenetur iniuriarum actione,secus si colludendi, vel officij honesti faciendi gratia id fecit, l. item apud Labeonem,§.meminisse,de iniuriis.
Appellans ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ,si succumbat,causa redit ad primum iudicem.l. intra vtile,40. de minor.

Reliqua verbo, Prius, suprà num. 1. vsque 10.16. vsque 25. Virgo.

34 APPELLANDI vsus est vetus frequens, & necessarius,l.1.de appel.
Appellandi, & exercendi actus sunt diuersi, licèt primum sit præparamentum secundi, glo.4. in l.inuitus, 17.C. de procurator.
Appellandi tempus olim in propria causa est biduum, in aliena est triduũ.l.eos, qui.§.sin autem, C. de app.
ad Appellandum hodie datur cuilibet indistinctè spatium decem dierum numerandum à sententiæ reuocatione,& quandoque datur plus, authen.hod.è, & ibi glo.2.C.eod.
Appellandi tempus decem dierum currit à tempore sententiæ, & scientiæ, glo. fin ibidem.
Appellandi tempus decem dierum à tempore scientiæ currit absenti condemnato non per veram contumaciam, & hoc, si non fuisset defensus, alias si eius procurator non appellasset, difficilè auditur, nisi ipse procurator non sit soluendo. glo.fin. ibid.
Appellandi iuri potest per pactum renunciari, ac etiam conueniri, ne vllum fatale seruetur l. fi.§.fi.C.de tempor.app.
Appellandum est gradatim à minoribus iudicibus ad maiores. §.illud etiam, in auth. de app.& intra quæ tempo.col.4.
Appellandum est hodiè in causis decem librarum,& infra in Ægypto,& in vtraque Libya ad præfectum Augustalem,à cuius sententia non appellatur, in Asia verò,& Pontica diœcesi, in dictis caussis appellatur ad spectabiles, item ad Consules, Comites,& Prætores,à quorum sententiis non est appellandum, & faciunt litem suam, in Oriente verò sic appellatur ad Comitem Orientis in prædictis causis,d.§. illud etiam.
53 APPELLATOR,qui certam caussam in appellatione à diffinitiua expressit,potest illam prosequi,& ab illa discedere,& aliam quamcunque voluerit assumere,l. 3. versic. fin. de app.
Appellatoris heres non cogitur prosequi appellationem,si nullius interest,caussam appellationis expediri,sed si intersit fisci, vel alterius, contra quem appellatum est, tenetur prosequi, l.1.si pendente app.
Appellatore mortuo nullius interest prosequi appellationem, cùm appellator relegatus est sine ademptione bonorum, secus si cum ademptione bonorum relegatus, vel in metallum datus,vel in insulam deportatus, appellatione interposita, decesserit, quo casu eius heres tenetur prosequi app. d. l.1.
Appellatore etiam mortuo durat caussa appellationis,si fuerit ciuilis,sed si fuerit criminalis, non durat propter pœnam corporalem,quæ appellanti iam mortuo imponi non potest, sed propter bona si expresse in sententia continebatur,aliàs neque in bonis durat glo.in reddendis.ibid
Appellator iniquitatem sententiæ dicitur detegere, eo ipso, quòd dicit iniquè, dico sententiam contra me latam. glo.3. in l. 1.C.si aduersus creditor.
Appellatori, & etiam appellato datur annus ad introducendam causam appellationis,si eam voluerint introducere,ac intimare iudici.l.fi.§.in his,C.de tempor.app.
Appellatore in biennio caussam derelinquente conceditur victori, cùm vnus mensis superest, caussam prosequi,vt sentẽtia firmetur,vel infirmetur in vtroque casu appellatorem in expensis condemnando, neutro tamen prosequẽte, sententia remanet firma,his obtinentibus in caussis futuris,&etiam pendentibus nondum finitis. authen.ei,qui,C. de tempo.appell.authen. de his, qui ingrediuntur ad appellat. §.1.& 2. col.5.
APPELLATORIVS libellus debet continere personam appellantis, & personam iudicis, à quo appellatur,& sententiam à qua appellatur, personam verò eius, contra quam appellatur,non debet continere de necessitate. l.1.§.fi.& l. 3. de app.& l.eos,qui,6.§.fin autem,& ibi gl.libellos, C.de app. 3
Appellatorius libellus dari debet iudici,a quo appellatur,si fieri potest,aliàs ei,ad quem appellatur. gl.libelli, in d.§.fi.
in Appellatorio libello non petuntur apostoli de necessitate, licèt consuetudo communiter obseruet, quòd instanter petantur.gl.fi.in d.§.fi.
in Appellatorio libello sententia,a qua appellatur, debet certa demonstrari,putà a tali sententia, quam tulit contra me de tali re. d.§.fin. & ibi glo.fin.
Appellatorij libelli debent continere necessaria,nec debent esse verbosi,nec continere superflua, & contrafacientes arbitrio iudicis puniuntur.l.fin.§.fi. C. de appell.

Reliqua verbo, Libellus, Apostoli, Appellatio, 26.

APPELLATVS potest appellationem exercere,sicut appellans, & petere sententiam in melius reformari in sui fauorem,d.l.fi. C.de app.
Appellatum si fuerit indebitè,& calumniosè ab executione, punitur appellans in quinquaginta libris argenti,l.ab executione, C.de quorum appellat.
Appellatum si sit ad Papam,vel ad Principem à suo delegato ab interlocutoria, Papa vel Princeps potest remittere caussam ad iudicem à quo, tum quia hoc facit ex certa scientia,glo.1.in l.eos,qui,6.C.de appell.

APPELLATIVVM, *vide verbo, Nomen, 2.3.*

APPIVS Claudius habebat maximam iuris scientiam, cuius maximum consilium fuit in scribendis 12. tab.& fuit etiam alius Appius Claudius appellatus cæcus, qui viam Appiam strauit,ad quam Claudiam induxit,& de Pyrrho in vrbem non recipiendo sententiam tulit,l.2.§.& quidem, de orig.iuris.
Appius Claudius vsu, qui videtur ad hoc processisse,R,literam inuenit, vt diceretur pro Valesijs,Valeriis, ibi.
APPREHENDENS bona alicuius, quem credebat mortuum, cùm adhuc viueret, non committit furtum,neque vsucapit pro herede,l. si quis ex bonis, 83. & ibi gl.1. de fur.
ad Apprehendendum furem,vel delinquentem, quilibet transiens potest occurrere,l.si quis in seruitute,7.§.fi.de furt.

Reliqua verbo, 73. Creditor, 76. Cupere, Fugitiuus, Fur, 2. Inuadere, Possessio, 16. 17. 18.

APPROBATIO, quæ non tenet,non officit approbanti,vel recipienti, l. nihil interest, §.si cùm filius,& ibi add.marg. de inofficioso.
APPROBARE videtur, qui non improbat,gl.1.in l.si filiusfamiliàs, 18.ad Maced. l.1. §.fi.& ibi gl. opem,furti aduersùs nautas, caupones.
Approbare non possum quoad actionem consequendam, quod semel reprobaui, sed bene quoad consequendam exceptionem, l.dispensatorem, 62.§.fin.& ibi glo. non puto, de solu.& l. procurator,8.§. 1.in add. marg. rem rat.ha.
Approbare incontinenti omnia acta ab aliquo nomine suo dicitur ille,qui quam primùm scit illa,& non contradicit, gloss. accipiendum,&ibi add. marg. in l. quo enim,§.1.rem ratam haberi.
Approbare quædam,& quædam reprobare non potest quis, sed debet vel omnia approbare, vel omnia reprobare,gl.lucrum, in l.si negotia,de negot.gest.
APPROBANS aliquam personam, non potest ampliùs eam reprobare,l. nihil interest,§.si cum filius, & ibi addit. marg. de inoff. testam.

Reliqua verbo, Reprobare, Reprobatum, Subscribens, Testamentum, 2.3.

APPROBATVS censetur quis, eo ipso, quòd non reprobatur. l. si ab arbitro, qui satisdare cogantur.
Approbatus semel potest reprobari ex causis posteà emergentibus,l.sed & reprobari,7.&ibi add. marg.de excus.tut.
Approbatum semel non potest reprobari, l.si vxor,§.fi. & ibi add.marg.de adult. & l.licear,12.C.de assessor.& §.eadem lege, Inst.de libertinis,& l.Pomponius, & ibi gl.1. & gl.semel,de neg.gest.
APPROMISSORES dicũtur fideiussores,gl.2.in l.in omnibus,43.de solutio.

1 *Aqua in genere, 2. & 3.*
4 *Aqua pluuia, vsque ad num. 11. & nu. 2.*
11 *Aquam ex flumine, vel quotidianam, vel æstiuam ducere, vsque 16.*
16 *Aquæductus, & 17.*
18 *Aquæ haustus, & num. 16.17.*
19 *Aquæ & ignis interdictio.*

AQVA si per eundem riuum ad plúra prædia ducitur, plures seruitutes sunt, & potest vna amitti, altera remanente,& quod vnus perdit,alteri non adcrescit. l.aquam,quemad.seruit.am. 1
Aqua ex flumine publico ad irrigandos agros secundùm modum possessionum diuidi debet,nisi proprio iure,idest,priuilegio,vel consuetudine immemoriali plus sibi licere ostenderit,l.Imperatores,17. & ibi gl,fi.de seruit. rust.
Aquam ex suo aquæductu, quem habet ex fundo alieno,non potest quis alicui concedere, aut commodare.l.ex meo,24.de seru.rust.
Aquæ diuisio fit ad mensuram prædij dominantis, non inspecta partium bonitate,vel necessitate,l.si partem fundi, 25.eod.
Aqua solet venundari in Africa, & in Ægypto.gl.1.in l.1. & l. Mela, §. quidam, de alim. vel cib.
Aqua illa dicitur imbre crescere,quæ colorem mutat, aut valde crescit.l.1. §. in summa, de aq. plu.arc.
in Aquæ cursu primo inspicitur conuentio,scilicet vt ex pacto liceat domino inferioris prædij aggeres, vel fossas habere in agro superiori, ne aqua ex superiori fundo ad inferiorem profluat, sed vbi nulla est conuentio, tunc agri

natura

nisi in eum vsum,ad quem aqua destinatur,deturpata sit.l.3.in princ.& ibi addit.marg. de aqu.plu.

Aquæ pluuiæ actione, vel damni infecti non tenetur ille, qui hortum solebat irrigare certo tempore anni,& in fundum vicini immittebat eam iure seruitutis sibi debitæ,si posteà illic pratum fecerit, cœperítque assidua irrigatione vicino nocere,nisi eum locum complanauerit,& ideò aqua citior ad vicinum peruenire cœperit,d.l.3.§.si vicinus.

Aquæ pluuiæ actione non tenetur,nisi is,qui in priuato opus facit, sed non ille, qui in publico,quo casu damnum recipiens sibi debet imputare, quare damni infecti cautione sibi non prospexerit, vel alio modo sibi non consuluerit, & hoc si non publicè reficiatur opus,quia tunc alia via consulitur. d.l.3.§.pen.& ibi gl.non prospexit.

Aquæ pluuiæ actione tenetur, qui in priuato opus fecit,etsi publicum interueniat inter priuatum locum,in quo fit opus,& eum locum,cui nocet.ibid.

Aquæ pluuiæ actio datur tantum contra dominum operis,fallit in eo qui sepulcrum ædificauit,ex quo aqua nocet vicino,quia etsi operis dominus esse desierit loco facto religioso, nihilominus tenetur actione aquæ pluuiæ, neque tenebitur actione sepulcri violati, si iussu iudicis destruat sepulcrum, quia id dolo non fecit.l.4. de aqua pluuia arcend.

8 Aquæ pluuiæ actio vt competat contra aliquem, sufficit,quòd is tempore, quo ædificabat, sit dominus operis. ibid.

Aquæ pluuiæ actione possum agere,vel cum primo vicino,vel cum tertio omisso primo, propter opus, quod fecit tertius vicinus, vnde decurrens aqua per fundum primi vicini mei deriuantis aquam in meum, mihi nocet, sed si primus vicinus nihil fecit in eo, contra eum non possum agere, si ipse teneretur recipere aquam tertij vicini, secus si non teneretur recipere.l. si tertius, & ibi gl.omisso, ibid.

Aquæ pluuiæ actio concurrit cum actione communi diuidundo, gl.agendum,in d.l.si tertius,§.2.& l.supra iter, 11.§.1.& ibi gl.vel singulos,ibid.

Aquæ pluuiæ actio est personalis in rem scripta, & ideo pro damno futuro ad singularem successorem transit,d.l.si tertius,§ si quis,priusquam.

Aquæ pluuiæ actionem desinit habere ille,qui priusquàm ageret,ea actione fundum,cui aqua ex vicini agro nocet,opere manufacto, vendidit, & transit illa actio ad emptorem fundi,d.§.si quis, priusquàm.

Aquæ pluuiæ actio dicitur in rem scripta,quia sequitur possessorem, vt & quædam aliæ,glo.in personam, ibid.

Aquæ pluuiæ actio datur principaliter,vt opus manufactum tollatur,& per officium iudicis mercenarium ei deseruiens fit etiam condemnatio de damno contingente post litis contestationem, sed de damno contingente ante litis contestationem non fit condemnatio, sed tantùm fit tunc restitutio operis in pristinum statum,d.l.si tertius,§. officium.

Aquæ pluuiæ arcendæ actione si agitur contra opus facientem,vel eius heredem fit condemnatio,vt destruatur suis impensis, sed si contra alium,qui non fecit, sed opus possidet, nec sit heres eius,qui fecit, fit condemnatio, vt patiatur destrui expensis petentis,nisi sit dominus eius,qui fecit, quo casu tenetur destruere suis sumptibus, vel seruum dare pro noxa, d.l.si tertius,§.fi.

in Aquæ pluuiæ actione contra non destruentem fit condemnatio ad verum interesse,& non quanti iuraretur in litem,quandoque tamen iuratur in litem,& tunc exceditur verum interesse, d.§.fi.& ibi gl.pen.

9 Aquæ pluuiæ actione potest agere vnus ex pluribus cum vno, vel cum singulis separatim, vel singuli cum singulis,& econuerso, & solutione vnius aliorum actio perimitur, licèt soluenti contra cæteros succurratur, d. l. supra iter, 11. §. 1. ibid.

Aquæ pluuiæ actio non concurrit cum actione damni infecti,gl.vel singulos,ib.

Aquæ pluuiæ actione si conueniatur socius,qui non fecit opus, tenetur tantùm pati destrui opus factum à sociis,non tamen tenetur ad impensam destructionis,d.l.supra iter,11.§. apud Ferocem, ibid.

Aquæ pluuiæ actio æquiparatur cautioni damni infecti,d.l.supra iter,§.officium.

Aquæ pluuiæ actione si vnus ex pluribus dominis agat, vel conueniatur, pro parte tantùm sua condemnatur,vel fit ei condemnatio, scilicet æstimationis, vel interesse,quando opus factum non restituitur,dict.l.supra iter,§.officium, eod.tit.

Aqua pluuia quando nocet vicini fundo, si propter opus manufactum in fundo vicini agitur, vt illud destruatur,si propter opus vi fluminis factum agitur,vt tantum patientiam reficiendi præstet,d.l.supra iter,§.fi.

in Aquæ pluuiæ Actione cogitur quis præcisè ad demoliendum opus, propter quod aqua damnum dat fundo vicini,d.§.fi.& ibi add.marg.

Aquæ pluuiæ actione quando agitur,de eo opere facto,quod nocet,quæritur, & ideò,si pars aliqua soli vitio loci supersederit, quamuis per eam caussam aqua pluuia inferiori noceat,nulla competit actio de stricto iure,sed bene de æquitate, vt permittat vicinum replere, l. Antæus, 14. §. 1. & ibi gloss. actio, de aqua pluuia.

in Aquæ pluuiæ actione, sicut in damni infecti, venit damnum futurum, de eo autem damno,quod ante litis contestationem datum est, agitur quod vi, aut clàm; sed de eo,quod post sententiam iudicis futurum est, præstatur cautio damni infecti,vel opus ita restituendum est, vt nullum periculum damni supersit, d.l.Antæus,§.fi.

in Aquæ pluuiæ actione si lis contestetur, & posteà de nouo opus fiat, in eodem fundo,ex quo aqua pluuia nocet,de tali opere de nouo facto agi debet nouo iudicio aquæ pluuiæ ad tollendum illud,fallit quãdo opus priùs factum, super quo fuit lis contestata,tolli non potest sine opere post contestationem facto, quando tunc etiam illud potest tolli, d.§.fi. cum l.seq.

in Aquæ pluuiæ actione venit damnum contingens post litis contestationem, etiam fundo vendito,l.post venditionem,16.de aqu.plu.

10 Aqua pluuia si noceat propter opus factum in loco publico,non potest agi actione aquæ pluuiæ,secus si loco publico intermedio opus sit factum in fundo vicini,l.si in publico, 18.eod.

Aqua pluuia si noceat tibi ex opere, quod fecit quis patiente te, aduersùs eum non poteris agere actione aquæ pluuiæ,vt destruatur illud opus,poteris tamen agere ad damnum,ad interesse actione in factum, & nõ actione aquæ pluuiæ, l.Labeo ait,19.& ibi gl.fi.& add.marg.eod.

Aqua pluuia si noceat tibi ex opere,quod quis fecit in suo,expresso cõsensu tuo, faciens opus non tenetur ad eius demolitionem, neque ad damnum, secus si fecit opus te non consentiente expresè, nec tacitè, aut te ignorante, aut patiente per errorem, quia tunc faciens opus tenetur ad operis demolitionem sua impensa,& ad damnum,d.l.Labeo,& ibi gl.fi.cum l.seq.

Aquæ pluuiæ actione qui tenetur, debet destruere opus factum, ita quod aqua pluuia non noceat vicino,l.si vsusfructus,22.§.non aliter,de aqu.plu.

Aquæ pluuiæ actio directa datur domino, & contra dominum, vtilis datur vsufructuario, d.l.si vsusfructus.

Aquæ pluuiæ actio non competit pro opere facto authoritate publica, ex quo aqua pluuia nocet vicino,l.quod principis,23.eod.

Aquæ pluuiæ actio habet locum etiam in vectigalibus agris,siue in eo fiat opus, ex quo aqua pluuia nocet vicino,siue in alio,& ei noceat, d.l. quod principis, §.1.& ibi gl.locum.

in Aquæ pluuiæ actione venit futurum damnum,non præteritum,nec inspicitur si nocuit aqua, sed si nocere potuit,l.antepe.& ibi gl.defluxisset,eod.

Aquæ pluuiæ actione potest agere ille, cuius fundo via debetur per fundũ tuum, si tu in fundo tuo opus fecisti,per quod aqua pluuia nocet viæ,l.pen.eod.

Aquæ pluuiæ actio licèt pro futuro damno detur, non tamen pro futuro facto, vel opere,gl.erat,in l.si mater,§.fi.de except.rei iud.

Reliqua verbo, Actio,23. Fundus, 6.Stagnum.

AQVA ex flumine publico non potest duci cum iniuria alterius, l.Imperatores, 17.& ibi glo.fi. de seru. rusticorum. 11

Aquam ducere ex flumine nauigabili ad irrigandos agros,ita, vt flumen efficiatur minùs nauigabile, non licet, neque aliud flumen nauigabile ex eo ducere, glo.1. ibi.

Aquam ducere per tuum fundum si mihi liceat, ita,vt tu in eo fundo non possis ædificare inuito me, etiam si ego concesserim tibi,vt possis ædificare, nihilominus teneris mihi præstare aquæductum, l.si mihi,20.eod.

Aquam ducens vltrà quàm soleat,a tota ducenda prohiberi debet, gl. offerente, in l. si seruus,14.§.fi.de condict.furti.

Aquam ducendi ius habens non potest facere arcum causa ducendi super iter alienum, nec is, qui habet seruitutem itineris, vel actus, potest facere arcum super alienum aquæductum, rectè tamen potest facere pontẽ, quà possit ire agere,l.supra iter,11.& ibi gl. extruet, de aq.plu.arc.

Aquam ducendi ius habens per riuum,non potest facere cuniculũ,id est,ex aperto riuo coopertum,vel econtra, nisi in constituenda seruitute esset dictum,† d.l. supra iter, & ibi glo. specum.

Aquam ducendi ius habens per riuum nõ potest facere specum,idest, fossam amplam, & rotundam, quia quando fossa repletur aqua, & manet aqua vndique, i. circa ipsam fossam,& labitur in terram & non per riuum,vt olim,corrumpitúrque aqua ex ea, quæ est in fossa, & riuus siccatur, ibi.

Aquam ducere ex flumine publico cuilibet licet, si ea aqua in vsu publico non sit, nisi Imperator, vel Senatus, vetet, l.2. de fluminib.

Aquam ducere non licet ex flumine nauigabili, nec de eo,quod facit aliud flumen nauigabile,etiamsi princeps permitteret, nisi diceret non obstante, l. quominùs, de fluminib. vel alia lege,d.l.2.& ibi gl.fi.

Aquam ducere etiam ex flumine publico non licet per viam publicam, gloss.1. ibidem.

Aquam si quis ducebat ex flumine infrà, alius non potest ducere aquam ex eodem flumine supra,si impediat ducentem aquam infrà,† glo. 1. ibid. 12

Aquam de loco alieno per annum si quis duxerit, non debet prohiberi, quominùs in futurum ducat,l.1. de aqua quotidiana.

Aqua quotidiana non dicitur illa sola, quæ quotidie ducitur, sed etiam ea qua quis quotidie posset vti,si vellet, quamuis non expediat interdum ducere,veluti hyeme, vel aliquo tempore anni, d.l.1.§.1.

Aquarum duo sunt genera, quædam dicitur quotidiana, quædam æstiua, d. l. 1. §. duo.

Aqua quotidiana est illa,quæ duci assiduè solet,vel æstiuo tempore,vel hyberno, etiamsi aliquando ducta non est, ibid.

Aqua quotidiana ab æstiua differre dicitur ex proposito, & mente vtentis, & ex natura locorum, d. §.duo, & ibi gl. ducendum.

Aqua quotidiana vt dicatur, tria requiruntur primò, vt quotidiè,& omni tempore sui natura duci possit; item quòd nullo tempore impediatur eius vsus propter naturam loci,cui seruitur, item propositum vtentis, scilicet quòd eo proposito vtatur, quod omni tempore velit vti ea, etsi non ducat quotidiè.gl. dicendum.ibi.

Aqua æstiua dicitur illa, quæ quotidiè, vel æstate,vel hyeme potest duci,non tamen solet duci nisi æstate, dicitur etiam illa, quæ non potest duci sui natura, nisi æstate, d. §. duo, cum §. seq.

Aqua æstiua dicitur etiam illa,quam loca,per quæ transit natura sua,non admittant, nisi æstate. ibid.

Aqua nulla potest duci quotidiè,nisi quæ perennis est,sunt etiam quædam aquæ, & si perennes sunt,duci tamen quotidiè nòn possunt, vt putà puteales,& quæ ita sint submersæ, vt effluere extra meatus suos, & vsui esse non possint, d.l.1. §. loquitur, de aqua quotidiana.

Aquis perennibus, quæ quotidiè duci non possunt, veluti putealibus, seruitus haustus imponi potest, ibid. 13

Aquæ ducendæ ius habens ad fundum antiquum non potest ducere eam ad fundum emptum positum iuxta antiquum, nisi priùs aqua intret fundum antiquum, sed postquàm intrauit, rectè potest eam ducere ad fundum emptum, nisi hoc esset cum magno incommodo domini aquæ.d.l.1.§. illud Labeo.

Aquæ ducendæ ius habens ad fundum potest prohiberi, ne aliam aquam immisceat in riuum cum aqua, quam ducere consuetus est,& prohibetur ducere nõ solùm ab eo loco, quo coniungitur aqua, sed etiam à principio aquæ. d. l.1. §.item quæritur.

Aquæ ducendæ ius habens si prohibitus ab aduersario amiserit illud ius anno, vel biennio, hodiè decennio,vel vicennio, ex interdicto de aqua consequitur, vt non prohibeatur, & vt de nouo constituatur seruitus contra dominum pro

num pro

Arbiter poteſt cognoſcere de cauſſa famoſa ciuiliter, non tamen criminaliter de delicto famoſo, d. glo. non facit.
Arbitri varij ſunt in iure, quidam ſunt electi ex conſenſu partium, lites ſua ſententia terminaturi æqua, ſiue iniqua ſtatuant, in quos facta ſunt ad id compromiſſa, rub. in add. marg. de arbitris.
Arbiter poteſt eſſe libertinus, d. l. Pedius, de recept. arbit.
Arbiter nõ poteſt eſſe excommunicatus propter legem Dei, in qua dicitur, quòd habendus eſt, vt Ethnicus, & publicanus, item quia partes cum eo non poſſunt participare, glo. ignominioſus, ibi.
Arbiter poteſt eſſe excommunicatus inter hæreticos, ibid.
Arbiter non poteſt eſſe ſeruus, d. l. Pedius, §. 1. de recep. arbit.
Arbiter eſſe non poteſt monachus, glo. nullum, ibi.
Arbitri conditio nõ inſpicitur tẽpore compromiſſi, l. ſed & ſi. 9. de recept. arbitr.
Arbiter ſi diffamatus ſit à litigatoribus, non excuſatur ſimpliciter ſententiam dicere, ſed cauſſa cognita, an ſit grauis iniuria, vel non, excuſari debet, d. l. ſed & ſi §. fin.
Arbiter poteſt ſibi ſtipulari pœnam à partibus, ſi vnus ex litigatoribus contrà
2 faciat laudo eius, quæ pœna applicatur parti obſeruanti, †. gl. promiſſa, & ibi add. marg. in l. litigatores, eod.
2 Arbiter eſt, qui inter partes iudicis officium aſſumit, finémque ſua ſentẽtia controuerſiis impoſiturum pollicetur, l. idem Pomponius, 13. §. pen. eod.
Arbiter non dicitur ille, qui amicabiliter componit, ſed arbitrator dicitur, d. l. idem Pomponius, §. recepiſſe.
Arbiter, qui iurauit ſibi nondum liquere de cauſſa, ideſt, intra terminum ſibi [illegible] debet dari ſpatium ad ſententiandum, ideſt, denuò compromittendo in eum, cùm non ſit actum de die proferenda, d. l. idem Pomponius, §. fin. & ibi glo. penult.
Arbiter [illegible] tempore, in quo compromiſerunt partes [illegible] compromitti, [illegible] ibid.
Arbiter, qui [illegible] compromiſſo non eſt [illegible] ad diſceptandum, debet [illegible] partibus conſentientibus [illegible] cauſſam, quòd ſi diem [illegible] cogendus eſt ſententiam dicere, ideſt, etiam [illegible] neceſſitatem hominum, l. ſed ſi compromiſſum, & ibi glo. fin. eod.
Arbiter propter negotium ſuum proprium publicum, vel priuatum, excuſari poteſt [illegible] dies compromiſſi [illegible] non poteſt, et quia non erat cautum de pro[illegible] poteſt, iudex [illegible] differre diem, l. & ſi [illegible] de arbitris.
Arbiter impeditus ad tempus, ſi eſt bonus homo, non expectat iuſſum prætoris ad differendam, vel proferendam diem, [illegible] dies compromiſſi proferri poteſt, d. l. arbiter, [illegible] gl. ſ[illegible].
Arbitrum ſi litigatores ſpreuerunt tantùm cauſſa cognita, vt quia neſciebat ordinare cauſſam, & tunc quandocunque veniant, admittuntur litigatores ad cogendum arbitrum ſententiam dicere, ſi verò ſpreuerunt tantum ſine cauſſæ cognitione, & tunc mox admittuntur, ſed non poſt aliquod tempus arbitrio iudicis declarandum, gl. fi. [illegible], in l. item ſi vnus, 19. eod.
Arbitro electo ſi ad alium litigatores ierunt tantùm, vel ſi coram primo arbitro nihil fecerunt [illegible], admittuntur à die litis conteſtationis coram iſto primo arbitro, [illegible] autem non, niſi intra triennium lis ſub alio ſit conteſtata, quem adierunt, quo caſu, nec intra triennium audiuntur, vtpote compromiſſo ſoluto, ibid.
Arbitri plures ſi receperint arbitrium, nullus ſolus cogi poteſt ſentẽtiam dicere, ſed aut omnes, aut nullus, d. l. item ſi vnus, 19. §. item ſi plures, de arbitris.
3 Arbitri omnes ſi præſentes ſint, & maior pars ſit concors, altera verò non concordat, ſola maior cogitur ſententiam dicere, & non minor, quod [illegible] ad. eib. plurib. diſcordantib. gl. ſed aut omnes, ibi.
Arbiter ſi liberam poteſtatem ſententiandi non habet, compromiſſum nõ valet, & ſi [illegible] partibus nominatis vnus eligitur, ille cogitur ſententiam dicere, d. l. item ſi vnus, §. inde Pomponius. eod.
Arbitris duobus ſi tribuatur poteſtas aſſumendi tertium incertum, non valet compromiſſum, cùm in aſſumendo diſſentire poſſint, ſecus quando tertium certum aſſumendi datur poteſtas, d. l. item ſi vnus, §. ſi in duos, & ibi gl. valet.
Arbitri duo dati in caſu diſcordiæ ſi tertium eligant, [illegible] non ſtabitur, ſi ab vtroque diſcordet, cum à principio ſi fuiſſet electus cum alijs [illegible] non ſtaretur eius dicto, ſtatur tamen eius dicto, quando concordat cum altero ex duob. gl. pen. [illegible] d. l. item ſi vnus, §. fin.
Arbitri dati in caſu diſcordiæ coguntur à iudice tertium eligere, ſed non coguntur partes tertium eligere, d. §. ſi.
Arbitri [illegible] in caſu diſcordiæ ſi tertium elegerint, iſte tertius cogi poteſt ſuſcipere, & iudicare, gl. fi. ibid.
Arbiter debet ſequi [illegible], ipſamque debet ſeruare, quod amplia ad ſtatutum, & loci conſuetudinem, gl. 2. in add. marg. in l. qualem, de recept. arbit.
Arbiter poteſt ſeparatim pronunciare de vnoquoque capitulo, ſi plura capitula ſint compromiſſa, niſi aliud ſit actum, l. quid tamen, 21. eod.
Arbiter poteſt ſolutioni diem ſtatuere, d. l. quid tamen, §. 2.
Arbiter finito die compromiſſi, in quo de proferenda non eſt actum, ſi denuò litigatores prolato die in eum compromiſerint, nõ cogitur recipere arbitrium [illegible] compromiſſi, ſi ipſe in mora non fuerit, quominùs daretur ſententia, ſed ſi per eum ſtetit, cogitur ſequens arbitrium recipere, d. l. quid tamen, §. 5.
Arbiter etiam finito die compromiſſi remanet idem arbiter, ſi in compromiſſo erat cautum de die proferenda, & ante diem compromiſſi finitum protulit [illegible], ibid.
4 Arbiter cogitur pati de nouo in ſe compromitti, ſi per arbitrũ etiam iuſta cauſſa impeditum ſtet, quominùs daretur ſententia, ibid. & ibi gl. per eum.
Arbiter, in quem de nouo ante finitum diem compromiſſum eſt, cogitur re non [illegible] ſine damno eius poteſt, ſequentem recipere, licèt non ſteterit per eum, d. gl. per eum.
Arbiter ſi [illegible] inhoneſtum iuſſerit, [illegible] non debent obtemperare com[illegible].
Arbiter [illegible] diem compromiſſi, [illegible] litigatores poſt diem compromiſſi adeſſe, non committunt pœnam, licèt non obtemperent, ibi.
Arbiter poteſt iubere per ſententiam ſolutionem fieri poſt diem compromiſſi, gl. non committetur, §. ſi intra diem.
Arbiter poteſt iubere litigatores adeſſe in continentibus ædificiis, viridariis, aut ſeceſſibus loci illius, in quo compromiſſum eſt, ſi ſit eius authoritatis, vt in illis locis habitet, & litigatores facilè eo loco venire poſſint, d. l. [illegible] §. ſi arbiter, de arbitris.
Arbiter ſi iuſſerit litigatores adeſſe in aliquem inhoneſtum locum, putà in popinam, vel in lupanar, ſine dubio impunè ei non parebitur dict. §. ſi arbiter, verſi. ſed ſi.
Arbiter ſi iuſſerit litigatores adeſſe in aliquem locum, in quem alter ex litigatoribus, cum honeſtè venire non poſſet, venit, [illegible], qui ſine turpitudine ſua eò venire poſſet, non venit; quòd is, qui non venit, non committit pœnam, d. §. ſi arbiter, in fi.
Arbiter ſi intra Calendas Septembris dari iuſſerit, nec datum ſit, licèt poſteà offeratur, pœna compromiſſi ſemel commiſſa nõn euaneſcit, ſi verò oblatum acceperit actor, pœnam petere non poteſt, vel doli exceptione remouetur, l. Celſus, 23. eod.
Arbiter ſi diem, intra quem debitor ſoluere debeat, non appoſuit in ſententia, ipſe debitor moram purgare poteſt ante litis conteſtationem ſuper pœna compromiſſi, ibid.
Arbiter ſi [illegible] debitorem ſoluere intra Calendas, & creditor nolit recipere, 5
vel [illegible] non receperit, debitor non incidit in pœnam compromiſſi, niſi creditori poſt Calendas interpellanti paratus recipere non ſoluerit, l. Celſus, §. idem ait, cum l. ſeq. de arbitr.
Arbiter habens facultatem prorogandi diem, prorogare poteſt præſentibus, vel etiam abſentibus partibus, dum tamen abſenti parti manifeſtet per nuncium, vel per epiſtolam, [illegible] proferre, 27. eod.
Arbiter quamuis in multis caſibus æquiparetur iudici, non tamen habet merum, vel mixtum imperium, ſicut iudex, gl. idem dicendum, in l. non diſtinguemus, 32. §. de liberal. eod.
Arbiter nullam habet [illegible] tionem, quæ prorogari poſſit, ſecus eſt in ordinario, vel delegato, gl. defendat [illegible] d. l. non diſtinguemus, §. item ſi qui.
Arbiter [illegible] diceret, per iudicem poteſt citari, & mulctari, d. l. non diſtinguemus, §. [illegible].
Arbiter [illegible] inimicus partis, & conuentus ne ſententiam diceret, [illegible] non tenetur ſtare ſententiæ, & habet exceptionem doli contra [illegible] non diſtinguemus, §. cum quidam, & ib. gl. ex aliis.
Arbiter ſi ante [illegible] inimicus partis, etiam parte recuſante, poteſt ſententiam dicere, & tenetur [illegible] ſub pœna. d. gl. ex aliis.
Arbiter ſi [illegible] partis factus ſit, eius ſententiæ tenetur ſtare, & iniquitatem ſibi factam ex arbitrio æquo animo ferre debet, ibid.
Arbitro nihil aliud licet, quàm quod in compromiſſo, vt efficere poſſit, cautum eſt, d. l. non diſtinguemus, §. de officio, de arbitris.
Arbiter non poteſt [illegible] in qualibet re, ſed ſolùm debet ſtatuere de ea re, de qua compromiſſum eſt, & quatenus eſt compromiſſum, d. l. non diſtinguemus, § de officio [illegible].
Arbitri fines compromiſſi, nec iudex fines mandati, excedere non debent, glo. cautum, [illegible].
Arbiter vltra compromiſſum poteſt ſtatuere circa hæc, ſine quibus arbitrium 6
commode non poteſt explicari, vt diem ſolutioni ſtatuere, ibid.
Arbiter debet dirimere controuerſiam inter litigantes, nec debet cauſſam differre, vel transferre in alium, niſi compromiſſum ſit, vt poſſit delegare, d. l. non diſtinguemus, §. [illegible].
Arbiter poteſt [illegible] litigatores ipſos per ſe ex iuſta cauſſa, vel procuratores eorum, & ſi non pareretur, vtroque caſu committitur pœna, d. l. non diſtinguemus, §. ſi domini, & ibi gl. ipſos, & l. ſed & interpellatur, §. 1. eod. tit.
Arbiter poteſt [illegible] in compromiſſo fuit [illegible] quia morte finitur, d. l. non diſtinguemus, §. [illegible] gl. etiam [illegible].
Arbitri officio poteſt contineri, qualiter debeat dari vacua poſſeſſio, d. l. non diſtinguemus, §. fin.
Arbiter nihil extra compromiſſum poteſt facere, nec poteſt adijci dies, niſi de proferendo cautum ſit, & ſi adijciatur, impunè poteſt non parere, ibi. & l. arbiter, 50. eod.
Arbiter [illegible] ex compromiſſo, vt & diem proferre poſſit, poteſt proferre diem partibus conſentientibus ſecus ambabus contradicentib. quia tunc non committitur pœna, l. arbiter, 50. & ibi gl. 1. de arbitris.
Arbiter ſi iuxta compromiſſum diem proferre velit, non poteſt proferre vna tantum parte contradicente, committitur tamen pœna contra eum, qui non conſenſit in prorogatione, d. gl. 1.
ad Arbitros itur non differendarum litium cauſſa, ſed tollendarum, l. quamuis, 37. de arbitris.
Arbiter contra non reſtituentem poteſt deferre iuramentum in litem, † l. non ex omnibus, 39. & ibi gl. punire, eod.
Arbiter non poteſt mulctam extraordinariam imponere, d. gl. punire. 7
Arbiter habet aliquam coercionem, d. glo. punire, in add. marg.
Arbiter ſi diem compromiſſi proferri iuſſit, cùm hoc ei permiſſum eſſet, & pars vna non vult, vt proferat, incidit in pœnam, d. l. non ex omnib. §. fi eod.
Arbiter, qui litigatores ad certum diem adeſſe iuſſit, ſi deceſſerit ante diem, & ſi alter ex litigatorib non adfuerit, non committitur pœna, l. arbiter, 40. eod.
Arbiter, qui iuſſit litigatores venire ad certum diem, ſi non venerit ipſe ad diem præfixum, litigatores, qui non venerunt, non incident in pœnam, ibid.
Arbiter nemo poteſt eſſe in re ſua, quia ſententiam dicere non poteſt, cùm ſe facere iuberet, aut parêre prohiberet, quod non poteſt, l. pen. eod. & gl. arbiter, in l. in re mandata, C. mandati.
Arbiter quandoque impropriè dicitur iudex, gl. fi. d. l. pen.
Arbiter quandoque dicitur moderator, vel diſpenſator, quandoque bonus vir, quandoque dicitur iudex delegatus, & quaſi delegatus, & quandoque ordinarius, ibi. & gl. arbitrorum, in l. ſocietatem, 76. §. arbitrorum, pro ſocio.

Arbiter el-

interesse, si non stetur sententiæ, vel simpliciter sententię stari compromissum sit. l. non distinguemus, 32. & ibi glo. 2. eod.

Arbiter tenetur sententiam dicere, quãdo durante legatione litigatoris in eum compromissum factum est, secus quando ante legationem compromissum factum fuisset, quia tunc non cogitur arbiter sententiam dicere, nisi legatus velit, quòd diceret sententiam de eo, super quo ante legationem compromisit, de aliis autem quæstionibus debet se defendere, d. l. non distinguemus, §. item si qui.

Arbiter sententiam dicere debet de re compromissa, & non de eo, quod in compromisso non est dictum, d. l. non distinguemus, §. item si iubeat.

14 Arbiter si sententiam dicat, sibi alium coniungendum, non valet sententia, cùm id in compromisso non sit, ibi.

Arbiter sententiã dicere non cogitur, quando compromissum à pupillo factum est, quia si contra eum pronuncietur ad pœnam, non tenetur, si tamen fideiussorem dédit, arbiter cogitur sententiare, quia pœna peti potest ab eodem fideiussore, l. si pupillus, 35. de arb.

Arbitrum posse iudicare tempore messium, & vindemiarum, & aliis feriis inductis ob necessitatem hominum, coactio iudicis facit, item facit partium consensus, vel quando dies compromissi esset exitura, secus tamen est in feriis constitutis ob honorem Dei, l. si feriatis, 36. & ibi gl. 1. eod.

Arbiter si sententiam dixit prohibendo alterum petere, nulla facta mentione heredis, si tamen heres eius petat, committit pœnam compromissi, l. quam[illegible] eod.

Arbiter de his rebus tantùm iudicare potest, circa quæ ab initio in eum generaliter compromissum est, non verò de his, quæ posteà superuenerunt, l. de his rebus, 46. & ibi gl. 1. eod.

Arbiter sententiam dicere non cogitur, si vnus ex compromittentibus furere cœperit, quando in eum compromissum est, vt vtroque præsente sententiam diceret, l. si compromissum, §. fi. eod.

Arbiter, in quem ante furorem compromisit quis, si statim cum cœpit furere, vel etiam posteà, curatorem habeat, vel habuerit, pendente litigio, potest sententiam dicere, præsente curatore, d. l. si compromissum, & l. sed & interpellatur, & ibi gl. 1. eod.

Arbiter nõ potest ferre sententiam secundùm voluntatem partium, † gl. 1. & ibi add. marg. in l. si conuenerit, 26. de re iudicata.

Arbiter malè iudicando facit litem suam, sicut & facit iudex, † gl. fi. & ibi addit. marg. in l. fi. de variis & extraordin.

Arbiter malè iudicando tenetur actione in factum ex quasi maleficio, glo. fin. in l. si quis in conscribendo, 29. C. de pactis.

Arbiter etiam cum iuramento, si malè iudicat, non facit litem suam, † authen. decernit, C. de receptis arbitris.

Arbiter iuratus, vel à partibus si compromissum sit iuratum, siue bene, siue malè iudicat, si dolo hoc facit, iudicatum non valet, gl. 4. ibid.

Reliqua suprà nu. 1. 2. 3. & infrà arbitrium, nu. 1. Iudex, 32. vsque 40. Sententia, 31. 32 33. 44. Actio, 220.

15 ARBITRI sententia etiam in caussa famosa non infamat, l. quid ergo, §. ex compromisso, de his, qui notantur.

Arbitri sententia per omnia non est sententia, quia ex ea non datur actio, neque committitur euictionis stipulatio, d. §. ex compromisso, & ibi gl. sententia.

Arbiter eligitur quis, vt bonus vir præcipuè, non habito respectu ad alium, hoc est, vt ipse sit bonus vir, cuius arbitrio pareatur, ita quòd non alius, & ideò eius sententia non reducitur ad arbitrium boni viri, gl. bonum, in l. Labeo, 3. §. 1. de recept. arbitr.

Arbiter, qui cum alio arbitrium recepit, solus sententiam dicere non potest, nisi insolidum in vtrumque compromissum sit factum, l. Pedius, §. fi. cum l. seq. de arbitris.

Arbiter corruptus per pecuniam si sententiam dixit, valet sententia, sed contra eam excipitur de dolo, secus in iudice, quia per pecuniam lata non valet ipso iure, secus si per gratiam, gl. turpitudo, in l. sed & si, §. fi. eod.

Arbiter potest mutare, & reuocare suam sententiam interlocutoriam, diffinitiuam autem non potest, etiam prætextu erroris, l. qualem, 19. §. dicere, cum seq. de arbitris.

Arbiter si tulit sententiam super præparatione caussæ, vt quia iussit litigatores Calendis adesse, potest mutare eum diem, & iubere mox, idib. adsint, sed si condemnauit, vel absoluit, non potest posteà eam mutare, ibid.

Arbiter etsi errauerit in sententia diffinitiua dicenda, eam corrigere non potest, & multò magis quando non errauit, l. quia arbiter, 20. & ibi gl. 1. eod.

Arbiter licèt nunquàm debeat formam compromissi excedere, litigatoribus inuitis, iudicium tamen redditur in inuitum, & ideò de quibusdam cõtrouersiis in compromisso comprehensis si tulit, sententia valet, licèt de aliis nihil dixerit, gl. mutare, in l. quid tamen, 21. de arbitris.

Arbiter, in quem plures quæstiones simpliciter sunt compromissæ, debet omnes simul vna sententia terminare, secus quando separatim sunt compromissæ, gl. separatim, & ibi add. ibid.

Arbiter pronuncians sententiam, nihil videri debitum, debitorem absoluere videtur, d. l. quid tamen, §. 1. eod.

16 Arbiter si pœnam ex compromisso peti vetuerit, non valet talis sententia, quia de pœna non est in eum compromissum, in aliis autem tenet, d. l. quid tamen, §. fi. & ibi gl. pen.

Arbiter si tulit sententiam, quòd ego darem decem, heres meus, me mortuo, si paratus est decem dare, se liberat à pœna compromissi, l. diem proferre, 27. §. 1. eodem.

Arbitri sententiæ effectus porrigitur ad heredem, d. §. 1.

Arbitri sententiæ stari debet, siue æqua, siue iniqua sit, & sibi imputet, qui compromisit in talem arbitrum, d. l. diem, §. stari.

Arbitri pares numero si discordant, non valet sententia, si verò sint impares, statur dicto maioris partis, d. l. diem, §. si plures.

Arbitri sententia non potest reduci ad arbitrium boni viri, d. §. stari.

Arbitrum sententiare si vnus ex litigatoribus impediat, incidit in pœnam compromissi, ac si sententiæ non pareret, d. l. diem proferre, §. si quis.

Arbitri sententia omnis non tenet, quia quandoque non valet, l. non distinguemus, §. quæsitum, de arbitris.

Arbiter si sententiam dixit, vt iterum compromitterẽt partes in eum, vel alium, vel remiserit eos ad iudicem, sine dubio ei potest non parêre, nec ob id pœna committitur, quia non valet talis sententia, ibid.

Arbiter si sententiam dixit, vt arbitrio Publij Mæuij fundus tradatur, aut satisdatio detur, tali sententiæ potest non parêre, ibid.

Arbitri sententia super pœna non valet, etiamsi fisco sit inferenda, sed super alio sententia remanet firma, & pœna compromissi committitur, l. arbiter, 42. eodem.

Arbitri sententia non dicitur per omnia sententia, gl. nulla, in l. si dictum, 56. §. 1. de euictio.

Arbitri sententiæ metu pœnæ paretur, non quòd ex sententia eius oriatur actio, l. 1. C. de recept. arbitris.

Arbitri sententia, vltra diem compromissi lata ipso iure non valet, & impunè potest contemni, l. 1. C. eod.

Arbiter si dolo suo tulit sententiam non dolo partium, aduersùs sententiam potest opponi exceptio, quia pars saltem tunc dolo facit, cùm pœnam petit, quod sufficit, † gl. 4. in l. 3. C. eod.

Arbitri sententia si homologetur, ex tali sententia arbitri sine pœna electi actio, & exceptio oritur, l. 4. C. eod.

Arbitri sententiæ stare non tenentur partes, quando compromissum est factum, sine vllo iuramento præstito, vel à partibus, & ab arbitro, vel tantùm à partibus, vel tantùm ab arbitro, nisi pœna esset apposita, d. l. 4. & ibi gl. fin.

ex Arbitri sententia oritur actio ex lege, & non ex sententia, † gl. numine, in l. cùm anteà, C. de recept. arbitr.

Arbitri sententiæ quando actor non vult parêre, tenetur soluere pœnam contentam in compromisso ad actionem suam exercendam coram iudice, §. quia verò, & ibi gl. det multam, in auth. de iudicibus, col. 6.

Arbitro assumpto super lite finienda per sententiam standum est, siue æquè, siue iniquè proferat sententiam, dum tamen dolus absit, alioquin de dolo exciperetur, gl. fi. in l. societatem, 76. §. arbitrorum, pro socio.

Arbiter compromissarius, id est, assumptus super lite, etiamsi iniquè pronunciet, non recurritur ad arbitrium boni viri, sed eius sententiæ omninò est standum, gl. 1. in l. in proposita, 78. pro socio.

Arbiter compromissarius postquàm iniquè tulit sententiam, vel iniquè arbitratus est, non potest iterum arbitrari, quia postquàm sententiam semel tulit, functus est officio suo, vnde rursus iudicare non potest, tum etiam quia de primo arbitrio intelligitur, † ibid.

Arbitri sententiæ parêre promittens petendo deinde ad arbitrium boni viri reduci, non impugnat promissionem, quinimò eam approbat, nisi fiat renunciatio de reducendo ad arbitrium boni viri, idque pœna adiecta, l. 3. in add. marg. rem ratam haberi.

Reliqua verbo, Homologari, Sententia, 31. 32. Actio, 220. Appellatio, 27. suprà nu. 8. Confessus, 1.

ARBITRIVM suscipere compelluntur à principio illi, qui eliguntur vt arbitri iuris, ad cognoscendum de caussis suspicionis, l. Labeo, 3. §. 1. in addit. marg. de arbitris.

Arbitria tractantur, vt iudicia, gl. in rubr. de arbitris, & glo. iurisdictioni, l. 1. de postulando.

Arbitrium recipere neminem cogit iudex, quoniam hoc liberum, & solutum, ac extra necessitatem iurisdictionis est positum, l. Labeo, 3. §. 1. & ibi glo. iurisdictionis, eod.

Arbitrium postquàm quis in se recepit, ad curam & sollicitudinem suam pertinet, non solùm, vt quòd studeat lites finiri, sed etiam vt non decipiantur, qui eum quasi bonum virum disceptatorem inter se elegerunt, d. §. 1.

Arbitrium post susceptum, ac caussam semel atque iterum tractatam ac post nudata vtriusque partis intima, & secreta negotij aperta, si arbiter corruptus, vel ex alia caussa nolit sententiam dicere, cogitur à iudice officium, quod in se recepit, implere, d. §. 1.

Arbitrio suscepto etiam sacerdos cogitur sententiam dicere, gl. penult. in l. nam Magistratus, de recept. arbitr.

Arbitrium iudices ordinarios volentes recipere prohibet lex Iulia, & prohibet etiam nolentibus ordinariis recipere, vim fieri, ne videantur iurisdictione sibi data abuti, gl. inter se, in l. sed & si §. fin. eod.

Arbitrium soluitur, & pœna committitur, si vna sola pars post litis contestationem ad alium iudicem, vel arbitrium ierit, litigatores, & ibi gloss. 1. eodem.

Arbitrium non dicitur recepisse quis, eo ipso, quòd tantùm procurauerat, vel tantùm viderat, an per voluntatem posset partes concordare, gl. receperit, in l. Pomponius, §. recepisse, de recept. arb.

Arbitrium, & iudicium triennio finiuntur, † glo. si multò pòst, in l. item si vnus, de recept. arbitr.

Arbitrium non valet, in quo libera facultas arbitri sententiæ futura non est, d. l. item si vnus, §. idem Pomponius.

Arbitria, & iudicia licèt in multis sint similia, non tamen sunt in omnibus, gl. 1. in l. cùm furiosus, 39. de iudiciis.

in Arbitrium alterius ex contrahentibus, si conferatur cõditio, vel aliquid aliud in societate, venditione, vel locatione, & in aliis bonæ fidei iudiciis, intelligitur de arbitrio boni viri, l. si societatem, 6. & ibi gl. 1. pro socio, & l. in lege, 29. locati, & l. in personam, 22. §. fi. de regulis iuris.

Arbitrium habens super facto, non intelligitur habere super termino facti, d. l. in lege, 29. locati.

Arbitrium dolosè latum nullius est momenti, ibid.

Arbitrio incertæ personæ si committitur merces, non valet locatio, secus si arbitrio certæ personæ, quia tunc valet, si is, qui nominatus est, definierit mercedem, sed si noluerit, vel non potuerit mercedem definire, non valet locatio, l. si merces, 25. locati.

Arbitrio incertæ personæ si committatur pretium, non valet venditio, nisi quando pignoris contractui appositum fuit pactum, vt creditor iure emptionis

clàm,l.si alius,§. notauimus,& l.nam & si ramos,quod vi,aut clàm.

Arbores cædendi facultatem habenti in alieno fundo, vel ex concessione,vel ex emptione,aut ex alio contractu,competit interdictum,quod vi,aut clàm,contra eum, qui vi, aut clàm cecidit arbores. l. denique, §. vnde apud, quod vi, aut clam.

Arborem, vel vitem extrahens de fundo alicuius, si posuit in fundo suo, & in eo coaluit, & immisit radices,tenetur vtili interdicto, quod vi,aut clàm,intra annum, vt vitis reducatur ex suo fundo in fundum illius, post annum tamen non tenetur aliqua actione ad hoc,vt reduceretur arbor in illum fundum,sed bene tenetur etiam perpetuò actione in factum ad æstimationem arboris, l. semper,& ibi gl.remanere,eod.

Arbor ex ædibus vicini si in meas impendat, & per eum stat, quominùs adimat eam, tunc mihi competit interdictum de arboribus cædendis, vt mihi eam arborem adimere, mihíque habere liceat, l.1.de arbor. cædend. & l. 1. C. de interdict.

Arboris appellatione continentur etiam vites,d.l.1.§.1.de arboribus cædend.

Arbor ex agro vicini si in meum agrum impendeat, & ille non tollat ramos vsque ad quindecim pedes super terram, per interdictum de arboribus cædendis prohibetur ille, ne mihi vim faciat in succidendo ramos per quindecim pedes supra terram, & hoc etiam per legem 12. tab. cautum erat, ne vmbra arboris vicino prædio noceret, d.l.1.§.pe.

4 Arbor ex agro vicini si impendeat vltra quindecim pedes in agrum meum, non possum agere interdicto de arboribus cædendis, quia tunc non videtur per vmbram mihi nocere circa fructus, secus si ædificare vellem, cum vsque ad cælum meum sit,sed & si nolim ædificari,sed remoueri,adhuc potero per negatoriam,sed non per illud interdictum,gl.pedes,ibid.

Arboris radices si noceant fundamentis domus, tunc datur domino domus vtile interdictum de arboribus cædendis, d.l.1.§.fi.in add.marg.

Arbor ex vicini agro si vento fuerit inclinata in tuum agrum,actione in factum ex lege 12. tab. de adimenda ea rectè poteris agere, ius ei non esse ita arborem habere,d.l.fi.& ibi.gl.fi. eod.

Arbor à radicibus non potest separari,glos.sic & in tradendo, in l.obligationum ferè,44 de actio & oblig

Arbores & maximè vites furtim cædens tenetur actione legis Aquiliæ, & etiam arborum furtim cæsarum,& vna acta tollitur altera in eo,in quo concurrunt, sed non in eo in quod excedit altera, potest etiam accusari criminaliter, & puniri tanquàm latro.l. 1.& 2.arborum furtim cæsarum.

Arboris appellatione continetur vitis, impropriè tamen & ex interpretatione, continentur etiam hederæ,& arundines, & sanctum,quod radices immiserat, l.3.eod.

Arbor propriè non dicitur illa,quæ radices non conceperit,ibid.

Arbor dicitur illa, quam quis stirpitus de loco alieno in suum fundum transtulit,etiamsi nondum comprehendit terram,& cædens eam tenetur actione arborum furtim cæsarum,sed is,qui trãstulit non tenetur illa actione,sed actione legis Aquiliæ,d.l.3.§.1.& ibi gl.translata.erit.

5 Arbor dicitur etiã illa, cuius radices desinunt viuere,quamuis adhuc terra contineantur, quoad hoc,vt cædens teneatur actione arborum furtim cæsarum,ibi.

Arbor dicitur etiam illa,quæ subuersa à radicibus etiam nunc reponi potest, atque ita translata est, vt reponi possit, quamuis adhuc non sit posita, itaque eam cædens tenetur actione arborum furtim cæsarum, secus si iam ita est sicca,vt reponi non proficiat, quia tunc ligni appellatione continetur,d.l.3.§.pe. & ibi gl.pen.

Arbores dicuntur stirpes aliarum syluestrium,vel domesticarum translatarum,siue iam egerint radices, siue nondum egerint, quoad hoc,vt cædens teneatur actione arborum furtim cæsarum,d.l.3.§.fi.& ibi gl. fi.

Arboris appellatione non continetur id,quod ita tenerum est, vt sit loco herbæ, l.4.eod.

Arborum furtim cæsarum actio datur ex ea caussa, ex qua datur Aquilia,scilicet ex damno,& quandoque concurrunt pro eodem delicto, & quandoque non, l.cædere,5. & ibi gl.est legis,§.1.eod.tit.

Arborum furtim cæsarum actio non competit vsufructuario fundi, rectè tamen competit ei, qui habet fundum vectigalem, sicut competit ei actio aquæ pluuiæ arcendæ,& finium regundorum,l.cædere,§.fin. eod.

Arborem plurium incidens non delinquit plus ideò quòd sit plurium,gl.2. in l.si plures,eod.

Arborem eandem si plures furtim ceciderint, omnes tenentur actione arborum furtim cæsarum, & quilibet in solidum ad pœnam tantum, si autem plurium arbor sit incisa,omnibus dominis datur duntaxat vna actio, & vna pœna præstabitur,d.l.si plures.

Arbor si in vicini fundum perrexerit radices, non licet vicino eas recidere, nisi priùs facta denunciatione, potest etiam agere ei ius non esse, sicut & tignum, aut protectum immissum habere,d.l.si plures,& ibi gl.3.

Arbor licèt alatur ex radicibus,quæ sunt in fundo vicini,tamen arbor eius est,in cuius fundo origo eius fuerit,d.l.si plures.

6 Arbores furtim cæsæ dicuntur illæ,quæ ignorante domino, celandique eius caussa cæduntur, & tunc datur actio arborum furtim cæsarum, & non actio furti, cùm & sine furto, & lucrandi animo possit eas incidere, nisi incidens posteà contrectet,& sic non à principio,sed ex pòst facto committitur furtum.l.furtim,7.& ibi gl.Pedius,arborum furtim cæs.

Arborem radicitus euellens, ac extirpans non tenetur actione arborum furtim cæsarum, quia non cædit, vel succidit, tenetur tamen Aquilia, quasi ruperit,d.l.furtim.

Arborum furtim cæsarum actione tenetur ille,qui cædit aut succidit non totam arborem,quasi ea cæsa,ibi.

Arborem cædens suis manibus,aut iubens seruo, aut libero arbores cingi,subsecari,aut cædi,tenetur actione arborum furtim cæsarum,d.l.furtim,§.1.

Arborem si cædat seruus sine iussu domini, datur in dominum noxalis actio, idem etiamsi iusserit dominus,quasi domino in hac re non debeat parere, d.§.1.& ibi gl.noxalem.

Arborum furtim cæsarum actio pœnalis, & perpetua est, & non datur aduersus heredem, datur tamen heredi cæterísque successoribus & datur in duplum æstimationis arboris,deducto pretio nunc ligni,vt si arbor non incisa valebat decem,lignum verò valeat octo, duplantur octo,d. l. furtim, §. fi. cum l.seq. & ibi gl. 1.

Arbores furtim cædere dicitur ille, qui clàm cædit,& tenetur actione arborum furtim cæsarum, & etiam quod vi, aut clam,l.facienda,8.& ibi gl.3.arborum furtim cæsarum.

Arbores furtim cædens, & lucrifaciendi caussa contrectans tenetur actione arborum furtim cæsarum, etiam actione furti,ibi.

Arborem furtim cædens lignorum caussa tenetur actione arborum furtim cæsarum,& condictione,& ad exhibendum,ibid.

Arbores cædens per vim sciente domino non tenetur actione arborum furtim cæsarum, tenetur tamen actione vi bonorum raptorum, & etiam interdicto quod vi aut clàm,d.l.facienda,§.fi.& ibi gl.fi.

Arbor gemina vna tantùm arbor dicitur, si supra terram iunctura eius emineret,aut appareret,secus si supra terram eius iunctura non appareret,quia tunc tot dicuntur arbores, quot sunt species earum supra terram, quod scire vtile est,propter legem saltui datam,vt pro vna arbore certa pœna præstetur,& pro duabus maior pœna,l.si gemina,& ibi gl.1.eod.

pro Arbore furtim cæsa si Aquilia actum sit, tollitur interdictum quod vi, aut clàm,non tamen tollitur arborum furtim cæsarum in eo,quod excedit, l. pe. & ibi gl.fi.arborum furtim cæsarum.

pro Arboribus ante venditionem cæsis potest venditor agere actione arborum furtim cæsarum,l. fi. eod.

Arbores plantatas in riuis fossatorum Nili,vt retinerentur aggeres Nili,ne ruãt, excidentes puniuntur extra ordinem,l.pen.§.fi.de extraordin.criminibus.

Arbores,vel syluam cæduam excidens, si sint immaturæ,tenetur lege Aquilia, si verò sint maturæ,tenetur furti,& arborum furtim cæsarum, nisi inciderit, ne per ignem vicini syluæ destruatur sua,gl.2.& 3. in l.1. C. de lege Aquilia.

Arbor si ædibus alienis impenderit,tunc præcipitur arborem succidi à stipite,gl. 1.in l.1.C.de interdictis.

Arboris radices ne noceant, potest agi vtili interdicto descendente ex interdicto de arboribus cædendis,† gl.fi.ibi.

Arbor prope confinium posita,si in vicini fundum radices egerit, pro parte communis est,§.si Titius,Inst.de rerum diuis.

Reliqua verbo, Germinalis, Pedamenta, Interdictum, 42. Lignum, Planta, Plantatus, Radix, Subsecare, Solum, Fundus, 6. Fructuarius, 7.8.

ARCA camerata dicitur arca habens tres cameras, vel dicitur arca confornicata, & arcuata, l. sed addes, 19. §.si inquilinus,& ibi gl.cameratam,& ibi add. marg.locati.

Arcam,in qua quis hominem inclusit,si deposuit in templum, vt is post clausum templum de arca exiret,& de templo multa subtraheret,& se in arcam iterum referret,deportari debet in insulam,l.hac lege, ad legem Iuliam peculatus.

Arcula est quædam capsa, in qua vltramontes magni homines assignantur, seu imponuntur sub terra.i.sepeliuntur, glos. 1. in l. Diui,39.de relig.

ARCERE idem est, quod liberare ab arce, quæ est locus tutissimus per similitudinem,gl.fi.in l.si curatoris,9.C.de iure deliber.

ARCHIATRI dicuntur principes medicorum,gl.1.in l.medicos, C.de professori.lib.10.

Archiatri dicuntur summi, & principales medici in aula Imperatoria versantes, gl.1.& addit.mar.in rub.C.de comitibus & archiatris,li.12.

Archiatri si primi gradus militiam obtinuerunt, adipiscuntur eam dignitatem, quam duces,& vicarij principis,qui militiam administrauerunt, & etiam Comites primi ordinis,l.1.C.de comitibus & archiatris,lib.12.

ARCHIEPISCOPVS alienans rem Ecclesiæ suæ debet iurare coram duobus Episcopis maiore parte consentiente, debitum existere, neque posse solui ex mobilibus gl.ordinatur,in auth.hoc ius,C.de sacrosanctis Eccl.

Archiepiscopi, & Patriarchæ debent omnes Episcopos sub se constitutos semel; aut secundo per singulos annos ad se conuocare, & omnes caussas subtiliter examinare, quas Episcopi,aut Clerici, aut Monachi ad inuicem habent, easque diffinire, & emendare, quicquid extra regulas à quacunque persona delinquitur,§.vt autem omnes,in auth.de sanctissimis Episcopis,col.9.

Archiepiscopus debet honorare Episcopum, nec perdit suam iurisdictionem per illius præsentiam,gl.fin.in l.4.C.de palatinis, lib.12.

ARCHIGERONTES dicuntur ab archos, quod est princeps, & geron senex, quasi maiores, & seniores Sacerdotes, qui sunt Archipresbyteri, gl.1.in l. archigerontes,C.de Episc.audi.

ARCHIMANDRITA dicitur ab archos,quod est princeps,& mandros, quod est ouis,idest,Abbas,qui præest ouibus,idest,Monachis,gl. archimandritæ, in l.nos reddentes, C. de summa Trinit. & gl.archimandrita, in §.si verò relinquens,in auth. de fideiussoribus col. 1.

Archimandritæ sunt propriè gregis, vel agminis principes, & Imperator quandoque sumitur pro Pontifice,§.hoc etiam,in additione marg.in auth.de alienatione.& emphyt.col.9.

Archimandritæ dicuntur Abbates,à mandros Græcè,quod significat speluncam,siue cubile, eò quòd in speluncis, & montium cauis olim inhabitabant, vel à grege pascendo dicuntur,ibid.

Reliqua verbo, Abbas.

ARCHIPRESBYTERI, & Archidiaconi dicuntur primates Ecclesiastici, gl.primatus,in §.sancimus,in auth.de sanctiss.Episcopis,col.9.

Reliqua verbo, Archigerontes.

ARCHITECTOR dicitur ab archos,quod est princeps, & tectum,quasi maior magister tectorum,gl.architecti,in l.1.C.de excusatio artificum,lib. 10.

Architectus est ille,qui fabricandi artem exactè habet, structurísque ædificiorum præest, ac fabricanda præscribit, non tam ministerio vtens, quàm ipsis vtentibus præsidet.l.fi.in ad d.mar.si mensor fals.

Architecti non sunt iudices,sed fabrorum principes, ac primates,ex quorum renunciatione in caussis de damno infecto datoque, & noui operis, & similibus quæ artis mechanici peritiam desiderant, solet iudex sententiam ferre, nisi ipsis huiusmodi cognito demandata sit, aut ex compromisso data,† reprob.

1 ARGVMENTVM de ſimili per contrarium valet,iuxta illud,Et Lazarus ſimiliter mala,gl.1.in l.penultim.de rerum diuiſione.

Argumentum de ſimilibus ad ſimilia valet,& eſt fortiſſimum,gl.fortiſſimum, in l.1.de officio eius,cui mandata,& gl.pe.in l.1.C.de interdictis,& §.ſi vxor, & ibi gl.fi.Inſt.de nuptiis.

Argumentum bonum eſt ab ordine titulorum, gloſ.1.in rub.de eo,per quem factum erit.

Argumétum bonum eſt,quod eſt de toto quoad totum, idem eſt de parte quoad partem,l.iuriſgentium,§.adeò,& ib.gl.eadem ratione,de pact.

Argumentum de toto ad partem valet,ibi.& l.ſi ſeruus,82.& ibi glo. fi.de adqui. hered.

Argumentum valet de his, quæ fieri ſolent,vel de conſuetis, gl. perſonale,in d.l. iuriſgentium,§.pactorum,& l. certi conditio, §.ſi numos,& ibi add. marg. ſi certum petatur.

Argumentum de vltima voluntate ad contractus,& è contrà, concurrente identitate rationis valet,l.pactum inter heredem,& ibi gl.pe.de pactis,& l.ſeruum filij,44.§.eum,qui,de leg.1.& l.quæ de legato.48.de leg.1.

Argumentum ſumptum ex verbis rubricæ validum eſt,gl. 1.& ibi add.marg.in l. non idcirco,44.de iudiciis.

Argumentum hoc non procedit,Fundus vendicatur,ſed fundus eſt peculium, ergo peculium vendicatur, & non eſt bona conſequentia; neque procedit hoc argumentum,Peculium eſt fundus,ſed peculium non vendicatur, ergo neque fundus, & negatur conſequentia, quia in vendicatione magis debet ſpectari aptitudo, & natura rei, quæ vendicanda eſt, quàm alicuius emergentis caſus qualitas,gl.1.in l.vendicatio,56.de rei vendicat.

Argumentum hoc non procedit,Incerta pars vendicatur,ſed vendicatio præſupponit poſſeſſionem,ergo incerta pars poſſidetur, negatur conſequentia, quia eſt fallacia ſecundum accidens,gl.datur,in l.quæ de tota,76.de rei vend. & gl. Titius,in l.3.§.1.de adquirend.poſſeſſione.

Argumentum de toto ad partem non procedit in indiuiduis, quia in partem diuidi non poteſt,ſed bene procedit in his,quæ ſunt diuidua,gl.fi.& ibi addit. in l.per fundum,de ſeruit.ruſticorum.

2 Argumentum ab autoritate Iuriſconſulti validum eſt,l.1.ſi cer.petat.

Argumentum ab etymologia,vel alluſione vocabuli valet,l.2.§.appellata, & ibi gl appellata,eod.& l.1.& ibi gl.1.de adqui.poſſeſ.& l.tugurium, 180. & ibi gl. fi. de verb.ſig.& in prin.Inſt.de teſtam.

Argumentum de loco ad tempus,vel de tempore ad locum valet, l.vinum, 22. ſi certum petatur.

Argumentum ab actu iudiciali ad actum teſtamentarium valet,l.non eſt mirum, 26.& ibi gl.1.& ibi ad marg.de pigne.actione.

Argumentum à tutore ad negotiorum geſtorem, vel procuratorem valet,l. ſi in emptione,34.§.fi.& ibi add.marg de contrah.emp.

Argumentum de reb.corporalib.ad incorporales valet,l.ſicut,& ibi add.m. quib. modis pignus vel hyp.& l.ſi propter,76. & ib.add m.de [illegible]

Argumentum ſumptum per locum à præſumptione valet, l. [illegible] ſi nolit, 31. §. qui mancipia,& ibi gl.non infamatæ,& ibi add marg. de ædil. edict.

Argumentum à partium enumeratione validum eſt,l. [illegible] 28.§.filiusfamilias,& ibi gl.locum,de liberis & poſtu.in prin.& [illegible] §.tutores,Inſt.de oblig. quæ ex quaſi contractu.

Argumentum de perſona ad tempus valet,gl. 2.in add.marg.in l. qui plures, 38. de vulgari.

Argumentum de rebus ad tempus valet,l.miles ita,42.& ibi gl.& licèt,eodem.

Argumentum ab vniuerſitate conſtante ex corporibus diſtantibus,vt eſt grex,ad vniuerſitatem conſtantem ex rebus cohærentibus,vt eſt inſula,vel domus, valet,l.ſi grege,22.de leg.1.

3 Argumentum etiam de contractibus ſtricti iuris, veluti ex ſtipulatione ad vltimas voluntates & econtrà valet,l.Aphricanus,40.§.ſi fructus, de legat. 1. & l. ſi diuortio,21.verſ.ſicuti,de verb.oblig.

Argumentum de teſtatore ad leges non valet,quia per leges poteſt tolli ſolemnitas iuris ciuilis,ſed non per teſtatorem,l.nemo,55.de leg. 1.

Argumentum de perſona ad res non valet, quando diuerſa eſt ratio affectionis, & fauoris inter eas,l.ſi domus,71.§.in pecunia,& §.cum alicui eod.

Argumentum de verbis legis ad verba teſtatoris rectè procedit, l. ſi quis legauerit,121.eod.& l.qui filium,74.§.fi.ad Trebel.

Argumentis quandoque cauſa deciditur,gloſ. pe. in d. l.qui filium, 74. §. fin. ad Trebell.

Argumentum de minore ad maius valet,quando eſt omnimoda ratio,l.Pomponius,§.quæſitum,verſ.ſubtiliùs,de adqui. poſſ.

Argumentum de ſtipulatione ad alios contractus valet, quando in ſtipulatione continetur factum, vt eſt ædificare, ſecus quando vertitur ratio, veluti non poſſum ſtipulari mihi dari rem ſacram, & tamen per alios contractus poſſum mihi adquirere,gl.fi.& ibi add.mar.in l.ſtipulatio iſta habere licere 38.§.fi.de verb.oblib.

Argumentū ab antecedenti deſtructo valet in pœnis,quia propter impoſſibilitatem antecedentis id,quod eſt conſequens,putà pœna,committi non poteſt,l.ſi homo mortuus,69.eod.

Argumentum per deductionem ad abſurdum valet,l.ſi ſic ſtipulatus,133.eo.

Argumentum ſumptum,per locum à ſpeciali validum eſt in iure, l. 1. §. fi. & ibi add.marg.ad municipalem.

Argumétum hoc,Res diuinæ in nullius bonis ſunt, ſed quod in nullius bonis eſt, conceditur occupanti, ergo res diuinæ conceduntur occupanti,falſum eſt, & terminus nullius diſſimiliter ponitur in poſitione,& in aſſumptione,gl.1.in l. natura,177.de verb.ſignif.

Argumentum non valet,neque trahendum eſt ex legibus abrogatis, gl. neceſſe, in l.1.C.de Iuſtinian.Codice confirm.

Argumentum à communiter accidentibus valet, quando accidunt communiter ſententiæ,vt à qua ſententia poteſt appellari,ex eadem agi poteſt, gl. 4.in l.1. C.de arbitris.

Argumentum de legitima patroni ad legitimam filiorum validum eſt,l. fi.C. de inofficioſo teſtam.

Argumentum à relatiuis,vel à communiter accidétibus valet,veluti, Eſt emptio, ergo pretium,gl.2.in l.cum datur,C.de iure dotium.

Argumentum à ſimili rectè procedit,quando adeſt ſimilitudo in materia,de qua agitur,licèt in aliis ſint multæ differentiæ,l.fi.C. de collatio.

Argumentum à maiori validum eſt,gl.2.in l.penultima,C.de neceſſ.heredibus.

Argumentum à diſpoſitione legali ad diſpoſitionem vltimæ voluntatis valet, l. 4.C.de verb.ſignif.

Argumentum ab vltimis voluntatibus ad contractus valet, & licita eſt extenſio, d.l.4.in fi.

Argumentum de ſimilibus ad ſimilia quandoque non procedit, gl. fi. in l. quod eſt,C.ne de ſtatu defunctorum.

Argumentum à nominis interpretatione valet, gloſ.proaſtiis,in §.ſancimus,in auth.de alienat.& emphyt.col.9.

Argumétum à veriſimili valet,§.cùm non ſit,Inſti. quibus ex cauſ.manumittere.

Argumentum ab inconuenienti valet,§.cùm ergo,eod.

Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates valet, & æquiparantur, quod verum eſt,vbi eſt eadem ratio,aliàs ſecus,l.fi.C. de legatis,& gloſ.impleuerit,in additione marg.ibi, & §.fi.& ibi gloſ. fi. & ibi add. Inſt. de lege Fuſia Caninia.

Argumentum de maiore ad minus valet negatiuè,§.quòd ſi partim,iuncto,§. preced.Inſt.de rer.diuiſ.& etiam valet affirmatiuè,§.poſſunt,Inſt.de teſt.

Argumentum à verbis enunciatiuis ſumere non eſt licitum, gl. vſque,& ibi add. marg.in §.fi.Inſt.de ſucceſſi.cognat.

Argumentum de mutuo ad indebitum valet,§.1.Inſt. quibus modis re contrahitur oblig.

Argumentum ab abſurdo valet,in prin.Inſt.de perpet.& tempo.actio.

Argumentum de parte temporis ad totum rectè valet,quando eſt eadem ratio,l. diuortio,8.§.quod in anno,ſoluto matrim.

Argumentum à contrario ſenſu validum eſt,in iure,l.1.verſ.huius,& ibi glo.non aliter, de officio eius, cui mandat.& §. ex his itaque apparet,& ibi gl.ex his, Inſt.de teſtam.

Argumentum à contrario ſenſu non ſumitur,vbi ſumitur prauus intellectus contra legem,vel rationem naturalem,gl.curatores,in §. pe. Inſt. de curatoribus & l.2.C.de conditio.inſertis.

Argumentum à contrario ſenſu in ſententia valet,l.Pomponius,§.ſed & is, & ibi add.marg.de procuratoribus.

Argumentum à contrario ſenſu habet locum in contractibus etiam ſtricti iuris, l.pecuniam,36.gloſſ.tanquàm,ſi cert.petat.

Argumentum à contrario ſenſu venit per improprietatem, ac per ſubauditum intellectum,& ex interpretatione,non autem propriè & ex verbis,d.glo. tanquam, iuncta add. marg. ibi,& in l.apud antiquos, 21.& ibi gl.4.C. de furtis, & gl.pe.& ibi add.marg.in l.2.C.de conditio.inſertis.

Argumentum à contrario ſenſu etiam in reſcriptis valet,l. ſi procuratorem, §. ſi ignorantes,& ibi gl.igitur,& add.marg.mandati.

Argumentum à contrario ſenſu habet locum etiam in mandatis, l. eum, qui, §. pe.de adquir.hered.

Argumentum à contrario ſenſu non valet ſemper,gl.2. in l.conuenticula,15. C. de Epiſcopis & cleri.& glo.onera,in l.1.C.de agricol.& cenſit.libro 11.

ARGVMENTARI à nomine rectè poteſt quandoque,gl.fi.in l.1.de offic.præſidis,& l.4.& ibi gl.fi.C.de feriis.

Argumentatio bona non fit ex diſſimilibus.l.inter ſtipulátem,82.§.ſacram, verſ. ſed hæc diſſimilia,de verb.oblig.

Reliqua verbo, Simile, Rubrica.

ARIETES diuerſorum ſi cornua commiſiſſent, & ambo mortui ſunt, neuter tenetur actione de pauperie,gl.ſibi.& add.mar.in l. 1. §.cùm arietes,ſi quadrupes paup.

Arietes diuerſorum ſi cornua commiſiſſent, & alter alterum occidiſſet, neque appareat quis fuerit aggreſſus,in dubio præſumitur ſuperſtitem fuiſſe aggreſſum,niſi contrarium probetur,† ibid.

Arietes vel boues diuerſorum ſi cornua commiſiſſent,& alter alterum occiderit, ſi is,qui fuit aggreſſus, ideſt,aggreſſor periit, ceſſat actio de pauperie,ſed ſi is, qui non prouocauerat, ſit mortuus,competit actio de pauperie contra dominum arietis prouocantis,d.§.cum arietes.

Reliqua verbo, Actio,169.vſque 171.

ARITHMETICI non habent excuſationem à muneribus perſonalibus.l.4. & ibi gl.fi.C.de profeſſor.lib.10.

ARMA deferre ſi iudex viderit aliquem,poteſt eum punire de delatione armorum ſine alia relatione,l.ſi irruptione,§.fi.& ibi add.mar.finium regun.

Arma armis repellere licet,l.1.§.vim vi,de vi,& vi armat.

Armorum appellatione continentur impropriè tela,hoc eſt,fuſtes, & lapides, & gladij,haſtæ,& frameæ,ideſt,rōpheæ,& omne id, quod poteſt nocere, ſed non propriè,l.3.& ibi add.m.eo.& l.ſi pignore,§. furem,in add.marg.de furtis,& l. armorum, 41. de verb. ſign. & §. recuperandæ, & ibi add. marg. Inſt. de interdictis.

cum Armis vincentem poſſumus repellere confeſtim,ſed non ex interuallo. d. l. 3.§.eum igitur,& ibi gl.eum.

Arma,vel tela domi ſuæ,vel in villa habens præter vſum itineris, venationis, vel nauigationis,tenetur lege Iulia de vi publica,l.1.ad legem Iul.de vi publica.

Arma habens commercij cauſa, vel quæ ei hereditate obuenerunt, non tenetur lege Iulia de vi publica,l.2.eod.

Arma ſi familia alicuius ſciente eo,& prohibere valènte cauſa adipiſcendæ & recuperandæ poſſeſſionis ſumpſerit, tenetur lege Cornelia de ſicariis is, cuius erat familia,l.3.§.item is,ad l.Cor.de ſicar.

Arma capta ab hoſtibus ſi recuperentur poſtliminio,non reuertūtur primis dominis,quia turpiter amittuntur,l.2.de captiuis, & gl.2.in l.ſicut liberis, C. de poſtlimin.reuer.

Armorum cuſtos punitur quandoque ſi arma commiſit militi non ſuo tempore, l.qui commeatus,§.fi.de re militari.

Arma ſicut ſunt propitia,& neceſſaria militibus,ita libri ſcholaribus,& æquiparantur,gl.dignitate,in l.nepos,125.& ibi add.m.de ver.ſig.

arrogatoris tenentur bona arrogati reſtituere, & etiam quartam partem bo- norum arrogatoris illis, ad quos deuentura erant, ſi arrogatus non fuiſſet, & hoc per directam actionem ex ſtipulatu, ideſt, natam ex ſatiſdatione facta ta- bellioni, vel ſi non, tunc per vtilem, l. ſi arrogator, & ibi gl. reſtituere, eod.

Arrogator pater poteſt in quarta impuberis arrogati directo, & pupillariter ſub- ſtituere vſque ad tempus pubertatis, vltra non poteſt, nec directò, nec per fi- deicommiſſum, d. l. ſi arrogator, & ibi gl. adop.

Arrogator ſi præmoriatur, deinde impubes arrogatus ſubſtitutus pupillariter à patre naturali ſuccedit in totum huic pupillo, gl. 1. in dicta l. ſi arrogator.

Arrogator ſi aliquid vltra quartam reliquerit arrogato impuberi, poterit ei pu- pillariter ſubſtituere in omne illud, gl. oportet. ibid.

Arrogator, ſi debitorem ſuum arrogauerit extinguitur, actio, ita quòd etiam ſi eum poſteà emancipauerit, non reſtituitur, nec reuiuiſcit ei actio. l. 2. §. fi. de capitis dimi.

Arrogator poteſt pupillariter ſubſtituere filio arrogato impuberi in legitima ipſius arrogati, id eſt, in quarta, ſed in bonis arrogatoris, & ab arrogatore pro- fectis, in quibus poteſt ſubſtituere, poteſt poſt pubertatem etiam per fidei- commiſſum ſubſtituere, ſed non poteſt ſubſtituere in aliis bonis, quia illa ſunt reſtituenda illis, qui haberent arrogatione non facta. l. ſed ſi plures, §. penult. & ibi gl. vel hoc, de vulgari.

Arrogator impuberis tenetur impuberi arrogato ex conſtitutione Diui Pij ſer- uare quartam bonorum, quæ mortis tempore fuerunt ipſius arrogatoris, qui ſi in fraudem dicti arrogati alienauit, filius impubes poteſt reuocare aliena- tum vtili Fauiana, vel Caluiſiana, l. fi. ſi quid in fraudem patroni.

Arrogator pater poteſt ratum habere illud, quod eſt geſtum nomine filij arroga- ti ante arrogationem, l. ſi quis offerenti, 58. §. 1. de ſolu.

5 Arrogator poteſt agere furti actione, etiam pro furto, quod factum eſt arrogato, antequam arrogaret eum, l. ſi, cum quis, 41. de furtis.

Arrogatori per arrogationem quæruntur omnia, quæ ſunt arrogati, gl. factum, ibidem.

Arrogator eſt vniuerſalis ſucceſſor, licèt viuentis, gloſ. pen. in l. ſi dominium, 47. de furtis.

Arrogator tenetur impuberi arrogato relinquere, vel præbere ei quartam bono- rum, ſi eum emancipauerit ſine cauſa, l. 2. C. de adopt.

Arrogator tenetur ſatiſdare notario de bonis arrogati conſeruandis, & reſtituē- dis in caſu, quo arrogatio finiatur morte arrogati, vel eius emācipatione, d. l. 2.

Arrogator non tenetur relinquere vel præbere arrogato quartam bonorum, quando eum emancipauit cum cauſa, gloſ. 4. ibid.

Arrogator volens libertum ſuum arrogare, debet cauſam exprimere, ideſt, quòd liberos non habeat, aliàs arrogatio non valet, l. 3. C. de adop.

Arrogator non poteſt emancipare impuberem arrogatum, niſi cauſa cognita ar- rogatus fuerit dignus emancipatione, & tunc ei bona ſua debet reddere, §. cùm autem, Inſt. de adoptio.

Arrogator ſi exheredauerit, vel præterierit, vel ſine iuſta cauſa emancipauerit fi- lium arrogatum, tenetur ei quartam bonorum relinquere præter bona, quæ arrogatus ad arrogatorem tranſtulit, & quorum commodum poſt arrogatio- nem adquiſiuit, ibid.

Arrogator non tenetur nomine proprio ad debita arroganti ante arrogationem contracta, ſed bene tenetur nomine filij, §. fi. Inſtit. de adquiſ. per arrogationē.

Arrogator tenetur de peculio de his, quæ contraxit de peculio arrogatus poſt arrogationem, & ſi eum non defendat pater, in bonis ipſius patris ſit miſſio, gl. 1. ibid.

Vide verbo, Adoptans, Subſtitutio, 21.

6 ARROGATVS filiusfam. non poteſt ſibi aliqua retinere, & recipere, quia con- traria vellet, glo. omnia, in l. ſi paterfamilias, de adoptio.

Arrogatus ſi fuerit paterfam. omnia, quæ eius fuerunt, & adquiri poſſunt, ad pa- trem tranſeunt, & etiam filij in eius poteſtate conſtituti, & qui poſtliminio ſunt reuerſi, vel qui in vtero fuerunt, cùm arrogaretur, d. l. ſi paterfamilias, de adoptio. & l. arrogato, eod.

Arrogatus filius habet quarta in bonis patris arrogatoris, ſi pater arrogator de- cedat eo non relicto herede, ſed alio extraneo, l. ſi arrogator, & ibi gl. adopti- uo, & gl. quartam, eod.

Arrogatus impubes ſi mortuus ſit viuo arrogatore, ſubſtitutio pupillaris à patre naturali facta & extincta per arrogationem non reconualeſcit, ac perpetuò ſubſtitutus admittitur ex ſtipulatione tacita, vel expreſſa, † gl. 1. in verſ. quid ſi, in d. l. ſi arrogator, & ibi Iaſ. nu. 38.

Arrogatus filius ſi habens ſubſtitutum in quarta ſibi relicta à patre arrogatore, & alium ſubſtitutum à patre naturali in omnibus bonis ſuis decedat, ſubſtitutus relictus in quarta à patre arrogatore capiet quartam, & omnia bona, & illa bona, quæ fuerunt arrogati, reſtituet ſubſtituto dato à patre naturali, vel ſi non habeat ſubſtitutum, tenetur reſtituere veniētibus ab inteſtato vtili actio- ne ex ſtipulatu, † reprob. d. gl. 1. verſ. ſed pone, Iaſ. ibi nu. 39.

Arrogato impuberi quarta, quæ debetur ex conſtitutione Diui Pij, non eſt om- nium bonorum arrogatoris, ſed illius portionis ab inteſtato ſibi debitæ, † d. gl. 1. verſ. ſed pone, & ibi Iaſ. nu. 52.

Arrogati bona iure officiorum tranſibant in poteſtatem patris arrogatoris, ſed hodiè non, gl. reſtituentem, in l. 3. §. ſi quis minor, de minor.

Arrogatus in arrogatione deceptus poteſt reſtitui aduerſùs arrogationem, etiam ſi bona ad arrogatorem non tranſeant, & hoc intereſt arrogati, propter malos mores arrogatoris, ibid.

Arrogatus ſi arroganti debet decem, & etiam alia decem Titio, Titius ſi cōue- niat arrogatorem, & arrogatum defendat, & ſibi inſolidum ſatisfiat, arroga- tor potuit petere debiti ſui rationem eſſe habendam, & pariter admittetur in bonis arrogati, licèt iure ciuili perierit actio, gl. 2. in l. 2. §. fi. de capitis dimi- nutione.

Arrogatus habet quartam in bonis arrogatoris ex conſtitutione Diui Pij, l. Papi- nianus, §. ſi quis impubes, de inofficioſo.

7 Arrogatus impubes, qui & citra adoptionem & emancipationem potuit querē- lam proponere, ſi fuerit exheredatus, non poteſt proponere querelam, cùm ha- beat quartam ex conſtitutione Diui Pij, ibid.

Arrogatus impubes, qui & citra adoptionem potuit agere querela, ſi fuerit ex- heredatus, non admittitur ad querelam, ſed ſi admittatur, & non obtinuerit, nihilominùs ex conſtitutione Diui Pij quarta ei, quaſi æs alienum, debet concedi, ibid.

Arrogatus filius quidquid adquiſiuit ab amico, vel cognato arrogatoris, dicitur adquiſitum beneficio & occaſione arrogatoris, & cenſetur profectitium, & ideò in eo poteſt arrogator ſubſtituere ei, l. ſed ſi plures, & ibi gl. vel hoc, de vulgari.

Arrogatus licèt ſit authoritate principis ſine principis conſenſu, poteſt emanci- pare ſolemniter quarta bonorum ſibi data, l. adoptatum, 9. & ibi gl. 1. C. de adoptio.

Arrogatus quidquid adquirit, adquirit patri arroganti, §. cùm autem, Inſtit. de adoptio.

Arrogatus quando emancipatur ex cauſa proueniente ex defectu ipſius, perdit quartam, aliter non, ſiue cauſa aliunde proueniente, ſiue ſine cauſa emancipe- tur, gl. niſi cauſa, in additione, ibid.

Arrogati quoad hoc, vt ſui heredes dicantur ab inteſtato, nihil intereſt inter eos, & filios naturales, & legitimos, niſi emancipati fuerint, nam tunc naturales emancipati iure prætorio ſuccedunt, adoptiui non, gl. an adoptiui, in §. in- teſtatorum, Inſt. de heredit. quæ ab inteſt.

Arrogati bona olim adquirebantur arrogatori, exceptis his, quæ per capitis di- minutionem pereunt, hodiè tantummodò adquiritur vſusfructus, vt par ſit pa- tri naturali, in princ. Inſt. de adquiſ. per arrogat.

Arrogato filio mortuo in adoptiua familia ſuccedit ei arrogator, niſi ſuperſint certæ perſonæ, quæ ipſum excludant, vt ſunt deſcendentes ex filio arrogato, §. mortuo, & ibi gl. 1. eod.

Arrogatus filius impubes ſi deceſſerit in adoptiua familia ex ſtipulatione, etiam alij admittuntur ad arrogati bona, d. gl. 1.

Arrogato filio emācipato, & in adoptiua familia mortuo, pater naturalis in ſuc- ceſſione præfertur arroganti, ſi arrogatus arroganti ſit in ſecundo gradu, vt quia arrogatus ſit, tanquàm nepos, aliàs ſecus, d. gl. 1. & ibi add.

Arrogato filio mortuo in adoptiua familia hodiè ſuccedunt ei fratres vtrinque coniuncti cum arrogante, gl. 1. ibid.

Reliqua verbo, Adoptio, 1. vſque 11. Adoptiuus, Filius, 34. vſque 39. Minor, 44. Te- ſtamentum, 26. Creditor, 2.

ARS dicitur ſciētia finita, quæ arctat infinita, vnde diffinitur à Porphyrio, quòd ars eſt de infinitis finita doctrina, gloſ. ius, in l. 1. de iuſtitia & iure.

Ars eſt multorum præceptorum collectio, gl. cuiq; in l. iuſtitia, de iuſtitia & iure.

Ars imitatur naturam, inquantùm pōt l. adoptio enim, de adoptio.

Artes doceri non poſſunt ſine magiſtro, gl. non poterat, in l. huius, qui potiores in pignore.

Artem non exerceat, qui eam ignorat, gl. & ſi quidem, in §. fi. in auth. de manda- tis princip. col. 3.

Ars viliſſima dicitur eorum, qui vendunt oleum, ſal, & cæpe, & qui cuſtodiunt porcos, vel paſcua militum, vel priuatorum, gl. ſtationariis, in l. nequis, & ibi gl. pe. C. de dignitat. lib. 11.

Ars omnis dicitur bona, gl. artib. in §. item lex Cornelia, Inſt. de publicis iudiciis.

Artiſtæ dicuntur, qui artes legunt: ſic Iuſtinianiſti, qui Iuſtinianum legunt, gl. Iu- ſtinianos, in §. in reliqua, in procem. Inſti.

Reliqua verbo, Collegium.

ARTIFEX ſemper à periculo contingenti vitio materiæ eſt excuſatus, niſi cō- tradictum fuerit, gl. tollit, in l. ſi ſeruus, 27. §. ſi calicem, ad legem Aquil.

Artifici ſi ego dedi calicem meum reficiendum, & ipſe ſi imperitia fregit, tene- tur lege Aquilia ad damnum, ſed ſi non fregit imperitia, ſed quia rimas vitio- ſas habebat, non tenetur, d. §. ſi calicem.

Artifices plerunque conuenire ſolent cùm calix vel aliquid aliud reficiendum ſi- bi datur, non ſuo periculo ſe facere, & talis conuentio facit incipere actionem ex locato, & Aquiliæ, ibid.

Artifex, qui artificium ſuum docet nouitium, quamuis de ſalario nihil paciſca- tur mercedem ſibi conſtitui, petere poteſt, quæ iuxta conſuetudinem ſtatue- tur, cùm docere gratis non videatur, l. inter, 26. §. fi in additione marg. man- dati.

Artificis bona non extantib. eius parentib. & conſanguineis ſunt deferenda ab inteſtato collegio artificis, & non fiſco, l. ſi quis, filio, §. eius, qui, in add. marg. de iniuſto, rupto.

Artifex, qui alicubi longo tempore commoratus eſt, non poteſt alterum recens aduentantem ab exercendo inhibere, † l. ſi quiſquam, 7. in add. marg. de diuer. & tempor.

inter Artifices longa differentia eſt, & ingenij, & naturæ, & doctrinæ, & inſtitu- tionis, l. inter artifices, 31. de ſolutio.

Artifex ſi nauem à ſe fabricandam promiſerit, vel inſulam ædificandam, aut foſ- ſam fodiendam, fideiuſſor eius, vel alius ædificans, vel foſſam fodiens, nō con- ſentiente ſtipulatore, non liberat reum promittētem, quia aliud eſt artificium fideiuſſoris, quàm rei, & ideò non videtur ſolutum id, quod promiſſum eſt, d. l. inter artifices, & ibi gl. reum.

Artifex quando promittit ſe facturum, vel facere foueam, videtur, quòd ſpeciali- ter ſit actum, vt ſuis operis perficiat, niſi promiſſor ſit monachus, vel miles, quo caſu faciendo per alium poterit liberari, gl. ſpecialiter, ibi.

Artifici condemnato ad mortem parcendum eſt, ſi ipſe ſit optimus, atque excel- lens in arte ſua, & valdè vtilis Reipub. l. ad beſtias, 31. & ibi add. mar. de pœnis.

Artifices ædificiorum, vel aliorum diuerſorum operum profeſſores non debent inter ſe coniurare, ne quis, quod alteri commiſſum ſit, opus impleat, aut iniū- ctam alteri ſollicitudinem alter ne incipiat, l. vnica, C. de monopoliis.

Artificum cuicumque vel aliorum diuerſorum operum profeſſori licitum eſt, ab altero inchoatum & derelictum opus per alterum ſine aliquo timore diſpēdij implere, & omnes pactiones habitas inter ſe denunciari, ibid.

Artificum, & aliarum profeſſionum primatus ſi ſuper taxandis rerum pretiis aut ſuper quibuslicet illicitis placitis conſtrinxerint profeſſores, vel artifices con- uenientes pactis huiuſmodi ſtare puniuntur in 40. librarum auri pœna, ibid.

Artifices artium intra numerum scripti in breuibus in singulis ciuitatibus, excusantur ab omnibus muneribus personalibus, si in docendis artibus otium sit accommodandum, quo magis cupiant,& ipsi peritiores fieri,& suos filios erudire, vt sunt architecti, statuarij, pictores,& alij multi ibi expressi, l.1. & & ibi gl.in discendis,C.de excusationibus artificum,lib.10.

Artifex tenetur de imperitia,quæ culpæ annumeratur,l.si quis fundum, 10. §. pe. locati.

Reliqua verbo,Imperitia,Methanicus,Monopolium.

Artificium necessarium in homine dicitur, ex quo percipi potest expensa,l.si seruos,25.& ibi gl.necessarius de pigner.actione.

Artificium extinguit officij nomen,sed non è contrà.l.legatis,65.§.1.de legat.3.

Artificio mutatur officium,sed non artificium per officium,quia artificia potentiora sunt,& cum quadam animi perpetuitate dicuntur,eò quod inde vberior & honestior quæstus percipitur, officia verò ad tempus propter necessitatem, vel inopias insurgentes subeuntur,gl.officium,ibid.

Artificium quandoque impropriè ponitur pro officio,† gl. artificia,in l. legatis, 65.§.si vnus,eod.

Artificium omne recipit incrementum per exercitium, dicta l.legatis,§. ornatricibus.

Artificium addiscere humana natura affectat,gl.humanæ,ibid.

Reliqua verbo,Officium,Aurifex.

Articvli producuntur post litis contestationem,& testes etiam producuntur, & examinantur,gl.1.in additione,in l.moræ litis,26.C.de rei vendic.

Articulus tuus debet concludere in præscriptione, ita quòd tu possedisti 10. vel 20. ann. & vltra ante litis contestationem, nam si probaret possessionem post litis contestationem,nihil probaret,ibid.

Articuli facti probari debent,sed iuris non, & dicuntur articuli iuris illi, super quibus sine probationibus facti statim potest pronunciari, sed super articulis facti non potest pronunciari,nisi examinetur factum.gl. in criminalibus in fi. in extrauag.de pace Constantiæ,§.nos Rom.

Articulus est intentio partis,quam probare intendit,d.gl.in criminalibus.in additione marg.

Arvspex dicitur momentorum inspector, vel horarum, quo puncto aliquid sit inchoandum dicens,gl.1.in l.3.C.de malef.

Aruspex dicitur ab aue, & inspicio, quia ex auium garritu quandoque percipiunt,ibidem.

Reliqua verbo, Augures,Diuinare,Incertator.

As, libra, pondo,& pondus, synonima sunt idem significantia, gl. apppellatione,in l.seruum,50.§.fi.de hered.instit.& gl.sexcuns,in §.hereditas,Inst. de hereditat,Inst.de heredibus instit.

Assis appellatione continentur plerunque 12. vnciæ, quandoque tamen in plures,quandoque verò in pauciores diuiditur,d.§.fi. & ibi gl.hereditas,& ibi gl. 2.Inst.de hered.instit.

Assis appellatione continetur tota hereditas,d.l. seruum,50 §.fi.& ibi glos. fi. de heredibus instit.

Assis duodecim vnciæ habent sua propria nomina,idest, sexcuns, idest, vnciam, & dimidiam, sextans, idest, duæ vnicæ, triens, i. quatuor vnciæ, quadrans, idest, tres vnciæ, quincunx, idest, quinque semis, idest, sex, septunx, idest, septem, bes, idest, octo, dodrans, idest, nouem, dextan, idest,decem,deunx, idest, vndecim as, idest, duodecim vnciæ, d. §. fi. cum gl.1.& seqq.& l. interdum, 13.§. 1.& ibi gl.solemnis,& addit.m. de hered. instit. & §.hereditas, Instit.de heredibus instit.

in Asse secundo, tertio, vel quarto, eadem ratio seruatur,quæ in primo asse, l. quæsitum,18.eod.

As quandoque ponitur pro obolo, gl. sexcuns, in §. hereditas, Instit.de heredibus instit.

Reliqua verbo, Libra, Pondo, Dupondium, Quadrans, Semis,Testator, 18. *Heres*, 36.*vsque* 40.

Ascendere licet, sed non descendere,gl.2.in l.ad splendidiores, C. de apparitoribus præfector annonæ,lib.12.

Ascendentivm, & descendentium æqualis debet esse pietas. §.pe. & ibi gl. compensent,in auth.quibus modis naturales efficiantur sui,col.7.

Ascendentes eundem gradum obtinentes ad hereditatem descendentis mortui sine liberis æqualiter admittuntur, cum quibus fratres ex vtroque parente coniuncti defuncto vocantur, nec patri vsusfructus portionis eius filiis contingentis adquiritur,§. si igitur,in auth.de heredibus ab intestato,col.9.

Ascendentes,qui proximo gradu sunt,admittuntur ad hereditatem descendentis mortui,non extantibus liberis,ibid.

Ascendentibus iure authenticorum hereditas descendentium æqualiter defertur paternis,& maternis,gl.omnibus in §.sed cùm antea,Inst.de S.C.Tertulliano.

Reliqua verbo,Descendentes, Parens.

Asceterivm dicitur locus, in quo fœminæ debilium sustentatrices habitabant,gl. & totius,in §.hæc ergo,in authent.de non alienand.col.1.

Asceterium dicitur locus, in quo moniales adseruantur, ad pietatísque studium exercentur,§.si verò quædam,in add.marg.in auth.quomodo oporteat Episcopos,col.1.

Ascribens sibi ille, qui ab intestato veniret,vt patronus,agnatus, vel cognatus,dictante testatore,non excusatur à pœna legis Corneliæ, gl. fi.in l. 1. C.de his,qui sibi ascribunt.

Ascribens sibi aliquid in testamento tenetur lege Cornelia de falsis,si verò dicat se verè ignorasse, & nolit legatum habere,pœna remittitur,l.3. C.eod.

Reliqua verbo,Legatum, 107.108.*Heres*,88.*Filius*,180.

Ascriptitivs curialis libertatem nullo tempore præscribit, sed debet reddi curiæ suæ,l.præscriptionem,C.de præscript.30.vel 40.

Ascriptitij 40. ann. præscribunt libertatem, nisi per aliquem alium seruiant, & non minori tempore,nisi sit ascriptus curiarum seruitio, quia tunc 30. annis, gl.fi. in l.4.C.eod.

Ascriptitij liberi sunt quoad extraneos,sed quoad dominos sunt serui, vnde dominum in ius vocare non possunt,& a dominis vendicantur,gl.1.in l.3 de statu homin.

Ascriptitij non differunt à seruis in eo, quod possunt vendi, vt serui cum gleba tantùm,ibid.

Ascriptitij admittuntur hodiè inuito etiam domino ad clericatum, olim verò domino permittente,& non aliàs,gl.sub hac,in l.quisquis,& l.sacrosanctæ, & auth.ascriptitios,C.de Episcopis & clericis.

Ascriptitio alieno nubere liberam non licet ignorante vel sciente aut consentiente domino, auth.ad hoc,C.de Latina libertate, & in §. ascriptitio, & ibi gl.correctio,in auth.de nuptiis,col.4.

Ascriptitius dicitur is,qui solo inscribit se, & per scripturam confitetur, se illi solo velle esse adscriptum,gl.ascriptitio,in §.ascriptitio,in auth.de nuptiis.

Ascriptitius non est seruus,licèt cuidam sit seruitio ascriptus,gl. sciente,ibidem.

Ascriptitia rectè potest contrahere matrimonium cum libero,dict.§.ascriptitio, & ibi gl.correctio.

ex Ascriptitio & libera natus iure authenticorum liber est, vt auth.constitutionem, quæ ex ascriptitio & libera natos,in prin.

Ascriptitius admittitur in testem, nec repelli debet à testimonio, quia liber est, gl.ita sit,in §.si verò dicatur,in auth.quibus modis naturales effici sui,colla.7.

Ascriptitij hodiè præter dominorum voluntatem possunt clericari,ita tamen,vt clerici facti,impositam sibi agriculturam adimpleant etiam per substitutum, §.si seruus,& ibi gl.per agriculturam,in authent.de sanctissi.Episcop.

inter Ascriptitios, & seruos modica est differentia, quia vterque est in domini potestate,& sicut seruus cum peculio, ita ascriptitius cum terrula potest alienari,l.ne diutius,C.de agricol.lib.11.

Ascriptitius à seruo in multis differt, quia ascriptitius liber est,& aliqua possidere potest,quod secus est in seruo,item ascriptitius potest fieri clericus, etiam domino inuito, sed seruus non; item seruus quando sciente domino fit clericus, fit etiam liber, sed ascriptitius non, item seruo potest auferri peculium, sed ascriptitio non, item serui possunt vendi sine peculio, sed ascriptitij non possunt sine solo, item ascriptitij quandoque litigant cum domino vel cum aliis,sed seruus non, itē seruus vel ancilla cōtrahens matrimonium cum libero vel libera sciente domino fit liber, sed ascriptitius non.gl.intelligatur, ib. 2

Ascriptitij serui propriè peculium non habent,quia hi liberi sunt, nam si haberent peculium,dominus eis auferre posset,sed tamen non potest eis auferre,& ita non dicitur peculium, reprob.glos. intelligatur, in fi. in additione marg. ibidem.

Ascriptitij filius viuente patre per 30. ann. continuos non colens terram, non liberatur ob id à conditione ascriptitia,cùm pater eius tempore vitæ suæ culturæ satisfecerit.l.cum scimus,§.illud quoque,C.eo.tit.

Ascriptitius fugiens,sicut seruus sui furtum facit,licèt liber sit, & ideò à tali fortuna non liberatur 30. annorum spatio, sed cum sua sobole idem ascriptitius remanet,l.cum satis,& ibi gl. 1.& gl.intelligatur.C.eod.

Ascriptitij possunt se liberare à tali conditione præscriptione 40. ann. & potest quis eum 30.ann.præscribere,nisi steterit,idest, permanserit ius ascriptitij in agnatione,quia tunc nullo tempore liberatur,gl.quacunque,ibid.

Ascriptitius comparatur curiali,sed non per omnia,d.l.cùm satis,& ibi glo. quacunque.

Ascriptitij sunt liberi,licèt sint ascripti tali conditioni,d. l. cùm satis, ibi,liberos quidem, C. de agricol. & cens. lib. 11. † glos. aut serui, in princ. Inst. de iure person.

Ascriptitij possunt testari inter suos, qui ab intestato successuri erant, non inter extraneos,gl.permanere,in d.l.cùm satis,C.de agric.lib.11.

Ascriptitius,& liber potest quis esse simul,& semel,& ita dicitur liber secundùm quid,non simpliciter,ibid.

Ascriptitij dominus potest quis esse,& alius terræ, gl.vel ipsius,in d.l.cùm satis, §.fin.eod.tit.

Ascriptitij si contraxerint matrimonium cum liberis mulieribus, possunt domini ascriptitiorū eos extrahere à tali matrimonio autoritate propria, & etiam castigare,si iudicis copia desit,quod si non fecerint,ad eorum damnum negligentia redundabit,l.si.eod.

Ascriptitij & censiti poterant facere testamentum, & ferre testimonium,& alios actus ciuiles exercere,gl.aut serui,in principio,Instit.de iure person.

Ascriptitij non possunt alienari sine solo,ibid.

Reliqua verbo,Censitus,Seruus,8.9.*Colonus*,18.19.20.21. *Mancipia.*

Asinvs auribus intumescit,cùm per comparem videt se comprehendi,gl.1.in l.heres per seruum,43.de adqui.hered.& gl.per vnum,in l.1.§.veteres, de adqui.posses.

Aspectv probatur ætas,& onus probandi dat iudex,cui vult,i.minori, & eius aduersario,gl.probandum,in l.de ætate,44. de minoribus & in l.3.C.si minor se maiorem.

Aspectu non probatur pubertas,vel impubertas, rectè tamen probantur anni, d. gl.probandum.

Reliqua verbo,Ætas,1,2.

Asperitas est vitanda,§.fi.Inst.de noxalibus action.

Aspergo, asperginis sumitur quandoque pro coinquinatione à sordida madefactione ex vtriusque contractu,propriè tamen sumitur pro puluere terreo sanguine asperso, vnde Statius, Diraque aspergine latos mutat agros, l. 4.§. cùm autem, in addit.mar.ad leg. Rhodiam de iactu.

Assassino vel grassatori si quis dedit pecuniam,vt homicidium patraret, homicidio non secuto non punitur,punietur tamen vt calumniator, l. item apud Labeonem,15.§.si curauerit,& ibi add.marg.de iniuriis.

Reliqua verbo,Grassator,Conatus.

Assectari mulierem dicitur, qui tacitus frequenter insequitur, assidua enim frequentia quasi præbet aliquam infamiam, l. item apud Labeonem,15. §.appellare,de iniuriis.

Assectari matremfam. idem est, quod frequenter sequi, attentare verò est blando sermone pudicitiam alicuius impetere, gl. assectatus, in §. 1. Instit. de iniuriis.

Reliqua verbo,Pudicitia,Appellatio,16.33.

Asserens alicui quòd credat Titio suo periculo,vel quòd bene credet,obligatur mandati,l.si verò non,12.§.si quis,mandati.

Aſſerens ſe diuitem, probare debet, & idem eſt in aſſerente ſe pauperem, gl. pe. in l. ſi verò, §. fi. qui ſatiſdare cogantur.

Aſſerens voluntatem teſtatoris mutatam, debet probare, gl. fi. in l. Lucius Titius, 22. de legat. 2.

Aſſerenti parti iuramentum eſſe præſtitum in compromiſſo, non creditur, niſi hoc conſtet ex ſcriptura vel depoſitione. l. 4. C. de rec. arb.

Aſſerens rem aliquam eſſe liberam, & de allodio ſuo poterit poſteà dicere ſe in feudum habere, gl. 1. in l. pe. C. de ingenuis manumiſ.

Aſſerenti ſolutionem incumbit opus probandi. l. fi. C. de ſolutio.

ASSERTIO morientis, quòd aliquis eum vulnerauit non probat, niſi probetur aliter, l. 3. §. 1. ad Syllanianum.

Reliqua verbo, Affirmatio, Allegans, Dicens, Probare, Minor, 37.

ASSERTORES hodiè non ſunt, & ſublati ſunt, gl. ordinetur, in l. 1. C. ſi mancipium ita venierit. & gl. 1. in l. 1. & gl. 3. in l. 2. C. de liberali cauſa, & l. 1. C. de aſſertione tollenda.

Aſſertores libertatis dicebantur illi, qui aſſerebant liberum eum, qui ſeruus dicebatur & per hos cauſa liberalis olim exercebatur, gl. in rub. C. de aſſertione tollenda.

Aſſertor per omnia repræſentabat perſonam eius, cui fidebat quæſtio ſtatus, & iurabat forte de calumnia, hodiè tamen quando quis de libertate in ſeruitutem prouocatur, poterit reſpondere per procuratorem, quòd minus eſt, cùm non repræſentet per omnia eius perſonam, neque iuret de calumnia, gl. 3. in l. 1. C. de aſſertione tollen.

Aſſertorum vana nomina hodiè ſublata ſunt, l. 2. C. de aſſertione tollen.

Reliqua verbo, Liberalis.

1 ASSESSOR iudicare non poterit in cauſa, in quo eſt aſſeſſor, niſi delegetur cauſa delegabilis, ſed ſi cauſa non poſſit delegari, ipſe præſes tantum iudicabit, gl. fi. in l. 1. de offic. aſſeſſor.

Aſſeſſor quis eſſe non poteſt in ſua prouincia, niſi per quatuor menſes, & tunc cum promiſſione principis, aliàs duriter punitur, l. 3. & ibi gl. 1. de officio aſſeſſor.

Aſſeſſori locanti operas ad tempus debetur merces pro toto tempore, quamuis [illegible] propter moram conductoris, l. diem functo, eod.

Aſſeſſor ſi locauit operas ad tempus, & poſteà medio tempore ſe locauit cum alio non poteſt petere ſalarium primum, ibid.

Aſſeſſor [illegible] motus ſua culpa, ſalarium, quod ſibi debebatur ex conductione, perdit. d. l. diem functo, & ibi gl. fi.

Aſſeſſor non debet habere ſalarium reſidui temporis, quando præſes culpa aſſeſſoris fuit remotus ante tempus, † ibi. & Lat. n. 6.

Aſſeſſor debet habere totum ſalarium, quando præſes fuit remotus ab officio ante tempus propter culpam ipſius præſidis † d. gl. fi.

Aſſeſſor, & aduocatus eodem tempore non poteſt quis eſſe in eodem auditorio, ſed in diuerſis rectè poteſt eſſe, l. pe. de offic. aſſeſſorum.

Aſſeſſor, & aduocatus hodiè quis eſſe non poteſt etiam in alio auditorio, ne cùm ad vtrumque feſtinat, neutrum peragat, gl. fi. ibid.

Aſſeſſores [illegible] confirmat, gl. 1.

Aſſeſſor poteſt eſſe adminiſtrator reipub. quia non eſt ſtatutum ei ſalarium de publico, † l. fi. & ibi add. de offic. aſſeſſor.

2 Aſſeſſorum omne officium conſiſtit in cognitionibus cauſarum ciuilium, & criminalium, quid iuris eſſe debeat, vt ei, qui aſſidet, iudicet, l. 1. & ibi gl. of. cognitionibus. de offic. aſſeſſorum.

Aſſeſſoris officium conſiſtit in poſtulationibus vt videat an ſit infamis, qui poſtulat, vel non, item vt eum interroget, & ei opponat ad veritatem inquirendam, & eum tacere faciat, quando ſibi videbitur, gl. poſtulationibus, ib.

Aſſeſſoris officium conſiſtit in libellis conuentionum recipiendis, ſi bene concipiantur, ſi malè, vt reſpuat, vel non recipiat de re illicita, d. l. 1. & ibi gl. libellis.

Aſſeſſoris officium conſiſtit in edictis generalibus in communi totius ciuitatis, & in omnium perſonis, vt ſunt banna, quæ ponuntur conſilio aſſeſſoris, d. l. 1. & ibi gl. edictis.

Aſſeſſoris officium conſiſtit in decretis ſpecialibus in cauſa vna, ſcilicet vt permittatur alienatio, vel non, vt in perſonis minorum, ipſe tamen preſes debet autoritatem præſtare, & ſubſcribere, d. l. 1. & gl. decretis.

Aſſeſſoris officium conſiſtit in epiſtolis mittendis iudicibus alterius prouinciæ maximè pro exequendis ſententiis, item vt teſtes recipiantur, & ſibi cautè remittantur, d. l. 1. gloſſa fi.

Aſſeſſoris officium conſiſtit etiam in adimplendo occupationes præſidis, gl. ferè, ibidem.

Aſſeſſoris imperitia excuſat Magiſtratum, ſed non ipſum aſſeſſorem. l. 2. quod quiſque iuris.

Aſſeſſor ſolet eligi propter peritiam iuris, vnde conſentiens electioni aſſeſſoriæ de ſe factæ, videtur affirmare ſe ſapientem, & ita ſua tacita aſſeueratio ſibi præiudicat propter imperitiam, gl. aſſeſſori, ibi.

Aſſeſſor vel comes poteſtatis accipiens pecuniam ab aliquo, vt pro eo faceret dari ſententiam per poteſtatem, ob hoc fuſtigatus videtur condemnatus iniuriarum actione, videtur enim iniuriam feciſſe poteſtati, cuius ſententiam vendidit l. item apud Labeonem, §. idem ait, & ibi gl. idem ait, de iniuriis.

Aſſeſſores inuitandi ſunt ſpe præmiorum, atque honorificentia ſua à iudicibus putantibus eorum prudentiam ſibi eſſe neceſſariam, l. 1. C. de aſſeſſ.

3 Aſſeſſori nõ permittitur ſubſcribere pro præſide, & ſi præſes ei permittat ſubſcribere, aſſeſſor punitur exilio, præſidiſque nomen debet referri ad principem, vt in eum ſeuerius vindicetur, l. 2. C. eod.

Aſſeſſor non debet ſubſcribere pro præſide in libellis, ideſt, petitionibus, quæ fiunt pro alienandis prædiis minorum, & pro tranſactione alimentorum, & aliorum mixti imperii, gl. 1. ibid.

Aſſeſſores filiifamil qui conſiliis propriis adminiſtratores iuuari conſueuerunt, quidquid honeſtis licitiſque lucris adquiſierint, habetur pro caſtrenſe peculio, l. velut, C. de aſſeſſoribus.

Aſſeſſores ducere non debet quis ſecum ad ſuam prouinciam, & ſi aſſeſſores aſſederint iudicibus per quatuor menſes contra leges, punitur publicatione bonorum, imminente accuſatione publici criminis, niſi principis licentia, vel præfecti prætorio ſe defendat, l. in conſiliariis, C. eod.

Aſſeſſoribus maiorum Magiſtratuum non minùs quàm ipſis iudicibus liberalitas imperialis eſt tribuenda, l. non minùs, C. eod.

Aſſeſſores tam præfectorum prætoriorum, quàm vrbis, vel magiſtrorum militum, vel magiſtri officiorum, ſiue prædicto officio functi ſunt, ſiue fungentes in poſterum poſt depoſitum etiam officium, ab omni indictionis onere ſiue ciuilium, ſiue militarium ſunt immunes, ibid.

Aſſeſſores ſibi adiungere ſecundo, & tertio anno, & ſæpiùs omnibus iudicibus licitum eſt, cùm ipſi idonei non reperiuntur, alioquin non, l. liceat, C. de aſſeſſor. & ibi gl. 1.

Aſſeſſores non poſſunt remoueri à iudicibus, ſi idonei reperiantur, d. gl. 1.

Aſſeſſoris vel conſiliarij vniuſcunque Magiſtratuum officio & aduocatione ſimul non debet quis vti, l. fi. C. de aſſeſſor.

Aſſeſſori licitum eſt reuerti ad munus aduocationis poſt finitum & depoſitum officium ſuum, ibid.

Aſſeſſores poſſunt eſſe libertini, gl. 1. in l. 2. C. de poſtulando.

Aſſeſſores, quib. limitatur tempus ad finiendum proceſſum, non poſſunt antè expedire, niſi prope finem termini, nec poſſunt cogi antè ſententiare, ea autem lata, cogitur executionem facere, & etiam in perſona, ſi haberi poteſt, gl. procedatur, in extrauag. ad reprimendum, quomodo in læſæ maieſt. crimin.

Reliqua verbo, Aduocatus, 4. Imperitia, Salarium, Aſſidere.

ASSEVERATIO, vel affirmatio ſola non ſufficit ad probandum, quem eſſe filium, l. neque profeſſio, C. de teſta.

Aſſeuerare eſt, ſine interrogatione aliquid verum falſúmve affirmare; profiteri vel profeſſio eſt præcedente interrogatione reſpondere, vel reſponſio, gl. 2. in l. non nudis, C. de probatio.

Reliqua verbo, Affirmatio, Profeſſio. Teſtator, 28.

ASSIDERE in ſua patria, vel prouincia nulli permittitur, niſi quatuor menſibus, & tunc ex conceſſione principis, & non aliàs, vltra autem nullo modo, etiam principe permittente, niſi fortè diceret non obſtante hac lege, † l. hi, qui, 37. & ibi gl. 1. & l. ſi cui, 38. & ibi gl. 1. ex quibus cauſ. maiores.

Aſſidere in ſua patria vel prouincia prohibetur quis propter ſuſpicionem, ne quid gratioſè ageret, item quia non timeretur, cùm nemo propheta ſit receptus ſine honore, niſi in patria ſua, d. gl. 1.

Aſſideri in ſua patria poteſt procuratoris Cæſaris aſſeſſor indiſtinctè, d. gl. 1.

Reliqua verbo, Iudicare, Aſſeſſor.

ASSIGNATIO de aliqua re facta alicui non importat dominij translationem, l. cùm pater, 77. §. pater pluribus de leg. 2.

Aſſignare quandoque ſumitur pro ſubſcribere, gl. fi. in l. inter pupillos, de auto. rit. tutorum.

Aſſignare libertum idem eſt, quod teſtificari, cuius ex liberis libertum eum eſſe velit, l. aſſignare, 107. de verb. ſig.

Aſſignare reditus obligatus non tenetur tradere fundos, nec dominium eorum, ſed ſufficit dicere ſuper tali fundo recipiatis, gl. fi. in addit. in §. fi. Inſt. de aſſignatione libert.

Reliqua verbo, Libertus, 19.

ASSVETA relinquere perdifficile eſt, §. ſancimus, & ibi add. mar. in auth. de monachis, col. 1.

Reliqua verbo, Conſueta.

ASTROLOGVS, vel qui aliquam illicitam diuinationem pollicetur, ſi conſultus aliquem furem eſſe dixerit ei, qui non erat, puniendus eſt gladio vltore, non tamen tenetur actione iniuriarum, cùm non dolo, ſed ſuæ artis cauſa id fecerit, l. item apud, §. ſi quis aſtrologus, de iniuriis.

Reliqua verbo, Diuinator.

ASYLVM eſt locus, vbi recipiebantur homines cauſa miſericordiæ, vel auxilij, putà hoſpitale, & conſimilia; ab à, quod eſt ſine, & ſylos, quod eſt tractus, quia non extrahebantur inde, qui eò confugerant, gl. aſylum, in l. quid ſit, 17. §. apud Labeonem, de ædilitio edicto.

Aſylum erat templum intemeratum, quod ad imitationem Athenienſium Romulus primus extruxit, ab à priuatiua particula, & ſylao, quod eſt, rapio, ſpolio, violo, vel, vt Seruio placet, à ſylon, quod eſt trahere, quòd extrahi inde nullus poſſit; ad id enim fugientes tuti erant, neque poterant extrahi, gl. aſylum, in additione mar. ibid.

Aſylum templum erat conſtructum inter Capitolium, & Palatium in loco ſacro, quod quercetum dicitur, ibid.

Reliqua verbo, Confugiens, Eccleſia, 7. Fugiens.

ATAVVS, & atnepos ſunt in quinto gradu, §. quinto gradu, Inſtitu. de gradibus cognatio.

ATHLETA poſtulare pro alio non prohibetur, ſed qui locat operas vt cum beſtiis pugnet, infamis eſt ipſo iure, & prohibetur etiam poſtulare, gl. locauit, in l. 1. §. item Senatuſconſulto, de poſtulando.

Athleta omninò artem ludicram non facit, cùm virtutis cauſa dicatur pugnare cum beſtiis, l. 4. de his, qui notantur.

Athleta dicitur depugnator cum beſtia dentata gratis, vel pugnans in ludis quibuſdam, gl. 1. ibid.

Athleta non eſt infamis, neque thymelicus, ideſt, cantans in publico cum inſtrumento, neque xyſticus, neque agitator, ſunt infames, d. l. 4.

Athletæ ſacris certaminibus coronati dicebantur illi, qui ſine mercede virtutis gratia certabant, & certaminibus ſacris deſeruiebant, & iſti excuſationem à tutela habent, ſed illi, qui hodiè certant, dicuntur infames, nec habent excuſationem, l. athletæ, 8. & ibi gl. 1. de excuſat. tutorum, gl. 1. in rub. C. de athletis, lib. 10.

Athleta, qui per omnem ætatem certauerat, ac trib. certaminibus coronis fuerat coronatus, quarum vna fuit Romæ, excuſatur à muneribus ciuilibus perſonalibus, non patrimonialibus, l. 1. & ibi gl fi. C. de athletis, lib. 10.

Athletæ appellatione omnis gymnicus intelligitur, d. l. 1. in add. marg.

Reliqua verbo, Arenarius, Spectacula.

ATRIARII dicuntur, qui atria cuſtodiunt, vel pugnant. [illegible] gl. atriarius in l. 1. §. caupones, nautæ, caupones.

Auro infecto legato continetur omne aurum, quod eius teſtatoris exiſtens ita factum eſt, vt eo auro teſtator non poſſit vti ſine refectione ad rem, ad quam ipſe compararerat, & quod ipſe teſtator pro infecto habebat, ibid.

Auro ſignato legato continetur omne id, quod eius teſtatoris exiſtens aliqua forma eſt expreſſum, veluti quæ Philippi effigie ſunt, item numiſmata, & ſimilia, in quib. eſt imago Cæſaris, d.l. Quintus, §. pen. & ibi gl. quod eius.

Auro facto legato continetur etiam materia alterius generis iniecta auro, ſed vbi materiæ diuerſæ ſimul iunctæ ſunt tales, quòd dubium ſit, vtra eorum ſit acceſſio, æſtimandum eſt ex viſu, & vſu ipſius rei, & ex conſuetudine illius, cuius erant, leg. ſi quando, 29. de auro & argento.

Auri facti appellatione continentur etiam gemmæ anulis incluſæ, cymbia argentea cruſtis aureis illigata, & margaritæ muliebribus ornamentis ita contextæ, vt in his adſpectus auri potentior ſit, l. pediculis, 32. §. 1. eod.

Auro facto legato continentur etiam emblemata aurea, quæ in lapidib. paropſidibúſque argenteis adiuncta ſunt, ſi appareat, teſtatorem eos lapides, paropſidéſque cum emblematis aureis habuiſſe auri numero, ſecus ſi non appareret, d.l. pediculis, §. aurea, eod.

Auro ſuo omni legato, continetur etiam aurum artifici datum ad faciendum vas, quia adhuc teſtatoris eſt dominium auri, ſecus ſi aurum datum eſſet artifici, vt non ſolùm ex eo auro fieret ſibi corpuſculum, ſed etiam ex alio auro, quo caſu non continetur, quia dominium dicti auri tranſiuit ad artificem, l. ſcribit, 34. eod.

Auro ſuo omni legato non continetur aurum, quod teſtatori ex ſtipulatione debetur, cum adhuc illud non ſit factum teſtatoris, ibid.

3 Auri certo pondere legato heres poterit præſtare pondus auri legatum, aut ſi malit eius pretium, ideſt, tantum, quantum comparari poteſt dictum aurum, l. Titiæ, 35. eod.

in Aurum priuatum aliquid vitij addens tenetur pœna falſi, & etiam ille, qui cum prohibere id potuit, & non prohibuit, l. lege Cornelia, 9. de falſis.

Auri ſacra fames, ideſt, execrabilis fames, quia vt famelicus panem, ſic quidam aurum deſiderant, gl. ſacra, in l. ſi quenquam, 29. C. de Epiſcopis & cleri.

Aurum pollutur ab ære, gl. 2. in l. mortuorum, C. de religioſ.

Aurum non ſolùm Barbaris præberi non debet, ſed etiam ſi apud eos inuentum fuerit, ſubtili ingenio eſt auferendum, l. 2. & ibi add. marg. C. de commerciis.

Aurum pro mancipiis, vel quibuſcunque ſpecieb. ſi ad Barbaricum fuerit tranſlatum a mercatoribus, ipſi mercatores non iam damnis, ſed ſupplicus ſubiugari debent, ibid.

Aurum metallorum eſt pretioſius, & poſt aurum argentum, §. ſpargere, & ibi gl. poſt aurum, in auth. de conſulibus, col. 4. & gl. per electionem, in §. ſi verò ſecundum, in auth. de alienatione, & emphyteoſ.

Aurum ſolus Imperator debet habere, gl. Imperatori, in d. §. ſpargere.

Auri perſecutores dicuntur auri decoctores, qui perſequuntur illud, gl. in rubr. C. de auri publi. perſecuto. lib. 10.

Aurum coronarium dicitur, quod principi in nouæ dignitatis honorem contribuitur à quibuſdam, gl. 1. in addit. marg. in l. 1. C. eod.

ad Auri coronarij collationem nemo cogitur abſque conſuetudine, qua conſuetudine [illegible] ſtant illud, d.l. 1. & ibi gl. fi.

Aurum fodiens pro quolibet anno ſeptem ſcrupulos ſoluere debet, l. per annos, C. de metallariis, lib. 11.

Auri æſtimatio ſolùm authoritate principis, vel eius, cui princeps conceſſit, poteſt diminui, gl. 1. in l. 2. C. de veteris numiſmatis poteſtat. lib. 11.

ex Auro, & gemmis nulli licet aliquid facere, quod ad cultum, & ornamentum Imperatorium pertinet, & contrà faciens illorum amiſſione, & in centum libris auri, & capitali pœna punitur. l. 1. C. nulli licere in frænis equeſtribus, libro 11.

Aurum ſpargere ſoli principi licet, & nulli alij, gl. fi. in l. 2. C. de conſulibus, li. 11.

Reliqua verbo, Gemma, Metalla, Argentum, Commixtio, Legatum, 73.

4 AVREA, vel argentea vaſcula in ſpecie, putà lances quadratæ, ſi legentur, etiam plumbum, quod illa vaſcula continent, ſequitur legatarium. l. cùm aurum, §. fi. de auro & argento.

Aurei claui, & purpuræ ſunt pars veſtimentorum, & ideò veſte legata, etiam aurei claui debentur, licèt veſti non ſint conſuti, & ſint aliàs applicati, vel ſint remoti, vt reponerentur, ſecus ſi vt eſſent ornamentum alterius rei, d.l. cùm aurum, §. fi. cum leg. ſeq. & ibi gl. 2.

Aureo poculo legato licèt nullum aureum poculum inueniatur in hereditate, nihilominùs tamen habetur aliud poculum alterius materiæ, quod inuenitur in hereditate, l. Seiæ. 36. & ibi gl. 1. eod.

Aureis anulis cedunt margaritæ incluſæ ornandi eos cauſa, ſed anuli cedunt margaritis, ſi aurei anuli ſunt adhibiti cauſa ornandi margaritas. l. & ſi non ſunt. §. fi. de auro & argento.

Aureus anulus inſigne erat equeſtris ordinis, vt & pro dignitate equeſtri olim ſumebatur, veluti & hodiè de aureo calcari dicitur, §. præterea, in add. marg. in authent. vt liberti de cætero, colum. 6.

Auri & argenti materia eſt electa, vt eius publica & generalis omnium rerum æſtimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis ſubueniret, l. 1. de contrahen. empti.

Auri & argenti materia forma publica percuſſa vſum dominiúmque non tam ex ſubſtantia præbet, quàm ex quantitate, ibidem.

Vide verbo, Anulus, Ius, 5.

AVREVS, & ſolidus auri, & numiſma, idem ſunt in iure, glo. aureos, in l. fin. de in ius vocando, & gl. in rub. C. de veteris numiſmatis poteſta. lib. 11. & gloſſ. libertinus, §. libertinorum, Inſt. de libertinis.

Aurei 72. faciunt vnam libram, & è contrà, & poteſt ſoluere ſolidos, vel materiam auri, gl. 1. in l. 1. l. idem, vſque 10. de dolo, & l. quotieſcunque, & ibi gl. aut, C. de ſuſcepto. lib. 10. & l. 1. C. de ponderator. lib. 10. & gl. in rub. C. de veteris numiſmatis poteſta. lib. 11. & gl. ſolidus, in §. pen. Inſt. de Attiliano tutore, & gl. fi. in § fi. Inſt. de pœna temere litig.

Aurei omnes debent ſpi æquali æſtimatione, & contrà faciens grauiſſimè punitur, l. fi. C. de veteris numiſmatis poteſtat. lib. 11.

Reliqua verbo, Solidus, Aes.

AVRIFEX, cui gemma includenda, aut inſculpenda data eſt, ea fracta vitio materiæ non tenetur ex locato, ſecus ſi eius imperitia fracta ſit, l. item quæritur, §. ſi gemma, locati.

Aurifex, cui gemma includenda, aut inſculpenda data eſt, ſi periculum & caſum fortuitum in ſe ſuſcepit, etiamſi vitio materiæ ea gemma fracta ſit, tenetur de eo ex locato, ibid.

cum Aurifice ſi ego conueni, vt is ex auro ſuo mihi anulos faceret certi ponderis & certæ formæ, & acceperit decem pro his, dicitur eſſe vnum negotium, & magis emptionem, & venditionem, quod ſi ego dedero aurum meum mercede pro opera conſtituta, dicitur locatio, & conductio, l. 2. §. fin. locati & conducti.

Aurifex faciens aurum vel argentum de minori liga, quàm ciuitas requirit, punitur pœna falſi, l. lege Cornelia, de falſis.

Reliqua verbo, Artifex.

AVT, pro &, ponitur quandoque, gl. fi. in l. ius ciuile, de iuſtitia, & iure, & glo. 1. in l. Lucius, 85. de hered. inſt. & gl. petere, in l. ille aut ille, 25. de legat. 3. & gl. miſſa, in l. ſi finita, §. non autem, de damno infecto, & gl. fi. in l. ſi quis ita ſtipulatus, 129. de verb. oblig. & gl. caſum, in l. 1. §. initium, de poſtulando.

Aut, verbum, veluti ille, aut ille, non ſolùm diſiunctiuæ, ſed etiam ſubdiſiunctiuæ orationis eſt, l. hæc verba, 124. de verb. ſign.

Aut, verbum diſiunctiuum eſt, veluti aut dies, aut nox eſt, quorum poſito altero, neceſſe eſt, tolli alterum, & ſublato altero, alterum poni, ibid.

Aut, verbum poteſt eſſe ſubdiſiunctiuum, veluti aut ſedet, aut ambulat, nam vt nemo poteſt vtrumque ſimul facere, ita aliquis poteſt neutrum facere, veluti qui accumbit, ibid.

Aut, diſiunctiua poſita inter perſonas reſoluitur in coniunctiuam, ſecus quando eſt appoſita inter res, l. 4. C. de verb. ſign.

Aut, diſiunctiua pro &, ponitur materialiter, quando ponitur inter perſonas, d.l. 4. & ibi glo. aut clam.

Aut, pro &, ponitur in interdicto quod vi, aut clàm, ibid.

Aut, & vel, idem ſignificant, & inter eas nulla eſt differentia, cùm promiſcuè ponantur, ſic illi aut illi, illi vel illi, l. 4. de verbor. ſign.

Aut alternatiua poſita inter res quandoque ponitur pro &, ſpeciali iure, gl. pen. in dict. l. 4

Reliqua verbo, Alternatiua, 1. vſque 5. Diſiunctiua.

AVTEM, dictio ponitur pro ſed, cùm pro quod, gl. cùm filiæ, in l. licèt, 12. C. de collatio. gl. ius autem, in §. ius autem gentium, Inſt. de iure naturali, gentium.

Autem, dictio ponitur aduerſatiuè ad factum & ad ius, quando quod ſequitur poſt dictionem autem, habet diuerſam rationem, ſed ſi habet eandem rationem, & tunc ponitur correctiuè, l. hoc ampliùs, §. de his autem, & ibi glo. damni, iuncto §. Neratius, de damno infecto.

AVTHENTICA ſacramenta puberum, habet locum non ſolùm in adulto, ſed etiam in pupillo & impubere †, reprobat, gl. potuerit, in l. fi. de liberal. cauſ.

Authentica de duobus reis non habet locum niſi in pluribus reis principaliter, & de per ſe obligatis, non in fideiuſſorib. & aliis qui acceſſoriè alterius obligationi accedunt, gl. fi. & ibi addit. marg. in fi. quod iuſſu.

AVTHOR meus ſi ſuum vẽditorem ad vendendũ dolo induxit, ſi ego eadem à poſſeſſione rei, & eam vendico dicens me vſucepiſſe, ſi quidem ex meo tempore tantùm, non nocet mihi dolus authoris in vſucapione, niſi ad vſucapionem vtar acceſſione temporis authoris, hodie tamen indiſtinctè nocet mihi, l. apud Celſum, §. de authoris, & ibi gl. de authoris, de doli mali exceptione.

Authoris doli exceptio non nocet ſingulari ſucceſſori, qui cauſam lucratiuam habet, veluti donatario, vel legatario agentib. etiamſi noluerint vti acceſſione ſui authoris, d.l. apud Celſum, §. ſi quis autem, & ibi gl. repellendos.

Authorum ex lucratiua cauſa tradentium mala fides ſucceſſorib. eorum non nocet, niſi eorum velint continuare tempore, & ſic eorum vti acceſſione, dolus autem eorum authorum ſemper nocet, † d. glo. repellendos.

Authoris dolus nocet creditori, qui habens pignus deſiit poſſidere, & petit illud hypothecaria, quia pignus reuerſurum eſt ad eum, qui dolo fecit, d. l. apud Celſum, §. ſi quis autem.

Authoris dolus non nocet ſingulari ſucceſſori ex cauſa nõ lucratiua, veluti emptori, vel ei, qui permutauit, vel inſolutum accepit, & illis, qui vicem emptorum obtinent, d. l. apud Celſum, §. authoris.

ex Authoris perſona non nocet exceptio doli ei, qui pretium dedit, vel vicem pretij, ſi ipſe dolo caret, ſed ſi non careat dolo, patitur exceptionem de dolo ſuo, vt quia ſciuit alienam, quando emit vel ſi ſuum venditorem dolo induxit d. §. authoris, & ibi gl. caret.

Authoris vitium, quod perſonæ cohæret, veluti dolus, vel mala fides, nocet, neque prodeſt ſingulari ſucceſſori præſcribenti ſine acceſſione ſui authoris, ſecus ſi cum acceſſione, quia vtens acceſſione ſui authoris, debet vti cum ſua cauſa & vitiis, l. an vitium, & ibi gl. 1. & gl. neque, & glo. fi. in l. cùm heres, de diuerſ. & tempor. & l. Pomponius, 13. §. 1. de adq. poſſeſſione.

Authoris ſui vitium non nocet ſingulari ſucceſſori, cùm contra eum agitur, ſed quando ipſe ſucceſſor agit, nocet, ſi habet lucratiuam cauſam, d. gl. 1.

Authoris ſui acceſſione poteſt quis vti ad præſcriptionem 30. annorum, & iure veteri etiam ad præſcriptionem x. vel 20. annorum, quod hodiè ſecus eſt in præſcriptione x. vel xx. annorum, gl. nec nocere, ibid.

Authoris mala fides nocet heredi, & vniuerſali ſucceſſori, vt etiam non poſſit præſcribere ex ſua perſona, tamen vbi heres ante mortem defuncti, vel poſt adquiſiuit aliquem titulum particularem in re, ex quo etiam ſi heres nõ eſſet, non nocet ſibi vitium defuncti, d.l. an vitium, §. fi. & ibi add. marg.

Authoris poſſeſſio accedere non poteſt ei, qui non poſſidet, l. pen. §. 1. de diuerſ. & tempor.

ex Authorib. medius aliquis ſi non poſſederit, præcedentium authorum poſſeſſio non prodeſt vltimo poſſidenti, ibid.

Reliqua verbo, Dolus, 20. 21. Mala fides, 1. 2. Melioris, Multitudo, Succeſſor, 3. 4. Vitium, Emptor, 8. Ius, 3.

AVTHORARI poteſt quis quandoque in re ſua, gl. in poſſeſſionem, in l. ſi ſtipulatus, 78. §. 1. de contrahen. empt.

Authorari ſibi nemo poteſt ad ſuam vtilitatem principaliter, ſed quandoque poteſt

Banniti nostri temporis cùm propter maleficium cum ciuitate bona sua publicantur,vel de consuetudine ciuitatum,tunc deportatis comparantur, alias relegatis,gl.retinent,in §.cùm autem,quibus modis ius patriæ potestat.

Banniti an æquiparentur deportatis, an relegatis verba condemnationis attendenda sint,& non ipsa denominatio, quæ aptatur ad deportatos, & etiam ad relegatos,d.gl.retinent, in addit.marg.

Reliqua verbo,Deportatus,Exul,Rebellis,Receptans,Relegatus.

BAPHII dicuntur tinctores pannorum, bachios Græcè Latinè tingere significat,inde bachius,siue bacharius,idest,tinctor,siue fauator, glo.1.in l.2.C. de murileg. lib. 11.

BAPTISMI Sacramentum ritè factum non potest reiterari, glo.1.in l.2.C. de vindicta liberta.

Baptizans baptizatum errore facti,dubitando illum esse baptizatum, non priuatur sacerdotio,neque censetur iterari baptismus,gl.1.in l.1.C.ne sanct.baptis.

Baptizans baptizatum scienter, tam ipse rebaptizans, quàm rebaptizatus, si sit capax criminis per ætatem, capite puniuntur,l.2.C.ne sanctum baptism.

Baptizans Episcopus iuris errore baptizatum priuatur sacerdotio,l.1.C.eod.

Baptizantes hæretici ingenuos, vel seruos proprios, qui orthodoxorum mysteriis sunt initiati,hoc est, catechumenos, sub alia lege exilio ac decem librarum auri mulcta damnantur, testamenti & donationis faciendæ vtrisque denegatur licentia, l.fi.C.eod.

Baptizatus pro parte, dicitur baptizatus in totum,& baptizatus in capite,dicitur baptizatus in toto corpore †.gl,quamlibet,& ibi add.marg,in l.3.de adq.possessione.

Reliqua verbo,Patrini.

BARBAM alicui extrahens, vel aliquem capillis expilans , dum tamen sanguis non exiuerit,punitur in 40.libris parti applicandis,& fisco 20.gl.verecundæ,& ibi add.marg.in l.dies cautionis,§.prætor,de damno infecto.

Reliqua verbo,Iniuria,per tot.

BARBARI dicuntur hostes Populi Romani , subiecti verò Imperio dicuntur D[illegible],gl.2.in l.2.C.de commerciis,& glo. 2.in l. 3. C.de seruis fugitiuis,& gl.2.[illegible]a.C.de postliminio,& gl.Barbaricæ,in §. quorum,in procemio Institutionum.

Barbaros docens nauigia fabricare,pœna capitis puniri debet,l.fin.C.de pœnis.

Barbari quandoque dicuntur,qui indomiti,atque inculti sunt,quandoque dicuntur qui nec Latini,nec Græci sunt,a linguæ duritia, dicuntur barbari, ab antiquo vocabulo,qui duro,atque aspero sermone erant,ibid.

Reliqua verbo,Hostes.

BARTOLVM fecit Imperator vnum de suis consiliariis,ac domesticis, & dedit sibi,suisque posteris,quos doctores legum esse contigerit,priuilegium concessionis leg[illegible]ationis,& veniæ ætatis,& alia priuilegia,vt ipsemet dicit,in sua gene[illegible],sup[illegible] rub[illegible] extrauag.quomodo læsæ maiestat.

BASES sunt lapides lati sub ostio,qui vltra ostium quandoque extenduntur, & ibi statuæ supponuntur,gl.1.in l.penult.de verborum,signific.

BASILICA Grçcè,Latine domus regia,vbi stabant venalia,vel dicebatur locus amplior publicus sub tecto,vbi consilia priuata,& iudicia & arbitria conficiebantur,& deinde pro principis domo ea dici cœpta est,idest , regia;postremò ad templa diuina significanda recepta est,l.inter stipulantem,83. §. sacram in additione marg.de verb.obli.& gl.Basilica in l.pediculis,32.§.idem cum quçreretur,de auro & argent.& gl.Basilicas,in §.non solùm,Inst.de lega.

Basilica inaurata,& marmorib.decorata libera debet manere,neque in ea debet depingi imagines alicuius,nec stationes fieri,nec equi introduci,nec conuiuia nuptiarum fieri,l.Basilicam,21.C.de operibus public.

Reliqua verbo,Palatia, Pratorium.

BASTAGA , seu Vastaga,est officium publicum,vel militiæ , quod gerêtes bastagarij dicebantur , qui rusticos ad quintam bestiam principi dandam cogebant,gl.2.in l.3.C.de cohortalibus,libro 12.

Bastagia,seu bastaga erat munus ferendi res necessarias ad exercitum,d.l.3.in additione marg.

Reliqua verbo, Vastaga.

BASTARDI nascuntur ex concubinis,gl.in rub.de concubinis.

Reliqua verbo,Filius,14.vsque 17.

BEARE idem est,quod prodesse,& quod prodest,beat,l.bonorum, 49. & ibi gl. 2.de verb.significc.

BEATA MARIA Virgo est supra Apostolos, Angelos, & Archangelos,gloss. Apostolicæ,in l.omnes dies, C.de ferijs

BELLVM indictum ad iniuriam propulsandam licitum est, & est inductum de iure gentium,gloss. 1. in l. ex hoc iure, de iustitia,& iure,& §.ius autem gentium,Inst. de iure naturali, gent.

Bellum illicitum non est inductum ex iure gentium, ibid.

Bella licita veluti indicta à populo Romano,vel Imperatore, sunt inducta ex iure gentium, d.l.1.& ibi gl.1.

in Bello si quis ceciderit,etsi corpus eius non compareat, lugeri debet,l.fi.§.fi.de his, qui notantur.

in Belli acie mortui videntur per gloriam viuere,gl.ad excusationem, in l.bello amissi, 18. de excusat. tutorum.

Bellum licitum potest induci à iure gentium , quod dicitur naturale , ex quo fit seruitus, gl.fi.in l.naturalem,5.§.fi.de adq. rerum dominio.

in Bello amissum dicitur etiam id,quod propter causam belli amittitur, l.1.§.ex incendio, de incendio,ruina,naufrag.

Bello priùs fuit data opera,deinde fuit iuri,l. postliminium, §. filius, & ibi gloss. charitas, de captiuis.

Bellum duo mala infert,in princ,& ibi gl.2. in auth.de armis, col.6.

Bellum facit homines pauperes, d.gl.2.

Bellum inueuit seruitutem, §.natura,in auth.quib.mod.naturales efficiantur sui, col. 7.

Bellum mouere nulli licet sine principis iussu,l.5.& ibi gl.1.C.vt armorum vsus inscio principe, lib.11.

Bellum perditionem animæ,& corporis,& substantiæ inducit,gl.1.l.vnica,C.publicæ lætitiæ vel Consul.lib. 12.

Bella, quæ fiunt pro defendenda patria , sunt iusta, gl. non amittant,in §.vasalli, de pace Constantiæ.

Bellum connumeratur inter casus fortuitos , nisi tempore contractus potuerit prouidere, quia tunc culpæ connumeratur, ibid.

Bella à populo Romano indicta hostib. vel a quocunque etiam priuato,pro recuperando suo contra detinentes,& eos iuuantes de licentia superioris,& per ipsum recuperare non valente,sunt licita,glo.bella,& ibi add. in §. ius autem gentium,Inst.de iure naturali, gent.

Bellum si indixerit Princeps , vel Papa , vel eius legatus de commissione Papæ alicui ciuitati subditæ Ecclesię,capti efficiuntur serui,& eorum bona efficiuntur capientium,& sic in his omnib.habet locum fictio postliminij, glo.vel in hostium, in addit.marg.§.rursus Inst.de actio.

Belli calamitas quod introduxit , hoc pacis lenitas debet sopire, l. vnica.C. de caducis tollendis.

Reliqua verbo. Guerra.

BENEFICIVM quandoque sumitur pro maleficio,gl.1.in fin.in l. contra legem, de legib. & gloss.3. in l. inter omnes,47.de furtis.

Beneficium principis secundum ius commune latissime debet interpretari,contra ius tamen commune strictè, l. beneficium,& ibi glo.1.de constit.princ.

Beneficium principis respiciens iniuriam vel præiudicium tertij , strictè interpretandum est, gl.1. ibid.

Beneficium concedere debet princeps sine iniuria cuiusquam,ibid.

Beneficium conferre non dicitur ille, qui facit illud,ad quod per legem obligatur,l.si arrogator, ibi,quia hoc non iudicio , de adoptio.

Beneficium liberationis inuito & ignoranti conferri potest , quando per obliquum confertur, secus si directò prohibeatur , gloss. soluendo,& ibi gl. cum, de nego.gestis.

Beneficium, idest, priuilegium, quod affert gaudium capienti , inuito conferri non potest , quia inuitus nemo gaudet , ibid.& gl.1. in l. 3. mandati,& l. inuito,69.de regul. iuris.

Beneficium amittit quis propter suum delictum , glo. fi. in l. auxilium , de minoribus.

Beneficium ætatis aduersùs præcepta legum non est dandum ei , qui dum leges inuocat , contra eas committit, d.l.auxilium,in fi.

Beneficio mihi competente ex persona tua non vtor te inuito , l. si iudex,42.de minorib.

Beneficium vnius non diminuit maleficium alterius,l. si ex duobus , 17. de noxalibus.

Beneficium tribuentis est modum, ac finem beneficio præscribere,l. in commodato , §. sicut autem , commodati.

Beneficio non oportet nos decipi , sed iuuari , d.§.sicut autem,& gl.mandatum, in l.si mandato, 45.§. 1.mandati.

ex Beneficio suo non debet quis damnificari , gloss. fin. in d. l. in commodato, §. fin. commod.

Beneficium ab amico accipiens, in eius gratiam naturali ratione tenetur aliquid impendere, gloss. ad eum,in additione, marg.in l. in rebus,§.possint,eod.

Beneficium , quòd non teneatur vltra quam facere potest , competit socio , vel eius defensori , sed non eius fideiussori, vel heredi, l. verum,63.§.videndum, pro socio.

Beneficium , quòd non teneatur vltra quam facere potest , competens alicui, quandoque competit etiam eius hæredi , non vt heredi , sed vt communi filio,d §.videndum, & ibi gl.cæterorum.

Beneficium prætoris non debet alicui esse captiosum,gl. restitui, in l.minor,39. de euictione.

Beneficio mihi competenti ex iure alterius possum vti contra alium eo inuito, l.si post mortem,10.§ fi.de bon.poss.contra tabul.

Beneficium personale cùm persona extinguitur,l.quia tale,14.soluto matrimon.

Beneficium ne maritus condemnetur vltra quàm facere potest,etiam heredi filio competit, sed non eius heredi extraneo,leg.maritum,13.& ibi gl.fi.eod.

Beneficium ne condemnetur vltrà quàm facere potest habet maritus, idest, habita consideratione, ne egeat,secundùm quod potest viuere, dict. l. maritum, & ibi glo.1.

Beneficium ne condemnetur vltrà quàm facere potest,competens marito competit eius defensori,sed non eius heredi extraneo, vel fideiussori,quia illi suo nomine conueniuntur , tanquàm principales obligati , sed defensor nomine mariti , & eius personam in iudicio repræsentans , l. alia causa, 15. & ibi glo.1.eod.

Beneficio ne conueniatur maritus vltrà quàm facere potest , non potest ipse renunciare,quia esset contra bonos mores , cùm per illud tolleretur ius reuerentiale,secus quando alicui ex natura contractus, vt societatis,competit hoc beneficium, quia tunc potest renunciari,gl.fi.in d.l.alia causa, §.fi.

Beneficium ne conueniatur maritus,nisi inquantū facere potest , transit in filios eiusdem matrimonij patris heredes,l.etiam filios,19.soluto matrim.

Beneficium ne conueniatur maritus,nisi inquantùm facere potest,non transit in filios ex alio matrimonio, † gl.1.& ibi add.marg.ibid.

Beneficium ne conueniatur maritus,nisi inquantùm facere potest,perdit ipse ratione doli commissi in reb.propriis in fraudem mulieris,vel in dotalib.qualitercunque dolum commisit,d.l.etiam,§.1.eod.tit.

Beneficium ne condemnetur maritus, vel vxor , nisi inquantùm facere potest, non habet locum in actione rerum amotarum , quia illa pendet ex furto , & diuortio facto , l.si cum mulier, §. fin.& ibi gloss.fin. de rerum ammotarum actione.

Beneficium ne condemnetur maritus vltrà,quàm facere potest, habet locum in actione ex stipulatu pro dote, d.gl.fi.eod.

Beneficio edicti qui non vtitur contra aliquem , non potest excipi de beneficio edicti , l. 3.quod falso tutore.

Beneficium indultum non tollit id,quod impedit intelligendum, gloss.fi.in l.si seruum.71. §.fi.de adqu.hered.

Beneficio aliquo obtinendo quando lex aliquem priuat propter delictum , non censetur priuare beneficio, iam habito,& obtento,ibid.

Beneficium

res sunt sitæ, quod fieri debet ex literis, & iudicato pronunciantis de venditione, gl. 1. in add. marg. in l. 1. de bonis authorit. iudicis poss.

Bonorum verbum denotat possessionem, l. fin. & ibi addit. marg. quorum bonor.

Bona verè, & propriè loquendo dicuntur illa, quæ sunt in dominio habentis, impropriè tamen dicuntur, quæ bona fide possidemus, vel ea, in quibus aliquod ius vel vtilitatem habemus. l. 1. & ibi add. marg. si quis testam. liber.

in Bonis esse & de bonis vel ex bonis esse differunt, l. 2. §. in hac actione, & ibi gl. in bonis. vi bonorum raptorum.

Bona alicuius damnati non debent per sententiam auferri ei, & fisco dari, nisi sit damnatus in exilium perpetuum, idest, sit deportatus, vel damnatus alia pœna capitali, l. bona, 39. & ibi gl. 1. de iure fisci.

3 Bona eorum, qui in vinculis, vel in custodia decesserunt, heredib. eorum non auferuntur, siue testati, siue intestati decesserint, l. in fraudem, 45. §. 1. eod.

Bona eorum, qui sibi mortem consciuerunt, non anteà veniunt ad fiscum, quàm priùs constiterit, cuius criminis gratia manus sibi intulerint, ibid.

Bona eius, qui sibi ob aliquod crimen commissum, timens de eo puniri, mortem consciuit, ac manus intulit, fisco vendicantur, sed non eius, qui tædio vitæ, aut impatientia doloris, aut valetudinis, aut pudore æris alieni, quoniam illa suo successori relinquuntur, d. l. in fraudem, §. eius bona.

Bona concedendo ei, qui deportatus restitutus fuit, intelligitur concedere etiam obligationes, scilicet vt teneatur creditoribus, & debitores sui quondam teneantur ei, l. princeps, 21. & ibi gl. 1. de verbor. significatio.

Bonorum appellatione continentur etiam actiones, d. gl. 1.

Bonorum nomen in priuilegiis, & beneficiis, & in vltimis voluntatibus, comprehendit etiam obligationes, ibid.

Bonorum appellatio, aut est ciuilis, vt cùm significat hereditatem, bonorúmve possessionem, vel ipsa bona in vniuerso, quæ omnia commodum, & incommodum habent, aut est naturalis, vt quando afferunt commodum, vel si afferunt incommodum, eo deducto, quod superest, continetur appellatione bonorum, l. bonorum, 49. & ibi gl. 1. de verb. signif.

Bona naturaliter dicuntur ex eo, quòd beant, hoc est, beatos faciunt, beare enim est prodesse; sed ciuiliter dicuntur bona, etiam si non beant, d. l. bonorum, & ibi gl. 2.

in Bonis nostris computantur non solùm quæ dominij nostri sunt, sed etiam quæ bona fide à nobis possidentur, vel superficiaria sunt, & etiam ea, quæ sunt in actionibus, petitionibus, & persecutionibus, ibid.

Bona propriè dici non possunt, quæ plus incommodi, quàm commodi habent, l. propriè, 83. de verb. sign.

4 Bonorum appellatio ciuiliter sicut hereditatis demonstrat quandam vniuersitatem, & ius successionis, & non singulares res, l. bonorum, 208. eod.

Bona debitoris non seruantis pacta, non debent in creditorē transferri de facto, sed ordine successiuo, l. in pacto, 14. C. de pactis.

Bona interdicti non solùm adulto habenti curatorem, sed etiam pupillo est similis, gl. ab similibus, in l. 3. C. de in integ. restitut. min.

Bona materna ad liberos ... peruenire debent, l. 4. C. de secund. nupt.

Bona incorporalia dicuntur nomina, gl. incorporalib. in l. vnica. §. cum autem, C. de rei vxoriæ actione.

Bona incorporalia æquiparantur quandoque immobilibus, ibid.

Bona quando confiscantur, non veniunt in fiscum ea, quæ non veniunt in heredem extraneum, gl. fi. in l. 1. C. de bonis libert.

Bona damnatorum hodie debentur ascendentibus, vel descendentibus, vsque ad tertium gradum, excepto crimine læsæ maiestatis, auth. bona damnatorum, C. de bonis proscriptorum.

Bonorum appellatione non veniunt futura in his, quæ non sunt parui momenti, vel præiudicij, veluti in confiscatione, venditione, vel donatione bonorum, tametsi in aliis comprehendantur etiam futura, vt in obligatione, glo. fi. & ibi add. marg. in l. 4. C. de iure fisci, lib. 10.

5 Bona eius, qui metu criminis se occidit, non auferūtur heredibus, nisi accusatione proposita, & sequuta condemnatione, sed hodiè hoc immutatum est, l. fi. & ibi gl. fi. in fi. C. eod. tit. & lib.

Bona eius, qui nullo modo habet aliquem successorem, dicuntur bona vacantia, & deferuntur in fiscum heredem, l. vacantia, C. de bonis vacantib. lib. 10.

Bona confiscanda in initio causæ rediguntur in scriptis, l. fi. & ibi gl. videatur, C. de bon. vacan. lib. 10.

Bona quando inferuntur in fiscum, ita debet fieri inuentarium de vna re, sicut & multis, d. l. fi. vers. quæ forma.

Bona, quæ deferuntur in fiscum ex crimine læsæ maiestatis, vel ex alio delicto, vel successione, nemo potest sibi impetrare, & concessio facta ad petitionem alterius non valet, secus si fieret motu proprio principis, l. 1. & ibi gl. 2. & l. 2. C. de petitio. bonorum sublatis, lib. 10.

Bonorum appellatione simplici continentur iura, & actiones, & sunt quædam species de per se, quæ secundùm rem, cui adiiciuntur, iudicantur mobilia, vel immobilia, gl. 2. in add. marg. in princ. Inst. de inuti. stip.

Bona hospitalis, vel minoris, quæ seruari non possunt, vel sunt sterilia, possunt alienari priùs habita æstimatione, & cum decreto, gl. causam, & gl. contractū, in l. orphanotrophos, 32. C. de Episc.

Bona Episcopi, vel clerici præsumuntur adquisita post Episcopatum, vel clericatum, imò eo ipso probatur, quòd contrarium non probatur, gloss. 2. in authen. licentiam, C. de Episc.

Bona Episcopo, vel clerico relicta à consanguineo vsque ad quartum gradum præsumuntur relicta fuisse iure cognationis naturalis, & ideò de illis potest testari, gl. iure cognationis, ibid.

Bona Episcopo vel clerico relicta ab extraneis, vel consanguineis vltra quartum gradum, præsumuntur relicta potiùs occasione Ecclesiæ, quàm sanguinis, de quibus non licet testari, ibid.

Reliqua verbo, Aduentitia, Allodium, Cessio, 6. 8. 11. Clericus, 11. Curator, 24. vsque 30. F... Filius, 91. Monachus, 3. Paraphernalia, Patrimonium, Facultates, Prodigus, Separatio, Societas, 3. 5. ... 3. Mobilia.

BONA VACANTIA ad fiscum pertinent, glo. fi. in l. sicut, §. fi. quod cuiusque vniuersis.

Bona vacantia, vel caduca possunt applicari non solùm fisco Imperij, sed etiam ciuitati priuatæ, quæ non recognoscit superiorem, sed non priuatæ ciuitati, quæ recognoscit superiorem, gl. peterentur, in add. in l. item veniunt, 20. §. ait Senatus, de petit. hered.

Bona vacantia prescribit possessor per quadriennium à tempore, quo denunciatio facta est fisco, sed denunciatione non facta, possessor debet prescribere per 20. an. à tempore, quo fuerant vacantia, gl. quadriennium, in l. quta... item, §. certè, si quis omissa cau. testam. & gloss. 1. in l. 2. C. communia de vsucap. & l. 1. & ibi gl. 1. de quadr. præscript.

Bona vacantia tunc dicuntur, cùm priuatus non habet ius petendi, gl. gradatim, in l. intra quatuor, de diuers. & temp.

Bona vacantia vsucapiuntur omni titulo iure communi, gl. 1. in l. 2. C. communia de vsucapio.

Bona vacantia mobilia fisco possessores cum titulo præscribunt triennio, immobilia decennio, cùm fiscus vbique sit præsens, † gloss. 1. in l. 1. C. de quadrien. præscript.

in Bonis vacantibus etiam ex priuilegio non succedunt ciuitates, & si occupauerint, ab eis auferuntur, l. 1. C. de bonis vacantib. lib. 10.

Bona vacantia quando deferuntur fisco in prouinciis, in quibus procurator Cæsaris non est de principis curia, certi officiales destinantur, quorum sollicitudine bona vacantia sub præside inuestigantur, & de eis inuentarium conficitur, & principi scribitur, vt vacantia iussu principis nomine fisci occupentur; & committens fraudem punitur, l. fin. & ibi gloss. videatur, C. de bon. vacan. lib. 10.

Reliqua verbo, Vacantia.

Bonorum possessio in genere, vsque ad num. 16.
quoad tempus petendi bonorum possessionem num. 16. vsque ad 20.
quoad edictalem, & decretalem, num. 20. vsque ad 22.
quoad transmissionem, num. 22.
Bonorum possessio contra tab. vel secundùm tab. num. 23. vsque 35.
Bonorum possessio vnde liberi, 35.
Bonorum possessio vnde legitimi, num. 36.
Bonorum possessio, vnde cognati, num. 37.
Bonorum possessio, vnde vir, & vxor, num. 38.
Bonorum possessio ventris nomine, num. 39.

BONORVM POSSESSIO ponitur pro vna dictione, neque est idem bonorum possessio, & possessio bonorum, l. 3. §. 1. & ibi gl, bonorum possessionem, de bonorum poss. & gl. bonorum, in l. cùm proponas, C. de bonis autho. iud. 1

Bonorum possessio est ius persequendi, retinendíque patrimonij, siue rei, quæ cuiusque, cùm is moritur, fuerit, gl. 1. in princ. Instit. de bonorum poss. d. l. 3. §. bonorum, & gloss. 1. in rub. C. qui admit. & gloss. bonorum, in §. neque, de author. tutor.

Bonorum possessio non est instrumentum agendi, non enim dico, ago bonorum possessione, vnde liberi, vel alia, sed ago petitione hereditatis vtili, vel alia actione hereditaria propter bonor. poss. vnde liberi, quam agnoui, ibid.

Bonorum possessio competit etiam possidenti, ibid.

Bonorum possessio est ius prætorium, non ciuile, † reprob. d. glo. ius persequendi, & gl. in rub. C. qui admitti, tu dic cum Doctorib. quòd imò est ciuile, & prætorium, & à lege defertur, ita Doctores in d. l. 3. §. bonorum.

Bonorum possessio potest agnosci à municipibus, & societatibus, & curiis, ac corporibus vniuersitatum, & ad eius petitionem rectè admittitur eius actor, syndicus, vel is, cui ex lege permittitur, siue administrator municipij; sed si nemo petat, vel agnoscat bonorum possessionem nomine municipij, habebit municipium bonorum possessionem prætoris edicto, d. l. 3. §. à municipibus, & ibi gloss. quis.

Bonorum possessio patrisfam. potest dari, sed bonorum poss. filiifam. ex testamento tantùm potest dari, ita si is ius testandi habuit, de castrensi vel quasi, nam si intestatus decederet, eius pater iure peculij occupat etiam castrense, d. l. 3. §. dari, & ibi gl. si modò, de bon poss.

Bonorum possessio etiam eius, qui apud hostes decessit, potest dari, quamuis decedat in seruitute, quia fingitur mortuus ante captiuitatem, §. sed & eius, & ibi gloss. dubitatio.

Bonorum possessionem potest quis adquirere, vel per semetipsum, vel per alium, putà per procuratorem habentem etiam generale mandatum, † d. l. 3. §. adquirere, & ib. gl. per alium, l. sed sub conditionem, §. fi. de bon. poss. cont. tab.

Bonorum possessio potest peti alicui per alium, etiam eo non mandante, & tunc competit ei, cùm ratum habuerit bonorum possessionem per alium haberet, non competit ei, nec eius heredi, etiam si is tanquàm eius heres, ratum habere vellet, d. §. adquirere, de bon. possess. 2

Bonorum possessio, quæ causa cognita dari debet, non potest dari alibi, quàm pro tribunali, sedente iudice, neque decretum potest interponi de plano, d. l. 3. §. si causa cognita.

Bonorum possessio, quæ ius tribuit, & causa cognita per officium iudicis decernitur, non potest delegari, gl. pro tribunali, ibi. & gloss. pro tribunali, in l. 2. §. 1. quis ordo in bon.

Bonorum possessionis agnitio potest hodiè fieri coram quocunque iudice sine petitione, & datione bonorum possessionis, ibid.

Bonorum possessionis olim petitio, vel secundùm hodierna iura agnitio sola quando fieri debet, non requiritur citatio partis, nisi in casu, in quo aduersarius vocandus est, scilicet quando apparet legitimus contradictor, quia tunc debet procedere negotium solemniter, & in forma iudicij, † d glo. pro tribunali, in d. §. si causa cognita.

Bonorum possessio potest peti ab aliquo non existente herede, atque ita parte non citata, ibid. 3

in Bonorum possessionibus habet locum ius adcrescendi, veluti si plures sint, quibus bonorum possessio vno iure competit, quorum vnus admisit bonorum possessionem, cæteri non admiserint, vel spreuerint ius suum aut tempore bonorum possessionis finito, exclusi sint, aut mortui sint, antequàm peterent, eorum portiones adcrescunt ei, qui admisit, d. l. 3. §. fin. cum duab. l. seq. de bonor. possess.

Bonorum poſſeſſionem agnitam à procuratore falsò debet dominus ratam habere eo tempore,quo adhuc in ea cauſa ſit, vt eam petere poſſit, nec nocet, ſi tempore ratihabitionis procurator ſit factus furioſus, vel ſit mortuus, aut pœnituerit,& ita poſt centeſimum diem ratum habere non poteſt, l.pen. rem ratam haberi.

Bonorum poſſeſſio olim cum ſolemnitate,hodiè ſola agnitione accipitur,glo.2. in l.1.C.de reſtit.mil.& gl.fi.in l.1.C.communia de ſucceſſio.

Bonorum poſſeſſio cauſa litis agnoſcendæ non tribuit ius, & ideò eius virtute ſcriptis heredib.non poteſt poſſeſſio auferri, l.2. C.de inof.

Bonorum poſſeſſio quædam eſt iuris, quædam facti, gloſſ.4. in l.filiis matrem, 25. C. eodem.

Bonorum poſſeſſio, quæ datur filio inſtituto conditione pendente, eſt iuris, quando conditio eſt appoſita in commodum filij, † d.gl.4.

Bonorum poſſeſſio poteſt peti per procuratorem etiam generalem,cùm à geſtore ſine mandato petita rata haberi poſſit, adiri tamen hereditas non poteſt per procuratorem,gl.1.& fi.in l.propter,C.depoſit.

Bonorum poſſeſſio filiofamilias del[illegible] quam patre ignorante intra tempus debitum petere neglexit,perditur,licèt patri antequàm ratum habeat, non adquiratur, l.1.C.qui admitti.

11 Bonorum poſſeſſionem filiofamilias delatam, etiam patre ignorante,poteſt filius agnoſcere,& patri ratum habenti quæritur commodum, niſi tempus bonorum poſſeſſionis petendæ fuerit tranſactum, ibid.

Bonorum poſſeſſio quælibet poteſt deferri filiofamilias, vt ſecundùm tab. vnde cognati,vel quacunque ex cauſa aduentitia,ex cauſa tamen profectitia,viuente patre,non poteſt,gl.1.& ibi additio,ibid.

Bonorum poſſeſſio eſt de iure prætorio, quam filiusfamilias, non præcedente iuſſu, poteſt agnoſcere, quia ſecundùm ius prætorium non curatur patria poteſtas,ſecus tamen eſt in aditione hereditatis, † gl. fi. ibid.

Bonorum poſſeſſionem agnoſcens debet exprimere ex quo capite agnoſcat, l.5. C. qui admitti.

Bonorum poſſeſſ. delatam pupillo ſolus tutor poteſt agnoſcere, l. bonorum, C. eodem.

Bonorum poſſeſſionem pupillo poſtulanti ſine tutoris authoritate ſi dederit iudex, ſciens ipſum non habere tutorem, & eſſe impuberem, emolumentum ſucceſſionis ei quæritur iure prætorio, d.l.bonorum,& ibi gl.4.

Bonorum poſſeſſionis qualiſcunque agnitio facta coram quocunque iudice,ſine eius decreti interpoſitione, hodie ſufficit, dummodò agnoſcatur intra præfixum tempus,l.fi.C.qui admit. & gl.1.in add.in §.fi.de here.qualit.& gl.fin. & ib.add.in l.1.C.de bon.poſſ.ſecundùm tab.

Bonorum poſſeſſionis ſimplex agnitio coram quocunque iudice ſufficit, neque eſt opus aperire tabulas, gl.3.ibid.

Bonorum poſſeſſio quando duobus eſt debita,& alter acceptat, alter verò repudiatione, vel lapſu temporis excluditur,portio excluſi adcreſcit ei, qui acceptauit,ſi ille,qui de iure prætorio à portione ſua erat excluſus,non poterat de iure ciuili ſuccedere,l.1.C.quando non petentium partes,§.cum igitur,Inſtit. de bonorum poſſeſſio.

Bonorum poſſeſſioni nomine proximitatis non eſt locus pendente appellatione à ſententia,qua falſum teſtamentum pronunciatum eſt,adhuc incerto an defunctus inteſtatus deceſſerit,l.1.C.de bon. poſſ.ſecundùm tab.

12 Bonorum poſſeſſionem conſequi non poteſt quis, niſi certum ſit iudici, teſtatorem deceſſiſſe teſtatum,vel inteſtatum, gl.fi.ibid.

Bonorum poſſeſſionem hodiè,ſicut additionem,non impedit quæſtio falſi ei,qui eſt certus ſuo facto de viribus teſtamenti, ſecus verò ſi fuiſſet facto alterius, d.glo. fin.& ibi additio.

Bonorum poſſeſſionem agnoſcens habet rei vendicationem ad res ſingulares, ad vniuerſales tamen, vel hereditatem, habet bonorum poſſeſſoriam hereditatis petitionem,gl.fi.in l.1.C.vnde legit.

Bonorum poſſeſſionem agnoſcere nemo cogitur inuitus, l.fi.C.vnde legitimi,& glo.fi.in l.puberem,12.C.de iure delib.

Bonorum poſſeſſio datur agnatis vſque ad decimum gradum, cognatis vſque ad ſeptimum, vel vſque ad decimum,gl.fi.in add.marg.d.l.fi.

Bonorum poſſeſſio extraordinaria datur quoties ex nouis legib. datur hereditas ex teſtamento,vel ab inteſtato, d gl.fi.& gl.1.in l.4 C.de ſententiam paſſis.

Bonorum poſſeſſio extraordinaria ideò dicitur,quia non habet certam ſedem ex teſtamento,vel ab inteſtato, d.gl.fin.

Bonorum poſſeſſiones, quæ ab inteſtato dantur, ſunt vnde liberi, vnde agnati, vnde cognati,& vnde vir, & vxor,d.gl.fin.

Bonorum poſſeſsiones hodiè non ſunt ſublatæ per noua iura regulariter,ibid.

Bonorum poſſeſsio non defertur furioſo, quantùm ad hoc,vt aliquid temporis currat ei, nec quantùm ad hoc, vt curator eius poſsit repudiare, gl.fin. in l.1. C.de ſucceſſ.edicto.

[illegible]onorum poſſeſsio defertur ſequentibus ex ſucceſſorio edicto, ſi furioſus factus [illegible]ntis bonorum poſſeſsionem non agnouit, vel deceſsit ſine agnitio-[illegible] gl.3.& fi. ibid.

[illegible]m poſſeſsionem ſi primus non agnouit, vel agnouit, ſed non vt debuit, ſequens admittitur per ſucceſſorium edictum,ſecus ſi agnouit, vt debuit,l.fi. C.de ſucceſſ. edicto.

[illegible]rum poſſeſsio poteſt repudiari etiam ſine præſentia aduocati, neque poteſt poſteà rurſus prætextu abſentiæ aduocati ad eam redire, l.1. C. de repud. bonor. poſſeſſ.

Bonorum poſſeſſ. fiſco delata non poteſt repudiari ſine præſentia aduocati, gl. 1. ibidem.

ad Bonorum poſſeſſ. agnoſcendam poteſt dari dilatio propter abſentiam aduocati, ibidem.

Bonorum poſſeſsionem filio delatam pater in fraudem filij repudiare non poteſt,l.fi.& ibi gl.1.C.de repud.bonorum poſſ.

Bonorum poſſeſsionem ſeruo delatam poteſt dominus repudiare, gl.1.ibid.

Bonorum poſſeſsionem agnoſcens de iure prætorio quantum ad effectum conſequitur illud,quod conſequeretur heres de iure ciuili ſuccedens,non tamen efficitur heres de iure ciuili, † l.puberem,12.& ibi gl.fi.C.de iur.delib.

Bonorum poſſeſsione qui agit, ſi obtineat,non ob id dicitur poſsidere, & ideò pro adipiſcenda poſſeſſione,debet interdictum quorum bonorum probare, & de ſuo iure docere, l.1.& ibi gl.filium,C. quo bon.

Bonorum poſſeſſionem habens debet intentare interdictum quorum bonorum vt conſtituatur poſſeſſor, l.2.C.eod.

Bonorum poſſeſſio defertur pupillo, aut ex teſtamento,vt ſecundùm tab. aut ab inteſtato,vt vnde liberi,& ſimiles,quæ ſunt de iure prætorio,glo.bonorum,in §.neque, Inſt.de auth.tutorum.

Bonorum poſſeſſionem petere non poteſt, qui non poteſt petere hereditatem, vt agnatus,vel cognatus,§.cùm autem,Inſt.de hered.quæ ab inteſt.

Bonorum poſſeſsiones non ſolùm emendandi,ſed etiam confirmandi iuris ciuilis gratia introductæ ſunt à prætore, qui vocat ſuos, & agnatos,in princ.Inſt. de bonorum poſſ.

Bonorum poſſeſsiones ſunt introductæ à prætore emendandi veteris iuris gratia,non ſolùm in inteſtatorum hereditatibus,ſed etiam & in horum, qui teſtamento facto deceſſerint, veluti ſi alienus poſtumus heres inſtitutus,quamuis iure ciuili hereditatem adire non poterat, tamen iure prætorio efficiebatur bonorum poſſeſſor, ibid.

Bonorum poſſeſsiones ſunt introductæ à prætore confirmandi veteris iuris gratia, veluti quando prætor dat bonorum poſſeſsionem ſecundùm tabulas ei, qui rectè teſtamento facto heres inſtitutus eſt, & quando vocat ab inteſtato ſuos heredes, & agnatos ad bonorum poſſeſsionem, ſed & remota bonorum poſſeſsione, iure ciuili pertinet ad eos hereditas, ibid.

Bonorum poſſeſsio aliud eſt, & aliud poſſeſsio bonorum, vt quia hæc ſit facti, illa verò iuris, g.1. in addit.marg. ibid.

Bonorum poſſeſsio ceſſat, vbicunque lex,vel Senatuſconſultum, aut conſtitutio prohibet hereditatem capere, intellige quando in odium ipſius prohibetur aliquis ſuccedere, non ex rigore iuris ciuilis, vt in poſtumo alieno inſtituto, † gl.honorario,& ibi add.ibid.

per Bonorum poſſeſsionem prætor non facit heredem aliquem, ſed facit eum loco heredis, & vocatur bonorum poſſeſſor, §. quos autem, Inſtitut. de bonorum poſſeſſ.

per bonorum poſſeſsionem prætor ampliat materiam ſucceſsionis vlteriùs,quàm ſit per legem 12.tabul.quia ſui heredes,& agnati tantùm ſuccedebant de iure ciuili,§.adhuc autem,& ibi gl.fi.eod.

Bonorum poſſeſsiones ex teſtamento ſunt duæ, vna vocatur contra tab. quæ datur liberis præteritis in poteſtate,vel emancipatis, alia ſecundùm tab. quæ datur omnibus iure ſcriptis heredibus,§.ſunt autem,& ibi gl.1.eod,

Bonorum poſſeſsiones ab inteſtato ſunt octo, quædam primo loco ſuis heredibus,& his,qui in edicto prætoris inter ſuos connumerantur,datur, quæ vocatur vnde liberi; ſecundò legitimis heredibus;tertiò decem perſonis, quæ extraneo manumiſſori præferebantur à prætore; quartò cognatis proximis; quintò tanquàm ex familia; ſextò patrono,patronæque, liberiſque eorum,& parentibus; ſeptimò viro, & vxori; octauò cognatis manumiſſoris, d.§. ſunt autem.

Bonorum poſſeſsio tanquàm ex familia eſt illa, quæ agnatis tranſuerſalibus patroni datur,vſque ad quintum gradum,glo.quinto,ibid,

Bonorum poſſeſsio, vnde decem perſonæ, hodiè ſublata eſt; & in eius locum collocata eſt bonorum poſſeſsio,vnde cognati,§. quæ autem, Inſtitut. de bonorum poſſeſſ.

Bonorum poſſeſsiones tanquàm ex familia, & vnde liberi, & parentes, patroni hodie ſublatæ ſunt, §.cumque anteà, Inſt.eod.

Bonorum poſſeſsio extraordinaria vt detur, quatuor ſunt neceſſaria: primò, quòd deferatur ex nouis legibus,& Senatuſconſultis; ſecundò,quòd tales ſint leges ciuiles non prætoriæ; tertiò, quòd per illas leges nouas deferatur bonorum poſſeſsio expreſsè, & ſpecialiter,non autem indiuiduò,& nominatim; quartò, quòd non ſit vocatus per legem 12.tab.ad hereditatem,† gl.vt detur, in §.aliam verò; Inſt.eod.

Bonorum poſſeſsio poteſt dari abſenti,& non petenti,ſi iudex ſciat eam eſſe delatam,l.ſeruus bonorum,de bonorum poſſ.

Bonorum poſſeſsio,quæ furioſo defertur, facti eſt tantùm, vt fructus percipiat, vnde factus ſanæ mentis repudiat, gloſſ. accipit, in l.1.de bonorum poſſeſſ. furioſo infanti.

ad Bonorum poſſeſsionem domino delatam petendam admittitur ſeruus nomine domini,ſi iudex ſit certus, eum eſſe illius ſeruum, cuius nomine petit, l. ſeruus bonorum,de bon.poſſ.

Bonorum poſſeſsio extraordinaria dicitur duobus modis; primò,quia vaga; ſecundò, quia non tribuit ius,vt Carboniana, & quando venter mittitur in poſſeſsionem,& illa,quæ datur gratia agnoſcendæ litis,gl.extraordinarium,in §. ſeptima,Inſtit.de bon.poſſ.

Bonorum poſſeſsio, quæ datur gratia agnoſcendæ litis, datur ſine cauſæ cognitione,ſed Carboniana,& quæ ventris nomine, dantur cum cauſæ cognitione, hodiè autem ſine petitione,& ſine cauſæ cognitione,& datione coram iudice agnoſcuntur,d.gl.extraordinarium, & ibi additio.

Bonorum poſſeſsio extraordinaria, & quæ ventris nomine, & quæ litis agnoſcendæ cauſa dantur, etiam hodiè ſunt neceſſariæ,d.gloſſ.extraordinarium,in addit.marg.

à Bonorum poſſeſsione excluſus tanquàm filius,poteſt admitti vt agnatus, at excluſus vt agnatus,poteſt admitti vt cognatus, gl.fi.in §. cùm igitur, Inſtit. de bonor. poſſeſſ.

Bonorum poſſeſsio hodiè poteſt qualitercunque ſine ſolemnitate peti, §. fin Inſtitut. eodem.

Bonorum poſſeſsiones etiam hodiè locum habent,nam & eas proponere poteſt quis,& contra tab.etiam eſt neceſſaria filio emancipato præterito; item vnde vir & vxor neceſſaria videtur; aliæ verò,vt olim non erant neceſſariæ, ſic nec hodiè ſunt neceſſariæ,poſſumus tamen eis vti, † glo. pro petenda,ibid.

Reliqua verbo, Carbonianum,1.vſque 5.Heres,96. Pater,24.vſque 27. Prætor,Procurator,20.Pupillus,38.vſque 41.Succedere,Tranſmiſſio,Petitio,2

ad BONORVM poſſeſsionem petendam in ſuis datur tempus vnius anni, in 16
aliis dantur centum dies, gl.1.in l.ſi filius, de minorib. & gl.intra diem,in l.

Pannonius,

tem ꝑus finitum ad petendam bonorum poſſeſſionem,gl.2.& ibi add.marg. in l.4.C.qui admitti.

Bonorum poſſeſſionem contra tabul.non agnitam iure ſpeciali poteſt tranſmittere filius conceptus in ventre præteritus decedendo, regulariter tamen contra,vt d.gloſ.2.

Bonorum poſſeſſio vnde liberi ſi non fuerit agnita à liberis intra annum, non tranſmittitur ad heredes, d.l.4.& ibi glo. 1.

Bonorum poſſeſſio furioſo delata eo decedente non tranſmittitur ad heredes ſuos,† gl.accipit,in l.1. de bonor.poſ.furioſo,infanti.

Reliqua verbo,Tranſmiſſio,Heres,91.Hereditas, 23. 24.

23 BONORVM poſſeſſio contra tabul. & etiam ſecundùm tab. competit ex teſtamento,gl. bonorum, in l.qui teſtamento,20.§.nec furioſus, de teſta.& gl.fi.in l.fi.C.vnde leg.

Bonorum poſſeſſio ex teſtamento, ideſt,ſecundùm tab. tantùm ciuitati, vel municipio poteſt quæri,fiſco autem, & ſocietatibus,& corporibus,& curiis etiam ab inteſtato , gloſ. quis alius , in l. 3. §.à municipibus , & ibi gloſ. quis alius, de bon.poſ.

Bonorum poſſeſſio ſecundùm tab. non datur inſtituto in tabulis ſcriptis per notas,ſigna,& abbreuiaturas inuſitatas , & non conſuetas,l.ſed cùm patrono,§.fi.de bon.poſ.

Bonorum poſſeſſio ſecundùm tab.& contra tab.in multis conueniunt,& in multis differunt,gl.2.in rub.ſi tabulæ teſtam.nullæ extab.

Bonorum poſſeſſio ſecundùm tabu. & contra tab. conueniunt,primò, quòd vtraque competit capacibus,ſed non incapacibus,& vtraque datur ex tabulis eius, qui potuit teſtari , & ex quacunque materia ſcriptis, ſiue ex teſtamento ſcripto, ſiue ex non ſcripto,& tunc dicitur ſecundùm nuncupationem,vel contra nuncupationem , item datur vtraque cùm tabulæ ſunt tempore mortis , licèt poſteà intereant, ibid.

Bonorum poſſeſſio ſecundùm tab.non poteſt dari heredi, cuius nomen etiam inconſulto teſtatore ita deletum eſt ante mortem teſtatoris,vt penitus legi non poſſit , quia tunc non præſumitur ſcriptum, cùm legi non poſſit,l. 1. & ibi gl. 1.& 2.eod.

Bonorum poſſeſſio ſecundùm tab.vel contra tab.datur heredi,cuius nomen deletum eſt,ſiue ante,ſiue poſt publicatas tab.mortuo tamen teſtatore,d.l.1. & ibi gl.2.pe.& fi.

Bonorum poſſeſſio ſecundùm tab.denegatur,vbi datur contra tab.gl.fi.in l.ſi impubes,§.fi.de Carboniano.

Bonorum poſſeſſio ſecundùm tab.dignior eſt bonorum poſſeſſione contra tabul. quia nititur voluntate defuncti,gl.1. in rub.de bon.poſſ.ſecundùm tabulas, & gl.in rub.C.de bon.poſſ.contra tab.

Bonorum poſſeſſio ſecundum tab. vt detur , ſufficit tabulas extare, etſi non proferantur,etiamſi ſint apud furem,vel apud depoſitarium, l.1.§. ſufficit,de bon. poſſ.ſecundum tab.

24 Bonorum poſſeſſio ſecundùm tab. vt cognoſcatur,non eſt opus eas aperire,dum tamen probetur ip ſum ſcriptum heredem , imò etiam ſi non probetur , cum ſpreto iudicis decreto, ſola atteſtatio amplectendæ bonorum poſſeſſionis ſufficiat , oportet tamen tabulas eſſe ſignatas ſeptem teſtibus.d. §. ſufficit , & ibi gloſ.aperire.

Bonorum poſſeſſio ſecundùm tab.vel cõtra tab.vt agnoſcatur,ſufficit ſemel mortuo teſtatore tabulas extitiſſe,etiamſi poſteà extare deſierint, d. l. 1. §. ſemel, & gl.1.penult.& fin.ſi tabulæ teſtam.nullæ extab.

Bonorum poſſeſſio ſecundùm tab.de originali debet peti, non de exemplo,d.l.1. §.ſed & ſi,de bon. poſſ.ſecundùm tabul.

Bonorum poſſeſſio ſecundùm tab. vt detur , requiritur, quòd teſtator vtroque tempore habuerit ius teſtamenti faciendi, & cùm facit teſtamentum , & cum moritur,d.l.1.§. exigit.

Bonorum poſſeſsio ſecundùm tab.peti non poteſt ex teſtamento, quod fecit furioſus , impubes , vel alius ex his, qui teſtamenta non poſſunt facere , etiamſi poſteà habentes teſtamenti factionem deceſſerint,ibi.

Bonorum poſſeſsio ſecundùm tab. peti poteſt ex teſtamento, quod fecit filiusfamilias veteranus de caſtrenſi , deinde emancipatus vel aliàs paterfamilias factus deceſſit,d.l.1.§.ſed ſi filiusfamilias.

Bonorum poſſeſsio ſecundùm tab. peti poteſt ex teſtamento illius, qui tempore teſtamenti , & mortis habebat teſtamenti factionem , medio autem tempore non habebat, ibi.

Bonorum poſſeſsio ſecundùm tab.peti poteſt ex tab.quarum linum,vel chordulã,qua ligatæ erant,aliquis contra voluntatem teſtatoris incidit etiam viuente teſtatore,ſecus ſi ipſe teſtator incidiſſet, d. l. 1.§. linum, & ibi gloſ.inciſum.

Bonorum poſſeſsio ſecundùm tab. competit inſtitutis, ſi tempus bonorum poſſeſsionis contra tab.petendæ ſit finitum, vel liberi præteriti ante illud tempus deceſſerint, vel repudiauerint,vel ius petendi contra tabul. amiſerint, l. 2.de bono.poſſ.ſecundùm tab.

Bonorum poſſeſsio ſecundùm tab. habet locum etiamſi filius præteritus, qui repudiauit,reſtitui poſſet,gl.repudiauerit, in d.l.2.de bon.poſſ.ſecundùm ta.

25 Bonorum poſſeſsio ſecundùm tabul. poteſt peti pendente conditione inſtitutionis, ſiue inſtitutus ſit ſuus , ſiue extraneus,qui non poterat ab inteſtato ſuccedere, dummodò vtiliter ſit inſtitutus,nec ſit aliquis præteritus, cui competat contra tabu. & ſi poſt petitam extitit conditio,confirmatur agnitio, ſed ſi deficit,& tunc ſi emancipatus , vel ſuus erat qui petiit ſecundùm tab. tuentur in ſecundum tab. ac ſi accepiſſent contra ta. ſed ſi fuiſſet extraneus , deficiente conditione infirmatur agnitio,gl.ſi ſub cõditione,in d.l.2.§.1.& l. hi demùm, & ibi gl.1.eod.

Bonorum poſſeſsio ſecundùm tab.conuertitur quandoque in contra tab. d.gloſ. ſi ſub conditione.

Bonorum poſſeſsio ſecundùm tab. quæ datur pendente conditione inſtitutionis, eſt iuris,non facti,quæ tamen non habet effectum , niſi exiſtat conditio , † d. gl.ſi ſub conditione.

Bonorũ poſſeſsio ſecũdùm tab.peti debet pro ea parte,pro qua quiſque inſtitutus eſt, & quamdiu vnus ex heredibus deliberat , vtrùm admittat ſecundùm tab. vel non,portio bonorũ poſſeſsionis eius nõ defertur coheredi,d.l.2.§.pro qua.

Bonorum poſſeſsio ſecundùm tab. defertur primò ſcriptis heredibus , mox illis non petentibus defertur ſequentibus non ſolùm ſubſtitutis , ſed etiam ſubſtituti ſubſtituris,d.l.2.§.defertur.

ad Bonorum poſſeſsionem ſecundùm tab. primo loco admittuntur primus , & tertius, quando primus ex parte inſtitutus eſt, & ſi is heres non erit, ſit inſtitutus ſecundus,& tertius ſit inſtitutus ex alia parte,& ſi is heres nõ erit, quartus heres ſit inſtitutus,d.l.2.§.ſi quis ita.

Bonorum poſſeſsionem ſecundùm tab.petere poteſt poſtumus inſtitutus,ſi natus fuerit,alioquin non,l.3.& ibi gl.fi.de bono.poſſ.ſecund.tab.

ad Bonorum poſſeſsionem ſecundùm tab. etiam pendente conditione inſtitutionis admittuntur,qui vtiliter ſunt inſtituti,nõ qui inutiliter,l.hi,demum,6.eo.

Bonorum poſſeſsio ſecundùm tabu.competit pendente conditione inſtitutionis, non ſolùm ſuis,ſed etiam extraneis,† gl,1.ibi.

Bonorum poſſeſsio ſecundùm tab.datur ex teſtamento inſcriptis,ſed ex teſtamẽto nuncupatiuo datur bonorum poſſeſsio ſecundum nuncupationem , l. ſi ita ſcriptum,§.fin.de bon.poſſ.ſecundum tab.& l.2.C.de bono.poſſ.ſecundùm tab.

Bonorum poſſeſsio ſecundùm tab. pupillaris , vt dari poſsit,requiritur an patris teſtamentum ſignatum ſit, cuius ſigna tabulis ſecundis ſufficiant , licèt tabulæ pupillares reſignatæ , & apertæ coram honeſtis perſonis,& præſide proferantur,l.vt bonorum,& ibi gl.fin.de bon poſſ.ſecundùm tabulas.

Bonorum poſſeſsionem ſecundùm tab.vt poſsit heres agnoſcere,requiritur quòd ipſe certus ſit demonſtratus in teſtamento , & quòd certa portio ſibi deferatur,alias ſecus.l.fin.de bon.poſſ.ſecundùm tab.

Bonorum poſſeſsionem ſecundùm tab. ſi repudiauerit is,qui ab inteſtato potuit ſuccedere , ipſe poteſt ſibi ſuccedere ab inteſtato, l.1.§.quibus,& ibi gl.ſuccedat,de ſucceſ.edicto.

Bonorum poſſeſsio ſecundùm tab. vel ex teſtamento hereditas viri,vel mulieris, qui inceſtas nuptias contraxerunt , quemadmodum non poteſt peti , ita nec poteſt peti vnde vir , & vxor , quia nihil poteſt capi propter iniuſtum matrimonium,d.l.1.vnde vir,& vxor.

Bonorum poſſeſsio ſecundùm tab.vel contra tab. ſi nemo accipiat,ſiue extent tabulæ,ſiue non; bonorum poſſeſsio inteſtati patris datur non tantùm filiis , qui tempore mortis erant in poteſtate,ſed etiam emancipatis,l.1.quis ordo in bonorum poſ.ſeruetur.

Bonorum poſſeſsio ſecundùm tabul.vt per ſeruum heredem domino eius adquiratur,non exigitur,quòd præcedat domini iuſſus, ſed ſufficit eius ratihabitio, exigitur tamen ſerui conſenſus,gl.& ſi iubentibus, in l.adquiritur , 10.§.1. de adq.rerum dom.

Bonorum poſſeſsio ſecundùm tab.directò ex edicto prætoris habet locum , vbi teſtamentum ſeptem teſtibus ſignatum in ſcriptis conditum eſt, l.2. C.de bono.poſſ.ſecundùm tab.

Bonorum poſſeſsio ſecundùm tab.& contta tab.concurrere non poſſunt ſimul, l. fin. C.de bon,poſſ.contra tab.

Bonorum poſſeſsio ſecundum tab.datũr extraneo inſtituto.gl.fi.in d.l.fi.

Bonorum poſſeſsionem ſecundum tab. poteſt ſimul intentare patronus præteritus,quia non rumpit teſtamentum in totum,ibi.

Bonorum poſſeſsio ſecundùm tab.neque hodiè,neque olim erat neceſſaria, cùm detur ſcripto haredi petitio hereditatis,& poſsit adiri de iure ciuili,niſi in tribus caſibus,gl.fi.in l.fi.C.vnde leg.

Bonorum poſſeſsio ſecundùm tab. hodiè eſt neceſſaria in tribus caſibus tantùm, ſcilicet quando poſtumus, qui rumpit , deceſsit viuo teſtatore, & quando capitis diminutione fuit teſtamentum infirmatum , ſed tempore mortis inuenitur ſui iuris , & quando etiam pendente conditione petitur bonorum poſſeſsio,ibi.

Bonorum poſſeſsionẽ ſecundùm tab.intentans debet à principio declarare propoſitum ſuæ intentionis, l.fin.C. de codicillis.

Bonorum poſſeſsio ſecũdùm tab.vt detur,neceſſe eſt,quòd teſtamentũ ſit ſolemne de iure ciuili,§.non tamen,& ibi gl.fin.Inſtit.quibus mod.teſtamen.infirm.

Bonorum poſſeſsiones ex teſtamento , ſcilicet contra.tab. & ſecundùm tab. item bonorum poſſeſsiones ab inteſtato,ſcilicet vnde liberi, vnde legitimi,ſiue agnati,hodiè ſunt neceſſariæ,§.ſed eas,Inſtitu.de bonorum poſſeſsio.

Bonorum poſſeſsio contra tab quamdiu poteſt dari, non datur ſecundùm tabulas,poteſt tamen adiri hereditas de iure ciuili,gl.1.in l.quamdiu,39.de adquir. hered.& gl.contra tabulas,in §.ſunt autem;Inſtit. de bonorum poſſeſſ.

Bonorum poſſeſsio contra tab. non dicitur dari ab inteſtato, ſed ex teſtamento, niſi cum nullus adit ex teſtamento , nam tunc etiam datur contra tabul. d.gloſ.1.

ad Bonorum poſſeſsionem contra tab. liberi ſiue naturales, & legitimi , ſui , vel emancipati,ſiue adoptiui,qui neque inſtituti , neque ritè exheredati ſunt, vocantur eo iure,eóque ordine,quo vocantur ad ſucceſſionem iure ciuili, l. 1. & ibi gl.naturales,de bon.poſſ.contra tabulas.

ad Bonorum poſſeſſionem contra tab. non admittitur filius inſtitutus purè , vel ſub conditione poteſtatiua, niſi alius committat edictum , ſecus ſi ſub caſuali , vel mixta , niſi ſit in eius defectum exheredatus, quia tunc habetur pro non inſtituto,gl.inſtituti,ibid.

à Bonorum poſſeſſione contra tab. petenda repelluntur iure prætorio illi , qui à ſucceſſione repelluntur iure ciuili.gl.eo iure.ibi.

Bonorum poſſeſſionem contra tab.prior in gradu priùs habet,& in ſtirpem,gloſ. ordine,ibid.

Bonorum poſſeſsio contra tabul.competit etiam poſtumis præteritis,cùm erunt nati,ſed antequàm naſcantur,habet locum edictum de ventre in poſſeſſionem mittendo,d.l.1.§.hæc autem,& ibi gl.1.

ad Bonorum poſſeſſionem contra tab. admittuntur filij ab hoſtibus capti præteriti quocunque modo redierint,d.§.hæc autem.

Bonorum poſſeſſio contra tabul.pro duabus partibus competit duobus ex tribus filiis præteritis,etiamſi tertius filius ſit ab hoſtibus captus,d.l.1.§. ſi ex tribus, de bon.poſſ.contr.tab.

ad Bonorum poſſeſſionem contra tab.admittũtur liberi ſui iuris facti per emancipationem,vel alio modo , filij tamen adoptiui ſui iuris facti non admittuntur ad contra ta.patris adoptiui,d.l.1.§.& ſui iuris.

Bonorum poſſeſſio, quæ datur filio, rumpit in totum teſtamentum patris, ibi gl. fi.& d.gl. 1.

3 Bonorum poſſeſſionem contra tab. habet etiam patronus, qui ex neceſſitate fideicommiſſi manumiſit, ſi manumiſſus eum præterierit, l. 1. C. de contra tab. liberti.

Bonorum poſſeſſio contra tab. ſicut datur alicui ob præteritionem, quando alicuius teſtamentum factum eſt in ſcriptis, ita datur bonorum poſſeſſio contra nuncupationem, quando teſtamentum factum eſt ſine ſcriptis, ibi.

Bonorum poſſeſſionem contra tabul. non habet patronus præteritus, qui accepit operas impoſitas à liberto, aut mercedem, aut munera pro operis, l. 2. C. de contra tab. liberti.

Bonorum poſſeſſio contra tab. dicitur dari ex teſtamento, non quia nitatur ſecundùm tab. imò contra tab. ſed ideò, quia non habet locum, niſi facto teſtamento, gl. fin. in l. fin. C. vnde legitimi, & gloſ. contra tab. in §. ſunt autem, de bon. poſſ.

Bonorum poſſeſſio contra tab. quando intêtatur, antequàm heres ſcriptus adeat, tunc res deducitur ad cauſſam inteſtati, gl. 1. in l. vt liberis, C. de collatio.

Bonorum poſſeſſio contra tabul. non datur nepotibus ex filio, vel filia, vbi agitur de hereditate fœminæ, l. fi. & ibi gl. 1. C. de ſuis & legit.

Bonorum poſſeſſio contra tab. datur etiam inſtitutis, ſi alius committat eis edictum etiam committente inuito, gl. exheredati, & ibi add. in §. emancipatus, de exhered. liber.

Bonorum poſſeſſio contra tab. datur præteritis non exheredatis, §. eadem hæc, Inſt. de heredit. quæ ab inteſtato.

Bonorum poſſeſſio contra tab. inducta eſt etiam pro filiis in poteſtate †, d. §. eadem hæc, & ibi gl. in poteſtate, & ibi add.

ad Bonorum poſſeſſionem contra tab. non admittuntur filij emancipati exiſtentes tempore mortis in aliena familia, d. §. eadem.

Bonorum poſſeſſio contra tabul. non datur liberis exheredatis, neque inſtitutis, niſi commiſſo edicto per alios filios præteritos, etiamſi præteriti non petant contra tab. nec ampliùs petere poſſint, gl. 1. in additione, in §. ſunt autem, de bon poſſ.

Bonorum poſſeſſio contra tab. filij emancipati datur parenti ad inſtar patroni, etiamſi nullum ſit teſtamentum, vt quia ſine cauſa ſit præteritus, quod intellige dare aſcendentibus per maſculinum ſexum, ſecus ſi per fœmininum, quia tunc datur tantùm querela, gloſ. contra tab. in d. §. ſunt autem, Inſtit. de bonorum poſſeſ.

Reliqua verbo, Filius, 197. vſque 206. Nepos, 16. 17. 18. Patronus, 17. vſque 23. Teſtamentum, 45. Præteritus, Fili 1, 7 Heres, 9 C...

34 BONORVM poſſeſſio vnde liberi filiis emancipatis eſt neceſſaria ab inteſtato, ſuis verò eſt voluntaria, gl. 1. in l. filium, 60 de adq. hered.

Bonorum poſſeſſionem vnde liberi decretalem ... probando ſe filium, ſi alius veniat, vt agnoſcat, & probet eum non eſſe filium, ... quia prætor videtur dediſſe ei bonorum poſſeſſionem ſub conditione ſi eſſet filius, † gl. ius perſequendi, in l. 3. §. bonorum, de bonorum poſſ. ...

Bonorum poſſeſſio vnde liberi, & contra tab. ſimul competerent liberis in poteſtate, & etiã poſtumo, qui erat recaſurus in poteſtatem defuncti, eodem tempore, & ſimul cedet tempus bonorum poſſeſſionis vt..que, gl. expectandi, in l. 2. de bon. poſſ. ſecundum tabulas.

Bonorum poſſeſſio vnde liberi datur filiis ſuis, & emancipatis, gl. pen. in l. 1. C. ſi minor ab heredit. ſe abſtin.

Bonorum poſſeſſio vnde liberi datur illis, quibus datur & contra tabulas, gloſ. in rub. C. vnde liberi, & l. fi. & ibi gloſ. 1. C. de ſuis & legit.

Bonorum poſſeſſio vnde liberi non datur in bonis maternis, ſicut etiam non datur contra tabulas, datur tamen vnde legitimi, gloſ. 1. in l. 1. C. quando non petentium part. & gl. in rub. C. vnde liberi.

Bonorum poſſeſſionem vnde liberi facit agnoſcentes filios emancipatos pro rata heredes, ideſt, ſucceſſores, & loco heredum conſtitutos, l. 1. & ibi gl. 2. C. vnde liberi.

Bonorum poſſeſſio vnde liberi fuit olim neceſſaria, ſed hodiè non, gl. fi. in l. fi. C. vnde legitimi.

Bonorum poſſeſſio vnde liberi non datur nepotibus ex filio, vel filia, vbi agitur de hereditatibus fœminę, vel nepotibus ex filia, cùm de hereditate matris agitur, l. fi. & ibi gl. 1. C. de ſuis & legit.

Bonorum poſſeſſio vnde liberi non datur filio in bonis matris inteſtatæ, gl. vnde liberi, in §. ſunt autem, Inſt. de bonorum poſſeſſ.

Bonorum poſſeſſio vnde liberi datur vltra filios aliis vlterioribus ex linea deſcendentibus, cùm omnes inferiores dicantur liberi, ibi.

Bonorum poſſeſſio vtilis vnde liberi competit patri filio emancipato inteſtato mortuo, † d. gl. vnde liberi, & ibi add.

Reliqua verbo, Filius, 207. Filia, 7.

35 BONORVM poſſeſſio vnde legitimi, vt alicui competat, inſpicitur, quòd ſit proximus agnatus defuncto ab inteſtato, tempore, quo illa bonorum poſſeſſio defertur, nec inſpicitur quis fuerit proximus tempore mortis, l. 1. & l. ſi ex duobus. C. vnde leg.

Bonorum poſſeſſio vnde legitimi defertur non tantùm in hereditate maſculorum, ſed etiam fœminarum, & non tantùm ingenuorum, ſed etiam & libertinorum, & communis eſt pluribus. l. 2. §. 1. eod.

Bonorum poſſeſſionem vnde legitimi non tantùm maſculi, ſed etiam fœminæ poſſunt habere, d. §. 1.

Bonorum poſſeſſio vnde legitimi peti non poteſt, quando deceſſerit is, de quo incertum eſt, vtrùm paterfam. vel filiusfam. ſit, vt quia pater eius captus ab hoſtibus adhuc viuat, quia nondum conſtat inteſtatum eum eſſe, cùm incertum ſit, an teſtari poſſit, d. l. 2. §. ſi quis.

ad Bonorum poſſeſſionem vnde legitimi vocatur omnis, qui ab inteſtato poteſt eſſe heres, ſiue lex, 12. tab. ſiue alia lex, vel Cornelia; vel Senatuſconſultum eum faciat heredem legitimum, d. l. 2. §. fi.

Bonorum poſſeſſionem vnde legitimi petere poteſt mater, quæ ex Senatuſconſulto Tertulliano venit, item & qui ex Senatuſconſulto Orficiano admittitur ad legitimam hereditatem, ibi.

Bonorum poſſeſſio vnde legitimi datur quotieſcunque lex, vel Senatuſconſultum defert hereditatem, non etiam bonorum poſſeſſionem, ſed quando defert etiam bonorum poſſeſſionem, tunc illa peti debet, & etiam poteſt peti ex vnde legitimi, l. 3. eod.

Bonorum poſſeſſio vnde legitimi, neque olim, neque hodiè eſt neceſſaria, cùm ex lege 12. tab. ſuccederent, gl. fi. in l. fin. C. vnde legit.

Bonorum poſſeſſio vnde legitimi, vel cauſſa legis tuendæ datur, vbicunque per aliquam legem vocatur ad hereditatem, veluti mater aliis filiis inſtitutis ſi in puerperio deceſſerit, & filium, quem in vtero geſtabat, præteriit, ille filius habetur pro inſtituto à lege, & ita habet ſecundùm tab. cauſſa illius legis tuendæ, vel vnde legitimi, l. §. bonorum, & ibi gl. tuendarum, de bonorum poſſeſſ.

Bonorum poſſeſſio cauſſa tuendæ legis 12. tab. datur his, qui vocantur per legem 12. tab. veluti inſtitutis, & liberis, & agnatis, ibi.

Reliqua verbo, Agnatio, 2. 4. Inteſtatus, 1. Heres, 97. Maſculus.

BONORVM poſſeſſio vnde cognati habet nudam prætoris indulgentiam, neque ex iure ciuili originem habet, l. 1. vnde cognati.

Bonorum poſſeſſione vnde cognati inuitat prætor eos, quos ſanguinis ratio vocat ad hereditatem, tamen iure ciuili ad ſucceſſionem admitti non poſſunt, ideſt, cognati, ibi. & l. 2. eod.

Bonorum poſſeſſio vnde cognati pertinet ad cognationes non ciuiles, d. l. 1.

Bonorum poſſeſſio vnde cognati complectitur ſex tantummodò gradus, & ex ſeptimo duas tantummodò perſonas, ſcilicet, ex ſobrino, vel ſobrina natum, vel natam, quibus dari poteſt, d. l. 1. §. hæc autem.

ad Bonorum poſſeſſionem vnde cognati admittitur proximus cognatus tempore, quo defertur bonorum poſſeſſio, & ita ſi proximus cognatus, dum ſcripti heredes deliberant, deceſſerit, & ſcripti repudient, admittitur ſequens quaſi proximus, d. l. 1. §. proximus, & l. 3. eod.

in Bonorum poſſeſſione vnde cognati præfertur is, qui proximior cognatus naſci ſperatur, & obſtat ſequentibus, ſi viuo eo, de cuius bonorum poſſeſſione agitur, fuerit conceptus, ſecus ſi poſt mortem, quia tunc neque obſtabit alij, neque ipſe admittetur, d. l. 1. §. ſi quis proximior.

ad Bonorum poſſeſſionem matris ſuæ vnde proximi cognati, & vnde legitimi ex Orficiano admittitur is, qui ex mortua matre exſecto ventre edictus eſt, d. l. 1. §. pe.

ad Bonorum poſſeſſionem vnde cognati admittuntur cognati gradatim, ita vt qui ſunt in primo gradu, omnes ſimul admittantur, d. l. 1. §. fin.

Bonorum poſſeſſionem vnde cognati petere poſſunt etiam vulgò quæſiti liberi matris, & mater talium liberorum, & ipſi fratres inter ſe, quia ſunt inuicem cognati, ibi.

ad Bonorum poſſeſſionem vnde cognati in auiæ maternæ hereditate non ideò minùs admittuntur nepotes, quod vulgò quæſiti fuerint, ſecus tamen eſt in paterna, l. Modeſtinus, & ibi gl. 1. eod.

Bonorum poſſeſſio vnde cognati fuit olim neceſſaria, ſed hodiè non, gl. fi. in l. fi. C. vnde legitimi.

Bonorum poſſeſſio vnde cognati non datur inter ſeruos, etiamſi poſteà fiant liberi, gl. cognatio, in principio Inſt. de cognato. ſucceſſione.

Bonorum poſſeſſio vnde cognati datur adoptiuis, quia illis agnaſcitur, & cognaſcitur, ſed hoc non procedit iure nouo, d. gloſ. cognatio, in principio Inſt. de ſucceſſione cognat.

Bonorum poſſeſſio vnde cognati manumiſſoris prorſus ſublata eſt hodiè, §. aliam verò, Inſt. de bonorum poſſ.

Reliqua verbo, Cognati.

BONORVM poſſeſſio vnde vir, & vxor, etiam hodiè locum habet, & ſextum locum occupat, §. aliam verò, Inſt. de bonorum poſſeſſ.

Bonorum poſſeſſio vnde vir, & vxor, & olim, & hodiè eſt neceſſaria, gl. fi. in l. fi. C. vnde legitimi.

Bonorum poſſeſſio vnde vir & vxor, vt peti poſſit, requiritur, quòd matrimonium ſit iuſtum, quòd ſi iniuſtum fuerit, non poteſt peti, l. 1. vnde vir, & vxor.

Bonorum poſſeſſio vnde vir, & vxor, vt habeat locum, oportet vxorem eſſe mortis tempore, ſed diuortio ſecuto, ſi matrimonium iure durat quoad quædam, putà vt non poſſit alij nubere, non habet locum bonorum poſſeſſio vnde vir, & vxor, d. l. 1. & ibi gl. durat.

Reliqua verbo, Vir.

BONORVM poſſeſſio de ventre in poſſeſſionem mittendo eſt facti, & non iuris, gl. in rubr. de ventre in poſſeſſionem mittendo.

Bonorum poſſeſſio ventris nomine datur poſtumis, antequàm naſcantur, ſed poſtquàm nati ſunt, datur contra tab. l. 1. & ibi gl. 1. de ventre in poſſeſſionem mittendo.

Bonorum poſſeſſionis datio ventris nomine non tenet, niſi verè mulier prægnans ſit, & mortis tempore, & eo, quo ſe mitti in poſſeſſionem petit, d. l. 1. §. 1.

Bonorum poſſeſſio ventris nomine, vt detur, non ſufficit dicere mulierem ſe prægnantem, ibi.

Bonorum poſſeſſionem ex edicto de ventre in poſſeſſionem mittendo venter poteſt petere contra fiſcum, & item natus poteſt petere bonorum poſſeſſionem de iure prætorio, l. non eſt ambigendum, 12. & ibi gl. venter, de bonorum poſſ.

Reliqua verbo, Venter, Mulier, 48. vſque 57. Curator, 24. ſuprà numero 14 17. 27.

BONORVM POSSESSOR non eſt verè heres, ſed loco heredis eſt, vnde non habet petitionem hereditatis directam, ſed vtilem, vel bonorum poſſeſſionem, item habet vtiles hereditarias actiones, ciuiles tamen remanet, gl. pen. in l. 1. & l. 2. & ibi gloſ. fi. de bonorum poſſeſ. & l. prætor, 117. & ibi gl. 1. de regulis iuris.

Bonorum poſſeſſori competit de iure prætorio actio petitionis poſſeſſoriæ hereditatis, in qua tantùm venit, quantum in petitione hereditatis ciuili, l. 1. de poſſeſſoria heredit. petitione.

Bonorum poſſeſſori actiones competentes putà ex empto, & ſimiles, non ſunt prætoriæ, gl. 1. in l. 2. de poſſeſſoria heredit. petitione.

Bonorum poſſeſſor per agnitionem conſequitur directum dominium, quam ...

Bonæ fidei possessor fructus industriales etiam sine titulo perceptos ante litis contestationem facit suos, si eos consumpsit, nec tenetur restituere, secus si mala fide percepit, atque consumpsit, quia tunc tenetur restituere, l. sed & si loci, §. post litem, finium regund. & §. si quis à non domino, de rerum diuis.

Bonæ fidei possessor fructus, quos percepit post aditam hereditatem ex fundo hereditario, & consumpsit, tenetur coheredi vtili familiæ erciscundæ inquantùm est factus locupletior, glos. sciret, & ibi add. in l. inter coheredes, 44. §. fructus, famil. ercis.

Bonæ fidei possessor in petitione hereditatis, & in actione familiæ erciscundæ tenetur præstare fructus consumptos, inquantùm locupletior est factus, ibi.

Bonæ fidei possessor à principio conuentus actione reali, si posteà non habeat iustam caussam litigandi, non tenetur de interitu speciei, si eodem modo penes dominum agentem erat peritura, secus si non esset peritura, quo casu tenebitur, gl. 2. in l. quod te, si certum petatur.

Bonæ fidei possessor actione reali conuentus, si semper habuit iustam causam litigandi, non tenetur indistinctè, siue eodem modo esset peritura penes dominum, siue non, ibi.

Bonæ fidei possessor fructus, quos interim percepit, quandoque restituere cogitur, propter integriorem exuberantiorémque fidem, l. si mandato, 59. §. 1. & ibi add. marg. mandati.

4 Bonæ fidei possessor in petitione hereditatis, & in aliis actionibus bonæ fidei vsuras tantum fructuum perceptorum ante litis contestationem tenetur præstare, quia eos non percepit ex necessitate, sed non tenetur præstare vsuras fructuũ perceptorum post litis contestationem, quia eos ex necessitate percepit l. heres, 51. §. fi. & ibi gl. fructuũ, & gl. percepti, de pet. hered. & gl. 4. in l. 1. C. eod.

Bonæ fidei possessor in actionibus stricti iuris non tenetur præstare vsuras etiam fructuum ante litis contestationem perceptorum, † ibi.

Bonæ fidei possessor in percipiendis fructibus industrialibus penè id iuris habet, quod habet dominus prædiorum, per omnia tamen non sunt similes, l. qui scit, 25. §. in alieno, & ibi gl. id iuris, de vsuris.

Bonæ fidei possessor post litis contestationem quoad quædam remanet bonæ fidei possessor, scilicet vt faciat fructus suos, & vt compleat vsucapionem, & vt non præstet interitum, ita tamen quòd habeat iustam causam litigandi, glos. pe. in d. l. qui scit, §. fi. de vsuris, & glos. pe. in l. 2. C. de fructibus & litium expens.

Bonæ fidei possessor post litis contestationem fit malæ fidei, vt teneatur de fructibus & vt interrumpatur præscriptio, ibi.

Bonæ fidei possessor post litis contestationem aliquando non censetur bonæ, vel malæ fidei, ibi.

Bonæ fidei possessor post litis contestationem, & scientiam fructus industriales facit suos, extantes tamen iudicis officio restituit, ibi.

Bonæ fidei possessor hereditatis quoquo modo sciat hereditatem alienam, incipit esse prædo, secus esse in bonæ fidei possessore rei singulari, ibi

Bonæ fidei possessori liberi hominis nocet scientia superueniens, sed seruum alienum bona fide possidenti non nocet, donec is sibi euictus sit, glos. fi. in d. l. qui scit, §. fin.

Bonæ fidei possessoris pleno iure statim sunt agni, hœdi, vituli ex pecudibus bona fide possessis nati, sicut & lac, pili, & lana, l. in pecudum, 28. de vsuris.

5 Bonæ fidei possessor conuentus rei vẽdicatione, si habuit iustam causam litigandi, nullo modo tenetur de interitu, sed si non habuit iustam caussam litigandi, tenetur de interitu, si eodem modo non erat peritura penes actorem, secus si esset eodem modo peritura penes eum, glos. difficiles, ad med. in l. mora, 32. de vsuris.

Bonæ fidei possessor habens titulum, fructus omnes naturales, & industriales sola perceptione facit suos, quia in solo, & fructibus habet ius, sed si non habeat titulum, omnes industriales, quos ipse, & alius percepit, facit suos, sed naturales non, † l. fructus, 45. & ibi gl. fi. & add. marg. eod.

Bonæ fidei possessor vsuras ex pecunia bona fide possessa perceptas non tenetur restituere, quia suæ efficiuntur, gl. 2. ibi.

Bonæ fidei possessor non potest rem obligare, nisi titulum habeat, glos. 1. in l. fi. de vsuris.

Bonæ fidei possessor non tenetur, nisi inquantum est locupletior, sed malæ fidei tenetur etiam in eo, in quo non est factus locupletior, gl. 4. in l. 1. C. de his, quibus vt indig. l. 1. C. de pet. hered. gl. 1. in l. iuris, 7. de iuris, & fact. ignor.

Bonæ fidei possessor hereditatis is esse videtur, qui erat in iure, & ideò non tenetur, nisi inquantùm est locupletior, & ita error iuris prodest in non perdendo, sed non in non adquirendo, ibi.

Bonæ fidei possessor facit fructus suos consumptos, sed extantes tenetur restituere, gl. in alieno, in l. diuortio, §. si fundum, solut. matr.

Bonæ fidei possessor habetur loco domini, vt ipse vel heres eius non possint dicere se non dominum, nec alius, cuius interest, donec contrarium probetur, sed postquàm detegetur ab alio, quòd non sit dominus, non habetur loco domini, glos. 1. in l. qui bona, de damn. infect. glos. alienus, in additione, in l. 1. ad Syllanian.

Bonæ fidei possessor lucratur fructus pro cultura, & cura, glos. defensionem, in l. heredem, de his quæ vt indignis.

Bonæ fidei possessor tenetur repromittere de damno infecto, sed non satisdare, † l. qui bona, & ibi gl. 1. de damno infecto.

6 Bonæ fidei possessor etiam cum titulo non potest petere à domino sibi caueri, sed bene ab alio, d. l. qui bona, §. & superficiarium, & ibi gl. non competere.

Bonæ fidei possessor tenetur repromittere, sed ei non cauetur, d. gl. non cõpetere.

Bonæ fidei possessor cùm vsuceperit seruum, cùm dominus eo modo sit, ex omnibus caussis per eum sibi adquirere potest, l. adquiritur, 10. §. fi. de adquir. rerum dominio.

Bonæ fidei possessori liberi hominis si extiterit heres ille, qui eum possessum liberum esse sciebat, nihil potest adquirere per eum, l. quæsitum, 40. eod.

Bonæ fidei possessor quo casu fructus prædiorum consumptos suos facit, eodem casu per seruum alienum bona fide possessum adquirit ex re sua, & opera sua, & econtrà, d. l. quæsitum, & ibi gl. fi.

Bonæ fidei possessor fructus industriales perceptos extantes tenetur restituere, licèt suos faciat, sed consumptos non, naturales tamen etiam consumptos tenetur omninò restituere, quatenus est locupletior, glos. consumptos, & ibi addit. marg. ibid.

Bonæ fidei possessor fructus naturales non facit suos, sed bene industriales, glos. non fuerunt, in l. 4. §. fructus, de vsucap.

Bonæ fidei possessor non irreuocabiliter, quia tenetur restituere fructus, & fœtus apud eum extantes, tenetur restituere eos saltem officio iudicis, si agatur rei vendicatione pro capitibus & pro re; potest tamen vsucapere, vt non teneatur restituere per officium iudicis, † ibid.

Bonæ fidei possessor licèt fructus industriales faciat suos, tenetur tamen eos restituere iudicis officio, si extant, nisi per triennium eos possederit, quo tempore ius auocandi fructus præscribitur, † d. gl. non fuerunt, & ibi add. marg.

Bonæ fidei possessores pares habentur dominis ipsis in fructibus, & vtilitatibus adquirendis, l. si alienus, 19. & ibi add. marg. de stip. seruorum.

Bonæ fidei possessor, quòd non teneatur, nisi inquantum locupletior est, non habet locũ post motã controuersiam, gl. neque enim, in l. fiscus, 38. de parricidiis.

Bonæ fidei, & malæ fidei possessores hereditatis sunt pares post litis contestationem, & ideo tenentur de fructibus perceptis, & percipiendis, & de vsuris pecuniæ redactæ ex hereditate, l. 1. C. de petitione heredit.

Bonæ fidei possessor non cogitur reddere vsuras pecuniarum, & fructus ante litis contestationem perceptos ex die venditionis ab eo factæ, qui anteà possidebat, nisi ex his sit factus locupletior, ibi.

Bonæ fidei possessor hereditatis non tenetur restituere fructus perceptos, vel etiam vsuras pecuniæ redactæ ex venditione rei hereditariæ ante litis contestationem collectos, gl. 4. ibi.

Bonæ vel malæ fidei possessor hereditatis ante litis contestationem, vel post, non tenetur de vsuris pecuniæ in hereditate inuentæ, nisi malæ fidei possessor eam attingat, † ibi.

Bonæ fidei possessor fit malæ fidei in actionibus petitionis hereditatis, & familiæ ercis. sola controuersiæ motione denunciatione facta, nisi quoad fatalitatem, secus tamen est in rei vendicatione, & communi diuidundo, ibi. glos. 4. & gl. pen. ibi.

Bonæ fidei possessor tenetur restituere fructus extantes tempore litis contestationis, sed post litis contestationem vniuersos, l. certum est, 22. C. de rei vendicatione, §. si quis à non domino, de rerum diuis.

Bonæ fidei possessor cum titulo, siue sine titulo, fructus consumptos lucratur, nisi in duobus casibus gl. 3. & 4. ibi.

Bonæ fidei possessor fit malæ fidei post litis contestationem quoad fructus post contestationem perceptos, gl. fi. ibi.

Bonæ fidei possessorem hereditatis in alienatione, vel vendicatione affici damno noluit Senatusconsultum Orficianum, vel Trebellianum, gl. fi. in l. in familiæ, 20. C. famil. erciscund.

Bonæ fidei possessor, cui furtum factum est, habet remedium, l. si coloni, C. de agricolis lib. 10. contra eum qui emit à fure, gl. penul. in l. 2. C. de furtis.

Bonæ fidei possessor pro furto commmisso sibi à seruo bona fide possesso, habet actionem furti noxalem contra dominum, l. apud antiquos, 21. & ibi glos. 4. C. eod.

Bonæ fidei possessor pro furto commisso extraneo à seruo bona fide possesso, tenetur actione furti noxali, multò magis malæ fidei, gl. aliis, ibid.

Bonæ fidei possessor licèt teneatur actione noxali, non tamen lege Aquilia, ibid.

Bonæ fidei possessor est, qui domini cogitatione possidet putans se dominum, d. l. apud antiquos.

Bonæ fidei possessor, cui res subtracta est, ad recuperandam eam à fure debet agere tritcaria, gl. rem furtiuam, in l. fi. §. pen. C. eod.

Bonæ fidei possessor pro expensis habet exceptionem, malæ fidei non, gl. fi. in l. 1. C. de infantibus.

Bonæ fidei possessor etiam cum titulo fructus naturales non facit suos, & tenetur eos restituere etiam consumptos, quia in eis agitur de mero lucro, cùm adquirantur sine impensa, & industria hominis, gl. fructus, & ibi add. in §. si quis à non domino, Inst. de rerum diuis.

Bonæ fidei possessor ad fructus naturales consumptos tenetur condictione sine causa, inquantùm est locupletior, sed si non esset effectus locupletior, non tenetur, nisi esset malæ fidei, ibi.

Bonæ fidei possessor ad fructus industriales extantes non tenetur rei vendicatione, quia percipientis sunt, tenetur tamen eos reddere officio iudicis, glos. non potest, ibi.

Bonæ fidei possessor non tenetur de fructibus non perceptis, vel perceptis, & consumptis, nisi à tempore litis contestationis, & citra, §. & si hereditas, de officio iudicis.

Reliqua verbo, Malæ fidei possessor, 3. 4. Possessor, per tot. 8. Emens, 15. Emptor, 24. 25. Fructus, 8. 9. 10. Fructuarius, 1. Inquilinus, 1. Possessio, 1. 2. 6.

BONVM aliud est, & aliud est æquum, gl. ius est, in l. 1. de iustitia, & iure.

Bonum, & æquum quoddam dicitur, & quoddam bonum, & non æquum, vt vsucapio; & quoddam dicitur econtrà, æquum, & non bonum; est etiam æquo æquius, d. gl. ius est.

Bonum omne debet esse mansutum, gl. fi. in l. qui liberatus, de adoptio.

Bonum omne siue à Deo adquiritur hominibus, siue ab Imperio sequente Deum, gl. fi. in l. pater filium, eod.

Bono melius inuenitur, gl. 1. in l. nec quicquam, de officio proconsulis, & gl. 2. in l. certum, si certum petatur, & l. vbi autem, 75. de verb. obl.

Bonum quoque dicitur illud, quod bono melius est, ibi.

Bonum quando aliquid dicitur, cuius contrarium melius est, gl. damnosum, in l. si seruus communis, 62. §. quod verò, de furtis.

Bonum est eligendum, & malum fugiendum, gl. accommodasse, in l. 3. §. si quis palàm de iure fisci.

ab Bonum non cogitur quis, gl. pe. in l. hac lege, 8. C. de pact. conuent.

Bonum quandoque præfertur æquo, quandoque æquum bono, ibi.

Bonum fuisse hactenus prodest, gl. pe. in l. 1. C. de præposit agentium in reb. lib. 12.

Reliqua verbo, Malum, Æquum.

Calliditas dicitur in tacendo, quod verum est, fallacia verò est in dicendo, quod dicendam non est, gl.& calliditate, in authent.de testibus, in prin.col.7.

Calliditas refertur ad ingenium, fallacia verò est simulationi annexa, sicuti & machinatio ex præcogitata aliqua inuentione, & manu, & arte conficitur, d. gl.& calliditate, in additione marg.

Reliqua verbo, Dolus, Simplicitas, Fraus.

CALIX diatretus dicitur qui duas capit mensuras, vel dicitur diatretus calix tornatilis, & cælatus, tretum enim & diatretum dicitur foratile pertusum, tornatile verò torno factum significat, l.si seruus, 27.§.si calicem, & ibi glos. si calicem, & ibi add.marg.ad legem Aquil.

Calix fractus & liquidatus non est sacer, cùm nihil calicitatis remansit eo fracto, secus est in domo diruta, quia remanet area. gl.4.in auth. præterea, C. de sacrosanct.

Reliqua verbo, Sacra.

CALPHVRNIA improbissima fœmina fuit causa quare fœminæ virilibus officiis fungi prohibitæ sunt, quia ipsa inuerecundè postulabat, & Magistratum inquietabat, l.1.§.secundo loco, de postulando, & glos. egredientes, in §. consequens, Institu.de suspect.tutor.

1 CALVMNIAE facultas non debet capi ex honestate principis, le. pen. de hered.instit.

Calumniarum alia est euidens, alia non euidens, gl.fi.in l.postquam legatum, 45. de petitione, hered.

Calumniæ causa vt quis negotium, idest, controuersiam faceret, vel non faceret, si quis pecuniam accepisse probetur, datur actio in factum de calumniatoribus in eum intra annum in quadruplum eius pecuniæ, quam accepisse dicitur, post annum vero in simplum, l.1.de calumniator.

Calumniæ pœna est similitudo supplicij, vbi est determinata pœna, vel eius, quæ in illo delicto solet imponi, glos.ex vtraque, in l.athletas, §.ait prætor, de his, qui notan.& l.fi.C.de calumniator.

in Calumniæ crimine proceditur seruato ordine iuris, scilicet accusatione ordinaria proposita, & productis probationibus ab eo, qui calumniatorem dicit, gl.irrogatur, in l.1.§.1. ad Turpil.

in Calumniæ crimine potest procedi etiam iudicis officio mercenario, qui ex suo officio mercenario ante sententiam latam super crimine proposito cognoscit de calumnia, & de ipsa pronunciat in ipsa sententia, cum pronunciet in principali, gl. incipit, & gl.vel absoluto, & ibi add.mar.ibid.

in Calumniæ crimine potest procedi etiam per inquisitionem, vt cum iudex post reum absolutum inquirit de calumnia ex suo officio nobili, cognoscit de calumnia, d.l.1.§.sed non vtique.

in Calumniæ crimine quando iudex procedit ex suo officio mercenario, tunc debet incontinenti & non ex interuallo procedere, & pronunciare, scilicet eadem die. sed quando per accusationem ordinariam, vel inquisitionem, tunc tanto tempore durat accusatio ipsa, quanto tempore durabit principale delictum, siue principalis accusatio, super qua commissa est calumnia, d.gl.incipit, & ibi add.marg.

Calumniæ præsumptio regulariter est contra non probantem, sed non est præsumptio iuris, & de iure, quia admittitur probatio in contrarium, sed in matre, marito, & similibus accusatoribus speciali iure non præsumitur calumnia contra non probantem, † gl.non probat, ibid.

de Calumnia non videtur condemnatus ille, quem accusasse temerè iudex pronunciauit, imò videtur iudicem ei concesisse pœnam, d.l.1.§.queri.

Calumnias ac calumniantium iniquitates expellere debet princeps, in princ. in procœmio Institutio.

Calumnia in ciuili causa commissa puniri potest criminaliter, gl. 3. in l.si tibi, 31.C.de liberali causa.

Calumniæ pœna in paternæ mortis accusatione cessat, l. calumniæ, C. de calumniator.

Reliqua verbo, Iuramentum, 28. vsque 36. Iurare, Accusatio, 3.14.16.17.19. Dans.

2 CALVMNIARI dicitur quis eo ipso, quòd non probat quod intendit, nisi officij necessitas eum excuset, vel personarum nimia proximitas, vel authoritas eius, cui successit, vel damnum rei familiaris, vel intimus dolor admissi criminis, vt in marito, & eius cognato de adulterio accusantibus, vel delicti enormitas, vt faciliùs quis ad eius accusationem prosiliat, gloss. ex vtraque in l.athletas, §.calumniator, de his, qui notantur, & §.si quis autem, & ibi gl.non potuit, in auth. vt litigantes iurent, col.9.& gl.3.in auth.nouo iure, C.de pœna iudicis, qui malè, & gl.1.in l.criminis, 15. C.qui accusare non possunt, & gl.1.in l.2. C. de calumniator.

Calumniari accusatorem est falsa crimina intendere scienter, l.1.ad Turpillian. & gl.2.in l.si caluitur, 233.de verb.sig.& gl.ex vtraque, in l.athletas, §.calumniator, de his, qui notantur.

Calumniari protinus non videtur ille, qui non probat quod intendit, quia an sit quis calumniator, vel non, committitur arbitrio iudicis, qui reo absoluto, de accusatoris consilio incipit quærere, qua mente ductus ad accusationem processit, & absoluit eum, si iustum eius errorem inuenerit, aliàs, si eum in euidenti calumnia deprehenderit, legitimam pœnam ei irrogabit, d.l.1.§.1. & ibi gl. calumniatoribus.

Calumniari quandoque permittitur, vt non perdat patronus contra tabulas, non tamen, vt pœnam talionis euitet, l.fi.C.de accusatio.

3 CALVMNIANTIVM impudens audacia refrænari debet, l.omnes, qui, 31.§ fi.C.de Episcopis & cleri.

Calumniantes debent puniri per leges, gl. per legitimos, in princip. in procœmio Instit.

Calumniosi omnes in priuatis, & extraordinariis criminibus extra ordinem pro qualitate admissi criminis puniri debent, l.3.ad Turpillian.

Calumniator si calumniæ causa sit damnatus, infamis est, neque sufficit calumniatum, l.athletas, §.calumniator, de his, qui notantur infa.

Calumniator est, ergo non probauit, valet argumentum, sed non est necessarium, licèt sit probabile, non probat, ergo est calumniator, quia potest esse, quòd iusto errore motus accusauerit, & non probauerit, gl.ex vtraque, ibi.& gl.calumniator, in §.si quis autem, in auth.quomodo oporteat Episcopos, col.1.

Calumniator incontinenti reo absoluto officio iudicis debet de calumnia puniri, non ex interuallo, nisi solemni accusatione proposita, in d.gl. ex vtraque.

de Calumniatoribus titulus locum habet tantùm in duobus casibus, scilicet quando quis pecuniam accepit, vt faceret quis negotium per calumniam, & quando accepit, vt non faceret, gl.in rub.de calumniator.

Calumniator dicitur, qui falsò ob acceptam pecuniam, aut speratum lucrum alteri negotium in iudicio facit, idest, controuersiam mouet, atque intendit l.1. & ibi add.marg.eod.

Calumnians in crimine extraordinario punitur eadem pena, qua puniretur reus, si fuisset victus, gl.similitudo, in l.fi.C. de accusat.

Calumniator quinque modis punitur; primò per edictum de calumniatoribus & lege Iulia repetundarum, quæ imponit pœnã extraordinariam; item crimine falsi, quod pœnã deportationis, vel vltimi supplicij continet; item crimine cõcussionis; & his quatuor modis punitur, qui pecuniam, vel aliud simile accepit, ne agat calũniosè, vel vt agat, gl.ob negotium, in l.1.§.1.de calumniatorib.

Calumniator accipiens pecuniam vt ageret calumniosè, vel vt non ageret, punitur edicto de calumniatoribus, & crimine concussionis, sed accipiens pecuniam vt ageret vel non ageret, siue per calumniam, siue sine calumnia, tenetur lege Cornelia de falsis, & lege Iulia repetundarum, ibid.

Calumniator tenetur lege Rhemia, eò quòd crimen inchoatum non prosequitur, & punitur ad similitudinem supplicij, vel extra ordinem, ibi.& l.1. §.1.& ibi gl.calumniatoribus ad Turpillianum.

Calumniatoris pœna applicatur ad bursam actoris per edictum de calumniatoribus, sed per leges repetundarum, & de falsis, & lege Rhemia, & crimine concussionis applicatur fisco, gl.ob negotium.

Calumniator publico iudicio accusatur lege Iulia repetundarum, & lege Cornelia de falsis, quę publica sũt, gl.nõ videtur, in l.palàm, 43.§.Senatus, de ritu nup.

Calumniatores dicuntur, qui per fraudem & frustrationem alios vexant litibus, inde & cauillatio dicta est, l.si caluitur, 233.de verb.sig.

Calumniator punitur pœna talionis in criminali causa, in ciuili quandoque pecuniaria, quandoque sacramento calumniæ, quandoque nota infamiæ, glo.in rub.C.de calumniator. & gl.per legitimos, in princ.in procœmio Institutio.

Calumniator dicitur, qui falsa crimina scienter intendit, quandoque verò capitur generaliter pro quocunque faciente aliquid contrà ius, vel pro quocunque delinquente, gl.calumniantium, in additione, in procœmio Institutio.

Reliqua verbo, Accipere, 2. Actio, 35.36. Accusatio, 3.16.17.19.

CALX dicitur pars pedis extrema, vt vbi est iunctura tibiæ, & pedis; subcella est pedis concauum, gl.1.in l.Palatinos, C.de Palatinis, lib.12.

CAMPANIA est ciuitas, sicut & Puteolanum; est etiam prouincia, quæ Campania appellatur, gl.Campanos, in l.1.ad municipalem.

CAMPSORVM officium habet publicam authoritatem, vel curam, glos. moderno, in fin.in §.fina.in auth.de fideiussor.col.1.

Campsor spondens alicui pro aliquo potest etiam priùs conueniri, quam principalis, pro quo spopondit, & hoc propter publicam vtilitatem, ib.

Reliqua verbo, Argentarius, 1. Numularius.

CANCELLATIO vel interlineatura, quæ reperitur in testamento, non vitiat testamentum in totum, sed tantùm illam particulam cancellatam, si sit facta de voluntate testatoris, aliàs secus, l.si vnus, 12.C.de testam.

Cancellatio facta in testamento non à testatore, sed ab alio extraneo, non vitiat testamentum, neque etiam quoad illam particulam cancellatam, d. l. si vnus, & ibi gl.fi.

Cancellare, est delere ad modum crucis, inducere verò, est per medias literas pennam inducere, circumducere, tamen est, circùm circa pennam ducere, glo. inducatur, in l. si quis libertatem, de hered.inst. & gl.1.in l.interest, 21. C.de solutionibus.

Cancellatio instrumenti quãdo agitur petitorio, si sit in loco suspecto, vitiat instrumentum in totum, secus, cùm agitur possessorio, l.2.in additione marg. de his, qui notantur.

Cancellatio in dubio restringitur ad rationem cancellationi ipsi adiectam, d.l.2.

Cancellatum instrumentum vel inductum quandoque pro eodem ponitur, gl.1. in l.interest, 21.C.de solutio.

Reliqua verbo, Instrumentum, 15. Testamentum, 28.29.30. Testator, 30.31.32. Circumducere, Inducere, Debitor, 47.48. Delens.

CANCELLARII qui dicuntur hodiè, olim dicebantur quæstores, glos.quæstor, in l.fi.C.de diuersis rescript.

Reliqua verbo, Quæstores,

CANCELLI dicuntur immunitates murorum, & vulgò dicuntur merli, glos. cancellus, in l.nam & si ramos, quod vi, aut clàm.

Cancellus dicitur ostium ex diuersis lignis fenestrato factum, vel ligna modicis interuallis transuersim innexa, quibus tribunalia, scenæ ac fenestræ communiri solent, quæ & clathratæ quoque fenestræ dicuntur, d.glos. cancellus, & ibi add.marg.

CANIS, cùm duceretur ab aliquo, si asperitate sua euaserit, & alicui damnum dederit, ducens tenebitur, si canis contineri potuit ab aliquo non forti, nequè nimiùm debili, vel si per eum locum duci non debuit, l. 1.§.sed & si canis, si quadrupes pauperiem fecisse.

Canem tenens si irritauit eum, & effecerit, vt aliquem morderet, tenetur lege Aquilia, sed si vnus tenuit canem, & alius irritauit, & effecit, vt aliquem morderet, irritans tenetur in factum actione, l.item Mela, §. item & cum eo, ad legem Aquil.

Canum maior pars non mordet, gloss. contra naturam in princ.Inst. si quadrup. pauper.

Reliqua verbo, Lex, 28. Bestia. Actio, 134.

CANON idem est, quod regula, inde canonica, idest, regularis, gl.canonicam, in l.placet, 5.C.de sacrosanctis Eccles.

Canones sunt seruandi etiam in foro seculari, omni innouatione cessante, l. omni, 6.C.eod.

Canones pro legibus obseruari debent, gl. 1. in auth. de Ecclesiasticis titulis, in princ.col.9.

Reliqua verbo, Lex, 7.12.

Capite minuti dicuntur omnes infames, quia per infamiam, status, vel fama mi[illegible]tur, gl. fi. in l. fi. cod. tit.

Capite m[illegible] ita, vt libertatem, & ciuitatem amiserit, & is, cui aqua & igne interdictum est, cognationes, & affinitates omnes, quas anteà habuit, amittit, l. 4. §. fi. de gradib. affin[illegible].

Reli[illegible] verbo, Testamentum, 40. 41. Succedendi, Damnatus.

CAPITALIS dicitur illa, in qua quis morte, exilióve coërcetur, l. sed & si, si quis cautiõ, l. cùm patronum de iure patro. l. qui cùm natu, 14. §. is demum, de bonis libertorum, & glo. 1. in l. 1. C. ne Christianum mancipium.

Ca[illegible]lem fraudem admittere est, tale aliquid delinquere, propter quòd capite [illegible]iendus sit, l. cùm autem, 23. §. excipitur, de ædilitio, edict.

Cap[illegible]lis pœna simpliciter dicta ad decollationem capitisque abscissionem non [illegible], d. §. excipitur, in additione marg.

Ca[illegible]talem fraudem admittere dicitur quis, si dolo malo, & per nequitiam, secus si per erorem, vel casu aliquid fecerit, d. §. excipitur.

Capitalem fraudem admisisse non videtur impubes, idest, doli non capax, neque furiosus, ibidem.

Capitalem fraudem admittere non præsumitur quis, vt de eo vltimum supplici[illegible] sumatur, potest tamen euenire, vt de eo etiam sumatur vltimum supplicium, d. §. excipitur, in additione marg.

Capita[illegible] gradus ferè sunt isti, scilicet summum supplicium, quod [illegible] damnatio, item viui concrematio, item capitis ampu[illegible] proxima morti pœna metalli coërcio, deinde in insulam depor[illegible] & ignis interdictio, item bestiis subiici, l. capitalium, & ibi gl. 1. de p[illegible].

Cap[illegible] pœnæ non dicuntur illæ, quæ ad existimationem, non ad capitis periculum pertinent, veluti relegatio ad tempus, vel in perpetuum, vel in insulam, v[illegible] cum in opus publicum quis datur ad tempus, vel cum fustium ictui subiic[illegible] capitalium.

Ca[illegible] causa existimationis videatur, tamen appellatio pœnæ capit[illegible] intelligitur, l. licèt capitalis, 103. de verb. sign.

Capit[illegible] supplicium: secundò, amissio libertatis, & per con[illegible] ciuitatis, [illegible] quando damnatur quis in metallum, vel in opus m[illegible] amissio ciu[illegible] tantùm, vt cum deportatur, gl. 2. in l. transige[illegible] 18. C. de tran[illegible]actio.

Reliq[illegible], Capitis, Pœna, 21. 22. Inimicitia, Inimicus, Mina, Seuera, Causa, 3. [illegible].

CAPITATIO vel annona est tributum, quod pro capite Magistratuum, assessorum, vel aliorum dabatur, gl. in rub. C. de annonis & capitatione.

Capitationis munus est, quando fortè pro quolibet capite hominis, vel animalis soluitur principi aliquid, gl. 3. in l. sacrosancta, 8. C. de sacrosanct. Eccles.

Capitatio significat tributum, vel redditus, gloss. 1. in l. si minor. qui C. de actio. [illegible].

Capi[illegible] tributi genus ob id dictũ, quòd cuique animalis capiti impositum [illegible], add. marg. in rubr. Cod. de capitatione ciuium, lib. 11.

Capitationis onus non tenentur ciues Romani habitantes in vrbe, l. vnica, C. de capitatione ciuium, lib. 11.

Capitationis onere excusantur omnes ciues omnium ciuitatum habitantes intra vrbem, d. l. vnica, & ibi gl. 1.

Capitationem soluere tenentur omnes, qui sunt extra muros vrbis, exceptis Thracensibus, & Ecclesia Thessalonicensi, gl. 1. ibi.

Reliqua verbo, Annona, Tributum, Munus, Census.

CAPITVLA sententiæ separata, vel disiuncta dicuntur, quando quis ex administratione salis sit condemnatus, & ab administratione vini sit absolutus, gl. audiendus, in l. etiam si patri, §. 1. de minor.

Capitula sententiæ coniuncta dicuntur, quando quis de eodem negotio partim sit condemnatus, & partim absolutus, vt si tutor fundum, quem partim ex sua, partim ex minoris pecunia emit, iussus sit tradere, condemnatus minor vltra modum in pecunia danda restituitur, & per consequens, & tutor petit restitutionem, ibidem.

C[illegible]a contractus specificare vtilius est, quàm sub generali clausula concludere, l. stipulationes commodissimum. 53. de verb. oblig.

CAPITVLVM si concessit alicui, vt assignaret Ecclesias, ab illo institutus in Ecclesia repræsentari debet capitulo, ita, vt secundùm ratihabitionem vel recusationem capituli valeat, vel non valeat institutio, gl. 1. in l. generali, 24. de ritu nuptiarum.

Capitulum licèt non dicat, Eligimus te in Episcopum, sed ita, Eligimus illum, non exprimendo in Episcopum, valet electio, gl. 1. in l. quòd autem, 24. de iure d[illegible]ium.

Reliqua verbo, Absens, 8.

CAPRARIVS conuentus de amissione caprarum fraude sua, tenetur probare se sine fraude amisisse, quia fraus eius probatur eo ipso, quòd contrarium non probatur, gl. nec dolo, in l. cùm ita legatur, §. species, de legat. 2.

Reliqua verbo, Pastor, Alleg[illegible].

CAPSARIVS dicitur, qui libros portat, vel ille, cui mercede custodiendum [illegible] aliquid, l. 3. & ibi gl. capsarios, de officio præfecti vigil. & l. si collecta[illegible] 3 & ibi gl. capsarius. de manumis. vindicta.

CAPTATORIA dispositio non valet in legatis, sicut nec in institutionibus l. captator[illegible], 4 de legat. 1.

Captatoria dispositio, eò quòd pendeat ex voluntate tertij in legato libertatis [illegible], valet, gl. 1. ibid. & gl. 1. in l. captatorias, 11. C. de testam. milit.

Captatoria dispositio etiam in militis testamento nullius est momẽti d. l. captatorias, 11. C. de testamento militis.

Captatoria institutio dicitur, quoties eius conditio confertur ad secretum alienæ voluntatis, vt instituo te, si Titius voluerit, vel quem Titius voluerit, glo. 1. ibidem.

Captatoria institutio, dicitur, quando testator dicit instituo te, si me institueris, secus si in præteritum, quo casu valet institutio, vt instituo te, si me instituisti, ibidem.

Captatoria institutio non dicitur, quando confertur in alterius voluntatem tacitam, vt instituo te, si Seius in Capitolium ascenderit, ibid.

Captatoria libertas valet, & tenet, ibid.

CAPTANDA MORS dicitur cadenda, vel minuenda, aliquando tamen captare sumitur pro adquirere. vt cùm dico, captaui beneuolentiam talis, gl. captandæ, in l. in fideicommisso, C. de transact.

Reliqua verbo, Testamentum, num. 8. Legatum, 42. 43. Arbitrium, 2. 3. 4. Heres, 154. 155. Institutio, 8.

CAPTIO euitari debet, gl. captionem, in l. penul. C. de auro & argento legato, & l. si rem, 41. & ibi gl. fi. de vsucapio.

per CAPTIVITATEM interrumpitur vsucapio, cùm per eam perdatur possessio, l. si is, qui pro emptore, de vsucapio.

per Captiuitatem perdit quis possessionem rerum, quas per se animo, & corpore possidebat, vel animo suo, sed corpore coloni, vel serui, d. l. si is, qui pro emptore, & ibi gl. 2. & gl. non habere.

Reliqua verbo, Captus, per tot. nu. 5.

CAPTIVVS, de quo cautum est, vt rediret, si sua voluntate apud hostes mansit, cum posset redire, sibi imputatur, vt ei ius postliminij denegetur, gl. posset, in l. 2. §. sed & si, de hæredit, vel actione vend.

Captiui dicuntur hostes, qui per virtutem bellicam deuicti cum agris suis capiuntur, & hi, quamuis fiant serui capientium, & res mobiles, quæ cum his captæ sunt, tamen prædia eorum non sunt capientium, sed fisci, l. Diuus, 31. & ibi gl. 2. de iure fisci.

Captiuus liber homo si à nobis manumissus fuerit, & peruenerit ad suos, ita demùm postliminio reuersus intelligitur, si malit eos sequi, quàm manere in ciuitate, l. postliminij, §. 1. de captiuis.

Captiuum patrem filius negligens redimere, priuatur eius successione, quamuis sit scriptus heres, & idem est in extraneo. authen. si captiui, C. de Episcopis & clericis.

Captiuum patrem filius volens redimere, sed non habens pecunias proprias, potest vendere bona ipsius captiui pro ipsius redemptione, quamuis ipse sit minor 25. annorum, ibidem.

Captiuos redeuntes à captiuitate nemo debet iniuriis afficere, & hoc ad curam Episcopi pertinet, l. Christianos, 11. C. de Episcopali audientia.

in Captiuorum redemptionem expensa facta, dicitur facta ex causa piissima, §. si vnum de prædictis, in auth. vt cùm de appellatione cognoscitur, col. 8.

Reliqua verbo, Captus per tot. Redimere.

Captus in ge[illegible]re, nu. 1. vsque ad nu. 4.

Captus quoad restitutionem, nu. 4 & 5.

C[illegible]us quoad [illegible]capionem, num. 5.

Captus quoad fictionem postliminij, num. 6. vsque ad 9.

CAPTVS in vno territorio, vt deduceretur ad aliud territorium, debet relaxari, l. quis sit, 17. §. apud Labeonem, de ædilitio edicto. 1

Captus à latronibus potest testamentum facere, sed non potest cum quolibet contrahere, l. qui à latronibus, & ibi gl. præsenti, de t[illegible].

Captum bannitum eximens de familia potestatis, si statuto caueatur, quòd teneatur eadem pœna, qua & ipse bannitus, sed si quis duntaxat viam, qua sit fugiendum, docuit, non tenetur statuti pœna, l. furtum, 62. in additione marg. de furtis.

Captum condemnatum, vel condemnandum eximens incidit in crimen læsæ maiestatis, cùm esset ille confessus crimen, l. 4. & ibi add. marg. ad legem Iul. maiestat.

Captum non debent obseruare nuntij, contrà tamen obseruatur, glo. 1. in l. 2. de bonis damnatorum.

Captus vnus ex trib. si sit ab hostib. vel quocunque alio, missus ea conditione, vt pecuniam pro se, & pro aliis duob. captis afferret, & nisi rediret, vt remanentes illi duo pro eo quoque pecuniam darent, si is reuerti noluit, & ob hanc causam isti pro tertio quoque pecuniam soluerint, habent contra tertium actionem negotiorum gestorum, l. nam & Seruius, & ibi gl. 2. de negot. gestis.

Capti si sint duo ab hostibus, vel à quocunque, & detentator si dixit, quòd non aliter eos dimitteret, quàm si darent decẽ, postea si vnus sit missus ob aliquam necessitatem præstito sacramento, quòd rediret, deinde alter soluit decem, non potest iste contra alium agere actione negotiorum gestorum, cùm neque re, neque ipso gestu, vel cura, vel sollicitudine erat eius negotium, nisi ratihabitione, d. glo. 2. ibid.

Capti ab hostib. non continentur sub his, qui in seruitute de facto detinentur, quia capti ab hostib. verè sunt serui, sed non in seruitute de facto detenti, glo. fi. in l. item ei, ex quibus causis maiores.

Capti ab hostib. procuratorem ad iudicia habere non possunt, cùm serui sint, & nihil habeant, l. ab hostib. & ibi gl. habere, ex quibus caus. maior.

Captus ab hostib. fit seruus hostium, & sic perdit ciuitatem, & libertatem, gl. 1. in l. si quis filio, §. eius, qui, in addit. marg. de iniusto, rupto.

Captus ab hostib. redemptus tenetur in pignus à redemptore, donec sibi pretiũ redemptionis reddatur, vel etiam hodie seruiat per quinquennium, licèt liber sit, gl fi. in l. Senatus, 43. §. fi. de legat. 1.

Capti ab hostib. non possunt videri aliquid possidere, cùm ipsi possideantur ab alio, l. cùm heredes, 23. §. 1. de adq. possess.

Captus ab hostibus, eo quòd nõ defendatur, eius creditores possunt mitti in eius bonis causa rei seruandæ, tamen quamdiu reuertatur, eius bona vendi non possunt, l. fi. de priuileg. credit.

Capti à latronibus, vel à piratis liberi permanent, l. postliminium, 19. §. 1. de captiuis.

Captus ab hostib. redemptus pro decem si fuerit venditus pro 20. à redemptore, redemptus dando decem liberatur, emptor tamen agit contra venditorem actione ex empto, d. l. postliminium, §. pen.

Capta mulier ab hostib. & redempta parit ingenuum, & alteri succedit, & alter ei, gl. fi. in l. si captiuus, 20. §. fi. de captiuis.

Captam ingenuam ab hostib. si quis redemerit, & eo animo secum habuerit, vt ex ea susceperit liberos, ius pignoris remissum videtur, & ipso iure postliminio reuersa dicitur, & sic ingenua ingenuos filios peperit, l. si quis ingenuam, 21. eod.

Captam

efficitur ſuus heres, etiam ſi fuerit reuerſus poſt mortem patris, §. interdum, Inſt. de hered. quæ ab inteſtato.

Captus ab hoſtib. præteritus poſtliminio rediens quocunque modo facit partem in bonorum poſſeſſione contra tab. duob. fratrib. etiam præteritis, qui erant in ciuitate, l. 1. §. ſi ex tribus, de bon. poſſ. contra tabul.

Reliqua verbo, Poſtliminium, Lex, 30. Capta, Hoſtes, Bonorum poſſeſſio, 27. Ciuitas, 5. Immobilia.

CAPTA ab hoſtibus ſtatim iure gentium fiunt capientium, adeò vt liberi homines in ſeruitutem redigantur, qui ſi euaſerint poteſtatem hoſtium, recipiunt priſtinam libertatem, l. naturalem, 5. §. fi. l. adeò quidem, 7. l. transfugam, 51. de adquir. rerum dominio. §. item, &, Inſt. de rerum diuiſ.

Captæ res ab hoſtibus, quę priùs noſtræ erant, debent reſtitui nobis dominis, nec efficiuntur capientium, gl. fi. in d. l. transfugam.

Capta in bello iuſto & licito veluti indicto à populo Romano, vel Papa, vel alio, non recognoſcente ſuperiorem, ſtatim fiunt capientium, l. 1. §. bello, & ibi addit. marg. de adq. poſſeſſ.

Reliqua verbo Arma, 1. Hoſtes, Captus, 6. vſque 9. Immobilia.

CARBONVM appellatione non continetur lignum paratum ad carbones coquendos vel conficiendos, l. ligni, 55. §. ſi lignùm, de legat. 3. & l. carbonum, 167. de verb. ſignific.

Reliqua verbo, Lignum, Titiones.

1 CARBONIANVM habens intentat hereditarias actiones, glo. non dabo, in l. 1. §. ſi cui, de ventre inſpiciendo.

Carbonianum edictum dat poſſeſſionē puero, cui fit quæſtio ſtatus, ſed edictum de ventre inſpiciendo, facit denegari ei poſſeſſionem, vt quia eius mater non obſeruauit, quæ in illo edicto continentur, gl. 1. in l. 2. eod.

ex Carboniana miſſus in poſſeſſionem, poteſt agere contra debitores hereditarios, quando ſatiſdedit de rebus reſtituendis, ſi apparuerit, eum nō eſſe filium, & quando res non eſſet peritura, aliàs non poteſt, gl. non patiatur, in l. qui de inofficioſo, ff. de inofficioſo, gl. fi. & ibi add. marg. in l. 1. C. de Carbon. edicto.

Carbonianum edictum dicitur à Carbone prætore, ſicut Publiciana à Publicio, gl. in rub. de Carboniano edicto, & gl. in rub. C. eod.

Carboniani beneficium, non tantùm maſculi, ſed & fœminæ ex virili tantùm ſexu deſcendentes habent, ſed non ex fœmineo ſexu, quia cùm eis contra tabulas denegetur, ità & Carbonianum edictum, differtur tamen eis quæſtio pubertatis in tempus pubertatis, l. 1. & ibi gl. ex ciuili, de Carboniano edicto.

Carbonianum competit his, quib. contra tab. competit & his denegatur, qui repelluntur à contra tabulas, ibid. & gl. 4. in l. 1. C. eod.

Carbonianum quandoque datur ex teſtamēto inſtituto vel exheredato, & etiam ab inteſtato, ſed contra tab. non datur, gl. & generaliter, ibid.

Carboni. habet nepos, etiam ſi auus teſtator negauerit eum eſſe ex liberis, dummodò eum exheredem non ſcripſerit, d. l. 1. §, ſi quis.

Carbonianum locum habet, etiam ſi quis non tantùm eſſe de liberis negetur, ſed etiam ſeruus eſſe dicatur, ideſt, ex ancilla editus, ibid.

Carboniano locus eſt, etiam ſi defunctus ſeruus eſſe dicatur, l. 1. §. ſed & ſi quis, de Carboniano edicto.

Carbonianum habet locum, etiam ſi fiſcus impuberi controuerſiam faciat, d. l. 1. §. ſed & ſi fiſcu..

2 Carbonianum non habet locum, vbi filius eſt inſtitutus, vel exheredatus, quamuis filius eſſe negetur, niſi poſtumus ſit heres inſtitutus, & natus negetur eſſe filius, ſed ſubiectus dicatur, quia tunc datur ei Carboniana bonorum poſſeſſio eius partis tantùm, ex quo inſtitutus eſt, & idem, ſi negetur eſſe inſtitutus, d. l. 1. §. Pomponius, & gl. 2. in l. 1. C. eod.

Carbonianum habet locum, cùm quis filium exheredauit, eò quòd eſſet ex adulterio conceptus, ſi poſteà probet filius, ſe eſſe filium, ſecus ſi fuiſſet exheredatus ſine illa adiectione, eò quòd eſſet ex adulterio conceptus, d. l. 1. §. idem ait, & ibi glo. elogio, ff. eod.

Carbonianum habet locum, quando teſtator ita ſcripſit, quiſquis eſt, qui filium meum eſſe dicat, exheres eſto, quia his verbis non videtur filius exheredatus, ibidem.

Carbonianum non habet locum, quando filius inſtitutus eſt ex minima parte, ſed non vt filius, & ideò tanquam præteritus dicit teſtamentum, non valere reſpectu partium hereditatis coheredibus relictarum, ſecus ſi is filius negetur, quia tunc datur ei Carbonianum; d. l. 1. §. ſi quis filium.

Carbonianum æquiparatum eſt bonorum poſſeſſioni contra tab. & inteſtati, l, 3. de Carboniano edicto.

Carbonianum habet locum in quibuſdam caſibus in bonorum poſſeſſione ſecundùm tab. veluti quando poſtumus, vel iam natus impubes eſt inſtitutus, & negatur à legitimis, quòd ſit inſtitutus poſtumus, & negatur etiam, quòd ſit filius, quia tunc differtur quæſtio in tempus pubertatis, ſecus ſi de bonis tantùm ſit controuerſia, d. l. 3. & ibi gl. negetur.

Carbonianum concurrit cum bonorum poſſeſſione vnde liberi, gl. 2. ibid.

Carbonianum datur ſcripto heredi impuberi, quando fit ei controuerſia de parentis bonis ſimul & ſtatu, ſed quando mouetur ei tantum ſtatus quæſtio, tunc differtur quæſtio in tempus pubertatis ex conſtitutionibus, & non ex Carboniano, ſed nunquam fit miſſio in poſſeſſionem, ſed quādo fit quæſtio de bonis tantùm, nulla fit dilatio, d. l. 3. §. 1. & ibi gl. differetur, & gl. ex conſtitutionib.

Carbonianum non datur puberi, quamuis minori 25. annorum, & ſi detur puberi quaſi impuberi, & ita Carbonianum bonorum poſſeſſionem acceperit, nihil egiſſe videtur, d. l. 3. §. puberi.

in Carboniano cauſæ cognitio conſiſtit in hoc, quòd euidenter conſtet, impuberem filium defuncti non eſſe, & denegatur ei bonorum poſſeſſio, ſed ſi certum vel dubium ſit, datur, d. l. 3. §. cauſæ.

3 in Carboniano duæ cauſæ congnitiones conſiſtunt, vna dandæ poſſeſſionis, quæ habet commodum illud, vt perinde impubes poſſeſſionem acciperet, ac ſi ei nulla controuerſia fieret; alia eſt, ſi expediat impuberi differri, differatur, aliàs non; vt quia habet probationes, vel per quos defendatur, d. §. cauſæ cognitio.

Carbonianum habet locum, quando duo impuberes patiuntur ſtatus controuerſiam, quorum vnus pubes factus eſt, quia expectari debet pubertas alterius, vt de ſtatu vtriuſque agatur, d. l. 3. §. ibid.

Carbonianum vt ſtatus controuerſia differatur, nihil differt, an impubes poſſideat, vel petat, d. l. 3. §. parui.

ex Carboniano miſſus in poſſeſſionem ſtatim poſſidet re ipſa facta miſſione, glo. conſtituere, d. l. 3. §. fin.

Carbonianum non habet locum in bonis matris, & ideò impubes, cui fit controuerſia de ſtatu, & bonis matris, non mittitur in poſſeſſionem, quæſtio tamen de ſtatu eius differtur in tempus pubertatis, & per conſequentiam cognoſcitur de bonis, ſed ſi de bonis tantùm fieret quæſtio, non differretur, l. de bonis, de Carboniano edicto.

Carbonianum habet locum, cùm ſtatus & hereditatis controuerſia mouetur, ſed vbi ſtatus tantùm fit controuerſia, vt quia dicitur eſſe ſeruus, nec vlla bonorum controuerſia fit, ſtatim liberale iudicium eſt applicandum, ſed ex conſtitutionibus Imperatorum differtur in tempus pubertatis, d. l. de bonis, §. ita demum, & ibi gl. explicandum & gl. ſecundùm, in l. 1. C. eod.

Carboniano locus eſt, etiam ſi ab inteſtato ad bonorum poſſeſſionem veniant liberi, quamuis ex vna parte petant, qua legitimi vocantur qui ſui non ſunt, vel ex illa, quæ cognatis datur, ibid.

ex Carboniano miſſus in poſſeſſionem impubes poſt pubertatem non actoris, ſed rei partes debet ſuſtinere, maximè ſi cauit, ſed ſi non cauit, & paratus ſit nunc cauere, quaſi poſſeſſor conueniendus eſt, ſed ſi non caueat, poſſeſſio transfertur aduerſario offerenti ſatiſdationem, ac ſi nunc peteretur hereditas ab eo, d. l. de bonis, §. fi.

Carbonianum datur impuberi adoptiuo, qui negatur rectè adoptatus, & ideò de bonis patris adoptiui ei fit controuerſia, l. ſi impubes, eod.

Carbonianum datur impuberi, qui in adoptionem datus eſſe dicebatur, & ideò negetur patris naturalis hereditas ad eum pertinere, ſed ipſe impubes negat ſe in adoptionem datum, d. l. ſi impubes, §. 1.

Carbonianum quoties datur miſſio in poſſeſſionē fit, & differtur quæſtio ſtatus ad pubertatem eo modo, quo eſſet, ſi nulla controuerſia fieret ei, qui bon. poſſeſſionem accepit, d. l. ſi impubes, §. quoties, & ibi gl. loco. 4

ex Carboniano duob. fratrib. miſſis in poſſeſſionem, ſi vnus eorum pro parte ſua paternam hereditatem non defendit, alter totam cogitur defendere, aut totam cedere creditoribus, d. §. quoties.

ex Carboniano interdum etiam exheredatus filius mittitur in poſſeſſionem, ſi non contra tab. ſed ab inteſtato vnde liberi petit, vt quia negat tabulas teſtamenti patris eſſe tales, quòd ſecundùm eas bonorum poſſeſſio dari poſſit, & ipſe dicatur, non filius, d. l. ſi impubes, §. interdum.

Carbonianum datur, vbi datur contra tab. non tamen habent eundem effectum, quia Carbonianum non tribuit ius in proprietate, ſed contra tab. ſic, glo. fi. in d. l. ſi impubes, §. fin.

Carbonianum non ſubuenit naſcituris, ſed natis, ſicut & bonorum poſſeſſio contra tab. gloſſ. 1. in l. cùm mulier, eod.

Carbonianum non habet locum, quando impubes, qui negatur eſſe filius, eſt ſcriptus heres, quia ſine Carboniano eſt heres, & idem, quando Titio herede inſtituto, poſtumus, vel impubes exheredatus negatur eſſe filius, l. cùm ſine beneficio, de Carboniano edicto.

Carbonianum non datur filio præterito à matre in bonis matris vel alterius lineæ fœmineæ, ſicut nec datur contra tab. cum præteritio matris habeatur pro exheredatione, gl. 4. in l. 1. C. de Carbonian.

Carbonianum petens debet præſtare ſatiſdationem, de vtendo arbitrio boni viri, & de reſtituendis bonis, ſi apparuerit, eum non filium, glo. impleta, & ibi addit. marg. ibidem.

Carbonianum non concurrit ſimul cum alia bonorum poſſeſſione ordinaria, gloſſ. fin. ibid.

Carbonianum datur impuberi nato poſt mortem patris, ſi probetur ſummariè vel ſemiplenè matrimonium indubitatum, & partum ſub legitimis perſonis cuſtoditum eſſe, & quòd ſit legitima ſucceſſio, l. fi. & ibi gl. 4. C. eod,

Carbonianum denegatur impuberi nato poſt mortem patris, ſi mater ventrem cuſtodiri paſſa non fuerit, d. gl. 4.

Carbonianum denegatur impuberi nato poſt mortem patris, ſi plenè probetur matrimonium indubitatum, & partum legitimum, quia tunc poteſt adire, & petere hereditatem iure ſuo, ibid.

Carbonianum debet peti à filiis impuberib. etiam natis poſt mortem patris infra annum, ſicut & in aliis bonorum poſſ. ibid.

Carbonianum vt competat, requiritur ſummaria, vel ſemiplena probatio filiationis, ibidem.

ex Carboniano ſi impubes filius natus poſt mortem patris ſit miſſus in poſſeſſionem bonorum, dilata quæſtione ſtatus vſque ad tempus pubertatis debet ali ex illis bonis, & non repetuntur ſumptus, etiam ſi pateat poſteà, eum non filium, d. l. fi. & ibi glo. fin.

CARBONIANA bonorum poſſeſſio non datur filio exheredato, qui negatur filius, l. qui de inofficioſo, ff. de inofficioſo teſtamento.

Carboniana bonorum poſſeſſio non datur inſtituto, niſi ſit poſtumus, qui poſteà negetur filius, glo. 1. ibid.

Carboniana bonorum poſſeſſio tunc datur, cum quis verus filius, & heres ab inteſtato dicitur eſſe, ſed negatur eum filium, & datur vt interim poſſideat, & alatur, & in actionibus præiudicium non patiatur, d. l. qui de inofficioſo, & gloſſ. heres.

Carboniana dicitur bonorum poſſeſſio extraordinaria, & non tribuit ius in dominio, gl. Carbonianam, in l. filium, §. ſi quis, de legatis præſtand. gl. fi. in l. cùm mulier, de Carboniano edicto.

Carboniana bonorum poſſeſſio competere poteſt filio ſine ordinaria, licèt actiones non poſſet exercere, gl. ordinariam, ibid.

Carboniana bonorum poſſeſſio tantùm in poſſeſſione retinenda tribuit ius, ſed ordinaria bonorum poſſeſſio veluti vnde liberi. &c. tribuit ius in proprietate, glo. ordinariæ, ibid.

Carbonianæ bonorum poſſeſſionis petendæ tempus currit ex eo tempore, ex quo controuerſiam ſibi fieri cognouit filius, ſed bonorum poſſeſſionis ordinariæ tempus currit, ex quo patrem ſuum deceſſiſſe ſcit filius, & habuit facultatem bonor. poſſeſſionis petendæ, d. §. fin.

rium,vel per salientes emittatur,l.fistulam,19.in add.marg.de seruit.vrban.

Castellum est receptaculum,quod aquam publicam suscipit,gl.1.ibid.

Castella dicuntur loca,vnde prouenit aqua,quæ loca cedunt domui,glo. castellá, in l.fundi,§.fi.de actio.empti.

Castellum plumbeum dicitur locus circumdatus ad modum castelli,vbi congeritur,& inde deducitur aqua,gl.castello,in l.si venditor,38.§.fi.eod.

Castellum dicitur locus,vbi congeritur aqua,antequam intret per fistulas,glo.2. in l.3.C. de aquæ ductu,lib.11.

Castellum nullus debet aliquo titulo possidere in limite Imperij, nisi is solus cui per principem detentio est commissa, & contrà faciens pœna capitis cum, omnium bonorum publicatione punitur,l.2.C.de fundis limitrophis.lib.11.

Castellum dicitur limitis castrum,gl.pen.ibid.

Castellum quilibet potest facere in aliis locis, quàm in finib.Imperij, nisi faciat ad æmulationem,vel nisi scandalum inde oriatur,ibid.

Reliqua verbo,Castellum,Villa,Castrum,Cisterna.

CASTE viuere dicitur ille,qui est in matrimonio,gl.exilium,in §.1.in auth. de incestis nuptiis,col.4.

CASTITAS est fundamentum aliarum virtutum, quæ in ordinando requiruntur, glo.constitutam,in §.si autem aliquis,in auth.quomod.oport.Episcopos,column. 1.

Castitas maior requiritur in fœminis, quàm in masculis,§. nostra autem, Instit. quib.mod.tutela finiatur,& glo.quæ in adulterio,in l.palàm,§.fi. de ritu nupt.

Castitatem tuetur pudor, & verecundia,gl.1.in l.ita nobis,28.C.de adulteriis.

Castitas etiam sola cum fiducia est potis hominum animas præsentare Deo,§. sancimus.in auth.de lenonib.col.3.

Castitatem committens dicitur furtum & latrocinium committere, §. præconizamus, eod.

CASTIGARE móderatè potest seruum fructuarius,& heres famulum, præceptor discipulum,maritus vxorem,l.itémque,28.§.fin.& ibi addit. margin.de vsufructu.

Reliqua verbo, Magister, 1.

CASTRARE nemo debet liberum,vel seruum inuitum, vel sinentem, & tam medicus,qui castrauit, quàm is,qui fecit sponte se castrari,capitaliter puniuntur,l.4.§.fi.ad legem Corneliam de sicariis.

Castrans hominem libidinis refrænandæ, aut commercij causa, punitur lege Cornelia de sicariis, l.3.§.qui hominem,eod.

Castrans puerum, etsi pretiosiorem fecerit, licèt non teneatur Aquilia, tenetur tamen iniuriarum,vel ex edicto ædilium,aut in quadruplum ex leg.12.tabul. l.si seruus, §.&,si puerum, ad leg. Aquil.

Castrans puerum alienum tenetur lege Cornelia de sicariis, & hodiè ei imponitur pœna capitalis, gl.sed iniuriarum, ibid.

Castrandum nemo debet etiam sponte se præbere,l.4.§.fi. ad legem Corneliam, de sicariis.

Castrandum seruum si quis tradiderit alicui, pro parte dimidia bonorum mulctabitur,l.is,qui seruum, eod.

Castratus querelans aduersùs castrantem audiri debet à præside, d.l.4.§. fi.eod.

Castratus homo dicitur morbosus,ac vitiosus,alia autem animalia non dicuntur vitiosa,ob id,quòd sint castrata, glo.ædilium, in l.si seruus,§.&,si puerum, ad leg. Aquil.

Castrati in Apulia sunt maioris pretij, quam in Italia,gl. pretiosiorem,ibid.

Castrata animalia omnia non dicuntur vitiosa,eò quòd sint castrata, nisi propter ipsam castrationem facta sint imbecilliora, & ita mulus castratus non est vitiosus,& equus castratus sanus est, sicut spado, & ideò in his emptori non datur actio ædilitia, datur tamen actio ex empto ciuilis, cùm aliàs empturus non esset,l.ædiles,38.§.sed enim,de ædilitio edict.

Castratus non potest postumum heredem instituere, quia non potest adoptare, nec matrimonium contrahere, l. sed est quæsitum, & ibi gl.pen. de liber.& postum.§.in plurimis,& ibi gl.spadones,Instit.de adoptio.

Castratus natura dicitur quis,quasi castè natus,qui propter sui frigiditatem, nec agere,nec generare potest; spado verò dicitur,qui castello ex accidenti amisit, qui potest agere, sed non generare,d.gl pen.ibid.& gl.2. in l.spadonum, 128.de verbor.sign.

Castrati dicuntur, quibus virilia sunt amputata, gl.spadones, in addit. in d.§. in plurimis,Inst.de adoptio.

Reliqua verbo,Iumentum,Spado,Eunuchus,Thlibia.

Castrensiani dicuntur,qui præsunt castris principis ordinandis,& erant plures,& eligebantur decani, gl.1.in rub.C.de castrensianis,lib.12.

Castrensiani,& ministeriani per lapsum biennij officio finito, alius surrogatur, ipse verò ad idem officium denuò non debet eligi,l. 1. C. de castrensian. libro 12.

Castrensiani,& ministeriani,& eorum matres,& vxores, non possunt conueniri in causa ciuili,vel criminali, nisi sub comite castrensianorum, vel magistro officiorum,l.pen.& vlt.C.eod.

Castrensiani,& ministeriani possunt cõueniri coram iudicibus locorum pro tributis,& muneribus suscipiendis, & delictis commissis, l.fin. C. eod.tit.& lib.

Castrensiani & ministeriani habent priuilegium circa minores sportulas secundum modum descriptum soluendas, ac etiam circa fideiussorem iudicio sisti præstandum, vt vnum ex coniunctis, vel de suo numero præstare possint, d. l. fin.

CASTRVM habere non permittitur cuilibet in limine Imperij, glo.pen.in l.2. C.de limitrophis, lib.11.

Castra, quæ sunt nimiæ magnitudinis per magistrum militum possunt ad modum reuocari,ibid.

Castrum dicitur quasi casa alta,seu fortis,& munita murib. seu vallo, & non habet iurisdictionem de iure communi,licèt habeat Magistratus positos per ciuitatem,cui subsunt,gl.Lombardiæ,in extrauag.quoniam,qui sint rebelles.

Castrum,quod habet iurisdictionem sibi eligendi defensores,si constat quòd antiquitùs fuerit ciuitas,licèt posteà Episcopatum perdiderit,propriè ciuitas est, sed si non constat,quòd fuerit ciuitas,tunc etiam erit ciuitas, si talis iurisdictio fuit concessa illi,vt ciuitati,secus si simpliciter fuisset concessa ei dicendo tali terræ,vel tali communitati, & tunc non erit ciuitas,d.gl. Lombardiæ,in extrauag.quoniam,qui sint rebelles.

Castra,vel villæ non æquiparantur minoribus,neque debent restitui,glo.1.in l.4. C.quib.ex caus.maiores.

Castro vendito,videtur vendita iurisdictio, quæ competit illi castro,l.inter eos qui,29.in add.marg. de adquir.rerum dominio,

Castra,idest,exercitus,gl.pen.in l.qui mittuntur,ex quib.caus.maiores.

Reliq.verbo,Castellum,Metatores,Municipium,Exercitus,Villa.

Casus in genere,nu.1.

Casus nominum,nu.2.

Casus fortuitus,nu.3.vsque ad 7.

CASVS omissus remanet sub dispositione iuris communis, l. si extraneus, de condictione causa data,l.si cùm dotem,22.solut.matri.& l.commodissimè, de liber.& postum.

Casus omissus habetur pro expresso,quando continetur sub expresso casu ex cõsequentia necessaria,aliàs secus,gl.fin.& ibi add.in d.l.commodissimè,

Casus omissus quando similis est expresso,pro expresso habendus est,gl.emancipatus,in l.gallus,§.& quid si tantum,de liber.& postu.

Casus repertus ad aliquid agendum vel faciendum vltra certos modos ad id inuentos non videtur de illis,l.fi.C.de decurionib.

Casus vbi est in iure expressus,nulla dubitatio est,l.ancillæ,12.& ibi add.marg.C. de furtis,& l.illam,C.de collatio.

Reliqua verbo,Identitas.

CASVS pro casu ponitur quãdoque,gl.eos,in l.filiusfamilias,114.§.Diui, de legat.1.& gl.fin.in l.3.de seruit.legat.glo.1.in fin.in l.filium,quem,24. C.famil. ercisc.

Casus genitiuus significat quandoque causam efficientem, quandoque materialem,quandoque formalem,vt patet ex rub.Digesti noui.

CASVS fortuiti periculum in se suscipiens, censetur,omnib.casib.specialiter renunciare,& tenetur ad omnes casus fortuitos,glos.specialiter, in l.sed & si,§. quæsitum,si quis cautio.

Casum fortuitum inducit pactum appositum super periculo præstando,licèt non dicatur de periculo casus fortuiti,† gl.specialiter,in fi.ibid.

Casu amisisse si quis dicat,illud tenetur probare,si illud sit fundamentum suę intentionis,l.si quis,§.fi.& ibi gl.fi.de edendo,glo.exceptionem, in l.3.§.ex hoc, nautæ, caupo.

Casus aduentitius,id est,qui euenire potest de futuro,spectatur propter delictum gestoris,gl.sed & si,in l.diuortio,de neg.gest.

Casus fortuiti,& aduersæ fortunæ ratio habenda est ibi,vbi copula præcedit causam,aliàs non,d.gl.sed & si,in add.

Casum,aduersamque fortunam spectari hominis liberi inciuile est, gl. separatur in l.3.§.sed vtrùm,de minor.

Casus aduentitij non sunt computandi,ibid.

Casu fortuito quod contingit alicui,potest contingere & cuilibet, & patrifamilias,etiam diligentissimo,l.verum,§.si locupleti,eod.

Casus fortuitus indistinctè pertinet ad debitorem in personali actione,gl.fi.in l. item si verberatum,15,§.fi.de rei vend.

de Casu vbicunque quis non tenetur, ibi,si culpa præcedit casum, tenetur de casu,sed quandoque hoc fallit,gl.in homine,in l.si vt certo, §.custodiam, commodati,gl.plus,& gl.vltra,in l.damni,§.ei,qui,de dam.infect.glo. placuit,in l. item quæritur,§. si quis,locati.

Casus,quibus resisti non potest,dicuntur mortes seruorum, quæ sine dolo, & 4
culpa patientis accidunt,latronum,hostiúmve incursus,piratarum insidię,naufragium,incendium,fugæ seruorum,qui custodiri non solent,l.in rebus, commodati,& l.quæ fortuitis,5.C.de pigner.actione,& §.item is,Inst.quib.mod.re contrahitur.

de Casu tenetur quis post mortem,siue res sit peritura penes actorem, vel creditorem,siue non,secus quando fuit in culpa, & res eodem modo esset peritura, ac si non fuisset in culpa.gl.dolo,in l.fi.§.1.ad legem Rhodiam de iactu.

Casus superueniens excusat à pœna culpæ præcedentis, vbi actio nata non poterat intentari,d.§.1.

Casus fortuitus venit in actione pro socio,sed non in actione mandati,sed de curialitate venit etiam in actione mandati,l. inter,26. §. non omnia, & ibi glos. mandato,& add.marg.mandati.

Casus fortuiti etiam sine culpa, & mora contingentes veniunt in mandato ex speciali pacto,sed periculum extrinsecum,& extra rem contingens ex leuissima culpa in mandato ex pacto generali,scilicet quòd de periculo teneatur, † gl.1 in l.& Aristoni,39.eo.tit.

ad Casum fortuitum potest quis se adstringere per pactum,d.l.& Aristoni,eo.

Casus fortuitus vbi ex natura contractus non venit, venit tamen,si culpa, vel dolus præcedat casum,l.cùm duob.52.§.damna,pro socio.

Casum fortuitum in se suscipiens, tenetur de casib.fortuitis communiter contingentibus,l.fistulas,37.§.fi.de contrah.emp.

Casus fortuitus intelligitur inopinatus, & non ex consuetudine eueniens, ibidem.

Casum fortuitum tenetur probare conductor,vbi culpa contra eum est præsumpta,gl.probari,in l.si quis fundum,10.§.Imperator,locati.

Casum fortuitum in se recipiens tenetur de eo,& hoc si specificatus sit,d.l.si quis 5
fundum,& ibi gl.ei præstaret.

Casu fortuito si sit aliquid amissum, primò contra amittentem debet probari dolus,vel culpa:deinde ille,contra quem hæc probantur, debet probare casum,gl.probari,in fi.ibid.

Casus contingens ex parte locationis, propter quem impeditur vsus conductoris,inducit repetitionem mercedis,l.si verò,§.item cùm quidam,locati.

Casus fortuitus non debet venire in bonæ fidei iudicio,glo.personis,ad medium, ibidem.

Casus fortuitus contingens ex parte venditoris liberat eum, & nihilominùs potest petere integrum pretium,sed casus contingens in re locata ex parte locatoris non liberat conductorem, ita quod possit petere integram pensionem, quia venditor certat de damno vitando,quia si nõ haberet pretium,pateretur damnum

de Causis

de Causis meri & mixti Imperij, ac iurisdictione, & de earum delegatione ac cognitione, num. 13. & 14. & [illegible]

de Causis lucratiuis, onerosis, suspicionis & excusationis, num. 15.

1 CAVSA finalis consideratur in aliqua prohibitione ad hoc, vt contra eam factum non valeat, & non causa impulsiua, gl. occupati, in l. 1. de feriis.

Causa addenda est, quoties aliquid fit, glo. cur miles, in l. 2. §. exercitum, de his, qui notantur.

Causam quando lex ponit, in dubio intelligitur de proxima, non de remota, l. metum, 9. §. sed licet, & ibi gl. operæ, quod metus causa, & l. vxori, de auro & argento legato.

Causa alicuius ne deterior fiat ex alieno facto iudex omnibus modis, quibus potest, se intromittere debet, l. 1. ne alienatione iudicij mutandi.

Causa maior minorem ad se trahit, vnde per minorem causam maioris cognitioni præiudicium non fit, l. per minorem, 54. de Iud. causa petitionis hereditatis, cum maior sit authoritate, præfertur aliis, gl. 1. ibid.

Causa p[illegible]ialis cùm sit maior priuilegio, si cum alia concurrit, præfertur illi, ibidem.

Causa originalis inspici debet, glo. sed hereditas, in l. si à domino, 36. de petitione hered.

Causa vbi pendet, pendet etiam causatum, l. sed & si, 25. §. 1. de vsufructu.

in Causis c[illegible] plures, licet sint diuersi fori, coguntur apud eundem iudicem litigare, l. 1. de quib. rebus ad eundem iudicem.

Causa quandoque accipitur pro omni contractu, vel quasi, pro omni maleficio, vel quasi, gl. v. in l. certi condictio, si certum peta.

Causa quandoque ponitur impropriè, gl. vnic. in rub. de condictione causa data.

Causa principali finita, non possunt examinari illa, quæ veniunt officio iudicis mercenario, vel deseruiente actioni, glo. non posse, in l. fi. §. fi. & ibi Doctores, de condictione indebiti.

Causa principali finita, adhuc durat officium iudicis nobile super accessoriis,
2 quæ veniunt officio iudicis nobili, ac nulli actioni deseruiente, ibid.

Causa vna non potest operari circa diuersos effectus, l. quod Labeo, de compensatio.

Causa quando committitur consulenda, debet committi expensis eius, qui petiit c[illegible] sapientis, l. si in Asia, in addit marg. depositi.

Causa vniuscuiusque contractus inspici debet, l. si procuratorem, 8. & ibi gloss. causam, mandati.

Causa [illegible] quæ nec est accessio ciuilis, vt vsuræ, nec naturalis, vt fructus, sed [illegible] contingens, vt partus, gl. in rub. & ibi add. marg. de vsuris.

C[illegible] vsura vel accessio ciuilis, sed dicitur naturalis accessio, aut illa, [illegible] nec ciuilis, vt partus, l. 2. & ibi add. marg. de vsuris.

C[illegible] pro naturali accessione quandoque latius pro partu, ibi.

C[illegible] non semper finitur effectus, gl. [illegible], in l. Lucius, 46. §. quæsitum, de [illegible] tutorum.

C[illegible] bonorum contra heredes suos occisi, condemnatis occisoribus, non [illegible], nec morte heredis, l. Caius Seius, & ibi gl. 1. ad Syllanianum

C[illegible], quædam de præteritis procedens ratio, quo testamento nostro [illegible] honoremus, siue animi pulsio à nobis expressa, gl. in rubr. de conditio. & [illegible]

C[illegible] demonstrationis natura est, vt quamuis falsa demonstratio vel causa [illegible] legatum tamen non vitietur, ibid.

[illegible] vel institutionis dicitur in præteritum, pœna, idest, legatum nomine [illegible] in futurum confertur, l. si ita legatum sit, 12. & ibi glo. fin. de [illegible] & demonstr.

Causa quandoque ponitur pro causato, l. hoc iure, 19. §. non potest, de donatio.

3 Causa proxima in rei vendicatione dicitur dominiú, sed remota dicitur emptio, vel venditio. † reprob gl. proxima in l. cùm de hoc, 27. de except. rei iudicat.

Ca[illegible] inspicitur, non titulus actionis, l. tutor datus, 69. de fideiussor.

Causa vna quando venit ad implendum alterius causa, agitur ex impleto, & non ex implente, l. cùm enim, de nouatio.

Causa consulenda de consensu partium licèt sit commissa, tamen à sententia lata secundum dictum consilium potest appellari, l. 1. §. 1. de appellation.

Causam remissam à præside ad principem, consentientibus partibus, potest ipse præses audire, si princeps denuo ei remiserit, l. ad Imperatorem, eod.

Causa propria alicuius dicitur, in qua commodum & incommodum ad eum spectat in totum, sed si in partem, tunc dicitur propria pro parte, l. 1. §. impropria, quando appellandum sit.

Causa principalis & appellationis dicuntur eiusdem naturæ, l. 1. in add. marg. an per alium causæ appellat.

Causa principalis quando potest agi per procuratorem, tunc etiam causa appellationis potest agi per procuratorem, d. l. 1.

Causa capitalis per procuratorem agi non potest, nec illa, ex qua sequi solet capitalis pœna vsque ad relegationem exclusiué, si verò causa contineat relegationem, vel minorem pœnam relegatione, potest agitari per procuratorem, l. 1. & ibi gl. relegationem, eodem, l. 2. C. de procuratoribus.

Causa pecuniaria, ex qua imponitur etiam pœna infamiæ, potest agi per procuratorem, d. l. 1. §. planè, l. 2. C. de procuratoribus.

Causa omnis, quæ non potest exerceri per alium, nec eius appellatio, exercebitur per alium, ibid.

Causæ omnes, in quibus pœna corporalis non imponitur, per procuratorem cuilibet licet agere sponte, non ex necessitate, fallit in personis illustribus, & in aliis, [illegible] gl. ignominia, ibid.

Causæ criminales publicæ, vel priuatæ nõ possunt agitari per procuratoré, modò contineat maioré pœnã relegatione, aliàs rectè potest agi, nisi sit illustris, qui [illegible] super actione iniuriarũ procuratoré cõstituit, l. 1. & ibi gl. relegationem, an per aliũ causæ appel. & l. 2. & ibi gl. ignominia, C. de procuratorib.

4 Causa, vel quæstio militis ante missionem mota etiam post missionem durat, quamuis ad eum casum peruenit, a quo incipere non posset, glo. quæstione, in l. milites, 13. §. is etiam, de re milita.

Causa est res, quæ habet in se controuersiam in dicendo positam cum certarum personarum interpositione, gl. 1. in l. causas C. de transactio.

Causæ continentia diuidi non debet, gl. 4. in l. 2. & l. nulli. 10. C. de iudici[illegible] gl. 2. in l. omnes, C. arbitrium tutelæ.

Causa possessionis vni, & causa proprietatis alij committi non potest, gloss. dict. [illegible]

Causæ minorum propter negligentiam tutorum & curatorum intra t[illegible] si non expediantur, subuenitur minoribus contra curatores & tutores [illegible] rum heredes, l. properandam. 11. §. fi. C. de iudiciis.

Causæ matrimoniales, & educationum, & omnes causæ sine vlla suspicione [illegible] dicis sunt procedendæ, gl. omnes, in l. apertissimi, C. de iudiciis.

Causarum merita partium assertione panduntur, gl. fi. in l. 1. C. de litis contest[illegible] & gl. declarati, in §. igitur ne latente, in auth. de exhib. reis, col. 5.

Causa violentiæ debet tractari, vbi est possessio, vel vbi vis illata est, l. 1. C. [illegible] de possess. agi oport.

Causa violentiæ potest tractari vbi vis illata est, vel etiam vbi possessio, velut me volentem ire ad possessionem, quã habeo Mutinæ, in districtu Bononiæ [illegible] detinuisti, si ego suspicor, ex tali detentione me posse repelli, amitto possessi[illegible] nem, & possum agere vnde vi Mutinæ, vnde vis illata est, & etiam Bononi[illegible] vbi possessio existit, gl. 1. ibid.

Causa libertinitatis, aut seruitutis alicuius tertij, quæ est inter fiscũ & priuatu[illegible] potest examinari per procuratorem, l. pen. C. vbi causa status.

Causa ingenuitatis & libertatis alicuius tertij, quæ est inter fiscum & priuatu[illegible] examinari debet per præsidem, vel rectorem prouinciæ, ibid.

Causæ hominum palatij principis, siue sint serui, siue coloni, vel inquilini agant, vel conueniantur, siue in ciuili, siue in criminali, audiuntur, & exam[illegible]nantur apud præpositum sacri cubiculi, & comitem domorum, vel procurat[illegible]rem Cæsaris, gl. in rubrica. C. vbi causæ fiscales.

Causa, propter quam potest filius exheredari iustè in testamento, non est suffi[illegible]ciens ad repellendam ab intestato a legitima successione, l. in arenam, C. [illegible] inofficioso.

Causa iureiurando decisa non retractatur prætextu periurij, nisi in casibus à leg[illegible] expressis, l. 1. C. de reb. credit.

Causa propriè dicitur de præterito tantùm, quandoque etiam de futuro, gloss. [illegible] rub. C. de condictione ob causam.

Causa vbi deficit, deficit etiam effectus, gl. fi. in l. 1. C. eod. gl. venerit, in §. nec illud, in auth. de nuptiis, col. 4.

Causa cessante, cessat effectus, habet locum, quando causa est finalis, non impulsiua, gl. fi. in l. cùm ancillam, C. eod.

Causa dicitur illius, ad quem pertinet emolumentum, & damnum, gl. 1. in l. omnibus, C. de testibus, & gl. fi. in l. eos, qui, §. sin autem, C. de appellat.

Causa dicitur cœpta post contestationem, non posteà, gl. 2. in l. si quando, 15. [illegible] de testib.

Causæ in infinitum retractari non debent, l. si C. de fide instrum.

Causa debet exprimi in obligationibus, & cautionibus, aliàs non valet cautio, v[illegible] obligatio, gl. 3. in l. generaliter, 13. C. de non numerata pecun.

Causa causante deficiente, deficit & causa, quæ debet causari, gl. nuptiis, in l. cùm multæ, 20. C. de donatio. ante nupt.

Causæ impulsiuæ defectus non impedit ius agendi, l. si mulier, 25. Cod. de iure dotium.

Causa apposita in stipulatione, quando continet commodum stipulantis, non dicitur causa finalis, sed impulsiua, cuius defectus non vitiat stipulationem, velut do tibi decem, vt emas caligas, licet non emas, non reddes illa decem, quia est causa impulsiua, d. l. si mulier, & ibi gl. 1. eod. tit.

Causa liberalitatis à criminatione separata esse debet, l. si maritus, C. de donatio. inter vir. [illegible]

Causa [illegible] in dubio præsumitur mala, & iniqua, nisi probetur, glo. 1. in l. si bo[illegible] n[illegible], C. de [illegible]

Causa [illegible] regulariter debet finiri intra triennium, fallit in causa de re[illegible] petendis bonis surreptis ex naufragio, quæ debet finiri intra biennium, gloss. 2. in auth. nauigia, [illegible]

Causa quandoque sum[illegible] pro onere, vt hereditas transit ad heredem cum sua causa, idest, cum suo [illegible] C. de instit. & substit.

Causa dicitur requirere [illegible] quando incontinenti non potest probari, gl. [illegible] C. [illegible] Diui Adriani.

Causa vna sola, vel vna sola ratio vbi reddi potest, illa habetur pro expresse ap[illegible]posita, gl. fi. in l. quamuis, C. de fideicommis.

Causa dicitur principaliter pertinere ad illum, cuius magis interest, secundariò verò dicitur pertinere ad eum, ad quem pertinet per quandam consequentiam, l. principaliter, 19. C. de liberali causa.

Causa liberalis, vel status priùs debet cognosci, & terminari, quàm causa criminalis, quia necesse est priùs sciri, si delictum probatum fuerit, vtrùm vt in liberum, an vt in seruum pœna debeat constitui, l. 3. C. de ordine cognit.

Causa liberalis mota impedit causam criminalem inchoari, & etiam inchoatam terminari, donec de statu sit cognitum, l. 4. C. eod.

Causa liberalis in modum exceptionis opposita non impedit causam criminalem priùs terminari, ibid.

Causa status non potest moueri impuberi, nec eius interest modo, idest, ante pubertatem agi, gl. 4. in l. cùm status, C. eod.

Causa liberalis principalis, vel in modum exceptionis opposita impedit eum, de cuius statu quæritur, debita petere, & actiones exercere, antequam de statu sit cognitum, d. l. cùm status.

Causa libertatis, & seruitutis priùs debet terminari, quàm de rebus raptis ab eis, quos seruos tuos contendis, quæratur, l. si res tuas, C. eodem.

Causa iuramentum à iudice delato decisa prætextu periurij retractari potest, secus si voluntario iuramento sit decisa, auth. nouo, & ibi gl. fi. C. de pœna iudicis qui malè iud.

Causa finita per sententiam, vel transactionem, de expensis si non sit facta mentio, non potest peti, neque in iudicium deduci, nisi iudex hoc in sententia reseruauit, l. 3. C. de fructib. & litium.

Causa quando committitur consilio sapientis, debet formari punctus de partium consensu, & hoc debet apparere apud acta, l. 1. C. de relatio.

Causa per

ſimul concurrere, quia ſunt contrariæ, & vltima præualet, niſi eſſet inualida, ſecus ſi ex neutra poſſideatur, quia tunc ambæ concurrere poſſunt, l.ſi quis antè, 10.de adquirenda poſſeſſio.

Cauſæ duæ, vel quæſtiones ſi fuerint in iudicium deductæ, iſte ordo eſt conſiderandus, an vna ſit præiudicialis, vel an electione vnius tollatur alia, vel an ſint contrariæ, gl.penult.in l.vt debitum, 5.C.de heredit.actio.

Cauſa criminalis ſi ſit contraria cauſæ bonæ fidei, non poteſt concurrere cum cauſa bonæ fidei, l.1.& ibi gl.fi.C.de furtis.

Cauſa criminalis furti poteſt concurrere cum cauſa bonæ fidei, quando non eſt contraria illi, d.gloſ.fi.

Reliqua verbo, Actio, 44. vſque 49.

13 CAVSAE meri, vel mixti imperij ſpecialiter, & in priuilegium committuntur, eo ipſo quòd inferioribus denegantur, gloſ. tribuuntur, in l.1.de officio eius, cui mandata.

Cauſæ, quæ competunt clariſſimis, multò magis ſpectabilibus, & aliis maioribus, ibid.

Cauſa aliqua etſi mandetur ſpecialiter minimo Magiſtratui, non dicitur ſpecialiter committi, ibid.

Cauſæ meri vel mixti imperij non poſſunt per præſidem, vel ordinarium delegari generaliter, nec ſpecialiter, gl.iuriſdictione, ibid.

Cauſæ meri imperij ex iuſta abſentia poſſunt delegari, quoad cognitionem tantùm, ſed nõ quãtùm ad definitioné, † d.l.1.& ibi gl.eã, de offic.eius, cui mand.

Cauſæ, quæ cognitionem deſiderant, per delegatum non poſſunt expediri, l. nec quicquam, §.vbi decretum, de officio proconſulis.

Cauſæ plenam cognitionem requirunt ea, quæ pariunt magnum præiudicium, l. de ætate, de minor.

Cauſæ meri, & mixti imperij ſpecialiter delegantur, vnde per prorogationem conſenſu partium nõn transferuntur etiam in iudicem ordinarium nõ ſuum, niſi talis ordinarius habeat iúriſdictionem de illis, † gl.fi.in l.1.de iudiciis.

Cauſa, quando committitur conſulenda, debet committi expenſis eius, qui petit conſilium ſapientis, l.ſi in Aſia, in addit.marg, depoſiti.

Cauſas medias præſides debent cognoſcere per ſe, vel delegare reſeruata ſibi ſententia, ſi propter occupationes publicas, vel cauſarum multitudinem impediantur, l.2.C.de pedan. iudicibus.

Cauſæ meri, & mixti imperij non delegantur, d.l.2.

Cauſæ mediæ, quæ competunt iure Magiſtratus, vel illæ, quæ ſunt vltra 300.ſolidos, poterant olim indiſtinctè delegari, hodiè autem poſſunt delegari ad cognitionem tantùm, ſi impediantur præſides, vel iudices propter publicas occupationes, vel cauſarum multitudinem, gloſ.1.ibid.

14 Cauſarum tria erant genera olim, vilia, & hæc cognoſcere, & alij delegare poterat præſes, ſiue iuſta cauſa impediatur, ſiue non, ibid.

Cauſæ maximæ non delegantur, niſi propter abſentiam, & quoad cognitionem tantùm, non tamen poſſunt delegari à præſente præſide impedito ob multitudinem negotiorum, vel ob publicas neceſſitates, ibid.

Cauſæ mediæ, quas propter occupationes publicas, vel cauſarum multitudinem, vel aliud iuſtum impedimentum non poſſunt præſides cognoſcere, poſſunt delegari, ſecus ſi non fuerint impediti, gl.non potuerint, ibi.

Cauſa ſtatus non poteſt committi quoad cognitionem, etiam in caſu, quo cauſæ maximæ delegari potuiſſent, d.l.2.& ibi gloſ.pen.& fin.

Cauſa ſtatus hodiè etiam quoad definitionem poteſt delegari, d.gl.pen.

Cauſa ſtatus differtur per Carbonianum in tempus pubertatis, quando pupillus agit, vel conuenitur poſſeſſorio iudicio ſuper quæſtione ſtatus, & bonorum, d. gloſ.fin.ibid.

Cauſa ſtatus non differtur in tempus pubertatis, quando pupillus agit petitorio ſuper quæſtione ſtatus, ibid.

Cauſa ſtatus differtur fauore pupilli per conſtitutiones, quando pupillus agit, vel conuenitur poſſeſſorio iudicio ſuper quæſtione ſtatus tantùm, & non bonorum, ibidem.

Cauſæ minimæ iuriſdictionis poſſunt indiſtinctè delegari, l.finali, C.eod.tit.

in Cauſis breuibus iudex cognoſcit, & profert ſententiam ſine ſcriptis, auth. niſi breues, C.de ſententiis, & interlocut.

Cauſæ breues an dicantur vſque ad duos ſolidos, vel vſque ad plus relinquitur arbitrio iudicis, † gl.1.ibid.

Cauſæ pecuniariæ vltra 300. ſolidos non poſſunt delegari, niſi propter abſentiam, aut multitudinem cauſarum, gl.ad trecentos, in §.& iudicare, in auth. de defenſoribus ciuitat.col.3.

Cauſæ breues, aut breuiores dicuntur cauſæ centum aureorum, vel arbitrio iudicis relinquitur, quas iudex debet audire cum maxima æquitate, & ſine ſcripto iudicare, & etiam cauſas vilium perſonarum pari ratione debet audire, §. ſit tibi quoque, & ibi gloſ. breuiores, & gloſ.vilium, in auth. de mandatis princip.col.3.

Cauſa minima dicitur cauſa minor x.librarum auri, gl.minimis, in §.illud etiam, in auth.de appellat.& intra quæ tempor.col.4.

Reliqua verbo, Imperium Delegari, per tot. Merum, Mixtum, Status.

15 CAVSA lucratiua cum non lucratiua concurrit, l.Iulianus, §.ſi fundum, & ibi add.marg.de act.empt.

Cauſa oneroſa non extinguit cauſam non oneroſam, d.§.ſi fundum in addit.mat.

Cauſa lucratiua extinguit cauſam lucratiuam in eadem perſona, ibid,

Cauſa ſuſpicionis iuſta eſt, ſi iudex fuerit aduocatus in eadem cauſa, l.prætor, de iuriſdictio.omnium iudic.

Cauſa ſuſpicionis, quæ poteſt opponi deleganti, non poteſt opponi delegato, ib.

Cauſæ excuſationis non ſunt paſſim, ac facilè admittendæ, neque diſtrictè denegandæ, ſed à prætore cauſa cognita ſunt temperandæ, l. ſed hæ, de procuratoribus.

Cauſa legitima ad reuocandum procuratorem poſt conteſtationem obiecta debet cognoſci ſummariè, & ſine libello, & à quocunque iudice etiam delegato, gl.prætoris, in l.in cauſæ, eod.

Cauſa ſuſpecti tutoris eſt ciuilis, quando agitur ad reuocationem, cùm procurator poſſit interueniri, l.non ſolùm, §.fi.eod.

in Cauſa ſuſpecti tutoris quando agitur ad remotionem eius, poteſt pronunciari contra eum abſentem, ibidem.

Reliqua verbo, Lucratiua. Oneroſa, Suſpicio, Legatum, 95.

CAVSIDICVS generaliter dicitur, quicunque cauſas dicit, ſiue aduocatus ſiue iudex, gl.1.in l.quiſquis, C.de poſtulando.

Reliqua verbo, Aduccatus.

CAVTELA abundans non nocet, imò tutius eſt eam ſemper ponere, gl.exprimere, in l.ſi cùm dies, §.plenũ, de arbitris, & gl.fi.in l.heredes, 21.§.fi.de teſtam & gl.quia, in l.ſi pupilli, §.1.de neg.geſt.& l.fi.C.de prædiis tamiacis, lib. 11.

Cautela futurorum ſpectat ad iudicem tam in generalibus iudicibus, quam in ſpecialibus vbicunque æquitas ſuadet, l.pro ſocio, 38.pro ſocio.

Cautela abundans non operatur aliquid vt addat, vel minuat, aut vitiet, gloſ.ſe non mutat, in l. pediculis, 32.§.Labeo, de aur.& arg.leg.

Cautio in genere, nu.1. vſque ad 7. & nu.20.

Cautio idonea, nu.7.

Cautio iudicialis, nu.8.

Cautio rati, num.9.

Cautio damni infecti, nu.10. vſque ad 16. & num.20.

Cautio vſufructuarij, nu.16. & 17.

Cautio Mutiana, num.18. & 19.

CAVTIO tanquàm genus in tria diuiditur; primò, dicitur ſatiſdatio accepto nomine à parte dantis tantùm; ſecundò, ſatis acceptio, accepto tantùm nomine à parte accipientis, & hæ duæ cũ fideiuſſore; tertiò dicitur nuda promiſſio quæ remanet in ſuo nomine, & fit ſine fideiuſſore, gl.1.in l.1.C.de procurat.

Cautionis nomen intelligitur de nuda promiſſione ſine fideiuſſore, gloſ. cautionem, in l.cùm clericis, 25.C.de Epiſcopis, gl. 2.in l.2.C. de tranſact.& glo 2. in l. ſi mulier perfectæ, 22. C. ad Velleian. & gloſ. 2.in l.1: C. de non numerata pecun.

Cautio ſola iuratoria præſtatur, quando quis tenens dare fideiuſſores, non poteſt eos inuenire, affirmando per iuramentum prius; quòd fideiuſſores non inuenit, auth.generaliter, C.de Epiſcopis.

Cautio litis proſequendæ, vel ſoluendarum expenſarum etiam debet dari à actore, quando cauſa ventilatur coram arbitro, niſi communi conſenſu partium remittatur, gloſ.fi.ibid.

Cautionem præſtare aliquando quis cogitur in contractibus, ſeruitutibus, & in vltimis voluntatibus, gl.pacto, ad.med.in l.ſiue apud, 28.C.de tranſactio.

Cautio de indebito facta conualidatur per ſecundam cautionem, quæ quandocunque poteſt fieri, niſi in cautione facta à muliere, quæ pro alio ſe obligari non poteſt, & in hac requiritur curſus biennij, ad hoc, vt conualidetur per nouam cautionem.vel conſenſum, † gl.pen.in l.1.C.de plus petitio.

Cautio, vel ſatiſdatio legati, vel fideicommiſſi quocunque iudicio voluntati teſtatoris remitti poteſt, l.2.C. vt in poſſeſſ.legator.

Cautio non valet, ſi nulla cauſa exprimatur, gl.3.in l.generaliter, C. de non numerat.pecu.

Cautionem ſimplicem de ſoluendo, cùm ad pinguiorem fortunam venerit maritus non ſoluendo tenetur tantum præſtare in dotis reſtitutionem, gloſ.cautione, in l.vnica.§.cùm autem, C.de rei vxoriæ.

Cautionem de ſoluendo, cùm peculium fuerit auctum, non tenetur præſtare conuentus actione de peculio, ſi non ſoluit totum, quia tantum non erat in peculio, ibid.

Cautionis verbum prolatum ab homine, vel à lege intelligitur de nuda promiſſione ſine fideiuſſione, niſi ſpecialiter de fideiuſſione, vel generaliter de ſatiſdatione ſit nominatum, vel expreſſum, l. 3. & ibi gl.1.C.de verborum ſignificat.& gl.fin.in l.habere, 188.§.fina.ff.eod.

Cautionem præſtare qui tenetur, licèt non teneatur dare fideiuſſores, vel pignora, tenetur tamen per ſolemnem ſtipulationem ſe obligare, gl.fin.in d.l.3.

Cautionis nomen eſt genus, & in vltima voluntate ſimpliciter prolatum ſumitur pro nuda, d.gloſ.fin.

Cautio quando in aliqua materia eſt præſtanda, ſi quæſtio ſit de re immobili, ſufficit præſtari cautio iuratoria cum hypotheca bonorum, ſi de re mobili, debent dari fideiuſſores idonei, ſi poſſunt, alioquin ſufficit ſola iuratoria cautio, authentic.cui relictum, C.de ædilitio edicto.

Cautio, ad quam quis tenetur, poteſt remitti ab eo, cui præſtare tenetur, l.pactum inter heredem, de pactis.

Cautio diminuta per pactum poteſt per poſterius pactum reintegrari, l.emptor eodem.

in Cautione debet inſeri certa quantitas, vbicunque litigatur ſuper eo, quod eſt inæſtimabile, ſicut libertas, gl.habiturum, in l.non ſolùm, §.ſi ſtatus, de procuratoribus.

Cautio, quæ non poteſt committi, non debet interponi, l.non cogendum, §.fin.de procuratoribus.

Cautio dicitur ſine fideiuſſore, ſatiſdatio cum fideiuſſore, gl. cùm & res, in l.pe de petitione heredit.

Cautio ſine fideiuſſore præſtatur, vbi non eſt perſona ſuſpecta, ſed ſatiſdatio vbi eſt ſuſpecta, ibi & gl.iubere, & gloſ.ſatiſdare, in l.is, à quo, 18.de rei vendicat.

Cautio de defendendo, quæ datur malæ fidei poſſeſſori à domino poſt ſibi reſtitutam rem, non eſt ſuperflua, imò vtilis eſt ei propter ſumptus, & alia, ſi contra eum de facto ageretur, gl.fin.in l.non ſolùm, 13. de rei vendicatio.

Cautionem exigere cùm quis poſſit, ſi non exegit, eſt in dolo.gl.1.in add.in d. l. is, à quo, 18.de rei vend.

Cautio ſuperuacua nõ debet interponi, gl.actionem, in l.ſi vſusfructus, 16.§.deinque de vſufructu, gl.iniquum, in l.4.ſi cui plus quàm per legem Falcidiam.

Cautio, vel ſatiſdatio omiſſa condici poteſt per condictionem incerti, l. hoc ſenatuſconſultum, 5.§.ſi pecuniæ, de vſufructu earum rerum.

Cautio propter ius de præſenti præſtari debet ad cautelam futurorum, ideſt, quod in futurum non vtetur illo iure, gl.1.in l.egi, ſi ſeruitus vendicetur.

Cautionem pro futuro tenetur præſtare victus in negatoria, ideſt, quòd in futurum ſeruiture non vtetur, d.l.egi, & ibi gloſ.1.

Cautio pro futuro propter ius de præſenti præſtatur in actione aquæ pluuiæ arcendæ, & quandoque etiam in actione arbitraria, & in colono, d.gl.1.

Cautio pro futuro propter ius de præſenti præſtatur, quando competit a[illegible] ius

ſed bene pro lucro iam perfectè adquiſito, quia tũc pro eo perinde iudicatur, atque de damno,gl.fi.in additio.mar.in l.2.& gl.fi.in l.3.de damno infecto.

Cautioni damni infecti appoſitus dies ſi finiatur, poteſt iudex ex officio cauſa cognita, vel renouare, vel prorogare eum diem, ſi finitus non ſit, & ſi hoc localem inquiſitionem exigat,poteſt remittere ad inferiores iudices, l. dies cautioni, eodem.

11 Cautio damni infecti debet poſtulari iudice ſedente pro tribunali, d. l. dies, §. hoc autem.

Cautionem damni infecti ſi plures petierint,ſiue alius pretioſiores;alius viliores ædes habeat, ob non præſtitam cautionem omnes æqualiter admittuntur,ex primo decreto,ſed non ex ſecundo,l.prætoris,5.§.1.& ibi gl. poſſeſſionem, de damno infecto.

Cautio damni infecti debet præſtari tam proprietario,quàm vſufructuario, neque ob id cauens tenetur præſtare cuique eorum plus, quàm eius intereſt, d.l. prætoris,§.fi.

Cautio damni infecti quando petitur ab aliquo ſuo nomine,ſufficit,quòd caueat ſine fideiuſſoribus,ſi verò alieno nomine,putà procuratorio,vel tanquàm vſu- fructuario petatur,debet ſatiſdare,l.prætor ait,7.& ibi gl.alieno.eod.

Cautionem damni infecti ſibi præſtari petens,debet de calumnia iurare,ibi. & l. qui bona fide,13.§.qui damni,eod.

Cautionem damni infecti præſtans ſi dubitetur an ſit dominus,vel non,tunc debet cauere cum fideiuſſoribus, ita vt ſi apparebit dominus, fideiuſſores dati non teneantur,d.l.prætor,verſ.ſi controuerſia,& ibi gl.ſub exceptione.

Cautio damni infecti interponitur pro damno, quod timetur in futurum in ruſtico,vel vrbano prædio,gl.ceſſat,in l.1.§.item ſciendum,de aqua pluuia.

Cautio damni infecti in annos decem peti poteſt ex damno operis, quod eſt in flumine publico,vel eius ripa, vt quia minatur ruinam nauigantibus, vel his qui iuxta flumen ædes habent, l. prætor ait, verſ. de eo opere, & ibi gl.de eo opere,de damno infect.

Cautio damni infecti quando non præſtatur petenti,mittitur is in poſſeſſionem ex primo decreto eius rei, cuius nomine, vt caueretur, ſibi poſtulauerat, & ſi adhuc non præſtetur cautio, mittetur ex ſecundo decreto,d. verſ.de eo opere.

Cautionem damni infecti recuſans ſi non patiatur miſſum ex primo decreto eſſe in poſſeſſione, vel ex ſecundo poſſidere, miſſo datur actio in factum ad verum intereſſe,idest,vt tantum poſt damnum datum præſtet is, quantum præſtaret,ſi is cauiſſet,ibid.

12 Cautionem damni infecti quando quis detrectat, deuenitur ad primum decretum, & poſteà ſi is perſeueret,deuenitur ad ſecundum d.verſ.de eo opere; & ibi add.marg.

Cautio damni infecti cui præſtare debeat,vel non,prætor debet inſpicere,quamuis hoc in edicto prætor non dixerit, l. qui bona. 13. §. qui damni, de dam. infect.

Cautio damni infecti præſtari non debet ei, qui in meo deambulat, neque ei, qui in meo lauat,aut qui in mea taberna diuertit,ibid.

Cautio damni infecti præſtari debet vicinis, inquiliniſque eorum, & inquilinorum vxoribus,& his,qui cum his morantur,ibid.

Cautio damni infecti in ſubſidium interponitur, & ideò, cùm ſit extraordinarium,ceſſat,vbi habet locum ordinarium,d.l.qui bona,§.de illo, & ibi gloſ. ex conducto, & l.damni,18.§.ei,cuius,& ibi gl.qui,eod.

Cautio damni infecti non præſtatur ei, cui imputari poteſt culpa ædificij iam conſtructi.d.l.qui bona,§.ſi quis iuxta.

Cautionem damni infecti poteſt petere ille, qui egit confeſſoria ius aduerſario non eſſe,altius tollendi ædificium,d.l.qui bona,§.ſi quis opus.

Cautionem damni infecti præſtare tenetur ille, aduersùs quem interdictum quod vi,aut clàm,competit,vt quia fecit opus ſciens ſe prohibendum, d. §. ſi quis opus,& ibi gl.competit.

in Cautione damni infecti debet contineri dies certa, intra quam, ſi damnum detur,debeat emendari,& talis dies debet ſtatui arbitrio iudicis, habita æſtimatione ex cauſa, & ex qualitate damni, quod contingere ſperatur,& ex longinquitate ſoli,& operis magnitudine,d.l.qui bona,13.§.ſi cum l ſeq.

Cautionis die finita iterum quoties opus erit arbitratu prætoris ex integro caueri debet,l.ſi finita,15. eod.

Cautio damni infecti ſi fuerit interpoſita ſine diei adiectione ex certa ſcientia conuentione partium quandocunque fuerit damnum datum, agetur ex ſtipulatione,ſed ſi per errorem dies adiecta non fuit,finito die,in quem caueri ſolitum eſt,peti poteſt,quòd liberetur promiſſor,ibid.

13 Cautio damni infecti pluribus petentibus ſi non præſtetur, omnes ſimul in poſſeſſionem domus, vel rei ruinoſæ mittuntur, ſed ſi priùs aliqui eorum miſſi ſint,reliqui etiam poſteà deſiderantes mitti,mittuntur etiam in poſſeſſionem, ſi verò vnus eorum ſit miſſus, & reliqui petant ſibi caueri de damno infecto, etiam poſteriores mittuntur in poſſeſſionem,niſi eis caueatur, d.l. ſi finita, §. ſi plures.

poſt Cautionem petitam ante decretum interpoſitum propter ſubterfugia non cauentis,ſi interim damna contigerint,ceſſat miſſio ex edicto de damno infecto,iudicis tamen officio,aut cogetur cauere de damno præterito, & futuro, aut ad hoc teneri actione ex ſtipulatione præſumpta, aut tacitè intellecta per iudicem pronuncietur,d.l.ſi finita,§.eleganter,& ibi gl.actionem.

poſt Cautionem interpoſitam ante decretum interpoſitum ſi interim contigerint damna propter ſubterfugia non cauentis, cogitur ille præcisè cauere, vel damnum reſtituere,etiam ſi velit ædibus carere, quæ damnum fecerunt, † d. gloſ.actionem.

ex Cautione damni infecti quando agitur poſt damnum datum, ſit condemnatio contra cauentem, licèt prædium, quod damnum dedit,per ipſum alienatum fuerit,l.ſi quis miſſum,§.fi.eod.

ex Cautione damni infecti agitur poſt damnum datum,interponitur tamen illa, cùm damnum infectum eſt,& tunc ex ea agi non poteſt,gl. damno,ib.

Cautionem damni infecti petere poteſt etiam is, qui habet ius in re,l.damni infecti,18.eod. tit.

Cautio damni infecti ſimpliciter interpoſita non refertur ad aliam domum, vel ad aliam domus partem poſt cautionem emptam, vel alio modo adquiſitam, bene tamen porrigitur ad alias res poſteà in domum inductas,d.l.damni, §.ſi is, qui vnas.

Cautio damni infecti ſimpliciter ab emptore interpoſita porrigitur tantùm ad damnum poſt traditionem contingens,non ad id,quod poſtea contigerat, niſi contra venditorem non daretur regreſſus, ſed cautio venditoris ſimpliciter interpoſita ad omne tempus porrigitur, d.l.damni,§.emptor,& ibi gloſ. fi. & add.marg.

Cautio damni infecti interpoſita ab emptore expreſsè de damno tantùm contingente ante traditionem,ad id ſolùm extenditur, ſed ſi expreſsè cauiſſet de vtroque damno, ſcilicet de contingente ante & poſt traditionem, & tunc ad vtrumque extenditur,d.gl.fin.in additione marg.ibid.

Cautionem damni infecti ſi extorſit venditor ante traditionem à poſſeſſore domus ruinoſæ,venditor tradet rem venditam, & actionem natam ex cautione damni infecti cedet emptori ratione damni contingentis poſt venditionem, ſiue ante,ſiue poſt traditionem,non autem cedet ratione damni contingentis ante venditionem,ibid.

Cautionem damni infecti ſi extorſerint emptor,& venditor ſimpliciter à poſſeſſore domus ruinoſæ,ſtipulatio cautionis facta à venditore porrigitur ad præcedens tempus,ſed facta ab emptore ad ſequens tempus poſt traditionem, ſed venditor cedet emptori pro primo tempore,gl.fi.ibid.

Cautionem damni infecti vbi neque venditor,neque emptor extorſerunt à poſſeſſore domus ruinoſæ, damnum contingens ante traditionem pertinet ad emptorem, niſi venditor ſtipulari potuit,& non fecit,quia huius culpæ nomine poteſt conueniri,dict.gl.finali,in fine.

Cautio damni infecti habet locum in ædibus,& operibus vitioſis,ſiue in loco vrbano,ſiue in ruſtico,ſiue priuato,vel publico ſituatis,l.eorum,19.§.fi.eodem.

Cautio, vel ſatiſdatio damni infecti quoad repromiſſionem, vel ſatiſdationem debet eſſe certa,& non conditionalis,l.ſi proprietarius,22.§.fi.de damno infecto.

Cautio damni infecti,quæ ædium nomine interponitur, debet interponi inſolidum pro tota domo,quæ minatur ruinam,alias fit miſſio in totam domum, ſi vnus eſt dominus, & tota domus minatur, ſed ſi ſit plurium,fit miſſio in partem non cauentis,l.in ſtipulatione,23 & ibi gloſ.fi.eod.

Cautio damni infecti interponitur in his operis, quæ ad priuatam vtilitatem fiunt,non quæ ad publicam,quia tunc princeps, vel ſuperior adeundus eſt, vt opus fieri prohibeat,vel tolli iubeat,l.fluminum,24.eod.

Cautio damni infecti non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem ſine ceſſione, gloſ. venditoris,in l.damni,18.§.emptor,eod.

Cautio damni infecti tranſit ad ſingularem ſucceſſorem, vt ex facto,& opere eius teneatur venditor,non ipſe ſucceſſor,† gl.dominium, in l.fluminum, 24.§.adiicitur,eod.

Cautio damni infecti interponi non debet pro vitio naturali ſoli, quando ſine ædificio erat ruiturum ſolum, & interpoſita non committitur, d. l. fluminum,§.vitium.

Cautio damni infecti committitur, quando quis fecit opus in loco arenoſo, quo opere,vel ſolo damnum datum eſt,quoniam is locus non rueret,niſi ſuppoſitum eſſet ædificium,gloſ.denique,& ibi additio marg.ibidem.

Cautio damni infecti continet tantùm illud damnum,quod culpa fit,veluti cùm præuidere, ac prouidere poſſis domum ruituram,non curaſti,quominùs ruina ſtipulatori noceret d.l.fluminum,§.hæc ſtipulatio,& ibi gloſ.iniuria.

Cautio damni infecti ſimpliciter interpoſita non porrigitur ad damnum, quod contigit terræ motu,aut vi fluminis,alióve caſu fortuito, aduersùs quem non potuit præuidere,ſecus ſi potuit,d.l.fluminũ,§.hęc ſtipulatio,& ibi gl.fortuito.

Cautio damni infecti ſimpliciter interpoſita non porrigitur ad damnum, quod dederunt vicino tegulæ ex ædibùs promiſſoris deiectæ, ex ſola vi ventorum, vel alia ratione,quæ vim diuinam habeat,ſecus ſi vitio ædificij tegulæ ceciderunt,ac damnum dederunt vicino,ibid.

Cautio damni infecti ſimpliciter interpoſita porrigitur ad damnum culpa commiſſum,quod venit in actione legis Aquiliæ,ibid.

Cautio damni infecti interpoſita ſimpliciter non porrigitur ad damnum, quod impetu aquæ contigit,ſed bene ad damnum,quod contigit ex aqua paulatim vitiando fundamenta, ita quòd poſteà ex interuallo ædificium, cuius nomine cautio fuit facta,cecidit,ac damnum vicino dedit,& hoc ſi huic caſui uideri potuit,aliàs non,d.l. fluminum,§.idem Seruius,& ibi glo.ruiſſet

Cautio damni infecti non petitur per actionem, ſed per officium iudicis, o. fi. in l. ſi per publicum,ne quid in loco publico.

*Reliqua verbo,Ædificium,*10.*Damnum,*7.8.9. *Inquilinus,*2. *Paries, Proprietarius, Reficiens,Stipulatio,*28.*Miſſio,*4.

CAVTIO de vtendo, fruendóque arbitrio boni viri iudicis officio debet,
quod etiã exceptionis iure poteſt fieri,l.ſi cuius,13.&ibi add.mar vſufruct
Cautionem de vtendo arbitrio boni viri tenetur præſtare propr io etiam
cohabitãs cũ eodem proprietario,l.penultima,vſufructu.quem odũ cauſa
in Cautione de reſtituendo, quam fructuarius præſtitit,cõtinetur æſtimatio rei,
vt ſi fructuarius,cùm poſſet vſucapionem interpellare,negle tunc enim
tenetur ad æſtimationem rei,l.1.§.fi.eod.
Cautione, quam fructuarius præſtitit, continentur omnes caſibus vſusfru
ctus amittitur,l.3.eod.
in Cautione, quam fructuarius præſtat, continetur dolum vel abfuturum
eſſe in re vſusfructus nomine retinenda,l.huic ſtipulatio eod.
Cautionem de vtendo boni viri arbitrio,& de reſtituendo ur præſtare vſua-
rius,ſicut vſufructuarius, aut ille,qui habitationem ve is ſerui habet,vel
alterius animalis,licet non per omnia aſſimilentur vſ uario,ibid.
ad Cautionem de vtendo boni viri arbitrio,& de reſtitu netur ille,cui red-
ditus annuus fundi legatus eſt,ſicut ſi vindemia, v is legata ſit, l.idem
eſt,& ibi gl.1. eod.
Cautionem fructuario debet præſtare is,cui etiam ſu dditione proprietas le-
gata eſt,& etiam eius heredi propter rem,l.ſi tibi s, cui proprietas ex die
Cautio non eſt de ſubſtantia vſusfructus, quia fru ii habent vſumfructum
legata eſt,nõ tenetur cauere,neque pater,vel fi ctus incipiet finiri, l. ſi
neque ille, cui relicta eſt proprietas, cùm vſusfru

marg.in l.apud Celsum,§.fi,cùm legitima,de doli mali except.

Cedens si in instrumento cessionis confiteatur sibi solutum, non sufficit ad probandam simulationem non esse contractam, nisi reuerà sibi solutum probetur quoad eum,contra quem cessio est facta,sed contra ipsum cedentem nocet illa cessio,gl.fi.in l.pe.C. manda.

Cedens iura nihilominùs apud se retinet directas actiones, quas experiri potest, nisi cessionarius esset litem contestatus, vel partem debiti suscepisset,vel certiorato debitore denunciauerit ei,ne solueret cedenti,l.3.C.de nouatio.

Reliqua suprà nu.1.Cessio,1. vsque 4.

CEDENS actionem vni contra vnum debitorem, non potest posteà eam alteri cedere contra eundem debitorem,l.si fundum,81.§.penult.de legat.1.

Cedens actionem contra vnum ex correis,liberat alium correum,& etiam eum, contra quem cessit,l.qui duos,13.de leg.2.

Cedens actionem suam potentiori, ratione officij perdit eam , & cessio non habet effectum,l.fi.C.ne liceat potentior.

Cedens res, & non actiones potentiori ratione officij non perdit rem,† gl.1. ib.

Cedens minor actionem potentiori ratione officij , perdit actionem, & non restituitur,tamen si ius ignorauerit,quod licet ei,potest,gl.penult.ibid.

Cedens heres legatario actionem nominis , liberatur ab actione ex testamento, licèt ea actio à se ex toto separari non possit,gl.4.in l. acceptam, C.de vsuris.

Reliqua suprà 2. verbo, Potentiores,Cessio,4.5.

CEDENS bonis de his,quæ anteà habuit,neque agere,neque conueniri potest, potest tamen de his,quæ posteà quæsiuit agere, atque conueniri,si de illis aliquod idoneum emolumentum habeat,l.item si vnus,& ibi gl.2.de arbitris.

Cedens bonis ante rerum venditionem non dicitur carere bonis suis,l.3.de cessione bonorum.

Cedens bonis , antequàm vendantur eius bona , potest pœnitere de cessione , & ideo si paratus sit se defendere,non veneunt eius bona,d.l.3.& l.5.eod.

Cedens bonis de his,quæ postea adquisiuit non potest conueniri,nisi inquantùm facere potest,l.4.eod & §.fi.Inst.de actio.gl.2.in l.1.C.qui bonis cedere.

Cedens bonis non potest ab aliis creditoribus postea agentibus,quorum timore non cessit , postea inquietari , nisi posteà adquirat,aut bona doceat , d. l. 4. & ib. glos.pen.

Cedens bonis si post cessionem aliquid modicum adquisiuit, nõ tenetur propter hoc,ne eius bona iterum ob id vendantur,l qui bonis,de cessione bonorum.

Cedens bonis si post cessionem aliquid pretiosum adquisiuit,potest iterum conueniri propter hoc,& an adquisitum postea sit pretiosum , vel non,inspicitur ex quantitate,non ex qualitate,vt si quid menstruum,vel annuum sit relictum nomine alimentorum ei,qui cessit,vel vsusfructus , fundi relictus sit , & tunc non potest conueniri à suis creditoribus,d.l. qui bonis.

Cedens bonis nõ liberatur à ciuili obligatione bonorum, cum locupletior posteà factus rursus possit conueniri.d.l.qui bonis,& ibi glo.fi. & add. marg. & l. 1.C.qui bonis cedere.

Cedens bonis cogitur indicare bona officio iudicis, gl.2.in l.pen.de cessione bonorum,gl.1.in d.l.1.

Cedens bonis non debet exulare bonis,nam saltem panni,vel vestimenta debent sibi remanere , cum condemnatis ad mortem relinquantur , † reprob. d. glos.2.add.marg.ibid.

Cedens bonis non potest incarcerari, nisi in fraudem,ac perniciem creditorum bona alienauerit , ac disperdiderit,quo casu actio reuocatoria aduersùs debitorem fraudantem pœnalis,datur,gl.fin. & ibi add.marg.in l.fin. §.fin. quæ in fraudem creditorum,& l.1.C.qui bonis cedere.

Cedens bonis nõ debet spoliari vestibus,l.Diuus Adrianus,de bonis damnatorũ.

Cedens bonis si posteà peruenerit ad pinguiorem fortunam, potest tunc iterum conueniri à creditoribus , nisi pro eo sustinuisset pœnas corporales , vel cessionem fecisset culo nudo super lapidem, glos. ex integro,in add.in §.fi. Inst. de actio.

Cedens bonis post 40.dies non dabatur creditoribus dilacerandus , vt habebatur lege 12.tabul. contra cuius duritiem Sextus Cæcilius quendam defendit, glo. 2.in l.1.C.qui bonis cedere.

Cedens bonis ex præcedenti contractu non potest conueniri , quia habet exceptionem , nisi veniat ad pinguiorem fortunam, quo casu rursus potest conueniri inquantum facere potest , deducto ne egeat , l. 3. & ibi gl. fi. C.de bonis authorit.iudicis poss.

Reliqua suprà 23.Debitor,88.Cessio, 6.

CELARE est , quod velis ignorare cum ad quem ea res pertinet alicuius tui emolumenti causa,gl.1.in l.1.de seruis fugit.

Celans seruum fugitiuum fur est,& tenetur etiam lege Flauia criminaliter , d. l. 1.& ibi glos.1.

Celans seruum fugitiuum facinorosæ familiæ de morte domini punitur lege Cornelia de sicariis,d.gl.1.ibid.

Celans seruum fugitiuum punitur in centum solidos,qui fisco dantur , d. l. 1. & & ibi gl.statuit.

Reliqua verbo,Testamentum,28.29.30.Seruus,106.vsque 113.114.Occultans.

CEMENTA cum domo vnita dominus cementorum vendicare non potest, secus ea dissoluta,etiamsi domus præscripta fuerit , l. in rem , 23. §. fin.de rei vendicatione.

Cementa domus non possidentur per se, & ideò eis dissolutis vendicantur à domino suo, etiamsi post tempus vsucapionis domus sit dissoluta , d. §. fi. & ibi glos.pen.

Cementa,etiam dissoluto ædificio , non possunt vendicari si duplum consecutus fuerit ab iniungente suo ædificio per actionem de tigno iniuncto,gl.fi.ibid.

Cementa sæpissimè dicuntur esse eius , cuius est domus , vel insula,sed non semper,l.si quis cùm totum,§.si ancillam, & ibi gl.cementa,de excep.rei iudic.

Reliqua verbo, Ædificium, Ædificans,per tot. Alieno,Domus.

CENSERE idem est,quod constituere,& præcipere,vnde etiam solet dici,censeo,vt hoc facias , & Senatum aliquid censuisse, inde censoris nomen videtur esse tractum,l.censere,111.de verbor.significat.

CENSOR dicitur,qui colligit censum,nam & ipse iudicat,& disponit super tributis adæquandis,glos.fi.ibid.

Censorum munus erat , portoria,& vectigalia locare,l.in lege censoria, 203. de verb.signific.

Censores constituti sunt post consules,ex eo quòd ipsi non sufficerent officio , l. 2.§.pòst deinde,de origine iuris.

Reliqua verbo,Census,Censitores.

CENSITORES dicuntur illi,qui signant prædia militantibus assignanda , vel illi,qui auferunt prædia non soluentibus tributa,& aliis dant, gl. censitorum, in l.ergo,30.§.3.de adquir.rerum dominio.

Censitores dicuntur Magistratus,qui pro rei caussa,meritóque vni addicendi, & alteri conferendi potestatem habent,d.gl.censitorum, in additione marg.

Censitores in iure dicuntur etiam illi, qui præsentationes collectorum coloni recipiunt, ac pignoris iure prædium, si census non soluit,vendunt,ibi.& gl.2. in rub.C.de censibus,lib.11.

Censitor , hoc est, qui præest censui colligendo , potest ex iusta causa releuare eum,qui tributa præstat,vt si ei agri portio chasmate perierit , aut vites mortuæ sint, aut arbores aruerint, sed si possessor exciderit arbores, vel vites, nihilominùs numerum pecuniæ,quam debet nomine census,debet præstare, nisi causam incisionis probauerit censitori,l.forma,§.1.de censibus.

in Censitorum constitutione exigitur scriptura,gl. 1.in l.2.C.in quibus caus.coloni censit.lib.11.

Reliqua verbo,Census,Censor, Peræquator.

CENSITVS dicitur,qui certam annuam pensionem domino soluit , ascriptitius verò dicitur , qui incertam, vt dimidiam fructuum,gl.1. in l.2.C. quibus caus.coloni censit.lib.11.

Censiti nomen quandoque largè accipitur,vt comprehendat etiam ascriptitium, quandoque verò strictè,ibid.

Censitus si probet se grauatum in censitatione , suam tantùm pristinam professionem tenetur soluere,& non nouam,l.1.C.de censibus,lib.11.

Censiti grauati à peræquatore habent facultatem conquerendi intra annum, quo elapso non audiuntur vlteriùs,exceptis minoribus, & absentibus reipub. caussa, quibus non currit tempus , donec experiendi habuerint facultatem , l. qui grauatos,C.eod.tit.& lib.

Rtliqua verbo,Colonus,18.Ascriptitius,Peræquator.

CENSVS monumenta publica potiora sunt testibus l. census, 10.de probatio.

Census solutio meliùs probatur per monumenta publica , quæ sunt apud magistrum census,quàm per testes, ibid.

Census propriè patrimonium est , non redditus , aut libri censuales, sumitúrque pro præstatione , quæ viritim principi,aut ærario fieri solebat, quæ præstatio quasi iam præscripta,instrumentáque eiusdem præstationis vetusta,in memoriam adseruata præferuntur,gl.1.in add.marg.in d.l.census.

Census priores vitiati per hoc quòd possessio per alluuionem sit ablata censuali, & nouis censibus impositis soluentur per eum, cui adcreuit, l.2. & ibi glos. 1.& fi.de censibus.

in Censum debet deferre dominus lacus piscatorios,& portus, & salinas , si quæ sunt in prædiis, item inquilinos,vel colonos,quos in prædiis habet, l. forma, §.lacus,eod.

post Censum editum si aliqua sint nata , aut quæsita, antequàm compleatur scriptura professionis,possunt,& debent illa poni in charta professionis , & idem si post consummatam professionem nata sint,aut quæsita, d.l. forma, §.pen.& ibi glos. pen.

Censuum redemptores hodiè agentes hypothecaria solent, quem velint ex censitis vnius census consociis conuenire ad integrum,& solidum censum, l.cùm possessor,in add.marg.eod.

Census dicitur,quod est soluendum in futurum,reliqua dicuntur in præteritum, gl.in rub.C.sine censu,vel reliquis.

Census noui non possunt imponi Ecclesiis ab Abbatibus,vel Episcopis, gl.1. in l. 2.C. vectigalia noua.

Census soliti diminutio non obstante rescripto cum præscriptione longi temporis ad pristinum statum debet reduci,l.fin.C.ne rei dominicæ.

Census , ac capitationis nomine olim præstabat vnus homo tantum , quantum præstabant duæ mulieres,sed hodiè tantum præstant duo,vel tres viri nomine capitationis,quantum olim vnus homo præstabat,& tantum præstant quatuor mulieres,quantum olim duæ mulieres,& ita onus capitationis in masculis, & in fœminis pro dimidia diminutum est, l. cùm anteà,& ibi gl.1.C.de agricol. & censitis,lib.11.

Reliqua verbo,Tributum,Capitatio,Censor.

CENSVALEM scripturam faciens debet etiam dicere ætatem suam,quia quibusdam ætas tribuit, ne tributo onerentur , vt in Syria à 14. anno masculi,fœminæ à 12. anno vsque ad 65. annum tributo capitis obligantur,& ideò ætas inspicitur censendi tempore,l.ætatem,& ibi gl.1.de censibus.

in Censuali scriptura , qua quis confitetur , se agros habere , debet dicere nomen cuiusque agri , & in qua ciuitate , & in quo pago sint,& quos duos vicinos proximos habeat , & aruum , quod intra decem proximos agros satum erit , quot iugerum esse videatur, vinea , quot vites habeat , oliuetum , quot iugerum, & quot arbores habeat , & alia plura dicere debet , l.forma , & ibi glos.1.eod.

Censuales dicuntur,qui scribunt censum,gl.2,in rub.C.de tabulariis,lib.10.

Censualista,qui cessauit à solutione pensionis,& alius pro eo soluit plurib.annis, dominium rei censualis sibi nõ quærit,l.solemnibus 25.C.de rei vẽdicatione.

Censuariorum bona pro tributis,vel censibus sunt tacitè obligata,l. 1. C. in quibus causis pignus.

Reliqua verbo,Censitus,Tributarius,

CENTESIMA sors dicitur quoddam principale vel perfectum , vnde centesima est pars,quæ æquiparatur sorti in anno,gl.centesimæ,in auth.hoc i de sacrosanct.

Centesimæ quarta pars interpretatur, idest, quarta pars sortis principalis sic de quinta,sexta,centesimæ,& de cæteris numeris,ibidem.

Centesimus numerus est rotundus,gl.centesimæ,in §.hoc etiam,in auth alienatione,& emphyteos.col.9.

Reliqua verbo,Vsura, 23.vsque 27.

Cessante causa, quandoque non cessat effectus,gl.1.in l.3. rerum amotarum.
Cessante causa principali,cessat & accessorium, gl.imaginem,in l.1.C.de Latina libert.
Cessante vna duabus causis,alia remanente,non cessat effectus,§. affinitatis, &§. socrum,Inst.de nuptiis.
Cessante impedimento,cessat etiam effectus ipsius, in principio Inst.de assignat. libert.

Reliqua verbo,Causa,5.8.Priuilegium,9.Defectus.

CESSIBILE non est, quod non est transmissibile , verum est in transmissibili simpliciter,gl. fin.in additione marg.in l.fin. C. de heredit.vel actione vend. l.ex pluribus,42.de administrat.tutorum,l. si stipulatus fuerim, 76. & ibi add. marg.de verborum obligation.
Cessibilia sunt ea omnia,quæ sunt transmissibilia in vita, d.l.si stipulatus fuerim, in additione marg.

Reliqua verbo, Transmissibilia.

Cessio in genere,1.vsque 4.
Cessio Actionis,4.5.
Cessio bonorum,6.

1 CESSIO vbicunque fit ex causa iudicij mutandi à cedente in cessionarium, dolo malo causa opponendi reo duriorem aduersarium,cedens dicitur esse in dolo , & ipse cedens agere compellitur,l. pen.& ibi gl.1.in additione,de alienat.iudicij.
Cessio hereditatis , vel alterius rei,quando est facta ad commodum,& damnum cedentis,vt quia quicquid exigitur,debet in incommodum,vel cõmodum cedentis verti, & tunc pactum cedentis cum debitore hereditatis nocet cessionario,nisi interueniat denunciatio,& alia,quæ requiruntur,l.3.C.de nouat.gl.1.in l.si cum emptore,de pactis.
Cessio hereditatis, vel alterius rei , quando est facta ad commodum cessionarij, & tunc quocunque modo [illegible] etiam sine denunciatione,non poterit fieri pactum [illegible] in præiudicium cessionarij,d.gl.1.in fi.
Cessio [illegible] oque fit verò domino rei in personali, gl.fin.in l.si mulier,qui po- [illegible] in pign.
per Cessionem non transeunt ad heredes ea , quæ non sunt transmissibilia , l. ex pluribus 42.de admin.tutorum.
Cessio pro parte, & non insolidum debet fieri vni ex duobus reis conuento insolidum,† gl.pro parte,in l.cum pupillus, de tutel.& rationibus.
Cessione facta solemniter locus est pœnitentiæ, † gl.2. in l.qui bonis, de cessione bonorum.
Cessio habetur pro iusta solutione, vel præstatione,gl.fi.in l. non aduersùs, C. si certum petatur.
Cessio inter coheredes in hereditariis actionibus potest fieri , etiamsi coheredi detur minus pro cessione,quàm ipsa cessio est,l.pe.& ibi gl.cõtingit,C.mãdati.
Cessio facta titulo donationis,vel ex quacunque causa valet. d.l.pe.
Cessio facta ex iusta causa, & non animo vexandi valet,gl.venditionis,ib.
2 Cessionis instrumento si fit insertum nomen venditionis simulatæ non valet, neque vt cessio , neque vt venditio, secus si reuerà fuisset venditio, quia tunc valet cessio,ibi.
Cessionis instrumento si fit insertum nomen venditionis , vt quia emit quis parua pecunia , & non animo vexandi, tunc emptor solùm quod dedit potest repetere,& non plus,ibi.
Cessio modicum dando potest fieri,quando quis habet in re quam ego possideo Publiciana,quo casu possum impetrare à vero domino , vt mihi cedat ius dominij modicum dando,vt contra illum tuear me,gl.is,qui,ibi.
Cessio simulata non valet,secus quando non est simulata,gl.fin.ibid.
Cessio simulata dicitur,cùm id agitur inter cedentem, & eum cui ceditur, quòd omne lucrum,& emolumentum ad cedentem pertineat,sed simulatur contrarium,scilicet quod debeat peruehere ad eum,cui ceditur,ibid.
Cessio simulata præsumitur ex paruitate pretij,quia non est verisimile, quòd pro tam paruo pretio sit facta cessio , & tunc non agitur, nisi in tantum quantum dedit,pro residuo tamen aget is,qui cessit, d.gl.fi.& l.fi.C.eod.
Cessionis simulatio,quæ præsumitur ex paruitate pretij,non est sufficiens ad dolum arguendum,d.gl fi.
Cessio simulata præsumitur ex paruitate pretij , vbi est res pro parte vendita, & pro parte donata , quo casu is , qui emit ad tantum quantum dedit, agit , pro residuo nullus agit , scilicet nec cedens , nec cessionarius , d. gl. fi. & d. l. fi. C.eodem.
Cessio facta pro modico pretio tunc dicitur,quando deductis expensis , & labore.& pretio,adhuc plus satis valet actio,cuius fit cessio,ibid.
Cessio simulata præsumitur,vbi non reperitur in cessione nomen contractus,ex quo fit cessio, veluti quando dicitur,ille cessit actionem suam contra illũ, ib.
3 Cessionem non simulatam non facit assistens titulus emptionis , vel alterius contractus, si aliud sit quod facit simulatam cessionem , vt paruitas pretij, & hoc casu non amittitur actio , sed agit ille , qui cessit , cùm cessio non tenuerit,ibid.
Cessio præsumitur simulata,quando pretium,pro quo facta est cessio,non apparet in veritate solutum,gl.fin.in additione,in l.pen.& fin.C.mandati.
Cessio si facta pro modica pecunia, cessionarius non potest consequi à debitore ea,quæ præstitit cessionis authori,d.l.fi.
Cessio præsumitur simulata, quando in cessione solus titulus donationis est appositus,& clàm aliquid datum est nomine pretij,ibid.
Cessio,quando ita facta est,quòd pro parte vendidit, & pro parte donauit alicui directò , vel quando per interpositam personam , vel quando aliquid occultè dat,vt ex causa donationis tota actio sibi cedatur , his tribus casibus tantùm cessionarius sortem debet petere sine vsuris,gl.persoluit,ibid.
Cessio quando facta est pro modica pecunia partem vendẽdo, & partem donando,tunc emptor potest petere sortem,idest,pretium,& vsuras,ibi.
Cessio non potest fieri post solutionem simpliciter, secus si soluatur cum pacto, vt cedatur,l. 1.C.de contrario iudicio tutel.
Cessio nulla si sit facta vni ex conductoribus contra alios,qui insolidum erant obligati , qui si fuerint socij , habeat actionem pro socio contra alios , vel vtilem pro socio,si non fuerint,gl.pe.in l.si diuisa,13. C.de locato.
Cessio facta in potentiorem non valet,gl.valere,in §. si verò tacuerit,in auth. vt hi,qui obligatas se habere perhibent,col.6.

Reliqua verbo,Transmissibilia,Actio,36.Cedere, 1.3.

CESSIO cuiuslibet actionis , etiam inter absentes rectè potest fieri,si contractus,per quem fit cessio rectè potest celebrari inter absentes, aliàs non , glos. transferri,in l.in causæ,§.fi.de procuratoribus.
Cessio actionis in vltima voluntate facta tenet,l. Lucius, 88. §.ciuibus in add. marg.de legat.2.
Cessio actionum facta post solutionem non valet contra correum , nec contra tutorem pariter obligatum, nisi pactum de cedendo præcesserit , l. Modestinus,76.& ibi gl.nulla,de solutio.
Cessio actionum , quando fit ante solutionem, vel in ipsa solutione contra correum pariter obligatum , debet fieri pro ea tantum parte, quæ contingit correum,& non insolidum,† gl.fi.ibi.
Cessio actionum fideiussori , vel mandatario fit insolidum contra principalem, sed contra fideiussorem pro parte tantùm,quæ tangit eum,ibid.
Cessio actionum debet fieri vni ex tribus tutoribus, vel correis, aut fideiussoribus qui insolidum soluerat pro duabus partibus cæterorum, ibid.
Cessio actionum debet fieri vni ex tribus tutoribus, vel correis , aut fideiussoribus qui insolidum soluerat pro duabus partibus cæterorum,ibid.
Cessio actionum potest peti iure actionis,l.Stichum,95.§. si , mandato,& ibi gl. cedat,eod.tit.
Cessio actionum vt fiat , potest agi etiam ex interuallo , quando actiones sunt dispares,ibid.
Cessio actionis in vltima voluntate potest fieri etiam potentiori , nisi iam sit in iudicium deducta,quo casu agit heres,& quod consequitur,legatario præstat, gl.fi.in l.1.C.ne liceat potentior.
Cessio actionis,quando est facta inter viuos, & non in vltima voluntate potentiori ratione officij,cedens amittit causam si verè sit facta potentiori non ratione officij , sed alia ratione,tunc habet locum titulus de alienatione iud.cij mutandi causa facta,ibid.
Cessio actionis facta inter viuos non potentiori, nulla est, si actio est in iudicium deducta,nisi in quibusdam casibus,actio tamen non amittitur, licèt fiat cessio de re litigiosa,ibid.
Cessio actionis inter viuos non potentiori facta valet,si indubitatum sit, actionem non esse in iudicium deductam,& constat veram esse cessionem, ibidem.
Cessio actionis est nulla,si constat actionem esse nullam,ibi.
Cessio actionis an sit simulata , vel non, præsumitur,ex tribus,scilicet quòd pro parte sit vendita,& pro parte donata,item minori pretio vendita, & quòd titulus cessionis non sit in instrumento cessionis , quod esse debet in principio,ibidem.
Cessio actionis non valet, nisi pactum de actione cedenda præcedat pecuniæ dationem,gl.1.in l.1.C.de actio.& oblig.
Cessio actionum ex paruitate pretij præsumitur simulata, & inualida nisi instrumento cessionis nomen venditionis sit insertum, l.pe. C mand.
Cessio actionum vsque ad ipsam tantummodò solutarum pecuniarum quantitatem,& vsurarum valet, & potest exerceri, ibid.
Cessio actionis etiam si detur minùs quam sit cessio , valet quando creditor cessionem accepit à suo debitore nomine sui debitoris in solutum, d l.pen. & ibi glos.& is.
Cessio actionis etiam minimo , aut nullo dato pro cessione valet,quando possidens res alienas,patitur controuersiam super eis à non domino,quo casu potest possidens petere,vt sibi cedatur ius fructuarij, vel emphyteoticarij , vt sic possit se tueri contra verum dominum,d.l.pe.& ibi gl.is,qui.
Cessionem actionis sibi fieri possunt petere legatarij ab herede,d.l.pe.
Cessio actionis etiam minimo, aut nullo dato pro cessione valet , quando creditor patitur controuersiam super pignoribus sibi obligatis , & potest petere, vt debitor ei cedat actionem suam,ibid.
Cessio actionis inter legatarios, vel fideicommissarios pro debitis,vel rebus relictis potest eis fieri etiam minimo dato pro cessione,ibid.
Cessio actionis facta per donationem valet, ibid.
Cessio actionis pro modico , aut nihilo facta dolo, vel fraude, vel simulatione aliqua non valet,gl.cessiones, ibid.
Cessio actionis vsque ad quantitatem solutarum pecuniarum valet , & forte etiam est necesse,quòd valeat,vt pretium soluatur,gl.solutarum,ibid.
Cessio actionis à creditore potest fieri fideiussori minus soluenti,glo. & is,ibid.
Reliqua verbo, Actio,37.66.67.Procurator,23.24.Procuratorium, Correus,Fideiussor,39.40.42.43.Potentioris,Cedere,2.4.

CESSIO bonorum impedit litis contestationem , si modò creditori liqueat, idque debitor agnoscat, alioquin non,l.4.& ibi addit.marg de cessione bono.
Cessio bonorum potest fieri in iure , & extra ius,& etiam per nuncium , & per epistolam potest id declarari,l.fi.eod.
Cessio bonorum facta per debitorem contra creditorem non liberat ipsum fideiussorem,l.heres,21.§.quod si, & ibi add. marg. de fideiussor.
per Cessionem bonorum non tollitur naturalis,nec ciuilis obligatio,licèt paretur exceptio,† Doct.reprob.gl.1.in l.vbicunque,60.eod.
Cessio bonorũ non irrogat infamiã,l.debitores,11.C.ex quib. caus.infam.irrog.
Cessio bonorum prodest cedenti in duobus; primo , vt non reducatur à creditoribus in carcerem; item & quòd in adquisito posteà conueniatur inquantum facere potest,gl.1.in §.si Inst.de actio.
Cessio bonorum potest fieri ante sententiam,sed non post,† gl.in l.1. C. qui bonis cedere.
Cessio bonorũ tã in Italico solo,quã in prouinciis admittitur,l.4.& ibi gl 1.C.eod.
Cessione bonorũ facta,non debent creditores propria authoritate bona iure dominij tenere,sed debẽt ea vendere iudicis authoritate,& pretium pro rata inter eos diuidere,& si contrà faciunt,possunt bona ab eis auocari,non obstante præscriptione longi temporis,secus quando fuissent eis data insolutum, [illegible]
Cessio bonorum potest fieri sola voluntatis professione, & sine aliqua solemnitate,l.in omnibus,C.eod.

Cessio

CIRCENSES ludi erant, qui in circo fiebant, hoc est, loco muris septo, in quo currui aureo præponebatur quidam cum equis suis ad certandum, & ad currum ducendum in certaminibus, l. plenum, §. equitij, & ibi gl. circensib. de vsu & habitati.

Vide verbo, Ludus, Certare.

CIRCITORES debent esse 300. & equites 450. l. 3. C. de agentib. in reb. li. 12.

Circitores dicuntur, quib. vestiarij, vel lintearij dant vestem circunferendam, & distrahendam, glo. circitorum, ibid.

Reliqua verbo, Institor, num. 1.

CIRCVITVS euitandi causa ex æquitate permittitur vero domino, cum quo non est gestum negotium, vt possit intentare condictionem indebiti contra bonæ fidei possessorem, l. cùm fundus, 31. §. seruum tuum, si certum petatur, & l. dominus, 53. & ibi gl. fi. in fi. de condict. indebit.

Circuitus euitari potest trib. concurrentib. primò, quando ille, penes quem est res, contra quem agitur, factus est locupletior ex re mea; item quando ille alius, aduersùs quem habes actionem, potest etiam recta via agere ita, vt cedendo actionem liberetur; item quando agens agit ad suum, vel agit ad permistionem puram, se obligandi, d. l. fi. in add. marg. in d. l. dominus.

Circuitus vitari debet, & ambages sunt reprobandæ, l. videamus, & ibi gl. caueri, & ibi add. marg. si cui plus, quàm per legem Falcid.

Circuitus inutilis tolli debet, gl. 1. in l. fin. C. de adoptio. & §. audient, & ibi gl. ex cognitionalibus in auth. de iudicibus, col. 6.

Reliqua verbo, Superuacua, Superflua.

CIRCVMCIDERE filios suos tantùm permittitur Iudæis, nõ autem permittitur aliis, & si fecerint, puniuntur pœna capitali, vt & castrantes, l. circumcidere, ad legem Corn. de sicariis.

Circumcidere est pellem, quæ est in summitate virgæ naturalis, circùm circa incidere, glo. 1. ibi.

Vide verbo, Iudæus.

CIRCVMDVCERE est circùm circa pennam ducere, inducere tamen est per medias literas trahere: cancellare verò est ad modum crucis, vt fecit Iob benedicens Deo cancellatis manibus, glos. inducatur, in l. si quis libertatem, 7. de petitione heredit.

Reliqua verbo, Cancellatio.

CISTERNA est aquæ pluuiæ conceptaculum, quæ tamen & vini esse potest, l. vnica. §. hoc interdictum, & ibi ad. m. de fonte.

Cisterna non habet aquam viuam, nec habet perpetuam causam, sed imbribus concipitur, d. §. hoc interdictum.

Reliqua verbo, Castellum.

1 CITATIO fit iuris experiundi causa, idest, vt experiatur actor, an ius sibi competat, vel non, etiam si citatus non veniat, glo. 1. in l. 1. de in ius vocando.

Citatio verbalis tantùm fit super causa ciuili matrifam. & illi, qui est in propria domo, qui ex publico conspicitur, vel aditum præstat, & etiam cui fit tantùm citatio verbalis per delegatum, vel arbitrum, in his enim trib. casib. fit tantùm citatio verbo, & non re, idest, per capturam, in aliis autem casib. & re, & verbo fit citatio, idest, etiam per capturam, gl. fi. in l. sed & si, de in ius vocando.

Citatio sola non actionem iniuriarum transitoriam ad heredes, l. si eum, §. qui iniuriarum, si quis cautio.

Citatio nulla reconualidatur per comparitionem spontaneam, l. 1. de feriis.

Citatio, & iudicium potest incipere à prætore, tutore, vel curatore, l. item ait prætor, & ibi add. marg. ex quib. caus. maior. & l. 3. C. de procuratorib.

Citatio facta ad locum inhonestum non arctat citatum, l. quid tamen, §. si arbiter, vers. sed si, de arbitris.

Citatio, vel iudicium absurdum est, quòd valeat in alterius persona, & in alterius, quòd non valeat, ibid.

Citationes debent esse verbis claris, ac iuxta sermonis patrij rationem, & debent defigi loco exposito, & designato, l. sed & si pupillus, §. 1. in addit. marg de institoria actione, & l. aut qui aliter, §. 1. quod vi, aut clàm.

Citatio facta tutorib. & curatorib. non est sufficiens ad hoc, vt possit ferri sententia contra pupillos, & contra minores, si tutor, vel curator noluit adesse, gl. fi. & ibi add. marg. in l. acta, 45. §. fi. de re iudicata.

Citatio peremptoria, vel sententia contra pupillum indefensum, vel cõtra eum, qui reipub. causa abest, vel minorem 25. annis, nullius est momenti, l. contra pupillum, 54. de re iudicat.

Citatio facta contra eum, qui propter partialitates non potest venire ad ciuitatem, non valet, nec arctat eum ad comparandum, nec valet processus contra eum factus, nam qui non potest comparere, citandus non est, glo. fi. & ibi add. marg. in l. ad cognitionem, 13. ex quib. causis in possessionem eatur.

2 Citatio facta tali tempore, quo citatus non potest venire, non valet, l. aut qui aliter, & ibi add. marg. quod vi, aut clàm.

Citatio ad domum subsidiaria est, quæ tunc demùm fieri debet, cùm citandus reperiri non potest, d. l. aut qui aliter, §. & ibi add. marg.

Citatio trina non sufficit ad faciendum aliquem condemnari, l. inter accusationem, de publicis iudiciis.

Citatio trina, quæ fit absentibus, debet fieri per nouem dies, tribus vicibus, & sic tribus citationibus, & post singulas citationes expectatur per tres dies, & sic erunt nouem dies, & tres citationes, † reprob. gl. per triduum, ibid.

Citatio, vt fiat reo absenti extra territorium existeti, debent scribi literæ iudici, in cuius territorio est reus, vt notificet ei, l. 1. vers. sed & literas de requir. reis.

Citationes eodem modo debent fieri in priuatis iudiciis, sicut & in publicis, gl. iudiciorum, in l. absentem, de pœnis.

Citatio debet fieri tribus edictis, quorum quodlibet continet spatium decem dierum, glo. post edictum, in l. præsenti, §. cùm autem, C. de his, qui ad Ecclesiam confug.

Citatio omnis facta in causis pecuniariis comprehendit alternationem, scilicet vt quis per se compareat, vel, si maluerit, per procuratorem, l. fi. & ibi glo. 2. C. de procuratoribus.

Citatio facta per iudicem dicitur sententia, d. l. fi. & l. in sacris, §. 1. & ibi glo. sententia C. de proximis sacro. scrinio. lib. 12.

Citatio trina, vel peremptoria vna requiritur, quando peruenitur ad diffinitiuã, & vnaquæque illarum debet fieri per decem dierum spatium, l. properandum, §. & si quidem, & ibi gl. decem, C. de iudiciis.

Citatio ad domum valet, licèt in notitiam citati non peruenerit, l. licèt, & ibi gl. 3. C. de repudiis.

Citatio tradita alicui de sua familia, quam habet citatus in potestate, vel ei, in cuius potestate ipse sit, valet, licèt ad eius notitiam non venerit, d. gl. 1.

Citatio peremptoria missa per nuncium æquiparatur edicto peremptorio, gl. 2. in l. 2. C. quomodo, & quando iudex.

Citationes tres, licèt in vltima non dicatur peremptoria, habent vim peremptorij, ibidem.

Citatio per edicta non potest fieri per quemlibet iudicem, ibid.

Citationes possunt fieri per literas, l. consentaneum, & ibi gl. 3. C. eod.

in Citatione peremptoria fit comminatio, vt si citatus peremptoriè non veniat, procedatur contra eum ad vlteriora secundùm partis petitionem, ibid.

Citationes tres, & peremptorium contra absentem debent procedere ante litem contestatam eodem modo, quo post litem cõtestatam, gl. 1. ibid.

Citationes re, & verbo fieri possunt, & hæ per ordinarium tantùm, gloss. ad cogendum, ibid.

Citatio personalis, vel realis non potest fieri, nisi iudicis mandato præcedente, l. fi. C. de exhibend. reis.

Citatio vna pro omnib. peremptorio edicto rectè potest fieri, l. consentaneum, & ibi gl. 4. C. quomodo, & quando iudex.

Citationes hodiè contra cõtumacem fiunt per tres nuncios ad domum missos, nec clamat præco per plures, olim tamen fiebant per edicta in albo posita, ita quòd primum edictum elapsis triginta dieb. delebatur, & iterum scribebatur, gl. præconum, in §. fin in auth. de litigiosis, col. 8.

Citatio vbi fit in crimine læsæ maiestatis, necessariò non requiritur quòd exprimatur factum limitatum loco, & tempore, sed sufficit quòd citetur super crimine læsæ maiestatis, glo. super dicto, in extrauag. ad reprimendum, quomodo in crimine læsæ maiest.

Citatio generalis peremptoria requiritur ad hoc, vt ad vlteriora procedi possit, 4 quando proceditur sine figura iudicij, ibid.

Citatio ad audiendam sententiam debet esse peremptoria, aliæ autem citationes, quæ fiunt in medio iudicij, puta ad videndum iurare testes, & similia, semper intelliguntur peremptoriæ, ibid.

Citatio potest signari sigillo alieno, si de hoc fiat mentio in ipsa citatione, glo. per literas, ibid.

Citatio licèt fiat per literas sigillatas sigillo proprio, vel alieno, nuncius tamen debet eas portare, ibid.

Citatio per edictum competit tantùm ordinariis, & delegatis à principe, sed non aliis, gl. per edictum, ibi.

Citatio per edictum rectè potest fieri de iure ciuili in omnib. casibus, sed de iure canonico non potest, nisi de speciali Papæ commissione, & tunc solùm fit contra eos, qui procurant, ne citatio ad eos perueniat, vel ad quorum loca non possunt tutè accedi, ibid.

Citatio per edictum non debet fieri, quando quis potest citari per Epistolam, vel nuncium, ibid.

Citatio per edictum antequàm fiat, debet iudex capere informationem de non tuto accessu, ibid.

in Citatione per edictum debet poni terminus congruus, vt veniat in notitiam citati, & possit ad locum citationis comparere in ciuilib. sed in criminalibus datur longior dilatio, gl. per edictum, col. 1. ibid.

in Citationis termino si quis compareat, & alleget absentiam citati, & petit sibi prorogari terminum, vt inueniat citatum, debet ei dari terminus, ibid.

Citatio per præconem admittitur, vbi citatur incerta persona, dict. gloss. per edictum, col. 2.

Citatio per solam propositionem citatoriarum literarum publicè factam, valet de iure ciuili, sed de iure canonico debet priùs verbo literas legendo in aliquo loco publico citari, posteà literæ debent affigi publicæ in foribus maioris Ecclesiæ, & in loco, vbi ius redditur, vel in alio loco publico, neque requiritur quanto tempore stari debeat, dum tamen relatio appareat facta, gl. publicè, ibid.

Citationum præconia debent fieri in locis publicis, nec in relatione debet locus, facti præconij exprimi, ibid. 5

in Citationis termino si quis compareat allegans citati absentiam, & iustum impedimentum, si nihilominùs iudex procedat, processus est nullus, gloss. neglexerit, ibid.

Citationem non peruenisse ad notitiam citati, quando iudici constat, non debet ipse procedere, ibid.

Citatio trina requiritur ad accusandum absentem, & debet esse triduum inter quamlibet citationem, gl. fi. in l. si conuenerit, de pigner, actione.

Citatio die feriata facta ad diem iuridicam allata valet, l. si res, 13. in additione marg. de iure dotium.

Citatio ad domum non valet, quando quis citatur ad domum, qui absens non est, quique facilè reperiri potest, l. dies cautioni, §. prætor ait, in addit. marg. de damno infect.

Citatio ad domum, quando is, qui citari debet, non reperitur, fieri debet legendo citationem ibi, aut affigendo ibi eam, si super ea fit quæstio, gl. libellum, in d. l. dies, §. toties.

Citatio procuratoris ad primum decretum sufficit, sed ad secundum decretum requiritur citatio domini, gl. agentes, in addit. marg. in §. sancimus, in auth. de heredib. & Falcid.

Citationes tres sufficiunt, nisi ad solemnitates te referas, quoniam tunc primò ponitur vnum edictum, deinde aliud, mox tertium, posteà verò sequitur peremptorium, & post peremptorium, debet iudex semel citare, si voluerit, gl. ad med. in cap. 1. de milite vassallo, qui contumax.

Inter Citationem, & alium iure veteri non erat minus spatium, quàm decem dierum, sed hodiè non minus, quàm triginta dierum, & hoc iure fori, sed iure poli primò vocatur quis personaliter, & per septem dies expectatur, & transactis illis adiiciuntur alij septem dies, posteà adiiciuntur alij duo dies, quibus

Citatus simpliciter quod compareat super tali negotio responsurus, si comparet in primo termino, dicitur satisfacere primo termino, & si posteà se absentet eadem solemnitate citandus est hac secunda citatione, sicut in prima, gl. per edictum, in extrauag. ad reprimendum, quomodo in læsæ maiest. crimin.

Citatus extensè scilicet, quòd veniat responsurus super tali negotio, & ad procedendum in causa, vt iuris est, vsque ad finem comparendo, non satisfacit termino in citatione posito, nisi stet vsque ad finem, ibid.

Citatus quando non comparet in termino, non est necessariò accusanda contumacia, nisi quando proceditur per accusationem, gl. neglexerit, ibid.

Citatus quis in aliquem actum ad certam diei horam, vt compareat eadem hora, post eam horam præstitutam, non potest ille actus celebrari, quoniam huiusmodi actus celebrari videretur, gl. tribui, in add. marg. in §. omnis, Inst. de verbor. oblig.

Reliqua verbo, Vocatus in ius, Domus, 6.7.8.

CITRA verbum interpretatur præter, vel contra, glo. 3. in auth. qui res, C. de sacrosanctis. Eccles.

1 CIVES Romani dicuntur omnes subiecti Imperio, glo. fin. in l. 3. de his, qui sunt sui.

Ciues Romani quidam sunt patresfam. quidam filiifamil. quædam matresfam. quædam filiæfam. l. 4. eod.

Ciuibus relinquens videtur ciuitati relinquere, l. Lucius, 88. §. ciuibus, & ibi gl. 1. de legat. 2.

Ciuib. vel ciuitatis administratoribus legatum, vel fideicommissum relictum videtur relictum ipsi ciuitati, non singulis ciuib. nisi aliud ostendatur testatorem voluisse, l. 2. & ibi glo. 1. & 2. de rebus dubiis.

Ciuium singulorum non sunt statuæ in honorem ciuitatis positæ, sed totius ciuitatis dicuntur, l. statuas, 41. & ibi gl. 1. de adq. rerum dominio.

Ciuis propriè dicitur ille, qui est ex origine, non autem qui est ex priuilegio, l. sed si, 32. & ibi add. marg. de iure fisci.

Ciuis efficitur quis natiuitate propria, vel paterna, l. 1. & ibi gloss. 1. ad municipalem.

Ciues vel municipes vtentes ex certa scientia contra legem non delinquunt, neque puniuntur, quia princeps scire fingitur, & sic consentire, gl. fin. in fi. in l. 2. C. quæ sit longa consuet.

Ciuis Romanus efficitur quicunque ciuitatem Romanam habitat, nec est opus speciali impetratione, gloss. donauit, in §. fin. in authen. vt liberti, de cætero, colat. 4.

2 Ciuis efficitur qui origine propria, vel paterna manumissione de se, vel patre facta & adoptione quamdiu durat, & allectione, idest, delatione honoris in ciuitate, l. ciues, & ibi gl. 1. & 2. C. de incolis, lib. 10.

Ciuis, vel incola licèt non sit quis in aliquo loco, nihilominùs potest ibi conueniri, puta ratione contractus, vel ordinis clericatus, aut possessionis, gl. 2. ibi.

Ciuis vel incola si sit quis in duob. locis, vel in vno incola, & in alio ciuis, ab vtroque loco vocatus ad munera, debet subire munera eius loci, à quo prius vocatus fuerat, nisi simul & eodem tempore ab vtroque loco sit vocatus, quia tunc potiùs munera loci originis debet subire, sed si non sit locus originis, tunc debet seruire illi loco, qui minus munus imponit, † d. gl. 2.

Ciuis non dicitur quis ratione communis patriæ, sed bene quoad hoc, vt possit ibi conueniri, gl. fi. in l. pen. C. eod.

Ciuis ciuitatis alicuius efficitur quis per legitimationem de eo factam, per ciuitatem, l. fi. ad fi. C. de his, qui sponte publica munera, lib. 10.

Ciues ciuitatis pro delicto iudicis quandoque possunt puniri, l. fin. & ibi addit. marg. C. de nauiculariis, lib. 11.

Ciuem mediocrem vnius nobilis ciuitatis esse honorabilius, ac melius est, quàm esse ciuem maiorem vnius mediocris ciuitatis, glo. 1. in l. fi. C. de frumento Alexand. lib. 11.

Ciuis bonus est, qui patriæ iura tuetur, & ille ad regimen est eligendus, & non qui est contra patriam, gl. contra ciuitatem, in extrauag. de pace Constantiæ, §. nos Romanorum.

Reliqua verbo, Incola, Municipium, Municeps, Plebs, Romani.

CIVILIS sapientia vera philosophia dicitur, idest, amor sapientiæ, licèt pecuniam non abiiciamus, gl. ni fallor, in l. 1. de iust. & iur.

Ciuilis actio criminalem non tollit interim tamen dum agitur vna, altera non intenditur, eo autem finito, altera intentari potest, gl. lege Cornelia, in l. inde Neratius, §. si dolo, ad leg. Aquil.

Ciuilis actio non tollitur per criminalem, gl. in quadruplum, in l. si seruus, 27. §. &, si puerum, ad leg. Aquil.

Ciuilis actio per aliam ciuilem tollitur, nisi in id quod excedit, ibid.

in Ciuili causa licèt non possit capi quis domi, tamen pro criminali potest quis extrahi de domo etiam inuitus, l. si quis in seruitute, 7. & ibi addit. marg. de furtis.

Ciuilia munera dicuntur illa, quæ à iure ciuili sunt inducta, vt tutelæ munus, gl. 1. in l. coloni, C. de excusatio. tutorum.

Ciuilis ratio rectè potest tollere iura ciuilia, sed non naturalia, §. fi. Instit. de legitima agnat. tutel.

Ciuilitati ex patris origine inductæ licèt filius non possit renunciare, inductæ tamen per legem, vel pactum potest renunciare. cùm nemo inuitus huiusmodi ciuilitatem in se admittere cogatur, l. fi. & ibi add. marg. C. de his, qui sponte publica munera, lib. 10.

Ciuiliter, & criminaliter potest agi pro morte serui, pro furto, pro rapina, pro plagio, pro inuasione, pro testamento celato, & pendente iudicio ciuili non potest intentari criminale iudicium, nec è contrà, l. 4. & ibi gl. 1. & penult. de publicis iudiciis.

Reliqua verbo, Actio, 8.12.14.20.43. Causa, 10.11. Munus, 3. vsque 11. Obligatio, 9. vsque 14. Ius, 11.12. Philosophia, Possessio, 9.

Ciuitas, in genere, num. 1. vsque ad num. 7.

Ciuitatis status vel administratione, num. 7.

De ciuitatis amissione, num. 8.

De relicto legato vel donato ciuitati, num. 9.

Quoad res vel bona ciuitatis, num. 10.

Quoad collectam, & alienationem, num. 11.

CIVITAS, & Ecclesia parificãtur in donatione absque insinuatione, & etiam in aliis, gl. ciuitatem, in l. illud quod, C. de sacros. Eccles. 1

Ciuitas, & Ecclesia gaudent eodem priuilegio in tribus casibus, l. vt inter diuinum, 23. C. eod.

Ciuitati, & Ecclesiæ competens priuilegium præscriptionis centum annorum corrigendo illud in Ecclesia ad 40. annos, corrigitur etiam in ciuitate, gl. 1. in auth. quas actiones, C. eod.

Ciuitas, vel Ecclesia potest petere restitutionem aduersùs præscriptionem vsque ad quadriennium à tempore præscriptionis impletæ, gl. 1. ibid.

Ciuitati permissum est facere festa conuentus, & communem lætitiam, dum tamen faciant sine vllo sacrificio, vel damnabili superstitione, l. 4. Cod. de paganis.

Ciuitates omnes debent sequi consuetudinem vrbis Romæ, cùm sit caput orbis terrarum, ipsa tamen non debet sequi consuetudinem aliarum ciuitatum, l. 1. §. sed & si, C. de veteri iure enu.

Ciuitatis officiales missi ab ea non debent redire ad eam sine eius licentia, l. qui ordinariam, 9. C. de officio rectoris prouinciæ.

Ciuitates sicut & respub. Romana æquiparantur minorib. & ideò habent beneficium restitutionis in integrum, quandq sunt læsæ in aliquo contractu, vel transactione, gl. 1. in l. 4. C. ex quib. caus. maior.

Ciuitates non seruant, quod pignerationes vel repræsaliæ non fiant, gloss. 1. in auth. sed omninò, C. ne vxor pro marito.

Ciuitas succedens priuato debet vti eius iure, gl. pen. in l. aduersùs, C. de vsur.

Ciuitas propria, cui interdicitur, videtur interdicta ciuitas Romana, & interdicta certa prouincia, interdicitur Italia, l. fi. C. si seruus exportandus, gl. ciuitatis, in add. marg. in l. 1. de adquir. rerum dominio.

de Ciuitate morbo infectus potest expelli propter publicam vtilitatem, ne alios inficiat, l. casus maioris, 8. C. de testamentis.

Ciuitas vna dicitur respub. gl. 1. in l. 3. C. quæ res pignori.

Ciuitas, castrum, vel villa collatione ædificiorum est facta, quæ collatio, vel coniunctio est de iure gentiũ, l. ex hoc iure, & ibi gl. collata, de iustitia & iure.

Ciuitatis concilium dicitur ordo decurionum, gloss. ordo, in l. 3. quod cuiusque vniuersit. nomine.

Ciuitas si per eum, qui eius res administrat, non defenditur, neque quidquam habet corporale, vnde creditori missio in possessionem fieri possit; si ciuitas habeat nomina debitorum, in possessionem nominum illorum fiet missio, l. ciuitates, eodem.

Ciuitas quælibet Romano iure vtitur, gl. peteretur, in l. item veniunt, §. ait Senatus, de petitione heredit.

Ciuitas capitis diminutionem pati potest, † gl. 1. & ibi add. marg. in l. in stipulatione de vsufructu earum rerum.

Ciuitas non est minùs priuilegiata, quàm est minor, glo. 1. in l. nihil interest, ad Macedon.

Ciuitatis appellatione per excellentiam intelligitur de Romana, glo. ciuitatem, in l. 1. soluto matri. l. more, 8. & ibi gl. 1. de adquir. hered. & gl. ciuitatis, in l. 1. de adqu. rer. dominio, & gl. ciuitatis, in l. 2. §. 1. ne quid in loco publico.

Ciuitatum tria sunt genera, quædam minores, aliæ maiores, aliæ minimæ. glo. si duas, §. Grammatici, & ibi gl minores, de excusat. tutorum.

Ciuitas maxima dicitur Metropolitana, & Archiepiscopalis, † d. l. si duas, §. decet, & ibi glo. maximæ.

Ciuitas maior dicitur illa, quæ habet forum causarum, & iudiciorum loca, minores verò dicuntur reliquæ, quæ non habent metropolitanum, vel forum causarum, d. §. decet.

Ciuitas honoratur dignitatibus, quib. nec vicus, nec villa honorarentur, gl. vicis, in l. si heres iussus, 73. §. fi. de leg. 1.

Ciuitas potest facere legem municipalem, quòd ipsa habeat tacitam hypothecam in bonis debitoris, non tamen propter illam legem amittunt alij creditores ius hypothecæ expressæ, & ita præferuntur ciuitati, non obstante ea lege, l. Antiochensium, & ibi gl. fi. de priuileg. creditorum.

Ciuitas quandoque dicitur municipium, quandoque oppidum, l. 1. & ibi gloss. propriè, ad municipal.

Ciuitas nulla habet priuilegium fisco simile in bonis debitoris, nisi id nominatim à principe datum sit, l. simile, 10. eod.

Ciuitas aliqua vendens rem, vel locans non potest discedere ab illo contractu, eò quòd alius offerat plus, nisi de hoc haberet priuilegium, l. Lucius Titius, 21. §. fi. & ibi gl. fi. eod.

Ciuitates aliæ, quàm populus Romanus, habentur loco priuatorum, licet & hæ publicæ soleant vocari, quandoque tamen non habentur loco priuatorum, l. eum, qui, 16. & ibi glo. fi. de verb. signif.

Ciuitas in quibusdam casib. habet ius reipub. Romanæ in reb. ipsius ciuitatis, l. inter publica, 17, de verb. signif.

Ciuitas potest statuere, quòd quis sit ciuis, l. ædificia, 139. & ibi glo. 1. eod.

Ciuitatis appellatione venit territorium, gl. 1. in l. 3. C. de municip. lib. 10.

in Ciuitate natus dicitur ille, qui in territorio nascitur, ibid.

Ciuitates duæ possunt esse matrices, ac metrop. ambæ in eadem prouincia, vt in Phænicia Tyrus, & Berytus, l. 1. C. de metropol. Beryto, lib. 11.

Ciuitates regulariter vtuntur iure priuatorum, sed quandoque habent ius singulare, sed vtraque Roma, & Antiochensis, Iliensis, Alexandrina, & metropolitanæ habent iura specialissima, gl. in rubr. C. de iure reip. lib. 11.

Ciuitates quædam habent priuilegia per rescriptum, item quædam habent ius fabricandi monetam per priuilegium, ibid.

Ciuitas non habet tacitam hypothecam, nisi ex speciali priuilegio, vel pacto, vel nisi sit ciuitas Romana, l. 2. & ibi gl. fi. C. eod.

Ciuitas, vel respub. siue in contractib. siue in iudiciis habetur loco pupilli. non adulti, l. 3. & ibi gl. 1. C. eod.

Ciuitas, vel respub. restituitur vsque ad quadriennium à tempore læsionis, † gloss. 1. ibidem.

à Ciuitate factum secundùm statuta vel priuilegia sua non possunt reuocari per præsulem vel præsidem, l. fi. & ibi gl. 1. C. eod.

ma, in aliis autem vibibus anthoritate præsidis, & consensu cuiuslibet possessoris, glo. fi.& ibi gloss. 1. C. de vendend. reb. ciuit. lib. 11.

Ciuitatis annui redditus vel mobilia, quæ seruando seruari non possunt, debent alienari eadem solemnitate qua immobilia, ibid.

Ad ciuitatem quando pertinet hereditas, ciuitas constituit actorem, qui agat, & excipiat, & caueat de rato, si dubitetur de decreto, d. gl. 1.

Ciuitas habet tacitam hypothecam in bonis administratoris, glo. 1. in fi. C. de debitorib. ciuitatis, lib. 11.

Reliqua verbo, Venditio, 11. vsque 14. Collecta, Gabella, Vectigal.

1 CLAM agens præsumitur scire, qui vero palam agit, præsumitur ignorare, l. fi. in add. marg. de ritu nupt.

Clàm peccans plus delinquit, quàm qui palàm, gl. fi. ibid.

Clàm fieri dicitur illud, quod taliter fit, quòd nõ potest peruenire ad notitiam illius, cuius interest, l. clàm possidere, 6. de adq. possessione.

Clàm possidere, & mala fide possidere, sunt conuertibilia, d. l. clàm, & ibi glo. bona fide.

Clàm possidere, & vi possidere, sunt opposita, gl. magna, vers. sed quam in d. l. clàm, § fi.

Clàm possidere rem non dicitur ille, qui bona fide emit eam, ac posteà comperiens eam non esse venditoris, celare cœpit, ne sibi peteretur à domino, l. si de eo, 40. §. seruum, eod.

Clam possidere rem dicitur ille, qui scienter rem à non domino emit, & clàm eam possidere cœpit, licèt dominum posteà certiorem fecerit, ibidem.

Clàm fieri opus aliud est, & aliud clam possidere, quia nõ ideò, quòd quis in suo clam [illegible] opus, possidet clàm, cùm origo possessionis inspiciatur, glo. fi. in d. l. si de eo, § [illegible].

C[illegible] an quis possideat, vel non, inspicitur origo possessionis, d. l. si de eo, §. [illegible].

C[illegible] dicitur vti vi ille, qui prohibitus vtitur dantaxat tunc, cùm putet id prohibentem [illegible] & [illegible] timore non audet vti [illegible] illo, sed aperte illo [illegible] denunciationem. dicitur vti vi, & non clam l. 3 & ibi glo. 1. de itinere, actuque priuat[o].

Clam vti via, vel itinere dicitur non solum ille, qui prohibitus vtitur, sed etiam ille, pro quo, quis putà colonus, vel similis id ius retinebat, si eo prohibito, per quem retinebat, vtatur; secus si ignorãs colonum suum fuisse prohibitum vti, vsus sit, quia tunc non dicitur clàm vti, d. l. 3. §. 1.

Clàm facere aliquod opus dicitur, qui celauit aduersario opus, quod facit, neque ei denunciauit credens eum sibi moturum controuersiam, aut qui aliter fecit, quàm denunciauit, vel qui decepto eo fecit, ad quem pertinuit non facere, vel [illegible] denunciauit, tunc cùm scit, eum non posse prohibere, vel [illegible] denunciauit, vt prohibiturus non possit obuiare priùs, quàm fiat, l. 3. §. fi. & l. aut qui aliter, quod vi, aut clàm. l. quo tutela, 73. de reg. iuris.

Clàm facere opus videtur ille, qui celandi animum habet eum, quem prohibiturum se opus facere intellexit, & id existimat, aut existimare debet se prohibitum iri de facto. & sine iudice, d[i]cto §. fin. & ibi gloss. fina. quod vi, aut clàm.

Clàm facere opus vt quis non dicatur, debet denunciare se opus facturum complectendo diem, & horam, & vbi, & quod opus sit facturus, nec debet obscurè denunciare, nec ita arctare aduersarium, vt intra diem occurrere ad prohibendum non possit, l. aut qui aliter, §. 1. eodem.

2 Clàm facere opus vt quis non dicatur, debet denunciare amicis eius, cuius interest, ne opus fieret, aut eius procuratori, aut ad domum eius, quando ille non inuenitur, vt denuncietur, neque dolo malo ædificantis factum est, ne inueniatur, ibid.

Clàm facere opus vt quis non dicatur, sufficit marito mulieris, cuius interest, ne opus fiat denunciare se opus facturum, vel sciente eo opus facere, ibidem.

Clàm facere opus vt quis non dicatur, sufficit, quòd opus faciens non habeat animum celandi, d. l. aut qui aliter, §. sed & Seruius.

Clam ædificare in publico municipij non videtur ille, qui se opus facturum in publico denunciauit procuratori reipub. cui lex municipalis dedit potestatem, vt posset concedere hominib. ædificare in publico, d. l. aut qui aliter, §. id [illegible], & ibi glo. proc[illegible].

Clàm facere videtur contra illum, ad quem spectat negotium in veritate, non ad [illegible] spectat in opinione, d. l. aut qui aliter, § [illegible] quis eum putat.

Clàm facere opus non videtur, qui post prohibitionem opus facit etiam ante remissionem prohibitionis, quia non potest videri celatus, qui iam prohibuerat, l. si alius, §. ait Iulianus, eod.

Clàm ædificare vt non dicatur quis, debet dicere domino fundi, notum sit tibi, quòd ego volo ædificare in tali loco, & in tali die, & hora incipiam, gl. facere, ibidem.

Clam opus fecisse dicitur, qui Magistratum rogauit, vt aduersarium suum adesse iudicio iuberet, ne opus nouum sibi nunciaret, & interim opus fecerit, l. si in mandatam, §. non absurdè, eod.

Clàm facere opus non censetur ille, qui denunciauit palàm se opus facturum, & confestim opus facit, secus si post tempus faciat, l. si §. fi. eod.

Clam possidere propriè dicitur ille, qui cum sciret, aut scire deberet me possidere, antequàm fundu ingrederetur, ingreditur fundum, & me turbat antiquiorem possessorem, & dicitur clàm possidere à me, quando est ingressus me absente, & ingrediens habet naturalem possessionem naturaliter, sed ego retineo naturalem ciuiliter, glo. nec clàm, & ibi addit. in §. retinendæ, Institut. de interdictis.

Clàm, & apertè faciens eadem pœna punitur, §. alia deinde, Institut. de publicis iudiciis.

Reliqua verbo, Palàm, Possidere, 6. Interdictum, 23. vsque 29. Absens, 5. Ædificium, 11.

CLANDESTINA possessio non datur in ea re, in qua non cadit locatio, nec precarij rogatio, l. si de eo fundo, 40 §. fi. de adquir. possess.

Clandestinus possessor dicitur ille, qui ingreditur possessionem furtiuè, & suspicatur sibi moueri controuersiam de iure, vel de facto, l. clàm, 6. & ibi gloss. facturum, eodem.

Clandestinæ possessionis vitium personale est, & non reale, l. quare ipse, 38. & ibi addit. marg. de vsucapio.

Reliqua verbo, Possessio, 19. 20.

CLARISSIMI & spectabiles possunt proficisci sine licentia, quò volunt, l. clarissimis, C. de dignitatib. lib. 12.

Reliqua verbo, Consul, Speciosa.

CLASSES omnes, quæ sunt in Oriente pertinent ad præfectum prætorio, qui eas armet, & aptet hominibus ascriptis illi functioni, & si illi non sufficiunt, alios superadcrescat, & exerceat eos ad purgandum mare malis hominibus, & pyratis, & etiam propter alias necessitates publicas, l. 1. C. de classicis, lib. 11.

CLAVES tradens in dubio intelligitur tradere animo transferendi dominium, maximè quando procedit titulus habilis ad dominij translationem, nisi aliud præsumatur de mente tradentis, † l. cùm pater, 77. §. pater, pluribus, & ibi gl. custodiæ, de legat. 2.

Clauibus apud horrea traditis videtur tradita possessio mercium reconditarum in horreis, & statim emptor dominium, & possessionem adipiscetur, etiam si non aperuerit horrea, l. clauibus, 74. de contrahen. empt.

Clauium traditio facit, vt res, quæ sunt in horreis, sub illis clauib. traditæ videantur, gloss. fin. in l. 2. C. de periculo & commodo, §. item si quis, Institut. de rerum diuisione.

Reliqua verbo, Traditio.

CLAVSTRA dicuntur instrumenta, quæ claudunt domum, vel aliquam eius partem, vt hostia, vel portæ, quæ non adhæserunt, sed de nocte tantùm ponebantur ad claudendum, gl. claustra, in l. fundi, 18. de actio. empti.

Clausula in genere, num. 1. vsque ad num. 4.

De clausula codicillari, num. 4.

CLAVSVLA in fine posita debet referri ad proximè præcedentia, quando ad omnia præcedentia referri non potest, l. si idem, §. fi. & ibi gl. fi. de iurisdictione omnium iudic.

Clausula generalis in fine posita non comprehendit omnia præcedentia, quando resultat intellectus iuri contrarius, l. 1. §. denide, & ibi gl. ex superiori, de postulando, & §. fi. & ibi gl. fi. in auth. vt matri & auiæ.

Clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia, l. 1. C. de liberis præterit.

Clausula generalis non porrigitur ad ea, de quib. specialiter comprehenditur, gl. de eo. in l. sed & si, §. hæc clausula, ex quib. caus. maior.

Clausula generali non indigemus, vbi est clausula specialis, gl. caueatur, in l. quis sit, 17. §. quod aiunt, de ædilitio edicto.

Clausulæ istæ, si Titius mihi heres erit, aut quisquis mihi heres erit, sunt idem quoad effectum, sed dissimiles quoad formam verborum, l. qui liberis, 8. & ibi glo. cui similis, de vulgari.

Clausula in edicto ædilitio posita omnib. ad quos ea res pertinet, de herede intelligitur, quandoque tamen aliter accipitur, gl. successoribus, in l. sciendum, §. deinde, de ædil. edict.

Clausula apposita in præcedenti pacto intelligitur repetita in sequenti pacto, si aliàs pactum redderetur inutile, l. cùm pater, 11. de pactis dotalibus.

Clausula posita in principio per se stans refertur ad omnia capitula, quæ sequuntur, l. 3. §. ante heredis, de liber. & posthum. & l. 1. C. de liber. præterit.

Clausula posita inter vnum capitulum refertur ad illud tantùm, sed posita inter plura capitula, vel ante omnia, vel post omnia, refertur ad omnia, dict. l. 3. §. filius.

Clausula generalis in fine posita non refertur ad præcedentia, quæ habent de per se clausulam specialem, l. coheredi, 41. §. qui patrem, de vulgar. l. stipulationes, 53. de verb. oblig.

Clausula derogatoria præcedens tollit sequentem dispositionem, l. si mihi & tibi, 12. § fi. de legat. 1.

Clausula media derogatiua trahitur tam ad præcedentia, quam ad futura, ibid.

Clausula, per quam prorogantur legata pecuniaria, quib. dies non est appositus, non refertur ad corpora legata, sed ad consistentia pondere, numero & mensura, quib. dies non est appositus, secus si habeãt diem, vel gratia demonstrandæ solutionis, vel multiplicandæ obligationis, vel inducendæ conditionis, l. talis scriptura, 30. de leg. 1.

Clausula, per quam prorogantur legata pecuniaria, quib. dies non est appositus, non refertur ad legatum pecuniarium, quod fuit legatum, vt species, sed benè porrigitur ad præcedentia, & sequentia, etiam posteà in codicillis relicta, d. l. talis scriptura, cum l. seq. de leg. 1.

Clausula in medio posita etiamsi sit apposita per verba præteriti temporis refertur non solùm ad præcedentia, sed etiam ad sequentia, & non solùm in eadem dispositione, sed etiam in alia recipiente confirmationem in alia, d. l. talis, §. fi. & ibi gl. fi. cum l. seq & l. 1. C. de liber præteritis.

Clausula, per quam prorogantur legata pecuniaria, quib. dies non est appositus, speciali iure non extenditur ad legatum dotis, quod consistit solum in commodo repræsentationis, gl. prorogabitur, in d. §. fi ibid.

Clausula, quas pecunias legaui, heres meus dato annua, bima die, refertur ad omnia legata, nisi adiiceretur, quibus dies appositus non est, quia tunc ad illa tantùm legata, quibus dies appositus non est, refertur, gloss. præsenti, & ibi addit. ibidem.

Clausula generalis non extenditur ad futura, quæ sunt contra ius, seu iure communi exorbitantia, gl. fi. in d. §. fin.

Clausula, quas pecunias donaui vxori, heres meus dato annua, bima, trima die, non extenditur ad pecunias posteà donatas, ibid.

Clausula hæc, admitto si, & inquantùm de iure debeo, nihil operatur, l. si quando, 109. eodem.

Clausula generalis restringitur ad specificata tantum, si plura fuerunt, l. legatorum, 33. §. qui plures, de leg. 2. l. ex plurib. 89. de solutio.

Clausula præcedens est maioris efficaciæ ad determinationem sequentium, quàm sequens ad determinationem præcedentium, glo. 1. in l. quisquis, 95. de legat. 3.

Clausula in fine posita non solùm refertur ad proxima, sed etiam ad omnia præcedentia continuata scriptura prolata, l. fin. de rebus dubiis, & l. 1. C. de liber. præterit.

Clausula relata ad legata, quibus dies non est apposita, non refertur ad legatum collatum

Clericus ordinandus debet esse bonæ famæ, & boni testimonij, & debent in eo concurrere quædam, quæ in ordinatione Episcopi sunt statuta, §. hæc autem, & ibi gl. clericos, in auth. quomodo oporteat Episcopos.

Clericus virgini coniunctus semper dicitur clericus, modò tonsuram, vestésque clericales deferat, sed superducens viduam, vel corruptam priuilegium perdit, gl. seiunctæ, in add. marg. in §. si autem, eod.

Clericorum statutus numerus seruari debet, & vltra eum numerum non debent esse, & in eorum locum alij creandi non sunt, donec ad antiquum numerum perueniatur, §. sed neque, eo. & §. 1. & 2. in auth. de mensura ordin. clericorum.

Clerici sunt ordinandi secundùm numerum definitum, ad modum facultatum Ecclesiæ, ibid.

5 Clericorum genus audax debet esse in vendicando contra alienationem rerum immobilium Ecclesiæ, cùm ipsi defendantur lege Dei, quæ dicit, Nolite tangere, &c. gl. degeneri, in §. vult. in auth. de non alien.

Clericorum statutus numerus si diminutus sit in vna Ecclesia, & in alia superabundet, debet eligi, & assumi clericus ex ea Ecclesia, & ad aliam transferri, neque debet fieri noua creatio clerici, §. si diminuta sit, in auth. de mensura ordin. clericor.

à Clericis ordinatis possunt exigi insinuatiua, exceptis his, qui sunt ordinati in maiori Ecclesia, à quibus secundùm consuetudinem accipere licet, §. sancimus, in auth. vt ea quæ vocantur insinuatiua, col. 5.

Clerici vagabundi non gaudent priuilegio clericorum, §. sancimus, in add. marg. in auth. vt clerici qui recedunt, aliis pro eis subrogatis, &c. col. 5.

Clerici continuam residentiam propriis Ecclesiis tenentur facere, nec debent recedere, aliàs alij in eorum locum subrogantur, cum eorum emolumentis, & recedentes postea commeantes non sunt suscipiendi, nec debent eis emolumenta restitui, d. §. sancimus.

Clerici omnes admittuntur in testem, gl. ita sit, in §. si verò dicatur, in auth. de testib. col. 7.

Clerici habent priuilegium clericale, si stant, vt clerici, non aliàs, gl. hoc fecerit, in §. Deo autem, in auth. de sanctis. Episcopis, col. 9.

Clerici non possunt esse susceptores, aut exactores publicarum functionum, aut [illegible] publicorum, vectigalium, aut alienarum possessionum, aut procuratores [illegible], aut fideiussores pro talibus causis publicis, d. §. Deo autem.

Clericorum appellatione omnes superiores continentur. dict. §. Deo autem, in additione [illegible].

6 Clerici non aliter ordinari debent, nisi literas sciant, & rectam fidem, vitámque habeant honestam, & non habuerint, neque habeant concubinam, aut filios naturales, sed castè viuentes aut vxorem legitimam, & ipsam vnã, & primam habentes, & non viduam, aut separatam a viro, aut aliter à sacris canonibus interdictam, §. clericos, eod.

Clericus quando ordinatur, si aliquis accusator apparuerit, dicens eum esse indignum ordinatione, debet differri ordinatio, donec plenè fiat examen, ibid.

Clericus apostatans à sacerdotio capitur, & traditur curiæ officio, d. §. clericos, & ibi glo. tradatur.

Clerico in quocunque Ecclesiastico gradu constituto non licet discedere ab eo, & fieri secularem, aliàs discedens nudatur cingulo militiæ, & traditur curiæ illius ciuitatis, §. sed neque curialem, in auth. de sanctiss. Episcopis.

Clericus cuiuscunque gradus sit, non debet dare aliquid ei, à quo ordinatur, aut alij cuilibet personæ, potest tamen dare consuetudine his, qui ordinantium ministri sunt, ibid.

Clerici in suis Ecclesiis morari debent, §. si quis oratorij, in authen. de sanctis. Episcopis, col. 9.

Clerici idonei à patrono debent præsentari, & ab Episcopo ordinari, aliàs quoscunque putauerit meliores, potest ordinare, ibid.

Clerici appellatione continentur presbyteri, diaconi, subdiaconi, cantores, & lectores §. presbyteros, eod.

Clerici minores, diaconi, & subdiaconi falsum testimonium dicentes, siue in causa ciuili, vel criminali, repelluntur Eclesiastico ordine, & verberibus subduntur, sed presbyteri in causa ciuili falsum testimonium dicentes, tribus annis à sacro ministerio separantur, & monasteriis tradantur, sed in criminali clero nudantur, & legitimis subduntur pœnis, §. reuerendissimis eod. tit.

7 Clerici, & monachi accusandi sunt iniuria loci repulsa, & loci reuerentia seruata, §. si quando autem, eod.

Clericus in sacris non debet habere vxorem, gloss. non habentib. in §. presbyteris, eodem.

Clerici in sacris constituti in domo propria non debent habere mulierem, nisi omnem effugiant suspicionem, Episcopus tamen nullam debet habere secum, d. §. presbyteris.

Clericis iniuriam inferens, dum sacra mysteria celebrantur, verbera & exilium sustinere debet, sed prohibens sacra mysteria celebrari, debet capite puniri, & idem obseruandum est in litaniis, §. si quis cum sacra, eod. titu.

Clerici non debent auocari à suis Ecclesiis, l. colonos, 15. in additione marg. C. de agricol. & cens. lib. 11.

Clericus, qui de licentia Papæ stetit absens, debet habere præbendam pro tempore absentiæ, gl. deductione, in l. pen. C. de proximis sacr. scrinior. lib. 12.

Clericus violans pacem, vel pacis violatorem receptans, si compareat in iudicio, pœna pecuniaria punitur, sed si inobediens sit, maiori pœna punitur, l. 1. §. si clericus, de pace tenenda.

Clerici excommunicati non tenentur soluere censum, cùm præbenbas nõ suscipiunt, gl. percipienda, in l. inter quos, 39. §. damni, de damno infecto.

Reliqua verbo, Filius, 3.27.28.29. Illiterati, Laicus, Litaniæ, Monachus, 1.2. Presbyter. Seruus, 31. Lex, 25.

8 CLERICI non possunt trahi ad iudicem secularem, neque possunt ipsi renunciare foro suo, gl. 1. in l. 1. de iudiciis.

Clerici non possunt in non suum iudicem consentire adstringendo se pacto, rectè tamen possunt sponte litigando, hodiè tamen sine expresso consensu Episcopi non possunt etiam sponte litigare, ibid.

Clerico si nuncietur nouum opus, & is velit ædificare, cauere debet de opere demoliendo coram iudice suo, & non coram iudice nunciantis †, l. stipulationi, 12. in addit. marg. de noui oper.

Clericus si post litem motam coram Episcopo fiat laicus, causa nihilominus debet diffiniri coram Episcopo eodem, idem econtrà, gl. quæstione, in addit. marg. in l. milites, 13. §. is etiam, de re militari.

Clericos Constantinopolitanos poterit conuenire actor coram Episcopo, si voluerit, vel coram præfecto prætorio, l. cùm clericis, 25. C. de Episcopis, & cle[ricis].

Clerici non sunt trahendi ad extranea iudicia, neque possunt vocari extra suam prouinciam, l. omnes, qui, 33. C. eod.

Clericos trahens actor extra sua iudicia, amittit causam iure canonum, tum etiam & iure legum, gl. 2. ibid. & gl. ministerio, in §. fi. in auth. vt clerici apud proprios Episcopos, col. 6.

Clerici vel monachi non sunt à suis Ecclesiis, vel monasteriis extrahendi, sed debent ibi facere residentiam, d. l. omnes, qui.

Clerici sunt vocandi apud suos iudices ordinarios, idest, prouinciarum rectores cognoscentes per se ipsos, vel per iudices datos, d. l. omnes, qui, & ibi gl. 3.

Clerici in locis, in quibus degunt, recipiunt actiones apud prætores illorum locorum, vbi sunt Ecclesiæ suæ, secus in locis, in quib. non degunt, d. gl. 3.

Clerici extranei, & peregrini reperti in vrbe Constantinopoli coram præfecto, tantùm sunt vocandi in ius, vbi quis eos voluerit in ius vocare, d. l. omnes, qui, §. 1.

Clerici, & alij religiosi hodiè conueniuntur solùm coram Episcopo, gl. 2. ibid.

Clericos conueniens & vocans in iudicium, si fuerit conuictus, eos sine iusta causa conuenisse, debet præstare eis omnes sumptus, & expensas, & damna, quæ extra iudicium passi sunt, d. l. omnes, qui, § fi. & ibi gl. 3.

Clerici in causa ciuili debent conueniri coram Episcopo, nisi natura causæ non patiatur, quo casu coram iudice ciuili conuenitur, auth. clericus, C. eod. & in pr. & §. 1. in auth. vt clerici apud proprios Episcopos.

Clericus in criminali, si crimen est ciuile, conuenitur coram seculari, & debet finiri intra duos menses, neque fit executio antequàm ab Episcopo degradetur, ibid. & d. §. 1.

Clericus conueniri debet crimine Ecclesiastico coram Episcopo, ibid. & §. fin. in d. auth. vt clerici apud proprios Episcopos, col. 6.

Clericus in causa ciuili coram Episcopo conuenitur, eo tamen deficiente, potest conueniri coram præside, gl. 2. ibi & auth. vt clerici apud proprios Episcopos, in princ. & in §. 1. col. 6.

Clericus non est conueniendus coram Episcopo à cognato Episcopi in actione iniuriarum, gl. quòd si, ibid. & in d. princ. & d. §. 1.

Clericus Episcopo existente infirmo, vel suspecto, quia coniunctorum est causa, potest conueniri coram seculari, gl. alia ratio, ibi. & d. §. 1.

Clericum accusatum quamuis possit iudex secularis, non tamen condemnare, glo. & iam si reus, ibid.

Clericus simplex sub Episcopo cõuenitur, Episcopus sub Archiepiscopo, Archiepiscopus sub Patriarcha, Patriarcha sub Papa, gl. fi. ibid.

Clericus de iure nouissimo siue in causa ciuili, siue in criminali nullatenus est trahendus ad iudicium seculare, sed tantùm coram Ecclesiastico debet conueniri, auth. statuimus, C. eod.

Clericum conueniens coram iudice seculari cadit à iure suo, & iudicatum non tenet, & iudex priuatur potestate iudicandi, d. §. statuimus.

Clerici quamuis sint magni, tamen possunt iure ciuili conueniri, gl. 4. in l. iubemus, 37. §. fi. C. eod.

Clerici non debent se intromittere de iurisdictione ad eos non pertinente, nec de insinuatione testamentorum, l. repetita, 41. C. eod.

Clerici si se obligauerint instrumento se non vsuros fori priuilegio propter sacerdotij prærogatiuam, valet huiusmodi pactum, l. si quis in conscribendo, 51. C. eod. tit.

Clerici non possunt declinare iurisdictionem sui Episcopi, gl. 1. in l. si qui, 7. C. de Episcop. audien.

Clericos, & Ecclesiasticas personas actor volens potest vocare in ius coram Episcopo, vel Archiepiscopo, inuitus non compellitur, nam & coram præfecto prætorio potuit conuenire, l. decernimus, 13. C. eod.

Clericos & Ecclesiasticas personas iure authenticorum actor etiam inuitus debet conuenire coram Episcopo, glo. Episcopale, ibid.

Clerici coram Episcopo suo corrigendi sunt, gl. dignitatis, in l. si quis in conscribendo, 29. C. de pactis.

Clerici non possunt renunciare foro iudicis sui ordinarij, possunt tamen renunciare priuilegio fori, vt non possint conueniri, nisi coram aliquo particulari iudice, puta coram Archidiacono, vel alio iudice speciali, gl. 4. ibid.

Clericus extraneus si Bononiæ delinquat, debet conueniri sub Episcopo, & non sub potestate, gl. ille omni, in authen. qua in prouincia, C. vbi de crimin. agi opor. & gl. subiaceat, in §. hæc considerantes, in auth. vt omnes obediant.

Clerici non possunt renunciare fori priuilegio, maximè in criminalib. de iure canonum, licèt possint de iure ciuili, † reprob. gl. ciuilem, in §. si quis, in auth. de sanctis. Episcop. gl. si litem, in auth. habita, C. ne filius pro patre, & gl. difficultatem, in §. pen. in auth. vt clerici apud proprios Episcopos, col. 6.

Clerici, & monachi coram Episcopo in causa pecuniaria, sed in criminali coram Episcopo, vel iudice ciuili ad electionem actoris sunt conueniendi, Episcopo negligente ad iudicem loci iurisdictio deuoluitur, §. si quis contra, in auth. de sanctis. Episcopis, col. 8.

Clericus si propter delictum ab honore & gradu secundùm Ecclesiasticas regulas fuerit deiectus, tunc competens iudex eum comprehendere debet, & secundùm leges litem examinans causæ finem imponat, ibid.

Clerici, & Episcopi ex quacunque prouincia degentes in vrbe Constantinopolitana, ibi non sunt conueniendi, vel cogendi lite in prouincia contestata, sed lite non contestata coram præfecto prætorio sunt conueniendi, §. si quis Episcopus, eod.

Clerici tempore legationis non sunt conueniendi, §. si verò Episcopus, eod.

Clericus aliquis si habeat iurisdictionem à principe, & iudicat vigore illius iurisdictionis, ab eo debet appellari ad principem, & non ad Papam, gloss. 1. in additione, in l. pen. C. de appellat.

Clericus citatus à superiore, si non veniat infra tempus conueniens, & sic cesset

contumaciter

vulgus receptorem particularem vocat, quamquam pro eo soleat accipi, qui ma[illegible] nomina exiguo pretio redimeret, vt si in totum exigat, id totum lucrifaciat, quod præter pretium datum acceperit, quod hominum genus est odiosissimum, l.Sticho,40 §.fin.in additione marg.de statuliberis.

Reliqua verbo, Exactor.

COACTVS vi si quis fecit serui manumissionem vel ædificij depositionem, habet actionem quod metus causa, l.metū,9.§.idem Pomponius, quod metus causa.

Coactus dominus ab extraneo si manumiserit seruum, restituitur per actionem quod metu causa, si à pupillo vel ab ipso seruo compulsus manumiserit, non valet [illegible], nec est locus restitutioni per actionem quod metus causa, si [illegible] per metum mihi auferas, & manumittas, non valet manumissio, [illegible] vtili in rem, gl.seruum.ibid.

[illegible] ab extraneo si manumiserit seruum, contra inferentem metum [illegible] per actionem quod metus causa ad interesse, libertatem tamen [illegible] vocare, † ibid.

[illegible] potest velle, & nolle, l.heredem, in l.si mulier §. pen.quod metus [illegible]

C[illegible] pacem, non ob id obligantur ad huiusmodi pacem, neque a[illegible] in pœnam incidunt, l.si priuatus, 17.& ibi add.marg. qui, & [illegible]

[illegible] Actio, 147. vsque 157. Metus, Edictum, 10.

CO[illegible] datur tutori, qui sufficienter non potest administrare tute[illegible]

C[illegible] datus Episcopo propter suspicionem dilapidationis, vel aduersam valetudinem eius, d.l.solet, in additione marg.

Coadiutor datus Episcopo, eo mortuo cessat, quia iam superuenit administrator legitimus scilicet capitulum, gl. 3. in additione marg. in l.1. C.in quibus casibus tutorem habenti tutor, & glos.fi.in additione, in §. fi. Inst.quibus modis tutela finiatur.

COALLVERE, est per alluuionem aliquid augere, l.ergo,30.§.tribus, in additione marg.de adqu. rerum dominio.

Reliqua verbo, Alluuio.

COCCVS dicitur bis tinctus, idest, pannus quidam sericus, qui est duorum colorum, & extrà videtur viridis, & intus rubeus, & qualitercunque voluatur, sic apparet, gl. buccinum, in l.si cui lana, 70. §.versicoloribus, de legat.3.

Coccum hysginum, ceracinum, & melinum purpuræ dicuntur, & continentur versicolorium appellatione, l.quæsitum,78.§.coccum, eodem.

Reliqua verbo, Purpura.

COCVS vel coquus, qui præparat cibos vsitatos, dicitur habere officium, sed qui præparat [illegible] cibaria, dicitur habere officium, & artem, nisi sit cocus Imperatoris, vel Papæ, qui dicitur habere dignitatem, non artem, gl. cocus, & ibi add.marg.in l.legatis,65.§.1.de legat.3.

1 CODICILLI in numero plurali frequenter, in singulari verò parcissimè accipitur, gl.vel codicillo, in l.generali,13.C. de sacrosanctis Eccl. & l. non est sine,148 & ibi glos.fin.de verbor.signific.

Codicilli ad testamenta trahuntur, gl.fi.in l.si qui cum procuratorio, de procuratoribus.

Codicillis non possunt dari tutores, nisi testamento confirmentur, l.3.& ibi glos. 1.de testam.tutel.

Codicilli hodie semper videntur testamento confirmari, si testamentum sit factum, non alias, ibidem, & gl.1.in l.2.C de testament.tutela.

Codicillis testamento confirmatis rectè dantur libertates directæ, sed fideicommissariæ etiam codicillis testamento non confirmatis, d.gl.1. in d. l.3.

Codicillis dari hereditas non potest directò, ibidem, & l.asse toto,77.& gl.fin.de hered. instit. [illegible] quod interdictum, in l. institutio talis,10 de heredibus instituen. & l.Seruo [illegible] 76.ad Trebel. & l.penult.§.1.& ibi gl.1.Cod.de necessariis seruis, & l.2 C.de codicillis, [illegible] Instit.de codicillis.

Codicillis militis potest dari hereditas, d.l.asse toto, & ibi gl.fin.& d.gl.quod interdictum, & l.militi [illegible] 36.& [illegible] gl.2 de milita.testament.

Codicillis si institutus sit quis heres, quando testator herede instituto in testamento ex besse dixit, quem heredem codicillis fecero, eum instituo ex reliqua parte, quo casu non videtur heres ex codicillis, sed ex testamento, ibid.

Codicilli testamento confirmati pro parte testamenti habentur, gl. confirmatis, in l.si quis cum,16.de vulgari.

Codicilli testamento confirmati ipsó iure tollunt legata relicta in testamento, sed quando non sunt confirmati, non tollunt ipso iure, sed per exceptionem, d.l.si quis cum.& ibi glos.confirmatis.

in Codicillis testaméto confirmatis legata relicta videntur relicta in testamento, [illegible] tamen secus, gloss. fin. in l. si certarum, 17. §.fi.de milit. test.

2 Codicillos plures potest facere priuatus, & omnes valent, nisi eodem die sint facti, & non appareret de prioritate, & essent contrarij, quia tunc non valerent, † gl.nec superiores, & ibi add.marg.in l.quærebatur, 19. eodem, & l.Diuus, §. codicillos, de iure codicillorum.

Codicilli sicut sunt pars testamenti, ita secundæ tabulæ principalium tabularum partem obtinent, l.pen.quemadmod.testam.ap.

Codicilli vt aperiantur, potest quis petere, ibid.

ad Codicillorum probationem requiruntur in eis quinque testes, sed non ad solemnitatem, gl.in rub.de iure codicillorum.

Codicillis potest relinqui ei, qui non est tempore testamenti, sed est tempore codicillorum, sed econtrà non potest codicillis relinqui illi, qui tempore testamenti erat, sed tempore codicillorum erat mortuus, & si relinquatur, pro non scripto habetur, l.2.& ibi gl.pro non scripto, de iure codicillorum.

in Codicillis scripta perinde habentur, ac si in testamento essent scripta, d. l. 2. §. 1.

Codicillis libertas directa non potest dari seruo, qui tempore testamenti erat testatoris, sed tempore codicillorum erat alienus, potest tamen dari libertas directò, si codicillorum tempore erat testatoris, d.§.1.& ibi gl.directa.

Codicillos facere potest quis decedens ab intestato, & fideicommissum relictum in eis, per hæc verba, quisquis mihi heres erit, fidei eius committo, vt det centum Titio, præstari debet ab heredibus, ab intestato venientibus, [illegible] quis, cùm testamentum, eod.

Codicillos facere non potest, qui non habet factionem testamenti, gl. fact[illegible]nem, ibid.

Codicilli simpliciter facti nullo facto testamento, à quo dicuntur pendere, [illegible] natione postumi non rumpuntur, quia talis postumus ex voluntate testa[illegible]ris videtur succedere, glos. non perinde, & gl. rupisset, ibid.& gl.1.in l. [illegible] de codicillis.

Codicilli ex testamento antè facto capiunt vires, etiam si in eo confirmati n[illegible] sint, l.si quis, cùm testamentum, §.fi.de iure codicillorum.

Codicillis post testamentum factis non debetur fideicommissum in eis re[illegible]ctum, si hereditas ex testamento non sit adita, quia scriptus heres vide[illegible] rogatus in codicillis, qui si non adeat, deficit fideicommissum, d. §. fi. & glos.fin.

Codicillis potest quis dare libertatem fideicommissariam, vel directam, si tem[illegible]pore codicillorum soluendo sit, quamuis tempore facti testamenti soluen[illegible] non sit, l.eum, qui, eod.

Codicilli ante testamentum facti non aliter valent, quàm testamento pos[illegible] confirmentur, vel voluntas eorum quocunque iudicio expresso retineatur, [illegible] ante tabulas, eod.& gl.1.in l.siue initio, C.de codicillis.

Codicilli post testamentum facti valent etiam iure digestorum, quamuis n[illegible] sint confirmati testamento, † gl.1.ibi.gl.1.in l.patronus,35.de legat.3.

Codicilli siue post testamentum, siue anteà facti iure nouo semper videntur [illegible]stamento confirmari, nisi reprobentur, glos.1.in d.l.ante tabulas, & gl.1.in [illegible] patronus, & l.siue initio,6.C.de codicillis.& ibi gl.1.

Codicillis relictum posteà per testamentum potest adimere, confirmando co[illegible]cillos in aliis relictis, d.l.ante tabulas, & ibi gl.fi, de iur. codic.

Codicillis non potest testator adiicere conditionem heredi purè instituto in [illegible]stamento, neque substituere ei directo, l.Diui Seuerus,6.eod.

Codicilli quòd scribantur, vel signentur manu propria ipsius testatoris, non [illegible] necesse, d.l.Diui Seuerus, §.codicillos.

Codicilli à testatore manu propria non signati, neque scripti valent, etiam [illegible] confirmatione eorum adiecisset, se nolle valere alios codicillos, quàm sc[illegible]ptos, & signatos sua manu, d.l.Diui Seuerus, §.licèt in confirmatione.

Codicillos is demùm potest facere, qui & testamentum de iure potest facere, [illegible]cèt de facto non possit, vt quia septem testes non habet, quia tunc potest fa[illegible]re codicillos, si habeat quinque testes, d.§.licet, & ibi gl.testamentum, gl. [illegible] l.filiusfam,114.de legat.1.

Codicilli faciliùs confirmantur, & conualescunt, quàm testamenta, d.glos.te[illegible]mentum, & gl.fi.aliàs in l.1.§.1.de legat.3.

Codicilli facti in captiuitate, non valent, etiam si ante captiuitatem essent co[illegible]firmati, l.quædam, de iure codicillorum.

in Codicillis, quæ ~~fiunt~~ regulariter, respiciunt testamentum, nam si non [illegible]let testamentum, neque codicilli, & rupto testamento, & codicilli ru[illegible]puntur, & sic respiciunt semper testamentum, fallit in codicillis factis [illegible] captiuitate confirmatis ante captiuitatem, glos. 1. ibidem & l. 1. C. de [illegible]dicillis.

Codicilli facti ab eo, qui ius testamenti faciendi habere desiit, non referun[illegible] ad testamentum, d.l.quædam, & l.conficiuntur, de iur.codic.

Codicillorum tēpus inspicitur in legato codicillis ita relicto, Lego vestem, q[illegible] mea est, vel, si Titius viuus est, vel si tot annorum est, neque inspicitur temp[illegible] quo factum fuit testamentum, ibid.

Codicilli fiunt, & confirmantur quatuor modis, vel in futurum, veluti codicill[illegible] quos faciam, confirmo; vel in præteritum, veluti codicillos, quos feci con[illegible]mo; vel per fideicommissum testamento facto, veluti si testator fidei he[illegible]dis committit, vt det, & faciat, quæ in codicillis continentur; item per [illegible]deicommissum sine testamento, veluti si volent decedere ab intestato fa[illegible] codicillos saltem coram quinque testibus, & in eis relinquit fideicomm[illegible]sum, d.l.conficiuntur, & ibi gl.1.2.& 3.eod.& gl.1.in additione, in princip[illegible] Inst.de codicillis.

Codicilli facti medio tempore, quo quis erat intestabilis, valent, si tempore [illegible]stamenti & mortis erat testabilis, d.l.conficiuntur, §.si post factum, & ibi gl[illegible] nam & testamentum.

Codicillos conficiendos si testator confirmauerit in testamento, & posteà de[illegible]rit se ad arrogandum, codicilli, quos in arrogatione constitutus fecit, vale[illegible] si emancipatus ab arrogatore decessit, ibid.

Codicillos faciens dicitur large testari, cùm sint testatio mentis, non tam proprié dicitur testari, ibid.& gl.personalis, in l.2.C.communia de legat.

Codicilli facti valent de iure prætorio, si postumus natus ruperit testamentu[illegible] & decesserit viuo testatore, secus si eo mortuo decessisset, quia tunc testame[illegible]tum, nec codicilli valent, nisi testator expresè eos confirmauerit post nati[illegible]tatem postumi, d.§.si pòst, & ibi gl.valent.

Codicilli iure militari militiæ tempore facti à milite facto testamento a[illegible] militiam, valent iure militari, nec referri debent ad testamentum, d. l. co[illegible]ficiuntur, §.si miles.

Codicillos, quos nouissimos fecerit, si quis confirmauerit, non valent statim [illegible] commutabiliter ea, quæ codicillis dantur, quamdiu alij fieri possunt, qui[illegible] alij posteà fiant, legata in prioribus data non valent, d. l. conficiuntur, §. fi [illegible] ibi glos. fi.

Codicillos vltimos approbando quis, videtur approbare præcedentes, ibid.

Codicilli fieri nō possunt ab eo, qui dubitat dè statu suo, an paterfamilias, sit [illegible]ne, nisi veteranus, vel miles sit, nam tunc & testamentum valebit, l. Aristo, [illegible]

Codicillis ideò hereditas dari non potest, quia cùm testamentum sit causa co[illegible]cillorum, codicilli non debent esse causa suæ causæ, & ne testamentum [illegible] codicillos, qui ex testamento valent, confirmari videretur, cùm per heredis [illegible]stitutionem vires accipiat, l.quod per manus,13.& ibi gl.fi.eod.

Codicillis legatum relictum à filio, quem pater putabat insolidum successur[illegible] debetur in partem, & non in totum, si filia præterita cum eo successerit, fa[illegible] in legato libertatis, quia tunc in totum debetur ab eo filio, qui tenetur r[illegible]mere à sorore partem eius, l.qui graui, cum l.seq.eod.

eorum, quæ conuentus noui dogmatis habent, ecclesiis vendicantur, l. cælicolarum, C. de Iudæis.

COENACVLVM dicitur superior pars ædium, l. habitatores, 27. in additione marg. locati.

Cœnaculum est locus, vbi cœnatur, vel vbi fit cœna, ex quo loco frequenter proiicitur aqua, gl. 2. in l. tabernam, de fundo instructo.

Cœnaculum cedit illi domui, super qua sustentatur, & per quam habet accessum, cùm ad vsum alterius non est destinatum, l. penult. de damno infecto.

Reliqua verbo, Domus.

COENOTAPHIVM non est locus religiosus, l. in tantum, cum l. seq. de rerum diuisione.

Cœnotaphium est locus, vel res parata ad sepeliendum, non tamen fuit adhuc aliquis missus ibi, vel dicitur imaginarium sepulcrum, glos. penult. in d. l. in tantum.

Cœnotaphium idem est, quod monumentum purum, & illud vendi potest, cùm non sit religiosum, l. vel quod paterfamilias, §. fin. & ibi gl. fin. de religios.

Cœnotaphium dicitur locus, ex quo, principe permittente, mortuus translatus est, d. gl. fin.

Reliqua verbo, Monumentum, Sepulcrum, 1. 2. 3.

COEPISSE non videtur, qui per exceptionem remouetur à petitione, l. non videtur 13. de regulis iuris.

Cœptalis dicitur per contestationem, auth. qui semel, & ibi gl. non sit, C. quomodo & quando iudex.

Cœptum quandoque pro impleto habetur, gl. magis, in l. & si non sint, §. infecti, de auro, & argento legato.

Reliqua verbo, Dies, 5. Annus, Iudicium, 10. Lis, 1. 2.

COERCERE aquam dicitur continere aquam sic, ne defluat, vel delabatur, l. vnica. §. 9. de fonte.

COETVS omnes sunt illiciti, nisi specialiter contrà probetur, glos. 1. in l. 2. de var. & extraord.

Cœtus illiciti etiam sub prætextu religionis, vel sub specie soluendi voti etiam a veteranis fieri prohibentur, d. l. 2.

Reliqua verbo, Conuenticula, Collegium.

COGERE se ipsum non potest quis, l. ille, à quo, 13. §. pen. & ibi gl. triplici, ad Trebell.

Cogi quis præcisè non potest ad factum, quando allegat causam, l. filiusfamilias, §. fi. & ibi gl. cogam, de procuratoribus.

Cogi non potest quis emere, nec donatum assequi, nec adire hereditatem damnosam, l. nec emere, 16. C. de iure deliber.

Cogi potest adire hereditatem seruus necessarius heres institutus, vel etiam heres rogatus de restituendo, gl. fi. ibid.

Reliqua verbo, Emere, 3.

COGITATIO verecunda eius, qui lites execratur, non est vituperanda, l. item si res, §. fi. de alienatione iudicij mutandi.

Cogitatio delicti faciendi non punitur, si statim sit in finibus cogitationis, l. cogitationis, de pœnis.

Cogitatio sola quandoque punitur pœna ciuili, gl. oportere, in l. fugitiuus, 225. de verb. signific.

Cogitatio delinquendi in raptu, & in aliis atrocibus delictis, si ad actum non processit, non punitur, sed si ad actum processit, & ad effectum perduxit, indubitanter punitur, siue vtatur, siue non, sed si non perduxit, vel quia noluit, & tunc parcitur ei, aut quia non potuit, vel sunt atrociora, & tunc punitur ac si ad effectum perduxisset, secus verò si non sint atrociora, quia non punitur eo casu, gl. 1. in l. si quis, 5. C. de Episcopis & clericis.

Cogitatione si ad aliquem actum processerit quis in atrocissimis, punitur pœna capitis, sed si non processit, nullam pœnam patitur, d. l. si quis, & ibi glo. 3. & gl. 1. in l. 1. C. de his, qui ad statuas confug.

Cogitatio si non processerit in aliquod conamen, non punitur, sed si transit, licèt non venerit ad aliquem effectum, in grauioribus punitur, in minoribus non, quia in illis oportet sequi effectum, gl. cogitatione, in l. præsenti, C. de his, qui ad Eccles.

Cogitatio ordinationis testamenti mortis antecedens tempus significat, l. si mulier, 25. & ibi gl. 4. C. de iure dotium.

Cogitationis pœnam nemo meretur, gl. feudum, in c. 1. §. 1. de capitaneo.

Cogitans delinquere iure poli punitur, sed non iure fori, sed qui non cogitat delinquere, neque agit, neque perficit, & regulariter non tenetur, fallit hoc quandoque, sed qui cogitat delinquere, & agit, sed non perficit, & tunc in eum non datur ciuilis actio, nisi delictum de facili transeat in exemplum, sed in criminali si quidem pro delicto accessorio, vt quia fregerit ostium, vel fenestras, punitur non pro principali, nisi ad actum proximum ipsi delicto processerit, quod ex facti impedimento non perfecerit, sed si egit, & perfecit, sed non cogitauit, & tunc siue culpa id euenerit, siue casu, semper tenetur, dummodò culpa præcesserit casum, mitiùs tamen punitur, quatenus ex leuiori culpa fuit obnoxius, sed qui cogitat, agit, ac perficit delictum puniri debet, nec est locus pœnitentiæ, gl. quibusdam, in add. in §. sed & si credat, de obligatio. quæ ex delicto.

Reliqua verbo, Conatus, Animus, Effectus.

1 COGNATIO superior, & inferior incipit à primo gradu, ex transuerso autem siue à latere nullus est primus gradus, & ideò incipit à secundo, l. 1. de gradibus affinit.

Cognationem etiam facit adoptio, l. 1. §. cognationem, vnde cognati.

Cognatio nulla seruilis non facile videtur cognatio. d. l. 1. §. 1.

Cognationes per adoptionem adquisitæ perimuntur minima capitatis diminutione, l. 2. eod. & gl. 2. in l. 1. C. de hered. instit.

Cognationem primam non recipit liber factus seruus, ac posteà manumissus, secus si fuisset restitutus, l. is, qui, & ibi gl. 1. vnde cognati.

Cognationis gradus alij sunt superioris ordinis, alij inferioris, alij ex transuerso, siue a latere, l. 1. de gradibus affinit. & in princip. Inst. de gradi. cognat.

Cognationis gradus superioris ordinis sunt parentes, inferioris liberi, ex transuerso siue a latere sunt fratres, & sorores, eorumque liberi, d. l. 1. & d. princ.

in Cognationis primo gradu inferioris, & superioris ordinis cognati possunt concurrere, ex transuerso verò nunquàm eo gradu potest quisquam concurrere, sed in secundo, tertio, & deinceps in cæteris possunt concurrere, ex transuerso etiam cum superioris ordinis cognatis, ibid.

in Cognationis eodem gradu omnes existentes non semper concurrunt, quando de hereditate vel bonorum possessione quæritur, ibid.

in Cognationis primo gradu sunt suprà pater, & mater, infrà filius & filia, q[...] possunt esse plures, in secundo gradu sunt suprà auus, & auia, infrà nepos & n[...]ptis, ex transuerso frater, & soror, in tertio gradu sunt suprà proauus & pr[...]auia, infrà pronepos & proneptis, ex transuerso fratris sororísque filius & [fi]lia, patruus & amita, auunculus & matertera, d. l. 1. §. 1. & l. fi. §. nunc singulo[...] eod. & §. 1. Inst. de gradibus cognat. & §. secundo gradu, & §. tertio, eod.

in Cognationis quarto gradu sunt suprà abauus, abauia, inf. abnepos, abneptis, [ex] transuerso fratris sororísque nepos, neptis, & conuenienter patruus magn[us] amita magna, auunculus magnus, matertera magna, idest, auiæ frater, & [so]ror, item fratres patrueles, & sorores patrueles, idest, qui, quæve ex duob[us] fratribus propagantur, item consobrini, consobrinæ, idest, qui quæve ex du[o]bus sororibus nascuntur, item amitini, amitinæ, idest, qui, quæve ex fratre [&] sorore propagantur, d. l. 1. §. quarto gradu, & d. l. fi. §. quarto, & §. quarto grad[u] Inst. de gradibus cognat.

in Cognationis quinto gradu sunt, suprà atauus, atauia, infrà atnepos, atneptis, [ex] transuerso fratris sororísque pronepos, proneptis, & conuenienter propatruu[s] proamita, idest, proaui frater, & soror, proauunculus, promatertera, idest, pro[...] auiæ frater & soror, item fratris patruelis sororis patruelis filius, & filia, & [si]militer consobrini & consobrinæ, & amitini, & amitinæ filius, & filia, propi[or] sobrino, propiùs sobrina, isti sunt patrui magni amitæ magnæ, auunculæ ma[]gnæ filius, & filia, d. l. 1. §. quinto, & §. quinto gradu, & ibi gl. propior, in ad[di]tione, Inst. de gradibus cognatio.

in Cognationis sexto gradu sunt suprà tritauus, tritauia, infrà trinepos, trinep[tis] ex transuerso fratris, & sororis abnepos, abneptis, & conuenienter abpatru[us] abamita, idest, abaui frater, & soror, abauunculus, abmatertera, idest, abau[iæ] frater & soror, item patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, matert[e]ræ magnæ, nepos, neptis, item fratris patruelis sororis patruelis consobri[ni] consobrinæ, item amitini, amitinæ nepos, neptis; item propatrui, proami[tæ] proauunculi, promaterteræ, filius, filia, l. 3. & l. fi. §. sexto gradu, eod. & §. sex[to] gradu, Inst. de gradibus cognatio.

in Cognationis septimo gradu quàm multæ personæ esse possint, constat ex h[is] quæ in sexto gradu enumerantur, ibid. & d. l. fi. §. septimo.

Cognationis gradus vltra septimum difficilè potest numerari, tamen est sep[ti]mus, octauus, & deinceps, ibid.

in Cognationis gradu, enumeratione parentum liberorúmque personæ dupla[n]tur, scilicet duos habeo in primo gradu, suprà scilicet patrem, & matrem, in[frà] filium & filiam, in secundo quatuor, suprà scilicet auus, & auia paterni, auus [&] auia materni, sic & infrà nepos neptis ex filia, l. 3. §. fin. & ibi gl. fin. de gradi[bus] affinitat.

Cognationis substantia bifariàm apud Romanos intelligitur, quædam cog[na]tiones continentur iure ciuili, quędam iure naturali, nonnunquam verò vt[ro]que iure concurrente, & naturali, & ciuili, copulatur cognatio, l. 4. §. cognatio[]nis, eodem, & gl. vtique, in §. fi. Instit. de legitim. agnat. tutel.

Cognatio naturalis per se sine ciuili dicitur illa, quæ descendit per fœminas, q[uæ] vulgo liberos pariunt, ciuilis autem per se, quæ etiam legitima dicitur si[ne] naturali, fit per adoptionem, sed cognatio vtroque iure dicitur, cùm iustis n[u]ptiis contractis copulatur, d. §. cognationis.

Cognatio naturalis appellatur generali hoc nomine scilicet cognationis, sed c[i]uilis licèt ipsa quoque per se plenissime hoc nomine vocetur, propriè tam[en] agnatio vocatur, videlicet quæ per mares contingit, ibidem.

Cognationum stemmata, vel gradus directo limite in duas lineas separant[ur] quarum, vna superior est, alia inferior, & superiori & inferiori pendent lin[eæ] transuersales, l. stemmata, de gradibus affinitat.

Cognationum nominibus etiam vtimur in seruis, l. final. §. nomen, eodem.

Cognationes seruiles ad leges non pertinent, nisi quoad nuptiarum prohibiti[o]nem, d. § nomen, & ibi gl. non pertinent.

Cognationis origo, & per fœminas solas contingit, d. l. fi. §. cognationis, de gra[dibus] affinit.

in Cognationis gradu de iure canonico non dicuntur inter se distare illi, q[ui] sunt nati ex eodem patre, cùm si duo fuerint, vel etiam mille, vnum tant[um] gradum faciant, ibid. gl. item liberi, ibid.

Cognationis eodem gradu dicitur esse duobus modis, primò, quia duo faciu[nt] vnum gradum, vt de iure canonico in fratribus ex eodem patre natis, secun[dò] quando sunt in eadem linea consanguinitatis, vt sunt duo filij duorum fr[a]trum, nam ipsi duos gradus faciunt, tamen sunt in eodem gradu ad stipitem, i[bid.]

Cognationis, vel consanguinitatis gradus sex ad minus constituuntur ex q[ua]tuordecim personis de iure canonico, sed de iure ciuili septem gradus efficiu[n]tur, ibidem.

in Cognationis primo gradu ascendentium connumeratur pater, & filius in p[ri]mo gradu descendentium, † ibid.

Cognationis gradus quando sciri desideratur, recurritur ad stipitem, & t[a]nunquàm stipes connumeratur pro gradu, ibid.

Cognationis gradus etiam vsque ad decem computantur de iure ciuili, quan[do] de successione tractatur, sed secundum canones antiquos vsque ad septe[m] quia de nuptiis tractatur, ibid.

Cognationis gradus dicti sunt ad similitudinem scalarum, locorúmve pro[cliu]ium, d. l. fi. §. fi.

Cognatio & agnatio se habent, vt genus, & species, nam cognationis nomen [ge]nerale est, sed agnationis est speciale, quia omnis agnatus est cognatus, sed [non] è conuerso, gl. cognati, in principio Institu. de legiti. agnat. tutel. & gl. cog[na]tione, in principio Inst. de legit. agnat. succes.

Cognationis iura non tolluntur per omnem capitis diminutionem, §. fin, eod.

Cognatio est nomen naturale, nam ratione sanguinis hoc nomen est im[po]situm, gl. agnatio, ibid.

vnde oriundus est,& carebit effectu priuilegij, & commodum cohortalis militiæ non habebit, l.fi.C.de coho.li.12.

Cohortales milites non debent vocari ad sollicitudinem bastagiæ, neque ad functionem nauicularíam,neque inuiti curialibus cœtibus sunt ascribendi,l.3.C.eo.tit. & lib.

Cohortales peracto labore militiæ, pastus primipili competenti sedulitate functione transacta;habent immunitatem à sollicitudine bastagiæ, & nauiculariorum,ibid.

ad Cohortalium officium nemo potest accedere, nisi priùs in matricula cohortalium receptus ac descriptus fuerit, pœna contrafacientibus imminente, l. quicunque,C.eod.tit.& lib.

de Cohortalium grege exemptus propter crimen, si voluerit ad pristinum sacramentum repedare, & redire,debet allegare, & ostendere principis oraculum ex certa forma concessum.l.si quis ex grege,C.eod.tit.& lib.

Reliqua verbo,Exercitus,Ala, Legio.

Coitvs duo tantùm sunt liciti de iure ciuili,scilicet cum concubina, & cum vxore,alij omnes sunt illiciti,sed de iure canonico vnus tantùm est licitus,scilicet cum vxore, cum alia verò dicitur fornicatio, vel stuprum, gl. pe. & ibi add.marg.in l.liberæ,24.de ritu nuptiarum.

ad Coëundum possunt esse potentes viri etiam in nono anno.gl.puberes,in add. marg.in prin.Inst.de nuptiis,

Reliqua verbo,Concubina,Concubinatus.

1 Collatio bonorum iure Digestorum ex testamento non fiebat, sed bene ab intestato,gl.2.in l.si non mortis,25.de inof.testam.

Collatio bonorum ob causam facta,causa non sequuta condicitur. l. si filius, de condict.causa data.

Collatio bonorum non habet locum inter eos, qui diuerso iure succedunt, sed tantùm inter eos,qui eodem iure succedunt.l. pen.§.videamus, & ibi gl.an hi, de bon.poss.contra tab.

Collatio bonorum locum non habet, quando filius emancipatus non facit locum suo, d. §.videamus, vers.& hoc fit, & ibi glos.verbis, de bonorum poss. contra tab.

Collatio idem est,quod communicatio,quasi in commune latio,quia quod erat proprium confertur,idest,communioni subiicitur,gl.1.in rubr. de collatio.

Collatio olim habebat locum ab intestato, non tamen ex testamento,hodiè secus.d.gl.1.in rub.& add.eod.tit.

Collatio fit inter suos,& emancipatos, qui petunt contra tabu.de iure communi, vel de iure speciali per restitutionem in integrum, sed non inter solos emancipatos, aut inter diuerso iure succedentes. l. 1.& ibi glos.possessio, de collat.bonorum.

Collatio iure nouo habet locum in succedentibus de iure ciuili, gl. possessio, in l.1.§.1.de collat.bonor.

Collationi in bonorum possessione cõtra tabulas toties locus est,quoties aliquo incommodo est affectus is, qui in potestate est interuentu emancipati, sed si non sit affectus aliquo incommodo,tunc cessat collatio.d.l.1.§.toties.

Collatio habet locum, quando quæritur ab intestato per vnde liberi, quia cùm emancipatus faciat iniuriam suo,qui de iure ciuili in totum succedere debet, meritò habet locum collatio.gl.affectus,ibid.

ad Collationem in bonorum possessione contra tab. obligatus cogitur satisdare cum fideiussoribus,vel pignoribus de conferendo, quod si recusat per contumaciam, denegantur sibi actiones hereditariæ; & si per inopiam datur curator bonis; vel fiet collatio re ipsa,si res conferendæ sunt certæ, aliàs secus; vel fiet compensatio alterius rei loco collationis dimissæ.d.l.1.§.iubet.

ad Collationem obligatus si propter inopiam nõ satisdederit, datur curator bonis, apud quem refecta pecunia ex rebus quæ seruari non possunt,collocatur, vt tunc demũ recipiat,quod redactum est, cum bona propria contulerit. ibid.

ad Collationem bonorum obligatus potest perpetuò offerre satisdationem de conferendo,& ita quandocunque obtulerit, recuperat pristinum ius, etiamsi anteà recusasset per contumaciam offerre.d.l.1.§.si frater,& ibi glo.oblata, & gl.pro portione,§.sed & si.eod.

in Collationem bonorum non venit castrense peculium, vel quasi, nec quod dignitatis nomine à patre pro filio datur, vel debetur.d.l.1.§.nec castrense.

in Collationem bonorum non venit hodiè peculium aduentitiũ.gl.cõfertur.ibi.

in Collationem bonorum venit, quod quis habet tempore mortis patris, sed non,quæ post mortis patris adquisiuit. d. l.1.§.si emancipato,eod.

2 in Collationem non veniunt ea,quæ ad heredes non transmittuntur,d. l. 1. §. si impubere.

in Collationem bonorum veniunt,quæ quis post mortem patris adquisiuit,si illa retrohabita,vel retroscripta fingantur.d.l.1.§.si is,qui.

Collationum portiones ita sunt faciendæ, veluti duo sunt filij in potestate, & vnus emancipatus habens trecenta,ducenta fratribus debet conferre, retentis sibi centum.d.l.1.§.pen.

in Collationum portionibus conferens facit partem filiis in potestate, quamuis conferens sit is,cui conferri non solet,d.l.1.§.pe.

Collatio bonorum fit ab his,qui quoquomodo sui iuris facti sunt,l.filius, 9.eod.

Collatio bonorum habet locum per æquitatem Scæuolæ in his, qui succedunt diuerso iure.l.si filius,10.& ibi glos.2.eod.

Collatio bonorum hodiè fit inter quocunque iure succedentes,d.l.si filius,in additione marg.

Collationem non inducit erronea successio.l.filius,de collat.dotis.

Collatio nõ habet locum,cùm agitur querela,hodiè tamen sic,d.l.filius,§. finali.

Collatio dicitur comparatio, glos.2.in authent.at si contractus,C.de fide instrumentor.

Collationes dicuntur illæ,quæ conferuntur ad vias reficiendas, gl. 1.in l. 2. C. si propter publicas pensitationes.

Collatio de iure antiquo non poterat fieri de bonis à patre donatis filio emancipato,quando pater testatus decedebat,quia tunc cessat iniuria,quam prætor faciebat suis admittendo emancipatos.gl. fi.& ibi add. mar.in l.1.C.de collat.

3 Collatio cessat in successione ex testamento, nisi pater expresserit testamento suo.l.filiam.C. eod.

Collatio si sit omissa in diuisione facta à iudice,vel à partibus vt conferatur,iterum potest agi.l.si soror.8.C.eod.

Collatio bonorum iudicis officio directè fit,† gl.3.ibid.

Collatio bonorum inter emancipatos filios mortuo patre ab intestato non fit.l. si emancipati.9.C.eod.

Collatio locum habet,quando nullum testamentum est factum,& de iure Digestorum succedebatur per bonorum possessionem contra tabul. vel alio modo glos.3.ibid.

Collationem fieri impedit testamentum in scriptis,vel iudicium nuncupatiuum glos.4.ibid.

Collationem non impediunt codicilli, vel simpliciter quodlibet iudicium. ibid & l.filiam cum,16.C.eod.

Collatio locum habet tantùm inter descendentes, cùm agitur de hereditate ascendentis, & inter illos, quibus debetur legitima. glos. fi. in add. in d. l. si emancipati.

Collatio non habet locum in successione collateralium,etiam de his,quæ proueniunt ab eo,de cuius successione agitur,ibid.

Collatio non habet locum inter ascendentes, quando illi succedunt descendentibus,licèt illis debeatur legitima à descendentibus,ibid.

ad Collationem nemo tenetur,nisi ille,qui in vniuersum ius succedit,gl.1. in l. à patre,10.C.eod.

Collationem facere cogitur quis per denegationem actionis,cum habet partem suam,vel per officium iudicis.l.postumo.11.& ibi gl.fi.& l.filiæ, licèt.12.& gl. 3.in l.si soror,8.C.de collat.

in Collationem non veniunt relicta in codicillis.l.filiam cum.16.C.eod.

Collatio locum habet, quando per querelam inofficiosi testamenti rescinditur in totum testamentum, quod est verum, etiam de iure veteri.gl.1.& ibi add. marg.in l.vt liberis 17.C.eod.

Collationem faciendi modus est,quòd fiat bonorum coaceruatio,& posteà bona illa diuidantur,l.illam,19 C.eod.

Collatio datorum inter succedentes tam ab intestato, quàm ex testamento fieri debet, nisi expresśe aliud dictum sit à testatore omnibus, quæ priùs de collatione dicta sunt confirmatis,§.illud,in auth.de triente,& semisse,col.3.

Collatio donationis simplicis fieri non debet, nisi quando pater hoc expressit, item quãdo pater vni ob causam donauerat,alteri simpliciter, quo casu etiam donatio simplex confertur, ne inæqualitas emergat, item quando pater filio donauit, vt in peculio haberet, & tunc etiam huiusmodi donatio, quamuis simplex,debet conferri,ibid.

Collatio fit inter suos,vel inter suum,& emancipatum in profectitiis,non tamen in aduentitiis.d.gl.omninò.

Collatio inter non suos nec inter emancipatos, vt sunt nepotes ex filio, nullo modo fit,ibid.

Collationum dispositiones, & denunciationes per singulas prouincias & ciuitates fieri debent notæ, & exemplum earum debet dari petentibus soluentibus etiam de suscepto securitate præstita,& iudices,& executores contrafacientes puniri debent,auth.de collatoribus in prin.& §.1.col.9.

Reliqua verbo,Conferre,Filius,93.197.204. 208.vsque 215. Pater,58.Transmissio, Donatio,30.vsque 33.Liber,12,

Collatio dotis iure Digestorum non fiebat ex testamento,sed hodiè rectè fit tam ex testamento,quàm ab intestato,gl.fi.in l.si filius,qui.23.si quis omissa causa testament.l.1.§.filiam,de collatio.dotis.

Collatio dotis fit speciali iure etiam inter succedentes ab intestato de iure ciuili,etiam si non petatur contra tabulas,d.l.1.& ibi glo.si fit,ff.eod.

Collatio dotis est introducta ab Imperatore, & non à prætore,& sic officio iudicis,ibid.

in Collatione dotis diuortio facto,& marito existente non soluendo,non computatur mulieri integra dos,sed id,quod ad mulierem integrè potest peruenire, hoc est,quod maritus facere potest, hodiè tamen confert actionem dotis, licèt inanem, & percipit integram portionem. d. l. 1. §. cùm dos, & ibi gl. potest eod.

in Collatione dotis post moram veniunt etiam fructus, & vsuræ dotis, quando collatio fit officio iudicis,secus,quando ex stipulatione interposita de conferendo,quia tunc non veniunt vsuræ.l.filius.§.fi.& ibi gl.fi.ff.eod.

in Collatione dotis conferens etiam suam personam numerat in partibus faciendis,sicut & in collatione bonorum.l.2.§.fi.de coll.bo.

Collatio dotis & aliorum datorum inter fratres hodiè ex testamento, vel ab intestato non fit,si pater hoc dixerit,fiet tamen,si pater nihil dixisset.auth.ex testamento.C.de collat.

Collatio datorum causa dotis donationis propter nuptias, & causa militiæ inter fratres succedentes ex testamento,vel ab intestato, facienda est hodiè, nisi testator hoc prohibuerit.d.auth.ex testamento,& ibi gl.fi.& gl.fi.in l.si emancipati.9.C.de collat.

Reliqua verbo,Dos,25.26.Conferre,Filia,11.12.13. Filius,208. vsque 215.Neptis, Pater,58.

Collatores dispositionum collationum si ante insinuationem soluant fiscalia tributa, & in alios titulos, aut per alium modum,quàm fuerit statutum per dispositionem vnius anni,in quo soluere tenebatur, aut id, quod occasione tributi debuit fisco solui,in vtilitatem prouinciæ fuerit impensum,illud debet computari in id,quod soluit occasione tributi secundùm dispositionem illius anni.§.si verò ante.in auth.de collatoribus col.9.

Collatorum aliquis si dubitat de possessione,pro qua fiscalia exiguntur, aut pro qua fiscalium quantitates fiscalium descriptionum custodes possunt cogi à iudice prouinciæ, aut eo negligente ab Episcopo eas proferre, & fiscalium ostendere quantitatem, & seruitutem publicæ descriptionis exigi possessorem.§.hoc autem.eod.

Collecta vel onera non possunt imponi à laicis clericis, Ecclesiis vel piis locis,& contràfaciens tenetur in triplum,& subiicitur banno, à quo non liberatur,nisi primo satisfacto.authen.item nulla,C.de Episcopis.

Collectis,& indictionibus impositis,si quis aliò commigret, tenetur ad præstationem collectarum.l.incola.34.in add.mar.ad munic.

Collega vnus de collegio quod præbet immunitatem,à muneribus poteſt ſponte ſuſcipere , & ſic renunciat eo ipſo excuſationi. l.ſemper.§.fi.& ibi gloſ.fi.de iure immunit.

Collegarum appellatione continentur hi , qui eiuſdem ſunt poteſtatis , vt ſunt duo conſules,duo tutores.l.collegarum.73. de verb.ſign.

Collega ſi fuit ſoluendo tempore depoſiti officij , alter collega non poteſt conueniri,nec eius heres.l.3.de probat.

Collegæ duo ſi adminiſtrarunt vnum officium ſimul,putà tutelam, & vnus ſatisfecit pro ſua parte,ille non tenetur pro parte alterius,ſi fuiſſet ſoluendo tempore depoſiti officij.ibid.

Collega poterit ſuum collegam in eo, in quo deliquit, propter onus ſibi impoſitum accuſare coram præſide.l.2.ad fin.C.de legatio.lib.10.

COLLEGIALES, vel illi , qui ſunt de collegio ratione alicuius profeſſionis, vel artis,non minùs ſunt ſub præſide,vel alio ſuperiore,quàm ſub rectore ſuo. l.fi.C.de iuriſd.om.iud.

Collegiales,vel illi,qui ſunt de collegio alicuius profeſſionis,vel negotiationis, non poſſunt recuſare iuriſdictionem rectorum, quòd ſi fecerint,collegio priuantur,ibid.

COLLEGIATI dicuntur à collegio,ſicut priuilegiati à priuilegio.gl.in rub. C. de collegiatis,lib.11.

Reliqua verbo,Supernumerarius,Teſtimonium,1.

COLLIGATIONES, quas faciunt ciuitates , vel domini inuicem,ſunt prohibitæ,& ipſo iure nullæ,ſi fiant principe exiſtente in partibus,vel eo exiſtente ad eorum defenſionem,ſed abſente principe,non ſunt prohibitæ, ſi fiant ad ſe defendendum ab oppreſſionibus tyrannorum.gl. occultæ, in extrauag.quoniam,qui ſint rebelles.

Reliqua verbo, Conuenticula,Monopolium,Fœderati,Machinatio,Coniuratio.

COLLVCTATIO eſt, quando pugnantes non ſtant certo loco , ſed pancratium,eſt locus lignis circumdatus,in quo loco ſtant pugnantes.gl.in colluctatione,in l.qua actione,§.in colluctatione,ad legem Aquil.

Reliqua verbo,Pancratium.

COLLVSIO vbique eſt prohibita.gl.fi.ibi add.in l.quia autem,§.ſi patronus, ſi quis omiſſa cauſa teſtam.

Colluſio eſt inter actorem, & reum latens,ac fraudulenta conuentio , per quam alter in iudicio ſuperari ſe ſinit.add.marg.in rubric. de colluſione detegenda.

Colluſionem detegens nanciſcitur dominium ſerui , qui per colluſionem ingenuus eſt effectus.l.1.de colluſ.detegend.

Colluſionem detegentis libertus efficitur ille,qui per colluſionem libertus effectus eſt.gloſ.fi.ibid.

Colluſionem ingenuitatis,viuente eo,qui ingenuus pronunciatus eſt,poteſt quis detegere intra quinquennium continuum à tempore latæ ſententiæ.l.2. & ibi gloſ.2.eod.

Colluſio per quam impubes ſeruus iudicatus eſt ingenuus,vt detegatur,expectatur tempus pubertatis,nec interim currit quinquennium.d.l.2.§.1.

Colluſio poteſt detegi ex iuſta cauſa,etiam poſt quinquennium.d.§.1.& ibi gloſ. alterius.

ad Colluſionem ingenuitatis detegendam quando plures domini, vel patroni accedunt pariter,ille præfertur , quem viderit iudex magis idoneum , & cuius magis intereſt.l.fi.& ibi gl.fin.eod.

Colluſionem in necem alterius faciens tenetur crimine ſtellionatus, l. 3.§. pen. de crimine ſtellionat.

Colluſionis detectio facta in cauſa liberali,debet fieri intra quinquennium continuum poſt ſententiam,ſi viuat ille,qui ingenuus per colluſionem pronunciatus eſt.gl.in rub.in add.C.de colluſ.deteg.

Reliqua verbo,Legatarius,8.Sententia,44.

COLLYRIVM dicitur vnguentum ad oculos.gl.collyrium,in l.adeò,7.§.cùm quis,de adq.rer.dom.

Colonus in genere,nu.1.vſque ad nu.12.
quoad fructus,& tacitam reconductionem,nu.12.& 13.
quoad ſolutionem,& remiſſionem penſionis,nu.14.& 15.
quoad hypothecam inductorum,& illatorum,nu.16.
quoad colonum partiarium,nu.17.
quoad colonum cenſitum,nu. 18.
quoad colonum aſcriptitium,& originarium,& alios,nu.19.20.21.

1 COLONVS & inquilinus non poſſident ciuiliter , nec naturaliter, poſſident tamen pro alio ,§. poſſidere, & ibi gl. 1.Inſt.de interdictis.gl.poſſideant.in l. communi.§.neque colonis,communi diuid.& gl.fi.in l.ſi pignus , 37.de pign. act.& l.non ſolùm.33.§.quod vulgò. & ibi gl. vllam,de vſucap.& l.certe, §.is, qui,& ibi gl.non poſſident,de preca.

Colonus,& inquilinus dicuntur detinere,ſed non poſſidere.d.gl. 1.in add. marg. & d.gl.poſſideant.

Colonus ab inquilino non differt reſpectu iuris , vel ciuitatis, ſed reſpectu eius, quod colunt,quãdo enim quis incolit domũ,ſiue in ciuitate,ſiue in rure dicitur inquilinus , ſed ſi colit fundum principaliter , licèt in eo ſit domus ad recondendos fructus, ſiue fundus ſit in ciuitate,ſiue ruri,dicitur colonus † , reprob.gl.2.ad.ibi in d.§.poſſidere,& l.ſi in lege.27.§.colonus,in ad. m.locati,& gl.poſſidere.in l.res pignoris,37.de adq.poſſ.& gl.2.in l.emptorẽ.C.de locato.

Colonus,vel inquilinus licèt non poſſideant,ſi tamen à poſſeſſione reiiciantur ab alio, dominus perdit vtramque poſſeſſionem, ſecus ſi non deiiciatur , ſed perdat,vel derelinquat,gl.1.& ibi add.marg.

Coloni ruſtici ſolent dicere , campus iſte eſt meus , cùm tamen domino colunt ipſum,gl.non quia,in l.2.§ 2. de orig.iuris.

Colonus tuus , cui vſumfructum fundi legaſti ,poteſt vendicare vſumfructum actione ex teſtamento,& à mercedibus erit liberandus , & expenſas,quas fecit gratia rei recuperabit.l.quoties,34.§.ſi colono,de vſufructu.

Colonus pro detentione , quam habet, tenetur rei vendicatione, licèt poſſit dominum in iudicio nominare,† gl.poſſideant. in l. in communi,§.neque colonis,communi diuid.

Colonus propter ſucciſas arbores ex locato conuentus aduerſario deferente ſi iurauerit,ſe non ſuccidiſſe,ſi poſteà conueniatur ſiue ex lege 12. tab.de arboribus ſucciſis , ſiue ex lege Aquilia damni iniuria, ſiue ex interdicto quod vi aut clàm,per exceptionem iuramenti defenditur,l.duobus reis,§. colonus , de iureiur.

Colonus propter ſucciſas arbores poteſt conueniri ad duplum ex locato , vel ex lege 12.tab.de arboribus ſucciſis,vel lege Aquilia , vel interdicto quod vi aut clam,d.§.colonus,& ibi gloſ.ſucciſas,cum duabus legibus ſequentibus.

Colonus conducens ad non modicum tempus,dicitur naturaliter poſſidere , ſecus ſi ad modicum tempus,quia tunc nullo modo poſſidet,glo.dominium , ad med.in l.ſi vt certo,§.ſi duobus. commodati.

Colonus ſi res domini in prædio conſiſtentes celat animo furandi , tenetur locati,& furti,nec vna actio tollitur per aliam.l.idem eſt,46. pro ſocio.

Colonus de his, quæ præſente die præſtare debuit,veluti vt opus aliquod efficeret,vel propagationes, & plantationes faceret,poteſt ſtatim conueniri à locatore ad totale intereſſe,l.ſi in lege,24.§.ſi domus locati.

Colonus in quinquennium ſi ei frui non liceat , totius quinquennij nomine ſtatim poteſt agere ex conducto ad intereſſe quanti percepiſſet in toto tempore conductionis,& ſi reliquis annis dominus eum frui patiatur,deducetur tamen quantum valet plus , quia nunc percepit, quàm ſi temporibus frequentibus perciperet,d.l.ſi in lege,§.colonus,& ibi gloſ.ſtatim.

Colonus,cui ſecundùm conuentionem non præſtantur, quæ conuenerant , vtiliter aget ex conducto ad intereſſe totale, ſiue prohibeatur frui à domino , ſiue ab extraneo , quem dominus prohibere poteſt , ſi autem dominus non poteſt prohibere,aget colonus,vt merces ſibi remittatur,vel ſi ſoluta ſit, reddatur. d. §.colonus & ibi gl.prohibuit.

Colono non tenetur ſtare emptor,vel legatarius,gloſſ. locauit,in l.ſi merces.25. §.1.eod.

Colonus non poſſidet ciuiliter,nec naturaliter,gl.2.in l.emptorem, 8.C.de loca.

Colonus dicitur in villa ſiue numis colat,ſiue ſit partiarius, ſed inquilinus dicitur in ciuitate.gl.2.in l.cum nemo.5.& ibi gl.1.& l.fi.C.de adq.poſſ.& gl.2. in l.diffinimus,C.de agric.lib.11.

Colono non tenetur ſtare ſucceſſor ſingularis voluntarius, ſed bene neceſſarius, niſi ſit fiſcus,qui non tenetur ſtare colono confiſcati,† gl.locauit , in additio. in dicto §.1.& glo tertia portio,in l.diuortio,ſoluto matrimonio.

Colonus ante omnia curare debet , vt opera ruſtica ſuo quoque tempore faciat, ne intempeſtiua cultura deteriorem fundum faciat, item villarum, ideſt, paruarum ædium curam debet habere , vt eas incorruptas habeat. d. l. ſi merces. 25.§.conductor.locati.

Colonus priuati non poteſt expelli intra biennium , ſi pactum eſt de non expellendo,ſed ſi ceſſauit per biennium,non obſtante pacto poteſt expelli.l.quæro. 54.& ibi gloſ.biennij,eod.

Coloni heres quamuis colonus non ſit poſt finitam conductionem , nihilominùs tamen domino poſſidet,ſicut ipſe colonus dum viuit , & etiam poſt mortem ante apprehenſam hereditatem , l. cùm in plures,60.§.heredem.& ibi gl. non eſt.& gl.domino.eod.

Coloni heres dicitur colonus ante finitam conductionem,d.gl.non eſt.

Colonus,qui numis colit,poteſt agere condictione furtiua,cùm fructus ſint eius ſtatim,cùm decerpti fuerint.gl.condicere,in d.l.cùm in plures.§.meſſem.

Colonus , qui numis colit , perſimilis eſt bonæ fidei poſſeſſori, & ideò fructus à quocunque ſeparentur , fiunt eius , eorúmque eſt dominus , & ob id poteſt agere condictione furtiua , ſed colonus partiarius , ita demùm efficitur dominus,cùm per ſe,aut alium à ſolo ſeparauerit, quorum partem certam habiturus eſt , & ob id condictione furtiua ipſe non poteſt agere, d. gl.condicere, & ibi add.marg.

Colonus poteſt facere expenſas vtiles , & neceſſarias in re conducta , l. penult. locati.

Colonus, cui vſusfructus fundi,quem numis colebat,legatus fuit,poteſt agere ex teſtamento cum herede,vt eum liberet ab actione locati.l.cui vſusfructus. 30. §.ſi de vſufr.legato.

Colonus propriè dicitur ille,qui numis colit, non autem partiarius.gloſ. 1. in l. pen.eodem.

Colonus ſi ignorante domino opus fecerit,propter quod aqua nocet vicino,dominus fundi actione aquæ pluuiæ arcendæ tenetur tantùm ad patientiam, ſed colonus,qui fecit, tenetur interdicto quod vi aut clàm ad impẽſam reſtituendi operis , & ad præſtandum damnum,quod ex eo datum fuit. l. 4. §. fi.cum l. ſeq.de aq.plu.

Colonus ſoluens mercedem heredi dicitur adquirere poſſeſſionem heredi , qu[...] & vſucapere tunc poteſt.l.qui vniuerſas. 30. §.quod per colónum, & ibi gloſ[...] colonum,de adquirenda poſſeſſione.

per Colonum retinet locator poſſeſſionem naturalem , quamuis colonus ſit abſens , nec ſit in fundo , nec in conſpectu, nec in proximo,ſi habet animum redeundi,niſi alius interim poſſideat,& fruatur,l.ſi colonus, 31. & ibi gloſ. 1. & add.marg.eod.tit.

Colonus quando exiit de fundo conducto animo deſerendi poſſeſſionem,dominus perdit naturalem , retinet tamen ciuilem,in qua coloni malignitas nih[il] nocet,niſi colonus alij tradat,vel deiiciatur,quia tunc dominus perdit vtramque.† d gl.1 & gl.1.in d.l.1.C.communia,de vſucapio.

Coloni ficta traditio non priuat dominum poſſeſſione, ſed verè recta traditio. [l.] quamuis,32.§.1.& ibi gl.retinet.& ibi add.marg.de adq.poſſ.

Colonus quãdo recedit non animo deſerendæ poſſeſſionis,dominus nullam poſſeſſionem perdit, ſed ſi receſſit animo deſerendæ poſſeſſionis,ſtatim dominu[s] perdit naturalem,retinet tamen ciuilem, niſi naturalem adipiſci negligat,† [l.] ſi de eo fundo,40.§.1.& ibi gl.neglexerit,& gloſ.aliud, eod,

Colono mortuo perdit dominus naturalem poſſeſſionem , retinet tamen ciuilem,niſi naturalem adipiſci negligat,† ibid.

per Colonum poſſeſſio,& retinetur,& continuatur,ibid.

Colonus inſtrumentum ſubducens,cauſam poſſeſſionis immutare videtur,ob i[d]que non longo , ſed longiſſimo tempore præſcribit , quid potiùs eſt propt[er] malam fidem,cùm ex ſola inſtrumenti interuerſione cauſa immutata non c[...]catur.d.l.ſi de eo fundo.§.ſeruum in add.marg.

Colonus ſi diſcedat animo deferendi fundum,& alius interim ſit ingreſſus, tu[...]

domin[...]

11 Coloni patrimoniales, vel saltuensens non obstantibus aliquibus stipendiis, quæ meruerint, reuocantur ad primæuam culturam agrorum. l. 1. C. de fugit. colon. lib. 11.
Colonum patrimonialem suscipiens, vel occultans, tenetur illum restituere, & punitur in vna libra auri. l. 2. C. eo.
Colonus originalis fiscalis rei non potest auocari ad honores, vel ad alia quælibet ciuitatis munera. l. 1. C. de agric. & mancip. lib. 11.
Coloni priuati patrimonij principis idonei ad raciocinia gerẽda intra domum, vel ad colendos agros, si ad aliorum vsum ierunt, retrahendi sunt. l. 2. C. eo.
Coloni dominici, id est, principis, non debent reuocari ad descriptionem, neque ad extraordinarias functiones. l. pen. C. eod.
Colonus quando vult vendere agrum priuati patrimonij principis, debet vendere non tantùm vni ex consortibus suis, qui grauis & molestus existat, sed etiam aliis duobus, vel pluribus ex simili origine, ac iure venientib. l. fi. C. eo.
Coloni dicuntur prædiorum conductores, sed pratorum dicuntur saltuenses, gl. 1. in l. 3. C qui militare possunt. lib. 12.
Colonus dicitur, qui prædium rusticum colit, inquilinus, qui prædium vrbanum, † glo. coloni. in additio. in §. item Seruiana. Inst. de act.
Colonus pro debito domini locantis rectè potest cõueniri prius domino locante condemnato, si ipse colonus non soluit pensiones, secus si soluisset eas domino. l. 3. & ibi glo. 1. C. de actio. & oblig.
Reliqua verbo, dominus, 2. 3. Fideiussor, 17. Inquilinus, Promissio, 1. Succedens, Successor, 3. 4. Conductor, per tot. Legatarius, 10. Emptor. 13.

12 COLONVS finita locatione fructus percipiens contra domini voluntatem, potest conueniri condictione furtiua, & certi condictione generali, eò quia furtum facit, secus si percepit domini voluntate, l. si quis nec, §. 1. & ibi gl. condici, si certum petat.
Colonus finita locatione fructus percipiens, censetur in dubio domini voluntate fructus percipere, propter primam voluntatem, quæ videtur semper adesse, nisi probetur abesse, gl. ex voluntate, ibi.
Colonus si locauerit fundum, res posterioris conductoris non obligantur primo locatori, fructus tamen fundi sunt ei obligati, sicut & primus colonus percepisset, l. si in lege, 24. §. 1. locati.
Colonus potest percipere fructus etiam immaturos, si eos tollere expedit, veluti oleas immaturas, quę sunt meliores, quàm maturæ, partiarius tamen non potest, gl. 1. in l. pe. locati.
Colonus, qui numis colit, si in vltimo mense locationis colligit fructus immaturos, vt dominus non habeat maturos, tenetur de eis domino, ibid.
Colonus perceptis fructib. statim efficitur dominus eorum, siue numis colat, siue partiarius sit, gl. non sint, l. eum, qui. 14. §. præterea, de furtis.
Colonus numis colens potest agere actione furti cum eo, qui fructus stantes surripuit, l. si apes, 26. §. fin. de furtis.
Colonus numis colens dicitur ille, qui mercede constituta in pecunia numerata colit, vt ita omnes fructus percipiendo suos faciat, intellige si ipse percipiat, vel alius nomine eius, & ideò si fur percipiat eos, cùm nomine coloni non percipiat, non dicuntur coloni, & ideo colonus contra illum furem, licet habeat furti actionem pro suo interesse, non tamen habet condictionem furtiuam, † Docto. reprob. gl. penult. ibi.
Colonus numis colens ad non modicum tempus habet actionem furti contra eum, qui stantes fructus surripuit, quia illi fructus, vt primum decerpti sunt, dicuntur esse eius, ibid.
Colonus percipiendo fructus facit suos soluta mercede, aut habita fide de mercede, l. si seruus communis, 61. §. locaui, & ibi gl. facere, eod. tit.

13 Colonus post lustrum conductionis, si inuito domino remansit, ac fructus percepit, tenetur domino furti nomine fructuum, scilicet messis, & vindemiæ, etiam fructibus consumptis, l. inficiando, 67. §. fi. eod.
Colonus, qui numis colit, suos facit omnes fructus, vt vsufructuarius, sed differunt, quia colonus talis facit fructus suos statim, vt decerpti sunt à solo, secus est in vsufructuario, item fructuarius non transmittit ad heredem, sed colonus sic, §. is verò, & ibi gl. de colono. Instit. de rerum diuisione.
Colonus si remanet in conductione, videtur renouata conductio in annum, ac deinceps in vnoquoque anno, & durat pignoris obligatio ipsius conducentis, non tertij, l. item quæritur, 13. §. qui, impleto. locati.
Colonus remanendo in conductione licèt videatur renouata conductio in annum, ac deinceps in vnoquoque anno, non tamen sunt in hac secunda conductione obligata pignora, quæ tertius in prima conductione obligauit, nisi nouus consensus ipsius tertij interuenerit, ibid.
Colonus prædij reipub. si remaneat in conductione, videtur renouata prior conductio in vnoquoque anno, & durat pignoris obligatio, ibid.
Reliqua verbo, Conductor, 8. 9.

14 COLONVS licèt expellatur ob non solutam pensionem, repetit tamen expensas vtiliter factas, l. pen. locati.
Colonus ob non solutam pensionem per biennium potest expelli de fundo, ibi. & glo. 3. in auth. qui rem, C. de sacrosanctis Eccles. & glo. 4. in l. 2. C. de iure emphyteut.
Colonus ob non solutam pensionem licèt expellatur de fundo, nihilominùs potest conueniri ad pensionem debitam, ibid.
Colonus si triginta annis cesset in solutione, domino fit præiudicium, siue soluerit, siue non soluerit, & amittit dominus possessionem. si colonus interuertisset possessionem domini, † gl. temporalium, & ibi addit. marg. in l. plures, 17. C. de fide instrum.
Colonus si cessauit soluere pensionem per biennium, poterit expelli non obstante promissione de non expellendo, gl. 1. in l. 1. C. si propter publ. pensit.
Colonus tenetur soluere mercedem, quam solitus est soluere, excepto tempore, quo edaci locustarum pernicie sterilitatis vitium intercessit, l. excepto, 18. C. de locato.
Colonus à re conducta ob non solutam pensionem per biennium potest reiici, ipse tamen potest obiicere de meliorationibus. gl. per biennium, & gl. emponematis, in §. si verò, 8. de alien. & emph. col. 9.
Colono fit remissio mercedis propter omnem vim, cui resisti non potest, veluti fluminum, graculorum, sturnorum, vel si quid simile acciderit, vel si fiat incursus hostium, secus si propter vitium, quod ex ipsa re oritur, damnum accidit, quia tunc illud damnum coloni debet esse, vt si vinum coacuerit, vel raucis, & herbis segetes corruptæ sunt, l. ex conducto, §. 2. locati.
Coloni fit remissio mercedis, si tabe facta sit, quæ omnem fructum tulerit, ne supra damnum seminis amissi mercedes agri præstare cogatur, ibidem.
Colono fit remissio mercedis, quando vredo corrupit fructum oleæ, aut solis feruore non assueto quid acciderit, secus si nihil extra consuetudinem acciderit, quia tunc damnum coloni est, ibi.
Colono non fit remissio mercedis, eò quod exercitus prætereiens per lasciuiam aliquid modicum abstulit, secus si magnum, d. §. 1. & ibi glo. aliquid.
Colono fit remissio mercedis, quando ager terræ motu ita corruit, vt nusquam sit, oportet enim præstari agrum conductori, vt frui possit, d. l. ex conducto, §. 2. eod.
Colono fit remissio, si propter casum incendij repentini fructus prædij, quod coluit, combusti sunt, d. l. §. fin. eod.
Colonis, cui etiam verbo donationis facta fuit remissio mercedis vno anno propter sterilitatem, nihilominùs tenetur locatori ad integram pensionem, etiam eius anni, quo remissa fuit ei, si sequentibus annis contigit vbertas, l. si vno, locati.
Colonus, qui locator sciens præcedentium annorum vbertatem propter sterilitatem remisit pensionem [illegible] locatori computare vbertatem præcedentium annorum cum sterilitate, quia donator videtur donasse, nisi ignorans vbertatem præcedentium remisit ei pensionem vltimi anni propter sterilitatem, quo casu non videtur donare, nec computationi renunciare, d. l. si vno, & ibi glo. l. & scit.
Colonus si deseruit sine necessaria causa culturam agri, potest statim conueniri à locatore, etiam pro mercede futuri temporis, † l. si in lege, 24. §. si domus, & ibi gl. statim.
Colono conducenti fundum ad pecuniam fit remissio pensionis pro damno intolerabili, sed non pro modico, l. si merces, 25. §. vis maior eod.
Colonus conducens fundum certa mercede constituta, licèt videatur teneri, & si nihil percipiat, tamen non tenetur, & fit ei remissio congrua propter sterilitatem, gl. 1. in l. licet, C. de locato.
Colono fit remissio congrua propter sterilitatem, quando est debitor quantitatis propter fructus, & eorum respectu ideò debet haberi consideratio ipsorum fructuum, d. gl. 1. in additione marg.
Colono fit remissio congrua propter sterilitatem locustarum, nisi ex vbertate aliorum annorum possit recompensari, vel nisi speciali pacto spectet ad coloni [illegible] gl. 1 in l. excepto, 18. C. eod.
Colon[illegible] sterilitate, non de exigarate potest queri, d. gl. 1.
Colono partiario non fit remissio propter edacitatem locustarum, gl. 3.
Reliqua verbo, Conductor, 10. 11. Pensio, 5. 6. Sterilitas, Casus, 3. vsque 7.

COLONVS si conuenit, vt inducta, & illata in fundum essent pignori obligata, & antequàm inducat, si alicui rem hypotecæ nomine obligauerit, deinde eandem induxerit in fundum, ille, cui specialiter obligata est res, potior est, quando ex conuentione priori non obligatur res, sed ex eo, quod inducta fuit, quod posterius factum fuit, l. potior, §. si colonus, qui potiores in pig. 15
Colonus si ancillam pignoris causa induxerit in fundum conductum, & eam posteà vendiderit, & ipsa postea pepererit apud emptorem, locatori competit vtile interdictum Saluianum etiam ad partum recuperandum, l. 1. de Saluiano interdicto.
Colonus si res in fundum duorum pignoris nomine induxit, ita vt vtrisque insolidum obligatæ essent, singuli aduersùs tertium possessorem illarum rectè possunt agere interdicto Saluiano, sed si inter ipsos reddatur hoc interdictum, propter parẽ scilicet causam possidentis erit melior conditio, d. l. 1. §. 1.
Colonus si res in fundum duorum pignoris nomine induxit hoc pacto, vt partibus res illæ cuique obligatæ essent, quilibet eorum in parte poterit agere interdicto Saluiano, & inter se, & contra extraneum, vel colonum, ibid.
Colonus si rem, quam cum alio colono communem habebat, pignoris nomine induxerit, locatori competit interdictum Saluianum pro parte dimidia illius rei, d. l. 1. §. fin.
Colonus si res causa pignoris induxit in fundum conductum duorum, si inter locatores agatur interdicto Saluiano pro rebus inductis, obtinebit possessor: si verò tertius possideat eas res, agitur Saluiano iudicio. l. fi, eod.
à Colono inducta, & illata in fundum conductum voluntate domini, idest, domino sciente iure pignoris dominis prædiorum tenentur, & sunt tacitè obligata, in prædiis autem vrbanis etiam ignorante domino illata, & inducta, sunt tacite obligata, l certi iuris, C. de locato.
à Colono si domino sciente inferantur ligones, & araria, & similia, & in his requiritur scientia domini ad hoc, vt tacite sint obligata ipsis dominis pro pensione, glo. fin. ibid.
Reliqua verbo, Conductor, 7. Locator, 6. Colonus, 16. Inducta, Inuenta, Interdictũ, 10.

COLONVS partiarius quasi iure societatis & damnum, & lucrum cum domino fundi partiri debet: secus est in colono conducente certa mercede, l. si merces, 25. §. vis maior. locati. & gl. 1. in l. licet, C. de locato. 16
Colono partiario stare tenetur emptor, & quilibet alius singularis successor, cùm locatio non sit, sed societas, d. l. si merces, §. 1.
Colonus partiarius non potest agere condictione furtiua contra surripientem messem fundi, sed potest agere contra dominum ex conducto, vt agat condictione furtiua contra eum, l. cum plures 60. §. messem, & ibi gl. condicere. eod.
Colonus partiarius non est dominus fructuum, nisi ipse perceperit, & ideo ipse non habet condictionem furtiuam, sed bene actionem ex conducto, dict. glo. d. gl. condicere, ibi.
Contra colonum partiarium, vel præscriptis verbis, vel actione pro socio debet agi, gl. non dabatur, in l. 1. §. si quis. depositi.
Colonus partiarius dicitur, qui patrem fructuum domino reddit, & is solus non potest agere condictione furtiua, potest tamen agere actione furti pro parte fructuum, quæ ad eum tangit, † glos. penult. in l. si apes, 26. de furtis
Colonus partiarius, qui domino reddit patrem fructuum, impropriè dicitur conductor

COMITATVS dicebatur locus, in quo Imperator vitam ducebat, & inde in domo Augusti habitantes semper,& perseuerantes, dicebantur comitatenses gloss.in rubr.in additione marg.C.de palatinis,lib.12.

Reliqua verbo,Marchia.

COMITIALIS morbus dicitur ex eo,quòd quo die quis concidisset, comitia interrumpebãtur,l.qui tertiana,53.in additione marg.de ædilitio edicto.

Comitialis morbus variè dicitur,modò sacer,modò caducus,olim herculeus dicebatur,eò quòd Hercules eo morbo laborabat,ibid.

Reliqua verbo, Febres.

COMMENDARE,& deponere idem sunt,quandoque verò aliter accipiuntur, l.Lucius,& ibi gl.quàm deponere,& l.Publia, & ibi add.marg.depositi.& glo. quia commendandi.in l.si verò non, 12.§.cùm quidam, mandati.& l. commendare,186.de verb.sign.

Commendare quandoque sumitur pro præstare, vel facere honorem verbalem, d.gl.quia commendandi.

Commendo verbum prolatum in testamentis, vel codicillis non inducit dispositioné,sed quamdam congratulationem,l.ex verbo,12.C.de fideicom.libert.

Commendo idem est quod laudo,quandoque idem est quod depono,gl.1.ibi.& gl.sui.in l.fideicommissa.11.§.si ita quis,de legat.3.

Commendandi animo si fuerint dicta verba,illa non pariunt actionem,nisi causa decipiendi emptorem sint dicta,l.quod venditor,de dolo.

Commendo verbum non inducit fideicommissum, l.fideicommissa, 11.§.si ita quis,de legat.3.

Commendare aliud est, & aliud voluntatem suam sui fideicommittentis heredib.insinuare,ibi.

Commendans mihi Titium dicendo quòd erat idoneus,& quòd securè poteram mutuare,si mihi ignoranti quis esset Titius,adduxit alium putà Seium, dicendo quòd is erat Titius,vt mutuarem,& mutuaui,si Seius sit in fraude,tam cõmendans,quàm Seius tenentur furti actione, secus si hoc ignorauit Seius, quo casu non tenetur commendans furti, sed actione in factum subsidiaria Aquiliæ,l.si his,qui rem,66.§.si tu Titium,& ibi gl.in factum,de furtis.

Reliqua verbo, Laudare,Consulens,Rogare,Verbum,3.

Commendatitia,vide verbo,Litera.

COMMENTARIENSES dicuntur carcerum custodes,qui & capitanei carceris dicuntur,gl.4.in l.iudices.10.C.de Episcop. audiend.

Commentariensis tenetur ad custodiam receptarum personarum,l.4. C. de custodia reorum.

Commentariensis dicitur princeps carceris,qui & ponit custodes sub se, & dicitur commentariensis, quia comitari debet eum, quem custodit, vel dicitur, quia in commentarium custodias referebat,gl.1.ibi.

Commentariensis si alium custodem posuit,qui carceratum fugere permisit,non euitat pœnã,offerendo illũ custodem puniendũ.auth.hodie,& ibi gl.2.C.eod.

Commentariensis,& custos,si ob eorum negligentiam aufugerit carceratus,puniantur eadem pœna,non tamen eadem lege, sicut accusator,& calumniator punitur simili pœna, non tamen simili lege,gl.fi.ibi. & gl.fi.in l.1. C.ad leg. Cornel.de sicariis.

COMMENTARIVM principis dicitur locus, vbi captiui retinentur, vnde commentarienses dicuntur custodes eius loci, vel dicitur locus,vbi princeps cum consiliariis suis ad mentem secreta reuocat, gloss.commentarium, in l. abesse,32.ex quib.causis maiores.

COMMENTATORES opus moderatè confectum huc atque illuc in diuersas sententias producentes in infinitum distrahunt, l.2.§. hoc autem, C.de veteri iure enuc.

COMMERCIVM nomen generale omnium contractuum est,præcipuè tamen restringitur ad permutationem, quando alij contractus posteà specificantur, gloss,commercium,in §.idem iuris,Inst.de diuis.stipu.& gl.commercia,in l.ex hoc iure,de iust.& iure.

Commercia sunt de iure gentium,d.l.ex hoc iure.

COMMINATIO de accusando, si desistat ab illa comminatione, ita repellit quem ab accusatione,sicut si accusasset,ac posteà destitisset,l.miles, 11.§. socius,& ibi add.de adult.

Comminationis verba prolata à iudice non habent authoritatem rei iudicatæ, l.4.& pen.C.comminationes,episto.& program.

Comminatio facta à iudice in vsuris operatur, vt deberentur vsuræ à tutorib. pupilli,gl.fi.in l.1 C.eod.

Comminatio pœnalis facta à iudice, non habet vim stipulationis interpositæ à parte, nec rei iudicatæ, nisi in casib. in quib. potest summatim cognosci, d.l.1.& ibi gl.1.

COMMISSARII ad piarum rerum distributionem non possunt sibi distribuere,l.si mandauero,21.§.si tibi centum,& ibi add.marg.mandati.

Commissariis quotidiè,vt nudis ministris,legata relinquuntur, qui non possunt petere illa, nisi sint relicta pro anima, vel ad causas pias,vel ad alimenta,l.si quis Titio 17.& ibi gl.1.de legat.2.

Commissarij debent iurare,non autem cauere,gl.1.in l.pe.C.de donatio.

Commissarius,cui aliquid commissum est, debet illud legitimè facere, §. his igitur,& ibi add.marg.in auth.de hered & Falcid.col.1.

Reliqua verbo, Exequutor,4.Mandatarius,Delegatus, 1.vsque 8.Legatum,91.92.& 85.

PRAETER COMMISSIONIS formam si aliquid fit,illud ipso iure non tenet,l.item,§.si ita,& ibi gl.decretum,quod cuiusque vniuersit.nomine.

Reliqua verbo,Mandatum,4.5.Mandatarius,per tot.Delegatio,1.

COMMISSVM si sit alicui negotium eligendi quempiam in canonicum, ex illo arbitrio libero non potest seipsum eligere, l.si mandauero,22.§.si tibi,& ibi add.mar.mandati.

Commisso tolli,est violato principis statuto ob non solutam præstationem, aut factum,contra principis voluntatem fisco addici,vendicarique,vnde commissa dicuntur facta contra testatoris voluntatem,aut non facta ab herede mulcta aliqua plectenda,l.penultim.§.fin.in additione marg.locati.

Commissa causæ cognitione inter certas personas censetur etiam commissa cognitio etiam inter alias quascunque personas huiusmodi cognitionem impedientes, vt quia non permittunt partes venire ad iudicium tutò, vel qu[ia] falsi testes inducuntur, l. qui dolo, in additione marg. ad legem Iul. de publica.

per Commissum perditur res ipso iure,gl.1.in addit.marg.in l.4.C.de pactis inter emptor.

Commissum post quinquennium vendicari non potest,nisi anteà lis fuerit co[n]testata,quia tunc perpetuatur, l.2. & ibi gl.1.C.de vectigal.

in Commissum si incidit res,non potest eius pretium etiam ante quinquenniu[m] peti, si ipsa res non existat, neque dolo sit perempta, secus si dolo, vel lat[a] culpa fuisset perempta,quia tunc potest peti eius pretium,nisi esset perempt[a] leui culpa, gl.2.ibid.

in Commissum incidit ob non solutum vectigal, vel ob omissam possessione[m] vectigalis, vel ob illicitam dilationem, aut illicitam emptionem, glo.1. i[n] l.3.C.eod.

Commisso antecedente censetur commissum consequens,l.non cogendum,§.[...] de procuratoribus.

Reliqua verbo, Confiscatio, Annotatio, Mandatum, 1. vsque 9. Delegatio,1. Facultas.

COMMITTERE mea videor illi,cui me committo,gloss.hac verò, in l.2. d[e] adoptio.

Committit in legem,qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntate[m] l.non dubium,C.de legibus.

Committit in legem,qui vigorem legis scrupulosis,& excogitatis artib. eluder[e] festinat,l.si.C.de assessorib.

Committens simpliciter vices suas totum committere videtur,l.2.in add.marg[.] C. de excusat.tutorum,

COMMIXTIO à confusione in tribus differt, quia misceri dicuntur species confundi verò dicuntur materiæ; item species mixtæ remanent in eade[m] substantia, & specie; confusæ verò transferuntur in aliam materiam; ite[m] confusa dicuntur communia, licèt sine voluntate dominorum, sed mixta de[] mùm cum voluntate,gl.vtraque,in l.idem Pomponius,5.§.sed si plumbum,d[e] rei vendicatione.

Commixtione sola quis facit numos suos,& speciale est in pecunia,propter prærogatiuam solutionis, vel propter impossibilem separationem, in d.glo. vtraque,& gl.patet,& ibi add.in d.l.idem,in princ.

Commixtione si aliqua res transit in aliam speciem, ita quòd species non potes[t] reduci ad primam materiam,vt est mulsum, illa res efficitur specificantis iure specificationis, si bona fide fecit, secus si fecit mala fide, & nomine suo, in d.gl.vtraque,& l.Marcellus, §. idem scribit, de rei vend.

Commixtione res diuersi generis, si non mutant speciem, & separari possunt, quilibet vendicat suum, aliàs communicabitur,& pro parte vendicabitur,† d. §.sed si plumbum, & ibi gl.sed si.

Commixtione si aliqua res speciem mutat, desinit esse prioris domini,& efficitur eius,qui fecit commixtionem iure specificationis, d.l.idem Pomponius, §.1. & ibi glo.qui fecit.

Reliqua verbo, Ferruminatio,Scyphum,Adiunctus, Confundere.

COMMIXTVM si sit argentum meum, & tuum sine dolo,illud commune est nobis,& vnusquisque pro rata ponderis,quod in massa habemus,rei vẽdicare, aut cõmuni diuidũdo agere possumus,l.Marcellus,3.§.fi. cũ l.seq.de rei vend.

Commixtum si fuerit dolo malo tuo argentum meum cum tuo, contra te possum agere actione furti,& ad exhibendum, ita, vt in actione ad exhibendum si dolo desiit posse exhibere, iuratur contra eum in litem, & sic arbitrio iurantis fit rei æstimatio,in rei vindicatione,vel communi diuidundo hoc ampliùs feret,cuius argentum pretiosius erat,l.quo quidem,4.eod.

Commixtum si fuerit frumentum duorum sine voluntate eorum, singulis competit contra alium insolidum possidentem in rem actio in id, quod apparet in illo aceruo suum cuiusque fuisse,l.idem Pomponius, 5.de rei vendicatione.

Commixtum si fuerit frumentum duorum voluntate eorum, illud efficitur commune, & vtrique datur actio communi diuidundo,ibid.

Commixtum si fuerit frumentum duorum sine eorum voluntate,si non apparet, quod cuiusque fuerit,& separatiò sit difficilis,vel impossibilis, vtrique pro ea parte, quam habuit in frumento vtilis communi diuidundo actio competit, d.l.idem Pomponius & ibi gloss.petendi.

Commixtum si sit argentum vnius cum plumbo alterius,si deduci atque separari potest,non communicatur,neque communi diuidundo agetur,sed quilibet aget rei vendicatione,d.l.idem Pomponius,§.sed si plumbum.

Commixtum si sit æs, & aurum,ita vt non possit separari facilè, tunc pro parte vendicabitur, sed non communicabitur, neque communi diuidundo agitur, neque quod de mulso dicitur,dicendum est de hoc, quia vtraque materia,etsi sit confusa manet tamen,d.§.sed si plumbum,& ibi gl.sed si deduci.

Reliqua verbo,confundere,Mixtum,Species,2.Argentum,1.

*Quoad Commodatũ,commodantẽ,& cõmodatarium in genere,nu.*1.2.4.5. 6.8.9.

*Quoad commodati actionem,nu.*3.8.*vsque* 18.

Quoad vsum rei commodatæ,nu. 10.

*Quoad periculum rei commodatæ,nu.*11.12.13.14. 17.*&*18.

*Quoad res commodatas,nu.*15.16.17.*&* 18.

COMMODATVM est rei certæ alicuius ad certum specialémque vsum gratis facta concessio,addit.marg.super rub.commodati.

Commodatum fit tantum modò gratia accipentis,gl.in d.rub. & gloss. 1. in l.si in Asia, depositi.

inter Commodatum, & vtendum datum nulla est differentia, l.1.§.1. cõmodati.

Commodatum non consistit in pupilli infantis personam,vt etiã si pubes factus dolum,ac culpam admiserit, non tenetur commodati, sed bene ad exhibendum,vel rei vendicatione.d.l.1.§.fi.cum l.seq. & gl.1.in l.3.eod.

Commodatum plerunque fit gratia commodatarij,qui tenetur præstare culpam leuem,& leuissimam,idest,si omiserit habere diligentiam,l.si vt certo,§. nunc videndum, eod.

Commodatum quandoque fit gratia vtriusque, quandoque gratia dantis tantùm, glo.plerunque,ibid.

Commodatum non potest commodans reuocare per obligationem inter ipsum dantem

Commodatarius

Commodatarius tenetur restituere rem sibi commodatam ad pignorandum, postquàm satisfecit debitum, l.3.C.de commodato.

Commodatarius non probabiliter recusat restituere rem commodatam, quando tenetur in specie, gl.2.in l.fi.C.eod.

9 Commodatarius, quando non tenetur in specie, sed ad æstimationem propter rei deteriorationem, vel ad interesse, potest prætextu debiti liquidi retinere illam æstimationem, vel interesse vsque ad debitam quantitatem, ibid.

Commodatarius quando commodatum consistit in pecunia, vt quantitas, poterit recusare restituere pecuniam commodatam vsque ad liquidò debitam sibi quantitatem, secus quando pecunia commodata est, vt species, d.gl.2.in addit.

Commodatarius retinere potest rem sibi commodatam in specie propter expensas probabiliter factas in re commodata, d.gl.2.ibi.& gl. exceptionem, in l.si quis, 11.C.depositi.

Commodatarius potest agere actione furti contra furem, postquàm dominus egit contra eum actione commodati, l.fi.C.de furtis.

Commodatarius, cui furtum rei commodatæ factum est, nulla actione tenetur commodanti, postquàm commodans elegerit actionē furti contra furem, ibi.

Commodatarius à fure rem, & pœnam exigens postquàm commodanti satisfecit, non tenetur ei pœnam reddere, l.fi.§.pen.C.eod.

Commodatario minùs fauetur, quam fulloni, gl.tunc etenim, in d.l.fi.

Commodatarius recuperare potest à fure rem sibi commodatam actione in factum, vel officio iudicis, gl.rem furtiuam, in d.l.fi.§ pen.

Commodatarius postquàm exegit à fure rem, & pœnam, dominus non poterit agere contra furem, ne fur duplici pœna afficiatur, gl. desiderans, & ibi additio, in d.§. penult.

Commodatarius cum maiori diligentia tenetur rem commodatam custodire, quàm creditor pignus, gl.peruenire, ibid.

Commodatario, & non domino pertinet pœna actionis furti, quæ ex re commodata sibi subtracta orta est, d.§.pen.& ibi gl.peruenire.

Commodatarius tenetur restituere idem indiuiduum, §.item is, & ibi gl 2.Inst. quibus modis re contrahitur.

Commodatarius non possidet ciuiliter, nec naturaliter, sed dicitur possidere pro alio, §.possidere, & ibi gl.possidere, Instit.de interdictis.

Commodatarius rem sibi commodatam si alij commodauerit, committit furtum, gl.perduxisset, in §.furtum, Instit. de oblig.quæ ex delicto.

Reliqua verbo, Depositarius, 2.3. Heres, 63.64. Fullo.

10 COMMODATARIVS re commodata alio modo quàm debet, vel depositarius re deposita vtentes furtum committunt, & actione commodati, vel depositi, & condictione furtiua tenentur, sed vna per aliam tollitur, nisi in id, quod excedit, l.qui furtum, 16.& ibi gl. obstringitur, de condictione furtiua, & l.qui seruum, §.si is, cui, de actio.& obligat.& l.inficiando, 67.§.fi. de furtis, & § placuit.Instit.de obligat.quæ ex delicto, & l.si vt certo, §.planè, & ibi gl. furti, & §.idémque ait, commodati.

Commodatarius, vel depositarius vtentes alio modo, quàm debent, tenentur condictione furtiua, etiam si sine dolo malo, & culpa eorum res interierit, d. l. qui furtum.

Commodatarius vtens re commodata in eam rem, in quam commodata est, si deteriorem fecerit, nihil tenetur præstare, nisi sua culpa deteriorem fecerit, l. eum, qui, 10. commodati.

Commodatarius eo ipso, quòd vtitur re commodata ad alium vsum, & scit se hoc facere contra domini voluntatem, furtum facit, gl.eius, in l.si is, qui.§. 1. commodati, & l.si, vt certo, 5.§.plane, & ibi gl.furti, commod.

Commodatarius tenetur commodati furti, & condictione ex causa furtiua, si seruus rem domini sibi scienti nolle dominum sibi commodari, commodauit, ita tamen, quòd postquàm est actum commodati, non potest agi furti, l.si seruus meus, 14.& ibi glo. 1.eod.

Commodatarius si iumenta sibi commodata longiùs duxerit, alióve modo inuito domino vsus sit, furtum facit, & duplatur æstimatio vsus, sed non proprietatis, † l.qui iumenta, 40.& ibi gl. 1.de furt.

Commodatarius vtens re sibi commodata aliter, quàm accepit, existimans se nō inuito domino id facere non tenetur furti, sed bene commodati, si fuit in culpa eo quòd non debuerit existimare dominum permissurum vti ad talem vsum, ad quem vsus est, l.qui re sibi commodata, 76.de furtis, & §.placuit, Instit.de oblig quæ ex delicto.

Commodatarius si credat inuito domino se rem sibi commodatam contrectare, domino autem volente id faciat, dicitur non fieri furtum, §.sed & si credat.Inst. de obligat.quæ ex delicto.

Reliqua verbo, Depositarius, 13.

11 COMMODATARIVS tenetur regulariter de omni culpa, scilicet lata, leui & leuissima, quandoque tamen tenetur de casu, si culpa, vel mora præcessit casum, gloss.penultim.& fin.in l.qui furtum.16.de condictione furti & gloss.d.-l genterem, in l.si, vt certo, §.custodiam, commodati.§. item is, & ibi gl. 2. Inst. quib.modis re contrahitur.

Commodatarius non facilè tenetur actione commodati vltra culpam latam, leuem, & leuissimam, d.l.qui furtum, & ibi gl.pen.de condict.furt.

Commodatarius non tenetur, si equus commodatus ab alio equo fuerit percussus sine culpa sua, l.fi.ad legem Aquil.

Commodatarius promittens se præstaturum æstimationem, tenetur de casu fortuito, si commodatum fuit factum gratia tantùm commodatarij, sed si fuit gratia commodantis, licèt non gratia commodatarij, tunc tenetur de omni culpa, etiam leuissima, & ita tenetur tunc præstare periculum per omnem culpam proueniens, l.si, vt certo, 5.§.nunc videndum, & ibi gl.pen.commodati.

Commodatario non imputatur id, quod senectute, vel morbo contingit, vel vi latronum ereptum est, vel quid simile accidit, nisi culpa præcesserit, d.l.si, vt certo, §.quod verò.

Commodatarius non tenetur de incendio, vel ruina, vel de aliquo damno fatali, nisi cum posset res commodatas saluas facere, suas protulit, ib.

Commodatarius res commodatas simili modo, atque suas, debet custodire, glo. saluas, ibi.

Commodatarius non tenetur de casu, quando rem suam pretiosiorem saluam fecit, præferendo eam rebus commodatis, quia quilibet diligens hoc fec[is]set, ibidem.

Commodatarius non tenetur, nisi de eo, quod diligentissimus faceret, ibid.

Commodatarius habens res diuersas commodatas à duobus, si vtramque n[on] potest saluare, potest eam, quam velit, saluare, d.gl.saluas, & ibi add.marg.

Commodatarius, quando res commodata, & sua sunt æquales, si vtramque n[on] possit saluare, potest quam velit saluare, ibi.

Commodatarius tenetur præstare diligentem custodiam in re commodata, d[.l.] si, vt certo, §.custodiam, & l.in rebus, eod.

Commodatarius tenetur præstare custodiam serui sibi commodati, si sibi vinctus, ac ligatus commodatus sit, vel si esset eius ætatis, vt custodia indigere[t], & eadem ratione tenetur, si se obligauit de custodia, in d. §. custodiam, l. [si,] vt certo.

Commodatarius minùs tenetur de custodia hominis, idest, serui commodat[i,] quàm alterius rei commodatæ, nisi indicia præcedant, gl.est commodatus, i[bi].

Commodatarius quandoque tenetur commodati de interitu rei commodatæ, vt si equum sibi commodatum, vt ad villam duceret, duxit ad bellum, d.[§.] custodiam.

Commodatarius, cui equus, vt ad bellum duceret, commodatus est, non tenetur de interitu, nam commodantis est periculum, d.l.si, vt certo, §.planè.

Commodatarius tenetur de periculo rei commodatæ, quod culpa eius contigit, ibidem.

Commodatarius tenetur præstare diligentiam non solùm in re commodata, se[d] etiam in ea, quæ sequitur rem commodatam, d.l.si, vt certo, §.vsque adeò.

Commodatarius, cui commodata fuit equa, quam pullus comitabatur, tenetu[r] præstare etiam pulli custodiam, ibi.

Commodatarius regulariter tenetur etiam de leuissima, quandoque de lata, & leui culpa, vt quando vtriusque gratia fit, quandoque de dolo tantum, v[t] quando gratia tantùm commodantis fit, gl.conuenit, ibid.

Commodatarius, cui commodatus est seruus cum lance, tenetur de lance, [si] seruus eam lancem perdiderit, d.l.si, vt certo, §.si me.

Commodatarius non tenetur, si seruus commodatus cum lance commodata au[-]fugit, nisi fugæ præstiterit culpam, ibi.

Commodatarius non tenetur de casu, cui resisti non potest, veluti de morte seruorum, quæ sine dolo, & culpa sua accidunt, vel de incendio, l.in rebus, eo[d].

Commodatarius, cui res commodata est sui ipsius tantùm gratia, non tenetur de incursu latronum, vel hostium, vel de insidiis piratarum, vel de naufragio, si commodata fuit ei, vt eam peregrè secum ferret, secus si commodata esset, ideò, quòd is diceret se amicos ad cœnam inuitaturum, & eam peregrè secum portauerit, quo casu tenetur etiam de casu, cùm culpa præcesserit casum, d.l. in rebus, & ibi gl.præstare, & l.1.§. is quoque, de actio.& oblig.

Commodatarius, cui res commodata est gratia tantùm sui ipsius, tenetur etiam de leuissima culpa, d.l.in reb. §. hoc ita, commodati, & glo. fin. in l.si cùm venderet, de pign. actione.

Commodatarius, cui res commodata est gratia vtriusque, tenetur solùm de dolo, & leui culpa, d.l.in reb.& ibi glo. æstimatio, & glo. fin.in l.si, cùm venderet, 13. de pign.actione.

Commodatarius non tenetur de damno dato à tertio, nisi culpa præcessit, aut damnum sit datum propter inimicitias, quas author domini habet cum commodatario, l.ad eos, & ibi gl.procul, & add.marg. commod.

Commodatarius si seruo suo idoneo tradidit rem perferendam ad commodantem, si perierit, perit periculo commodantis, l.argentum, eod.

Commodatarius si soluit æstimationem rei commodatæ sibi deperditæ commodanti, & posteà reperierit eam à commodatore sibi surreptam, cōtra commodantem potest agere commodati contraria, ad reddendam sibi rem surreptam, vel æstimationem susceptam, l.rem mihi, 21. & ibi gl.2.eod.

Commodatarius soluta æstimatione rei commodatæ, si inueniat commodantem sibi surripuisse eam, non potest agere contra eum furti, nisi ipsius commodatarij intersit propter impensas quas fecit in ea, d.l.rem, & ibi gl.1.

Commodatarius condemnatus si soluit æstimationem rei commodatæ, & inueniat posteà commodantem eam ante sententiam sibi surripuisse, competit commodatario commodati contraria, non condictio sine causa, quia agendo condictione sine causa, impugnaret sententiam, cum tempore, quo soluit æstimationem, res erat apud commodantem, ac perinde solui non debuit, sed si commodans post sibi solutam æstimationem surripuit, vel alio modo peruenit ad eum, commodatario competit condictio sine causa, quia agendo illa non impugnat sententiam, quia ex post facto, & post sententiam deuenit ad non causam, † d.l.rem mihi, & ibi gl.2. & add.marg.

Commodatarius, cui equus, quo vteretur vsque ad certum locum, commodatus est, si nulla sua culpa interueniente in ipso itinere deterior factus sit, non tenetur commodati, l.fi.eod.

Commodatarius tenetur præstare exactissimam diligentiam custodiendæ rei, neque sufficit adhibere eam, quam in suis adhibet, si alius diligentior custodire potuit, §.item is, & ibi gl.exactam, Inst.quib.mod.re contrahitur, l. 1.§.is quoque, de actio.& oblig.

Commodatarius non liberatur, eò quòd amiserit rem commodatam leui, vel leuissima culpa, cum ad summam diligentiam teneatur, d.§. is quoque, & ibi addit. marg.

Commodatarius si dolum commisit circa rem commodatam, ita, quòd ei surrepta sit illa, non habet actionem furti contra furem, l.eum, qui, 14.§. idem Pomponius, de furtis.

Commodatario mortuo, si res commodata iacēte hereditate subtracta sit, actio furti competit commodanti, & non heredi commodatarij, l.eum, qui, §.si res commodata, de furtis.

Commodatarius non tenetur de casu fortuito, nisi expressè se adstrinxerit, l.1, de commodato.

Commodatarij damno non imputantur ea, quæ vi, cui resisti non potest, auferuntur, ibid.

Commodatarius de casu fortuito non tenetur secundùm simplicem naturam contractus, nisi vitio eius casus interuenerit, gl.2.ibid.& §. item is, & ibid gl.

2.Instit

sensus, qui potest separatim adhiberi, l. per fundum, 11. de seruit. rusticorum.

in Communi re socius potest aliquid facere inuito socio, scilicet quod ei prodest, & socio non nocet, posset tamen prohiberi, si socio noceret, glo. fin. in l. fistulam, 19. de seruit. vrb.

2 Communis fundus seruire potest fundo proprio, gl. placet, in l. vnus ex sociis, 34. de seruit. rusticorum.

Communis res seruitutem debere non potest rei propriæ vnius socij, neque res propria communi rei, intellige à principio, sed seruitute adquisita antequam res esset communis, licèt posteà fiat communis, retinet nihilominùs seruitus, l. si quis, 6. §. fi. & ibi gl. fi. communia prædiorum.

Communi rei seruitus constitui potest tempore, sed non pacto, vel vltima voluntate, gl. fi. in d. l. si quis, §. fi.

Communis res si vendatur & tradatur ab vno ex sociis, eam venditionem, efficacem facit aliorum sociorum posteà facta venditio, d. §. fi.

in Communi re damnũ dicitur vnum damnum, & vna obligatio, & ideò damnum dans vtrisque dominis serui communis, tenetur, aut seruum dare aut damnum emendare, & si seruum dederit alterutri illorum insolidum, ille tenetur socio iudicio communi diuidundo communicare seruum sibi pro noxa deditum, l. si in re communi, 19. de noxalib.

Communis res cum societate inter aliquos datur, quando illi pariter eandem rē emerunt animo ineundæ societatis, sed communis sine societate dicitur, quãdo duob. eadem res testamento legata est, l. 2. communi diuidundo.

Communem rem habentes, si aliquod pactum fecerunt super illa, iudex debet illud pactum seruare, si sine dolo fecerunt, nisi pactum specialiter inhibitum, sit, l. 3. §. fi. & ibi gl. fi. eod.

Communi re si quis non patiatur socium vti, contra eum agitur interdicto vti possidetis, glo. fi. in l. in summa, 11. communi diuid.

Communis res ne vnquam diuidatur, non valet pactum, secus si ad tempus fiat, l. in hoc iudicium, 14. §. si conueniat, eod.

Commune pro parte diuisa, quia diuiditur solum, dicitur illud, quod vna elementatione continetur, si solo cohæret, sed si à solo separatur, dicitur esse commune pro indiuiso, l. arbor, 19. eod.

3 Communem fundum habens si citatus ad iudicium non venerit, & ob id arbor, vel domus quæ erat in fundo, sit diruta, vel succisa, tenetur socio communi diuidundo præstare detrimentum, l. si is, cum quo, eod.

Communis voluntas sociorum quædam facit valere, quæ aliàs non valerent, gl. 1. in l. 3. de religios.

Communium numorum diuisio fit propter vtilitatem, & difficilem discretionem per numerum, & non per singulos numos, aut per singula corpora, & idem est in aliis reb. communib. l. nam & si fur, §. fi. & ibi gl. fi. si certum petatur.

Communis pecunia si mutuetur in restitutione non debet scindi quilibet numus per medium, licèt singula corpora sint communia, quod idem est in aliis reb. mutabilib. gl. j. & ibi add. mar. in l. singularia, si certum petatur.

Communis res si vni ex sociis, vel alij sit surrepta, & vnus socium alium prouocauerit posteà ad diuisionem prouocatus, cui est adiudicata res furtiua, potest eam condicere tam pro sua parte, quam pro alia parte sibi adiudicata, quoniam prouocans amisit condictionem facto suo, sed si prouocanti fuisset adiudicata, competit ei condictio furtiua tantum pro sua parte, similiter competit prouocato pro alia sua parte, l. & ideò, 12. & ibi gl. communi, de condictione furtiua.

Communes quando sunt res sine societate, & vnus in eam rem impedit, vel fructus, vel mercedes percepit, aut deteriorem fecit, non agitur iudicio societatis, sed inter coheredes familiæ erciscundæ, inter cæteros communi diuidundo: sed si res sunt communes animo contrahendæ societatis, tunc agitur inter eos actione pro socio, l. quib. & ibi gl. 1. pro socio.

Communis rei pretium cum socio putatiuo si diuiserim, verus socius debet conuenire socium putatiuum, non me, cùm pretium tantum partis meæ receperim, l. si Titius, 62. pro socio.

Communis res multorum, vno eorum inuito si alienetur, is vnus contradictor potest retinere totam rem, † l. quòd si vno, 13. §. fi. in add. marg. de in diem addict.

Communem fundum habentes si inter se conuenerint, vt alternis annis certo pretio eundem fundum conductum haberent, si vnus eorum, cum eius annus exiturus esset, consultò fructus sequentis anni corrupit, alter contra eum poterit agere ex locato pro sua propria parte, & communi diuidundo, & pro parte corrumpentis ex conducto ad interesse, l. & hæc distinctio, 35. §. fin. locati.

Communia faciliùs tolluntur, quàm specialia, glo. inutilem, in l. 1. §. 1. quibus mod. pignus.

4 Commune, quod est vniuersitatis, illud non potest dici singulorum, sed quod est commune singulorum, potest dici proprium cuiusque ratione partis contingentis, gl. fi. in l. illud, 46. de ritu nuptiarum.

Communis fundus si in dotem datus sit, & socius egerit cum marito communi diuidundo, & fundus sit adiudicatus socio, & ea quantitas, qua socius marito damnatus fuerit, erit in dotem, sed si marito fundus sit adiudicatus, tunc pars data in dotem erit dotalis, & diuortio facto, altera pars, quæ dotalis non est, sequitur restitutionem partis dotalis, propter quam ad maritum peruenit, scilicet vt recipiat tantum pretij nomine à muliere, quantum dedit socio ea condemnatione, l. cùm in fundo, 78. §. si fundus, de iure dotium.

Communia prædia dicuntur illa, quæ pro indiuiso communia sunt, quandoque tamen dicuntur etiam illa, quæ pro diuiso communia sunt, l. magis, §. fin. de reb. eorum, qui sub tutela.

Comm[illegible] rerum vfus additionem hereditatis socij non inducit, nisi quis [illegible] fecerit, quam ex necessitate communionis facere tenetur, l. duo fratres, 78. de ad[illegible] hered[illegible].

Communis res dicitur mea quantùm ad dispositionem partis meæ, l. serui electione, §. 1. & ibi gl. communis, de lega. 1. & l. 1. C. qui testam. facere.

Comm[illegible] fundum habentes plures pro indiuiso non obtineant in solidum in eo dominium [illegible] partis, quæ pote[illegible] ad oculum demonstrari, iuris tamen intellectu recte obtinent, quia ante diuisionem non potest demonstrari in fundo aliqua pars, de qua potest quis dicere, hæc est mea, quæ etiam non sit socij, l. Mæuius, 66. §. 2. & ibi gl. hanc, de legat. 2.

in Communi rei melioratione, vel restauratione, ille est præferendus, qui magis idoneè rem restaurat. l. in reficiendo, 41. de damno infecto.

Communis si portetur ab vno ex dominis fraudando vectigal, non incidit in commissum, nisi pro parte portantis, l. fraudati, 8. §. fi. de publicanis.

Communem domum habentes omnes insolidum habent reiuendicationem seruitutis, si seruitus debeatur domui communi, l. 1. §. præterea, & ibi gl. habeant, de arbor. cædend.

Communis res veritate inspecta non dicitur mea, sed fictione dicitur mea, propter fauorem vltimæ voluntatis, vel similium, gl. 1. in l. id quod nostrum, 11. de reg. iuris.

Communis vtilitas prouenit ex constitutionib. l. 1. & ibi gl. 3. C. de nouo Codice faciendo.

Communem rem vendens tanquàm communem, tenetur socio venditionem totam habenti restituere pretium per actionem negotiorum gestorum, l. ab vno, 19. C. de neg. gest.

Communem rem vendens coheres vt propriam, & vt communem socio coheredi, posteà habenti venditionem ratam, non tenetur actione negotiorum gestorum, nisi in subsidium, sed petitione hereditatis pretium petet, gl. 1. ibi.

Commune si sit prædium duob. vnus eorum rectè poterit vendere portionem solam ad se pertinentem, sed post litis contestationem non poterit, cæteris dominis non consentientibus, l. 1. C. communi diuid.

Communis prædij pars si sit vendita ab vno ex his, qui habent communionem si illud prædium commune diuidi non potest, alius potest consequi totum illud prædium iudicio communi diuidundo, si soluerit socio pretium partis suæ, vel si obtulerit plus pro parte vendita, quàm emptor pro parte eius, dict. l. 1. eodem.

Communis prædij pars si sit vendita ab vno ex sociis, si prædiũ commodè diuidi potest, pars vendita emptori suis finibus adiudicabitur, ibid.

Communis prædij partem socius non solùm non potest vendere post litis contestationem, sed nec pignori obligare, gl. fi. ibid.

Communis prædij partem socius non solum post litis contestationem, sed nec ante potest vendere causa mutandi iudicij, & si vendat, pœna ei imponitur, glo. pen. ibid.

Communis prædij partem socius potest vendere, etiam post litis contestationem, dummodò vendat ex necessitate, aliàs non, ibid.

Commune prædium non potest quis pignori dare vel obligare creditori pro parte, quam socius eius habet in prædio, & ei restitui debet pars illa cum fructib. quos creditor de illa parte percepit, l. 2. C. eod.

Commune prædium si sit venditum vel datum pignori antè obligatum creditori ab vno ex sociis, alius socius contra creditorem vel emptorem poterit agere communi diuidundo vt ei restituat prædij communis partem illã, quam à socio accepit, accepta priùs pecunia, quanti statuerit partem illam valere, vel ipse creditor vel emptor aget contra socium, vt æstimata altera parte communis prædij, socioque data pecunia, ei restituat illam, ibid.

Commune prædium si diuidi non potest certis regionib. vel adiudicationib. fiet æstimatio, & plus offerenti dabitur, & in pretio condemnabitur alij, l. 3. C. eo.

Commune prædium quando diuidi non potest commodè, fiet æstimatio, daturque plus offerenti, & si socius volens plus offerre, confiteatur se non habere plus quàm offerat, poterit supponere extraneum emptorem, qui licitando plus offerat, ibid.

Communem rem si duo habeant, in ea re ratione maioris partis vnus maiorem consequitur potestate, sed si ambo habeant æquales partes, melior est conditio occupantis, gl. ampliorem in l. sancimus, §. ne autem, C. de donatio.

Communem rem totam non potest quis vendere, sed solam suam partem potest, fallit in fisco, qui ratione partis, quam in re habet, potest totam vendere, gl. distrahatur, in l. 1. C. de venditione rerum fisca. lib. 10.

Communia omnia sunt publica, & è contrà omnia publica sunt communia respectu quorundam vsuum, veluti tam mare, quam flumina, & litora, & ripæ in vsu animantium sunt, & in bibendo, & abluendo, & similib. gl. publicus, in §. littoreum, Inst. de rerum diuisione.

Communia non dicuntur publica, & è contrà scilicet ratione proprietatis, quia ea, quæ sunt in vsu omnium animantium occupantib. conceduntur, vt lapilli & gemma in litore maris, sed publica quoad proprietatem non solùm non cõceduntur occupanti, sed etiã interdicta proponuntur, nequid in eis fiat, ibi.

Communis dicitur grex, si pecora Titij tuis pecorib. mixta fuerint ex voluntate vestra, secus si per errorem vel casu, §. quod frumentum, de rerum diuisione.

Communis non est res empta communi pecunia, vel redacta ex reb. communibus, nec venit communicanda, nisi inter socios omnium bonorum, sed pecunia peti debet, l. 4. C. communia vtriusque.

Reliqua verbo, Error, 10. *Legatum*, 100. 101. 102. *Meum, Necessitas, Proprium, Publicum* 2. 31. *Seruitutus*, 44. 45. *Seruus*, 136. *vsque* 142. 143. 144. 145. *Societas* 1. 10. 18. 19. 20. *Vendens*, 10. 11. 12. *Minor*, 2. 5.

COMMVNI DIVIDVNDO iudicium habet locum, siue res sit communis inter aliquos cum societate, siue sine societate, l. 2. communi diuid.

Communi diuidundo iudicium directum, & vtile cessat, vbi res communis nec est, nec fuit, sed vbi fuit communis, sed nunc non est, datur vtile iudicium, sed vbi fuit. & est, datur directum, † l. 1. & ibi gl. fi. eo.

Communi diuidundo iudicio veniunt fructus ex re communi percepti à socio, l. 3. & ibi gl. pe. eod.

in communi diuidundo iudicio vltra diuisionem rerum ipsarum, quæ communes sunt, venit illud, quod in his damnum datum factumque est, aut quod occasione communi abest alicui sociorum, aut ad eum peruenit ex re communi, d. l. 3.

per Communi diuidundo iudicium directum fit diuisio rerum corporalium, quarum dominium habemus, l. 4. eod.

Cõmuni diuidundo iudiciũ vtile datur pro diuisione rerũ incorporaliũ, gl. 1. ib.

Communi diuidundo iudicium non datur pro hereditate, quia ius est, & ius pro diuiso possideri non potest, item quia in hereditate sunt res, quarum dominium

succinendo, vel respondendo, gl.1.in l.cum einsdem, 34.de ædilitio edicto.
Comœdus dicitur fabulæ, ac comœdiæ actor, ac repræsentator, comicus verò dicitur ipsius comœdiæ autor, & effector, d.gl.1.& ibi add.marg.

Reliqua verbo, Scena, Pantomimi, Mimi.

1 COMPARARE verbum non significat, de necessitate emere, sed permutare etiam, gl. videntur, in l.1.de contrahen.emptione.
Comparare verbum est verbum generale pertinens ed emptionem, & permutationem, † gl.3.in l.1.C.de rerum permut.
COMPARATIO literarum inducit semiplenam probationem, gl. fi.in l.3. C. de reb.creditis.
2 Comparatio literarum fieri potest ex chirographo habente trium testium subscriptiones, & continente causam debiti, non dico, quòd superessent testes, qui interfuerint confessioni factæ causa adiecta, quia tunc per eos solos rectè probaretur.glo.1.in l.chirographis, 57.de administr.tuto.
Comparatio literarum fit, vbi priuata scriptura intercesserit, & negetur, ita demum si supersint testes, neque exiguntur eorum subscriptiones, sed si subscripserint, exigitur, vt veniant & propriis subscriptionibus attestentur, vel si non subscripserint, quod eis præsentibus confectum est documentum, gl.1.in auth. sed nouo, C.si certum petatur.
Comparatione literarum non est opus, vbi facta est publica scriptura, quæ reuocatur in dubium, si probetur de eius fide per tabellionem & eius ministrum, & per eum, per quem, idest, per cuius manum numerata est pecunia, vel per solum tabellionem, d.gl.1.
Comparatio literarum tabellionis, signorum, & notarum, fit ad plenam fidem, si non superest tabellio minister vel adnumerator pecuniæ, & tunc non fit comparatio non subscribentium, ibid.
Comparatio literarum, tabellionis, & subscribentium fit, si nec tabellio, nec numerator pecuniæ veniant, & talis qualis colligitur fides, ibid.
Comparationes literarum ex chirographis & aliis instrumētis non publicè confectis occasionem criminis falsitatis dare in iudiciis & contractibus manifestum est, l. comparationes, 19.& ibi gl.4.C.de fide instrum.
Comparationes literarum ex chirographis fieri nō licet, nisi trium testium subscriptiones habuerint, ibid.
Comparationes literarum per vnam priuatam scripturam ad aliam similem non possunt fieri, nisi fuerint subscriptæ tribus testibus ibid.
Comparatio literarum potest fieri ex forensibus & publicis scripturis, non verò priuatis, nisi habeant trium testium subscriptiones, ibid.& glos.1.in auth.de instr.cautel.in princ.col.6.
Comparatio vt fiat ex priuatis scripturis, fides illis priùs debet imponi, vel ex ipsis hoc deponentibus siue cunctis, siue omnimodò duobus testibus ex his, siue comparatione literarum, procedente, ibid.
Comparatio aliter fieri non potest, nisi iuramento anteà præstito ab his, qui comparationem faciunt, fuerit affirmatum, quod neque lucri causa, neque inimicitiis, vel gratia tanti faciunt huiusmodi comparationem, ibid.
3 Comparatio vt fiat ex priuata scriptura, debet priùs eis fides imponi, testes, qui in ea subscripserunt, testificando cum iuramento, quòd ipsi interfuerunt, quando priuata scriptura fuit facta, & quod omnes subscripserunt, vel saltem duo, alioquin si illi iam decesserint, non procedet comparatio, ibid.
Comparatio interpretatur, idest, assimilatio, gl.1.ibid.
Comparatio sola plenè probat iure Codicis, sed non iure authenticorum, quia oportet alio argumento illa iuuari, quod relinquitur arbitrio iudicis, glos. testium, ibid.
Comparatio literarum subscribentium, ac contrahentium debet fieri, quòd si non interueniantur tales subscriptiones, quod hactenus valuit, fiat, gl. comparatio.ibi.
Comparatio etiam consensu partium non potest aliter fieri nisi secundùm leges, gl.in semetipsum.ibi.
Cōparatio literarum debet iudex committere peritis scriptoribus, gl.ab his, ibi.
Comparationem qui faciunt, debent iurare, hodiè verò iurat etiam ille, qui inducit instrumentum ad comparationem, & qui petit eam fieri, quòd non habentes aliam probationem veniant ad comparationem, nec circa id aliquid egerunt, quod possit veritatem abscondere, ibid.
Comparatio potest fieri de scriptura, quæ producta est à parte aduersa, auth. ad hæc, C.de fide instrum.
Comparatio potest fieri ex scriptura desumpta ex archiuo publico, ibid.
Comparatio literarum fieri potest, quando quis producit literas suas vel alterius contra me, quas ego cōfessus sum posse deuenire ad comparationem. gl.1.ibi.
Comparatio literarum potest fieri, quando vna scriptura producitur à parte aduersa contra me, & alia à me contra illum, d.gloss.1.in addit.
Comparatio fieri potest, quando tu probas, & ego induco aliam priuatam scripturam contra te, quam dico te fecisse, quod probo per comparationem scripturæ, quam contra me induxisti, d.gl.1.ibid.
Comparatio literarum non potest fieri, quando vtraque scriptura producitur ab eadem parte, quia tunc potest subesse manifesta fraus, ibid.
Comparatio ex quinque generibus scripturarum potest fieri, scilicet ex priuatis subscriptis, publicis, forensibus & scripturis productis ab aduersa parte, & ex desumptis ex archiuo publico, gl.fi.ibid.& gl.gloriosissimo, in add. marg.in §. illud etiam, in auth.de his, qui ingrediunt.
Comparatio potest fieri ex scriptura diuersorum generum, quia tunc non tractatur de comparatione formæ extrinsecæ, seu qualitatis, sed de substantia literarum & formæ extrinsecæ earum, vt sciatur, si ab eodem sint scriptæ, nèc ne, † d.gl.fi.in additione.
Comparationi soli hodiè non creditur sine alio argumento, quando talis comparatio fit ex contractu in ciuitate gesto, & excedente libram auri.authent.at si contractus, C.de fide instrument.
Comparatio si fiat ex scriptura facta in agris valet, eique soli creditur, gl.1.ibid.
Comparationi olim in totum credebatur, hodie verò quandoque committitur iudici, vt vnam qualem inde assumat fidem, quod est in publicis, quandoque plus etiam argumenti, exigitur, quandoque nullo modò, vt quando ab vna parte instrumentum, & viua vox, & ab alia sola comparatio, † gl.fi, ibid.

Comparatio ex scripturis approbatis & validis fit priuatæ quidem scripturæ, si supersint testes, & propriæ subscriptioni attestentur, vel quod eis præsenti[bus] facta est cartha, vnde alio argumento iuuatur, ibi.
Comparatio literarum, tabellionis, & signorum, & non subscribentium fit, qua[n]do non superest tabellio, sed minister, vel adnumerator superest, sed qua[n]do minister, vel adnumerator non superest, tunc fit comparatio subscribe[n]tium, sed si superest tabellio cum aliis, qui interfuerunt, siue etiam solus, tunc non fit comparatio, sed creditur ipsi soli tabellioni, d.gl.fi.
Comparatio debet fieri ad improbandam scripturam priuatam ex scriptura, in qua subscripti sunt tres testes, sed ad probandam scripturam priuatam, non opus, quòd fiat comparatio ex scriptura, in qua tres testes sunt subscripti, gl in auth.cùm quis, C.qui potiores in pignore.
Comparatio literarum non ex priuatis, sed ex publicis instrumentis fieri deb[et] fallit in documētis priuatis, quib. aduersarius pro se vtitur, & in document[is] quæ ex archiuo publico proferuntur, & publicè habent testimonium iure[i]rando de calumnia præstito, §.illud etiam, in auth. de his.qui ingrediuntur appel.col.5.glo.1.in auth.de instrum.cautel.in princ.col.6.
Comparatio literarum, dicitur, cum duæ scripturæ conferuntur, vt sciatur an si[nt] similes, vel non, gl.2.in auth.de instrum.cautel.in princ.col.6.
Comparationis literarum natura multoties eget examinatione rei, quia liter[a]rum dissimilitudinem sæpe facit ætas, non ita si quis scribit iuuenis, & rob[u]stus, ac senex, & forte tremens, & calami, & atramenti immutatio sæpe aufe[rt] per omnia similitudinis puritatem, d.authen.de instrum.cautel.in princ.
Comparatio literarum vt fieri possit ad aliquam scripturam priuatam proba[n]dam, requiritur, quòd scriptura, ad quam fit comparatio, habeat tres testes su[b]scriptos, vel subnon scriptos qui fuerunt præsentes, quando illa scriptura fu[it] facta, & dicant se cognoscere illum, qui illam scripturam scripsit, & ex taliu[m] testium testificatione, & comparatione alterius scripturæ fit plena probat[io] contra scribentem, sed sola testificatio vel comparatio per se non sufficit [ad] fidem, sed tantum ad semiplenam, §.si quis, & §.sed & si quis, & ibi gloss. cau[s]. eod.& gl.subscriptiones, in l.comparationes, C.de fide instrum.
Comparatio sola literarum non probat, quia literæ possunt variari, gl.faciamu[s] in d.§.si quis igitur.
ad Comparationem literarum fiendam iudex non debet esse pronus, §. oporte[t] in authen.de instrum.cautela, col.6.
Comparationes literarum fieri debent tabellionib.& testib.mortuis, vel non ap[] parentib. præstito primo sacramento per petentem fieri comparationem quod non malignitatis causa, nec aliqua arte ductus comparationem petit, § si verò moriantur, eod.titulo.
Comparatio literarum delegari non potest, quinimò iudex ipse adhibitis in ho[c] eo peritis literas conferre debet, & non potest delegari alij. gloss. abscon[] dere, in §.si verò nullus, eod.titu.

Reliqua verbo, Scriptura, 3. Instrumentum, 10.

COMPARATIVVM participat de positiuo, & retinet significatum sui positi[ui], l.vbi autem, 75.& ibi addit.marg.de verb.oblig.
Comparatiui natura est relinquere formam positiui in extremo, l.cum filius, 76 §.cùm pater, de legat.2.
Comparatiuus quandoque ponitur pro suo positiuo, gl. 4. in l.pen. C.si quis al[] teri, vel sibi, & gl.maior, & ibi add.in §.fi.Insti.de iure person.

Reliqua verbo, Superlatiuus.

COMPENSATIO est debiti ad debitum hinc inde in vim solutionis computatio, gl.cedere, in additione, in l.Caius Seius, 11.de vsuris.
Compensatio pudicitiæ dum pudicitia non fit, gl.dolo, in l.fi.§.sed & si, de eo per quem factum.
Compensatio opposita per exceptionem, non videtur reiecta, eo ipso quòd pronunciatur super principali, l.si autem, §.fin.de neg.gest.
Compensatio damni & lucri vt fiat, requiritur vt fiat in diuersis rebus: nam in vna re damnum & lucrum non potest fieri gl.fin.in l.fi negotia, eod.
Compensatio lucri cum damno emergente ex culpa gestorum non fit, rectè tamen fit cum damno casu emergente, d.gl.fin.in additione.
Compensatio quantùm ad cursum vsurarum fit ipso iure, l.qui aliena, & ibi glos. 1.eodem.
Compensatio non fit, cùm opponitur ab homine, gloss. fin. in l. si liber homo, eodem.
Compensatio non fit propriè in iudicio reali, nisi in solutione veniat quantitas, l.1.§.item si cùm, & ibi add.marg.si pars heredit.
Compensatio non fit de non liquido ad liquidum, gl.vendicare, & ibi add.marg. in l.cùm fundus, 31.§.seruum tuum, si certum petatur.
in Compensationem deduci non potest debitum per restitutionem in integrum, antequàm restitutio sit petita, & obtenta, l.fi.§.fi.in fin.& ibi gl.fi.de condictione indebiti.
in Compensationem deduci potest non solùm id, quod actionis iure debetur, sed etiam id, quod officio iudicis nobili debitum est, d.§.fin. & ibi add.marg.
in Compensationem potest quis deducere illud, quod potest contrario iudicio petere, l.in rebus, §.fi.commodati.
Compensatio est debiti & crediti vtrinque liquidi consistentis in quantitate, vel genere inuicem inter se contributio, l. 1. & ibi gl. 1.& addit.marg. de compens.& gl.compensatio, in l.Titia, 34.§.qui, inuita, de legat.2.
Compensatio ideò est necessaria, quia interest nobis propter laborem & expensas, quæ fiunt in iudicio, & propter moram iudiciorum potiùs non soluere, quàm solutum repetere, l.3.& ibi gl.1.de compensation.
Compensatio non fit ipso iure, sed demùm opposita ab homine exceptione, gl.1. in l.4.& gl.1.in l.5.eod.
Compensatio speciali iure fit ipso iure in delictis, & quoad impediendum cursum vsurarum, quia cùm vsuræ debeantur propter moram, non est in mora, qui habet exceptionem, gl.1.in d.l.5.& gl.1.in l.4.C.eod.

Compen

9 COMPENSATIO rectè fit de pecunia, quæ debetur vt genus, aut vt species ad quantitatem,† gl.vendicare,& ibi add.marg,in l.cùm fundus,31. §. seruum tuum,si certum petatur.

Compensatio fit vsque ad concurrentem quantitatem, vbi quantitas hinc inde debetur cum vsuris; vel ab vna parte cum vsuris, ab alia sine vsuris,& pro rata parte impeditur cursus vsurarum, quod procedit etiam in causa fisci.l.cum alter,cum l.seq.de compensat.l.4.C.eod.

Compensatio de quantitate pecuniæ ad quantitatem alicuius materiæ diuersæ rectè fit,† l.diuortio,§.ob donationes,& ibi gl.compensationes, soluto matr.

Compensatio de quantitate pecuniæ ad quantitatem fructuum non admittitur, quando fructus sunt extantes, secus quando illis consumptis æstimatio deberetur,d.gl.compensationes.

Compensatio de quantitate ad speciem locum non habet, gl. fin.in l.& si quid' 23.eo.& gl.pe.in l.Papinianus,C.de sententiis ex breuiloq.

Compensatio fit in dote etiam hodiè,quando quantitas debetur vtrinque, † gl. fieri,in l.si constante,§.pe.& gl.præstando,& ibi add.mar.in l.si filiofa.26.eod.

Compensatio expēsæ pecuniæ in dotem cum pecunia dotali ipso iure fit,nec necesse est,quòd opponatur ab homine, quod speciale est in impensis necessariis in rebus dotalibus factis,secus est in expensis extra dotem factis, quæ ipso iure non compensantur, sed ope exceptionis, ‡ l.quod dicitur,& ibi gl.nam in pecunia,de impensis.

Compensatio vbi quantitas hinc inde debetur ipso iure fit tunc demum cùm ab homine opposita fuerit,† gl.1.in l.4.C.de compensat.

Compensatio rectè potest fieri de pecunia ad frumentum, vel aliud,quod in quantitate consistit.† gl.1.in l.neque scriptura,& ibi gl.1.C.eod.

Compensatio ratione quantitatis potest fieri,quando in solutione seu obligatione est species & quantitas alternatiuè,l.1.C.si maior factus aliena.

Compensatio in omnib. actionibus potest fieri,quando quantitas hinc inde debetur,& non obstat exceptio.gl.1.in l.fin.C.de compensatio.

Compensatio quantitatis, neque ad veram speciem,neque ad fictam fieri potest, † gl.venditori,& ibi additio marg.in l.si creditor,37. de peculio.

Compensatio de debito numorum peculiarium cum debito personali peculij non fit compensatio,† d.l.si creditor,& ibi gl.venditori.

Compensatio non fit etiam de quantitate ad quantitatem, quando ab vna parte debitum est liquidum, & confessatum, ex altera verò sit negatum, quia non fit aperto iure, nisi debitum non confessatum posset de proximo liquidari, gl.iure aperto,& ibi add.in §.in bonæ fidei,Inst.de actio.

Reliqua verbo,Debitor,98.

10 COMPENSATIO non fit, quando hinc inde corpus debetur, & non quantitas, nisi vtraque parte volente expreßè vel tacitè, gl.compensatio, in l.1.§. item si cùm,si pars hereditat.petatur.

Compensatio non admittitur in deposito, neque quando ex vna parte debetur species,ex alia quantitas,gl.1.in l.qui inuicem,30.de cond.ind.

Compensatio non admittitur in vino, frumento, vel oleo publico,neque in vectigalibus, tributis, alimentis,fideicommissis,& in pecunia,quæ statutis sumptibus seruit,ibid.

Compensatio rectè fit,vbi corpora debentur,vt quantitas, quia tunc idem est, ac si in genere debeantur,gl.venditori,in l.si creditor,37.de peculio.

Compensatio non fit de specie ad speciem, nec de non liquido ad liquidum, vel non liquidum,glos.1.&3.in l.1.C. de crimine expilatæ heredit.gl.1.in addit. marg in l.1.de compensat.& gl.1.in l.ob negotium, eod.

Compensatio rectè fit vbi hinc inde in eodem genere debitum est,veluti homo, secus si debitum est hinc inde in diuerso genere, vt si vnus equum, alius asinum in genere debeat,d.gl.1.&.ibi addit.marg.in d.l.ob negotium.

Compensatio quandoque rectè fit de specie ad pecuniam, vel de specie ad speciem in collatione bonorum facienda in bon. possess. contra tabulas, l.1. §. si frater,& ibi gl.pro portione,de collatio.

Compensatio non datur vbi hinc inde debetur species, vel ab altera parte species ab altera quantitas, vel si hinc inde debetur pecunia vt species, & non vt quantitas,† gl.1.in l.fi.C.de compensat.

Compensatio potest obiici in actione in rem, quando deuenitur ad æstimationem propter fructus,vel quia res perempta est,vel propter aliud interesse,quo casu ipsa res dicitur esse in obligatione,vel petitione,ibid.

Compensatio æstimationis rei, quæ videtur esse in obligatione inspecto exitu potest fieri,cum lex talem æstimationem posse constitui dicat,ibid.

Compensatio ipso iure admitti potest, quando hinc inde debetur in genere, vt equus vel homo,d.gl.1.

Compensatio datur in commodato, & cæteris actionibus personalibus, vbi species petuntur, intellige semper,si res desiit posse restitui, gl.depositi, in l.fi.C. de compens.

Compensatio non datur occupantibus possessionem mobilem, vel immobilem, intellige, quando ad æstimationem fuisset peruentum, aliàs nullum esset dubium,gl.possessionem,ibid.

Compensatio non datur occupantibus possessionem alienam, vel ratione pœnæ, in qua est quantitas,vel ratione rerum mobilium amissarum,siue agatur contra occupantes condictione ex lege,vel actione in rem, vel interdicto ad recuperandam possessionem occupatam,vel amissam, aut ad pœnam,ibid.

Compensatio non datur,quando species est debita, vel quando res exposcit maiorem indaginem,d.gl.possessionem.

Compensatio non fit de specie ad speciem vel quantitatem, nec de quantitate ad quantitatem, vbi quantitas est, vt species, §.in bonæ fidei,& ibi gloss. iure aperto,Inst.de actio.

Compensatio potest obiici actioni in rem,idest, reiuendicationi,quando re non restituta iuratur in litem, vel ad veram æstimationem,ibid.

Compensatio rectè fit, quando hinc inde debitum est in genere, vt si debeo tibi hominem vel equum in genere,& tu similiter mihi debes, quia debentur paris æstimationis,d.gl.iure aperto,in add.

Reliqua verbo,Debitor,82.83.Depositum,4.

11 COMPENSATIO doli ad culpam non est bona, gl. quamuis,in l.1.de eo,per quem factum.

Compensatio doli cum dolo, & culpæ cum culpa rectè potest fieri, ibid.& l. duo,de dolo.

Compensatio delicti cum delicto,& doli cum dolo, & pœnæ cum pœna, & negligentiæ cum negligentia, ipso iure fit, l. fi. §. sed etsi,& ibi gl.dolo,de eo per quem fact.& gl.si ambo,& ibi gl.ipso iure,de compensat.

Compensatio doli cum dolo rectè fit circa idem,secus quando vnus fecit dolum in vna re,& alius in alia,quia tunc ambo agunt actione de dolo,glos.1. in l. duo,de dolo.

Compensatio fit ipso iure, idest ab ipsa lege in maleficiis, & in vsura in odium earum, gl.ipso iure,in l.si ambo,de compensatio.

Compensatio doli cum culpa ipso iure fit, si per culpam te læsi in vno, & tu me per dolum in alio, secus si in eadem re te læsi per culpam,& tu me per dolum, quia tunc non fit compensatio, ibid.

Compensatio debiti ex maleficio ipso iure fit, cùm pecuniariter agitur, vel ex causa furtiua,aut rapina,aut iniuria, vel condictione furtiua cùm res interiit d. l.si ambo,§.quoties,& ibi glos.cæterorum.

Compensationem opponere potest conuentus noxali iudicio,dicto §.quoties,

Compensatio in criminalibus potest fieri quantùm ad executionem ciuilem,secus non quantùm ad accusationem criminalem,l.si vxor,13.§.iudex,in add.marg. de adulter.

Compensatio datur in delictis, vbi hinc inde est delictum,secus,vbi non est hinc inde.gl.possessionem,in l.fi.C.de compensat.

Compensatione mutua tolluntur paria delicta,l.viro,39.solu.matri.

Reliqua verbo, Delictum,22.Dolus,12.

COMPENSARI potest quantitas ad quantitatem, sed non ad speciem, l. conuenerit,18.& ibi gl.loco, de pig.act.

Compensare regulariter nemo potest debitum alienum,gl.1.in l.5.de compēsat.

Compensare potest fideiussor debitum suum,& rei principalis,ibid. & gl. 1. in l. eius,quod,C.de compensat.

Compensare potest pater debitum, quod debetur filio, & è contrà filius potest compensare id,quod debetur patri.ibi.& l.si cum filiof.eod.

Compensare potest dominus id,quod debetur seruo,d.gl.1.in d.l.5.

Compensare potest procurator in rem suam datus post litis contestationem, vel post acceptionem partis debiti,vel post denunciationem eius,quod debebatur domino principali, ibi. & l. in rem, & ibi gloss. 1. eod. & gloss. 1. in l. eius quod, C. eod.

Compensare potest socius id,quod socio debetur,gl.1.in d.l.5. & gl. 1. in l. eius quod,C.de compensat.

Compensare non potest quis, antequàm dies veniat, id, quod in diem debet, quod in diem,de compensat.

Compensare potens si soluerit,solutum repetere poterit per condictionem indebiti,nisi sit tale debitum,quòd compensari non posset, quo casu solutum non repetit,l.si ambo,& ibi glos.condicere,eod.

Compensari vbique potest debitum certo loco habita ratione propter locum, pecuniam,de compensat.

Compensare non potest debitor obligatus heredi instituto in castrensibus illud quod sibi debetur ab alio herede in paganicis, quia duæ hereditates sunt, l. cùm militi,& ibi glos.1.eod.

Compensare potest quis pœnam,in quam incidit, eò quòd tempore famis & necessitatis arctiorem annonam præbuit,l.ideò & ibi glos.1.eod.

Compensari non potest debitum ex causa victualium, vt si ille,qui præest exercitui,mandet alicui, vt omnem copiam rerum exercitui ministraret, quia cùm non fecisset,tenetur mandati,nec compensare potest cum alio sibi debito,l.ob negotium,& ibi gl.1.eod.

Compensare non potest depositarius propter suam perfidiam, nec is, qui perperàm alienam possessionem occupauit,d.gl.1.ibid.

Compensari non potest debitum cum debito ratione incertitudinis, vt quando alter debitum negat,ibid.

Compensari non potest debitum cum debito propter fauorem reipu.vt ei deberetur aliquid ex calendario vel ex vectigalibus, vel ratione frumenti, hordei vel tributi,aut alimentorum, vel ratione sumptuum statutorum, aliàs obiicitur etiam reipubl.compensatio,si debitum est liquidum,aliàs intra duos menses probatur,ibid.& gl.2.in l.3.C.de compensa.

Compensamus faciliùs,quàm soluamus,gl.posse,in l.fideicommissa,11. §. item si quis,de legat.3.

Compensari potest,quod debetur pupillo à nominatore tutoris non idoneè administrantis,cum eo,quod pupillus debet tutori soluenti debitum patris pupilli ex administratione primipili,l.si tutores,C.de compensat.

Compensari potest perceptio operarum cum pecunia,l.si operas,C.de solutio.

Compensatur dolus cum dolo, quando quis me expulit, & ego eum expuli in continenti, quia quasi vnum factum reputatur, non tamen compensatur dolus cum dolo,quando est ex interuallo,gl.fi.in fi.in l.1.C.vnde vi.

Compensare potest fideiussor non solùm quod sibi debetur, sed etiam quod reo principali,& potest eligere, quod debitum velit compensare,an sibi debitum an reo debitum,gl.ipso iure,in §.in bonæ fidei,Inst.de actionibus.

Compensare in quam causam velit potest eligere reus, qui debet ex pluribus causis,ibid.

Compensans dicitur dare,l.vel permutauit,19.& ibi additio. de liberali causa.

Reliqua verbo,Reputare.

COMPILATORES legum fuerunt pagani.gl.in nomine Domini, in rub. supra titulum Digestorum.

COMPONERE quandoque ponitur pro soluere, quandoque pro pacisci, vel cōuenire,siue iudicio terminare ac finire.l.ædiles,§. si fortè,de ædilitio edict.

Composuit Iustinianus omnem sanctionem,idest,sub compendio posuit ab aliis anteà adinuentā,& sparsim positam,gl.compositam,in procemio Digestorum.

Compromissum in genere,nu.1.vsque ad nu.9.

Compromissum inualidum & nullum,nu.9.

Compromissum quando soluitur,nu.10.

COMPROMISSVM ad similitudinem iudiciorum redigitur, & ad fiendas lites pertinet,l.1.de receptis arbitris.

Compro

Compromissum si sit factum in plures ea conditione, vt omnes dicant, vel quòd, de maioris partis sententia placuerit, non debent singuli sententiam dicere, sed omnes, vel maior pars, ibid.

7 Compromisso sub pœna facto procurator vnius litigatoris non tenetur cauere dominum ratum habiturum, cùm dominus si ratum non habeat, incidat in pœnam, d.l.non distinguemus, §.fi. de arbitris.

Compromissum per vnum ex sociis non præiudicat alij, tenetur tamen ad pœnam, si alter agat, quia sic promisit, † gl.si socij, in l.si duo, 34. de arbitris.

Compromissum super re dubia per vnum ex sociis præiudicat aliis, secus verò si super re clara, & certa, † ibid.

Compromissi pœna non committitur ob non parendum omni præcepto, vel verbo arbitri, sed solùm committitur ob non parendum arbitrio in illis, quæ pertinent ad diffinitionem rei, de qua est cõpromissum, l.nõ ex omnib.39. eo.

Compromissi pœnam non committit ille, cui arbiter dixit, vt exhiberet ei nomina testium suorum, & ipse nolit, ibid.

Compromissum si factum sit pœna adiecta ab vtraque parte, & dictum etiam sit, quòd non parens vltra illam pœnam etiam daret fisco nomine pœnæ decem, arbitro non parens non tenetur fisco dare illa decem, incidit tamen in pœnam compromissi, l.arbiter, 42.& ibi gl.1.eod.

Compromissum si sit generaliter de omnibus caussis, & per errorem quædam species petitæ non sunt, de quibus arbiter sententiam non dixit, species omissæ peti possunt, neque pœna committitur, nisi malignè omissæ fuerint, quæ rectè peti possunt, sed pœna committitur, l.de rebus, 43.eodem.

Compromissum generale dicitur vnum, quando non exprimuntur in eo res, & tunc generaliter sententia ferri debet de omnibus, ibid.

Compromissum si sit generale, & etiam petitio sit generalis, sed prosecutio specialis, sententia tamen generalis si non prosecuta petatur, pœna non committitur, nisi malitiosè prosecutio fuerit omissa, ibid.

Compromissum si fuerit de finibus & terminis, & arbiter tulit sententiam, & terminos posuit, si posteà vnus litigator euellat eos, incidit in pœnam compromissi, quamuis iudex nihil ampliùs dixisset, † l.inter Castellianum, 44. & ibi gl.1.eod.

in Compromisso arbitrium personæ insertum personam non aggreditur, l. in compromissis, 45.eod.

8 Compromissum si sit in aliquem, tanquàm in bonum virum, tunc potest recedi ab eius persona, gl.1.ibid.

Compromissum simpliciter factum non extenditur ad lites futuras, l. de his rebus 46. eodem.

Compromissum si fuerit, vt arbiter sententiam dicat vtroque præsente aut eorum heredibus, si alter ex litigatoribus decesserit pupillo herede relicto, non potest sententiam dicere, nisi interposita fuerit authoritas tutoris. l. si compromissum, 47.eod.

Compromissum si sit, vt arbiter intra certum diem sententiaret, nec sit ei data potestas proferendi diem, si die adueniente, eò quòd sibi non liquebat de causa, proferre diem iusserit, quilibet ex litigatoribus potest impunè non parêre, secus si ex compromisso posset proferre, l.arbiter, 48.& ibi gl.fin.eod.

Compromissum si feci in eum, quem offendi, vt iudicet in me secundùm quod vult, valet compromissum, sed reducitur ad arbitrium boni viri, si modum excedat, gl.fin.in l.pen.eod.

Compromissis pœnæ consueuerunt apponi, gl.1.in l.1.de iudiciis.

contra Compromissum nullum veniens non incidit in pœnam compromissi, l.3. §.si seruus, de peculio.

Compromissum de incerta persona fieri non potest, l.tutor incertus, 20. in add. marg.de testam. tutel.

Compromissum si sit iuratum à partibus, & ab arbitro, vel à partibus tantùm, vel ab arbitro tantùm ex arbitri sententia condemnatoria oritur actio, ex absolutoria exceptio; secus si iuratum non appareat in actis, licèt altera pars, vel arbiter asserat esse iuratum, quia nec alteri parti, nec arbitro creditur, l. 4. C. de arbitris.

Compromissum hodiè iure authenticorum prohibetur fieri cum iuramento, tam à partibus, quàm ab arbitris, † gl.1.in auth.decernit, C.eod.

Compromissum si sit factum, in quo sit apposita pœna, & iuramentum, tunc iuramentum reiicitur, & remanet compromissum validum cum pœna, ibidem.

Compromissum iure authenticorum prohibetur fieri cum iuramento, & licèt arbiter iuret, si malè iudicat, solùm à Deo punitur, d.authentic.decernit.

Compromissum si valet, & arbiter acceptauit arbitrium, poterit cogi arbitrari, siue interuenit pignus, vel pœna, siue non, gloss.fi. in addit. marg. in l. fi. C. de contrahen.emptio.

Compromisso pendente, tempus instantiæ appellationis non labitur, quotcunque annis durauerit compromissum, auth.si tamen, C.de tempor. appellat.

Compromissum cum iureiurando, & pœna factum valet, † gl.eis, in §. quia verò, in auth.de iudicibus col.6.

Compromissum recipere nemo cogitur inuitus, gl.concessum, in l. 2. C.de proximis sacro.scrinio.lib.12.

Reliqua verbo, Arbiter, 2. vsque 11. *Arbitrium, Iuramentum*, 8. *Minor*, 45. *Pœna*, 14. 15. 16. *Primum, Procurator*, 13. 14. 15. *Promissor, Receptum.*

9 COMPROMISSO facto à minore 25. annis, si sententia sit lata contra eum non valet, neque ad pœnam tenetur cum effectu; si posteà iterum agat, valeret tamen sententia, si fuisset lata pro eo, l.Labeo, & ibi gl.1. de arbitris.

Compromissum factum vt quod Seio disceptatori, vel causidico placet, id Titius pronunciet, non valet, cùm in eo libera facultas sententiæ arbitri futura non est. l.item si vnus, §.inde Pomponius, eod.

Compromissum factum in duos sic, vt si dissentirent, tertium assumant, non valet, quia & in assumendo possunt dissentire, d.l.item si vnus, §.si in duos.

Compromissum non valet, si mulier alieno nomine compromittat, quia intercedere videtur, valet tamen, si ab alio compromitteretur ita, quia speciale est in mulie[illegible], l non distinguemus, 32.& ibi gl.commissa, eod.

Compromissum si ab initio sit nullum, vel non sit, sed pendeat propter incertam conditionem, arbiter cogi non potest sententiam dicere, d. l. non distinguemus, §.summa.

Compromissum factum à seruo non valet, neque arbiter cogitur sententiam dicere, & si dixerit, pœnæ executio de peculio non datur, & idem quando liber cum seruo compromisit, dict.l.non distinguemus, §.si seruus.

Reliqua verbo, Compromitti, Iuramentum, 8.

COMPROMISSVM per litis contestationem sponte factam ab vtraque parte soluitur, sed si altera alteram inuitam traheret ad alium iudicem, trahens in pœnam incidit, gloss. si multò, & ibi addit. marg. in l. item si vnus, de arbitris.

Compromissum soluitur morte vnius ex arbitris, sed iudicium non soluitur mortuo vno iudice, † gl.sed aut omnes, in d.l.item si vnus, §.2. & gl. morte in l.diem proferre, §.1.eod.

Compromissum, in quo mẽtio heredis, vel successoris non est facta, morte vnius ex litigatoribus soluitur, d.l.diem proferre, §.1.& ibi gl.morte.

Compromissum factum à pluribus ex vna parte, mortuo vno eorum soluitur, si causa erat indiuidua, secus verò si esset diuidua, nisi actum sit, vt simul de tot. causa aut de omnibus iudicet, & tunc soluitur. dict.gloss.morte.

Compromissum expirat mortuo vno ex litigatoribus quando compromissum est factum super vna eademque quæstione, si verò fuit super variis, ac diuersis compromittentium quæstionib. pro virili demortui expirat compromissum, pro viuentium durat, d.gl.morte, in add.marg.

Compromissum dicitur solui transacto die, morte, acceptilatione, iudicio & pacto, & iudex tunc non potest cogere arbitrum sententiam dicere, l. non distinguemus, §.summa, eod.

Compromissum soluitur, si arbiter fuerit factus sacerdos, & ideò non cogitur sententiam dicere, secus si post sacerdotium fuerit factus arbiter, quia tunc valet compromissum, & cogitur sententiam dicere, d.l.non distinguemus, §.sacerdotio.

Compromissum soluitur negotio transacto, vel homine mortuo, de quo compromissum est, nec arbiter cogitur sententiam dicere, ibid.

Compromissum soluitur homine mortuo, de quo erat compromissum, nisi aliquid intersit litigantium, propter fructus, & partus, d.l.non distinguemus, § item non est, & ibi gl.litigantium.

Compromissum morte cuiussuis ex litigatoribus soluitur, non solùm quãdo nulla heredis mentio facta est, sed etiam quando ab altera tantum parte heredis mentio facta est, l.sed & interpellatur, 49.§.fi.eod.

Compromissum morte arbitri soluitur, secus tamen est in iudiciis, gl.fi.ibid.

Compromissum si factum sit, vt in euentum mortis alterius, putà actoris non expiret, sed transeat ad heredem, soluitur eo mortuo, ac si nihil dictum fuisset, quia non debet claudicare, d.gl.fi.in add.marg.

COMPROMISSARII dicuntur delegati, vel etiam arbitri, gloss. 1. in l.fi. C.de testibus.

Reliqua verbo, Arbiter, per tot. 12.

COMPROMITTI potest de causa famosa, si ciuiliter agatur, non verò si criminaliter agatur de delicto famoso, gl.non facit, in l.quid ergo, §.ex compromisso, de his, qui notantur.

Compromitti potest in libertum, & etiam in infamem, l. Pedius, 7.de arbitris.

Compromitti non potest in seruum, d.l.Pedius, §.1.

Compromitti non potest in monachum, gl.nullum, ibid.

Compromitti non potest in pupillum, furiosum, surdum, aut mutum, l. sed si. 9. eodem.

Compromitti non potest in minorem vigintiquinque annorum, gloss.sed neque in pupillum, ibid.

Compromitti non potest in mulierem, nisi sit talis, quæ de iure communi, vel consuetudine habeat iurisdictionem, ac potestatem iudicandi, d.gl.sed neque, & ibi additio.

Compromitti non potest in iudicem ordinarium illius causæ etiam eo iubente, d.l.sed si, §.fi.

Compromitti non potest in iudicem illius causæ, vt procedat in modum arbitri compromissarij, idest, vt lis contestetur, & iuretur de calumnia, quod fieri non debet, nec fit, quia id litem ex lite procrearet quod statutum non est, † gloss. in ve se, & ibi add.marg.in l.sed si, 9.§.si quis, de arbitris.

Compromitti potest in iudicem ordinarium illius causæ etiam sub pœna, vt in arbitratorem, idest, vt ille iudex amicabiliter tractet, non iudiciario modo cognoscendo, & quandoque potest dare alicui minus, quandoque plus, quàm dare debeat, quod per sententiam tanquàm arbiter non posset, † ibid.

Compromitti potest in iudicem ordinarium, vel delegatum illius causæ, vt in arbitratorem, sed non vt in arbitrum.d. gl.in ve se.

Compromitti potest super alteriùs partis controuersia, licèt super alterius partis negotio non compromittatur, neque modo etiam per reconuentionis viam l.idem Pomponius, in add.marg.eod.

Compromitti non potest de famoso delicto publico, vel priuato criminaliter, nec de adulteriis, sicariis, & similibus, sed bene potest ciuiliter, & tunc sententia arbitri non infamat.l.non distinguemus, §.Iulianus, & ibi gl. famoso, eod.

Compromitti ideò non potest de famoso delicto criminaliter, quia quilibet solueret pœnam pecuniariam, vt corporalem euitaret, d.gl.famoso.

Compromitti non potest super causa status, idest, de libertate, seruitute, vel ingenuitate alicuius, d.l.non distinguemus, §. de liberali.

Compromitti non potest de causa pupillari, vnde arbiter non potest cogi sententiam dicere, ne occasione pœnæ omitteretur faciendum, quod cuilibet fieri expediret, d.§.de liberali, & ibi gl.idem dictum.

Compromitti non potest de causa ascriptitia alicuius, d.gl.idem dictum.

Compromitti non potest de matrimonio, neque de conuersione, neque de monachatione, ibid.

Compromitti non potest de causa meri, vel misti imperij, nisi fortè incidat, ibid.

Compromitti potest in arbitrum, qualiter debeat dari possessio vacua, quam venditor tenetur emptori dare. d. l. non distinguemus, §.fi.& ibi gloss.vacua possessio.

Compromitti non potest de iure ciuili in iudicem ordinarium illius causæ, sed de iure canonico rectè potest compromitti, gl. 1. & ibi add. marg. in l. 1. de iudiciis.

matrimonium mutat forum,vel domicilium,gl.1.in l.pe.de iurisd.omniũ Iud.

Concubinam si quis acceperit in vxorem filij priùs geniti efficiuntur legitimi, etiam si alij posteà non nascantur,vel nati moriantur,gl. 1.in l. benigniùs, de legibus.

Concubina non sequitur forum concubinarij, gl.fi.in l.exigere,65.de iudiciis.

Concubinæ potest quis donare, & posteà is, si eam in vxorem acceperit,& permutauerit cum ea quasdam alias suas res cùm donantis tempore concubinatus,valet permutatio.l.si prædia,58.de don.inter vir.

Concubina amouens res tenetur actione furti. l. si concubina, rerum amotarum.

2 Concubina patris non potest esse concubina filij, vel nepotis, quia pro nefaria est huiusmodi coniunctio.l.1.de concubinis.

Concubina fit ex sola animi destinatione, si simul cohabitent, non autem sola adductione in domum,quia cohabitare debent,l.penul.& ibi gl.1.eod.

Concubinæ à milite relictum legatum aufertur ab ea, & applicatur fisco.l. mulierem, de his,quibus vt indig.

Concubinas plures habere non licet,gl.denegabitur, in l.cùm secundis, §.1.eod.

Concubinam tenere, quando quis habet vxorem, dicitur esse contra bonos mores,licèt concubinatus secundùm ius ciuile non sit improbatus, l. ex ea parte, 121. §. 1.de verbor. obligat.l.1.C.de concubinis, l.fi.C.communia de manumission.

in Concubinam alterius accessus punibilis est, quando illa concubina est talis, quæ nomen matronæ,& honestæ mulieris retinet,l.si vxor,13.de adulteriis.

Concubinas parentum in vxorem ducere non possunt filij propter affinitatem, neque etiã habere licet eas pro concubinis,l.4.& ibi gl.1.& 2.C.de nuptiis.

3 Concubinæ suis fictis adulationibus solent spoliare amatores suos, l.2.C. de donatio.inter virum.

Concubinis suis vilissimis non possunt donare viri in dignitate constituti, l. 1. C.de naturalibus liberis.

Concubinæ etiam si sint vilissimæ, hodiè cum omnibus possunt contrahere matrimonium,etiam cum Senatoribus,& aliis in dignitate constitutis, dum tamen dotalia instrumenta super hoc conficiantur,auth.sed nouo,C.eod.

Concubina non succedit ab intestato suo concubinario etiam in subsidium, licèt vxor succedat viro per titulum, vnde vir & vxor,gl.siue, & ibi add.mar. in §. consideremus,in auth.de triente & semiss.

Concubinas duas habere non licet, & dicitur tunc affectus dubitatus, sed habens vnam solam dicitur habere indubitatum affectum, & filij ex ea suscepti dicuntur naturales, & succedunt patri intestato in duabus vnciis non extantibus legitimis, nec vxore legitima, §. si quis autem defunctus, & ibi glos. indubitatus, & glos. consitentes, in auth. quibus modis naturales effi.sui,col.7.

Concubinas duas habens non est infamis,sicut is,qui habet duas vxores, gl. non licet,& ibi add.marg. in §.affinitatis,Inst.de nuptiis.

Concubinas duas habere non licet eodem tempore,dict. gl.non licet,in addit.

Concubinas quidam prius retinent, vt experiantur an ex eis possint filios habere, vt posteà eas accipiant in vxores,vel repellant,sed hæc cautela non est bona quoad animam,gl.præstiterunt,in add.in §. intestatorum, Inst. de heredit. quæ ab intest.

Reliqua verbo,Donatio,60.Pellex, Adulterium,6.

CONCVBINATVS de iure ciuili permittitur, sed non de iure canonico, & secundùm diuinas scripturas:est enim fornicatio & peccatum mortale, l. 3. in fin.& ibi gl.legis,de concubinis,& gl.indiuiduam, in additione, in §. nuptiæ, de patria potestat.

Concubinatus dicitur torum, sicut & matrimonium,§.sit igitur,& ibi gloss. torum,in auth.quibus mod.naturales effi.legit.col.6.

Concubinatus non continet indiuiduæ vitæ consuetudinem, quia ex voluntate dirimi potest, dummodò vnam de quatuor, quæ habentur in l.1.de concubinis,interueniat,gl.indiuiduam,in add.in §.nuptiæ,Inst.de patria potestate.

Concubinatus licèt de iure canonico reprobetur tanquàm inducens peccatum, tamen ab ipso iure canonico filij inde nati non repelluntur à successione paterna,gl fi.in addit.marg.in §.nouissimè,Inst.de S.C.Orficiano.

Reliqua verbo,Coitus.

CONCVSSIO si interueniat simulato præsidis iussu ablatum huiusmodi terrore restitui debet actione in factum de concussionibus, & delinquens debet puniri extra ordinem accusatione instituta,l.1.& ibi gl.fi.de concussionibus.

Concussionis iudicium priuatum est,vt tantùm ille,qui passus est concussionem, possit etiam criminaliter accusare, sed quando quis accepit pecuniam ab aliquo,ne eum accusaret de quodam delicto, tunc concussionis iudicium publicum est ex Senatusconsultis,idest, argumento horum Senatusconsultorum, quæ inducunt aliam accusationem,† l.fi.& ibi gl.1.eod.

Concussionis crimine tenetur,qui occasione alicuius dignitatis, vel officij, quod habet,vel etiam sine officio,aliquos perimit, & propter eius terrorem aliquid sibi datum sit, tenetur etiam crimine falsi,& lege Iul.repetundarum, & lege Rhemia,si accepit,vt non accusaret,item edicto de calumniatoribus,gl.2.in l. 1.& gl fi.in l.fi.de concussionibus.

Concussionis crimen est,cùm aliquis occasione publici officij,quod habet,extorquet aliquid à subiectis. gl fin.in l.3.C.de condiction.ob turpem caus.

Concussor dicitur, qui terret homines prætextu officij,quod habet,gl.in rub. C. de discussoribus lib. 10.

Reliqua verbo, Officialis, 6.Index, 36.Lex,26.

CONDEMNATIO capitalis vel relegatio est iusta causa non sistendi in iudicio, sed & si,si quis cautio.

in Condemnationibus inspicitur conditio personæ, quæ fuit tempore commissi criminis, non sententiæ, gloss. vindicta, in l. penultim. si ex noxali causa agitur.

Condemnatio in quadruplo facta tenet, licèt debuit fieri in duplo, l. quid ergo, §.pœna,de his qui notantur.

in Condemnatione quadrupli facta contra metum inferentem, vt sibi res traderetur, continetur ea res, & fiet eius restitutio pœna autem vsque ad triplum fit,l. si cum exceptione,§.quatenus,quod metus causa.

Condemnatio euitatur ratione incertitudinis,vt si cõdemnetur seruus Erotes, si sunt plures eiusdem nominis,non valet,l.idem Pomponius,5. §.fi. de rei vendicatio.

in Condemnatione quandoque potest deduci aliud,quàm quod petitum est, veluti redhiberi potest mancipium,licèt æstimatoria quantò minoris agatur, si mancipium sit nullius pretij,l.bouem,43.§.aliquando,& ibi gl.officio,de ædilitio edicto.

in Condemnatione personarum, quæ in id,quod facere possunt,damnantur, non totum, quod habent, extorquendum est,sed & ipsarum ratio habenda est, ne egeant,l.in condemnatione,173.de regul. iur.

Condemnatio per inficiationem crescit,gl.solutio,in auth.contra.C.de non numerat.pecu.

Condemnationis spem moratoriis ambagibus excludi satis miserabile est,l.fi.C. de compensati.

Reliqua verbo, Absens, 6. 7. 9. Absolutio, 1. Decurio, Fideiussor, 52. Filius, 97. 98.99.Iudex,31.Procurator, 68. 69.Reus,16.Sententia, 57. Seruus,170. Tutor 144.145. 146.

CONDEMNARE qui non potest, neque potest absoluere, gl. fin. in l. fin. de officio procuratoris Cæsaris,& gl.1.in l.3.de re iudicata.

Condemnare potest iudex quandoque in alio, quàm petitum est; quod est mirabile,gl.debuit,in l.quid ergo,§.pœna,de his qui notantur.

Condemnari quòd quis non debeat vltra quàm facere possit,dicitur beneficium personale,l.verum,63.pro socio.

Condemnari non debent socij inter se vltra quàm facere possint, quod beneficium datur eis ratione contractus societatis, sed eis, inter quos societas est incidens, & non ex conuentione, veluti inter fratres, inter quos incidenter sunt bona communia, non datur beneficium, quòd non teneantur vltrà quàm facere possunt,gl.2.ibid.

Condemnatur maritus socius, patronus, vel pater tantùm, in quantùm facere possunt, qui non deducunt æs alienum de dicta condemnatione,secus est in donatore,l.maritus,54.solut. matrim.

Condemnare iuste qui potest aliquem,non debet eundem in eadem causa absoluere,si tamen absoluat,valet sententia,nisi contra ius constitutionis esset lata, gl.1. in l.3. de re iudicata.

Condamno,vel absoluo verbum positum in scriptura sententiæ,potest per iudicem mutari antequàm sit pronunciatum, posteà non,l.actorum, 46. & ibi gl. 1.de re iudi.

Condemnari non debet quis ex suspicionibus,& præsumptionibus, nisi præsumptio sit legis,idest, iuris, & de iure, l.absentem,5.& ibi gloss.2.de pœnis.

Condemnari non debet quis,vt verberibus necetur, vel virgis interimatur, aut tormentis,quamuis plerique, dum torquentur, deficere solent,l.aut damnum, §.hostes.eod.

Condemnari non bebet quis,vt de saxo præcipitetur, l.si diutino, 25.eod.

Condemnari qui non debent in opus metalli ad tempus, si de facto fuerint condemnati,etiam si faciant opus metallicum, non debent intelligi esse damnati in metallum, & horum libertas manet, quamdiu etiam hi,qui non in perpetuum opus damnantur,l.capitalium,§.Diuus,eod.

Condemnari non debet quis ad clamationem populi,gl. 1.in l.ad bestias.31.eo

Condemnare qui non potest, quandoque potest absoluere,l.fi. C.vbi Senatores vel clariss.

Condemnatur quis quandoque sine accusatore, videlicet proferens scripturas mendaces & falsas,& testes falsarios & periuros,gl.fi.in l. pen.C.de probatio gl.fi.in l.nullum,12.C.de testibus.

Condemnari hodiè quis non debet, vt sit seruus pœnæ, licèt olim posset, l. re vxoris,24.& auth.sed hodiè,C.de donat.inter vir.

Condemnari potest quis quandoque ex præsumptionibus,intellige iuris,regulariter tamen non potest,§.his quoque, & ibi glos. punire, in auth.vt matri & auiæ,col.8.

Condemnare qui non potest,neque absoluere, fallit in eadem persona, vt iudex secularis poterit absoluere clericum accusatum,non tamen condemnare,glos. etiam si reus,in auth.clericus,C.de Episcopis.

CONDEMNANDVS debet absolui ab obseruatione iudicij, si ante sententiam soluerit id,quod debet.§.fi.de perpetuis & tempor.actio.

Condemnandi potestatem habens in genere, habet etiam potestatem absoluendi, & è conuerso, & qui non habet vnum, neque habet aliud, l. 3. de re iudicata.

Reliqua verbo, Adsolutio,1.Administrator,2.Socius,2.Beneficium,2.3.Pactum,3 14.

Condemnatus in genere,nu.1.vsque ad nu.8.

quoad tempus quadrimestre & executionem sententiæ,nu 8.& 9.

quoad appellationem,& infamiam ex condemnatione,nu.10.& 11.

CONDEMNATVS in vna re,non censetur condemnatus quoad tertium, qui non obtinuit sententiam,gl.possit,in l.sciendum,§.pe.qui satisdare.

Condemnatus ad relegationem,vel remotus ab ordine perpetuo ex damnatione perpetua,perpetuam infamiam subit,vnde nunquàm recuperat veterem ordinem,vel dignitatem,neque ad nouam aspirabit,gl,onerasset,in l.quid ergo, § pœna,de his,qui notantur.

Condemnatus ad relegationem, vel remotus ab ordine ad tempus ex damnatione temporali interim, dum est infamis,non aspirat,sed tempore transacto ad nouum non aspirabit,nisi tantum tempus expectauerit,quantum caruit dignitate propter pœnam,ibid.

Condemnatus ad relegationem, vel remotus ab ordine ad tempus, transacto tempore veterem dignitatem non recuperat,quando illa non vacat,sed si vacet & tunc si relegatus fuerit ad tempus, transacto illo, noua electione admittitur ad veterem dignitatem,sed si simpliciter ab ordine sit remotus ad tempus, illo transacto,recuperat ipso iure veterem dignitatem,ibid.

Condemnatus actione reali liberatur sola traditione,quia ad aliud non tenetur, gl de rato,in l.Pomponius §.sed & is,de procuratoribus.

Condemnatus ad speciem dandam in actione personali,non liberatur,nisi faciat rem accipientis,ita quòd auocari non possit ibid.

Condemnato ex suo delicto ciuiliter ad soluendum datur quadrimestre tempus

Condemnatus intra quadrimestre tempus non currunt vsuræ,gl.1.in d.l.in fideicommissi,3. eod.tit.

Condemnatus licèt dederit fideiussores,& pignora,non per hoc impeditur executio sententiæ contra eum in aliis bonis,vel in persona condemnati,quando captura eius non esset alias prohibita,l.4.§.si ex conuentione,de re iud.

Condemnatus non dicitur quis,vt executio fieri possit contra eum,nisi condemnatio valeat,d.l.4. §.pe.

Condemnatus intra tempus,quod iudicatis datur,potest multis modis se liberare,putà per compensationem,& aliis modis,de quib.tollitur obligatio,l.intra dies,7.& ibi gl. liberari, eod.

Condemnato ciuiliter, vel criminaliter in pecuniam, tamen qui pro condemnationis executione in carcere detinetur, si quis prohibeat deferri victum, vel stratum,tenetur ei actione pœnali,vel iniuriarum,l.si victum,34.& ibi gl. iudicato, & ibi add.marg.eod.

Condemnatus quis ex pluribus facinoribus si appellauerit propter quædam eorum, quæ sunt grauiora, & propter alia, quæ sunt leuiora, non appellauerit, tunc recipienda est omninò appellatio,& differenda executio sententiæ,secus si appellasset propter leuiora , & non propter grauiora, ob quæ meruit eam sententiam,quoniam tunc omninò pœna est imponenda,l.1.§.fin.nihil nouari appellatio. pendente.

9 Condemnatus de aliquo delicto , vt differatur ei executio sententiæ, accusatur de aliquo maiori delicto, quia tunc retardatur executio mortis eius , quousque pendet accusatio secunda, d §.fi.& ibi add. marg.

Condemnatus ad pœnam corporalem ex diuersis delictis , idque sæpiùs pœna grauiori plecti debet , & potest iudex , ad quem fuit prius condemnatus, ea pœna puniri, vt quæ in condemnationem prius venerit, itidem possit iudex exigere, d.§ fi.in add. mar.

Condemnatus si quis in soluendo moram commisit, tenetur de interitu rei, & etiam de accessionibus,[illegible] & redditib.rei,de qua fuit condemnatio facta, l.si longe,C.de execut.rei iu.

Condemnato regulariter datur quadrimestre tempus ad soluendum quando agitur ad pecuniam, quandoque tamen iudex arctat prædictum tempus, & quandoque prorogat pro causæ quantitate,& qualitate,vel personarum obsequio,vel contumacia,sed perraro intra statutum tempus sententia exequatur, gl. fi. in l fi.C.eod.

Condemnatus in actione personali , si intra quatuor menses non soluat , post quadrimestre tenetur etiam ad vsuras centesimas, l.1. & ibi gloss.1.C.de vsuris rei iud.

Condemnatus ad soluendum habet quatuor menses à die primæ sententiæ , si non fuerit appellatum,vel à die confirmationis si fuerit appellatum,& posteà an currant vsuræ centesimæ omni alia vsura cessante, l.2.C.eod.

Condemnati plures simpliciter intelliguntur in partes æquales,siue viriliter,siue insolidum,siue æqualiter , siue inæqualiter tenerentur, l.1. C.si plures vna sententia condem.

Reliqua verbo,Executio,Sententia,43.suprà nu.3.

10 CONDEMNATVS furti vel aliis actionibus famosis,si appellauerit,pendente appellatione non est infamis,sed si non appellauerit, & lapsa sint omnia tempora appellationis, infamis est à tempore sententiæ,l.furti, §.sed si, de his qui notantur.

Condemnatus furti vel aliis actionibus famosis,si appellauerit,& sit pronunciatum appellationem iniustam,& sententiam iustam,infamis est ab ista secunda sententia,& non à prima,ibid.

Condemnatus in actione famosa alieno nomine,veluti procurator, tutor, curator, heres,defensor,& similis, non est infamis , neque is, quem defendit, erit infamis,d.l.furti, §.si quis.

Condemnatus in actione mandati directa infamis est,non verò mandati contraria,nisi in vno casu,d.l.furti,§.mandati,& §.fi.

Condemnatus iudicio contrario,vel tutelæ,vel depositi,non est infamis,etiam si in eis agatur pro fide rupta,nisi quando dolose versatus fit,d.§.fi.& ibi gl.non erit,& §.pen.Inst.de pœna temerè liti.

Condemnatus in actionibus, quæ ex contractu proficiscuntur,licèt sint famosæ, infamis est,sed non illi,qui in illis paciscuntur,l.in actionibus,de his qui notantur.

Condemnatus , & etiam paciscens in actionibus furti , vi bonorum raptorum, iniuriarum , & de dolo malo, est infamis, gl.fi ibi, & §.pen.Institut.de pœna temerè litig.

Condemnatus etiam diffinitiuè in interdicto vnde vi,& in condictione furtiua, infamatur tantùm de facto,non de iure,gl.sunt eloquuta,in l.quid ergo, §.ex commisso,eo.

Condemnatus licèt sit quis ex suo nomine & ex suo facto ex instantia cœpta cum alio,non est infamis,cùm initio lis in eum contestata nō sit,l.seruus,eod.

Condemnatus interlocutoriè, & sine causæ cognitione ex instigatione alicuius ad accusandum non est infamis, sicut ipsemet accusator,secus si diffinitiuè, & cùm causæ cognitione sit condemnatus,gl.1.in l.ob hæc verba,eo.

Condemnatus in actione furti si posteà verberatus sit,verbera non faciunt infamem,sed sententia priùs lata,gl.1.in l.ictus fustium,eo.

Condemnatus ex lege municipali per inquisitionem , vel per officium efficitur infamis,† l.cessat,36.in add.marg.de act.& oblig.

11 Condemnatus furti,quòd non sit infamis, non potest efficere præses prouinciæ, l.non poterit,63.de furtis.

Condemnatus ex omni crimine non est infamis,sed bene ille,qui iudicio publico,siue ciuiliter,siue criminaliter condemnatus est, l. infamem,& ibi gl. 1.de publicis iudiciis.

Condemnatus ex crimine, quod non est publici iudicii, non est infamis , nisi id crimen fuit ex ea actione , quæ etiam in priuato iudicio infamiam importat condemnato,vt furti, vi bonorum raptorum,iniuriarum,ibi.

Condemnatus ex crimine priuato infamis est, si punitus fuerit ex genere pœnæ, quæ infamiam irrogat,gl damnatum,ibi.

Condemnatus criminaliter de crimine priuato, ex quo actio ciuilis descendens infamat,vt furti ciuilis,vi bonorum raptorum,& de dolo quæ infamant,infamis est,secus quando actio descendens ex tali crimine non infamaret,vt contraria pigneratitia,gloss.penultima,ibidem.

Condemnatus in delicto famoso,vt furti,& similes,infamis est,licet in veritate nō deliquerit,specie tamen est in parte agente de morte filij per calumniam, quia etsi sit condemnatus de calumnia , non tamen infamatur, † gloss.finali, in l.finali eodem.

Codemnatus publico crimine infamis est , gl. 2. in l.eadem,ad legem Iul.repetundarum.

Condemnatus ex pluribus delictis, vel causis,potest appellare in aliquibus & in aliis omittere,l.1.§.fina.& ibi gloss.fin.nihil innouari appel. pendente.

Condemnatus si intra tempora appellandi decedat,dicitur [illegible] l. 1.in add.marg.si pendente appel.

Condemnati banniti,cùm extraordinariè condemnantur,non sunt infames, gl. 1.in l.1.C.de modo mulctarum.

Condemnatus solemniter , si intra tempora legitima non appellauit , ampliùs non auditur,l.fi.C.quomodo & quando iudex.

Condemnatus si sit quis absens ex causa probabili,& non necessaria, & indefensus,& sic cum posset appellare,si non appellauit tempore opportuno, non adiuuatur, gl.fi.ibid.

Condemnato ex falsis instrumentis appellatione non interposita subuenitur per restitutionem in integrum,l.2.C.si ex falsis instrum.

Condemnatus in pluribus criminibus si in maiori appellat, differtur pœna in minori,sed si appellat in minori,non differtur pœna in maiori , gl.pe. in l.ab executione,C.quorum appel.

Condemnatus quilibet socius actione pro socio, quæ ab vtraque parte est directa,infamis est,§.pe.Inst.de pœna temerè litig.

Reliqua verbo,Sententia,25.38.vsque 41.Infamis,4.5.

Condictio in genere,nu.1.vsque ad num.3.

Condictio indebiti,n.3.4 & 5.

Condictio certi,& incerti,n.6.

Condictio ob causam,nu.7.& 8.

Condictio ob turpem causam, num.9.

Condictio furtiua,nu.10.vsque ad nu.13.

Condictio ex lege,num.14.

Condictio triticaria,nu.15.

CONDICTIO ex consumptione pecuniæ mutuatæ toties datur , quoties ex ea causa pecunia mutuata est, ex qua actio nasci potuisset,si dominium ad accipientem transisset,l.si filiusfamilias,14.si certum petatur.

Condictio nulla infamat , etiam dato, quòd actio principalis esset famosa, gl.2. vers.item & si detur,in l.certi condictio,9.si cer.pet.

Condictio competit mihi ex numeratione,si ego numeraui tibi decem,& illa alteri stipulatus sim,& idem si tutore autore numeraverim pupillo, & stipulatus sim à pupillo sine tutore , quod ei mutuaueram , l.certi condictio. §. quoniam.eod.

Condictio licèt non infamet,grauat tamen opinionem, & ideò filius,vel libertus ad condictionem non admittitur contra patrem, vel patronum , l. apud Celsum,§.aduersus,in add.mar.de doli mali exceptione.

Condictio est actio personalis , à verbo condico , quod antiquitus denunciare significabat, rub.de condict. cau.data,in add.mar. & gl.pe.in l.1.C.de condict. ob causam.

Condictio nulla competit ad repetendum solutum virtute sententiæ diffinitiuæ etiam si ante sententiam fuisset omninò indebitum, †,reprob.gl.1.add.marg. ibi in l.2.de condict.sine cau.

Condictio nulla,per quam contradicatur directò sententię,competit ad repetēdum solutum vigore sententiæ , sed quando per condictionem non videtur sententia iniusta,sed causa,quæ suberat tempore sententiæ,deducta est ad non causam.tunc bene datur condictio sine causa,ibi

Condictio licet non competat alicui pro re [illegible], si tantùm aduersus furem,hoc verum est respectu proprietatis,sed non respectu possessionis,l.indebiti,§.fi.& ibi add.mar. de condict.indeb.

in Condictione indebiti venit,quicquid accedit rei indebitæ solutæ etiam occasionaliter,gl.cum re,ibid.

Condictio in re aliena non potest cadi ratione dominij,sed bene ratione possessionis,gloss.habere,in l.quod sæpe,35.§.si res,de contrahenda emptione.

Condictio,quæ datur pro eo, quod est datum nomine dotis repetendæ, priuilegiata est,licet non fuerit dos,sed condictio,quæ datur pro bonis paraphernalibus,quæ ex pacto sunt mariti,non est priuilegiata,gl.sed condictio,in l.si ego, 10.§.dotis,de iur.dot.

Condictio corporis,vel pecuniæ mortis causa donatæ,sicut datur donanti, ita & datur ei condictio obligationis constitutæ mortis causa,l.si pater,76.eo

Condictio datur,quando ex iniusta causa,vel sine causa aliquid retinetur,l.quia quod,17.de dona.inter virum.

Condictiones etiam furtiuæ non infamant , grauatur tamen opinio eorum per condemnationem ex condictione furtiua , vel simili , l.cessat, & ibi gl.fi. de act.& oblig.

Condictiones omnes sunt personales,d.gl.fi.& glo.pen.in,l.1. C. de condictione ob causam.

Condictio datur iure proprietatis,vel possessionis,gl.fi.in l.mater, 29. de furtis.

Condictio est ius persequendi in iudicio,quod sibi debetur,gl.condictionis , in l.1.C.de condic.indebiti.

Condictio cessat , quando causa non impletur casu fortuito, l.penultima , C.de condic.ob causam.

Condictio competit ad repetendum datum ob causam,quæ pendet ab accipiente,dummodò dantis dolus cesset,gl.1.ibid.

Condictio,quæ est actio personalis,pro re sua potest dari ei ratione possessionis gl.fi.in l. 2.C.de condic.ex lege.

Condictionem habens ad rem ipsam rem habere videtur , gl.generetur , in l.fi. C.de adq.pos.

Condictio abusiuè dicitur actio in personam, qua actor intendit dari sibi , oportere,§.appellamus,Inst.de act.

Condictio ob causam non habet locum in contractu facio vt facias, cùm facta non possint repeti,sed agitur ad interesse,d.gl.1.

Condictio ob causam respicit tantùm futuram causam, & honestam gl.in rub. de condic.ob turpem caus.

Condictio sine causa datur ad interesse.gl.condicam, in l.sed & si, 22. §.1.de condic.indebiti.

Condictio sine causa est species condictionis in genere, l. 1. de condictione sine causa.

8 Condictio sine causa concurrit cum condictione indebiti, cum condictione ob causam,& ob turpem causam,& cum condictione furtiua,d.l.1.& ibi glo.1.

Condictio sine causa concurrit cum condictione certi generali quando per eam petitur certum,d.gl.1.

Condictio sine causa non habet locum in contractib. nominatis, quando illa concurrit cum condictione ob causam, alias autem potest habere locum in contractibus,ibi.

Condictio sine causa datur ad liberationem in promissione sine causa, sed condictio indebiti datur tantùm ad pecuniam indebitè solutam, glossa qui autem,in d.l.1.

Condictio sine causa datur ad incertum,gl.1.in l.3.eod.

Condictio ob causam vt impediatur, non sufficit,quòd causa sequatur de facto, gl.2.in l.fi.eod.

Condictio ob causam ad repetendum quod fuit traditum, & actio præscriptis verbis ad interesse datur in contractibus innominatis, rei vendicatio verò non datur,licèt pactum non seruetur,ibi.

Condictio ob causam non habet locum in contractibus nominatis,† gl.condici,in l.ex empto,§.is,qui vina,de act. empt.& gl.igitur,in l.1.de rer.permu.& gl.fi.in l.si non donationis,8.C. de contra. empt. & gl. fi.in l.cùm te,6.C.de pactis inter empt.

Condictio ob causam non oritur ex ipso contractu,sed extra id,quod agitur, vt repetatur,quod datum est,quasi causa non secuta,l.naturalis,§.& siquidem,& ibi gl.in qua,de præscrip.verb.

Condictio sine causa,& actio de dote differunt, gl.possideat, in l. vxor. 55. de donat inter vir.

Condictio ob causam non solùm datur,cùm ex dato ob causam cõtractus resultat innominatus,vt si tibi do, vt aliquid facias; sed etiam si talis contractus non permanet, vt si tibi do, vt aliquid faciam, aut vt Titius faciat vt inde quippiam contingat,& causa non sequatur, l.Senatus, 35.§.1.in add. mar. de don.causa mort.

Condictio sine causa subrogatur in locum actionis primæ, & illius naturæ est cuius erat prima,vt detur contra quemlibet insolidum.d.l.Senatus,§.pen.

Condictio ob causam datur pro dote soluta, quando matrimonium non potest inter eos esse, & tunc condictio est priuilegiata, gl.pen. in l.1. Codice de condic.ob cau.

Condictionem ob causam inducit defectus separati patrocinij, quatenus causa deficit,l.4.C.eod.

Condictione sine causa,vel ex iniusta causa tenetur ille,qui rem, quam emerat seruus meus,quem bona fide possidet, sibi traditam accipit,gl. fi. in l.3. C. de condic.ex lege.

Condictio ob causam non datur contra singularem successorem, cùm sit personalis,l.4.C.de rerum permut.

Reliqua verbo,Datum,1.vsque ad 7.

9 Condictio ob turpem causam non datur danti,neque eius heredi,quando turpitudo versatur ex parte dantis,gl.1.in l.4.de calumn.

Condictio ob turpem causam respicit causam præteritam, & futuram, & non honestam,sed turpem,gl,in rub.de condic.ob turpem.

Condictio ob turpem causam vt competat,duo sunt necessaria,s. quod datum sit ob turpem causam,& causa futura sit,antequam daretur,& ista duo considerátur quoad repetitionem,sed si causa sit de præterito,non consideratur quoad condictionem ob turpem,sed vt solutum non repetatur, quia tunc soluti repetitio denegatur,l.ob causam,in add.mar.in l.1.de condic.ob turpem.

Condictio ob turpem causam,tantùm datur interueniente turpitudine ex parte accipientis tantùm si contractus sit stricti iuris,sed si sit contractus bonæ fidei,datur actio ex eo contractu,ibi.

Condictio ob turpem causam datur in contractu nominato,& etiam actio ex eo contractu,gl.1.in l.fi.eo.

in Condictione ob turpem causam vsuræ non veniunt.gl.pen.ibidem.

Reliqua verbo,Datum,11.12.13.Turpitudo.

0 Condictio furtiua datur contra furem,vel prædonem respectu possessionis,† gl.condici,in l.si quis nec causam,§. r.si certum petatur.

Condictio furtiua competit etiam contra heredem furis,l.si duo, §.idem Iulianus,de iureiurando.

Condictio furtiua est duplex,vna datur contra furem,alia contra furis heredem, gloss.quasi,ibid.

Condictio furtiua soli domino datur,actio tamen furti,cuilibet competit,cuius interest,gl.condictionis,in l.duob.§.fi.eod.

Condictio furtiua vt competat requiruntur sex.Primò, quòd quis sit dominus rei furtiuæ,aut sit domini loco;secundò,quòd res furto fuerit sublata, tertiò, quòd fur sit is,qui rem contrectauit, & non sit ille, qui opem aut consilium dedit,nisi sit heres,quartò quòd nouata condictio non sit per stipulationem; quintò, quòd res furtiua non sit oblata nec delegata ei,à quo surrepta est à fure, aut ab alio; vltimò quòd dominium rei non sit mutatum,aut si mutatum id fuerit ex necessitate,non voluntate,rub.in additione margin.de condictione furtiua.

Condictio furtiua pro re furtiua prosequenda tantùm domino,vel quasi domino,vt heredi,qui non erat dominus tempore furti facti competit,l.1.&ibi gl. fi.de condic. furtiua, glossa condic. & ibi addit. in §. cùm autem, Inst. de empt.& vendit.

Condictio furtiua datur tutori,sed non creditori habenti ius pignoris in re furtiua,datur tamen ei condictio incerti,d.gl.fi.

Condictione ex causa furtiua obligantur furiosi, & infantes ex defuncti persona, si eius heredes necessarij, & sui extiterint, quamuis cum eis agi non possit,l.2.eod.

in Condictione furtiua venit etiam illud,quod interest agentis furtum non fuisse factum, veluti si seruus furto subtractus sit heres institutus,& ob id dominus periculum hereditatis subierit, potest dominus condicere seruum cum pretio hereditatis,l.3.eo.

Condictione furtiua nunquàm tenetur alius, quàm qui furtum fecit, aut heres eius,l.5.eodem.

Condictione furtiua non tenetur præstans auxilium, opem, aut consilium, vt furtum fieret,licèt teneatur furti,l.proinde,eo.

Condictio furtiua non tollitur per decisionem, vel absolutoriam latam super actione furti,nisi super facto,vel delicto sit pronuntiatum,l.si pro fure, & ibi gl.tollitur,in add.eo.

Condictio rei furtiuæ habet rei persecutionem, & datur contra heredem furis, & quemlibet successorem in ius quomodocunque perierit res, siue apud furem,siue eius heredem,vel alium quemcunque,d.l.si pro fure,§.fi.

Condictio furtiua datur contra furis successorem vniuersalem, id est in ius, sed non contra singularem successorem, scilicet in rem, glossa fi.ibi.& l.1.de priuatis delic.

Condictio furtiua datur ex delicto,vel maleficio,speciali tamen iure datur contra heredem vltrà quàm ad eum peruenit,† reprob.d.gl.fi.Doctores ibi.& l.si ambo,§.quoties,de compens.

Condictio furtiua datur ad ipsam rem subtractam,si extat, ea tamen perempta ad eius æstimationem, nisi sit perempta post factam oblationem à fure,l. in re furtiua, 8.eod.

in Condictione furtiua re furtiua perempta venit æstimatio quanti plurimi fuit res à tempore commissi furti, sed in lege Aquilia venit æstimatio quanti plurimi fuit res, etiam ante commissum delictum,d.l.in re furtiua,& ibi glo. plurimi.

Condictio furtiua datur contra furis heredem pro hereditaria portione, non inspecto an ad eos minùs peruenerit,l.in cõdictione,9.de cõdictione furtiua.

Condictio furtiua datur domino contra furem manifestum, siue non manifestum,nisi possessio ad dominum sit reuersa,l.siue manifestus, 10.eod.

Condictio furtiua licèt non detur domino contra furem pro possessione rei furtiuæ,postquàm dominus eam apprehenderit, rectè tamen datur pro fructib. & similib.d.l.siue,& ibi gl.apprehenderit.

Condictio furtiua datur contra eum,qui tenetur vi bonorum raptorum,d.l.siue manifestus,eod.

Condictio furtiua datur domino quandiu durat res in dominio suo, sed si alienauerit facto suo,tunc desinit condictio sibi competere,d.l.siue,§.tamdiu,eo.

in Condictione furtiua venit etiam species facta ex materia furto subtracta, & etiam habetur ratio sumptuum à fure factorum,quia eos donare videtur,cùm sit malæ fidei,l.ex argento,13.eo.

Condictio furtiua non datur ei,cui interesse desiit,vel per interitum rei vel furti,† gl.interesse,in l.si seruus,& ibi add.eo.

Condictio furtiua datur ei, qui absque facto suo desinit esse dominus rei furtiuæ,secus si facto suo,d.gl.interesse,& ibi add.marg.

Condictione furtiua agens non tenetur cauere de euictione ei cum quo agitur, d.l.si seruus,§.cauere,& ibi gl.non debebat.

Condictio furtiua non datur pro singulis membris bouis subtracti, sed tantùm datur pro toto boue,gl.corij,in d.l.si seruus,§.fi.

Condictio furtiua datur ad mustum & ad vinaceam vuis surreptis,d.§.fin.

Condictio furtiua datur ex maleficio,speciali tamen iure in ea noxa non sequitur caput,† gl.fi.& ibi add.marg.in l.quod ab alio, eod.reprob.gl.fi.in l.1.C. ex delic.defunct.

ad Condictionem furtiuam tollendam nihil refert, rem furtiuam offerri,vel condictionem furtiuam nouari in aliam obligationem; differt tamen quoad liberationem tollendam, quia oblatio non tollit statim condictionem, sed demùm re furtiua perempta, sed nouatio statim tollit.l.parui,& ibi gl.1.de condic.furtiua.

Condictio furtiua datur contra patrem inquantùm locupletatum est peculium filiæ ex rebus ab ea amotis,l.pe.& ibi gl.fi.eo.

Condictio furtiua oritur ex delicto, † l.si ambo,§.quoties,ver. idem est, de compens.& l.si cùm mulier,§.pe.de act.rerum amotarum.

Condictio furtiua datur tam pro rebus extantibus, quam pro non extantibus, gl.desierunt,in l.si concubina,§.fi.eod.tit.

Condictio furtiua similis est actioni rerum amotarum,ibid.

Condictio furtiua & actio rerum amotarum cum sint persecutoriæ. tolluntur adinuicem,gl.2.in l.sed & domino,eo.

Condictio furtiua competit contra opem,aut consilium præstantem, si ad eum res furtiuæ peruenerint,non aliàs,gl.fi.in l.sed & si,& gl.1.in l.si rem,eodem.

Condictio furtiua est rei persecutoria.& ideo datur in heredem,gl.3.in l.si non dantur de tutelæ & rationib.

Condictio furtiua quæsita mihi nomine serui mei surrepti durat mihi, etiam si seruum desierim habere,nisi redierit in meam potestatem, l.quæcunque 56. de actio.& obligat.

Condictió furtiua non competit viro contra vxorem constante matrimonio, sed extraneo rectè potest competere contra vxorem quam cedit viro, l. cùm quis sibi,38.§.1. & ibi glo.condictionem,de solut.

Condictio furtiua extinguitur ipso iure re furata restituta, & dominus sit eam consecutus, gl.vendicassem,in l.ei,qui furti, 9.de fur.

Condictio furtiua competit aduersùs furem, etiamsi res furtiua aliqua ratione fuerit extincta, vel in potestatem hostium deuenerit,l.inter omnes,46.eod.

Condictio furtiua ipso iure non tollitur rei vendicatione, quia plus continet condictio,gl. condictio,in l.si pignore, 54.§.cùm furti, eo.gl.planè, in §.sic itaque, Instit.de actionib.

Condictio furtiua plus continet, quàm actio commodati, scilicet extrinsecas vtilitates,gl.extinguitur in l.si ei,cui commodata,71.& ibi gl.1.3.& 4.eod.

Condictio furtiua non datur,nisi liber contrectet,gl. fin. in l.4. C. an seruus ex suo facto.

Condictio

Conditiones plures diſiunctim, ac ſeparatim ſi fuerint appoſitæ in diuerſis partibus teſtamenti, tunc vltimæ conditioni parendum eſt, gloſſ. 1. ibidem.

Conditio ſi monumentum poſt mortem teſtatoris, intra triduum proximum mortis eius fecerit, inſtitutioni adiecta, dicitur habere duo præcepta, ſcilicet quòd intra triduum, & quòd faceret monumentum, & ita ſi intra triduum non poſſit fieri, quaſi impoſſibile, reiecto tempore à conditione, tenetur monumentum facere, etiam poſteà, & ſufficit, l. ſi quis ita, 9. & ibi gl. 1. eodem.

3 Conditio ſi non poteſt impleri de iure, ſufficit quòd impleatur de facto, l. mulier, 20. §. 1. eod.

Conditio continens inhumanitatem reiicitur, l. quidam. in ſuo, 27. eod.

Conditio deficit, quam conſtat ſtatim defecturam, vt poteſtatiua, quæ non poteſt impleri in vltimo vitæ ſpiritu, gloſſ. fin. in l. penul. de milit. teſtam.

Conditio iuri ſi ab homine exprimatur, non dicitur conditio hominis, ſed iuris, l. 3. de legat. 1.

Conditio iuris non impedit tranſmiſſionem, ſed bene conditio teſtatoris, id eſt, hominis, d. l. 3. & ibi gl. fin.

Conditionem & demonſtrationem continet legatum factum per hæc verba, lego Stichum, qui meus erit, demonſtrationem autem continet, ſi fieret ita, lego Sticum, qui meus eſt, l. Stichum, 6. & ibi glo. magis, de legat. 1.

Conditio adiecta per relatiuum quis, vel qui iunctum verbo futuri temporis, dicitur tacita, gl. conditio, & ibi add. marg. ibi.

Conditio quæ per relatiuum quis, vel qui, iunctum verbo futuri temporis fit, veluti lego Stichum, qui meus erit; accipi debet eatenus, quatenus meus erit, ita quod ſi teſtator mortis tempore nihil habeat de Sticho, nihil habebit legatarius, ſed ſi partem habeat, habebit & legatarius partem, quæ teſtatoris mortis tempore fuit, d. l. Stichum.

Conditionis euentus vbi reſpicit rem, de qua facta eſt diſpoſitio, & ſic conditio venit implenda in ipſa re diſpoſita, tunc diuiditur ipſa diſpoſitio eatenus quatenus euenerit ipſa conditio, ibi.

Conditio appellatur dies incertus, & è contra, l. talis ſcriptura, & ibi gl. conditio, de legat. 1.

Conditio propriè dicitur de futuro, impropriè tamen dicitur de præterito, glo. demonſtrationem, in l. ſi ſic legatum, 75. §. 1. de legat. 1.

Conditio appoſita in perſonam vnius, in perſonam alterius ſibi coniuncti non videtur repetita, niſi teſtator id expreſſerit, l. fi. §. Seio, & ibi gloſſ. Marcellæ, de legat. 2.

4 Conditio, ſi voluerit heres, illi decem dari volo, ſufficit, quod heres, ſemel voluerit ad hoc, vt illa decem debeantur, nec poteſt poſtea dicere nolle, l. fideicommiſſa, 11. §. fideicommiſſum, & ibi gl. noluiſſe, de legat. 3.

in Conditionibus, quæ poſſunt ſemel tantùm exiſtere, verbum, quòd poteſt ſe habere ad plura tempora, intelligitur ſecundùm quòd prius euenerit, l. 2. de adiment. legat.

Conditio appoſita, quando deficit ante diem, expectatur dies, propter dictionem tunc quæ temporis extremitatem denotat, l. 4. §. fin. de condit. & demonſt.

Conditio, ſi mater & filia viuent in calendis, mortua altera ante calendas deficit, neque legatum debetur, l. multa, 6. §. fi. & ibi gloſſ. pen. & fin. eod.

Conditiones promiſcuè dicuntur, quas iterari ſæpe contingit, gl. fin. in l. iam facta, §. fi. eod.

Conditio, ſi aliquis heres non erit, deficit illo exiſtente herede inſolidum, vel pro parte, l. in conditionibus, 19. §. hæc ſcriptura, eod.

Conditio, ſi patronus heres non erit, deficit eo de iure prætorio per bonorum poſſeſſionem contra tab. admiſſo ad hereditatem, d. l. in conditionibus, §. fin.

Conditio ſeruo adiecta ex pluritate dominorum ſcinditur, l. qui, heredi, 44. §. ſi duorum, de conditio. & demonſtr.

Conditio appoſita adminiſtrationi tutelæ non ſuſpendit dationem tutelæ, l. auia, quæ, 77. §. fi. eod.

Conditio limitari poteſt ex præſumpta voluntate teſtatoris, ibi.

Conditio appoſita vni in perſona alterius ſibi coniuncti per hanc dictionem, cum, de æquitate non intelligitur repetita, l. Iulius Paulus, 81. eo.

Conditio affirmatiua reſoluitur in tacitam negatiuam, l. pater Seuerinam, 1[illegible]1. § pen. eod.

5 Conditio in fraudem legis, vel contra legem adiecta pro non adiecta habetur, l. Seius, & Agerius, 27. & ibi gl. fi. ad leg. Fal.

Conditio ſtipulationis ſi exiſtat tempore, quo non eſt perſona principalis verè, vel interpretatiuè, ſtipulatio non committitur, & fideiuſſores non tenentur, l. poſtquam heres, vt legatorum nomine caueatur.

Conditio non petendæ cautionis non dicitur deficere, quando cautio de facto petitur, l. licèt, eod.

Conditio appoſita in perſona vnius, cenſetur repetita in perſona coniuncta, l. 3. in add. marg. de collatione bonorum.

Conditio fit per ſi, & per cum; ſed cauſa, ſiue modus fit, per quia, vel per vt, glo. fin. in l. cauſam, 20. §. fin. de manumiſſio. gloſſ. in rubr. Cod. de falſa cauſa adiecta.

Conditionis verbum ponitur quandoque pro modo, gloſſ. 1. in l. Mæuia, 44. de manumiſ. teſtam.

Conditionem apponens videtur velle eam adimpleri, gloſſ. fin. in l. ſi locuples, 57. eod. & gloſſ. fi. in l. 2. C. de condit. quæ ſub modo.

Conditio, ſub qua facta eſt venditio, ſi deficiat, acceſſio temporis emptoris pertinet ad venditorem quoad vſucapionem, niſi emptor malam fidem habeat, cùm accepit, quia tunc nec prima acceſſio temporis venditoris coniungitur cum vltima, cùm debeat eſſe continua, gl. non vſucapit, in l. 2. §. ſi ſub conditione, pro emptore.

Conditionem non facit ſemper dictio ſi, gloſſa pura, in dict. l. 2. §. ſi in diem, eodem.

Conditio efficax eſt, quando apponitur in conſtituenda obligatione, veluti centum dare ſpondes, ſi nauis ex Aſia venerit, & tunc ſi dies, vel conditio non ceſſit, nec venit, ipſo iure non poteſt peti, nec eſt neceſſaria exceptio, l. obligationum ferè, §. conditio, & ibi gl. veluti de actio & oblig.

Conditio, quando apponitur obligationi anteà purè facta, vtraque parte conſentiente, tunc poteſt ſtatim etiam ante conditionem agi ex obligatione pura, ſed poteſt opponi exceptio pacti conuenti, vel doli mali conditione non exiſtente, ibid.

Conditio neceſſaria licèt in futurum concepta, cùm ſit omninò extitura, dicitur eſſe pura, l. impoſſibilis, 7. & ibi gl. fi. de verb. oblig.

Conditio ſtipulationi adiecta quouſque poteſt deficere, non poteſt ex ſtipulatione agi, l. veluti, 27. §. fi. eod.

Conditio, quæ non eſt, non poteſt deficere, l. ſi decem cùm petiero, 48. & ibi glo. fi. eod.

Conditio exiſtens trahitur retrò ad tempus ſtipulationis interpoſitæ, quantum ad adquiſitionem, ex tali ſtipulatione, l. ſi filiusfamilias, 78. eod.

Conditio omnis, quæ non ſit à iure reprobata, eſt cauſa ſufficiens ad obligandum, neque hoc caſu locum habet, l. 2. §. circa, de doli mali exceptione. l. à Titio, 107. & ibi add. marg. eod.

Conditio de præſenti, vel de præterito non eſt propriè conditio, & ſi deficiat reddit ſtipulationem inutilem a principio, etiam ſi partes rei veritatem ignorent, l. ſi ita ſtipulatus fuero, 120. eod.

Conditio propriè eſt illa, quæ [illegible] de futuro, ibi.

Conditio ſi moriar, vel ſi Antichriſtus naſcatur, dicitur pura, ideſt, non conditionalis, eſt tamen in diem, & ideò dies expectari debet, gl. ſub conditione, in l. ſi pupillus, 9. §. 1. de nouatio.

Conditio ſi digito cælum non tetigerit, dicitur pura, & ſtatim debetur, ibid.

Conditionis purificatio ſufficiens non habetur, vt cõditionalis ſtipulatio committatur, niſi purificationis tempore reperiatur perſona, quæ obligari poſſit. vnde tria ſunt neceſſaria, primũ, vt conditio purificetur, deinde vt ſubiectum ſit, ſuper quo contrahatur obligatio, tertium, quòd exiſtat perſona, quæ poſſit obligari, l. quoties, 14. & ibi add. marg. eod.

Conditiones appoſitæ donationibus, quæ in rempub. fiunt, ita demùm ſunt ratæ, ſi reipub. ſint vtiles, ſecus ſi ſint damnoſæ, l. Imperatores, de pollicit.

inter Cõditioné cùm fari potuerit, & poſtquàm fari potuerit, multùm intereſt, quia vltima conditio vberior eſt ad opus debitoris, & longiorem facit petitionem, ſed conditio cùm fari potuerit arctior eſt, & ſignificat tantummodò id tempus, quo primùm fari poſſit, l. inter illam conditionem, 207. & ibi gl. 1. de verb. ſignific.

Conditio illud facito in dieb. ſi nihil ſit adiectum, in biduo impletur, ibi.

Conditio, & dies incertus æquiparantur, glo. 1. in l. in omnib. 14. de reg. iuris, & gl. incerta, in l. 3. §. ſin autem, C. communia de legat.

Conditio, quæ pendet, non habetur perinde, ac ſi extitiſſet, l. is damnum, 169. de regulis iuris.

Conditio non cenſetur incerta, ſed cauſa, quando dedi tibi prædium, vt tu haberes in vſu, & ideò proprietas cenſetur data, & non vſus, gl. 1. in l. ſi mulier, 25. C. de iure dotium.

Conditio, in quacunque parte teſtamenti apponatur, reddit diſpoſitionem conditionalem, l. pen. C. de inſtit. & ſubſtit.

Conditio quandoque non habetur pro conditione, veluti quando ſub eadem conditione relinquitur legatum, ſub qua facta eſt inſtitutio heredis, gl. pen. in l. vnica. §. 1. C. de caducis.

Conditio omnis, aut eſt caſualis, cuius euentus pendet ex fortuna; aut poteſtatiua, quæ pendet ex honoratæ perſonæ voluntate; aut mixta, quæ ab vnoquoque pendet, d. l. 1. §. ſin autem.

Conditio quandoque retrotrahitur, §. ſed hactenus, & ibi gl. fi. Inſtitut. de militari teſtam.

Conditio ponitur per ſi, & per cum, fallit in vno caſu, gl. ſed ſi conditionaliter, §. longè magis, Inſtit. de legatis.

Conditio nocet, ſi deficiat, ibi.

Conditio de præſenti, vel de præterito falſa ſtatim infirmat obligationem, ſicut vera facit ſtatim ſtipulationem validam, §. conditiones, Inſt. de verb. oblig.

Conditiones in futurum collatæ, quæ neceſſariam habent exiſtentiam, non differunt obligationem, ſi proferantur per tale quid, quod tempus ſignificat, veluti promitto cum morieris, quia tunc ſuſpendunt, gl. naturam, & ibi add. marg. ibidem.

Conditionis negatiuæ purificatæ vigore volens agere, debet probare illam negatiuam eſſe purificatam, l. hoc iure vtimur, 8. & ibi addit. marg. de verbor. obligation.

Conditioni negatiuæ, quando apponitur tempus, requiritur totius temporis lapſus, per quem reddatur negatiua incommutabiliter vera, l. quicquid adſtringendæ, 99. §. fi. eod.

Condictio negatiua impletur morte, §. ſi quis ita, Inſt. de verb. oblig.

in Conditionibus licitis primum locum obtinet voluntas defuncti, ità quòd conditio prolata non habeatur pro conditione, ſi id teſtator voluit, vel quòd habeatur pro conditione, ſi id appareat, l. in conditionib. 19. & ibi gloſſ. primum, de conditio. & demonſtrat.

Conditio de præſenti, quicquid mihi de præſenti dari oportet, lego tibi, non habetur pro conditione, cùm non ſuſpendat, l. in conditionib. 19. §. hæc ſcriptura, de condit. & demonſtrat.

Conditio alternatiua dicitur illa, quæ poteſt duob. modis impleri, & ſi in conditione ſit aliquid turpe, illud reiicitur, & aliud eſt implendum, l. hæc ſcriptura, 26. eod. tit.

Conditio alternatiua poſita in teſtamento fauore liberorum reſoluitùr in coniunctiuam, quod ad extraneos eſt extenſum, l. generaliter, Cod. de inſtitut. & ſubſtitut.

Conditio, quæ in initio contractus dicta eſt, poſteà alia pactione mutari poteſt conſenſu partium, l. ſed Celſus, 6. §. fi. de contrah. empt.

Reliqua verbo, Cum, Modus, Obligatio, 17. 18. *Poſtquàm, Promiſſio.* 4. *Promiſſum, Quamdiu, Quis, vel qui, Quiſquis, Sententia,* 26. *Si, Stipulatio,* 23. 24. *Tutor.* 19. 20. *Vbi, Venditio,* 16. *Debitor,* 74. 75. *Dies,* 6. 7. 8.

CONDITIONEM alienam meliorem etiam ignorantes, & inuiti rectè poſſumus facere, deteriorem verò non, l. ſoluendo, 41. & ibi gl. fi. de ſolutio.

Conditio quælibet, aut qualitas rei ſequitur rem ipſam, gl. ſua conditione, in l. via, 23. §. ſi fundus, de ſeruit. ruſticorum.

cundùm leges, sed secundùm canones pro non adiecta habetur, cùm tale matrimonium sit prohibitum, gloss. 1. in l. vter ex fratribus, 23. eod.

Conditione apposita in institutione, vel legato impleta institutio, vel legatum habetur pro pure facto, nec eo ipso quòd impleatur conditio, quæritur hereditas, vel legatum, nam nec pure relicta institutio statim quæritur sine aditione, l. si pupillus, 26. & ibi gl. fi. eod.

Conditio, si reliquias testatoris in mare abiiciat in institutione apposita reiicitur, nec heres debet seruare, l. quidam in suo 27. eod.

Conditio turpis in institutione adiecta reiicitur etiam in testamento militis, l. ... milite, 30. §. edictum, de militari testam.

Conditio existens in institutionib. trahitur retrò, l. quod dicitur, 39. eod.

Conditionem implens heres sub conditione institutus non videtur adire, nisi expresse hoc animo fecerit, l. Antistius, 62. & ibi glo. voluntatem, & glo. ego puto, de adq. hered.

Conditio existens non retrotrahitur in legatis, l. 1. §. serui, ad Syllan.

Conditio apposita legato, vel fideicommisso, quæ de iure tacitè inerat, non reddit legatum, vel fideicommissum conditionale, l. 3. de leg. 1.

17 Conditio, vel qualitas, quæ vitiat in dubio, non intelligitur repetita à substituto, l. si quis a filio, 32. eod.

Cõditionis defectus nocet legato, gl. demonstrationẽ, in l. si sic legatũ, 75. §. 1. eo.

Conditio apposita in institutione, intelligitur repetita in prælegato, gl. 1. in additione, in l. filio præter, 87. eod.

Conditio impossibilis legatario apposita vitiatur, sed non vitiat legatum, gl. nullæ, in l. ab omnib. 107. §. 1. de legat. 1.

Conditio adiecta in institutione non videtur repetita in legato eidem instituto ... relicto, d. l. ab omnib. 107. §. cum quidam.

... legatario adiecta, ne à filiis testatoris recederet, videtur impleta, si per ... , & non per ipsum legatarium stet, quominùs impleretur conditio, l. Titia, 34 §. si ea conditione, de legat. 2.

Conditio apposita legato, vel fideicommisso relicto ab instituto, videtur repetita per legem à substituto, l. cùm pater, 77. §. ab instituto, de legat. 2.

Conditio adiecta fideicommisso, intelligitur repetita in substitutione facta circa idem de eadem persona, l. Latinus, 83. eod.

Conditio si deficiat per mortem eius, in cuius personam confertur, non extinguitur legatum, l. annua his, 20. de annuis legatis.

Conditio sub qua legatum diuiduum debet resolui, pro ea parte, pro qua impleta est, resoluitur, l. qui vsusfructus, 30. de vsufructu legato.

Conditio in primo fundo legato apposita, intelligitur repetita in secundo legato habitationis, nisi esset mutata oratio in secundo, gl. non deberi, & ibi add. marg. in l. codicillis, 34. eod.

Conditio, & dies quando apponuntur in legato, si conditio extiterit, erit spectanda dies, l. vxori, 35. & ibi gl. fi. in additione, eod.

Conditio legati, vel hereditatis sicut potest adscribi, ita & potest adimi, l. 3. §. conditio, de adimend. legat.

Conditio, si seruos manumiserit, non deficit, si aliqui post, vel ante testamentum decesserint, sed habetur in illis pro impleta, cùm per casum fortuitũ, & nõ per eũ steterit, superstites tamẽ debet manumittere, l. multa. §. fi. de cõd. & demõst.

18 Cõditio, cùm pubes erit, habetur pro pura, si tempore testamenti facti erit pubes, l. hæc conditio, 10. §. fi. eod.

Conditionis loco posita si iam testatore sciente facta, & impleta sint, si illa sint eius naturæ, quæ iterum fieri, & impleri possunt, expectantur, vt fiant, secus vero si iam testatore ignorante facta sint, quia tunc pro impletis & factis habentur illa, l. si iam facta, 11. eod.

Conditiones promiscuæ, veluti si in Capitolium ascenderit, debent impleri post mortem testatoris, sed nõ promiscuæ etiam viuo testatore existere possunt, veluti si Titius consul factus fuerit, d. l. si iam facta, 11. §. fin. eod.

Conditio, quando est apposita generaliter in omnib. personis heredum, pars deficiens, siue pro non scripta, siue in causa caduci, siue caduca sit, transit cum onere conditionis, sed si apposita sit omnibus eiusdem gradus, alij eiusdem gradus quibus adcrescit portio deficiens, tenentur implere onus, l. quæ conditio, 59. & ibi gloss. ... eod.

Conditio apposita in quacunque parte testamenti reddit legatum conditionale, l. quibus diebus, 40. §, quidam Titio, eod.

Conditio pro qua cautio Mutiana fuit interposita, si deficiat, legatum debetur ei in quem in eum casum fuit translatum, l. cùm sub hac conditione, 67. eod.

Conditio si voluerit legatarius facit legatũ cõditionale, l. si ita expressũ 69, eod.

Conditio negatiua, quæ non potest impleri viuo legatario sine expectatione tristis euentus, impletur præstita cautione Mutiana, l. cùm tale, 72. eod.

Conditio negatiua, quæ potest impleri viuo legatario, non impletur per cautionem Mutianam, d. l. cum tale, §. 1. & l. hoc genus, 106. eod.

Conditio de futuro, quæ implicat aliquod præteritum, vel præsens, si est impossibilis, non vitiat legatum, secus si esset possibilis, & deficiat, d. l. cum tale, 72. §. falsam, & ibi gl. dixerunt.

19 Conditione deficiente, pro qua fuit præstita cautio, debetur legatum ei, in quem fuit translatum in eum casum, & liberatur heres actionem cedendo, etiam si cautio sit defecta, l. Titio fundus, 73. eod.

Conditio apposita in institutione, in legato eidem facto intelligitur repetita, l. auia, quæ, 77. eod.

Cõditio legato adiecta habetur pro impleta, si pupillus aut tutor eius impediat eã conditionẽ in personã ipsius pupilli collatã impleri, l. cùm pupillus, 78. eo.

Conditio de præterito, vel de præsenti falsa adiecta legato, non suspendit legatum, sed vitiat, l. eas causas, 80. eod.

Conditio de futuro possibilis suspendit, donec sit impleta, sed modus non suspendit, nec vitiat legati substantiam, sed differt, donec sit præstita cautio de modo implendo, d. l. eas causas, & ibi gl. eas vero.

Conditio nouissima, & vltimo loco scripta spectatur in legatis, si ex interuallo fuit apposita, sed si incontinenti legatarij esset electio, nisi secunda sub commemoratione primæ scribatur, l. quod traditum, 87. & ibi gl. libertatib. cum duab. legib. sequ. eod.

Conditio nouissima spectatur in legatis, quæ sub diuersis conditionibus, vel quæ primo purè, deinde sub conditione, vel contra relicta sunt, l. non ad ea 89. & ibi gl. 1. eod.

Conditiones extrinsecùs, & non ex testamento venientes, idest, quæ tacitè inesse videntur quoad impediendam transmissionem, non faciunt legata conditionalia, l. conditiones extrinsecùs, 99. eod.

Conditionum, quæ in futurum conferuntur in fideicommissis, institutionib. & legatis, triplex est natura, nam quædam pertinent ad id tantum tempus, quo testator viuit, veluti si Titia mihi nupserit lego; quædam verò pertinent tantùm ad id tempus, quod post mortem testatoris est futurum, vt lego decem, si ad exequias funeris mei teneris, quædam verò pertinent ad alterum tantùm tempus de temporibus, scilicet vitæ testatoris, & mortis, vt lego tibi decem, si filio meo nupseris, l. conditionum, 91. eod.

in Conditionibus testatorum voluntas potiùs debet considerari, quàm verba, l. pater Seuerianam, 101. eo.

Conditionum verba, quæ testamento præscribuntur, pro suspicione voluntatis testatoris considerantur, d. l. pater Seuerianam, § conditionum, eod.

Conditio, quæ potest impleri in vita legatarij, expectatur, nec est locus Mutianæ cautioni, d. l. pater Seuerianam, §. pen. eod.

Conditio si vir cum vxore in matrimonio perseuerauerit, deficit per mortem viri, vel diuortio sine culpa viri post mortem testatoris facto, & ideò Mutianæ cautioni locus non est, cùm in vita legatarij possit impleri, ibi.

Conditio tacita ex testamento proueniens impedit transmissionem, l. aliquando, 107. eod.

Conditio reddendarum rationum non impletur, nisi de his, quæ scripta sunt in codice rationum, fiat fides; si verò negentur, & nisi restituantur reliqua, si qua sunt, nec imputatur gestori paupertas debitorũ superueniens, si tempore quo contraxit, gessit vt diligens paterfamilias, l. qui sub conditione, 111. eod.

Conditio, cuius euentus, vel defectus legata non vitiat, eorum petitionem non differt, l. qui fundum, 87. §. si tu ex parte, ad legem Falcid.

Conditio omninò extitura, si dubitatur an viuo, vel mortuo legatario existat impedit diem legati cedere, l. huiusmodi, 13. quando dies legat. cedat.

Conditiones quædam legatis adiectæ pro non adiectis habentur, veluti Titius heres esto, si Titius hereditatem meam adierit, Mæuio decem dato, ea conditio pro non scripta habetur quoad hoc, vt omninò legatum transeat ad heredem Mæuij, etiamsi Mæuius ante aditam hereditatem decesserit, l. si Titio, 22. §. quædam, eod.

Conditio tacita, quæ inest ex natura rei legatæ, transmissionem legati non impedit, secus si fuisset expressa, quia tunc impeditur, l. cùm illud, 25. §. fin. & ibi gl. non est, & ibi add. marg. eod.

Conditio adiecta institutioni non videtur legato præcedenti adiecta, secus si primò institutioni fuisset adiecta, & posteà simpliciter legetur, l. filiumfamilias, & ibi gl. peti posse, eod.

Conditio, si heres non erit, moriente instituto purificatur, l. fi. eod.

Conditio apposita in institutione, in legatis, & fideicommissis sibi connexis intelligitur repetita, l. fi. §. fin. & ibi gl. pen. de doli mali exceptione.

Conditionis incertitudo adiectæ fideicommisso inter fratres æquis rationibus conuentione vel pacto remitti non potest, l. 1. C. de pactis.

Conditio, quæ filij instituti fauorem respicit, non facit locum querelæ, neque institutionem annullat, l. filiis matrem, 25. C. de inofficioso testam.

Conditio negatiua, quæ ponitur in substitutione vulgari, idest, si heres non erit, exponitur, si noluerit, vel non potuerit, l. 3. C. de heredibus instit.

Conditionem casualem, vel mixtam appositam in institutione vniuersali, vel in legatis, vel fideicommissis particularibus, sufficit semel fuisse impletam, licèt non duret implementum, l. si quis heredem, 7. C. de instit. & substit.

Conditio casualis, vel mixta posita in institutione vniuersali, vel legato, vel fideicommisso ante mortem testatoris, potest impleri, & etiam ignorante eo, cui proficit impleri eam, gl. 1. in l. si quis heredem, C. eod.

Conditionis defectus per factum implere debentis impedit eum habere legatum, l. 3. C. de conditio. incertis.

Conditio si deficit per casum fortuitum contingentem in persona eius, in cuius persona debet impleri, deficit legatum, l. 4. C. eod.

Conditiones plures potestatiuæ, vel mixtæ copulatiuè appositæ in institutionib. omnes debent concurrere, secus si alternatiuæ, quia tunc cuilibet conditioni parêre satis est, §. si plures, & ibi gl. parendum, Instit. de heredibus instituend.

Conditiones plures casuales copulatiuè appositæ in institutionibus, omnes debent concurrere, nisi illæ conditiones sint adiectæ copulatiuè pluribus institutionibus in persona vnius, quo casu prima purificata, non est expectanda purificatio alterius, quia iam est heres pro rata, & consequitur reliquum iure adcrescendi, † reprob. gl. si plures, additio. ibi.

Conditiones plures in diuersis partib. testamenti, quando inseruntur in legatis vltimæ conditioni parendum est, sed si inserantur institutioni tunc sufficit vni earum parere, gl. si separatim, & ibi ad. ibi.

Reliqua verbo, Legatarius, 24. 25. Legatum, 24. vsque ad 32. 33. 34. & 35. vsque ad 38. Heres, 17. vsque ad 23. Institutio, 9. Institutus, 4. vsque ad 7. Filius, 154. vsque ad 158. Cautio, 18. 19 infrà nu. 22.

CONDITIO impossibilis ipso iure reddit inutilem stipulationem, sed non legatum, imò à legato reiicitur illa conditio gl. angustiæ, in l. 2. §. si quis tamen, si quis cautio.

Conditio ista, instituo heredem si seruum hereditarium manumiserit, videtur impossibilis, cùm non possit eam adimplere, nisi adita hereditate, & adire non possit, nisi adimpleat conditionem, de facto tamen admittitur conditio ista, & valet, gl. 1. in l. si sub hac conditione, 26. de inoff. testam.

Conditio impossibilis vitiat stipulationem, in l. certi condictio, §. quoniam, si certum petatur, & §. si impossibilis, Inst. de inutilib. stipul.

Conditio impossibilis, quam testator putabat possibilem, non habetur pro impossibili, & ideò non vitiatur, sed vitiat legatum, l. seruo manumisso, 58. & ibi gl. 2. de condictione indebiti.

Conditio impossibilis dicitur conditio negatoria, gloss. 1. in l. si Mæuia, 45. de heredib. instit.

Conditio, quando est de genere impossibilium, non dicitur propriè falsa, sed impossibilis,

gl.1.in l.in testamento,31.& gl.conditioni,in l.quibus diebus,40.eod.
Conditio casualis licèt in contractibus semper trahatur retrò ad diem celebrati
contractus,ac perinde habeatur,ac si contractus fuisset à principio purè cele-
bratus,etiamsi hoc non sit expressè actum,tamen secus est in stipulatione an-
nua,quia tunc non trahitur retrò,nisi expressè sit actum,l.si ita stipulatus fue-
ro,126.de verb.oblig.
Conditio casualis, vel mixta sufficit, quòd adimpleatur ante mortem testatoris,
dummodò post testamentum, ad hoc vt legatum sub illa conditione relictum
debeatur,secus si conditio adimpleretur tempore testamenti,gl.1.in l.4.C. de
conditio.insertis.
Conditio casualis apposita instituto non intelligitur repetita in persona substi-
tuti,gl.sentire,in l.vnica.§.pro secundo,C.de caducis.
Reliqua verbo, Heres,nu.18.vsque ad 23.suprà 14.Filius,155.156.
28 Conditio mixta si deficit per casum, deficit relictum, secus si per alium
in cuius personam confertur,fuerit impedita, l. in testamento, 31.de condit.
& demonst.
Conditio mixta si deficit per casum,non deficit relictum alimentorum nomine,
nisi fauore eius,in cuius persona deficit,alimenta fuissent relicta, l.illis liber-
tis,84.eod.& gl.fi. in l.1.C.de institut.& substit. & gl fi.in l 1.C.de legatis.
Conditio mixta consistens in facto instituti,& alterius tertij, debet impleri, vel
impediri ex facto illius tertij,ad hoc vt institutus possit adire, l. 1.C. de inst.
& sub.t.
Conditio mixta, quando deficit per casum eius, in cuius persona debet impleri,
habetur pro impleta,ibi.
Conditio illa, si decem Titio dederis, dicitur conditio mixta, quia pendet ex
facto eius,cui relinquitur aliquid sub illa conditione,& alterius,gl.fin.ibi.
Conditio, si decem dederis,fauore libertatis dicitur conditio potestatiua,& non
mixta,ibi.
Conditioni mixtæ, & non turpi,si non pareatur facto instituti, substituto locus
est, l.2.C.eod.
Reliqua suprà 14.Filius, 155. 156.
29 Conditio omnis,vel dilatio de legitima ipso iure reiicitur,l.quoniam,32.
C.de inoffic. testa.
Conditio,vel grauamen apposita in legitima filio ad commodum, & pro proui-
sione filij ipsius instituti valet,neque reiicitur,gl.fin.ibi.
Conditio vel grauamen in legitima potest apponi impuberi per directam pupil-
larem substitutionem,non per fideicommissariam, ibid.
Conditio inserta in fideicommisso vniuersali filio relicto vsque ad legitimam
remouetur, sed in residuo manet conditio, l. scimus, 36. §. 1. C. de inoffic.
testam.
Conditio,& dies reiiciuntur de legitima,d.§.1.
Reliqua verbo,Legitima,Filius,215.216.
30 Conditio ancillæ apposita circa libertatem,si tres pepererit,impletur pa-
riendo tres filios, adeò quòd quartus filius est liber, cum mater sit libera, l.
Arescusa,5.de statu homin.
Conditio ancillæ apposita circa libertatem, si decem dederit,si eo momento,
quo pariebat, decem dedit per se,vel per aliam,iam libera peperisse creden-
da est, ibi.
Conditio apposita in hereditate seruo data censetur repetita in relicto liberta-
tis simpliciter dato seruo, glos.pen.& ibi add.marg. in l.Trebatius,21.de he-
red. instit.
Conditiones plures,quando separatim libertati adiectæ sunt,illa conditio accipi
debet, quæ ad libertatem perducit seruum, quæ leuior & facilior sit seruo,
quamuis natura grauior,& durior sit,l.leuissima,35.de condit.& demonst.
Conditio leuissima,idest,quę ipsi seruo commodior est,spectatur in libertatibus,
sed in legatis nouissima, l. sub diuersis, 51. l. quod traditum, 87. cum l.seq.
eod.tit.
Conditio,vel modus, per quem libertas infringitur, non seruatur, præterquàm
in libertis,l.Titio centum,71.§.2.eod.
Conditio adiecta libertati,videtur repetita in legato,l.cùm seruus,82.eodem.
Conditio nouissima, & non leuissima spectatur in libertatibus per fideicommis-
sum relictis, l. per fideicommissum 90.eod.
Conditio licèt suspendat libertatem,non tamen modus,l.causam,20. §. fi. & ibi
add.marg.de manumissio.
Conditionem diuiduam relictæ libertatis si vnus seruus ex sua parte adimple-
uerit,efficitur ipse liber, licèt alter cesset implere,secus si conditio fuisset in-
diuidua, l.si legato,11.§.1.& ibi gl. danda,de manumiss. testamento.
Conditio,sub qua libertas relicta est duobus, licèt sit indiuidua,potest tamen ab
vno seruorum in totum impleri,vt liber fiat altera cessante,cui cessanti extin-
guitur conditio semel ab alio impleta,l.si ita fuerit,13.eod.tit.
Conditio, si rationes reddiderint, si fuerit adiecta libertati relictæ duobus ser-
uis,potest vnus rationes reddendo liber fieri,si separata fuerit eorum gestio,
si autem simul gesserint, debent ambo rationes reddere, si volunt ad liber-
tatem peruenire, d. l. si ita fuerit, §. quæstio hæc, eod.
Conditio, si Capitolium non ascenderit, adiecta libertati seruo relictæ fauore
libertatis, ita est intelligenda, quòd seruus peruenit ad libertatem cùm pri-
mùm potuerit ascendere Capitolium,non ascenderit, sed in stipulationibus,
& aliis legatis spectatur,quod desinat posse facere,l.libertas,13.§.1.& ibi glo.
non ascenderit,& ibi addit.marg.eod.
Conditio,sub qua conditio libertatis est relicta,potest viuo testatore impleri, l.
qui duos,18.& ibi gl.1.eod.
Conditio hæc, cùm moriar liber esto, benignè interpretatur, vt post mortem
suam testator videatur ei libertatem reliquisse,d.l.qui duos,§.fi.eod.
Conditio libertatis apposita in substitutione,tacitè videtur repetita in legato ei-
dem seruo relicto ab instituto,l.Diuus,26.& ibi glos.fin.eod.
Conditio non impedit competere libertatem, si non stat per seruum,cui relicta
est libertas,quin conditionem adimpleat,l.libertate,55.eod.
Conditio difficilis adiecta libertati vitiat libertatem, sed conditio impossibilis
prorsus vitiatur,non tamen vitiat absentis odio,† gl.dandæ, & ibi add. marg.
in l.4.§.1.de statuliberis.

*Reliqua verbo, Libertas, 12, vsque ad 16. Seruus, 77. vsque ad 81. Legatum, 24.
Fideicommissum. 23.*
Conditio si vxorem ducat, si dederit, vel si fecerit,plerunque ita debet ac- 3
cipi, quod per eum, in quem conditio collata est, non stat quominus ducat,
det, vel faciat, l. vter ex fratribus, 23. de condit. instit.
Conditio de nubendo arbitratu Titij,si deficiat, vt quia mortuus sit,antequàm
arbitraretur, legatum non perimit, l. turpia, 54. §. 1. de legat. 1.
Conditio de nubendo arbitratu Titij reiicitur à lege, tanquam præstans impe-
dimentum matrimonio, gl. debebitur, ibid.
Conditio nuptiarum intelligitur de futuris nuptiis, nisi testator ignorauerit
præsentes, l. si ita scriptum, 45. §. fi. de legat. 2.
Conditio non facilis, veluti si nupserit, quandocunque post testamentum po-
test impleri, dummodo implementum, hoc est, nuptiæ de iure consistant, l.
hæc conditio, 10. de condit. & demonst.
Conditio si nupserit, non impletur, eò quòd nondum nubilis ætatis in domum
mariti sit deducta, vel nupserit cum eo, cuius nuptiis ei interdictum est,& de
æquitate videtur conditioni parêre, nisi posteà nubendo legitimè paruerit,
quasi priùs non nupsisset, ibid.
Conditio, cùm nupserit in contractibus, vel testamentis, de primis nuptiis in-
telligitur, si primæ fuerint vtiles, sed si inutiles, deficit conditio de iure stri-
cto, sed de æquitate permittuntur iterum impleri, gl. pe. ibi.
Conditio, si in familia nupserit, videtur impleta statim, atque ipsa nuptias con-
sensu contraxerit, quamuis nondum in cubiculum mariti venerit,l. cum fue-
rit, 15. eod.
Conditio, si filia mea Titio nupserit, lego fundum, potest adimpleri viuo testa-
tore, & etiam post eius mortem, & ita habebit legatum quocunque tempore
nupserit, l. in conditionib. 19. & ibi gl. primum, eod.
Conditio quæ viduitatem inducit mulierib, reiicitur, sed hodie non, nisi adie-
cta sit virgini, gl. 2. in l. quoties, 22. eod.
Conditio de nubendo arbitrio alterius reiicitur, & ideò non nocet, si ille, qui
debet arbitrari, antè moriatur, l. filiæ suæ, 28. eod. & l. cùm tale, 72. §. 4. &
ibi gl. inferatur, eod.
Conditio, quæ inducit viduitatem in omne tempus respectu omnis personæ, &
omnis loci, spernitur, secus si inducit viduitatem respectu certæ personæ, vel
certi loci, vel temporis, l. sed si hoc, 62 §. fi. cum l. seq. eod.
Conditio de non nubendo si adiciatur cum tempore mortis, vtrumque reiici-
tur, si cum alio tempore reiicitur conditio, & tempus remanet, d. l. cum ta-
le 72. §. Mæuiæ, eod.
Conditio, si non nupserit, adiecta legato mulieri tantùm relicto remittitur, ac
respuitur,secus si ea conditio fuisset adiecta legato non mulieri, sed alij reli-
cto, quia tunc valet, gl. fi. in l. mulieri, 74. eod.
Conditio, si non nupserit, adiecta legato relicto mulieri, & alij, putà Titio, si
sit impleta, vt quia mulier sit monacha, vel conuersa, vnde non potest iam
nubere, tunc quilibet habet dimidiam, si verò mulier non pareat conditioni,
vt quia nupserat, Titius perdit suam partem, sed mulier non, quia per legem
tantum suam partem habebit, sed si in persona tantum Titij conditio esset
apposita, mulier totum habet pendente, vel deficiente conditione Titij.
ibidem.
Conditio, si non nupserit, in extraneo rogato de restituendo mulieri respuitur,
l. auia, quæ, 77. §. Titio, eod.
Conditio, si non nupserit, reiicitur in extraneo, si propter eam conditionem
mulier verisimiliter cessaret nubere, l. heres meus,79. §. fi. eod.
Conditio permissiua, si Titio nupseris, intelligitur de primis, quia talis condi-
tio permissiua ex defuncti tacita voluntate ad primas nuptias aptatur,sed con-
ditio prohibitiua de non nubendo Titio non intelligitur solùm de primis
nuptiis, & ideò eò quòd contrahat hodiè cum alio,non videtur impleta con-
ditio de non nubendo Titio, quia prohibitio indistinctè facta generaliter
accipienda est, gl. fi. in l. hoc genus 106. de cond. & demonst.
Conditio nuptiarum non impletur ex nuptiis inualidis, l. pen. quando dies le-
gat. cedat.
Conditio nuptiarum impletur per actum, & rem ipsam, non per habitum, &
potentiam, l. sancimus, 24. C. de nuptiis.
Conditio nuptiarum quando est apposita in stipulatione, vel contractu,tunc sa-
tisfit huic conditioni,quando fit dispensatio per verba de præsenti,licet non-
dum sit facta coniunctio per carnis copulam, gl. 1. ibid.
Conditio non nubendi secundo, in vidua non est improbata, sed in virgine sic,
gl. fi. in auth. hoc locum, C. si secundo nupserit.
Conditio viduitatis non spernitur, si legatum mulieri non adscribitur, sed alte-
ri, l. 1. C. de indicta viduit.
Conditio viduitatis existit, cùm certum est, eam nubere non posse, gl. fi. ibid.
Conditio,quæ viduitatem inducit, reiicitur, & lex Iulia Miscella cum cautione.
& iuramento per eam inducta sublata est, l. 2. C. eod.
Conditio,si non nupserit, quæ viduitatem inducit timore perdendi legatum,
non reiicitur, sed debet cautionem præstare, & intra annum luctus legatum
petere non potest, nisi spes nuptiarum deficiat, auth. cui relictum, C. eod.
Conditio, quæ viduitatem inducit in fœmina, vel cœlibatum in masculo, sicut
reiicitur in fœmina, ita & in masculo, l. fi. C de indicta viduitate.
Conditio illa, si vidua fuerit, vel cùm fuerit vidua, non reiicitur, quia viduita-
tem non inducit, ibid.
Conditio, quæ viduitatem inducit, est impossibilis de iure, gl. 1. in l. 4. C. de
condi. insertis.
Conditio, si nupserit, debet impleri intra triennium post pubertatem, l. 2. §. ad
filiorum, C. quando & quib. quarta pars, lib. 10.
*Reliqua verbo, Legatum num. 35. vsque ad 38, Heres, 164. Legatarius, 26. In-
stitutio, 2.*
Conditio iurisiurandi ita facta, instituo te, vel tibi lego, vel mortis causa
dono, si iuraueris aliquid te facturum, vel daturum, tanquàm turpis repro-
batur à pretore,quia quidã facile iurant,& certè non seruant, alij potiùs reli-
ctũ dimitterent,quàm iurarent,l.quæ sub cõditione,8.&ibi gl.1.de cond.inst.
Conditio iurisiurãdi heredi, legatario,vel fideicommissario apposita remittitur
quoad

quoad iuramentum, sed ipsa conditio, idest, id, quod venit iuramento, est impienda, nisi sit turpis, gl. 2. ibid.

In Conditione iurisiurandi, si aliquid relictum sit alicui, debet is ita capere, vt capiunt hi, quibus nulla iurisiurandi conditio inseritur, ibid.

Conditio iurisiurandi de præterito heredi, legatario, fideicommissario, aut donatorio ex causa mortis non remittitur, quoad iuramentum, cùm aliter quàm iurando impleri non possit, secus, si conditio fuisset, de futuro, gloss. interuenit, ibidem.

In Cõditione iurisiurandi si relinquatur libertas seruo, fauore libertatis iurisiurandi conditio non remittitur ei, sed omninò tenetur iurare, ibid.

Conditio iurisiurandi licèt remittatur quoad iuramentum, tamen dandum, vel faciendum est, quod sub illo iuramento præcipitur, d. l. quæ sub conditione, §. si quis, & §. quoties, & l. si quis libertatem, 12. & ibi gl. non possit, in addit. de manu. testam.

Conditio iurisiurandi vt remittatur ei, cui est apposita, non est necesse eum adire prætorem, quia semel à prætore remissum est, nec per singulos est remittendum, l. l. quæ sub conditione, §. fi. de condit. inst.

Conditio iurisiurandi, si fuit apposita legatario, & is post mortem testatoris decesserit, postquam fecit id, quod erat rogatus iurare facere, heres illius legatarij potest petere legatum quasi purum a conditione iurisiurandi, ac si illa non fuisset apposita, cum in perpetuum sit remissa, d. §. fi. eod.

Conditio iurisiurandi sicut remittitur heredibus institutis, legatariis, & fideicommissariis in testamentis paganorum, ita etiam in testamentis militum, l. si à milite, 30. §. edictum, de milita. testam.

Conditio iurisiurandi apposita in legato, non valet, nisi in duobus casibus, gl. fi. in l. si quis inquilinos, 112. §. fi. de leg. 1.

Conditio iurisiurandi plerũque pro non adiecta habetur, quandoque tamen non remittitur, l. non dubitamus, 20. & ibi gl. pen. de condit. & demonst.

Conditio iurisiurandi, vel alia, quæ contra leges, vel contra mores est, legato apposita remittitur à prætore, & statim à die mortis testatoris cedit legatum, l. 5. & ibi gl. statim, quando dies legat. ced.

Conditio iurisiurandi, sub qua relicta est libertas, implenda est cupienti ad libertatem peruenire, l. si quis libertatem, 12. de manu. testa.

Conditio iurisiurandi, sub qua relictum est alicui legatum cum libertate, non remittitur ei, nec aliter habebit legatum, nisi conditioni iurisiurandi paruerit, sed si libertate purè relicta sibi, eidem legatum sit relictum sub conditione iurisiurandi, illa conditio remittitur ei, debet tamen facere, quod iurare debet, aliàs non habebit legatum, d. l. si quis libertatem, & ibi glos. non possit.

Conditio iurisiurandi, sub qua relicta est libertas, remittitur, si testator viuus libertatem præstiterit.

Conditio iuramenti apposita in diuisione bonorum debet impleri, aliàs diuisio non officit diuidenti, l. si cum patruo, 6. C. communia vtriusque.

Reliqua verbo, Iusiurandum, Legatum, 31.

CONDITIO de dando potest impleri per alium, l. Arescusa, de stat. hom.

Conditio, quæ consistit in faciendo, quandoque potest impleri per alium, vt facere domum, quandoque non potest, vt ire ad aliquem locum, gl. fin. ibid.

Conditio dandi impletur, si datur plus, secus si minus, l. qui putat, 74. de adquir. hered.

Conditio dandi adiecta vni non scinditur, secus si pluribus adiiciatur, gl. 2. ibid.

Conditio dandi potest conferri in personam certam & incertam, veluti lego tibi fundum, si dederis decem ei, qui duxerit in vxorem filiam Titij, vel ei, qui primò ascenderit in Capitolium, l. 4. & ibi gl. fin. de rebus dubiis.

In Conditionibus omnibus de non faciendo, quæ non potest impleri ante vltimum vitæ spiritum sine expectatione tristis euentus, cautio de non faciendo habetur pro impleta, & idem si non sit, cui caueatur, l. Mutianæ, 9. de condit. & demonst.

Conditio in non faciendo consistens quandoque remittitur quasi contra publicam vtilitatem, vt Berthæ si non nupserit, vel æquipollens, gl. & in simil. ib.

Conditio de dando pupillo, vel furioso impletur dando tutori vel curatori, si quod datum est versum sit in vtilitatem pupilli vel adulti, l. si fundus, 13. & ibi gl. 1. eod.

Conditio de dando pupillo non impletur dando pupillo, nisi datum sit versum in vtilitatem ipsius pupilli, d. gl. 1. l. seruus, 68. & ibi gl. pen. & l. si debitor, 63. de solutionibus.

Conditio facti à iuris conditione multùm differt, l. multùm differt, 21. de condit. & demonstr.

Conditio facti, veluti si nauis ex Asia venerit, si Consul factus sit, quamuis impleta sit, impedit tamen heredem adire, quamdiu ignorat eam esse impletam, ibidem.

Conditio ex iure proueniens, veluti si paterfamilias sit, sufficit, quòd impleta sit, & poterit is adire hereditatem, cùm sit paterfamilias quamuis existimet se filiumfamilias, ibid.

Conditio facti dicitur illa, quæ à testatore in institutione inserta est, consistens in dando, vel in faciendo; conditio verò iuris est quoddam iuris statutum tacitè intellectum, quo non existente, non potest adire, veluti si paterfamilias sit, nam filiusfamilias non potest adire sine iussu patris, item si tabulæ sint apertæ, quando ex parte sit heres, gl. 1. ibid.

Conditio de dando heredi in ipsius personam impletur, non fideicommissarij, l. qui heredi, 44. §. 1. eod.

Conditio dandi pluribus adiecta diuiditur inter eos, secus quando conditio indiuidua plurib. est adiecta, l. si quis legata, 54. §. fi. & ibi gl. pen. eod.

Conditio dandi designat nudum ministerium facti, & debet impleri in forma specificata, licèt datum non faciat accipientis, l. Mæuius 55. eod.

Conditio deiiciendi in mare, debet in forma specificata impleri, nisi adsit fauor humanæ religionis in proiiciendo, d. l. Mæuius, & ibi gl. 2.

Conditio dandi in persona pupilli, & furiosi, non potest impleri sine tutore, vel curatore, ne perdant, qui sunt capaces, d. gl. 2.

Conditio dandi adiecta vni non scinditur, secus si pluribus adiiciatur, l. cui fundus 56. eod.

Conditio dandi, & conditio in facto consistens idem est, sed strictè, & propriè dari, & fieri sunt species oppositæ, l. in facto, 60. & ibi gl. 1. eodem.

Conditiones dandi, faciendíque sunt tres, alia est, si quid fiat, alia, si quid detur, alia, si quid obtingat, vel econtrà, ne quid fiat, ne quid detur, vel ne quid obtingat, quarum duæ collocantur in personis eorum, quibus relinquitur, aut aliorum, tertia ponitur in euentu, d. l. in facto, & ibi glo. ne detur.

Conditio reddendarum rationum est mixta dandi, & faciendi, neque alterum sine altero sufficit, vt videatur impleri, sed requiritur vtrumque, l. cùm seruus, 82. & ibi gl. incertum, eod.

Conditio, si templum depinxerint, vel domum fabricauerint, si fuerit adiecta legato duobus pictoribus, vel fabris relicto, vnus faciendo nihil dicitur facere, nec habebit legatum, si appareat, testatorem voluisse, quòd vterque simul facerent, secus si appareat, testatorem esse contentum, vel alterum facere, quia tunc vnus faciendo habebit, vel ipse solus legatum, vel partem ipse, & partem socius, prout testatorem voluisse appareat, l. si ita fuerit, 13. §. idem quæri potest, de manumiss. testamento.

Conditio de instrumentis reddendis continet in se redditionem instrumenti, idest, chartæ materialis, & etiam liberationem debiti contenti in eo; sed vbi instrumentum, vel charta materialis non est in rerum natura, sola liberatio sufficit, l. huiusmodi, 84. §. si ita cui legatum, de legat. 1.

Conditio, quæ in dando, & faciendo consistit, si satisdat de iure, in sententia non valet, l. si ita fuerit, 13. §. hæc quæstio, de manumi. testa.

Conditiones, quæ sunt in dando transeunt ad emptorem statuliberi, sed non quæ consistunt in faciendo, l. si statulibera, §. fi. de statulib.

Conditio, quæ pendet ex persona serui, aut consistit in dando, & tunc heredi est dandum, & emptori serui, & heredibus emptoris nisi esset dictum, vt alij detur, quia tunc ei dari debet; aut consistit in faciendo, & tunc si sit dictum in cuius persona, ei debet impleri, aliàs heredi, neque ad emptorem transit, sed si conditio sit mixta, & tunc factum sit personæ designatæ, datio verò fit etiam emptori, glos. fin. ibid.

Conditio potest fieri dupliciter, scilicet in faciendo, & in non faciendo, veluti si ascenderis, vel non ascenderis, gl. 2. in l. donatio, 25. C. de don.

Conditio consistens in dando in persona pupilli non impletur sine tutore, secus si in faciendo consistat, l. seruus, 68. & ibi glos. penult. & l. si debitor, 63. de solutio.

Reliqua verbo, Dare, Stipulatio, 61. vsque ad 65. Conditionalis.

CONDITIONIS implendæ causa si est dãda pecunia, vel certa species à pluribus, & tunc parte soluta consequitur quis partem, sed si est danda incerta species, veluti homo in genere, & tunc pro parte tantum tenetur, sed pro parte soluta non agit, nec liberatur, & sic non videtur impleuisse conditionem, glos. fi. in l. si seruus, § fi. si quis cauti. 37

Conditionis implendæ causa si aliquid est dandum, vel faciendũ ab vno vni, putà promisi tibi fundum, vel legaui, si aliquid dares, vel faceres, ad fundum tu agere non poteris, nisi id totum, quod iniunctum est, facias, vel des, excipere tamen posset, si possideret partem illius, quod sibi legauit, & partem dedisset, vel fecisset, ibi.

Conditionis implendæ causa si aliquid est faciendum à pluribus, necesse est, vel à pluribus, vel ab vno, vel ab omnibus adimpleri, vt aliquid possit peti, ibidem.

Conditionis implendæ causa iussus dare seruo non implet conditionem sub nomine proprio, vel heredis dando domino, l. qui heredi, 44. de conditio. & demonstr.

Conditionem non implet dando seruo ille, qui iussus est dare domino, ibid.

Conditionis implendæ causa dandum minuitur minuto legato, l. ei, qui non amplius, 20. de donat. causa mor.

Conditionis implendæ causa quando aliquid datur à statulibero, vel ab alio quocunque, nunquam capit quis vltra modum à lege statutum, vt in filio naturali, cui vnam tantum vnciam licet habere extantibus legitimis, l. quod conditionis, 36. & ibi gl. 1. & §. fi. eod.

Conditionis implendæ causa datum heredi à statulibero, si erat in peculio tempore mortis, computatur in Falcidiam, secus si non erat in peculio tempore mortis, ibid.

Conditionis implendæ causa datum heredi ab aliquo extraneo, nunquàm imputatur heredi in Falcidiam debitam iure institutionis, sed bene in quartam Trebellianicam, ibid.

Conditio pro impleta habetur, cùm per eum, cui est imposita, non stetit, gl. fi. in l. Iulianus, §. fi. ex quib. caus. maior.

Conditionis implendæ ius transit ad heredem, l. diem proferre, §. si heredis, de arbitriis.

Conditio habetur pro impleta, non solùm quando stat per eum, qui eam vult implere, sed etiam quando stat per tertium, putà per heredem, qui sentit commodum, si conditio non impleatur, l. 3. §. fi. de conditione causa data. 38

Conditio in persona heredis in pacto addictionis in diem, & in aliis contractib. potest adimpleri in persona heredis, secus est in vltimis voluntatibus, vbi non transit conditio, nisi mora præcedat, gl. 2. & ibi add. in l. si prædio, 18. de in diem addictione.

Conditio potestatiua habetur pro impleta, si stat per eum, in cuius personam impleri debet, l. 3. de condit. instit.

Conditio, si decem dederit Titio, vt habeatur pro impleta, sufficit, quod fiat sola oblatio Titio præsenti, quando illa fit ad implementum conditionis, sed Titio absente debet fieri depositio, & consignatio, gl. 1. ibid.

Conditio si decem dederit Titio, statim atque stat per Titium, quominùs impleatur, habetur pro impleta, quod verum est in institutione, sed non in legato, ibid.

Conditio, si decem dederit tibi, in legatis adiecta, cum consistat in dando, potest impleri statim, & ideò statim habetur pro impleta, si prohibeatur legatarius implere, sed si non potest statim impleri, veluti lego tibi centum, si domum ædifices intra mensem, licèt prohibearis facere, nihilominùs spectatur tempus, fallit fauore libertatis, ibid.

Conditio habens diem, putà si domum ædificaueris intra mensem apposita

in legatis, etiam si is, in cuius solo debeat ædificari, impediat, non habetur statim pro impleta, sed spectatur dies, ibid.

Conditio hæc, si tres peperit liberos, legato libertatis, ancillæ adiecta, si per heredem steterit, quominus Arescusa tres filios pareret, fauore libertatis, & propter malitiam heredis, habetur statim pro impleta, d. gl. 1.

Conditionem impleri iuris fictione sufficit, licèt non impleatur in forma specifica, nec veritate attenta, l. huiusmodi 84. §. legatum, de leg. 1.

ad Conditionis implementum non sufficit ciuiliter factum, l. si ita quis testamento 51. §. fi.& ibi gl. fi.de leg.2.

Conditio, si filios habuerit, non impletur, eò quòd filios ciuiles per adoptionem habuerit, ibid.

39 Conditio, quæ pendet ex potestate legatarij & alterius, si ex facto alterius impediatur absque causa legatarij, habetur pro impleta, l. Mæuia nepotem, 13. de annuis legatis.

Conditionis natura est, vt si sit potestatiua, ei obtemperetur, vel per eum, qui obtemperare debet, non fiat, quominus adimpleatur, quo casu pro adimpleta habetur, & relictum capitur, si verò sit turpis, & inhonesta, ex parte tamen legatarij pro non adiecta habetur, idem de impossibili, sed si ex parte heredis ponatur, tunc legatum vitiatur, si verò casualis, vel mixta fuerit, spectatur euentus, in mixta verò legatarius adiuuatur, si per eum non stetit, sed per eum, in cuius fortuitum casum steterit, gl. in rub. de condit.& demonst.

Conditionum quædam possunt impleri etiam viuo testatore, vt sunt casuales, veluti si nauis ex Asia venerit, nam quandocunque nauis ex Asia venerit, conditioni paritum videtur, quædam verò, quæ non possunt adimpleri, nisi post mortem testatoris; veluti si decem dederis, vel si Capitolium ascenderis. l. 2. eodem.

Conditioni potestatiuæ vt quis paruisse videatur, debet adimpleri post mortem testatoris, & sciens eam conditionem, quia si fato adimpleuerit, non videtur paruisse, ibid.

Conditiones potestatiuæ fato impleri non sufficit, d. l. 2.

Conditio casualis etiam viuo testatore potest impleri, etiam ignorante eo, cui proficit eam adimpleri, potestatiua consistens in dando debet adimpleri mortuo demùm testatore, & à sciente, sed consistens in facto, quod facilè non potest fieri, vt si nupserit illi, vel illi, aut simili, quod raro contingit, etiam viuo testatore, potest adimpleri, gl. 2. ibid.

Conditionem consistentem in faciendo possunt implere pupillus sine tutore, filiusfamilias & seruus sine iussu patris, vel domini, l. 5. de cond. & demonst.

Conditionem consistentem etiam in dando potest implere pupillus sine tutore, nisi talis conditio contineat alienationem rerum pupilli, † gl. 1. ibid.

40 Conditio, quæ nō potest impleri de iure, sufficit quod impleatur de facto, quando testator ita sensit, gl. coniunctiones, & ibi add. in l. hæc conditio, 10. eo.

Conditio impedita legitimè per tertium habetur pro impleta, secus si per eum steterit, l. Titius, 14. & ibi gl. 1. eod.

Conditio, quæ pro solido potest impleri, non potest scindi, l. qui duobus 23. e.

Conditio in legatis, institutionib. & stipulationib. perinde habetur, ac si impleta fuerit, quoties quominùs impleatur statur per eum, cuius interest, conditionem impleri, l. iure ciuili, 24. eod.& l. in iure ciuili, 161. de regul. iuris.

Conditio apposita alicui, vt caperet relictum, debet ab eo impleri, quod si stat per eum quominùs impleatur, nihil consequitur, gl. 1. in d. l. iure ciuili, 24. de cond. & demonst.

Conditio si in Capitolium ascenderit, habetur pro impleta, si is, qui promisit decem sub illa conditione, impediat stipulantem ascendere, gl. fi. ibid.

Conditio, quæ in duos est collata, si pro parte casu deficiat, & pro alia parte impleatur, legatarius consequitur legatum pro parte sub tali conditione relictum, gl. 1. in l. in testamento, 31. eod.

Conditio quælibet, si stet per legatarium, vel heredem, quominùs impleatur, nihil consequitur legatarius, vel heres de relicto sub tali conditione ibid.

Conditio potest impleri in herede heredis, sed non in herede legatarij, l. sub diuersis, 51. §. fi. eod.

Conditio transit in heredem ex parte eius, in quem debet impleri, sed non ex parte eius, à quo debet impleri, † gl. fi. ibid.

Conditio deficiens non extinguit, quæ pendens non suspendit legatum, l. cùm tale, 72. §. 4. eod.

Conditio habetur pro impleta cùm per eum stat, quæ si impleta esset, habiturus esset, l. Iulius Paulus, 81. eod.

Conditio indiuidua, veluti si monumentum fecerint, plurib. apposita, non potest impleri, nisi ab omnibus, vnde si vnus totum facit, prodest sibi, & aliis, nisi testator non habuerit satis impleri per vnum, sed si vnus partem faciat, non prodest, l. tales conditiones, 112. & ibi gl. 1. eod.

Conditionis implendæ ius non transit ad heredem, vt fideicommissum perficiat, l. à testatore 109. de cond. & demonst.

41 Conditio diuidua ex causa diuiditur tam ex parte implentium, quàm ex parte eorum, in quorum personis debet impleri, l. tales conditiones 112. & ibi glos. 1. eodem.

Conditionem implendi ius non transit ad heredem in dispositione legis, l. 3. de collat. bonorum.

Conditionis implendæ facultas transit ad heredem, † l. 4. §. si sub conditione, & ibi add. marg. de fideicomm. libert. & glos. 1. in l. cùm seruus, 104. de verb. obligat.

Conditionem non implet omnis numeratio, gl. 1. in l. seruus, 14. de statulib.

Conditio libertatis, cùm non stat per seruum, quin impleatur, perinde est, ac si impleta esset, vt competat seruo libertas, l. si peculium, 20. eod.

Conditionem non implens, quia non potest, consequitur legatum extraordinario iure, petitur tamen actione ex testamento, d. l. si peculium, §. is, cui seruus, & ibi add. marg. eod.

Conditionem pro impleta habet lex, & supplet, quæ reuerà deficit, quando is, qui debebat implere, non potuit, ibid.

Conditio sufficit, quòd de facto impleatur, gl. 1. in l. Stichus, 24. eod.

Conditionem impleri impediens, tenetur, ac si esset impleta, l. in executione, 85. §. fi.de verb. oblig.

Conditionem impleri impediens non tenetur, nec habetur illa pro impl[eta] quando impedit impleri conditionem, cui licitum est resistere, & impe[dire] impleri, vt si promisi tibi aliquid sub conditione, si me viceris iaculum [ia]ciendo, nam licitum est mihi facere quidquid possum, vt non vincas, d[.] fi. & ibi gloss. fi.eod.

Conditionis implendæ facultas non transit ad heredes, l. qui Romæ, 122. §. [Fla]gerius, eod.

Conditionem impleri de facto non sufficit, quando de iure impleri non pot[est,] l. continuus, 137. §. cùm quis, eod.

Conditio pro impleta habetur, quando illa casu fortuito impleri non pot[est,] gl. fi. in l. pen. C. de condit. ob causam.

Conditio casualis, vel mixta sufficit, quòd semel sit adimpleta, quamuis n[on] duret implementum, l. si quis heredem, 7. C. de inst. & subst.

Conditio vna reiterabilis quando adiicitur pluribus, vnusquisque habet nec[es]sitatem, conditionem implere, & pro portione sibi contingenti accip[it] quidquid ex hoc commodi est, l. si plures, 6. C. de conditio. insertis.

Conditio vna reiterabilis quando additur pluribus, hi, qui adimpleuerunt co[n]ditionem, vocantur ad legatum, qui verò neglexerunt, repelluntur à comm[o]do, ibid.

Conditio indiuidua est, quando testator Titio, & Sempronio si fecerint domu[m] heredi meo, diuidua verò est si ascenderint in Capitolium, quia ascensus vn[ius] non est ascensus alterius, glos. 1. & ibi add. marg. ibid.

Conditio vna reiterabilis quando additur pluribus, vno implente ex toto pa[r]tem suam legati debet habere, & partes non implentium adcrescunt imple[nti] cum sua conditione, glos. 2. & fin. ibid.

Conditio vna indiuidua quando additur pluribus, debet vnusquisque imple[re] conditionem totam, si verò sit diuidua, sufficit, vt pro parte vnusquisque adi[m]pleat eam, d. l. si plures, & ibi gl. pen.

Conditio in momento temporis sufficit, quòd sit impleta, l. 4. C. quando di[es] legat.

Reliqua verbo, Datum, 14. Impediens, Impeditus, Implendum, Legatarius, 26. 27. 2[8.] Heres, 91. 165. supr. nu. 25. 26.

CONDITIONALIS resolutio in cōtractibus non facit conditionalem pr[i]mum contractum, sed bene in vltimis voluntatibus, glos. 2. in l. 2. de in die[m] addictione, & l. si legatum purè, in add. marg. de adimend. legat.

Conditionalia legata vel stipulationes perimuntur, si pendente conditione r[es] legatæ, vel stipulatæ extinctæ fuerint, l. necessariò, §. quòd si, pendente, de per[ic.] cul. & commod.

Conditionali legato debetur æstimatio ante euentum conditionis, si tabul[æ] testamenti per contumaciam non exhibeantur, gloss. fi. in l. non, quemadm[o]dum, 35. de iudiciis.

in Conditionali stipulatione facta per filiumfamilias quantùm ad adquisitio[]nem inspicitur tempus contractus, & non tempus existentis conditionis, s[ed] in legatis conditionalibus & donationibus causa mortis inspicitur tempu[s] existentis conditionis, l. quod autem, 8. de donat. inter vir.

Conditionale relictum non transmittitur pendente conditione, glos. fi. in l. Lu[]cius, 45. §. fi. de vulgari.

Conditionalis dispositio non debet operari, plus quàm pura, l. seruum, 48. §. [] vers. contra, eod.

Conditionalia debentur conditione impleta, l. quia autem, 6. §. fin. si quis omis[sa] caussa testam.

Conditionalis obligationis spes in legatis passiuè transmittitur ad heredem. l. le[]gato sub conditione, 65. de cond. & demonst.

ex Conditionali contractu quando fit traditio, in dubio videtur fieri purè, ita v[t] statim dominium fiat accipientis, quando certi contractus natura est habili[s] ad dominij translationem, licèt non fit idem in promissione, in qua tacit[è] conditio contractui inhærens intelligitur. l. 1. & ibi add. marg. pro dote.

Conditionale aliquid quando deducitur in iudicio, debet purificatio conditio[]nis liquidari, l. hoc iure vtimur, 8. & ibi add. marg. de verb. oblig.

ex Conditionali stipulatione tantummodò est spes debitum iri, gl. 1. in l. quo[] ties, 4. de nouatio.

Conditionale debitum potest constitui, quia ad id sufficit, quòd sit debitum spe[] gl. 2. in §. sub conditione, Inst. de verb. oblig.

ex Conditionali stipulatione tantummodò est spes debitum iri, eamque spem stipulator transmittit in heredem, si priùs quam conditio extet, mors ei con[]tigerit, §. ex conditionali, eod.

Conditionalis legati vel hereditatis spem legatarius vel heres non transmitti[t] ad heredes, secus est in spe conditionalis stipulationis, quæ ad heredes trans[]mittitur, quia in stipulatione factum stipulatoris volentis sibi prospicere, & sic heredi interuenit, sed in hereditate vel legato nullum factum heredis, ve[l] legatarij interuenit, gl. fi. & ibi add. marg. ibid.

in Conditionalibus legatis relictis filiofamilias inspicitur tempus euenienti[s] conditionis, an patri, an filio adquiritur illa, sed in conditionalibus contracti[]bus & stipulationibus inspicitur principium, idest, tempus contractus, & ita soli patri adquiritur. l. si filiofamilias, 11. & ibi gl. 1. ex quib. caus. in poss. eatur

Reliqua verbo, Debitor, 74. 75. 76. Debitum, 9. 10. Legatum, 24. vsque ad 32. 33. 34. 35. vsque ad 38. Conditio, per tot. Heres, 91. Stipulatio, 23. 24.

CONDVCERE potest quis rem suam, quam in pignus dedit propter possessionem, quæ penes creditorem erat, l. cùm & sortis, 35. §. fi. & l. si pignus, 37. & ibi gloss. 1. de pign. actione.

Conducere fundos principis per se, vel per alios non possunt curiales nec palatini, qui in officio rei priuatæ principis militant, nisi heredes extiterint conductoribus, quia tunc remanebunt in eadem conductione, l. 1. & ibi gl. 1. C. qui ad conductionem prædiorum.

Reliqua verbo, Locare, Miles, 11. Suus, 1.

CONDVCENS ad longum tempus, etiam non definitum, habet ius in re conducta, & dicitur alienatio, sed conducens ad modicum tempus, ius in re non adquirit, † l. 3. & ibi add. marg. si ager vectigal. vel emphyt.

Conducēs aliquid seruandū, nō tenetur de damno dato à tertio, nisi culpa casum præcessit, aut dãnum sit datum propter inimicitias, quas author dãni habebat cum

Conductor vectigalium, nu. 15.
Conductores plures, num. 16.
Quoad conductoris heredem, num. 17.

1 CONDVCTOR dicitur, qui dat pecuniam, qui verò recipit, dicitur locator, l. 1. §. si quis seruum, depositi.

Conductor, quod actione furti consequutus est ab extraneo surripiente sibi rem conductam, non restituit domino, secus est in creditore, cui pignus erat surreptum, quia conductor perdiderat per furtum sibi factum, vsum, quem habere debebat, sed creditor pignore vti non debet, & ideò, quod consequutus est propter furtum pignoris, tenetur computare in debitum, gl. restitui in l. si pignore, 22. de pign. actione, & l. is, qui rem, 6. & ibi gl. 1. locati.

Conductor si exegit pœnam à dante damnum ex forma statuti, non cogitur eam restituere domino, ibid.

Conductor operarum pro rata tantùm temporis tenetur, etsi ex parte locantis fortuitus casus interueniat, l. si quis domum, 9. §. hic subiungi, & ibi gl. operas, eod.

Conductor prospicere debet, ne in aliquo vel ius rei, idest, seruitutem patiatur amitti, aut corpus deterius faciat, vel patiatur fieri, l. videamus, 11. §. si hoc, eo.

Conductor tenetur reddere locatori possessionem rei conductæ absque controuersia, non obstante sequestratione, nisi culpa locatoris acciderit, d. l. videamus, §. pen. eod.

Conductor si contra pactum locationis fœnum posuit, tenetur ex locato ad damnum, si deinde eius seruus, vel alius igne illato succendit, quia ipse conductor præbuit causam incendio fœnum inferendo contra pactum, d. l. videamus, §. fi. eod.

Conductor si fuerit in culpa, tenetur, alias non, l. item quæritur 13. eod.

Conductor debet colere, & propagare, vt bonus paterfam. gloss. remissio in l. si vno §. cum quidam, eod.

Conductor fundi pupillo herede instituto si decesserit, & cum tutor constituisset pupillum abstinere hereditate, locator eundem fundum alij relocasset, pupillus postea restitutus ad hereditatem conductoris defuncti potest agere contra locatorem. vt à locatione defuncti liberetur, contra tutorem autem potest agere iudicio tutelæ, si fuit in culpa abstinendi, in quo venit etiam quod ex conductione fundi lucri facere potuit, d. l. si vno, §. fin. cum tribus ll. seqq.

2 Conductor fundi si decessit pupillo herede instituto, cuius tutor per collusionem locatoris constituit abstinere pupillum hereditate, locator, etiam si alij relocauerit, tenetur pupillo restituto ad hereditatem in id, quod interest pupilli, dicto §. fin. iuncta l. sed addes, 19. eod.

Conductor si conduxit mulierem naue vehendam, deinde infans in naue natus sit, pro infante nihil debetur, neque pro mortuis in naue, d. l. sed addes, §. si quis mulierem.

Conductor fundi tenetur facere omnia, quæ secundum consuetudinem locorum requiruntur, l. si merces 25. §. conductor, eod.

Conductor fundi si exciderit arbores, tenetur non solùm ex locato, sed etiam ex lege Aquilia, & ex lege xij. tab. arborum furtim cæsarum in duplum, & interdicto quod vi, aut clam, ita tamen quòd electione vnius facta à locatore, & ea effectum sortiente, tolluntur aliæ, nisi in id, quod excedit, d. l. si merces, §. culpæ, & ibi gl. cæteras.

Conductor fundi si certam quantitatem frumenti in pensionem promisit locatori pro locatione, locator pro illa quantitate agit actione præscriptis verbis, sed si partiarius colonus sit, tunc iure societatis agit, d. l. si merces, §. vis maior, in add. marg.

Conductor excipiens violentiam intelligitur excipere eam, quæ infertur, ab extraneo, non eam quæ à se, vel à suis infertur, l. qui insulam, 30. §. fi. eod.

Conductor quandoque transfert dominium in locatorem, glo. in creditum, in l. in nauem, 31. eod

Conductor, qui in fine anni ita fundum exfructuat, quòd fructus sequentis anni corrumpantur, tenetur ex locato ad interesse, l. & hæc distinctio, 35. §. fi. eo.

Conductor si seruum sibi locatum surripiat, contrectando contra domini locatoris voluntatem, tenetur ei actione locati, & conducti, sed locator vna contentus esse debet, l. si locatum, 42. cum l. seq. eod.

Conductor si seruum sibi locatum vulnerauerit eiusdem vulneris nomine lege Aquilia, & ex locato, tenetur, sed dominus locator alterutra debet esse contentus, nisi quatenus in Aquilia plus inesset, quàm in actione locati ratione negationis, non repetitione 30. dierum, l. si vulnerauerit, 43. & ibi gl. 1. & add. marg. eod.

3 Conductor si seruum conductum vel aliam rem mobilem non restituat, tenetur locatori quanti in litem iuratum fuerit, sed hodiè etiam in duplum tenetur, si rem non restituit sine iudicio, l. si cui locauerim 48. & ibi gl. fi. eod.

Conductor priùs debet possessionem rei conductæ restituere, & posteà de proprietate litigare, d. gl. fi.

Conductor si in fundo conducto expendit aliquid necessariò, vel vtiliter, potest repetere illud ex conducto à locatore, l. dominus 53. §. 1. eod.

Conductor si contra legem conductionis fundum deseruit ante tempus, sine iusta causa, conueniri potest ex conducto ad secundas pensiones totius temporis, d. l. dominus, §. fi.

Conductor si non apparet, debet aperiri domus, & eius masseritiæ discuti coram vicinis, vel personis publicis, l. cum domini, 56. eod.

Conductor quando constat, quòd se absentauerit, debet expectari biennium, ib.

Conductor domo diruta ac refecta, non cogitur habitare in ea, l. cùm in plures 60. eod.

Conductor operis si contra legem conductionis opus fecit ex voluntate locatoris, non tenetur ex locato, & parcitur ei, cùm locatoris voluntas adfuit, & ita nihilominus potest petere mercedem, d. l. cum in plures, §. lege dicta.

Conductor non potest petere cautionem à domino domus conductæ, eò quòd timeat ab alia domo locatoris in domum conductam ruinam minaturam, † l. qui bona, 13. §. de illo, & ibi gl. possit, de damn. infect.

Conductor si de vectigalib. ædib. conductis ab aliquo municipio non cauerit de damno infecto, missus in possessionem ædium vectigalium, ob non præstitam sibi cautionem, habebit solùm ius, quod in eis habebat conductor, neq[ue] potest mitti ex secundo decreto, vt habeat dominium, cùm neque ille, q[ui] non cauet, habeat, sed si municipes, qui locauerant, non caueant, & ob i[d] missus in eis vsucapere potest contra municipes & conductorem, l. si finit. 15. §. si de vectigalibus, & ibi gl. 1. & 3. eod.

Conductor dicitur possidere, quando ad non modicum tempus conduxit, gl. no[ta]uissimè in l. si quis antè, 10. de adqui. possess.

Conductor si rem vendiderit, & eam ab emptore conduxerit, & vtrique locato[ri] mercedis præstiterit, prior locator possessionem retinet per conductorem, l. quamuis, 32. §. 1. & ibi gl. retinet, eod.

Conductoris socius licèt non conduxerit, habet interdictum, ne vis fiat ei, quo minus vtatur re conducta, l. 1. & ibi gl. 1. de loco publico fruendo.

Conductor cui conducta res surrepta est culpa sua, habet actionem furti contra furem, l. cum, qui, 14. §. quòd si conduxerit, de furtis.

Conductor ex fiscali prædio nihil potest transferre, nec cypressi vel oliuæ mate[riam] vendere non substitutis aliis, neque potest cædere cæteras arbores po[mi]feras, & contrà faciens, facta eius æstimatione in quadruplum condemnatur, l. in fraudem, §. pe. de iure fisci.

Conductor domus soluens partem, & de communi consensu si apud alium depo[situm] fuerat instrumentum conductionis pro residuo, soluendo illud potest petere, l. propter, 5. & ibi gl. conductione, C. depositi.

Conductor soluens partem, & pro residuo deponens instrumenta penes seque[strum], solutione residui facta potest conuenire sequestrum, vt illa reddat a[ctione] depositi sequestraria, vel præscriptis verbis, gl. pen. ibid.

Conductor dicitur conducens nomine ædificij, & eiusdem ratione dominus dicitur locator, item dominus dicitur conductor ratione operarum, & faber locator ratione earundem operarum, gl. 1. in l. 2. C. de loca.

Conductor non potest agere, nisi soluat totam pensionem, debet enim priùs totum contractum ex sua parte adimplere, gl. fi. in l. 3. C. de locato.

Conductor vel inquilinus post locationem finitam potest expelli, nisi contrarium sit actum nulla habita distinctione an soluerit pensionem vel non † gl fin. ibid.

Conductor propriè dicitur in certa mercede vel in certa quantitate frumenti, vt 20. corbium, vbi agitur præscriptis verbis, gl. 1. in l. licet, C. eod.

Conductores frumenti inferendi accepta pecunia coguntur fidem adimplere, neque contra eos anteà potest agi actione locati, gloss. fin. in l. si hi, qui, 14. C. eodem.

Conductor ea, quæ ex locatione debet, tenetur sine mora soluere, & vsuras eorum post moram, l. præses, 17. C. eod.

Conductor si probet se dominum rei conductæ, contractus est nullus, cum suæ rei non sit locatio, gl. 1. in l. ad probationem, C. eod.

Conductor finita locatione restituit, & postea agit reiuendicatione, d. gloss. 1. in additione.

Conductor agrum vel aliam rem conductam à se debet priùs restituere locatori, quàm de proprietate litigare, l. si quis conductionis, 25. C. locati.

Conductor vtendo malè re conducta, tenetur condictione furtiua, & locati, & experta actione locati tollitur condictio furtiua ope exceptionis, sed experta priùs condictione furtiua, tollitur ipso iure actio locati, gl. 2. in l. si is, cui commodata, 71 de furtis.

Conductor si agrum, vel aliam rem à se conductam non restituat locatori, antequàm de proprietate litiget, punitur in amissione talis rei, vt inuasor, nisi habeat iustam causam retinendi, gl. fi. ibi.

Conductor agenti locatori ex locato, vt sibi restituatur, obiicere, & opponere potest exceptionem dominij, quando non constat de locatione, d. gl. fi. in add.

Conductor locatori non potest obiicere exceptionem dominij, quando constat de locatione, & locator agit condictione ex lege ad restituendum, ibid.

Conductor potest obiicere exceptionem dominij proprij locatori agenti ex eo contractu, quia illa exceptio perimit totum ius agentis, non tamen potest obiicere ei de dominio tertij, nisi ille tertius sibi assistat, & agat, d. gl. fi. in add.

Conductor debet instaurare ædificia destructa à se, quæ conduxerat integra, & ad id tenetur etiam eius heres, l. cum conductorem, 29. C. de locato.

Conductor debet restaurare ædificia destructa à se, ita, vt erant tempore conductionis, vel debet præstare, quanti locatoris interest, gl. fi. ibi.

Conductor non potest litem inferre ei, qui post conductionem finitam accessit ad eandem conductionem domini voluntate, l. ne cui, 32. C. eod.

Conductor dicitur habere corporalem detentationem, sed non possessionem, & ideò non potest præscribere. l. 1. C. communia, de vsucap.

Conductor qui rem suam conduxit, non potest opponere exceptionem dominij, & si in eius restitutione vsque ad sententiam sit morosus, priuatur dominio, & applicatur locatori. gl. pe. in l. pen. C. vnde vi.

Conductoris heredes si sciuerint rem conductam, & in ea restituenda fuerint morosi vsque ad sententiam, condemnantur ad rei restitutionem, & eius æstimationem, secus si ignorauerint, gl. fi. in add. ibi.

Conductor, vel emphyteota si rem ab Ecclesia acceptam deteriorem fecerit, vel canonem per biennium non soluerit, potest reiici de re, & damnum & pensionem soluere cogendus est, nulla actione pro meliotatione competente, Ecclesia autem repellere nolente, potest ipsa exigere quod ei debetur, §. si verò quis, in auth. de alienat. & emphyt. col. 9.

Conductores perpetui possident, sed non temporales, quia illi dicuntur habere detentationem. gloss. 1. in l. 4. Cod. de locati. præd. ciuil. & l. 3. in addit. marg. C. eodem.

Conductores fundorum domus Augustalis, & alij homines dictæ domus, cùm agere volunt, vel excipere, vel experiri, debent ordinario iure facere hoc, & nulli eorum debent patrocinium præstare, aut executionis ministerium, & contrà facientibus pœna imponitur, l. 1. Cod. de conductor, & procurator. libro 10.

Conductor omnia secundùm legem conductionis facere debet, & si quod in lege prætermissum fuerit, id ex bono, & æquo præstare debet, putà vsuras, post moram, idem econtrà conductor agit, vt domus, & ostia sibi reparentur, §. conductor, Instit. de locatio. & conduct.

cum con

Conductor habens ius in re, vt quia ſit emphyteota priuati, non poteſt expelli intra triennium, ex quo ceſſauit ſoluére penſionem, ſed ſi habeat ius in re, vt quia ſit emphyteota Eccléſiæ, expectatur biennium, à tempore quo ceſſauit ſoluere, ibid.

Reliqua verbo, Colonus, 14. 15. Penſio, Locator, 5. Sterilitas,

12 CONDVCTOR agit ad intereſſe contra locatorem, ſi ille, qui ab eó conduxit, vti prohibeatur, in quantum ſibi obligatus eſt, deducta mercede primo locatori debita, l. is, qui rem, 6. & ibi gloſſ. 1. locati.

Conductor ſi re conducta vti prohibeatur, agit actione ex conducto ad intereſſe, l. ſi tibi alienam, 7. cum l. ſeq. eod.

Conductor ſi non poteſt vti re conducta poteſt agere contra locatorem vt ſibi frui liceat, liberatur tamen locator præſtando intereſſe, vel æquè commodam habitationem, ſi domum conduxit, l. ſi quis domum, 9. eod.

Conductor ſi deſinit poſſe vti re abſque culpa locatoris, fit ei remiſſio pro rata temporis, quo non eſt fruitus, ſed ſi culpa locatoris interuenit, tenetur locator ad totale intereſſe, d. l. ſi quis, §. hìc ſubiungi, eod.

Conductor quando impeditur in totum, vt non vtatur re locata, totam mercedem iam ſolutam repetere poteſt, l. ſi vno, §. item cùm quidam, eod.

Conductor ſi propter latronum incurſum non potuit vti re, tenetur locator remittere penſionem, vel ſolutam reddere pro rata temporis, quo nõ eſt fruitus, l. ſi fundus, 33. cum l. ſeq. eod.

Conductor ſi frui non poteſt abſque culpa locatoris, fit remiſſio penſionis pro rata temporis, quo non eſt fruitus, vel ſi totam ſoluit, ſibi reſtituitur pro rata illius temporis, ibid.

Reliqua nu. 7. 9. Locato, nu. 5.

13 CONDVCTOR gregis tenetur probare latrones citra ſuam fraudem gregem abegiſſe, ad hoc, vt iudicio locat. non teneatur de caſu, cui pro tempore, quo non poteſt vti, fit remiſſio mercedis non ſolutæ, &, ſi ſoluta ſit, repetitur, † l. ſi quis fundum, §. Imperator, & ibi gloſ. probari, locati.

Conductor domus tenetur locatori ſuo nomine, etiam de culpa eorum, quos induxit, quamuis nihil ſit expreſſum de illis, ſi culpam in inducendis admiſit, quòd tales vel ſeruos vel hoſpites habuerit, l. videamus, 11. eod.

Conductor tenetur locatori ſuo nomine & etiam de culpa ſeruorum, quos induxit, ſi ei culpa in inducendis poſſit adſcribi, ſed ſi culpa non poſſit adſcribi, tenetur tantùm noxaliter nomine ſeruorum, † d. l. videamus, & ibi gloſſ. ſuo nomine, & add. marg.

Conductor ne haberet ignem ſi in locatione eſt expreſſum, ſi habuit, tenebitur de incendio etiam caſu fortuito facto, quia non debuit ignem habere, d. l. videamus, §. ſi colonus. eod.

Conductor domus, ſi veniente exercitu non valens denunciare domino migrauit, non denunciato domino, non tenetur ex locato ad damna, quæ fecerunt milites, ſed ſi potens denunciare migrauit non denunciato domino, tenetur ex locato ad damna à militibus illata, ſi eis potuit reſiſtere, & non reſtitit, l. item quæritur, 13. §. exercitu, eod.

Conductor domus, ſi poteſt tenetur reſiſtere vi, ne in domo damnum fiat à militibus, ſecus ſi non potuit reſiſtere, quia tunc in non reſiſtendo non tenetur, imò merces pro rata ei diminuitur, gl. non denunciauit, in d. §. exercitu.

Conductor propter caſum, vel ſterilitatem non poteſt agere ad intereſſe, ſed tantùm ad exonerationem mercedis, & damnum ſeminis amiſſi ad colonum, vel conductorem pertinet, l. ſi vno, §. vbicunque, eod.

Conductor operarum non liberatur à mercede propter caſum fortuitum contingentem in perſona ſua, niſi locator eaſdem operas alij locet, l. ſed addes, 19. §. fi. eod.

14 Conductor fundi tenetur ad intereſſe locatori, ſi propter eius inimicitias, etiam ſine ſua culpa habitas, vicinus arbores excidit, quia cum haberet inimicitias, debuit cautiùs cuſtodire. l. ſi merces, 25. §. culpæ, & ibi gloſſ. inimicitias, eodem.

Conductor damnum, quod eius culpa paſſus eſt locator, tenetur reſarcire locatori, ibidem.

Conductor ſi conduxit domum faciendam, & deinde parte operis facta, vitio operis ædificium perit, illud perit periculo conductoris, qui iterum debet facere, gl. 1. in l. Marcius, 59. & l. fi. eod.

Conductor ſi conduxit domum faciendam, & deinde operis parte facta naturali vi, veluti terræ motu, vel ſoli vitio concuſſum ſit ædificium, periculum pertinet ad locatorem, niſi culpa conductoris id interceſſerit, d. l. Marcius, & ibi gl. 1. & l. fi. eod.

Conductoris culpa quando caſus occurrit in re locata, merces integra debetur, l. pe. §. fi. eod.

Conductor poteſt expelli à re conducta, ſi rem deteriorem facit, gl. 2. in auth. qui rem, C. de ſacroſanctis Eccleſ.

Conductor locatori & econtrà tenetur de dolo, & cuſtodia, non verò de caſu fortuito, l. in iudicio, 28. C. de locato.

in Conductore poteſt contingere culpa circa cuſtodiam; in locatore verò poteſt contingere culpa, vt quia rem alienam locauerat, vel vitioſam, de qua culpa vterque tenetur, gl. 2. ibid.

Conductori tenetur locator ad totale intereſſe, quando caſus fortuitus contigit in re locata locatoris culpa, gl. fin. d. l. in iudicio, 28. C. de locato.

Conductores equorum ad perferendas ſarcinulas, aliáque ejus generis, ſi onera præter modum, & quàm ſint aſſueti equi, grauiora impoſuerint, ex quibus equi deteriores, ac inutiliores effecti ſunt, tenentur de omni damno ac deterioratione equorum, l. 1. in additione marg. C. ne quid oneri publico impon. lib. 10.

Conductor non tenetur de caſu fortuito, §. qui pro vſu, Inſtit. de locatione, & conduction.

Reliqua verbo, Horreum, Caſus, 3. vſque ad 7. Locator, nu. 3. 4.

15 CONDVCTOR vectigalium dicitur publicanus, qui pro certa mercede ſingulis annis, vt ipſe minuatim colligat, vectigalia conduxit, gloſſ. 2. in l. ſi cùm Hermes, C. de locato.

Conductor vectigalium dato fideiuſſore ſi conduxerit ad quinquennium, quo finito, ſi idem in conductione detineatur, vt idoneus, non conſentiente fideiuſſore, fideiuſſor de poſterioris temporis periculo non adſtringitur, d. l. cùm Hermes.

Conductor vectigalium etiam inuitus finito tempore conductionis poteſt retineri, quando ita commodè vectigalia alij locari non poſſunt, † gl. 3. in d. l. cum Hermes.

Conductor vectigalium non poteſt retineri finito tempore conductionis, ſi æquè commodè alij locari poſſunt vectigalia, ibi.

Conductor vectigalium, qui maximos fructus perceperat, ita quòd rem forte debilitauerat, & propterea poteſt rem conducere, alias autem non cogitur, † ib.

Conductor vectigalium non excuſatur à tutela, conductor verò prædiorum ad fiſcum pertinentium excuſatur, gl. 1. in l. coloni, 8. de excuſat. tutorum, & gl. non obſtringuntur, in l. ſemper, §. conductores, de iure immunit.

Conductores principales legitimi vectigalium habent immunitatem ab honoribus, & muneribus, ſed non conductorum, l. 1. C. quibus muneribus excuſentur hi, qui, lib. 10.

Conductores dominici cogi poſſunt à præſide prouinciæ, & aliis officialibus eius, vt ſoluant penſionem, qui etiam poſſunt impartiri fauorem curialibus Cæſaris, volentibus huiuſmodi exactionem facere conductoribus, l. 1. & ibi gl. fin. C. de collatio. feudo. fiſcali libro 11.

Conductores, ac coloni poſſeſſionum principis habent immunitatem ab extraordinariis muneribus, & ſuperindictis; l. 1. C. de priuat. [illegible] dom. Aug. lib. 11.

in Conductoris bonis intelligitur eſſe ager vectigalis, & pertinet tenetur [illegible] decimas, ac primicias, gloſſ. ſuorum, & add. marg. in c. 1. per quos [illegible] inueſtitura.

Conductor tributorum, vel gabellarum alicuius contratæ poteſt vendere poſſeſſiones propter tributa non ſoluta, l. creditor, 52. [illegible] de actio. [illegible]

Conductores etiam vectigalium fiſci non coguntur ſubire munera municipalia, l. ſemper, §. conductores, de iure immunitat.

Conductor ſi conduxit fundum vectigalem ea lege, vt ad eius heredes pertineret, poterit legare ius ſuum, & tunc legatarius habet vicem heredis, l. in conuentionibus, 219. & ibi gl. fi. de verb ſig.

Conductor expelli non debet à conductione, donec ſoluerit vectigal, l. 1. C. de adminiſtratione rerum publ. lib. 11.

Conductor prædij fiſcalis nihil debet exinde exponere, vel transferre, gl. 2. in rub. C. de locatione prædiorum ciuil. lib. 11.

Reliqua verbo, Publicanus, Tutor, 152. Vectigal, 3.

CONDVCTORVM quilibet diuiſa conductione, & in ſingulis pro partibus facta, ſolùm tenetur pro parte, nec poteſt conueniri pro parte aliena, l. ſi diuiſa, 13. C. de locato.

Conductores plures ſi inſolidum locatori ſint obligati, eidem locatori competit ius conueniendi, quem velit, licet conductores inter ſe pro parte diuiſerint conductionem, ibid.

Conductores plures ſi inſolidum ſint obligati, & vnus eorum ſoluerit locatori, poterit petere vt ſibi cedantur actiones aduerſus alios conductores pro quibus, ſoluit, ibid.

Conductores plures ſi egerunt expreſsè vel tacitè tempore conductionis, vt quilibet teneretur pro parte ſua tantùm; non poteſt vnus eorum inſolidum conueniri pro alienis partibus, ſi tamen velit inſolidum ſoluere, petet ſibi cedi actiones contra alios, gl. 1. & 2. ibid.

Conductores plures etiam ſi inſolidum ſint obligati locatori, hodiè non competit locatori ius conueniendi, quem velit, cum quemlibet eorum pro parte tantùm debeat conuenire, ſi omnes ſunt ſoluendo, & præſentes, gl. [illegible]

Conductores plures etiamſi inſolidum ſint obligati, habent tamen nihilominus beneficium diuiſionis ex epiſtola Diui Adriani, ibid.

Conductores, qui inſolidum obligati ſunt, videntur inuicem fideiubere, gl. fi. ib.

Vide verbo, [illegible], 18. vſque ad 23.

CONDVCTORIS heres tenetur ex conductione defuncti, l. viam veritatis, 14. C. de locato.

Conductoris heres non tenetur ex locatione vſusfructus, ſecus verò proprietatis, gl. 1. & ibi additio, ibid.

Conductores, vel eorum heredes, poſt tempora locationis impletæ, inuiti, non ſunt retinendi, vel non coguntur reconducere, [illegible], 11. C. eod.

Conductores in perpetuum, vel eorum heredes etiam inuiti poſſunt retineri, gl. 1. ibidem.

Conductores ſeu heredes eorum rem conductam non reſtituentes ante condemnatoriam ſententiam, [illegible] tenentur [illegible] ad eius æſtimationem, ad ſimilitudinem inuaſorum alienæ poſſeſſionis, l. pen. eod.

Conductore mortuo intra tempus conductionis, heres eius ſuccedit in conductione, §. fin. Inſt. de location. & conductione.

CONFERRE non tenetur frater ſibi quæſita ex cauſa donationis, vel aliunde fratribus, ſi repudiauerit aui ſucceſſionem, l. ex cauſa, 25. C. fam. [illegible]

Conferre non tenetur habens titulum ſingularem, ſi non vult vniuerſaliter ſuccedere, ibid.

Conferre tenetur quis fratribus donationem, quam inofficioſè ſibi fecit auus, gloſ. 1. ibid.

Conferre non tenetur quis fratribus quæſita aliunde, ideſt, ex alia cauſa, quàm ex donatione aui, etiam ſi ei ſuccederet, d. gl. 1. ibid.

Conferre bona à patre donata non tenetur filius emancipatus, ſi ſit inſtitutus à patre vnà cum filiis in potaſtate conſtitutis, niſi teſtator hoc fieri cauerit, l. 1. & ibi gl. 2. C. de collatio.

Conferre bona à patre donata non tenetur filius emancipatus, qui cùm poſſet ex teſtamento ſuccedere patri, per errorem ſucceſſit ab inteſtato, gloſ. pen. ibid.

Conferri debent ſolùm ea bona, quæ reperiuntur penes fratres tempore mortis patris, & non alia, l. ea demùm, 6. C. de collatio.

Conferre non tenentur inter ſe filij emancipati, neque etiam illi, qui nec ſui, nec emancipati ſunt, vt ſunt nepotes ex filia, † gl. fin. in l. ſi emancipati, C. eodem.

Conferre non tenetur emancipatus emancipato, ſed bene emancipatus fratri in poteſtate conſtituto, quando ab inteſtato ſucceditur, d. l. emancipati.

Conferre dotem non tenetur filia, quæ petit illud, quod per fideicommiſſum, vel iure legati eſt relictum in codicillis, vel teſtamento, l. à patre, 10. C. eod.

quid,vt ipſa alienam obligationem in ſe ſuſciperet,aut vt intercederet,ibid.
Confeſſioni mutui poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, non ita in confeſſione procedente ex aliis cauſis, ibid.
Confeſſio iudicialis,vel in iure & ob dolum infamat,ſecus ſi ſit facta ob culpam gl.2.in l.ſi tutor,7.C.de interdict.matrim.
Confeſſio dotis receptæ non valet, ſiue ſit facta poſt matrimonium, ſiue ante, cùm confeſſio facta ante matrimonium trahatur ad tempus matrimonij, quod verum eſt,niſi præſcriptio temporis cucurriſſet, quo caſu valet, neque poteſt obiici exceptio non numeratæ dotis,† gl.vel eius heredib.in l.fi. C.de dote cauta,non nu.
Confeſſioni factæ in libello ſupplicatorio porrecto principi ſtatur,l.2.C.de inſtitut.& ſubſtitut.
Confeſſio de recepto in contractibus non præiudicat ſtatim confitenti, ſed ſaltem 30.dies ſpectentur, vt poſſit opponere exceptionem non numeratæ in vltimis voluntatibus ſtatim præiudicat teſtatori, gl.fi.in l.1.C.de falſa cauſa adiecta.
Confeſſio de recepto inter viuos ſæpe fit ſpe futuræ munerationis, & confitenti non præiudicat confeſſio intra 30.dies,gl. fi.ibid.
6 Confeſſio de recepto ſi ſit facta in teſtamento, teſtator non ſperat futurum numerationem.ſed ob præcedens meritum facit,& ideò ſtatim præiudicat,ibid.
Confeſſio ſpontanea in ſcripturam redacta liberum non facit ſeruum, & multò minus confeſſio coactè & in tormẽtis facta, l.nec ſi volens,C.de liber.cauſa,
Confeſſionis vim habet aſſertum in libello,& ei ſtatur contra proferentem, & ſi in eodem libello,vel diuerſis contraria dixerit,ſtatur ei,quod eſt in eius præiudicium, non in fauorem, l.cum precum 9.& ibi gl.pe.C.eod.
Confeſſio apud acta non in modum iudicij facta non officit,ſecus ſi fieret ſolemniter in figura iudicij,l.interrogatam,24.& ibi gloſſ.1.C.eod.
Confeſſio coheredis ſuper ſtatu defuncti facta non præiudicat coheredi contrarium aſſerenti,l.Arrianus,27.C.eod.
Confeſſio habet paratam executionem,l.1.C.de confeſſis.
Confeſſio in iure dicitur facta vbicunque ſit iudex,gl.fi.in princ ibi.
Confeſſioni factæ in iudicio datur fides contra ſe,ſed non pro ſe,ibid.
Confeſſio ſuper eo quod natura,vel ius reſpuit,non valet,ibid.
Confeſſioni in cauſa criminali non ſtatur ſtatim,ibid.
7 Confeſſio ſimplex in criminalibus non præiudicat confitẽti,niſi perſeueret,ibid.
Confeſſiones reorum non ſunt habendæ pro exploratis facinorib.ibi.
Confeſſio facta in iudicio ſiue ſponte,ſiue coactè,præiudicat confitenti,ibid.
Cõfeſſio in iure facta præiudicat confitenti,ſi præſente aduerſario ſit facta, ibid.
Confeſſio in iure facta ad hoc vt valeat,requiritur,quòd non ſit res fauorabilis, quæ per confeſſionem remouetur,vt matrimonium d.gloſſ.fi.ad fin.
Confeſſio facta circa id, circa quod non poteſt ſibi præiudicare, non valet,vt ſi quis ſe ſeruum confiteatur,ibid.
Confeſſio facta in fraudem creditorum non valet,ibid.
Confeſſio valet etiam ſine interrogatione,ibid.
Confeſſio debiti cum cauſa ſtatim præiudicat confitenti in mutuo tamen,aut in dote non ſtatim, ſed poſt aliquod tempus, gloſſ.robur, in l.ſcripturas, 11.C. qui potiores,in pign.
Confeſſio de recepto totius debiti per errorem,vel ſpe futuræ numerationis factæ per creditorem non præiudicat,niſi in parte recepta, l.ſi inter,6.& ibi gl. fi.C.de ſolutio.
Confeſſio pecuniæ ſolutæ collata inſtrumento maiorem rei geſtæ probationem continet,quàm chirographi acceptæ pecuniæ redditio,l.pecuniæ.14.C. eod.
8 Condictio debiti ex cauſa præiudicat ſtatim confitenti,fallit in dote,& etiam in mutuo in odium creditoris,vt tantum poſt biennium præiudicat, gl.taciturnitate,in §.1.in authent.de tempore non ſolut.pecun.col.8.
Confeſſio dotis facta conſtante matrimonio videtur facta in fraudem creditorum præſentium,& præteritorum,ſed non in fraudem futurorum, niſi eſſent aliqua indicia,quòd voluiſſet fraudare creditores etiam futuros, † reprobat.gl. pen.& fi.in auth.ſed iam neceſſe,C.de donat ante nupti.Doctores communiter ſecundum Alex.in addit. ad Bart.in l.1.C.de iure fiſci,lib.11.
Confeſſio abſente parte facta ad ſe obligandum, licèt cum cauſa, non valet, niſi vel epiſtolæ,vel nuncij miniſterium interueniat, ex quibus quodammodo effectus probationis quàm obligationis ſumitur,ita tamen vt ante confitentis mortem ſequatur ratihabitio,gl. vanitate,in addit. marg.in l.fin.C.de conueniend.fiſci deb.lib.10.
Confeſſio ſola,vel ſcriptura,in qua quis enũciatiuè aſſerit ſe eſſe alterius adſcriptitium,non præiudicat ei,nec ſtatum mutat,niſi ſit aliis adminiculis approbata,ſcilicet ex illa diutina præſtatione,quam faciunt alij aſcriptitij, aut quia alia cõfeſſio emanauerit de eodem.l.cùm ſcimus,C.de agricol.& cenſit li.10.
Confeſſio in iudicio facta non poteſt corrigi,gloſſ.1. in l.rura, C.de omni agro deſerto,lib.11.
Confeſſio iſta,confiteor te non teneri,dicitur pactum,l.tale pactum,de pactis.
Confeſſio ad liberandum non requirit cauſam,ibid.
Confeſſio liberatoria,veluti,confiteor te non teneri, ſi eſt facta præſente parte, cenſetur interuenire conſenſus duorum ſaltem tacitus, & per conſequens dicitur eſſe pactum,d.l.tale pactum,& ibi gl.1.
Confeſſio ſimplex de poſſidendo nomine alterius, tantum operatur quantum conſtitutum.gloſſ.fi.in l.ſi conuenerit,de pactis.

Reliqua verbo,Creditor,93.Debitor,2.52.vſque ad 56. Dos,16.Minor,35.Inſtrumentum.17.

9 CONFESSIO furti facta extra ius non valet quoad hoc, vt per eius confeſſionem ſit infamis,tranſactio tamen extra ius valet, & infamat,†.gl. 1.in l.4. de his,qui notan.infam.
Confeſſio obligatoria extra ius non præiudicat ſine cauſa, confeſſio tamen liberatoria ſi ſit facta extra ius,& propter præſentiam partis,tunc inducitur tacitus conſenſus,& per conſequens pactum liberatorium,gl.1.in l.tale pactum de pactis,& gloſſ.fi.in auth.rogati,C.de teſtibus.
Confeſſio ad liberandum alium facta extra ius à creditore valet, & præiudicat confitenti,gl.apud iudices,in l.1.de interrogat.actio.
Confeſſio ad obligandum ſe facta cum cauſa extra ius valet, niſi vel in mutuo vſque ad biennium, vel in dote ſecundum tempora à lege ſtatuta,vel in aliis contractibus ſtatim contrà probetur per aliam ſcripturam,ibid.
Confeſsio ad obligandum ſe extra ius facta ſine cauſa non valet,& dicitur indiſcreta, ſed facta coram iudice vel arbitro, etiam ſine cauſa valet, gl.apud iudices,in d.l.1.eod.
Confeſsio facta coram arbitro valet eodem modo,quo facta eſſet coram iudice, d.gl.apud iudices,& ibi add.marg.eod.
Confeſſio extra iudicium licèt non diſponat, ſed ſolùm probet,ſi tamen ſit ſine cauſa, non valet, nec probat,in iudicio tamen facta obligat, l.de ætate, §. qui interrogatus,in additione marg.eod.
Confeſſio facta apud viros honeſtos cum aliis indiciis probationem inducit, l. quæro,58.in add.marg.de ædilitio edicto.
Confeſſio extraiudicialis ſufficit,vt quis futuris beneficiis priuetur,ibi.
Confeſſio extra ius non nocet,† gl.grande,in l.1.§.Iulianus,de liber. agnoſ.
Confeſſio extra iudicium & indiſcreta non præiudicat confitenti, gl.fi.in l.1.C. ſi minor ſe maiorem,glo.præiudicare,in l.final.C.arbitrium tutel.
Confeſsio extra ius pro ſe facta, vt alium ſibi debere,& tunc non,valet, glo.religionem, in l.generaliter,C de non numerata pecun.
Confeſſio extraiudicialis creditoris facta contra ſe ad liberandum debitorem poſt 30.dies valet,& ſibi præiudicat,non verò priùs,niſi in quibuſdam caſibus, ibidem,& gl.fin.in l.1.de confeſſis.
Confeſſio extraiudicialis alij facta ſe obligando non valet, ſi certam cauſſam non adiecit,ibid.& gl.fi.in l.1.C. de confeſſ.
Confeſſio extraiudicialis contra ſe facta obligando ſe alicui, cum expreſſione cauſæ numerationis vel mutui, valet, ſed competit confitenti exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium, & niſi creditor probet,cadit à cauſa,poſt biennium autem non auditur,quia biennium pro numeratione eſt,ibid. & d. gl fi.in d.l.1.
Confeſſio extraiudicialis contra ſe facta obligando ſe cum expreſſione alterius cauſſæ,quàm mutui,vt venditionis,vel locationis,valet,ibid.
Confeſſio extraiudicialis non infamat,nec fit præiudicium confitenti,gl.2. in l. ſi tutor,7. C.de interdict.matrim.
Confeſſio facta coram vicinis extra iudicium valet ad liberandum, ſecus ad ſe obligandum, niſi fiat in iudicio,vel fiat extra iudicium cum cauſa, gloſſ.pro facienda,in §.& licet,in auth.de teſtib.col.7.
Confeſſio quæ extra iudicium non præiudicat,facta in iudicio non in figura iudicij,putà coram tabellione,non nocet,ſecus ſi in figura iudicij,gl. confeſſionibus,in l.cùm ſcimus,C.de agricol.& cenſit libro 11.
Confeſſio extraiudicialis eſt ſufficiens cauſa ſeu indicium ad torturam, niſi reuocaſſet eam extra iudicialem confeſſionem,gloſſ.fin.& ibi add.marg.in capite quinto,25.de adulteriis.

Reliqua verbo,Creditor,93.& taſ.nu.12.

CONFESSIO erronea lata culpa facta ante litem conteſtatam poteſt reuocari indiſtinctè,niſi captio actoris emergat,l.de ætate, §.qui iuſſo,& §.fin & ibi gloſſ.fi.de interro.actio.
Confeſſio erronea poſt litem conteſtatam poteſt reuocari ex cauſa iuſti erroris. ſecus ſi fuerit in dolo,ibid.
Confeſſionem ſuam poteſt quis reuocare ex cauſa iuſti erroris, d.l.de ætate, §. ex cauſa.eod.
Confeſsio per errorem facti facta non præiudicat confitenti, ſi probetur contrarium vſque ad ſententiam,l.3.& ibi gloſſ.1. de confeſſis, & gl.fi.in l.1.C.ſi minor ſe maior. & gl.fi in l. fi.in l.1.C.de confeſſis.
Confeſſio per errorem facti facta,probato errore ante ſententiam, eſt ipſo iure nulla, & confeſſus tutus eſt ipſo iure,ſed probato errore poſt ſententiam ipſo iure nõ eſt nulla,nec confeſſus eſt tutus ipſo iure, ſed bene per reſtitutionem, gloſſ.1.ibid.& gloſſ.fi.& ibid add.marg.in l.penult.de confeſsis, & gl.fi.in l.1. C.de confeſsis, & gl.2.in add marg.in l.ſi ille qui,62.C.de decurionib.lib.10.
Confeſſio erronea poſt litis conteſtationem in alieno facto non præiudicat confitenti,cùm probabiliter erret, ſed in facto ſuo præiudicat, quando error facti probabilis non eſt,gl.1.in d.l.2.
Confeſſio erronea extra iudicium facta non præiudicat confitenti probando errorem,& ad id probandum admittitur confitens,cum certet de damno vitando,& aduerſarius de lucro captando,d.gloſſ.1.& ibi add.marg.
Confeſſio iudicialis erronea facta ante litis conteſtationem per errorem iuſtam poteſt reuocari vſque ad ſententiam probando contrarium, ſecus ſi per iniuſtum errorem, d.gl.1.
Confeſſio in iudicio per errorem iuris facta nocet confitenti, veluti confeſſus eſt tutor,pupillum teneri ex contractu inito ſine tutore credens eum teneri, vel confeſſus eſt promiſſor, ſe teneri ex inutili contractu, vt inter abſentes, vel alio modo,d.l.2.& ibi gl.fi.
Confeſſio erronea in contractu, ſiue in promiſſione, licèt non valeat, tamen confeſſio erronea euidenter in delictis valet,niſi errorem alleget,l.ſi adulterium,38.§.idem Pollioni,& ibi add.m.de adulter.
Confeſſio falſa circa proprietatem rei probata veritate non præiudicat confitenti,l.cùm falſa,5.C.de iuris, & facti igno.
Confeſſio falſa per errorem facti probata veritate non præiudicat confitenti, ſi confeſſio falſa fuit facta extra iudicium, ſecus ſi in iudicio, gl. ibid.
Confeſſio extra iudicium falſa ſiue à ſciente, ſiue ab ignorante facta quantum ad dominij tranſlationem, non præiudicat, gl.fi.ibid.
Confeſſio facti erronea tam iudicialis, quam extraiudicialis, poteſt reuocari nondum finito negotio, gl.1.in l.error,7.C.eod.
Confeſſio facti erronea extraiudicialis præſumitur erronea abſque eo, quòd error probetur,ſed ſi eſt facta iudicialiter, præſumitur vera,& non poteſt reuocari,niſi probato errore, ibid.
Confeſſio facti erronea ex certa ſcientia facta cùm conuenitur confitens actione,quæ per inficiationem creſcit,præiudicat confitenti, ibid.
Confeſſio iuris erronea facta à muliere reuocatur per Vellieanum, vel etiam propter errorem facti nondum finito negotio, ibid.
Confeſſio erronea facta à tutore in inuentario, adeò præiudicat, vt non poſſit contrà probari, ibidem.

Confeſſio

tur ratione possessionis,vel quasi,dict.gloss. altiùs.

Reliqua verbo, Actio,157. Negatoria, Seruitus,48.49.

1 CONFESSVS quis coram arbitro se furtum fecisse, non est infamis,cùm nec ipsius sententia infamet,gl.non facit,in l.quid ergo,§.ex compromisso,de his qui notantur infam.

Confessus in iudicio furtum,vel crimen publicum ordine iudiciario conuentus vel accusatus, ipsa confessione est infamis,non tamen habetur pro condemnato,imò danda est sententia,gl.1.in l.ictus fustium, eod.

Confessus falso se occidisse hominem, si eum viuum ostenderit, non tenetur Aquilia,l.inde Neratius,§.fi. ad legem Aquil.

Confessus si sit quis falso se occidisse hominem, ex ista confessione remittitur actori onus probandi cõuentum occidisse, cogitur tamen probare eum occisum esse à quocunque,si confessus probet viuum esse, aliàs satis est,si confessus fuisset occisum esse,& à se.d.§.fi.& ibi gl.confessoriam.

Confessus falso se hominem vulnerasse, & ostendat non vulneratum,non tenetur Aquilia,l.hoc apertiùs,24.eod.

Confessus si sit quis,se occidisse hominem, & ostendat non esse occisum, sed mortuum, non tenetur de mortuo, licèt confessus sit se occidisse, l. proinde, 25. eodem.

in Confessum nullæ sunt iudicis partes, nisi in condemnando, quod est verum in ciuilib.non in criminalib.d.l.proinde,§.fi.eod.& l.certum,§.fi.de confessis, & l.si conuenerit,25.in add.marg. de re iud.

in Confessum tam in ciuili,quàm in criminali causa sententia danda est,gl.fi.ib.

Confesso etiam non denegantur exceptiones legitimæ,l.si filius,§.fin. de interrog.actio.

Confessus se debere seruum,qui erat mortuus,tenetur, si post moram erat mortuus,imò si confessus sit se debere seruum, quem sciebat mortuum esse,etiam ante moram tenetur ad eius æstimationem: si autem ignorabat,non tenetur, † gl.ex causa,& ibi add.marg.in l.duob.reis,§.fi.de iureiurand.

Confessus debitorem suum sibi non teneri,videtur eum liberare ex causa donationis,l.quidam,30. de donatio.

2 Confessus in iure post litis contestationem, suam confessionem infirmare non potest, nisi prætendat facti errorem, & hoc vsque ad sententiam,sed post regulariter, etiam si prætendat facti errorem, non poterit, d. l. quidam, & ibi gl.non posse.

Confessus in iure ante litis contestationem non potest suam confessionem infirmare,etiamsi prætendat facti, vel iuris errorem, gl. non posse.

Confessus ipsa confessione verè dicitur condemnatus,& statim tempora iudicati currunt,gl.aut ex re,in l.debitorib. 31.de re iudicata.

Confessus non condemnatur diffinitiuè, sed tantùm ei præcipitur, quando confessio facta fuit non in forma iudicij, nec fuit lis contestata,nec fuit iuratum de calumnia,aliàs debet condemnari,ac ferri sententia,† gl.reddere,ibid.

Confessio de consuetudine eo casu, quo sententia requiritur, datur decem dierum tempus,nisi personæ qualitas maius tempus desideraret,d.glo.reddere,in additione marg.

Confessus in iure vel coram iudice pro iudicato habetur, l.post rem iudicatam, 56.de re iudic.& l.1.& 3.de confessis.

Confessus se debere ex causa legati certam rem, quæ in rerum natura non erat, condemnatur in eius æstimationem, si sciens id legatum non esse in rerum natura,confessus fuit se debere, d.l.3.& ibi gl.1.de confessis.

Confessus se occidisse seruum,licèt non occiderit, tenetur ex sua confessione, si occisus sit homo, neque ob id liberatur ille, qui occiderat, l.4.& ibi glo.1. & ibi add.marg.eod.

Confessus se debere Stichum ex promissione, & tunc post moram ex interpellatione,vel post litis contestationem post confessionem vel ante,etiam Sticho mortuo,condemnatur in eius æstimationem,l.5.& ibi gl.1.eod.

3 Confessus se debere Stichum quasi à se occisum,cùm ab alio mortiferè vulneratus fuisset, tenetur, licèt post confessionem vita excedat, cùm à die vulneris videatur occisus,& multò magis,si ipse confessus verè vulnerasset, ibid.

Confessus se debere certum quid, tenetur, secus si incertum confiteatur, l.certum, 6. eodem.

Confessus in iure re, & genere certum,veluti Stichum certum, vel decem libras Parisienses,habetur pro iudicato,quoad onus probandi,sed si re & genere incertum sit confessus, veluti corpus, vel factum incertum, & tunc non valet confessio, sed quando confessus est certum genere,sed re vel specie incertum, veluti vnum ex Stichis meis, vel equis,aut fundis, officio iudicis cogitur declarare, captis pignorib. vel multa indicta, & declaratione facta valet confessio,d.l.certum,& ibi gl.corpus,& add. marg.& gl.confiteatur,eod.

Confessus se debere quantitatem, cogitur declarare eam,d.l.certum, eod.

Confessus reus vendicantem esse dominum, tenetur perinde, ac si dominium fundi vendicantis esse pronunciatum esset,sed si per verba præteriti temporis sit confessus, scilicet vendicantem fuisse dominum, non habetur statim pro iudicato, imò adhuc potest quæri, qualiter ab eo recessit dominium, d.l.certum,& ibi glo.confessus.

Confessus in actione ciuili, vel honoraria, vel interdicto exhibitorio,aut restitutorio,vel prohibitorio,habetur pro condemnato,& datur confesso ad restituendum ex his actionib. tempus, quod daretur verè condemnatis, & si non restituatur, æstimatur lis,quanti actor in litem iurauerit, si sit talis actio, in qua iuratur,d.l.certum,§.si alia, & ibi gl.lis æstimabitur.

Confesso in iure ad soluendum datur quadrimestre tempus, quod datur condemnatis, d.l.certum,§.fi.

in Confessum in iure debet formari sententia, quando præcedit libellus, secus quando non præcedente libello,vel litis contestatione sit confessus,quia tunc non fit condemnatio, † gl.fi.ibid.

4 Confessus se debere ex venditione,tenetur actione vtili ex vendito,ibi.

Confessus, & condemnatus si in executione vult aliquid dicere, per quod non venit contra confessionem, vel sententiam de directo, nec illam impugnat, sed modificat, debet audiri, & hoc poterit cognosci ab eo,cui commissa est executio sententiæ, & etiam super hoc pronunciari, l.pen.eod.

Confessus, & condemnatus si in executione expresè contradiceret confessioni, vel sententiæ,& eam impugnaret de falsitate, non auditur mero iure, sed per iustum errorem bene auditur mediante beneficio restitutionis in integrum, quam non potest facere ille, cui commissa est executio sententiæ, sed debet ipsum remittere ad iudicem ordinarium committentem, ibid.

Confessus non debet omninò condemnari eius rei nomine, quæ an in rerum natura sit, incertum est,nisi sciens non esse in rerum natura confessus sit,quo casu tenetur ad eius æstimationem, l.fi.& ibi gl.1.eod.

Confessus crimen incidenter, ex huiusmodi confessione non potest condemnari sine nouo processu,† l.si confessus,in add.marg.de custod.reorum.

Confessus de crimine non habetur pro condemnato, sed confessus in ciuili habetur pro condemnato,d.l.si confessus,& ibi gl.1.

Confessus se occidisse hominem, per hoc non debet puniri prætextu suæ confessionis, nisi constet de corpore occisio, l.illud sciendum, in addit. marg. de appellatio.

Confessus, & condemnatus appellare potest,nisi in quibusdam casibus, quia potest esse,quòd errauerit in facto confitendo, & sic vsque ad sententiam potest corrigere,& ideò potest appellare,vt corrigat, gl appellandi,in l.creditor,26 §.iussus, de appellat.

pro Confesso, vel conuicto licèt habeatur defunctus, hoc tamen non nocet heredi, qui adhuc potest discutere causam,l.eius, qui,29. de iure fisci.

Confessus se non vsurum fori priuilegio propter cingulum militiæ suæ, vel dignitatis,aut sacerdotij prærogatiuam, non potest contra huiusmodi pact. in suum venire, & contrahentes decipere, l. si quis in conscribendo, 29.Cod.de pactis.

Confessus spe futuri patrocinij se recepisse plus, quàm reuerà receperit, potest non recepti liberationem condicere, aut se tueri per doli mali exceptionem l.4.C.de condict.ob caus.

Confessus contra confessionem extraiudicialem potest venire intra 30.dies,nisi fuerit solemnis confessio, idest,coram testibus, gloss.fin.in authent.rogati,C. de testibus.

Confessus ex causa dotis plus recepisse, quàm recepit; id,quod non recepit, potest petere,& speciale est in dote,secus est in aliis,l.4. & ibi glos.1.C.de dotis promissione.

Confessus se recepisse dotem, potest ipse, vel heres eius opponere exceptionem non numeratæ dotis intra annum à die dissoluti matrimonij, l. fin. Cod. de dote cauta.

Confessus se recepisse dotem, si renunciauerit exceptioni non numeratæ dotis, valet confessio,neque contra eam potest obiici,gl.vel eius heredes,ibid.

Confessus in iudicio pro iudicato habetur, locum non habet in repudiatione hereditatis aditæ, sed habet locum, cum quis in iudicio confessus est, se certam quantitatem debere,l.4.& ibi gl.fi.C.de repudian.hered.

Confessus si sit quis se heredem,ob id non fit heres, sed tantùm quoad aduersarium pro herede reputatur, licèt priùs repudiauerit, sed non quantùm ad alios,d.gl.fin.ibi.

Confessus de se non debet torqueri,vt de aliis dicat,l.repeti,de quæst.

Confessus habetur pro quasi condemnato, gl.in rubr.& l.1.C.de confessis.

Confessus in iure cùm pro iudicato habeatur,ideò non potest à confessione propria recedere, d.l.1.eod.

Confessus in iure contra se certum quid, quod ius, & natura non respuit, vel factum,cuius nomine cum alio possit esse actio in causa pecuniaria,pro iudicato habetur, gl. fi. ibi.

Confessus in iudicio incertum quid cogitur certificare, vt si confiteatur heres Stichum, aut Pamphilum relictum, cogitur certificare quem illorum, d. gl. fin. eod.

Confessus si sit quis aliquem esse filium suum, qui maior est,quàm ipse,vel hominem, liberum esse seruum suum, vel filiam habere filios in potestate, non valet talis confessio, quia ius,& natura respuit, d.gl.fi eod.

Confessus si sit quis se occidisse seruum, qui nec vulneratus est, non valet confessio, ibidem.

Confessus in iudicio in causa criminali, ad hoc vt habeatur pro condemnato, debet sequi sententia diffinitiua,aliàs non habetur pro iudicato,ibid.

Confessus ante litis contestationem in ciuili causa non debet condemnari, sed sufficit,vt ei fiat præceptum, secus in confesso post litis contestationem, ibid.

Confessus de proprio crimine non debet interrogari de aliorum conscientia, quandoque tamen potest interrogari propter immanitatem criminum, & eius responsio non erit plena probatio,sed aliqua præsumptio, l.fi.& ibi gl.fi. de interrogatio.

Confesso, & conuicto non creditur de socio, & maximè de ipsum apprehendente,nisi euidenter probauerit, & tunc quia eum apprehendit,non euitabit pœnam delicti, l.4.C.de quæstio.

Confessus, vel conuictus semel in iudicio super suæ personæ, ac status conditione,non potest resilire, glo.2.& ibi addit.marg.in l.si ille,qui, 62. Cod. de decurion. lib.10.

Confessus si sit quis in scriptis se recepisse ex mutuo, statim oritur ciuilis obligatio, sed naturalis post biennium, † gl.obligetur, in principio, Institut. de verbor. oblig.

Confessus in scriptura se debere non ex causa mutui, sed ex alia causa, putà emptionis,vel simili, incontinenti sibi præiudicat,nec potest contrà probari, nisi per aliam scripturam, gl.fi.in §.multùm,eod.

Confessus si sit creditor in scriptis sibi solutum, aduersùs suam confessionem potest venire intra triginta dies opponendo exceptionem non solutæ pecuniæ,nisi in casibus,in quibus incontinenti præiudicatur, vt si confessus sit se in veritate recepisse, quia talia verba faciunt, quòd talis exceptio non possit opponi, item quando verba sunt geminata, vel si confessus sit in mortis articulo,aut in iudicio, d.gl.fi.& ibi add.

Reliqua verbo, Debitor, 52. vsque ad 55. Creditor,93. Occidere.

CONFITERI furtum, vel crimen videtur ille, qui paciscitur, vel transigit super illo,& habetur pro eo, ac si confiteretur crimen in iure, † l.4. & ibi gl. 1.de his, qui notantur infamia, & gl.numerassent, in l.non damnatos, 18.C. ex quib.caus. infam.irrog.

Confiteri furtum in iudicio, vel pacisci super eo extra iudicium, paria sunt, glo. final. ibidem.

Confiteri videtur, qui non facit protestationem, vel denunciationem contrariam, l. 1. §. Iulianus, de liberis agnoscen.

Confiteri non intelligitur liberum esse illum, ex eo quod aliquid recepit quis ab eo tanquàm à libero, si appareat errasse, quia erat suus libertus, l. non idcirco, 9. C. de iur. & facti ignor.

Confitendo positionem si quis respondeat, addat posteà prout in tali instrumento continetur, quòd si in eo instrumento non sic continetur, illa confessio non habetur pro confessata, licèt dixerit confiteor, quia est positio inefficax, l. 2. C. de errore aduocatorum.

Reliqua verbo, Venditor, 1.

CONFITENTI quandoque spontè parcitur, glo. fi. in l. 3. §. fi. de alien. iudicij mutan. & l. edicto, 13. de iure fisci, & gl. pen. in l. non omnis, §. 1. de re milit. & gl. 1. in auth. nouo, C. de pœna iudicis, qui malè.

Confitens falsò se occidisse vel vulnerasse suo nomine, tenetur ex confessione, nec debet esse impunitum delictum eius, qui fecit propter eum, qui falsò confessus est, l. qui seruum, de interrog. act.

Confitens debitum, non videtur litem contestari, sed potiùs videtur litem detestari, & iudicium declinare, l. si domus, 71. §. in pecunia, de legat. 1.

Confitens se debere speciem, si affert causam, cur eam præstare non possit, auditur, vt æstimationem eius officio iudicis præstare possit, ibi.

Confitens se habuisse, & recepisse mille, quæ per stipulationem promittit reddere, licèt sint verba præteriti plusquàm perfecti, tamen intelligitur, quòd acceperit tunc, tempore factæ confessionis, & promissionis, l. si ita stipulatus fuero, 126. §. Chrysogonus, de verbor. oblig.

Confitenti de maleficio non semper est adhibenda fides, quia plerunque quidem metu, aut alia de causa in se confitentur, l. 1. §. si quis vltra, de quæstio.

Confitens se non vsurum fori priuilegio, intelligitur facere pactum de non vtendo fori priuilegio, l. si quis in conscribendo, 29. C. de pact.

Confitens diuersa fauore libertatis, posterior confessio valet, gl. fi. in l. cùm precum, C. de liberali causa.

Confitens se debere si dicat factum pactum de non petendo, nisi probet pactum, condemnatur, nisi præmittat negationem, vt nego me debere, & si apparuerit, dico pactum factum, gl. 1. in l. siquidem, C. de exceptionibus.

Confitens in scriptis se ex mutuo recepisse, quod non recepit, obligatur cum effectu olim post quinquennium, hodiè post biennium, in princ. Institut. de litera. oblig.

Confitens in scriptis se debere, non præiudicat sibi, etiam post biennium, si causa non exprimatur, putà ex mutuo, gl. debere, ibi.

Confitens se debere etiam si stipulatio intercessit, potest nihilominùs opponere exceptionem in factum, si spe futuræ numerationis confessus est, aliàs si iam tanquàm debitum, cùm non esset, scienter confitetur, tunc videtur donare, aliàs si non vult ei donare, sed quia credit se ei debere, non valet stipulatio, quia obiicitur exceptio, ibi.

Reliqua verbo, Debitor, 52. vsque ad 55. Confessus, 5.

CONFINES dicuntur mediati, non immediati, l. quia magis, finium regund.

in Confinibus agri si erretur, si tamen constet de re, valet iudicium, gl. vicinos, in l. forma, de censibus.

Confinia dicuntur prædia rustica, quæ ita sibi proxima sunt, vt nullus paries medius sit, vrbana autem consueuerunt distingui, & terminari parietibus, l. sed & loci, §. fi. finium regund.

Reliqua verbo, Adiacentes, Arbor, 1. 7. Fossa, Lapis, Censualem, Instrumentum, 8.

CONFIRMATIO non trahitur ad id tempus, quo facere vel confirmare non potest, gl. 2. in l. quædam, de iur. codicill.

Confirmatio principis generaliter facta debet referri ad actus validos, non ad inualidos, l. legata inutiliter, 19. de leg. 1.

Confirmatio generalis non trahitur ad illud, quod specialiter est cassatum, gl. fi. in l. si quis priore, 29. ad Trebel.

Confirmatio sequens non operatur, vt de tempore antecedenti maritus possit accusare iure mariti, l. si vxor, 13. §. si quis vxorem, de adulteriis.

ex Confirmatione superioris non confirmatur electio inualida, l. si constat, de appellat.

Confirmatio codicillorum futurorum facta tempore inhabili non impedit libertatem posteà in eis præstari tempore congruo, l. 1. Cod. de testament. manumissione.

Reliqua verbo, Remouendi.

CONFIRMARI aliquid, & aliquid ab aliquo dari non sunt paria, gl. 2. in l. & quia, de iurisd. omn. iud.

Confirmat lex mandatam iurisdictionem, eo ipso quòd non infirmat, ibid.

Confirmari potest id, quod non tenet, glo. 1. in l. si seruus eius, 82. de adquirend. hered.

Confirmari non potest principale ab accessorio, l. quod per manus, de iure codicillorum.

CONFIRMANS id, quod est nullum ipso iure, dicitur dare, sed confirmans id, quod non est nullum ipso iure, sed quod est imperfectum, vt quandò superior confirmat electionem, tunc non videtur dare, sed dicitur imperfectum perficere, gl. 3. in add. marg. in l & quia, de iurisdict. omnium iud.

Confirmans aliquid dicitur dare, gl. fi. in l. lege obuenire, 130. de verbor. sign. & glo. percipientibus, in §. sit igitur, in authent. quibus mod. naturales effic. legit. col. 6.

CONFIRMATVM præcedit confirmans in dispositione, sed non quoad intellectum, & voluntatem, quia ea censetur præcedere, gl. 1. in addit. in princ. Instit. de codicillis.

Confirmatum si non potest confirmari, agitur ex confirmante, non ex confirmato, l. si quis priore, 29. ad Trebell.

Confirmans, aut roborans Papa, vel Imperator vetera indulta, & priuilegia, nihil nouum dare videtur, gl. pen. in l. ex verbis, 14. C. de donatio inter virum.

Reliqua verbo, Pars, 3.

CONFISCATIO, aut publicatio alicuius rei quando fit, non aliter fit quàm cum eadem conditione, & qualitate quam res confiscata habet, l. via, 23. §. si fundus, de seru. rust.

Confiscatio, vel publicatio bonorum nunquam venit, quando quis condemnatur ex crimine non enumerato inter publica crimina, gloss. 2. in l. 2. Cod. qui testam. facer. poss.

Confiscatio bonorum damnati quando fit, officiales debent primò inquirere eorum bona, iugera terræ, quot sunt boues, & quot mancipia, posteà denunciabunt, & tradent procuratori fisci, posteà debent mittere literas ad principem, in quibus hæc omnia contineantur, & si procurator fisci inuenit plura bona, quàm dixerit officialis, punitur officialis in duplum eius, quod subtractum fuerat, l. si quis intra, 7. C. de bonis proscriptorum.

Confiscatio bonorum integro statu remanente non impedit, quem succedere, l. 4. C. de iure fisci. lib. 10.

CONFISCARI non debet salma, quando aliquis vecturalis transiuit cum salmis per vnum territorium, & audito, quòd in illo itinere erant latrones, intrauit aliud territorium, vbi erat soluenda gabella, & non soluit, l. fi. §. si propter, de publicanis.

Confiscari potest nauis propter merces illicitas, quæ vehebantur in ea, l. 3. C. de nautico fœnore.

Confiscatur nauis cum mercibus, quando atramentum, vel ornamentum regale, vel vestes Imperiales vehuntur, gl. 1. ibi.

Confiscantur omnia bona damnati capitaliter, si liberos non habeat, sed si habuerit, vel postumũ reliquerit, debetur eis dimidia, l. fi. C. de bonis proscripto.

Confiscantur bona eius, qui mortem sibi consciuit ob criminis publici conscientiam, secus si ob doloris impatientiam, vel insaniam, l. 1. C. de bonis eorum, qui sibi mortem consciu.

Confiscari aliquis dicitur, quando eius bona confiscantur, l. fin. & ibi gl. 1. C. de conueniend. fisci debitor. lib. 10.

CONFISCATIS bonis alicuius, obligationes transferuntur in fiscum, & procurator Cæsaris est cõpetens iudex, l. si vt proponis, C. de bonis prosciptorũ.

Confiscatis bonis viri, res propriæ vxoris non debent occupari, & dotes illicò debent sibi restitui, & donata ei ante matrimonium, vel eo constante ante commissum delictum debent apud eam permanere, l. si quis post 9. C. eod.

Confiscatis bonis patris non confiscantur donata filiis emancipatis ante delictum commissum à patre, & de donationibus in filios collatis rescribitur principi, d. l. si quis post, §. 1. eod.

Confiscatis bonis pro raciociniis vxor, & filij sibi donata ante actus initium retinent præcipua à fisco non inquietanda, nisi is, qui administrauit, fuerit de Cæsarianis, id est, de primipilariis, d. l. si quis post. §. fin. eod.

Confiscatis bonis patroni iura patronatus libertorum transeunt in fiscum, l. 1. C. de bonis libert.

Confiscatis bonis, ea iura patronatus, quæ in extraneum heredem transeunt, transeunt etiam in fiscum, quæ verò ad extraneum non transeunt, neque ad fiscum, gl fi. ibi.

Reliqua verbo, Annotatio, Bona, 1. 2. 3. 4. 5. Publicatio Delinquens, 9. Minor, 44. Pater, 60. Publicatis, Occidens, 3. Dos, 4. Appellatio, 22. Damnatus.

CONFOEDERATI, *vide verbo, Fœderati, Colligationes.*

CONFVGIENS ad hostes, & rediens torquebitur, & ad bestias, vel ad furcam damnabitur, l. 3. §. is qui, de re milit.

Confugiẽs seruus alicuius armatus ad Ecclesiam, extrahendus est à clericis, quòd si non possunt extrahere, domino debent denunciare, cui conceditur facultas extrahendi etiam manu armata, adeò quòd si seruus in pugna occideretur, non adscribitur delicto domini, l. 3. C. de his, qui ad Eccles. confug.

Confugientes ad Ecclesiam cuiuscunque conditionis sint, non sunt extrahendi præterquàm Constantinopoli, sub pœna capitis, l. præsenti, C. eod.

Confugiens ad Ecclesiam non potest ibi detineri ita, atque constringi, vt ei aliquid victualium rerum, aut vestis, aut requies negetur, ibid.

Confugiens pro debitis ad Ecclesiam, si comparet, potest conueniri à creditore, seruata reuerentia Ecclesiæ, si latitat intra fines Ecclesiæ, œconomus debet eum præsentare, vt possit citari à creditore, ibi.

Confugiens ad Ecclesiam citatus debet respondere per se, vel procuratorem, qui si non respondeat, pro modo debiti proceditur ad primum, & secundum decretum, & ad bonorum inuestigationem secundùm iuris ordinem, d. l. præsenti, §. 1.

Confugientis ad Ecclesiam bona debet iudex inuestigare, & si inueniat ea abscondita intra fines Ecclesiæ, vel inter clericos, sunt proferenda, vt ex eisdem bonis fisco reipub. creditoribus, & aliis iustis petitoribus consulatur, d. l. præsenti, §. sanè.

Confugiens ad Ecclesiam colonus ascriptitius, seruus, familiaris, siue libertus, vel aliqua domestica persona, vel conditioni subdita, pro subtractione rerum, vel bonorum, vel sui ipsius parum punietur, & domino reddetur, priùs præstito iuramento à domino de non offendẽdo eum propter hoc, d. l. præsenti, §. fi.

Confugientis ad Ecclesiam causam propter quam confugerit, œconomus debet inquirere, & iudices instruere, ibi.

Reliqua verbo, Ecclesia, 17. Fugiens, Asylum.

CONFVNDERE dicitur quis, licèt abusiuè qui frumenta miscet, gl. vtraque, in l. idem Pomponius, 5. §. sed si plumbum, de rei ven.

Confundi dicitur materia, sed species dicuntur misceri, §. si duorum, & §. quòd si frumentum, & ibi gl. fi. Inst. de rer. diuis.

Confusio hereditatis perimit actiones petitoris, quando debitor heres existit creditori petenti, l. sicut acceptilatio, 75. de solut.

per Confusionem eximitur persona ab eius obligatione, & etiam eius accessoriæ obligationes eximuntur, secus in correis principaliter obligatis, quia in obligatione remanent, l. Vranius, 72. eo.

Confusa debent distingui, §. quorum, in proœmio Institut.

Reliqua verbo, Commixtio, Inordinatum, Mixtum, Multitudo.

CONGREGATIO cuiuscunque ciuitatis, vel villæ, aut castri fieri permittitur, vnde eis relinqui potest, item congregatio decurionum, gl. aliorum, in l. 1. §. 1. quod cuiusque vniuers. nomine.

Congregatio quælibet pro iustitia conseruanda, vt scholarium fuscorum, vel vniuersitatis

vniuersitatis totius fieri permittitur,& valet,ibi.

Congregatio quæ fit, vt definitioni iustitiæ,iurísque præcepto seruiat,debet valere,item & causa religionis,vnde tale legari potest,ibi.

Congregationes suspectæ debent prohiberi,gl.1.in l.2.C.de summa Trin.

Reliqua verbo,Collegium.

CONIECTVRA, & mens testatoris quandoque inspici debet,gl.2.in l.3.C. de innoff.testam.

Coniecturis locus est in dubiis ex consuetudine testantis,sed non in certis,glos. consuetudinem,in l.pediculis,32.§.argento,de auro,& argento legato.

Coniectura est quando sensus tacitè ex litera elicitur,& non est in litera expressum,gl.4.in l.apud antiquos,21.C.de furt.

CONIVGIVM inter fratrem,& fratris vel sororis filiam dicitur contagium, & nefandissimum scelus, quod rescripto principis impetrari non debet, & si impetretur,non tenet,l.fin.C.si nuptiæ ex rescripto.

Reliqua verbo,Matrimonium,Nuptiæ.

CONIVNCTIO realis inducit ius adcrescendi;l.1.§.1.de vsufru.adcrescen.

Coniunctio legalis in legato proprietatis non inducit ius adcrescendi, secus est in legato vsusfructus,† gl.non proprietati,ibi. & l.Proculo, 20. & ibi. gloss. 1. de leg.2.

Coniunctionis, vel adcrescendi ius non contingit ex testamentis diuersis, l.si sub conditione, 16. quibus mod.vsusfructus.

Coniunctionis ius,quod erat in persona instituti,transit in personam substituti vulgariter & in eius substitutum,l.cùm ex filio,39.§.fi.& ibi gl.fi. de vulgari.

Coniunctio non requirit, quòd ambo extrema sint habilia, imò ex vno extremo inutili causatur ius adcrescendi alteri extremo valido, l.planè,34.§.si duobus, de leg. 1.

Coniunctio verbalis non inducit ius adcrescendi in rebus prorsus diuersis, l.84. §.pen.de leg.1.

Coiunctionis ratione,qui vt ipse non admittitur ad legatum,prohibetur admitti tanquàm alius, l.fi.§.quatuor, de leg.2.

Reliqua verbo, Ius,18.19.Heres,41.42. Legatum,9.35.vsque ad 48.

CONIVNCTIO maris, & fœminæ descendit de iure naturali,in princ. Inst. de iure naturali.

Coniunctio licita maris,& fœminæ à iure ciuili matrimonium appellatur,ibid.

in Coniunctionibus, siue conuentionibus semper non solum quod liceat considerandum,sed etiam quod honestum est,l.semper,197.de regulis iuris.

Coniunctio quandoque pro disiunctione accipitur, vt mihi herediśque meo., te heredémque tuum,l.coniunctionem,29.de verb.sign.

Coniunctio triplici modo potest intelligi,aut cùm sit coniunctio re tantùm,aut re & verbis,aut verbis tantùm,l.triplici,142.eod.

Coniunctio posita inter incompatibilia resoluitur in disiunctiuam, l. si Titio fundus, 10. de vsufructu legato.

Reliqua verbo, Fraternitas, Consanguinitas.

CONIVNCTIOR patre nullus est, & tamen ei non potest solui, tanquam persona coniuncta,l.qui hominem, 34.§.si gener,& ibi add.marg.de solut.

Coniunctus re, & verbis, 1. vsque ad 4.

Coniunctus sanguine, vel coniuncta persona, 5.

1 CONIVNCTI non dicuntur illi, quibus partes diuisæ, vel indiuisæ assignantur,vt pro æquis portionibus,dummodò non sint verbis coniuncti, gl.2. in l. 1. de vsufructu adcrescend.

Coniuncto verbis tantùm, sicut in proprietate adcrescit, ita & multò magis in vsufructu, † ibid.

Coniunctus coniunctione legali præfertur coniuncto tantum quantum ad ius adcrescendi in vsufructu,d.l.1.§.idem ait,de vsufr. adcresc.

Coniunctus re, & verbis coniunctione legali dicuntur duo domini serui vnius, cui relictum est legatum,& ideò eius domini dicuntur coniuncti coniunctione legali, gl.ex sociis, ibi.

Coniunctus re, & verbis præfertur coniuncto re tantum, d.l.1.§.idem est.

Coniuncti quidam dicuntur re tantùm; quidam verbis tantùm; quidam re, & verbis, gl.fi.in d.l.1.§.fi.& l.triplici,142.de verb.sign.

Coniuncti re, & verbis dicuntur ita; Titio & Mæuio Stichum lego: vtrique legatum est insolidum oratione verborum, sed concursu fiunt partes, ibi. & d.l.triplici,142. & ibi gl.veluti, de verb.signif.

Coniuncti re tantùm dicuntur, vt quando Titio primo lego Stichum, deinde eundem Stichum lego Mæuio; isti dicuntur verbis disiuncti, & separati, & tali casu semper videtur legans non habuisse animum adimendi primo, nisi probetur contra,d.gl.fi.in d.l.1.§.fi.

Coniuncti verbis tantùm sunt, vt quando Titio,& Mæuio pro æquis portionibus lego, ibidem.

Coiuncti non sunt, cùm testator dicit,Titio fundi dimidiam, Mæuio alteram dimidiam lego; coniuncti tamen diceremus, quando eandem dimidiam vtrique legasset, ibi.

Coniunctus re, & verbis præfertur cæteris,qui sunt cõiuncti, vel verbis tantùm, vel re tantùm,ibi.& gl.fi.in §.si eadem res,Instit.de legatis.

Coniunctus re, & coniunctus verbis æqualiter ambo admittuntur, neque coniunctus re præfertur coniuncto verbis,† ibi.& glo.fi.in l.si ita quis,66.de hered.instit.& l.Mæuio,42.& ibi gl.1.de leg.1.

Coniuncti per nomen collectiuum sunt magis coniuncti,quàm illi,qui coniunguntur per copulam in eadem oratione, l.Titius,11. & ibi addit. margin. de hered. instit.

2 Coniuncti heredis portio deficiens adcrescit tantùm coniunctis, disiuncti tamen heredis portio deficiens omnibus tam coniunctis quàm disiunctis,l.heredes, 63. eodem.

Coniunctus re tantùm, & coniunctus verbis tantùm ad portionem vacantem pariter admittuntur, quando constat, testatorem noluisse coniungere verbis tantùm,sed quòd coniunxerit verbis, eò quòd celeriùs se expediret de duabus orationibus, aliàs coniunctus verbis præfertur coniuncto re tantùm in iure adcrescendi, † gl.fi.in l.si ita quis, 66. eod.

Coniunctus præfertur substituto ex præsumpta testatoris voluntate, l. quidam testamento, 30. de vulgari.

Coniuncti dicuntur illi, qui verbis tantùm sunt coniuncti, disiuncti verò, qui sunt coniuncti re, sed non verbis,gl.1.in l.si mihi & tibi,12.de leg.1.

Coniuncto re tantùm,siue re,& verbis, siue verbis tantùm debetur totum legatum, quando coniunctus non est in rerum natura, nec esse speratur, l.si duobus,16.§.fi.& ibi gl. si Titio, eo.

Coniuncti, quando sunt duo in eadem re non distributis expresè partib.dicuntur coniuncti re,& verbis,d.§.fi.& ibi gl.si Titio,& gl.dari.

Coniunctum vitiosum,siue nullum non impedit libertatem,l.si ita fuerit,§.fi.de manumis. testam.

Coniuncti respectu disiunctorum reputantur pro vno,l.planè,34.de leg.1.

inter Coniunctos fiunt partes ab initio, d.l.planè,§.si coniunctim.

Coniunctus in cuius persona quoquomodo legatum consistit,vel speratur consistere, facit partem coniuncto, ibi.

Coniunctus, qui non admittitur ad partem de iuris rigore, sed de æquitate, & humanitate facit partem,idest,facit,quòd alter coniunctus non habeat vltra partem sibi relictam, ibi.

Coniunctus re,& verbis simul præfertur coniuncto verbis tantùm, vel re tantùm,in portione collegatarij deficientis,l.re coniuncti, 89.& ibi gl.cæteri,& glo.quòd si, de leg.3.

Coniunctus re tantùm non præfertur cõiuncto verbis tantùm in parte deficientis collegatarij †,d.l.re coniuncti,& ibi gl.quòd si re tantum.

Coniunctus verbis tantum præfertur coniuncto re tantùm in parte deficientis collegatarij,† ibi.

Coniuncti re tantùm dicuntur cum duobus separatim, & in diuersis orationibus eadem res, & species legatur simpliciter, veluti lego Titio fundum,lego Mæuio eundem fundum,d.l.re coniuncti,& ibi gloss.1.

Coniuncti re tantùm faciunt sibi partes per concursum, d.glo.1.& gl.fi.in l.triplici,142.de verb.sign.

Coniuncti verbis tantùm faciunt sibi partes ab initio, & non per concursum †, d.l.re coniuncti,& ibi gl.habent,& gl.1.in l.coniunctim, 80.de leg.3.& d.gl. fi.in d.l.triplici,de verb.sign.

Coniuncti verbis tantùm dicuntur, quando distributio partium in eadem oratione,& in eadem re ponitur, veluti Titio, & Mæuio fundum æquis partibus lego,ibidem.

Coniuncti heredes, vel legatarij faciunt sibi partes per concursum, siue re tantum,siue re,& verbis sint coniuncti,l.coniunctim,80.& ibi gl.1.de leg.3.

Coniuncti plures admittuntur in viriles portiones, si res prohibetur alienari extra familiam,l.Lucius,88.§.Lucius,& ibi glos.ad viriles,de legatis 2.

Coniuncti plures ad vnam portionem vocantur cum alio disiuncto, l.Sempronius,26.§.fi.de vsufructu legato.

Coniunctis re adcrescit portio sine onere,l.si separatim,30.de condit.& demõst.

Coniuncto plus subuenitur, quàm non coniuncto, l.fin.& ibi gloss. final. de publicis iudiciis.

Coniuncti re, & verbis insolidum venientes faciunt sibi partes concursu,glo.fi. in l.triplici,142.de verb.sign.

Coniuncti re loco vnius habentur, quando legatum fundum duobus coniunctim testator alij legat,l.si legata,& ibi gl.1.C.de leg.

Coniuncti verbis dicuntur illi, qui propter vnitatem sermonis, quasi in vnum corpus redacti sunt, disiuncti verò qui ab ipso testatoris sermone apertissimè discreti sunt,l.vnica §.his ita,C.de caducis.

Coniuncti verbis dicuntur, qui in vna, & eadem oratione ponuntur, disiuncti verò verbis, qui in diuersis orationibus ponuntur,ibi.

Coniuncti nominatim loco vnius sunt,gl.pro virili,in d.l.1.§.vbi autem.

Coniuncti verbis tentùm quando sunt plures, tunc est locus iuri adcrescendi cum onere,sed si plures sint re tantùm coniuncti,tunc est locus iuri non decrescendi sine onere,d.§.vbi autem.

Coniuncti vno modo tantùm simul admittuntur, scilicet re tantùm, coniuncti verbis tantùm coniunctis re tantùm, & disiunctis re, & verbis præferuntur, gl.fi.in l. si eadem,Inst.de legatis.

Coniuncta quandoque pro disiunctis accipiuntur,vt hereditas agnatorum gentiliumque, coniunctioque pro separatione accipitur, l.sæpe,52.de verb.sign.

Coniuctum quandoque diuitur, gl.vtrinque, in l.sed Celsus,§.1.de contrahenda emptione.

Reliqua verbo,Legatum,45.vsque ad 48.Legatarius 20.Copula, Æquum, Coniunctim,Legans,4.

CONIVNCTVS, vel consanguineus existens in ciuitate non præsumitur scire factum breui tempore ab alio coniuncto existente in villa, vel ruri, l.Titis,25.§.Lucius,de liberis,& postumis.

Coniunctus pro coniuncto non admittitur sine mandato ad agendum in casibus in quibus requiritur speciale mandatum, glo.non cogitur,in l.exigendi, 12.C. de procuratoribus.

Coniunctus admittitur pro coniuncto ad agendum sine mandato,d.l.exigendi, & gl.pen.in l.tutori,C.de negot.gest.

Coniunctus præsumitur scire ætatem coniuncti sui,l.de tutela, C. de in integrum restitutione minor.

Coniunctus pro coniuncto admittitur in testem, quasi in re sua fauore testamenti,& vltimæ voluntatis,gl.damus,in §.legatariis,Institut.de testament.

Coniũctæ personæ,quę dicantur,relinquitur arbitrio iudicis,gl.fi.in l.cùm alienam,10.C.de legatis.

Coniuncta persona,& extraneus vbi deputantur ad aliquid faciendum,si discordant,præfertur opinio coniunctæ;l.Imperator,& ibi gloss.priùs de pactis.

Coniuncta persona quando sine mandato agit pro coniuncta persona, tenetur etiam in causa reconuentionis,defendere,l.sed & hæ,& l.Pomponius,§.fin.de procuratoribus.

Coniunctæ personæ,quæ possunt agere sine mandato,sunt liberi,licèt sint in potestate parentis,vsque in infinitum, fratres,& affines,d.l.sed & hæ,& ibi gl.3.

Coniunctæ parsonæ contra mandatum non possunt agere, neque admittuntur etiam si offerant cautionem; nisi pro libertate, vel pro defensione damnati, glo.sine mandato,ibi,& l.Pomponius,§.fi.& ibi glo.fin.eod.

Coniunctæ personæ vt admittantur sine mandato, debent cauere non solùm de

defendendo

Consensus vi pacti, vel repudiationis non præiudicat consentienti quoad successionem, ibid.

Consensus filij præteriti facit valere, quod aliàs ipso iure esset nullum, ibid.

Consensus tacitus quandoque plus operatur, quàm expressus, gl.1.in l.si sine voluntate, C.ad Velleian.

Consensum nullum præstat errans, vel ignorans, l.ad probationem, 23.& ibi gl. 3.C.de locato.

Consensus erroneus non nocet consentienti, glo. fin.in l.1. Cod.de collusione detegend.

Consensus duplex quandoque plus operatur, quàm vnicus, gl.consensum, in §.1. in auth.vt immobil.bona antenupt. donat. collat. 5.

Reliqua verbo, Dissensus, Error, 1. Furiosus, 4. Obligatio, 14.15.16. Præsentia, Scientia, 2. Sigillum, Suffragium, Taciturnitas, Iudex, 16. Ratihabitio, 2. Pars, 3.

CONSENTIRE, & non cõtradicere, paria sunt, l.in adoptionibus, de adoptio.

Consentire præsens non intelligitur semper, gl.poterit, in l.Sabinus, 28.communi diuidundo.

Consentire videtur sciens, si contradicendo potuit impedire, & non contradixit, glo.fi.& ibi addit.in l.in sponsalib.7.de sponsalibus, gl. datur, in l.pen.C. de adoptio.

Consentire videtur, qui præsenti non contradixit, glo.1. in l.si filiusfamilias, de tutelis, & l.4.in fi.C. de arbitris, & gloss. regressum, in c.1.§. prætereà, quibus modis feudum amittatur.

Consentire potest alij in eo, quod ipse per se facere non potest, gloss.1. in l.1.de manumiss. vindicta.

Consentire iudicanti, vel consentire iudicato, paria sunt, glo.1.in l.tunc autem, 37. de re iudicata.

Consentire actui videntur illi, quorum interest, si videntes tacuerunt, gloss.consentientibus, in l.qui autem, §.prætereà, quæ in fraudem creditorum.

Consentire non videntur illi, qui propter magnam verecundiam tacent, quod idem est in eo, qui nutu tacet, l.pen.& ibi addit.marg.de furtis.

Consentire non videntur, qui errant, l.nihil consensui, 116.de regulis iuris.

Consentire videtur ille, qui patitur rem suam obligari, non tamen quando patitur vendi, gl.fin.in l.si sine voluntate, 5.C.ad Velleianum.

Consentire videtur quis venditioni rei suæ ab alio factæ recipiendo partem pretij, ibidem.

Consentire videtur semper filia exactioni dotis, quam pater eius facit soluto matrimonio, nisi filia habeat causam contrahendi, & contradicat, gloss.lis contestata, in l.1.§.& hoc ex rei, C.de rei vxoriæ actione.

Consentire sentẽtiæ videtur, qui nõ appellat, l.hi, qui ad ciuilia, C.de appellatio.

Consentire videtur quis, eo ipso quòd scit, & non contradicit, gl.2 in l.3.C.de ædificiis priuat.

Consentire videtur pater nominationi filiifamil.ad decurionatum, eo ipso, quòd non discentit, l.1.C.de filiisfamil.& quemadmodum, lib.10.

Cõsentire pignori, vel hypotecæ videtur ille, cuius res eo præsẽte ab aliquo pignoratur, vel hypotecatur, gl. sine mea, in l.rem alienã C. de pigner. actione.

Consentiens alij iura sua perdit, & aliena fortificat, §. prætereà & ibi glos. regressum, in cap.1.§.prætereà, quibus mod.feud.amitt.& gloss.filio, in cap.1.§.si quis decesserit, si de feudo defuncti contentio sit.

Consentiens malo, vel non corrigens malum punitur, ac si ipse faceret, gl.fi.in l. si quis ad declinandam, 37.C.de Episc.

Consentiens actui saluo iure nihil sibi præiudicat, & dicitur nugatio, gl.salua, in l.4.§.si in venditione, quib mod pign.

Reliqua verbo, Consensus, Errans, 1.2. Tacens.

CONSEQVENS qui vult, videtur velle & antecedens, l.illud dubitari, 77. de acq.hered.

Reliqua verbo, Antecedens 1 directò, Concedo, Concessum.

CONSEQVENTER, id est, conuenienter interpretatur.gl.1.in auth.& consequenter, C.de sent.& interloc.

AD CONSEQVENTIAM tollendam sufficit dare vnam instantiam, gloss. fin.in l.creditor, 9.de noui operis nunciatio.

PRO CONSERVATIONE mercium suarum potest quis merces alienas in mare proiicere, & nulla actione tenetur ad eas, sed si sine causa proiecit, tenetur actione in factum, si verò dolosè, tenetur de dolo, l.qui seruandarum, 15. de præscriptis verbis.

pro Conseruatione mercium suarum pretiosarum, & non ponderosarum potest quis proiicere merces alienas viles & ponderosas, si tamen potest obiici culpa, vel dolus, vt quia potiùs debuit suas proiicere, quàm alienas, tenebitur ex lege Aquilia, gl.in factum, ibid.

Reliqua verbo, Merces, Commodatarius, Proiiciens, Naufragium.

CONSIGNATIO non cadit in equis, & aliis animalibus, sed rectè cadit oblatio, gl.fi.in l.si mora, 10.solu.matrim.

Reliqua verbo, Oblatio, depositio, Debitor, 28.

1 CONSILIVM plurium circa vnum & idem, vnum censetur consilium, l.si familia.de iurisd.omn.iud.

de Consilio matris tutelam administrandam si paterfamil. commiserit alicui, ille non tenetur sequi consilium matris, si ipsa tutrix esse non potuit, secus si potuit esse, gloss.imputabit, in l.1.§.si plures, de exercitoria act.

Consilio alicuius vt fiat aliquid, si caueatur, non expectatur consilium eius, si actus ille est talis naturæ, quòd expectatio consilij odiosa, simulque perniciosa, aut periculosa sit, si verò sit talis, quòd expectatio sit vtilis, & fructuosa, tunc consilij expectatio necessaria est, gl.seruari, in add.marg.in l.sed & si, §.conditio, de institor. actione.

in Consiliis primò debet proponi, deinde consulitur, posteà fit reformatio, l.2. vers.quid Marcus, ad Velleian.

Consilium neminem obligat, gloss.quia rem, in l.1.§.idem Pomponius, depositi.

ex Consilio nemo obligatur, etiam si non expediat ei, cui datur, nisi fuerit fraudulentum, l.2.& ibi glo.pen.mandati.

Consilium postquàm susceptum est, liberum est vnicuique apud se explorare, an sibi expediat, d.l.2.& fi.

in Consiliis, & disputationibus dicendum est sine præiudicio meliùs sentientis, l.Claudius, qui potiores in pignore.

Cum consilio alicuius facere aliquid si sit iussus, si iste sit particeps officij, t[...] tur illum requirere, & sequi, aliàs non tenetur de necessitate, sed tantù[...] vrbanitate, l.Titium, 47.& ibi glos.dedisset, de administrat.tutorum.

cum Consilio alicuius quod debeat fieri aliquid, si ab homine habente ad i[...] testatem adiiciatur, valet adiectio, & est sequenda; sed hæc adiectio, quò[...] consilio alicuius, nihil operatur in tutorib.quia licèt sint nominati à te[...] re officium tamen datum à lege non potest eis testator infringere, ibi.

cum Consilio alicuius quod aliquid debet quis facere ex legis dispositione [...] bet illum requirere, & sequi, l.impuberibus, de suspect.tutoribus.

Consilium legis est, tutiorem partem eligere, gl.tutius, in l.si pupillorum, §.[...] rebus eorum, qui sub tutela.

Consilio prudentum faciens testamentum suum iudicatur prudens, l.cùm e[...] lio, 39.de vulgari.

propter Consilium prudentum, vt excusetur quis, non sufficit vnius iurispe[...] sed debet habere consilium à pluribus, ibi.

Consilij non fraudulenti nulla obligatio est, sed si dolus, vel calliditas inte[...] sit in eo, actio de dolo competit, l.consilij, 47. de reg.iur.

Consilium regium quod ordinauerit, id ad beatitudinem imperij, & ad ip[...] gloriam redundare princeps bene cognoscit, l.humanum, 8.C.de legibus.[...]

Consilium suum in alterius iniuriam nemo debet mutare, gloss. debebit, in [...] C.de satisdando, & gloss.rursus, in §.fi.in authent.quibus mod.naturales e[...] legit. col. 6.

Consilium fraudulentum præstans tenetur, gloss.2. in additio.in l.1.C. de se[...] fugitiu.& gl.consilio, in §.in fraudem, Instit. quibus ex causis manumit.

Consilium nonnunquàm debet sumi ab vxore, gl.reuerendissimam, in §.hæc [...] tem, in auth.vt iudices sine quoquo suffrag. col.1.

Consilium in melius mutare sapientis est, §.1.& ibi gl.erubescimus, in auth[...] nuptiis, col.4.

Consilij moderatione quidquid perficitur, non consueuit plenitudinis rub[...] perfundi, sed perpetua firmitate durare, gl.plenissimè, in auth. de app.& in[...] quæ temp.in princ.col.4.

Consilium quandoque ponitur pro loco, vbi habetur consilium, idest, delibe[...] tio super aliqua re, gloss. apud consilium, in §.eadem lege, Instit. quibus [...] caus. manumitt.

Consilium patris, & sic masculi firmum, & bonum, & manens est; sed matris, [...] sic fœminæ, est debile, gloss.probata, & ibi addit. in principio, Institut. de [...] tisdat. tutorum.

Consilium regulariter non facit quem teneri, fallit quando consilium necess[...] taret, vt in officiali, item quando consilium est fraudulentum, & dolosu[...] etiam si dolus sit causa impulsiua, item quando consilium est in delictis, [...] aliàs non erat facturus omninò puniretur, licèt mitiùs, glo.ex consilio, & i[...] additio, in §.tua tantùm, Instit. de mandato.

Consilium tendens ad perniciem alterius punitur, §. sed & si credat, Institut. [...] obligat. quæ ex delicto.

Consilium quandoque dicitur dari solo facto, quandoque dicitur consiliu[...] hominis intentio, vel propositum, quandoque dicitur consilium, quod al[...] datur bonum, vel malum, quandoque dicitur consilium, quod capitur à mu[...] tis, gl.supponit, in §. interdum quoque, eod.

de Consilio tenetur quis, ex quo consilium cadit in delictum, §. in duplum [...] Instit. de actio.

Consilium dans, vel persuadens tenetur de delicto facto, ac persuaso, sicut ip[...] faciens, si is, qui consulitur non erat aliàs facturus, sed si erat aliàs facturu[...] tunc consulens & persuadens non tenetur de delicto facto, ac persuaso, intel[...] lige, sicut ipse faciens, mitiori tamen pœna arbitrio iudicis potest puniri, glo.non tenetur, in §.interdum quoque, Inst.de obligat. quæ ex delicto, & e[...] communis secundum Dec.in cap.1.nu.9.de off.deleg.

Consilio, & ope eius furtum admitti dicitur, qui scalas fortè fenestris supponit[...] aut ipsas fenestras, aut ostium effregit, vt alius furtum faceret, item qui fer[...] ramenta ad effringendum, aut scalas, vt fenestris supponerentur, accommo[...] dauit, sciens cuius rei gratia commodauerit, d. §. interdum quoque.

Consilium, vel opem præstans furto tenetur actione furti, verum est in furto [...] proprio, & regulari, secus verò in irregulari, gloss.2. in additione, in l.1.C. d[...] seruis fugit.

Consilium præstans furto non tenetur ex solo consilio, nisi aliàs non erat ille [...] facturus furtum, quandoque tamen tenetur quis ex solo consilio secuto furto, licèt ille aliàs furtum erat facturus, vt in consilio dato seruo, glo.condici, in l.sæpe, 50.de verb.sign.

Consilium præstans seruo vt fugeret, non facit furtum magis, quàm si ei persuaserit, vt se præcipitaret, aut manus sibi inferret, l.qui seruo, 36.de furtis.

Consilium præstans non tenetur furti, nisi furtum sit factum, & secutum, † glo. non admittunt, & ibi add. marg.ibi.

Consilium, vel opem præbens vt res alienæ furentur, tenetur furti, si dolo malo præbuit, secus si sine dolo malo præbuit, quo casu non tenebitur furti, sed actione in factum, l.in furti actione, 51.§.ope, & ibi gloss.posse, de furtis, & l. proinde, & ibi gl.fi.de condict.furti.

Consilium vt res furentur dare videtur, qui persuadet, & impellit, atque instruit consilio ad furtum faciendum, d.§.ope.

ob Consilium solum tunc tenetur quis furti, cùm non aliàs erat facturus furtum is, cui consilium datum est, gl.vel consilium, in l.si quis vxori, 53.§. neque verbo, eodem.

Consilium præstans in maleficiis ei, qui aliàs non erat facturus, non tenetur ei, cui præstitit consilium, tenetur tamen nomine maleficij ei, in cuius læsionem consilium præstitit, secus si aliàs erat facturus, † gl.pen.in l.2.manda.

Consilium, aut opem præstans, vt furtum fieret, non tenetur condictione furtiua, sed bene condictione, idest, actione personali, putà certi condictione, l. proinde, & ibi gl.fi.de condict. furtiua.

Reliqua verbo, Auxilium, Opem, Conuentio, 2. Mutari, Persuadere, Causa, 7.13.

CONSILIARII dicuntur Senatores, quia eorum consilio vtitur princeps, gl.1.in l.& qui, 22.de tutorib.datis.

N Constituens

Constituens se pacto nudo, idest, ex proprio consensu, illud debet custodire, l. 1. de constit. pecun.

Constituens filiusfam. se soluturum tenetur, & obligat patrem de peculio, d.l. 1. §. de peculio.

Constituens se soluturum debitum iure ciuili, sed per exceptionem fauorabilem iure prætorio indebitum, non tenetur de constituto, quia debitum non erat iure naturali, nec ciuili cum effectu, l. 3. §. si quis autem, & ibi gl. furib. eod.

Constituens se soluturum debitum iure ciuili, sed indebitum per exceptionem fauorabilem pacti de non petendo, vel non numeratæ pecuniæ ante biennium, vel per exceptionem iuramenti delati, non tenetur de constituto, gl. per exceptionem, ibidem.

Constituens se soluturum debitum ex ea causa, quam subesse credebat, quæ non suberat, non tenetur de constituta, ibid.

Constituens se soluturum debitum, sed indebitum, per exceptionem odiosam, vt Macedoniani, tenetur, nisi ductus iusto errore constituerit filius, ibid.

Constituens scienter indebitum se soluturum, tenetur de constituto iure donationis, vel condictione, ex l. si quis argentum, C. de donatio. † d. glos. per exceptionem, & ibi addi. marg. & glos. penultim. in l. hactenus, C. eod.

Constituens se soluturum debitum, ad quod in diem erat obligatus, tenetur de constituta pecunia, d.l. 3. §. fi. C. de constit. pecun.

Constituens debitor principalis debitum in diem se soluturum citeriori, vel vlteriori die, tenetur de constituta pecunia, l. sed & si, & ibi gl. 1. C. eod.

Constituens quis pro debitore debitum in diem se soluturum ante diem, tenetur de constituta etiam ante diem, nisi constituens ignoraret aliam diem proximiorem, † d. gl. 1. ibi.

Constituens quis pro alio potest in plus se obligare saltem tempore, vel etiam potest in aliud se obligare, quàm sit principalis debitor, d. glos. 1. in additione marg.

Constituens quis pro alio debitum conditionale se soluturum, obligatur, & valet constitutum, sed ante conditionem non potest ab eo peti, ibid.

Constituens se soluturum debitum alio loco, quàm in loco promissionis, tenetur, & valet constitutum, & est arbitraria actio, quia vbique potest peti, l. eum, qui Ephesi, & ibi gl. 1. eod.

Constituens se & Titium soluturum, Titio non consentiente ipse solus constituens tenetur pro rata sed Titius in nihilũ tenetur, in d.l. eum, qui, §. Iulianus.

Constituens se soluturum alij illud, quod tibi debeo, non tenetur illi, nisi ille alius sit pupillus tuus, vel adultus, vel ciuitas, cuius es administrator, vel collegium, cuius es prælatus, sed tu agere potes, si tua interest illi solui, sicut in stipulatione, ibidem.

Constituens mihi se soluturum tenetur mihi, secus si mihi constituerit se soluturum Sempronio, d.l. eum, qui, §. item si mihi.

Constituens actori municipium, vel tutori pupilli, vel curatori furiosi, vel adolescentis se soluturum municipibus, vel pupillo, vel furioso, aut adolescenti tenetur, & contra constituentem datur vtilis actio municipibus, pupillo, furioso, vel adolescenti, d. §. item si mihi.

Constituens mihi aut Titio se soluturum id, quod mihi aut Titio dari à te stipulatus sum, mihi competit actio de constituta, sed si postquàm mihi soli se soluturum constituit, soluerit Titio, nihilominùs tenetur mihi actione de constituta, Titius tamen tenetur soluenti condictione indebiti. l. si verò, cum seq. eodem.

Constituens se soluturum ducenta, cùm centum deberet, in centum tantummodò tenetur actione de constituta, in reliquis non tenetur iure digestorum, etiam si scienter se constituisset, hodiè tamen valet iure donationis, l. hactenus, §. 1. & ibi gl. tenetur, eod.

Constituens se soluturum sortem, & vsuras, quæ non debebantur, tenetur duntaxat ad sortem debitam, non ad vsuras. d. §. 1.

3 Constituens se soluturum decem, & Stichum, cùm tantum decem deberet, in decem duntaxat tenetur, l. sed & si, 12. eod.

Constituens se soluturum decem, cùm viginti deberet, tenebitur de constituta in decem, l. sed & si quis, 13. eod.

Constituens se soluturum de constituta tenetur, siue adiecerit certam quantitatem, siue non adiecerit, sed dixerit se soluturum, quod ille debet, dummodò sit certum quid debeat, l. qui autem, eod.

Constituens se pignus daturum pro se, vel pro alio, tenetur, & valet constitutum, licet pignus debitum non sit, quia accedit debito, & ad cautelam prioris obligationis, d.l. qui autem, §. 1. & ibi gl. irrepserit, eod.

Constituens certam personam fideiussorem pro se, tenetur de constituta, etiam si illa persona nolit fideiubere, nisi aliud sit actum, d. §. 1.

Constituens aliquem fideiussorem pro se, si post moram constituentis ille antequàm fideiuberet, decesserit, tenetur de constituta in id, quod interest, vel aliam æquè idoneam personam fideiubentem præstare, secus si nulla mora constituentis interueniente decesserit, dict. §. 1.

Constituens se soluturum, si appareat non soluisse, neque fecisse factum, quod erat in obligatione, neque per actorem stetisse, quominùs fieret, quod constitutum est, tenetur satisfacere, & contra eum dat prætor iudicium, l. si duo, §. penultim. & ibi gl. constitutum, eod.

Constituens se soluturum, etiam si steterit per rerum naturam, quominùs solueretur, tenetur de constituta secundùm significationem verborum edicti, sed ex interpretatione verborum non tenetur, vt quia in rerum natura desiit esse res constituta, † d. l. si duo, §. fin. & ibi gl. tenet, & gl. fin.

Constituens se soluturum tenetur de interitu rei constituæ post tempus constituti, sed si post illud tempus obtulerit creditori, nec ille voluit accipere, nec habuit vllam iustam causam non accipiendi, periculum illius pertinet ad creditorem, d.l. si duo, §. fi. cum l. seq. de constit. pecun.

4 Constituens se soluturum intra certum tempus illud, ad quod actione temporali erat obligatus, tenetur de constituta, etiam si post illud tempus in constituto appositum prior actio temporalis sit præscripta, l. item illa, §. 1. eod.

Constituens ante tempus redhibitoriæ lapsum se soluturum post tempus tenetur de constituta etiam post redhibitoriam præscriptam, d. §. 1. & ibi glos. constituerit.

Constituens pater, vel dominus se soluturum, quod fuit in peculio filij, vel serui tenetur de peculio, licèt illud sit diminutum, vel peremptum, quia se obligarunt de constituto ex ea causa, l. id, quod, §. fin. eodem.

Constituens pater, vel dominus se soluturum, quod fuerit in peculio filij, vel serui, si conueniatur de peculio ab aliis creditoribus, non potest detrahere debitum, quod constituerat se soluturum; cauetur tamen ei, cùm nondum soluerit ei, cui constituit, gl. 1. in l. nec enim, de constit. pecun.

Constituenti sine die se soluturum datur modicum tempus, scilicet decem dierum, intra quos soluere debeat, & illis elapsis, datur in eum actio de constituta, l. promissor, 20. §. 1. eod.

Constituens se soluturum non liberatur dando fideiussorem, vel pignora, secus si constituerit se satisdaturum, vel satisfacturum, d.l. promissor, §. fin.

Constituens se soluturum vnam ex duabus rebus alternatiuè debitis, alteram quàm non constituit, soluendo, non liberatur, l. illud aut illud, 25. eod.

Constituens se soluturum debitum non vsurarium cum vsuris tenetur ad sortem tantùm, sed non ad vsuras, nisi prius esset debitum vsurarium, † gl. 2. in l. quidam, 26. eod.

Constituens se soluturum pro aliquo tenetur de constituta, & nihilominùs ille, pro quo est constitutum, adhuc remanet obligatus, l. vbi quis, 28. eod.

Constituens alternatiuè duobus se soluturum Titio aut tibi, id, quod tibi soli debebat, si soluerit Titio, nihilominùs priore actione tibi manet obligatus, tamen per exceptionem adiuuatur, quia tua voluntate Titio soluit, l. pen. & ibi gl. 2. & fi. eod.

Constituens se soluturum id, quod alius debet, tanquàm ipse deberet, non tenetur ipso iure, secus si tanquàm alienum, l. fi. eod.

Constituens se soluturum aliquid tanquàm debitum à se, si sit debitum alterius, non suum, non tenetur, secus si constituit se soluturum illud tanquàm debitum alienum, d. l. fin. & ibi gl. fin. de constitut. pecunia.

Constituens se soluturum pro alieno debito obligat se, & suos successores, l. 1. C. de constit. pecun.

Constituens se nudo pacto sine stipulatione pro debito alieno obligat se, & suos successores, gl. 1. ibi.

Constituens, vel spondens se soluturum pecuniam pro se, vel pro alia persona, dicendo satisfaciam tibi pro Titio, insolidum tenetur pro quantitate, quam promisit, auth. si quando, C. eod.

Constituens, vel spondens si dixit, satisfiet à me, & ab illo, & illo; illis, quos nominauit, non consentientibus, solus pro rata tantùm portione persoluet, ibi.

Constituens si dixerit satisfiet tibi à me, vel ab illo; illo, quem nominauit, non consentiente, solus insolidum tenebitur, ibi.

Constituens, qui tamen post obligationem accipitur ad instar fideiussoris, reo absente primo est conueniendus dilatione sibi data ad repræsentandum, in §. si quis igitur, & ibi gloss. fideiussorem, in auth. de fideiussoribus, col. 1.

Reliqua verbo, Actio, 39. 40. Debitor, 1.

CONSTITVTOR nudo tantùm pacto obligatur, gl. rectissimè, in l. si verò non, 2. §. si post, mandati.

Constitutor accipitur tantùm post obligationem, quia non potest fieri constitutio, nisi pro eo, quod debitum est, ibi.

Constitutor in re aliena potest obligari, non fideiussor, ibi. & 9.

Constitutor citeriori die potest obligari, sed non fideiussor, ibi.

Constitutor potest se obligare in aliam rem, quàm principalem, gl. 1. in l. si ita fideiussorem, 42. de fideiussoribus.

Reliqua verbo, Mandator.

CONSTITVTA pecunia ex nudo pacto sine stipulatione interposita oboritur, add. marg. super rub. de const. pecun.

Constituta pecunia dicitur, quando quis pro se, aut pro alio se soluturum constituit, ad fideiussoris formæ similitudinem, ibi.

de Constituta actione vt cuipiam competat, quatuor desiderantur, nempe quòd debitum subsit, aut naturale tantùm, aut ciuile, aut naturale non elisum exceptione, sed iuribus subnixũ; secundò, quòd constitutio facta sit ab eo quasi obligare possit; tertiò, quòd per nudum pactum fiat, non autem per stipulationem; vltimò, quòd fiat personaliter, idest, verbo personali, scilicet respiciente personam constituentis, non autem impersonali, ibi.

de Constituta tenentur etiam mulieres, quando constituerint pro se, secus si intercesserint pro aliis, l. 1. §. 1. & ibi gloss. mulieres, de const. pecun.

de Constituta actio, & prior obligatio, super qua fuit constitutum, tolluntur solutione, sed prior obligatio non tollitur petitione, vel litis contestatione facta in actione de constituta, l. item illa, §. fi. eod.

de Constituta actio datur, si debitum, quod procedit, sit ciuile, & naturale semel, vel naturale tantùm, vel prætorium, secus si ciuile tantùm, gl. constituerint, in §. de constituta, Inst. de actio.

Reliqua verbo, Actio. 39. 40.

CONSTITVTVM, vt fiat, requiritur, quòd verba concipiantur in personam constituentis, & eius, cui constituitur, l. eum, qui, 5. §. Iulianus, & ibi glo. tenetur, de const. pecun.

Constitutum, vt fiat, requiritur, quòd is, cui constituitur, sit creditor, nam quod ego debeo, tu constituendo teneris, & quod mihi debetur, mihi constitui potest tua voluntate, & mihi debetur; sed inuito te mihi constitui non potest, d. l. eum, qui, §. quod exigimus, & ibi gl. debetur, eod.

Constitutum si fiat, ita; satisfiet tibi à me, aut à Titio, eo non consentiente teneor ego insolidum, sed Titius in nihilum, gl. tenetur, in d.l. eum, qui, §. Iulianus, eodem.

Constituti verba debent referri ad eum, cui fit, non ad alium, nisi ille alius fingeretur idem ratione potestatis, vel successionis, d. gl. tenetur, ibid.

Constitutum, vt valeat, sufficit, quòd id, quod constituitur, sit debitum, etiamsi non appareat persona, quæ debeat, l. hactenus, 11. eod.

in Constituto inutilis adiectio vitiatur, & non vitiat, d.l. hactenus, §. 1. & ibi gl. fin. codem.

Constitutum potest fieri per nuncium constituendo verba in personam domini, veluti

Conſuetudinem faciunt duæ vices, intellige ſi populo placuerit, vel concilio quod eius vicem repræſentat, vt id fiat in futurum, ib.& gl.ſæpe, in §. quia verò in auth.de teſtibus col.7.

Conſuetudo inducitur per duas ſententias, d.gl.in rubr.C.quæ ſit longa conſuet.

Conſuetudo inducitur ex eo, quia perpetuò ſit obtentum ſine contradictione, vt quando clerici vendiderunt ſine decreto Epiſcopi rem Eccleſiæ, ibid.

7 Conſuetudo inducitur ex eo, quia fuit contradictum quandoque, non eſſe conſuetudinem; & reprobata contradictione iudicatum eſt, eſſe conſuetudinem, ibidem.

Conſuetudo loci probata ſeruari debet, nec fieri debet contra eam, l.1.C. quæ ſit longa conſuetudo.

Conſuetudo rationabilis extenditur de caſu expreſſo ad caſum tacitum, in quo eadem ratio militat, ibi.

Conſuetudo ſi ſit, quòd non ſuccedat monachus in feudo, idem eſt in eo, qui aliter eſt debilitatus, gloſ.1.ibi.

Conſuetudo ſi ſit, quòd non ſuccedat in feudo monachus filius vaſſalli, idem eſt & in filio canonico regulari, ibi.

Conſuetudo eſt ius non ſcriptum, quod pendet ex facto, & ideò eſt neceſſe probari, gl.2.ibi.

Conſuetudo ſi ſit alia in foro actoris, alia in foro rei, alia in foro iudicij, in his, quæ ſpectant ad litis ordinationem, ſeruatur illa, quæ eſt in foro iudicij, in his verò, quæ ſpectant ad deciſionem litis, ſeruatur illa, quæ eſt in loco contractus, vel in foro contractus, gloſ.penult.& ibi add.ibi.

Conſuetudinis authoritas magna eſt, tamen non tanta, quòd vincat legem, aut rationem, l.2.C.eod.

Conſuetudo, & vſus pro eodem ponitur, gl. 1.ibi.

8 Conſuetudo generalis, quam princeps ſcit, & tolerat, tollit legem generaliter, † gl.fi.in d.l.2.

Conſuetudo parificatur pacto, † d.gl.fin.

Conſuetudo ſpecialis alicuius loci legem non abrogat, etiamſi ex certa ſcientia ſit inducta, licèt eo loco ſeruetur illa, ibi.

Conſuetudo præſcripta non interrumpitur ex eo, quòd vtamur ſemel vel bis in contrarium, d.gl.fin.ad fi.

Conſuetudo legem immutans perpetuæ legis vicem obtinet, l.fi.C.eod.

Conſuetudo tantùm valet, vbi lex non eſt ſcripta, quantum ipſa lex, vbi eſt ſcripta, gl.1.ibi.

Conſuetudo facit licitum, quod aliàs erat illicitum, gl.percipient, in §.& iudicare, in auth.de defenſoribus ciuit.col.3.

Conſuetudo mala non eſt ſeruanda, §. nulli, & ibi gl.malè, in auth. vt nulli iudicum liceat, col.9.& l.omnes, 33.& ibi gl.1.C.de decurionibus lib.10.& gl.fi. in l.1.C.de curioſis, lib.12.

Conſuetudo maris, quæ legibus non repugnat, ſeruari debet, §.fin.& ibi gl. fin. in auth.de vſuris nauticis, col.9

Conſuetudo facit, vt aliquid poſſit dari, quod aliàs non liceret, gl. non tranſcendentem, in §.ſed neque curialis, in auth.de ſanctiſ. Ep. ſcopis, col.12.

Conſuetudo non valet, nec per conſequens ſtatutum, quod quis cenſeatur nobilis, vel ignobilis ex progenie materna, l.exemplo, 36. & ibi add.marg.Cod. de decurion. lib.10.

Conſuetudo expreſsè a lege reprobata non excuſat, gl.fin.ibid.

9 Conſuetudo ciuitatis inſpicitur in officiorum nominatione, l.neminem, & ibi gl. conſuetudo, C.de ſuſceptoribus lib.10.& gl.fi.in l. viros, C. de diuerſ.officiis, lib.12.

Conſuetudo præcedens ſecundùm iuris ciuilis Doctores non tollitur per legem generalem ſequentem, ſed bene ſecundùm iuris canonici Doctores, l. neminem, in addit.marg.C.de re militari, lib.12.

Conſuetudo auget affectionem parentelæ, l.cùm allegas, & ibi gl. fin. C. de caſtrenſi peculio, lib.12.

Conſuetudo regionum attenditur, l.1.& ibi gl.pe.C.de excoctione, & tranſlatione militar.anno.lib.12.& l.pen.C.de exactoribus lib.10.

Conſuetudo in euictionibus animalium, & in armorum confectione, & tranſlatione, & in profectione legatorum, & in animalium locatorum prebenda, vel penſione, debet ſeruari, l.pe.C.de curſu publ.li. 12.

Conſuetudo multum operatur in iuriſdictione, gl.ſi antiquitùs, in c.1.in principio, de his, qui feudum dare poſſunt.

Conſuetudines prauæ tractu temporis non confirmantur, gl.fi.in c.1.§.fi.de alienatione feudi, in vſibus feudorum, & gl. 1.in c.1.de inueſtitura inter dom. & vaſſal.

Conſuetudo in feudis vincit leges, ſi conſuetudo ſit æqua, ſecus ſi iniqua, quæ ſeruari non debet, c.1.& ibi gl.1.ſi de inueſtitura inter domin.& vaſſal.

in Conſuetudinibus feudalium de ſimilibus ad ſimilia rectè poteſt procedi, vt in legibus ſcriptis, d.gl. 1.ibi.

10 Conſuetudini, & antiquitati ſtandum eſt in paſcuis, pontibus, aquis, molendinis, ac etiam in ipſis aquarum commoditatibus, ſed non eſt ita ſtandum, vt princeps reprobare non poſſit, l.ſicut ab antiquo, in extrauag. de pace Conſtantiæ, §.nos Romanorum.

in Conſuetudine præſcribenda non eſt neceſſe allegare titulum, ibi.

Conſuetudines locales quoad ipſum locum dicuntur ius commune, quando à iure communi confirmantur, gl.in criminalibus, ibi.

Conſuetudines confirmatæ ſub certo modo, & forma non valent, niſi ſub illo modo, & forma, qua princeps tacitè confirmare videtur, eo ipſo quòd ſunt tolerabiles, ibid.

Conſuetudines malæ, tanquàm abortiua ſtatuta, non conualeſcunt tempore, ibid.

Conſuetudines, vel conſtitutiones non valent contra generalia concilia, quæ vt Euangelia ſunt ſeruanda, ibi.

Conſuetudo, vel ſtatutum de præſtandis vſuris, quod eſt contra concilium, non valent, ibid.

Conſuetudines ſunt facti, quia de eis non conſtat ſine probationibus ibid.

Conſuetudo priuilegiat aliquem, ſicut priuilegium principis, nam conſuetudo vice principis fungitur, gl.intus, ibi.

Conſuetudo inducitur ex curſu decem annorum, ad quam inducendam requiritur, quòd infra decem annos ad minus bis ſecundùm eam iudicetur, vel qu[...] libellus propoſitus, vel propoſita querimonia contra talem conſuetudine[...] ſpernatur, gl.diuturni, & ibi add.in §.ex non ſcripto, Inſt.de iure naturali.

Conſuetudo dicitur quaſi communis aſſuetudo, gl.conſenſu, ibi.

Conſuetudo per errorem inducta tollit legem, ſed non trahitur ad ſimilia, † r[...] prob.d.gl. conſenſu, add.ibi.

Conſuetudo tantùm valet, vbi lex ſcripta non eſt, quantùm lex, vbi ſcripta eſt, g[...] initiantur, in d.§.ex non ſcripto.

Conſuetudo habet tres virtutes, ſcilicet imitandi legem, interpretandi leger[...] vbi eſt dubia, & corrigendi, gl.imitantur, in §.ex non ſcripto, Inſt.de iure naturali, & gl.1.in l.fi.C.quæ ſit longa conſuet.

Conſuetudo generalis per totum mundum vincit legem, vbique, ſed conſuetud[...] ſpecialis vincit legem in eo loco, vbi eſt, dummodò poſt legem fuerit induct[...] aliàs vincitur à lege ſuperueniente, ſed in alio loco conſuetudo ſpecialis nc[...] vincit legem, d. gl. imitantur, in additione, & gl.moribus in principio Inſt. [...] officio iudicis.

Reliqua verbo, Longum, Mos, Vſus, Stylus, Lex, 17.

CONSVETA apponi ſunt apponenda in inſtrumentis, & ſi non apponantu[...] vitiantur, gl.autore, in §.1.in authent.vt præponatur nomen Imper.

Conſuetum fieri ſi quis faciat, non eſt in culpa, l.ſi pignore, §.ſi creditor, de p[...] gner.actione.

Reliqua verbo, Arguere, Aſſueta, Solitus.

CONSVL præeſt Senatoribus, gloſſ. fin. in l. ſi in aliam quam de officio pr[...] conſul.

Conſulis officium eſt, præbere conſilium manumittere volentibus, l.1.de offic[...] Conſulis.

Conſules & ſeparatim, & ſinguli præſtare poſſunt authoritatem manumiſſio[...] ſed non poteſt, qui apud alterum nomina, & probationes edidit, apud alt[...] rum manumittere, d.l.1.& ibi gl.2.

Conſul voluntariam iuriſdictionem tantùm habet, olim merum imperium, [...] gl 2.& gl.pe.ibi.

Conſul collega ſi non potuerit ex aliqua cauſa manumittere, putà infirmitat[...] vel alia iuſta cauſa impeditus, collega ipſius manumiſſionem poterit exped[...] re, d.l.1.eod.

Conſules ſeruos ſuos manumittere apud ſe poſſunt, ſed ſi euenerit, quòd Conſ[...] ſit minor viginti annis, apud ſe non poteſt manumittere, ſed bene apud coll[...] gam, ibi.

Conſul minor viginti annis ſi cauſam manumiſſionis apud ſe probauerit, atq[...] approbauerit, & tunc non poteſt manumittere, ſed ſi non apud ſe, ſed apud co[...] legam cauſas probaret, & approbaret, & tunc poteſt, † gl pen.ibi.

Conſules duo exactis regibus in vrbe ſunt conſtituti, qui haberent ſummum iu[...] dicti ab eo, quòd plurimùm reipub. conſulerent, l.2.§.quod ad Magiſtratus, [...] origine iuris.

Conſules in caput ciuis Romani animaduertere ſine iuſſu populi non poterar[...] poterant tamen coërcere, & in vincula publica duci iubere, ibid.

Conſules ex plebe, & ex patribus conſtituebantur, ſed vt aliquo pluris haberen[...] tur patres, duo ex numero patrum conſtituebantur, & ita facti ſunt ædil[...] curules, d.l.2.§.deinde cùm, 26.

Conſules cùm auocarentur bellis finitimis, neque eſſet, qui in ciuitate ius redd[...] ret, factum eſt, vt prætor crearetur, qui vrbanus appellatus eſt, d.l.2.§.cúmq[...] Conſules.

Conſul dicitur, qui habet dignitatem ſimul, & adminiſtrationem, & vir conſul[...] ris dicitur, qui habet tantum dignitatem, ſed non adminiſtrationem, vt fili[...] Conſulis, vel nepos, gl.fin.in l.Labeo, §.fin de arbitr.

Conſules electi in futurum poſſunt cum præſidibus, qui adminiſtrant, facere r[...] formationes, & habent vocem cum eis, antequàm adminiſtrent, l. item v[...] niunt, §.pridiè, & ibi add.marg.de petitio.hered.

Conſules erant quatuor, duo erant conſtituti, & duo in futurum erant deſigna[...] & Calendis Ianuarij Conſulatum ingrediebantur, ſed antè deſignabantur, adminiſtratione autem erant tantùm duo, gl.Conſules, ibid.

Conſules tenentur ſoluere collectam, nec dicuntur immunes ab illis, † repro[...] gl.1.add.marg.in l.honorem, de munerib.

Conſul iuſtitiæ tenetur habere æquum, gl. 1. in l. honor, eod.

Conſul vnus ex pluribus conſulibus poterit agere aliis negligentibus, non o[...] ſtante quòd omnes iurent de calumnia, & vnus agat, gl. 2. in l. 1. C. ſi [...] plurib. tutor. vel curat.

Conſul dicitur, qui conſulit reipub. gl. 1. in auth. de conſulib.

Conſul ſtatim poſt principem ponitur in inſtrumentis, gl. conſularis in l. fi. [...] de decurionib. lib. 10.

Conſul cum creabatur, dabat centum libras auri in opus aquæductus, gl. fin. l. hac lege C. de aquæductu, lib.11.& l. 2.& ibi gl. 3. C. de conſulibus, lib 1[...]

Conſules licèt dicantur clariſſimatus dignitate perfrui, certe tamen illuſtres iu[...] gl. 1. in l. 2. C. de cupreſſis, lib. 11.

Conſules prohibentur ſpargere pecuniam per vrbem, ne cupiditate lucri pop[...] lus eos ſequatur, ſed eorum meritis; hodiè tamen ponitur in eorum volu[...] tate, an velint ſpargere, vel non, præter aurum, quod ſoli principi licet, l. & ibi gl. fi. C. de Conſulibus, lib. 12.& §. quantumcunque, & §. ſparger[...] in auth. de conſulib.

Conſules non poſſunt ingredi Conſulatum, niſi iurauerint, vel iurent fidelit[...] tem, antequàm recipiant Conſulatum, gloſſ Conſules, de pace Conſtanti[...] in §. in cauſis.

Conſules, qui malo ordine intrauerunt Conſulatum prætermiſſo iuramen[...] ſunt extrahendi, & etiam puniendi, gl. vaſſalli, ibi.

Conſules in dubio, ex quo ſunt publicè in poſſeſſione Conſulatus, præſumunt fuiſſe ingreſſi canonicè, ac omnia ſolemniter egiſſe, ib.

Reliqua verbo, Prætor, 1.

CONSVLARIS dicitur ille, cui datur dignitas Conſulis, cui ſi ſuperaddi[...] adminiſtratio, non dicitur addi dignitas, gloſſ. conſularis, in l.fin.Cod.de [...] curio.lib.10.

Conſularis vir dicitur, qui inſignia Conſulum beneficio principis ſequi[...]

Co

in Contractibus nonminus,ideſt,magis attenduntur verba,quàm mens,& quandoque magis mens,quàm verba,l.iuriſgentium, §.pactorum,& ibi gl.non minùs,eod.

Contractus dolo initus dicitur,quoties circumſcribendi alterius cauſa aliud agitur,& aliud ſimulatur,d.§.pactorum.

Contractus vna pars tolli poteſt,alia parte remanente,l.ſi conuenerit,de pactis.

Contractus ex vna parte , ſi reſcindatur re integra,reſcindetur etiam totus contractus,ſecus ſi re non integra ex vna parte reſcindatur contractus,gloſ.fi.ibi.

2 Contractu, qui fit ad diſſoluendum, non poteſt agi ad agendum,l. ab emptione, in fin.eod.

in Contractu, qui cõſenſu celebratur, datio arrharum non facit rem deſinere eſſe integram,quin ab eo poſſit ſolo conſenſu ipſo iure recedi,gl.recedi,ibi.

Contractus vbi non valet ipſo iure,non debet iudex ſe interponere,l.in cauſæ,16. §.Pomponius,de minoribus.

Contractus pars per reſtitutionem ſi reſcindatur,poteſt ille,contra quem agitur, à toto contractu recedere,l.tutor,47.§.fi.eod.

in Contractibus quod agitur tacite , pro expreſſo habendum eſt,l. cùm quid, ſi certum petatur.

Contractus depoſiti,& mutui ſub vſuris non dicuntur celebrati gratia vtriuſque, quando mutuans , vel deponens non habuit à principio propoſitum , & animum fœnerandi,gl.1.in l.ſi quis nec cauſam,eod.

Contractus,vel ipſum factum primò eſt,& ex eo contractu,vel facto oritur obligatio,& ex obligatione actio.gl.2.in l.certi condictio,eod.

Contractus non poteſt fieri re,& verbis,ſed bene verbis ſolùm interueniente re, d.l.certi condictio,§.quoniam,& ibi gl.coniunctim.

Contractus omnes, quos ineunt hi,qui non ſunt iure electi,caſſari debent; ſed ſi à principio tenuit electio, valent contractus, licèt electio ex pòſt facto caſſetur,gl.non competit,in l.iuſiurandum,17.§.pupillus,de iureiur.

in Contractibus nominatis,etiam,re integra,non eſt locus pœnitentiæ,vt reſoluatur contractus , ſed bene debet agi, vt impleatur,gl.ſed cùm,verſic. in contractibus,in l.ſi pecuniam,de condict.cauſ.dat.

in Contractibus nominatis tantùm mandati,ſocietatis, & depoſiti eſt locus pœnitentiæ,ſed non in aliis contractibus,ibi.

Contractus, quando ab initio non tenent ratione inhabilitatis perſonæ,nunquàm confirmantur, etiam ſi poſteà dolus committatur, l.1.§. fi.in additione marg.commodati.

3 Contractus quidam celebrantur gratia dantis tantùm,vt eſt depoſitum , & tunc venit dolus,& lata culpa,l.ſi vt certo,5.§. nunc videndum,eod.

Contractus quidam celebrantur gratia accipientis tantùm, vt eſt commodatum,& tunc venit leuis,&.leuiſſima culpa,ibi.

Contractus quidam celebrantur gratia vtriuſque,vt eſt emptio , locatio , ſocietas , contractus dotalis , & pigneratitius , & tunc venit dolus , & leuis culpa;ibi.

Contractus ex conuentione legem accipiunt,quia vbi non venit culpa, vt in depoſito, venit tamen ex conuentione , d.§. nunc videndum , & ibi gl. deponitur,& l.Herennius,63.in add.marg.de euict.

Contractus ab initio ſunt voluntatis,ſed ex pòſt facto ſunt neceſſitatis,l.in commodato,§.ſicut autem,commod.

Contractus depoſiti , & precarij ab initio , & ex pòſt facto ſunt voluntatis , non neceſſitatis , cùm poſſint quandocunque reuocari gloſſ. non officium, ibidem.

Contractus vtriuſque gratia celebratus ſaltem quantùm ad repetitionem inuicem producit actiones,d.§.ſicut autem,eod.

4 Contractus vbi celebrari prohibetur, ibi quoque repetitio ceſſat , etiam extante re,l.ſed ſi, §.hoc Senatuſconſultum , in add.marg.ad Macedon.

Contractus legem accipiunt ex conuentione licita rei, l.1.§. ſi conueniat , & ibi gl.ex conuentione , depoſiti.

Contractus perfectus,quando præcedit,& adiicitur conuentio,quæ poteſt cadere in nomen contractus , potiùs inducitur informatio primi , quàm nouus contractus,d.l 1.§. quòd ſi rem.

Contractus mandati quandocunque debet fieri gratuitò , interueniente pecunia dicitur locatio,gl.fi.in l. 1. mandati.

Contractus vt quis dicatur , initium , & cauſa vniuſcuiuſque contractus inſpici debet,l.ſi procuratorem,8.eod.

in Contractibus,quæ inſeruntur cauſa dubitationis tollendæ, ius commune non lædunt,l. qui mutuam,56.eod.

Contractus , quando debet fieri ad ſenſum ſapientis, nihil poteſt ſapiens addere in factum , ſed ſolùm poteſt addere in iure, & in his , quæ veniunt ex natura contractus , † gl.fi.in l.ſi mandato,45.fin.eod.

Contractus vbi ex conuentione reſoluitur actione ex eo contractu agitur ad id quod eſt actum,l.ſed Celſus,§.1.de contrah. empt.

Contractum non vitiat diſſenſus circa acceſſoria,l.ſi in emptione,34.eod.

Contractus tempus inſpici debet,gl.tunc,in l.Rutilia,69.eod.

Contractus purus ſtatim perfectus eſt, nec pendet , & propterea appoſita conditio,ſiue ſtatim,ſiue ex interuallo non reddit eum conditionalem,ſed ſub conditione reſoluendum , quod ſecus eſt in legatis , & in hereditate , quia ea ſiue purè , ſiue ſub conditione relinquuntur , perpetuò , dum viuit teſtator , pendent , & ideò ſi iuxta legatum , vel hereditatem conditio appoſita,quo tempore ſcilicet confirmatur , mortis conditionem inueniat , nihil mirum,quòd legatum reddatur conditionale , gloſſ. 2. in additione marg. in l. 2. de in diem addictione.

in Contractibus ſolita apponi , & fieri non præſumuntur , niſi probentur,quando aliquid adiiciũt obligationi,gl.exigere,in additione,in l.4.de lege cõmiſſa.

Contractus vna pars poteſt pacto ex cauſa tolli alia remanente,putà propter ſterilitatem; vel non valet,vt diſſoluatur contractus pro parte,poteſt tamen penſio remitti ex cauſa donationis,gl.pe.in l. 1.de reſcind.vendi.

in Contractibus correlatiuis facta reſolutione ab vna parte totus contractus dicitur reſolutus,l.cùm emptor,eod.

5 Contractus vt perfectus dicatur, ſpectatur, vt actionem & obligationem pariat, gl. 2. in additione marg. in l.neceſſariò de periculo & commodo.

Contractus conditionalis exiſtente conditione fingitur retrò perfectus, l.neceſſariò,§.quòd ſi penden te,eod.

ex Contractu vltrò citróque obligatorio non poteſt effectualiter agi , niſi quis totum cõtractum ex parte ſua impleuerit, l.Iulianus,§.offerri,de actio.empti.

Contractus ex vno latere claudicat ſpeciali iure; quando cum pupillo ſine tutore contrahitur,regulariter tamen non debet claudicare,d. l.Iulianus,§.ſi quis, & ibi gloſ.ſi quis.

ex Contractu facto cum procuratore colludente, vel cum minore poteſt agi , vt voluntas domini , vel minoris diſcernatur , ideſt, an velit ſtari emptioni, vel contractui,vel an velit diſcedere,d.l.Iulianus,§.ſi quis colludente.

Contractus emptionis dicitur nullus in præiudicium emptoris decepti , ſed non in præiudicium venditoris decipientis, l. ſi ſterilis,22.§.quamuis, & ibi gloſſ. etiam venditor,eod.

in Contractibus nominatis habet locum condictio ob cauſam , ſi ex diſpoſitione legis non impleatur; l. bona fides, 50. eod.

ex Contractu, quando ſequitur præcipuè traditio,ex qua dominij tranſlatio,aut vſucapiendi conditio pro certo pretio ſequatur , & tunc dicitur emptio , & venditio, aut conſequitur factum , ex quo nec dominium adquiritur , nec vſucapiendi conditio paratur, & tunc eſt locatio, & conductio , ſed ſi vtrumque veniat in contractum , tunc eius nomen ſortitur, quod principaliter geritur, l. 2. §. fi. in add. marg. locati.

Contractus non reſoluitur licet remittatur penſio ex pòſt facto,licèt ex eo poſſit agi ex vtraqne parte, l. ſi tibi, 5. eod.

Contractus cenſetur celebratus gratia illius, qui rogauit,& eius contemplatione cenſetur facta traditio, quando ex alio non apparet contrarium , alias ſecus, l. ſi gratuitam, §. fi. de præſcript. verb.

Contractus quilibet ab herede ſuper re ſub conditione legata factus , conditione exiſtente euaneſcit, gl. euaneſcit. in l. grege, 13 . de pign.

Contractus factus cum monialib. ad crataтam , vel craticulatam feneſtram loquentib. valent, ſi cætera requiſita habeant , l. pen. in addit. marg. ex quib. cauſ. pignus tacitè.

Contractus dubij recipiunt modum & formam à conſuetudine, l. quod ſi nolit §. quia aſſidua, & ibi add. marg. de ædilitio edicto.

in Contractibus, in quibus moris, & conſuetudinis eſt caueri de dupla , præſertim ſi res pretioſa ſit, in dubio intelligitur poſita cautio , etiam ſi poſita non ſit, d. §. quia aſſidua, & ibi gl. venire.

Contractu alterius ſi quis vti parat, debet eo cum omni ſua causa,& vitiis vti,l. ſi ſeruus, 57. in add. marg. eod.

Contractus vbi in ſcriptis celebrari debet,nõ antè obligantur partes, quàm ſcriptura completa, & approbata ſit,& itadum ſcribitur,locus eſt pœnitentiæ , in princ. & ibi gl.ſcriptum,Inſt.de empt.& vend.

Contractus nominati dicuntur , qui ſtatim , vt fiunt pariunt actionem, ſiue fiant conſenſu,ſiue re,gl.ſpeciem,in §.item pretium.eod.

Contractus locus inſpicitur in his,quæ pertinent ad deciſionem contractus; ſed in his,quæ pertinent ad ordinationem litis,inſpicitur locus,in quo agitur,gl. 1.in additione marg.in l.ſi fundus,6.de euictio.

Contractum eſſe videtur ibi, vbi ſolutio eſt facienda,gl. contractum , in l. 1. de vſuris.

Contractus poteſt fieri in teſtamento, l.1.§.aſſignare,& ibi gl. aſſignari,de aſſignan.liber.

Contractus factus in dubio intelligitur factus ſecundùm conſuetudinem , l. ſi priùs,§.1.& ibi gl.per lapidem,de aqua pluuia.

Contractus facti per officiales publicos ſeruandi ſunt per officiales ſequentes, nec poſſunt ab eis ſine cauſa retractari ſine ſuperioris authoritate , ſed cum cauſa rectè poſſunt,l.cotem,11.§.1.& ibi gl.non poſſunt,de publicanis.

ex Contractu inutili poſſeſſio transfertur per traditionem, l.1.§.ſi vir vxori , & ibi add.marg.de adq.poſſeſ.

ex Contractu inutili ratione ſimulationis contractus, neque dominium,neque poſſeſſio transfertur,ibid.

Contractus duo quando ſunt contrarij,vel incompatibiles , ſtatur vltimo, & vltimus derogat prioribus,l.ſi quis ante, 10.eod.

Contractus , vel quaſi ſi deſcendit ex perſona maioris etiam contra pupillum heredem eius poteſt fieri miſſio, & venditio,l.apud Iulianum,quib.ex cauſ. in poſſeſſionem.

Contractus celebratus cum pupillo ſeruo vel eius tutore , cenſetur celebratus cum ipſo pupillo,ibid.

ex Contractu oritur obligatio,& ex obligatione actio, gl.in cauſæ,in l.& an eadem,§.pe.de except.rei iudic.

in Contractibus,qui conſenſu contrahuntur,alter alteri obligatur non ſolùm de eo,quod alterum alteri ex bono & æquo præſtare oportet,ſed etiam de vſuris ex mora,& de partu,& fructibus l.2.& ibi gl.fi.de actio.& obligatio.

Contractus imaginarij etiam in emptionibus , non obtinent iuris ciuilis vinculum,l.contractus,54.eod.

ex Contractibus , qui fiunt cauſa dominij alicuius rei transferendæ , requiritur, quòd concurrat affectus , vel animus ex vtraque parte, veluti in venditione, donatione , vel alio contractu , qui transferendi dominij fit , l. in omnibus, 55.codem.

Contractus , qui celebrantur, conſenſu,valent,non adhibita verborum ſolemnitate , dummodò adſit conſenſus,vt eſt emptio,locatio,conductio,l.ſi ſtipulor, 35.§.fi.& ibi gl.pen.de verb.oblig.

ex Contractu , in quo verba promiſcua vel obligatiua ſunt relata ad perſonam contrahentis , ſed executiua relata ſunt ad perſonam tertij , ipſi contrahenti adquiritur actio efficax,& non illi tertio,l.ſtipulatio iſta,habere,38.§.ſi ſtipuler , eod.

in Contractibus qui verbis celebrantur , quod tacitè agitur ab vtraque parte,habetur pro expreſſo in ſtipulatione,l.triticum,44.eod.

Contractum impleri à contrahente vel ab alio nomine eius ſufficit,l.cùm ſeruus, 104.eod.

Cõtractus parit obligationẽ conditione exiſtẽte,gl.parêre,in l.ab Titio,108. eo.

ex Contractu facto ſub conditione impoſſibili nulla naſcitur obligatio ciuilis, nec

14 CONTRACTV filijfa. vel serui potest agi tripliciter contra dominum, scilicet actione de peculio, de in rẽ verso, vel quod iussu, l. 1. & ibi gl. 2. quod iussu.

ex Contractu filiusfam. minoris vel serui datur actio de peculio contra dominum, vel patrem, in quantum peculium locupletatum est, d. l. 1. §. 1.

ex Contractu filiifa. vel serui obligatur dominus, vel pater, sex modis, scilicet institoria, exercitoria, tributoria, quod iussu, si iussus interuenit, alioquin de in rem verso, si in eius rem versum sit, vel de peculio, si in eius rem non sit versum, l. 1. quod cum eo, qui in aliena.

Reliqua verbo, Filius, 100.

15 CONTRACTVS bonæ fidei ideò sic dicuntur, quia in eis exuberãtiùs, & pinguiùs iudex officium suum ad ea, quæ bonæ fidei sunt, extendit, quàm in contractibus stricti iuris, gl. 1. in fi. in §. actionum de actio.

in Contractibus bonæ fidei si interuenit dolus dans causam contractui, non valet contractus ipso iure, sed in contractibus stricti iuris purgatur per actionem vel exceptionem doli, † d. gl. 1. in additione.

in Contractu bonæ fidei dolus incidẽs purgatur per actionem ex eo contractu, sed in stricti iuris agitur de dolo, vel excipitur, ibid.

16 CONTRACTVS stricti iuris recipit interpretationem extensiuam, quando aliàs non haberet effectum, l. si stipulatus fuero, tit. de verb. oblig.

in Contractibus stricti iuris non potest agi per stipulationem ratione deceptionis, vel doli re ipsa, quando promissor non habuit animum decipiendi, quia ipse etiam decipitur re ipsa, l. si id, quod aurum, 22. eod.

Contractus principalis est bonæ fidei, eodem modò distractus, vel liberatio est bonæ fidei, l. ab emptione, de pactis.

Contractus emptionis, venditionis, locationis, & cæteri, qui consensu celebrantur, solo consensu dissoluuntur re integra; alias non, nisi actus retrosimilis intercesserit, l. ab emptione, de pactis.

Contractus bonæ fidei per metum initus nullus est, gl. vllam, in l. si mulier, §. sed dos, quod metus causa.

in Contractibus bonæ fidei veniunt ea, de quib. non est actum, neque cogitatum, glo. actionem in l. fi. de condictione ob causam, & gl. 1. §. actionum, Inst. de actio.

in Contractibus stricti iuris veniunt ea, de quib. actum est, gl. pe. d. l. fi.

Contractus bonæ fidei deductus in stipulationem assumit naturam contractus stricti iuris, gl. 2. in l. in bonæ fidei, de eo, quod certo loco.

in Contractibus bonæ fidei ibi dari debet res, vbi extitit tempore contractus, l. si in Asia, §. 1. depositi.

Contractus feudalis dicitur bonæ fidei, †. gl. 2. in c. 1. si de inuestitura inter domi. & vassal.

Contractus omnes, qui cum principe fiunt, habent naturam bonæ fidei, ibid. & gl. si qua, in §. sententiæ, de pace Constantiæ.

Contractus quando est duplex, vt quia in contractu bonæfidei intercessit stipulatio, tunc dolus dans causam contractui annullat ipsum ipso iure, gl. 1. in additione, in §. actionum, Inst. de actionib.

Reliqua verbo, Breuitas, Dolus, 23. Strictum, Vsura.

17 CONTRACTVS innominati do vt des, vel do vt facias, secuto implemento, producunt incertam præscriptis verbis, l. iurisgentium, de pactis

in Contractibus innominatis sola oblatio non habet vim implementi, adeò quòd possit agi, sicut si verè fuisset impletum, glossa facias, in additione, ibidem.

in Contractibus innominatis oblatio non impedit, quin sit locus pœnitẽtiæ, ibi.

Contractum innominatum non vestit implementum causæ iniustæ, d. l. iurisgentium, §. vt maleficium.

Contractus innominatus do vt des, non constituit obligationem, si non subsit datio vel factũ, ex quo vestiatur, gl. causam, in d. l. iurisgentiũ, §. sed cùm nulla.

Contractus ad hoc vt dicatur innominatus oportet, quod statim agatur vel detur, aut fiat vtrumque, gl 1. in l si cùm fundum, de pactis.

in Contractu innominato ad hoc vt re integra habeat locum pœnitentia, requiritur, quòd sit contractus innominatus reciprocus, vel respectiuus, & sic vltrò citróque obligatorius, ibid.

Contractus innominatus do vt des, est quando quis dedit vnum genus, & aliud genus recipit, veluti vinum pro tritico, & tunc nascitur præscriptis verbis actio, l 1. & ibi gl. non erit. si certum petatur.

Contractus permutationis & non contractus innominatus do vt des, est, quando ab vtraque parte deberetur species, d. gl. non erit in additione marg.

Contractus innominati iudicantur, & cognoscuntur ex modo ineundi, veluti do vt facias, gl. condictionem, & ibi add. marg. in l. 3. §. idem est, de condictione causa data.

in Contractibus innominatis casus superueniens non excusat in totum, l. si pecuniam, de condictione causa data.

in Contractibus innominatis ex parte eius qui impleuit, licita est pœnitentia, secus in contractibus nominatis, d. l. si pecuniam, & ibi gl. sed cùm.

in Contractibus innominatis competit condictio ob causam, vel ex capite causæ non secutæ, vel ex capite pœnitentiæ, ibid.

in Contractibus innominatis, etiam re integra est locus pœnitentiæ soluto interesse, & sic præstita indemnitate parti, non autem simpliciter, ibid.

in Contractibus innominatis, si ille qui debet implere factum, impediatur casu, cessat repetitio ex capite causæ non secutæ, potest tamen repeti ex capite pœnitentiæ, nonobstantibùs præparamentis nisi tanta fuerint, quæ absorbeant dâtam pecuniam, d. l. si pecuniam.

Contractus innominatus est quando datur pecunia in specie pro opere alicuius personæ; vel pro eius facto, veluti vt Romam eat, vel si vt quantitas data est ei, qui non consueuit locare operas, aliàs si data fuisset pecunia ad numerum, & ei qui erat solitus locare, esset contractus locati, glos. 1. & gloss. repetetur, ibid.

in Contractibus innominatis, re integra, est locus pœnitentiæ, sed non postquam factum est, vel facere inchoatum est, gl. sed cum ibid.

in Contractibus omnibus innominatis locus est pœnitentiæ, non obstantibus præparamentis, nisi obstet matrimonij fauor, aut causa dirimendarum litium aut impossibilis datorum repetitio, d. gl. sed cum, in add. marg.

in Contractibus innominatis præsentia cum notificatione re integra facit lo[...] cum condictioni ob causam, & si recipiens cœpit aliquid facere, hoc non im[...]pedit, quin pœnitentia locum habeat pro eo, quod restat, dummodò ipse con[...]seruetur indemnis, d. l. si pecuniam, §. si seruum.

in Contractu si interueniat pretium pro re certa, & apponatur verbum dare e[...] parte eius, qui obligatur ad speciem, non est emptio, sed contractus innomi[...]natus propter verbum dare, quod est contra naturam emptionis, l. fin. & ibi gl[...] procliuior, de condictione causa data.

Contractus quis celebretur ex proprietate verborum cognoscitur, ibi.

Contractus aliquis innominatus non continetur sub nomine emptionis, ibid.

in Contractibus innominatis debitor speciei perempta specie nõ liberatur, qui[...] pecunia data possit repeti, etiamsi non sit in mora, vel culpa, secus tamen e[...] in contractibus nominatis, d. l. fin. & ibi gl. dares.

in Contractibus innominatis qui non dedit, vt debuit, licèt fecerit quod potuit[...] quia tradidit, non liberatur, quin datum possit repeti, d. l. final.

ex Contractu innominato obligatus dare vltra id, quod det, tenetur etiam ca[...]uere, aliàs datum repetitur, d. l. fi. in fi.

Contractus innominatus solet sumere naturam eius contractus nominati, cui si[...]milior est, gl. culpam, in additione marg. in l. 1. §. si quis seruum, depositi.

Contractus innominatus similis est locationi quandoque, ibid.

ex Contractu innominato quando venit ius quærendum tertio, ibi habet locum[...] præsentia vnius contrahentium, vel vtriusque, l. 3. de seruis exportan.

Contractus innominati sunt quatuor, scilicet do vt des, do vt facias, facio vt facias, facio vt des, l. naturalis, in prin. de præscript. verbis.

in Contractibus innominatis periculum est eius, qui debet rem recipere, quoa[...] hoc, vt non possit agere contra aduersarium, vt impleat contractum, vel sol[...]uat interesse, d. l. naturalis, §. & si quidem, & ibi glossa, periculo.

in Contractibus vltrò citroque obligatoriis quamprimùm vna pars implet pr[...] parte sua, statim si alia pars potest implere, & non impleat, quamuis non sit taxatum aliquod tempus ad implendum, tamen statim dicitur esse in mora, d. l[...] naturalis, §. at cùm do, versiculo siue finitum.

in Contractu do vt facias, illi qui fecit, contra illum, qui debet dare, & non dedit perfectè, competit actio de dolo, d. §. at cum do, vers. sed si dedi.

Contractus innominati non cognoscuntur à modo, siue à forma ineundi, neque etiam à modo exequendi, veluti, facio vt des, cognoscitur quòd ex parte illius, qui debet facere, dicitur facio vt des, ex parte alterius, qui debet dare, dicitur do vt facias, & ita variatur secundùm personas ipsorum, † reprobat. gl[...] at cùm do, Doctores communiter in dict. §. at cùm do.

Contractus innominatus do seruum, vt tu seruum tuum manumitteres, dicitu[...] contractus do vt facias; ex parte tamen tua, cùm tenearis manumittere, dicitur contractus facio vt des, & ideò si tu manumisisti, & seruus, quem eg[...] dedi, sit euictus, si sciens dedi, teneor, præscriptis verbis, d. §. at cùm do, vers. se[...] si, & ibi gl. de dolo.

in Contractu facio vt des, ei, qui fecit, contra non dantem sola actio de dolo competit, & non aliqua ciuilis, d. l. naturalis, §. quòd si faciam.

in Contractu facio vt des, si factum sit tale, ex cuius implemento nihil vtilitatis adsit aduersario, tunc ei, qui fecit, competit actio de dolo, sed si factum esset tale, quòd ex implemento adesset emolumentum aduersario promittenti dare, & tale implementum facti correspondet dationi, tunc competit præscriptis verbis †, gl. quod si faciam, versicu. vel dic, ibid.

in Contractu facio vt des, datur actio de dolo, & non in aliis, d. glos. quod si faciam, & gl. fi. in l. cùm mora, C. de transactio.

in Contractibus facio vt facias, do vt des, do vt facias, competit actio præscriptis verbis, & etiam in contractu facio vt des, quando factum est tale, ex cuius implemento aliquid adsit ei, cui impletur, & absit ab eo, per quem impletur, sed quando factum est tale, ex cuius implemento nihil adquiritur ei, cui impletur, tunc competit actio de dolo, & non præscriptis verbis, † d. gl. quod faciam, versiculo sed quæro.

Contractus facio vt facias, recipit plures quæstiones, d. l. naturalis, §. sed si facio.

ex Contractu facio vt facias oritur actio præscriptis verbis, quæ habet similitudinem cum actione mandati, ibid.

Contractus innominatus facio vt facias, habens similitudinem cum actione mandati dicitur, quando conuenimus inuicem, quod ego exigerem debitores tuos Carthagine, & tu meos Romæ, vel conuenimus, quòd ego facerem ædificium in tuo, & tu in meo solo, si ego exegi, vel ædificaui, & tu cessasti mihi competit præscriptis verbis actio habens similitudinem cum mandati actione, ibid.

Contractus innominati assumunt naturam contractus nominati, cui assimilantur, non tamen ideò dicuntur bonæ fidei, sed ideò, quia in eis dolus, lata, leuis & leuissima culpa veniunt secundum similitudinem contractuum nominatorum, d. §. sed si facio, & ibi gl. similis.

in Contractibus singulis innominatis venit illud, quòd venit in contractibus nominatis, quibus assimilantur tam in culpa, quàm in vsuris, & in iurando in litem, d. gl. similis.

in Contractu innominato facio vt facias, competit facienti præscriptis verbis contra aduersarium, vt faciat, si sua interest, aliàs actio præscriptis verbis competit ad id, quod interest pro eo, quod ipse fecit, quando aliud interesse non prætendit, d. l. naturalis, §. fi.

ex Contractu innominato do vt facias, competit præscriptis verbis ad id, quod interest mea te non fecisse, l. si tibi, de præscript. verbis.

ex Contractu innominato do vt facias, & des, oritur actio præscriptis verbis, vt fiat quod conuenit, l. si dominus, 8. eod.

Contractus innominatus non solùm potest fieri sub modo, & sic per dictionem vt, sed etiam sub conditione, l. solent, glos. si indicasset, eod.

ex Contractu innominato facio vt des, quando ex implemento facti competit commodum aduersario, competit ei actio præscriptis verbis, d. l. solent, & ibi glos. fi.

ex Contractu facio vt des, vel do vt facias, si aduersario nihil quæritur, non competit actio præscriptis verbis, sed de dolo, l. permisisti, §. fin. eod.

Contractus, quis fuerit celebratus quando non constat, constat tamen quòd ali-

quis

tutore,vel curatore,ſi non habuit reſpectum ad dominum, ſed ad eum, cum quo contrahebat,ille ſolus tenetur,& non dominus,gl.1.ibidem.

5 Contrahens cum libero gerente negotium alicuius,ſi non habuit reſpectum ad dominum, ſed ad eum, cum quo contrahebat,contra dominum datur actio vtilis negotiorum geſtorum, & non directa ſi dominus contractum ratum habuit,vel in rem ſuam vertat,gloſſ.final.ibid.

Contrahens cum fiſco obligat tacitè bona ſua, quamuis ſpecialiter id non exprimat,l.2.& ibi gl.1.C.in quib.cauſ.pignus.

Contrahens cum ſeruo vel filio contrahente iuſſu patris,vel domini videtur ſequi fidem iubentis,§.ſi igitur,Inſtitu.quod cum eo,qui in aliena poteſt.

Reliqua verbo,Furioſus,11.12.Conuenirí,Domus,6.7.Dominium,Tutor,136.

CONTRADICTOR iuſtus & legitimus dicitur ille, qui allegat dominium, item qui eſt in poſſeſſione, gloſſ. fin. in additione marg. in l.3.de colluſione detegend.

Contrarium & contrarietas,vide ſuprà Contra,hîc debent poni.

CONTRAVENIRI pacto vel tranſactioni dicitur, vel interpellando iudicem,vel ſupplicando principibus,vel non implendo promiſſa,l.ſi quis maior, 41.& ibi gl.4.C.de tranſact.

CONTRECTANS rem furtiuam per diuerſa territoria, dicitur plena furta committere ex diuerſis illis contrectationibus, gl. fur.in l.vulgaris, 21. de furtis.

Contrectans plures res,ſi quaſdã ex illis tantùm ſurripuerit,tenetur furti actione pro omnibus rebus, etiam non ſurreptis, non tamen tenetur condictione furtiua pro non ſurreptis,ſed bene pro ſurreptis,d.l.vulgaris,§.fi.eod.

Contrectans rem,quam contrectare credit probabiliter domini voluntate, non tenetur furti.§.placuit,Inſt.de oblig.quæ ex delicto.

Contrectans rem domini voluntate, licèt credat dominum inuitum,non tenetur furti,niſi inuito caſu ſcilicet in corrumpente ſeruum alienum, §.ſed & ſi credat,eod tit.

Reliqua verbo,Socius,11.Furtum,1.5.6.7.

CONTRIBVERE quilibet tenetur ad conſtructionem vel refectionem portus aquæductus,vel murorum,non obſtante priuilegio dignitatis,l.ad partes, C. de operibus publicis.

Contributio ad reparationem pontium, & itinerum non connumeratur inter ſordida munera,l.ad inſtructiones,7.C.de ſacroſanct.Eccleſ.

CONTROVERSIA dicitur eſſe etiam ante litis conteſtationem, l. Diuus Pius.5.& ibi gl.1.de petitione hered.

Controuerſiam facere dicitur reus, gloſſ.fin.in l.permittendum,ſi pars heredit. petatur.

Controuerſia dicitur cauſa,ideſt,factum illud ex quo actio naſcitur,de quo cùm ſemel actum fuerit, quamuis actione, & occaſione aliarum actionum, non debet iterum quæri de eodem ſaluo ſi plus eſt in ſecunda, glo.1.in l. ſingulis, de exceptio. rei iudica.

Reliqua verbo, Quæſtio, 1. Ruſticus, Sors.

CONTVBERNALES propriè dicuntur in exercitù in eodem putà tentorio, puta duo vel tres milites, gl.contubernali, in l.Pamphilo,39.§.pen.de leg.3.

CONTVMACIA dicitur eſſe delictum,l.1.§.hoc iudicium,iuncta gl.meram, ibi,quia ex delicto,ſi quis ius dicenti non obtemper. &.glo.2.in l.ſi filius, de interrog. actio & l.omne delictum, de re militari.

Contumacia in confeſſoria facit aliquem de poſſeſſore petitorem, gl.fi.in l.ſi is, cuius,ſi ſeruitus vendicetur.

Contumacia rei non auget obligationem fideiuſſoris,l.1. de in litem iurando.

Contumacia appellatur maleficium, glo.ratio, in l.tutorem, 37. de adminiſtrat. tutorum.

à Contumacia excuſat quem iuſta ignorantia, glo. fin.in l.2. ſi ventris nomine muliere.

Contumacia ſuperficiarij, vel fructuarij creditoris,vel emphyteotæ in non præſtando cautionem damni infecti,ille,qui petiit cautionem,mittitur in poſſeſſionem rei minantis ruinam ex primo decreto, ſed non ex ſecundo, ſed tantùm carebunt ſuperficiarius & ſimiles perſonæ iure ſuo,glo. mittendum,in l. hoc ampliùs,§.pen.de damno infecto.

Contumacia commiſſa in vna re, non extenditur ad aliam rem, l.damni, 18.§.ſi vicinas, eodem.

Contumacia eorum, qui ius dicenti non obtemperant, litis damno coërcetur,l. contumacia, 53.eodem.

Contumacia eſt delictum, cùm puniatur, ibid.&,

Contumacia de non veniendo tribus modis poteſt contingere, primò quia peremptoria citatione recepta venire contempſit, ſecundò,quia malitioſè ſe ipſum occultat,tertiò,quia impediuit ne ad eum citatio perueniret, glo.1.d.l. contumacia.

Contumacia vt coërceatur,quandoque attenditur reſpectu non venientis,quandoque reſpectu non reſtituentis, quandoque reſpectu non reſpondentis, quandoque reſpectu recedentis ſine licentia, quandoque reſpectu non exhibentis, ibidem.

Contumacia procuratoris nocet domino in his,quæ pertinent ad proceſſum,gl. 3.in l.3.C.de procuratoribus.

Contumacia negotiorum geſtoris nocet domino,& propter eius contumaciam poteſt procedi ad miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto contra dominum,d.l.3.& ibi gloſ. 1.& 2.

Contumacia contumacis habetur pro præſentia,vnde proceditur ad ſententiam, authent. qua in prouincia,C.vbi de crimine agi opor.

Contumacia præſumpta fit per tres denunciationes, expreſſa verò eſt, cùm expreſsè dixit abiens, nolo venire, gl.contumacia,in l.conſentaneum, C.quomodo & quando iudex.

Contumacia cumulat pœnam,l.2.C.de exactorib.lib.10.

ex Contumacia ſola de iure communi non habetur quis pro confeſſo gl.receptionem,in extrauag.ad reprimendum,quomòdo in læſæ maieſtatis crimen.

Reliqua verbo,Procacia,Procurator,59.60,Ruſticitas,Tutor.123.

1 CONTVMAX mulctari poteſt,& illa applicatur fiſco,l.vnica.& ibi gl.iudicio, ſi quis ius dicenti non obtemper.

Contumaci quando imponitur mulcta, & applicatur fiſco, non attenditur intereſſe, ſed ſolùm quanta ſit ipſa mulcta, & cùm ſit mera pœna, non datur vltra annum,neque in heredem, d.l.1.

Contumaci quando eſt impoſita pœna, ad eam datur fiſco, vel reipub.actio in factum,& parti ad intereſſe,gl. hoc iudicium,in d.l.vnica.§.hoc iudicium.

contra Contumacem datur parti actio in factum, non ad intereſſe totius cauſæ, quæ agitur,ſed quanti ea res eſt, ideſt, ad ſumptus litis, quos fecit in aduocatis,& in aliis,& etiam ad damna rerum ſuarum, quæ eſt paſſus ex eo, quòd aduerſarius fuit contumax, ibid.

contra Contumacem quòd quis mittatur in poſſeſſionem, ſatis eſt, quando citatus non venit,venire tamen non contemnit,quia eſt abſens,vel præſens eſt, ſed habet cauſam, licèt iniuſtam, quare non veniat, ſed ſi venire dedignatur contemnendo iudicem, vel actorem, tunc contumax etiam mulctari debet, d.gloſſ. hoc iudicium,ad fin.

Contumacem excuſat à mulcta quælibet cauſa etiam iuſta,dummodò ſit collorata,quod abſque contemptu iudicis ſit contumax,ibid.

Contumaci etiam pœna poteſt imponi, quando in contemptum iudicis venire non vult,ſecus ſi non in contemptũ,ſed ob aliquam cauſam,licèt non iuſtam, quia tunc ſolùm fit miſſio in poſſeſſionem contra eum, l.ſatis, & ibi gl.1.de in ius vocando.

Contumax fictus veniens iudice ſedente pro tribunali reſtituitur ad totam cauſam,& iure communi appellare poteſt,† l.diuus,& ibi gl.exiſtimari, & gl.reſtituere,de reſtitutione in integrum.

Contumax ſi ſit quis,eò quòd dolo aduerſarij,vel abſque ſui culpa affuerit,reſtituitur ad totam cauſam,† ibid

Contumax fictus dicitur ille, qui non fuit inuentus,vel inuentus fuit, & nihil dixit,& vel dixit ſe venturum,& non venit,d gl.exiſtimari.

Contumax ſi ſit quis dolo aduerſarij,ſi venit adhuc iudice ſedente pro tribunali,reſtituitur ad totam cauſſam, ſed ſi ſine dolo aduerſarij ſit vere contumax, ſed venit iudice ſedente, reſtituitur ad appellandum, ſi autem ſit cotumax fictus reſtuitur ad totam cauſam, † d.gl.reſtituere.

Contumax verus dicitur, qui apertè dixit ſe non venturum, ad quem ſufficit vnica nunciatio,gl.fi.in l.fi.de reſtitutionib.in integrum.

Contumax fictus,qui inuentus nihil dixit, vel dixit ſe venturum, & non venit, ter debet nunciari, & ſi non inuenitur,ſufficit,quòd denuncietur ad domum, † ibidem.

Contumax fictus pro præſente habetur.gloſſ.pe.in l.ſi dolo,de dolo.

Contumaci in vna cauſſa poteſt iudex denegare audientiam in alia, quod verum eſt inter eaſdem perſonas iudice decernente,gl.decreto,& ibi add.marg. in l.ſed & ſi, §.ſed & ſi, ex quib.cauſ. maior.

Contumax non cenſetur, qui non venit eo tempore, quo venire non expediebat,l.arbiter, 42.de arbitris.

Contumax dicitur ille, qui non reſpondet,l.de ætate,11.§. qui tacuit, de interrogat. actio.

Contumax in non reſpondendo non poteſt haberi pro confeſſo, quando iudicium non tenet, l.ſi filius, 19.eod.

contra Contumacem dantur tria auxilia,ſcilicet petitio ſortis cum vſura centeſima vſque ad quatuor menſes, dominij tranſlatio, & intereſſe præſtatio, glo. conſequatur, in l.ſi fratres, §.idem reſpondit, pro ſocio.

Contumax reus in actione confeſſoria punitur, quòd in eum transferatur onus probandi, vbi aliàs reus non teneretur, l.ſi priuſquàm, 15.& ibi gloſſ. pen.de noui operis nunci.

Contumacis abſentia Dei præſentia ſuppletur,glo.1.in addit.marg.in l.de vnoquoque,47.de re iudicat. & l.properandum, 11.§. ſin autem reus,& ibi gloſſ. Dei præſentia, C.de iudiciis.

Contumax verus litis damno punitur : nam non appellat, & punitur in expenſis factis poſt contumaciam,non ante,& ex cauſſa poteſt iudex ei iuriſdictionem denegare, gl.2.in l.contumacia,de re iudicata.

Contumax regulariter propter contumaciam non amittit cauſſam principalem, ibidem.

Contumax dicitur ille, qui tribus edictis propoſitis, vel vno pro tribus, quòd vulgò peremptorium appellatur, literis euocatus contemnit ſui præſentiam facere,d.l.contumacia,§.1.

Contumacis pœnam euitat, qui aduerſa valetudine, vel alia maiori cauſa iuſta occupatus,vel impeditus,venire non potuit,ibid.

Contumaces non videntur,niſi qui cum obedire deberent, non obſequuntur,id eſt, qui ad iuriſdictionem eius,qui negant obſequi,pertinent,ibid.

Contumax dicitur ille,qui citatus non venit, licèt ſit certum, vel dubium,eum eſſe de iuriſdictione vocantis,gl.fi.ibid.

Contumax non videtur ille,qui vocatus ad maius auditorium, litem incohatam coram minore iudice deſerit,l.contra pupillum,54 eod.

Contumax appellans non auditur, niſi iudice cedente veniat, quo caſu ſi ſe repreſentet,non fingitur contumax,gl.1.in add.marg.in l.2.de appel.

Contumax verus non appellat, l.ex conſenſu, 23.§.fi.eod.& l.properandum,11. §.ſin autem reus,& ibi gl.quod,C.de iudiciis.

Contumax verus vt quis dicatur, duo requiruntur, ſcilicet quòd cognouerit ſe legitimè citatum, & quòd potuit venire, d.§. fi.l.23. de appel.

Contumax verus dicitur ille,qui inuentus dixit ſe nolle ire in iudicio,aliàs quis eſſet fictus contumax, niſi ſit ille, qui inuentus nihil dixit, ad quem ter eſt denunciandum,vt præſumatur contumax,gl.pen.ibid.

Contumax fictus rectè poteſt appellare, ibid.

Contumax verus in dubio cenſetur ille, qui inuentus non venit, & ideò is non appellat, niſi veniat iudice ſedente pro tribunali, vel niſi probet non contumaciam per hoc, quòd aliqua iuſta cauſſa non venit,ibid.

Contumax in non exhibendo, vel in non reſtituendo, vel in non iurando de calumnia appellans auditur, l.creditor, 28.§. iuſſus,eod.& l.properandum,§. ſin autem reus,& ibi gloſſ.quod,C.de iudiciis,& l.1.C.quorum appellatio.

Contumax in non comparendo coram arbitro videtur non ſtare ſententiæ,cùm ſui præſentiam non faciat,quominùs arbiter poſſit ſententiam ferre,gl.fi.ibid.

Contumax verus non auditur poſt, niſi veniat iudice ſedente pro tribunali,neque admit

aut quid aliud, vnde oritur obligatio, gessit, & si ibi non haberet domicilium, qui si nolit respōdere, fiet missio in bona sua, l. heres absens, 19. §. 1. de iudiciis.

Conueniri potest quis in loco, in quo quis merces vendidit, deposuit, aut comparauit, & ibi cogitur defendere, nisi sit conuentum, vt alio loco se defenderet, d. l. heres, §. proinde.

Conueniri non potest aduena in loco, in quo à mercatore quid comparauit, vel ei vendidit, si mercator sciuit eum profecturum, debet enim mercator eum conuenire in loco domicilij, ibid.

Conueniri debet in loco contractus tabernam, pergulam, vel horreum aut officinam conducens, ibique distrahens, d. §. proinde.

Conueniri potest debitor vagabundus, nec habens certum domicilium vbicunque inueniatur, & ibi tenetur respondere, aut satisdare, ne creditor alioquin ius suum perdat, gl. debebit, ibid.

Conueniri potest dominus in loco contractus pro contractu habito cum seruo, quem constituit Romæ, vel alibi, vt emeret, vel venderet, d. l. heres, § pen.

Conueniri potest quis vtrobique, idest, in loco domicilij, & in loco vbi soluere se obligauit, d. l. heres, §. fi.

Conueniri non potest quis ratione contractus in loco, in quo se obligauit alibi soluere, sed bene in loco solutioni destinato, quia ibi videtur contraxisse, † gloss. fin. ibid.

Conueniri non potest Romæ ille, quem princeps euocauerit de contractu antè gesto, secus si hoc tempore ibi contraxisset, idest, postquàm fuit vocatus, l. non alias, 24. eod.

si Conueniat quis, deinde ipse reconueniatur, ille, qui priùs agit, in omnibus præcedit, quia priùs probat, ac positionibus respondet, ac priùs facti qualitatem narrat, & vna cartha poterit vtraque sententia scribi, vel duab. sententiis, tamen incontinenti †, l. qui prior, & ibi gl. 1. de iudic.

Conueniri non potest quis in loco celebrati contractus, quando solutio alibi fieri debet, † gl. fi. in l. 3. de bonis author. iudic. possid.

Conuenire possum in loco damni dati aliquem, qui nomine & mandato alicuius mihi damnum intulit, & illi dabitur terminus ad denunciandum domino, vt dominus ipsum instruat, quo non comparente, vterque condemnatur, etiam lite non contestata, si sunt culpabiles, auth. qua in prouincia, C. vbi de cr imine agi oport.

Conuenire potest quis quolibet loco idoneo promittens soluere certo loco, videlicet in loco, in quo forum habet, gl. 2. in l. 1. C. vbi conuen. qui certo.

Conueniri possunt Senatores, vel constituti in dignitate illustri in caus. ciuilibus, vbi habent domicilium, vel maiorem partem bonorum, vel vbi conuersantur, in vrbe autem coram suis ordinariis iudicibus, l. 2. C. vbi Senatores, vel Clarissimi.

5 Conueniri potest quis vbi assiduè conuersatur, licèt ibi non habeat domicilium, ibidem.

Conueniri non potest alius pro alio, etiam si pro alio partem debiti soluerit, pro residuo non potest conueniri, gl. fi. in l. 4. C. ne vxor pro marit.

Conueniri debent coram eodem iudice tam tutor, quàm eius heres, l. omnes, C. arbitrium tutelæ.

Conueniri debent coram vno, & eodem iudice heredes duorum, vel plurium tutorum defunctorum, ibid.

Conueniri non possunt habentes merum imperium, quandoque tamen rectè possunt conueniri, minores tamen semper conueniūntur, gl. 3. in l. 2. C. de annali except.

Conueniri non potest infans, vel furiosus, gl. 4. ibid.

Conueniri potest quis eodem libello, & ad rem, & ad pœnam, l. 3. C. de re iudicata.

Conueniri debet quis vtraque parte præsente, vel altera tantùm in ea prouincia, in qua forum sortitur, & vbique seruata iustitia debet ferri sententia, vel absolutoria, vel condemnatoria, omni priuilegio cessante, nisi pragmatica forma aliud statuatur, vel aliud propter appellationem acciderit, §. hæc considerantes, cum seqq. §§. in auth. vt omnes obediant iudicib. col. 5.

Conueniri potest quis etiam inuitus, vbi deliquit, etiam si sit extra prouinciam, gl. comprehendere, in §. si verò quis, in auth. vt nulli iudicum liceat, col. 5.

Conueniri non potest miles coram vno iudice ciuiliter, & coram alio criminaliter, vel econuerso, & hoc speciale est in milite, regulariter tamen potest, l. fi. §. fi. C de re militari, lib. 12.

Conueniri non potest vt heres is, qui heres non est, & quandoque heres conuenitur aliter, quàm pro hereditaria parte, glo. fi. in l. fi. C. de primipilo, lib. 12.

Reliqua verbo, Accusatio, 9. Debitor, 9. Fideiussor, 33. 34. Furiosus, 5. Heres, 70. Legatus, 2. 4. 5. Monachus, 5. Mulier, 76. 77. 78. Pupillus, 32. 33. Scholaris, Seruus, 25. vsque ad 30. Vagabundus, Vniuersitas, 4. Vsufructuarius, 9. Maritus, 42. 43. Beneficium, 2. 3. 4. Tutor. 109. vsque ad 112.

1 CONVENTVS sub præside in quingentis non poterit reconuenire actorem sub defensore in quinquaginta, sed debet coram eodem præside reconuenire eum, l. si idem, §. 1. & ibi gl. minorem, de iurisd. omn. Iud.

Conuentus sub defensore in quinquaginta, nō poterit reconuenire actorem sub præside in quinquaginta, imò defensor de vtroque iudicabit, ibid.

Conuentus coram non competenti iudice, si opponat exceptionem declinatoriam, coram eo non tenetur cauere de iudicio sisti ante suum iudicem, gl. accipere, in l. 2. §. sed vtrùm, de iudiciis.

Conuentus, in loco cōtractus, vel quasi, si ibi inuenitur, tenetur se defendere ibi, secus si ibi non inueniatur, †, gl. ibi debebit, in l. heres, 19. §. 1. de iudiciis.

Conuentus si sit ille, qui rem immobilem alieno nomine tenet, debet dominum nominare in iudicium, & hodiè etiam si teneret mobilem, gl. fi. in l. officium, de reiuend.

Conuentus reiuendicatione, vel publiciana non tenetur respondere pro qua parte dominus sit, sed bene cogitur pro qua parte possideat, l. in speciali, 23. & ibi glo. fin. de reiuend.

Conuentus actione personali quandoque cogitur dicere, pro qua parte sit dominus, gl. 1. ibid.

Conuentus actione in rem interrogatus à iudice si dicat se non possidere, non amittit possessionem, quia voluntatem amittendi non habuit, punitùr tamen in translatione possessionis in actorem propter mendacium, l. fin. & ibi g[l.] 1. & 2. eod.

Conuentus vt heres, potest vti exceptionibus sibi competentibus, etiam non [...] heredi, l. Lucius, 38. in fi. soluto matrim.

Conuentus ex suo facto non liberatur cedendo rei, secus si ex qualitate rei con[...]ueniatur, l. is, cum quo, de aqua pluuia.

Conuentus de statu suo, absente actore, habet electionem vtrùm malit cogni[...]tionem circumduci, idest, acta cancellari, an audita causa sententiam pro[...]ferri, ita quòd si iudex cognouerit, pronunciari debebit seruum actoris no[n] videri, l. diui fratres, 21. §. 1. de liberali causa.

Conuentus etiam si iudicio sistendi causa fideiussores dedit, si potestatem su[i] non faciat, neque defendatur, in bonis eius aduersarium mitti iubet prætor, l. 2. & ibi gl. 2. ex quibus causis in possess. eatur.

Conuentus quando sui potestatem non facit, neque defenditur, nōn est necess[e] quòd eius amici citentur, ex quo semel reus fuit in iudicio, tutius tame[n] est, quòd etiam tunc citentur, d. gl. 2.

Conuentus potestatem sui facere non videtur, si id agit ne aduersarius eius co[...]piam sui habeat, vt quia latitet, idem & si non latitet, sed sit absens, nec de[...]fendatur, & ita in eius bonis aduersarius mitti iubetur, d. l. 2.

Conuento pro alio debet cedi actio contra principalem, & aliter non debe[t] condemnari, l. si mandato, 14. de fideiussor.

Conuento vno ex duob. obligatis ad idem debitum alter non liberetur, sed vn[o] soluente sic, l. egisti, 84. de solutio.

Conuentus suo nomine & olim & hodiè debet satisdare iudicio sisti, si non pos[...]sidet immobilia, vel possidet, sed non sufficientia, quòd si satisdare non pos[...]sit, committitur iuratoriæ cautioni, quam confirmabit adiectione pœnæ, gl 1. in add. marg. in rubr. iudicatum solui.

Conuenti super publicis debitis, vel functionib. cuiuscunque dignitatis sint, no[n] possunt vti fori præscriptione, nisi pro tempore commeatus, vel sint milite[s] armatæ militiæ, l. 1. C. in quib. causis milita.

Conuentus ad rem si dicit non reperiri, habet fundatam intentionem suam, ni[si] probetur contrarium, l. cum ita legatur, §. species, de legat. 2.

Reliqua verbo, Domus, 67. Vocatus.

CONVENTICVLA ad extrahendum quem ab Ecclesia, vel conspiratione[m] etiam contra priuatam personam non debent fieri sub pœna vltimi supplicij, l. 4. C. de his qui ad Ecclesiam.

Conuenticula prohibentur fieri collecta multitudine in qualibet parte ciuitatis, vel vici, vel cuiuslibet loci, gloss. conuenticula, in l. hac edictali, §. conuen[...]ticula, de pace tenenda inter subditos.

Conuenticula illicita extra Ecclesiasticam religionem non debent fier[i] in aliqua domo, aliàs illa domus publicatur, l. conuenticula, 15. C. de Episcopis & cler.

Conuenticula illicita etiam extra Ecclesiam in priuatis domib. sunt prohibita & si fiant, domus, in qua fiunt, consentiente domino, publicabitur, ibid.

Reliqua verbo, Coniuratio, Conspiratio, Monopolium, Colligationes, Dardanarij, Cœtus.

EX CONVERSATIONE mala efficitur quis suspectus, l. 3. §. quamuis, de administr. tutorum.

ex Conuersatione æquali contemptio digni tatis nascitur, l. obseruandum, de officio præsidis.

IN CONVERSIONE ipsa si quis dicat, facio me conuersum his retentis, nulla est conuersio, si autem priùs fiat conuersio, & postea quid sibi conuersus reseruet, nihil valet reseruatio, gl. inutile, in l. per seruum, 14. §. 1. de vsu, & habitatione.

CONVERSVS liber homo est, & ideò Ecclesia non possidet eum, dicitur tamen esse in quasi possessione illius iuris conuersionis, & monachationis, † gl. pen. in l. cùm heredes, 23. §. 1. de adquir. possess.

Conuersus adquirit, Ecclesiæ etiam ignoranti, & ideò nec exigitur ratihabitio Ecclesiæ, ibid.

Conuersus se dedicans Ecclesiæ seculari & renuncians seculo non potest habere bona propria, gl. 2. in auth. ingressi, C. de sacros. Eccles.

Conuersi, & alij habitum religionis assumentes non succedunt in feudum paternum, imò si quod habent, perdunt, c. 1. de feudo fœminæ.

Reliqua verbo, Monacus, 1. 2. Vassallus, 4.

CONVICIVM iniuria est, l. item apud Labeonem, 15. §. ait prætor, de iniuriis.

Conuicium aduersus bonos mores faciens alicui, aut is, cuius opera conuicium factum esse dicitur, tenetur actione iniuriarum prætoria, ibi.

Conuicium dicitur à concitatione, vel à conuentu, hoc est, à collatione vocum, cùm enim in vnum complures voces conferuntur, conuicium quasi conuocium dicitur, d. l. apud, §. conuicium, & glos. conuicium, in §. 1. Inst. de iniuriis.

Conuicium non dicitur omnis vociferatio in vnum collata, sed illa vociferatio, quæ bonis moribus ciuitatis improbatur, & quæ ad infamiam, & inuidiam alicuius spectat, d. l. apud §. sed quod adiicitur.

Conuicium non tantùm præsenti, sed etiam absenti quoque fieri potest, proindeveniens ad domum tuam, vel ad stationem, vel tabernam absente te, & ibi dicit aliquid quod sit contra bonos mores ciuitatis, dicitur conuicium, l. item apud Labeonem, 15. §. conuicium, de iniur.

Conuicium si incertæ personæ fiat, faciens non tenetur actione iniuriarum, ibid.

Conuicium fecisse non tantùm dicitur, qui vociferatus est, sed etiam qui concitauit ad vociferationem alios, vel qui submisit, vt vociferarentur, ibid.

Conuicium fieri alicui si quis curauit, non tenetur actione iniuriarum, si factum non sit conuicium, d. l. item apud Labeonem, §. si curauerit.

Conuicium non dicitur omne maledictum, sed illud, quod cum vociferatione, siue ab vno, siue à pluribus in cœtu dictū est, d. l. item apud Labeonē, §. ex his.

Conuicium propriè non dicitur id, quod non in cœtu, nec cum vociferatione dictum est, sed dicitur dictum infamandi causa, d. §. ex his.

Conuicium vnum, vel vnam vociferationem faciunt multa verba iniuriosa, d. l. item apud Labeonem, §. conuicium.

Reliqua verbo, Iniuria, per tot. Contumelia.

CONVIVIA possunt secundùm veterem consuetudinem ministrari, & sine vllo sacri

CORRVMPERE pretio deterius eſt, quàm precibus, gl.inſolidum.in l.ſi non ſolus, 10.ſi quis omiſſa cauſa teſtam.

Corrupiſſe verbum continet ſciſſum, & fractum, gl.fi.in l.Marcellus, 9.de verborum ſignific.

ſi Corruperit actor familiares, vel conſiliarios, ipſi fuſtibus cæduntur, & per hoc de iniuria, quam iudici feciſſe videntur, damnati videntur, gl.fi.in l.qui explicandi, 10.C.de accuſat.o.

CORRVMPENS iudicem, vel aduerſarium litem perdere debet, ſecus ſi bona fide tranſegit, §.ſed & conſtitutio, de calumniator.& l.1.& ibi gl.1.C.de pœna iudicis, qui male.

Corrumpens iudicem, vel aduerſarium, ſi ſponte confeſſus ſit, ſe dediſſe pecuniam, & probauerit, veniam meretur in euentu litis, gl.litem, ibi.& auth, nouo iure, C.de pœna iudicis, qui malè.

Corrumpens vel faciens corrumpi dolo malo album prætorium, ideſt, quod in eo erat propoſitum, vel proponi debebat, punitur in quingentis aureis, & in defectum punitur in corpore, & quilibet de populo poterit agere, l.ſi quis id quod, de iuriſd.omn.iud.

Corrumpens actor procuratorem aduerſarij ſui litem perdit, gloſſ. ſub exceptione, in l.& eleganter, §.pen.de dolo.

Corrumpens reus procuratorem aduerſarij ſui, litem non perdit, † ib.

Corrumpens ſegetem alienam ſeminando lolium, vel zizaniam, tenetur domino interdicto, quod vi aut clàm, aut in factum legis Aquiliæ, l.ſi ſeruus, 27.§. inquit lex, ad legem Aquil.

Corrumpens ſegetem colon. ſeminando loliam tenetur colono, cui locatus eſt fundus, interdicto quod vi aut clam, vel in factum legis aquiliæ, & ſi colonus exercuit actionem contra corrumpentem, tenetur caueri corrumpenti, amplius non agi, ſcilicèt ne dominus ampliùs eum inquietaret, d §.inquit lex.

Corrumpens & mutans rem tenetur lege Aquilia, ſed nulla ipſius rei mutatione applicans aliquid, cuius moleſta ſit ſeparatio, tenetur actione in factum, & non aquilia.ibid.

Corrumpens per pecuniam teſtes, non per hoc incurrit pœnam perditionis cauſæ, cùm cauſa ſit de nouo iure agitanda per reſtitutionem in integrum, l.Diuus Adrianus, 33.de re iudicat.

Corrumpens aliquem data pecunia non poteſt eam repetere ab eo, quia iuſtius eſt penes eum, qui corruptus eſt, quam penes corrumpentem, l.ſi procurator, de doli mali exceptio.

Corrumpens delatorem in omnib.cauſis, præterquàm in ſanguine, habetur pro victo, niſi appareat ab innocente extortam pecuniam, l.fi.& ibi gl.fi.de præuaricator.

Corrumpens iudicem, vel curans corrumpere, tenetur pœna falſi, & iudex punitur eadem pœna falſi, & alijs, l.1.§.1.& ibi gloſſ.punitur, de falſis.

Corrumpens iudicem pæna falſi punitur, ſolet tamen remiſſiùs puniri, vt ad tempus relegetur, nec bona ei auferantur, l.qui duob.21.eod.

Corrumpens edicta propoſita in albo dolo malo, pœna falſi punitur, l. penult.eodem.

Corrumpens viduam, vel alij nuptam, cum qua nuptias contrahere non poteſt, in inſulam deportandus eſt, quia duplex crimen eſt, ſcilicet inceſtus, quia cognata & adulterium, quia nupta, vel ſtuprum, cùm eſſet vidua, l.ſi quis viduam de quæſtio.

Corrumpentes virgines nondum viri potentes, ſi humiliores fuerint, in metallum damnãtur, honeſtiores in inſulam relegantur, aut in exilium mittuntur, l.ſi quis aliquid, 38.§.qui nondum, de pœnis.

Corrumpens delatorem pro conuicto habetur, & hæc pœna, quòd pro conuicto habeatur, aduersùs ipſum corrumpentem habet locum, non aduerſus eius heredem, qui poteſt diſcutere cauſam, ac ſi nulla corruptela facta fuiſſet, l.eius, qui, 29.de iure fiſci.

Corrumpens delatorem per pecuniam condemnatur in 500. ſolidis, l.imperatores, 34 eod.

Corrumpens cõſiliarium, aut familiarem, vel aſſeſſorem iudicis punitur, ſicut & ipſe conſiliarius, vel aſſeſſor, gl.fi.in l.qui explicandi, 10. Cod.de accuſatio.

Corrumpens actor iudicem perdit litem, & committit crimen falſi, vt relegetur ad tempus, ibid.

Corrumpens hodie non punitur, ibid.

Corrumpens album prætoris, vel edictum, in eo poſitum, tenetur actione pænali prætoria, §.pœnales, Inſt.de actio.

Corrumpens album prætoris generale, & perpetuum per ſe, vel faciens corrumpi, tenentur ambo, nec vnus liberat alium, & eſt pœna 500.aureorum, & corrumpens etiam lege Cornelia de falſis tenetur, cuius pœna eſt deportatio, & omnium bonorum publicatio, in ſeruis autem etiam vltimum ſupplicium, gloſſ.corrupiſſet, ibid.

Corrumpens album prætoris ſpeciale, putà de citando aliquem, punitur pœna arbitraria, cum non ſit taxata à iure, gloſſ.ex albo, in add.marg.ibid.

Reliqua verbo, Actor, 6.7. Album, Moniales, Seruus, 119. Actio, 224. vſque ad, 227. Dans, Aduocatus, 8. Iudex 35.36.37. Teſtis, 29. Aſſeſſor, 2. Datum, 11.

CORRVPTVM frumentum cum incorrupto licitum eſt miſceri, l.1.C.de conditis in publicis horreis, lib.10.

Corrupti appellatione continetur fractum, & vſtum, l.ſi ſeruus, 27.§.cum eo planè, ad legem Aquil.

Corrupti appellatione continetur vinum effuſum, vel ſpurcatum, vel acetum factum, & ideò effundens, vel ſpurcans, aut acetum, faciens vinum, tenetur lege Aquilia, ibid.

Reliqua verbo, Aduocatus, 8. Domus, 12. Iudex, 35. 36. 37. Teſtis, 29. 30.

COTES dicuntur lapides ad acuendum ferrum neceſſarij, & quandoque ſubiiciuntur ferro, & quandoque ferrum coti ſubiicitur, gloſſ. ſubiiciendo, in l. cotem, 11. de publicanis.

CREDERE raro promittitur, nam frequenter abſque promiſſione creditur, gl. non eſt neceſſe, in l. quòd ſi minor, §. reſtitutio de minoribus.

Credere vel creditor generaliter dicitur quandoque, & ideò ſub titulo de rebus creditis comprehenditur de commodato, & de pignore, l.1.& ibi gl.generalis, ſi certum petatur.

Credere quandoque ſtrictè accipitur pro mutuare tantùm, d.gl.generalis, in d. l.ſi certum petatur.

Credere dicimur, quando cuicunque rei aſſentimus, ideſt, confidimus aliena fidem ſecuti, recepturi quid ex hoc contractu, d.l.1.& gloſſ. fi.in l.2.§.fi.eo

Credere poſſumus per ſtipulationem nulla interueniente pecunia, d.§.fin.& il gloſſ. fin.

Creditur iuſtè, quod publicè & communiter creditur, l.3. in addit. margin. a Macedon.

Credere, ideſt, mutuare, aliud eſt, & aliud eſt deponere, l.ſi ventri, §. in bonis, d priuileg. creditor.

Credere ſtrictè idem eſt, quod mutuare, largè tamen dicitur credere etiam ill qui deponit, gl. credere, ibid.

Creditur alicui pro ſe ſuo iuramento in expenſis factis à ſe, & hoc eſt ſpecial propter difficilem probationem, aliàs non, niſi aliqua præſumptio ſit pro ec gl.ſacramento, in l.properandum, §.& ſi quidem, C.de iudiciis.

per Credo verbum poteſt dari certum iuris reſponſum, gl.& vidiſſe, in add.marg in §.ſi verò abſunt, in auth.de heredib.& Falcid.col.1.

Reliqua verbo, Peritis, Creditum.

CREDENDI duo rei poſſunt conſtitui inſolidum re, & verbis, l.cùm te, 19.C ſi certum petatur.

Credendi iuſta ratio eſt communis opinio, l.cùm quidam, 30.§. quod dicitur verſ.quid ſi ipſe putat, de adqu.heredit.

Reliqua verbo, Correus, Reus, 18. vſque ad 23.

CREDENS agricolæ pro debito, non debet tenere terram eius, & ſi crediderit aliquos fructus aridos pro quolibet modio nomine vſurarum, poteſt exigere octauam partem modij quolibet anno, ſi verò pecuniam mutuauerit pro quolibet ſolido, vnam ſiliquam poteſt exigere, & non ampliùs, authent. nullum credentem agricolæ, per tot.col.4.

Credens agricolæ fructus liquidos, vt vinum vel mel, & cæt.poteſt nomine vſurarum exigere vſque ad duplum, ſicut in vſura nautica, gl.aridis, ibid.

Reliqua verbo, Mutuans, per tot. Agricola, Agricultores, Creditum, Credentiæ literæ, verbo, literæ.

Creditor in genere, num.1. vſque ad 14.
quoad hypothecam, num.14.15.16.
quoad pignus, num.17. vſque ad num.25.
quoad poſſeſſionem pignoris, num.25.& 26.
quoad pignus ſibi ſurreptum, num, 27.& 28.
quoad fructus pignoris & vſuras, num.29.
quoad pignoris & aliarum rerum venditionem, num.30.vſque ad 45.
quoad miſſionem in poſſeſſionem, & venditionem, num. 45.vſque ad 50.
quoad pignoris adiudicationem, & dationem inſolutum, numero 51.52.& 53.
quoad culpam, periculum & deteriorationem pignoris, num.54.vſque ad 56.
quoad expenſas in pignore factas, num.57.
quoad vſuras & intereſſe, num.58.
quoad nouationem, num.59.
quoad receptionem partis vel totius debiti, num.60.& 61.
quoad petitionem, receptionem & ſolutionem, num. 62.vſque ad 65.
quoad legatum ſibi relictum à debitore, num.66.& 67.
de Creditore herede inſtituto & ſuccedẽte debitore, vel è contrà, nu.68.vſque ad 71.
de Creditore accipiente rem debitoris propria authoritate, n.72.& 73.
quoad retentionem rei debitoris, num.74.
quoad recipiendum vel ſoluendum aliud pro alio, nu.75.
quoad capturam debitoris.num.76.
quoad remiſſionem pignoris, vel partis, vel totius debiti, n.77.& 78.
quoad alienata in fraudem, num.79.
De creditore mutuante adminiſtratori, ciuitatis, vel Eccleſiæ, vel præpoſito nauis, num.80.& 81.
quoad ſecundum creditorem & ſolutionem factam primo creditori, & ius offerendi, num.82.83.& 84.
quoad prioritatem ac potioritatem, num. 85. vſque ad 92.
quoad priuilegium creditorum, num, 93.
quoad numerationem, & confeſſionem, nu.93.
quoad exceptionem non numeratæ pecuniæ, nu.94.
quoad inducias & dilationem concedendam debitori, nu.95.
quoad conueniendum fideiuſſorem, nu.96.97.& 98.
quoad tutelam debitoris, vel è contra num.99.
quoad curatorem bonorum, num.100.
quoad creditorem hereditarium, num.101.vſque ad 104.
quoad creditorem peculiarem, num.104.

CREDITOR largè dicitur ille, qui habet rei vendicationem, & qui poſſidet 1
debitor, gl.1.in l.creditores, 10.de ver.ſign.

Creditores dicuntur hi, quibus debetur, ex quacunque actione perſonali, vel reali, vel perſecutione, vel iure ciuili, ſine vlla exceptionis perpetuæ remotione, vel honorario, vel ordinario, aut extraordinario, ſiue purè, ſiue in diem, ſiue ſub condictione, d.l.creditores.

Creditor propriè non dicitur ille, cui naturaliter tantum debetur, licet ſolutum non repetatur, abuſiue tamen debitor dicitur ille, qui naturaliter tantùm debet, & per conſequens alius dicitur creditor & quod debetur dicitur debitum, d.l.creditores, & ibi gl.natura.

Creditores dicuntur etiam ſi non ſit natura pecunia, ſed quilibet alius contractus interuenit, d.l.creditores.

Creditorum appellatione continentur non ſolùm hi, qui pecuniam crediderunt; ſed etiam omnes, quib.debetur ex aliqua cauſa etiam ex delicto, l.creditorum, 11.& ibi gl.fi.eod.

Creditorum appellatione continentur hi, quibus ex empto, locato, vel ex alio contractu debetur, ſed etiam ex delicto debetur, l.vt ſi cui.12.eod.

Creditoris loco non dicitur quis ex populari actione ante litis conteſtationem, & ideò tunc nec fideiuſſor accedit, nec locupletior eſt, qui eam habet, niſi competat ei actio peculiaris pro priuato damno, quia tunc creditor eſt, & procuratorem conſtituit ante litis conteſtationem, d.l.ſi cui.& ibi gl.loco.

competat

Creditor,

Creditor, cuius debitor soluendo non est, tantum habet in bonis, quantum potest exigere, l. pretia rerum, 63. §. cuius, ad legem Falcid.

in Creditorum obligationem non transit simpliciter illud, quod non est in bonis debitorum simpliciter, l. Aelianus, debitor, 10. de manu.

Creditores largissimè appellantur, quibus ex quacunque causa actio cum fraudatore competit, sed verè creditor non dicitur is, cuius intentioni iusta ac perpetua exceptio refragari potest, l. si, cùm fideicommissaria, 16. & ibi add. marg. qui & à quib. manumissi.

Creditor cui est satisfactum, tenetur reddere chirographum, vel instrumentum debiti, & aliàs potest contra eum agi condictione sine causa, l. 2. C. de condictione, ex lege.

Creditor computatis fructibus in debito, & residuo, sibi soluto tenetur restituere pignus ei, in quem debitor dominium pignoris transtulit venditione, vel alio titulo, l. si dominium, 9. C. de pignorib.

8 Creditor qui consequutus est, quantum sibi debetur à debitore, vel ab alio, licèt non ex causa debiti, sed propter dolum suum, quia non permisit, alium creditorem venire in possessionem bonorum, non potest de æquitate ampliùs agere ad debitum, l. si quis dolo, 51. § fi. & ibi gl. pe. de re iudicat.

Creditori vni si fiat solutio, altero creditore negligente, nõ reuocatur ab eo id, quod sibi solutum est, sed si vtroque creditore instante soluatur vni, tantùm is, in subsidium alteri creditori tenetur condictione indebiti, vel condictione ex lege communicare, quod sibi solutum est, l. si non expedierit, 6. §. 1. & ibi gloss. communicandum, de bonis authori. iudicis.

Creditor quilibet etiam stricti iuris potest petere cautionem, l. 4. & ibi add. marg. de separatio.

Creditori non competit interdictum de libero homine exhibendo, vt debitor exhibeatur, potest tamẽ agere, vt in bonis eius mittatur, l. fi. de liber. hõ. exib.

Creditor qui dolo non seruat fidem restituendo pignus, nec tenetur debitor ei [illegible] debitum, gloss. culpa sua, in l. apud Celsum, §. item quæritur, [illegible] doli mali exceptione.

Creditor petens debitum purum à debitore, cui debebat idem debitum sub conditione, non potest repelli exceptione doli, si paratus est satisdare de reddendo conditione adueniente, aliàs repellitur exceptione, l. purè mihi, eod.

Creditor petens debitum ab eo, quem debitor volentem sibi donare delegauerat, non potest exceptione doli debitoris repelli, quia suum debitum repetit, potest tamen delegatus contra delegantẽ agere, vt eum faciat liberari in eo, quod promisit vltra modum, vel si iam soluit, repetere ab eo, d. l. purè mihi, §. si eum, qui, & ibi gl. debitorem, eod.

Creditor petens pecuniam, quam debitor soluturus perdidit, culpa ipsius creditoris, vt quia oblatam recepit, exceptione doli mali repellitur, l. si opera, eod.

Creditor aut legatarius agentes si fuerint repulsi per heredem exceptione, eò quòd emancipatus sperabatur petere bonorum possessionem contra tab. si tamen emancipatus amittat bonorum possessionem contra tab. si tamen emancipatus amittat bonorum possessionem, poterunt agere iterum creditor & legatarius, l. qui cum herede, de actio. & obliga.

Creditor vel emptor etiamsi speciem vel rem sibi datam habere cœperit ex causa lucratiua, nihilominus priores actiones integras retinet, sicut ex contrario, qui ex non lucratiua causa habere cœperit, eandem non prohibetur petere ex lucratiua causa, l. ex promisso, eod.

9 Creditoris locum habet etiam pendente conditione ille, qui stipulatus est sub conditione, quod verum est quoad hoc, vt in possessionem mittatur, item vt ei caueatur, item vt in falcidię rationem debitum deducatur, item quoad hoc vt spem transmittat, l. is qui sub conditione, 41. & ibi glo. 1. eod.

Creditores dicuntur illi, qui aliquam actionem vel ciuilem habent, ita quòd exceptione non summoueantur, vel honorariam, vel in factum, idest, extraordinariam, d. l. is, cui, 8. §. fi. eod.

per Creditoris mortem non debet obligationis conditio, vel natura in præiudicium debitoris alterari, l. si seruus, 21. in add. marg. de stipulatione seruorum,

Creditor si debitori suo mandauerit, vt Titio pecuniam soluat, deinde Titium vetuerit accipere, idque ignorans debitor si soluerit posteà Titio simulanti se procuratorem esse, debitor liberatur, si non animo interueniendi acceperit, Titius tamen tenetur furti actione, l. si quis seruo. 18. in fin. & ibi glos. fin. de solutio.

Creditor, qui in totum accepit debitum ab vno herede debitoris, si per errorem credens se teneri ad partis restitutionem restituerit, non potest repetere, quia erat naturaliter obligatus restituere, quod indebitum acceperat, l. si testamento. 49. §. 1. de fideiussor.

Creditorem inuitum nemo potest cogere agere, nec solutionem recipere, potest tamen afferri, consignari, & deponi, & sic inuito creditore potest liberari debitor, gloss. 1. in l. solutionem, 23. de solutionibus.

Creditor poterit petere fundum, licet sibi traditus sit, si ius quoddam cautionis faciendum supererit, l. etiam circa, 27. de solutio.

Creditori sine iusta causa volenti accipere debitam pecuniam, quam debitor obtulit, consignauit, ac deposuit, denegatur actio ipso iure, l. si debitor, 30. & ibi gl. 1. eod.

Creditoribus duobus, quando promittuntur duæ species, non potest solui vni vna, alteri altera, sed debet cuilibet dimidia cuiusque speciei solui, secus tamen est, quando promittitur quantitas, vel genus, veluti decem numi, aut decem homines, quia tunc cuilibet possunt solui quinque numi, vel homines, l. cùm Stichus, 29 eod.

Creditori minoris decipienti minorem, vt rem magni pretij daret, in solutum pro modica summa, restituto minore ad eandem rem, non restituitur actio pristina propter dolum suum, aliàs secus, l. qui res suas, 98. §. huic applicatur, & ibi gloss. huic applicatur, de solutio.

10 Creditor, vel tutor si oblatam à debitore pecuniam non congruo loco, & tempore recusauit recipere, periculum illius pecuniæ pertinet ad debitorem, vel pupillum, l. creditor, 102. & ibi gloss. nec, eod.

Creditor dicitur quandoque liberari, gl. fi. in l. 1. de acceptil.

Creditoris seruus, licèt habeat mandatum speciale, non potest acceptum ferre, id quod domino debetur, quod speciale est in eo seruo, gloss. 1. in l. 3. eod.

Creditor falsus, idest, qui simulat se creditorem, si scienter numos indebitos acceperit, furtum facit, nec numi fiunt eius, l. falsus, 43. de furtis.

Creditor non habet actionem furti pro re debitoris surrepta, si ei non fuit obligata, licèt eius intersit, vt quia creditum aliunde seruare non possit, l. inter[...] dum, 49. eodem.

Creditori volenti mutuare pecuniam Titio locupleti, & honesto, si quis subiic[...] alium Titium egenum, quasi ille esset locuples, cum quo mutuatam pecu[...]niam diuisit, creditori mutuanti tenentur furti actione tam subiiciens, quà[...] Titius, qui accepit, l. si quis vxori, 52. §. cùm Titio, eod.

Creditor si signauit domum debitoris absentis, in iniuriam eius quasi debitor[...] eius, sine authoritate eius, qui potest hoc concedere, tenetur ei actione iniu[...]riarum, l. si iniuriæ, 20. de iniuriis.

Creditor, qui mutuat scienter pecuniam filio ad scelus committendum, purà a[...] veneni mali compositionem, vel etiam vt latronibus aggressoribúsque dare[...]tur, qui patrem interficerent, parricidij pœna tenetur, & etiam qui pecunia[...] quæsierunt, l. si, sciente, de parricidiis.

Creditor id, quod in diẽ sibi debebatur, si scripsit in testamẽto debitoris, vt fil[...] purè solueretur, si venia impetrata abstineat à legato isto, vt pœna falsi remi[...]teretur, potest debitum adueniente die petere, l. si quis legatum, §. fi. de falsi[...]

Creditor exigens à debitore pecuniam, quam sibi debebat, non committit cr[...]men peculatus, etiamsi acceperit eam pecuniam quasi pecuniam fisci, cù[...] debitor adhuc sit debitor fisci, l. peculatus, ad leg. Iul. peculatus.

Creditor, qui suum recipit, nihil dolo facit, l. nihil dolo, 129. de regulis iuris.

Creditores non fraudantur, cùm quid non adquiritur à debitore, sed cùm qu[...] de bonis diminuitur, l. non fraudantur, 134. eod.

Creditor non potest cogi à debitore, vt eo dimisso agat contra eum, cui debit[...] ipse pecuniam alij mutuauit, l. non aduersùs, C. si certum petatur.

Creditor compellens debitorem suum, vt pro debito fiat eius seruus, perdit de[...]bitum, & tantundem debet dare ipsi debitori, vel eius parentibus, & pœna co[...]porali etiam est puniendus, auth. imò, C. de actio. & oblig.

Creditori datur iure Codicis ius eligendi, an agat personali, an hypothecari[...] imò ius cumulandi personalem & hypothecariam, l. fi. C. eod.

Creditori non datur etiam iure Codicis ius eligendi, an agat personali vel hy[...]pothecaria, in hypotheca tacita, sed bene datur in expressa, gl. 2. ibid.

Creditor petens pecuniam numeratam, probare cogitur, ita debitor affirma[...] eam solutam, eius rei probationem præstare debet, l. 1. C. de probatio.

Creditor petens pecuniam numeratam, cogitur probare, siue debitor neget nu[...]meratam pecuniam, siue dubitet, gl. 2. ibid.

Creditor sicut tenetur facere debitori soluenti apocham solutionis, ita debit[...] creditori tenetur facere vnam ante apocham, in qua continetur soluenti se[...]uisse creditori, l. plures, C. de fide instru.

Creditori, qui pro liberando prædio empto aliquid soluit, illud venditori com[...]pensat cum pretio, l. quoniam, 10. C. de compensat.

Creditori si debeantur ex vna causa decem, ex alia 20. & ex alia 30. & ipse p[...]tierit decem generaliter, non videtur omnia petere, sed sola decem, licèt [...] in electione eius, in quam causam eligat, glo. 1. in l. fi. C. de annali except.

Creditori si debeantur diuersæ quãtitates ex diuersis causis, & generaliter dic[...] in libello, debitorem sibi obnoxium, & posteà ipsemet creditor confiteat[...] per iuramentum calumniæ de vna summa sensisse, non perpetuantur or[...]nes, sed illa sola tantùm, ibid.

Creditor vnus ex pluribus non potest cogi bona suscipere, & cæteris creditor[...]bus respondere, l. 4. C. de bonis authoritat. iudicis possid.

Creditor absens si cecidit à possessione, quilibet admittitur etiam sine mãdat[...] pro recuperanda possessione, glo. retinebat, in l. 1. C. si per vim, vel alio mod[...]

Creditor cùm est possessor, tenetur tributorum onera subire, & quod solu[...] repetit à debitore, gloss. 1. in l. in summa, C. de pignor.

Creditor ex necessitate tenetur denunciare debitori extra iudicium, vt solu[...] quando dies non est statuta ad soluendum, secus quando dies est statuta, gl. in l. debitores, 10. C. eod.

Creditori creditoris debitor inuitus delegari non potest, l. nec creditoris, de nouatio.

Creditor ad debitj petitionem non potest cogi, l. creditor, 20. C. de pign.

Creditor si vni correo mutuauerit, & pro eo alios duos correos accepetit, [...] duo correi non possunt opponere, quòd sibi pecunia numerata non fue[...] quia causa obligationis reperta in vno, extendit radices in omnes, l. pen[...] de duobus reis.

Creditor potest inuito debitore cedere, vel donare, aut obligare, sed delegare inuito non potest, l. 1. & ibi glo. fin. C. de nouatio. & l. 2. C. de donatio.

Creditor non potest compelli recipere in solutum nomen debitoris sui, d. g[...] fin. in d. l. 1.

Creditor contra debitorem debitoris non potest agere, nisi sit sibi delegat[...] vel constituerit se soluturum, l. si soluere, 7. C. eod.

Creditorem alienum compellere non potest quis, vt sibi cedat actionem c[...]tra eius debitorem, nisi emerit nomen debitoris, l. nulla, 5. C. de solutio.

Creditor si per errorem liberauit debitorem per acceptillationem sublata prior obligatio, potest tamen agere condictione sine causa, vt si reponat obligationem, vel si debitum sit liquidum, & purum, vt statim soluat, glo. 1 [...] si obligatum, 13. C. de solut.

Creditorem liberare debitorem sufficit, si non potest reddere instrumentum [...] 2. in l. pecuniæ, 14. C. eod.

Creditor si scripsit ad debitorem se recepisse debitum contemplatione lite[...]rum, quas ipse debitor misit ad aliquem, vt solueret creditori, illo non [...]uente, integra manet petitio debiti, si intra 30. dies petitum sit, l. si lit[...]rum, 23. C. eod.

Creditorum ius pacto priuatorum lædi non potest, gl. 1. in l. cùm res, 22. C[...] donatio.

Creditor propter debitum defuncti non potest impedire, quin sepeliatur sub [...]na 50. librarum auri, quas si non possit soluere, licèt in corpore, & cautione[...] confessiones, & actiones ob hoc priùs factæ ipso iure non nocent heredi, [...] C. de sepulchro violato,

Creditor vtens pignore facit furtum,gl.restitui,ibi.

Creditor si metu compulsus tradidit seruum pigneratum debitori, quadruplum æstimationis;quod consequutus est à debitore actione,quod metus causa,non tenetur restituere debitori, neque computare in debitum,d.l.si pignore, §. idem Papinianus.

Creditor si per metum illatum à se pignus accepit, deinde illud tradiderit debitori etiam per metum illatum creditori,non competit actio quod metus causa,gl.bona,ibi.

Creditori tradenti pignus per metum competit actio furti in quadruplum ipsius debiti,vel actio quod metus causa in quadruplum æstimationis possessionis pignoris ablatæ,gl.consequutus,ibi.

Creditor,cui data est res à debitore,vt pigneraret,si pignerauit, ac luit, tenetur debitori eam reddere actione ad exhibendum,& rei vendicatione,vel actione commodati, vel præscriptis verbis,etiamsi debitor non soluat sibi debitum, l.petenti,27.& ibi glo.iubendus,& gl.fina.eodem.

19 Creditor,cui data est res à debitore vt pigneraret,si pignerauerit, sed non luerit, tenetur debitori actione commodati, vel præscriptis verbis ad luendam, & redimendam eam, ac reddendam, etiam si debitor non soluerit sibi debitum, d.l.petenti,& ibi gl.fi.

Creditor,cui data est res à debitore vt pigneraret, si pignerauit,adhuc etiam pignerata censetur, etiam si debitor huic creditori soluerit, debitum, secus si creditor rem sibi pigneratma alij in pignus dedit, quia tunc secundum pignus statim soluitur solutione facta à debitore primo creditori, gloss. videntur, ibid.

Creditor,qui mea voluntate rem meam oppignerauit,etiam si debitum non soluerim, ad luendam liberandámque cogi potest, vt mihi reddatur, si diu res mea oppignerata præstitit, vel luitio illi creditori, qui eam oppignerauit, est facilis, d.l. petenti, in additio.marg.

Creditor si amissa possessione pignoris contra detinentem pignus egit quasi Seruiana, & litis æstimationem,consequutus sit ab eo,ille detentor,qui litis æstimationem soluit creditori,repellere potest debitorem vendicantem,nisi æstimationem solutam offerat,l.si creditor.28.eodem.

Creditor si rem alienam pignori datam precariò concesserit ipsi debitori,factus hæres à vero domino rei habet interdictum de precario, rei vendicationem, & condictionem ex lege,si quis conductionis,C.locati,glo.fi.in l. si rem alienam,29.eod.

Creditor contraria pigneratitia potest agere cõtra debitorem, qui sibi rem alienam pignori dedit,etiam si debitor esset soluendo,l.cùm debitore,32. eod.

Creditori potius expedit pignori incumbere,quàm in personam agere,tum quia debitor potest effici non soluendo,gl.1.ibid.

Creditor contraria pigneratitia agit contra debitorem ad interesse,quando conuenit de certo pignore dando, datumque sit alienum,quod à domino repetitur, sed si conuenit in genere de pignore dando, datumque sit alienum, tunc agit contraria pigneratitia ad æquè bonum pignus subministrandum, † d. gl. 1. & ibi add.marg

20 Creditor si anteq iàm sibi soluatur debitum dederit pignus alicui in pignus, soluto debito priori creditori liberatur pignus etiam à secundo, l. debitor, 40. §.fi.eod.

Creditor si sciens à principio rem alienam pignori acceperit, non confirmatur pignus per superueniens dominium ipsi debitori, secus si fuisset ignorans, gl. 1.& ibi add.marg.in l.rem alienam,41.eod.

Creditor si sit in dolo,vel culpa restituendi instrumenta pignoris tempore debito,tenetur ad interesse,secus si ei culpa non possit imputari,l.fi. & ibi gloss. eo dante,eod.

Creditori si authoritate curiæ pignus sublatum sit,& posteà ab ipso creditore recuperatum; damnum,quod in pignore datum est authoritate curiæ non pertinet ad creditorem, qui non deprehenditur in culpa, d.l. fin.§. fi.eodem.

Creditor potest pacisci quòd debito non soluto habeat pignus iusto pretio emptum,secus quòd pro pecunia debita habere emptum,l. si fundus,§.fi.& ibi gl. fi.de pignoribus.

Creditor si scienter filiumfa.à parente pignori accepit,relegatur, nec tenet obligatio, nisi in casu quo distrahi permittitur, l.final.& ibi.gloss fin.de pignor.

Creditor mutuans pecuniam ad hoc vt emeretur res, illa empta sibi est tacite obligata, secus quando simpliciter sit mutuata, gl.1.in auth.quo iure,C. qui potiores.

Creditor plures res accipiens pignori non cogitur vnam liberare,nisi soluto sibi vniuerso debito,l.qui pignori,19. de pignoribus.

Creditor si agat pigneratitia contra debitorem non restituentem sibi pignus, non iurat in litem,neque condemnatur debitor in plus,quam debet,quia creditori pluris non interest, quod procedit etiam si dolo non restituat pignus creditori, l. si inter,21.§.fin. eod.

Creditor prædia sibi obligata ex causa pignoris rectè poterit locare, l. creditor, 23.eodem.

Creditor rem mobilem sibi in pignus datam non potest locare,gl.1.ibi.

21 Creditor non habet tacitum pignus in re empta ex sua pecunia, nisi sit pupillus, vel actum sit quòd pro pretio sibi esset obligata,glo.2.in l.interdum, qui potior.in pignore.

Creditor ratione seruitutis debitæ fundo pignerato potest nunciare nouum opus,l. creditor.9.de noui operis nunciatione.

Creditor in re pignerata videtur quodammodo procurator in re sua factus pro tuendo iure rei pigneratæ, ibid.

Creditor pro seruitute debita rei pigneratæ habet vtilem confessoriam, non directam,d.l.creditor,& ibi gl.fi.

Creditor pigneratitius cogitur satisdare de damno infecto, & etiam ei caueri debet de damno infecto,l. quid de creditore,11.& ibi gl.1.de damno infecto.

Creditor,qui de damno infecto satisdedit, ac tunc demùm collapsa sit domus,& tenetur damnum emendare ex dicta satisdatione, potest idipsum recipere à domino oppigneranto domum,d.l.de creditore,in additione marg.

Creditor rem pignori acceptam non potest vsucapere,l.pignori.13. de vsucapio.

Creditor rem pignori acceptam prorsus pro aliena possidet, sciens,alienam,ibi.

Creditor sibi possidet pignus,& præscribit contra debitorem quantum ad pigne ratitiam,& ius offerendi,sed non quantùm ad rei vendicationem, & domi nium,† gl.alieno,ibid.

Creditor pro pignore sibi tradito actione ad exhibendum conueniri debet a eo,cuius interest exhibitionem fieri, sed debitor non debet conueniri, l. seru nomine;16.eod.

Creditori habenti pignus datur detentio seruitutis,cùm & petitio detur, & po test nunciare nouum opus,& nunciationem remittere,l.1.§.fi.& ibi gl.fin. d remissio.

Creditores possunt rogari precariò res ab his, qui pignori eas dederunt eis, & consistit precarium, l.certè,§.fi.de precario.

Creditor,qui præscriptione longi temporis à possessore pignoris potuit repelli vendidit pignus,competit eadem exceptio eidem possessori etiam aduersù emptorem,l.creditor,de diuersis & tempora.

Creditor,qui pignus accepit,re tenetur quo ad pignora, quia ea de re quam ac cepit restituenda tenetur,sed quoad hypothecã non tenetur re; quia illa con trahitur solo consensu,l.1.§.creditor,& ibi gl. tenetur,de actio.& oblig.

Creditor,qui in pignore contrahendo deceptus est,vt quia sibi data sit res alie na, vel alij obligata in pignus, rectè poterit agere contraria pigneratitia, in quam actionem veniet quod interest creditoris, quia eius interest habere æ què bonum pignus, maxime quando debitum est, quod pignoris tan tum retentione seruari poterat, l. si in pignore, 55. & ibi gloss.1.& 2.de fideiussor.

Creditor vtens pignore furti actione tenetur, l. si pignore,54.de furtis, & glo peruenire,in l fi.§.pe.C.de furtis,& §.furtum.Inst.de oblig.quæ ex delict.

Creditor rem sibi pignori datam auferens in dubio quantum ad actionem furt non videtur contrectare,sed pignori suo incumbere, sed quantùm ad pœnam legis,si quis in tantam,& legis,extat,quod metus causa,ipse auferens tenetur nisi iudicis authoritate,vel ex conuentione auferat,† l.cum creditor,55 & ib gl.fin.eodem.

Creditores & eorum successores aduersùs debitores petentes pignora quantitate reddita iure debita,vel his non accipientibus oblata, consignata, & deposita longi temporis præscriptione,muniri non potest,l.nec creditores, 9. C.de pignerat.actione.

Creditor vt pignoris defensione se tueri possit, debet probare debitum, quo oblato à debitore,vel creditore nolente recipere consignato vel deposito, facilis erit debitori pignoris liberatio,ibid.

Creditor contra debitorem agentem ad pignus rei vendicatione, potest opponere exceptionem,quòd debitor non est dominus pignoris, quo casu debitor debet probare se dominum,† gl. dominium,ibid.

Creditor solo debito,oblato,aut deposito, tenetur restituere pignora non perdita,nec diminuta,aliàs non tenetur,nisi fuerit in culpa,gl.pe.in l.fi.C.eodem.

Creditor,qui filiofam. sub pignore mutuam pecuniam patre permittente dedit, ad pignoris persecutionem rectè aget, etiam si sint alij creditores potiores iure conuentionis,gl.pen.in l.4.C.ad Macedo.

Creditor etiamsi sit fiscus,debet priùs conuenire heredes debitoris, quàm extraneos pignorum possessores, & si bona hereditatis non sufficiunt, in residuum vsque ad valorem pignoris debet eos conuenire,† gl. pe. in l. si non verum 15.C.de donatio.inter.

in Creditoris electione est,vel agere actione personali contra debitorem, vel hypothecaria contra extraneos pignorum possessores, quando expressa hypotheca contracta est,ibid.

Creditor hodie vbi libet debet conuenire debitorem actione personali, priùs quàm agat hypothecaria contra tertios possessores,gl pe.ibid.

Creditor si bona fide accepit in pignus à debitore rem subiectam restitutioni, ea emcta habet pigneratitiam contra debitorem, l. 3. §.fin. C. communia,de legat.

Creditor habet ius pignoris non solum pro debito sed etiam pro eo quod soluit ad collationem viarum muniendarum, vel quodlibet aliud necessarium obsequium,occasione pignoris,l.in summa,6.C.de pignor.

Creditor pignus persequens debet probare debitorem fuisse dominum tempore obligationis,non posteà,id est,tempore quo agit, gl.1,in l.vsucapio,7.C.eod.

Creditor quamuis actione personali contra debitorem,vel eius fideiussorem expertus habeat sententiam,nihilominùs adhuc habet pignoris persecutionem. l.quamuis, 8.C.eod.

Creditore agente actione personali contra debitorem si debitor sit absolutus in personali, tunc censetur absolutus ab hypothecaria, & tollitur pignus, gloss.1.ibid.

Creditor potest persequi ius pignoris etiam non denunciato debitore,vt soluat. de vrbanitate non ante ingressum iudicij debet requirere debitorem extrà iudicium,vt soluat,l.debitores,10.& ibi gl.1.C.eod.

Creditor tenetur pigneratitia reddere pignus,si oblatio,ac consignatio,ac depositio debiti facta sit,l.res obligátas,21.eod.

Creditori integra permanet petitio etiam pignore perempto,l.seruo, 25. C.eo.

Creditor, cui omnia bona sunt obligata à debitore habet etiam obligatã militiam emptam, sibi, vel filij ex pecunia ipsius creditoris ad hoc debitori mùtuata,nisi contrarium probetur,l.fin.& auth.quod obtinet,C.eod.

Creditor debet probare rem sibi pigneratam esse in bonis debitoris tempore obligationis,nisi possideat debitor eam bona fide tempore obligationis, gl.fi. l.cum res,C.si aliena res,pign.

Creditor relegatur.si filiumfam.in pignus accepit,gl.fi.in l.qui filios, C. quæ res pignori oblig.

Creditor pignus sibi datum potest pignori obligare alij,& tamdiu durat secundum pignus, donec resoluatur primum,quia resoluto iure prioris, resoluitur etiam ius successoris,l.1.C.si pignus pign. datum sit.

Creditor si dicat de pignore sibi dato inuestitum esse,non creditur suo iuramento,sed testibus idoneis paribus domus,vel curiæ cap.1.de pignore dato feudo.

Creditor non debet vti pignore,gl.vtendi,in prin.Inst.de vsufructu.

Creditor ex pignore recepto obligatur re,& tenetur eam rem,quam accepit, restituere pigneratitia actione,§.fi. Instit.quib. modis re contrahitur obligatio.

executoribus,vel tabellionibus pro cautione scribenda,gl. sportularum,ibi.

Creditor si ex fructibus pignoris debitum consequutus sit, cùm ipso iure pignus ab obligatione liberatum sit, non potest vendere, l. 1. C. de distractione pignor.

Creditor si ex fructibus pignoris debitum sit consequutus, ipso iure pignus liberatur,nisi pactú sit de lucrandis fructibus de vsuris,d.l.1.& ibi gl.fin.

Reliqua verbo,Pignus.11.12.Debitor,38.39.Fructus,7.Vsura.infrà num.58.

30 CREDITOR, qui ius suum vendit fideiussori, non tenetur pigneratitia,si pignori tradita fideiussori sint perempta casu,l.fideiussor,de negot.gestis.

Creditoris interest,ne debitor vendat pignus,gl.fina.in l.penult.de pactis.

Creditor, qui habet ius pignoris,quo excluditur,non habet ius vendendi, l. redemptores,39.§.fi.cum l.seq.de rei vend.

Creditor si emit rem à concreditore habente ius distrahendi iure creditoris, consequitur dominium, & definit sibi esse obligata,l.si pignori, 29. & ibi gl. huius,famil.ercisc.

Creditor si vendiderit pignus contra pactum suum de non vendendo, furti tenetur,nisi trina monitione facta debitori vendiderit,l.si conuenerit,4. cum l. seq.& ibi gl.1.de pign.actio.

Creditor potest vendere pignus non obstante pacto de non vendendo,& hoc sibi conceditur propter publicam vtilitatem,aliàs non reperiretur, qui mutuaret,si pignus vendi non posset,ibi.

Creditorem inuitum cogi vendere pignus,satis inhumanum est,l.quamuis, 6.de pigne.actio.

Creditor ex pacto de vendendo pignore non cogitur vendere, licèt non sit soluendo is,qui pignus dedit,quia illud pactum creditoris ipsius fauore factum fuit,& ideò in eius læsionem non debet retorqueri,d.l.quamuis,& ibi gl.2.

Creditor non cogitur vendere pignus,cogitur tamen ostendere illud volentibus emere,& debitori,vt vendatur,si sibi idoneè caueatur,d.l.quamuis,& ibi gl.pigneratam.

Creditor,qui pignus vendidit cogitur restituere superfluum pretij per actionem pigneratitiã,& etiam vsuras,si fœnerauit ex illa pecunia, vel si vsus sit ea pecunia,vel sit in mora restituendi, secus si præcedente oblatione illam pecuniam depositam apud se haberet,d.l.quamuis,§. fi.cum l.sequen.& gloss. 1. in l.socium,60. pro socio.

Creditor si vendidit quaidam res sibi pignori datas, & de euictione promisit,etsi creditum suum habuerit, potest nihilominùs retinere reliquas res sibi pignori datas,donec sibi caueatur à debitore de indemnitate eius, quod euictionis nomine promisit, l.si necessarias,8.§.1.de pigne.actio.

31 Creditor vendens res sibi pignori datas non tenetur emptori cauere,de euictione,nisi sit consuetudo,vel plus propter hoc vendidit, aut aliter vendere non potuit,glo.retinere,ibid.

Creditor vendens quædã pignora potest promittere euictionem emptori, & habet ius retinendi reliqua pignora,donec sibi debitor caueat de indẽnitate,ibi.

Creditor totam rem pigneratam potest vendere, etiam si debitor ipse, vel vnus ex pluribus hæredibus eius, portionem suam soluerit,d.l.si necessarias, §.si vnus,eod.

Creditor, qui mutuatam pecuniam stipulatus est sibi solui annua,bima, trima die,& accipiendo pignus pactus sit, vt nisi sua quaque die sibi esset soluta pecunia, sibi liceret vendere pignus, antequàm omnes termini fuerint elapsi, non potest vendere,etiamsi in primo termino, neque in secundo nihil soluerit,omnibus tamen terminis elapsis rectè poterit vendere,d.l.si necessarias, §. si annua,eod.

Creditor,qui mutuatam pecuniam sibi soluì annua,bima,trima die stipulatus sit, & accipiendo pignus sit stipulatus, vt si qua pecunia sua die soluta sibi non fuerit,liceret sibi vendere pignus;vno die,vel termino elapso, non soluta parte pecuniæ,statim potest vendere pignus,ibidem.

Creditor si pactus sit, vt posset vendere pignus,potest nihilominùs eius hæres vendere, licèt creditoris tantùm persona fuerit comprehensa, nisi in contrarium actum sit, d.l.si necessarias,§.pe.eod.

Creditor si rem alienam sibi pignori datam vendiderit, liberatur debitor quantùm ad creditorem,gl.experiri,in l.si rem,§.pe.eo.

Creditor, qui vendidit pignus cum pacto, quòd si debitor solueret pecuniam pretij emptori,liceret ei recipere rem suam, tenetur ipse creditor pigneratitià mandare, & cedere actionem ex vendito debitori contra emptorem, & etiam ipse debitor potest agere rei vendicatione vtili, vel actione in factum contra emptorem,l.si,cùm venderet,13.eodem.

32 Creditor, qui pignus suum emit à debitore,potest excipere de emptione contra debitorem agentem pigneratitia,l.aliena,20.§.fin.de pigne.actione.

Creditor si vendendo pignus sine dolo, & culpa ex consuetudine regionis promisit duplum nomine euictionis, & condemnatus posteà de euictione duplum præstiterit,ad illud duplum habet regressum per contrariam pigneratitiam contra debitorem, si ideò quòd duplum promiserat, pluris vendidit, secus si duplum promisit nulla extante consuetudine de promittendo duplum, nec eo quod duplum promiserit,pluris vendidit,quia tunc habet regressum tantùm ad debitum,& non ad duplum, ipse tamen creditor tenetur ad duplum,l.si pignore,22.§.si creditor,& ibi glo.talis,& glo.attulit, & gl. fi. cum l. sequen,eodem.

Creditor,qui plus debito pignus vendidit,nondum sibi soluto pretio,non potest cogi soluere superfluum debitori,sed debitor debet expectare eum,quòd priùs recipiat pretium, quod si nolit expectare, sufficit quòd creditor cedat ei actiones suas suo periculo contra emptorem, l.eleganter, 24. §. si vendiderit, eodem.

Creditor si superfluum debiti, quod vendito pignore recepit, debitori tardiùs soluerit,ex mora tenetur etiam ad vsuras, gloss.iudicio,ibidem.

Creditor quidquid ex venditione pignorum recepit,priùs in vsuras, etiam nudo pacto debitas,deinde in sortem debet computare,l. cùm & sortis, 35. eodem.

Creditor vendens pignus debet superfluum pretij restituere debitori, neque liberatur,si actionem suam velit ei cedere contra emptorem,l.pen.C.eodem.

Creditor vendens pignus sine culpa, vt quia propter dilationem,vel expectationem plus vendidit, residuum pretij debet restituere vel delegare, vel mandare emptorem,secus si fuit in culpa,† gl.1.ibi.

Creditor siue per se,siue interposita persona, si emit fundum à muliere, vt ei pretium compensaret cum debito,quod sibi debetur à viro ipsius, vel ab ali potest ipsa mulier vendicare fundum illum,& si ab emptore opponatur ei e ceptio de fundo empto,& tradito,replicabitur ab ea,quòd venditio erat fac contra Velleianum, l.fi. §.item si mulier,ad Velleian.

Creditor,qui iure creditoris vendidit pignus,& postea ab emptore eius possess est euicta,habet regressum contra debitorem, & fideiussorem,quoties ex pr tio pignoris debitum non sit consequutus, vel obligatus est de euictione casu,quo debuit promittere, aliàs secus,l.si mandato,59.§.creditor, & ibi g non teneatur,mandati.

Creditor vendens pignora non tenetur de euictione ad duplam vel ex empto a pretium,nisi sciens rem non sibi obligatam vendidit, quo casu tenetur ex en pto,l.emptorem,§.denique, de peric.& con.

Creditor non potest vendere pignus ante diem solutioni destinatum, potest ta men etiam ante diem persequi pignora ex iusta causa, vt quia debitor sit su pectus,vel recessurus putabatur, aliàs non potest agere persecutoria,† l.qua situm,14.& ibi gloss.2.& additio margin.de pignoribus.

Creditor secundus si patitur pignus vendi,vt priori creditori, seu potiori solu tur,& in aliud pignus priori succedat,succedit in locum prioris creditoris,l. prior,§.pen.qui potiores in pig.

Creditor prior potest impedire secundum creditorem volentem vendere pi gnus,licèt ipse prior vendere non possit,d.l.si prior, §.fi. eod.

Creditor secundus à debitore suo prædium obligatum emens eatenus tueri de bet,quatenus ad priorem creditorem ex pretio pecunia peruenit,l. eum,qui debitore,17.eo.

Creditor primus si emit à debitore pignus,habet ius retentionis, quia sua dil gentia ei obesse non debet, & quia videtur velle discessisse à vinculo pigno ris, si irreuocabilis esset datio sibi à debitore facta, glo.fi. in d. l.eum, qui debitore,eo.

Creditor secundus in hypotheca non potest pignus vendere, nisi præcedente di misso, sed si vendidit, à præcedente creditore non potest conueniri, empto tamen potest hypothecaria conueniri,l.1.de distractione pignor.

Creditor secundus contra primum creditorem vendentem ad illud, quod super est de pretio actione in factum,vel officio iudicis,vel meliùs condictione e lege agere potest,glo.fi.ibi.

Creditor secundus si pecuniam priori soluat, & in eius locum succedat, potes vendere pignus,tam propter pecuniam, quam priori soluit, quàm propte pecuniam suam,quam debitori credidit,l.5.eod.

Creditor secundus, quando à priore emit pignora, non tam acquirendi domi nij, quàm seruandi pignoris sui causa, intelligitur pecuniam dedisse, & ide debitor offerendo pecuniam ei,habebit pignus,l.cùm posterior,eod.

Creditor si vendidit extraneo pignus,vel hypothecam,vt liceat sibi reddere pe cuniam, & pignus, vel hypothecam recuperare, debitor non potest redden do pecuniam emptori pignus consequi,potest tamẽ agere cum creditore, v si quas actiones habeat,eas cedat sibi contra emptorem, l.si creditor,eod.

Creditor si vendidit hypothecã extraneo,ita vt si intra certum tempus à debito re pecunia soluta fuerit,emptio rescindatur, debitor intra illud tempus sol uendo pecuniam,recuperat pignus, secus si illud tempus præterit, vel illud pactum venditioni non fuit adiectum, nisi debitor sit minor 25. annorum vel pupillus, vel sit absens reipub. causa, vel in aliqua earum causarum ex quibus edicto,ex quib.cau. maior.&c.succurritur,ibi.

Creditor ex pacto habens ius vendendi potest vendere ex pignoribus illud,quod voluerit, vt suum consequatur, quod intellige de rebus mediocribus, ex quibus commodè potest sibi satisfieri,secus si mala fide versatus sit, l.creditoris, & ibi add.marg. eo.

Creditor si ab emptore sine culpa ipsius creditoris pretium pignoris consequi non potest,debitor ob id non manet liberatus,quia venditio ex necessitate facta non liberat debitorem,nisi pecunia percepta,l.quæsitum,eo.

Creditor lege pignoris vendens pignus non tenetur emptori de euictione, sed solùm tenetur rem sibi fuisse obligatam, neque ipse creditor potest ex alia causa illam vendicare,l. & si is,& ibi gl.fi.eo.& l.periculum, 30.& ibi gl. 1. & add.de pignorib.

Creditor à debitore potest pignus emere, sed non econtrà, debitor à creditore, quia pignus manet in dominio debitoris, l. rescriptum, & ibi gl.2.eodem.

Creditor si alienam rem pignori acceptam vendidit ea lege, ne euictionis nomine obligaretur, liberatur debitor quoad creditorem, tenetur tamen domino rei,si nondum ea res euicta sit, vel emptori,si euicta fuit vtili actione ad pretium rei, & eius vsuras habita ratione fructuum, sed si dominus ratam habeat venditionem,tenetur ei in subsidium actione negotiorum gestorum, d.l.rescriptum,§.si aliena,& ibi glo.tenetur.

Creditor,qui iure creditoris pignus vendidit,ius hypothecæ,quod habet,cedere debet emptori,& si pignus possidet, debet possessionem tradere,l.pen.eodem.

Creditor vendens rem pigneratam tenetur emptori ius hypothecæ cedere, non quòd sit illa res emptori obligata, cùm per emptionem sit facta sua, sed vt in eo,quod dedit quolibet etiam alio creditore sit potior, qui tamen sit post eum,qui sibi vendidit,d.l.penultima,& ibi glo.penult.

Creditor si consensit venditioni pignoris, vel quòd debitor rem sibi obligatam donet,vel permutet,aut in dotem det,videtur ius suum remittere,nisi contrarium fuerit protestatus,vel non tenuerit venditio,l. 4. §.si in venditione, & l. sicut,§.si voluntate,quibus modis pignus vel hypoth.soluit.

Creditor si vendiderit pignus, & acceperit pecuniam, omnes obligationes manent integræ emptori,quia pretii loco id accepit,& non solutionis nomine, l. soluitur,§.si conuenerit,eo.

Creditor si cõsensit vẽditioni partis pignoris pro indiuiso si certa res,vel corpus sit,quod venditur,is creditor potest agere de reliqua parte ab initio pro solido contra emptorem, qui tantum emit, vel partem diuisam, neque obstat ei exceptio consensus, l. si consensit, §. si conuenit, & ibi gloss. oportere,eod.

Creditor si consensit,vt debitor venderet pignus,si dubitatur an venderet, n... non præ

Creditor si per fraudem minori pretio, pignus vendidit, ipse creditor ad interesse debitoris pigneratitia tenetur, non emptor, nisi creditor non sit soluendo, & emptor participauerit fraudem, quo casu debitor oblato pretio cum vsuris recuperabit rem suam, l.1.& ibi gl.pe.& l.3.C.si vendito pignore agatur.

42 Creditor sciens se non habens ius distrahendi, si vendat, furtum committit, gl.pe.in l.2.C.eod.

Creditor non habens ius vendendi pignus, si vendat, statim tenetur ad pretium habita compensatione fructuum, & vsurarum, gloss.1.& fin.ibidem.

Creditor si pignus non iure vendiderit, debitor non solùm pigneratitia potest agere contra creditorem, sed etiam contra emptorem ad restitutionem prædij, & fructuum, si fraudem participauit cum creditore, l.pe.C.eod.

Creditore vendente pignus lege, vel pacto, pluris quàm fuerit debitum, ad residuum poterit debitor eum conuenire, l.fi.C.eod.& l.fi.C.de iure dominij impetrando, l.eleganter, 24.§.si vendiderit, de pignera.actione.

Creditori si pignus datum sit, & sit pactum quomodo pignus debet vendi, in tempore siue in aliis conuentionibus id obseruari debet, d. l. fi.C.de iure dominij impetra.

Creditori si pignus sit datum nullo pacto venditionis, debet creditor denunciare debitori, vt pignus recolligat, & si intra biennium non redemit, poterit creditor pignus vendere, ibi.

Creditori data licentia pignus vendendi post biennium, & emptor si non reperiatur, debet creditor iudicem adire, vt denunciet debitori, vt veniat, & si non veniat, statuetur certum tempus intra quod si non veniat, poterit petere, vt dominium pignoris sibi adiudicetur, & si adhuc intra aliud biennium debitor venerit, pecuniam offerendo poterit pignus recuperare, sed si non venerit lapso biennio plenissimum dominium consequitur creditor, d. l. fin. C.eod.

Creditor vendens pignus non videtur rem litigiosam vendere, licèt debitor denunciet ei, ne vendat, vel emptori ne emat, l.1.C.de litig.

Creditor ob debitum si fundum minus iusto pretio vendidit, residuum iusti pretij à fideiussore non iure petit, l.si (vt proponis) 18.C.de fideiusso.

43 Creditor vendens pignus minus iusto pretio tenetur debitori pigneratitia actione ad interesse, gl.1.ibi.

Creditor pignus vendens potest in naturale debitum eligere pretium ex pignore redactum, vel etiam in vsuras naturaliter tantùm debitas, gl.pe.in l.1. C. de solutio.

Creditor vendens iure creditoris dicens se vendere, quia creditor, & tunc si non habet ius vendendi ex pacto, vel lege, tenetur emptori ex empto, vt cedat ei contrariam pigneratitiam, gl.1.in l.1.C. creditorem euictionem pignor. non debere.

Creditor habens ius vendendi, si vendat iure creditoris, non tenetur ex empto, nisi vt præstet rem sibi obligatam, & se potiorem cæteris creditoribus, ibidem.

Creditor vendens rem sibi obligatam quatuor debet præstare, primò quòd sit sibi res obligata; secundò, quòd sit potior quolibet alio creditore, quod venit tempore, vel priuilegio, tertiò, quòd creditor credát rem esse debitoris, & sic non sit in dolo; quartò, quòd sibi liceat vendere ex pacto, vel ex lege, gl. fi.ibi.

Creditor vendens iure creditoris rem, quam putabat esse debitoris, non tenetur de euictione, nisi expresè permiserit, d.l.1.

Creditor vendens iure creditoris neque ex persona sua, neque ex persona alterius creditoris, cui successit, euincere potest, ibid.

Creditor vendens rem, vt dominns, tunc tenetur de euictione, gl.1.ib.

Creditor vendens rem iure pignoris tenetur de euictione, quando expressè se obligauit de euictione, vel quando mala fide contraxit, sciens rem esse alterius, & non debitoris, l.fi.C.eod.

44 Creditor licèt non sit dominus, potest tamen pignus alienare ex pacto, vel sine pacto, seruata forma legis, §. contra autem, Instit. quibus alienare licet.

Creditor non est impediendus ius suum prosequi, vbi non est pactio de pignore vendendo, ibid.

Creditor vbi nihil est actum de pignore vendondo, debet nunciare debitori semel, & tunc elapso biennio vendet, sed vbi est dictum de non vendendo pignore, tunc ter debet nunciare debitori, & posteà vendit, nec potest creditor huic beneficio renunciare, quia est contra publicam vtilitatem, glo. virtus, & ibi add.ibi.

Creditor si vendat domum acceptam iure pignoris à debitore, qui eam testamento per fideicommissum reliquit alicui, fideicommissarius non potest petere eam domum ab emptore, licèt is emptor voluntatem defuncti non ignorauerit, habet tamen regressum contra heredem, qui non soluit debitum, si hoc possit ei imputari, l.qui solidum, 78. §. fin. & ibi gl. fi. de legat.2.

Creditor, quando vult vendere pignora ex necessitate, tenetur denunciare debitori, gl.1.in l.debitorem, 15.C.de pignor.

Creditore consentiente si debitor pignus vendat, & postmodùm pignus illud legitimo modo acquisierit, pignus non recidit in priorem obligationem generalem etiam futurorum, l.fin. C.de remissione pignor.

Reliqua verbo, Pignus, 19.20.*Debitor*, 44.45.46.*Seruus*, 115.

45 CREDITOR missus in possessionem ex primo decreto debet locare, aliàs est in lata culpa, gloss. habitando, in l.si is, qui 11.§.1.de pignor.

Creditor proprius hæredis si missus sit in possessionem omnium bonorum causa rei seruandæ, vel debiti sui seruandi, & inter illa bona sit aliqua res per fideicommissum alicui relicta, talis missio nihil debet lædi huic fideicommissario, secus est in creditore hereditario missio in possessionem, l. si fideicommissorum, §.fin.vt in possessio.legat.vel fideic.

Creditor non potest rem sibi pignori obligatam auocare ab eo, qui missus est in possessionem ex secundo decreto ob non præstitam sibi cautionem, nisi expensas reficiat, & de damno infecto caueat, secus si auocat ab emptore, l. cùm postulassem, 44.§.damni, de damno infecto.

Creditores conditionales mittuntur in possessionem, quando non cauetur sibi secundùm formam legis, in omnibus de iudiciis; secus quando volunt se m ti in possessionem, vt sibi soluatur, quo casu non mittuntur, l. in possessione 6.& ibi gloss.1.& add.marg.quibus ex caus.in possessionem eatur.

Creditores possunt mitti in bonis debitoris capti ab hostibus, nō tamen fiet tim venditio, sed interim datur bonis curator, d.l.in possessionem, §.final.

Creditores si fuerint missi in bonis debitoris, possunt illa bona vendi, nisi s… bona pupilli, vel absentis causa reipub.sine dolo malo, sed eius, qui dolo m. abfuit, possunt vendi, ibid.

Creditores missi in possessionem causa rei seruandæ non debent ali ex illis b… nis, cùm non lucrentur fructus, nisi propter nimiam contumaciam, l. Fulcinius, 7.& ibi gl.1.eod.

Creditor mittitur hodiè pro modo debiti in bonis debitoris fraudationis c sa latitantis, & boni viri arbitratu non defensi, d.l.Fulcinius eod.

Creditor missus in possessionem debitoris tanquàm latitantis si vendiderit, ve ditio ipso iure est nulla, vel impetrata restitutione, si posteà appareat, qu non latitauerit, d.l.Fulcinius, §.si quis bona, & ibi gloss.nullius.

Creditores hereditarij mitti possunt in possessionem bonorum causa rei serua dæ, quando heres institutus differt adire ex iniusta causa, aliàs non; & si deb tum vrgeat, vel conditio bonorum, vnus ex creditoribus, vel alius constitu tur curator bonorum, qui vendat de illis bonis, quantum est necesse, l.si diu, & ibi glo.causa, cum l.seq.& ibi glo.1.eod.

Creditores hereditarij mittuntur in possessionem bonorum causa rei seruand interim, dum heres, qui deliberat, appareat an agnoscat, vel repudiet hered tatem, sed non vt vendantur ea bona, nisi res vel conditio vrgeat, l. vnus creditoribus, 9.& ibi gl.pe.eod.

Creditor conditionalis in possessionem non potest mitti interim, dum pend conditio; l.pe.eod.

Creditor mitti iussus si prohibitus fuerit ne bona debitoris possideret, hab actionem in factum contra prohibentem, quanti eius interest, ibidem.

Creditor eò quòd missus sit in possessionem ex primo decreto, antequàm pe. ueniatur ad secundum decretum, non cogitur dominus discedere de posse sione, l.si finita, 15.§.si quis autem, de damno infecto.

Creditores plures in possessionem ex primo decreto non mittuntur insolidun sed pro rata debiti, gloss.de possessione, in d.l.si finita, §. vbi autem.

Creditor missus in possessionem prædij potest locare fructus quanto tempor sibi placuerit, cùm & vendere possit, qui tenetur de dolo malo, vel lata culp. sed non de leui, l.in venditione, §. 1.& ibi gl. ex causa, de bonis authorit.i dicis possid.

Creditor missus in possessionem prædij debet fructus vendere, vel locare, si de bitor ante missionem hoc non fecit, nisi ipse debitor locasset, vel vendidiss in fraudem creditorum, quo casu creditor missus iterum vendit, vel loc. eos fructus, d.§.1.eod.

Creditor missus in possessionem ex secundo decreto tenetur stare colono, dic §. 1. eod.

Creditores plures si fuerint missi in possessionem prædij, possunt inter se conue nire, & eligere vnum ex eis, qui vendat, vel locet fructus prædij, quòd si no conueniant, tunc iudex causa cognita præferendo seniorem iuniori, ditiorer pauperiori, nobiliorem inferiori gradu constituto eligit vnum eorum, qu vendat, vel locet fructus, d.l.in venditione, §.fi. & ibi gl fi.eod.

Creditor missus in possessionem bonorum ex primo decreto, fructus quos ex il lis bonis percepit, tenetur restituere ei, ad quem res pertinet, id est, debitor vel curatori bonorum, l.Prætor ait, 9.in principio, & in §.his verbis, eod.

Creditor missus in possessionem bonorum debitoris, si causam possessionis dol malo deteriorem faciat, tenetur actione in factum ad illud emendandum, ib

Creditor missus in possessionem bonorum debitoris ex primo decreto tenetu restituere debitori fructus, & omne id, quod ad eum peruenit occasione eorum bonorum etiam pœnam, quam consequutus sit ex compromisso, quo fecerat debitor cum aduersario, qui aduersarius inciderat in eam pœnam, d l.Prætor ait, §.1.eod.

Creditor missus in possessionem bonorum debitoris repetit expensas, quas feci in illis bonis de suo sine dolo malo, etiam si debitori illæ expensæ non proficiant, d.l.Prætor, in principio, & in §.his verbis.

Creditor missus in possessionem bonorum Ecclesiæ, ciuitatis, vel pupilli debitoris, non repetit expēsas factas in illis etiam sine dolo malo, si ipsi pupillo, Ecclesiæ, vel ciuitati non sint vtiles, nec proficiant, gloss.sufficit, ibi.

Creditor missus in possessionem prædiorum debitoris, de damno, vel deterioratione prædiorum tenetur tantùm de solo dolo, sed non de culpa, secùs tamen est in creditore, qui habet pignus conuentionale, qui tenetur de dolo, & culpa etiam leui, d.l.Prætor ait, §.est prætereà, eod.

Creditor missus in possessionem fundi debitoris, si non vendidit fundum, neque locauit, tenetur debitori actione in factum ad id, quod minùs percepit, quam perciperet, si vendidisset, vel locasset, & sic ad interesse pro tempore, quo stetit in possessione, vel alius pro eo, & non pro alio tempore, d. l. Prætor ait, §. in eum, eod.

Creditor vnus ex pluribus missus in possessionem ex primo decreto in bonis debitoris prodest omnibus aliis creditoribus, si creditor verus fuit missus, secus si fuit putatiuus, & non verus, l.cùm vnus, 12. & ibi gl.1.eod.tit.

Creditores plures diuersorum titulorum, quando prætendunt ius in pignore prætorio, qui prior est tempore, ille præfertur, & sic missio primò facta vni creditori, non prodest aliis, imò nocet, d.gl.1.

ad Creditoris vnius instantiam, quando venditio bonorum debitoris facta est, prodest aliis creditoribus, quando debitor latitabat aduersùs omnes creditores, secus quando non latitabat aduersùs omnes, † Doctor.reprob.d.glo.1.

Creditoris vnius misio in possessionem bonorum debitoris non prodest aliis creditoribus, quando omnes prætendunt ex causa lucratiua; secus quando ex causa onerosa, ibi.

Creditoris vnius misio in possessionem bonorum debitoris prodest aliis creditoribus si missus non prætendebat hypothecam, aliàs non, ibi.

Creditoris vnius misio in possessionem bonorum debitoris prodest aliis creditoribus, qui præsentes vsque ad biennium, absentes verò vsque ad quadriennium

Creditor,cui pignora culpa ſua perempta ſunt,tenetur de illis, ſecus ſi ſine culpa ſua,gl fi.in l.vtique,34.de damno infecto,& gl.1.in l.4.C.de pign.actione.

55 Creditor, qui perdidit pignus ſua culpa,quod reddere promiſerat ſoluto ſibi debito, ſi debitum petat, & non reddat pignus,ſummouetur exceptione doli, l. apud Celſum,§.item quæritur, de doli mali exceptione.

Creditor, cui pignora ſine ſua culpa ſunt perdita, poteſt nihilominùs debitum petere,nec poteſt exceptione doli repelli,gl.culpa ſua,in d.§.item quæritur.

Creditor pignore ſua culpa amiſſo tenetur debitori ad quantitatem, & ideò fit compenſatio quantitatis ad ſpeciem,ibid.

ad Creditorem non pertinet damnum amiſſi pignoris ruina,vel caſu fortuito, pertinet tamen ad fideiuſſorem,vt nihilominùs teneatur actione perſonali,& etiam pertinet ad reum promittendi, l.amiſſi,52.& ibi gl.2.& 3.de fideiuſſor.

ad Creditorem pertinet damnum amiſſi pignoris culpa ipſius creditoris, d.gl.2.

Creditor ſi agrum ſibi datum in pignus deteriorem conſtituat, tenetur actione pigneratitia,ad damnum reſarciendum,vel ad debitum exonerandum,admiſſa compenſatione in eo, quòd res deterior eſt facta,l 2. & ibi g oſ.fi.C. de pigner.actione.

Creditor perdens pignus caſu fortuito, tenetur probare,ſi caſus fortuitus ſit de his,qui ſine culpa præſumpta de facilè non eueniunt,vt furtum, ſecus ſi ſit de his, qui de facili eueniunt ſine culpa poſſeſſoris,vt vis hoſtium, & tunc debitor tenetur probare culpam, † gl. probari,in l. ſi quis fundum, 10.§. Imperator,locati.

Creditor ſi agrum ſibi in pignus datum deteriorem reddat dolo,vel culpa etiam leuiſsima, faciendo quod facere non debuit, vel omittendo quod facere debuit, tenetur ad deteriorationem,gl. fi.in l.ſicut vim,C. de pigno. gl.pe.in d.l. 2.C.de pig.action.

Creditor ſi ſeruos ſibi datos in pignus reddat deteriores, eò quòd coërcuit pro maleficiis,non tenetur ad deteriorationem,d.gl.pen.ibid.

Creditor,qui ſine vitio ſuo argentum ſibi datum in pignus perdidit,non cogitur illud reſtituere,ſed ſi culpa ſua perdidit,tenetur ad intereſſe,l.4.C.eod.

Creditor ſi non probat manifeſtis rationibus rem ſibi datam in pignus ſine ſua culpa caſu fortuito amiſiſſe,condemnatur quanti debitoris intereſt,ibid.

Creditor non tenetur,ſi caſu fortuito ſine dolo, & culpa rem ſibi in pignus datam perdidit,& nihilominùs debitor tenetur ei ad debitum,gl.nō cogitur, ib.

Creditor tenetur & ſufficit probare rem ſibi in pignus datam perdidiſſe, neque tenetur probare ſe perdidiſſe ſine culpa,gl.fi.ibid.

56 Creditor ſi probet ſe pignus perdidiſſe, non tenetur de eo, niſi debitor probet dolum,vel culpam,ad quem pertinet probatio culpæ, vel doli debitoris, ibid.

Creditor in probatione amiſsionis pignoris non debet grauari,qua probata,non debet [illegible] gl. fi. ibid.

Creditor, qui probat amiſſionem pignoris caſu fortuito,non tenetur probare pignus amiſiſſe ſine culpa in caſibus fortuitis, qui ſine culpa poſſeſſionis de facili,& frequenter eueniunt,vt ſunt vis hoſtium,& impetus aquarum,d.gl. fi.in add.marg.

Creditor probans amiſſionem pignoris caſu fortuito, tenetur etiam probare amiſiſſe ſine culpa in caſibus fortuitis,qui ſine culpa præſumpta de facili non eueniunt,vt eſt furtum,d.gl.fi.in add.

Creditor pignora caſu fortuito amiſſa præſtare non cogitur, nec à petitione debiti excluditur,niſi pactum ſit,vt amiſſio pignorum liberet debitorem, l. quæ fortuitis,5 C.eod.

Creditor,qui fundos vel domos pignori vel hypothecæ accepit,damnum in decidendis arboribus, vel deſtruendis domibus ab eo datum in rationem debiti deducere cogitur,l.creditor,qui,6.C.de pigner.actione.

Creditor ſi rem pignori ſuppoſitam dolo, vel culpa deteriorem fecerit, tenetur pigneratitiá,vt talem reſtituat,qualis fuerat tempore obligationis,ibid.

Creditori ſi nulla culpa poteſt imputari,pignorum amiſſorum diſpendium ad periculum eius non pertinet,l.ſi nulla,7.C eod.

Creditor dicens amiſiſſe pignora,ſi dicatur ſimulare amiſſionem,ſi poſſideat,debitor poterit agere pigneratitia,ibid.

Creditor perdens pignus ſua culpa in faciendo vel in omittendo,tenetur debitori, gl.1.ibid.

Creditor ſuſcipiens in ſe caſus fortuitos, non tenetur,quando caſus fortuitus venit culpa debitoris,gl.fi.in l.3.C.de nautico fœnore.

Creditor nō tenetur de caſu fortuito pignorum, ſed bene de dolo & culpa etiam leui,ſed non de leuiſſima,l.ſicut vim,19.& ibi gl.fi.C.de pignor.

Creditor non amittit ius crediti quamuis amiſerit pignus caſu fortuito,aut culpa leuiſſima,§.fi.Inſt. quibus modis re contrahitur oblig.

Creditor quando pignus reddit debitori,tenetur cauere dolo, & culpa ſua cautam pignoris non eſſe factam deteriorem, gl. 2.in l.redhibere, 21. de ædilitio edicto.

Creditor non tenetur recipere rem debitam deterioratam ſine pretio deteriorationis,& ſi recipiat,poterit poſtea petere æſtimationem deteriorationis actione de dolo,l.qui ſibi,33 § fi & ib.gl.cum,de ſolu..

Reliqua verbo,Debitum,13.14.Pignus,11.12.Periculum, Seruus,115.

57 CREDITOR tenetur reficere pignus, quod in modico deſtructum eſt, & in refectione tenetur reficere vſque ad duos aureos,vel iudicis arbitrio,gl. pertinet,in l.hactenus,8.de vſufructu.

Creditor neceſſarias expenſas faciens in re pignerata non tantùm retentionem, ſed etiam pigneratitiam contrariam habet,l.ſi neceſſarias,8.de pigne. actione.

Creditor pecuniam,quam medicis dedit pro curatione ſerui in pignus dati,repetere poteſt,licèt deceſſiſſet,ibid.

Creditor pecuniam quam in refectione inſulæ in pignus datæ expendit,repetere poteſt, licet poſteà deuſta fuerit inſula, ibid.

Creditor non perdit ius,quod habet ad repetendas impenſas neceſſarias à ſe factas in re pignerata, etiamſi illa res perempta ſit, & idem eſt in commodata re,d.l ſi neceſſarias,& ibi add.marg.

Creditor expenſas,quas fecit in cibariis ſerui dati in pignus,repetit,ibid.

Creditor expenſas, quas fecit in re pignerata tacita vel expreſſa voluntate debitoris,recuperat à debitore per contrariam pigneratitiam,l.ſi ſeruos, 25.& ibi gl.1.de pign.actione.

Creditor expenſas vtiles & neceſſarias factas in re pignerata ſine voluntate tacita,vel expreſſa debitoris recuperat,non tamen ita, vt debitor careat re pignerata pro quantitate expenſarum,ibid.

Creditor non debet facere ſuper re pignerata expenſas neceſſarias ita grandes, ſit graue debitori luere illam, & ſi fecerit, non recuperat à debitore, & expenſæ ſint magnæ,& oneroſæ debitori, æſtimatur iudicis arbitrio,ibid.

Creditor oneroſus dicitur, qui expenſas neceſſarias grandes,& vltra modum ctas in re pignerata vſque ad vltimum quadrantem vult ſibi ſolui, & e con debitor dicitur delicatus,qui etiam numum vnum reddere non vult, vnde iudicis arbitrium relinquitur hoc, d. l. ſi ſeruos, & ibi gloſſ. fin. de p actione.

Creditor non prohibetur exigere ſumptus,quos ſuper re pignerata fecit,l.creditor,qui,6.C.de pign.actione.

Reliqua verbo,Commodatarius 8.

CREDITORIS facto ſi ſtetit quominus intra diem pecunia ſoluatur, & p ſteriori mora debitoris pœna committitur,l.Celſus,§.fi.cum l.ſeq.de arbitr

Creditor pecuniam,quam dedit in annum ſub vſuris alicui, non cogitur recip re à debitore ante annum cum vſuris præteriti temporis tantum, niſi toti temporis, ideſt, anni vſuras ſibi ſoluat debitor,gl. fi.in l. qui pecuniam, 30. certum petatur.

Creditor recipiendo ſponte minores vſuras per x.vel xx.annos videtur remitte maiores,† l.qui ſemiſſes,13.& ibi gl.1.& gl.exceptionem,de vſuris.

Creditor petens & exigens minores vſuras per x. vel xx. annos videtur ſcient feciſſe tacitum pactum de non petendis maioribus, † d.gl.exceptionem.

Creditor vſuras præteritas maiores, quas longo tempore petere omiſit, vt gr tioſior apud debitorem eſſet,vt quia dignitatem per eum ſperabat habere,n poteſt nunc petere,l.cùm quidam,17. §.1.& ibi gl.gratioſior,de vſuris.

Creditor ſciens recipiendo vſuras minores longo tempore, videtur remitte maiores,ſiue fuerint promiſſæ,ſiue non,d. gl.gratioſior.

Creditor, qui in futurum vſuras accepit, ſi petat pecuniam ante id tempus, cu temporis vſuras accepit,debet repelli exceptione doli mali,l.2.§. non malè, doli mali exceptione.

Creditor in futurum accipiens vſuras videtur diſtuliſſe petitionem pecuniæ id tempus,quod eſt poſt diem vſurarum præſtitarum, & tacite conueniſſe i terim ſe non petiturum,ibid.

Creditor quamuis expreſſe cauerit debitori ſoluenti ſe accipere eam ſumma in ſortem, & in vſuras eius, nihilominus ſoluta pecunia prius conuertitur vſuras,quàm in ſortem,ita tamen,vt quod ſuperfuerit,conuertatur in ſorte l.in his,5.§.fi.de ſolutio.

Creditor petendo in iudicio ſortem principalem non præiudicat in vſuris dan ni, vel intereſſe,neque in aliis acceſſoriis,l.1.C.de iudic.

Creditor habet contrariam pigneratitiam ad intereſſe contra debitorem, q ſibi pignori dedit rem alienam, aut aliis pigneratam,vel in publicum oblig tam, poteſt etiam eum accuſare crimine ſtellionatus, ſi ſcienter rem aliena pignori dedit,ſecus ſi ignoranter,l.tutor, 16.§.1.de pigne.actione.

Creditor, cui ſunt promiſſæ maiores vſuræ in caſu, quo minores non ſoluere tur,ſi minores exegerit eo tempore,quo maiores petere potuit, ſibi præiudi cat,cur maiores non exigat,l.quamuis,8.C.de vſuris.

Reliqua verb, Pignus, 11.12. ſuprà num.24.

CREDITOR ſi à te ſtipulatus ſit animo nouandi, & ſub conditione decem quæ pure ſibi debebat Titius, deficiente conditione a Titio primo debitor debet petere, ſed ſi exiſtat conditio,debet petere à te,qui nouaſti, l. in perſo nam,§.fin.de pactis.

Creditor, qui iuxta diuiſionem heredum debitoris nouauit actionem priman quam inſolidum habebat aduersùs eos, non habet regreſſum aduerſus alic coheredes,gl.interpoſitis,in l.tale pactum,§.poſt diuiſionem,eod.

Creditor ſi à Titio ſtipulatus ſit id,quod Caius ſibi debebat ſub pignoribus an mo nouandi, ita vt omninò à priori obligatione diſcederetur, & ſic pignora extinguuntur, non poſſunt eadem pignora rurſus à Titio poſterio re debitore ſine conſenſu Caij prioris debitoris obligari, l. Paulus, 30. d nouatio.

Creditor prior accepto pignore, quod poſtea ſecundus creditor accepit, ſi mu tuauit iterum pecuniam, & animo nouandi primam obligationem tam i perſonalibus, quàm in pignoribus ſtipulatus ſit primam, & ſecundam pecu niam animo nouandi, & accepit poſteà alia pignora, præfertur in pignor primo dato pro pecunia à primo data tantum, ſed quantum ad ſecundam pe cuniam,præfertur ſecundus creditor in illo pignore, l.3.& ibi gl. nouation qui potiores.

Reliqua verbo, Nouatio, Debitor, 90.

CREDITOR partem debiti confeſſatam cogitur recipere, & in reliqua liti gare,l.quidam,21. ſi certum petatur.

Creditor partem debiti confeſſatam oblatam non cogitur præcisè accipere, ſe bene cauſatiuè, quia ſi pecuniam oblatam non acceperit, & pereat caſu for tuito, eius eſt periculum,niſi iuſtam cauſam deferendi habeat, gl. accipien dum, ibidem.

Creditor cogitur particularem ſolutionem recipere,quando debitor non confi tetur totum debitum, ſed partem,& illam offert, de reliqua tamen poteſt li tigare, † ibidem.

Creditor non cogitur recipere particularem ſolutionem, quando debitor, qu totum debitum confitetur,vult ſoluere partem, † ibid.

Creditor recipiens partem virilem ab vno ex debitoribus, qui inſolidum tene bantur, exprimendo quòd partem ſibi contingentem recipiebat ab eo,indu cit diuiſionem debiti, ſecus ſi ſimpliciter recepiſſet ab vno ex debitoribus in ſolidum obligatis partem virilem, & ſibi contingentem, quia nihilominù poteſt petere reliquam partem ab eodem, † glo. ab alterutro,in l.ſi ex toto 8.§.1. de legat.1.

Creditor ſi omnes debitores inſolidum obligatos ſimul cōuenerit pro rata por tionum ſuarum, inducit diuiſionem, ita quòd ſi ab vno vel quibuſdam exi git virilem partem, pro reliqua parte eoſdem conuenire non poteſt, ſecu quando cōuenit vnum tantum debitorem pro parte, etiamſi exegerit eam al

eo,poteri

etiam in leuiorem eligere,ſi modò in re ſua ſic faceret,gl.fi.in l.1.C.de ſolut.

Creditor non poteſt compellere debitorem vt ſoluat alibi, quàm in loco deſtinato,l.vſuras,8.& ibi gl.fi.C.eod.

Creditor ſi nō eſt in loco ſolutioni deſtinato paratus ad recipiendum debitum, debitor non dicitur eſſe in mora,l.obſignatione,in additione marg.C.eod.

Creditori ſi ſoluatur debitum etiam ab alio,quàm debitore, liberatur debitor,l. manifeſti,17.C.eod.

Creditor, cui ex maiori debiti quantitate minor ſoluta eſt, ſi credens nihil ſibi deberi,fecerit pactum de non petendo,non obſtante illo pacto, poterit agere ad reſiduum, & ſi ſibi excipiatur ex pacto, replicabit, l.ſi ex maiore,7.C. de exceptio.

Creditori ſi ſoluerit inſolidum vnus ex duobus reis debendi ſimpliciter, nulla ſibi ceſſa actione,nec aliàs ſibi competit actio mandati, vel pro ſocio,tunc ei competit actio negotiorum geſtorum pro parte alterius rei, quia licèt ſuam obligationem diſſoluerit,tamē & alium liberauit. gl.fi.in l.2.C.de duob.reis.

Creditori ſi ſoluerit 30.vnus ex tribus reis debendi, qui inſolidum erant obligati ad illa 30.ſoluenti competit actio inſolidum in 20.ibid.

Creditor poteſt liberare debitorem ab eo accipiendo ſæpiùs numos, eíque retrodando ac rurſus accipiendo, veluti, ſi debitorem debentem centum liberare velit creditor, decem acceptis poterit, vt cum decem acceperit, eadem eidem retroreddat, moxque ab eo accipiat, ac nouiſſimè retineat, l.ſi quis duos,67.de ſolutio.

Reliqua verbo,debitor,10.vſque ad 17.& à 17.vſque ad 26.

66 CREDITORI ſi legauerit debitor debitum ſuum,ita demùm valet legatum, ſi aliquod emolumentum contineat vltra debitum, l.ſi creditori, 28. cum l. ſeq.de legat.1.

Creditor habens rem meam pigneratam, ſi eam mihi leget ſimpliciter in dubio cenſetur mihi legare liberationem tantum pignoris,non autem remiſſionem debiti principalis, & ſic eius heres non tenetur debitum principale remittere,glo.dederas,in l.ſi tibi homo 86.eod.

Creditor, cui alternatiuè decem aut Stichus ex ſtipulatione debebatur ad electionem debitoris, ſi legauerit vni decem,& alij Stichum, ex euentu ſolutionis fiendæ à debitore declarabitur, quod eorum valeat, ita quòd ſi Stichus ſoluatur teſtatori, vel eius heredi, valet in eo legatum, & non in decem, & idem è contrà ſi ſoluatur decem, valet legatum in decem, & extinguitur legatum de Sticho. l.ſi Titius,50. & ibi gl.ex euētu,de legat.2.

Creditor, cui alternatiuè decem aut Stichus ex ſtipulatione debebatur, ſi legauerit tibi Stichum, extinguitur legatum de Sticho, ſi debitor habens electionem,ſoluit decem creditori, vel eius heredi,d.l.ſi Titius mihi, & ibi glo. mihi, eodem.

Creditor, cui res pignori obligata à debitore legata fuit, licèt agnouerit legatum, non prohibetur pecuniam creditam petere, niſi heres probet animo compenſandi cum debito rem pigneratam legatam fuiſſe à teſtatore,l.creditorem, 85.& ibi gl.1.eod.

Creditor, cui res pignori obligata fuit legata à debitore, ſi non agnouit legatum, poterit petere pecuniam creditam, licèt teſtator compenſandi animo legauerit, d.gl.1.

Creditor ſi leget debitori centum, quæ ſibi debet,ſi nihil debeat,deficit ſubſtantia relicti, cùm per tale legatum liberatio ſit relicta, ideò illa debito non ſubſiſtente non poteſt præſtari, l.legaui,25. de liberatione legata.

67 Creditori ſi leget debitor centum, quæ ei debet,ſi ipſe debebat, inutile eſt legatum,ſed ſi nihil debebat, vtile eſt legatum, nec falſa demonſtratio vitiat illud, d.l.legaui, §.fi.

Creditor ſi legauerit debitori id, quod ſibi debebat, intelligitur legatum non ſolùm id,quod tempore teſtamenti ſibi debebat,ſed etiam id,quod ex ea ſumma vſurarum nomine poſteà acceſſit, quia principali ſublato, vſuræ in poſterum non currunt, l.Aurelius,28.§.legatum,& ibi gl.1.eod.

Creditor,cui pecuniam debitam debitor legauit, ſi eam vt debitam petiit apud iudicem,& victus ſit,poteſt petere eam ex cauſa legati,neque obſtabit exceptio rei iudicatæ,cùm alia ſit cauſa,videlicet legati,d.l.Aurelius,§.fi.& ibi gl.fi.

Creditor ignorans debitum ſibi fuiſſe ſolutum, ſi per verbum præteriti temporis legauit debitori id,quod debuit,non poteſt debitor, id quod ſoluerat petere ab heredibus creditoris,ſecus ſi ſciebat debitum fuiſſe ſibi ſolutum,& ita ſi ſciens ſibi nihil deberi,legauit debitori id, quod debuit, quia tunc videtur legare ei quantitatem quandam debitam, quam legatarius poteſt petere ab herede,l.fin.eod.

Creditor,cui legata eſt res pignerata,non tenetur eam reſtituere heredi debitoris,etiam oblato debito,l.creditor,16.C.de legatis.

Creditor ſi debitori legat pignus, valet remiſſio pignoris,licèt debitor per hoc grauari non poſſit,gl.1.ibid.

Creditor ſi nomen debitoris ſui vni coheredum prælegauit,& ille egerit, & exegerit,alij volentes agere doli mali exceptione, repelluntur, l.1.& ibi gl.3. C.de exceptio.

Reliqua verbo,Debitor,91.vſque ad 94.Debitum 11.Legatum,49.81.

68 CREDITOR à debitore inſtitutus ſi hereditatem vendidit, atque tradidit, non retento debito, poteſt illud debitum condicere, l.ſi is,qui,45.de condictione indebiti.

Creditor quamuis à debitore inſtitutus ſit, & ſic confeſſione debitum ſit extinctum,tamen non eſt extinctum funditùs,& in totum,ibid.

Creditor peculiaris ſi ſuccedat domino, non extinguitur ſerui obligatio, quia dominus quaſi fideiuſſor eſt,glo.ſiue libertatem,in l.ſed ſi damnum,9.§.ſed & creditor,de peculio.

Creditor peculiaris heres inſtitutus à domino, conuentus ab aliis creditoribus, deducit de peculio,quod ſibi debetur,ſiue ſeruo relicta ſit libertas, ſiue non, ſiue ſeruus pure,ſiue ſub conditione ſit legatus,d.§.ſed & creditor.

Creditor eo ipſo quod ſucceſſit debitori ſuo,intelligitur ſibi ſoluiſſe de vniuerſis bonis,ibid.

Creditores peculiares ſi ſuccedunt ei,qui de peculio tenetur,quatenus ſuccedūt, extinguitur actio de peculio,etiam ſi expreſsè contradixit,l.ſi quis,29.eod.

Creditor ſuccedens debitori in ratione Falcidiæ contra legatarios, non deducit debitum inefficax,ſed bene debitum efficax,l.quamuis,§.mulieri,& ibi gl.imputabitur, ad Velleian.

Creditor ſi ſuccedat vni reorum debendi, alter liberatur pro parte, cum erant ſocij,aliàs in nihilum liberatur,gl.fi.in l.vir vxori,§.fi.ad Velleian.

Creditor ſi ſuccedat fideiuſſori,indiſtinctè remanet obligatus reus,& è contrà ſi ſuccedat reo,indiſtinctè liberatur fideiuſſor,ibid.

Creditor minor 25. annorum heres inſtitutus, ſi contra aditionem hereditatis debitoris reſtitutus fuerit per reſtitutionem in integrum, actiones confuſæ, id eſt,quas habebat contra hereditatem, vel è contra,reſtituuntur ei, l.cùm bonis,87.§.fi.& ibi gl.liberandos,de adqui.hered.

Creditor maior 25.anno.heres inſtitutus,ſi ex cauſa deſinat habere hereditatem quam adiuit,reſtituuntur ei actiones confuſæ, id eſt,quas habebat contra hereditatem,vel è contrà,niſi dolum adhibuerit,glo.fi.ibid.

Creditor heres inſtitutus à debitore,ſi omiſerit hereditatem, ex teſtamento, & in poſſeſſionem illius hereditatis cauſa ſeruandi crediti miſſus ſit, non tenetur legatariis,ex edicto ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, l.1.§.non quærimus, & ibi gloſſ.fideicommiſſi,ſi quis omiſſa cauſa teſta.

Creditor quando debitori ſuccedit cum aliis, creditum extinguitur pro rata eius partis, in qua heres eſt,pro aliis autem partibus poteſt agere contra coheredes ſuos, niſi probetur teſtatorem inſtituiſſe, pro ea parte,vt contentus inſtitutione nihil crediti nomine peteret,vt l.Lucius Titius,128.& ibi gloſſ. heres, de leg.1.

Creditor ſuccedens debitori non confuſione, ſed ſolutione videtur liberari,quaſi ante alia ſibi ſoluat creditor †,glo.liberetur,in l.1.§.ſi debitor, ad leg.Falc.

Creditor ſi ſuccedat debitori,omnis obligatio extinguitur, l.ſi Stichum,39.§.fi. & ibi gloſſ.pen.de fideiuſſor.l.vt debitum,C.de heredit.actionib.

Creditorem & fideiuſſorem ſuum ſi debitor heredes inſtituat,obligatio debitoris defuncti ſucceſſionis poteſtate extinguitur pro hereditaria parte competente creditori inſtituto,ſed pro parte coheredis obligatio hereditaria ſalua remanet,ſed non fideiuſſoria, quia principalis tollit acceſſoriam, l.debitori, 50.de fideiuſſor.

Creditor quando ſuccedit debitori,tam debitor,quàm eius fideiuſſor, vel mandator liberatur iure confuſionis,l.Granius.71.eod.

Creditor ſi fideiuſſori heres extiterit, vel fideiuſſor creditori, reus confuſione obligationis non liberatur,d.l.Granius,in fi.

Creditor ſi heres extiterit vni ex reis ſtipulandi,aditione hereditatis confuſione obligationis eximitur perſona rei defuncti,& fideiuſſores ex eius perſona liberantur,ſed alter reus eiuſdē pecuniæ non liberatur, & per hoc nec eius fideiuſſor,nec mandator,& ita reus ſuperſtes tenetur huic creditori vel inſolidum,ſi nulla erat ſocietas,vel pro parte,ſi ſocij fuerint rei,ibid.

Creditor ſuccedens reo principali,liberatur eius fideiuſſor, ſi bona ſint ſoluendo,non aliàs, † Doctores reprob.gl.principalis in l.in fraudem, §.penult.de iure fiſci.

Creditor ſi debitori heres extiterit, animo tantùm adire poteſt hereditatem, gl.2.ibid. 7

Creditor heres obtenta ſententia ad hereditatem, ſi illam tradiderit poſſeſſori hoc pacto, vt ſoluat ſibi, & creditoribus,poterit agere ſtipulatione, hoc eſt, certi condictione,interueniente ſtipulatione,alioquin ſi ſtipulatio non intercedit,ſed pactum,agere debet præſcriptis verbis, & ſi excipiat replicabitur ex pacto.gloſſ.pen.ibid.

Creditor ſi herés extiterit debitori,adieritque hereditatem cum inuentario,non confunditur,nec extinguitur obligatio, vel extinguitur, non tamen quin deducat,gl.3.ibid.

Creditor heres ſi obtenta ſententia hereditatem non tradidit, quia aduerſarius poſſideat,& ſibi dimiſit ex cauſa tranſactionis pacto incontinenti appoſito,vt ſibi & creditoribus ſolueret, poterit poſteà agere ex ſententia, & ſi excipiat, aget de tranſactione.d.gl.pen.

Creditor heres ſi obtenta ſententia dimiſit hereditatem ſine vllo pacto aduerſario ſuo poterit nihilominus agere pro credito prima actione ſibi competente, pro aliis creditorib.poterit agere iure & actione ſibi ceſſa, quod ſi ſibi non ſit ceſſa, aget ex ſententia, & ſi opponat aliquid, replicet de dolo quaſi cùm habeat emolumentum, habeat & onus.d.gl.pe.

Creditor ſuccedens debitori pro ea parte,pro qua ſucceſſit,confunditur obligatio,pro aliis autem partib.competit actio contra heredes, l.ſi ab eo, 7. C.de negot. geſtis.

Creditor debitori pro parte ſuccedens pro rata contra heredes rectè poteſt agere,l.1.& pen.C.de heredit.actio.& l.licet,14.C.ad leg.Falcid.

Creditor ſuccedens debitori cum aliis habet actionem contra coheredes pro alia parte ſibi competenti non pro parte hereditatis, nam pro ea parte qua ſucceſſit,extinguitur obligatio,gl.pen.ibid.

Creditore ſuccedente debitori non extinguitur in totum debitum rei indiuiduæ, ſed æſtimatur illa res indiuidua, vt eſt ſeruitus, & pro parte pretij tenebuntur coheredib.ibid. 7

Creditor debitori in parte ſuccedens hypothecaria inſolidum agendo, vel quaſi Seruiana,poteſt perſequi res ſibi ob debitum obligatas,gl.fi.in d.l.1.

Creditor debitori in parte ſuccedens non poteſt agere hypothecaria cum effectu pro illa parte rei ſibi ob debitum obligatæ, in qua ſucceſſit,cùm in ea remanet heres,pro aliis autē partibus rei ſibi obligatæ rectè poterit agere,ibid

Creditor heres inſtitutus cum alio à debitore non poteſt petere ante aditionem, vel repudiationem hereditatis à poſſeſſore rerum hereditariarum, qui dicebat vel negabat te heredem,l.vt debitum,& ibi gl.2.C.eod.

Creditor à debitore heres inſtitutus cum alio, petendo debitum ante aditionem,non cenſetur renuntiare petitioni hereditatis,quia expreſsè reſeruat ſibi quæſtionem hereditatis,d.gl.2.

Creditor ſuccedens debitori,pro ea parte, pro qua ſuccedit, confunditur actio debiti, non verò in totum,niſi ſit inſtitutus animo compenſandi cum debito. l.pen.C.eod.

Creditor heres inſtitutus à debitore animo compenſandi cum debito, ex quo hereditatem vult,non poteſt petere debitum à coheredibus,gloſſ.1.ibid.

Creditor ſuccedens debitori cum aliis pro hereditaria ſua parte, extincta actione pro

qua parte, tunc statur sententiæ maioris partis creditorum, ibid.

Creditor si petat à te decem, & tu inuenis quendam, cui ille creditor debeat decem, quæ tui causa vult illi remittere, vt tibi remittat, non compellitur ille ad remittendum, gloss. 1. in l. eius, quod, 9. C. de compensat.

Creditor maior 25. annis si pigneratitiam persecutionem remiserit per expressum pactum, postea non potest persequi pignus, l. maior, 23. C. de pign.

Creditor reddens debitori chirographum vel instrumentum super pignore, ius pignoris remittere censetur, l. creditricem, C. de remissione pignor.

Creditor reddens debitori pignus, non censetur ob id debitum remittere, gloss. 1. ibidem.

Creditor prior videtur pignori renunciasse, si fiscus creditor posterior priore sciente vendidit, l. si hypothecas, 8. C. eod.

Creditor reddens instrumentum debitori videtur tacitum pactum de non petendo inire, & ideò sola naturalis obligatio tollitur, secus in redditione pignoris, per quam non videtur remissum debitum, gl. fi. & ibi add. marg. in §. fi. quibus modis tollitur oblig.

Creditor si consentit rem sibi obligatam dare alicui in dotem, videtur pignus remittere, l. Lucius, quib. modis pignus.

Creditor prior si consensit debitori, quòd pignus pignori daret alicui, videtur ius pignoris sui remisisse, quantùm ad illum, sed non quantùm ad alios, neque videtur illum loco sui constituisse, l. Paulus, & ibi gl. remisisse, eod.

Reliqua verbo, Pignus, 13. Debitum, 5. Fideiussor, 50. Pactum, 42. 43. Chirographum, Debitor, 47. 48. & supr. nu. 60. 61.

79 in CREDITORVM fraudem alienata reuocantur actione reuocatoria intra annum à creditoribus, quæ datur etiam contra eum, qui fraudem fecit, l. 1. quæ in fraud. cred.

in Creditorum fraudem dicitur facere etiam is, qui non fecit quod debet facere, id est, si non vtatur seruitutibus & etiam is, qui rem suam pro derelicto habuit, vt quis eam suam faciat, l. in fraudem, 4. & l. sequen. eod.

in Creditorum fraudem facta vt restituantur, edictum habet locum in debitoribus diminuentibus patrimonium suum, non in illis, qui id agunt, ne locupletentur, l. quòd autem, eod.

in Creditorum fraudem donatum pupillo ignoranti reuocandum est, si fraudati sunt creditores, quia eius ignorantia non debet esse captiosa creditorib. & ipsi lucrosa, d. l. quòd autem, §. præterea.

in Creditorum fraudem donatum reuocatur, etiam si is, qui donatum accepit, ignorauit in fraudem creditorum gestum, ibid.

in Creditorum fraudem gesta vt reuocentur, competit actio intra annum vtilem, & incipit ex die venditionis, vel cuiuslibet alienationis, vel alterius fraudulenti actus celebrati, dict. l. quòd autem, §. fi. & ibi addit. marg.

Creditores præteriti habent reuocationem pro his, quæ gesta sunt in fraudem creditorum, non creditores pòst sequuti, nisi in locum priorum successerint, l. ait prætor, 10. §. 1. eod.

Creditores mariti non possunt sponsam conuenire de rebus in sponsam donationis gratia collatis, si non priùs eas obligatas sibi probent, l. de rebus, 13. C. de donatio. ante nup.

Creditores actione personali debent conuenire heredes, & non successores in rem, nisi res eis esset anteà obligata, vel nisi in fraudem eorum esset alienata, gl. 1. ibid.

Creditor non dicitur fraudatus, qui pecuniam serui recepit, quo recepto, si seruus sit manumissus, valet manumissio, l. si in fraudem, C. qui manumit. non possunt.

Creditoribus futuris non competit ius reuocandi alienata in præteritum tanquàm in fraudem creditorum, l. 1. & ibi gloss. probatus, C. de iure fisci, lib. 10.

Creditoris appellatione vt eis competat reuocatoria alienatorum in fraudem eius, largè comprehenditur omnis creditor, cui aliquid debetur etiam ex delicto, & etiam creditor futurus quoties ex coniecturis constare potest, alienationem factam fuisse in fraudem, vel quando futuri creditores successissent in locum priorum creditorum, gloss. creditorum, & ibi additio margina. in §. item si quis, Inst. de actio.

Reliqua verbo, Debitor, 63. vsque 72. Fraus, Libertas, 18. Actio, 215. 216. 217. Alienatio, 2. 3. 4. Confessio, 8. & supr. num. 38. Interdictum, 3. Reuocatoria.

80 CREDITOR Ecclesiæ debet probare, quod credidit versum esse in vtilitatem Ecclesiæ, regulariter tamen non tenetur id probare, gl. fi. in auth. hoc ius, C. de sacrosanctis Eccles.

Creditor Ecclesiæ sufficit quòd probet per præsumptionem, creditam pecuniam fuisse versam in vtilitatem Ecclesiæ, vt quia prælatus est indigens, & Ecclesia tunc indigebat, ibid.

Creditor Ecclesiæ sufficit, quòd probet pecuniam mutuasse prælato, & toto capitulo, ibidem.

Creditor accipiens rem Ecclesiæ in pignus, debet restituere, & crediti actionem habet solùm contra pignoris datorem, authent. qui res, C. eod.

Creditor Ecclesiæ inuitus cogitur accipere rem Ecclesiæ immobilem mediocrem pro debito iusta & districta æstimatione facta, & addicta in pretio decima parte vniuersæ æstimationis, ita vt, si res valeat decem, accipiat pro vndecim; quod est verum, quando emptor talis rei non inuenitur, §. si verò secundum, in auth. de alienatione & emphyt. col. 9.

Creditor Ecclesiæ dicitur ille, qui mutuum probat in vtilitatem Ecclesiæ conuersum, nec sufficit, quòd is, qui accepit, solebat in vtilitatem Ecclesiæ conuertere, §. si verò quis, & ibi glo. aut Episcopo, & gloss. profecerunt, eod.

Creditor mutuãs pecuniam Ecclesiæ, si pignori specialiter acceperit rem immobilem, regulariter cadit à contractu, & pecuniam perdit, & contra Ecclesiam nullus sibi datur regressus, sed tantùm contra œconomum, vel prælatum, fallit, si necessitas vel maxima vtilitas immineat, quo casu generalis permittitur hypotheca, speciali pignore, prohibito, §. si autem creditor, in auth. de non alienan. col. 1.

Creditor mutuans magistro nauis habet exercitoriam contra dominum, si probat in refectionẽ nauis se mutuasse, & tunc nauis fuisset in causa, quòd refici deberet; item quòd sciat eum, cui mutuauerat, esse præpositum naui, item quòd non mutuauerit plus, quàm erat necessarium refectioni, & quòd mutuauerit in eo loco, vbi res sunt, quæ comparari debent ad refectionem, l. fi. de exercitoria act.

Creditor mutuans pecuniam magistro nauis ad reficiendam nauem, sufficit ad exercitoriam sibi competendam, quòd probet ad refectionem mutuasse, & quod nauis indigebat refectione, neque adstringitur probare pecuniam in refectionem erogatam esse, ibid. 8

Creditor mutuans magistro nauis ad reficiendam nauem maiorem summam, quàm ad refectionem erat necessarium contra exercitorem non datur exercitoria insolidum, sed tantum pro eâ parte, quæ in eam rem erat necessaria, d. l. fi. & ibi gl. non debere.

Creditor mutuans magistro nauis vt habeat exercitoriam, debet habere aliquam diligentiam, an is, cui mutuat, sit præpositus, & an nauis indigeat refectione, & in non mutuando plus, quàm nauis indiget refectione, d. l. fi.

Creditor mutuans præposito ad merces vt habeat institoriam cõtra dominum, tenetur scire ad quam rem vel merces sit præpositus, sed in exercitoria non tenetur, in actione tamen de in rem verso, vt illa competat sibi, requiritur quod mutuans sciat, in quam rem sit versa pecunia, gl fi. ibid.

Creditori mutuanti vt competat institoria, debet mutuare præposito ad mercis emptionem, quam debet scire esse necessariam, & quòd ille fuerit præpositus, neque requiritur, quod probet pecuniam mutuatam in eam rem esse erogatam, l. fi. eod.

Creditor mutuans seruo vt habeat actionem de in rem verso, requiritur quòd sit tantæ diligentiæ, vt videat in quem casum mutuet, vt sic mutuet, vt vertatur in rem domini, l. quod si seruus, §. sed si, & ibi gloss. quo vertatur, de in rem verso.

Creditor mutuãs seruo exercitori vt habeat exercitoriam, non requiritur, quòd in mutuando seruo habeat tantam diligentiam, quantam debet habere, vt sibi competat actio de in rem verso, d. gl. quo vertatur.

Creditor vt habeat actionem contra Ecclesiam, requiritur quod probet, quòd mutuatum à se processerat in vtilitatem Ecclesiæ, ibid.

Reliqua verbo, Debitor, 83. 85. Magister, 2. Institor.

CREDITOR posterior offerendo debitum priori, ex ipsius persona consequitur multa, quæ ex sua non posset, l. potior, §. fi. & ibi add. marg. qui potiores in pignor. 8

Creditori vtrique siue priori, siue posteriori est promiscuum ius offerendi, ibi. & l. cum notissimi, §. eodem iure, & ibi gloss. debitum, C. de præscri. 30. vel 40. anno.

Creditor posterior habet ius offerendi priori, & si offerat, sibi pignus confirmat licet prior creditor nolit pecuniam accipere, d. §. fi. qui pot. in pign.

Creditor prior possidens potest posteriori creditori offerre, gl. fi. ibi. & gl. 1. in l. 1. C. qui potiores.

Creditore priore dimisso sequentis creditoris pignus confirmatur, si res in bonis debitoris inuenitur, alioquin non, l. qui balneum, §. fi. qui potiores in pign.

Creditor secundus mutuans debitori vt primo creditori soluat, non succedit in ius prioris creditoris, nisi sit actum, & tunc succedit in pignus, & ius vendendi, l. Aristo, quæ res pignori.

Creditor secundus mutuans debitori vt primo creditori soluat, succedit in priuilegium personalium actionum, sed non in hypothecaria, glo. debet, & ibi add. marg. ibid.

Creditor secundus vt succedat in ius prioris creditoris, requiritur, quod mutuet debitori, vt primo creditori soluat, & quòd verè sit soluta, & quod sit actum, quòd in prioris locum succedat, sed si est actum de pignore, & non de iure vendendi, quod habebat primus, nihilominus transit in eum ius prioris creditoris, vt distrahere pignus ei liceat, d. l. Aristo, & ibi gl. omisit, & gl. pignus, eod.

Creditor secundus etiam sine pacto succedit primo, si primo creditori soluat pecuniam, vel consignet, & deponat, gl. pignus, ibi. & l. 1. C. qui potiores.

Creditori primo si extraneus soluat, succedit in prioris ius, si pactum sit, vt in primi loco succederet, & quod esset obligatum, dicta glossa pignus.

Creditori primo si debitor soluit de suo, & nulla est successio, sed si de aliena pecunia soluit, & tunc vt dominus pecuniæ succedat in ius prioris, requiruntur quatuor, scilicet quod conueniat vt sint ei obligata pignora, & quod succedat in locum primi, & quòd ad hoc mutuauerit, & quòd ipsa pecunia peruenit ad priorem creditorem, ibi. & gl. fi. in l. 1. C. de his, qui in priorum creditorum.

Creditor secundus succedens in ius prioris, succedit etiam vt possit vendere, licèt contrarium sit actum, & in ordine temporis præfertur aliis creditoribus, quibus primus præferebatur, item etiã succedit in priuilegium personalium actionum etiam si nihil conuenit de pignore prioris, d. gloss. pignus, quæ res pigner.

Creditor secundus ex pacto facto cum debitore ideò succedit in ius prioris, quia fit hoc lege permittente, quæ vult, & fingit, primum creditorem hoc velle, & videri consentire accipiendo pecuniam. d. gl. pignus, in l. Aristo, eod.

Creditor secundus mutuans debitori, curare debet, vt apponatur in instrumento, quòd succedat in locum primi, dicta gloss. pignus, in add. marg.

Creditor prior tempore compellitur ius nominis cedere cuilibet possidenti pignus; si ei offerat suam pecuniam, & non aliàs, leg. mulier, eod.

Creditor secundus confirmat sibi pignus soluendo primo creditori debitum, quod præcedit, nec tenetur offerre ei debitum, quod posteà fuit sequutum, cùm in eo non sit potior, l. quærebatur, 20. qui potiores in pignore.

Creditor primus, si iure conuentionis alicui vendidit pignus, emptor possidet irreuocabiliter, nec secundo creditori datur ius offerendi, sed si debitor, non interueniente primo creditore, vendiderit alicui pignus, eiúsque pretium soluerit primo creditori, secundo creditori offerenti pretium, & id, quod ad primum creditorem peruenit, & vsuras medij temporis, cogitur emptor restituere pignus, l. 3. de distractione pignor.

Creditor secundus non cogitur offerre tertio creditori, vel emptori, quando non fuit actum, vt loco primi tertius creditor vel emptor succederet, quia tertius creditor si non pacisicatur, vt in ius prioris succedat, secundus eo potior est, † gl. fi. ibid.

Creditor secundus vel fideiussor si soluta pecunia priori creditori pignora susceperit,

ipsæ saluæ

ipsæ saluæ fiant, vel vt naulum pro eis exoluatur, præfertur priori habenti in eis hypothecam, ibid.

Creditor secundus mutuans debitori ad soluendam pensionem horreorũ, arcæ, vel vecturæ iumentorum, præfertur in mercib. priori creditori, ibid.

Creditor mutuans pecuniam debitori, vt inde res ematur, & obligetur sibi, præfertur aliis creditoribus etiam anterioribus, secus si simpliciter mutuasset, l. idémque, & ibi gl. 2. eod.

Creditor missus in possessionem authoritate iudicis, præfertur quolibet alio prætendente dissimilem hypothecam posteriorem, sed si posteà veniens prætenderet similem possessionem ex eodem titulo, vt quia sunt ambo legatarij, vel ambo ex contractu, & tunc communicabit possessionem cum posteà veniente, vel ambo petent sibi caueri, sed si fuerint ex diuersis titulis, vt quia vnus ex legato, alius ex contractu, qui prior est admissus, præfertur alij. gloss. priuilegiis, in l. si & iure, eod.

Creditor, qui probat hypothecam, & tempus, præfertur creditorj probanti hypothecam, & non tempus, l. creditor, 12. in add. marg. eod.

Creditor priuatus habens hypothecam expressam præfertur fisco, & Cæsari posteà contrahenti, l. fi. §. fi. eod. tit.

Creditor vnus ex pluribus personalibus creditoribus paribus si fuerit diligens in consequenda solutione, aut obtinenda sententia, qui prior ex eis obtinuerit, præfertur aliis, l. inter eos, 19. de re iudic.

Creditores plures personales pares si obtinuerint sententias, ac in earum executione concurrant, omnes admittuntur pro rata portione debiti cuiusque, scilicet vt plus accipiat, cui plus debetur, si verò solus secundus primò petat executionem, non habetur ratio primi non petentis, imò secundi occupantis erit melior causa, ibi.

in Creditoribus pluribus volentibus emere æquale pretium offerendo, qui est creditor, & cognatus præfertur creditori tantum, & creditor tantùm præfertur cognato tantùm, l. 1. de priuil. credit.

Creditor maioris summæ præfertur creditori minoris summæ in emptione bonorum debitoris, d. l. 1. de priuileg. creditorum.

Creditor mutuans in refectionem domus debitoris, præfertur aliis creditoribus in personali, & etiam hypothecaria, siue mutuauerit domino ædificij, siue redemptori, vel ei, qui conduxit opus faciendum sua impensa, l. si ventri, §. 1. & ibi gloss. priuilegium, & gl. redemptori, eod. & gl. 1. in l. creditor, 25. si certum petatur.

in Creditoribus pluribus personale priuilegium habentibus non inspicitur tempus, quo quis priùs contraxit, ad hoc, vt præferatur aliis, sed inspicitur causa, si habeat magis fauorabilem causam, vel non, sed si sint creditores eiusdem causæ, & tituli, tunc omnes concurrunt, licèt diuersis temporibus contraxerint, l. priuilegia, 16. & ibi glo. 1. de priuil. credit.

in Creditoribus pluribus habentibus reale priuilegium inspicitur tempus, quo quis priùs contraxit, vt præferatur aliis, d. gl. 1. ibid.

in Creditoribus hypothecariis præfertur, qui prior est tempore, nisi in quibusdam casibus, in quibus inspicitur causa etiam in hypothecis, gl. ex causa. ibi.

Creditor habens hypothecam præfertur habenti priuilegium personale, ibid.

in Creditoribus non habentibus priuilegium, vel hypothecam, præfertur ille, qui occupat, nisi iam possessa erant bona, vel nisi ambo instarent, & debitor vni soluerit, ibi.

91 Creditor, qui impetrauit priuilegium à principe, vt haberet tacitam hypothecam, quàm aliàs non haberet, non præfertur aliis creditoribus habentibus hypothecam expressam, l. Antiochensium. 21 & ibi gl. 1. eod.

Creditor qui impetrauit priuilegium, vt præferretur omnibus creditoribus in personali actione, non præfertur aliis creditoribus habentibus hypothecam, ibid.

Creditor, qui pecuniam sibi debitam à debitore fugiente, & eam ferente abstulit, non cogitur communicare eam aliis creditoribus, si abstulit antequàm alij creditores in bonorum possessionem debitoris mitterentur; secus si postquàm illi fuissent missi, l. ait prætor, 10. §. si debitorem, quæ in fraudẽ credit.

Creditor potest pecuniam sibi debitam à debitore fugiente, & eam ferente auferre propria autoritate, cum debitor fugit, & tam citò iudicis copia haberi non potest, secus si copia iudicis haberi posset, † dict. §. si debitorem, & ibi gl. locum, & add. marg.

Creditor prior tempore non præfertur mulieri in rebus in dotem datis æstimatis vel inæstimatis, gl. 4. in l. in reb. 30. C. de iur. dot.

Creditor prior tempore habens expressam, vel tacitam hypothecam, non præfertur mulieri, in rebus in dotem datis, ibi.

Creditor posterior si ad rem conseruandam debitori crediderit, præfertur priori personali, gl. fi. in l. vnica, C. de pruileg. dotis.

Creditor posterior expendens in funus debitoris, præfertur in expensis anterioribus creditoribus personalibus, ibid.

Creditores hypothecarij præferuntur chirographariis, gl. pen. in l. fi. C. qui bonis cedere, & l. pro debito, ibi. & ibi gloss. 1. C. de bonis authorit. iudicis.

Creditores anteriores præferuntur posterioribus, d gl. pen.

Creditor ex cuius pecunia militia est empta, præfertur omnibus, l. fin. & auth. quod obtinet, C. de pigno.

Creditor qui iudiciale pignus ob sententiam est consecutus, præfertur priori habenti solùm personalem actionem, l. 3. C. qui potiores in pign. hab.

Creditor priuatus prior tempore in pignore præfertur reip. quæ est posterior tempore, l. 4. C. eod.

Creditor prior habens generalem hypothecam, præfertur secundo habenti specialem, & etiam præfertur fisco, gloss. 1. ibi, & l si generaliter, 6. C. eod. & l. 3. C. de remiss. pig.

Creditor primus ex generali hypotheca præfertur secundo habenti specialem, & etiam præfertur ille, qui à primo habuit causam, d. l. si generaliter.

Creditor secundus mutuans pecuniam ad emptionem prædiorum cum pacto, vt ea ei sint obligata, præfertur cæteris etiam priorem hypothecam habentibus, l. licèt eisd m, 7. C. eod.

Creditores rem suam persequentes præferuntur pœnis fiscalibus, l. 1. Cod. de pœnis fiscalibus, l. 4. 10.

Creditor, qui filiofam. mutuauit patre permittente, dando ei in pignus res patris ad persecutionem pignoris, non præfertur aliis prioribus tempore, gl. si in l. 4. C. ad Maced.

Reliqua verbo, Pignus, 11. 12. *Prior, Hypotheca,* 3. 4. *suprà num.* 14. 15. 16. 17. 18. 35. 36. 39. 82. 83. 84. *Debitum*, 5. *Legatarius*, 1. 4. 5.

CREDITOR priuilegiatus dicitur funerans testatorem, item deponens apud mensularios, & isti sunt priuilegiati actione personali, non autem habent tacitum pignus, gl. priuilegiarios, in l. rescriptum, de pactis.

Creditor, qui mutuauit in rei refectionem, habet priuilegium exigendi, tam in hypotheca, quàm in personali actione, l. creditor, 25. si certum petatur, & l. 1. & ibi gl. 1. de cess. bonorum.

Creditores priuilegiati dicuntur, quorum pecunia ad creditores priuilegiatos in personali actione peruenit, siue directò, siue primò ad debitorẽ, & posteà incontinenti per eum ad eos creditores perueniat, secus si ex interuallo, nisi ea pecunia debitori fuit data, vt daretur priuilegiato, l. si veniri, §. fina. & ibi glos. pen. de priuileg. creditor.

Creditor dans pecuniam debitori, si dubitatur, an dixerit debitori, quòd eam daret priuilegiato creditori, præsumitur quòd dixerit ex breuitate temporis, glo. fi. ibid.

Creditor dans pecuniam ad nauem extruendam, vel armandam, vel emendam, habet priuilegium primum personale post fiscum, secus si simpliciter daret, l. qui in nauem, & l. quod quis, 18. & ibi gloss. 2. eod.

Creditores agentes personali non sortiuntur prærogatiuam ex tempore, nisi in quibusdam casibus, secus est in agentibus hypothecaria, l. scimus, 22. §. in computatione, & ibi gl. seruandam, C. de iur. delib.

Creditores priuilegiati prius debitum consequuntur, glo. pen. in l. fin. qui bonis cedere possunt.

Creditores duo priuilegiati eiusdem tituli semper concurrunt, & etiam diuersi tituli concurrunt, nisi vnus sit priuilegiatior altero, vt mulier in dote, fiscus, & creditor, qui credidit ad rem reficiendam, & qui expendit in funere, qui in personali actione præferuntur aliis creditoribus priuilegiatis, gl. fin. in l. 1. C. de priuil. dotis.

inter Creditores duos non priuilegiatos si fuerit contentio, melior est conditio occupantis, nisi alius sit missus in possessionem, ibi.

Creditores si fuerint fiscus, mulier, & creditor expendens in reficienda re, vel in funere debitoris, & concurrant omnes, æqualiter admittuntur, nisi caueatur lege aliquem præferendum, ibid.

Creditores duo priuilegiati quando concurrunt, qui prior est tempore, potior est in iure, vt in fisco, & muliere, gl. posterior, in §. his consequens, in auth. de æqualita. dotis, col. 7.

Reliqua verbo, Priuilegiatus, Respublica, & suprà num. 85. *vsque* 91.

CREDITOR non præsumitur numerasse, nisi probet, siue conueniatur pigneratitia, siue hypothecaria agat, l. 1. C. de non numerata pecu.

Creditor si neget pignus sibi datum, & pecuniam debitori nõ fuisse numeratam, debitor pignus repetere poterit, si probet se creditori pignus dedisse, ibid.

Creditor si confiteatur pignus sibi datum, & pecuniam non esse redditam, debet probare pecuniæ numerationem, ad hoc vt agat hypothecaria contra debitorem, gl. intentio, & gl. fi. ibi.

Creditori incumbit onus probandi numerationem, gl. 3. ibid.

Creditor si confiteatur sibi solutum ex alia causa, quàm mutui, post 30. dies talis confessio sibi præiudicat, quantùm ad liberationem debitoris, † glo. scriptis, in l. generaliter, C. eo.

Creditoris confessioni statur contra se, veluti si confiteatur se non numerasse, debitor conuentus absoluitur, gloss. nullo modo, in l. in contractibus, 14. C. eodem.

Creditor, si post biennium à confessione numerationis numerauit, id censetur agi, vt ex scriptura sola, in qua confessio debiti continetur, obligatio teneat, ibid.

Creditor, qui post biennium numerauit, censetur magis numerationem fieri gratia obligationis prioris implendæ, ibid.

Creditor, qui confessus est in scriptis debitum fuisse sibi solutum in partem, vel insolidum, non præiudicat sibi statim, sed post lapsos 30. dies, intra quos debet opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, d. l. in contractibus, §. super cæteris, eod.

Creditor si reddidit instrumentum debitori, vel reddere promisit, non præiudicat sibi statim, sed post 30. dies lapsos, intra quos debet opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, ibi.

Reliqua verbo, Debitor. 52. *vsque* 55. *Numeratio, Confessio.* 2. 3. 5. 6. 7. *Confessus*, 5.

CREDITOR debet probare numerationem, si vult obtinere, quando contra eum agentem debitor opponit exceptionem non numeratæ pecuniæ, l. 3. & ibi gl. pen. C. eo.

Creditori agenti si opponatur exceptio non numeratæ pecuniæ, debet ipse creditor probare numerationem intra biennium, non vltra, nisi anteà contestata esset exceptio, gl. pen. ibi.

Creditor petens debitum ex causa mutui, cùm mutuata pecunia non sit, excluditur per exceptionem non numeratæ, gloss. 2. in l. aduersùs, 5. C. de non numera. pecu.

Creditor posteà potest numerare pecuniam debitori, non obstante, quòd fideiussor protestetur, quòd non numeret ei, gloss. 1. in l. tam mandatori, C. eodem.

Creditor si contra suam confessionem opponat exceptionem non numeratæ pecuniæ intra 30. dies, debet probare debitor numerationem, quia sicut creditori agenti opponit debitor exceptionem non numeratæ, ipse creditor debet probare numerationem, ita contra debitorem excipientem de soluto si replicet creditor, de non numerata, ipse debitor probat. † gl. triginta, ibid.

Creditores eius, cui competit exceptio non numeratæ pecuniæ, etiam eo supersedente, vel præsente, vel absente, possunt vti illa exceptione, siue ipsi detinentes eius res conueniantur ab his, qui debita eius exigunt, siue contra alios possidentes aliquam actionem ipsi moueant, l. pen. C. eo.

Creditores eius, cui competit exceptio non numeratæ pecuniæ, possunt vti eadem

Creditores

Creditores hereditarij exigentes ſatiſdationem ab herede tanquàm ſuſpecto, ſi non probauerint cum ex bonis hereditariis alienaſſe, nec ſit quod ei obiiciatur iuſte, præter proprietatem, tunc heres non tenetur ſatiſdare, ſed tantùm tenetur, quod non diminuat de illis bonis, d.l.ſi creditores.§.fin.

102 Creditores hereditarij exigentes ſatiſdationem ab herede tanquam ſuſpecto, ſi non probauerint eum ſuſpectum, vel inopia laborantem, tenentur ei actione iniuriarum, ibid.

Creditores hereditarij, qui heredem ſecuti ſunt, connumerantur cum creditoribus ipſius heredis, l.1.§.quæſitum, de ſeparatio.

poſt Creditores heredis admiſſos poſſunt habere regreſſum creditores hereditarij ad bona heredis, l.3.eod.

Creditores hereditarij debent habere copiam inuentarij facti à curatore dato bonis, gl.venter, in l.1.de curatore bonis dando.

Creditor hereditarius agens contra emptorem hereditatis, & ſponte contra eum actionem ſuſpiciens, non poterit poſteà agere contra heredem, quia heres ipſe habet exceptionem taciti pacti de ſe non conueniendo conuento emptore, l.2.C.de pactis.

Creditor hereditarius agens contra emptorem, licèt nõ poſſit poſteà agere contra heredem, obſtante ſibi exceptione taciti pacti, non tamen ob id liberatur heres ipſo iure, quia non eſt factum animo nouandi, ſecus ſi id fuiſſet factum animo nouandi, quia tunc liberatur, gl.fi.ibid.

Creditor hereditarius ſi egit contra venditorem hereditatis, vel ſi egit vna actione in aliis, non præiudicat cæteris, ibid.

Creditores hereditarij poſſunt agere contra poſſeſſorem vel petitorem hereditatis, nulla cautione præſtita, & quod perceperint à poſſeſſore, ſi poſſeſſor poſteà ſuccumbat, deducet, ſed ſi à petitore hereditatis, & poſteà petitor ſuccumbat, repetit petitor à poſſeſſore hereditatis officio iudicis, vel negotiorum geſtorum actione, aut condictione ex lege, l.fi.C.de petitione hereditatis.

Creditores hereditarij, quando eſt controuerſia de hereditate, poſſunt agere contra petitorem vel poſſeſſorem, legatarij autem non poſſunt agere ex teſtamento, niſi contra ſcriptum heredem, ſiue ſit petitor, ſiue ſit poſſeſſor, † glo. cautione in d.l.fi.

Creditoribus hereditariis non præiudicat pactum in venditatione factum inter heredes, ſed inter eos ſuum operatur effectum, l.licèt, 23.C.famil.erciſc.

Creditores hereditarij ſuccedentes debitori cum alij poſſunt impetrare à prætore vel præſide bonorum defuncti ſeparationem à bonis coheredum, quando coheredes tam ſuis creditoribus, quàm creditoribus hereditariis non ſunt ſoluendo, gl.probatur, & gl.ſeparatione, in l.pen.C.de hered.actio.

103 Creditor hereditarius poteſt impetrare bonorum ſeparationem cauſa cognita, videlicet ſi ab herede obligationem non nouauerit, vel vſuras, aut fideiuſſores non acceperit, vel hereditatis & bonorum heredis confuſio facta non fuerit, vel ſi quinquennium non tranſierit, d.gloſſ ſeparatione.

Creditores heredis poſſunt poſtulare bonorum ſeparationem à bonis hereditariis etiam ſi creditores heredis ab herede obligationem nouauerint, vel fideiuſſores, aut vſuras acceperint, dict. gloſſ ſeparatione.

Creditores hereditarij contra legatarios non habent actionem perſonalem, ſed tantùm habent contra heredes, l.fin.C.de hereditar actio.

Creditores hereditarij contra legatarios poſſunt agere hypothecaria, ſi res legatæ ſint obligatæ, gl.2.ibid.

Creditores hereditarij & legatarij poſſunt probare maiorem eſſe ſubſtantiam, quam ſit in inuentario poſita, ad quod probandum etiam de domo heredis ſumitur probatio, l.ſcimus, 22.§.licentia, C.de iure deliberand.

Creditores hereditarij, & legatarij per tormenta ſeruorum hereditariorum, vel per ſacramentum heredis, ſi aliæ probationes defecerint, debent probare maiorem eſſe ſubſtantiam hereditatis, quàm in inuentario ſit poſita, ibi.

Creditores hereditarij, vel legatarij, ſi probauerint, quòd heres ex hereditate aliquid ſurripuerit, vel celauerit, vel amouendum curauerit, quod non ſit poſitum in inuentario, in duplum hoc tenetur reſtituere, ibid.

Creditores defuncti habent beneficium ſeparationis contra creditores heredis, vt facta ſeparatione bonorum, præferantur in bonis defuncti creditoribus heredis, l.2.C.de bonis auth iudicis.

Creditoribus defuncti datur facultas poſtulandi ſeparationem, cùm timent heredem non ſoluendo, ſed econtra creditoribus heredis non datur, glo.1.ibi.

Creditores defuncti, vt petere poſſint bonorum ſeparationem contra creditores heredis, multa requiruntur Primò, quod ab herede non nouauerint, & quòd bona mixta non ſint, & quòd fidem heredis non ſunt ſequuti, & quòd vſuras non acceperunt, & quòd quinquennium decurſum non eſt, & quòd creditores caſtrenſis peculij non ſunt, & quòd heres bona non vendiderit, gl.pen.ibi.

Reliqua verbo, Here, 65. vſque 69.92. vſque 95. Legatarius, 4.5.6. Poſſeſſor, 24. vſque 28 Separatio, Hereditas, 6. inuentarium, Legatarius, 5.

104 C R E D I T O R peculiaris ſi fuit repulſus à domino exceptione annali, vt quia poſt annum à tempore venditionis ſerui conueniſſet, venditorem, contra emptorem nihilominùs poteſt agere de peculio, l.quæſitũ, 30.§.pen. de peculio.

Creditor peculiaris ſi fuit repulſus à domino venditore ſerui, dicendo nihil eſſe in peculio, deducto eo, quod à domino venditore conſequi potuit in reſiduum poteſt conuenire emptorem, d §.pe.

Creditor peculiaris ſi egit de peculio, & dominus dicit nihil eſſe in peculio, & creditor replicet, quòd dominus fuerat in dolo quominùs fuiſſet in peculio, hæc replicatio debet fieri intra illud tempus, quo poteſt agi de dolo, d.l.quæſitum, §.fi.eodem.

Creditor peculiaris reſiduũ, quod non eſt aſſequutus à fructuario ſerui, ex æquitate conſequitur à proprietario, niſi appareat, in cuius peculium conuerſum ſit, quia tunc de illius peculio inſolidum deduci debet, l. ſi creditor, 37. §.ſi actum, & ibi add. marg.eod.

Creditor peculiaris reſiduum, quod non eſt conſequutus à fructuario, de rigore iuris non conſequitur à proprietario, quod ſecus eſt de æquitate, ibid.

Creditor peculiaris ſi agendo contra emptorem ſerui non fuit conſequutus totum, poteſt redire ad venditorem pro reſiduo, pro eo, quod eſt apud eum de peculio, vel de eius pretio, ſed lite pendente contra emptorem non poteſt redire ad venditorem, l.quoties, 47.§.ſi creditor, eod.

Creditor peculiaris ſi inſolidum egerit de peculio cõtra emptorem ſerui, poſte re integra, nondum lata ſententia, non poteſt agere contra venditorem, ſe nondum lite conteſtata poteſt, vel in partes cum emptore, & venditore, v cum vno inſolidum agere, d.§.ſi creditor, & ibi gl.re integra.

Creditor peculiaris, & etiam emptor ſerui poteſt agere cõtra venditorem ſer intra annum ex antegeſto pro pretio, quod habet nominatim pro peculio, l.quoties, §.non tantum, eod.

Creditor peculiaris ſi patrem, qui de peculio tenebatur, inſtituat heredem, Falcidiæ locus ſit, habebitur ratio etiam eius peculij, quod filius habeba tempore mortis creditoris, vt quantum tunc poteſt habere de peculio, tan tum videatur eſſe in hereditate creditoris, & ſic proficiat legatariis, vt tant minor Falcidia detrahatur, l.eo tempore, 50.§.ſi creditor, & ibi gloſſ. peculium, eodem.

Creditores peculiares poſſunt conuenire dominum, vel patrem de peculi etiam poſt annum à tempore, quo fuit captus ſeruus, vel filius, quia poſtliminio reuerti poteſt, l.cum poſt, 53.§.fi.eod.

Reliqua verbo, Debitor, 86. Seruus, 121.124.125. & ſuprà nu.68. Peculium, 10.1

C R E D I T V M differt à mutuo, vt genus à ſpecie, quia creditum conſiſt etiam extra eas res, quæ pondere, numero, vel menſura continentur, l.2. creditum, ſi cert. pet.

Creditum non dicitur propriè, quando quis ex neceſſitate credit pecuniam, ſic ſponte alienam fidem non ſequitur, impropriè tamen dicitur creditum, ſi tibi pecuniam, eod.

Creditum dicitur, etiamſi eandem rem dans recepturus ſit, non tamen erit mutuum, d.l.2.§.creditum, eo.

Creditum poteſt eſſe, etiamſi nihil proficiſcatur, veluti ſi poſt nuptias ſoluta vel contractas dos promittatur, mutuum autem nõ poteſt eſſe, niſi proficiſcatur pecunia, hoc eſt res, quæ pondere, numero, vel menſura continetur, d. creditum, & ibi glo.poſt nuptias, eo.

Creditum largè, & generice ſumptum dicitur eſſe omne, quod eſt mutuum, ſe non conuertitur, quia omne creditum non eſt mutuum, glo.genus, ibid.

Creditum, vel credendi verbum quandoque accipitur largè pro genere ſuo quandoque ſtricte pro ſua ſpecie, ſcilicet pro mutuo tantùm, quandoque ſtrictiſſimè pro pecunia numerata tantùm, quando mutuatur, ibid.

Reliqua verbo, Mutuum, Secretum, Credere, Credendi, Credens.

C R E D V L V S qui fuit nimis, dicitur eſſe in culpa, glo.quamuis, in l.1.de eo, per quem factum.

Credulus qui eſſe non debet, gl.3.in l.fi.C de accuſ.

C R E D V L I T A S nimia reprobatur, gloſſ.quamuis, in l.1.de eo per quem factũ

Reliqua verbo, Teſtis, 17.

C R E T A M eximere ex cauſa donationis ſi mihi promiſiſti de agro tuo, it vt eum locum replerem, vnde exemiſſem, ſi non repleo locum, vnde exe mi, habes contra me actionem præſcriptis verbis, ſed ſi certam mihi vendi diſſes eodem pacto, & locum non repleam, habes actionem ex vendito, ſed exemptam cretam repleta iam foſſa non patiaris me tollere, contra te mih competit actio ad exibendum, rei vendicatio & iniuriarum, l.permiſiſti, & ib gloſſ.ad exibendum, de præſcript.verbis.

Creta naturaliter immobilis eſt, ſeparata tamen efficitur mobilis glo.magna, i l.1.C.de ſeru.fugit.

Reliqua verbo, Eximere, Lapis, Effodere, Eximere, Prædium, 1.

C R E T I O N V M ſcrupuloſa ſolemnitas hodiè ſublata eſt, l.cretionum, 17.C de iur. delib

Crimen in genere, num.1. vſque num.5.

Crimen ſtellionatus, num.5.

Crimen læſæ maieſtatis, num.6.7.8. & 9.

C R I M E N licèt extinguatur morte, tamen turpia lucra ab herede eius extor queri poſſunt, l.in heredem, de calumn.

de Crimine ciuiliter non poteſt agi contra tertium, donec viuit aliquis ex participibus criminis, † l.2.& ibi gl.2.de Carbon. edicto.

inter Criminis eiuſdem conſcios, & fraudis eiuſdem affines, ſeu participes, vel, v vulgò, complices, ſeu adhærentes, multùm intereſt, quorum alteris officium velamen, ac prætextum præſtare poteſt, alteris verò non, l.ſi multi, 6.in addit marg. de publicanis.

Crimen quando non committitur in certam perſonam, tunc accuſatio compe tit cuilibet de populo, l.quod Senatuſconſultum, & ibi gl 3.de iniuriis.

Crimen publicum dicitur, quando lex dicit agi ex lege iudiciorum publicorum gl.2.in l.fi.& ibi add.marg.de concuſſio.

Crimen publicum non eſt, niſi aliqua lege caueatur, l.3 §.fi.de præuari.

Crimen, quod obiicitur, quando eſt priuatum, ei tantum licet intendere, & cuiu intereſt, quando agitur ad imponendam pœnam, ſed quando agitur ad pœnam pecuniariam, tunc admittitur quilibet de populo, & ſi plures veniant, admittitur idoneior, gl.1.in rubr.de popul.actio.

Crimina omnia de iure canonico ſunt publica, atque infamant, addit.marg.i rubr.de publicis iudiciis.

Crimen capitale dicitur, in quo mors ciuilis, vel naturalis imponitur, l.2.& ib glo.1.eod.tit.

Criminum priuatorum actio ciuilis ſcilicet furti, vi bonorum raptorum, & iniuriarum infamat, l.infamem, & ibi gl.fi.eod.

Crimina leuia debet iudex audire, & diſcutere de plano, ideſt, nullo facto proceſſu, etiam ſine ſolemnitate, quæ requiruntur in grauibus, & debet liberar eos, quibus obiiciuntur, vel fuſtibus caſtigare, vel flagellis cæſos liberare, l leuia, de accuſatio.

Crimen leue dicitur lex Iulia de anno. intellige, quando imponitur per ean pœna leuis, ſecus in caſibus, in quib.per eã imponitur pæna grauis, gl.1.ibid

Crimina leuia dicuntur priuata crimina, intellige in priuatis, vbi leuior pœna imponitur, ſecus in priuatis, in quibus grauis pœna imponitur, vt in furto homo ſuſpenditur, & quandoque manus amputatur, ibid.

Crimen leue dicitur crimen de ſubmerſis nauibus, intellige quando quis rem modicam abſtulit, & ſic erit crimen leue, & imponitur tunc pœna leuis, alia dicitur graue delictum, & imponitur pœna grauis, ibid.

Crimen

in Crimine lęsę maiestat.si aliqua communitas,vel alia persona,cuiuscunque status,vel dignitatis existat,per nuncium,vel per literas, seu per edictum publicè propositum citata neglexerit in termino personaliter, vel legitimè comparere,contra talem perinde ac si personaliter omnibus interesset, vt lis foret legitimè contestata,tam ad receptionem testium,& eorum publicationem,& ad sequentia,quam ad diffinitiuam sententiam, & eius executionem procedi potest,ibi.

in Crimine læsæ maiestatis etiam conscij tenentur,nisi indicauerint, glo. fidelitatis,ibidem.

Crimen læsæ maiestat.committi propriè dicitur,quando aliquid fit contra principis personam,vel contra eos,qui ad eius latus assistunt, vel rempub.gl. in quocunque,in add.marg.ibid.

in Crimine læsæ maiest.ad accusandum admittuntur etiam infames,serui, milites,& mulieres,gl.per accusationem,ibid.

in Crimine læsæ maiest.cessat omne priuilegium concessum eis , qui habent dignitatem cum administratione,vt ea durante nemo conueniatur,gl.dignitatis,in d.extrauag.ad reprimendum,§.communitas.

in Crimine lęsæ maiestatis non requiritur,quòd quis sit contumax verè , ad hoc vt procedatur contra eum,gl.neglexerit,ibid.

Criminis læsę maiestatis reus non potest seruum proprium manumittere,neque testari,etiam antequàm accusetur de eo,gl.postulata,in §.1.Inst.de hęred.inst.

in Crimine læsæ maiestatis memoria delinquentis damnatur , §.interdum , Inst. de hæredit.ab intest.

Crimen læsæ maiestatis publicum est,& in duob. casib. scilicet quando contra rempub.vel principem aliquod molitum est,non extinguitur morte , sed memoria rei,etiã post mortẽ damnatur,§.publica autẽ, Inst.de publicis iudiciis.

post Crimen læsæ maiest.commissum non potest quis donare,etiam si non esset de crimine accusatus.l.donationes,32.§.fi.de donatio.

Crimen perduellionis , vel aliquod propter quod bona delinquentis confiscantur , si quis commiserit , non debet princeps ea sibi sumere, nec retinere , sed debet dare alij, qui eandem fidem obsequiúmque præstet , quod & conuictus præstabat, l. murileguli , in add.marg.C.de murilegulis,lib.11.

Reliqua verbo.Delictum,10.Hæresis,Perduellio,Proditio,Simonia,Alienatio,4.Infamis,Delinquens,9.10.Damnari,Filius,72.133.Hereditas,83.Inquisitio.

CRIMINALIS per aliam criminalem tollitur,gl.in quadruplum , in l.si seruus,27.§.& si puerum, ad legem Aquil.

in Criminali lata sententia condemnatoria nunquam obest, quin agi ciuiliter possit ad pœnam parti applicandam , nisi in casu , quo fur inciuiliter & non ordinario modo deductus fuit ad iudicem à parte , cui pœna aliàs erat applicanda,l.interdum, 56.& ibi gl.pœnæ,& ibi add.marg.de furtis.

Criminalis causa propter ciuilem fisci fauore suspenditur,l.pe.de accusati.

in Criminali causa debet esse eiusdem naturæ tẽpus decendij , quod est ipsa appellatio interposita,gl.sequuta,& ibi add.marg.in l.ex iudiciorũ,de accusatio.

Criminale iudicium mortuo reo soluitur,nisi sit maiestatis in duobus capitibus, & repetundarum,quia tunc accusatio durat in heredes etiam mortuo reo,l.in Senatusconsultum,§.si propter Turpillianum.

Criminales causæ biennio concludi, & finiri debent,l.properandum,C.de iudic.

Criminali accusatione publica,vel priuata,vel vtraque simul licitum est experiri,†gl.2.in l.1.C.si ex pluribus tutorib.vel curat.

Criminali iudicio pendente,nihil est innouandum,§.est autem, Inst. de heredib. instituen.

Criminale iudicium dicitur,quando agitur ad pœnam pecuniariam fisco applicandam,gl.extraordinaria,in additione,in §.in summa,Inst.de iniuriis.

in Criminalibus variæ constituuntur pœnæ , quarum quædam sunt ordinariæ, quædam extraordinariæ,gl.earum,in §.penultim.Institu.de iudiciis.

Criminaliter accusandi ius durat annis 20. sed inquirendi ius , quo casu inquiri potest de crimine, 30.annis durat,glo. quamdiu,in add.marg.in l.si cùm quis, 40.de furtis.

Reliqua verbo,Accusatio,6.13.Actio,8.12.14.20.43.Causa,10.11.Conclusio , Probatio,5.6.Procurator,59.60.Testis,18,19.

CRIMINOSVS principalis potest torqueri,vt indicet occisores , vel mandatores,gl.1.in l.& si certus,ad Syllan.

Criminoso mortuo potest queri de crimine propter bona per Scelus acquisita,l. Lucius,& ibi gl.inducendam,de iure fisci.

Criminosus si in fundo alicuius latitat,debet dominus, vel eius procurator præsentare iudici , alioquin potest conueniri,vt exhibeat criminosum , & si non exhibeat ipse dominus,capit debet à iudice , & si iudex non sit per se potens, procedit,vt officium militare conquirat in auxilium,l. 2. C. de his , qui latron. vel aliis.

Criminosus si latuerit , legitimis edictis vocari debet , & si non obediat , debet iudex legitimè procedere,sed si reliquerit prouinciam,in qua deliquit, & cognoscatur quòd degit in alia, iudex prouinciæ,in qua deliquit, debet mittere epistolam ad iudicem prouinciæ,in qua degit criminosus, & is susceptis literis debet comprehendere , & mittere ad iudicem prouinciæ , in qua deliquit suppliciis subiiciendum , §.si verò quis,in authe.vt nulli iudicum liceat,col.9.

Reliqua verbo,Malefactores,Testis,25.26.Delinquens,Iudex,50.

CRISIS significat naturam,vel etiam iudicium,vnde dies critici dicuntur, in quibus meliùs confortatur natura , vt omnes impares,glo. 1.in l. cretionum, 17.C.de iure deliber.

CRVX nostræ redemptionis ab omnibus est adoranda,& veneranda, & si gestatur in manibus alicuius,debemus cum deuotione assurgere,& si in aliquo loco emineat,honorem debemus impendere,gl.in rub.C.nemini licere signum Saluatoris.

Crucem,vel signum Saluatoris Christi non licet humi depingere , vel sculpere in silice,vel in marmore,aliàs faciens humi depingere,vel sculpere , grauissima pœna debet mulctari,gl.in d.rub.& l.1.C.eo.

Crucem,vel signum Saluatoris inueniens humi,vel in terra depictum,vel insculptum,debet tollere ab illo loco,d.l.1.C.eod.

Crucis signo præposito debet incipere fieri inuentarium, eius tamen omissio non vitiat illud,glo.tempora,& ibi add. marg. in §. sancimus,in auth. de heredib.& Falcid.

Cruces, cum quibus & in litaniis ingrediuntur , non alibi nisi in venerabilibu locis debent reponi , veluti in sacristia,& quando opus fuerit,ad celebranda litanias,tunc ipsas sanctas cruces debent accipere hi , qui consueuerunt por tare,& cum Episcopo, & clericis litanias celebrare,§.omnib.autem laicis , i auth.de sanctissimis Episcopis,col.9.

Reliqua verbo, Litania.

CVBICVLARII principis & Augustæ non coguntur respondere, nisi corar officiorum magistro,l.3.C.de præpositis sacri cubiculi.lib.12.

Cubicularij principis , etiam antequàm ad dictum officium transeant gauden immunitate extraordinariorum munerum , & dignitate finita non recipiun hospitem inuiti, & præsides contra facientes puniuntur in denis libris auri, l 2.C.eod.

Cubicularij etiam dignitate deposita cùm vadunt extra vrbem ad aspiciendo agros suos,vel ob aliam causam , poterunt vti cingulo dignitatis , l. fi.C.eo

Cubicularij principis,quibus vacatio est concessa,& filij,& nepotes eorum, inui ti,ad honores,& munera non vocantur, sunt enim à personalibus & corpora libus numerib.immunes,l.2.C.de priuileg.eorum,qui sacro palatio, lib.12.

Cubiculum principis , vel Augustæ custodientes eandem dignitatem haben quam præfectus vrbi,& præfecti prætorio, & magistri militum , &, dignitat deposita , nulla est inter eos differentia , seruata tamen inter eos prioritat temporis, vt priùs electus præferatur posteriùs electo , l.1.C.de præpos. saci cubic.lib.12.

CVCVLVS auis non ex coniunctione,sed ex terra gignitur,gl.omnium,in l.1 §.ius naturale,de iusti.& iur,

CVCVRBITA idem est quod arga , gl.cucurbitauerit,in c.1.§.item si fidelis quib.modis feudum amittatur.

Cucurbitare idem est,quod cum vxore alicuius concumbere,ibid.

CVIVS in agendo obseruat arbitrium , eum habere & contra se iudicem i eodẽ negotio nõ dedignatur,l.cùm Papinianus,14.C.de sentẽtiis, & interloc

CVLEI dicuntur vasa quædam de corio , quibus annona & vinum mensura batur,gl.culeorum,in l.fi.§.fi.de pigne.actione.& gl.pe. in l,legatum ita,17.§ fin.de annuis legatis.

Culei sunt vtres ex corio bubulo, singuli 20. amphoras capientes,quorum anti quis frequens vsus erat , significat etiam mensuram frumentariam eiusder capacitatis , item significat parricidarum publicam pœnam, d.gl. culeorur add.marg.de pigne.act.

Culeus dicitur saccus de corio,in quo imponebatur parricida cũ gallo,cane,vi pera,& simia,& ita proiiciebatur in flumẽ,l.1.& ibi gl.fi.C. de his,qui parẽte

Reliqua verbo , Vtres.

CVLPA dolo malo proxima dicitur lata culpa, l.vbi exigitur, & ibi gl.proxi ma in l.mulier,22.§.sed enim,ad Trebel.

Culpa lata dolo æquiparatur, fallit in duob.casib.glo.in negotiis,in l.3.§.inter dum,de negot.gest.& l.1.§.hæc actio, & ibi glo.comparabitur, si mensor fal sum modum,& gl.culpam,in l.si mora,10.soluto matrimonio, & glo.quia,i l.3.§.fi.de suspect.tutor.& l.quæsitum, §.illud,& ibi gl.marito, de precario, & gl.3.in l.1.C.depositi.

Culpam potest quis remittere , vt fraudem repellat, gl. committat, in l.adqui natura,§. cùm me,de nego.gest.

Culpa dicitur vitium,& sic non solùm dolus est vitium, sed etiam & ipsa culpa l.siue hereditaria,& ibi add.marg.eod.

Culpa nec leuissima quando non interuenerit in interitu rei, dicitur casus for tuitus,quo casu quis non tenetur,gl.etiam si fine,in l.3 §.ex hoc edicto,nau tæ,caupones,& stabul.

inter Culpam leuissimam,& casum fortuitum non potest dari medium , vnde s leuissima non interuenit, ergo interuenit casus fortuitus, ibi.

Culpam committit ille, qui elegit imperitos pro peritis, siue medicis,siue ma gistris,siue aduocatis,l.vtique,16.§.fi. de rei vendicatione.

Culpam non committit , qui nauem petitam congruo tempore nauigationi trans mare misit, licèt ea perierit, nisi minùs idoneis hominib. eam commi serit, d.§.fi. ibid.

Culpam committit ille , qui nauem tempore periculoso trans mare misit, & s perierit,tenebitur,d.§.fi.& ibi gl.fin.ibid.

Culpa venit post litis contestationem , dolus autem etiam ante litis contesta tionem,gl.dolo malo,in l.fin autem,§.1. de rei vend.

in Culpa & dolo esse non potest,qui re ad vsum destinatum commodè vtitur,gl iure,in add.marg.in l.si nauis,62.eod.

Culpa potest committi trib.temporib. ante factum,scilicet quando non inspici tur,quod euenire potest in ipso facto ; & post factum,vt si quis non prosequi tur factum,quod debet prosequi, nec vtitur eo,vt debet vti,gl.1.in l.idem iu ris, 8.ad legem Aquil.

Culpa culpam abolet,sed non dolum,gl.fi.in l.item si obstetrix, §.fi.eod.

Culpa compensata culpa dissoluitur, glo.pen. ibid.

Culpa est, cùm quod diligenter prouideri potest, non est prouisum,l.si putator 31. ad legem Aquil.

Culpa leuissima venit in lege Aquilia , nisi in duobus casibus, l.in lege Aquili. 44. & ibi gl.1.eod,

Culpa etiam leuis , & dolus venit post litis contestationem, l.sed & loci, §. pos litem, finium regundorum.

Culpa dolo proxima est illa,quæ est fatua,& lata,gl.proxima,in l.de ætate,§.se & si quis, de interrogator.actio.

Culpa lata non æquiparatur dolo quantùm ad infamiam irrogandam,nec quan tùm ad iusiurandum in litem, quia irrogat pœnam reo ex sola voluntate iu rantis,glo.non etiam in l.in actionibus , de in litem iurando.

Culpa lata non æquiparatur dolo in criminosis causis, quia in illis,vt quis cri minaliter puniri possit,requiritur dolus,d.gl.non etiam,in addit.marg.

Culpa præsumitur in commodatario, si res suas saluas fecit , commodatas ver amisit,l.si vt certo,5.§. quod verò commodati.

Culpa quando præcedit casum , tenetur quis de casu , licèt alias non tenetur d casu,d.l.si vt certo,§.custodiam,gloss.actionem,in l.fi.§.1.ad leg. Rhodiam.

Reliqua verbo, Actio,44.vsque 50.Causa,12.Iudicium,5.6.

CVNICVLVS dicitur riuus coopertus,vel aquæductus subterraneus,quandoque tamen sumitur pro leporario,vel cunicularío,gloss.cuniculo,& ibi add.in l.Proculus,26.de damno infecto,& gl.specum,in l.supra iter , de aqua pluuia.

Cupressus dicitur arbor funesta,eò quòd ob domum funestam proiiceretur in signum funeris,nequis in domum ignoranter ingrediens pollueretur,gl.fin. in add.marg.in l. si ex re,28.§.fi.de stipulatione seruorum.

Cupressi arbores emens in Syria, vel in Aegypto punitur in quinque libris auri, & in tantundem venditor,l.1.C.de cupressis,lib.11.

Cupressos nullus potest incidere propria authoritate in locò Daphnensi , neque etiam eas collapsas aliò transportare,l.2.C.eodem.

Cupressum plantans non potest ob hoc aliam incidere , sed pro tali plantatione à fisco consequetur vnam libram auri,ibidem.

CVPIDVS dicitur in adquirendo,sed auarus in retinendo , gloss. penultim. & final. in l.1.§.final.de ædilitio edicto.

CVRA vel tutela durante non potest collega contra concuratorem vel contutorem agere,l.2.C.de administ.tutorum.

Cura dicitur quasi cor vrens.gloss.curas,in principio,in auth. de hæredibus , & Falcid.col.1.

Cura masculorum & fœminarum eodem tempore finitur, in principio , Inst. de curatoribus.

Reliqua verbo,Tutela.

Curator in genere,num,1.vsque ad num.11.
Curator quis possit esse,vel non esse,nu.11.
quoad nuptias & dotem Constituendam adulta,nu.12.
de Curatore pupillo dando,num.13.14.& 15.
de Curatore furiosi,num. 15.vsque 22.
de Curatore respub.num.23.
de Curatore bonorum & ventris, num.24.& 25.
de Curatore bonorum & absentis,num.26.vsque 29.
de Curatore ad litem,nu.30.
de Curatore quoad alienationem,nu.31.
de Curatore in testamento dato,num,32.

1 CVRATOR ex leui culpa tenetur,sed non eius heres,gloss.in heredem,in l. 3. §. hæc autem actio, de neg.gestis.

Curator tutori in hoc parificatur, quia neutrius stipulatio , scilicet rem pupilli vel adolescentis saluam fore,committitur, nisi negotia geri incipiantur , glo. ei obligat,l.nam & Seruius,§.1.eod.

Curator soluens pro concuratore,solutũ recuperat à concuratore,l. ex facto, eo.

Curatoribus pluribus simpliciter constitutis,singuli insolidum habent curæ administrationem,gloss.exercitorem,in l.1. §.si plures,de exercitoria act.

Curator non datur inuito,nisi ad lites;quandoque tamen cogitur quis , vt velit, gloss.1.in l.1.de tutelis,& gloss.ex constitutione,in l.ait prætor,7.de minor.

Curator alius potest dari curatorem habenti,causa cognita,gloss.1.in l. solet , de tutelis,l.ventri,20.§ fin. & ibi gl.final.de tut.& curat.& gl.fi.in l.si furiosi, 25. C.de nuptiis, & l. 2.& ibi gloss.1.qui petant tutor.

Curator generaliter etiam absens potest dari,sed ad lites debet dari præsens , & non absens,† glo.1.& ibi add.marg.& gloss.2.in l. illud, 5. de tutoribus datis ab his.

Curator generaliter non datur adulto inuito , sed petenti & volenti,ibidem.

Curator potest dari etiam maioribus 25.annorum,qui non possunt administrare bona sua,l.his,qui,12.de tutoribus datis.

Curator dari debet magis filius sobriè viuens,quàm extraneus patri egenti curatore,ibidem.

Curator datus filius patri,vel matri egenti curatore tenetur reddere rationem, vt quilibet curator,secus tamẽ est in patre curatore filij,gl.dandum,ibidem.

Curatores dari solent tantum minoribus 25.annorum desiderantibus,& non inuitis,l.si impuberi,13.§.fi.eod.

Curatur datur impuberi non habenti tutorem in omnem rem , quæ solemnitatem iuris non requirit,sed in rem,quę requirit solemnitatem,veluti ad adeundam hereditatem , datur tutor , gloss. 1. in additione marg. in l.in omnem, eodem.

2 Curator tantùm est datiuus,& non dicitur legitimus,nisi in furioso, † gloss. fin & ibi add.marg.in l.ventri,20.§.fin.eod.

Curator nõ datur pater filiis institutis à matre sub hac cõditione , si emancipentur,post emancipationem,& aditam hereditatem,l.scire,21.§.1.eodem.

Curator datus simpliciter,intelligitur datus ad omnes causas,gl.fin.in l. curatorem,25.eodem.

Curatores debent petere sibi ipsis pupilli , & adulti, si fuerint præsentes , per se ipsos,sed si fuerint absentes,per procuratorem,si habent tutorem , vel curatorem cum eius authoritate constitutum , & si non habeant , debent petere per se,† l.3.§.fin.& ibi gloss.penultim.qui petant tutores.

Curatorem petere quis non potest minori vel pupillo, sed ipse minor vel pupillus sibi ipsi debet debet petere,d.§.fin.& ibi gl.minores.

Curator si datus sit quis filiæ ad matris petitionem,periculum administrationis curatoris pertinet ad matrem,quæ petiit,gl.fi.ibid.

Curator potest defendere adultum per se,vel ei defendenti authorari,prout elegerit actor,l.1. §.in causis,de administr. tutorum.

Curatores plures si fuerint dati quod vnus eorum gessit, ratum est , quia videntur omnes consentire , nisi dissentiant,l.3.& ibi gl.2.eodem.

Curator etiam post 25.ann.adulti tenetur litem cœptam perficere, nisi reddiderit rationes & instrumenta ad causam pertinentia,l.ita autem §.fin.eodem.

Curator si post adulti 25.annum litem cœptam non perfecerit,tenetur negotiorum gestorum actione, etiamsi iam actum esset dicta actione contra eum,d.§. fin. & ibi gl. fin.

Curator etiam durante administratione potest conueniri actione , quæ oritur aliunde quam ex gestione , veluti furti, damni,vel iniuriæ,non tamen potest cum tutore,† l.cum curatore, 26.& ibi gloss.1. eodem, & gloss. 1. in l. 2. C. administ.tuto.

3 Curator durante administratione non potest conueniri actione , quæ oritur ex gestione pro tota administratione , sed bene potest pro particulari administratione, ibidem.

Curator vel tutor,etiam durante administratione,potest conueniri rei vendicatione,† d.gl.1.in d.l.cum curatore,eod.

Curator,qui gessit putans se curatorem,cùm non sit,etiam durante administratione potest conueniri, ibid.

Curatoribus constitutis in eos transfertur administratio, & officium tutoris finitur,l.à tutoribus,33.§.officium,eod.

Curatores si gratia periculi mutui recepti cautionem sibi inuicem præbuerint vt si vnus ex alterius persona damnum patiatur , alter ei restituat, vel refundat,adulto facto maiore 25.an.si illi soluendo sint,irrita est cautio, quia alter pro altero conueniri non potest, l. tutores, qui, 39. §. curatores, & ibi gloss. mutui, eodem.

Curatores si exegerunt à tutoribus finita tutela vsuras pupillaris pecuniæ , illa vsura apud curatores efficitur sors, & ita tenentur ad vsuras earum vsurarum sicut ad vsuras sortis, l.qui negotiationem,58.§.fi.eod.

Curator generalis non potest dari impuberi,sed tantùm ad litem,vel ad speciem certam, glo.curator, & ibi additio in l.sed & milites, 8.§. iam verò,de excusat. tutorum.

Curatores non possunt appellare à datione, sed bene à sententia sibi auferente excusationes, l.scire,13.eod.

Curatores à tutoribus differunt in quinque, gl.in paucissimis,ibi.

Curator adolescentis , vel eius fideiussor possunt conueniri etiam durante cura ex stipulatione,rem pupilli saluam fore, sed non generali negotiorum gestorum actione †,l.si cum adhuc,16.§.fin.& ibi gl.fin. de tutelæ, & rationibus,& gl.1.in l.2.C.de administr. tutor.

Curator adulti non tenetur approbare , vt idoneum, nomen debitoris factum à tutore de pecunia pupilli,gl.1.in l.si probatum,eodem,de excusat.tutor.

Curatoris culpa si tutor tutela conuentus condemnatus sit in minori summa, quàm deberet condemnari, potest minor post 25. annos, intra tempus restitutionis , aduersùs tutorem petere restitutionem , etiam si curator ob eam caussam condemnatus sit , à quo si iudicatum non sit executioni mandatum, potest curator repellere illum minorem agentem iudicati , si sibi non cedat actionem,quam habet aduersùs tutorem,l.alterius,de tutelæ,& ration.

Curator adulti non ex eo quòd conuenerit tutorem, vel heredem eius, ac condemnauerit,liberatur eius nomine , sed inquantùm exegit à tutore vel herede eius,ipso iure liberatur ipse curator, & heres Magistratus, qui eum dedit, l.conuento,& ibi gl.1.eodem.

in Curatoris bonis habent priuilegium minores,vel furiosi,vt in actione personali cæteris creditoribus præferantur, l.fi.eod.

Curatores adultorum dicuntur coniuncti tutoribus , eò quòd finita tutela ipsi accedunt , & etiam ratione similitudinis , l. qui neque,& ibi glo.2. de rebus eorum, qui sub tut.

in Curatoribus habent locum omnia iura , quæ in tutoribus loquuntur, d.l. qui neque,& ibi add.marg.

Curator plenissimam administrationem habens non debet dari à iudice temerè,& citra causæ cognitionem , quia plerique fingunt furorem , vel dementiam, quò magis, curatore accepto, onera ciuilia detrectent, l. obseruare, de curator. furioso.

Curator pupillis vel minoribus dari non debet,nisi ipsi petierint, aut petatur ab aliquo nomine eorum, gl.1. in l.hæc autem, 5. ex quibus causis in possessionem eatur.

Curator de gestione vt reddat rationem totius administrationis, actione negotiorum gestorum vtili , non potest durante cura conueniri , sed bene pro re vna,gl.aliud,in l.4.§.hanc stipulationem, rem pupilli saluam fore.

contra Curatorem datum adulto,vel etiam pupillo , vel cuique indigenti curatore, veluti furioso, vel prodigo, potest committi stipulatio rem pupilli saluam fore,etiam durante administratione, quod intelige pro emancipatione alicuius damni particularis, non autem pro reddenda ratione totius administrationis, d.l.4.§.fin.versic.illud.

Curator datus si non gesserit curam,non committitur stipulatio rem pupilli,vel adolescentis saluam fore , datur tamen in eum finita vera vtilis negotiorum gestorum,d.§.fi.& ibi gl.non committi.

Curator potest dari ad vnum actum, aut speciem administrationis, l.sed & si ad species,8.& ibi gl.1. & add.marg.eod.

Curator datus ad speciem administrationis potest stipulari rem pupilli saluam fore, ibidem.

Curator adolescentis vel furiosi licèt habeat administrationem bonorum eius, non tamen habet potestatem intercipiendi , & ideò si aliquid furandi animo amouerit,furtum facit,& tenetur actione furti, nec id potest vsucapi, l.tutor, 33. de furtis.

Curator insistit patrimonio non personæ,gloss.fin. in l.cùm in vna,17.§.final.de appellat.

Curator vel tutor datus ex inquisitione licèt non teneantur satisdare, tenentur tamen iurare bene agere,idest, non prætermittere vtilia, & non facere inutilia,gl.idonei,in principio Instit.de satisdat.curat.

Curatores duorum minorum coheredum si diuiserunt hereditatem quoad gestionem,& fructuum perceptionem,post diuisionem vnus minor non tenetur alteri,si ille plus sua parte non percepit, licèt alter minus sua parte habuerit, l.Lucius,38.& ibi gl.patrimonium,famil.erciscund.

Curator de mala administratione bonorum minoris conueniri debet vtili actione negotiorum gestorum, gl.1.in l.3.C.de transactio.

Curatores successoris conueniri possunt actione negotiorum gestorum tam de dolo,quàm de lata culpa ipsius curatoris, l.curatoris, 17.C.de neg.gestis.

Curatoris administratio non transit ad ipsius successores , ideò ipsi nullam habent potestatem alienandi res adulti, ibid.

Curator de gestis, & gerendis tenetur vtili negotiorum gestorum actione,gl.fi. in l.1,C.si tutor, vel curator.

Curator adulti creditoris, qui fuit heres institutus à debitore cum aliis, si petit rescindi testamentum , eò quòd actio debiti pro sua parte sit confusa , non

est audien

Curator esse non potest cæcus,vtroque lumine,secus verò carens vno oculo,l. 3. & ibi gl.1.C.eodem.

Curator minori non potest esse eiusdem minoris debitor, vel creditor, aut is, qui minoris res tenet,auth.minoris,C.eod.

Curator si posteà efficiatur minoris creditor, sine adiuncto sibi curatore non debet administrare,ibid.

Curator ab initio debet iurare se creditorem,vel debitorem non esse,quòd si taceat,creditor amittit actionem,si tamen debitor taceat,non liberatur, etiam si soluat,ibid.

Curator creditor si cessionem actionis aduersùs minorem suscipiat, eam cura durante vel finita non poterit exercere, nec etiam ille,qui gessit, agere debet,cùm in legem commiserit, licèt cessio iustis de causis facta sit, sed minor lucratur,ibid.

Curator si datus sit socer nurui suæ,debet se excusare,aliàs incidit in infamiam, l.licèt,17.C.de excusat.tutorum.

Curator nominatus adultis,quorum tutor anteà fuerat,non potest inuitus teneri in administratione,& ideò potest se excusare,si dies excusationibus præfinitus nondum excessit,l.curator,20.C.eod.

Curatrices minorum non possunt esse,mulieres,fallit hodie in matre & auia, l. scire,21.& ibi gl.2.de tutorib.datis.

Reliqua verbo,Tutor,10.67.vsque 71.Creditor,99.& infrà numero 17.

CVRATOR non solùm ad dotem constituendam dari potest adultæ volenti nubere,vel iam nuptæ ad augendam, vel permutandam,vt èx pecunia in rem, vel econtrà permutetur, si mulieri id vtile sit, l.non tantùm,7. & ibi glo. fin. de tutoribus datis.

Curator idémque patruus adultæ, si promisit pro ea dotem supra vires hereditatis scienter, vel animo donandi, vel dolo,tenetur omne id soluere marito, nec repetet à muliere, l.cùm post mortem,43.& ibi gl. quidam, de administratione tutorum.

Curator idemque patruus, si creditori adultæ animo donandi promisit soluere pro ea,tenetur soluere illud, nec repetit id à muliere,ibid.

Curator idémque patruus,si causa negotij gerendi promisit dotem pro adulta vltra vires hereditatis, habet mulierem obligatam ad reddendum sibi id, quod vltrà soluit marito, vel ad liberandum se,si non soluit adhuc, & hoc siue matrimonium duret,siue solutum sit, d.§.quidam,& ibi gl.1.& glo.obligatam,ibid.

Curator curatorio nomine si promisit dotem pro adulta vltra vires hereditatis adultæ,ac denunciatus ab ea ne solueret marito, in id quod vltra vires patrimonij adultæ est, ne conueniatur à marito,iuuatur per restitutionem petitam ab adulta,sed si adulta non petierit restitutionem,habet curator exceptionem in eo, quod est vltra modum contra maritum, ipsa verò adulta debet cauere, quod si effecta fuerit diues constante matrimonio,quod dotis reliquam partem soluet marito, d.l.cùm post mortem,§.fi.& ibi gl.fi.

Curator minoris pro ea non tantùm dotem,sed etiam impendia,quæ ad nuptias facienda sunt,præstare debet,l.curator,52.eod.

Curator contrahens matrimonium cum adulta intra 26.annum non à patre desponsatam,vel destinatam,vel in testamento denominatam, punitur lege Iulia de adulteriis,l.quia pupillam,de adulteriis.

Reliqua verbo,Matrimonium,20.Tutor,156.Dos 10.

CVRATOR impuberi datus à iudice,si quasi protutor gesserit,tenetur actione negotiorum gestorum, & non actione protutelæ,quia officio curatoris functus fuit,l.1.§. si curator,de eo,qui pro tutore.

Curator ad litem datus pupillo agenti reiuendicatione contra tutorem, non debet esse præsens,quod secus est in curatore adulti,l.3.§.si pupillus, & ibi gl. præsenti,de tutelis.

Curator ad litem simpliciter datus pupillo intelligitur datus ad omnes lites, quas ipse pupillus habet cum tutore,cum quo litigare intendit,d.l.3.§. fi.

Curator quando datur pupillo agere volenti contra tutorem,potest dari in vnam vel plures lites,& etiam possunt dari plures curatores pluribus pupillis, vel vnus curator pluribus pupillis,vel vnus vni pupillo, quando pupilli volunt litigare cum tutore,l.4.eod.

Curatore vno dato contra tutorem ad vnam litem, ad eandem non potest dari alius,l.cùm semel,5.de tutelis.

Curator non potest dari pupillo præsente tutore, per quem res geri potest, l.curator,11.& ibi gl.1.de tutorib.datis.

Curator potest dari pupillo absente tutore causa reipub. & etiam præsente tutore quando res per eum geri non potest,d.gl.1.ibid.

Curator potest dari pupillo non habenti tutorem præsentem, vel absentem, d. gl.1.ibid.

Curator datur pupillo in locum tutoris absentis causa reipub. in omnem rem, etiam quæ solemnitatem iuris requirat,l.in omnem,15.& ibi gloss.1. & add. marg.eod.

Curator datus pupillo propter absentiam tutoris debet perseuerare vsque ad pubertatem pupilli,sed post pubertatem debet petere sibi alium curatorem,l.curatorem,25.eod.

Curator datus pupillo ad vnam causam propter absentiam tutoris causa finita non est ampliùs curator,gl.fin.ibid.

Curatorem petere sibi dari non potest infans,qui fari non potèst, nec habet intellectum, gl.fi.in l.3.§.fi.qui petant tutores.

Curatorem petere non potest tutor pupillo eo ignorante, & non mandante, l. curatorem,eod.

14 Curator non iure si petitus sit datus, periculum eorum, quæ ab eo gesta sunt, pertinet ad tutorem,qui petiit illum curatorem,ibid.

Curator pupilli,vel etiam eius fideiussor, etiam ante finitam tutelam, possunt conueniri etiam adhuc durante cura ex stipulatione rem pupilli saluam fore, sed tutor vel eius fideiussor non possunt conueniri durante tutela, l. si cum adhuc,16.& ibi gl.pen.de tutelæ,& rationibus.

Curator etiam impuberi potest dari ad litem, sed ad ea, quæ iuris solemnitatem desiderant, opus est tutoris authoritate,l.curatorem,19.de author. tutorum.

Curatoris authoritas non sufficit pupillo ad adeundam hæreditatem sibi delatam,sufficit tamen adulto authoritas curatoris,gl.fi.in l.pupillus,9. de acquir. hereditate,& l.commune,17.§.fi.& ibi gl.fi.de appellatio. gl.fi. de appellatio. gl.1.& ibi add.marg.in l.potuit,C.de iure delibe.

Curatori pupilli rectè potest solui,l.quòd si fortè,14.§.pe.de solutio.

Curatores pupillo an debeant constitui litigantes cum patre eiusdem pupilli,iudex pro vtilitate pupilli debet prouidere,l.pe.C.de confirm.tutore.

Curator non datur pupillo,nisi postulanti si litigat cum tutore, si autem cum alio,datur etiam inuito,glos.fin.in l.1. C.qui petant tutores.

Curatores solent adiungi tutori ob augmentum facultatum pupilli, vel propter patrimonium latè diffusum,ac constitutum in diuersis locis,vel quando tutor solus non est sufficiens ad administrandam tutelam,l.3.& l.fi.C.in quib.casib. tutor.vel curat.habenti.

Curatores tutoribus si sunt adiuncti,pupilli pubertate finitur officium tam tutorum quàm curatorum adiunctorum,& alij curatores sunt dandi,l.1.C.quando tutor,vel curator.

Curator adulti hereditatem adulto delatam potest adire,vel bonorum possessionem petere pro adulto,sed curator pupilli non potest, gl.eum,in l. si infanti, 18.C.de iure deliberandi.

Curatores dati pupillis ex eisdem modis desinunt esse curatores, ex quib. desinunt tutores eorum.gloss.fin.in §.fi.Inst.quib mod.tutel.finiatur.

Curator datur etiam pupillo tutore legitimo vel testamentario idoneo non existente.vel ad tempus excusato,§.pe.Inst.de curator.

Curator testamento non potest dari impuberi de iure,l.impuberi, 40.& ibi glo. dedit,de administr.tutor.

Reliqua verbo,Pupillus,29. & infrà nu.15.30.Actio,160. 161.Tutor, 35.154.Minor,28.

CVRATORI furiosi datur actio negotiorum gestorum aduersus furiosum, l. 3.§.curatori,de nego.gestis.

Curator furiosi,vel prodigi si pactus sit,ne à furioso vel prodigo peteretur,valet tale pactum vtile prodigo,sed si causa donandi pacisceretur cum debitoribus nec ab eius debitoribus peteretur,non valet pactum,licèt transactio super debito furiosi vel prodigi valeat,l. contra iuris, & ibi gloss. sed non contra, de pactis.

Curator furiosi vel prodigi habet generalem administrationem, d.gl. sed non contra.

Curator prodigo, vel furioso à nemine datur,sed tantùm datur à lege,gl.debuisse in l.cui eorum,de postulando.

Curator quando datur adolescenti furioso,magis datur vt adolescenti, quàm vt furioso,gl.fi.in l.profectitia,5.§.fi.de iure dotium,& gl.1.in l.1.C. de curatore furiosi.

in Curatorem,qui negotia gessit, non datur actio iudicati post mortem furiosi, nisi curator finito officio nouationem fecerit,vel obligationem in se transtulerit,l.post mortem,quando ex facto tutor.

Curator potest dari filio prodigo ad matris instantiam.l.his,qui,12 §. fi.de tutorib.datis.

Curatori vni ex pluribus furioso datis, ne vtilitates furiosi impediantur, potest iudex decernere curationem,ita tamen vt is caueat cæteris, & sic solus administret,l.3.& ibi gl. 2.de administ.tutor.

Curatoris authoritas requiritur in agnoscenda bonorum possessione ad furiosum pertinente, quòd si agnouerit contra commodum furiosi,tenetur iudicio curationis, id est, negotiorum gestorum, l.si ad pupillum, de authorit. tutorum.

Curator furiosi rectè potest adire hereditatem ei delatam, sed non potest curator adulti,vel pupilli adire hæreditatem ad pupillum vel adultum pertinentem,nec aditionem authorare,d.l.si ad pupilum,& ibi gl.1. eod.

Curator furiosi potest adquirere vel repudiare bonorum possessionem vel hereditatem ad furiosum pertinentem,quod verum est quoad fructus, vt habeat vel perdat,sed non quoad proprietatem, quæ ad alios vadit suo ordine, si in furore decedat,d.gl.1.ibid.

Curator datus mente capto,muto, vel ventri potest se excusare propter numerum liberorum,Romæ scilicet propter tres liberos,in Italia propter quatuor, in prouincia propter quinque l.pe.§.si à prætore,& ibi gl.iure.de excus. tutor.

Curatores dari possunt prodigo,& furioso,& etiam mente capto,& surdo,muto, & qui morbo perpetuo laboret,& ei,qui rebus suis superesse non potest,l.1.& & ibi gl.1.de curator.furios.

Curator dementi datus interposito decreto,vt satisdaret,si non cauit, & posteà quasdam res legitimo modo alienauit, hæredes dementis possunt,eas vendicare,nisi curator de pretio earum creditorib. satisfecerit, l. consilio, §. 1. de curatorib.furioso.

Curator furiosi,dementis,vel prodigi potest alienare res iusto pretio, & furiosi & dementis vtilitate exigente, & decreto interposito,gl.legitimo,ibid.

Curatore dementis remoto ob non præstitam satisdationem, ac ob eius malam administrationem,alius in eius locum subrogatus sit, à quo etiam satisdationem non præstante remotus conuentus fuit actione negotiorum gestorum, ac condemnatus soluit,heredes dementis possunt nihilominùs agere cum remoto actione negotiorum gestorum, nisi in eius locum subrogatus præstitisset cautionem,d.l.consilio, §. cùm dementis,eod.

Curatori furiosi vni ex pluribus potest solui, & vnus etiam potest alienare, d.l. consilio,§.fi.& ibi gl.pe.

Curatori furiosi vnus ex pluribus si alienet,vel solutionem recipiat,valet alienatio,& solutio,quia concuratores alij intelliguntur consentire, nisi præsentes vetent solui,vel alienare,aut tradi, quo casu neque debitor liberabitur,neque emptor vsucapiet,d.§.fi.

Curator furiosi datus à patre in testamento non tenetur satisdare, licèt iudex confirmet eum.gl.fi.in l.bonorum,eod.

Curator furiosi scienter rem suam quasi furiosi tradere poterit, & dominium transferre,sed rem furiosi quasi suam si tradat,non transfert dominium, quia non quasi furiosi negotium gerens tradidit,l.Iulianus,eod.

Curator furiosi exigente vtilitate furiosi cum decreto potest rem eius immobilem pignori dare,aut mobilem sine decreto, l.pignus, & ibi gl.1.eod.

quæ ſunt neceſſaria,nam & propter æs alienum, ſi dilatio eſt damnoſa,vendit, gl.ſi. ibid.

contra Curatorem datum ventri non datur priuilegium prælationis ſubſtituto, vel venienti ab inteſtato, in actione perſonali negotiorum geſtorum, quando partus editus non eſt,ſecus ſi naſcatur,licet abortiuus, quæ tunc datur ad inſtar tutoris, l.ſi ventri, 8.& ibi gl.1.de priuileg.creditorum.

Curator bonorum vētris nomine datus ſine inquiſitione,debet ſatiſdare rem, ac bona,ſalua fore,ſecus ſi cum inquiſitione fuiſſet datus,l. bonorum,de curator. furioſ.

Curator poteſt dari,ventri,& bonis eius, qui eſt in ventre, vel alteri tantùm, gl. 1.ibid.

Curator bonorum ventris nomine datus debet habere curam præſtandi neceſſaria mulieri prægnanti,d.l.bonorum,in additione,margi.

25 Curator ventri & bonis datus debet præſtare mulieri, potum,cibum, veſtitum, & tectum pro facultatib.defuncti, & dignitate eius,& mulieris, & ſumptus ad illa debet facere, primò ex pecunia, quæ eſt in hæreditate,deinde ex fructib.poſteà ex mobilib.vltimò ex immobilib.l.1.§.mulier miſſa,& ibi gl. conſueuerunt,de ventre in poſſ. mittendo.

Curator ventri, & bonis datus curare debet, ne res vſucapiantur, ne debitores tempore liberentur, & debet adminiſtrare curam eo officio,quo ſolent tutores, & curatores,ibid.

Curator ventri, & bonis poteſt dari ex his,qui tutores dati ſunt poſtumo,aut ex neceſſariis,& affinib.aut ex ſubſtitutis,aut ex amicis defuncti, aut ex creditorib.qui idoneus rebus, & facilitate conueniendi, & pro qualitate rerum videbitur,d.l.1.§.eligitur,& ibi gl.idoneus,eod.tit.

Curator ventri,& bonis datus debet cuſtodire omnia bona,& alienare, quæ ſeruari non poſſent, item debet facere inuentarium, in quo omnia bona ſcribantur,d.§.eligitur.

Curator ventri & bonis datus debet conducere habitationem mulieri, ſi defunctus domum non habuit; & etiam debet præſtare cibaria ſeruis mulieris, qui neceſſarij ſunt ad miniſterium eius,l.habitatio,eod.

Curator ventris debet præſtare alimenta mulieri etiam habenti dotem, vnde ſe ſuſtentare poſſit,quia videntur ea præſtari ei,qui in vtero eſt,l.curator,eod.

Curator ventris poteſt ſoluere debita, quæ ſub pœna,vel ſub pignoribus pretioſis,aut vſuris debentur, alioquin non,niſi fuerit conuentus,d.l.curator, & ibi gl.ſi.

Reliqua verbo,Venter,Mulier,48. vſque 57.

26 CVRATOR bonorum poteſt conſtitui loco abſentis ad interrumpendam præſcriptionem,gl.ſi.in l.1.de nego.geſt.

Curator datur hereditati iacenti, & etiam datur bonis abſentis, l.debitor meus, & ibi add.marg.eod.

Curator bonorum ſi pecuniam redactam ex venditione bonorum in arca repoſuit,habens iuſtam cauſam reponendi, periculum pertinet ad dominum, & & non ad curatorem,d.l.debitor.

Curator bonorum,ſi pecuniam redactam ex venditione bonorum non habens iuſtam cauſam reponendi in arca repoſuit, periculum ad ipſum curatorem, & non ad dominum pertinet, & in culpa fuit,ex eo quòd non ſoluit creditoribus domini,d.l.debitor.

27 Curator bonorum ſi vendiderit bona, nec ſoluerit creditorib.præſentibus quorum nomine vendidit,tenetur eis mandati actione, ſed creditoribus abſentibus actione negotiorum geſtorum, ſi eorum nomine vendidit, ſecus ſi non vendiderit nomine abſentium,ſed tantùm præſentium nomine.l.ſi mandauero,22.§.pe.mandati.

Curator bonis viuentis ſi ſit datus non probata abſentia illius, non valet datio, ſecus quando bonis mortui datus eſt,gl.1.in add.marg.in l.curator, de curatore furioſ.

Curatoris bonis dati officium non tranſit ad heredem, l. cuius, & ibi glo. 1. eod.tit.

Curatorem bonis debitoris conſtitui poſtquam petierunt creditores, non poſſunt poſteà pœnitere, & quod ipſi poſſint vendere, quamuis anteà eis liceret, etiamſi curator datus deceſſerit, quia tunc alius curator ſubrogandus eſt ei, neque hæres curatoris prioris debet onerari,vt vendat illa bona,ibid.

Curator bonorum tenetur de dolo,& lata culpa tantùm,ſed non de leui,l.prętor ait,9.§.eadem cauſa, de bonis authorit.iudi.poſſid.

Curator datus bonis defuncti poteſt exercere actiones perituras, & non perituras,gl.1.& ibi add.marg.in l.pen.eod.

Curator datus bonis abſentis conſeruandis non poteſt intentare actiones niſi perituras vt ventris curator, ſed datus bonis vt creditorib.reſoluat, cùm ſoluendum ſit creditorib. ac bona ſint diſtribuenda, & quia debitor bonis ceſſit,etiam non perituras poterit intentare,ibid.

Curator datus bonis debet facere inuentarium,l.ſi.eod.

Curator datus bonis defunctorum,item abſentium,vel nolentium debitum ſoluere;item quandoque bonis præſentis,gl.in rub.de curatore bonis dando.

Curator datus bonis defunctorum vniuerſaliter tenetur facere inuentarium, gl. venter,in l.1.eod.

Curator ſolet decerni bonis ad poſtulationem creditorum, cum venter eſt in poſſ. aut quando pupillus heres inſtitutus tutorem non habet, vt is vendat bona,& ex pretio ſoluat debitum vrgens,& quòd ex pœna creſcit,d. l.1.eod.

Curator datus bonis,vendere poteſt bona pro ſatisfaciendo creditoribus, ibi.

Curatore bonis dato,competit actio vtilis,& etiam contra eum cōpetit,l.2.eod.

Curatorem bonis defuncti poteſt dare iudex ex officio, etiam ſi nullo petente ſibi iudice quoquomodo ſit notum, bona diſſipari,gl.1.ibi.

à Curatore bonis dato acta in iudicio, vel extra putà contrahendo, rata debent eſſe,etiam ſi minor heres eſſet,ſi fecit,quæ debuit facere,d.l.2.& ibi gl.rata.

Curatoris bonis dati officium eſt,intentare actiones perituras, item cuſtodire, & diſtrahere peritura bona,& ſi grauet æs alienum, etiam non peritura, d.l. gl. rata, ibid.

Curator datus bonis habet legitimā adminiſtrationē,& ſic de calūnia iurat, ibi.

Curator datus bonis ſicut curator furioſi,vel prodigi, vel adulti, tenetur iurare tempore interpoſiti decreti,† Docto.reprob. d. gl.rata.

Curator bonis datus in actionibus hereditariis poteſt conſtituere procuratorem poſt litem conteſtatam à ſe,gl.curatorem, ibid.

Curator datus bonis ſi conſtituat procuratorem poſt litem à ſe conteſtatam, ſatiſdare de rato tenetur procurator nomine curatoris, ſcilicet quod curator habebit ratum, ſi ad agendum fuit conſtitutus,ſed ſi ad defendendum, tenetur ſatiſdare de iudicato ſoluendo,d.l.2 & ibi gl.curatorem,& gl. neque.

Curator datus bonis non tenetur ſatiſdare de rato.d.gl.neque de rato,ibid.

Curator datus bonis poteſt conſtituere procuratorē, etiam ante litem cōteſtatam, in actionibus quæſitis per ipſum curatorē ex ſuo contractu,cùm earum dominus dicatur, d.l.2.& ibi add.marg.

Curatores plures bonis quando conſtituuntur, quilibet poteſt agere,& conueniri in ſolidum,& non pro portionibus,d.l.2.§.1. eod.

Curatores plures bonis ſi conſtituantur per regiones, putà vnus bonis Italicis, alius prouincialibus, quilibet debet adminiſtrare bona tantùm ſibi deputata, ibidem.

Curator bonis inuitus dari non poteſt, niſi à principe, & ex magna neceſſitate, vt quia nemo voluntarius inuenitur, d.l.2.§.quæritur,eod.

Curator bonis poteſt dari non ſolùm creditor, ſed etiam & ille, qui creditor non eſt, ibid.

Curator vnus ex tribus curatoribus bonorum etiam ſi nihil adminiſtret, poteſt nihilominùs conueniri in ſolidum,ſicut & alij qui adminiſtrarunt, niſi inuitus datus fuiſſet, quo caſu non poteſt conueniri, niſi in ſubſidium aliis non exiſtentibus ſoluendo, d. l. 2.§.fin. & ibi gl. fin.& gl.fin.in l.2. C. de diuiden. tutela.

Curatores bonis dati habent beneficium epiſtolæ D. Adriani, idem diuiſionis beneficium,vt tutores,& curatores, quando ſunt in dolo, & culpa, ſed non beneficium ceſſionis, † Doct. reprob.gl. veriorem, & ibi add.marg. in d.§.ſi.

Curatores bonis dati tenentur de dolo, & lata culpa,gl. veriorem, in l.2.§.ſi. de curatore bonis dando.

Curatores plures ſi bonis fuerint dati, poteſt creditor hereditarius, vel dominus bonorum inſolidum agere contra eum, quem voluerit, l. ſi plures, & ibi gl.1. eod.

Curator bonis datus conſenſu creditorum, ſi conſtat de mandato creditorum, non tenetur cauere de rato.l.actor, & ibi gl. omnimodò, rem ratam haberi.

Curator datur bonis abſentis,vel eius, qui in hoſtium poteſtate eſt, nec poteſt dari tutor filio eius, l.muto,6.§.ſi.de tutelis.

Curator poteſt cōſtitui bonis eius,qui eſt vltra mare,vt omnes actiones intētet, maximè tempore perituras,gl.ſi curator,in l.ab hoſtib.ex quibus cauſ.maior.

Curator bonis abſentis vt conſtituatur,debet adiri prætor à creditoribus, vel ab aliis,quorum intereſt propter ſpem ſucceſſionis eius,qui eſt abſens,& is prætor conſtituet curatorem ex conſenſu maioris partis creditorum,l.2.de curatore bonis dando.

Curator datur bonis captiui, item & bonis cuiuſlibet abſentis,gl.fin.in l.3. C.de poſtliminio.

Reliqua verbo, Abſens,6.Creditor.8.100.

CVRATOR ad litem ſi ſit datus, non poteſt alius in eadem lite dari,gl. fin. in l.ſi quis cum procuratorio, de procuratoribus.

Curator datus ad litem,ſicut procurator,non poteſt reuocari ſine cauſa,ſed ante litis conteſtationē,tam procurator,quàm curator liberè poſſunt,reuocari,ibi.

Curator ad vnam litem poteſt dari ſine cauſæ cognitione.† gloſſ.1.in l.obſeruare,de curator.furioſ.

Curator ad litem poteſt ſtipulari rem pupilli ſaluam fore,gl.1.in l. & ſi ad ſpecies,8.rem pupilli ſaluam fore.

Curator ad lites non tenetur facere inuentariū,cùm non poſſit ei ſolui ad inſtar procuratoris in litem, gl.conſcripto,in l. de creationibus,27. C.de epiſc. aud.

Curator ad litem per iudicem coram,quo vertitur lis, dari debet ei,qui ſine lite conteſtata, ſiue anteà præſtita ſatiſdatione conuentus, factus eſt demens, vel furioſus,ita quòd indiget curatore,l.ſi.§.1.C.de adminiſtr.tutor.

Curator ad litem dari debet actori, qui lite iam cœpta factus eſt furioſus,ſi reus velit litem procedere,gl.actoris,ibid.

Curator datus ad litem ſi quid bona fide erogauit, poterit vtili negotiorum geſtorum à concuratoribus petere,† l.pe.& ibi gloſſ.1.C.de in litem iurando.

Reliqua verbo, Adultus,1.Pupillus,29.ſupr.13.14.

CVRATORI res mobiles adultæ non poteſt alienare ſine iudicis decreto,l.ſiue generalis,61.in add.marg.de iure dotium.

Curator adulti ſi mutuam pecuniam accepit pro eo,& in eius rem verſa ſit illa, poteſt obligare eius bona, quæ ſine decreto poſſunt obligari, in aliis autem bonis requiritur decretum,gl.1.& ibi add.marg.in l.ſi is,qui, 11. de pignor.

Curatoribus adultorum,& aliorum porrigitur ſententia orationis Imperatoris Seueri prohibentis alienationem rerum pupillorum faciendam à tutoribus, † gl.3.in l.1.de rebus eorum, qui ſub.

Curatores furioſi,& ſimiles non poſſunt alienare res furioſi,& ſimilis, l. qui neque,& ibi gl.2.eod.tit.

Curatores eorum,qui ſuis rebus intereſſe non poſſunt, vel curatores adultorum non poſſunt alienare,ibid.

Curator diſtrahendorum bonorum gratia conſtituitur,cùm clara perſona,veluti Senatoris, vel eius vxoris in ea cauſa ſit,vt eius bona vendantur etiam eo illo præſente: & honeſtiùs ex pretio illorum quantum poteſt creditoribus ſoluatur, l.curator,de curatoribus furioſo.

Curator cum ſuo onere fundum ſuum poterit tam fiſco, quàm priuato vendere l.1.C.rem alienam gerentibus.

Curatoris bona ſunt tacitè obligata adulto,quę poſſunt ab eo vendi,aut obligari cum ſua cauſa,vel onere ſuo,d.l.1.& ibi gl.2.

Curator minoris ſicut non poteſt alienare,vel obligare prædium minoris ſine decreto,ita neque poteſt curator furioſi prædiū furioſi,l.2.C. de curat. furioſi.

Curator ſi ſine decreto prædium furioſi obligauit pignori, non valet pignoris obligatio,creditor tamen habet vtilem actionem contra furioſum,vel prodigum,ſi pecunia in vtilitatem ſuam fuerit conuerſa,ibidem.

Curator minoris ſicut prohibetur alienare res minoris, ita prohibetur curator furioſi res furioſi alienare,gl.3.ibid.

Custodia minor est necessaria in persona serui sperantis manumissionem, quàm in aliis rebus,quia non est verisimile eum fugere,qui sperabat libertatem,gl. carcere,in l.si pecuniam , §.item si quis,de condictione causa data.
pro custodia serui si dominus dederit mercedem alicui,& is coniecerit in pistrinum,dominus contra eum aget ex conducto, sed si dominus accipiat mercedem pro illo seruo, quem pistrinarius coniecit in pistrinum,contra eum aget dominus ex locato, si verò operæ illius serui compensentur pro custodia,cum pecunia non detur,aget dominus præscriptis verbis actione, & recipiens seruum tenetur domino de dolo , lata, & leui culpa, siue contra eum agatur ex locato,siue ex conducto, siue præscriptis verbis, l.1.§.si quis seruum,depositi.
Custodia aduersus vim parum proficit,l.si ea res,31.de actio.empti.
ad Custodiam tenens non tenetur,de vi, cui resisti non potest, nec de casu fortuito,ibid.
pro Custodia alicuius rei mercedem accipiens , eius periculum propter custodiam non adhibitam tenetur præstare,l.qui mercedem,40.locati.
pro Custodia accipiens mercedem tenetur ad exactissimam diligentiam , sed si non accipiat specialiter pro custodia,solùm tenetur de leui culpa,glo. 1. ibid.
pro Custodia mercedem accipiens tenetur de periculo , & damno dato ab alio, quod potuit per custodiam reparari,d.l.qui mercedem,cum l.seq.
ad Custodiam rei obligatus ex quasi contractu furti actione non potest agere pro furto illius rei sibi facto, sed bene ille qui tenetur ad custodiam illius rei ex vero contractu, l.qui iniuriæ, 53. §. pen.& ibi add.marg.de furtis.
Custodia alicuius personæ non est credenda facile tyroni , & qui tradidit ei custodiam, punitur,nisi esset diligens,aut alij deficiant,aut sit custodienda , nec vni,sed duob.est committenda,qui si non bene custodiant,secundùm qualitatem delicti punirentur,l.fi.& ibi gloss.fin.de custod.reorum.
Custodiæ appellatione continetur tantùm publica custodia, non priuata , l.vinculorum,224.de verb.sign.
Custodia limitis imperij non debet alicui priuato committi , gl.pen.in l.2.C.de fundis limitrophis,lib.11.
Reliqua verbo,Tutor,123.Vincula,Carcer,Custos,Culpa,Dans,1.
CVSTODIRE diligenter dicitur ille,qui ligat, gl.permittit, in l.2.de seruit. fugitiuis.
Custodiendus alicui si quis sit traditus , non debet ille alij tradere custodiendum,l.1.& ibi gl.4.C.de sportulis & sumptib.
Custoditus à nuncio communi,non debet ipse soluere nuntio , sed illi,qui facit eum custodiri,gloss.agnoscere,in l.fi.C.de erogatione milit.ann.lib.12.
Reliqua verbo,Commodatarius,11.
CVSTOS carceris tenetur probare non suo dolo fuisse occisum illum , qui custodiebatur,gl.nec dolo,in l.omnia,32.§.species,de legat.2.
Custodes plerunque puniuntur, cùm cella,armarium , vel arca effringitur , l.3. de offic.præfecti vigil.
Custodis appositio facta ex pòst facto non remittit custodiam ei,cui res fuerat commodata,† l.si vt certo,5.§.si de me,& ibi gl.relictæ,commodati.
Custos carceris dimittens aliquem exire de mandato rectoris , non tenetur, sed tenetur rector,cuius mandato dimittitur,l.si quis vxori,52.§.si fugitiuum, & ibi add.marg.de furtis.
Custos vnus de duob.custodib.si aufugerit cum persona custodita,parcitur alteri custodi remanenti,l.fi.& ibi gl.fi.de custodia reorum.
Custos alicuius personæ debet castigari,si persona custodita se occidit,quasi hoc deberet præuidere,nisi casu decesserit,& hoc debet probari,ibid.
Custos occidens captum,vt homicida punitur,ibid.
Custos carceris si fraudulenter sit versatus in dimittenda persona custodita , aut capite punitur,aut aliàs, ibid.
Custos,qui seruum alicuius iussu Magistratus custodiebat, & dimisit eum fugere,condemnatur ad æstimationem serui dandam domino,dict.l.fin.
Custodi quando captus aufugit , & vult eum apprehendere,assignatur tempus à iudice,intra quod inquirat,& datur ei socius,qui cum eo vadat,ibid.
Reliqua verbo , Carcer,Cimiliarchus, Commentariensis, Capitaneus.
CYCLADES insulæ sunt Italiæ in mari Ionio Mediterraneo, quæ numero sunt quinquaginta tres, ita dictæ,quòd in orbem iaceant,aut quòd eas longo ordine circumire necesse sit,propter promontoria , quæ illic frequentia sunt, gl.cycladi,& ibi add.marg.in l. deprecatio,ad legem Rhodiam.

D

DACTILOTHECA dicitur, vas in quo anuli reponuntur,gl.dactilotheca,in l.librorum,52.§.pen.de legat.3.
Reliqua verbo , Legans,3.
DAMNARI potest memoria alicuius etiam post mortem in crimine heresis, apostatatus,repetundarum,& maiestatis,l.si quis,filio,§.quid si quis, & ibi gl. alia causa,de iniusto,rupto.
Damnari in metallum possunt tam liberi, quàm serui , l.metalli supplicium , C. de pœnis.
Reliqua verbo,Crimen,8.9.
1 DAMNATVS vltimo supplicio mutat conditionem suam,& libertatem amittit,gloss.fin.in l.Imperator,2.de statu homin.
Damnati ad ferrum , vel ad bestias,vel in metallum, non habent testamenti factionem actiuam,neque passiuam,l.eius,qui,in §.fi.& ibi gl.fin.de testam.
Damnati ad ferrum vt decapitentur , vel ab bestias, vel in metallum,libertatem perdunt statim post sententiam iure Digestorum & bona eorum publicantur, hodiè verò neque perdunt ciuitatem, neque bona eorum publicantur , d.§.fi. & ibi gl.pen.
Damnatus ad bestias,vel ad gladium,vel ad aliam pœnam, quæ vitam adimit , si prouocauerit,capite nõ minuitur, & ideò testamentum eius anteà factum irritum non fiet,imò potest de nouo testamentum facere,l.si quis,filio,§.hi autem,de iniusto,rupto.
Damnati ad bestias, vel ad gladium,vel in metallum,statim fiunt serui pœnæ, & si fuerint heredes instituti , anteà vel pòst, pro non scriptis habentur , & sic defertur hereditas ad institutum,vel coniunctum,aut ad venientes ab intestato tam olim , quàm hodiè, l.si quis mihi bona , 25.§.1.& ibi gl.pro non , de adquirenda heredit.
Damnatus ad bestias quilibet efficiebatur olim seruus pœnæ, sed hodiè nemo bene natus, ibid.
Damnatus ad bestias efficiebatur seruus pœnæ, non autem damnatus ad aliud ferrum,quàm ad gladium,ibid.
Damnatus ad bestias,vel ad ferrum aut in metallum, legatum relictum habetur pro non scripto,nisi sit relictum ad alimenta,gl.pro non scripto,ibid.& l.3.de his,quæ pro non script.
Damnato ad bestias, vel ad gladium,aut in metallum non dicitur seruus fisci vel Cæsaris,sed pœnæ,ibi.& d.l.3.& gl.seruus in l.eo facto,17.§.si quis,ad Trebel.
Damnatus in metallum post restitutionem potest petere alimenta præteriti temporis & futuri,l.is,cui annua,de aliment.vel cibariis.
Damnatus potest pendente appellatione testamentum facere,gl.testamento , in l.in ratione,11.§.Imperator,ad legem Falcid.
Damnati hereditas ad fiscum pertinet , & testamentum anteà factum irritatur, gl.1.in l.5.ad Trebel.
Damnatus criminis capitalis dicitur is,cui est pœna mors,aut interdictio ignis, & aquæ,l.edicto,13.de bonorum possess.
Damnatus in exilium vsque ad certum tempus , si finito tempore non defendatur,& latitet fraudulenter,fit missio in eius bonis , & venditio,l.ad cognitionem,13.§.fi.ex quib.ca.in possessionem eatur.
Damnatus ad bestias si profugerit,ac militiæ se dederit, vel passus est se eligi in militem quandocunque inuentus fuerit, capite puniendus est, l.4.de re milit.
Damnati ad tempus in opus publicum post tempus retinent pristinum statum, scilicet ciuitatem, & libertatem,secus si in perpetuum , l.ad tempus,& ibi gl. pe.C.ex quib.caus.infam.
Damnati in metallum , vel in opus metalli amittunt ciuitatem , & durioribus vinculis afficiuntur quàm alij,& refugientes minorem pœnam damnantur in maiorem,vnde refugiens ab opere metalli,damnatur in metallum , d.gl.pen.
Damnati ad supplicium ducti non sunt per aliquem vi eximendi , sed si per errorem , vel gratiam cognitoris oppressa esse iustitia putetur , potest pro eis quilibet appellare,si tempora suffragantur,l.addictos,29.C.de appellat.
Damnatus in opus perpetuum,id est,publicum, similis est ei, qui in insulam deportatus est,l. 1.C.de pœnis.
Damnatus in exilium si stetit in exilio quantum debuit,non debet posteà incarcerari,l.pen.C.eod.
Damnato in metallum bona quæsita à se non confiscantur , secus tamen est in deportato,gl.fi.in l.2.C.de bonis proscriptorum.
Damnatus in metallum pœnę seruus efficitur,& publicantur sibi bona, quæ non restituuntur,nisi principis sola indulgentia, vel nisi fuerit in integrum restitutus,l.4.& ibi gl.fi.C.eod.
Damnatorum capitaliter bona hodie debentur ascendentibus vel descendentib. vsque ad tertium gradum,excepto crimine læsæ maiestatis,auth.bona damnatorum,C.eod.§.fi.in auth. vt nulli iudicum.
Damnatus si fuerit de numero curialium,vel decurionum, & liberos nõ habeat, eius bona omnia confiscantur , sed si liberos masculini sexus habuerit , illis debentur omnia bona,sed si filias habuerit, pars dimidia eis debetur , alia dimidia confiscatur,l.fi.C.eod.
Damnatus, cui pœna per indulgentiam est remissa , non debet à fisco inquietari in bonis etiam sibi per indulgentiam specialiter concessis, l.cùm indulgentia, & ibi gl.1.C.de sententiam passis.
Damnatus publico iudicio infamis est , & ideò non potest esse testis, gloss. defunctus,in §.quòd si tabellio,in auth.de instrumentorum cautel.collat.6.
Damnati in metallum vel in opus metalli dicebantur,qui ad fodiendum metallum , vel deportandum damnati erant , & etiam ne fugerent ligabantur , & pondere quodam opprimebantur,vt ferro,vel alio modo,sed damnati in opus metalli,non opprimebantur tanto pondere,& qui hinc fugiebant, puniebantur in metallum, gl.in metallum,in §.cùm autem,Instit.quibus modis ius patriæ potestat.
Damnati perpetuò in ministerium vel seruitium metallorum dicebantur serui, secus si fuissent damnati ad tempus, & non perpetuò,ibid.
Damnati in metallum mittebantur in vicinam prouinciam,si prouincia , in qua damnati sunt,non habeat metalla aliqua ferri,vel similis conditionis, ibid.
Damnati in opus publicum perpetuò,vel ad tempus, sunt similes relegatis, ibid.
Damnatus in insulam quandoque perdit etiam libertatem, gl.in insulam, §.minor,Instit.de capitis dimin.
Damnatus paganus de capitali crimine nõ poterit testari, nec debet hoc ei permitti in sententia , nisi ex causa, gloss. post missionem, in additione, in §.sed hactenus, Instit.de militari testam.
Reliqua verbo, Ciuitas, Condemnare, Condemnatus, Metalla,Seruus,135. Appellatio,1.Testamentum,40.41.Capitis diminutio,Indulgentia.
Damnum in genere, num.1. vsque ad num.6.
de Damno infecto, num. 6.7.8.& 9.
DAMNVM, quod naturaliter euenit,sustinetur,gl.secundùm,in l.si mihi,20.§. 1.de seruitutib.præd.rust.
in Damnum alterius non debet alicui succurri, gloss. 1. in l.in causæ, 14.de minoribus.
Damnum naturale, quod non contingit propter vitium rei,sed extrinsecùs,non præstatur ab eo , cui seruitus debetur,gloss. 1.in l.si fistulæ,17. de seruit. præd. vrban.
Damnum si ex seruitute debita , vel non debita datum est domino prædij seruientis,agitur ad illud actione damni infecti, si stipulatio interposita sit,aliàs agitur actione in factum de damno dato,l.si quid,29.& ibi gl.2.& fi.eod.
Damnum si dederit canis asperitate sua cùm duceretur ab aliquo, ducens tenetur lege Aquilia , si firmiùs canis contineri potuit , vel per eum locum non debuit duci,l.1.§.sed & si,si quadrup.pauperi.
Damnum si dederit fera instigatu alterius cessat actio de pauperie , & datur contra instigantem actio legis Aquiliæ,vel in factum,d.l.1.§. sed & si canis,& ibi glo.hæc actio, eod.
Damnum si quis dedit impulsu alicuius, contra eum,qui impulit,datur actio in factum subsidiaria legis Aquiliæ, sed non contra eum, qui impulsus est, l.qua actione ,

actione,7.§.proinde,& ibi gl.in factum,ad legem Aquil.

Damnum aliud eſt,& aliud furtum, Damnum eſt cum rei corruptione , furtum eſt cum rei amotione,l.ſi ſeruus,27.§.ſi oliuam,eod.

Damni occaſionem præſtans damnum feciſſe videtur,l.qui occidit, 30.§.in hac, eod.& gl.1.in §.fin.Inſt.de lege Aquil.

Damnum ſi ſit datum de præſenti alicuius culpa, & æſtimatio intereſſe venit de futuro,ſtatim poteſt agi, & condemnatio fieri,ſi de morte teſtium dubitetur, ſed exactio condemnationis differtur, l.in lege Aquilia : ſi deletum 40.& ibi gl.debebo,verſ.ſed reſponde ad legem Aquil.

Damnum culpa dans,ſi aliter ſe tueri non poterat , innoxius eſt,l.ſcientiam,45. §.qui cùm aliter,eod.

Damnum iniuria datum lege Aquilia perſequitur,l.ſi quis,fumo,49.§.1.eod.

Damnum eo ipſo quòd eſt datum, præſumitur non iure datum, niſi contrà probetur,gl.attulerit,ibid.

Damnum ſegetibus immaturis datum æſtimari debet, quanti valere poteſt , idque ratione ſpei, & dubij euentus, l.propter ſpem , 23.in additione margin. famil.erciſc.

de Damno dato à tertio non tenetur commodatarius,vel conductor,niſi datum ſit propter inimicitias,quas , author damni gerebat cum commodatario aut conductore,l.ad eos,& ibi gl.procul,& ibi add.marg.commodati.

Damnum in pignore datum authoritate curiæ non pertinet ad creditorem, qui in culpa non deprehenditur,l.fin.& ibi gl.ſi.de pigner.actione.

Damnum paſſo pro communi vtilitate vel alterius debet fieri reſtitutio illius damni , ſecus ſi damnum paſſus eſſet non pro communi vtilitate, nec ſua vel aliorum,gloſſ.æquiſſimum,in l.2.ad legem Rhodiam.

Damnum & lucrum poteſt eſſe in eadem ſocietate, quando damnum culpa ſocij euenit,ſecus ſi caſu accidente,gl.admiſſum,in l.de illo,23.pro ſocio.

Damnum caſu fortuito occurrens ſocio occaſione ſocietatis etiam in rebus ſuis propriis commune eſt, & damnum paſſus habet actione pro ſocio contra ſocium pro dimidia parte,l.cum duob.52.§.quidam, eod.tit.

Damnum caſu fortuito occurrens mandatario in rebus , quas non detuliſſet mandatarius, niſi mandatum ſuſcepiſſet, tenetur dominus emendare mandatario , ſed de aliis rebus , quas detuliſſet, etiam ſi mandatum non ſuſcepiſſet, non tenetur emendare,† gl.commune, ibid.

Damna , & lucra contemplatione ſocietatis obuenientia ſunt communicanda, ſecus ſi contemplatione perſonæ obueniunt, licet huius ſocietas fuerit occaſio,l.ſocium,60.§.ſi.cum l.ſeq.eod.

Damnum contingens ex humore præſtito parieti per terram appoſitam , per actionem locati purgatur, l.qui domum,57.locati.

Damnum quando datur de nō corpore in corpus,vel econtrà,habet locum actio in factum legis Aquiliæ ſubſidiaria, l.qui ſeruandarum, 14.§.1. de præſcript. verbis,& l.pen.C.de lege Aquil.

Damnum pati dicitur ille, qui perdit lucrum, gl.legatarij,in l.non ampliùs, 26. §.1.de legatis 1.

Damna poſt mortem teſtatoris contingentia ſine culpa legatarij , imputantur heredi , & commodum ſeu lucrum legatariis non proſunt in ratione legis Falcidiæ,l.in ratione legis Falcidiæ,30.ad legem Falcid.

Damna in rebus,quæ in pondere,numero,vel menſura,aut in genere conſiſtunt, poſt mortem teſtatoris contingentia,heredi imputantur in ratione legis Falcidiæ,ſed damnum in ſpecie certa legata ad legatarium pertinet, ſi culpa heredis deterior facta non ſit, & detrahetur Falcidia ex æſtimatione bonorum, quæ mortis teſtatoris tempore fuerint , d.l.in ratione, §.rurſus diligenter.

pro Damno præterito dantur actiones legis Aquiliæ , de pauperie, de dolo , & aliæ,quæ ex delicto dantur,l.prætor ait,§.hoc edictum,& ibi gloſſ.& aliæ , de damno infecto.

pro Damno futuro quandoque datur actio legis Aquiliæ, gl.Aquiliæ,ibid.

Damnum ſentire,& lucrum non facere differunt, l.Proculus, 26.& ibi gl.pen.de damno infecto.

Damnum , vel iacturam debet ſentire ille , qui alij nocendum eſſe exiſtimauit, l.pen.C.de legatis.

Damnum pati dicitur ille , cui aufertur commodum , quod ex publico conſequebatur,qualecunque ſit,l.2.§. meritò,ne quid in loco publico.

Damni occaſionem dans, videtur damnum dediſſe , fallit in eo, qui audiens homines aliò tendentes venire metu diſceſſit de poſſeſſione , qui non videtur armis deiectus,gl.deiectum,in l.3.§.armis, de vi & vi armat.

Damnum , quod quis ſua culpa ſentit , ſentire debet, l. ſi opera , de doli mali except.

pro Damno dato vbi locum habet lex Aquilia, habet locum accuſatio criminalis priuata, quandoque tamen habet locum publica accuſatio, gl.fin. in l.ſi.de priuat.delictis.

Damnum dans alicui dolo malo hominibus coactis tenetur vi bonorum raptorum intra annum in quadruplum,in quo eſt ſimplum,poſt annum in ſimplum, † l.2.& ibi gl.in quadruplum, vi bonorum raptorum.

Damnum dans hominibus coactis ſine vi tenetur vi bonorum raptorum actione,& etiam lege Aquilia, d.l.2.§.etiam.

ex Damno dato à bannitis non tenetur ille,qui eos non coadunauit, ſed opem eis dedit,ſi ipſe non dedit damnum , tenetur tamen de damno, quod ipſe dedit,d.l.2.§.ſi quis, & ibi gl. coactus.

pro Damno , quod quis in turba dolo malo dedit, datur actio ex edicto vi bonorum raptorum intra annum in duplum,poſt annum in ſimplum,l.4.eod.

Damnum dans non dicitur iniuria dare , ſi ſui iuris conſeruandi gratia dedit, cùm aliàs non poſſet conſeruare ſuum ius, neque tenetur pro tali damno,l.3. §.pen.de incendio, ruina.

Damnum is dat , qui iubet damnum dare , eius verò nulla culpa eſt, cui parêre neceſſe eſt,l.is damnum,169. de reg.iuris.

Damnum nemo facit,niſi qui id facit, quod facere ius non habet, l.nemo damnum, 151.eod.

Damnum licèt caſualiter contingat,non per hoc dicitur lædi,quando aliquis ſe habet ad lucrum,& damnum,& ſi ſit minor, non debet propter hoc tanquam læſus reſtitui,l.de fideicommiſſo,11.C.de tranſact.

Damnum venit in confeſſoria , ſcilicet quanti eius intereſt, quod non eſt vſus ſeruitute, gl.1.in l.ſi pater , C.de ſeruit. 5

Damni ratio habetur in reiuendicatione, d.gl.1. ibid.

Damnum datum in ſyluam per ignis immiſſionem,vel inciſionem, debet reſarciri propoſita actione legis Aquiliæ,l.1.C. de leg. Aqui.

Damnum datum in demolitione , vel in concrematione domus , vel in deſtructione aquæductus, venit in actione legis Aquiliæ, l.2. C.eod.

Damnum ſi dederunt ſerui cædendo furtim arbores vicini,ignorantibus vel prohibentibus, dominis , domini non tenentur ad pœnam ſtatutam à lege ſuper illo delicto, ſed habent in electionne, vel dare ſeruos pro noxa,vel condemnationem pœnæ ſubire,l.2.C.de noxalibus.

Damnum, quod per inficiationem creſcit, ſolutum ab ignorante etiam indebitum quoad ſoluentem,vt quia alius dedit damnum,non repetitur.gl.1.in l.4. C.de condictione indebiti.

Damnum,quod per inficiationem creſcit,datum ab aliquo,ſi alius emendet,ſiue etiam vltra damnum aliquid det, vel promittat, non repetit condictione indebiti, † ibid.

Damnum dans non dicitur iniuria dare , ſi ſui iuris conſeruandi gratia dedit , cùm aliàs non poſſet conſeruare ſuum ius,neque tenetur pro tali damno. l.3. §.pe.de incendio,ruina.

Damnum is,at qui iubet damnum dare,eius verò nulla culpa eſt, cui parere neceſſe eſt,l.is damnum,169.de reg. iuris.

Damnum nemo facit,niſi qui id facit,quod facere ius non habet, l. nemo damnum,151. eod.

Damnum licèt caſualiter contingat,non per hoc dicitur lædi, quando aliquis ſe habet ad lucrum,& damnum,& ſi ſit minor,non debet propter hoc tamquam læſus reſtitui,l. de fideicommiſſo, 11.C.de tranſact.

Damnum venit in confeſſoria , ſcilicet quanti eius intereſt, quod non eſt vſus ſeruitute,gl.1.in l. ſi pater,C.de ſeruit.

Damni ratio habetur in reiuendicatione,d.gl.1.ibid.

Damnum datum in ſyluam per ignis immiſſionem,vel inciſionem, debet reſarciri propoſita actione legis Aquiliæ,l.1.C.de leg. Aqui.

Damnum datum in demolitione , vel in concrematione domus , vel in deſtructione aquæductus,venit in actione legis Aquiliæ,l. 2. C.eod.

Damnum ſi dederunt ſerui cædendo furtim arbores vicini , ignorantibus vel prohibentibus dominis, domini non tenentur ad pœnam ſtatutam a lege ſuper illo delicto, ſed habent in electione , vel dare ſeruos pro noxa , vel condemnationem pœnæ ſubire,l.2.C de noxalib.

Damnum,quod per inficiationem creſcit , ſolutum ab ignorante etiam indebitum quoad ſoluentem,vt quia alius dedit damnum,non repetitur,gl.1 in l.4. C.de condictione indebiti.

Damnum,quod per inficiationem creſcit,datum ab aliquo,ſi alius emendet, ſiue etiam vltra damnum aliquid det, vel promittat , non repetit condictione indebiti,† ibid.

Damnum,quod per inficiationem tantùm datum eſt à ſe,& confitetur, ſi ſoluat duplum,vel vltra,non repetit condictione indebiti. † ibid.

Damnum,quod per inficiationem creſcit, vt ſi occidiſti animal vicini , vel negaſti legatum Eccleſiæ,duplum teneris reddere,gl 2.ibi.

Damnum,quod per inficiationem creſcit, ſolutum ab ignorante iuris , vel facti non repetitur,† gl. ab ignorante,ibid.

Damnum , quod per inficiationem creſcit,ſolutum ab ignorante , repeti poteſt condictione ſine cauſa,l cet ceſſet condictio indebiti,† gloſſ.fin.ibid.

Damnum illatum tempore immiſſionis,ſi non poteſt liquido probari , iudex inſpecta perſona , & negotij qualitate debet illud taxare,& poſtea iuramentum actori deferre , & eius iuramento vſque ad quantitatem taxatam ſtabitur, l. ſi quando, 9.C.vnde vi.

Damnum,vel intereſſe inſurgens ex aliquo delicto, vel maleficio , probatur per ſolum iuramentum damnum paſſi,intellige probato delicto,d.l.ſi quando,C. eod.

Damno duplici non debet quis affici, gl.ſi. in c.1.de natura feudi.

Damnum dare non dicitur ille, qui tanquàm poſſeſſor percipit fructus , gl. cum fructib.in §.ſententiæ,de pace Conſtan ia.

ad Damnum non tenetur ille,qui dat o, eram rei licitæ,& adhibet diligentiam, quam poteſt,etiam ſi poſteà illud ſequatur,ſecus ſi non adhibeat diligentiam, aut det operam rei licitæ, quia tunc tenetur, gl.1.in add. marg.§.fi. Inſtit. de lege Aquilia.

pro Damno dato à quadrupede manſueta , datur actio noxalis directa contra dominum, cùm animal contra naturam ſui generis damnum dedit,in principio Inſt.ſi quadrupes pauperi.

Reliqua verbo, Allegans, Animal, Canis, Commodum, Detrimentum , Diſpendium, Filius, 128. *Furioſus,* 6. *Heres,* 69. *Iubere, Lucrari, Lucrum, Mulier,* 73.74.75. *Necis, Pauperies, Rapina, Seruus,* 143.144.145.149 150.151. *Societas,* 9. *Scriu,* 7.8.9. *Taxare, Tutor,* 124.125.126. *Actus, Actio,* 134. *vſque* 142.

DAMNVM ſi timeatur ex domo , vel loco alicuius, ille debet interrogari , an domus, vel locus eius ſit,& pro qua parte, & ſi neget ſuum prædium eſſe, nec damni infecti caueat , aut cogatur cedere , aut quaſi dolo verſatus tradere poſſeſſionem,ſi reſiſtendum putauit,l.non alienum,de interrog.action. 6

Damnum infectum dicitur damnum nondum factum, timetur tamen futurum, l.2. de damno infecto.

Damnum, & damnatio ab ademptione,& quaſi diminutione patrimonij dicuntur, l 3.eodem.

ex Damni infecti edicto datur quatuor remedia,primò ſcilicet, vt caueat mihi, ſecundò , quod ſi non caueat, mittar in poſſeſſionem ex primo decreto ; tertiò , quòd ſi non admittat , datur mihi actio in factum ad intereſſe ; quartò, quòd ſi domus ruinoſa ſalutat domum meam mala ſalutatione , & vicinus perſeuerat in contumacia , faciam eum ſolemniter citari , quòd ſi non venerit, mittar in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, gloſſ. poſſeſſionem , in l.dies cautioni,§.1.de damno infecto.

in Damni infecti actione libellus dari debet,d.l.dies cautioni,§ prætor ait.

Damnum ſi contigerit ante petitam cautionem damni infecti , dominus non tenetur;

tenetur,ſi omnia,quæ iacent,habeat pro derelicto,niſi domini culpa,& negligentia contigit damnum,l.euenit,6.& ibi gloſſ.1.eodem.

De damno infecto edictum pertinet ad futura damna,non ad præſentia, & habet cauſam quaſi noxalem,l.prætor ait,§.hoc edictum,eodem.

pro Damno præterito non datur actio damni infecti, ſed datur actio in factum, vel interdictum de tollendis ruderib. d.l.prætor, §. hoc edictum, & §. vnde quæritur.

Damnum quando timetur de re ad rem, tunc datur cautio damni infecti, ſecus quando de re ad perſonam,l.qui bona,§.qui damni eodem.

Damni infecti ſtipulatio interpoſita committitur, quando res ſuo vitio damnum dat,ſecus ſi aliqua vi exteriori illa res deiecta dederit damnum, l. fluminum,24.§.item videamus,eod.

Damni infecti ſtipulatio interpoſita nomine ædium non committitur, ſi ædes vi tempeſtatis,vel impetu fluminis ceciderint in tua ædificia,& illa diruerint, niſi ita vitioſæ eſſent, vt qualibet vel minima tempeſtate ruerint, d.l.fluminum,§.item apud.

7 Damni infecti ſtipulatio interpoſita nomine arborum, quæ ſunt in agro vicini, non committitur, ſi arbores vi tempeſtatis confractæ in agrum vicini deciderint,ac in vitib.vel ſegerib.aut in ædificiis damnum datum ſit, ſecus ſi vetuſtate,vel alio vitio deciderint,ibid.

Damni infecti ſtipulatio non committitur ex opere, quod facit promiſſor in ſuo propter quod ſtipulator amittit lucrum, quod percepit à priuato, niſi ex certa ſcientia de hoc caueatur,vel iure ſeruitutis debeatur,d.l.fluminum,§ ſi. cum duab.ſeqq.legib.

Damni infecti ſtipulatio concurrit,cum confeſſoria de luminib.non officiendis, quia dantur ad diuerſa,nam confeſſoria datur ad ſeruitutem præſtandam, ſed ſtipulatio ad domum propter lumen amiſſum, gl. fin. in l. Trebatius, 25. eod.

De damno infecto quando plures ſtipulantur, debent ſtipulari ſimpliciter ſine partis adiectione,ſed ſi plures promittunt nomine vitioſarum ædium, debet quiſque pro ſua parte promittere,l.plures,27.eod.

in Damni infecti ſtipulatione venit,quanti intereſt ſtipulatoris,l. in hanc ſtipulationem,18.eodem.

Damni infecti ſtipulatione conſequitur quis à cauente expenſas, quas propter iuſtum metum ruinæ fecit in fulcienda domo,vel in fulciendo communi pariete,cuius nomine ſibi caueri fecit,† d.l.in hanc,& ibi gl.ædificia.

8 Damni infecti ſtipulatione conſequitur quis damnum, quod ſibi contingit in domib.ſuis propter receſſum inquilinorum de illis domibus, eò quòd iuſtè timebant ruinam ædium cauentis,ibid.

Damni infecti cautionem petere poſſunt etiam illi, qui ius habent in re, veluti vſufructuarij,& ſuperficiarij,ſed non bonæ fidei poſſeſſor,l.damni infecti, 18. & ibi gl.periculo,eod.

Damni infecti ſtipulatione conſequitur quis damnum, quod ſibi contingit, eò quòd non poteſt conducere domum propter ruinam,quam domus vicini minatur ſupra domum ſuam,& ita amittit penſionem,l.ſed & ſi,29.eod.

de Damno infecto debet ſatiſdare ille, qui in alieno opus facit, ſed qui in ſuo, ſufficit quòd repromittat, l.damni,30.eod.

de Damno infecto ſatiſdare non tenetur, ſed ſufficit, quòd repromittat ille,qui opus facit in alieno fundo iure ſeruitutis, putà aquæ ducendæ cauſa, quia de re ſua dicitur cauere, ibid.

Damni infecti ſtipulatio inutilis eſt eo caſu, quo alia actione ſarciri poteſt, l.ſi ædib.32.eod.

Damni infecti cautionem petere non poteſt ille, qui habet facultatem reficiendi domum ruinoſam, ibid.

Damni infecti cautio petitur officio iudicis,non iure actionis,& illud officium iudicis quandoque appellatur actio,gl.actio in l.inquilino,33 eod.

Damni infecti cautio petita agri nomine ſi non præſtetur, fit miſſio tantùm in eam partem agri,ex qua timetur damnum ruinæ aggerum, vel arborum cadentium ſupra vineam, ſegetem, vel domum petentis cautionem, l.emptor, 38.§.1.eod.

Damni infecti cautio nomine partis domus minantis ruinam petitam ſi non præſtetur,fit miſſio non ſolùm in partem minantem,ſed etiam in totam,quia in ædificiis etiã reliquæ partes retrahuntur ad vitioſam partem, interdum tamen in domibus cauſa cognita fit miſſio tantùm in partem ruinoſam, & non in totam,d.l. emptor,38.§.1.& ibi gl.rei, eod.

Damnum in domo collapſa alterius caſu atque ruina vt probetur, non ſufficit dicere domum collapſam tanti fuiſſe, atque eatenus damnum cepiſſe dominum eius, ſed adiiciendum quoque eſt, quod quæ remanſit, aream tanti eſſe, ac materiam pariter,quæ ſupereſt,proinde tantum damnum, iacturámque in reliquo ſuſtinuiſſe, quapropter id ipſum prorſus,in quo læſus habetur,petere, d.l.emptor,§.fi. & ibi add.marg.

Damni infecti cautionem tenetur præſtare poſſeſſor domus ruinoſæ, quando de dominio eius duo contendunt, quòd ſi ex cautione aliquid præſtiterit, & poſteà ſuccumbit in quæſtione domini, repetit illud à vero domino; quòd ſi is cauere detrectet, petens cautionem mittitur in poſſeſſionem eius, l.inter quos, 39.§.1.eod.

9 Damni infecti ſtipulatio præſtatur plurib. & ad plurium intereſſe committitur, veluti ſuperficiario,habenti ſuperficiariam inſulam præſtatur ſi quid damni timeat in ſuperficie,item præſtatur etiam domino,ſi in ſolo timeat damnum, d. l. inter quos,§.damni,eod.

Damni infecti cautionem petens alieno nomine,debet habere reſpectum ad intereſſe eius,cuius nomine petit,& ſi dubitatur de eius mandato, debet cauere de rato,& in cautione eſt inſerendum,quòd ita demùm teneat de rato cautio, ſi verus procurator non eſt, & poſtquam cauit quis de rato, non poteſt ſibi obiici quòd non ſit procurator,d.l.inter quos,§.alienos,eod.

in Damni infecti ſtipulatione non venit infinita & immoderata æſtimatio damni,putà ob tectoria,aut ob picturas, ſed tantùm venit moderata æſtimatio, l. ex damni,40.eod.

ex Damni infecti ſtipulatione quoties plures agunt, quia in eadem re,ideſt, in ædibus damnum paſſi ſunt,quilibet agit pro parte ſua,d.l.ex damni,§. quoties ex,eod.

Damni infecti cautionem ſi plures domini eiuſdem domus petierint à domino ædium minantium ruinam domui communi, nec eis præſtetur,omnes mittuntur æqualiter in poſſeſſionem ædium minantium ruinam, licèt domum haberent communem ex diſparibus partibus,d.l.ex damni,§.fi.eod.

Damni infecti repromittens vicino, non tenetur ad damnum,quod contigit ex tegulis, quæ ex ædificio eius vi ventorum deiectæ ceciderunt in vicini tegulas,eaſque fregerunt, ſecus ſi vitio ædificij,ac infirmitate, vel vetuſtate cecidiſſent,l.damni,43.eod.

Damni infecti cautionem ſi quis petierit extra ius à domino domus minantis ruinam,& is noluit præſtare, & antequàm petens adiret iudicem ſuper eo, ſi domus ruinoſa cecidit,ac damnum dedit,non tenetur dominus domus ruinoſæ emendare damnum,quia ſibi eſt imputandum, quare non adierit iudicem citiùs,l.cùm poſtulaſſem,44.eod.

Damnum,quod contingit propter rei vitium, & debilitatem ex defectu naturæ contingentem,præſtatur per cautionem damni infecti,gloſſ. 1.in l. ſi fiſtulæ, 17.de ſeruitut.vrban.præd.

Reliqua verbo,Cautio,10. vſque 16. 20. Stipulatio,28. Actio,97.98.Miſſio, 41.

DAMNIFICANS pro conſeruatione rerum ſuarum non tenetur, ſi verò ſine cauſa,& doloſè damnificet, tenetur de dolo,ſi verò non doloſè, tenetur actione in factum,l.qui ſeruandarum,14.de præſcript.verbis.

DARDANARII dicuntur,qui præmunt annonam omnem,quam inuenire poſſunt,vt poſteà carior fieret annona,& ipſi ſoli vendere poſſint,ſicut vellent,& dicuntur à Dardano contaminatiſſimo mago,gloſ.1. in l.annonam, 6. de extraordin. crimin.

Dardanarij,ideſt,comparatores vllius mercis eſſe prohibentur. d.l.annonam.

Dardanarij & alij, qui coëmptas merces ſupprimunt extra ordinem puniri debent, ibid.

Dardanarij,ideſt,habentes falſas menſuras ad menſurandum annonam, pro modo delicti admiſſi extra ordinem puniuntur,l.in Dardanarios,de pœnis.

Reliqua verbo, Monopolia.

DARE quis non poteſt quod non habet, l.obſeruare, de officio proconſulis, l. nullus ſolius,45.& ibi add.marg.C.de decurionibus,lib.10.

Dari meliùs poteſt per alium, quod ab vno dari debet, quàm vnius factum per alterum explicari,gl.ſolam, in l.4.§.Cato,de verb.oblig.

Dare poteſt quis quandoque id quod non habet,vt quando creditor de voluntate debitoris dat pignus, gl.2.in l.manumiſſiones,de Iuſt.& iure.

Dare pecuniam prohibitus quis & accipiens cenſetur prohibitus accipere, gl.2. & ibi add.marg.in l.1.& gl.dare,in §.ſedet conſtitutio,de calumniator.

Dare quis intelligitur, ſi vel geſtor negotiorum ſuorum dederit, & ipſe ratificauerit,vel dederit alius,cum ipſius tamen mandato,l.ſi quis,eod.

Dat minus,qui nihil dat,gl.altius, in l.loci,§.competit, ſi ſeruitus vendicetur.

Dare & tradere differunt, nam dare eſt accipientis facere, ſed tradere verbum non importat dominium transferre,l.fi.& ibi gl. procliuior, & ibi add.marg. de condictione cauſa data.

Dari aliquid ab initio ſine cauſa,vel ob cauſam,quæ ſecuta non eſt,nihil refert, l.pen.de condictione ſine cauſa.

Dare beatius eſt, quàm accipere,gl.in rubr.commodati.

Dare promittens in contractib innominatis non tenetur præcisè ad dandum, imò condemnatur ad intereſſe,l.naturalis,§.& ſi quidem, de præſcript.verbis.

Dedi tibi ſcyphos, vt Stichum mihi dares, Stichus erit in periculo meo ante traditionem, & tu culpam tantùm præſtare mihi teneris, dict.§. & ſiquidem, eod.titul.

Dare verbum denotat dominium transferre,gl effectum, & gl. ſtipulatus in l.4. de vſuris,& gl.2.in §.item,15.Inſtit.quib.modis re contrahitur,& §.ſic itaque diſcretis,& ibi glo.2.Inſtit.de actionibus.

Dare malè tutores, & non dare paria ſunt,gl.prodeſſe,in l.1.§.ſciendum,de Magiſtr. conueniend.

Do verbum eſt aptum tam ad heredis inſtitutionem, quàm ad legatum, l.cùm filiusfamiliàs, 11.in princ.de legat.1.

Dare rem promittens tenetur dominium transferre, l.quæ de legato, 46. & ibi gloſſ.fin.eodem.

Do verbum prolatum in prima perſona facit legatum eſſe directum, quaſi per ipſum teſtatorem directò detur legatario,l.ſi ita legatum ſit,65.eod.

Dare,& accepto ferre paria ſunt, gl. poteſt,l.ſi fundum,81.§.Titio,eod.

Dare, & remittere paria ſunt, d.§.Titio,eod.

Dari non videtur,quod ita datur, vt non poſſit retineri ab eo,cui traditur,l.qui concubinam,29.§.ſi heres,& ibi gl.non poſſis,de legat.3.

Dare iuſſus heredibus, ſi tempore,quo dat, reperit ſe heredem, deducit partem ſuam pro rata,ſecus ſi non ſit heres, ſed eſſe ſperatur,quia tunc nihil deducit, ſicut legatarius,l.qui heredi,44.§.fi.de condit.& demonſt.

Dare, & remittere propriè non eſt idem, niſi remittatur liquidum, l. Iulianus, 45.& ibi add.marg.eod.

Dare cogitur præcisè, qui tenetur ad dandum, l.vbi autem, 15.§.fin. de verbor. obligat.

Dare obligatus tenetur quoquomodo dominium transferre, ſiue per ſe,ſiue per alium,ſiue per traditionem,ſiue alio modo,nec eſt curandum de forma dationis,ſed de eius effectu,ſcilicet quod ſit irreuocabilis datio,gl.fi.ibid.

Dare promittens,licèt teneatur ad dandum,non ad faciendum, tamen etiam tenetur ſi per eius culpam, vel moram in non faciendo commiſſam res deſiit extare, vt non poſſit naturaliter dari,l.ſi ſeruum Stichum,91.& ibi gloſſ. acciderit, eod.

Dari dicitur iuris,quia importat dominij tranſlationem, tradi verò eſt facti,quia continet vacuam poſſeſſionem transferri, l.quòd dicitur, 130.& ibi gl.2. de verbor. oblig.

Dediſſe intelligitur etiam is,qui permutauit, vel compenſauit, l.dediſſe, 76. de verb.ſignific.

Dare,& promittere æquiualent in delictis,gl.vel fideiuſſorum,in §.ſi verò laicus, in auth.de ſanctiſ.Epiſc.col.9.

Dare poteſt quis quandoque quod non habet, & dominus dat ſeruo libertatem quam

uus interim mortuus ſit, ſecus ſi ſeruus non manumiſſus poſt ſtatutum tempus deceſſerit,ibid.

Datum à libero homine,qui bona fide ſeruiebat, vt eum manumitteret, repeti poteſt à manumiſſo,ſi poſtea liber probatus fuerit,nec diſtinguitur,an ſcienter, an ignoranter illud receperit,dicta l. 3.§. ſi liber.

Datum ob cauſam, ad quam quis putat ſe neceſſariò adſtringi, ſi neceſſitas non ſuberat, poteſt repeti condictione ſine cauſa, d. l. 3.§ ſi quis, quaſi, & ibi gl.2.

3 Datum ſcienter ob cauſam, quam ſcit dans non poſſe impleri de iure,non poteſt repeti,ſecus ſi ignoraret,d.§.ſi quis,eod.

Datum à ſtatulibero, putante ſe iuſſum dare, repeti poteſt condictione ſine cauſa, ſi dare iuſſus non erat, dicto §. ſi quis, & ibi gloſſa, poſſe, eodem.

Datum,vt aliquid ex certa cauſa ſequatur,ſi ſequitur,ſed non ex eadem cauſa,repeti poteſt,d.§.ſi quis,eod.

Datum ob amicitiam vel augmentum amicitiæ,licèt cauſa ceſſet, tamen repeti non poteſt,quia talis datio dicitur ſimplex donatio,ſicut ſi data eſſent decem, vt caligas emeret,dicto§.ſiquis,& ibi gloſſ.non poſſe,eod.

Datum ob cauſam tacitam, & ab vtraque parte ſubintellectam, ceſſante cauſa repetitur,ſecus ſi ab vna tantùm parte,glo. non poſſe, in additione, ibidem.

Datum ob cauſam finalem expreſſam,vel tacitam ab vtraque parte intellectam poteſt repeti,quando cauſa nullo modo impletur,vel impletur, ſed non legitime,gloſſa ſed cùm,in l.ſi pecuniam,eodem.

Datum ob cauſam tantùm impulſiuam non poteſt repeti, etiam ſi cauſa non ſit impleta,ibi.& gloſſ. 1.in l.ſi repetendi,Cod.de condict.ob cauſam.

Datum interpretatiuè vel res quaſi data ob cauſam repetitur deficiente cauſa, d. glo.ſed cum,ff.de condict.cauſ.data.

Datum ob cauſam futuri matrimonij per extraneum volentem ſimpliciter donare mulieri,ſiue ſequatur matrimonium, ſiue non, repetitur per mulierem, & non per dantem,l.ſi donaturus,eod.

Datum ob cauſam futuri matrimonij per extraneum volentem donare mulieri ſolùm eo caſu,quo matrimonium contraheretur, matrimonio non ſequuto, ipſe extraneus repetit,ibid.

Datum executori vltimæ voluntatis,ſi in cauſam debitam non expendit,repetitur,l.ſi heres,eod.

Datum nudo miniſtro ob cauſam cauſa non ſequuta,repetitur,d.l.ſi heres,& ibi gloſ. fin.

Datum ob cauſam cauſa non ſequuta, etiam ſi deſierit extare, condicitur, & ſi non eſt tranſlatum dominium, agitur ad exhibendum furti ſeu condictione furtiua,ibid.

4 Datum ex cauſa tranſactionis,quæ ſequuta non eſt,vel imperfectè, vel nulliter, repetitur,l.eleganter,28.de condictione indeb.

Datum ex cauſa falſa repetitur,ibid.

Datum ex cauſa tranſactionis,quam dans ſuſpicabatur fuiſſe factam ab eo, cuius heres eſt, vel ab eo, cuius procurator eſt, ſi facta non fuit, repetitur, ibidem.

Datum ex cauſa tranſactionis,quæ fuit facta poſt rem iudicatam,repetitur,quia tranſactio nulliter fuit facta, poteſt tamen retineri & compenſari in cauſam iudicati,ibid.

Datum ex cauſa tranſactionis factæ ſuper alimentis futuris teſtamento vel alia vltima voluntate relictis repetitur,quia tranſactio ex S. C. vel oratione Diui Marci infirmatur,ſed ſuper alimentis præteritis non repetitur,d.l. eleganter, & ibi gl. alimentorum.

Datum ex cauſa tranſactionis factæ ſuper alimentis inter viuos conſtitutis repeti non poteſt,gl.teſtamento,ibid.

Datum ex cauſa tranſactionis poteſt repeti, ſi omiſſa exceptione tranſactionis proceſſum eſt in cauſa,& ſententia lata,d.l.eleganter,§.ſi quis.

Datum ob cauſam de præterito non obligatoriam,ſed falſam non repetitur, ſed datum ob cauſam de futuro, ea non ſequuta, repetitur, l. damus, 52. codem.

Datum ob cauſam differt à dato ob rem,quia ob cauſam reſpicit præteritum,vel præſens,ſed ob rem reſpicit futurum,ibid.

Datum ex cauſa tranſactionis,quæ ſequuta non eſt,repetit quis,ſi dedit ob tranſactionem credens ſe teneri ex illa, ſecus ſi dedit ſciens ſe non teneri ex illa, gl.1.ibid.

Datum vel legatum in vltima voluntate ob cauſam de præterito non obligatoriam,ſed falſam repetitur,ſi appareat,teſtatorem non aliàs fuiſſe daturum vel legaturum,quia inutile eſt legatum, & in contractibus vel quaſi non ſpectatur quid dans ſenſerit, niſi illud idem fuerit actum ab accipiente, d. gl. 1.& ibi add. marg.

5 Datum ob cauſam tranſactionis non repetitur, quia ſemper intelligitur dari ob cauſam veram,ſcilicet vt à lite diſcedatur,l. in ſumma, 65. & ibi add. marg. eodem.

Datum ob cauſam tranſactionis repetitur, ſi ſubſit euidens calumnia, ibidem.

Datum ex cauſa non neceſſaria,ſed impulſiua,ſiue ſit vera, ſiue falſa, non repetitur,d.l. in ſumma, verſ.id quoque.

Datum ob cauſam etiam falſam non repetitur, ſi dans donare voluit, ſecus ſi aliàs non eſſet donaturus, d. l. in ſumma, verſ. id quoque, & ibi gloſſ. non poteſt.

Datum ob rem ex bono & æquo repetitur per condictionem ex cauſſa, veluti ſi tibi dederim, vt aliquid facias, nec feceris, d.l. in ſumma, §. quod ob rem.

Datum ob cauſam tranſactionis, vt in perpetuum, vel ad tempus à lite diſcedatur,non repetitur,ſed ſi eſſet datum,vt diſcederetur,in perpetuum,& non diſcederetur niſi ad tempus,repetitur,† Doctor.reprob.gl. diſcedatur, & ibi additio. marginali,in dict.l.in ſumma Iaſon numero 7.

Datum in dotem pro matrimonio futuro & prohibito per legem ratione conſanguinitatis,vel affinitatis,eo de facto non ſequuto repetitur per condictionem ſine cauſa,l.fi.& ibi gl. fi.de condictione ſine cauſa.

Datum aduocato vt patrocinaret,etiam ſi patrocinium non fuerit ſequutum ob caſum fortuitum contingentem in perſona aduocati, ſpeciali iure non repetitur l. ex conducto,§.item cùm quidam,gloſſ.perſonis,locati.

Dati ob rem tractatus continetur in do vt des,do vt facias,facio vt facias, & facio vt des,l.naturalis,de præſcript. verbis.

Datum ſi fuerit aliquid futuro marito ab aliquo, ita, vt nuptiis ſequutis dotis efficiatur illud, & ipſe dans ante nuptias deceſſerit, ſequutis nuptiis fauore dotis heres dantis tenetur conſentire ei,quod defunctus fecit,quòd ſi ipſe nolit, vel abeſt, nihilominùs dominium eius ipſo iure ad maritum transfertur, ne mulier indotata ſit,l.ſi ego, 10.§.ſi res,de iure dotium.

Datum ad villam extruendam,vel agrum ſerendum, quod aliàs non erat facturus is,qui accepit,in ſpeciem donationis cadit,l.ſed ſi mors, §. fi. de donatio. inter vir.& vxo.

Datum ad aliquod pium cauſa ſequuta non condicitur,ſecus cauſa non ſequuta, gl. fi. & ibi add. marg. ibid.

Datum habetur,quod paratum eſt, vt detur, gloſſ. fin. in l. penult. de milita. teſtament.

Datum aliquid ſi ſit ademptum,videtur illud ademptum, & diminutum eſſe alteri,l.quod in rerum,24.§.pe.de legat. 1.

Datum ob cauſam in dubio nõ præſumitur ob cauſam finalem,ſed impulſiuam; fallit,quando datur ob cauſam fauorabilem & piam, quæ cauſa præſumitur finalis,l.2.§. fi. & ibi gl. fi. de donatio.

Datum ob honorem,vel officium, aut aliam cauſam non eſt donatio, ſed contractus innominatus do vt des,vel facio vt des,ſi dãs non ſit prohibitus exercere tale officium,aliàs nullo modo valet, l. hoc iure,in principio, & ibi gl. teneatur,& gl.fueris,eod.

Datum vni ex heredibus à ſtatulibero de bonis defuncti cauſa implendæ conditionis,imputatur in Falcidiam,& venit in hereditatis petitione,& in Trebellianica reſtitutione,& in Trebellicana computatur,vndecunque eſſet datum, l.quod ſtatuliber,41. de donatio. cauſa mort.

Datum ob cauſam cauſa non ſequuta repeti poteſt, gloſſ. marg. in l. 1. C. de pactis.

Datum ob cauſam finalem illa deficiente repetitur, ſecus ſi fuiſſet ob cauſam impulſiuam,glo.1. in l. ſi repetendi,C. de condictione ob cauſam.

Datum ob cauſam,cui recipiens non paruit,cùm poſſet, repetitur per condictionem ob cauſam,l.dictam legem,C.eod.

Datum ſub conditione impoſſibili vel ob cauſam impoſſibilem ignoranter repetitur,glo.2.ibid.

Datum ob cauſam impoſſibilem ſcienter & tunc aut dedit adiiciendo conditionem,& repetitur,aut non adiiciendo conditionem, ſed per modum cauſæ aut modi,& tunc non repetitur,† ibid.

Datum à conſtituto in libertate ob cauſam,ſcilicet vt filiæ ſuæ manumitterentur,cauſa non ſequuta,id eſt,manumiſſione repetitur,l.ſi liber conſtitutus, C. eodem.

Datum à ſeruo de peculio ſuo domino,vt ipſe dominus manumitteret eum,manumiſſione non ſequuta non repetitur,ibid.

Datum ob cauſam,ſi cauſa non ſit ſequuta non ex cauſa accipientis,ſed caſu fortuito,repeti non poteſt,l.pe.C eod.

Datum aduocato ob cauſam aduocationis, ſi per eum ſteterit quominùs ſuſceptam fidem impleat, repetitur, ſecus ſi per eum non ſteterit, ſed per caſum fortuitum,vel per clientulum quominùs ipſe patrocinium præſtet,l.fin. Cod. eodem.

Datum ab initio an ſit ſine cauſa,an cauſa,ob quam datum eſt, non ſit ſequuta, nihil refert,gl.fi.in l. fi. C. de condictione ex lege.

Datum,vel factum non videtur,quod non durat,gl. 1.in l.nec intra,C.de profeſſorib.lib.10.

Reliqua verbo, Condictio, 7 8. Legatum, 41.

DATA complectuntur ſub appellatione facti,ſed ſtricte & propriè dari,& fieri, ſunt ſpecies oppoſitæ, l.in facto,60.& ibi gl.1.de cond.& demonſt.

Data à liberto libertatis cauſa non dicuntur propriè donata,ſed data ob cauſam l.quæ ſtatuliberi,8.& ibi gl. fi. de donatio.

Data non videntur,quæ eo tempore,quo dantur, accipientis non fiunt,l.non videntur,167. de regul.iuris.

Datorum nomine, & donata continentur, glo.pen.in l.leges ſacratiſſimæ, C.de legibus.

Data ſi fuerint decem Titio,vt Stichum intra calendas manumitteret,dans ante calendas nullam habet actionem,ſed poſt calendas ita demùm agere poterit ſi Stichus non fuerit manumiſſus,lex tamen facit eum liberum, l. non omnis & ibi gl.fuerit, ſi certum petatur.

Data ſi fuerit tibi pecunia, vt Capuam ires, deinde paratus ad proficiſcendum caſu fueris impeditus, ceſſat repetitio ex capite cauſæ non ſequutæ, poteſt tamen repeti ex capite pœnitentiæ reſiduum, quod de pecunia ſupereſt,deductis expenſis in præparamentis factis, & ſi nihil ſuperſit,ceſſat repetitio, l.ſi pecuniam, de condictione cauſa data.

Data ſpecies, vel data quantitas, aut tantundem repetitur condictione ob cauſam,deficiente cauſa,ob quam data fuit,glo.ſed cùm, ibid.

Data ſpecies ob cauſam deficiente cauſa repetitur cum fructib. & acceſſionibus naturalib.non autem ciuilibus,ibid.

Data ſi fuerit tibi pecunia,vt Romam ires,deinde dans pœnituerit,poteſt condicere præparamenta, quæ tu emiſti ad eundum cum tota pecunia tibi data quia tu accipiens ſolùm debes remanere indemnis, & non quòd lucrum habeas, quod haberes, ſi illa apud te remanerent, d. l. pecuniam, & ibi gloſſ. feciſti.

Data ſi ſit tibi pecunia,vt ſeruum emeres,& manumitteres,ſi antequàm emeres ille,qui dedit,pœniteat,& certiorauit, poteſt repetere pecuniam datam, ſecus ſi poſtquàm emiſti,pœniteat,quia tunc teneris tantùm ei ad ſeruum emptum reſtituendum, ſed ſi abſque culpa tua deceſſit, aut aufugit ante tempus manumiſſionis, ad nihil aliud teneris,quàm ad præſtandum cautionem de reſtituendo, ſi in tuam poteſtatem peruenerit,ſecus eſt in procuratore, glo. reſti-

tuturum

pulatione doli,si sit interposita,aliàs in contractibus bonæfidei agetur actione ex eo contractu, vel ex empto, vel ex conducto, in stricti iuris actione de dolo,l.& eleganter,§.non solùm,de dolo malo.

Debenti intelligere imputatur culpa,si non intellexit,gl.fi.in l.quod te mihi, si certum petatur.

Debens intelligere,vel scire,si non intelligens vel nesciens fecit aliquid, ita tenetur,ac si sciens vel intelligens fecisset,ibid.

Debens alternatiuè Stichum,aut Pamphilum, si soluerit Pamphilum, putans in eo tantùm se obligatum,non repetit,glo.debere,in l.si pœnæ,19.§.pe.de condictione indeb.

Debens Stichum, si Pamphilum soluat, putans se alternatiuè Pamphilum vel Stichum debere,potest repetere quasi indebitum, dict. l. si pœnæ, §. pen. eodem.

Debens centum,si quasi deberet centum, soluerit fundum ducentorum,competit repetitio fundi,& centum manent in obligatione,l.si non sortem,§.si centum,eod.

Debens alternatiuè decem,aut Stichum, si soluerit quinque,non perimitur obligatio partis dimidiæ, sed est in pendenti, petique possun reliqua quinque, aut Stichus è creditore,& si soluantur residua quinque,priora quinque vt debita videntur soluta,si autem Stichus solueretur, quinque soluta repeti possunt quasi indebita,d.l.si non sortem,§.si decem,eod.tit.

Debens alternatiuè decem aut Stichum,si ambo simul soluerit,scilicet decem,& Stichum, olim habebat creditor electionem quid eorum velit retinere, sed hodiè correcto iure antiquo,datur electio soluenti, quod illorum solutotum velit condicere †,d. §. si decem,& ibi glo. daretur.

Debens alternatiuè decem aut Stichum,non potest soluere quinque vni ex duobus heredibus creditoris,& alteri heredi medietatem Stichi, quia debet vtrique quina,aut vtrique partes Stichi soluere,d.l.si non sortem,§.fi.

Debens tibi decem,si soluat illa cuidam tuo creditori,cui tantundem debes,eius obligatio per eam solutionem sublata est,glo. 1. in l. si cùm militi, de com pens.

Debens decem,aut hominem,potest compensare decem cum debito, si aduersarius elegit illa decem,secus si non elegit,vel elegit speciem,l. si debeas, & ib gl. 1. eod.

Debens rem actione personali non tenetur eam tradere,l. venditor, 21.de heredit. vel actione vend.

Debens certum pondus argenti,in genere dando æstimationem ipso iure liberatur,secus si deberet certam speciem,l. 1.§.fin.de auro & argento lega.

Debens Stichum ex stipulatione, si ante moram manumiserit, non tenetur, si Stichus decesserit antequam manumissor super eo conueniretur ante moram,..is,qu. ex stipulata,44. de verb. oblig.

Debens quandam certam pecuniam, non poterit soluere aliam pecuniam alterius materiæ,quæ non esset eiusdem ligæ,& creditor potest eam refutare, gl. 3, in add. in l. si quis argentum,de donatio.

Reliqua verbo, Alternatiua.

DEBILITATVS articulari morbo excusatur à muneribus personalib.l.2.C. qui morbo se excusare,lib.10.

Debitor in genere,nu,1. vsque ad nu,8.
quoad dilationem dan dam sibi,nu.8.
quoad locum conueniendi & soluendi,nu.9.
quoad solutionem,num.10.vsque ad nu.17.
quoad eius liberationem per solutionem,vel alias,numero 17. vsque 26,
Debitor pupilli vel minoris quoad solutionem factam eis,vel alij,num.26.& 27.
quoad oblationem & depositionem,nu.28.
quoad moram,29.& 30.
quoad pactum de non petendo,& iuramentum sibi delatum,numero 31.
quoad debitum generis,nu.32.
quoad periculum,vel interitum rei debitæ,vel quantitatis,num.33.vsque 38.
quoad fructus,vsuras,& interesse,nu.38.& 39.
quoad cautionem,pignora,& hypothecas & lutionem pignoris,40. vsque 43.
quoad emptionem.& venditionem pignoris,nu.44.45.& 46.
quoad instrumentum solutionis, & redditionem pignoris, & cautionis, num.47. & 48.
quoad pignoris possessionem,vsucapionem,& furtum, num. 49. vsque 51.
quoad confessionem vel negationem scriptura debiti,vel numerationis,num. 52. vsque 55.
quoad exceptionem sibi competentem,numero 56.vsque ad numerum 59.
de Debitore vero, putatiuo mulieris promittente vel soluente dotem, numero 59.
quoad gestionem negotiorum creditoris,nu.60.
quoad solutionem,num.61.
quoad fideiussores,num. 62.
quoad debitorem non soluendo,& factum in fraudem creditorum, numero 63. vsque 70.
Debitor non soluendo,71.72.
quoad debitorem suspectum,& eius capturam,nu. 73.
quoad debitorem in diem,vel sub conditione,numero 74.vsque 76.
quoad debitorem obligantem res suas,vel alienas,num. 77.& 78.
quoad condictionem indebiti,num.79.
quoad debitorem hereditariarum,nu.80.& 81.
quoad debitorem fisci, vel reipublic. vel ciuitatis, numero 82. vsque ad numerum 85.
quoad debitorem peculiarem,nu. 86.
quoad debitorem alternatiuum,nu, 87.
quoad cessionem bonorum,nu.88.
quoad missionem & venditionem bonorum eius,num.89.
quoad delegationem & nouationem,nu. 90.
quoad legatum creditori relictum,vel è contrà,numero 91.vsque ad 94.
quoad debitorem succedentem creditori, vel fideiussori,vel è contrà,numero 95.
quoad nomen & debitorem debitoris,nu.96.& 97.
quoad compensationem,nu.98.
quoad plures debitores,& eorum pactionem,obligationem,& solutionem,num. 99.& num. 100.

DEBITOR si vni ex heredibus iniunxit,vt solueret æs alienum, & hoc fecit non legando creditoribus, heres tenetur subire onus quartæ institutionis sibi reseruatæ,l. si vni,21. & ibi gloss 1.famil.erciscund.

Debitoris facto non debet ius creditoris alterari,l.nam satis,§.si ego, & ibi add. marg.quemadmod.seruitut.

Debitori non potest creditor auferre vtilitatem loci,l.2.§.fi.in add. marg.de eo, quod certo loco.

in Debitoris potestate non sunt semper ea, quæ tacitè insunt in stipulationibus, vt electio in alternatiuis, quia quandoque est in potestate actoris, l. non vtique, & ibi gl. 1. eod.

pro Debitore præsente vel absente quod constituerit quis parui refert,nisi quantùm ad actionem negotiorum gestorum, vel mandati proponendam contra eum,l. vtrùm,27.& ibi gl. 1.de constitut. pecun.

Debitore inuito potest quis constituere se pro eo,nec denunciatio debitoris facta constituenti, ne soluat, excusat constituentem ab obligatione constituti, d.l.vtrùm,eod.

Debitor,vel alius quilibet in dubio non præsumitur fugitiuus,gl.est commodatus,in additione margin. in l. si,vt certo,§.custodiam,commodati.

Debitor etiam antequàm soluat debitum, potest repetere à creditore rem commodatam,quia res commodata pro debito retineri non potest, gl. fi. in add. marg.in l. petenti,27.de pign.actione.

Debitor ex causa emphyteosi sine interpellatione incidit in commissum,nisi debitum obtulisset,quod si non habet,cui offerat,securus est, l. 4.de lege commissoria.

in Debitoris potestate quando est,an perficiatur obligatio, illud tempus perfectionis inspicitur,non initium,secus si in eius potestate non esset, l. pen.quæ res pignori.

in Debitoris potestate quando est pecuniam non recipere,inspicitur tempus solutionis,sed quando non est in eius potestate,tempus contractæ obligationis inspicitur,vt quis in pignore potior dicatur,l.1.qui potiores.

in Debitoris arbitrio situm est obligationis formam ac naturam alterare & immutare,l.potior,in add.marg.eod.

Debitor personalis duriùs adstringitur, quàm realis, gl.pen.in l.redhibere,21.§. fi.de ædilitio edicto.

Debitores vt soluerent,sunt conueniendi cum efficacia benignè, & cum instantia humanè,l.si bene,33.de vsuris,& l. 1.C.de commerciis.

Debitor si confiteatur hodiè, quod Titius sibi mutuauit, iam sex mensibus elapsis,ista confessio non præiudicat alteri creditori, l.repetita,de fide instrum.

Debitor in decem quando quis est, dicimus eius patrimonium esse diminutũ in decem,non tamen sunt minutæ res, quas ipse habet,vel eius esse desierunt in aliquo,gl.sed dotis,in l.quod dicitur,de impensis.

Debitor potest grauari onere fideicommissi,l.si pecunia,77.de leg.1.

Debitor si creditori suo dedit se in arrogationem, potest arrogator deducere de peculio arrogati id, quod debebat ei arrogatus, si contra arrogatorem agat creditor ex contractu post arrogationẽ factam, secus si ante,quia per arrogationem naturalis obligatio non fuit extincta, l.si quis creditori, & ibi gl.1. de peculio legato.

Debitor meus si iussu meo tibi donationis causa promisit, aduersùs se agentem non habet exceptionem immodicæ donationis, quia perinde est quasi exactam pecuniam à debitore meo tibi donauerim,& tu illam ei credideris, l.vt mihi 21.de donatio.

contra Debitorem meum,qui iussu meo tibi donationis causa promisit,nondum tibi ab eo soluta pecunia possum agere veteri actione,quæ prius mihi competebat in id quod vltra legitimum modum promisit, ita vt in reliquum tantummodò tibi maneat obligatus, sed si pecuniam promissam exegisti à debitore meo,in id,quod modum legis excedit, aduersus te possum agere condictione sine causa, d.l.21 §.fin.eod.

Debitorem non constituit nuda ratio scripta in libro rationum sine insertione causæ,l.nuda,26.& ibi gl.fi.eod.

Debitor fiscalis si, antequam contraheret cum fisco, emit seruum hac lege, vt manumitteret, eúmque manumiserit, procurator fisci non potest reuocare manumissionem, etiam si debitoris omnia bona iure pignoris tenerentur fisco,nec eius bona sufficiant,imò si adhuc non manumiserit, poterit nihilhominus manumittere,l.Aelianus,10.de manumissionibus.

Debitori licitum est,conditionem primi creditoris deteriorem facere adiiciendo alium sine fraude, sed nõ adiiciendo secundum creditorem cum fraude, gl.fi.in l ait.prætor,9.de priuileg. credito.

Debitor ab initio,& antequam ad missionem in possessionem perueniatur, potest se defendere,si satisdet iudicio sisti, l.si pupillus,17.§.fi.& ibi gl.fi.de priuileg.credit.

Debitor potest adiiciendo sibi creditores creditoris sui conditionem facere deteriorem,l.1.vers.ex contrario.de separatio.

Debitor si alium induxit dolo, vt creditori suo promitteret per stipulationem de soluendo debitum, creditor petens à secundo debitore non repellitur exceptione doli commissi à suo priore debitore, potest tamen secundus debitor agere contra priorem, vt liberet eum,vel si soluit pecuniam,vt sibi restituat condictione certi,vel incerti, l. apud Celsum,§.item quæritur,& ibi glo. experiri,de doli mali exceptione.

Debitor propriè dicitur, à quo inuito potest extorqueri, aliàs dicitur debitor abusiuè,l.fideiussor obligari, 16. §. fideiussor,de fideiussor.& l.debitor, 108. de verb. signif.

Debitor propter culpam suam priuatur facultate eligendi,& transfertur in creditorem,l.Stichum aut Pamphilum,95.§.1.de solutio.

Debitor si ex stipulatione de rato agit contra falsum procuratorem, si dominus velit eum defendere, poterit opponere exceptionem doli mali aduersus debitorem, quia licèt à debito sit absolutus debitor, adhuc tamen remanet naturale debitum,l.procurator,§.1.& ibi gl.exceptione,& ibi add.marg.rem ratam haberi.

Debitor

debitori contra seruum actio furti noxalis, nisi debitor numerasset ei ita, vt fierent sui, l. quemadmodum, §. fi. & ibi gl. fi. de noxalib.

Debitor debet soluere creditori debitum loco, & tempore congruo, gl. rectè, in l. lecta, si certum petatur.

Debitor, qui tenetur ad sortem & ad interesse, soluendo pecuniam simpliciter, in dubio intelligitur soluere totam sortem, & non aliquid pro interesse, l. fin. de eo, quod certo loco.

Debitori inuito potest quis soluere debitum pro eo, gl. inuito, in l. verum, 25. de constit. pecun.

Debitor quando soluit, censetur soluere grauius debitum, glo. 1. in l. cùm & sortis, 35. de pigner. actione.

Debitor quando soluit debitum simpliciter, illa pecunia soluta non conuertitur priùs in vsuras naturaliter debitas, sed in sortem, secus si vsuræ essent ciuiliter debitæ, quia tunc priùs in eas, deinde in sortem conuertitur, ibid.

Debitor potest soluere, cui vult ex duobus contendentibus, vnumquemque esse solum herede creditoris exacta cautione, quod se defendet, l. 1. §. apud Iulianum, depositi.

Debitor si dedit alicui pecuniam, vt creditori eius exsoluat, si is non soluat, tenetur debitori ad vsuras actione mandati, quo casu creditor à debitore pecuniam debitam cum vsuris recepturus est, l. si verò non remunerandi, 12. §. si mihi, mandati.

Debitor si dedit alicui pecuniam, vt creditori eius soluat, si is non soluat, contra eum potest agere creditor actione furti, vel negotiorum gestorum, gl. præstabit, ibid.

Debitor soluens alicui mandato creditoris, intelligitur soluere ipsi creditori, & creditor illi, cui soluere iussus erat debitor, l. 3. §. fi. de donatio. inter virum.

Debitor soluens seruo creditoris inuito creditore non liberatur, nisi solutum versum sit in vtilitatem domini, vel ipse ratum habuerit, l. si seruus legatus, 108. §. 1. & ibi gl. ex testamento, de legat. 1.

Debitor soluens creditori creditoris sui habet exceptionem doli contra creditorem suum petentem à se, licèt is creditor non haberet id ratum, quia cogitur ratum habere, nisi soluisset ei creditore suo præsente, & contradicente, l. si opera, & ibi gloss. fin. de doli mali exceptione.

Debitor soluens creditori creditoris sui, ipso iure liberatur, si creditor suus id ratum habuit, d. gl. fi.

Debitor summarum diuersarum & ex diuersis causis si soluit vnam summam, poterit dicere in ipsa solutione, vel parũ post, idest, antequàm ea pro perfecta habeatur, in quam causam velit eam cedere, & si hoc facit, & creditor tacet, cedet in illam solam, l. 1. & ibi gloss. 1. de solutio.

Debitor diuersarum summarum, & ex diuersis causis, si soluens vnam dixit, in quam causam voluerit eam cedere, & creditor contradixerit ei, nolendo eam recipere, in eam inuicem se impediunt, quia creditor recipere non cogitur, & ideò nec dominium transfertur in eum propter dissensum in causa, d. l. 1. ibi gl. 1. & add. marg. & gloss. dictum, in l. 3. eodem.

Debitor diuersarum summarum & ex diuersis causis soluendo vnam summam si non eligit in quam causam, vel elegit, sed non incontinenti, potest creditor eligere in quam causam cedat, dum modo eligat incontinenti, & in illam causam, in quam verisimiliter ipse eligeret pro se, si ipse esset debitor, scilicet in grauiorem, & si hoc ipse tacet debitor, tunc cedit similiter in eam; sed si contradicit, in nullam cedit, sed cogitur restituere; & si neuter eligat, cedit in duriorem causam, & si neutra sit durior, cedit in antiquiorem, gl. 1. in l. 1. & l. 3. & 4. & 5. de solutio.

12 Debitor diuersarum summarum soluens vnam summam si non dixit, in quam potiùs summam voluerit soluere, creditor potest eligere incontinenti eam solutionem fieri potiùs in eam summam, quæ non est in controuersia, d. l. 1.

Debitor diuersarum summarum, & ex diuersis causis soluens, & creditor recipiens si non elegerit, in quam summam cedat solutio, videtur facta solutio magis pro ea summa, quam ipse debitor suo nomine, quàm quod pro alio nomine fideiussorio debet, & magis pro ea, quàm cum pœna, vel cum satisdatione debet, quàm pro ea, quam sine pœna, vel satisdatione debet, l. 4. eod.

Debitor diuersarum summarum, & diuersis soluens, & creditor recipiens si non elegerint, in quam summam cedat solutio, videtur potiùs in eam, cuius dies venit, & non in eam, quæ in diem vel sub conditione debetur, l. 3. eod.

Debitor diuersarum summarum soluens si non eligit, potest creditor eligere solutionem factam in causam leuiorem, dum tamen eligat prout in re sua eligeret, gl. dictum, in l. 3. eod.

Debitor poterit soluere partem debiti, & liberare vnum ex fideiussoribus, quorũ quilibet pro ea parte fideiusserat, l. in his, 5. §. si duos & ibi gl. liberet, eod.

Debitor soluendo medietatem debiti etiam inuito creditori, potest liberare vnum ex fideiussorib. simpliciter pro eo obligatis, si quilibet eorum sit soluendo, cùm tunc ex epistola diui Adriani non teneantur, nisi ciuiliter, secus si non essent soluendo, ibid.

Debitor diuersarum summarum & ex diuersis causis soluens simpliciter, videtur soluere pro omnibus summis proportione æquali, si omnes summæ debitæ sint pares in die, & in causis, quamuis vna summa sit maior altera, secus si vna sit antiquior, quia tunc eam potiùs videtur soluere, l. illud non ineleganter, 8. & ibi gloss. 1. & fin. eod.

Debitor bona fide soluens offerenti se negotiis creditoris absentis liberatur, cùm creditor ratum habuerit, l. si quis offerenti, 58. eodem.

Debitor debens ex pluribus causis, si simpliciter soluat, intelligitur soluere primò in eam causam, quam sub infamia debet, deinde in eam causam, quæ pœnam continet, posteà in eam, quæ sub iure hypothecæ, vel pignoris contracta est, deinde intelligitur pro suo proprio debito magis, quàm ex causa fideiussorum, sed si nihil horum interueniat, nec in altera causa debiti habeatur potior altera, tunc intelligitur soluere ex causa debiti vetustiori, l. cum ex plurib. 97. eod.

Debitor debẽs ex plurib. causis famosis, veluti vna pecuniaria, altera corporali, si soluat simpliciter, intelligitur soluere pro corporali, & grauiori, d. l. ex, cum, & ibi add. marg.

Debitor debens ex plurib. contractibus si soluerit plus, quàm ratio singulorũ debitorum expostulat, intelligitur soluere pro debito ex contractu, quo prior vel potior est, reliquam pro debito ex aliis contractibus, qui sunt post contractum potiorem, vel priorem, d. l. cùm ex pluribus, §. fi.

Debitoris soluentis causa alia est, & alia creditoris pignus distrahentis, nam debitor quando soluit pecuniam, in potestate eius est commemorare in quam causam soluerit, sed quando creditor pignus distrahit, licet ei pretium inde acceptum referre etiam in eam quantitatem, quæ natura tantùm debebatur, licet pro ea non esset pignus obstrictum, l. Paulus respondit, 101. §. fin. & ibi glo. fin. eodem.

Debitor debens ex pluribus causis si soluat pecuniam simpliciter, intelligitur soluisse ex ea causa, ex qua tunc, cùm soluebat, compelli poterat ad solutionem, l. cùm ex plurib. 103. eod.

Debitor, qui mandato creditoris se obligauit alteri ad soluendum, potest illi soluere etiam creditore mortuo, vel inuito, quia ius quæsitum est alteri ex illa stipulatione, l. fi. & ibi gl. 1. eod.

Debitor, qui simplex mandatum de soluendo alicui recipit, non tamen se obligauit, non potest illi soluere creditore mortuo, vel inuito, quia tale mandatum vtroque modo finitur, cùm ex illo alteri non sit ius quæsitum, ibid.

Debitor soluens pecuniam falso procuratori assumẽti nomen veri procuratoris creditoris dicendo, quòd ipse erat Titius procurator creditoris, cùm quidam Titius esset verè procurator, non ille, & tunc non transfert dominium pecuniæ in eum procuratorem, & idem si soluit procuratori falsò dicenti, se procuratorem creditoris, cùm nullus sit, vel se esse procuratorem procuratoris cùm non sit, & ita recipiendo talis procurator committit furtum, l. si vendidero, 80. §. falsus, & ibi gl. assumpto, de furtis.

Debitor soluens pecuniam dicenti se esse heredem creditoris, cum nõ esset ipse, sed alius, non transfert dominium pecuniæ in eum, & ille ita recipiens committit furtum, d. §. falsus.

Debitor propter suam potentiam audens non soluere debitũ, potest per militare etiam auxilium, si opus exegerit, ad solutionem compelli, l. 1. C. de officio præfecti Augustalis.

Debitor si soluerit debitum alicui petenti & exigenti nomine creditoris, si creditor solutionem ratam habeat contra accipientem, habet negotiorum gestorum actionem, l. si pecuniam, 9. C. de negot. gestis.

Debitor si soluerit debitum alicui, non exigenti nomine creditoris, non potest creditor eam solutionem ratam habere, d. l. si pecuniam, eod.

Debitor si soluerit debitum alicui sine mandato creditoris, eámque solutionem creditor ratam non habeat, tunc debitor semper remanet obligatus creditori, gloss. 1. ibid.

Debitor compelli potest ad solutionẽ, captis etiã pignoribus, secundùm ordinem iuris, quando debitũ idoneis probationibus constat, gl. 2. in l. 1. C. de fide instr.

Debitori soluenti tenetur creditor facere apocham solutionis, & debitor creditori tenetur facere antapocham, in qua contineatur, se soluisse debitum creditori, l. plures, C. eod.

Debitor si simpliciter soluat, non designando propter quod debitum, videlicet an vsurarum, vel sortis, creditor tunc habet electionem computandi in vsuras, l. si vsuras, 21. C. de vsuris.

Debitor si soluerit & tradiderit alicui tanquàm simplici nuncio, vt portet ad creditorem, si accipiens animo intercipiendi non portat, tenetur soluenti actione furti, & condictione furtiua, gl. fi. in l. falsus, 19. C. de furtis.

Debitor si soluerit alicui nuncio, & transtulerit in eum dominiũ, ne faceret eum liberari à creditore, tunc accipiens tenetur soluenti cõdictione ob causam, ib.

Debitor si soluerit alicui nuncio, & in eum transtulerit dominium pecuniæ, accipiens pecuniam non tenetur debitori actione furti, † d. gloss. fin.

Debitor soluens ac tradens debitum procuratori falso, contra eum habet condictionem furti non manifesti ad duplum d. l. falsus, C. eod.

Debitor ante tempus potest debitum soluere non necessariò, sed sponte. glo. 2. in l. post mortem, 12. C. de fideicommiss.

Debitor, qui ex pluribus contractibus pecuniam debet, potest eligere tempore solutionis, vel parum ante, vel post, in quam causam soluat, l. 1. & ibi gl. 1. C. de solution.

Debitor ex pluribus causis si non eligat tempore solutionis in quam causam soluat potest creditor eligere, statim, & incontinenti, in quam causam accipiat, non tamen ex interuallo, & si nemo eligit, lex præsumit electionem in duriorem causam, & si debitum sit vsurarium, priùs in vsuras, deinde in sortem, ibid.

Debitor soluens certam pecuniam poterit soluere aliam pecuniã eiusdem ligæ, seu bonitatis in materia, licèt sint diuersæ formæ, & poterit creditorem compellere ad accipiẽdũ, gl. 3. in additione, in l. si quis argentũ, 35. C. de donation.

Debitori non est necesse paratam solutioni pecuniam, vt eam explicatam, manuque expositam offerre creditori, sed satis est illi præsentibus testibus sacculo aut folle contentam ac conclusam exhibere, neque creditor si detractet, potest se hac exceptione tueri, quòd præter saccum aut follem nihil viderit, glo. contestetur, in add. marg. in §. fi. auth. vt ex actione instant. dot. col. 7.

Debitori nociuum est differre solutionem in annuis, & menstruis debitis, quia quantitatis minutæ simul coadunatæ faciunt cumulum debiti, cui & difficilis est solutio, l. final. in principio, C. de debitorib. ciuitatum, lib. 10.

Debitor quando confitetur de toto debito, & tunc creditori inuito non potest soluere, nisi totum, sed si diffitetur, & tunc pars confessata tantùm recipietur ab inuito, gl. rectè, in §. item per acceptilationem, Inst. quib. modis tollitur obligatio, & l. tutor, 41. §. Lucius, & ibi gl. deposuit, de vsuris.

Debitor scienter soluens partem totius debiti confessati, non habet soluti repetitionem, nec non soluti habet exceptionem non numeratæ, † gl. 1. in l. 4. C. de non numer. pecu.

Debitor affirmans se soluisse mutuatam sibi pecuniam, temporis diuturnitate non excluditur à probatione, l. asseueratio, 10. C. eod.

Debitor affirmans solutionem, etiam post biennium, admittitur ad probationem, sed affirmans non numeratam pecuniam, intra biennium tantùm admit-

titur,

Debitor si aliam rem pro alia soluerit creditori volenti, & ea res euicta fuerit, remanet pristina obligatio pro solido, etiam si pro parte fuerit euicta res, l.si quis aliam,46.eod.

Debitor si duos fundos dederit creditori volenti pro debito, euicto vno fundo, remanet integra pristina obligatio,ibid.

Debitor, qui fundum per dolum pluris æstimatum in solutum dedit creditori, non liberatur,nisi id,quod deest,repleatur,d.l.si quis aliam,& gloss. fin. & ibi add.marg.

Debitor auri,si quasi aurum soluerit æs creditori ignoranti, non liberatur, nec repetet illud quasi in debitum,cùm sciens soluerit, creditorem tamen petentem aurum exceptione repellere potest, nisi is reddat æs, quod accepit, l.si cùm aurum,50.eod.

22 Debitor soluens dispensatori,vel administratori,qui ignorante debitore ab administratione remotus erat,liberatur,l.dispensatori,51.eodem.

Debitor,qui sic soluit,vt iterum recuperet,non liberatur,l.qui sic soluit, 55.eod.

Debitor soluens offerenti se negotiis creditoris absentis eo nomine vt statim liberetur,non expectata ratihabitione creditoris, tunc poterit statim condicere pecuniam solutam, sed si soluerit ei eo animo vt tunc liberaretur, cùm creditor ratum habuisset,non poterit tunc condicere eam, nisi cùm certum sit, creditorem non habere ratam solutionem,ibid.

Debitor soluens gerenti negotia creditoris, qui ante ratihabitionem arrogandum se dedit, liberatur,si pater arrogator ratum habuit,sed si ratum non habuit,solutum repetere potest debitor,d.l.si quis,§.1.

Debitor alienum hominem insolutum dans liberatur vsucapto homine à creditore,l.is,qui alienum,60.eod.

Debitor speciei ex causa lucratiua liberatur,si ea species ex alia causa etiam lucratiua peruenit ad creditorem,ita,quòd ei propterea,nihil abest, dummodó ea species, quæ ad eum peruenit, à nullo possit peti, vel repeti, l. in perpetuum,61.& ibi gl.fi.eod.

Debitor meus soluens creditori meo id,quod ipse mihi debebat,liberatur à me, & ego liberor à creditore meo,l.cùm iussu,64.eodem.

Debitor soluens rem, quam habere creditori non licet, non liberatur; secus si habere licet,quamuis vilem,l.qui decem,72.§.qui hominem,eod.

Debitor inuitus,& contradicens per nouationem potest liberari, scilicet supponendo alium, à quo debitum nouandi causa stipulatus est, & ita statim atque attinet debitum ad creditorem per secundam stipulationem, prima obligatio perit,l.si debitor tuus,91.eodem.

Debitor si soluat creditori debitum de communi pecunia, confestim pro parte sua nascitur liberatio,siue numi soluti sint communes pro singulis corporibus,siue inspecta tota quantitate numorum,l.si is,cui,94.eod.

Debitor si iussit aliquem dare pecuniam creditori suo, & ille det seruo creditoris,vt ille daret domino, contingit liberatio, si pecunia conuersa sit in vtilitatem creditoris, l.Stichum,95.§.vsumfructum,& ibi gl.domino,eod.

Debitor,vel fideiussor non liberatur sola præuentione rerum ad creditorem, liberatur tamen iure compensationis,cùm ea opponitur,d.l.Stichum, §. si creditor,& ibi gl liberari.

Debitor soluens bona fide,ipso iure liberatur, gl. cum tutore,in l. pupilli debitor,96.eod.

23 Debitoris procurator habens speciale mandatum, etiám sine nouatione potest acquirere debitori liberationem per acceptilationem, quando præcessit obligatio verborum,aliàs promittat,& per nouationem liberet,gl.1. in l.3.de acceptil.

Debitorem generis non liberat casus aduersæ fortunæ, l.incendium,11.C.si certum petatur.

Debitor speciei vel rei perempta specie vel re liberatur,gloss.fi.ibidem.

Debitor si post contestationem, hoc est testium vocationem,& denunciationem offerat debitum creditori, quo nolente recipere si consignauerit, tollit omnem obligationem ipso iure,† gloss.3.& 4.in l.acceptum,19.C.de vsuris.

Debitor consignando & deponendo debitum ipso iure liberatur,licèt creditoris non sit dominium directum rei depositæ,neque detur ei directa reiuendicatio,sed vtilis ad depositum,d.gl.4.

Debitor, offerendo, consignando, & deponendo traiectitias pecunias, impedit cursum vsurarum,& liberatur,etiam si posteà pereant,d.l.acceptam, & ibi gl. in traiectitiis.

Debitor offerens,consignans, ac deponens debitum liberatur, creditor tamen habèt actionem vtilem depositi,vel in rem contra depositarium, cùm dominium directum in eum non sit translatum,gl.actione vtili, ibidem.

Debitor postquam soluit,tutus est, licèt non rehabuerit instrumentum debiti, l. propter instrumenta,5.C.depositi.

Debitor ipso iure liberatur, si soluerit procuratori, qui habuit mandatum, sed illud reuocatum fuerit, & cùm accepit pecuniam, habuit bonum animum, quo casu domino contra procuratorem, competit actio furti, & condictio furtiua,l.falsus,19.C. de furtis.

Debitor soluens procuratori reuocato liberatur per exceptionem, si procurator reuocatus accipit pecuniam malo animo; quo casu condictio furtiua creditori debet cedi à debitore, glo.ibid.

Debitor non præsumitur liberatus eo ipso, quòd est apud eum instrumentum, nisi probetur sibi redditum à creditore,est tamen præsumptio magna pro debitore, gl.2.in l.1.§. ille etiam,C.de Latina libertat.

Debitor non liberatur per solam pignoris cessionem,l.1.C.de pignoribus.

Debitorem liberat quicunque soluit debitũ pro eo, l.nulla tibi,5.C. de solutio.

24 Debitor liberatur per oblationem, consignationem,ac depositionem totius debiti,si in loco congruo obsignationem, ac depositionem celebrauerit, l.obsignatione, 9.C.eod.

Debitor per obsignationem partis debiti non liberatur etiam ex parte debiti, nisi hoc conuentum sit,vel nisi debitum non sit liquidum, vel nisi in pecunia pro libertate danda, gl.1.ibid.

Debitor inuito & ignorante creditore soluens alij, se non liberat ab obligatione, sed si alij soluit eo mandante, vel ratum habente,liberatur, ac si eidem creditori soluisset, l.inuito, 12.C.eod.

Debitor solués adiecto etiã inuito creditore se liberat ab obligatione,gl.1.il

Debitor soluens quondam procuratori creditoris, nunc autem reuocato,libe tur,si ignorat mandatum reuocatum, ibid.

Debitor habens chirographum debet duob.testib. probare sibi redditum vol tate creditoris, ad hoc vt liberetur, sed si non probauerit, non liberatur, tenetur soluere creditori probanti obligationem; l. quòd debitori, 15. & gloss.1.C. eodem.

Debitor pœnam sententiæ passus, quam bonorũ ademptio sequuta est, si po sit restitutus non ad omnia bona, sed ad rem singularem æris alieni, ex pr cedenti tempore pœna liberatus est,si verò sit restitutus ad partem bonoru pro rata eius tenetur creditoribus,l.3.C. de sententiam passis.

Debitoris bona,si ob pecuniam fisco debitam occupata sunt,nec ille,nec eius deiussor liberatur à creditorib.secus si propter delictum, d.l.3.

Debitor fisci liberatur, si id,quod soluit, peruenit in vtilitatem publicam, li non sit sequuta subsignatio,gl.1.in addit.marg. in l.2. C. de conueniend. fi debit. lib.10.

Debitorem fisci licèt non liberet securitas facta ab officiali fisci, propter de ctum alicuius solemnitatis,operatur tamen illa securitas,vt primò conuen tur officialis, d l.2.& ibi gl.1.

Debitor curiæ per confessionem non liberatur sine decreto ipsius curiæ,sed p solutionem factam curatori curiæ vel ciuitatis, liberatur etiam sine decre l.2.& ibi gl.1.C.de prædiis decurionum.

Debitor liberatur à pœna, quando non stat per eum,quòd non soluat,l.1.& i gl.debitam,& add.marg.C.de susceptor.lib.10.

Debitor per solutionem debiti factam negotiorum gestorum creditoris n liberatur,nec dominium quæritur creditori,nisi ratihabitione secuta,l.si eg de negot.gest.

Debitor per solutionem debiti factam procuratori liberatur, & dominium p cuniæ adquiritur ipso iure creditori, gl.2.ibid.

Debitor meus si soluit creditori meo, qui creditor meus erat debitor sui cred toris ex eadem causa,ego liberor ipso iure, quæ videtur vna ex eadem caus secus tamen esset,si foret diuersa causa, l. si liber homo, & ibi add. mar.eo.ti

Debitor si nullo præcedente mandato soluit alicui iusta causa motus, licèt n liberetur ipso iure,nec per exceptionem,liberatur tamen cessione facta cred tori contra eum, cui soluit,gloss.fi.in addit.marg.in l. cùm fundus, §.seru tuum, si certum petatur.

Debitores ignorantes mortem creditoris,si soluerint eius procuratori,vel inst tori debitum,liberantur, secus si scientes mortem creditoris soluerint ma datario vel institori, l.eius,qui in prouincia, & ibi gl.ignorassent,eod.

Debitor si vnam rem diuersis temporibus obligauit duobus & antequam vtr que creditori soluerit debitum,si priori creditori vendidit aliam rem, ips que compẽsauerit creditum cum pretio rei venditæ, secundus creditor potio est in obligatione rei, cùm ea res sit liberata compensatione à iure prin creditoris, l. 4. qui potiores.

Debitor soluens creditori rem,vel speciem debitam, quæ priùs alij nomine p gnoris obligata erat,non liberatur, quia is, cui ea res obligata erat, poter eam auferre ab eo,putà per Seruianam, aut hypothecariam, l. si rem mean 20.& ibi gl.1.de solutio.

Debitór, qui voluntate creditoris viuentis alij soluit, ipsi creditori soluisse vi detur,& sic ipso iure liberatur ab obligatione,gl.fi.in l.1.C.de exception.

Reliqua verbo,Creditor.60.61.& 62.vsque ad 65.& suprà 13. 14.*Inuitus Libera re,Liberatus, Liberatio,Pignus*,13. *Soluens*,2.*Solutio*,7.8.9.*Hæres*,114.115.

DEBITOR soluens pupillo sine tutoris authoritate non liberatur, nisi pupil lus pecuniam habeat saluam, & tunc debitor per exceptionem tantùm dol defenditur,gl.3.in l. contra iuris, de pactis, & §.ex contrario,& ibi gl. solue rit,Instit.quib.alienare licet.

Debitor soluens pupillo cum authoritate tutoris liberatur,sed restituitur pupil lus,si pecuniam amisit,ibid.

Debitor soluens pupillo cum iudicis mandato liberatur,tutissimè,ibid.

Debitor soluens matri pupilli liberatur,quando soluerat ex obligatione, quam fecerat ipsi matri,secus si patri ipsius pupilli,vel ipsi pupillo erat obligatus,gl. vel quod liberat, in l.qui aliena,§.pe.de negot. gest.

Debitor, paternus,vel proprius, si soluerit minori pecuniam debitam, eámque ipse perdiderit,subuenitur minori,vt actio in debitorem restituatur,l.ait prætor, 7.de minor.

Debitor non compellitur soluere minori debitam pecuniam,ibid.

Debitori consulitur,vt consequatur liberationem eius, quod soluat minori cum authoritate curatoris,etsi minor curatorem non habeat, compellitur accipere,vel quod debitam pecuniam deponat in æde sacra,ibid.

Debitor non obstante exceptione minoris ætatis ab eo apposita iudicis decreto compulsus si soluerit minori,plenam consequitur liberationem, secus si non opposita exceptione fuerit compulsus, d.l. ait prætor.

Debitor soluens pupillo sine authoritate tutoris,vel iudicis plenam consequitur liberationem,nam vtraque obligatio,scilicet ciuilis,& naturalis remanet, si tamen sua pecunia sit,habet exceptionem,gl.imputandum,ibi.

Debitor soluens pupillo cum authoritate tutoris pleniorẽ consquitur liberationem,quia tunc vtraque obligatio tollitur,sed per restitutionem in integrum succurritur ei,si eam perdiderit,in quibusdam tamen casib.sola authoritas tutoris plenissimam inducit liberationem,ibi & gloss. fina.in l. 1. C. si aduersùs solutionem.

Debitor soluens pupillo cum iudicis authoritate plenissimam consequitur liberationem,ibi.& d.gl.fi.

Debitor soluens pecuniam minori,qui vt minor à iudice ad petendum admissus est,debitor liberatur ipso iure,etiam si minor pecuniam consumpserit, curatores tamen ipsius tenentur ei,si sciuerint eum minorem, ac perseuerauerint in cura,secus si ignorauerint ac cessarint à cura,l.minor,32. de minor.

Debitor soluens ignoranter minori tanquàm maiori ob pronunciationem iudicis de ipsius perfecta ætate liberatur per exceptionem, † gloss. liberari, ibidem.

Debitor pupilli si iubẽte pupillo sine tutoris authoritate pecuniã creditori eius soluerit

Debitor generis si tempore solutionis non reperiat de genere, nisi quod optimũ est, illud de necessitate debet soluere, & non iuxta minimi æstimationem, nisi creditor in recipiendo morosus fuerit. l. si is, qui, 50. §. fi. & ibi add. ma. mand.

Debitor generis soluendo mediocre liberatur, & si mediocre non inueniat, debet soluere optimum, d. §. fi. & ibi gl. Africum.

Debitor generis soluendo vilissimum liberatur, quando in eo genere non reperitur ita vilissimum, quod habere non expediat, secus quando in genere reperiatur ita vilissimum, quod habere non expediat, † gl. 1. & ibi add. in l. fideiussorem, 52. eod.

Debitor hominis in genere soluens partem Stichi creditori inuito non liberatur etiam in parte soluta, & potest eam partem repetere condictione indebiti de rigore, aut de æquitate stabit, & solutio est in pendenti, donec alius detur, vel reliqua pars, l. 2. §. & harum, & ibi gl. repeti, de verb. obli.

Debitor hominis in genere soluens partem Stichi nihilominus potest conueniri in totum, secus tamen est in debitore alternatiuè, quia vtraque est in obligatione, & consequenter suspendetur exercitium actionis respectu partis solutæ, † Doct. r eprob. gl. detur, ibi.

Debitor generis ex promissione si soluat partem contra promissorem, creditori actio competit nihilominus ad totum, sed secus est in heredibus debitoris, quia si vnus soluat partem sibi contingentem, non est in totum liberatus, sed suspenditur obligatio, & non poterit agi contra eum, nisi in casum quando alij essent conuenti, & non soluerent in eadem parte, ibid.

Debitor, qui habet electionem plurium rerum, vt in obligatione alternatiua, & in generis obligatione, licet in sua electione possit variare, declarationem tamen, quæ fit super ambiguo, non potest facere nisi semel, gloss. 3. & ibi add. marg. in l. quicquid adstringendæ, 99. de verborum obligat.

Debitor hominis in genere soluendo statuliberum non liberatur, nisi conditio libertatis eo viuo defecerit, secus si eo mortuo, l. cùm quis sibi, 38. §. qui hominem, de solutio.

Debitor hominis soluens Stichum, cùm libertas ex causa fideicommissi ei præstanda est, non liberatur, l. qui decem, 72. §. qui hominem, eod.

Debitor hominis soluens seruum, qui noxa solutus non est, vel seruum noxæ deditum, non liberatur, ibi.

Debitor hominis soluens seruum vespertilionem, qui non videt in seruo, vel spoliatori latronem, vel in vili arte constitutum, vel sepulcri [illegible], liberatur, cùm habeat creditor seruum, qui & auferri non possit, d. §. qui hominem, & ibi gl. vespertilionem.

Reliqua verbo, Promittens, 11. 12. sup. nu. 19. 22. 23. Fideiussor, 42.

33 DEBITORI nulla actio competit contra tertium interimentem rem debitam, cùm iam liberatus sit interitu speciei alio occidente, glo. fi. in l. arbitrio. §. fi. de dolo.

Debitori competit actio legis Aquiliæ contra creditorém ante diem occidentem speciem sibi debitam, in diem, vel sub conditione, ibi & gl. fin. & ibi add. marg. in l. legis Aquiliæ, 54. ad leg. Aquil.

Debitorem non excusat casus superueniens post litem contestatam in re, qua erat in facultate soluendi, l. liber homo, 37. § fi ad leg. Aquil.

ad Debitorem speciei post moram spectat periculum interitus rei, l. quod te mihi, & ibi g[l]. [illegible] certum [pe]t[at].

Debitor speciei ante moram perempta specie liberatur, l. quod te mihi, si certum petatur. l. si ex legati causa, 23. de verbor. oblig. l. is, qui alienum, 51. de verbor. oblig.

Debitor quantitatis perempta quantitate etiam casu fortuito non liberatur, nisi debitor obtulisset, & creditor recipere recusauit, quia tunc liberatur, glo. 1. in l. quod te mihi, si certum petat.

Debitor hominis, vel alterius rei in genere generalissimo perempta aliqua re non liberatur, nisi esset debitor generis subalterni, & si debeat vnum ex seruis suis, mortuis omnibus illis seruis liberatur, d. gl. 1. & ibi. add. marg. ibid.

Debitor in personalib. actionib. perempta specie post moram non liberatur, etiamsi eodem modo esset peritura penes creditorem, † gl. detrimentum, ibi.

Debitor speciei occidens ipsam speciem debitam non liberatur, etiamsi ignorauerit se debere, secus si species debita periisset morte naturali, debitore ignorante se debere, quia tunc liberatur, d. l. quod te, & ibi glo. [illegible]

Debitor propter difficultatem soluendi speciem non constituitur in mora, & illa perempta liberatur, † glo. in potest te, ibi.

Debitorum nomina si efficiantur deteriora, periculum pertinet ad tutorem, vel curatorem, vel administratorem culpabiliter differentem exigere, l. periculum, 35. & ibi glo. fi. eod.

Debitorum nomina dicuntur effici deteriora culpa, quando debitores efficiuntur non soluendo negligentia eius, qui petere debet, gl. fi. ibi.

Debitor perempta re liberatur etiam quoad æstimationem, nisi teneretur, ex condictione furtiua, vel moram commisit, quia tunc teneretur ad æstimationem, l. eum, qui, 30. §. 1 de iureiur.

Debitor speciei post moram tenetur, licèt eodem modo peritura esset penes creditorem, l. si pecuniam, §. fi. in ad. marg. de condict. causa data.

Debitor alternatiuus specierum si vtramque speciem creditori per errorem soluerit, & vna illarum apud eum perempta sit, nihil repetit, sed res, quæ superest, remanet creditori in solutum, l. is, qui, 32. & ibi, gl. 1. de cond. inde.

34 Debitor alternatiuus quantitatis & speciei, si vtramque soluerit, vna perempta apud creditorem, speciem, quæ superest, rectè potest repetere, glo. 1. ibidem.

Debitor alternatiuus specierum si vnam speciem primò soluerit, deinde aliam, & sic secunda esset indebitè soluta, potest illa repeti, si superest, etiamsi species primo soluta mortua fuerit penes creditorem, gl. superest, ibid.

ad Debitorem post moram pertinet periculum interitus, quam potest purgare, vsque ad litis contestationem, l. si duo, §. fin. cum l. seq. de constit. pecu. l. si ex legati causa, 23. de verb. oblig.

Debitor si post moram obtulit debitũ creditori, qui noluit recipere, neque habuit iustam causam non recipiendi, periculum rei debitæ post moram, ac post oblationem pertinet ad creditorem, d. §. fin. cum l. seq. & ibi glo. exceptione.

Debitor ante moram non tenetur de interitu, d. gl. exceptione.

Debitor perempta re post moram, si pretium eius constituerit se soluturum, tenetur de constituta, l. promissor, 20. eod.

Debitor speciei interitu liberatur, nisi cùm debitor generis esset, creditori facta sit consignatio speciei, glo. decesserit, in l. si noxali, §. denique de peculio.

Debitor speciei, interitu speciei non liberatur, si culpa, vel mora intercessit ant interitum, ibidem.

Debitor si seruum pignori obligatum interfecit, tenetur creditori actione a[d] exhibendum, quia dolo fecit quominus exhibere possit, secus si fuisset mor[tuus] tuus sine culpa debitoris, l. seruum, 27. & ibi gl. tenetur, de pignoribus.

Debitor si seruum pignori obligatum eiuscauit, & sic deteriorem fecit, tenet[ur] creditori actione in factum ad id, quanti interest, si principali actione agi no[n] potest contra debitorem, d. l. seruum, & ibi. glo. iniuria.

Debitor si seruum pignori obligatum deteriorem fecit deuinciendo, vel debilitando ita, vt creditori noceret, tenetur creditori actione in factum ex leg[e] Aquilia, aliàs autem non teneretur Aquilia, sed tantum ad debitum, & ho[c] procedit, si principali actione non potest agi contra debitorem, d. l. seruum & ibi gl. fi.

Debitor speciei post moram perempta specie etiam casu fortuito tenetur de interitu, nisi quando eodem modo esset peritura penes creditorem, si opportuno tempore fuisset tradita, tunc enim non tenetur de interitu casu fortuito †glo. fi. in l. cùm res, 47. de leg. 1. gloss. detrimentum, in l. quod te mihi, si certum petatur, l. cùm filiusfa. 49. de verb. obligat.

Debitor generis re oblata perempta liberatur ope exceptionis, l. huiusmodi, 84. §. si cui homo, de leg. 1.

Debitor speciei perempta specie ipso iure liberatur, nisi esset in mora, gl. si cu[m] ibi. & gl. exceptione, in l. qui decem, 72. de solut.

Debitor quantitatis respectu certæ speciei ante moram perempta specie casu fortuito liberatur, l. quidam testamento, 96. §. si tibi seruus, & l. Titiæ textores, 36. §. fin. de leg. 1. l. in nauem, 31. locati. & glos. per vrinatores, in add. in l. 4. §. 1. ad legem Rhodiam de iactu, l. si certos, 37. de verb. oblig.

Debitor per interitum speciei pluribus insolidum debitæ liberatur ab omnibus, l. filiusfamilias, 114 §. fi. de leg. 1.

Debitor speciei in diem vel sub conditione, si post diem, vel conditionis exitum interpellatus non dedit, illa posteà perempta, tenetur, secus si esset perempta ante diem, vel conditionem, gl. debeas, in l. si ex legati causa, 23. de verbor. obligat.

Debitor speciei in diem, perempta specie ante diem, sine eius culpa, vel dolo liberatur, secus si periit post diem, l. si Stichus, 33. eod.

Debitor ante moram occidens speciem debitam ex stipulatione pura tenetur actione vtili ex stipulatione illa, l. si seruum stipulatus, 91. & ibi gloss. 1. & addit. marg. eod.

Debitor etiam ante moram tenetur de interitu speciei, quando eius occasione & negligentia in non curando, vel non custodiendo speciem debitam ill[a] perempta est, d. l. si seruum, & ibi gloss. in non faciendo.

Debitor re perempta, vel a communi commercio exempta tenetur, si mora vel culpa præcessit ipsius, vel eius, qui ab eo causam habuit, dict. l. si seruum eodem.

Debitor tenetur si eius culpa accidit, quòd species debita sit facta religiosa, vel sacra, vel quòd ab hostibus caperetur, secus si sine eius culpa, & ante moram d. l. si seruum, & ibi gl. acciderit.

Debitor licèt sciens peccans in faciendo, vel negligendo teneatur, idem est etiam si ignorans peccauit faciendo illicitum actum, aliàs non si iuste ignorauit, nisi sit heres, qui obligatur ex causa lucratiua, quia etsi peccet ille etiam ignoranter faciendo licitum actum, nihilominùs tamen tenetur, d. l. si seruum, §. de illo, & ibi add marg.

Debitor speciei perempta specie facto tertij non habentis causam à debitore liberatur, licet debitor ab eo habuerit causam, d. l. si seruum, §. 1.

Debitoris culpa, vel mora quoties interuenit perpetuatur obligatio quantùm ad hoc, vt non liberetur etiam post interitum rei debitæ, ita tamen quòd perpetua remanet obligatio, si priùs erat perpetua; si autem priùs erat temporalis, erit similiter temporalis, d. l. si seruum, §. sequitur, & ibi gloss. perpetuari.

Debitor occidens seruum debitum ex iusta causa, vt quia inuenerat adulterare vxorem, non tenetur creditori, si priùs non fuit in mora, l. qui seruum, 96 eodem.

Debitor si pecuniam deposuerit penes depositarium electum per creditorem, periculum eius pertinet ad creditorem, l. si soluturus, 39. de sol.

Debitor si deposuerit pecuniam penes depositarium electum à se, ita demùm periculum pertinet ad creditorem, si ipse fuit in mora percipiendi, secus si debitor fuit in mora offerendi, vel neuter fuit in mora, vel culpa; quia tunc periculum pertinet ad debitorem, ibid.

Debitor speciei, si species deposuit penes aliquem, si debitor, & creditor non sint in mora, vel culpa, periculum pertinet ad ipsum craditorem, cùm interitu speciei debitor liberetur, ibid.

Debitor generis re perempta post oblationem congruo loco, & tempore factam creditori, liberatur ope exceptionis, l. qui decem debet, 72. & ibi gl. exceptione, de solut.

Debitor speciei, vel generis ex causa dotis re perempta, post oblationem creditori factam congruo loco, & tempore ipso iure liberatur fauore dotis, vt inuitetur ad offerendam dotem, ibid.

Debitor si non offerat debitũ creditori congruo loco, & tempore, vel non offert totam quantitatem, cùm debitum esset liquidum, aut offert rẽ debitam deterioratam sine deteriorationis pretio, creditor his casibus iusta causa accipere recusat, nec constituitur in mora, & ideò offerens periculum non euitat, d. l. qui decem, in add marg.

Debitor, qui debitũ obtulit creditori, etiam si creditor sine iusta causa accipere recusauit, adhuc tenetur, si illud debitum oblatum non perdiderit, gl. 2. ibid.

Debitor, qui interpellatus dare voluit, si offerat posteà, periculo liberatur, d. l. qui decem, §. cum Stichum mihi, eod.

Debitor consignando, & deponendo debitum, quod potest consignari, impedit cur[s]u[m]

Debitor si rem pigneratam faciat deteriorem, creditori succuritur contra eum, licèt contra debitorem ad debitum actionem non habeat, l. seruum, 27.eod.
Debitor rem pigneratam non restituens priori creditori, si ob id sit condemnatus,& soluit ei litis æstimationem, non liberatur pignus à secundo creditore, l.creditor, 12.§.si quoniam, qui potiores.
Debitor non dominus eandem rem diuersis temporibus si pignerauit, prior est potior, sed si à diuersis non dominis pignus accipiatur, possessor est melior, secus contra extraneum, l.si non dominus,& ibi gl.fi.eod.
Debitoris obligantis ius si resoluitur ex causa antecedenti necessaria, resoluitur pignus, secus si ex causa voluntaria, l.3.& 4.quibus mod.pignus tacitè.
Debitor si pro decem rem pignerauit, rem aliquam, ac posteà alia decem accipiat ab eodem, eique pro illis rursus eam rem non oppignerauit, potest pro secundis decem rem oppigneratam detinere, l.si debitor, & ibi add.marg.de precario.
Debitor si egit rei vendicatione ad fundum obligatum & hypothecatum cōtra tertium possidentem, non admonito, nec requisito creditore,& succubuit, creditori non nocet sententia, quin possit agere hypothecaria, quia non videtur in locum victi successisse, cùm pignoris conuentio præcesserit sententiam, secus si sententia pignoris conuentionem præcessisset, l.iudicatæ, 28.§.fi.& ibi gl.fi.de exceptione rei iudicat.
Debitores principales in tacito pignore priùs debent conueniri, quam possessores rei, secus in expresso, hodie tamen idem est in expresso, gl.conueniri, in l. Moschis, 47.de iure fisci.
Debitor si offerat debitum post 30.annos non cogitur creditor accipere, vt cogatur pignus dare, si tamen accepit debitum, cogitur restituere actione pigneratitia, gloss.pigneratum, in l.omnis, 4.C.de præscript.30.vel 40.anno.
Debitori probare dominium pignoris grauius est, quam traditionem pignoris. gl.pro socio, in l.1.§.1.de anna . exceptione.
Debitor si postquàm fuit victus, ac superatus, obligauit pignus alicui, tunc obstat rei iudicatæ exceptio creditori, sicut & debitori, gl.fin, in l.præses.5. C.de pignoribus.
Debitor si postquàm obligauit pignus in eo sit ab alio victus ac superatus creditore ignorante, non fit præiudicium creditori, secus si sciente creditore, quia tunc sibi præiudicat, nisi debitor colluserit, vel nisi succumbat, vt quia non stetit iuri, ibid.
Debitoribus præsentibus ex vrbanitate creditor priùs debet denunciare, vt soluat, quàm persequatur ius pignoris, potest tamen, si velit, l.debitores, 10.C. de pignor.
Debitor creditori si dedit pignus in solutum, incommutabiliter tenet datio, nisi obstet ratio minoris ætatis debitoris, l.cum dominam, 13.C.eod.
Debitoris heres pignus recuperat à secundo creditore, debito soluto vel oblato, l.fi.C.si pignus pignori detur.
Debitor si interueniente creditore de pignore victus appellauit,& in causæ defensione suspectus videtur, poterit creditor adesse in ea causa, & eam defendere, ac si ipse prouocasset, secus si creditore absente fuit victus, quia tunc nullum præiudicium fit ei, l.ab executore, §. 1.de appellat.
Reliqua verbo, Creditor, 14.15.16.& 17.vsque 25.Sententia, 13.14.& suprà nu. 4.5.6.& inf.num.77.78.

44 DEBITOR scienter vendens pignus specialiter alicui obligatum, quod nunquam tradiderat creditori, committit furtum secus si generaliter pignus esset obligatum, & ex iusta ignorantia, gl.non amiserit, in l.1.de distractione pigno.
Debitor pignus datum vendere vel denuò, idest, tertio loco pignori obligare alicui nihil interest, ad hoc vt secundo creditori competat ius offerendi pretium emptori, quod peruenit primo creditori, vel terno obligare cuius pecunia creditori priori peruenit, l.3.& ibi g..fin.eod.
Debitor si sciente creditore seruum obligatum manumisit, valet manumissio fauore libertatis,& patientia præiudicat creditori, gl. durare, in l.sicut, §. non videtur, quib.mod.pignus.
Debitor, fiscus si sciente creditore pignus vendidit, valet venditio fauore fisci, & patientia creditoris præiudicat sibi, ibid.
Debitor si à creditore concessa venditione rei pigneratæ, eam desierit possidere, & nouus possessor vendat, durat pignus, quasi personæ debitoris permiserit creditor, d.l.sicut, §.fi.
Debitor si voluntate creditoris pignus vendidit, & posteà placuit inter eum & emptorem, vt à venditione discederetur, ius pignorum saluum remanet voluntate, quia sicut debitori, ita & creditori ius pristinum restituitur. l. creditori, eod.
Debitor si testamento rogauit creditorem habentem margaritam in pignus, vt eam venderet,& deducto omni debito suo, quod amplius esset, id omne Titio restitueret; Titius debet petere fideicommissum ab herede debitoris, vt is cedat sibi suas actiones aduersùs creditorem in eo, quod pretium pignoris excedit summam debiti, l. si seruus legatus. 108.§.pen.de legat.1.
Debitor vendens pignus specialiter obligatum creditori, committit furtum, secus si generaliter obligatam rem venderet, l.in actione, §.fin.& ibi glo. fin. & & add.marg.de furtis.
Debitor si rem pignori datam vendiderit, quamuis dominus sit, facit furtum, siue eam tradiderit creditori, siue specialiter, & expressè ei obligauerit, l. si is, qui rem, 66. & ibi gl. 1.eo.

45 Debitor si vendidit rem pignori hypothecatam, creditori competit integrum ius eam persequendi actione Seruiana contra emptorem, l.1.C.de precar.
Debitor si vendidit pignus, in electione creditoris est agere contra debitorem actione personali, vel hypothecaria contra emptorem pignoris, nisi debitor offerat, quia offerendo impedit hypothecariam contra emptorem, l. distractis, 14. & auth.hoc ita, C.de pig.
Debitor si vendidit tacitum pignus, creditor tenetur priùs agere actione personali contra debitorem, quàm agat hypothecaria contra emptorem, quod secus est in creditore habente pignora expressa, †gl.1.ib.
Debitor pignus vendens, vel donans, aut legans, vel relinquens fideicommisso non potest facere deteriorem creditoris conditionem, l.debitorem, 15.C. eo.

Debitor principalis,& eius fideiussor hodiè priùs debent excuti, quàm perueniatur ad extraneos pignorum possessores, auth.hoc ita si debitor, C.eod.
Debitor rem, quam alicui obligauit illo sciente, & non contradicente, si mihi vendat creditor, videtur remittere ius pignoris, nisi nouus consensus intercesserit, qui denuò obligationem pignoris constituat, l.4.C.de remissi.pignor.
Debitor, siue scienter, siue ignoranter non potest emere à creditore rem suam pignori datam ei, l.debitor, 40.& ibi gl.1.de pign.acti.
Debitor citra consensum creditoris alienando pignus, ius pignoris non dissoluit, l.pen.C.de remiss.pign.
Debitori non quæritur res empta ex superfluo pretij pignoris à creditore venditi, sed ad residuum tamen habet pigneratitiam actionem.l.fi.C. de distra. pig.
Debitor non potest impedire, quominùs creditor iure possit vendere prædia sibi obligata, l.1.C.debitorem venditionem pignoris.
Debitor, nisi vniuersum debitum offerat, non habet potestatem denunciandi creditori, ne pignora vendat, nec emptori, ne emat,& creditore nolente recipere, debet debitor illud deponere, l.2.C.eod.
Debitor, vel eius heres pignus non iure distractum potest vendicare, nisi sit vsucaptum,& tunc solùm agit contra creditorem ad pretium, l.2. C.si vendito pignore agatur.
Debitor si pignus datum inuito creditore vendat, dominium cum sua causa transtulit in emptorem, l.si debitor, 12.C.de distract.pign.
Debitor potest res mobiles & immobiles etiam specialiter pignori obligatas vendere etiam pendente lite super hypothecaria, ita tamen vt ex pretio earum, vsque ad debiti quantitatem satisfaciat creditori, aliàs creditor poterit res hypothecatas venditas vendicare ab emptore possidente, donec sibi satisfiat pro debito, priùs tamen discussis bonis debitoris mandatoris, & fideiussoris, §. ab hoc,& ibi gl.vendicare, in auth.de litigiosis.col.8.
Debitor alienans rem obligatam causa mutandi iudicij, etiam lite super hypothecaria pendente, tenetur actione in factum, licèt ille titulus habet locum antequàm reus fiat litigiosa, tamen multò magis pòst habet locum, gloss. & quando, ibid.
Debitor eo ipso, quòd noluit pignus, videtur dare licentiam creditori pignus vendendi, §.contra autem, Inst.quib. alien. licet vel non.
Debitor si pignus liberatum vendiderit, ac tradiderit, non potest posteà illud pignori obligare secundo creditori mutuanti, licèt illud pignus pecunia secundi creditoris fuerit liberatum, l.2.ff.de pig. act.
Debitor si ignorans seruum furem pignori dedit,& is furtum fecerit creditori, liberatur eum dando creditori pro noxa, secus si sciens furem eum pignori dedit, quia tunc tenetur creditori pigneratitia in solidum, id est, ad omne damnum, nisi & ipse creditor recipiens sciuisset esse furem, l. si seruus, 31. & ibi gl.2.de pign.act.
Debitor si rem suam pigneratam à creditore emerit, non tenetur creditori actione ex vendito, quia tam in actione reali, quàm personali omnia integra sunt creditori, l.si debitor, 39.& ibi gl.2.de cont.empt.
Debitor offerens se paratum soluere, non impedit alienationem, sed eam iudex iubet rescindi, sed offerens pecuniam, ac consignans impedit alienationem, l. pe.C. de hered.vel actione vend.
Debitor quicunque auditur etiam vendito pignore, gl.fi.in l.2. C. si antiq. cred. pig.
Debitore condemnato non satisfaciente iudicatis, iudex præcipiet pignus teneri, ac distrahi, l.1.si in causa iudicati pignus.
Reliqua verbo, Creditor, 45.vsque 50.Pignus, 19.20.

DEBITORI si reddiderit cautionem creditor videtur inter eos tacitè conuenisse, ne peteret,& debitori prodest exceptio talis conuentionis, l. 2. de pactis.
Debitor si post redditum sibi pignus debitum non soluit, illud posse peti dubium non est, nisi specialiter contrarium esse actum probetur, l.3.eod.
Debitor data sibi cautione liberatur, sed non dato sibi pignore, quia reddita cautio non affert aliam vtilitatem debitori, affert ergo istam scilicet vt liberetur, ne aliàs nihil agatur, sed pignus redditum plerunque vtilitatem affert aliam,& maximè scholaribus, in liberis.† gloss.1.ibid.
Debitori reddita cautio non præsumitur, si apud eum inueniatur illa cautio cancellata, vel non cancellata, ibid.
Debitor cautiùs faciet, si faciat fieri confessionem à creditore de solutione quàm quod sibi reddat creditor cautionem, ibid.
Debitori volenti non soluere sed alia ratione satisfacere fortè expromissorem dando, nihil prodest, ad hoc vt competat sibi pigneratitia, l.quod si non, 10. de pigner.actione.
Debitor potest agere pigneratitia contra creditorem, qui accipiens pignus quasi daturus pecuniam debitori non dedit, l.solutum non videtur, §. 1.eo.tit.
Debitor potest agere pigneratitia, si creditor accepto ferat pecuniam datam debitori, vel si conditio defecerit, ob quam pignus contractum est, aut si pactum de non petenda pecunia factum est, ibid.
Debitor potest agere pigneratitia, si per creditorem stetit, quominùs ei soluatur, vt quia depositam aut consignatam pecuniam noluit recipere, l. aliena, 20.§.1,& ibi gl.fi.eod.
Debitor potest agere pigneratitia post solam oblationem pecuniæ factam in iudicio, sed non post solam oblationem extra iudicium factam.d.gloss.fina.
Contra debitorem agentem pigneratitia potest creditor excipere, se emisse posteà pignus ab ipso debitore, d.l.aliena, §.fi.
Debitor si non restituit creditori pignus, quod conduxit, vel precario, rogauit, 4
contrario iudicio, tenetur ad interesse,& in litem iuratur contra eum,& condemnatus efficitur infamis, cùm de fide eius rupta agatur, ad restitutionem pignoris tenetur interdicto de precario, vel hypothecaria, aut interdicto vnde vi, quia in non restituendo creditori videtur eum vi expellere, l.si, pignore 22. §.si post & ibi gl.tenetur, eodem.
Debitor potest creditorem, qui pecuniam non numerauit, ad restitutionem pignoris conuenire, eodem modo creditor, sibi nondum pignore tradito aduersùs debitorem poterit agere probando se numerasse pecuniam, l.1.& 2.C.si pignoris conuentionem numerat.

causam si ipse debitor edixerit, creditor non tenetur probare illam caussam, quia debitor ipse stare debet suæ confessioni,l.generaliter,C.eod.

Debitor contra confessionem debiti ex antecedenti causa in scriptis factam,poterit probare per apertissima rerum argumenta in scriptis inserta, confessionem debiti fuisse factam in scriptis ex alia causa quàm confessio perhibet. ibidem.

Debitor, qui confessus est sine scriptis debitum ex antecedente causa se debere tantùm,statur suæ confessioni,neque creditor tenetur probare illam causam, † gl. 1.ibid.

Debitor contra confessionem debiti ex antecedenti causa sine scriptis factam poterit probare per testes,sicut contra confessionem factam in scriptis,ibid.

Debitor, qui confessus est in scriptis se debere pecuniam ex antecedenti causa, scilicet venditionis,locationis,vel ex maleficio,non verò ex causa mutui,statur suæ confessioni,neque creditori incumbit causæ probatio,gl.3.ibid.

Debitor,qui confessus est se debere pecuniam ex causa mutui, statur suæ confessioni post biennium, ante biennium tamen potest venire contra eam, opponendo exceptionem,d.gl.3.

Debitor contra confessionem in scriptis factam speciali iure potest venire, & debet probare per apertissima argumenta scriptis inserta, non tamen potest venire probando per testes,† gl. scriptis.ibid.

Debitor contra confessionem ex antecedenti causa factam potest venire, & admittitur etiam vltra biennium,quia statim debitor ex confessione facta occasione alterius causæ,quàm mutui,tenetur,nisi contrà probetur,d.gl.scriptis.

Debitor contra confessionem debiti ex antecedenti caussa in instrumento factam admittitur,nisi in casibus,inquibus contra instrumentum probatio non admittitur,ibidem.

Debitor contra confessionem debiti ex antecedenti causa factam in instrumento admittitur, & potest probare per aliud instrumentum, intellige, quando instrumentum confessionis dicit esse verum,& causam in eo appositam fuisse appositam de partium consensu,sed dicit eam non esse veram, d. gl. scriptis, in additione.

Debitor scribens confitendo se accepisse mutuam pecuniam,obligatur ciuiliter, sed rectè potest opponere exceptionem intra biennium,nisi contrarium probetur,gl.2.religionem,in d. l. generaliter.

Debitor contra confessionem debiti ex causa venditionis factam in scriptis potest probare, quòd non fuit venditio, sed donatio,& quòd placuit eis aliqua de causa,vt comprehenderetur in scriptis vt venditio,gloss. penult.ibid.

Debitor elapso biennio admittitur ad probandum, pecuniam non fuisse numeratam,si vult assumere in se onus probandi,† gl. nullo, in l. in contractibus, C. eod.

Debitores negantes debitum nõ debent terreri armata vi,l.negantes,C.de actio. & oblig.

Debitores negantes debitum absoluendi sunt, si petitor non probauerit suam intentionem,vel per exceptionem fuerit remotus,ibid.

Debitores negantes debitum si fuerint conuicti,debent condemnari, ac aliis iuris remediis ad solutionem sunt compellendi,ibid.

Debitor subscribens vt testis in testamento creditoris,in quo creditor relinquebat alicui fundum debitoris sibi datum in pignus,dicendo eum emisse ab ipso debitore,ei non præiudicat,l. Caius,39.de pigner.actione.

Reliqua verbo,Creditor,93.Confessio, 1. vsque 8.& 14. Confessus, suprà num. 15. Negans,Instrumentum,17.& suprà,num. 47.48.& infrà 56.57.58.

56 DEBITOR, qui habebat exceptionem fauorabilem, scilicet pacti de non petendo, si compellit creditorem, vt liberaret eum per acceptilationem, cessat edictum quod metus causa,quia nihil ei abest, l. item si cùm exceptione, & ibi gl.1.quod metus causa.

Debitor,qui habebat exceptionem odiosam, vt Macedoniani, si compellit creditorem, vt liberaret se per acceptilationem, tenetur actione quod metus causa,& æstimari debet euentus,quia posset esse,quod solueret,d.gl.1.

Debitori, qui habet exceptionem ex edicto quod metus causa, imperfecta re quamuis nihil ei abest,tamen nihilominùs tunc competit ei actio quod metus causa,secus quando aliunde haberet exceptionem,gl.2.ibid.

Debitor putatiuus exceptione doli tutus si ignoranter soluit,potest solutum repetere, l. qui se debere,& ibi gloss. sed,de condictione causa data.

Debitor non videtur,qui exceptione se tueri potest,l.deposui,38.§.1.in additio. marg. de peculio.

Debitor habens exceptionem non est in mora soluendi,gloss.fin. in l.5.de compensat.

Debitor verus absolutus per sententiam remanet debitor naturalis, cui non potest obiici compensatio de illo debito naturali,si iudex eum non debere omninò pronunciauit,secus si iudex non debitum ciuiliter, sed naturaliter tantùm, cùm ex pacto nudo ageretur, sententia declarauit, † gl. fi. & ibi add marg.in l. quæcunque de compensat.

Debitor conuẽtus actione,quæ per exceptionem repellitur,etiam si latitet, non fit venditio in eius bonis,l.Fulcinius,§. si in diem, & ibi gl. venire, ex quibus caus.in possessionem eatur.

Debitor furiosi delegatus à furioso, si existimans eum mentis compotem esse, creditori eius soluat,habet exceptionem doli contra curatorem eius agentem ad id,quod debebatur,secus si soluisset non creditori furiosi,l. si debitor à furioso, & ibi gl.1.de doli mali except.

Debitor petens exceptionem peremptoriam non auditur,cum sit nimis præiudiciale & exorbitans à ratione,gl.1.in l.2.C.de precibus Imperator.

Debitor conuentus ex cautione mutui confessati licèt data hypotheca opponens creditori agenti exceptionem non numeratæ pecuniæ,vel doli, absoluitur, nisi creditor probet numerationem,l.3.C.de non numerata pecu.

57 Debitor conuentus ex cautione,in qua continetur, quòd ipse per stipulationem promittit decem reddere,quæ confitetur se recepisse, quo casu contra creditorem excipiet in factum, gl. 1.ibid.

Debitor quantumcunque renunciet exceptioni non numeratæ pecuniæ, facit sub spe futuræ numerationis,gl.pe.ibid.

Debitori mutuam pecuniam confitenti datur scilicet exceptio, & quod onus probandi sibi non imponitur,cùm ergo renunciat,huic oneri enunciat,& ita suscipiendo in se onus probandi, videlicet numerationem non esse factam, potest debitor non obstante renunciatione opponere exceptionem doli, ibidem.

Debitor renuncians exceptioni non numeratæ pecuniæ,potest etiam post biennium opponere exceptionem doli procedentem ex renunciatione,ibidem.

Debitor confessus mutuam pecuniam accepisse, etiam post biennium, potest opponere exceptionem doli,† ibid.

Debitor opponens exceptionem non numeratæ pecuniæ nihil ponit, sed positum,scilicet numerationem negat,vnde non tenetur probare, sed ipse creditor,ibid.

Debitor, qui fidem cautionis agnoscens etiam solutionem portionis vel vsurarum fecerit, non potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ pro residuo,l.4.C.eod.

Debitori ignoranter soluenti indebitum, competit condictio indebiti ad repetendum,gl. 1.ibid.

Debitor,cui competit exceptio non numeratæ pecuniæ,si intra biennium decessit,residuum tempus, quod superfuerit defuncto,dabitur heredi eius, l. si intra,8.C.eod.

Debitor opponens exceptionem non numeratæ, si intra tempus legibus definitum litem contestatus fuerit, illa exceptio non numeratæ, & heredi,& aduersùs heredem perpetuò competit,ibid.

Debitor,non opposita exceptione non numeratæ pecuniæ,si decesserit post tempus legibus definitum,heredi eius etiam pupillo non datur exceptio,ibid.

Debitor olim exceptione non numeratæ pecuniæ poterat opponere intra quinquennium, hodie verò debet opponere intra biennium tantum gl.1.ibid.

Debitor opponens exceptionem non numeratæ,& debitor opponens exceptionem solutionis,similes quidem sunt, quia vterque negat se debere, sed differunt,quia alter factum negat, alter verò factum asserit, gl.fi.in l asseueratio, 10.C.de non numer.pecu.

Debitor si transactionis causa pecuniam dare stipulatus est, non habet exceptionem non numeratæ pecuniæ,l.si transactionis,11.C.eod.

Debitori confitenti se accipisse rem numero, pondere,& mensura consistentem, sub spe futuræ numerationis, competit exceptio non numeratæ intra biennium,gl.1.in l.in contractibus,14.C.eod.

Debitor elapso biennio, quod sibi competebat ad opponendam exceptionem non numeratæ,tenetur in simplum, nisi abneget scripturam propriam continentem numerationem, gl.3.ibid.

Debitor opponens exceptionem non numeratæ pecuniæ,debet absolui à petitione creditoris,si ipse creditor confessus sit se non numerasse, † gl.nullo modo, ibidem.

Debitor renuncians exceptioni non numeratæ pecuniæ potest opponere exceptionem doli,vel in factum,vel condictionem sine causa,† ibid.

Debitor non poterit exceptioni non numeratæ in eodem instrumento renunciare,secus si in diuersis instrumentis,quia tunc valet renunciatio,& non poterit opponi,d.gl.nullo.in add.marg.

Debitor confessus sub spe futuræ numerationis, siue contractus sit mutui gratuiti,siue vsurarum,etiam opposito iuramento, competit exceptio non numeratæ pecuniæ,l.fi.C.eod.

Debitor, qui confessus est recepisse mutuò decem ab vxore, cum quinque recepisset,in illis quinque habet exceptionem non numeratæ pecuniæ, in aliis quinque poterit obiicere compensationem ad res amotas, gl. 1. in l. neque scriptura,C.de compensat.

Debitor ope exceptionis liberatur, quando eius bona publicantur, gl.1.in fi.in l.1.C.de fideiussor.

Reliqua,verbo, Creditor,94.Exceptio,38.vsque 43. Confessio,2.3.5.6.7. Confessus, 5.& supr.num.52.vsque 55.

DEBITOR vnus si pro muliere dotem promisit,& soluit,datur condictio ob causam ipsi contra maritum non sequutis nuptiis,quam cedendo mulieri liberatur,l. qui se debere,de condictione causa data. 62

Debitor putatiuus si pro muliere dotem promisit, & soluit ignoranter, matrimonio non sequuto,ipsi competit condictio;sed si soluit sciens se non debere, competit mulieri condictio.ibid.

Debitor putatiuus si pro muliere dotem promisit, & soluit ignoranter matrimonio sequuto & soluto,competit repetitio mulieri,& non soluenti, gl. non intercesserunt,ibid.

Debitor verus si dotem promisit pro muliere, & sic proprio nomine suam promissionem soluit, matrimonio non sequuto competit condictio ei,non mulieri,secus si soluisset pro obligatione,qua tenebatur mulieri,quia tunc debitor ipso iure liberatur, & mulieri competit condictio, † gl.manente, & ibi add.marg.ibid.

Debitor verus si dotem promisit pro muliere, & soluit, matrimonio non sequuto,competit condictio mulieri, si ipsa ratum habeat eam solutionem, licèt non suo nomine factam,d.gl manente.

Debitor putatiuus per errorem iussu mulieris sponso eius si promiserit dotem, matrimonio sequuto,exceptione doli mali vti non potest contra maritum ab eo petentem dotem ex titulo oneroso scilicet dotis; contra mulierem autem habet condictionem, vt aut repetat, quod marito indebitè dedit, aut quod liberetur si nondum soluerit, l. si donaturus, §. fin. & ibi glossa, non potest, eodem.

Debitor mulieris si dotem promiserit sub conditione,&pendente conditione,& antequàm posset maritus petere,debitor soluendo esse desiit,periculum pertinet ad mulierem,l. promittendo,41.§.si à debitore,de iure dotium.

Debitor mulieris si tempore, quo pro muliere dotem sub conditione promisit, soluendo non fuit, periculum viri est, quòd sciens tale nomen consequutus videatur,quale in obligatione fuit,ibid.

Debitor mulieris si dotem promiserit,& mulierem heredem reliquerit, perinde habetur ac si ipsa mulier dotem promisisset,ibid.

Debitori marito futuro si quis extraneus accepto tulit debitum causa constituendæ dotis,nuptiis non sequutis,non contingit liberatio debiti, nisi is acce-

possunt

possint ipsi creditores reuocare in fraudem eorum,d.l.ait prætor, §. si impubes,& ibi gloss. impetrata,& glos.sequen.

Debitor,si in fraudem creditorum citiùs soluerit,quàm debuerit,competit creditoribus actio reuocatoria propter commodum repræsentationis pecuniæ, d.l.ait prætor,§. si cùm in diem.

Debitor,si pro debito,quod debebat in diem,dederit pignus, non competit creditoribus reuocatoria actio,gl.etiam,ibid.

66 Debitor , si pro debito puro dedit pignus alicui creditori in fraudem aliorum creditorum,possunt illi illud pignus reuocare,dict.§.si cùm in diem.

Debitor,si in fraudem creditorum constituat vsumfructum in fundo suo,aut remittat vsumfructum sibi debitum , vel alicui in annos singulos , omne illud reuocatur per creditores,d.l.ait prætor,§.per hanc,& ibi gl. vsus fructus.

Debitor,si in fraudem creditorum quædam alienauit, & testamento reliquit libertatem seruis suis , si bona hereditaria caussa libertatum conseruandarum addicta sint alicui promittenti de solido soluendo creditoribus , illi creditores non possunt reuocare alienata per defunctum,cùm solidum consequantur ab eo , cui bona addicta sunt , d. l. ait prætor, §. si ex constitutione, & ibi gl. gesserat.

à Debitore alienata in fraudem creditorum per actionem in factum Paulianam reuocantur cum sua caussa,idest, cum fructibus perceptis à possessore, & percipiendis expensis necessariis deductis, & etiam voluntariis,si voluntate creditorum factæ sint,d. l. ait prætor,§.per hanc.

à Debitore in fraudem creditorum alienata per creditores reuocantur in pristinum statum per in factum actionem Paulianam , d.l. ait prætor,§.partum, & ibi gl. partum.

à Debitore in fraudem creditorum obligatio remissa per creditores in factum actione Pauliana reuocatur in pristinum statum , ac si liberatio vel remissio facta non fuisset,adeò quòd & commodum medij temporis venit , vsuræ autem medij temporis non veniunt , nisi priùs erant debitæ iure stipulationis, vel iure contractus bonæ fidei,d.§.partum.

à Debitore in fraudem creditorum si obligatio conditionalis vel in diem fuerit remissa debitori suo in factum actione Pauliana, reuocatur per creditores in pristinum statum, scilicet cum sua conditione vel die,ibidem.

à Debitore in fraudem creditorum si fuerit remissa obligatio temporalis , putà durans anno,vt quantò minoris,vel sex mensibus,vt redhibitoria , ea obligatio reuocari potest per creditores intra tantum tempus , quantum supererat ei obligationi , & non intra annum,l.si conditionalis,& ibi gl. cuius.

67 Debitor, si ab initio rem hypothecauit, & non tradidit tunc,si nunc eam tradat creditori in pignus , non videtur in fraudem creditorum facere , & ideò per creditores non potest reuocari , secus si ab initio non hypothecasset , d.l. ait prætor,§. si cui,& ibi gl. actione,& l. illud 13,& ibi gl. 1.eodem.

Debitor si dedit dotem in fraudem creditorum pro filia sua marito scienti, creditores possunt agere contra filiam, vt cedat actionem de dote aduersùs maritum,l.hac in factum,14.eod.

Debitores omnes,qui in fraudem creditorum liberantur , reuocantur in pristinam obligationem per in factum Paulianam actionem,l. omnes,17. eod.

Debitor,qui satisfecit priori creditori,& in vnius fraudem alienauit,non censetur alienasse in fraudem secundi creditoris,cuius debitor factus fuit post alienationem, & ideò alienata non reuocantur per istum secundum creditorem, nisi in locum primi successerit, vt quia ex eius pecunia priori sit satisfactum, l. si quis,cùm haberet,15.cum ll. seqq.eodem.

Debitor sciens se habere creditores , & facultates suas non sufficere, si tradidit omnia bona filio animo donandi,vel aliàs alienauit, dicitur alienasse vel donasse in fraudem creditorum,& ideò reuocantur, etiam si donatarius vel acceptor ignorauerit hanc mentem patris donantis, d. l. omnes ,17. §. 1. & ibi gloss. tradidit,& ibi add.marg.eodem.

Debitor multorum creditorum heres institutus,& rogatus restituere alicui post certum tempus,si restituat ante tempus,etiam omissa ratione Falcidiæ , non censetur creditores suos fraudare in eo,l. patrem,19.& l. seq.eod.

Debitor , si in fraudem creditoris de finibus fundi pignori dati pactus sit cum vicino,ità quòd ei de illo fundo aliquid accederet , emens à creditore potest agere hypothecaria,si creditor solam hypothecariam cessit,& solum ius suum vendidit, sed si in casu,quo potuit , fundum ipsum vendidit , & emptorem in possessionem misit emptor reali iudicio,non hypothecaria,aget,l.debitor,21. & ibi gl. pe. & add. marg. eod.

Debitor multorum creditorum,si vni eorum pignus dedit , non reuocatur illud pignus ab aliis creditorib. nisi illud fuerit datum in fraudem aliorum creditorum,l. cùm in vetus,22.eod.

68 Debitot multorum creditorum,si liberauerit fideiussorem suum , quem acceperat à debitore suo,si vterque scit in fraudẽ creditorum liberationem factam, vterque tenebitur actione reuocatoria in factum Pauliana , si verò alter eorum sciuerit,ille,qui sciuit,tenebitur insolidum,alter verò inquantùm factus est locupletior,l. si fraudator,25.& ibi gl.3.& 4.eod.

à Debitore emens fundum in fraudem creditorum,tenetur creditoribus actione in factum Pauliana ad eum fundum,& ad fructus maturos,& etiam immaturos,qui tempore emptionis cohærent fundo , & ad fructus , qui post inchoatum iudicium recepti sunt,sed non ad fructus medio tempore perceptos,l.fi. §. non solùm,& §. fructus,eod.

à Debitore emens ancillam in fraudem creditorum , non tenetur creditoribus actione reuocatoria ad partum dictæ ancillæ editum,quia in bonis debitoris non fuit,ibid.

à Debitore emens ancillam prægnantem in fraudem creditorum,tenetur creditorib. reuocatoria, etiam ad partum eius , secus si post alienationem conceperit,& antequàm ageretur peperit,quia tunc non tenetur ad partum, ibi. & l. ait pretor,§. partum,& ibi gloss. partum,eodem.

Debitor,qui in fraudem creditorum bona alienauit,si ea bona non reperiantur, non potest cedere bonis , sed debet carcerari, d. l. fi. & ibi add. marg.eod.

Debitor , si titulo oneroso aliqua bona alienauit , & emptor sciuit in fraudem, creditores ab eo reuocare possunt ea,si verò titulo lucratiuo,siue sciuerit,siue ignorauerit ille,in quem bona sunt alienata,reuocãtur à creditoribus, l.pe.& ibi gl.fi.C.de reuocandis his, quæ in fraudem.

Debitor si dederit dotem filiæ,ad hoc vt dos reuocetur à creditoribus,tanquàm data in fraudem , exigitur scientia accipientis , scilicet quòd sibi dabatur in fraudem,d.gl.fin.

Debitor,si fraudis consilio liberat debitorem suum ignorantem fraudem,liberatus vt fraudator re ipsa conuenitur intra annum, quatenus facere potest , vel dolo malo fecit,quominùs posset,l.fi.C.eod.

Debitor in fraudem creditorum manumittere seruum suum lege Ælia Sentia prohibetur,in princ.Instit.quibus ex causis manumittere.

Debitor qui soluendo non est , potest in fraudem creditorum in testamento seruum suum cum libertate heredem instituere , & is erit liber, heréśque ei solus , & necessarius , si ei nemo alius ex testamento heres extiterit , §. licet, eodem.

Debitor in fraudem creditorum non potest plures seruos suos heredes instituere cum libertate,sed tamen vnum licet ei instituere, gl.seruum,ibid.

Debitor dicitur in fraudem creditorum seruum suum manumittere , si vel iam eo tempore, quo manumittit, soluendo non est, vel si datis libertatibus desiturus est esse soluendo,§.in fraudem,Instit.eod.

Debitor tunc prohibetur dare libertates seruis suis , quando animo fraudandi creditores vult dare libertates,& re ipsa sit fraus,eò quòd bona eius non sufficiant creditoribus,ibid.

Debitor non prohibetur dare libertates seruis suis, nisi habuerit quoque animum fraudandi creditores , quamuis bona eius creditoribus non sufficiant, ibidem.

Debitor vel alius in fraudem creditorum alienare præsumitur , si omnia bona sua alienat,item si alienat in personam coniunctam , item si post alienationem debitor alienãs reperiatur possidere,item si alienatio sit facta clàm,item si de proximo sequatur delictum,vel fuga alienantis , item si alienatio est facta sub conditione,si contingat bona sua publicari,vel per creditores auferri, gl. in fraudem,in add.ibid.

à Debitore in fraudem creditorum alienatum reuocatur à creditoribus intra annum,si bona eius , quæ remanserunt,ex sententia iudicis à creditorib. possessa non sufficiant,§. item si quis,& ibi gl. possessis,Inst.de actio.

à Debitore in fraudem creditorum alienatum vt reuocetur,oportet,quòd vterque,tam debitor,quàm receptor, participer fraudem , quando titulus non est lucratiuus , quod tamen non procedit in debitore ciuitatis,neque in alienatis in fraudem patroni,gloss. in fraudem,& ibi add.marg.ibid.

à Debitore alienatum in fraudem creditorum titulo lucratiuo, vel vti donationis , vt reuocetur à creditoribus, sufficit fraudem debitoris tantùm interuenisse,fallit in debitore plurium creditorum,à quo vnus ex creditoribus pecuniam sibi debitam abstulit,ibid.

Debitor inter viuos alienando rem etiam incorporalem , siue titulo lucratiuo, siue oneroso , in vno casu præsumitur in fraudem alienasse , scilicet quando omnia bona alienauit , secus si non alienauit omnia , & ita tunc debitor debet fraudem probare,& hæc distinctio seruatur etiam in liberto alienante, d. gloss. in fraudem,& ibi additio.

Debitor quando alienat in vltima voluntate, vt si legatum vel fideicommissum reliquit,aut donauit causa mortis in fraudem creditorum , & tunc inspicitur euentus , licèt fraus non interuenerit , cum legata non debeantur , nisi deducto ære alieno , & idem est per omnia in liberto, qui in fraudem patroni legauit,vel fideicommissum reliquit,vel donauit causa mortis, quia solum inspicitur euentus, d.gloss.in fraudem.

Debitor quando reliquit in vltima volũtate libertates directas in fraudem creditorum,inspicitur consilium,& euentus,sed quando reliquit fideicommissarias,inspicitur tantum euentus,ibid.

Debitor si repudiat hereditatem , vel legatum , vel alio modo & titulo poterat adquirere , sed non vult , imò repudiat etiam in fraudem creditorum , non possunt creditores id reuocare,quia reuocatoria non datur eis,quando debitor non diminuit de suo patrimonio,gloss. rem suam , in add.ibid.

contra Debitorem in fraudem alienantem non datur actio , cùm nudus sit , nisi ita fraudulenter dispersit,vt res apparere non possit, quo casu etiam in carcerem detrudi potest,d.gl.eam rem,ibid.

Debitore in fraudem creditorum alienante potest recipiens habere retentionem , adinstar posterioris creditoris , vt ab eo non reuocetur , si vult soluere quod creditori reuocare volenti debetur. † d. gloss. eam rem,in fi.

Debitor , qui soluendo non est, etiam in fraudem creditorum vnum ex seruis sibi heredem necessarium & liberum relinquere potest,nisi illum seruum specialiter creditorib.obligasset,l. 1. C.de necessariis seru.

Debitor,qui soluendo non est,etiam in fraudem creditorum potest seruum generaliter obligatum creditoribus,sibi heredem necessarium & liberum facere gl.2.ibid.

Debitor,qui soluendo non est, seruum specialiter obligatum , heredem sibi necessarium potest facere,si creditoribus ipse seruus offerat pecuniam,gl.fi.ibi.

Debitor omninò non soluendo vnum tantum ex seruis potest sibi heredem necessarium facere,sed si plures ordine nominet tunc primus erit heres , si verò omnes simul,tunc nullus erit heres,gl. 1.ibid.

Debitor omninò non soluendo potest seruum necessarium heredem sibi facere cum alio ita, Si Stichus mihi heres erit Titius heres esto,ibidem.

Debitor,qui non in persona mentitus est,sed verbis fraudem adhibuit , vt quia dixit se locupletem,aut se in mercem collocaturum quod accepit,aut fideiussores idoneos daturum,vel pecuniam confestim se soluturum,non committit furtum,tenetur tamen de dolo,nisi alia actio aduersùs eum detur,l.falsus , 43. §. si quis,de furtis.

Debitor non soluendo licèt non possit habere, nisi vnum heredem aliquando tamen potest euenire, quòd habeat duos heredes, vt si ita dicat,Instituo seruum Stichum cum libertate, & si Stichus mihi heres erit,tunc Titius quoque heres esto,quo casu etiam Titius, antequàm Stichus ex testamento heres extiterit,heres esse non possit,& semel Stichus factus heres , non potest adiectus efficere,quod desinat esse heres , l. ei qui soluendo ,88. de heredibus instituend.

niana possunt vti,sed inter se melior est conditio possidentis, secus si res pro parte esset obligata,quia tunc tam cōtra extraneos,quàm inter se datur actio singulis ad dimidiam partem possessionis apprehendendã,l.si debitor,10.eod.

Debitor obligans rem vni creditori obligatam alteri, incidit in crimen stellionatus,nisi res sit ampla ita,vt vtrique debito sufficiat, vel prædixerit secundo creditori,quòd eam priùs obligauit pro decem,& vt ei in id,quod excedit,sit obligata,vel in solidum,si à primo creditore fuerit liberata,l.& quæ nondum 15. §. fi. & ibi gloss. periculum,eodem.

Debitor obligans quicquid in bonis habet, habiturusve est, videtur & obligare pignori corpora pecuniæ,quàm idem debitor ab alio mutuam accepit, l. pen. §. final. eodem.

Debitor spe futuræ numerationis, si quasdam res destinauit obligari creditori, aliquæ earum venditæ, antequàm pecunia numeraretur, non sunt creditori obligatæ,quia eo tempore pignoris obligatio contracta videtur,quo pecunia numerata est, & ideò inspici debet, quas res in bonis tempore numeratæ pecuniæ haberet,l.pe.quæ res pignori.

Debitor simul si mihi obligauit quæ habet, & habiturus est,& tibi specialiter fundum,si in eius dominium peruenerit, & mox eius dominium adquisierit, ambo nos concurrimus in pignore,l.idémque,§.fi.qui potiores.

78 Debitor ob debitum ex causa tutelæ si obligauit Seiæ omnia bona sua, quæ habet,& habiturus esset,posteà accipiens mutuam pecuniam à fisco, omnes res suas eidem obligauit,& Seiæ intulit partem debiti,& reliquam summam nouatione facta eidem promisit, obligando similiter eidem omnia bona, tunc Seia debet præferri fisco, tam in reb. quas debitor habebat tempore prioris obligationis,quàm in his,quas post priorum obligationem adquisiuit, donec vniuersum debitum suum consequatur,l. fi. eod.

Debitori rem alienam obliganti si superueniat in re, prodest creditori quantùm ad vtilem hypothecariam,l.si non inducta.5.C.si res aliena pignor.

Debitor si rem alienam obligauerit,valet obligatio, quando sibi debita sit, vel habuit ius in re,gl.fi.ibid.

Debitor si rem alienam obligauit dicens, cùm mea erit, posteà facta sua, valet obligatio,sed si simpliciter obligauit,& creditor sciuit,tunc non datur creditori actio,sed retentio sic,si verò creditor ignorauit,etiã vtilis datur ei actio, posteà effecta debitoris,ibid.

Debitor habens omnia bona obligata alicui ob pecuniam sibi debitam creditore ignorante,vel initio si posteà obliget fisco, nihil præiudicat primo creditori in bonis anteà quæsitis,in bonis tamen posteà quæsitis præiudicat,& præfertur fiscus,l.3.& ibi gl. 1. C.de remissione pignor.

Debitor dissimulando rem aliquam plurib. successiuè obligans tenetur crimine stellionatus,cuius pœnam euitat,si creditorib. debitum offerat, l. 1. C. de crim.stellion.

Debitor scienter rem alienam obligans,vt propriam,tenetur crimine stellionatus,l.2 C.eod.

Debitor committit crimen stellionatus,si rem obligatam priori creditori obliget secundo ignoranti,vel qui animo decipiendi creditorem cum alio fingit anteriorem obligationem,l.fi.C.eod.

*Reliqua verbo,Obligans,Pignus,Creditor,5.Stellionatus,& suprà num.*40.41.*Alienum,*34. *Obligatio,*22.

79 DEBITORES duo,qui decem debebant, si viginti pariter soluerint, cuilibet pro rata,idest,pro quinis competit condictio indebiti,l.si pœnæ, 19. §. fin.de condict.indebiti.

Debitores duo cùm decem deberent, si viginti soluerint non simul, si appareat quis soluerit posteriùs,ipsi competit condictio ad omnia decem,tanquàm indebitè soluta,gl.fi.ibid.

Debitor, & eius fideiussor si pariter soluerint 20. cùm tantùm decem deberentur,cuilibet eorum pro rata,idest,pro quina,competit condictio indebiti,etiã hodiè stante dispositione authenticæ,presente, neque solus fideiussor potest repetere. † Doct. reprob.gl.1.in l. si reus,20 de condictione indeb.

Debitores duo non pecuniæ,sed specierum alternatiue constituti, veluti Stichi, aut Pamphili,si pariter Stichum aut Pamphilum dederint,non competit cuilibet eorum condictio indebiti pro rata,sed electio est creditoris, cui eorum velit soluere,vt alterius repetitio impediatur,l.planè,21.eod.

Debitor pendente iudicio si soluit,non potest solutum repetere,l. Iulianus, 60. & ibi gl. 1.eod.

Debitor putans se debere si soluerit certo loco indebitùm, potest illud quocunque loco repetere,etiam vbi soluit. † l. qui loco,27. & ibi gloss. 1. eodem.

Debitor si procuratori creditoris plus debito soluerit, habet condictionem indebiti contra procuratorem,non contra dominum, nisi dominus ratum habuerit,vel nominatim id mandauerit,quo casu procuratore frustrà conuento, non liberatur dominus,l. cùm indebitum,57.§.fi.& ibi gl. pe.eod.

Debitor,quando debitum purum sub conditione nouandi animo promisit, si interim soluat,non repetit solutum, secus quando purè debitum ab vno promittitur,ab alio sub conditione facta animo nouandi,tunc si primus hoc medio tempore soluat,repetit,† l. Iulianus, vers. vbi autem, & ibi gloss. putant, eodem.

Reliqua verbo,Condictio,3.4.5. Indebitum,per tot.Debitum,6.

80 DEBITOR, hereditatis ignorans hereditatem venditam, si transegit cum herede vendente,habet exceptionem transactionis contra emptorem hereditatis, vel fideicommissarium vniuersalem petentes debitam ab eo, l. final. de transactio.

Debitor hereditatis sciens mediante denunciatione emptoris, vel fideicommissarij,vel alio modo sciens venditam,si transegit cum herede vendente, transactio est ipso iure nulla,gl. 1.ibid.

Debitor hereditatis ignorans si transegit cum herede vendente hereditatem,valet transactio, & liberatur à debito, sed contra venditorem hereditatis competit actio emptori,vel fideicommissario ad interesse,gl.fi.ibid.

Debitor hereditarius dicitur quasi iuris possessor,ideò tenetur petitione hereditatis,l. 13. §. fi. de petitione heredit.

Debitor hereditarius siue ex delicto,siue ex contractu, quasi iuris possessor tenetur petitione hæreditatis,l. sed vtrum,14.eod.

Debitor hereditarius dicitur, qui seruo hereditario promisit, vel ante aditam hereditatem dedit damnum,vel surripuit rem hereditariam,secus si post aditam,quia tunc cum herede contraxisse videtur,d.l. sed vtrum, cum l. seqq. & ibi gloss.fin.

Debitor hereditarius in diem, vel sub conditione petitione hereditatis licèt possit conueniri,tamen condemnari non debet, antequàm dies venerit,iudicis autem officio tenetur cauere de restituendo debito,cùm dies venerit, vel conditio extiterit,l quòd si in diem,16.eod.

Debitor hereditarius si ideò noluit soluere vno heredi, quòd se dicat heredem, tenetur petitione hereditatis,l.si debitor,42.eod.

Debitor hereditarius si ideò nolit soluere,quòd neget,vel dubitet, an hereditas 8
pertineat ad eum,qui petit hereditatẽ,non tenetur hereditatis petitione,ibid.

Debitor hereditarius si constituit possessori hereditatis se soluturum debitum hereditarium,hereditate euicta ab eo non datur actio de constituta possessori,cui constitutum fuit,sed ei,qui euicit hereditatem, deuenitur per cessionẽ, l.si,post constitutam,22.& ibi gl. 1.de constitut.pecun.

Debitor hereditarius si constituit fideicommissario se soluturum debitum hereditarium, fideicommissario restituta hereditate non datur actio de constituta,sed ei,cui restituta est hereditas per cessionem, deuenitur, d. l. si, post constitutam,22. & ibi gloss. 1.de constit.pecun.

Debitor hereditarius,si dum deliberabat heres,substituto per errorem soluat pecuniam,causa condictionis indebiti competens soluenti euanescit, si ad substitutum ea hereditas deuoluta sit,antequàm repeteret, & ita liberatur, l. pupilli debitor,96.§.fin.de solutio.

Debitor hereditarius dicitur quis,eo ipso quòd heres est,tum etiam dicitur ille, qui debet hereditati,gl.1.in l. 4.C.de hereditar. actio.

Debitor hereditarius impropriè possidet, gloss. possidet, in l. assiduis,C.qui potiores in pignore.

Debitores hereditarij vni vtique heredum proportione hereditaria obligati sunt,l.1.C.de exceptio.

*Reliqua verbo,Creditor,*101.102.103. *Debitum,*3.4.*Heres,*98.*&* 99.

DEBITOR fisci si donauit res suas in fraudem fisci, vel alio modo alienauit, vel 8
actiones suas amisit cursu temporis,non intentando eas,fiscus omnia hæc reuocat,l.in fraudem,45.de iure fisci.

à Debitore fisci datæ libertates in fraudem fisci reuocantur, d.l.in fraudem, §. à debitore.

Debitor fisci potest emere seruum, vt eum manumittat,& manumissio illa valet,ibid.

Debitor fisci conuentus potest petere dilationẽ ad inueniendam pecuniam, etsi est debitor modicæ summę vsque ad duos mẽses,sed si sit debitor magnæ summæ vsque ad tres menses, potest dari dilatio à iudice causæ,neque maior dilatio debet concedi,nisi à principe,d.l.in fraudem,§.fiscalibus.

Debitoris principalis bona si à fisco sint occupata, liberantur eius fideiussores, nisi ea bona non sint sufficientia ad debitum,quo casu in residuum erunt obligati,d. l.in fraudem.§.si principalis.

Debitoris principalis bona occupata à fisco si vendiderit ipse fiscus, quod habuit vltra,quàm sit debitum, tenetur restituere debitori,d.§.si principalis.

à Debitore fisci suscipiens aliquid scienter in fraudem fisci, non solum rem, in qua fraudem commisit,sed & aliud tantundem restituere cogitur,l. aufertur, 46.§.1.eod.

Debitor fisci conuentus à fisco potest opponere compensationem de eo quod fiscus ei debet,si probet, debitum hoc intra duos menses, fallit in debito ex causa tributoria: stipendiorum, vel in pretio debito ex re à fisco empta, aut in eo,quod ex causa annonaria debetur,d.l.aufertur,§.vt debitoribus.

Debitor fisci si reliquit hæredes, illi sunt priùs conueniendi à fisco, quàm hi, quid ab heredib.bona aliqua emunt & si heredes non sufficiunt,tunc peruenitur ad emptores.l.Moschis,47.eod.

Debitoris fisci bona sunt tacitè fisco obligata, sed non sunt tacitè obligata ciuitati bona sui debitoris,nisi princeps hoc concederet ciuitati,l.simile,10.& ibi gl. 1.ad Municipal.

Debitorum rerumpublicarum, qui ex administratione reipubl. ex reliquis fiunt 8
debitores,non possunt eligi ad honores,nisi priùs in id,quod debetur reipubl. satisfecerint pignoribus, aut fideiussoribus idoneis, l.rescripto, §.debitores, de muneribus.

Debitores reipubl. qui non ex administratione reipublic. sed ex eo, quòd mutuam pecuniam acceperunt à republ. sunt debitores, rectè possunt ad honores eligi,ibid.

Debitores rerumpublicarum ex pollicitatione, quæ recusari non potuit, non admittuntur ad honores reipubl. ibid.

Debitor reipubl. ex causa frumentaria debet soluere citò, & per præsidem prouinciæ debet cogi ad soluendum, l.2.§.frumentariæ, de administr. rerum ad ciuitatem.

Debitor reipubl. potest compensationem ei obiicere, nisi sit debitor ex Calendario,vel ex vectigalib. vel pecuniæ,vel ex oleo,vel frumento publico,l.3.C. de compensat.

Debitor reipubl. non potest compensare, si sit debitor reipubl.ex causa tributorum,quæ pro prædiis, vel capitibus præstantur, d.l.3.& ibi gl. tributorum.

Debitor reipub. ex causa alimentorum statutorum alicui seruienti reip.non poterit compensare, d.l.3.

Debitor,cuiuslibet reipu. ex causa fideicommissi, vel legati relicti eidem reipu. non potest opponere compensationem,ibid.

Debitor, si debitum, quod debebat reipub. propter solemnes, & publicas pensitationes compensauerat cum eo,quod dispẽsator sibi debebat, tanquàm priuata persona,redditis his reipub. quæ venerant in compensationem, non indebiti soluti repetitio,sed antè debiti competit exactio,l. pen.C.eod.

Debitor debens decem reipub. nomine publico,si compensauerat cum debitore reipub. qui nomine suo debebat sibi alia decem,tandem dispensatore mortuo cùm non tenuisset compensatio, coactus est soluere sequenti administratori, aget ille ad suum debitum,sed si compensatio tenuisset,quod posteà soluit,vt indebitum,poterit repetere,gl.1.ibid.

Debitor

delegatus eſt,non poteſt contra eum opponere exceptionem,quòd indebitum promiſerit,poteſt tamen agere contra delegantem certi condictione, eò quòd ſoluit indebitum creditori delegantis, l.ſi non debitorem, 13.eod.

Debitoris delegatio inter delegantem,& delegatum non requirit litis conteſtationem,vel ſtipulationem,ſed ſolùm ſufficit voluntas delegantis, quæ poteſt declarari per epiſtolam,& etiam nutu,l.delegare,17.eod.

Debitorem delegans ſicut poteſt exceptione ſe tueri, ita & delegatus ex eius perſona,gl.fi.in additione marg.in d.l.ſi non debitorem,eod.

Reliqua verbo,Creditor.59.Nouatio,Delegatio,2.

91 DEBITOR, quando creditori legat id,quod debet, nullum eſt legatum, l.cùm pater,29.de iure dotium.

Debitor legans potiùs animo ſoluendi, quàm donandi, legare intelligitur, ne præſtatione duplici heredem velit onerare,gl. tantum,in l. ſi cùm dotem,22. §. ſi pater,ſolut.matri.

Debitor obligatus tantùm honoraria actione, vel in diem, vel ſub conditione, vel ſub modo ſi legat debitum creditori ſimpliciter, valet legatum propter commodum,quod affert,aliàs ſecus,l. ſi creditori,28.de lega.1.

Debitor tutus exceptione ſi legauerit debitum creditori,valet legatum,quia exceptionem remittere videtur,d. l. ſi creditori,28.eod.

Debitor obligatus ex ſtipulatione, & ſic actione ſtricti iuris,ſi legauerit debitũ creditori,ita demùm valet legatum, ſi debitum ex ſtipulatione deberetur ſub conditione,& legaretur purè,ſecus ſi ex ſtipulatione deberetur puré,d.l.ſi creditori,& ibi gl. pen.

Debitor obligatus tantùm honoraria,ideſt,prætoria actione,ſed non ciuili,ſi legauerit debitum creditori,valet legatum, quia affert creditori commodum, quod indebitum iure ciuili debeatur,nunc erit iure ciuili ex legato,quo iure legata conſiſtunt,† d. l. ſi creditori,& ibi gl.2.

à Debitore creditori legatum ſi fuerit in caſib. in quib. valet, detrahitur Falcidia ſolùm de commodo repræſentationis, ſed non in plus, nec vltra commodum,quod creditor ſentit,gl. fi. ibid.

Debitor partis fundi ſi creditori ſub eadem conditione, quia debebat. legauerit,intelligitur legare aliam partem,non illam,quam debebat,l.Mæuius, *66.* de legat. 2.

Debitor ſi rem debitam legat creditori ſub eadem conditione,qua debebat,nullum legatum eſt,niſi ſit plus in ſpecie legati,quod quinque modis poteſt eſſe, d. l. Mæuius,& ibi gl. plus.

Debitor ſi legauerit creditori decem quæ ſub pignore poſt annum debebat ei, non ſolùm commodum medij temporis, ſed etiam tota decem poſt mortem teſtatoris peti poſſunt,nec tollitur petitio illius legati, eò quòd interim lite pendente annus ſuperuenerit,quia ſufficit,quòd vtiliter dies legati ceſſerit, l. debitor,82.eod.

Debitor ſi legauerit purè creditori decem, quæ poſt annum ei debebat, valet legatum, ſi debitor deceſſit intra annum, ſed ſi viuo eo, annus ſuperueniat, legatum eſt inutile,id eſt,ſine commodo,& vtilitate pecuniaria, valet tamen quoad hoc,vt poſſit peti actione ex teſtamento,d. l. debitor,& ibi gl.inutile.

92 Debitor legans creditori rem pignori obligatam, in dubio non videtur legare animo compenſandi,l.creditorem,85.eod.

Debitor poteſt legare purè id,quod in diem vel ſub conditione debet, & poteſt eum grauare onere fideicommiſſi eatenus, quatenus eſt emolumentum, l. ſi deportati,7. §. fi. & ibi gl. fi. de leg. 3.

à Debitore creditori debitum legatum valet quandoque, etiam ſi non ſit in eo commodum pecuniarium, vt quia tenebatur iure prætorio tantùm, non tamen poteſt fideicommiſſi onere grauari,d.gl.fin.

Debitori poteſt legari res ſua,quam debet alteri actione perſonali, l. 1.de liberatione legat.

Debitori poteſt legari res ſua pignori obligata, quo caſu habebit is actionem contra heredem, vt priùs pignus recipiat, quàm debitam pecuniã ſoluat,ib.

Debitor,cui res pignori obligata legata fuit à creditore,non liberatur à debito, niſi de teſtatoris voluntate conſtet,quo caſu liberatur,ac ſi liberaretur debiti ſolutione,d.l.1.& ibi gl.1.

Debitori poteſt legari liberatio debiti,l.3.eod.

Debitor,cui liberatio debiti legata fuit,poteſt vti exceptione,ſi ab eo petatur debitum,ſed ſi non petatur,poteſt agere nihilominùs,vt liberetur per acceptilationem,d.l.3.§. nunc de effectu,eod.

Debitori ſoli vni putà ex duobus reis promittendi ſi legata ſit liberatio, poteſt is debitor agendo conſequi,vt liberetur pacto, ſed non vt liberetur per acceptilationem,nec etiam vt correus liberetur contra teſtatoris voluntatem,niſi ambo correi eſſent ſocij,quo caſu liberaretur per acceptilationem,ibid.

Debitor,cui liberatio legata eſt,debet liberari per acceptilationem, vt ſic fideiuſſori proficiat,niſi ſit talis,quia contra reum non haberet regreſſum,vt qui a donationis cauſa interceſſit, vel quia mutuata pecunia peruenit ad fideiuſſorem,quem dedit debitor reum vice ſua,ac ipſe fideiuſſor, quia tunc pacto debet liberari,l.ſi quis reum,eod.

Debitoris fideiuſſori legata liberatione ipſe fideiuſſor debet liberari pacto, nec reo prodeſt talis liberatio, niſi ſit talis reus,qui à fideiuſſore repetere poteſt, vt quia veritate inſpecta, ipſe fideiuſſor erat reus, ſed erat fideiuſſor nomine tantùm,vel erat in eam rem ſocius reus, quo caſu acceptilatione liberari debet,& talis liberatio prodeſt reo,d. l. ſi quis reum, & ibi gloſſ.reus, & l. ſeqq. eodem.

93 Debitor alternatiuus,cui liberatio legata fuit ab vna ex rebus alternatiuè debitis,per acceptilationem liberatur etiam ab altera,niſi teſtator contrarium expreſſerit,l. non ſolùm,§.1.eod.

Debitori non ſolùm totum, quod debet, ſed etiam eius pars, vel obligationis pars,poteſt remitti,d.l.non ſolùm eod.

Debitor,cui liberatio in 20.legata fuit,liberari debet in decem,quæ tantùm debebat,d.l.non ſolùm,§.1.eod.

Debitor ſi vnum ex duobus heredibus inſtitutis damnauerit, vt ſolueret creditori ſuo,valet legatum reſpectu coheredis,qui damnatus non fuit, qui poteſt agere contra damnatũ ex teſtamento,vt creditori ſoluat debitum, ſed reſpectu creditoris nõ valet legatũ,quia id,quod debebat.legauit,d.§.1.& ibi g.eũ.

Debitori etiam alterius poteſt teſtator liberationem relinquere, ſiue legand creditori debitum, ſiue legando ipſi debitori id, quod debet, & ſemper age talis debitor contra heredem actione ex teſtamento, vt liberetur,d.l.non ſo lùm,& ibi gl.alterius, de lib.leg.

Debitor poteſt legare fideiuſſori liberationem fideiuſſionis, & valet legatun propter intereſſe dicti fideiuſſoris, quia magis intereſt eius agere contra he redem debitoris actione ex teſtamento ad non ſoluendum, quàm poſt ſolu tum agere mandati ex priſtina obligatione, l.ſi debitor,11.eod.

Debitoris legatum factum creditori eſt inutile,ſi nihil interſit creditoris,potiù agere ex teſtamẽto,quàm ex priſtina obligatione,ſecus ſi aliquid interſit, ibi

Debitor, qui ſe exceptione perpetua tueri poterat,ſi legauerit creditori id,quo debebat,valet legatum,quia intelligendum eſt, debitorem voluiſſe creditor remittere exceptionem,l.ſi creditor, 13.eod.

Debitor in diem, vel ſub conditione poteſt debitum legare creditori, & vale legatum,l.idem eſt,14.eod.

Debitor, cui liberatio his verbis legata eſt, quod mihi Titius debet, peti nolo non ſolùm habet exceptionem, ſi petat heres ab eo, ſed etiam actionem e teſtamento,vt liberetur, l.quod mihi,22.eod.

Debitor, cui liberatio ad tempus relicta eſt, poteſt petere, vt interim hered creditoris ſilentium imponatur, l.Aurelius,28.§.centum,eod.

Debitor ſi legauerit debitum creditori, non valet legatum, dict. l. Aurelius,§ fin. eodem.

Debitori ſi liberatio relinquitur in ratione legis Falcidiæ, pro locupletiore habetur,aliàs inſpicitur an ſit ſoluendo,l.Neſennius,22.§.fi. ad legem Falcid.

Debitori ſi legetur id, quod ſub conditione debebat,purũ legatum eſt, & ſtatim poteſt agi, vt liberetur per acceptilationem, & etiam competit exceptio, ſi conuentatur ab herede exiſtente conditione, l. cùm ſine præfinitione, 19. §. pen.& ibi gl.agique, quando dies legat.cedat.

Debitor, cui legata fuit liberatio, rogatus à creditore vt ancillam ſuam pignori datam manumitteret,ſi agnouit legatum, cogitur manumittere, l.ſi debitor, 45. de fideicom. libert.

Debitor ex legato liberationis debiti ſibi facto per creditorem poteſt ſe tueri exceptione contra heredem creditoris agentem ad debitum, l. ſi creditoris, 17.C.de fideicom.

Debitori non paratur exceptio ex legato liberationis ſibi relicto in minùs ſolemni voluntate, ibi.

Debitor,cui relicta eſt liberatio à creditore in teſtamẽto ſolemni,poteſt cogere heredem eius,vt liberet eum per acceptilationem, d.l.ſi creditoris,& ibi gl 2.

Debitor ſi legauerit creditori rem ſibi obligatam,valet legatum,& nihilominùs poterit petere debitum, niſi voluntas teſtatoris oſtendatur volentis compenſare,ſed hoc non procedit in eo, qui tenetur ex diſpoſitione legis, vt in patre, qui tenetur dotare filiã,gl. pignori,& ibi add.in §.ſi rẽ ſuam,Inſtit.de leg.

Reliqua verbo, Creditor,66.67. Debitum, 11. Legatum, 44.49. Legans, 11. Heres, 114.115. Legari, 3.

DEBITOR quando ſuccedit creditori, tale debitum extinguitur confuſione, ne idem inueniatur debitor & creditor, l.frater à fratre,de condict. indeb.

Debitor ſi creditori ſuo heres extiterit, & poſteà hereditatem vendat, tenetur emptori ex empto ad illud debitum,quod debebat defuncto, l.ſi hereditatem, de hered. vel actio.vend.

Debitor quando creditori ſuo heres extitit,iuris fictione actio quædam proponitur inter heredem, & hereditatem, & intelligitur maior hereditas ad debitum peruenire,quaſi ſoluta pecunia,quæ debebatur hereditati,& per hoc minùs in bonis heredis eſt, l.ſi ei,cui, 41.§.ſi is, qui,de euictio.

Debitor quando creditori ſuccedit, iuris fictione pro eodem habetur, ac ſi per iudicem hereditati fieret ſolutio ab herede,gl.proponitur,ibid.

Debitori quando ſuccedit creditor, minus in hereditate habere videtur tanquã ipſa hereditatis heredi ſoluerit,d.§.ſi is,qui.

Debitor creditori quando heres extitit,liberatur confuſione,& in ratione legis Falcidiæ illud debitum computatur in hereditate, propter quod locupletiorem hereditatem videtur percipere,l.1. §. ſi debitor,ad legem Falcid.

Debitor quando fideiuſſori ſuo ſuccedit,extinguitur obligatio fideiuſſoria,ſi ad incommodum creditoris non cedit,aliàs ſecus,l. 3. de ſeparatio.

Debitor quando fideiuſſori ſuo ſuccedit, extinguitur obligatio acceſſoria, ſi principalis eſt vtilis, ſecus ſi inutilis, l. heres, 21. §. quòd ſi hic ſeruus de fideiuſſor.

Debitor ſi ſuccedat creditori,liberantur fideiuſſores,quia pro eodem apud eundem debere non poſſunt,l. qui hominem,34. §. quidam,de ſolutio.

Debitor filiusfamilias, ſi ſuccedat creditori ſuo, eius fideiuſſores liberantur, licet hereditas penes eum non remaneat, ſed adquiratur patri, in cuius eſt poteſtate,d. §.quidam,& ibi gl. liberati,eod.tit.

Debitor creditori, vel econtrà ſi ſuccedat,tũc extinguitur, & confunditur actio etiam contra fideiuſſores,gl.3.in l. debitori,7.C.de pact.& l.3. & ibi gl. fi. C. de fideicom.

Debitor ſi in parte debiti heredem inſtituat creditorem, creditor ſuccedens in illa pro aliis partibus debiti poterit agere contra coheredes,l. ſi ab eo,qui,C. de neg. geſtis.

Debitori ſi ſuccedat creditor in parte,confunditur in totũ obligatio,ſi defunctus in illa parte inſtituat heredem gratia compẽſandi totum debitum,gl. fi.ibid.

Reliqua verbo,Creditor,68.vſque 71.Heres,65.Succedens,Succeſſio.

DEBITOR cuius nomen eſt obligatum,poteſt ſoluere primo creditori,& ſoluendo liberatur à prima obligatione, niſi ne ſolueret fuerit ei denunciatum ita,quòd reddatur certus de obligatione nominis ſui,oſtendendo ſibi inſtrumẽtum,vel alia,† gl. ſolutorum,& ibi add.mar.in l. grege,13.§.1. de pig.

Debitoris ſui nomen ſi quis obligauerit alicui,iſte ſecundus creditor habet vtilem hypothecariam pro exigendo eo nomine, ſicut & haberet in pignore ſibi obligato,d.gl.ſolutorum.

Debitor,cuius nomen eſt obligatum,ſi ſoluerit ſecundo creditori, qui compenſabit cũ ſibi debito, ſi ſolutio fuit in pecunia, ſed ſi fuit in corpore,vel re,illa res,vel corpus retinebitur loco pignoris, illius tamen rei proprietas eſt debitoris,qui nomen obligauit,d.§.1. & ibi gloſſ. futurum.

ex persona heredis, gl.fi.in l.si reus, de duobus reis.

5 Debitum ex causa iudicati grauius, & durius est propter maiores vsuras, quàm ex non iudicati. gl. iudicati, in l. si quid, 7. de solut.

Debitum etiamsi tertius soluat, liberatur pignus tam conuentionale, quàm prætorium, & debitori acquiritur pigneratitia, l. si pro me, 40. eod.

Debitum in seruitute contractum minuit peculium, secus si est contractum in libertate, l. dispensatorem, 62. eod.

Debiti appellatio simpliciter facta refertur ad debitum, quod exigi potest, l. si is, cui numos, 94. §. fi. eo.

Debitum si sit solutum ei, ad quem non pertinet, non repetitur, si posteà cœpit ad illum pertinere, antequàm repeteretur, l. pupilli debitor, 96. §. fin. eodem.

in Debitum cedit id, quod in causam indebitam solutum est, l. creditor, 102. §. fi. eodem.

Debito plus promittens per errorem iuris, vel facti potest liberationem condicere in eo, quod plus debito facta est promissio nisi sit facta causa trãsactionis, l. si non transactionis, & ibi gl. 1. C. de iuris, & facti ignor.

Debitum licèt non sit sublatum ipso iure per pactum de non petendo, si tamen debitor soluerit per ignorantiam iuris, vel facti, solutum potest repetere, l. creditor, & ibi gl. pen. C. de pactis.

Debitum hereditarium diuiditur ipso iure inter heredes debitoris pro portione hereditaria, l. pacto successorum, 26. & ibi gl. 1. C. eod.

Debitum vnius fratris non onerat alios fratres coheredes, nisi de peculio suo tantùm debet fieri solutio, inquantùm est debitum illud, l. certum est, C. fam. ercißcund.

Debitum ex vna causa potest in alia causa, scilicet mutui facta nouatione per stipulationem transferri, non simplici confessione, nec nudo pacto, l. si ex pretio, C. si certum petatur.

Debitum ex vna causa si ex causa mutui per stipulationem sit translatum, possunt etiam stipulari vsuræ, licèt probetur debitũ illud falsò esse ex causa mutui, ibid.

Debitum ex causa venditionis, si confiteatur quis se debere ex causa mutui, & ex illa per stipulationem promiserit, & vsuras, & animo nouandi priorem obligationem, tenebitur, gl. 2. ibid.

4 Debitum hereditarium si soluat quis, vt successor, qui nec ciuili, nec honorario iure succedit, repetere potest, tanquàm indebitem solutum, l. si à patre, & ibi gl. 2. de condic. indeb.

Debita ante tempus exigi non possunt obstante exceptione, l. 1. & ibi glo. 1. C. de condic. ex lege.

Debita soluere ante tempus possunt cogi emptores gabellarum pro necessitate reip. remisso eis interusurio medij temporis, gl. fi. in add. ibid,

Debitum rei indiuiduæ non extinguitur in totum creditore debitori in parte succedente, sed æstimabitur illa res indiuidua, & pro parte pretij coherede. tenebuntur, gl. pe. in l. 1. C. de hered. vel act.

Debiti hereditarij exactio differri non debet prætextu ætatis pupilli debitoris in tempus pubertatis, sed tutor ipsius debet satisfacere debitum illud absque dilatione, l. 4. C. eod.

Debitum non existentibus instrumentis, vel casu peremptis probare debet creditor, l. sicut iniquum, 5. C. de fide instrum.

Debiti oblatione in iudicio, depositione, aut cõsignatione liberatio pignoris fit l. nec creditores, 9. & ibi gloss. 2. de pigneratitia actione.

Debitum ex causa iudicati solutum repeti non potest, neque compensatio eius admitti potest, l. 2. C. de compens.

Debitum quando dicatur requirere maiorem indaginem, vel examinationem relinquitur arbitrio iudicis, prǽterquàm in fisco, in quo dicitur quando intra duos menses probari non potest, † gloss. 4. in l. fi. C. de compensat.

Debitum, vel ius conditionale, & sic in futurum debitum de per se solùm, non potest de præsenti peti, si verò ius, vel debitum conditionale est adiunctum debito de præsenti, tunc sicut debitum de præsenti potest statim peti pro futuro tempore, gl. fi. in add. marg. in l. 1. C. de fideicomm.

5 Debiti agnitio, vel solutio facta per vnum ex heredibus non præiudicat coheredibus negantibus, nisi debitum fuerit probatum, l. 1. C. res inter alios acta.

Debiti agnitio facta per vnum ex reis debendi nocet aliis, l. fina. C. de duob. reis.

Debiti totius obsignatio loco congruo facta à debitore ipso iure liberat debitorem, † gl. 2. in l. obsignatione, C. de solutio.

pro Debito publico non debet quis in carceribus ad pœnam hominum noxiorum factis poni, neque nouitates aliquas, vel insolentiam aliquam pari in persona, l. 2. C. de exacto. lib. 10.

pro Debito publico potest quis capi, & detineri in carceribus ad custodiam hominum factis, sed non pro debito priuato, d. l. 2.

Debitum etiam verum sine molestia consequi non potest, gloss. 1. in l. minoribus, de mino.

pro Debitis alienis alij molestari non debent, l. 1. C. vt nullus ex vicaneis pro alienis, lib. 11.

Debita duo quando sunt scripta publica manu, & pignus in vtrumque fuerit obligatum necessariò antiquum præfertur posteriori, §. si verò nihil, in auth. vt sine prohibitione matres deb. col. 7.

Debiti cumulo, dignitate, & numero personarum, vbi est paritas, præferuntur voces consanguineorum, gl. fi. in fi. in l. ab emptione de pac.

Debitam sibi rem si aliquis obliget alicui, deinde eadem effecta sua obliget alij, prior in tempore præfertur, nisi secundus creditor in locum debentis rem successerit, l. 3. §. 1. qui potio. in pig.

Debitum, quod nondum est, remitti non potest propriè, glo. fi. in l. si pupilli, §. fi. de neg. gest.

Debita pecunia, vel alia res alicui probari debet ab eo, ex qua causa, videlicet depositi, mutui, vel alia causa sibi esse debitam, gl. 2. in l. 2. C. de edendo.

Debiti remissio dicitur donatio, gloss. penult. in l. si inter patrem, C. de solutio.

Debiti remissio sicut & donatio non valet inter virum, & vxorem, ibid.

Reliqua verbo, Aes, Alternatiua, 1. vsque 5. Annum, Constitut, Creditor, 60. 61. 62. vsque 65. Socius, 7. 8. 9. Spes, Confess. c, 14. Filius familias, 100. 101.

6 DEBITVM naturaliter solutum impedit repetitionm, l. 3. §. fin. quod quisque iuris.

Debitum vtroque iure soluens pupillus sine tutore vero creditori non facit a cipientis, nec liberatur, nisi consumpta pecunia, gl. imputandum, in l. ait pra tor, 7. de minor.

Debitum ciuiliter, vel indebitũ vtroque iure si pupillus sine tutore soluerit, iu communi vt maior, solutum potest repetere per condictionem indebiti, ibi

Debitum naturaliter tantùm si pupillus sine tutore, vel minor sine curatore so uerit, opus est ei restitutione, vt solutum possit repetere per condictione indebiti, † ibid.

Debitum naturale venit in compensationem, gloss. fecit, in l. fin. de petition hereditat.

Debitum naturaliter tantùm solutum per facti errorem repeti potest vt indeb tum condictione indebiti, nec potest ei obiici naturalis debiti compensati glo. & ideò, in l. cùm is, qui, §. 1. de condictione indebiti.

Debitum naturale licèt sit sufficiens ad compensandum, sed non quando agit ad repetendum, ibid.

Debitum naturale impropriè dicitur debitum, gl. natura, in l. 1. §. pen. de con pecun.

Debitum naturale ex defectu actionis non peritur, & non perimitur vi exceptio nis peremptoriæ, & ideò illud in compensationem venit, glo. 1. in l. quæcur que de compensatio.

Debiti appellatione continetur naturale tantùm, si aliquid reperiri non potes l. quibus diebus, 40. §. dominus seruo, de conditionib. & demonstratio.

Debitum naturale licèt de iure ciuili non possit repeti, tamen de iure canonic per modum incidentis potest peti coram Episcopo, gl. naturale, in add. mar

Debitum naturaliter tantùm, quod in hereditate reperitur, non computatur i ea statim, quando tractatur de imponenda ratione legis Falcidiæ, sed atte ditur futurus euentus, l. 1. §. id quod natura, ad leg. Falcid.

pro Debito naturali licèt non detur actio, tamen ex quadã verecundia adstrin gitur quis ad satisfaciendum, gl. 1. in add. marg. in l. donari, 29. de donatio.

Debitum naturaliter solutum per ignorantiam iuris non repetitur, glo. fi. in l. C. de iuris & facti igno.

Debitum ciuiliter, sed indebitum naturaliter solutum quocunque errore ex ca sa transactionis, vel authoritate rei iudicatæ, vel ex causa, quæ per inficiatio nem crescit, non repetitur, glo. 1. in l. cùm quis, C. eodem.

Debiti vinculum naturale tollitur per pactum de non petendo, & exceptio pa cti de non petendo fauorabilis est, vnde solutum tale debitum per ignoran tiam repetitur, gloss. penultima, in l. creditori, C. de pactis.

Debitum vnum naturaliter & ciuiliter, vel naturaliter tantùm si soluat quis, te netur ad alia debita naturaliter tantùm; secus verò vbi nullo modo debitu soluit: nam tunc ad alia debita nõ tenetur, gl. 4. in l. 4. C. ne vxor pro marit

Debitum naturaliter tantùm deduci non potest, neque propriè dicitur credito gl. 1. in auth. minoris, C. qui dare tutores.

Debitum naturale solutum retineri potest, non solutum peti non potest, gl. pe secutionem, in l. 1. C. etiam ob chirographar. pecun.

Debitum naturale persoluitur sub liberalitatis appellatione, l. 1. in princ. C. d imponend. lucrat. descrip. lib. 10.

Reliqua verbo, Naturalis, Indebitum, Debitor, 79. Condictio, 3. 4. 5. Heres, 139. 14 Legatum, 80. Adultus, 1. sup. nu. 2.

DEBITVM numero, pondere, vel mensura ibi dari debet, vbi peti debet legit mè, nisi adiectum sit, quòd centum modios ex illo horreo, vel centum am phoras ex illo dolio darentur, nam tunc in illo loco dari debent, l. quod lega tur, 38. de iudiciis.

Debiti partem licèt soluerit mater pro filio, non propterea ipsa potest compel ad solutionem residui, l. 4. C. ne vxor pro marito.

Debitum vnum soluens pro alio, alia debita soluere non cogitur, ibid.

Debiti partem soluens pro alio, non cogitur ad solutionem, residui, ibidem.

Debiti solutio propter pupillarem ætatem debitoris differri non debet, l. 4. C. d heredit. vel actione.

Debitum quando contractum est in scriptis, eius solutio vel liberatio non po test probari, nisi per aliam scripturam, vel per quinque idoneos testes, l. te stium, 14. C. de testibus.

Debitum quando contractum est sine scriptis, eius solutio potest probari p duos testes, ibid.

Debitum quando contractum est in scriptis, non debent de facili audiri debito res dicentes omnis debiti vel partis solutionem fecisse sine scriptis volente viles & forsitan redemptos testes super huiusmodi solutione producere, ibi

Debitum plus 50. aureorum contractum in scriptis, eorum solutio per alia scripturam vel per quinque testes probari debet, gl. 2. ibid.

Debitum non excedens 50. aureos, quamuis in scriptis sit contractum eius solu tio probari potest duob. testib. ibid.

Debitum quando contractum est in scriptis, eius solutio probari potest per scr pturam receptam à creditore, gl. non facile, ibid.

Debito probato per creditorem, debet iudex compellere debitorem ad solutio nem, non obstante amissione instrumenti, l. 1. C. de fide instrum.

Debitum ex pluribus causis solutum simpliciter prę̨sumet lex solutum in duric rem causam, sed debitum ex vna causa simpliciter solutum cẽsetur priùs vs ras, deinde sortem solui, glo. fi. in l. si vsuras, 21. C. de vsuris.

Debitum quando est contractum in scriptis, eius solutio probanda est per test quinque, qui deponant quomodo fuerunt præsentes solutioni, & debent e rogati, & non fortuiti, & transeuntes, sed prodita scriptura duo testes simil liter præsentes, & rogati deponentes de vera solutione, aut confessione cre ditoris sufficiunt, §. & licèt dudum, & ibi gl. assumantur, in auth. de testibu col. 7.

Reliqua verbo, Creditor. 60. 61. Minor, 38. 39. Debitor. 12. 15. 24. Solutio, 2. 5. 7. 8. 1

DEBITVM purum in euentum conditionis nouandum pendente conditio stat in suspenso, & nouatur debitum per existentiam conditionis, sed deficie te ea, in suo robore debitum remanet, l. pecuniam, 36. si cert. pet.

Debitũ purum sub conditione, legatum poterit petere heres creditoris interi pendente conditione, quia per remedium cautionis legatario consulit sed secus est, quando creditor debitum purum iussit debitorẽ sub conditio

Deceptis non decipientibus iura fubueniunt,glo.fi.in.l.fœminis,18.C.ad Vellei.

Deceptus in contractu dolo aduerfarij non cogitur contractum adimplere, l.4. C.de heredit. vel actione.

Reliqua verbo, Emptor, 18.Lafus,Refcindendum, Vendens,14.vfque 19.Venditor, 22.23.Minor,22.

DECIPERE hoftem licitum eft priuato,non autem duci belli, qui fi fecit pactum hofti,illud feruare debet,l.1.§.non fuit,de dolo malo.

Decipere fe inuicem naturaliter licitum eft contrahentibus in emptionibus, & venditionib.l.in caufæ,16.§.idem Pomponius,de minorib. & gl.negatiua, in §.1.in auth. de æqual.dotis,col.7.

Decipere fe inuicem nec de iure canonico,nec diuino eft licitum contrahentibus,fi dolus verfetur,fecus fi bona fide contrahatur,& deceptus fit,d.gl. naturaliter, in additione,in d.§.idem de mino.

Decipere dicitur,qui non inftruit,gloff.fi.in l. rectiffimè,14.de liberali caufa.

Decipere contrahentem fecum licitum non eft,l.fi quis in confcribendo, 29. C. de pactis.

Decipere contrahentes, & venire aduersùs pacta duo hæc fimul iuncta non permittuntur,fed alterum fic,vt liceat quandoque contrahentes decipere,gl. decipere,ibid.

Decipere in cafibus,in quibus non videtur decipere, cum authoritate legis poteft,ibid.

Decipi nemo debet authoritate principis,l.1. C. de his,qui veniam ætatis, & l. pe. in additione marg. C. de omni agro deferto.

Decipere fe licitum eft contrahentibus de rigore iuris, fed ille rigor mitigatur, cùm eft immenfa deceptio,ficut & quando eft dolus,gl.1.in l.2.& gl.vllam,in l.fi voluntate, C.de refcind. vend.

Reliqua verbo,Locator,5.

DECIMAE perfonales debentur deductis expenfis, fed decimæ reales debentur non deductis impenfis.gl. deductis,in l.fi à domino,vel à patre,36. §. fructus, de petitione hered.

Decimas agrorum non tenetur ftatim accipere facerdos, fed nouem dies debent effe apud fpicam,gl.incertam,in l.ftipulatio ifta,habere,38. §.inter certam,de verborum oblig.

Reliqua verbo, Animal,4.

DECISIONE facta fuper duplo, vel quadruplo damni dati à fure,furti actio tollitur,fed non condictio furtiua, l fi pro fure,de condictione furtiua.

DECLARATIO,fiue interpretatio libelli obfcuri non tranfit ad heredes, gl. pen. & ibi addit.in l.idem Pomponius,§.fi.de reiuend.

Declarans de nouo, nihil inducit,gloff.iterum, in add.in l.fi.C.de teftib.

Reliqua verbo,Sententia 56.Teftator,30.31. 32.Interpretatio, Index,6.Incertitudo, Actor,3.

DECLINARI non poteft ordinaria iurifdictio poft litis conteftationem,neque recurritur ad fuperiorem per fimplicem querelam,fed demùm per appellationem,l.4.C.de iurifdictione omnium iud.

Declinari ordinarius iudex regulariter prohibetur,gl. euitare,in l. C.fi quacun que præditus potefta.

Reliqua verb,Exceptio. 19.

1 DECRETVM iudices debent interponere caufa cognita,& non aliàs,quæ cognitio verfatur circa caufam,modum, & perfonam,l.cùm hi, §. fi prætor,de tranfaction.

Decreti interpofitio,quę fit caufa cognita fuper alienationibus rerum minoris, competit iure ordinario fpecialiter prætori,vel præfidi,vel præfecto, l. mandata,& ibi gl.fi. de officio eius, cui mandat.

Decreta præfidum,& confulum, quib. permittebatur adminiftratio rerum fuarum minoribus tanquam ambitiofa nulla funt,l.3.de minorib.

Decretum iudicis facit ceffare reftitutionem in folutione facta minori authoritate iudicis,non tamen facit ceffare in emptione,quæ fit ex voluntate, glo. auditurum,in l.ait prætor,7.eod.

Decretum fecundum non poteft interponi contra eum, qui habet exceptionem declinatoriam,l.non videtur, de iudiciis.

Decretum fecundum iudicis affert conditionem vfucapiendi, & facit Publicianam præferri domino vero,& inducit ius præfcribendi etiam malæ fidei poffeffori,l. & generaliter,28.de noxalib.

Decretum interpofitum contra vnum non præiudicat abfentibus habentibus ius in re,in l.noxalibus 30.eod.

Decretum in non fibi fubiectum non tenet,gl.fubierant,in l.magis,§.illud quæri,de Magiftrat.conueniend.

Decretum fuper alienatione prædij minoris à iudice iniuftè interpofitum non valet, gl.nullum,in d.l.magis,§.pen.

Decretum primum ficut poteft interponi in nomine debitoris, fic & in iudicis officio poteft interponi,l..is, cui,§ fi.vt in poffeff legatorum.

Decretum primum,& fecundum operantur ad veram,& integram poffeffionem, gl.conftituere,in add.marg.in l.3.§.fi de Carbon.edict.

Decret[illegible] primum dicitur primus iuffus iudicis,fiue prima miffio in poffeffioné: fe[illegible]m dicitur fecundus iuffus iudicis, fiue fecunda miffio in poffeffionem [illegible]ce iudice,& dicitur primum non refpectu fecundi, quia quandoque datur primum,& non fecundum,gl. prius,in l.fi finita,§.fi pluris, de damno infecto.

2 ad Decretum primum ita peruenitur;citatur quis peremptoriè,& non venit, nec mittit, tunc aduerfarius mittetur in poffeffionem bonorum(licèt aliter olim, & aliter hodiè) & hæc miffio fit, vt ille tædio affectus veniat refponfurus,ibid.

ad Decretum fecundum fic peruenitur; miffus eft quis in poffeffionem ex primo decreto,& ille vult mitti ex fecundo, iudex debet adhuc contumacem citare, & fi non inueniatur domi fuæ, debet denunciari, vel vicino fuo præconizari, an aliquis velit eum defendere, & fi is veniat, reftituat expenfas, & damna aduerfario, & recipiet poffeffionem, fed fi nullo modo venerit, interponitur fecundum decretum,ibidem.

Decretum fecundum interponitur intra tempus arbitrio iudicis ftatuendum, †ibi.& gl.miffo,in d.l.fi finita,§.non autem,eod.tit.

Decretum fecundum interponitur officio iudicis nobili, quod datur loco def[…] cientis actionis,†ibi.

Decretum fecundum in actione ex empto poteft interponi,† gl. prius, in d. [§] fi pluris,eod.tit.

Decretum fecundum non folùm in actione noxali, & damni infecti, fed etia[m] in omnibus actionibus perfonalibus poteft interponi,fallit in poffeffore ven[…] tris,vel legatorum nomine,†ibi.

Decreti fecundi effectus eft,vt fi dominus erat ille, in cuius poffeffionem mitti tur quis,miffus dominus,fi non erat,paratur illi caufa vfucapiendi,d.gl.priu[s] verf.eft autem effectus.

Decretum fecundum non interponitur in actionibus realibus velut in rei ven dicationis iudicio, quia lapfus anni in realib. facit eum verum poffeffore[m] dominus tamen auditur perpetuò de proprietate, fcilicet vfque ad 30. an. & ita non interponitur decretum,d.gl.prius,verf.fed nunquid.

Decretum fecundum interponitur in actionibus perfonalibus fed non in realib[us] ideò quia ille,qui agit perfonali actione, petit dari fibi, quod fuum non eft vnde fi non dat,vtile eft, quod interponatur fecundum decretum, per quo[d] conftituatur dominus,fed in actionibus realibus ideò non interponitur, qui[a] ille, qui agit rei vendicatione, nō petit rem fibi dari,fed eam fibi reftitui,vn de dicit fe dominum,fed petit fibi in poffeffionem reftitui, vnde cùm per pri mi decreti interpofitionem nancifcatur poffeffionem, & non petat, nifi pof feffionem fibi reftitui,& modò poffeffionem habeat, per primum decretu[m] adimpletum eft fuum defiderium,& ideò non interponitur fecundum,&quaf[i] fuperfluum effet,d.gl.fi prius,verf.fed quæ eft ratio.

Decretum fecundum ideò non interponitur in actione reali, quia qui petit fe cundum decretum interponi,petit fe fieri dominum,vnde tanquàm cōtrariu[s] eft repellendus,item quia per fecundum decretum datur dominium,fed fi an tè erat dominus, per fecundum decretum non datur dominium, ibi.

Decreti primi effectus nihil aliud facit,quàm detentorem eum,qui miffus eft,d gl.fi prius, verf. eft autem effectus, ibi.

Decretum fecundum fi interponatur eodem tempore pro pluribus agentibus de damno infecto, quilibet pro rata damni admittitur,fed fi pro vno interponatur, ac poftea alij petant ab eo fibi caueri de damno infecto, eo non cauente, illi omnes mittuntur in poffeffionem ex fecundo decreto, ne quod primo eft datum,pofterioribus denegetur, fed fi ex primo decreto fint miffi, prior no[n] dicitur,d.l.fi finita,§.fi ante hoc decretum,& ibi gl.poffeffione, eod.tit.

Decretum primum,quando interponitur in caufa damni infecti pro plurib.omnes mittuntur in poffeffionem ex primo decreto in totum, fed partes faciunt fibi per concurfum,d.§.fi ante hoc decretum,& ibi glo.habebunt,eod.

Decreti primi interponendi forma,quando actor detinet, eft, quòd dicat iudex iubeo ac permitto tibi rem,quam tu detines ex tali caufa, putà ex commodato, vel depofito, retinere ex primo decreto,& pro tali, & erit conftitutum pignus prætorium, neque erit opus noua miffione, l. fi proprietarius, 22. & ibi add. marg. eod.

Decretum vbi contra præfentem in caufa cautionis damni infecti interponitur fi recufet is,in quem decernitur,ftatim interponitur fecundum, aut primum habens vim fecundi, fed quando contra abfentem interponitur,priùs debet interponi primum,deinde fecundum,l.inter quos,39.§.1.in add.marg.eod.

Decretum interpofitum contra defunctum tanquàm contra abfentem, fpeciali iure in libertate transfertur ad heredem,l.cùm quafi,30.de fideicom.libert.

Decretum primum in actione hypothecaria tribuit poffeffionem creditori, gl. non poffeffionem,in l.3.§.fi de adq.poff.

Decretum interpofitum ex falfa caufa non eft ipfo iure nullum,quamuis fit interpofitum contra ius litigatoris,gl.1.in l.iuftè poffidet,11.eod.

poft Decretum fecundum interpofitum fi quæftio moueatur, ceffat fummaria cognitio iudicis exequentis, l. à Diuo Pio,§.fi poft addictum,de re iudicat.

Decreta,quæ fiunt fuper alienationibus,vel tranfactionibus, item fententiæ,debent fcribi verbis Latinis,fcilicet, inter Latinos,fed inter alios eorum lingua, nifi vnus intelligat linguam alterius,l.decreta,48.& ibi gl.1.& 2. eod. tit.

Decretum primum fufficit,vt ex eo perueniri poffit ad venditionem,quādo creditor non fuit admiffus, l.fi quis dolo,51 §.fin.& ibi gl. pen. eod.

ad Decretum fecundum poteft perueniri, quando quis non eft ingreffus ex primo,propter inundationem prædij,in quod mitti iuffus eft, vel quando propter potentiam latronum poffidere non poteft,l.cùm vnus,12.§.fi. cum l.feq. de bonis author.iudicis.

Decretum de mittendo in poffeffionem quando deficit ex defectu iuris, quod eft ex parte petentis, tunc non habet effectum,l.1. §.hæc verba,ne vis fiat, ei.

Decreta,quæ non legitimo numero decurionum coadunato facta funt, non valent,fecus quando legitimo numero coadunato,l.2. & ibi gl.1.de decretis ab ordine fac.

Decreta, vt fint rata, debent ad minus duæ partes decurionum coadunari, & quòd maior pars iftarum duarum partium confentiat,l.3.& ibi gl. 1. eod. & gl.1.in l.fi.C.de decretis decurion.lib.10.

Decreta ambitiofa decurionum,id eft,quæ continent apertè donationem, funt nulla,& idem quando funt interpofita fuper eo,quod eft à iure improbatum, l.ambitiofa,§.proinde,de dec.ab ord.fac.

Decreta ambitiofa,id eft,quæ non continent apertè donationem,fed velatè,vt fi locatæ fint publicæ res viliori pretio, debent refcindi, fi illa valeant, † d. l. ambitiofa,in princ.reprob.gl.2.ibi Doct.

Decretum femel factum à decurionib. refcindi non debet,nifi ex caufa,id eft, fi ad publicam vtilitatem refpiciat refciffio prioris decreti,l pen eod.

Decretum poteft refcindi, quādo nullius intereft reuocari actionem ante litem conteftatam, fecus fi poft,gl.1.ibid.

Decretum ex falfis allegationibus interpofitum ad alienandum, vel obligādum prædium minoris eft nullum,ideò illo non obftante,non tenet alienatio,l. & fi præfes,C.de prædiis minor.

Decreti vim habet conceffio principis, vel voluntas defuncti in alienationibus rerum minoris,l.1.& 2.C.quando decreto opus non eft.

Decretum iudicis neceffarium non eft in alienationibus rei minoris,vbi ita d.f ponit pater,qui fucceffit,d.l.1.

& habet condictionem,quam elegit.l.2.C.de tabulariis,libro 11.

Decuriones non tenentur ad officia vilia,nec ad extraordinaria munera, l. pen. C.de susceptorib. lib.11.

Decuriones ciuitatis Alexandrinæ habent immunitatem ab onere purgandi fluminis Nili,l.1.C.de Alexand.primatib. lib.11.

Decuriones palatij principis,post depositum decurionatus officium potest eligere,vtrum velit esse magister officiorum domesticorum,vel comes, & habet potestatem principis adorandi, & salutandi administratores eius, l. 1.C. de silentiariis, lib.11.

6 Decuriones palatij principis non eliguntur, nisi ad certum tempus,gl.1.ibidem.

Decurio,& silentiarius à Tyronum equorúmque prętatione sunt immunes,nec coguntur præstare extraordinarias præstationes,quæ necessariò imponuntur, l.2.C.eod.

Decuriones,& silentiarij licèt ad maiorem ascenderint dignitatem, habent eadem priuilegia,quæ data sunt decurionibus,& silentiariis, nec eis præiudicatur in hoc per aliquod generale,vel speciale statutum, vel rescriptum disponens contrarium,l.3.C.eo.

Decuriones,& silentiarij etiamsi ad maiorem ordinem ascenderint, habent immunitatem à sordidis muneribus,& à superindictis,& eorum domus sunt immunes ab hospitum receptione, & habent facultatem accedendi ad principem sine reuocatoriis literis ad adorandum eum, iudicibus, ac officialibus contrà obseruantibus imposita pœna x.librarum,ibi.

Decuriones palatij principis tres,& silentiarij 30. habent priuilegia data decurionibus, & silentiariis, si per 13. continuos annos peregerint inculpatum officium eorum, d.l. 3.§.fi.

Decuriones, & silentiarij etsi post depositum officium Senatores fuerint facti, immunitatem habent, & honore curiæ sine functione lætantur,ibidem.

Decuriones,seu consiliarij quamuis loco Senatorum hodiè successerint, non tamen possunt super principi reseruatis,putà ad famam, vel ius genituræ, aliquem restituere,spurios legitimare,aut veniam ætatis concedere,gl. consuli, in add.marg.in §.constet,Institut.de iure natural.,gent.

Decurionum filij,vsque ac nepotes,& etiam parentes habent idem priuilegium, quod habent ipsi decuriones in imponendis eis pœnis, nisi sint filij nati post finitum decurionatum patris,l.moris,§.sed enim,de pœnis.

*Reliqua verbo,Consiliarij,Decemuiri,Filius,*3.27.28.29.*Potestas,Seruus,* 23. *Silentiarij,Minor,*13.

7 DECVRIONES non possunt damnari in metallum, nec in opus metalli, nec possunt furcæ subiici, vel viui exuri, & si tali sententia fuerint damnati, liberandi sunt,sed iudex, qui tulit talem sententiam,nō potest hoc efficere,sed debet referre ad principem,vt ex autoritate eius pœna permutetur,aut liberetur,l.moris,§.sed enim,de pœnis.

Decurio capite puniri prohibetur,nisi parentem occidisset, posset etiam puniri lege Cornelia de sicariis,l. Diuus Adrianus,eo

Decuriones,ac principales ciuitatum si commiserint capitale crimen, vel aliud crimen, propter quod relegandi sunt, hoc Imperatori debet scribi sententia à præside ibi scripta,l.Diui fratres, §.1.de pœnis.

Decuriones ciuitatum propter capitalia crimina deportandi,vel relegandi sunt, l. inter pœnas,§.fi.de interdictis.

Decuriones accusati si ante habitam quæstionem de aliis super homicidio, vel incendio confessi fuerint, in insulam sunt deportandi,ibidem.

Decuriones torqueri non possunt,d.§.fi.in add.marg.ibi.& l.2.& ibi gl.fin.C. de curialib. vrbis, lib.11.

Decurionibus solet interdici ordine ad tempus, vel in perpetuum, l. relegatorum, §.solet,de interdictis.

Decurio ab ordine remotus ad tempus tempore finito reuersus in ordinem, ad nouos honores non admittitur,nisi tanto tempore stet nunc, quanto tempore steterat remotus,& hoc si minor pœna sit imposita, quàm deberet imponi tanto crimini,secus si maior pœna esset imposita,quia tunc transacto tempore,statim liberatur à pœna, & omnia videntur remissa, l.ordine, 15.ad municip.

Decurio ab ordine remotus ad tempus statim finito tempore recuperat decurionatum veterem ipso iure,si inuenerit eum locum vacuum, gloss. ad honores, ibi.& l.2.de decurionibus,& l.3.& ibi gl.redire,eodem.

Decurio relegatus ad tempus desinit esse decurio, nec reuersus finito tempore relegationis obtinet locum suum,potest tamen eligi de nouo in decurionem, in suo tamen loco poterit eligi alius, l.2.ff.de decurionibus.

Decurio ab ordine remotus ad tempus,finito tempore, si locum suum plenum inueniat,expectabit donec locus vacet,nam & nondum finito tempore,potest alius loco eligi, ibi.

8 Decuriones,vel eorum filij non castigantur fustibus, nec in metallum damnantur,l.2.§.in filiis;& ibi gl.pertinet,ff.eo.ti.& l.decuriones,C.ex quib. caus. infam.irrog.

Decurio relegatus ad tempus si grauiorem pœnam pati debuit, retinet bona sua,nec finito tempore ad decurionatum admittitur,si sine causæ cognitione fuit pœna minuta, l.3.& ibi gl.3.de decur.

Decurio damnatus etiamsi antequàm damnaretur,desierit esse decurio, non potest torqueri,l.fi.eod.

Decuriones,corúmque filij,non incurrunt infamiam ex genere pœnæ, sed bene incurrunt eam,quæ irrogatur ex genere sententiæ, l.decuriones,C. ex quib. caus.infam.irrog.

Decuriones non afficiuntur pœnis plebeiorum,l.3.C.de pœnis.

Decurionis filia non damnatur in metallum,vel in ministerium metallorum, l. si matrem,9.C.eod.

Decurionum filij non debent bestiis subiici,l.decurionum,12.C.eo.

Decuriones,etiam post finitum officium,ob quamlibet culpæ,vel erroris offensam,non debent cruciari in corpore,nec torqueri,& iudex contrà faciens punitur in 20.lib.auri,& perpetua infamia, à qua nec speciali rescripto liberatur,sed officialis in 50.lib.auri,cum iudici in hoc valens resistere non restitit,l.omnes iudices,33.& ibi glo.subdendum,C.de decurionibus,lib.10. & gl. fin.in c.1.de vasallo,qui contra constitutionem,in vsib.feud.

Decuriones in crimine læsæ maiestatis torqueri possunt,d.gl.subdendum.

Decuriones, & alij officiales delinquentes in eorum officio plumbatorum ictibus subiiciuntur, l.quilibet,40.C.eod.

Decuriones, vel anciani alicuius ciuitatis si iurauerint,teneri aliquā credétiam si aliquis eorum reuelat eam in damnum communitatis, debet ab officio remoueri,gl.credentias,in fi.in §.in Christi nomine, de pace Constantiæ.

DECVRIONATVS est honor,sed non talis,quòd alium superuenientem impediat: quod secus est in aliis, gl.1.in l.5.C. de vacat.muner.

à Decurionatu potest quis ad alium honorem vocari, nec habet vacationem o hoc, quòd sit decurio, d.l.5.

ad Decurionatum admittuntur, qui castigati sunt flagellis ab ædilibus curulibus,eò quòd mala victualia vendebant, si alij honestiores non reperiuntur, eos qui, de decurion.

Decurionatus honorem sponte suscipiens is, qui habebat excusationem, no potest posteà se excusare, nec eximere se ab albo decurionum,l.3.C.de decu libro 10.

ad Decurionatum non nocet alicui, quòd pater eius fuerit tabellio,gloss.1.in vniuersos,C.eod.tit.& lib.

Decurionatus non præstat vacationem ab aliis muneribus,gl.1.in l.1.C.de muneribus.& honor.lib.10.

DECVS media correpta ponitur pro honore, & eius compositum est dedecu sed decor media producta pro dulcedine,ac pulchritudine ponitur, glos.3.i l.1.de postulando.

DEDICANS se, & bona sua dedicat, sed dedicans bona sua, dedicat bona ex pressa concessione,gl.2.in auth.ingressi,C.de sacrosanctis.

Dedicando se Deo intelligitur propriè quoad se,licèt impropriè quoad bona,il

DEFECTVS causæ finalis vitiat dispositionem, l.fi.de testamentar.tutel.

Defectus causæ de futuro facit legatum deficere, l.epistolam, 75.ad Trebel.

Defectus causæ finalis parat donatori condictionem ob causam, secus est in defectu causæ impulsiuæ, l.2.§.fi. & ibi gl.2. de donat.

Defecisse omnes dicuntur vno deficiente, quando plures simul requiruntur, g natura,in add.marg.in l.antepen.de verbor.oblig.

Reliqua verbo, Promittens, 14. *Causa,* 7.8.*Cessante.*

DEFENDERE remp. cuilibet permittitur ad similitudinem cuiuslibet priuati,gl.publicæ,in l.seruum,§.publicæ,de procuratoribus.

Defendere, est iudicium suscipere, gl.defendere,in l.sed & hæ,§.fi.eod,

Defendere aliquem quando quis venit sponte, potest ille in vna tantum cau defendere illum, si vult, l.qui proprio,§. ei,qui,de procurat.

Defendere est, eandem vicem,quam reus habet,subire,l.minor,51.eod.

Defendere aliquem qui tenetur, debet suis propriis expensis defendere, imò cum armis,si opus est,gl.1. & ibi addit. marg.in l.qui absentem,75.eod.

Defendi non solùm dicitur is,cuius defensor quis se ingerit,sed etiā qui requisitus ab actore,nō est defensioni defuturus,l.ait prætor,§.fi.ex quib.caus.maio

Defendere dicitur ille, qui & iudicatum solui promittit, gl. magna, in l.is, qu 39. eodem.

Defendere dicitur, qui iudicium accipit per se, vel per alium cum satisdatione non tamen dicitur defendere ille, qui quod iudicatum est, non soluit, & si cōmittitur stipulatio propter rem iudicatā,l.rectè,63.& ibi gl.fi.de iudiciis.

Defendere se permittit naturalis ratio, idest, ius gentium aduersùs periculum l.4. ad legem Aquil.

Defendere in causa noxali non potest quis eum, in quem non habet ius, ne possessionem,l.quoties,21.§.1. de noxalibus actionib.

Defendere alium inuitus nemo cogitur in actione noxali, l.noxali,33.eod.

Defendere non videtur ille, qui interrogatus an is, quem defendit, sit heres, non respondeat ad interrogationem, l.si defensor, de interrog.actio.

Defendi absens videtur, quando per absentiam suam in nullo deteriorem causam aduersarij sui facit, l.2.quib.ex caus. in possessionem eatur.

Defendi vt dicatur, non sufficit vnquàm defendisse, si non duret defensio, ne obest, quòd aliquando non defendebatur, si tunc offeratur defensio, d.l.2.& ibi glo.pen.& fin.

Defendere potest quilibet etiam sine mandato,sed non agere,gloss. enumerabitur,in l.si mater. §. hoc iure,de except.rei iud.

Defendere non videtur latitans,neque is,qui pręsens negat se defendere,aut qu non vult suscipere actionem,l.non videtur defendere, 52.de reg.iur.

Defendere reum nemo cogitur inuitus,l.inuitus,156.eo.

Defendere quandoque ponitur pro agere,gl.1.in l.1.C.de testi.

Defendere se contra vim vnicuique licet, imò & res suas cum moderamine in culpatæ tutelæ,l.1.C.vnde vi.

Defendere alium etiam inuitum potest quilibet etiam sine mandato,gl. potest in §.sin autem,Inst.de satisdat.

Defendere reum potest quis sine mandato,tam in actione reali, quam in personali,præstandò priùs satisdationem de iudicatum soluendo,§.fina.eodem.

*Reliqua verbo,Agere,*1.*Agens,*1.*Aggressio, Minor,* 8.*vsque* 11. *Mulier,*76. 77. 78 *Pater,*38.39.*Perire,Procurator,*45.46.*Promittens,*2.*Tutor,*44.45.

ad DEFENDENDVM alium nullus admittitur sine satisdatione de iudicatum soluendo,etiamsi sit persona valdè coniuncta,l.filiusfamilias qui satisdare.

ad Defendendam causam reip.quamplurimos admitti interest reipub. gl. publicæ,in l. seruum,§. publicæ,de procur.

Defendendi sui causa lapidem si quis miserit in ipsius aduersarium,& non eum sed prætereuntem percusserit,tenetur Aquilia veritate inspecta potiùs, quàm ipsius cogitatione,l.scientiam,45. §.qui cùm,& ibi gl.tenebor,ad leg. Aquil.

ad Defendendum reum faciliùs quis admittitur, etiamsi constet non haber mandatum,quàm admittatur ad agendum,gl.deducit,in l.si mater,§.hoc iure de except.rei iudic.

Defendendi facultas non est permissa, vbi offendendi est data libertas, l. 1. C quando liceat sine iudice.

Defendendi facultas nemini est deneganda,l.defensionis,C.de iure fisci,lib.10.

DEFENDENS aliquem in iudicio sine mandato, & satisdans videtur facer nouandi animo, tamen ex parte actoris non potest fieri talis nouatio, nisi e mandante,gl. interrogationibus, in l.non solum,de procur.

Defenden

tériorem,in l.2.ex quibus causis in poss.eatur.

Defensor debet esse adeò legalis persona,vt defensus absens,& veritatem negotij sciens,aliàs repellitur,& absens reputatur contumax,ibidem.

Defensor comparens velle defendere absentem vno die non auditur,d.l. 2.& ibi add.marg.

Defensor rei præstat satisdationem de iudicatum soluendo , etiamsi mandatum habeat,gl.1.in rub.iudicatum solui.

Defensores plures non admittuntur ad defendendum causam cœptam contra vnum,etiamsi de illo peruentum sit ad plures heredes,sed debent vnum defensorem constituere,licèt ex parte actoris plures procuratores admittantur , l. iam tamen,§.pe.iudic.solui.

Defensores plures admittuntur , quando quis conuenitur pluribus actionibus, gl. desiderante,ibi.

Defensor necessarius habet necesse defendere in foro,in quo lis est inchoata , d. l.iam tamen,§.fi.

5 Defensoris rei mutuata conditione de habente mandatum , ad non habentem, vel econtrà, vel in ipsum principalem , actore sciente stipulatio iudicatum solui non poterit committi , secus si actore ignorante,l.si ante acceptum , & ibi gl.acceptum, iudic.solui.

Defensor sine mandato debet inuenire sibi fideiussores iudicatum solui , sed pro defensore cum mandato satisdat dominus iudicatum solui,l. si ad defendendum,10.eod.

in Defensorem sententia est ferenda, quando defensor comparet, l.penult. eod.

Defensor ex necessitate potest ex sua persona opponere exceptionem,l.procurator,§.1. rem ratam haberi.

Defensor quandoque interuenit vt defensor , quandoque suo nomine interuenit,vt quando animo nouandi interuenit,gl.causam.in l.1.§.tutores, quando appellandum.

Defensor in criminali non admittitur,nisi ad allegandas causas absentiæ,gl.2.in l.in eo,quod plus sit,111.de regul.iur.

Defensor quilibet est idoneus,etiam sine mandato , præstita tamen cautione, & satisdatione de iudicatum soluendo,l.exigendi,C.de procurato.

Defensor rei sine mandato solus condemnatur,& non dominus,gl.1.in l. 1.C.de sentent. & interloc.

Reliqua verbo,Procurator,1.Tutor,44.45.Appellatio,16.Benefi.3.4.

6 DEFENSOR ciuitatis potest exercere, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, vt est manumissio, emancipatio, & similia,glo.1.in l.4.de adoptio.

Defensores municipiorum,& ciuitatum non possunt iurisdictionem suam defendere multam imponendo,l.1.si quis ius dicenti.

Defensor ciuitatis habet publicum officium,gloss.pen.in l.2.§.fin.de iudiciis.

Defensor ciuitatis mulctam imponere non potest,ibi.& l.defensores,5. C.de defenso.ciuit.

Defensor ciuitatis vltra summam à lege sibi datam consensu partium , vel etiam si incidenter crescat lis,potest iudicare,gloss. iussus, & glo. conueniat,in l. de qua re,74.de iudic.

Defensor ciuitatis electus à populo æquiparatur tutori,sed electus à syndico æquiparatur procuratori priuati,gl.mandatũ,in l.iusiurandũ,34.§. 1. de iureiu.

Defensor reip. Syndicus,vel administraror,si quasi defensores causam egerint, videntur esse in iudicio nomine alieno , & ideò datur eis triduum ad appellandum,l. 1.§.tutores,quan.appel.

Defensor ciuitatis,vel municipij non habet merum,vel mixtum imperium, l. ea, quæ,26.& ibi gl.1.ad municip.

Defensor ciuitatis à muneribus,& honoribus vacat eodem tempore, l.in oneribus,10.§.fi.de vacat.mun.

Defensores ciuitatum non possunt eligi nisi Christiani, & quòd ita sint , debent iurare electi per depositiones à tabellione,l.iubemus,17. C. de Episcop. aud.

Defensor ciuitatis sufficit,quòd sit Christianus,& ministeria Christianitatis habeat in se,nec est necesse,quòd sit Theologus,gl.2.ibi.

Defensores ciuitatum debent iurare non solùm,quòd sunt Christiani, sed etiam & alia debent iurare,gl. patefecerint,ibi.

Defensores ciuitatum,Episcoporum,clericorum,honoratorum, possessorum , & curialium decreto constitui debent, d. l. iubemus,& l.defensores,8.C.de defens.ciuit.

Defensores ciuitatum nominari debent per circulum non ex vilissimis , sed ex nobilioribus ciuitatum habitatoribus decreto facto cum iureiurando omnium possessorum in ea ciuitate consistentium , & eorum electio est facienda ab Episcopo,& à clero , & ab aliis in ciuitate bonæ opinioni studentibus, auth.præsides,C.de Epis.aud.& §.nos igitur,in auth.de defens.ciuit.col.8.

7 Defensoris ordinationem nullus de ciuitate debet declinare sub quinque libr. auri pro operibus ciuitatis imponendis , & post solutionem etiam suscipere debet defensoris officium,d.auth.præsides.

Defensores ciuitatum confirmari debent à præfectis principis , & per biennium solùm administrabunt,& iudices potiùs quàm administratores esse videbuntur,ibidem.

Defensor ciuitatis testamenta, & donationes insinuare potest , & acta apud eum componuntur,& debet habere vnum exceptorem , & duos officiales, & iudicet in pecuniariis,vsque ad 300.aureos,ibi.

Defensores ciuitatum sunt minimi iudicis,qui nec merum , nec mixtum imperium habent,sed tantùm simplicẽ coërcitionẽ,glo.in rub.C.de defensor. ciui.

Defensor ciuitatis, vsque ad 500.solidorum summam potest cognoscere de causis,l.1.C.eod.

Defensor ciuitatis potest restituere iudicialiter petenti seruum , qui per fugam fuerat elapsus,vel etiam debitum iustum res verò, quæ excedunt 50. solidos, rectori ordinario debet remittere,ibid.

Defensores ciuitatum non ex decurionum, vel cohortalium , corpore, sed ex aliis idoneis personis huic officio deputari debent,l.2.C.eod.

Defensores ciuitatum vicem parentis plebeij debent exhibere , neque rusticos vrbanósque descriptionibus affigi permittant occurrántque officialium insolentiæ iudicum procacitati , neque patiantur vltra delegationem solitam à rusticis vel vrbanis exigi,l.4.C.eod.

Defensor ciuitatum nihil insolenter, nihil indebitum sibi vendicantis nomin sui tantùm officio fungi debent,l.defensores, 5.C.eod.

Defensores ciuitatum plebem,vel decuriones ab omni improborum insolenti. & temeritate tueri debent, vt id, quod esse dicuntur, esse non desinant,ibi.

Defensores ciuitatum per omnes regiones , in quibus fera latronum insani feruet, debent adesse disciplinæ, neque sinere crimina impunita coalescere, per omnes, 6.C.eodem.

Defensor ciuitatis debet remouere patrocinia , quæ feuorem reis , & auxiliun scelerosis impartiendo maturari, & perfici scelera fecerunt, ibid.

Defensores ciuitatum reos homicidij , stupri,raptus, vel adulterio deprehenso in eodem crimine sibíque traditos expresso crimine cum accusatorib. deben dirigere ad iudicium præfecti prætorio, l.defensores,7.C.eod.

Defensores ciuitatum debent ordinari illi , qui sacris ministeriis orthodoxæ religionis imbuti decreto Episcoporum , & clericorum constitui debent, l defensores,8.C.eod.

Defensores ciuitatum si cognouerint aliquid à qualibet persona contra publi cam disciplinam in læsionem possessorum fieri , habent facultatem referend ad præfectos prætoriis , vel ad magistros equitum , vel peditum, vel officiorum , vel ad comites sacrarum largitionum , vel priuatarum, † l. defensores 8. C. codem.

Defensores non debent permittere possessores à susceptorib. prægrauari maioribus mensuris, & ponderibus , sed eos deprehensos debent dirigere ad præfectum prætorio, l.pen.C.eod.

Defensorum ciuitatum officio non potest aliquis renunciare,nisi cum authoritate principis, l.fi.C.eod.

Defensor eligebatur à præside, & confirmabatur à præfecto prætorio, gl. decreta,in principio, in auth.de defensor. ciuitat.col.3.

Defensores ciuitatum olim erant tres numero,non ex decurionibus, sed ex aliis delecti,vt procurarent , ne infimæ sortis homines à nobilibus premerentur in hoc differentes à Magistratibus municipalibus , quòd hi ciuitatum decuriones dicerentur , in additione margin. super rubr. auth. de defensor. ciuit. column. 3.

in Defensorem electus vnus ex nobilioribus non potest recusare , aliàs punitu in quinque libris auri, & nihilominùs compellitur, §.nos igitur,& ibi glo declinare, eod.tit.

Defensor ciuitatis iusiurandum præstare debet biennio solùm administraturus, & à præfecto confirmandus , & remouendus , voluntariam iurisdictionem exercens,& non ea,quæ sunt meri & mixti imperij , præside non valente eius iurisdictionem impedire, §.iusiurandum,eod.

Defensoribus ciuitatis non licet regere ciuitatem per vicarios, sed debent per se ipsos, §.nulla , eod.

apud Defensores ciuitatum agi debent testamentorum insinuationes , & donationum, & quidquid aliud monumentorum proprium est , quod pertineat ad voluntariam iurisdictionem, aliàs non,vt sunt manumissiones, emancipationes,& adoptiones,d.§.nulla, & ibi gl.quidquid.

Defensor ciuitatis olim non poterat dare restitutionem in integrum, sed hodiè sic, gl.iurisdictione, ibi.

Defensor ciuitatis non potest facere ea,quæ sunt meri & mixti Imperij,consuetudine tamen contrà seruatur , tum etiam quia quibusdam ciuitatibus hoc concessum est, vt à Federico Lombardis, ibi.

Defensor ciuitatis publica exigere debet tributa , & inordinatè agentes videre, & publicum remouere tumultum , & officiales prouinciæ debent ei auxilium impertiri,& ex prouinciali curia vnum exceptorem,& duos officiales habere, §. deinde eos, eod.

Defensores ciuitatum iudicare debent in pecuniariis causis vsque ad triginta annos conuentione in vetito examine prohibita appellatione ad præsidem permissa,& in curia circa personam defensoris ab officialibus vetita , successoribus electione mandata, §.& iudicare,eod.

Defensor ciuitatis non potest accusari,cùm sit ordinarius,gloss.trahere,ibidem.

Defensores ciuitatum habere debent habitationem , aut domum pro actorum custodia,& eligere quendam in prouincia,qui habeat custodiam eorum, & sit apud eos archiuum,d.§. & iudicare,vers. præcepta , & in auth.præsides,C. de Episcop.audi.

Defensores ciuitatum debent gratis administrare, nec possunt aliquid recipere, nisi salaria publica,§. quia verò , in authent.de defensor.ciuit.col.3.

Defensores ciuitatum possunt leuia crimina audire , & competenti castigatione punire pœna contrà facientib.imposita,§.audient,eo.

Defensoris officium vltra biennium durare non debet, nisi tota ciuitas nullo reluctante elegerit eum,§.fin.in authent. de defensor.ciuit.col.3.

Defensor ciuitatis potest in carcerem detrudere eos, qui in maioribus criminibus capiuntur,& debent mittere ad prouinciæ præsidem,§.audient.eo. tit.

Defensor ciuitatis non habet merum , nec mixtum imperium,potest tamen malefactorem capere,& apprehendere,& in carcerem detrudere,d.§. audient. in additione marg.

Defensor ciuitatis non perdit iurisdictionem propter præsentiam præsidis, gl.1. in l.3.C.de metatis,lib.12.

Reliqua verbo ,Decemuiri, Nominatus,Potestas,Syndicus,Magistratus, Iudex , 52

DEFERRE e in fiscum mulieribus permissum est,sed aliàs non possunt deferre,l.ait Diuus,& l.deferre,& ibi gl.1.de iure fisc.

Deferre non possunt clarissimi viri, nec damnari , nec qui fustibus cæsi in opus publicum sunt dati,l.deferre, 18.eod.

Deferre non possunt milites veterani propter honorem, & merita militiæ , nec milites propter honorem stipendiorum , d. l.deferre,§.1.

Deferre,hoc est,vindicare potest quilibet communem causam sibi cum fisco,nec per hoc est famosus,licèt in causa sua non obtinuerit,ibi.

Deferre non possunt tutores , vel curatores causam pupillorum , vel adolescentium,nec ille,qui quasi procurator negotia gessit,d.l.deferre,§.pen.

Deferree non potest quis per se,vel per interpositam personam rem , quam ipse vendidit,d.l.deferre,§. pen.

Deferre,vel nõ deferre sicut ab initio cuique est liberum,ita post in cœptam delationem

nam tunc possessio amittitur,& habet locum interdictum vnde vi, & res efficitur vitiosa,ibi.
Deiectus si sit à possessione quis volens timore instantis mortis,vel periculi,habet locum actio quod metus causa, si verò nolens deiicitur habet locum interdictum vnde vi,gl.deiecisse,ibi.
Deiectus vi videtur is,qui siue animo, siue corpore possidens deiectus est,l.1.§. siue autem,de vi,& vi armat.
Deiectus vi dicitur etiam is, qui superuenientibus quibusdam profugerat de possessione,si illi vi occupauerint possessionem,secus si non occupauerint,d.l.1.§. idem Labeo.
Deiectus vi quidquid damni senserit ex deiectione,debet recuperare interdicto vnde vi,d.l.1.§. qui autem.
Deiecto debet restitui possessio in eo statu,in quo priùs erat,ibi.
Deiectus dicitur possessor,qui inuentus in fundo ligatus, ibi detinebatur ab aliquo, d.l.1.§.pen.
Deiectus dicitur dominus de possessione, quando quis deiecit deiecto domino partem seruorum de fundo, & pars in fundo ligati detinebantur, & idem si omnes serui ligati detinerentur, ibid.d.§.pen.
Deiectus non videtur dominus,quando eius colonus coactus est per vim, quod pro deiectore possideret,nisi re ipsa possessionem ei tradidisset colonus,† reprob. gl. vinctus,add.marg. ibi.
Deiectus armis dicitur quis, etiam quando vnus tantùm ex deiicientibus tenuit gladium, vel fustem, & etiam quando omnes armati venerunt, etsi armis non sint vsi ad deiiciendum,& quando inermes venerunt,sed in ipso certamine,eo processerunt,vt fustes,vel lapides sumerent,l.3.§.armis, de vi & vi armat.
Deiectus armis vt quis dicatur,sufficit terror armorum,ibid.
Deiectus vi dicitur quis inspecto fine,quando aliò tendentes, cum viderent possessorem fugisse,mutato proposito,ingrediuntur,gloss.vt fustes,ibidem.
Deiectus vi nō videtur,vt habeat interdictum vnde vi ille,qui visis armatis, qui aliò tendebant, metu hoc deterritus profugerat, sed bene habetur deiectus quoad hoc,vt amittat possessionem, d.l.3.§. si quis, & ibi gl. vi deiectus,& gloss. seqq.
Deiectus armis non videtur quoad hoc,vt habeat interdictum vnde vi,qui cùm armatos aliò tendentes audisset venire, metu discesserit de possessione, siue verum,siue falsum audisset,nisi illi possessionem occupassent, ibid.
Deiectus armis dicitur ille,qui cùm veniret in possessionem, armati eum prohibuerunt,qui inuaserant possessionem, ibid.
Deiectus in villa si venit ad ciuitatem pro amicis, & in hoc biduo vel triduo laborauit,dicitur habere interim ciuilem possessionem, & spem recuperandi naturalem,† gl. in continenti,in d.l.3.§.cum igitur.
Deiectus vi non dicitur ille,qui compulsus est aliquem in possessionem inducere,nec habet interdictum vnde vi,sed actionem quod metus causa,l. si rerum & ibi gl. fi.eod.
Deiectus ab vsufructu in eādem causam restitui debet interdicto vnde vi,in qua futurus esset,si deiectus non fuisset,l.si plures,§.j.eod.
Deiectus si fuerit vi armata etiam ille,qui vi,aut precariò, aut clàm possidebat, habet interdictum vnde vi, & recuperat ipsam possessionem, & res mobiles quas amisit ex deiectiōe, l.sed si vi,eod.
Deiecto vi licitum est inquietare deiectorem suum quandocunque etiam ex interuallo,gl. fi.in fi.in l.1.§. fi. vti possidetis.
Deiectūm, vel effusum quando est aliquid, is, ex cuius cœnaculo, vel proprio ipsius,vel conducto,vel in quo gratis habitabat, deiectum vel effusum est ita, vt alicui noceret,ex quasi maleficio obligatur ad dupli æstimationem damni, §.1. Institut. de obligat. quæ ex quasi delicto.
Deiectum,vel effusum si fuerit aliquid,ita quòd liber homo sit occisus,is,ex cuius cœnaculo proprio,vel conducto,aut in quo gratis habitabat,deiectum vel effusum fuit,punitur pœna 50. aureorum, si verò viuat, sed fuerit sibi nocitum,tunc punitur inquantùm iudex æstimauerit,§.1.Inst.de oblig.quæ ex quasi delicto.
Deiectum,vel effusum si fuerit aliquid ex cœnaculo filijfam.habitantis seorsum à patre,vel aliquid fuerit appensum,cuius casus periculosus est,in patrem nulla datur actio etiam de peculio,§. si filiusfamilias,& ibi gl.2.eod.
Reliqua verbo, Auxilium, Spoliatus, Vis, 5. Actio, 92.93.94. Effundens, Deijcere, deijciens, Vis 5. Suspensum, Positum.
1 DELATOR non probans regulariter infamatur, fallit in eo, qui detulit non spe præmij consequendi à fisco,vel à delato,vt desistat,fallit in eo,qui detulit aduersarium,vlciscendi gratia,vel qui nomine reip. suæ exequitur causam, l.2. & ibi gl.1.de iure fisci.
Delatore contumace,ipse, & eius etiam fideiussores tenētur ad omne damnum, & adimitur delatori ius publicam causam deferendi,& is,qui delatus est, absoluitur apponendo in ea causam, quare absoluitur, d.l.2.§. Senatus, & ibi gl. tenentur.
Delator cogitur edere mandatorem,& nisi ediderit, in vinculis deducitur, non vt delator subducatur pœnæ,si mandatorem nominet, sed vt mandator quoque perinde,ac si ipse detulisset,puniatur,d.l.2.§.diuus.
Delatoris pœna tenetur etiam ille,qui per suppositam personam delatorem subiecit,l. seruus in opus,34. de pœnis.
Delatorem submittens etiam in causa pecuniaria eadem pœna tenetur, qua tenentur aduocati, qui ad instruendas lites falsas pecuniam acceperunt l. lege Cornelia,§.fi. de falsis.
Delatores debent habere maximam diligentiam, quia solliciti sunt semper inquirere de bonis vacantib.vt ea possint deferre in fiscum,hinc dicitur delatoria curiositas,quæ reprobatur in facto alieno,l.nec supina,& ibi gl.fin. de iuris & facti ignorant.
Delatus citatus non veniens, perinde punitur, ac si in delatione persistens eam non probasset,l. Senatus, §.Diuus,de iure fisci.
Delatorem subiiciens calumniosè, intantùm tenetur fisco, quantùm haberet deferens, si probasset,d.l. Senatus,in principio.
Delator, qui mandato alicuius detulerat, rectè potest abolitionem petere, si mandatorem sibi subtractum queratur, idest, si mandator, qui secum detulerat,discessit à lite,& solus mandator colludens tenetur,l. res, quæ.§.fi.eod.
Delator,qui causam solus agere instituerat, non habita mentione mandatoris,si desistat prætendens mandatorem causæ decessisse,puniri debet,l.2.de eo delatore, eodem.
Delator si non probauerit, punitur ipse, & etiam mandator, l. non tantùm, 24. eodem.
Delator quidam si pro fisco, vel pro vtilitate fisci accusabat testamentum de falso,& ea lite pendente ex alia causa bona vacent,vt quia non esset capax heres institutus in testamento falso, & de hoc constet, fructus veniunt ex die motæ primæ litis,l.fiscus,38.& ibi gl.1.eod.
Delatoris opera non fungitur,qui fisci pecuniam,quam alius tenebat, contendit ad sui temporis administrationem pertinere,quamuis id probare non potuisset,cùm propriam causam egerit, non pro præmio, d.l.fiscus,§.fi.
Delator non dicitur,qui protegendæ suæ causæ gratia aliquid ad fiscum denunciat, l.delator,44.eodem. 2
Delatores dicuntur, qui aliena bona deferunt fisco,& non probant, & infamantur,gl.antepen.in l.nulli licere,28.C.de Episcopis.
Delator falsus punitur,& infamatur,sed verus non,gl.1.in l.3.C.de iniuriis.
Delatores si non probant,dicuntur iniusti,& infames;si verò probant, præmium habent.gl.in rub.C.de delatoribus,lib.10.
Delatores propriè dicuntur publicorum criminum detectores, qui & quadruplatores Latinè dicuntur,d.rub.in add.marg.C.de delatoribus,libro 10.
Delatoris pœnam non patitur ille,qui defert ex necessitate officij,vel ex præcepto iudicis,etiamsi non probet,l.2.& ibi gl. fi.C.eod.
Delatoris pœnam non patitur ille, qui causam delationis ab alio cœptam prosequitur,etiamsi non probet in causa, maximè si iussus iudicis, aut necessitas officij intercedat,d.l.2.& ibi gl.fi.& add.marg.
Delatoris pœnam non sustinet ille,qui conuentus ab officialib. fundum,vel domum possidere,ad suam defensionem non se, sed alium esse eius rei possessorem dixit,sed nōn probauit,quoniam tunc magis videtur delationem contra se factam repellere,quàm alium quenquam deferre,l.3. & ibi gl. fin. C. eod. tit. & lib.
Delatoris pœna non punitur ille, qui defendit causas reipub. in iudicio, alio prouocante,vel extra ius,l. ex varia,& ibi gl. 2. C.eod.
Delatores siue nunciatores criminum dicuntur illi soli,qui fisco deferunt, scilicet inchoando,& spe præmij,& non probant, & patiuntur pœnas delatorum, gl. fi. ibid.
Delator nuncians sine fisci aduocato extra ordinem punitur,l. pen.C.eodem.
Delator non debet admitti sine fisci aduocato,& malè deferens ex consuetudine grauissimè punitur,ibid.
Delator quandoque etiam si probauerit,nihilominùs punitur,vt si seruus detulit dominum,l. fi. & ibi gl, 1.C.eod.
Reliqua verbo, Deferre, Deferens, Denunciare, Denunciator, Incapax, Relator, Bona, 6. Nunciator.
DELATIO non fit ciuitati, gl.fi.in l.ex varia,C. de delatorib.lib.10.
Delatio iuramenti non habet vim diffinitiuæ, l. cùm iudex, C. de sententiis & interloquut.
Reliqua verbo, Iuramentum, 12. vsque 28. Iurans, 3.4. Iurare, Minor, 44. Patronus, 78.
DELEGARI possunt causæ,quæ semiplenam causæ cognitionem, desiderant, non quæ plenam, gl.decretum,in l.nec quicquam, §.vbi decretum, de officio proconsulis.
Delegari non possunt à proconsule causæ,quę magis iudicis officio,quàm actionis iure expediuntur,in quibus plenè causæ cognitio, & decreti interpositio requiritur, d.§.vbi decretum, & ibi gl.decretum.
Delegare non potest quis sententiam à se scriptam alij iudici legendam, velut ipse cognoscat, & alius det sententiam,d.gl.decretum.
Delegari non possunt causæ meri, & mixti imperij,cùm illæ concedantur maioribus iudicibus specialiter, & expresè in priuilegium,† l.1.& ibi gl.1.& 2.de officio eius,cui mandat.gl.fi.in l.fi.eod.
Delegari possunt causæ mixti,& meri imperij,in casu absentiæ d. l.1.& ibi glos. si proficiscatur.
Delegari possunt quæcunque, quæ iure Magistratus competunt, d.l.1.
Delegare non potest prætor cognitionem, quam ex Senatusconsulto habet, quando à familia dominus occisus esse dicitur, ibid.
Delegari non possunt ea, quæ specialiter, idest, peculiariter & in priuilegium conceduntur,& ambo sunt necessaria, & alterum non sufficit,gl.2.ibid.
Delegari non potest interpositio decreti, quæ fit causa cognita super alienatiobus rerum minoris,l.mandata,de officio eius,cui mandata.
Delegari potest cognitio de suspectis tutorib.imò mandata generali iurisdictione,propter vtilitatem pupillorum, illa venit,l.pen.eod.
Delegari non potest datio tutorum,nisi ei,qui subiectus est,& cui imperari potest,& qui aliàs iurisdictionem habet,vt est defensor ciuitatis, gl.1.ibid.
Delegari possunt,vt possessio bonorum detur, aut ventris nomine mulier,vel is, cui legatum est,seruandorum legatorum causa in possessionem mittatur, d.l. penult.§.1.
Delegari potest, si cui damni infecti nomine caueatúr, vt is possidere iubeatur, ibidem.
Delegari potest, vt possessio bonorum alicui detur in sex tantùm bonorum possessionibus,quæ ius non tribuunt,secus in aliis,quæ ius tribuunt, gl. vt possessio, ibidem.
Delegari possunt, quæ summariam, & semiplenam causæ cognitionem requirunt,non tamen,quæ plenam,gl.legatorum,ibid.
Delegari potest cognitio,ac pronunciatio,an quis sit mittendus in possessionem vel non,sed non potest delegari ipsum mittere actualiter,ac re ipsa,gloss. fin. in d.§.1.
Delegare potest legatus proconsulis,& in eo hoc est speciale,gloss. 1.in l.fi.eod.
Delegari potest datio tutoris habentis iurisdictionem,licèt sit mixti imperij, & hoc fauore pupillorum est introductum, alia verò, quæ sunt mixti imperij

venitur,aut casu,vt cùm venando telum missum hominem interfecit, d.l. respiciendum,§.delinquunt.

Delinquens sine animo, vt casu non punitur,aliquando culpa leui,vel leuissima & tunc punitur propter culpam,vel propter malum exemplum, sed leuiùs,gl. aut casu,ibid.

Delinquens per iuris ciuilis ignorantiam non punitur,vt in incestu, & in Senatusconsulto Liboniano, secus si per ignorantiam iuris naturalis, vel quasi, ibidem.

Delinquens dolo secundùm leges punitur, si processit ad actũ, secus si statum est in finib.cogitationis,ibid.

4 Delinquentium aliquorum supplicia nonnunquam exacerbantur & crescunt,veluti quando multis delinquentib. maior pœna imponitur alicui, vt sit exemplum aliis,l.aut facta, §. fi.eod.

Delinquens, qui fecit heri homicidium, plus est puniendus, quàm qui fecit iam est decennium,l.si diutino, & ibi gl.1. & fi. eod.

Delinquens,qui diu & longo tempore fuit in reatu qui recipit iterationem,plus debet puniri quàm qui semel tantùm commisit, ibid.

Delinquens admonitus magis punitur, vel cui semel parcitum est, si in delicto perseuerat,vel ad idem delictum reuertitur,l.capitalium, §.solent, eodem.

Delinquentium multitudo releuat quem à pœna,l.non omnes,& ibi add.marg. de re militari.

Delinquentes puniri reipub.interest, & ideò qui facit delinquentes puniri, non debet pati pœnam,vel dispendium,gl.fi.in l.capitis, 53.de fideiussor.

Delinquentem recipi inter reos,& litem contestari, differunt, nam litis contestatio actum receptionis inter reos præcedit, sed receptio pòtest fieri pòst etiam de absente, & ita per litis contestationem non dicitur quis inter reos receptus,sed per descriptionem rei in actis,gl. recepta, & ibi add. marg. in l. miles,11.de adulteriis.

Delinquens propter delictum honore priuandus est, non tamen onere releuandus,glo.certis in l.1.§. vt initio, de postulando.

Delinquens maior infante per culpam iuuatur per restitutionem, vt in nihilum teneatur, aut deliquit dolo, & tunc si ciuiliter agitur, non iuuatur,nisi vt pro confesso,vel transacto habeatur,si agitur criminaliter,& tunc, si delictum est atrox tantùm,& non subuenitur,nisi quatenus miseratio ętatis perduxerit iudicem ad mitiorem pœnam,si verò sit atrocissimum,vt in capitulis legis Iuliæ, de adulteriis,& tunc in nihilum subuenitur,gl.1.in l.ferè,108.de reg.iur.

Delinquens publice plus delinquit,quàm qui priuatim,gl.2.in l.3. C. de summa [illegible].

Delinquenti non imponendo pœnam à iudice, ipse delinquens, & iudex à Deo expectabunt pœnam, gl.pen.in auth. interdicimus, C.de Episcopis & cler.

Delinquens ignobilis in quocunque delicto grauiùs punitur,quàm nobilis,glo. pauperior, in l.si quis ad declinandam, 49.C.eod.

Delinquens frustrà inuocat, qui in eum commisit, gloss. non debet, in l.3.C.de Episcopal. aud.

Delinquens tenetur in eo,in quo deliquit,gl.2.in l.1.C. de transact.

5 Delinquens repertus in flagranti crimine magno, potest diebus festiuis,etiam in honorem Dei indictis, ad furcas mitti,gl.1.in l.prouinciarum,C.de feriis.

Delinquens si non reperitur in loco,in quo deliquit,est remittendus ad iudicem loci delicti, ad ipsius postulationem non simpliciter, sed priùs cognito summariè à iudice, à quo postulatur remissio, vel à iudice vbi habet domicilium, an reus sit contumax in loco delicti, vel non,gl.3.in l.1.C.vbi de crimine.

Delinquentes ibi debent conueniri, vbi reperiuntur habere domicilium, vel forum, glo.fi. ibid.

Delinquens captus in loco delicti vt reus, vel in quo quis aliàs sortitur forum, potest ibi conueniri, si ibi reperiatur actione reali personali, & etiam mista non obstante quocunque priuilegio, auth. qua in prouincia, C.eod.

Delinquens mandatarius si conuentus sit de delicto ciuiliter, & eo casu, quo vnius satisfactio liberat alium, habet dilationem ad denunciandum dòmino, at ista dilatio non datur,vt ex hoc liberetur conuentus,sed datur, vt conuentus possit instrui de suis defensionibus, glos.eo autem,ibid.

Delinquenti, qui est in dignitate clarissima constitutus,non prodest sua clarissima dignitas,quo minùs cõueniatur, vbi deliquit, l.1.C.vbi Senator.vel claris.

Delinquens post peractam pœnitentiam & habitam indulgentiam habetur perinde,ac si non deliquerit,l.Imperialis 24 §. præsenti, C.de nuptiis.

Delinquens non debet esse melioris conditionis, gl.fi.in l.si ex voluntate, C. de donat. inter virum.

Delinquens mitiùs punitur,si delictum non consummauit,quàm si consummasset, gl.1.in l.3. C. de seruis fugitiuis.

Delinquens debet puniri in eo, in quo deliquit,gl.3.ibid.

6 Delinquens detinetur in carcere,si non potest habere idoneos fideiussores,l.eos, qui,§.super his, C.de appellat.

Delinquentes detineri debent sub fida custodia secundùm personarum qualitatem,& delictorum quantitatem,gl.fin.in l.minimè,12.C.eod.

Delinquens conuictus, & sponte confessus non potest appellare,secus si sit conuictus, sed non confessus, vel confessus,non tamen sponte, sed metu tormentorum, l.2.C. quorum appellat.

Delinquens conuictus, & non confessus, vel confessus, sed non sponte in crimine captus, & in aliis criminibus propter immanitatem criminis non potest appellare, gl.3. ibid.

Delinquens absens in causa capitali potest per procuratorem defendi, intellige, vt allegetur causa absentiæ,sed non quoad principalem causam, l.3. & ibi gl. fin.C.de accusat.

Delinquens propter mandatum alterius non excusatur, l. non ideò minùs, 5.C. de accusat.

[illegible]quens,& mandatarius vterque tenentur de delicto,ibid.

[illegible]quens quandoque duplici crimine tenetur,vt occidens seruum in iniuriam domini tenetur iniuriarum, & de homicidio, item committens adulterium cum sorore tenetur de adulterio,& de incestu, gl.plurima, in l. qui de crimine, C.eodem

Delinquens si aggrediendo hominem occiderit, de homicidio tantùm tenetur, quia licèt facta sint diuersa, tamen quantùm ad initium pro vno facto habentur, ibidem.

Delinquente mortuo non proceditur super delicto,nec bona auferuntur heredibus,nisi is sibi mortem consciuit, l.pen.C.si reus, vel accusat.mort.

Delinquens vno tempore inferendo vim, occupando, & occidendo non punitur de quolibet,sed totum est vnum delictum, scilicet violentia aggrauatum per istas qualitates, l.quoniam,C.ad legem Iuliam, de vi publ.

Delinquens circa res in plus,quàm cogitaret, si delictum, quod proposuerat, ad hoc tendit, & tunc inspicitur delictum, seu euentus, & non animus, velut violentia debet puniri secundùm euentum, quia verisimiliter violentia tendit ad verbera, & homicidia,d.l. quoniam,& ibi gl.supplicium.

Delinquens sæpiùs plus puniri debet,gl.sæpiùs,in l.seruos,qui.C.eod.

Delinquens ob idem crimen non debet puniri duabus legibus,glo.fi.in additione, in l.4.C. de sepulcr. violat.

Delinquens dicitur amare pœnam, §.qui verò Leonis, in authent. de non alienand. col. 1.

Delinquenti non licet pœnitere, sed iudici, qui ab initio corrigere omisit officialem,licitum est ab ea omissione in punitionem resilire, gloss. non emendantis, in add.marg.in §. sic igitur, in auth. vt iudices sine quoquo suffrag. col. 2.

Delinquens in alium,& ipse delinquit,& alium facit delinquere, §. eos autem qui,& ibi gl.quod magis,eod.

Delinquens ibi debet puniri,vbi deliquit,vt eius pœna sit aliis in exemplum,§. quis autem præter,& ibi gl.illic, eod.

Delinquentes debet iudex ita punire,vt illorum supplicium alios saluos faciat, glo.supplicium,in §.si quis autem,in auth.de mandat.principum.

Delinquentium aliquorum impunitas multos alios tradit morti,& exitio,ibid.

Delinquens si non inueniatur in loco,vbi deliquit, poterit & alibi comprehendi,& remitti etiam violenter,gl.criminum.in §. hæc considerantes, in auth. vt omnes obediant iudicib. col.5.

Delinquens pluries deterioris conditionis est,quàm qui semel tantùm,§.fi.& ibi gl. deterior, in auth.de litigiosis.

Delinquens non debet implorare auxilium eius,in quem delinquit,gloss. desperauerunt,in §.fi.in auth.vt liceat matri & auiæ,col. 8.

Delinquens in Ecclesia pro delicto ibidem commisso extrahi potest, sed non potest extrahi pro delicto extra Ecclesiam commisso, cùm salutis causa eo confugerit,d.§.fi. & ibi add.marg.

Delinquens quandoque in exemplum grauissimè puniri debet,gl.1.in l. fi. C. de delatorib.lib.10.

Delinquentem debet comitari pœna, non dignitas, vel præmium,l.neque,38.C de decurionib.lib.10.

Delinquens propter actum efficitur pœna dignus, per sententiam nullo modo, sed factum declaratur, gl.potiùs, in extrauag. quoniam qui sint rebelles.

Delinquentes in maiori dignitate constituti maiori pœna pecuniaria sunt puniendi,quàm constituti in minori dignitate, sed maiori pœna corporali sunt puniendi minores,quàm maiores,l.hac edictali,§.1. & ibi gl.centum, de pace tenenda inter subditos.

Delinquens debet puniri secundùm qualitatem criminis.gl.centum,ibid.

Delinquens in Ecclesia vel cæmiterio non gaudet immunitate, secus si extra Ecclesiam,nisi esset publicus latro,gl.ædem in additione in §.fin. Inst. de iure person.

Delinquens plus,punitur etiam plus,§. capite tertio,& ibi gl. triginta,Inst.de lege Aquilia.

*Reliqua verbo, Apprehendens, Admonitio,Confessio,*51.*Criminosus,Malefactores,Receptare,Reus,*6.7.8.*Seruus*, 143.144.145.*Testamentum,*40.41.*Testis,*25.26.*Vagabundus,Mulier,*30.*Animus,Incertitudo,Indicare.*

DELINQVENS si ante crimen admissum alienat bona, mox admissurus delictum, ea bona quasi in fraudem alienata reuocat fiscus crimine patrato, l. Lucius,18.in add.marg.qui potiores in pig.

Delinquens post crimen capitale, propter quod bona publicantur, ante tamen sententiam condemnatoriam potest donare,& etiam sententiam intra decem dies,qui dantur ad appellandum, sed post illos non potest,l.post contractum, & ibi add.marg.de donatio.

Delinquens post crimen læsæ maiestatis commissum, nec ante sententiam condemnatoriam potest donare, gl. 1.ibi.

Delinquenti in criminib.læsæ maiestatis, repetundarum,hæresis, & in aliis criminib. exceptuatis ex die commissi criminis non potest alienare, sed in aliis non exceptuatis à tempore litis contestationis non potest alienare, l.ex iudiciorum,& ibi gl. maiestatis,& gl.alienare.de accusatio.

Delinquens non prohibetur post commissum delictum agere contra quemlibet suum debitorem,neque etiam donare,gl.3.in l.fi. C. de ordine iudiciorum.

Delinquentis pœna capitis infirmat donationem causa mortis, vel rumpit testamentum eius, cuius bona etiam omnia publicantur, siue ante delictum, siue post fecerit donationem illam,vel testamentum,gl.fi.in l.res vxoris,24.C. de donat inter virum.

Delinquens absens de capitali crimine non damnatur, sed bona eius describuntur, vt copiam sui præstet, vt intra annum veniens recuperet res suas, post annum purgat innocentiam suam quandocunque,sed bona non recuperat,gl. 1. in l.2. C. si pendente appellatione.

*Reliqua verbo,Crimen,*6.7.8.9.

DELINQVENTI non auferuntur bona statim atque in carcerem ductus est,sed demùm post condemnationem,l.2.de bonis damnatorum.

Delinquens accusatus, vel in scelere deprehensus si metu pœnæ mortem sibi consciuerit,heredem non habet,& eius bona ad fiscum deueniunt,secus si non fuerit accusatus, nec in scelere deprehensus, quo casu mortem sibi inferens habet heredem, nec bona eius ad fiscum deueniunt, l.3. & ibi gl. 1. de bonis eorum,qui ante sententiam.

Delinquens accusatus, vel in scelere deprehensus se occidens, ad hoc vt bona eius confiscentur, oportet delictum commissum esse tale, ex quo damnatus morte,aut deportatione erat afficiendus, secus si accusatus de furto modicæ rei,vel

talem denunciationem punitur ad interesse creditoris, in quo potest venire quandoque totum depositum, auth. de deposito, per totum, col. 6.

Denunciatio quando denunciantis commodum spectat, tunc necesse est denunciare etiam scienti, sed quando denunciatio fit ad simplicem aduersarij instructionem, & eius commodum, & tunc non est necesse, vt scienti denuncietur, gloss. 2. in additio. margin. in cap. 1. si de feudo vassallus ab aliquo interpellatus.

Denunciatio iure antiquo non admittitur, nisi per officialem, sed iure canonum admittitur præcedente charitatiua monitione, gl. per denunciationem, in extrauag. ad reprimendum, quomodo in læsæ maiest.

per Denunciationem factam à quocunque potest procedi iure speciali in crimine læsæ maiestatis, ibid.

ad Denunciationem priuatam iudex procedit in his qui agere non possunt de iure, vt cùm serui à dominis opprimuntur, item ad denunciationem patris, vel patroni conquirentis de filio, vel liberto, vt quando homines humiles opprimuntur potestate, vel eis aliquid aufertur, ibid.

Denunciatio Euangelica dicitur priuata, & habet locum tantùm in foro Ecclesiastico, ibid.

in Denunciatione Euangelica libellus porrigitur, & lis contestatur, & fertur sententia in scriptis, d. gl. per denunciationem, col. 2.

Denunciatio Euangelica datur pro obligatione præscripta, d. glos. per denunciationem, col. 2.

Denunciationem Euangelicam iudex Ecclesiasticus indistinctè non debet admittere, nisi in defectum iustitiæ, vel quando crimen de sui natura est Ecclesiasticum, vel ratione pacis vel iuramenti, vel quando crimen est notorium, vel quando non auditur in iudicio sæculari, vel quando eam proponit miserabilis ac depressa persona, ibid.

Denunciatione Euãgelica potest agi pro obligatione naturali, qua quis tenetur, eo ipso quòd locupletatur cum aliena iactura, quia quod alienum est, peruenit ad illum, vel pro obligatione naturali, quæ originem habet ex consensu, vt ex pacto nudo, vel iureiurando interposito ab alio, quàm à liberto, ibidem.

Denunciatione Euangelica non potest agi pro obligatione naturali, quæ à consensu non habet originem, vt in eo, qui ex maleficio obligatur ad pœnam, ibidem.

Denunciatio Euangelica non datur, vbi contra obligationem naturalem, vel ciuilem datur restitutio, ibid.

Denunciatione Euangelica non potest agi contra filiumfamilias tutum exceptione Macedoniani, nec contra mulierem tutam exceptione Velleiani, nec contra pupillum eo casu, quo naturaliter tantùm obligatur, cùm illa naturalis non sit efficax, ibid.

Denunciatio Euangelica datur contra tutum exceptione rei iudicatæ, † d. gl. per denunciationem, col. 2. in add marg.

Denunciationem Euangelicam probandi modus est, vt prima denunciatio probetur per se ipsam, cùm dicat corripe eum inter te & ipsum solum; secunda denunciatio probanda est per se, & vnum alium legitimè deponentem, vel per se, & duos alios, cùm dicat, adhibe tecum vnum, vel duos; tertia denunciatio, quæ fit Ecclesiæ, probatur per ipsum libellum denunciatorium datum ipsi iudici Ecclesiastico, quarta scilicet quod peccat in eum, probatur probando quòd detinet rem suam: vel quòd est suus debitor, d. gloss. per denunciationem, col. 3.

in Denunciatione Euangelica fertur sententia, & qualiter ferri debeat, d. glo. per denunciationem, in fi.

Reliqua verbo, Detestatio, Domus, 8. Peremptorium, Citatio, Venditor, 30.

DENVNCIARE quandoque quis cogitur, § causas autem, pro quibus, & ibi gl. si quolibet, in auth. vt liceat matri & auiæ, col. 6.

Denunciare domino tenetur conductor, quando veniente exercitu migrare vult, l. item quæritur, 13. §. exercitu & ibi gl. non denunciauit, locati.

Denunciare debet ante litis contestationem suo authore habens titulum ex causa lucratiua, vt est legatarius, sed habens titulum ex causa onerosa, vt emptor quocunque tempore potest ante sententiam denunciare suo authori, modo fiat eo tempore, quo author suis defensionibus vti potest, gloss. pen. in add. marg. in l. si rem, 29. de euictio.

Denunciare potest quis authori suo in causa appellationis, licèt in prima instantia non denunciauerit, si omnia sunt authori integra, vt quia testes habet, & nihil deperit, d. gl. pen.

Denunciare debet quis amicis, vel procuratori, aut ad domum, se opus facturum, quando is, cuius interest ne opus fiat, non reperitur, vt denuncietur, nec dolo malo eius factum sit, ne reperiatur, ad hoc vt denuncians non dicatur clàm facere, l. aut qui aliter, §. si quis se, quod vi, aut clàm.

Reliqua verbo, Deferre, Deferens, Detestari.

DENVNCIANDI facultas facienda debitori, quòd soluat, transit ad heredes stipulatoris, sed non facultas implendæ conditionis, l. si decem cùm petiero, 48. de verb. oblig.

DENVNCIANS se non posse denunciare, habetur pro denunciatione, l. 2. & ibi gl. 1. de nautico fœnore.

Denuncianti delinquentem si statuatur præmium, nec dicatur, vnde debet illud solui ei, primò de bonis ipsius delinquentis, & si illa non sufficiant de bonis eius, ad cuius vtilitatem sumitur vindicta, & si nec illa sufficiant, tunc ex publico debet solui, l. lege Cornelia, & ibi gl. damnati, ad Syllania.

Denuncians se opus facturum non semper videtur non clàm facere opus si post denunciationem fecerit, quia debet & diem, & horam denunciatione complecti, & vbi, & quòd opus facturus sit, neque debet obscurè, vel deceptiuè denunciare, neque ita arctare aduersarium, vt non possit extra diem occurrere ad prohibendum, l. aut qui aliter, §. si quis, quod vi, aut clàm.

Denunciantes delicta non prout commissa sunt pœnam falsi incurrunt, l. lege Cornelia, 9. §. fi. in add. marg. de falsis.

Denuncians maleficium punitur, si non probat, l. 1. C de curiosis, lib. 12.

contra Denunciantes denunciatione Euangelica non admittitur exceptio criminis, nec infamiæ, sed bene excommunicationis, gl. per denunciationem, in extrauag. ad reprimendum, quomodo in læsæ.

DENVNCIATORES maleficiorum non possunt incarcerare alios pro delicto, possunt tamen malefactores fugientes in custodia detinere, l. 1. & ibi gl. 1. C. de curiosis, lib. 12.

Denunciator in crimine læsæ maiestatis habet vim cuiusdam mandatoris, vel instigatoris, & desistendo incidit in Turpilianum, d. gl. per denunciationem in d. extrauag ad reprimendum.

DENVNCIATVS quis ne tradat aliquam rem, si tradat, tenetur de dolo, non verò tenetur, si restituat ei, a quo causam habuit, gloss. final. in l. si quis, 11. C depositi.

Denunciatus ne deinceps vteretur itinere, si omninò non contempsit denunciationem, quinimò ab vtendo palàm abstinuerit, neque prohibente sciente vsus est, sed clanculùm, aut noctu, aut tempore, quo nuncians ignorare posset, dicetur vti clàm, sed si neglexit denunciationem, palámq; vsus sit, & tunc dicitur vi vti, gl. 1. in add. marg. in l. 3. de itinere, actúque priuato.

Reliqua verbo, Deferre, Deferens, Delator.

DEPECTVS dicitur, qui turpiter pactus est, & tenetur edicto de calumniatoribus, l. 3 §. si igitur, de calum.

Reliqua verbo, Pactus.

DEPERDITVM dicitur, quod in rerum natura esse desiit, & aliter dicitur interire, l. deperditum, 21. & ibi gl. 1. de petitione heredit.

DEPONERE tumultus, incendij, ruinæ, vel naufragij gratia intelligitur ille qui nullam aliam causam deponenti habet, quàm imminens ex causis suprascriptis periculum, l. 1. §. meritò, depositi.

Deponere volenti apud te si mandasti, vt periculo tuo deponeret apud aliquem teneris mandati; si verò fideiussisti pro eo, omninò teneris ex fideiussione quod ex depositi actione præstari solet, non solùm si dolo fecit recipiens depositum, sed etiamsi dolo non fecisset, dum tamen sit res deposita apud eum siue recipiens inciperet esse furiosus, vel pupillus esset, & decederet sine herede, vel successore, d. l. 1. §. idem Pomponius, in fi.

Deponere volentem apud te iussisti, vt deponeret apud libertum tuum, si ille apud illum deposuit, nomine tuo teneris ei depositi, si verò volens tu custodire persuasisti ei, vt deponeret apud libertum tuum, nulla actione teneris ei, libertus tamen recipiens tenetur ei depositi, d. l. 1. §. idem quærit, & ibi gloss. apud eum.

Deponere apud depositarium tam vnum, quàm plures possunt, sed ad deponendum apud sequestrum non vnus, sed plures esse debent, l. licèt, eod.

Deponi debet sors mutuò accepta cum vsuris in publico, vt cursus vsurarum inhibeantur, si creditor oblatam sibi sortem post contestationem, idest, testium vocationem recipere nolit, l. acceptam, 19. C. de vsuris.

Deponi debet traiectitia pecunia in publico, vt cursus vsurarum inhibeatur, si creditor eam pecuniam oblatam post contestationem recipere nolit, ibidem

Deponi Episcopum aliud est, & aliud est administrationem Episcopo auferri, gl. concessa, in l. 4. de authorit. tutorum.

Reliqua verbo, Commendare, Credere, Vsura, 11. 12. 13. Debitor, 38. 39.

DEPONENS potest quandocunque depositum reuocare, quia nihil interest depositarij, gl. nõ officium, in l. in commodato, 17. §. sicut autem, commodati.

Deponens rem vitiosam siue scienter, siue ignoranter, indistinctè tenetur præstare damnum datum depositario ob rem vitiosam depositam, gl. item qui, in l. in rebus, §. fi. eod.

Deponens seruum furem siue scienter, siue ignoranter, tenetur insolidum de damno, vel furto facto à seruo ipsi depositario, nisi & ipse depositarius sciuisset eum furem, l. si seruus, 31. de pign. actione.

Deponens, qui fidem depositarij elegit ex voluntate, si non reddatur ei depositum, simplo debet esse contentus, sed ei, qui exigente necessitate, deponit, tenetur depositarius in duplum, quia crescit perfidiæ crimen, & publica vtilitate coërcendum est, l. 1. §. meritò, depositi.

Deponenti ex necessitate non reddere depositam, ac fidem frangere in ciuile, ac contra publicam vtilitatem, & deponentium est, d. §. meritò, & ibi glossa in ciuile.

Deponens expressim equum, & capistrum dicitur vtrumque deponere, sed si deponens dixit, depono equum qui erat capistratus, licèt capistrum, non sit depositum, tenetur tamen depositarius etiam de capistro habere custodiam, aliàs contra eum agitur depositi etiam pro capistro, non, vt pro deposito, sed vt pro accessorio depositi, d. l. 1. §. quæ depositis, & ibi gl. cum capistro.

Deponens seruum si pro custodia det mercedem, contra depositarium aget ex conducto, sed si recipiat, aget ex locato, si verò operæ serui compẽsentur cum custodia, aget præscriptis verbis, & in his casibus venit dolus, lata, & leuis culpa, siue agatur ex conducto, siue ex locato, siue præscriptis verbis, sed si deponens nihil aliud præstet pro custodia, quàm cibaria, nec de operis quidquam conuenit, aget contra depositarium actione depositi, in qua dolus, & lata culpa tantùm venit, d. l. 1. §. si quis seruum, & ibi gl. culpam, & gl. dolo.

Deponens cistam obsignatam siue ostendendo singulas res, quas deponit, siue eas non ostendendo, poterit repetere depositi cistam, & singulas res, habet tamen necesse probare, quòd ibi fuerint res, quas repetit, d. l. 1. §. si cista, & ibi glos. deposita, eodem.

Deponẽs scrinium, vel saccum cum rebus legatum, siue res in eo inclusas ostenderit, siue non, nihilominùs poterit repetere actione depositi scrinium vel saccum, & etiam singulas res in eo inclusas, tenetur tamen probare, quòd ibi fuerint res quas repetit, ibid.

Deponens apud duos aduersùs vnumquemque insolidum potest agere depositi, nec liberatur alter, eò quòd cum altero agat, quia non liberantur electione sed solutione, d. l. 1. §. si apud duos.

Deponens si ab vno ex duobus depositariis recepit interesse rei depositæ, eò quòd in ea ambo dolosè versati sint, liberatur alter, & si conuentus in nihilo, vel minùs sit soluendo, vel si non fuerit in dolo, & ideo sit absolutus, contra alterum poterit agere depositi, d. §. si apud duos.

Deponens apud te, vt post mortem tuam reddas, potest agere depositi cum herede tuo, & etiam potest mutata voluntate, & ante mortem tuam depositum repetere, d. l. 1. §. penul.

donatio. inter virum.
Depositum sub pacto, quod post mortem domini deponentis restituatur alicui, non inducit donationem in personam illius, & is mortuo deponente potest agere vtili depositi, quantumuis non dicatur sibi donatum, quia id reddit heredi deponentis, † l. donationes, 31. §. pen. & ibi gloss. donationem, de donatio.
4 Depositum factum vni reperiatur, & alius promittit restituere illud depositum, secundus tenetur tanquàm fideiussor, l. Titia, 12. §. pe. & ibi gl. quæ apud, de verb. oblig.
Depositum potest probari non solùm per instrumentum publicum, sed etiam per testes, & per omnem aliam speciem probationis, gl. 2. in l. 1. C. de edendo.
in Depositi instrumento priuato tres testes sunt necessarij, qui subscribant, gloss. depositarum, in l. in contractibus, §. sed quoniam, C. de non numerata pecun.
Depositum si sit debitum, creditori competit actio vtilis depositi, vel in rem contra possidentem pecunias depositas, gl. fi. in l. acceptum, C. de vsuris.
Depositi clausula quando ponitur in datione pecuniæ, censetur depositum, & non mutuum, secus si daretur pecunia simpliciter, quia tunc censeretur mutuum, gl. fi. in l. 3. C. depositi.
Depositum non restituens ille, qui conuentus est non suo nomine, sed hereditario, tutorio, curatorio, vel procuratorio, non efficitur infamis, glo. 1. in l. qui depositum, C. eod.
Depositum si sit ex vtraque parte, non oritur compensatio in hoc, sed depositæ res, vel pecuniæ ab vtraque parte quàm celerrime sine aliquo obstaculo restitui debent, l. si quis, 11. C. eod.
Depositum si sit ex vtraque parte, qui primus restituerit depositum, habet integras actiones contra alium ad suum depositum, ibid.
Depositi ad depositum non fit compensatio, tamen bene admittitur reconuentio, non, cum defertur liquidum propter non liquidum, sed reseruatur hoc, quod est probandum, gl. 1. ibid.
in Deposito potest opponi exceptio spoliationis, † gl. opponat, ibid.
5 Depositum cuilibet etiam prædoni restituendum est, nisi non dominus deposuit apud dominum, gl. non concessa, ibid.
Depositum ne restituatur deponenti, si aliquis contradicat in scriptis, vel sine, deponenti non restituitur, nisi priùs idonea satisdatione, vel cautela data cum fideiussoribus depositario à deponente, gl. quòd si in scriptis, ibid.
Depositum non restituitur deponenti, nisi præstita sufficienti cautione, quando denunciatio est facta depositario, ne restitueret depositum, & sufficit sola controuersia absque litis contestatione, gl. fi. ibid.
Depositum non aliter fit, quàm in rebus mobilibus, gl. 2. in auth. dos data, C. de donatio. ante nuptias.
in Deposito solus dolus venit, non intelligitur quòd nihil aliud veniat, quia venit lata culpa, sed leuem excludit, glo. solam, in l. cùm notissimi, C. de præscript. 30. vel 40. anno.
Depositum ne reddatur, denunciatio facta depositario non valet, & qui talem denunciationem fecit, punitur ad interesse creditoris, in quo quandoque venire poterit totum depositum, in auth. de deposito, in principio, col. 6.
Depositum, vel mandatum morte depositarij, vel mandatarij non soluitur, gl. 1. in §. soluitur, Inst. de solutio.
Depositum etiam causa tumultus incendij, ruinæ, vel naufragij factum, est bonæ fidei contractus, † gl. depositi, in §. actionum, Instit. de actio.
Reliqua verbo, Contractus, 3. 10. 11. Numularius, Obsignatum, Suus, 1. Filius, 108. Abesse, 19. Compensatio, 10. Depositio.
6 DEPOSITI actio datur in simplum, nisi depositum fuerit factum causa tumultus, incendij, ruinæ, vel naufragij, quia tunc in duplum datur contra depositarium, & perpetuò in simplum, tamen & intra annum contra eius heredem ex dolo defuncti, sed ex dolo ipsius heredis in duplum, l. 1. §. prætor ait, depositi, & l. quod tumultus, & ibi gl. 1. eod.
Depositi actio in deposito facto causa tumultus, ruinæ, incendij, vel naufragij, prætoria est, sed in reliquis casibus ciuilis est, gl. dabo, in d. §. prætor ait.
Depositi actio sicut pro rebus depositis competit, ita & pro rebus quæ deposito accedunt, licèt illæ non dicantur depositæ, d. l. 1. §. quæ depositis, & ibi gl. cum capistro.
Depositi actio nascitur antequàm dolus committatur, d. l. 1. §. idem quærit, & ibi gl. apud eum.
Depositi actio competit bonorum possessoribus, cæterísque successorib. & ei, cui ex Trebelliano restituta est hereditas, d. l. 1. §. si apud seruum.
in Depositi actione non solùm præteritus dolus, sed etiam futurus, id est, post litis contestationem, venit, ibid.
Depositi actio bonæ fidei est, & ideò veniunt in ea functus, & partus, & omnis causa, d. l. 1. §. est autem, in fin.
in Depositi actione directa, non contraria iuratur in litem, d. l. 1. §. si rem, & ibi gl. actione.
in Depositi actione contraria non agitur de fide rupta, sed de idemnitate eius qui depositum suscepit, & ideò non iuratur in litem, quia præter consensum deponentis contrahitur, nimirum pro expensis in re deposita per depositarium factis, vnde deponens non restituens expensas, fidem non frangit, at in depositi directa serua est, quia contrahitur depositarij consensu, qui non restituens fidem frangit, ob idque iuratur, in litem, l. ei, apud quem, & ibi add. marg. depositi.
Depositi actio sequestraria datur contra sequestrum non restituentem rem, apud quem litigantes super ea deposuerant, d. l. ei, apud quem, §. 1. & l. si apud te, de præscrip. verbis.
Depositi actio ex dolo defuncti datur in heredem insolidum, quamuis aliàs in actionibus & maleficio & in puris delictis non teneatur heres, nisi in id, quod ad eum peruenit, l. si hominem, §. 1. eod.
Depositi actio ex dolo vnius ex pluribus heredibus depositarij datur insolidum contra heredem committentem dolum, & non contra coheredes dolo carentes, l. in depositi, cum l. seq. eod.
in Depositi actione veniunt vsuræ à tempore moræ, etiamsi pecunia numerata deponatur, & depositi terminos excedat, l. Lucius, eod.
Depositi actioni non opponitur compensatio, item priùs habetur ratio de[…] nentium, si cedunt bonis debitores, item crescit in duplum per inficiation[…] in quatuor casibus, scilicet ex causa incendij, ruinæ, tumultus, & naufragij, […] data, in auth. de deposito, col. 6.
Reliqua verbo, Actio, 51. 69. Sequester, Soluens, 5.
DEPOSITAE rei possessio apud sequestrũ licèt perdatur, non tamen perdi[…] commodum possessionis, quantùm ad onus probandi, l. si oleum, de dolo.
Depositus vel commodatus seruus intelligitur domino seruire, l. si seruus de[…] situs, 22. & ibi gl. habeat, de noxalib.
Depositus seruus, vel commodatus si damnum dedit, ipsius dominus tenetur […] xali, si habeat facultatem recuperandi seruum, ibid.
Depositæ, vel commodatæ res non veniunt in iudicium communi diuidun[…] quia non sunt hereditariæ, sed sunt ex hereditate, l. inter coheredes, 44. & gl. 1. famil. erciscundæ.
Depositæ, vel commodatæ res non veniunt in iudicium familiæ erciscundæ, […] 2. ibidem.
Deposita pecunia potest conuerti in mutuum ex sola voluntate deponentis depositarij, absque eo quòd de loco moueatur, vel tangatur, l. certi condict[…] §. fi. si certum petatur.
Deposita si fuerit pecunia ab initio, vt depositarius ea vtatur, si volet, non pr[…] fit mutuum, quàm moueatur per depositarium, l. quòd si, 10. si certum petat[…]
Depositæ rei proprietas penes deponentem manet, gl. 1. in l. 1. depositi.
Deposita non dicuntur illa, quæ depositis rebus accedunt, veluti si homo vest[…] tus sit depositus, vestis non est deposita, vel si equus cum capistro, solus equ[…] est depositus, d. l. 1. §. quæ depositis.
Depositæ rei custodia vbicunque committitur per verba rogo, vel volo, vel q[…] simile, datur semper tantùm depositi actio, & non mandati, † glo. custodiæ d. l. 1. §. quòd si rem.
Deposita si fuerit res mea iussu meo apud alium recipientem pro me, ego tene[…] depositi, aliàs tenetur recipiens, nisi hoc expressserim, vel fideiusserim, d. l. 1 […] idem quærit.
Depositam rem restituens ei, quem dominum putabat, liberatur, nisi sciens n[…] domino restituat, d. l. 1. §. si rem à seruo.
Deposita si sit res ab initio apud te hac lege, vt si voluisses, vtereris, priùs quà[…] vtaris, depositi teneris, d. l. 1. § eleganter.
Deposita res periculo eius apud quem deponitur perit, si hoc nominatim à co[…] trahentib. dictum fuit, d. l. 1. §. sæpe.
Depositam pecuniam in sacculo signatam si vnus ex heredibus deponentis ve[…] repetere, depositarius debet eam exhibere, vel coram prætore, vel hone[…] personis, & pro parte hereditaria satisfiet ei sacculum aperiendo cum auth[…] ritate prætoris, vel interuentu honestarum personarum, residuum autem p[…] cuniæ vel apud eum remanebit, si vult, dum tamen sigillis consignetur à pr[…] tore, vel honestis personis, sed si noluerit, debet deponere in æde sacra, d. l. 1 […] si pecunia, eodem.
Depositam rem, quæ diuidi non potest, veluti equum, vel seruum, si vnus ex h[…] redib. deponentis velit repetere, depositarius debet eam totam tradere ei s[…] tisdatione idonea de seruando depositarium indemnem ratione illius, qu[…] est supra partem suam, & si nolit satisdare, in æde sacra deponet illam rem i[…] diuisibilem, & ita ipse liberatur ipso iure, l. 1. §. si pecunia, eod.
Deposita si fuerit obsignata cista, ostendendo res, quas deponit, & tunc depone[…] cistam, & singulas res, quæ in cista erant depositæ, tenetur repetere actio[…] depositi, sed si cistam obsignatam deposuit, non ostendendo res, quas depon[…] similiter deponens poterit agère depositi pro cista, & singulis rebus, d. l. 1. § […] cista, & ibi glos. eodem.
Deposita cista, vel saccus sigillatus si non reddatur sigillatus dolo depositari[…] quæ res in eo fuerint, probatur per iuramentum in litem ipsius deponenti[…] sed si culpa non dolo depositarij resignatus, & apertus reddatur, tenetur tur[…] deponens plenè probare, d. §. si cista, in additione marg.
Deposita si fuerit res a plurib. ita vt quilibet totam repetere possit, poterit quil[…] bet insolidum agere, si verò sit deposita, vt vnusquisque pro parte sua repete[…] ret, pro parte agere debet, d. l. 1. §. sed si duo.
Depositæ rei nomine non competit condictio furtiua, vel sinè causa, antequà[…] dolus in ea re committatur, depositi tamen competit etiam priùs, l. si quis, […] ibi gl. fi. eod.
Depositæ rei proprietas & possessio remanet apud deponentem, nisi sit deposi[…] res apud sequestrum, quo casu possessio apud sequestrum extat, l. licè[…] eodem.
Deposita ornamenta apud depositarium interfectum si perierint incursu latro[…] num, vel casu fortuito, detrimentum non pertinet ad eius heredem, nisi spe[…] cialiter sit dictum, l. 1. C. depositi.
Depositæ res prima fronte integræ, omni legitima ratione seruata, debent rest[…] tui, siue ex vna parte agatur depositi, & ex altera opponatur compensatio, v[…] exceptio alterius depositi, l. si quis vel pecunias, 11. C. eod.
Deposita si sit species indiuisibilis à defuncto, depositarius vni ex coheredib. de[…] functi non potest suam partem restituere, secus quando quantitas, vel speci[…] diuisibilis fuit deposita, gl. pe. in l. fi. C. eod.
Depositi si fuerint decem homines à defuncto, depositarius non potest restitue[…] re quinque homines vni ex duob. heredib. defuncti, cùm in quolibet medie[…] tas remansit, ibidem.
Reliqua verbo, Deteriorata.
Depositarius in genere, nu. 1. vsque ad nu. 6.
Quoad rei restitutionem, nu. 6. 7. & 8.
Quoad periculum, dolum, culpam, & diligentiam, nu. 9. vsque 13.
Quoad possessionem, & vsum rei depositæ, nu. 13.
DEPOSITARIVS potest conueniri actione in rem, si dominus velit ager[…] l. officium, & ibi gl. fi. de rei vend.
Depositarius, cui tabulæ testamenti sunt concreditæ, si quid in his deleuerit, a[…] earum secreta palàm fecerit, tenetur ad id, quod interest, l. si quis testame[…] tum, §. fi. ad legem Aquiliam.
Depositarius si testamentum, vel aliud instrumentum apud se depositum i[…] deleu

Depositarius seruo deponenti ex bona fide restituendo rem depositam liberatur, nisi sciat, vel scire possit dominum non consentire, vel contradicere, l. quod seruus, eod.

Depositarius ignorans seruum deponentem esse manumissum, vel alienatum, si restituit ei depositum, liberatur, siue is eius rei, quam deposuit, furtum fecerit, siue non, ibi.

Depositarius nolens restituere rem depositam ei, qui eam petebat, eò quòd putabat petentem non esse procuratorem verum, vel heredem deponentis, non videtur dolo malo facere, sed si postquam cognouit, nolit restituere, tunc incipit dolo malo facere in non restituendo, l. si quis inficiatus, depositi.

Depositarius tenetur restituere rem depositam diuiduam maiori parti heredum deponentis, sed indiuiduã vni soli heredi ex plurib. potest restituere recepta priùs cautione idonea, l. si plures, & ibi gl. 2. & add. marg. eod.

8 Depositarius, apud quem deposuit reus capitalis iudicij, eo deportato, & bonis publicatis, inspecto tantum iure gentium, & naturali, deponenti debet restituere, sed inspecto iure ciuili restituere debet fisco, cui omninò debet restituere, & non deponenti, l. bona fides, & ibi gl. deferenda, eod.

Depositarij duo ad restituendum depositum tenentur insolidum, si ita est actum; aliàs quilibet tenetur pro parte, gloss. pro solido, in l. creditor, 60. §. duob. man.

Depositarius suo nomine conuentus, & condemnatus rem depositam non restituens, potest compelli ad restitutionem eius cum infamiæ periculo, l. quod depositum, 10. C. depositi.

Depositarius accipiens pecunias, vel res per depositionis titulum, deponenti volenti eas illicò restituere compellitur, l. si quis vel pecunias, 11. C. eod.

Depositarius non potest obiicere compensationem, deductionem, vel doli exceptionem, quasi & ipse quasdam actiones personales vel in rem, vel hypothecariam contra deponentem prætendat, ibi.

Depositarius quando hoc pacto depositum accepit, vt non concessa à iure ei retentio generetur, potest tunc opponere compensationem, vel aliam legitimam exceptionem, ibi.

Depositarius quominùs restituat res depositas deponenti, si aliquis contradixerit [illegible], hocque per iusiurandum affirmauerit, deponenti [illegible] est sub defensionis cautela [illegible] præstita, quàm ocyssime depositas res recuperare, d. l. si quis vel, in fi. eod.

Depositario denunciatio si [illegible] facta, ne depositum [illegible] deponenti, deponens non recuperat depositũ suffic[illegible] [illegible] forma post litem contestatam, sed etiam post controuersiam factam, & [illegible] ante litis contestationem, gl. fi. in l. si quis vel pecunias, C. eod.

Depositarius aliquis extrinsecùs, vel ex transuerso non potest interdicere depositi restitutionem, qua restitutione sequuta, depositor possidens pulsari poterit ab eo, qui interdixit, auth. sed iam, C. eod.

Depositario si tertia persona veniens ex transuerso prohibuerit depositi restitutionem, & deponens vim passus patiatur damnum; prohibens tenetur illud reficere, imò ad tertiam centesimæ vsuræ tenetur, ex quo facta est huiusmodi contestatio, ibi.

Depositarius tenetur depositum restituere, nec licet aliquibus extrinsecùs interdictionibus vti, & retinere depositi restitutionem, in auth. de deposito, in princ. col. 6.

Depositarius non potest exigere fideiussores à deponẽte, vel cautionem propter interdictionem sibi factam de non reddendo deposito, glo. defensiones, in d. auth. de deposito. col. 6.

Reliqua verbo, Depositum, 6. 7. 8. Impediens, Sequestratores, Abesse, 19.

9 DEPOSITARIVS si rem depositam vendiderit, eamque posteà redemerit, etiamsi sine dolo malo perierit res, tenetur depositi, nec sibi pœnitere valet, glo. fi. in l. ex hoc edicto, §. fi. de alien. iud. l. 1. §. si rem, depositi.

Depositarius, qui sine dolo malo rem depositam amisit, non tenetur depositi, nec tenetur cauere eam reddi, si eam deprehenderit, glo. 1. in l. in omnib. 41. de iudiciis.

Depositarius de solo dolo tenetur, nisi mercedem accipiat, quia tunc tenetur etiam de culpa, l. si vt certo, §. nunc videndum, commod.

Depositarius tenetur de culpa, & periculo, si se præstaturum obligatur, ibid.

Depositario si datur merces, tunc dicitur contractus locationis, non depositi, glo. merces, ibi.

Depositarius quandoque tenetur vltra dolum, vt si mora præcessit casum, vel si fuit in mora, gl. deponitur, ibi.

Depositarius deteriorans rem depositam tenetur depositi, & Aquilia; vna tamen per alteram tollitur, nisi in id, quod excedit, l. in rebus, §. 1. & ibi gloss. tolluntur, eodem.

Depositarius ideò tenetur in duplum deponenti causa tumultus, incendij, ruinæ, vel naufragij, in his necessitas deponentem deponere adurget, accipientem verò non, & ideò maior diligentia in his desideratur, largiùsque subuenitur ex necessitate deponenti, quàm ex voluntate, l. 1. §. prætor, in addit. margin. depositi.

Depositarius, qui rem depositam vendidit, & posteà redemit, licèt de casu illius rei non excusetur, tamen excusatur quoad alia, ad quæ sufficit eam rediisse ad priorem causam, † gl. teneris, in d. l. 1. §. si rem.

Depositarius, qui deposito se obtulit, tenetur non solùm de dolo, sed etiam de culpa, & de custodia, sed de casu fortuito non tenetur, d. l. 1. §. sæpe.

10 Depositarius tenetur de casu fortuito in quinque casibus, scilicet si pactum interuenit, vel mora præcessit casum, vel culpa lata, vel dolus interuenit, vel gratia tantùm depositarij fuit depositum, gl. sæpe, ibid.

Depositarij omnes si in re deposita dolum commiserint, omnes tenentur insolidum de dolo, sed si vnus dolum commisit, ille solus tenetur, d. l. 1. §. si apud duos, & ibi glo. peruenietur, & ibi add. marg.

Depositarius post litis contestationem de interitu rei depositæ, & etiam de casu tenetur indistinctè, siue eodem modo esset peritura penes deponentem, siue non esset peritura, † gloss. fin. in l. si in Asia, §. fin. & gloss. fin. in l. si plures, §. fin. eod.

Depositarius habens iustam causam litigandi propter expensas à se factas po[st] litis contestationem de interitu rei depositæ non tenetur, si eodem mod[o] esset peritura penes deponentem, secus si non esset peritura, gl. pen. & fin. i[n] d. l. si plures, §. fi. eod.

Depositarius ante motam controuersiam non tenetur de interitu, & casu re[i] depositæ, siue eodem modo esset peritura penes deponentem, siue non esse[t] peritura, ibi.

Depositarius si ante motam controuersiam sua natura res deposita perierit, liberatur, d. §. fi. & ibi gl. pen.

Depositarius, qui sine dolo, & culpa lata rem depositam amisit, non tenetur depositi, nec tenetur cauere de reddendo, si eam deprehenderit, l. si sine eodem.

Depositarius tenetur depositi de re deposita sine eius dolo amissa, postquàm a[d] eum illa iterum peruenerit, ibid.

Depositarij duo heredes si in re deposita dolum commiserint separatim, quilibet tenetur pro parte, & pro partibus contra eos agitur, & fit condemnatio l. si duo, & ibi glo. 1. 3. & fi. eod.

Depositarij duo heredes si in re deposita communiter dolum commiserint quilibet tenetur insolidum ex secundaria obligatione, quæ contrahitur ratione doli, & insolidum fit condemnatio, sed si conueniatur ratione primitiuæ obligationis, quæ contrahitur ad rem restituendam, in qua quilibet tenetur pro parte, & pro parte condemnatur, non tamen liberatu[r] partis solutione, vnde talis obligatio est diuidua quoad obligationem & condemnationem, sed indiuidua quoad solutionem, † glo. fi. & ibi addit margin. ibi.

Depositarius, qui pecuniam apud se depositam non obsignatam, sed vt tantun[dem] redderet, in vsus suos conuertit, post moram in vsuras quoque iudici[o] depositi condemnatur, l. die, §. fi eod.

Depositarius si non sit ita diligens, sicut solent esse homines, non caret fraud[e] præsumpta, nisi ad suum modum, quem tenet in suis rebus; curam præstet i[n] deposito, l. quod Nerua, & ibi glo. tametsi, eod.

Depositarius, qui præstitit in deposito tantum, quantum in reb. suis, sed in sui[s] non tantum, quantum natura hominum desiderat, tenetur depositi, quia lat[a] culpa est, gl. nam & si, in d. l. quod Nerua.

Depositarius in suis rebus diligentissimus, si in depositis sit ita diligens, vt ali[i] homines solent esse, fraude præsumpta non caret, glos. ad eum, & gloss. minorem, ibi.

Depositarius in rebus depositis salua fide non præstabit minorem diligentiam quàm in suis, d. l. quod Nerua. eod.

Depositarius ex pacto tenetur etiam de casu fortuito, l. & Aristoni, 39. & ibi glo 1. mandati.

Depositarius semper tenetur præstare tantùm eam diligentiam, quàm nunc habet in reb. suis, & non eam quam habebat tempore depositi, etiamsi tunc esset diligentior, sed socius tenetur præstare nunc eam diligentiam, quàm tempore societatis habebat in reb. suis, nisi & post societatem sit diligentior in rebus suis, quia tunc tenetur pręstare, qualem nunc habet, nec sufficit præstare, qualem tunc, gloss. culpam, in l. cum duobus, 52. §. 1. pro socio.

Depositarius non tenetur de leui culpa, quia deponens apud depositarium parum diligentem, non depositario, sed suæ facilitati debet imputare, gl. fin. in l. socius, 72. eo.

Depositarius, qui rem negligenter custoditam amisit, ideò non tenetur, quia qui negligenti amico rem custodiendam committit, de se queri debet, l. 1. §. is quoque, de act. & oblig.

Depositarius tenetur in eo solo casu, quo rem depositam periit dolo, vel negligentia mala, quæ in doli crimen cadit, ibi.

Depositarius in quibusdam casibus tenetur etiam de casu fortuito, gloss. negligentiam, ibidem.

Depositarius tenetur de dolo, & lata culpa tantùm, l. eum, qui, 14. §. is autem, de furtis, & l. 1. C. de locato.

Depositarius quando tenetur de leui, & leuissima culpa, eo casu habet actionem furti pro re deposita sibi furata, gl. duntaxat, in d. §. is autem, de furt.

Depositarius furti actionem non habet pro re deposita sibi surrepta, quamuis periculo eius esse cœperit, si eam ipse contrectauit, d. l. eum qui, §. Iulianus, eod. tit.

Depositarius, vel eius heres prætextu latrocinij, si falsò asseuerauit, res eas amisisse, cùm apud eum sint constitutæ, vel quòd eas dolo possidere desiit, non solùm contra eum competit actio depositi, sed etiam ad exhibendum, & rei vendicatio, l. 1. C. depositi.

Depositarius si amisit dolo res depositas, non habet actionem furti contra surripientem eas, sed si culpa amisit, habet actionem furti contra furem, gl. 3. ibid.

Depositarius tenetur etiam ad casum vltra dolum, & latam culpam ex conuentione, item quando se obtulit ad id, & quando pretium accepit pro custodia, glo. conuenit, ibi.

Depositarius vltra dolum, & latam culpam etiam ad casum tenetur, quando depositum est factum gratia tantùm accipientis, vel quando mora præcedit casum, ibid.

Depositarius tenetur etiam ad casum, quando culpa, vel dolus præcessit casum, ibidem.

Depositarius secundùm susceptam fidem tenetur rem depositam custodire, & restituere, gl. 1. in l. si is, qui, 8. C. eod.

Depositarius tenetur de dolo, & lata culpa, non autem de leui, & leuissima, §. prętereà, & ibi gl. dolo, Inst. quib. mo. re contrah. oblig.

Depositarius, qui parum diligenter custoditam rem furto amisit, non tenetur depositi, d. §. prætereà, & ibi glo. 1.

Depositarij negligentia imputatur deponenti, ibid.

Depositarius tenetur etiam de leuissima culpa, si de hoc fuerit pactum, glo. dolo, ibidem.

Depositarius tenetur si in culpa fuit, vt quia portauit rem depositam per locum periculosum, & tunc tenetur etiam de casu, glo. dolo, in §. prætereà, Inst. quib. modis re contrahitur oblig.

Deposita

Deportati seruo legatum, vel fideicommissum relictum non valet, & fisco acquiritur, nisi deportatus eum viuo testatore alienauerit, vel fuerit ipse restitutus, quia tunc ad ipsum restitutum, vel ad nouum dominum pertinet, l. si deportati, 7. eo.

Deportatus à præside ante confirmationem principis potest alienare, & sibi acquirere, glos. 1. ibidem.

Deportatus potest acquirere seruum ex aliquo contractu, & ille suus erit, non fisci, ibidem.

Deportatus si iure singulari possit capere fideicommissum, quod sibi reliquit miles, d. l. si deportati, & ibi gloss. posse.

Deportatus nô habetur pro mortuo, intellige quoad ea, quæ sunt iuris gétium, glo. 2. in l. intercidit, 59. de condit. & demonst.

Deportatus habetur loco mortui, sed non captus ab hostib. l. 4. de bonis libertorum, & glo. 2. in l. 1. C. de here. instit.

3 Deportatus non potest obligari ciuiliter, sed bene naturaliter, glo. fin. in l. quoties, 14. de nouatio.

Deportatus statim post sententiam perdit ciuitatem, & sententia in deportatum lata trahit secum executionem, gloss. ad bestias, in l. qui vltimo, 29. de pœnis.

Deportatus in insulam non potest torqueri, vt seruus, l. Diuus Pius, §. fi. & ibi gl. pe. & ibi add. marg. de quæstio.

Deportatus restitutus quoad dignitatem, non quoad bona, non potest conueniri à creditoribus suis antiquis, nec à rep. si aliquid ei debebat, l. 2. de sententiam passis.

Deportatus si sit restitutus quoad dignitatem, & etiam quoad bona si vellet; si postea ipse maluit relinquere ea, & actionib. exuere se, quibus ante sententiam subiectus fuerat, tenetur creditoribus antiquis, ac si bona habere, ibidem.

Deportatus in insulam, cui princeps remisit pœnam retentis eius bonis, non tenetur creditoribus antiquis, si autem bona cum dignitatis restitutione recuperauerit, tenebitur illis creditoribus directa actione, l. pen. eod.

Deportatus, vel relegatus in insulam si ibi decessit, non potest eius corpus sepeliri extra illam insulam, nisi de principis licentia, & sic pœna etiam post mortem manet, l. 2. de cadauerib. punitorum.

Deportato auferri possunt bona, & fisco dari, sed relegato non, l. bona, 39. & ibi glo. 1. de iure fisci.

Deportatus liber homo in insulam si fuerit captus ab hostibus, ac redemptus, in priorem statum reuertitur, & sic deportandus est, pretium tamen redemptori debet dari à fisco, l. in bello, §. si deportatum, de captiuis.

Deportatus in insulam si effugiens militiæ se dedit, vel electus dissimulauerit, capite puniendus est, l. 4. de re militari.

4 Deportati ea, quæ sunt iuris ciuilis perdunt, sicut est ciuitas, & similia, sed non ea, quæ sunt iuris naturalis, vt matrimonium, & libertatem, glo. 2. in l. 1. C. de heredib. instituen.

Deportato relicta hereditas, vel legatum pertinet ad venientes ab intestato, & non ad fiscum; † reprob. glo. fi. add. ibi in d. l. 1.

Deportati bona confiscantur, sed non relegati, nisi per sententiam specialiter confiscentur, l. deportatorum, C. de pœnis.

Deportatus in quæsitis post deportationem non habet heredem, quia res etiam posteà quæsitæ veniunt in confiscationem, l. 2. C. de bonis proscriptorum.

Deportatus bene potest habere vendere, & contrahere, cùm sit liber, glos. 1. ibid.

Deportato bona quæsita à se post deportationem propter negotiationem non confiscantur, secus si propter delictum, gl. fi. ibid.

Deportatæ matris bona non reseruantur filiis, l. de bonis, C. de bonis proscript.

Deportati bona pro parte, s. dimidia, liberis reseruantur, ad quam admittuntur etiam filij emancipati, vel filiæ dotatæ, si velint conferre ea, quæ pater dederat eis tempore emancipationis, vel dotem quam dedit pater, alioquin non admittuntur, sed tota illa pars pertinet filio in potestate, l. si deportatorum, C. eod.

Deportatus in insulam quamuis ex indulgentia communi sit restitutus, actiones tamen, quas habebat, remanent in causam bonorum publicatorum, l. si ademptus, C. de sententiam passis.

Deportatus retinet libertatem, ciuitatem tamen amittit, glo. non soluit, in §. deportatio, in auth. de nuptiis, col. 4. & §. cùm autem, Inst. quib. mod. ius patriæ.

5 Deportatus habetur pro mortuo, maximè quoad ferendum testimonium, gl. defunctus, in §. quòd si tabellio, in authen de instrumen. cautela, col. 6.

per Deportati filium gesta, cùm pater est deportatus, rata debent haberi, nec infirmantur patre restituto, gloss. 1. in cap. 1. hic finitur lex de consuetu. in vsib. feud.

Deportatus nullo tempore præscripsit, quia à iure ciuili est penitus alienus, glo. 3. in extrauag de pace Constantiæ.

Deportatus ciuiliter possidere non potest, ibid.

Deportatus dicitur mortuus, ciuiliter scilicet, §. cùm autem, & ibi glos. mortuo, Inst. quib. mod. ius patriæ.

Deportatus potest restitui tantùm per principem, vel per omné, qui supremam authoritatem, & principis habet, siue sit Senatus, siue ciuitas, sed per alium nô potest restitui, glo. principis, & ibi add. ibid.

Deportata mulier, id est, aqua, & igne interdicta, retinet libertatem, licèt amittat ciuitatem, & partus eius liber est, gl. fi. in l. Imperator, 2. de statu homin.

Deportatus non potest manumittere seruum suum, l. 2. & ibi gl. 1. de interdictis.

Deportatus si sit restitutus à principe, per hæc verba, restituo te, tunc intelligitur restitutus ad omnia, sed quando princeps dixit deportato, indulgeo tibi, videtur de pœna tantùm remittenda cogitasse, gloss. statum, in §. cùm autem, Inst. quib. mod. ius patriæ potest.

Deportatus, & relegatus differunt quoad familiam, item deportatus non tenet bona, nec retinet ciuitatem, sed relegatus sicut item deportatus tantùm in perpetuum deportatur, sed relegatus ad tempus, & in perpetuum relegatur, gloss. retinent, ibi.

Deportatus, & relegatus quoad libertatem nihil differunt, nam vterque liber remanet, ibid.

Deportati in metallum hodiè non amittunt libertatem, quia nemo bene natus ex supplicio fit seruus, glo. libertate, in l. 2. C. vt nemo priu.

Reliqua verbo, Relegatus, Bannitus, Exul, Peregrini, Restitutus, Apolides, Ciuitas, 8.

DEPORTATORIVM dicitur onus, quod redemptor pontis à transeuntibus pro onere vehendo exigebat, gl. fi. in l. 1. C. de veteranis, lib. 12.

DEPRECATIO dicitur libellus supplicatorius, gl. 1. in ad. mar. in l. deprecatio, ad leg. Rhodiam.

DEPREHENSIO sola speciali iure in adulterio inducit infamiam, sed non in aliis delictis publicis, quoniam sententia requiritur, gl. publico, & ibi add. marg. in l. palàm, 43. §. fin. de ritu nuptiarum.

DEPREHENSVS in furto, vel adulterio, metu mortis ne interficeretur, si dedit aliquid, vel se obligauit, potest rescindere per actioné quod metus causa, l. nec timorem, §. 2. quod met. causa.

Deprehensus in furto, vel adulterio metu ne proderetur ab eo, qui eum deprehendit, si dedit ei aliquid, vel se obligauit, restituitur per actionem quod metus causa, d. l. nec timorem, §. fin. eod.

Deprehensus in furto, vel adulterio metu mortis, vel vinculorum, aut ne proderetur, si aliquid dedit, non potest datum repetere per condictionem ob turpem, sed bene per actionem quod metus causa, quia prætor præsentem tantum causam, i. metum inspexit, sed ius ciuile etiam præteritum, & sic denegauit repetitione, glo. recte, ibid.

Deprehensa in adulterio efficitur infamis, siue post deprehensionem sequatur sententia, siue non, etiamsi sequatur sententia absolutoria, secus tamen est in viro deprehenso in adulterio, l. palàm, 43. §. fin. & ibi gloss. quæ in adulterio, de ritu nupt.

Deprehensa in adulterio, vt sit infamis, non exigitur, vti in lege Iulia de adulteriis, à quo, vel vbi deprehensa sit, sufficit enim à quocunque deprehensa sit, siue in domo mariti, vel patris, aut alibi, d. §. fin.

Deprehensus in crimine dicitur, qui de eo crimine est conuictus, l. 1. C. de petit. bonorum sublatis, lib. 10.

Reliqua verbo, Adulterium.

pro DERELICTO rem habens occupanti videtur donare, l. fi. & ibi glo. fin. & add. mar. de euict.

pro DERELICTO dicitur rem habere ille, qui expectat secundum decretum contra se in ea re, gl. capere, & ibi add. mar. in l. prætoris, 5. de damno infecto.

pro Derelicto habita res, à vero domino statim desinit esse ipsius, etiam antequàm per alium occupetur, & efficitur occupantis, si scit eam pro derelicto habitam, l. 1. & ibi glo. fi. & l. 2. & 3. pro derelicto.

pro Derelicto habere habet vim donationis, glo. in rub. pro derelicto.

pro Derelicto possessum quasi ea donatione dicitur possideri, l. nam & si, in §. si id, quod, eodem.

pro Derelicto habita res à vero domino statim efficitur occupantis, l. si id, quod, §. fin, eo. & glo. 1. in l. fin. C. in quibus causis cessat longi temporis.

DEROGARE, & abrogare differunt, glo. 1. in l. nec mandante, 8. §. 1. de tutorib. datis.

DESCENDENTIS appellatione per virilem sexum comprehenditur, etiam neptis fœmina per virilem sexum, non tamen masculus descendens ex fœmina, gloss. tametsi ita, in l. Gallus, §. nunc de lege Velleia, de liber. & posthum.

Descendentes licèt non habeant vnde liberi, cæteros agnatos in totum excludunt, l. fin. C. de suis, & legitim.

Descendentes defuncti præferuntur parentibus, & agnatis, & cognatis defuncti ex latere, & filij filiorum succedunt in stirpes, & non in capita, sublata differentia emancipationis, & patriæ potestatis, agnationis, & cognationis, §. 1. in auth. de her. ab intest. col. 8.

Descendentibus stantibus nullus transuersalis admittitur, §. fi. Inst. de hered. quæ ab intestato.

Reliqua verbo, Ascendentes, Liberi.

DESCRIBERE bona dicitur quis, quando eorum exemplum capit ac subnotat, cùm velut inuentarium facit, conscribitque quot instrumentorum corpora sint, glo. dispunctio, in add. marg. in l. fi. de bonis authorit. iudic.

DESCRIPTIO rerum, vt possint illæ faciliùs probari, fieri potest, nisi fiat cum iniuria, vt in descriptione supellectilium, gl. 2. in add. in l. 1. C. de prohibit. sequest.

Descriptio bonorum quandoq; sumitur pro æstimo, quas descriptiones faciunt principes cogentib. diuersis negotiis, vnde illud exiit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur omnis, &c. glo. 1. in l. 1. C. de apochis publicis, lib. 10.

DESERTA. vide verbo, Prædium. 5. 6.

DESERTOR dicitur miles, qui per prolixum tempus euagatus reducitur, l. 3. §. desertor, de re milit.

Desertor dicitur miles, qui diu aufugit à militia, vt sic inter emansores habeatur, qui si posteà se offerat duci belli, vel deprehensus offeratur, pœnam desertoris euitat, in quibusdam casibus, l. 4. §. penultimo, eodem.

Desertoris delictum grauius est, vt in fugitiuis, quàm emansoris delictum, quod leuius habetur, vt erronis in seruis, ibi.

Desertores omnes non sunt æqualiter puniendi, sed habetur & ordinis, & stipendiorum ratio, & gradus militiæ, vel loci, ac muneris deserti, & anteactæ vitæ, sed & numeri, si solus, vel cum altero, vel cum pluribus deseruit, & quanto tempore fuerit in desertione, & si fuerit vltrò reuersus, non cum necessitudine, l. non omnes, eo.

Desertor in vrbe inuentus capite puniri solet, alibi apprehensus ex prima desertione restitui potest, sed ex secunda desertione capite punitur, d. l. non omnes, §. desertor.

Desertor militiæ si se offerat ex indulgentia principis in insulam deportari debet, d. l. non omnes, §. qui in desertione.

Desertoris intuitu delictum non extinguitur quoad pœnam confiscationis bonorum, l. defunctorum, & ibi additio. margin. de re milit. lib. 12.

Desertor ex indulgentia principis restitutus non habetur pro tempore, quo deseruit, perinde ac si militasset in castris, & ideò pro illo tempore non potest

potest petere stipendium,l.cum allegatis,C.eo.

Desertorem manifestans præmiatur,l.1.C.de desertorib.lib.12.

Desertorem scienter recipiens in agro,vel in domo, si est actor, vel procurator loci illius,capite punitur, & domus,vel prædium,in quo recepit, confiscatur, si ipsius est,ibi.

Desertores strictè sunt,qui tempore belli absentauerunt se à signis, largiùs verò dicitur,qui diu perque præfixum tempus à signis euagatus reducitur,d.l.1.§. 1.& ibi gl. à signis.

Desertor scriptum prodens veniam meretur.ibid.

Desertor punitur à pœna à legibus statuta,quam si iudex dissimulauerit,vel gratia distulerit, ipse punitur pœna amissionis bonorum,& existimationis , ibid.

Desertor inuentus resistens,vt rebellis opprimitur,l.2.C.eod.

Desertor ne sub prætextu alicuius licentiæ possit euadere,debet esse diligens iudex, ibid.

Deserens militiam in pace eques gradu repellitur,pedes militiam mutat,sed deserens tempore belli capite punitur , sed si deserendo militiam aliud crimen faciat veluti furtum,plagium,vel aggressuram,vel simile, grauiùs punitur, l. non omnes,§.1.de re milit.

Deserens excubias,vel vigilias nocturnas ad custodiam palatij principis, vel ducis belli capite punitur,l. qui excubias,12.& ibi gl.1. eod.

Deserens prædium intra biennium potest recuperare ab occupante , post non, l. qui agros,C.de omni agro deser.lib.11.

Reliqua verbo,Miles,14.Possessio,21.vsque 25.Capere,Filius.82.

Designatio, vnde legatum soluatur, post legatum relictum apposita non facit ipsum legatum conditionale,l. quidam testamento,96.de leg.1.

Designatores dicuntur illi,qui designant loca,vel homines,vbi debent sedere,& hoc officium non dat princeps pro modico beneficio,l.4.de his, qui notantur.

in Desponsatione mulierum Bononiæ , sponsabus solent dari alapa, gl.iniuriis,in auth. constitutio,quæ dignitatib.& Episcop.col.6.

Reliqua verbo,Sponsalia.

Desinere non potest quod non fuit,gloss.1.in l.si partem, quemadmodum seruitut.

Desinere non dicitur illud, quod esse non incœpit,l.Titio vsusfructus,96.de conditio.& demonst.

Desinere habere rem dicitur,qui eam alienat,aut alij tradit , l.1.§. quod ait , in add.marg.quorum legatorum.

Desiisse habere non potest videri,qui nunquàm habuit,l.non potest, 208. de reg.iur.

Desistere dicitur ille,qui causam dimisit, vel liti in totum renunciauit, non qui distulit,l.destitisse,de minor.

Detestari,vel attestari est absenti denunciare, l.qui subsignatum, 39. de verb. sign.

Detestatio est denunciatio facta cum attestatione,id est,coram testib. l. detestatio,40.eod.

Detestatum dicitur,cum testatione denunciatum est,l.plebs est,238.§. 1.eod.

Detractio facta à testatore de legato habetur loco ademptionis, l. quod in rerum,24.§.pe.de legat.1.

Reliqua verbo,Falcidia,11.vsque 16.

Detrahere potest maritus paruam domunculam , quam fecit in hortis vxoris,sine mulieris tamen damno,& etiam potest legare alij,l.Senatus, 43. §.1.eodem.

Detrimentum est damnum ex deterioratione datum, quod vnius partis potest esse;incrementum autem ad vtriusque partis incommodum spectat , l. Neratius,in add.marg.de seruo corrupto.

Reliqua verbo,Damnum,Deteriorata.

Deunx significat vndecim vncias, quasi dempta vncia,gl.deunx,in §.hereditas,Inst.de hæredib instit.

Devs dicitur natura naturans,& omnia scit , & mille anni ante oculos eius, tanquàm dies externa , quæ præteriit,glo.1. in l.1.respiciendum , 38. si certum petatur.

Deum colere magis congruit humanæ fidei,quàm pacta custodire,gl.2.in l.1.de pactis.

Deo datum intelligitur etiam id,quod in honorem alicuius Sancti , vel Sanctæ donatum est , vt si virginis imagini donatum sit miraculis insigni , & claræ, vnde lucro eius non cedit,cuius est imago,aut cuius est locus, in quo est affixa, atque depicta.l.4.in additione marg.ad legem Iul.peculatus.

Deo immortali donatum auferens, intercipiens , aut conuertens in rem suam, tenetur pœna peculatus,d.l.4. eod.

à Deo procedunt omnia, gl.1.in rub.C.de summa Trinitate.

Deus res penitùs desperatas donare, & consummare virtutis magnitudine potest,l.1.§. cùm itaque, C.de veter.iure enucl.

Deus quotidianis hominum peccatis semper ignoscere dignatur , & pœnitentiam nostram suscipere,& eam ad meliorem statum deducere , l. Imperialis, 23.C.de nuptiis.

Deus miserator sicut lapsos nostros subleuat,ita Imperator mulierum lapsus volentium reuertere ad meliorem vitam,gl.3.ibi.

Deo pares esse possumus in sola pietate , sicut dicitur, sola Deos æquat clementia nobis,ibid.

Dei nomen inuocandum est in principio cuiusque operis , rubric. in principio authenticorum,& in auth.de armis,in principio, col. 6. & in suprascriptione, ibi gl.1.& add.marg.Institutionum.

Deo attribuere debet quis opus suum , gl.1.ibi. in d. principio authenticorum.

ex Dei inuocatione facta in principio operis,sequitur bonum principium , melius medium,& finis Deò acceptabilis,ibi.& in gl.1. & ibi add. in suprascriptione Institutionum.

Deus non vult mortem peccatoris , sed vt conuertatur,& viuat,auth. vt non luxurientur,in principio,& ibi gl.vult,col.6.

Reliqua verbo,Genium,Natura.

Dextans significat decem vncias, quasi dempto extante,gl. dextans , in § hereditas,de hered.instit.

Diaconi aut subdiaconi minores 25. ann. fieri prohibentur , §.clericos, in auth.de Sanctissim.Episcopis,col.9.

Diaconus ordinandus , si non habeat vxorem , non aliter debet ordinari , nisi priùs ab ordinario interrogatus promiserit, se post ordinationem posse & sine legitima vxore honestè viuere , & ordinans tempore ordinationis non potest permittere diaconum,vel subdiaconum post ordinationem vxorem accipere,& si permiserit, ab Episcopatu expellitur,ibid.

Diaconus,aut subdiaconus,vel presbyter ducens vxorem post ordinationem expellitur à clero & traditur curiæ ciuitatis , in qua duxit, cum propriis rebus, ibidem.

Reliqua verbo,Ordinatus.

Diaconissa non debet ordinari minor quadraginta annorum , aut quæ ad secundas nuptias venit,d.§. clericos,& auth.diaconissa,C.de Episcopis.

Diaconissa nullo modo potest habitare cum viro, ex quo potest inhonestæ vitæ suspicio emergere,§. diaconissam,in authen. de Sanct.Episcopis,col.9.

Diaconissa non debet ordinari minor 50. vel 60. ann. nisi ex necessitate imminente,§.quanta in auth.de monachis,l.nulla,C.de Episcopis.

Diaconissæ erat ordo monacharum , quæ habebant quandam prærogatiuam, non tamen cantabant Euangelium,sed aliàs Sacerdoti ministrabant,glo.diaconissis,in d.§.quanta.

Diaconissæ erant, quæ ministrabant olim Sacerdoti,sed hodiè non sunt in Ecclesia Romana,gl.3.in l. generali,13.C.de Sacrosanct.

Diarium dicitur,quod alicui singulis diebus pro cibo relinquitur,veluti numus,gl.1.in l.diariis,de alim.vel cibariis.

Diariis,vel cibariis legatis cibus tantùm debetur,sed non habitatio , neque vestiarium,neque cibarium,d.l.diariis,& gl. 1. in l. legatis, eod.

Reliqua verbo,Cibarium.

Dicens aliud quàm vult,neque id dicit,quod vox significat , quia non vult, neque id,quod vult,quia id non loquitur,l. 5.de rebus dubiis.

Dicenti te commisisse aliquod crimen,licite dices tu mentiris,l. quæ omnia,§.1. de procurator.

Dixisse nemo existimandus est id,quod non etiam mente cogitauit,l. Labeo, §. idem Tubero, de suppellectili legata.

Reliqua verbo, Asserens, Affirmans, Allegans.

Dictvm à promisso sic differt , quòd dictum accipimus , quod verbo tenus pronunciatum est , nudóque sermone finitur ,promissum autem potest referri ad nudam pollicitationem,promissionem,vel sponsionem,l.sciendum, 19.§.dictum,de ædilitio edicto.

Dictum præcedens ad tempus retrò actum quandoque trahitur,gl.fi. in l. si verò,20.eodem.

Dicta in vno capite legis intelliguntur tacitè repetita,in alio capite eiusdem legis,l.quemadmodum,29.§.fi.ad legem Aquil.

Dictum determinatur secundùm suam causam,l.ita tamen , de administrat. tutorum.

Dictum præualet scripto , etiam quando ille , qui dicit, est idem, qui scribit,l. quoties,§.sed si non,de hered.instit.

Dictum generaliter restringitur per rationem, l.cùm pater,77.§.dulcissimis, de legat. 2.

Reliqua verbo, Ratio.

Dictare actionem idem est, quod impingere, scribere, siue formalem intendere,l.eo tempore,50.§.etiam,in addit. marg.de peculio.

Dictare iudicium alicui idem est, quod proponere ei actionem,vel mouere, aut intentare,l.fi.& ibi add.marg de separatio.

Dictans illicitè puniri debet, glo.dictantem,in §.quia verò,in auth.de non alienand. col.2.

Dictatores constituti sunt ex eo,quòd populo aucto crebra oriebantur bella,& quædam acriora à finitimis inferebantur, l.2.§. populo,de orig.iur.

Dictatoribus etiam capitis animaduersio data fuit , & quòd ab eo prouocandi ius non esset, ibid.

Dictatoribus, cùm ipsi summam potestatem habebant,non erat fas vltra sextum mensem retinere, ibi.

Dictatoribus magistri equitum iungebantur, quod officium tale erat,quale hodiè præfectorum prætorio,ibi.& l. 1. de officio præfecti prætorio.

Dictatoribus ad tempus antiquitùs summa potestas credebatur , l. 1. de officio præfecti prætorio.

Dido tædio vitæ se interfecit, glo.tædio, in l.si quis filio,§.eius, qui,de iniusto, rupto.

Dies in genere, num.1. vsque ad num.5.
Dies cœptus, num.5.
Dies incertus, num. 6.
Quoad liberationem , & adiectionem diei ad obligationem , vel ad solutionem, vel ad conditionem, num.7.
Quoad interpellationem, num.8.
Quoad computationem diei intercalaris, vel positi in termino,nu.9.

Dies more Romano à media nocte incipit , & sequentis noctis media parte 1
finitur,l.more,de feriis, & gl.2.in l.1.de manumiss. & gl. fi.in l. in omnib. de actio.& oblig.

Dies Atheniensium incipit ab occasu , Babylonico more ab ortu, Arabum more à meridie,quod est nimis absurdum, gl.1.d.l.more.

Dies naturalis habet 24. horas,artificialis autem incipit à mane vsque ad vesperas,secundùm Romanam Ecclesiam, ibi.& gl.cuiusque, in l.2.de verb.sign.

Dies est sol lucens super terram, ibi.d. gl. 1. in d.l.more,de fer.

Dies,& consul positi in principio libri,vel in vna ratione,refertur ad sequentia, quæ non habent diem,& consulem,l.si quis,§.si initium,de edendo.

Dies si sit positus in principio , in quo ponuntur rationes Titij postmodùm , si meæ sint rationes sine die,dies positus in principio communis est, & rationibus meis, ibi.

Dies in principio positus censetur in sequentibus rationibus repetitus , siue in sequentibus dicatur eodem die,siue non dicatur, gl.rationis, ibid.

Dies, & conſul poſiti in præcedenti inſtrumento intelliguntur repetiti in ſequentib. inſtrumentis die carentibus, d.§.ſi initium, ibid.

Diei, expreſſio, quæ tacitè ineſt, licèt nihil operetur, quoad vim, & eſſentiam legati, operatur tamen extrinſecus quoad excluſionem clauſulæ appoſitæ à teſtatore, ſcilicet quibus dies appoſitus non eſt, l.talis, ſcriptura, 30.de legat.1.

Dies natalis dicitur dies natiuitatis, quo quis natus eſt, vel dies mortis, quo quis mortuus eſt, quaſi tunc naſcatur ad gloriam, vt fit de Natiuitate Sanctorum, gl.natalis, in l.cùm quidam, 23.de annuis leg.

2 Dies generaliter appoſitus omnibus legatis, non intelligitur appoſitus ad legatum dotis, quia dos habet diem ſuum, ideſt, pro exiſtentia ſui, l.cùm vulgari, & ibi gl.ſi.de dote præleg.

Dies appoſita ad conditionem implendam in perſona heredis, incipit currere à die aditæ hereditatis, l.ſi in diem, 46.de condit.& demonſtrat.

Dies fideicommiſſi non intelligitur veniſſe, cùm ad 16.annum ingreſſus eſt is, cui fideicommiſſum relictum eſt, cum ad 16.annum perueniſſet, & idem eſt, ſi teſtator dixit, cùm 14.annorum erit, ſecus in libertate in anno ſeptimo relicta, l.non putabam, 48.& ibi gl.1.eod.

Dies quando apponitur diſpoſitioni, facit diſpoſitionem conditionalem, & ideò ſemper ſpectari debet, nec antè poteſt peti, ſed ſi conditioni ſit appoſita, veluti ſi nauis ex Aſia venerit intra decennium ſtatim poſtquàm eſt impleta conditio, poteſt peti, glo.fi.in l.ſi ita legatum, 103.eod.

Dies vſusfructus legati ſeruo hereditario cedit demùm poſt aditam hereditatem vtriuſque ſcilicèt legantis ſeruum, & legantis vſumfructum, l.cùm ita, 16. quando dies legat.ced.

Dies legati relicti ſeruo legato cedit ab adita hereditate, l. cum legato, 17. eod.

Dies ſi non ſit appoſita legato, præſens debetur, & confeſtim pertinet ad eum, cui relictum eſt, niſi ex voluntate defuncti aliud appareat, l.ſi dies, 21. & ibi gl.2.eod.

Dies certa quamuis longa, veluti Calendis Ianuariis centeſimis, legato ſi appoſita ſit, dies legati ſtatim à morte teſtatoris cedit, ſed ante diem peti non poteſt, ibid.

Dies certa ab incerta differt, gl. pertinere, ibid.

intra Diem centeſimum, vel in diebus centum, vel etiam centeſimo die paria ſunt, & centeſimus dies dicitur eſſe in termino, ſicut intra calendas, & ipſa calendæ ſunt, l.1.§.ſi intra, & ibi gl.diebus, de ſucceſſo.edicto.

3 Dies, & conſul non requiritur in obligatione pignorum, id eſt, in inſtrumentis priuatis obligationis realis, in libellis tamen accuſatoriis, ſecus eſt, gl. & conſulem, & ibi add.marg.in l.2.§.idem Labeo, de aqua pluuia.

Diem vltimum 20.annorum agens non eſt minor, nec maior 20. annorum, l.1. de manumiſſio.

Dierum, ac temporis computatio in reſtitutionis beneficio fit de momento ad momentum, d.l.1.in add.marg.

D[illegible] legatorum relictorum in teſtamento ſicut cedit, ita & in codicillis ab inteſtato relictorum, l.2.& ibi add.marg.de fideicommiſſ.libert.

Dies [illegible], & conditionis parificantur, quia per parificationem conditionis, ita dicitur veniſſe dies obligationis, ſicut & per euentum diei certæ in obligatione appoſitæ, l.quoties in diem, 39.de verb.obl.

ex Die hac dictio iungit extremum ad quod cum extremo, à quo, vt exiſtente termino ad quem poſſit pro termino præterito agi, l.huiuſmodi, 64.eod.

Dies celebratæ ſtipulationis expreſſus in ſtipulatione non facit cenſeri ſtipulationem eſſe in diem factam, ideò debitor eodem die poteſt conueniri, l. ſi liber homo, 118.§.decem hodiè, eod.

Dies quando apponitur in ſtipulatione cauſa differendæ ſolutionis, non poteſt agi efficaciter, niſi illo finito, ibid.

Dies, quibus quis eſt in cuſtodia, non computantur in termino ſibi conceſſo ad agendum, quando per procuratorem non poteſt agere, l.miles, 11.§. quidam, de adulteriis.

Dies termini computatur in termino, l. pater, 30.eod.

Dies, quo penſio debet præſtari inſpicitur, non dies, quo fructus percipiuntur, l. fi.§ fi.de iure fiſc.

Diei cuiuſ[illegible] artificialis maior pars eſt horarum ſeptem primarũ diei, intellige [illegible] vſu & vtilitate, & laboribus hominum competentior, & ideo ſeptem [illegible] mæ diei non ſunt maior pars ad quinque præcedentes, l.2.& ibi gl. maior, de verb.ſign.

Dies artificialis habet duodecim horas tam in ęſtate, quàm in hyeme, & ſic horæ creſcunt, & decreſcunt quantitate, non numero, dict.gloſſ maior.

4 Dies naturalis habet plures horas in æſtate, quàm nox, & èconträ nox habet plures horas in hyeme, quàm dies, d.gl.maior.

intra Diem mortis, vel teſtatoris, vel heredis, quòd aliquid fiat, ſi ſit dictum, ipſe quoque dies, quo is mortuus eſt, numeratur, l. ſi quis ſic, 133.eod.

Diem vltimum tangi ſufficit in vſucapionibus, & in aliis, gl.incipiente, in l. anniculus, 134.eodem.

Diem cedere ſignificat incipere deberi pecuniam, venire diem ſignificat eum diem veniſſe, quo pecunia peti poſſit, l.cedere diem, 113.eod.

Dies ſolis appellatur dies dominica, ſeptem enim dies à ſeptem planetis ſumpſerunt, & hodiè etiam ita appellantur, præter dominicam, & ſabbatum, gl.2.in l.3.C.de feriis.

Die dominica debent iudices, & officia artium quieſcere, ruralia autem officia ex neceſſitate poſſunt exerceri, d.l.3.

Dies omnes ſunt iuridicæ, niſi appareat, quòd ſint feriatæ; l. omnes dies, C. de feriis.

Diebus dominicis, & feriatis in honorem Dei inductis ceſſare debet admonitio, exactio fideiuſſionis, apparitio, aduocatio, omnis cognitio, horrida vox præconis, l.fin.C.eod.

in Diem, & ad diem teneri differunt, nam qui tenetur ad diem, tenetur vſque ad diem, & non poſt; ſed obligatus in diem, debet ſtatim, ſed antequàm dies venerit, non poteſt ab eo peti, §. omnis, & ibi gl.in diem, Inſt.de verb.oblig.

ex Die, & in diem dicere, idem eſt, d.glo.in diem.

Die ipſo, in quem ſtipulatio facta eſt, peti non poteſt, quia totus ille dies arbitrio ſoluentis tribui debet, d. §. omnis.

Dies in ſtipulatione conditionali, neque ceſſit, neque venit, ſed in pura ſtatim cedit, & venit, ſed in ſtipulatione in diem ſtatim cedit dies debiti, ſed non venit, gl.1.in §.ex conditionali, eod.

Die feriato non compellitur quis venire ad iudicium, gl.1. in leg.2.ſi quis in ius vocatus.

Reliqua verbo, Feria, Feriata, Hora, Legatum, 52. 53. Maiuma, Mille, Nocte, Obligatus, Sententia, 5. 8. Simul, Actio, 214.

DIES cœptus habetur pro completo in omnibus caſibus, in quibus verſatur fauor, l.3.§.minore, & ibi gl.momentum, de minorib.

Dies cœptus habetur pro completo in teſtamentis, in manumiſſionibus, in legato relicto poſt tempus, in vſucapione, d.gl.momentum, & l.in vſucapionibus, & ibi gl.1. de vſucap.

Dies cœptus habetur pro completo quantùm ad hoc, vt quis dicatur compleſſe 14.annum, vt teſtari poſſit, l.qua ætate, & ibi gl.dico, de teſtament.

Dies cœptus in diſpoſitione legali habetur pro completo, vbi agitur de fauore, ſecus vbi agitur de odio, gloſſ. minore, in add.in §.eadem lege, quibus ex cauſ. manumittere.

Dies cœptus habetur pro completo in fauorabilibus, veluti impubes in vltimo die xiiij.anni poteſt teſtari, & idem eſt in vſucapionibus ſecus; tamen eſt in odioſis, vt in pręſcriptionibus, item ſecus vbi eſt fauor eius, qui vult prorogagare, vt in contractibus à minore factis, gl.1.& ibi add.in §.præterea, quibus non eſt permiſſum facere teſtament.

Reliqua verbo, Annus, Actio, 214.

DIES incertus habetur pro conditionem ta in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus, l.ſufficit, 56.& ibi gloſſ.fin.de condictione indebiti, l.ſi pecunia, 12.§.final. & ibi gloſſ. incerta, de leg.3.

Dies incertus appellatur conditio, & è contrà, l.talis ſcriptura, 30.& ibi gl. conditio, de legat, 1.& gl. dubium, & glo.deceſſiſſe, in l.fideicommiſſa, 11.§.ſic fideicommiſſum, de legat.3.

Dies incertus pro conditione habetur, ſed non ſemper, gl.1.in l.1. de condit. & demonſtr.

Dies incertus quando adſcribitur legatis, quamuis nondum venerit, ſolui tamen poſſunt; cùm certum ſit, ea deberi, ſi gratia onerati dies ſit appoſitus, aliàs ſecus, d.l.1. & ibi gl.poſſunt.

Dies incertus eſt, cùm ita ſcribitur, heres meus, cùm morietur, decem dato, quia diem incertum habet mors eius, ibid.

Dies incertus appoſitus in teſtamento habetur pro conditione, ſecus ſi in ſtipulatione ſit appoſitus, l.dies incertus, 75.& ibi gl.1.eod.

Dies incertus non aptus ſuſpendere legatum poſt legatarij mortem non impedit tranſmiſſionem, aliàs ſecus, l.heres meus, 79.eod.

Dies incertus adiecta legato facit conditionale legatum, glo.fi.in l.huiuſmodi, 13. quando dies legat.cedat.

Dies incerta ſi legato appoſita ſit, veluti cùm pubes erit, cùm in familia filia nupſerit, vel cùm Magiſtratum inierit, niſi temporis conditio obtigerit, legatum neque pertinet ad legatarium, neque dies legati cedere poteſt, l. ſi dies, eodem.

Dies incerta appoſita in legato in perſona legatarij, habetur pro die certa, veluti, lego tibi decem, cùm morieris, gl.pen.in l.vnica.§.1.C.de caducis.

Reliqua verbo, Legatum, 24.25.26.

DIES obligationis nullo modo cedit, etiam in tacita die, gl.petitur, in l. item quia, §.1.de pactis. 7

Dies adiecta cauſa differendæ ſolutionis, tranſacto illo tempore, non perimit obligationem, ſecus ſi dies ſit adiecta cauſa finiendæ, vel limitandæ obligationis, l.ſi mandato, 59.§.2.& ibi gl.impedimento, & ibi add.marg.mandati.

Diei aduentum non liberat debitorem, ſed magis conſtituit obligationem efficacem, d.§.2.

Dies quando eſt adiecta cauſa finiendæ, vel limitandæ obligationis, etiã tranſacto illo tempore peti poteſt, ſi reus promiſſor ante illud tempus fuit in mora, † d.l.ſi mandato, §.pen.& ibi glo.perpetuam.

Dies adiecta conditioni poſſibili dependenti ex facto promiſſoris intelligitur repetita etiam in promiſſione facta in defectum conditionis, l. in illa ſtipulatione, 8.& gl.2.in l.hoc iure, 10.de verb.oblig.

Dies vbi eſt adiecta conditioni validæ dependenti ex facto promiſſoris, poſſum agere ante diem, ſi cõſtat, quòd defecerit ante diem, ſed obſtat mihi exceptio; ſi ante diem agam, d.l.in illa, & ibi add.marg. & d.gl.2.

Dies quando eſt adiecta conditioni inualidæ ſiue neceſſariæ, ſtatim poteſt quis agere, non expectato aliter tali die, ibi.

Dies quando apponitur facto negatiuo conditionali alterius tertij, ſtatim quòd non poteſt fieri, venit, & cedit dies, d.l.hoc iure.

Dies, quando in ſtipulatione non apponitur, obligatio cenſetur pura, niſi locus adiectus de neceſſitate tempus tacitũ contineat, l.eum, qui calẽdis, 41.§.fi.eod.

Dies adiecta in ſtipulatione facit, vt ante eius aduentum non debeatur efficaciter, ibid.

Dies in ſtipulatione pręſumitur in dubio appoſita fauore promiſſoris, & nõ ſtipulatoris, quãdoque intelligitur appoſita fauore ſtipulatoris, d.§.fi.& ibi gl.pen.

Dies præcedentis obligationis intelligitur repetita in ſtipulatione animo nouandi primam facta, l.qui ſic ſtipulatur, 47.& ibi gl.eod.

Reliqua verbo, Obligatio, 18.

DIES incertus etiam à principio, ſed ex poſt facto certificatus, interpellat. l. cunctus, 35.de eucti. 8

Dies interpellat pro homine, gl.2.ibi.& l.traiectitiæ, & ibi glo.interpellatus, de actio.& obligat.& gl.debeas, in l. ſi ex legati cauſa, 23.de verbor.oblig.

Dies vbi appoſita eſt à lege, vel ab homine, & tunc dies interpellat pro homine; aut dies non eſt appoſita, & tunc interpellatione opus eſt, l.4.§.fi.in addit. marg.de leg.commiſſo.

Dies termini interpellat pro homine, ibid.

Dies tacita inducta à lege ita interpellat, & conſtituit in mora, ſicut dies appoſita, & expreſſa ab homine, gloſſ.1.in l.ſi mora, 10.ſolut.matrimon.

Dies tacita, quæ indulgetur à lege miſerationis gratia interpellat, & conſtituit in mora, ibi.

Dies

Dignitates

Dignitates, & administrationes gratis debent conferri nihilo dato suffragiorũ nomine,aliàs omnia mala sequuntur, cùm hoc procedat à radice auaritiæ, quæ est radix omnium malorum,antiquo iure penitus sublato,in auth. vt iudices sine quoquo suffragio,in principio,& in §. hæc autem,col.2.

Dignitas patritiatus,aut consulatus,aut præfecturæ, aut magistri militatus, aut alia,quæ liberat à curiali fortuna,liberat etiam à patria potestate, auth. constitutio,quæ dignit.Episcop.in principio.

3 Dignitas curiali addita non eximit eum à iurisdictione sui iudicis,l.curiales,47. C.de decurion.lib.10.

Dignitas illustris liberat quem à curia,l.neque Dorotheum,61.& l.Doctitij. 63. C.eodem.

Dignitatem impetrans data pecunia incidit in ambitum,vel in crimen simoniæ, l.1.ff. ad leg. Iul.de ambitu.

Dignitatem suffragio,idest,per postulationem habens, non excusatur à muneribus ciuilibus, propter dignitatem,secus si ex mera liberalitate,l.3. & ibi gl. 3.C.de legationibus,lib.10.

Dignitatem suffragio recipiens si posteà legatus factus sit, habet vacationem biennij à muneribus personalibus,& oneribus,non quia presides sunt,sed quia fuerunt legati,etiam si per postulationem dignitatem,vel pacto, vel pro salario habuerint,d.l.3.ibi gl.fi.

Dignitates,atque officia ambitione,aut pecunia,vel gratia impetrata non consistunt ,neque tenent, & huiusmodi ambitiosus vel simoniacus incidit in legem Iuliam repetundarum,l.1.& ibi in add.marg.C.de pistoribus,lib.11.

Dignitas vbi non venit ex origine,sed ex accidente, illa dignitas non extenditur vltra pronepotes, l.1.& ibi gl.1.C.de dignitatib.lib.12.

Dignitas maior nulli debet præiudicium facere, quominùs prioris dignitatis priuilegia retineat, l.3.& ibi gl.1. C.eod.

de Dignitate minore ad maiorem fit electio,non è conuerso,d.gl.1.

Dignitates per codicillos conferunt,gl.1.in l.Iudices,C.eod.

ad Dignitatem maiorem,vel minorem vocatus per principem potest de vrbe,& etiam de prouinciis absque licentia principis comitatum adire,l.fi.C.eod.

4 inter Dignitatem eandem habentes ille prius debet antecedere in eundo, loquendo, & decernendo, qui priùs est adeptus dignitatem, etiamsi posterior eandem fuerit consequutus pluries,l.1.C.de consulibus & non spargen.lib. lib.12.

Dignitas de nouo non videtur concedi ei,cui conceditur administratio dignitatis anteà concessæ, imò illis potietur honoribus, quibus potiretur, si eidem administratio concessa fuisset,l.pe.C.eod.

Dignitate deposita per plures in pari gradu dignitatis existentes, ille præfertur, & est potior,qui potior fuit in dignitate electus,l.fi.C.de præfect. prætor.lib. 12.& ibi gl fi.

Dignitatem cum administratione habentes preferuntur habentibus eandem solam sine administratione;posteà qui dignitatem solam habent,& administrationem deposuerunt; posteà illi, quibus dignitas cum administratione committitur ,;quartò præferuntur illi, quibus dignitas à principe conceditur in prouincia,sine administratione,quintò,hi,quibus illustris dignitas sine administratione committitur, l.fin.C. vt dignitatum ordo seruetur lib. 12.

Dignitatem vacantem habere dicuntur, qui dignitatem solam habent, & administrationem deposuerunt, & hi dicuntur vacantes, sed illi non debent appellari vacantes:qui habent dignitatem,quibus posteà conceditur administratio, d.l.fi. & ibi gloss.2. & gloss.vacantium.

Dignitas superueniens etiam maior minori quæsitæ in priuilegiis retinendis non præiudicat,ac proinde finita dignitate durat priuilegium,l.4.ad fin.& ibi add.marg.C.de proximis Sacror. scrin.libro 12.

Dignitates duas quis non potest retinere,l.is quidem,& ibi add.ma.C. qui militare non possunt,lib.12.

ad Dignitates ascendendum est per gradus,& non descendendum, l. nulli, & ibi gloss. nulla,C. de numerariis,lib.12.

à Dignitatibus & officiis prouincialibus repelluntur non solùm viles cohortales, idest,apparitores cohortales, sed etiam omnes qui diuersarum rerum negotiationibus detinentur & trapezitæ,vel gemmarum, atque argenti venditores,& apothecarij, cetérique institores aliorum mercium,quibuscunque ergestariis adhærentes,& omnes artifices,l.si.cohortalis,& ibi glo. 1. C. de cohortalibus,lib.12.

Dignitatum ordines sunt quatuor maximi, vt superillustres;magni, vt illustres; medij,vt spectabiles; minimi,vt clarissimi; sunt etiam infimi,vt defensores ciuitatum, & magistratus municipales, & isti non habent merum imperium, gl. illustribus,in §. cúmque, in proœmio Institution.

Dignitas,sicut priuilegium,non tollit dignitatem,aut priuilegium,gloss. sui iuris,in add.in princ.Institu. quib.modis ius patriæ potest.

per Dignitatis augmentum,vel diminutionem,non dicitur quis augeri, vel minui,§.seruus,& ibi add.marg. Inst.de capitis dii. iu.

Reliqua verbo,Decurionatus,Fœmina,3.Honor,Infamis.7.Mulier, 43. Nominatus, Ordo,Patritiatus,Sacerdotium,Seruus,23.Titulus,Vxor,11.Cingulum, Consulatus, Collectarius, Diues.

DIGNVS præsumitur quis,nisi probetur indignus,l. seruos,20.& ibi additio. marg. de manumiss. testamento,& l.cum quidam,24.& ibi gl.offenderint, de legat.2.

Dignius non continetur sub minùs digno,gl.vocabulo,in l.si ita scriptum,45.de legat.2.

Dignior est præferendus digniori,l.2.& ibi add.marg. de albo scribendo,§. fi. & ibi gl.fi.Inst.de iure naturali.

Digniores altiori loco sedere debent,& ad hoc potest implorari officium iudicis,non autem agi actione iniuriarum,glo.altiori,& ibi add. in §. aliam verò, Inst.de bonorum possess.

Reliqua verbo,Indignus,Dignitas,4.Heres,154.Honor,3.

1 DILATIO alia non est danda post primam dilationem,nisi causa cognita, l. oratione, & ibi gl.1.de feriis.

Dilatio alia de nouo potest dari post primam toties, quoties opus est causa cognita,gl.2.ibid.

Dilatio ad exhibenda instrumenta in eadem prouincia datur trium mensium, si ex alia contigua, tunc dantur sex menses, sed ex transmarina dantur nouem menses, glo.3.ibi.

Dilatio tantùm vnica in singulis causis pecuniariis dari potest, in capitalibus autem causa cognita, reo tres dilationes, accusatori verò duæ possunt dari,l. fin. eodem.

Dilationum materia amputanda est, gl.1.ibi.

Dilatio prima in causis pecuniariis datur cum leui causæ cognitione, nam eo ipso, quòd petitur gratia testium, vel instrumentorum danda est, nisi euidens appareat calumnia, & hæc cognitio erit leuis in moderamine locorum; secunda tamen dilatio datur,si probet se iusta causa impeditum fuisse in prima, ibidem.

Dilatio secũda, & tertia dari potest in criminalibus,nulla exquisita ratione impedimenti,sed solùm cum eadem causæ cognitione, qua data est prima,idest, secundùm moderamen locorum,vt ita bona fide postulare videatur,ibi.

Dilatio vnica tantùm in ciuili præsenti, & postulanti, sed plures possunt dari absenti ad eius malitiam superandam,& contumaciam præsumendam,ibid.

Dilatio secunda, & tertia in ciuili potest dari exquisita ratione impedimenti, quarta dari potest,quando iurant,quinta non datur, ibi.

Dilatio vnica tantùm datur in criminalibus propter immanitatem delicti, sed causa plenè cognita datur tantùm alia,& non plures, d.gl.1.ad medium.

Dilationes tot habet actor, quod habet reus in ciuilibus, sed in criminalibus non, ibidem.

Dilatio non datur in relatione facta Imperatori, cùm omnia plenè instructa Imperatori remittantur, ibi.

Dilationes plures in criminalibus, quàm in ciuilib.ideò dantur, quia in criminalibus non sic citò recurrendum est,ibi.

Dilationes plures in criminalibus ideò dantur reo, quàm accusatori, quia fauorabilior est,& non sic instructus esse potest,vt accusator, ibi.

Dilatio potest peti propter aduocatos, vt deliberent super libello, l.ait prætor, 23.§.fi.& ibi gl.pen. & vlt.ex quib. causis maiores.

Dilatione pendente cessat officium tam iudicis, quàm arbitri, nisi dilatio reuocetur,vel mutetur,gl diem,& ibi add.in l.dicere,de arbitris.

Dilationes potest dare iudex ex causa, vt si instruméta litis apud eos esse dicantur,qui reipub.causa absunt,vel cùm pater litigator filium,vel filiam, vel vxor virum,vel filius parentem amisit per mortem, l.interdum,36.de iudiciis.

Dilationes plures potest dare iudex propter fortuitos casus, ægritudines litigatorum,vel eorum filiorum,vel vxorum,vel propter tempestates,per quas lex 12.tab.iubet diem differri, d.l.interdum, & ibi gl.& in similibus.

Dilationem vt det iudex propter ægritudinem, debet iudex distinguere inter febrem, & febrem, ibi.

Dilatio non debet dari argentario, vel tutori, aut debitori, nisi ex iusta causa, scilicet,vt ex prouincia libri afferantur, l.argentarium,45.eod.

Dilatio non debet dari tabellioni,vt liceat sibi aliunde euocare instruméta,cùm ibi habere debeat, vbi confecit illa,d.l.argentarium, & ibi add.marg.

Dilatio concessa super principali censetur concessa super accessorio,l.4.in addit. marg.de distractione pignor.

Dilationem habens à lege interim tenetur satisdare, & idem est, si habeat à principe, sed habens dilationem ex sua prouidentia, & contractu suo non tenetur, nisi labatur facultatibus, l.si constante, §.quoties, & ibi addit. marg. soluto matrim.

Dilatio finitur causa dilationis finita,l.si quis heres,71.de adquirend. heredit.& l.1.bene,21.§ fin.& ibi gl.restituenda, de annuis legatis.

Dilatio ad tempus datur ad exhibendum tabulas secundùm locorum angustias, & prolixitates, l.2.§.pen. quemadmod.testam.

Dilatio, vel dies præstationi adiecta si sit ita breuis, quòd impossibile sit præstari in tam breui tempore, illa difficultas præstationis subducitur, l. si mihi & tibi,12.§.1.de legat.1.

Dilatio,& prorogatio diei legatorum simpliciter facta refertur etiam ad ea legata,quæ diem habent,l.Titio centum,75. de legat.2.

Dilatio in tempus non perfectæ ætatis præsumitur facta fauore creditoris, l. cum pater,77 §.curatoris tui,eod.

Dilatio quando apponitur gratia legatarij,non potest ei anteà solui,secus,si gratia heredis,l.eum,qui.15.de annuis legatis.

Dilatio in dubio præsumitur posita gratia debitoris,gl.fi.ibid.

Dilationis iusta causa est propter scripturam, quæ est in longinquis partibus, l. ille,à quo,13.§.1.& ibi gl.verba,ad Trebel.

Dilatio si apponatur gratia fideicommissarij,cessante causa dilationis, cessat dilatio,l.à filia 62.§. fi.eod.

Dilationis tempus,quod datur à lege condemnatis ad soluendum, reale est, & non personale, cùm ad heredes, & successores pertranseat, l. tempus, 29. & ibi add.marg.de re iudicata.

Dilatio ad soluendum non debet dari nisi petentibus,l.debitoribus,31.eodem.

Dilatio ad soluendum non debet dari contumacibus calumniosè,ibi.

Dilatio potest dari propter aduocatos,nisi esset diu esset moraturus, quia tunc non datur, imò quærat pars alium aduocatum,gl.venienti, & ibi add. marg. in l.3.§.cùm igitur,de vi & vi armat.

ob Dilationem datam réo,si actori cucurrerit præscriptio,restituitur actor, l.1. §. præterea de itinere actúque priu.

Dilatio temporis vbicunque habet,& continet in se vtilitatem creditoris, non tenetur creditor recipere debitum sibi oblatum à debitore ante illud tempus, l.stipulatio ista,38. §.inter,& ibi gl.incertam,de verbor.oblig.

Dilationes tres dantur regularibus in criminalibus, fallit in crimine adulterij, vbi nulla,aut saltem vna tantùm datur,l. in crimine,41.& ibi gl.1.de adulter.

Dilatio, quæ non excedit tempus instantiæ causæ restitutionis in integrum, debet concedi tam actori, quàm reo, l. petendæ, C. de emptor. in integrum rest.

Dilatio excedens tempus instantiæ restitutionis in integrum debet concedi reo, & non actori; potest tamen actor illam dilationem suas probationes facere, ibidem.

Dilatio-

de Disiunctis alteram veram esse sufficit,gl.1.ibid.

Disiuncta accipitur pro coniuncta speciali iure propter votum parentum, quando substitutio directa fit filiis disiunctiuè,l.si is,qui ducenta,§.fi. & ibi.gl.fi.de reb. dub.

Disiunctiua quandoque pro coniunctis accipiuntur,vt cùm dicitur, super pecunia, tutelâve sua,illa disiuncta,ve,pro coniunctiua ponitur, nàm tutor separatim siue pecunia dari non potest,l.sæpe,53.& ibi gl.tutela,de verb.sign.

DISIVNCTIVA inter personas arbitrorum non resoluitur in coniunctam, quin etiam electio in huiusmodi disiunctiua ad partes pertinet, l. item vnus, §. item Pomponius,de arb.

Disiunctiua quandoque ponitur pro copulatiua,glo.1. in l. si heredi, de hered. institut.

ad Disiunctiuæ veritatem sufficit alterum esse verum,tam in contractibus,quàm in vltimis voluntatibus, sed ad copulatiuæ veritatem vtrumque requiritur, l.si is, qui ducenta,§.vtrùm,& ibi gl.declarauit,& ibi add.marg. de reb. dub.l. si ita stipuletur, 63. de verb.obl.

Disiunctiua posita inter personas honoratas, vel grauatas fauore pupillorum, tam in contractibus,quàm in vltimis voluntatibus resoluitur in coniunctiuam,l.4.C. de verb.sign.

Disiunctiua posita inter res non resoluitur in coniunctiuam,ibi.

Disiunctiua posita inter personas honoratas, inter quas cadit affectio ordinata, non resoluitur in coniunctam,l. cum pater,77.§.pe.de leg.2.

Reliqua verbo,Connexa,Alternatiua,Aut,Oratio,Coniunctiua,Siue.

DISIVNCTVS in vnam dimidiam, & plures coniuncti in aliam dimidiam pro hereditariis portionibus vocantur ad substitutionem, l.si pater filio,9.de vulgari.

Disiuncti re vt dicantur aliqui,non sufficit quòd fiat tacita distributio partium, sed requiritur,quòd fiat distributio expressa partium ipsarum,l.si duob. 16. §. fi.& ibi gl.si Titio,& gl dari,de leg. 1.

Disiuncti faciunt partes ex post facto per concursum, sed non ex natura verborum legati,gl.ab initio,& ibi add.in l. planè,34.§.si coniunctim,de legat.1.

Disiuncti verbis tantùm, sed re coniuncti dicuntur legatarij, quibus ita relinquitur, Seio Stichum hominem lego, Titio Stichum hominem lego, sed disiuncti re,& verbis dicuntur, quando ita legatur,Lego Titio dimidiá serui, Seio lego dimidiam eiusdem serui, § si eadem res, & ibi gl.fi.Inst. de legatis.

Disiuncti re,sed verbis coniuncti dicuntur legatarij,vt Lego Titio, & Seio pro equis portionib.d.gl.fi.

Reliqua verbo,Coniuncti,Legatum,45.vsque 48.Legatarius,20.

DISPARITAS qualitatis,quæ speratur reduci ad qualitatem non vitiat constitutionem correorum,l. ex duob.reis,7.de duob.reis.

DISPENDIVM est contrarium compendio, quandoque ad viam, quandoque ad aliud refertur,sumitur etiam pro damno ac incommodo,l.si ea res,31. in add. marg.de actio.empt.

DISPENSATIO est iuris communis relaxatio cum causæ cognitione, gl.dispensationem, in add.marg.in extrauag. de pace Constantiæ,in princ.

Dispensatio sine causa facta quantùm ad iudicium diuinum, non releuat etiam in dispensatione Papali, quod limita in dispensationibus, quæ fiunt aduersùs ius diuinum, vel naturale, aut contra statutum generale vniuersæ Ecclesiæ, secus verò,si simpliciter contra ius positiuum, quoniam in huiusmodi, Papæ voluntas sufficit pro causa,ibidem.

Dispensatio quandoque dicitur seueritatis,& excessuum mitigatio,& remissio,d. gl.dispensationem.

Dispensationes raró permittunt iura ciuilia, quia crimina non debent indulgentia subleuari, & contra proditores,& rebelles nunquam,ibid.

Reliqua verbo,Inhabilem.

DISPENSATOR vel præpositus ad exigenda debita, non tenetur domino, quando non recipit nomine domini, & sic ab initio habuit malum animum, tenetur tamen exactis debitoribus soluentibus scienter, & illi exacti tenentur, domino, idest,creditori,l. dispensatorem,62.& ibi gl.solutione,in fine,de solutio.

Reliqua verbo,Administrator.

DISPONERE de reb.suis potest quis tam in scriptis,quàm sine scriptis,l. generali,13.C.de sacrosanctis.

Disponere potest de reb.suis vidua,diaconissa, vel virgo Deo dedicata pro monasterio, vel pauperib.de iure codicis,ibid.

Disponens, & dispositum non compatiuntur se sub eodem genere,l. fi. de fundo instructo.

Dispositum licèt non sit, tamen illud censetur dispositum, quod verisimile est, statutum fuisse,si illud fuisset, quæsitum, gl.fi.in l. tale pactum,§.fi.de pactis.

DISPOSITIO collata in aliquem respectu alicuius qualitatis, vendicat sibi locum in alio,in quem transiuit illa qualitas,l. tale pactum,§.fi.de pactis.

Dispositio testatoris collata in vnum casum vendicat sibi locum etiam in alio casu omisso, quando verisimile est, quòd testator idem disposuisset, si cogitasset de illo casu,ibid.

Dispositio quando efficitur indebita, solutum causa conditionis implendæ repetitur,l. is cui,34. de condict.indeb.

Dispositio limitata limitatum producit effectum, l. 2.de seruis export.& l. cum seruo,de contrahend.empt.

Dispositio facta de principali habet locum in eius herede,l. diuortio, §.interdum, soluto matrim.

Dispositionem vitiat defectus causæ finalis,l.fi.de testam.tutel.

Dispositio simplex dicitur illa,quæ vno orationis contextu vnam dispositionem continet;duplex verò dicitur illa, quæ continet duo capitula diuersa continentia,vel dispositiones duas,l.1.de vulg.

Dispositio nugatoria non vitiatur,quando solam partem dispositionis respicit,l. si duob.16.§. 1. de legat.1.

Dispositio facta sub simplicib. comprehendit casum mixtum in fauorabilib. l. Titiæ textores,36. eod.

Dispositio non valet, si quid ipsa includit,excludit exceptio, l. si ita legatum sit, 65.eod.

Dispositio paterna generalis ex humanitate, & voto ardenti patris interpretatur, vt per eam non intelligatur remissum fideicommissum anteà relictum ne fiscus admittatur exclusa filia fideicommissaria, †gl. pe. in l. Paula, Callinico,27. de leg.3.

Dispositio prohibitiua præcedens dispositionem simplicem sequentem facit conditionalem, scilicet si contra prohibitionem factum sit, l. pater, filium 38.§.filiam,eod.

Dispositio respiciens solam authoritatem defuncti, non commodum alterius non iure actionis,sed officio iudicis effectui demandatur, l. Quintus, 7. de annuis legat.

Dispositio collata in tempus, quo tutela finitur pubertate sortitur effectum etiam si tutela finiatur morte,l.liberto,21.§. fi. eod,

Dispositio inutilis circa speciem facta inter viuos derogat generi, l. cùm dominus,§.fi.de peculio legato.

Dispositio testatoris quando ex aliqua causa commutatur in aliam, in dispositione commutata non intelligitur repetita pœna,quæ erat in prima, l. in testamento,27.& ibi gl.fi. de cond.& demonst.

Dispositio personalis cum persona extinguitur,l. sciendum, 25. in add. marg.de re iudicata.

Dispositio, quæ habet locum in existente in termino, habet locum in existente in via,l.2.de fluminib.

Dispositioni primæ quando aliquid additur,vel detrahitur, creatur noua dispositio,l.1.§.si quis simpliciter, de verb.oblig.

Dispositio non perfecta, & non consummata vitiatur, etiamsi ad eum casum deuenit,à quo non potuit inchoari,secus in dispositione perfecta,l. pen.§. fin. eodem,

Dispositio vltimæ voluntatis libera debet esse, post quam iam aliud non possit, l.1.C.de sacrosanctis.

Dispositio iuris propter timorem cõtagionis, vel ob aliam necessitatem suspenditur ad tempus, non autem tollitur in totum,l.casus maioris,8.C.de testam.

Dispositiones morientium firmæ sunt,nisi resultent legi, & sint apertè contrariæ legib.auth.de iureiurando à moriente,in prin.col.4.

Dispositio testatoris non trahitur ad dolosa,& vitiosa,glo. 3. in add. marg. in c. 1. qualiter iurare debent vass. in vsib.feudorum.

Dispositio solius animi ad delictum non perficit illud, sed insidiæ habentur pro delicto contra dominum consummato,c.1.§.si voluerit,de capitaneo, in vsib. feudorum.

Dispositio generalis restringitur per aliam legem,glo. discrimine, in §. Inst. de libertinis.

Dispositio generalis præsupponit omnia habilia,§.fi.Inst.de lege Fusia.

Dispositio non cessat,vbi sunt duæ rationes finales, quarum vna cessat, & alia non §. affinitatis,Inst.de nuptiis.

Dispositio absoluta debet intelligi secundùm ordinis prærogatiuam, gl. non tamen,in add.in princ.Inst.de legitim.agnatorum success.

Dispositio generalis trahitur non solùm ad præsentia,sed etiam ad futura,l.fi.C. quæ res pignori.

Dispositio testatoris simpliciter facta intelligitur eo modo, quo de iure potest l.Gallus Aquilius,§.1.de liber.& postu.

Dispositio quando non potest in esse produci,nisi sub certo modo, vel sub certa conditione,si fiat simpliciter, intelligitur fieri sub illo modo, & sub illa conditione, qua fieri potest,ibid.

Dispositio facta sub conditione in vno casu, extenditur ad alium, quando talis conditio est necessaria ad ipsum actum,d.l.Gallus, §. & quod tantum.

Dispositio loquens in casu vno, extenditur ad casum fictum, d. l. Gallus,§. quid si is, qui.

Dispositum ita censetur, quod deciditur per rationem, sicut illud, quod deciditur per verba, in princip. & ibi gloss. 1. Inst. de legitima patron.tutel.

Reliqua verbo, Captatoria, Adulatoria,Testator, per tot.

DISPVNGERE rationes dicitur quis, cùm data, & accepta confert, discutit, atque examinat,hinc dispunctio diligens,gloss.dispunctio, & ibi add. marg. in l.fi. de bon.autho. iud.possid.

Dispungere est conferre accepta,& data, & post collationem cancellare, quod redditum,vel impensum inuenitur,l. cognoscere,56, §. 1.& ibi glo. conferre, de verb.signific.

DISPVTARE de principis iudicio,& dubitatur, an electus à principe sit dignus, crimen sacrilegij est,l.2.C. de crim.sacril.

Disputandum non est de lana caprina,l.Gallus, §.si eius,in fi.de liber.& postu.

DISPVTATIO multùm prodest ad studium,l. fi.§.fi.in fi. de munerib. & honorib.

Disputationis gratia quod dicitur,non probat opinionem loquentis, quod facit ad excusationem disputantium,l.si possessor,23. malæ fidei in add. marg & §. ait Senatus,in add. de petit.heredit.

DISSENSVS vitiat stipulationem,sed nõ iudicium,etiamsi constet de dissensu,†l.inter stipulantem,82.§.1.& ibi gl. existimauit,de verb.oblig.

Dissensus in re principali vitiat id,quod principaliter,iter agitur,sed dissensus in accessorio non vitiat illud accessorium, gl. nihil,ibid.

Dissensus circa rem,vel circa accessoria inter stipulantem, & promittentem, vitiat stipulationem,secus est in venditione, quæ non vitiatur, etiamsi dissensus circa accessoria contractus interueniat,l. continuus, 137.§.1.& ibi add.marg. eodem.

Dissentire dicitur ille, qui non consentit,quoties lex vetat,vel prohibet aliquid, & certo modo id fieri concedit,gl. ignorat,in l. qui vas, 48. §.1.de furtis.

Reliqua verbo,Sors.

DISSIMVLARE aliud, & aliud agere potest quis sine dolo malo, vt si latrones cœperint plures,& vni eò quòd in rebus vellent facere gratiam, quærunt nunquid istæ res sunt tuæ, & ipse respondet ironicè,nónne & vos scitis, item quidam captus à Genuense dolo bono finxit se contractum, idest, debilitatum,gl.fernant,in l.1.§. 1.de dolo malo.

Dissimulari potest aliud,& aliud agi, sine dolo malo, vt de Salomone, qui finxit se velle occidere puerum,& quando finxit se sacerdotem,ibid.

Diuisio testatoris, & iudicis æquiparantur, l. solent, & ibi glo. diuisissent, de aliment. vel cibar.

Diuisio iuuat magnoperè lectorem, l. 1 & ibi add. marg. de doli mali exceptione.

per Diuisionem cum clausula de nihil faciendo in contrarium, non intelligitur renunciatum fideicommisso reciproco conditionali inter scientes, & si pronuncietur, videri renunciatum, dicitur malè pronunciatum, †Doct. reprob. gl. 1. in l. si ita stipulatus fuero, 126. §. 1. de verbor. oblig.

Diuisio cum herede putatiuo facta per verum heredem per ignorantiam iuris, vel facti: non præiudicat verò heredi probata veritate, l. 4. C. de suis & legit.

Diuisio per heredem verum cum putatiuo herede facta iudicialiter per iuris, vel facti ignorantiam, probata etiam veritate, præiudicat verò heredi, secus si extra iudicium à patre fiat, quia tunc non præiudicat, gl. fi. ibid.

Diuisio facta per verum heredem cum herede putatiuo per ignorantiam facti, & non iuris, inualidatur, & quidquid ei peruenit, putà credens quòd testamentum haberet septem sigilla, cùm non haberet, nisi sex, & sic probabili ignorantia facti repetitur, ibid.

Diuisione per verum heredem facta per ignorantiam, quidquid peruenit heredi putatiuo ex ea, repetitur ab herede, qui repetet medietatem per rei vendicationem, & aliam medietatem per condictionem indebiti, vel sine causa, ibid.

Diuisio particularis ex consensu vtriusque facta non impedit agi iudicio familiæ erciscundæ pro vniuersali diuisione, l. 1. C. famil. ercisc.

4 Diuisio sit facta pro quibusdam rebus extra iudicium, non impedit agi iudicio iudicio familiæ erciscundæ pro aliis rebus, quæ remanserunt ad diuidendum, secus verò, si diuisio sit facta in iudicio pro quibusdam proposita actione familiæ erciscundæ, quia tunc non potest agi iterum pro aliis, gl. fi. ibid.

Diuisionem per hominis iudicium non recipiunt nomina debitorum, cùm sint ipso iure diuisa, l. ea, quæ in nominibus, C. eod.

Diuisio tam in iuribus incorporalibus, quàm in rebus corporalibus in successione fit ipso iure, & quod ita diuisum est in nominib. iudicis ministerio, aliter fieri non potest diuisio, licèt totius nominis assignatio possit fieri, quando sunt res corporales & nomina, sed quod diuisum est in rebus corporalibus, quæ etsi ipso iure sint diuersæ, tamen per hominem aliter diuidi possunt, vt loco intellectualis diuisionis fiat quædam, quæ oculis subiciatur, gl. 3. ibid.

Diuisio hereditatis paternæ facta inter duos fratres valet, etiam si scriptura in ea non fuerit, dummodò constet, l. non ideo. C. eod.

Diuisio bonorum hereditariorum si sit facta per iudicem duob. filiis heredib. ab intestato, quorum vni si sint euicta, tenetur alius de euictione per actionem præscriptis verbis, l. si familiæ, C. eod.

Diuisio bonorum inter filios si sit facta à patre, si vni eorum sint bona euicta, alius non tenetur de euictione, neque contra eum potest agi, gloss. 1. & fi. ibidem.

Diuisio bonorum inter coheredes, vel alios est quædam permutatio, vnde vni si bona adiudicata sint euicta, alius tenetur de euictione actione præscriptis verbis, gl. fi. ibid.

Diuisio bonorum inter coherédes facta pacto non interposito vel interposito, aut de euictione teneretur, & tunc tenetur, nisi scienter aliquis eorum alienum accipiat, sed si fuit facta pacto interposito, quòd nõ teneretur de euictione, & tunc non tenebitur, neque etiam potest agi ad pretium, d. gl. fi.

Diuisio bonorum hereditariorum si sit facta inter fratres heredes quòd vnus haberet bona allodialia, alius emphyteotica, si frater, cui obuenerunt emphyteoticæ res, sit mortuus, relicta filia fœmina, vnde dominus secundùm legem contractus aduocauerat illas res, de euictione contra fratrem agi non potest à filia, nisi stipulatus esset expresè pater eius tempore diuisionis, † d gl. fi.

Diuisio bonorum paternorum consensu vtriusque fratris inter eos si sit facta nudo pacto, & ab vnoquoque apprehensa sit possessio suæ partis, decedente vno heres eius partem, quam inuenit occupatam, reiuendicare poterit, l. si diuisionem, 19. C. eodem.

5 Diuisio bonorum paternorum nudo pacto facta inter fratres, & traditio si sit sequuta, dominium transfertur, secus verò si possessio non sit apprehensa, vel traditio sequuta, quia tunc dominium non transfertur, sed bona diuidentur iudicio Famil. ercisc. ibid.

Diuisio inter liberos, quæ à iudice est facienda, debet fieri secundùm voluntatem defuncti etiam non solemnem, licèt non succedatur ex testamento, sed ab intestato, salua tamen Falcidia, & Trebellianica, si alicui eorum non remaneret integra, l. filij patris, C. eod.

Diuisio facta inter quosdam ex sociis aliis absentibus non præiudicat, l. coheredibus, 17. C. eod.

Diuisio facta inter coheredes præsentes non præiudicat absenti, & ignoranti in portione, quam habuit in rebus communibus ante diuisionem, ibid.

Diuisionem facere possunt coheredes præsentes altero absente inter se quoad personales præstationes, gl. 1. ibid.

Diuisione facta à patre de hereditate sua inter filios, ipsi non possunt agere de euictione contra reliquos filios, secus in diuisione facta per iudicem, vel per partes, gl. fi. in l. si cogitatione, 21. C. eodem.

Diuisio à patre facta de hereditate sua inter filios suos heredes, & emancipatos valet, etiam si sit imperfecta, vel ex testamento minùs solemni, l. fin. C. eodem.

Diuisio à patre facta de hereditate sua inter liberos, & extraneos valet, quoad liberos, quoad extraneos non valet, si sit imperfecta, ibid.

Diuisionem factam inter fratres non instrumentis, sed aliis probationibus si constet, stari debet omninò tali diuisioni, nisi beneficio restitutionis rescindatur, l. 4. C. communi diuid.

Diuisio debet fieri eorum, quæ sunt communia, tam respectu sumptuum factorum super rebus communibus, quàm etiam fructuum, & doli, & culpæ ratio habetur, ibid.

Diuisio præsumitur facta ex longa rei possessione pro diuiso, gl. 1. ibid.

6 Diuisio est similis permutationi, & permutatio emptioni. glo. 2. in l. 1. C. communia vtriusque.

Diuisio, & emptio conueniunt, quia ex vtraque possessio sequuta præstat dominium, vel causam vsucapiendi, re quoque euicta vtrobique præstatur euictio, & vterque est contractus bonæ fidei, ibid.

Diuisio & emptio differunt quandoque, quia in emptione non est locus condictioni ob causam, secus in diuisione, quia indiuisio appellatur permutatio, item quia ex nudo pacto diuisionis non oritur actio, secus in emptione, ibid.

Diuisio facta à iudice incompetenti potest validari partium consensu, l. 2. C. eodem.

Diuisio bonorum facta sub conditione si iuraret socius, se non adhibiturum dolum in diuisione, non nocet diuidenti, si socius conditionem non impleuerit, l. si cum patruo, 6. C. eod.

Diuisio si sit facta sub conditione, si iuraret socius se non adhibiturum dolum in diuisione, & si iurans posteà inueniatur deierasse, non statur diuisioni, & de dolo potest agi, nec sufficit sola pœna periurij, gl. 2. ibid.

Diuisio sub conditione facta soluitur non impleta conditione, gl. fi. ibid.

Diuisione facta inter socios, euicta parte vnius, tenetur alius de euictione, nisi ille sciens res alienas, vel alij obligatas acceperit, quia tunc socius non tenebitur, nisi promiserit, l. si fratres, 7. C. eod.

à Diuisione inter maiores 25. ann. facta tradendo, vel possessionem dimittendo apud alterum de consortibus solo consensu recedi non potest, l. si inter vos, 8. C. eodem.

Diuisio relicta possessione vel translata finem accipit, ibi.

Diuisio inter minores 25. ann. facta tradendo possessionem, vel dimittendo apud alterum de consortib. reuocari potest, d. l. si inter vos, & ibi gl. 1.

Diuisio non cadit, vbi non est communio, l. familiæ, 9 C. eod.

Diuisio possessionem ita debet fieri, vt integra apud successorem vnuimquemque seruorum adcriptitiæ conditionis, vel inquilinorum proximorum agnatio, vel affinitas permaneat, l. possessionium, 11. C. eod.

Diuisio possessionum si sit facta ita, quòd mancipia, & coloni ascriptitij inter se sociati etiam diuiderentur, vel diuisi fuerint, in vnum redigi possunt, ibid.

Diuisio possessionum si sit facta, mancipia à terra, vel à possessione separari non debent, neque corpora indiuidua, gl. 1. ibid.

Diuisio semel recte facta non habetur irrita, instrumentis non interuenientibus, sed recte non facta recte potest irritari, l. instrumentis, & ibi gl. 1. C. de fide instrum.

Diuisio semel rectè facta interueniente stipulatione, vel traditione, non habetur irrita, gl. fi. ibid.

Diuisionem fundi dotalis, qui est communis cum alio, non potest petere maritus, vel sponsus, neque etiam minor, vel Ecclesia poterit petere diuisionem fundi communis, prouocari tamen ad diuisionem rectè possunt, gl. 1. & 2. in l. 3. C. de fundo dotali.

Diuisio si fit facta per arbitrum inter partes, si aliquæ res, quæ debuerunt conferri, fuerint occultatæ, dolo vel culpa, potest peti, vt conferantur officio iudicis, non obstante tali diuisione, l. si soror, 8. C. de collatio.

Diuisio bonorum à parente facta inter liberos non aliter valet, nisi testamento fuerit facta, vel in alia scriptura parentum, vel liberorum omnium, subscriptionem continente, §. fi. in authent. de testam. imperfectis, §. & quod sæpe, in auth. de triente & semiss.

Diuisio bonorum à patre inter liberos rectè potest fieri per patrem, etiam sine scriptura, si coram duob. testib. fiat, gl. subscribere, ibid.

Diuisio cuiuslibet rei non debet fieri, ne patrimonium corrumpatur, sed debet fieri ex vniuersitate omnium rerum, l. 2. & ibi gloss. participib. C. quando & quarta pars, lib. 10.

in Diuisione mobilium partes debent esse præsentes, d. l. 2. §. in exigendis, vers. quod si sæpe.

Diuisio orbis terrarum est de iure gentium, & quædã est diuisio eorum, quæ habitant simul, id est, ædificiis in vnum collatis, & sic habemus tria nomina, scilicet ciuitas, castrum. & villa; alia est diuisio eorum, quæ non habitant simul, sed ædificiis separatis, & hæc appellatur prouincia, vel regnum; vel sunt alia nomina vniuersalia significantia separationem linguarum, vt Italia, Alemania, gl. Lombardiæ, col. 1. in extrauag. quoniam, qui sint rebelles.

Diuisio, seu partitio animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat, & memoriam artificiosè reformat, gl. eiusdem, in §. igitur post libros, in proœm. Institutionum.

Diuisio est innumerabilis materiæ breuis compositio, vel rectiùs, est alicuius totius vniuersalis, aut integralis sufficiens, ac distincta assignatio partium, vt gl. diuisio, & ibi add. in §. 1. Inst. de obligationib.

Diuisio non potest esse breuior, quàm bimembris, glo. summa, in §. omnium, Inst. de actio.

Diuisionis beneficium, quod competit fideiussorib. plurib. competit etiam plurib. constituentib. pro alio, l. fin. C. de constit. pecun.

Diuisionis beneficium competens plurib. fideiussoribus, fuit concessum ex epistola Diui Adriani, ibid.

Diuisionis beneficium competit plurib. fideiussoribus, vel constituentibus pro alio, vbi omnes sunt soluendo, gl. 1. ibid.

Diuisionis beneficium non habent plures fideiussores vnius tutoris, glo. 2. ibid.

Diuisionis beneficium competit plurib. tutorib. vel curatorib. gl. fi. ibid.

Reliqua verbo, Annus, Communio, Correus, Fideiussor, 53. 54. Frater, 3. Heres, 43. vsque 48. Incorporalia, Mundator, Minor, 1. 2. 3. 5. Pater, 28. vsque 31. Perceptio, Pupillus, 23. 24. Socius, 14. 15. Subtilis, Iudicium, 14. Fundus, 1.

DIVISIBILIS res etiam in infinitas partes diuidi potest, l. si cui, 9. de seruitutibus.

DIVISVM semel iterum potest diuidi, l. si testamento, 49. quòd si duo, de fideiussor.

Diuisa quælibet res meliùs intelligitur, gl. 1. in l. 1. de doli mali exceptione.

Diuiso prædio dominante, diuiditur aqua secundùm quantitatem partis prædij dominantis non solùm qualitatem, l. si patrem, 25. & & ibi gl. vsus, & add. de seruitut. rusticorum.

Diuisa non videntur mancipia bina, quæ ex hereditate paterna iussu iudicis pupillis reseruata sunt causa ministerij pupillorum, l. fi. comm. diuid.

Diuisum quod est per legem ipso iure non potest ministerio iudicis diuidi, l. ea, quæ in nominibus, C. famil. ercisc.

ordinem,gloss.remittitur,in §.pen.Institut. de suspect. tutor.

in Doctoratu licentia legendi, & interpretandi collata operatur, vt hæc possint fieri publicè,quod aliàs non liceret,gl.publicè,in addit.margin.in §.responsa, Instit.de iure naturali, gent.

Doctoratus est honor,& dignitas, & ad illius gradum illegitimus aspirare non potest,consuetudo tamen se habet in contrarium,l.honor,§.1.in add.marg.de munerib.

Reliqua verbo,Medicus,2.Salarium,1.4.

DOCVMENTA idem sunt,quod instrumenta,quia veritatem docent,gl.documenta,in §.fi.auth.de non eligendo secundò nubentes, col.1.

Reliqua verbo,Munimenta,Instrumentum,per tot.

DODORANS idem est,quod nouem vnciæ, i. dempto quadrante ex asse,glos. quadrans,in§.hereditas,Inst.de heredib.instit.

DOLON dicitur flagellum, intra cuius virgam latet pugio, gl.inerat, in add. marg.in l.si ex plagis,52.§.1.ad legem Aquil.

DOLOR dicitur inesse flagello,ex eo quòd alij infert dolorem,glo.inerat,in d. §.1.eod.tit.

Dolorem iustum temperare difficillimum est,l.si adulterium, 38.§.Imperatores, de adulteriis.

Dolor iustus excusat quem à pœna,gl.pe.in l.4.C.de adulteriis.

D[illegible],nu.1,vsque ad nu.10.

qu[illegible] præsumptionem,vel probationem,nu.10.& 11.

qu[illegible] compensat[illegible]nem,num.12.

qu[illegible],nu.13.

quo[illegible] tertij,num.14.

quo[illegible] dolum dantem causam contractui, vel absolutioni,vel incidentem in contractu,num.15.vsque ad num.20.

qu[illegible] curatoris,vel autheris,nu.20.& 21.

qu[illegible],num.22.

D[illegible] contract[illegible] & act[illegible] veniat,num.23.

qu[illegible] de [illegible] nu.24.

quo[illegible] excep[illegible] num.25.

1 DOLVS malus fit calliditate,& fallacia,l.iurisgentium,§.pactorum,de pactis,& l.dolo.ff.de seruo corrupto.

Dolus quandoque sumitur pro omni call[illegible],quandoque pro ea tantùm calliditate,quæ fit in [illegible],gl quoties,ibid.

Dolus est genu[illegible] & [illegible],vt species generi,† gl.fraudandi,in d.l.iurisgentium,§ sed [illegible] fraudandi,de pactis.

Dolus tunc dicitur,cum aliquid factum est etiam sine mei commodi causa;fraus verò tunc tantum dicitur,cum mei commodi causa factum est,d.gl. fraudandi,eodem.

Dolus fit in initio pacti,quando dolo quis inducitur ad pa[illegible]scendum;dolus post pactum fit,quando in pacto conuenta non seruantur, gl. siue, in d.l.iurisgentium,§.siue igitur.eod.

Dolus siue sit commissus ab initio in contractu, siue ex post facto, parit exceptionem doli,vel actionem,vel replicationem,d.§.siue igitur, & ibi gl. exceptio,eodem.

ex Dolo suo quandoque quis commodum consequitur,gl.Tribunus,in l.2.§.posteà cùm Appius,de orig.iuris.

Dolum eius coërcere,qui impedit aliquem iudicio sisti,æquissimum est, l. 1. de eo,per quem factum.

Dolo malo impedire aliquem iudicio sisti,dicitur non solùm ille, qui suis manibus,vel per suos retinuit,sed etiam,qui alios quoque rogauit, vt eum detinerent,vel abducerent,ne iudicio sisteret,ibid.

Dolo malo impedire aliquem iudicio sisti dicitur ille, qui venienti ad iudicium aliquid pronunciauit triste, propter quod is necesse haberet ad iudicium non venire,ibid.

Dolo malo si plures impedierunt aliquem iudicio sisti, si vnus præstiterit pœnam,idest,interesse,cæteri liberantur,cùm cesset interesse, d. l.1. §. si plures, eodem.

Dolo malo impediens aliquem iudicio sisti,tenetur quanti actoris interest eum sisti,& etiam id,quod actor amisit ob illud,l.fi.eod.

2 Dolo malo impediens aliquem, sibi si soluendo non sit, & ob id actori actio amissa sit,actori competit contra reum restitutoria actio,ibid.

Dolo malo si quis impediuit reum sisti, & alius impediuit actorem iudicio sisti, vterque contra eum,cuius dolo impeditus fuit,ad interesse potest agere, d. l. fin.§.fin eodem.

Dolo malo impediens aliquem iudicio sisti,tenetur ad totale interesse,licèt ipse dederit fideiussores ad minorem quantitatem,& actor eos acceperit, ibid.

Dolus,& factum vnius ex duob.reis credendi sociis nocet alteri socio, quamuis non fuerit in aliquo dolo.l.si duo,si quis cautio.

in Dolo non excusatur mulier, nec minor,glo.proximam, in l. vbi exigitur, de edendo.

Dolo aduersarij deceptus potiùs est restituendus, quàm detur ei contra aduersarium actio de dolo,l.Diuus de restitutionib.in integ.

Dol[illegible] [illegible]nitur per actionem in factum de dolo, & per actionem ex eo contractu,& ideò ponitur titulus de dolo malo,& non de actione doli,gl.in rub. de dolo malo.

Doli mali edictum datur aduersùs varios,& dolosos,qui aliis obfuerunt calliditate,ne vel illis malitia sua sit lucrosa,& istis simplicitas damnosa, l.1.eodem.

Doli mali edicti verba sunt hæc; Quæ dolo malo facta esse dicentur,si de his rebus alia actio non erit,& iusta causa esse videbitur,iudicium dabo,ibidem.

Dolus etiamsi in vna re committatur,habet locum edictum de dolo malo,glos. dolo,ibidem.

Dolus malus est quædam machinatio alterius decipiẽdi causa,cùm aliud agitur, & aliud simulatur,quæ definitio reprobatur à Labeone,d.l.1.§.1.eod.

Dolus malus potest esse, vbi quis circumuenitur sine simulatione, & etiam quando aliud agitur, & aliud simulatur sine dolo malo, vt quando quis per [illegible] dissimulationem seruat sua vel aliena d.§.1. eod.

Dolus malus est omnis calliditas, & fallacia,& machinatio ad circũueniendum, fallendum,vel decipiendum alterum adhibita,ibidem.

Dolus non dicitur simulatio,quæ fit ad defensionem alterius iustam,d.l.1.§.1.& ibi gl.seruant,& gl.itaque,eod.

Dolus ex perspicuis indiciis probari debet,gl.fi.in l.& eleganter,§.fi.eod.

Dolo alicuius si quis optauerit seruum deteriorem,eò quod non omnes exhibiti essent,deterior dolo ejus erat bene vestitus,& rasus,vt melior appareret,tenetur actione doli,gl.2.in l.si quis affirmauerit,eod.

Dolum de facilè committere non potest vniuersitas, quia nec de facilè potest consentire,l.sed ex doli,§.1.& ibi gl.sed an,eod.

Dolum si plures commiserint,& vnus rem restituerit, vel quanti ea res est præstiterit ante condemnationem,vel post præstiterit interesse, quantum est iuratum in litem,omnes liberantur,l.si plures,& ibi gl.2.eod.

Dolus solius fideiussoris non perpetuat obligationem eius, sed parit actionem de dolo,l.si fideiussor,eod.

Dolum committit,qui vocatus non venit,nullam causam non veniendi habens, gl.1.in l.minor etiam,9.de minor.

Dolum suum allegare non potest quis,gl.ne inter,in l.in causæ,17.§. item relatum,eodem.

Dolo non videtur facere,qui iure suo vtitur,gl.fi.in l.quia redhibito, de alienatione iudicij mutandi.

ex Dolo suo præmium,vel commodum non debet quis consequi ,l.ita demùm, 31.de arbitris,& gl.eius,in l.is,qui, 13.§.1.commodati,& glos.indidisset, in l. Titio,36.ad municipal.

Dolum dicens in deposito debet probare illum,gl.exceptionem,in l.3. §. ex hoc edicto,nautæ,caupones.

Dolo desiens possidere, licèt habeatur pro possessore, non tamen datur contra eum directa petitio hereditatis,sed vtilis,† gl.tenebitur,in l.nec vllam, 13.§. item si quis,de petitione hereditat.

Dolus culpam continet,sed non è contrà,gl.prædone,in l.& non tantùm, 19. §. ve[illegible],eodem.

Dolus non purgatur casu,l.si heres,16.de noxalib.

Dolo malo heres statuliberum sub conditione si manumisit ante conditionem, ne eum in potestate haberet, & propter hoc iudicium sine noxæ deditione acceperit,etiam impleta conditione condemnari debet insolidum, ibid.

Dolo si quis desiit possidere,tenetur [illegible]e, etiam si in alium sit regressus, & vno electo,alter liberatur,l.de illo,24.eod.

Dolo desiens possidere conuenitur vtili,l.electio,26.§.si is,quem,eod.

Dolo si fecerint domini, quominùs in potestate haberent seruum, qui furtum fecerat, domini singuli tenentur actione noxali prætoria, & electio contra quem velit agere,pertinet ad actorem,l.si plurium,39.eodem.

Doli mali verbum positum post duo verba referuntur ad vtrumque, l. doli, de seruo corrupto.

Dolum non facit,qui suum commodum verè prosequitur,gl.dolo, in l.si donaturus,§.fi.de condictione causa data.

Dolus est delictum,l.1.§.si apud seruum,& ibi gl.& delicta depositi.

Dolus commissus in vendendo non purgatur in eam redimendo,d.l.1.§.si rem.

Dolo facere videtur,qui,quod potest restituere,non restituit, l.si procuratorem, 8.§.dolo,mandati.

in Dolo est mandatarius,qui non vult persequi, quod persequi potest, aut non exigit,quod exigere potest,aut non vult soluere,quod exegerit,l.dolus,44.eo.

in Dolo est, qui sciens se mihi in aliquid teneri, non soluit cum exiguo, gloss. fin.ibidem.

Dolus suus non debet releuare quenquam, l.verum, 63.§.tempus,pro socio,glo. infantia,in c.1. quo tempore miles inuestituram, &c.in vsibus feudorum.

Dolus præponderat culpæ,gl.habuisse,in l.cùm sex,55.de ędilitio edicto,gl.paulò minùs in l.quisquis,C.de rescind.vendit.

Dolum committere,& fieri locupletiorem,paria sunt,gl.naturaliter, in l. pupillus,5.de authorit.tutorum.

de Dolo damnatus infamis est,gl.pen.in l.3.§.fi.de suspectis tutoribus.

ex Dolo suo conuentus non habet regressum contra socios suos, quia ex dolo suo pœnam patitur,l,1.§.planè,de tutela,& rationib.

Doli sui pœnam vnusquisque debet subire,l.si ex duob.eod.

Dolum committentes in re eis mandata,vel deposita liberantur omnes, si vnus eorum satisfaciat mandatori,vel deponenti de toto interesse suo,ibid.

Dolus esse dicitur non tantùm in eo, qui commodum non sentit, sed etiam in eo,qui malitiosè prorumpit in alterius damnum,gl.fi.in add.marg.in l. 1.§.fi. si quis omissa causa.

Dolus,& lata culpa in delictis æquiparantur,nisi esset imponenda pœna corporalis,glo.dolum,in additione margin.in l.is,cui,§.si heres,vt in possessionem legatorum.

Dolosa facit,qui petit,quod statim restituturus est,habet locum etiã in possessoriis adipiscendæ,gl.absolutam,in l.3.§.causæ,de Carboniano edicto.

Dolum non committit,qui fraudem repellit,gl.nec enim,in l.si pupillus, 42.de adqui.heredit.

Dolo facere dicitur non solùm qui emptorem vltrò non instruxit,sed etiam qui decepit,l.rectissimè,14.de liberali causa.

Dolus vel fraus intelligitur exceptus in omni generali concessione, vel permissu,l.si pater,12.& ibi gl.1.in add.marg.quæ in fraudem credit.

Dolo facis,quia petis,quod restiturus es,non habet locũ in possessoriis,nisi in continenti possit probari,quia in eis admittitur etiam talis exceptio,gl.restituere,in additione marg.in l.1.§.1.quod vi,aut clàm.

Dolo malo habere non videtur ille,qui suo iure vtitur,l.3.§.1.de libero homine exhib.& l.nullus videtur,55.de reg.iuris.

Dolus committitur tam in contractibus,quàm in testamentis edendis, vel supprimendis,quàm in legibus condendis,vel interpretandis, non cancellandis l.1.& ibi gl.pe.& fi.de doli mali except.

Dolus committitur etiam in allegandis legib.quod falsò facit,si ex proposito facit,falsi pœna tenetur,d.gl.fi.in add.marg.eod.

Dolus præteritus in procuratore ad iudicia dicitur, qui ante litem contestatam commissus est,gl.dolo,in l.apud Celsum,§.quæsitum,eod.

Dolus nonpunitur, nisi à Deo, quando arbiter iuratus iudicat dolosè & malè, auth.decernit,C.de recept.arbitr.

14 Dolvs tertij contractum non vitiat,sed dolus contrahentium, si dedit causam contractui bonæ fidei, illum reddit ipso iure nullum, secus si incidit in contractum,l.& eleganter,de dolo.

Dolus tertij non nocet emptori,nec annullat contractum, vt quando incidit in contractu,ibidem.

Dolus tertij non nocet alicui, nisi ex aliqua causa ille tertius reputetur idem, quod contrahentes,vt in tutore,curatore,procuratore, negotiorum gestore, cuius factum ratum habemus,& in eo, cui heredes sumus, glos. si in hoc ipso ibidem.

Dolus dicitur personale vitium,& ideo non transit in alium,l.eum,qui, 8.§.prætor ait,& ibi gl.neque enim dolus,de publiciana.

Dolus commissus aliquid operatur tantùm in ea persona, quæ dicitur commisisse dolum,non in alia,glo.prætori,in l.electio,26.§.2.de noxalibus.

Dolus serui non præiudicat commodanti,licèt pro eo noxaliter teneatur, l.rem mihi,§.fi.commodati.

Dolus cuiuslibet extranei nocet ei, qui causam lucratiuam habet ex eius dolo, glo.fi.& ibi add.marg.in l.Mæuia,48.§.fin. soluto matrimonio.

Dolus patris nocet filiæ,quæ causam lucratiuam habet ex eius dolo,d.§.fi. & ibi glo.fin & ibi add.eod.

Dolus vnius alteri non nocet,nec prodest,gl.fin.in l.fi.ad Syllan.& gl.fraude, in l.1.§.is quoque,de coll.bonorum.

Dolus procuratoris non nocet domino in beneficialibus,licèt noceat negligentia,d gl.fi.in add.marg.

Dolus serui,vel filij nocet domino, vel patri indistinctè, quando in contractu peculiari dolum commiserunt, quandocunque siue in contractu, siue posteà; sed si dolum commiserant in contractu super re domini,& non peculiari,nocet dolus domino,si in ipso contractu commiserunt dolum;secus si posteà, vt quia dominicam rem mutuauit, ac posteà fuit ex interuallo pactum de non petendo,vel in perpetuum,vel ad tempus,l.apud Celsum,§.in hac exceptione, & ibi gl.non etiam,de doli mali exceptione.

Reliqua infrà num.15.vsque 19.

15 Dolo si sit initus contractus,qui dolum adhibuit, inuito altero non recedit à contractu,glo.dolo,in l.iurisgentium,§.prætor,de pactis.

Dolus dans causam contractui reddit contractum ipso iure nullum, adeò quòd non est necessaria actio de dolo,nisi sit peruentum ad traditionem, quo casu agitur actione de dolo ad rescribendum,quatenus processit de facto ad traditionem,gl.si in hoc ipso,in l.& eleganter,de dolo.

Dolus quando incidit in contractu emptionis tenet contractus, sed agitur contra emptorem,si ipse dolo fecit ex vendito,si verò non ipse, sed alius tertius dolum adhibuit,ille tertius tenetur de dolo,ibidem.

Dolus quando dat causam contractui emptionis,nullus est contractus, si dolum adhibuit emptor,si autem tertius,tenet emptio, agitur tamen de dolo contra dolosum,ibid.

Dolus proxenetæ vel alterius tertij dans causam contractui non vitiat contractum,sed agitur de dolo contra eum,† ibid.

Dolum incidentem, vel principalem si tantùm emptor commisit in venditione serui sibi facta à minore,vt posteà eum manumitteret, manumissus tunc non tenetur de dolo,sed emptor,ibid.

Dolum principaliter quando plures committunt, quilibet eorum tenetur, si ad quemlibet eorum principaliter negotium spectet,ibid.

Dolum principaliter si duo commiserunt super negotio, quod ad vnum principaliter spectat,non ad alium, si sit dolus dans causam contractui, prius conuenitur ille,ad quem negotium principaliter spectat,& in subsidium deuenitur ad eum,ad quem spectat incidenter, vt ad seruum manumissum, sed si sit dolus incidens in contractu,solus emptor tenetur ex vendito, & non manumissus ex dolo nisi in subsidium,ibid.

Dolus dans causam contractui vitiat contractum ipso iure, & ex eo si fiat traditio,fit indebitè traditio,contra quam datur actio de dolo, & condictio indebiti,quæ generalis est,† ibid.

Dolus dans causam contractui reddit contractum ipso iure nullum,si ipse deceptus vult,quòd sit nullus,secus si deceptus vult stare contractui,quia tunc valet contractus,gl.nullam,& glo.si in hoc,ibid.

Dolus dans causam contractui bonæ fidei vitiat contractum ipso iure, sed dans causam contractui stricti iuris,valet contractus, sed agitur actione de dolo, d.gl.si in hoc,ad fi.ibid.glo.fin.in l.sub prætextu,C.de transactio.& gl. 2.in l. de tutela,C de in integr.restitutione minorum.

16 Dolus si incidat in contractu bonæ fidei, agitur actione ex eo contractu, & non actione doli, sed si incidat in contractu stricti iuris, agitur actione de dolo, glo.si in hoc,in l.& eleganter,de dolo.

Dolus si incidat extra contractum, & tunc si cadat in speciale nomen maleficij, agitur ex eo,vt furti,& similium,sed si non cadit in speciale nomen maleficij, tunc agitur de dolo,ibid.

Dolus ementis seruum si dat causam contractui venditionis,manumissio de seruo facta ab emptore valet,tenetur tamen actione de dolo, sed si seruum emptum per vim manumiserit,non valet manumissio,quia quandoque tunc venditor habebat vtile dominium,glo in integrum,ibid.

Dolus quando dat causam contractui,licèt ipso iure sit nullus contractus,tamen non agitur rei vendicatione, dominum transfertur etiam inutili contractu, gl locum habere,ibid.

Dolus quando dat causam contractui,non datur actio vtilis in rem, quia si dari potuisset,non daretur actio de dolo,secus in metu,quia tunc actio de dolo,& quod metus causa dari potest,ibid.

Dolus si sit commissus à seruo in contractu, tenetur dominus actione de peculio,sed si sit commissus extra contractum,si non cadit in speciale nomen maleficij,tunc tenetur dominus noxaliter de dolo,l.si oleum, §. pen. & ibi gloss. fin.eodem.

Dolus rei si dedit causam absolutioni, de dolo tenetur, l. seruus, §. final. de dolo.

Dolus quando est commissus in contractu,vel quasi, indistinctè datur in heredem actio insolidum,aut ex contractu dolus commissus est,& tunc actio durat ex delicto,& datur in heredem,quatenus ad eum peruenit, aut non durat actio, quæ possit in heredem competere, & tunc datur actio in factum in id, quod peruenit in heredem, gloss.fin.in additione marg.in l.si in rem, 42. de rei vend.

Dolus defuncti quando purgatur per actionem descendentem ex contractu,heredes tenentur insolidum,non attento quantum ad eos peruenerit,nisi quando dolus dat causam contractui, vel in actione in factum, quæ datur contra mensorem,vel in factum de edendo,aut in tributoria, vel in stipulatione interposita causa iudicio sisti in locum actionis iniuriarum, & in actione in factum de precario,l.si hominem,§.1.& ibi gloss.ex contractu,depositi.

Dolus quando dat causam contractui,contractus est ipso iure nullus,glos. fin.in l.3.§.fin.pro socio,& glo.fin.in l.sub prætextu, 19. C.de transactio.& gl.fin.in l.4.C.de actio.& oblig.& glo.2.in l.4.C.de heredit.vel actione,& glos. fin.in l.penultim.C.de inutilibus stipul.

Dolum malum abesse in contractu venditionis videtur tacitè promitti, l.tenetur,§.fi.de actio.empti.

Dolus commissus in contractu venditionis per actionem ex eo contractu purgatur,d.l.tenetur,§.pe.

Dolus abesse debet ab omni contractu bonæ fidei,d.l.tenetur,§.fin.

Dolus aduersarij,si dedit causam contractui,potest cõtrahens pœnitere, & quod dedit,repetere,l.cum plures,60.§.mandaui,locati.

Dolus incidens in contractu stricti iuris, & sic in stipulatione ex proposito, vel re ipsa,non vitiat contract. in stricti iuris,vel stipulationem,sed si agatur,obstat doli exceptio, l.si quis cùm aliter, 36. & ibi additio. margin. de verbor. obligatio.

Dolus dicitur interuenire re ipsa,quando enormis læsio interuenit in contractu absque voluntate,& proposito stipulatoris,ibid.

Dolus incidens re ipsa in contractu stricti iuris; propriè non potest dici dolus, sed ipsa res dicitur iniqua,gl.dolum,ibid.

Dolus dans causam pacto liberatorio non annullat ipsum ipso iure, sed ope exceptionis,l.cùm posteaquàm,& ibi gl.4.C.de pactis.

Dolus dans causam transactioni non annullat eam ipso iure,sed contra eàm datur actio de dolo,l.actione,4.& ibi gl.nisi de dolo,C.de transactio.

Dolus si commissus sit post transactionem, in non obseruãdo promissa in transactione,potest transigẽs agere, vt se reponat in pristinam obligationem condictione ob causam,vel etiam præscriptis verbis ad interesse,ex do vt des,hoc est,libero te,vt des pecuniam,† ibidem.

Dolus si commissus sit post transactionem, in nõ obseruando promissa in transactione, quæ erant certa,& liquida,transigens poterit agere condictione ob causam, vt se reponat in pristinam obligationem, secus si promissa in transactione sint incerta,& non liquida, quia tunc poterit agere actione de dolo, ibidem.

Dolus quando dat causam contractui,cõtractus est ipsõ iure nullus:quod verum est in dolo simplici,secus verò in meticuloso,gl.fi.in l.3.C.de his,quæ vi.

Dolus quando dat causam contractui venditionis,vel liberationi,datur actio de dolo,sed si liberatio nudo pacto sit facta,agitur prima actione, & si excipere-tur, replicatur de dolo, gloss. 2. in l.de tutela, C. de in integr. restitutione minorum.

Dolus dans causam contractui,& deuentum est ad traditionem,in maiori habet locum actio de dolo,in minori non,cùm possit se iuuare per restitutionem,& ita loco actionis de dolo datur ei restitutio,gl.pe.in l.2.C.de fideius.minor.

Dolus tertij dans causam venditioni, non vitiat venditionem, sed valet venditio,ibidem.

Dolus incidens in contractu bonæ fidei non reddit ipsum contractum nullum, gl.1.in l.4.C.de actio.& obligat.

Dolus debet cessare in contractibus bonæ fidei ad eorum essentiam; nisi sit dolus incidens,qui non reddit nullum contractum,ibid.

Dolus debet cessare in contractibus stricti iuris quoad eorum effectum,siue dolus incidat,siue det causam,ibid.

Dolus tertij dans causam contractui non vitiat contractum,† d.glos.1.

Dolus incidens in contractu purgatur actione ex eo contractu, vel exceptione, gl.2.in l.4.C.eod.

Dolus dans causam contractui venditionis,rescindit venditionem,aliàs non rescindit, sed agitur ad supplementum pretij, glo.1.in l.si dolo, C.de rescind. venditio.

Dolus tertij dans causam venditioni, non rescindit venditionem, sed agitur actione de dolo contra illum tertium, si aliter nõ potest res esse salua venditori, putà quia emptor non fuit conscius doli, quia tunc teneretur ex vendito,vel si fuit conscius,tamen non est soluendo,gl.2.ibid.

Dolus si interuenit in venditione contra emptorem,in integrum restitutio iure actionis competit,non contra eum, qui ab emptore emit, l. dolus emptoris, C.eodem.

Dolus incidens vel dans causam contractui venditionis non annullat contractum,nam tenet contractus,glo.rei vendicatio,ibid.

Dolus dans causam contractui bonæ fidei impedit titulum, & per consequens vsucapionem,l.si fraude,& ibi gl.1.C.de præscriptione,longi tempor.

Dolus si incidat contractui,tenet contractus,& vsucapit quis contra alium,cùm non habuit malam fidem in hoc, quòd alienam crederet, sed actione ex eo contractu teneretur perpetuò ad decipiendum,gl.1.ibid.

Dolus vel metus non reddit stipulationem nullam ipso iure, cùm stipulatio sit stricti iuris,nisi in dotis promissione,gl.fin.in l.pen.C.de inutilib. stipul.

Dolus quando dat causam contractui,non agitur actione ex eo contractu, cùm nullus sit,sed de dolo potest agi,sed si incidit in contractu,tunc agitur actione ex eo contractu,vt purgetur dolus,gl.actio,in §.non autem, Instit. de perpet.& temporal.

Dolus quando incidit,vel superuenit in contractu, & remanet contractus, non agitur contra heredem actione de dolo ex eo contractu, nisi peruenerit aliquid ad eum, vt in actione depositi, quæ datur in duplum contra eum, qui

attenta futura significatione numerationis, vt si numeratio fiat ex re fructuarij, vel opera serui, fructuarij est, si verò fiat nō ex re fructuarij, neque ex opera serui, proprietarij est, l.sed & si, 25.§.1.& ibi gl.in pendenti, de vsufructu.

Dominium fœtus gregis pendere dicitur, non quòd nullius sit, sed ideò quia proprietarij non sit, donec à fructuario summissus non sit fœtus in locum prioris gregis demortui, l.quid ergo, 70.& ibi add.marg.eod.

Dominium prædij seruientis non est illius, cui seruiens debetur, sed tantùm ille ius eundi habet, l.loci corpus, si seruitus vindicetur.

Dominium vnius rei non potest esse insolidum penes duos, neque possessio, l.si, vt certo, §. si duob.& ibi gl.dominium, commodati, & l.pe.§.pater peculij, de castrens.pecu.

Dominij quæstionem obiicere potest mihi ille, qui habet causam à me ex aliquo contractu, †.gl.1.in l.ita vt fur, commodati.

Dominij causam potest quis mutare sibi noua causa extrinsecus superueniente, l.5.& ibi gl.fi.ad legem Falcid.

Dominij causam potest quis habere ex pluribus causis in idem tempus concurrentibus, d.gl.fi.eod.

Dominium dicitur habere ab eo, qui à quo habet causam vsucapiendi, non ab eo dominium auellitur, l.si alienam, 13.& ibi glo.1.de donat. caus.mort.

Dominium præbere alicui potest ille, qui dominium non habet, l.non est noui, 46.de adq.rerum dominio.

2 Dominij causam præstat creditor vendendo pignus, ac vacuam possessionem tradendo, licèt ipse eam causam non habeat, ibid.

Dominium non potest haberi, nec quæri ex plurib. causis concurrentibus diuersis temporibus, vtraque causa manente, sed simul concurrentibus, potest quæri dominium ex pluribus causis, l.3.§.ex plurimis, & ibi gloss.nec enim, ad med. versic.tu ergo dic, de adquirend.possessio.

Dominium cœpit ex possessione, gl.nihil, in l.naturaliter, § nihil commune.eod.

Dominium à possessione non separatur quandoque in adquirendo, ibi.

Dominium habetur in incorporalib.sed possessio non, ibid.& glo.vendicet, in §.namque si cui, Inst.de actio.

Dominium differt à possessione, quòd dominium nihilominùs manet eius, quis dominus esse non vult, sed possessio recedit, vt quisque constituit nolle possidere, l.si quis vi, 17.§.1.de adquir. poss.

Dominium verbum diuersimodè sumitur, & pro directo, & pro vtili dominio, l.1.& ibi gl.1.de vsucapio.

Dominium quis non potest habere ex pluribus causis, vt cùm incipit quis habere dominium ex secunda causa, iam desiit habere ex prima, gloss.rursus, in l.si mater, §.eandem, de exceptione rei iudicatæ.

Dominij nomen cùm simpliciter proponit quis, intelligitur deducere in iudicium, vndecunque habuerit, siue vtile, siue directum, non tamen quasi dominium, ad quod competit Publiciana, † Doct.re.prob.gl.nam qualecunque, ibid.

Dominium pecuniæ solutæ à debitore conditionali statim efficitur accipientis, licèt liberatio contingat verè tempore conditionis existentis, l.sub conditione, & ibi gl.1.& 2.de solutio.

Dominium pecuniæ quantumcunque debitor soluens voluerit transferre, non perditur, nisi quæratur recipienti, secus tamen est in possessione, gl. debitoris, in l.cùm quis sibi, 38.eod.

Dominium rei solutæ quæritur creditori per aspectum, l.pecuniam, 79.eodem.

Dominia rerum sunt de iure gentium, & sunt immutabilia, gl.fi.C. si contra ius, vel vtilitatem.

Dominium potest probari per testes, vel instrumenta, & interdum adhibentur tormenta, l.cùm super, 10.C.de rei vend.& l.4.& ibi gloss.1.C.de probatio.

Dominium traditione in aliquem translatum inuito eo ex rescripto principis alicui assignari non potest, l.in ciuile, 12.C.de rei vend.

Dominium probatur per indicia, & argumenta, l.indicia, 19.C.eod.

Dominium, vel possessio eiusdem pecuniæ non potest penes plures esse insolidum, gl.2.in l.si non singuli, C.si certum petatur.

Dominium quandoque sumitur pro possessione, & e conuerso, glo.dominium, in l.2.C.de probatio.& gl.2.in l.de his, quæ, 11.C.de furtis.

Dominium non solùm instrumento emptionis, sed etiam quibuscunque legitimis probationibus potest probari, l.4.& ibi gloss.fin.C.de probatio.

Dominium consideratur prout est in proprietate, & quandoque prout est in vsufructu, vnde dicitur, vsufructus est pars dominij, gl.1.ibid.

Dominium non probatur solo instrumento emptionis, sed cum aliis requisitis, nam potest esse, quòd emptor emerit à malæ fidei possessore, gloss. 2. ibidem.

Dominium probatur per famam consentientem cum alia probatione, quo casu fama habet effectum coadiuuandi probationem, gl.fin. ibidem.

3 Dominia iure primæuo naturali non distinguebantur, nisi quantum ad vsum, gl.naturali iure, in l.in rebus, 30.C.de iure dotium.

Dominium nudum, quod quis in seruis habebat ex lege antiqua, hodiè sublata illa lege statutum est, quòd omnes domini plenum habeant dominium non solùm seruorum, sed etiam aliarum rerum ad se pertinentium, l.1. C.de nudo iure Quiritum.

Dominium est causa possessionis, glos.fin.in l.per procuratorem, 8.C.de adquir. possessio.

Dominium in præscriptione mutatur, gl.actionem, in l.si quis emptionis, C. de præscript.30.vel 40.anno.

Dominium & pignus propriè non concurrunt, sed impropriè sic, gl.res, in additione, in §.venditæ, Inst.de rerum diuisione.

Reliqua verbo, Animal, per tot. Apes, Dos, 33. Dotalis, 5. Emptus, 1. Exceptio, 24. Heres, 103. 104. Planum, Princeps, 8. Proprietas, Suus, 1. Tuus, Vsucapiens, Vsucapio, 6. Vsusfructus, 3. 4.

4 DOMINIVM aliud directum, & aliud vtile, l.si quis vi, 17.§.1.& ibi add. mar. de adq.possess.

DOMINIA directa sunt distincta ab vtilibus de iure gentium & sic vtile dominium est de iure gentium, gl.dominia, in l.ex hoc iure, de iustitia & iure.

Dominium simpliciter dictum intelligitur tantùm de directo, non de vtili, glo. super erit, in l.minor, 39.§.1.de euictio.

Dominium vtile ponitur quandoque pro quasi dominio, ibid.

Dominia directa iure gentium, vel ciuili quæruntur, ibid.

Reliqua verbo, Tuus, Suus, 1. Pronomen, & infr.nu.6.7.

DOMINIA licèt iure ciuili distinguantur, & adquirantur per vsucapionem, per arrogationem, & per sententias, & pro testamentum, tamen ipsum dominium semper est de iure gentium, glo. dominia, & ibi add.in l.ex hoc iure, de iustitia & iure.

Dominia de iure gentium multis modis adquiruntur, glos.1.in l.in rem, 24. de rei vindica.

Dominium de iure ciuili vsucapione adquiritur, ibid.

Dominium de iure ciuili non adquiritur per præscriptionem, † ibid.& glo.fi. in d.l.in rem, §.fi.& g.exceptionem, & gl.actionem, in l.si quis emptionis, C.de præscript.30.vel 40.ann.& gl.tempus, in §.pen. in authen. vt Ecclesi.Romana, centum ann.

Dominium ex solo titulo sine traditione non quæritur, nec ius vendicandi, nisi in vltima voluntate, l.si ager, 50. de rei vindicatione.

Dominium rei emptæ à seruo hereditario adquiritur hereditati, si tradens fuisset dominus, possessio tamen ei adquiri non potest, gl.fi.in l sine autem, 11. §.fin. de Publicia.

Dominium directum in partu mihi quæritur, si ancilla sit mea, apud quemcumque pareret, ita & Publiciana mihi debet quæri, si titulum habeo in ancilla, gl possessus, in l.si ego, 11.§.partus, eod.

Dominium vtile, sicut & directum potest mihi quæri per procuratorem vtroque hoc gestante, vel etiam tradente tantùm gl.1.in d.l.si ego emi, eod.tit.

Dominium potest quæri sub conditione, & ad diem, gl.3.ad fi.in l.4.de seruituti.

Dominium sine possessione regulariter nō adquiritur, fallit in societate, vel dic, quòd in societate semper interuenit ficta traditio, † gl.1.in l.2.pro socio.

Dominium sine possessione potest quæri, nec est necessaria vacuæ possessionis traditio, quòd nō est in Publiciana, & in vsucapione, in quibus requiritur vacuæ possessionis traditio, † glos. & ibi additio margin. in l. si fundum, 16.de fundo dotali, & glo.placuit, in l.1.C.de rei vindicatione.

Dominium sine possessione transfertur in legato, fideicommisso, & in qualibet vltima voluntate, & in donatione, d.glo.1.& ibi add. marg.

Dominium sine possessione quæritur ab Ecclesia, milite & pupillo, quorum pecunia res comparatur, d glo.1.& ibi additio, marg.& l.si partem, §.fi. & ibi gl. fin.quemadmod. seruit.et.

Dominium eodem tempore quandoque quæri, & amitti potest, l.quod autem, 7. §.vxori, & ibi glo.imponi, de donat.inter virum.

Dominium vtile per rescriptum adquiritur, sed non directum, † glo.dominium, in l.si finita, 15. §. Iulianus, de damno infecto, & glo.2.in l.traditionib.C.de pactis.

Dominuim vtile adquiritur præscriptione, non quasi dominium, pro illo enim datur vtilis rei vindicatio, sed pro quasi dominio datur Publiciana, † Doct. reprob.gl.dominium, & ibi add.marg.in l.cùm postulassem, 44.§ fi.de damno infecto, & glossa quasi seruitus, in l.1.§.fi.de aqua pluuia.

Dominium iure ciuili adquiritur præscriptione, vsucapione, arrogatione, monachatione, deportatione, testamento, successione, bonorum possessione, & traditione, gl.ciuitatis, in l.1.de adquirend.rerum domin.

Dominia rerum non solùm per nosmetipsos, sed etiam per eos, quos in potestate habemus, nobis adquiruntur, item per seruos, in quibus vsumfructum habemus, & per homines liberos, & per seruos alienos, quos bona fide possidemus, l.adquiritur, 10.eodem, & glo.6.in l.1.C.per quas personas nobis.

Dominium, idest, effectus dominij adquiritur nobis etiam per seruorum nostrorum longam possessionem, d.l.adquiritur, §.nō solùm, de adquir.rerū dom.

Dominium sine possessione potest quæri, † glo.fi.in l.qui prædium, 13.C.de distractione pignor.glo.pen.in l.liber homo, 54.§.fin.& glo.meam, in additione marg.in l.in laqueum, 55.de adquir.rer.dom.gl.nec verò, in l. 1.§.sed nec per eum, de adquir.poss.

Dominia rerum ex naturali possessione quæri cœperunt, l.1. & ibi gloss.iustius item, de adquir.possess.

Dominium directum quæritur vsucapione, sed præscriptione quæritur principaliter exceptio, secūdariò dominium, gl.1.in l.1.de vsucapio, & gl.2.in l.traditionibus, C.de pactis, & gl.dominia, & ibi add.in principio, Instit.de vsucap. 6

Dominium quæritur per vsucapionem triennij, dummodò quatuor concurrant, scilicet bona fides & titulus, & quod res non sit vitiosa, & quòd possessio sit continua vsque ad vltimum diem, quam tetigisse sufficit, gl.in rub. de diuers. & tempor.præscrip.& gl.1.in authen.nisi tricennale, C.de bonis maternis.

Dominium non quæritur per præscriptionem, x.vel xx.annorum, † gl.in rub.ibi & glo.fi.in l.4. C.de re vindicatione.

Dominium quæritur triennio, sed x. vel xx. annorum præscriptione non dominium, sed quasi dominium quæritur, gl.1.in l.1.C.si aduersus vsucapionem.

Dominium, vel obligatio potest adquiri alicui per seruum alienum bona fide 7
possessum ex rebus eius, qui eum possidet, vel ex operis serui, l.1.C.de rei vindicatione.

Dominium rerum adquisitarum per seruum bona fide possessum quæritur domino, & non bonæ fidei possessori, nisi dominium rerum adquisitarum sit ex rebus eius, qui bona fide eum possidet, vel ex operis serui, quia tunc ipsi bonæ fidei possessori, & non domino quæritur, gl.placuit, in d,l.1.

Dominium quærere non possunt possidentes nullo iusto titulo præcedente, l. nullo iusto, 24. C.eod.

Dominium tantùm ex vna causa quæritur, licèt ex pluribus causis fiat traditio, l. ad probationem, in additione marg.C.de locatio.

Dominium hereditatis adquiritur furioso per additionem curatoris, non tamē furiosus dicitur dominus incommutabiliter, nisi resipuerit, l.cum furiosus, 7. §.tali itaque, & in ad.mar.C.de cur. furios.

Dominium vtile, vel effectum dominij adquirit bonæ fidei possessor per præ- 8
scriptionem, 30. vel 40. an.& habet exceptionem, & Publicianam actionem imò vtilem in rem, sed possessor malæ fidei per præscriptionem, 30.vel 40.annorum adquirit solam exceptionem, † glo.1.in auth.nisi tricennale, C.de bonis mater.

Dominium transfertur ex obligatione descendente ex maleficio , & etiam in tacitis fideicommissis,id est,tacitè relictis non capacibus,d.gl.1.

Dominium rei venditæ, sicut non transfertur in emptorem , nisi pretio soluto, aut habita fide de pretio,ita & in aliis contractibus bonæ fidei, & etiam stricti iuris,† gl.facere,& ibi add.marg.in l.si seruus communis, 61. §.locaui, de furtis.

Dominium rei donatæ in donatione causa mortis ipso iure à die mortis in donatarium transit,l.à Titio,64.in ad.mar.eo.

15 Dominium sine traditione transfertur,quando aliquid relinquitur, vel quis vouet in vltima voluntate,gl.2.in l.2. de pollicitat.

Dominium sine traditione non transfertur etiam in Ecclesiam , vel ciuitatem, quando aliquid dependet ex consensu vnius tantùm , secus quando promittitur ex contractu celebrato duorum consensu,ibi.

Dominium sine traditione transfertur Ecclesiæ , vel ciuitati in relictis iure hereditario,legatis,donatis,vel venditis,glo.claues,in §.item si quis,Inst.de rer. diui.glo.fi.in l.pen.C.de rei vind.l.inter diuinum,19.& ibi gloss.in rem, C.de sacrosanctis.

Dominium quandóque transfertur ex inutili traditione,vel contractu, gloss.ex eo,in l.non dubium,C.de legib.& glo.fi.in l.multum,C.si quis alteri, vel sibi, & glo.3.in l.2.C.de condictione ob causam,& gl.vel id,in l.contractus, C.de fide instrum.

Dominia rerum traditionibus,& vsucapionib.non nudis pactis transferuntur, l. traditionibus,20.C.de pactis,& glo.3.in l.qui tibi,6.C.de heredita.vel actione vend.

Dominium non transfertur per pactum, quod non est traditione subnixum, vel non habet rei traditionem annexam , licet sit vestitum,gloss.fin.d.l.traditio nib.C.de pact.

Dominium transfertur Ecclesiæ per pactum nudum , id est, traditione non subnixum,ibidem.

Dominium quandóque transfertur per manus iniectionem , vel apprehensionem rei absque traditione, ibid.

Dominium translatum est , vel etiam res ratione dominij transfertur fideiussori ementi pignora à creditore,gloss.dominium,in l.1.C.de dolo.

Dominium regulariter transfertur etiam ante scripturam,licèt sit contractus in scriptis,id est,quòd pactum sit,vt aliter non valeat,nisi facta scriptura, † glo. non possunt in auth. sed nouo, C. si certum petat.

Dominium non transfertur ante scripturam,quando clientulus tradidit rem immobilem aduocato pro patrocinio,antequàm interueniat scriptura,ibid.

16 Dominium rei venditæ non transfertur per solam venditionem , nisi sequatur traditio,gl.fi.in l.fi.C.quando fiscus,vel priuatus.

Dominium non transfertur nuda traditione,glo.3.in l.cùm res,12.C.de probat.

Dominium vt transferatur,non est necesse,quòd traditio,vel missio in possessionem fiat rei vacuæ, † gloss. 4. ibid. & gloss. 1. in l. si pater tuus, C. de actio. empti.

Dominium quod non habet,quandóque potest quis transferre in alium, gl.non habente,in l.si liberam,10.C.quod cum eo,qui in aliena.

Dominium,quod non habet,non potest quis transferre in alium, d. l.si liberam.

Dominium rei venditæ transfertur in eum,cui per venditorem res traditur,licèt alius pecuniam soluerit,l.fi.C.si quis alteri,vel sibi.

Dominium transfertur in accipientem,quando res alienatur contra prohibitionem pacto contrahentium factam,† gl.1. in l.fi.C.de reb.alienis non.

Dominium sine traditione sicut non transfert pactum in accipientem, ita & de proximo in secundum accipientem non transfert,vel translationem non impedit,ibi.& gl.2.in l.3.C.de condict.ob causam.

Dominium à testatore sicut sine traditione potest transferri in accipientem,ita de facto alienatione facta contra prohibitioné testatoris reddit dominium in eum,quem testator voluit sine traditione,d.gl. 1.in d.l.fi.

Dominium sicut non potest transferri solo pacto sine traditione , multò minùs potest transferre dominium in primùm dantem , vel impedire quominus transferat in secundò accipientem, præterquàm in pacto legis commissoriæ, vel addictionis in diem,d.gl.1.& gl.2.in d.l.3.

Dominium in permutatione re tradita transfertur in accipientem , etiamsi accipiens non adimpleat conuentionem,secus in venditione,in qua non soluto pretio si res sit tradita,non transfertur dominium,glo.pen.in l.4. C.de rerum permutatione.

17 Dominium non transfertur in locatione,gl.in rub.C.de rerum permut.

Dominium rei donatę inter coniuges,nec statim transfertur,nec post, si diuortium intercesserit,vel donatarius præmoriatur, vel sit expresfè reuocata , vel tacitè,l.à marito,18.& ibi gl.fi.C.de don.inter vir.

Dominium sicut ex contractu potest transferri ad tempus , ita & in vltima voluntate relinquendo legatum , vel fideicommissum potest relinqui ad tempus,l.fi.C.de legatis.

Dominium transfertur non venditione hereditatis,sed traditione rerum,l.3.C. de his,qui à non dominis.

Dominium,vel vsucapiendi conditio non transfertur in eo,quod ex causa transactionis retinetur,sed bene in eo,quod ex causa transactionis est traditum, l. ex causa,& ibi glo.1.C.de vsucap.pro empt.

Dominium transfertur ex titulo donationis iure traditionis, l. 1. C. de vsucap. pro donato.

Dominium non transfert non dominus præter domini consensum,l.si filius, C, de donatio.

Dominium non transit ex pacto nudo,fallit fauore alimentorum, & fauore Ecclesiæ,gl.1.in l.1.C.de donatio.quæ sub mod.

Dominium vtile rerum donatarum propter nuptias transfertur sine facto hominis, quod in re dotali respectu viri , secus est,cùm in eum dominium ipso iure non transferatur,gl.valebunt,& glo. in dote,in auth. vt immobilia bona ante nuptialis.

Dominium rerum donatarum propter nuptias ipso iure transfertur in mulierem , cùm mulier possit eas vendicare,§.illud quoque , vers. sin autem sub, in auth.de æqualit.dotis,col.7.

Dominium bonorum raptorum ipso iure transfertur statim sine possessione in raptam mulierem,si non nupsit raptori,sed si nupsit,in raptæ mulieris parentès transfertur,nisi consenserint nuptiis,§.fi.& ibi gl.transferri,in authen. de raptis mulieribus,col.9.

ad Dominij translationem in his rebus,quarum natura fera est,requiritur occupatio,& dominium retinetur in eis,quousque non est difficilis persequutio,§. apium,Inst.de rerum diuisione.

in Dominio transferẽdo idem operatur procurator,vel negotiorũ gestor , quod operatur ipse dominus,§.venditæ,Inst.de rerum diuis.

Dominium quandóque nuda voluntate sine traditione transferri potest , veluti venditione , vel alio titulo habili sine traditione transfertur in eum , penes quem erat,item & in aliis casibus,§.interdum,& ibi gl.1, Inst.eod.

Dominium,& possessio ipso iure transfertur sola voluntate sine aliqua traditione per retentionem vsusfructus rei donatæ,ibi.

Dominium non transfertur ex sola sententia , nisi & fuerit facta missio per ipsum prætorem,gl.fi.in §.fi.Inst.de officio iudicis.

Dominium transfertur sine traditione ex sola adiudicatione speciali iure in iudiciis familiæ ercis.communi diuid.& finium regund.d.§.fi. & gl.retineas, in l.& ideò,de condict.furt.

Dominium transfertur mihi,quando in rei vendicatione cùm res esset aliena,& mea pronuncietur,& ex ea causa mihi à iudice tradatur,gl.fi.in d.§.fin.

*Reliqua verbo, Assignatio,Claues,Traditio,Dare,Possessio,*28.29. *Donata,* 2.*Procurator,*17.18.19.*Reuertatur,Tradens,Vendita,*4.

DOMINIVM rerum probatur per publicam famam,glos.committat, in l.adquin natura,§.cùm me,de neg gest.

Dominium non solum instrumentis,sed etiam aliis probationibus,scilicet probando titulum emptionis cum pretij numeratione, & vacuæ possessionis traditione potest probari,l.cùm res,12.C.de probatio.

Dominium volens probare debet probare emptionem, traditionem vacuæ possessionis,& pretiùm solutum,& quòd venditor fuerit dominus,† gloss.4.ibid.

Dominium non probat probans emptionem,traditionem, & pretij solutionem, nisi & probauerit,quando venditor fuerit dominus,quia potest esse, quòd venditor non fuisset dominus,vnde nec emptor potest fieri dominus,ibi.

Dominium sufficienter probat ille , qui contra venditorem , vel eius heredem probat emptionem,traditionem, & pretij solutionem , licèt non probet venditorem fuisse dominum,quia talis venditor,vel heres non negabat venditorem fuisse dominum,quia si negaret,suam,vel sui antecessoris , allegaret turpitudinem,gloss.4.in l.cùm res,C.de probat.

Dominiũ solis instrumentis non probatur,licèt videatur posse probari, gl.fi.ibi.

Dominium patris præsumitur continuatum in filium heredem,non in eum, qui se prætendit donatarium,etiamsi possideat res donatas,l.siue possidetis, 16.C. eodem.

Dominium rei emptę ad aliquem pertinere non ideò probatur,quòd ille probet sua pecunia alium emisse,l.ad probationem,21.& ibi gl.fin.C.eod.

Dominium rei non probatur ex eo, quòd anteà fuerit locata ab eo , l. ad probationem, 23.C.de locato.

ad Dominium probandum non sufficit probare se locasse , nec è contrà ad defensionem se conduxisse,sed alio modo debet probari dominium locantis,vel conducentis esse,glo.1.ibi.

Dominium probatur per instrumentum emphyteoticum,glos.detraxit,in §.pen. Inst.de milit.testam.

DOMINIVM alicuius non potest princeps alicui per rescriptum dare tollendo alteri,fallit ratione delictorum,vel propter publicam vtilitatem,gl.fi.in l. 1.de constit.prin.& gl.fi.in l.fi.C.si contra ius,vel vtilit.pub.

Dominium non perdit quis,nisi alteri quæratur,quandóque tamen perditur, licèt alteri non sit quæsitum,l.nec vtilem,& ibi gl.fin.ex quib.caus.maior.

Dominium iniquissimum est auferre alicui , quod vsucapio non abstulit ei , d.l. nec vtilem.

Dominium si quis amittat plantatione,satione,vel specificatione,datur actio in factum pro æstimatione ad instar feruminatorum,& non actio in rem vtilis, † gl.dabant,in l.idem Pomponius,5.§.de arbore,de rei vend.

Dominium tabulæ si quis propter picturam amittat,speciali iure domino quõdam datur vtilis in rem,nam etiam directa videtur dari,nisi esset propter pretiositatem picturæ,ibid.

Dominium non mutatur per sententiam, † gloss.fi. in l.inter officium,54.de rei vindicatione.

Dominium rei suæ sine causa non potest princeps , vel ciuitas alicui auferre , l venditor,§.fi.& ibi add.marg.commu.præd.

Dominium non amittitur ita de leui,sicut possessio,gloss.1.in l.vir vxori, 39.de dona.inter vir.& l.Pomponius,13.de adq.poss.

Dominium rei suæ nemo amittit per errorem tradendo rem suam , quasi alienam,l.si procurator, 35.de adqu.rer.dom.

Dominium non potest quis perdere animo possessione retenta, secùs est in possessione,l.si quis vi, 17.§.1.de adq.poss.

Dominium dicitur perdere ille , qui discedendo à possessione rem pro derelicto habet, gl.non vult, ibi.

Dominium solo animo perdit quis , tam in re mobili , quàm in immobili , si priùs desierit eam possidere, ibi.

Dominium nuda voluntate non perditur,neque mutatur,vel etiam neque transfertur,gl.fi.in l.cùm falsa, C.de iur. & facti ignor.

Dominium solo tractu temporis amitti potest, gl.fi.in l.3.C. de in integr.restitutio. minor.

Dominio rei suæ quandoque potest quis priuari per lapsum sex mensium, l.locorum, C.de omni agro deserto, lib.11.

Reliqua verbo, Possessio, 21.*vsque* 25.

DOMINIVM rei legatæ , licèt transeat recta via in legatarium , hoc verum est de re legata expresfè , secus de re legata per quandam consequentiam ex præsumpta voluntate testatoris , l. emptor , 65. §. fin. & ibi gloss. fin. de rei vind.

Dominium rei legatæ mortuo testatore recta via transit in legatarium,quando

species

titans habeat vſumfructum, ille vendatur,& etiam quoad alia, in aliis autem caſibus non continetur fructuarius, l. in venditione, 8.& ibi gl. 2. de bonis authorit. iudic.

Domini appellatione continetur largo modo etiam fructuarius,cùm vſufructuarius ſit dominus vſusfructus,gl. continetur, ibi.

Dominus quando deiicitur de poſſeſſione adhuc eam retinet per colonum ſuum ibi exiſtentem,ſecus ſi ſpontanea voluntate traderet poſſeſſionem alteri, quia tunc eam perdidit omninò, nec eam retinet per colonum exiſtentem in eo fundo,glo.retineo,& ibi add. margi.in l.1.§.non alij, de vi, & vi arm.

Dominus quando agit rei vindicatione contra poſſidentem,& ſuccumbat ob id, quod non probat,non transfertur dominium in reum, ſed ſi per alium agatur rei vendicatione aduerſùs dominum probet actor, ſiue iure, ſiue iniuria ad ſe dominium pertinere, & ſecundùm eum ſententia feratur, tunc dominium transfertur,non quod dominus tradit,quia errans,& ideò dominium nō transfertur,ſed transfertur ex eo,quia res iudicata eſt, quæ pro veritate accipitur, gl.1.& ibi add. marg. in l.exceptio,28. de excep.rei iud.

Dominus verus non poteſt præſcribere, vel vſucapere rem ſuam, poteſt tamen præſcribere contra actionem,quod metus cauſa,& contra vtilem actionem in rem,aut contra creditores,glo.fi.in l.in acceſſione,de diuer.& temp.præſcr.

Dominus ſui ipſius nemo eſt etiam liber, gl.1.in l.2.de ſtipul.ſeru.

Dominus probatur ex eo, quod quis ſe gerit vt dominus in re,& percipit fructus, & eos diſtrahit,vt dominus,l.Titia,48.& ibi additio margin.de ſolutio.

Dominus membrorum ſuorum nemo eſt,gl.deberet,in l.depoſui,38. §. Stichus, de peculio,l.liber homo,ad legem Aquil.

6 Dominus auferendo rem ſuam à fure,non amittit furti actionem, contra quam nullum delictum eſt commiſſum,cùm ad meram pœnam detur,gl.rectiſſimè, in l. qui vas, 49. de furtis.

Dominus tenetur in ſimplum de robaria facta in ſuo territorio per extraneum ſciente ſe,ſecus ſi ſe ignorante,glo.poſſeſſorib.in l.nequid, de incendio, ruina,&c.

Dominus ſemel qui fuit, & hodiè præſumitur dominus,l. ſi cui crimen, §.1. de accuſat.

Dominus non debet eſſe deterioris conditionis,quàm non dominus, l.in bello, §.ſi quis ſeruum, & ibi gl.intelligi,de captiuis.

Dominus, qui non eſt,rem captiui rectè poteſt alienare, legis authoritate permittente,aliter tamen non poteſt, gl.4.in authent.ſi captiui. C.de Epiſcop. & cleric.

Dominus rei venditæ,& traditæ, per vim efficitur de iure ciuili, quo iure per traditionem, & voluntatem, licèt coactam, transfertur dominium, ſecus tamen de iure prætorio, glo.fi.in l.3.C.de his, quæ vi.

Dominus ſi ſit factus per traditionem rei ſibi venditæ per vim, non præſcribit dominium, ſed præſcribit contra actionem vel intentionem agentis, quia illud dominium de iure prætorio potuit reuocari,ibid.

Dominus ſi aliquid facit in re ſua,tanquàm in aliena per errorem iuris,non præiudicat ſibi in proprietate,l.re tua,18.C.de rei vind.

Domino vendica..ti rem propriam,quæ ſibi fuit ablata per vim, vel furtum, & alij vendita,neceſſitas offerendi pretij non incumbit, l.ſi mancipium, 23. C. eodem.

Dominus poteſt proprietatem ſuam obligare,licèt alius habeat vſumfructum, l. 2. C. de vſufructu.

Dominus habens communionem in prædio cogitur inuitus alienare, imò volens videtur, cùm poſſit,ſuam partem vendere,vel emere alteram partem, gl. fi in l.2.C.famil.erciſ.

Dominus non prohibetur vendicare rem propriam ab alio commodatam, vel depoſitam,vel agere ad exhibendum,l.pe.C.ad exhib.

Dominus ſemper eſſe præſumitur,qui aliquando fuit,quia ſolus curſus temporis non mutat dominium, quod ſecus eſt in minori ætate,gl.fi.in l. cùm te minorem,& gl.3.in l.ſiue poſſidetis.C.de prob.

Dominus ſemel ſi probetur quis fuiſſe, præſumitur ſemper duraſſe dominus vſque ad mortem,vel ſi viuit præſumitur hodie dominus, niſi probetur contra,gl.3.in d.l.ſiue.

7 Dominus præſumitur,qui aliquando fuit, niſi probetur ſe vendidiſſe vel perdidiſſe manifeſtis rationibus gl.in rem.in l.1.C.de non nu.pec.

Dominus non admittitur ad vendicandam rem depoſitam, neque poteſt interdicere reſtitutionem depoſiti ſpeciali iure indepoſito, ſed tantùm deponens admittitur, & poteſt interdicere reſtitutionem depoſiti, † gloſſ.2.in auth. ſed iam, C.depoſi.

Domiuus quædam facit inuitus,quædam nec volens facit,vt teſtamentum facere cùm ſit minor 14.ann. gl.ex proprio,in l.re mandata,C.mand.

Dominus eo ipſo quod ſcit,vt patitur res ſuas per conductorem inferri in domum conductam,videtur per hoc conſentire,adeò quòd res illatæ in domum ſunt tacitè obligatæ, glo.fi.in add.in l.certi iuris,C.de loc.

Domini duo inſolidum ſuper vna re eſſe non poſſunt, glo.naturali iure, in l.in rebus,30. C.de iu dot.

Domino debetur quidquid eſt quæſitum occaſione rei ſuæ,gl.ortam,in l.fi.§.pe. C. de furtis.

Dominus vendicat rem à quocunque, niſi ſit præſcripta,l.3.C.de præſcript.longi tempor.

Domini non dicuntur creditores in re obligata, nec fructuarius in re fructuaria,nec vir in re dotali quoad hoc,vt poſſint tanquàm in ſua quærere ibi theſaurum,gl.2.in l.1.C.de theſauris,lib.10.

Dominus quandoque dicitur etiam is, qui dominus non eſt,glo.reſtituantur, in l.litib.C.de agric.& cenſ.lib.11.

Dominus non debet de facili iure ſuo priuari,in principio Inſtitut. de vſucapio.

Dominus rei non poteſt agere ad dandum ſibi rem ſuam,niſi contra furem odio furis,vel contra malæ fidei poſſeſſorem, ſed ad reſtituendum, vel ad poſſeſſionem debet agere, §.ſic itaque diſcretis,& ibi gl.in rem, & ibi add. marg. Inſt de acti.

Domino rei quandoque datur condictio ratione poſſeſſionis aduersùs bonæ fidei poſſeſſorem,d.glo.in rem.

Dominus rei poteſt condicere rem ſuam etiam à nō fure per condictionem ſine cauſa,quæ eſt actio perſonalis,intellige per eam,per quam intenditur ad reſtituendum,vel ad poſſeſſionem;non per eam, per quam intenditur ad dandum,d.gl.in rem,& ibi add.

Dominus contra furem poteſt agere ciuiliter, & criminaliter, & vna per alteram non tollitur,l.1.C.quando ciuilis actio crim.

Reliqua verbo,Moderator,Publiciana,Semel.

DOMINVS, cuius hortatu ſeruus accipit pecuniam,vt ſibi ſoluatur,actione de dolo tenetur,l. ſeruus,de dolo.

Dominus dicitur habere ſeruum in poteſtate, quando habet facultatem, & poteſtatem exhibendi eum, ſed ſi in fuga ſit, vel peregrè, non videtur habere in poteſtate,l.quoties,21.§. in poteſtate,de nox.

Dominus vnus ex pluribus pro ſeruo communi inſolidum conueniri & damnari poteſt,ſiue de peculio,ſiue de noxali agatur,l.& ſi non omnes.§.fi. & ibi gl. pe.communi diuid.

Dominus vnus præcipuum debet habere,quod ſeruus communis ex re ſua adquiſiuit,l.communis,24.eod.

Dominus poteſt dare ſeruum proprium alicui,vt torqueatur,l.penul.de condict. cauſa data.

Dominus obligatur ſeruo naturaliter tantùm, quæ obligatio ſequitur ſeruum etiam manumiſſum, & impedit repetitionem ſoluti per errorem iuris, l. ſi quod,64 de condic.indeb.

Dominus,vt ſit debitor ſerui,vel econtrà, requiritur quòd ſubſit obligationis cauſa,quæ obligaret ciuiliter vnum liberum hominem alteri libero homini, ita tamen,quòd illa cauſa obligat ſeruum domino, vel econtrà naturaliter tantùm,ſed non ciuiliter,l.non ſolùm,49.§.fi.de peculio.

Dominus etiamſi ſcribat in libro rationum,quòd ſic debitor ſerui, non efficitur propter hoc debitor,niſi ſubſit cauſa obligandi,putà mutui, vel alia cauſa debendi,ibi.

Dominus, vel pater rem,quæ ſeruo,vel filio pignori,vel in dotem data eſt, non reſtituit,cùm haberet facultatem reſtituendi,dolo facere videtur, l. in bonæ fidei,36.eod.

Dominus poteſt fideiubere pro ſeruo,l. ſi domina,25.& ibi gl. pe. ad Velleian.

Dominus etiam inuitus cogitur vendere partem ſuam, quam habet in ſeruo fauore libertatis,& pupillaris ſubſtitutionis,l.ſi ſeruus,18.de vulgari.

Dominus ſolus poteſt repudiare hereditatem ſeruo delatam; glo.alterius, in l. ſeruum,48.eo.

Dominus moriens ſi dixit à ſeruis vim mortis eſſe illatam, non creditur ei, niſi probetur,l.3.§.1.ad Syllan.

Domino non creditur contra ſeruos, ſed bene pro ſeruis eos excuſando, quòd non præſtiterent opem ei,cùm occiderent,gl.credendum,ibid.

Dominus poteſt nuda voluntate, & non expectata ſolutione, remittere ſeruo id, quod ſibi debet,l.ſi peculium, §. & ſi fuerit, & ibi gloſſ. nuda, de peculio legato.

Dominus heres inſtitutus,& rogatus reſtituere hereditatem cum libertate ſeruo ſuo,non poteſt cogi à dicto ſeruo adire hereditatem, ſed ſi ſponte adiiſſet, cogeretur præſtare fideicommiſſariam libertatem,& hereditatem,l.cogi, 16. §.ſed ſi ſeruo,ad Trebell.

Dominus ſi pro ſeruo condemnatus ſoluerit aliquid,poteſt idipſum ſerui ſalario adputare,l.ſi colonus,5.in add.marg.de aq.plu.arce.

Domini non coguntur ſpecies,& cauſas adquirendi per ſeruos, ex cauſa peculiari per momenta inquirere, l.peregrè, 44. §. quæſitum, de adquirend. poſſeſſio.

Dominus ſeruum, qui negotia ſua geſſit, manumittens, poteſt ſtipulari ab eo libero facto ſibi dari tantum, inquantum ſi liber exiſtens geſſiſſet, l.1.§. ſi manumiſero,quarum rerum act.

Domini voluntate ſeruum recipiens,neque fur eſt,neque plagiarius, l. qui vas, 48.§.1.de furtis.

Dominus poteſt ſeruum confitentem, & inuitum defendere, glo.exploratis,in l. 1.§.Diuus Seuerus,de quæſt.

Dominus non poteſt paciſci, vel tranſigere cum ſeruo de alio, quàm de libertate,l,interpoſitas,13.C.de tranſactio.

Dominus poteſt tranſigere, vel paciſci cum ſeruo ſuper libertate, ſi eſt dubium, an ipſe eſſet ſeruus,ſecùs verò ſi eſſet certum,ipſum eſſe ſeruum, niſi cum domino futuro,quo caſu valebit pactum, vel tranſactio, † glo.fi.ibidem.

Dominus ſi ſemel accipere pecuniam paſſus ſit pro libertate à ſeruo de peculio ſuo, ſeruus contra dominum nullam actionem, neque ad repetendum, quod dedit,neque ad implendum,quod conuenit,habere poteſt,glo. nullam, in l.ſi liber conſtitutus, C.de condictione ob cauſam.

Domini iure ordinariorum ſeruis paciſcentes nihil agunt †, d.gl.nullam.

Dominus recipiendo aliquid, vel vti quantitas,vt libertatem præſtet ſeruo,mora in manumittendo commiſſa liber efficitur, ſecus ſi recepit aliquid vt ſpecies, ibidem.

Dominus poteſt expellere à domo ſua eum, cui ſeruus ſine permiſſu domini accepta mutua pecunia in vſurarum vicem habitandi facultatem conceſſit,l. ſi ſeruus,C.quod cum eo, qui in alien.

Dominus poteſt expellere propria authoritate inquilinum, qui cum ſeruo non habente mandatum contraxerat, & etiam poteſt defendi per interdictum vti poſſidetis, d.l.ſi ſeruus,& ibi gl.pen.

Dominus per ſeruum non poteſt obligari, l.dominum, 12.C.quod cum eo,qui in aliena.

Dominus tenetur de in rem verſo ex contractu ſerui, ſi quid in rem eius verſum eſſe probetur, ibid.

Dominus per ſeruum iure ciuili non poteſt obligari, ſed bene iure prætorio,ſi ex ea cauſa,ex qua ſeruus ciuiliter teneretur,ſi eſſet liber, gl.1.in l. dominum, C.quod cum eo,qui in aliena.

Dominus non tenetur ex mutuo,vel ex contractu inito à ſeruo colono conductore,procuratore,vel actore,niſi ſpecialiter,& expreſſim dominus præceperit, vel mandauerit,l.fi.& ibi gl.ſpecialiter,C.eod.

Dominus non ſuccedit cognato ſerui ſui,gl.fi.in auth.in ſucceſſione, C. de ſuis, & leg.

ditor agere de peculio, vel pro partib. vel vnequoque eorum insolidum, d.l. & ancillarum, §. si seruus, eod.

17 Dominus si seruum vendidit, non potest agere de peculio serui contra emptorem de eo, quod ipse venditor mutuauit seruo, d.l. & ancillarum, §. si seruus, & §. sicut, eod.

Dominus vnus ex pluribus habentibus communionem serui, & peculij potest conueniri insolidum de peculio ex contractu serui communis etiam ratione peculij, quod est penes alios dominos, & quòd ampliùs sua portione soluerit, consequetur ab aliis iudicio societatis, vel communi diuidundo, d.l. & ancillarum, §. fi. cum l. seq.

Dominus vnus ex pluribus ex contractu serui communis conuenitur eatenus, quatenus apud eum est peculium, & quantum ex bonis condominorum consequi potest, si ipsi condomini non sint soluendo, vel eis nec heres, nec bonorum possessor extitit, ibid.

Dominus relicta libertate seruo suo si instituit heredes creditores hereditarios, quibus tenebatur de peculio, illi coheredes inter se possunt agere de peculio adinuicem, vt quia vni debebatur decem, alteri viginti, l. si quis seruum, 29. de peculio.

Dominus conuentus de peculio tenetur, etiamsi tempore litis contestationis nihil sit in peculio, dummodò sit aliquid in peculio tempore sententiæ, l. quæsitum, 30. eod.

Dominus, vel pater si latitat, & non defenditur eo tempore, quo nihil est in peculio, aduersario agenti de peculio non fit missiò in possessionem ex primo decreto, glo. 1, ibid.

Dominus conuentus de peculio non tenetur cauere de futuro incremento peculij, ibid.

Dominus, qui tenebatur de peculio, vel de in rem verso, si instituat aliquem pro parte, pro parte tenetur actione de peculio, vel de in rem verso, nisi in rem illius heredis versum sit, quo casu tenetur insolidum, d.l. quæsitum, §. 1.

Dominus, qui tenebatur de peculio, si instituat seruum heredem pro parte, pro parte conuenitur is seruus factus liber, sed si filius sit institutus pro parte, conuenitur insolidum, ipse tamen filius potest petere actionem sibi cedi aduersùs coheredem, ibid.

18 Dominus, qui seruo alienato, vel manumisso, vel libero esse iusso intra annum de peculio ex contractu serui conueniri poterat, si decessit, pluribus heredibus relictis, vnus heredum de rigore iuris si de peculio sit conuentus, cæteri liberantur, in plus tamen ipse non debet condemnari, quàm quod sit in peculio penes eum, de æquitate tamen in residuo cæteri tenentur, nec liberantur, l. si ex duob. 32. eod.

Dominus, vel pater in contractibus bonæ fidei non solùm de peculio, sed etiam de eorum proprio dolo tenentur, l. in bonæ fidei, 36. eod.

Dominus, cuius seruo res pignori data est, non solùm tenetur de peculio, sed etiam de in rem verso, & insolidum tenetur, si quid dolo malo ipsius domini actor, cuius erat res, captus fraudatúsque sit, ibid.

Dominus si permiserit seruo ordinario vicarium emere octo aureis, & is decem emerit, & scripserit domino se octo emisse, cùm decem soluisset, dominus illa duo vendicare potest, sed illa tenetur præstare venditori tantùm ex peculio ordinarij, l. si creditor, 37. §. si seruo, eod.

Dominus vbicunque conuenitur de peculio, si sibi aliquid debetur, illud deducit, idest, computat sibi insolutum suum peculium, glo. fin. in d. l. si creditor, §. fin.

Dominus conuentus quandoque deducit sibi debitum, & quandoque non deducit, ibidem.

Dominus non deducit de peculio ordinarij illud, quod seruus vicarius nullum habens peculium sibi debet, l. deposui, 38. §. Stichus, eod.

Dominus conuentus de peculio à creditoribus peculiaribus, si post litis contestationem seruum vendidit, & tradidit retento peculio, si tempore sententiæ sit minus in peculio, quàm eis debebatur, tenetur eis etiam eius peculij nomine, quod seruus apud emptorem adquisiuit, si tamen ipse dominus quæsiturus esset sibi illud, quod emptori quæsitum est, l. si posteaquàm, 43. & ibi gl. 1. eodem.

Dominus, vel pater conuentus de peculio, si non soluit totum debitum, quia non erat tantum in peculio tempore sententiæ, non tenetur cauere de soluendo cùm peculium fuerit auctum, l. quoties, 47. §. si semel, eodem.

19 Dominus si scriptum habeat in taberna, ne cum seruo contrahatur, ex hac protestatione consequitur tantum, ne teneatur institoria, tenebitur tamen de peculio, non obstante illa protestatione, d.l. quoties, eod.

Dominus, vel pater conuentus de peculio, si non soluit totum debitum, quia minus erat in peculio, posteà eo aucto, tenetur de residuo ex noua causa ex eo contractu dudum celebrato, d. §. si semel & ibi gl. vniuersum, eod.

Dominus conuentus de peculio tempore, quo nihil erat in peculio, etiamsi latitet, creditor non potest mitti in possessionem causa rei seruādæ, cùm etiamsi veniret, deberet absolui, l. eo tempore, 50. eod.

Dominus si eo tempore, quo nihil erat in peculio, fideiussorem dedit, tenetur fideiussor, ibid.

Dominus etiam postquàm est conuentus de peculio, & lis cum eo sit contestata, potest nihilominùs fideiussor accipi pro seruo, d.l. eo tempore, §. etiam.

Dominus tenetur de peculio pro eo, quod pro libertate danda accepit bonæ fidei possessor, quam debet conuenire actione ad exhibendum, vel rei vendicatione pro pecunia, quæ ei data fuit, quia illa domino erat quæsita, d. l. eo tempore, §. fi.

Dominus conuentus de peculio non debet condemnari de eo, quod debetur seruo ab extraneis, sed cedendo illa nomina liberatur, l. quod debetur, 51. & ibi gl. fi. eod.

Dominus si manumittendo seruum in vltima voluntate peculium ei nō ademit, non censetur donare ei illud, secus si inter viuos manumisisset, quia tunc donare censetur, nisi in peculio sint nomina, quæ non transeunt in eum, nisi cedantur, l. si Sticho, 53. & ibi glo. 1. eodem.

Dominus, vel pater de peculio in ius vocatus si vi exemptus sit ab aliquo, eximens tenetur actori ad interesse, quatenus erat in peculio tempore exemptionis, l. is, cum quo, 55. eod.

Dominus deducit de peculio id, quod seruus pro debitore domini expromisit ipsi domino, & adhuc à debitore nihilominùs debeatur, l. quod seruus, 56 eodem.

Domino, quod promisit seruus pro debitore ipsius domini, ex hoc nomen illius efficitur peculiare, quia ille tenetur seruo, & per consequens computabitur cum peculio, ibidem.

Dominus, vel pater si conueniatur de peculio, & ante sententiam decesserit seruus, vel filius, inspicitur, quod erat in peculio tempore mortis, l. pen. eodem

Dominus si libertatem reliquit seruo cum peculio eius temporis, peculium legare intelligitur, quo erat tempore aditæ hereditatis, & ideò omnia incrementa ante aditam hereditatem ad manumissum pertinent, ibid.

Dominus si leget peculium serui alieni extraneo, inspicitur illud, quod erat in peculio tempore mortis, & illud, quod adcreuit ex rebus peculiaribus ante aditam hereditatem, vt partus ancillarum, & fœtus pecorum, ibidem.

Dominus si libertatem reliquit seruo cum peculio, donata illi seruo ante aditam hereditatē, vel quæ adquisiuit ex operis suis, ad legatarium non pertinent, ibi

Dominus, qui tenebatur de peculio, si seruum legauit alicui retēto peculio, here eius tenetur de peculio intra annum, l. 1. §. item heres, quando de peculio actio

Dominus, qui tenebatur de peculio, si vni legauit seruum, vel liberum esse iussit alij verò legauit peculium, seruus liber factus non tenetur de peculio, neque legatarius, cui peculium legatum est, tenetur tamen heres domini de peculio quia penes ipsum heredem satis videtur esse peculium, cùm tradendo illud legatario liberationem consequutus sit, legatarius tamen tenetur cauere heredi de indemnitate, si à creditoribus conueniatur, quod si sine cautione tradidit heres, imputet sibi ipsi, ibid.

Dominus tenetur de peculio, quando seruus se vendidit, glo. auferunt, in l. cùm seruus, 54. mandati.

Dominus in actione de peculio eatenus condemnari debet, quatenus est in peculio, nec tenetur cauere de satisdando residuum, gl. arbitror, in l. verum 63. §. id, quod pro soc.

Domini licet ex contractib. seruorum de peculio duntaxat teneantur, de eo tamen, quod in rem eorum versum est, vel cum institore ex causa, cui præpositus fuit, contractum est, insolidum conueniri possunt, l. 2. C. de institor. actio

Dominus ex contractu facto cum seruo, vel ancilla impubere non tenetur simpliciter de peculio, sed eatenus, quatenus peculium est locupletatum, l. cum ancilla, C. quod cum eo, qui.

Dominus per seruum potest obligari, & tenebitur de peculio, deducto, scilicet eo, quod naturaliter seruus debet domino, l. dominum, 12. C. eod.

Reliqua verbo, Peculium, 1. vsque 10.

DOMINVS conuentus pro noxali actione si promisit seruum iudicio sistere quem posteà vendidit, potest conueniri dominus ex satisdatione ad interesse item vtili, quia dolo desiit possidere, & etiam actione in factum ex edicto de alienatione iudicij mutandi, gl. mutata, in l. 1. si ex noxali cau. agatur.

Dominus si pro seruo absente conuenitur actione noxali, cogitur alterum de tribus, scilicet aut promittere de sistendo seruum in iudicio, aut eum defendere, aut cauere, quamprimùm poterit se exhibiturum, hoc est, daturum seruum pro noxa, l. 2. §. 1. eod.

Dominus, qui conuentus pro seruo actione noxali falsò negauit se habere seruum in potestate, vel dolo malo fecit, quominùs haberet, tunc tenetur suscipere iudicium absque beneficio dandi seruum pro noxa, ibidem.

Domino absente si agatur de damno contra seruum, quem nemo defendit, adiudicatur seruus actori, sed domino reuerso, causa cognita, conceditur defensio serui, qua mediante, recuperat seruum, & noxalis actio restituitur actori, ibidem.

Dominus conuentus de damno illato à seruo, si falsò negauit se habere seruum, vel dolo desiit possidere, tenetur ad æstimationem damni insolidum, neque liberatur dando seruum pro noxa, ibi.

Dominus vnus conuentus noxali iudicio, si defendit seruum, etiam nomine aliorum dominorum, videtur suo nomine esse in iudicio, & ideò non cogitur satisdare de iudicato soluendo, l. si cum vno, eod.

Dominus conuentus noxali iudicio tenetur cauere se, & seruum iudicio sisti, nisi possideat immobilia, gl. satisdare, ibi.

Dominus iudicio noxali conuentus, ex necessitate videtur suo nomine esse in iudicio, d.l. si cum vno, eod.

Dominus ex facto serui scienter tenetur insolidum, aliàs noxaliter, l. 2. de eo, per quem factum.

Dominus quando pro suo quasi delicto conuenitur, non liberatur dando seruum pro noxa, gl. si seruus, in l. 1. de his, qui deiecerunt.

Dominus ex pluribus noxis diuersis temporibus conuentus, si ex vna noxa dedit seruum agenti, nulla actione ampliùs tenetur ei, vel alij, nisi dominus maluit priori iudicio soluere litis æstimationem, quia tunc tenetur eidem, vel ali ex alio maleficio, vel noxa, l. qui ex pluribus, 20. de noxalibus.

Dominus noxali actione conuentus si nolit iudicium suscipere, debet iudicium omnimodò suscipere, aut noxæ dedere eum, cuius nomine iudicium non suscepit, l. quoties, 21. eod.

Dominus conuentus noxali, non aliter condemnatur, quàm si in potestate habeat eum, cuius nomine conuenitur, aut dolo malo fecit, quominùs haberet, ibidem.

Dominus conuentus noxali, si negauit seruum in potestate habere, & iuramentum delatum sibi recuset præstare, condemnatur quasi contumax, d. l. quoties, §. quòd si.

Dominus si dolo desiit possidere, vel habere seruum damnum dantem in potestate, damnum passus habet actionem contra dominum, & etiam contra possidentem, & vno electo, & ab eo exacto, alter liberatur per exceptionem, l. de de illo, 24. cum duab. seqq. eod.

Dominus si in iudicio noxali accipiendo moram fecerit, ac decesserit seruus post moram, tenetur, ac si iam contestatum esset iudicium, l. electio, 26. §. si is, quem, & ibi gl. accipiendo, eod.

Dominus noxali conuentus si litis ęstimationem soluerit ordinario seruo delinquente,

minali,gl.extrahi,in l.sed & si,eo.& gl.abstrahi,in §. si quis,in auth. de Sanctiss.Episcopis,& l.nemo de domo,103.& ibi gl. 1.de regul.iuris.

Domus, quæ per successionem maiorum auorúmque morte peruenit, dicitur lares auiti, gl.carendum,in l.in fundo,38. de rei vend.

Domus pars dicitur esse solum, & ideò petens domum dicitur petere solum, quod secus est in mari,l.solum,49.eod.

Domus secundùm Dialecticos constat ex tribus,scilicet fundo, pariete,& tecto, sed secundùm Iurisconsultos ex duobus,scilicet ex solo,& superficie,gl.1. ibi. & gl.constent in l.eum,qui,23.de vsucap.

Domus pars dicitur esse porticus,d.l.solùm in add.marg.de rei vend.

Domus si altiùs tollatur,tectum eius magis turbatur, quia ventus magis percutit, & ideò non licet fructuario altiùs tollere,neque proprietario inuito fructuario,l.æquissimum,§.inde Nerua,& ibi gl.turbatur,de vsufructu.

Domus per partes refecta,vel reædificata licet omnis noua facta sit,tamen censetur eadem domus,l. quid tamen,quibus modis vsusfructus,& gl. existimari, in l.cùm proponebatur,76.de iudiciis.

2 Domus duæ, vel plures ex vna domo fieri possunt non destinatione patrisfamilias,sed pariete interiecto medio; de fundo autem vno, duo,vel plures fundi sola destinatione patrisfamilias, nullo etiam pariete interiecto, fieri possunt l.si quis duas, 6.§.si quis,& ibi addit.marg.communia prędiorum,& l.quod in rerum,24.§.pen.& ibi gl.& domus,de legat.1.

in Domo diuidenda plus facti opus est, quàm in diuidendo fundo ,glo. accipi debet,in d.§.si quis,commun.præd.

Domum si tibi vendo hac lege,vt non possis ibi talem artem exercere,valet conuentio,vt obligeris tu,& tui successores, non autem quòd sit aliqua seruitus, cùm non sit prædium dominans, l.venditor eodem.

Domum construens iuxta alterius prædium, debet duos pedes derelinquere, l. fin. finium regundorum.

Domum habens si vicino locauit aream ei iniunctam ad calcem faciendum,vel terram cæmentorum reponendam, si is vicinus terram, vel calcem altiùs congessit,quam essent fundamenta, ita quod assiduis pluuiis inundata terra vel assumpto humore atque ædificia locantis corruerint, tenetur conductor ad damnum illud actione ex locato, sed non ex lege Aquilia, l. qui domum, 57.locati.

Domus conducta si non potest habitari, vel ad habitandum locari, debet fieri remissio pensionis, nisi alia æquè idonea præstetur, l.cùm in plures, 60. eod.

Domus nulla aliter posset esse tuta, nisi periculo capitis cogerentur serui dominis præstare custodiam tam à domesticis,quàm ab extraneis, & ideò introductum est Senatusconsultum de torquendo seruos domini interfecti à familia, vel extraneis ad veritatem eruendam, l.1. & ibi gloss. necantes, ad Syllanianum.

in Domo esse videtur argentum,quod est depositum causa custodię,vel commodatum,ita vt habeatur de proximo, l.pen.§.fi.de auro & argento.

Domum faciens in meo,ac promittens me recipere ibi, cum quinque hominibus, si aliam fecerit, non tenetur me recipere cum decem hominibus,gl.promissionis, in l.damni,18.§.si is, qui,de dam.inf.

Domum emens bona fide nihil aliud possidet,quàm ipsam domum,hoc est, totum corpus integrale domus,non res singulares, ex quibus domus constituitur,l. eum,qui,23.de vsucapion.

Domus constat ex duabus rebus, scilicet ex solo, & superficie, & ipsa vniuersa domus possessione temporis rerum immobilium dominium mutat, ibid.

3 Domum emens licèt non possideat singulas res domus, dominium tamen singularium rerum habet,gl. mutet,ibi.

Domus,quotam putà dimidiam, tertiam, quartam, vel millesimam rectè potest quis possidere,& sic vnius lapidis millesimam,& sic multiplicatiuam partem rectè potest possidere,sed non certam rem,d.gloss.mutet.

Domum possidens possidet,& quamlibet partem eius, & ita ab hoc puncto vsque ad illud, & sic lapidem,si ibi sit,rectè possidet,vt partem domus, sed non vt lapidem,licèt in ea parte solus lapis sit,ibid.

Domo empta singulæ res domus, neque venditæ, neque emptæ intelliguntur, quantùm ad vsucapionem,sed bene quantùm ad euictionem,gl.sin autem, & ibi add.marg.ibid.

à Domus emptore si columna,aut lignum,quod erat in domo,fuerit euicta per actionem de tigno iniuncto, emptor habet regressum de euictione contra venditorem ex empto,d.l. eum,qui,§.sin autem.

Domo destructa,singulę res eius possidentur ex integro,& vsucapiuntur tempore,quod in vsucapione rerum mobilium constitutum est, nec computatur in eo tempus,quo domus possessa est,ibid.

Domus sine solo non potest vsucapi,cùm non possit possideri sine solo, l. nunquàm,26.& ibi gl.1.de vsucapion.

Domum habens non dicitur habere duas res, scilicet solum, & superficiem, sed vnam tantùm rem,scilicet domum, licèt possit vendere separatim solum,deducta superficie,l.fin.§.fructus autem,quæ in fraud.credit.

Domus fiscalis dicitur sacra,gl.fi.in l.1.ne quid in loco sacro.

Domus regulæ solæ non possidentur per se,sed cum vniuersitate ædificij, neque ad rem pertinent, an sint affixæ, an appositæ tantùm,& ideò cõtra auferentem eas tegulas datur interdictum,quod vi,aut clàm, si non de ædificio, sed seorsum positas sustulerit, l.si alius,§.fin.& l. nam origo, cum l. seq.quod vi, aut clàm.

4 Domibus affixa dicuntur partes domus, gloss. affixum, in l. nam & si ramos, §. 1.eodem.

Domibus alienis iuncta si fuerint separata, potest dominus vendicare, nisi iam duplum consequutus fuerit per actionem de tigno iniuncto,l.si quis cùm totum,§.si ancillam,& ibi gl. separata,de except.rei iudic.

in Domum alienam inuito domino ingrediens, quamuis ingrediatur causa vocandi eum in ius, tenetur actione iniuriarum, l. qui in domum, 23. de iniuriis.

Domus inferioris dominus si fumum fecerit causa iniuriandi, & fumigandi domum superiorem vicini, tenetur ei iniuriarum actione, & idem econtrà, si superior vicinus in inferiorem domum proiecerit, aut infuderit aliquid animo iniuriandi vicinum inferiorem,l. pen. eod.

Domum suam,vel agrum suum, vel alienum præbens etiam amicis suis scienter vt stuprum, vel adulterium committeretur, cuiuscunque conditionis sit,vt adulter punitur,l. qui domum,cum l.seq. de adulteriis.

Domum suam,vt stuprum,vel adulterium committeretur, videtur præbuisse,& si in eam domum soliti sint conueniri ad tractandum de adulterio, quamuis eo loco nihil admissum fuerit,quia sine illo colloquio adulterium non committeretur,l.& si amicis, 9.de adult.

Domos alienas,aut villas expilantes, aut effringentes, aut expugnantes in turba cum telis,capite puniuntur,l.pen ad leg. Iul. de vi pub.

Domus vna pariete medio fiunt duæ domus,gl.2.in l. quantum, 157. de verbor signific.

Domum, vel aliud opus non licet facere alicui circa theatrum, vel amphitheatrum,l.3. de operib.publicis.

Domus vnicuique nostrûm debet existimari illa, vbi quisque sedes, & tabulas habet, suarúmque rerum constitutionem fecit. l. in lege Censoria, 203. de verb. signific.

Domus, in qua maiorum imagines sunt fixæ à tutore, vel curatore, non debet vendi,quia satis lugubre est,non videre in domo maiorum imagines, aut reuulsas videre,l. lex quæ,22. C.de adm.tut.

Domus,cæteráquè immobilia in patrimonio minorum debent permanere, ibid

Domum faciunt instrumentum,& faber, gloss.fin.in l. per procuratorem, C. de acquir.poss.

Domus, in qua fit falsa moneta, est confiscanda, si dominus sit præsens, licèt ignorauerit, si verò fuerit absens, nullum patitur damnum, l. 1. C.de falsa moneta.

Domus,in qua fit falsa moneta, non confiscatur,si sit viduæ, licèt sit præsens,nisi euidens appareat eius delictum, idem in pupillo, tutor tamen eius non excusatur,sed tantùm ex substantia tutoris fisco debet inferri, quantum ex substantia pupilli erat inferendum,si aliàs pupillus non fuisset,ibid.

Domus vna ab alia in Constantinopolitana ciuitate debet distare spatio centum pedum, auth. de noui operis nunciatione maritimi aspectus, in principio, per totum.

Domus, in qua falsa moneta fit, vel in qua eunuchus fit,vel in qua sacra mysteria celebrantur, publicatur,gl.subiacentibus, in §.si quis,in auth.de Ecclesiast. titulis,col.9.

de Domo sua regulariter nemo debet extrahi,fallit ad subeunda publica munera,gl.2.in add. marg.in l. ex omnibus, 31.C.de decurionibus,lib.10.

Domus publica, vel prætorium non debet in vsus priuatos conuerti, l. 4. C. de operib.publicis.

Domus si in porticu publica sit constructa, eius reditus deputari debent ad lumina præstanda,seu ædificia repetenda, l. quia plurimæ,19.C.eodem.

in Domo regia non possunt alicuius imagines pingi, nec fieri stationes, neque equi introduci, nec fieri conuiuia nuptiarum. l. basilicam,21.C.eod.

Domus notitiam habentes habentur suspecti,quando domus frangitur, & tales de facili torqueri possunt ad inuestigandam veritatem, l. dominus horreorum,55.locati.

Domus quandoque pro habitatione, & domicilio accipitur, l.1.§. item, de aleæ lusu,& aleatoribus.

Reliqua verbo,Legare,2.3. Aedes, Aedificium, Cassa, Camenta, Fructuarius,5. Incendium, Ingredi, Iniuncta, Insula, 1.2. Inducta, Horreum, Legatum, 10.56. Locans,4. Obligatus, Paries, Pensio, Portam, Superficiarius, Tignum, Vendere, Capere, Cœnaculum.

DOMVM reuocandi ius habere, significat habere licentiam reuocandi iudicium ad domum,idest,ad locum, vbi habet domicilium, non domum tantùm,gloss.ius datur,in l.2.§.legatis,de iudiciis.

Domum reuocandi ius habet,qui ex causa prosequendæ appellationis Romam, vel ad alium locum se transfert extra suam iurisdictionem,ibid.

Domum reuocandi ius habet ille, qui conuenitur extra suam iurisdictionem in loco, ad quem ex probabili, vel necessaria causa se transtulit, l. 2.§. legatis, & ibi glo.ob aliam,de iudiciis.

Domum reuocandi ius habet pater, qui conuenitur extra suam iurisdictionem in loco studij,ad quem se transtulit,vt videret filium,ibi.

Domum reuocandi ius habent peregrini, & alij, qui conueniuntur in loco, in quem, & per quem causa religionis vadunt,ibid.

Domum reuocandi ius habet tutor, qui conuenitur de alia tutela, in loco, ad quem causa alterius tutelæ se transtulit,ibid.

Domum reuocandi ius habent, qui conueniuntur in loco, ad quem ex causa necessaria, & probabili se transtulerunt,si ibi non contraxerint,sed si ibi contraxerint,reuocandi ius non habent, nisi sint legati, qui non compelluntur durante legatione se defendere in loco, in quo ante legationem contraxerant,d.§.legatis.

Domum reuocandi ius habent illi,qui conueniuntur in loco, in quem se transtulerunt ex causa testificandi,vel alia legitima causa de contractu celebrato in sua ciuitate, vel prouincia, sed si conueniatur de contractu celebrato extra suam ciuitatem, vel prouinciam non habent ius reuocandi domum,† d. l.2.§. item si extra,& ibi gl.1.

Domum reuocandi ius perdunt illi, qui ex causa legationis testimonij, vel alia causa se transtulerunt,si ibi agant contra aliquos,& ab illis ibi conueniri possunt, & compelluntur se defendere, nisi agerent de iniuriis ad vindictam, quia tunc non possunt conueniri, d.l.2.§.sed si agant.

Domum reuocandi ius an quis habeat, si dubitetur coram vno iudice,ipse iudex debet cognoscere de hoc, & si constiterit habere priuilegium, in suam prouinciam debet eum remittere data cautione simplici,id est, promittendo de iudicio sisti in sua prouincia, d.l.2.§. sed & si dubitetur.

Domum reuocandi ius qui habent, debent cauere de iudicio sisti in domo sua, ibidem.

Domum reuocandi ius non habet quasi præuentus ille, qui pendente iudicio miles,vel alterius fori esse cœperit,l.si quis posteaquàm,eod.

Domum reuocandi ius non habet ille,qui pendente iudicio factus est clericus

& mediam,non obstante seruitute, quam debet media, l.hoc,quod dictum,§. fi.de seruitutibus vrbanorum.

Domum suis ædibus seruientem si quis emit, & sibi traditam accepit, confusa, atque extincta est seruitus,& si posteà vendiderit eam, nominatim debet imponere seruitutem, alioquin libera venditur, l.si quis ædes, 30. de seruitut. vrban.

Domus mea si seruiat ædibus Titij, & ædibus Mæuij, & à Titio precario petij, vt altiùs tollerem, si per constitutum tempus ædificatum habuero, libertatem contra Mæuium rectè vsucapio,cùm non vna,sed duæ fuerint seruitutes, l.si ædes meæ,32.eod.

Domos duas communes habentes,si vnam vendiderint ac tradiderint hac lege vt seruiat retentæ domui, valet talis constitutio seruitutis, ac si vnus solus habens duo prædia, vel duas domos,alteram vendiderit prædicto pacto, l. si [illegible] duas, 6.§.fin. & ibi gl.id enim, communia prædiorum.

Domos duas communes habentes si vnam separatim tradiderint hac lege, vt seruiat retentæ domui,valet talis constitutio seruitutis, & nouissima traditio facit præcedentem traditionem efficacem, ibidem.

Domos duas habens si tradiderit eas duobus eodem momento,non potest seruitutem imponere, vt seruiat altera alteri,l.si,cùm duas,eod.

Domos duas habens si tradiderit eas duobus diuersis temporibus, potest imponere,vel adquirere seruitutem illi domui, quam priùs tradidit,ibidem.

Domum suam si quis seruam fecerit vicino, nihilominùs poterit aliis per eam [illegible] concedere seruitutem,l.qui per certum.15.eod.

Domus mea si seruitutem debeat domui tuæ, possum ego agere negatiua contra [illegible] itium prohibentem, nec altiùs tollere, licèt domus mea seruiat, non tamen ei, contra quem ago, & ideò competit mihi ius altiùs tollendi inuito eo,cum quo ago,quia quantùm ad eum pertinet, liberam domum habeo, & ideo non potest excipere de seruitute tertio,l.loci,§. cōpetit,si seruitus vēdic.

Domus media depressa non impedit seruitutem altiùs non tollendi deberi à domo vlteriori,sed media eleuata seruitus interpellatur quoad eleuata steterit,l.& ideò,cum l.seq.eod.

Domum depressam habens dicitur habere seruitutem ei,qui altiorem habet,intellige,si prohibitus altiùs tollere depressam habeat, l. & si fortè,§.1.eod.

Domum inferiorem si quis conduxit,quasi liceret ei iure seruitutis mittere fumum in superiorem,agit contra locatorem ad interesse,& fumum immittere prohibetur actione negatoria,& econtra si debetur seruitus, contra superiorem agi potest confessoria,si non patiatur immitti, l.licuti,§. Aristo.eod.

Domus,quę sustinet actum seruitutis habentis causam continuam,& permanentem,si alienetur,in dubio videtur seruitus imposita,l.1.de seruit.legat.

Domum si quis iuxta monumentum ædificauerit, illicitè non seruato spatio lege comprehenso,cautio damni infecti sibi præstari non debet, nec domino monumenti, qui passus est ita ædificari domum, secus si domus esset licitè ædificata, l. qui bona,§. si quis iuxta,& ibi gl. non erit,de damn.infect.

Domus omnis à fundamentis præsumitur libera vsque ad cœlum,nisi probetur seruitus constituta, vel præscripta, l.neque fructuarium,C.de seruitutib.

Reliqua verbo, Seruitus, 39.40 41.Fumus.

14 DOMO per fideicommissum cum supellectili legata, continentur etiam [illegible], & omnis supellex in domo esse solita, quam testator in proconsulatum profectus contulerat in domum, vel in hortos, vt tutiori loco essent,l. quæsitum, §. item respondit, domo, de fundo instructo.

Domo [illegible] cum omni iure suo legata non continetur vrbana familia, [illegible] operæ [illegible] quoque prædiis exhibebantur, continentur tamen [illegible] & aquarij domui tantum deseruientes,& etiam artifices, [illegible] domus causa parati sunt, licèt aliis quoque prædiis exhibeant operas [illegible], ibi.

Domo [illegible] legata continetur omne, quod in domo fuerit, vt testator instructior ibi esset, d.l. quæsitum,§.idem respondit.

Domo instructa legata continetur etiam vestis,quam testator ibi habebat maximè,quando legans domum instructam exceperat argentum, & rationes, quia tunc omnes res, quæ ibi sunt,præter exceptas, videntur legatæ,ibi.

Domus instructa si fuerit legata duobus ex quatuor filiis, vt merces,& pignora, quæ ibi sunt, dicantur legata eis iudex statuet æstimatis cæteris patris facultatibus,vt si illæ paucæ sint,non dicantur legata,& in dubio etiam non videntur legata,d.l. quæsitum,§.sed & ipse,& ibi gl.æstimatis.

Domo instructa legata intelligitur legata supellex, sed non vina, quæ ibi sunt causa custodiæ, & non gratia vsus patrisfam. quia domus non potest dici instructa vinis,nisi sint gratia vsus patrisfamilias,l. si ita testamento,§. 1. & ibi gl.non etiam,eod.

Domo instructa legata cum omnibus affixis non continentur nomina debitorum, quæ sunt in domo, l.cùm de lanionis,§.fi.eod.

Domo instructa legata debetur etiam lectus auro, & argento textus, si in domo esse solebat,etiamsi tēpore mortis testatoris non fuerit in domo repertus,sed quo tutiore loco haberetur interim in horreum delatus est causa custodiæ,l. Seiæ,§ fi eod.

Reliqua verbo, Instrumentum, 18. vsque 21. Legatum, 67. vsque 70. Supellex.

15 DOMO legata videntur legati horti domui coniuncti, nisi testator expresserit quod horti non venirent,vel emerat separatim,gl.legatum,& ibi addit.in l fi.de seruit.vrban.

Domos duas vna contignatione connexas habens si vnam vni legauit aliam alii,si contignatio [illegible] est pro parte, est cuiuscunque, quatenus domus cuiusque extenditur,l binas,34.& ibi gl.fi eod.

Domo vendita, vel legata veniunt omnia affixa, & quæ ibi sunt ad perpetuum vsum domus,secus in his,quæ ad tempus,l. Iulianus,§.fin. cum duab. seqq. de act. empti.

Domo vendita, vel legata veniunt ea, quæ quasi pars domus, vel propter domum habentur, vt putealis id est,id,quo puteus operitur,ibid.

Domo vendita,vel legata veniunt funes, quib. aqua trahebatur ad domum, labra, salientes aquæ, fistulæ, quæ salientib.aquis iunguntur, item canales, quæ omnia licet longe excurrāt extra ædificium,ædium tamen sunt,l.funes,15.eo

Domo vendita non veniunt pisces, qui sunt in piscina,nec pulli, aut alia animalia, quia illæ ædium,vel fundi non sunt,ibid.

Domus torcularia,& vasa vinearia si sunt posita causa vsus perpetui, dicuntu[r] esse domus,secus si ad tempus, l.fundi,17.& ibi gl. cohæreant,in add. marg eodem.

Domus dicuntur esse multa,quæ affixa non sunt domui,vt putà serræ, claues, & claustra,ibid.

Domus dicuntur pictæ tabulæ, protectoriæ, & crustæ marmoreæ, sed reticul[a] circa columnas plutei,circa parietes,item cilicia,& vela non sunt ædium,d.l fundi, §. quæ tabulæ pictæ.

Domus esse non videtur id,quod insulæ causa paratum est,si nondum perfectum est,quamuis sit positum in ædificio, quod verum est in venditione domus secus in vltima voluntate,d. §. quæ tabulæ pictæ, & ibi gl.ædium.

Domui cedunt fistulæ,& canales,nisi aliud dicatur,l.si venditor,38. §.fin.eod.

Domo vendita vti venditor possidet, veniunt pilæ, & columnæ extra domum domui iunctæ, l.creditor,52.§.fi.eod.

Domo legata,vel aliàs concessa,vel data veniunt ea, quæ sunt coniunctæ domui venditæ,gl.fi.ibid.

Domus appellatione continetur area, gloss.1.in add.marg.in l. quamuis, si qui omissa causa testam.

Domus pars nō dicūtur res singulæ domus,licèt area dicatur pars domus,d.gl.1

Domus appellatione non comprehenditur porticus, cùm per quandam extensionem comprehendatur,†l. cætera,41. §.hoc Senatusconsultum, de legat. 1

Domus appellatione comprehenditur ostium,ibi.

in Domo posita,vt ibi perpetuò sint,licèt non sint fixa ædib. tamen cedunt venditioni ædium,vel legato ædium,ibid.

Domo legata continentur etiam horti domus causa comparati, vt amœnior, & salubrior esset domus, si & per eam esset aditus ad eos, & illi essent additamentum domus,l.prædiis,91.§. qui domum, de legat.3.

Domus appellatione insula quoque iuncta domui videtur legata, si vno pretio cum domo comparata esset,& vtriusque pensiones similiter accepto ferebantur,d.l.prædiis,§.si eod.

Domus pars dicuntur specularia,& pegmata affixa domui, licèt ad tempus sint detracta, nec nondum sint reposita, dummodò ad hoc seruentur, vt reponantur, & in emptionem domus veniunt,secus si nondum sint affixa, nec reposita,ad hoc tamen sint de nouo facta,& parata, vt suppleantur, si qua desint,& tunc illa dicuntur magis instrumentum domus, quàm domus pars, l. quæsitum,§.specularia, & ibi gl. tamen sint,de fundo instructo.

Domo legata, neque eius instrumentum,neque supellex intelligitur legari, nisi expresse à testatore legetur,l. fi.de supellectili legata.

Domus appellatione habitatio quoque significatur,l. qui domum,de adulteriis.

Domo vsucapta non censentur vsucaptæ res singulares, quibus constituitur domus, quod secus est in grege,gl.vendicare,in l.3.de rei vendicatione.

Reliqua verbo, Iniuncta, Conclauus, Legatum, 10. Venditus, 8. Cœnaculum.

DOMESTICI testimonio cùm quis non possit vti, eò quòd habeatur de familia,quòd etiam si eum domesticum excludat de domo,non possit eius testificatione adiuuari,l.1.§.si seruus ad hoc,& ibi add.marg.de quæstio.

Domesticæ personæ dicuntur seruus, colonus, familiaris, libertus, ascriptitius, vxor viro & econtrà,l.præsenti,§.& hæc quidem,& ibi glo.1.C. de his,qui ad Eccles.gl.fi.in addit.marg.in c.1.qualiter iurare deb. in feudis.

Domestici iudicum non debent esse aduocati, vel patroni in causis,aliàs se immiscentes puniuntur per præsidem, l.4.C.de assessoribus.

Domestici iudicum, vel cancellarij ministerium si quis gesserit, ad eandem obseruationem remeare ei non conceditur,l.nemo,C.eod.

Domestici admittuntur ad probationem eorum, quæ domi geruntur, cùm per alios non facilè possint confiteri, l.consensu, §.super plagij, C.de repudiis.

Domestici dicebantur quidam milites fortes, vel arcanorum principis conscij, sed protectores dicebantur, qui stant coram principe armati, gl. in rub.& ibi add.marg.C.de domesticis,lib.12.

Domestici,& protectores principis salutantes vicarios,& præfectum,possunt eos osculari dando pacem,ac eis omnes debent reuerentiam exhibere,l.1.C.eod.

Domesticorum, ac protectorum primicerius fungitur dignitate spectabilium, sed alij subsequentes post eum in gradu vsque ad numerum decem, inter clarissimos nominantur, ita tamen, vt qui prior est in loco, prior sit in ordine, l.2.C.eod.

Domestici, & protectores principis sine licentia principis se absentantes per biennium à curia non ex causa reipub. debent poni post quintum in ordine ipsorum, si per triennium fuerint absentes, in decimo gradu ponuntur, si per quadriennium in loco nouissimorum sunt ponendi,si per quinquennium,cingulo sunt spoliandi, l.3.C.eod.

Domesticorum, & protectorum primicerius si ante finitum officium decesserit, heres eius salarium totius anni, ac etiam subsequentis percipiet, l.final. C. eodem.

Domesticus esse perpetuò, vel ad tempus prohibitus alio nomine assumpto colore quæsito, non est prohibitione durante assumendus, l.1.C. de priuileg. scholarum, lib.12.

in Domestici persona citiùs præsumitur fraus,quàm in extranei,gl.fi.in c.1.qualiter iurare debeat, in vsib.feudorum.

Domesticum testimonium reprobatur in testamentis, & in aliis, §. pater, & ibi gl.in ea re, Inst.de testam.

Domesticus testis dicitur colonus, ascriptitius, & similes, item vxor viro, & econtra, item seruientes, siue dapiferi, idest, commensales,vt quia viuant expensis domini, aliàs contrà, nisi habuissent licentiam sine spe reuertendi, d. glo.in ea re.

Domestici dicūtur illi, quibus ratione patriæ,vel dominicæ potestatis imperari potest,& omnes,qui in domo habitant,d.gl.in ea re,in additione.

Domesticum testimoniū in quibusdam casib.admittitur, veluti in domo factum non potest meliùs probari, quàm per domesticos.d.§.pater,in add. marg.

Reliqua verbo, Familiares.

DOMICILIVM potest quis habere in duobus locis, gl.fin.in l. Senatores,de Senatoribus.

Donationes in genere quàm plures sunt,l.1.de donatio.
Donatio propriè & simplex,& absoluta , & inter viuos , & directa dicitur , cùm quis ex mente dat,vt statim velit accipientis fieri, nec vllo casu ad se reuerti, & propter nullam aliam causam faciat, quam vt liberalitatem & munificentiam exerceat,d.l.1.& ibi gl. liberalitatem.
Donatio propriè non dicitur , cùm quis ea mente dat , vt accipientis fiat, cùm aliquid sequutum fuerit, sed dicitur hæc donatio sub conditione,ibid.
Donatio propriè non dicitur,cùm quis ea mente dat, vt statim accipientis fiat, si tamen aliquid factum, vel non factum fuerit,vellet id ad se reuerti,& tunc dicitur donatio impropriè, quæ sub conditione resoluitur, qualis est mortis causa donatio,d.l.1.
3 Donatio pura , quæ sub conditione est resoluenda , non est propriè donatio, † reprob.l.sequutum, add.marg.& Doct.in d.l.1.
Donatio simplex conditionalis valet existente conditione , etiam post mortem donatoris,l.2.§. si pecuniam, eod.
Donatio etiam per interpositam personam ex vtraque parte, vt per nuncium,& ita inter absentes, potest fieri, l.4.& ibi gl.1.eod.
Donatio etiam per epistolam potest fieri , cùm res donata est penes eum , cui donatur, d.gl.1.in add.marg.
Donatio gratia affectionis honestæ , vel inhonestæ, non sunt prohibitæ, l.affectionis, 5.eod.
Donationes gratia affectionis honestæ dicuntur factæ erga consanguineos , vel amicos etiam non merentes, & etiam erga incognitos, d.l.affectionis, & ibi glo.1.& 2.
Donationes gratia affectionis inhonestæ dicuntur factæ meretricibus, dict.l. affectionis.
Donationes factæ meretricibus valent etiam ad producendam actionem, † reprob.gl.meretricib.& ibi add.marg. & add.ibid.
Donatio non venit in libera administratione, tametsi à lege,vel ab homine sit, vt si data sit tutori, vel curatori, non tamen potest donare, l. filiusfamilias,7. & ibi add.marg.eod.
Donationis verbum siue à lege, siue ab homine proferatur de simplici propriáque inter viuos donatione, intelligitur , cùm verba legis propriè sint interpretanda in materia exorbitante , sed in alia materia nihil vetat latè sumi, gl.donare, in add.marg.ibid.
Donatio potest valere etiam citra corporalis rei donationem, vel vti si paciscar cum debitore meo, ne petam à debitore meo ante certum tempus,l. in ædibus, 9.eodem.
Donatio est contractus nominatus, & hodiè, & olim,& habet proprium & elegans nomen , quòd si mera non sit , sed ob causam , dicitur tunc contractus innominatus, † gl.ex reb.& ibi add.marg.in d.l.in ædibus,§.1.
4 Donatio non est contractus bonę fidei,sed stricti iuris,nec sequitur quòd ex eo, quòd sit contractus nominatus,sit bonæ fidei,cùm stipulatio, & emphyteosis sint contractus nominati,sed non bonæ fidei,† ibid.
in Donatione fundi non veniunt fructus ante litis contestationem,percepti,sed tantùm illi,qui post litis contestationem sunt percepti,d.gl.ex rebus.
Donatio non dicitur,nisi cùm transfertur dominium actu,vel habitu , d.l.in ædib. §.fin.
Donationis verbo strictè sumpto,quatenus est doni donatio , res aliena non poterit donari,sed bene largè sumpto, & habet locum tunc titulus pro donato, d.l.in ædibus,§.fi.& ibi gl.fi.
in Donationis æstimatione cùm tractatur , an debitum modum excedat , non computantur fructus,partus,pensiones,& mercedes percepti ex re donata , l. cùm de modo donationis,11. eod.
Donationis causa fundum alienum excolens non potest repetere expensas factas incolendo,l.qui alienum,14.eod.
Donatio potest fieri per acceptilationem,l.si in stipulatum,17.eod.
Donatio, vel pollicitatio facta respub. ob aliquem honorem , vel aliam iustam causam valet,aliàs non,l.hoc iure,19.eod.
Donatio non potest directò adquiri inuito,sed bene per obliquum,d.l. hoc iure, §.non potest,eod.
Donatio dicitur liberalitas,quia liberè,& necessitate remota fit , gloss. non potest,ibidem.
Donatio non est contractus bonæ fidei , sed stricti iuris , & ideò non debentur vsuræ pecuniæ donatæ ex mora solutionis , nec à litis contestatione , l. eum, qui,22.& ibi gl.1.& fi.& add.marg.eod.
ex Donatione reipub.facta post moram,etiam ante litis contestationem,debentur vsuræ speciali iure fauore reipub.non tamen debentur ante moram,gloss. 1.ibidem.
Donatio non perficitur ex ratione sine partis consensu profecta , l. nuda ratio, 26.eodem.
5 Donatio non perficitur nuda ratione sine insertione causæ,sed bene cum insertione causæ,d.l.nuda ratio,& ibi gl.fi.
Donatio illa,quæ instrumentis venditionum apponitur,quòd si res vendita pluris sit,id ipsum quanti pluris est,emptori venditor donat,non valet,gloss. 1.in add.marg.in l.donari, 29.eod.
Donatio iure Digestorum non fiebat nudo pacto, sed ita si interueniret stipulatio,vel conditio,gl.portionibus,in l.fi.eod.
Donationem perficit conuentio,per quam absenti quæritur actio,d.l. fi.§.fin.
Donatio tribus modis perficitur, scilicet aut actionis adquisitione aduersus debitorem,cui pecunia mutuata est,aut dominij adquisitione, aut per actionem aduersus donantem adquisitam,d.§ fi.& ibi gl.fi.& add.marg.
Donatio dicitur a dono,quasi doni datio,tracta à Græco verbo, δῶρον, idest, donum,l.Senatus,35.§.donatio,de donat.caus.mortis.
in Donatione simplici,& absoluta donator mauult donatarium potiùs, quàm se habere, sed in mortis causa donatione donator se potiùs habere vult , quàm eum,cui donat,& illum potiùs,quàm heredem suum,ibid.
Donatio quando sapit naturam contractus dandi , & restituendi potest quis eligere,vtrum ad rem,vel æstimationem,sed quado sapit naturam tantum dandi,tunc rem ipsam conceuit,l.illud generaliter,37.§.fi.eod.
Donatio absolutè, & sine vlla conditione reddendi facta etiam ab infirmo constituto in extremis vitæ , dicitur donatio inter viuos , & non mortis causa, nec detrahitur ex ea Falcidia,secus quando de reddenda dictum est , aut fuit facta mentio mortis,quia tunc dicitur mortis causa,& detrahitur Falcidia, l. Seia,42.§.fi.& ibi gl.fi. & ibi add.marg.eod.
Donatio non dicitur,nisi res donata statim fiat accipientis,glo.1.in l.1.pro don.
Donatione resoluta competit vendicatio,l.2.in add.marg.eodem.
Donatio piæ causæ, vel Ecclesiæ nemine recipiente facta , licèt non valeat , tamen si quis in Ecclesia ad eius ornatum ponat nemine vel recipiente , valet donatio,l.pe.& ibi gl.1.in add.marg.de exceptio.
Donatio non præsumitur,vbi subest alia causa,quàm donationis , l. si , cùm aurum,50.& ibi add.marg.de solutio.
Donationis verbum simpliciter loquendo omnem donationem comprehendere videtur siue mortis causa,siue non mortis causa,l.alienatũ,67.de verb.sign.
Donatio est genus continens etiam legatum,gl.fi.ibid.
Donatio facta pauperib.coram aliquib.si pauperes non sint præsentes per se , vel per alium,non valebit,legatum tamen valet,gl.alia causa,in l. illud , 16.C.de sacrosanctis Eccles.
Donatio præsenti debet fieri,sed legatum etiam absenti,ibidem.
Donatio debet continere emolumentum,& non onus,gl.mortis, 4.in l.licèt inter,19.C.de pactis.
Donationis instrumentum per metum factum rescinditur actione quod metus causa,d.l.si donationis,C.de his,quæ vi.
Donatio facta alicui vt creditorib. soluat , & alioquin quòd resoluat , quamuis pacto non exprimeretur,vt aliàs resolueretur , nihilominùs resoluetur , talis tamen oppressio operatur , quòd oriatur condictio ob causam ex contractu, sed si non fuisset expressum,daretur condictio ex reipsa , vel ex rei interuentu,† gl.2.in l.2.C.de condictione ob caus.
Donatio simplex & hodiè,& olim est contractus nominatus,datio tamen , quæ fit ob causam,non est verè donatio, sed magis ob causam datio , vnde dicitur etiam hodiè contractus innominatus,d.gl.2.in add.marg.
Donatio sub conditione de non alienando operatur , vt eius metu donatarius non alienet,vel si alienet,vt competat donatori, vel eius heredi condictio ob causam,l.3.C.eod.
Donatio sub conditione de non alienãdo si sit facta,& posteà donatarius si alienet,valet alienatio de iure , & dominium transfertur , donatori tamen datur condictio ad interesse contra alienantem,cùm sit personalis actio, non contra possessorem,gl.2.in d.l.3.C.de condictione ob causam.
Donatio perfecta non finitur morte , sed promissio ordinata ad donationem de futuro re integra,morte finitur,l.si quidem,8.C.de actionibus & oblig.
Donationis causa suam pecuniam accipere permittens ei , quem affectione patris diligit,censetur perfectè donare,ibid.
Donatio non interueniente scriptura non valet minùs , quàm si interueniente, vnde retractari non potest,l.non idcirco,C.de fidei instrumen.
Donationes, quæ non excedunt 500.solidos , fieri in scriptis si sit pactum , non valent,nisi completa scriptura munda,& sine vitio,& illis perfectis,& absolutis,l.contractus,& ibi gl.2.C.eod.
Donatio minor 500.solidorũ inter coniunctos non exigit scripturã,† gl.2.ibid.
Donatio si reuerà fiat, & simuletur fieri venditio , emptio deficit in sui substantia,& valet donatio,neque rescinditur ob simulationem venditionis,l.3.C.de contrahen.emptione.
Donatio hoc pacto à te facta,vt te aleret donatarius , est contractus innominatus,scilicet do vt facias,gl.4. ibid.
Donatio perfecta olim fiebat stipulatione ei interposita , sed hodie etiam nudo pacto,gl.perfecta,ibid.
Donatio perficitur actione pretij nulla competente, si donationis gratia prædij simulata facta venditione traditio sequuta sit,l.empti fides,9.C.eod.
Donatio iure veteri traditione sequuta fiebat perfecta , hodiè tamen etiam nudo pacto fit,gl.fi.ibid.
Donatio an valeat,vel non,duo debent inspici,scilicet ius, & donantis voluntas, gl.1.in l.si filiæ,10.C.de donatio,ante nupt.
Donatio si incipit à promissione,ea euicta , donatarius potest agere ad euictionem,contra donatorem,secus si incœpit à traditione,gloss.fin.in l.1.C.de iure dotium.
Donatio non tollit ius hypothecę competens creditori anteriori,sed bene competens sequenti creditori,l.si quidem,C.de donatio.inter virum.
Donationes,& contractus possunt fieri temporales,idest,vt teneant vsque ad decem annos,l.fi.C.de legatis.
Donationis titulus bona fide possidenti præstat vsucapiendi conditionem,l.1.C. pro donato.
Donationem perfectam irritam facere nemini licet sine causa, sed bene ex causa,scilicet ingratitudinis,l.fi.& ibi gl.1.C.eod.
Donatio inualida non præstat causam vsucapiendi , licèt possessor errore iuris putet esse validam,vel putet donationem intercessisse,quæ non intercessit,vel credit rem sibi esse donatam à domino,cùm non esset,dict.l.fin.& ibi gloss.2. & fin.
Donationem inualidam si donatarius iusto errore ductus credat validam , potest eam vsucapere,gl.fi.ibid.
Donatio est contractus,gl.1.in l.si quis emptionis,C.de præscrip.30.vel 40.ann. gl.1.in l.si donationis,C.de his,quæ vi.
Donationes possunt fieri inter absentes etiam per interpositam personam , & adepta possessione ex ea causa transit dominium,l.nec ambigi,& ibi gl. 1. de donatio.
Donatio hodiè debet fieri cum stipulatione quando fit per pactum , sed si fiat per traditionem,potest fieri absenti etiam per interpositam personam,d.gl.1.
Donatio non fit inuito,gl.2.in l.nec ignorans, 10.C.eod.
Donatio quandoque impropriè ponitur pro rei amissione,ibid.
Donationi rectè factæ breuitas chartæ non nocet,l.si aliquid,13.C.eod.
Donationem non vitiat sola senectus, ac debilitas corporis ratione ætatis senio confectæ,nisi sensum abstulerit,l.senectus,16.& ibi gl.1.C.eod.

Donatio immenſa facta per patrem vni filiorum, poteſt per alios filios, tanquàm inofficioſa, vſque ad legitimam eorum, reuocari, authen. vnde ſi parens, C. de inofficio. teſtam.

Donatio immenſa reuocari debet per querelam inofficioſæ donationis, & ea finita, vtili rei vendicatione, † gl. fi. ibid.

Donatio inofficioſa etiam re, & conſilio, nunquàm tamen reuocatur, niſi vſque ad legitimam filiorum, gl. fi. in auth. vnde ſi parens, C. de inofficioſ. teſtam. & l. ſi liqueat, 8. C. de inofficioſ. donatio.

Donatio inofficioſa re, & conſilio per querelam in totum reuocatur, ſi verò ſit inofficioſa re tantùm, reuocatur vſque ad legitimam, & hoc ſecundùm veteres leges, ſed hodiè reuocatur ſemper, quatenus eſt immoderatè geſtum, gloſ. fin. verſ. quintò, in l. 1. C. de inofficio. donat.

Donatio prima ſi non ſit inofficioſa, ſed ſecunda ſit inofficioſa, ſecunda tantùm reuocatur, † reprob. d. gl. fi. verſ. idem ergo.

Donationem totius patrimonij ſi pater fecerit alicui, poſteáque multò plus adquiſierit, illúdque reliquerit filio, non datur querela filio, † reprob. d. gl. fin. verſic. octauò.

16 Donatio ſi non excedat dodrantem, ſed reliqua bona amiſit caſu, ob hoc non efficitur inofficioſa, cùm à principio fuerit legitimè facta, vel interim dum viuit, pendet, ibid.

Donatio inofficioſa reuocatur per vtilem rei vendicationem propoſita priùs querela inofficioſæ donationis, d. gl. fi. verſ. decimò.

Donatio inofficioſa non reuocatur per directam rei vendicationem, propoſita priùs querela inofficioſæ donationis, d. gl. fi. verſ. decimò.

Donatio inofficioſa non reuocatur per directam rei vendicationem, quia qui accipit, factus eſt dominus traditione, vtpote cùm non in fraudem legis, ſed hominis ſit facta alienatio, ibid.

Donatio inofficioſa reuocari poteſt etiam condictione ex lege, d. gl fi. in fi.

Donatio inofficioſa facta à patre filio in poteſtate conſtituto vſque ad legitimam reuocatur iudicio familiæ erciſcundæ, donatio autem facta filio emancipato, reuocatur per querelam, l. 2. C. eod.

Donatio inofficioſa facta à filio matri ſuccurri poteſt ex perſona filij dando reſtitutionem ei, ſi tenuit donatio, aliàs directò vendicaret, gl 2. in l. 4. C. eod.

Donatio immenſa facta vni ex liberis propter ſuperuenientiam liberorum, etiam viuo donatore, reuocatur per querelam inofficioſæ donationis, gloſſ. 4. ibidem.

Donatio matris inofficioſa reuocatur, quatenus modus exceditur, l. ſi mater, 7. C. eodem.

Donationem rei ſibi donatæ à viro ſi vxor fecerit filio emãcipato, conſentiente marito, reuocatur talis donatio tanquàm de bonis viri, non vxoris, ſi reperiatur inofficioſa, l. ſi liqueat, 8. C. eod.

Donatio ad hoc vt reuocetur, ſufficit, quòd tantum euentu ſit inofficioſa, † reprob. gl. pe. ibid.

17 Donatio Imperatoris Conſtantini facta Eccleſiæ valet. † Doct. reprob. gl. conferens, in auth. quomodo oporteat Epiſcopos, col. 1.

Donatio immenſa facta Eccleſiæ vel in piam cauſam à priuato, vel à principe etiam vltra 500. ſolidos, ſine inſinuatione valet, † reprobat. gloſſ. firmam, in §. ſinimus, in auth. de non alienand. col. 2.

Donatio immenſa facta vni ex filiis poteſt reuocari ab aliis filiis, quatenus eſt inofficioſa, ideſt, vſque ad legitimam vniuſcuiuſque, §. 1. & ibi gl. conquerentur, & gl. in donationibus, in auth. de immenſis donatio. col. 7. & l. ſi liqueat, C. de inofficio. donat.

Donatio immenſa facta immenſa extraneis ipſo iure reuocatur in totum à filiis ſupernaſcentibus, † d. gl. in donationibus, in d. §. 1.

Donatio immenſa ſi fuerit immenſa re tantùm reuocatur per querelam ab aliis filiis vſque ad legitimam, ſiue fuerit facta vni ex filiis, ſiue alicui extraneo, ſed ſi fuerit inofficioſa re & conſilio, ſiue fuerit facta filiis, ſiue extraneis, tunc in totum reuocatur, † d. glo. in donationibus, in d. §. 1. & gl. dimidia, in l. Titia, 87. §. Imperator, de legat. 2.

Donatio inofficioſa conſilio efficitur quando parens præcidendæ teſtamenti querelæ cauſa eam fecit, non autem ob id ſolùm, quòd totum donauit patrimonium, gl. pe. in add. marg. in d. §. 1.

in Donatione omnium bonorum præſumitur fraus, ſecus in donatione patris bonorum, l. omnes, 7. §. 1. & ibi gl. vniuerſa, & gl. tradidit, & ibi add. marg. quæ in fraud. cred.

Donatio omnium bonorum non valet, l. ſi libertus, & ibi add. margin. de iure patronat.

Donatio ſi ſit facta in octo vnciis à patre habente vnum filium, & poſteà ab eodem alia donatio in duobus vnciis, reuocatur ſecunda donatio, non prima, †, reprob. gl. in donationibus, in §. 1. in auth. de immenſis donatio. col. 7.

Reliqua verbo, Querela, 19. 20.

18 DONATIO cauſa mortis æquiparatur vltimæ voluntati, l. cùm ij, de tranſactio, gl. mortis, in add. marg. in l. 1. de donat.

Donatio cauſa mortis non requirit aditionem hereditatis, l. etiamſi, 11. & ibi add. marg. de inofficioſ. teſtam.

Donatio cauſa mortis facta filio non infirmatur, eò quòd filius egerit querela inofficioſi contra teſtamentum patris donatoris, & in ea ſuccubuerit, quia illa donatio non pendet ex teſtamento, glo. infirmari, ibid.

Donatio cauſa mortis ſi facta ſit à non domino, & donatario tradita, à cuius poſſeſſione cecidit, habet Publicianam contra poſſidentem, l. 2. & ibi gl. 1. de Publiciana.

Donatio cauſa mortis facta in infirmitate reuocatur, ſi donator conualuerit ex infirmitate, vel liberatus ſit à periculo, l. non omnis, & ibi add. marg. ſi certum petatur.

Donatio cauſa mortis reuocatur, ſi donatorem pœniteat, vel ſi priùs deceſſerit donatarius, d. l. non omnis, & ibi gl. deceſſit.

in Donatione cauſa mortis ineſt tacita cauſa ex vtraque parte, ſcilicet ſi donans conualuerit, ſibi reddatur, gl. ſi parendi, in l. 1. §. ſi parendi, de condictione cauſa data.

Donatio cauſa mortis, & legatum in dubio præſumitur cauſa remunerationis, quæ propriè appellatione donationis non continetur, l. idémque, 10. §. fi. & ibi add. marg. mandati.

Donatio cauſa mortis fit propter futurum metum mortis, gl. 1. in l. nec adiecit, 9. pro ſocio.

Donatio cauſa mortis ſic facta, vt ſtatim vel ſimpliciter valeat, trahitur retrò ad tempus contractus, niſi inter coniuges, † gl. non retrò, & gl. donario, in l. ſed interim, 12. §. 1. de donatio. inter vir.

Donatiò cauſa mortis ſic facta, vt demùm morte inſequuta valeat, non retrotrahitur, † d. §. 1. & ibi gl. non retrò, & gl. donatio.

Donatio cauſa mortis licèt ſit contractus, vel pactum, tamen habet inſtar legati in quibus tempus mortis inſpicitur, quoad adquiſitionem, & tranſmiſſionem, d. gl. donatio, ad med. & gl. vitia, ibid.

Donationes cauſa mortis inter cõiuges ſibi inuicem factæ confirmantur, quando ambo ſimul moriuntur, l. cùm hic ſtatus, 32. §. ſi ambo, eodem.

Donatio cauſa mortis extinguitur morte donatarij donatore ſuperuiuente, l. ſi vir vxori, 52. eod.

Donatio mortis ſuæ cauſa facta à ſocero nurui vel genero, non valet, licèt moriatur ſocer, quia mortuo ſocero, nuptiæ non ſoluuntur, etiam ſi ſocer filium exheredaret, l. mortis ſuæ, 53. eod.

Donatio cauſa mortis non comprehenditur in ſtatuto de vltimis voluntatibus, quamuis codicilli comprehendantur, l. fuit quæſtionis, 24. & ibi add. margin. de adquir. hered.

Donatio cauſa mortis non eſt legatum, vel fideicommiſſum, imò in multis differunt, gl. 1. in l. 2. de legat. 1.

Donationem cauſa mortis poteſt filiusfamilias relinquere, licèt teſtandi ius non habeat, non tamen legatum, vel fideicommiſſum, ibid.

Donatio cauſa mortis differt à legato, quia donatio præſtatur quandoque ab herede, ſed legatum ab herede, quandoque tamen præſtatur etiam à defuncto, gl. fi. in l. legatum, 36. de leg. 2.

Donationi cauſa mortis poteſt imponi fideicommiſſum, & ex ea detrahitur Falcidia, qua detracta, fideicommiſſum intrinſecum minuetur, ſecus in extrinſeco, l. cùm patet, 77. §. 1. & ibi gl. præſtari, eod.

Donatio cauſa mortis conſtante matrimonio non valet, quia magis accedit contractui, quàm vltimæ voluntati, vel legato, gloſſ. legatum, in l. 2. de dote prælegata.

Donationem cauſa mortis non perdit donatarius, eò quòd donantis teſtamentum falſum dixerit, l. poſt legatum, §. pen. de his, quæ vt indignis.

Donatio cauſa mortis ſimilis eſt legato, gl. remiſſum, in l. quod de bonis, 15. ad legem Falcid. & l. 1. §. 1. ſi quid in fraudem patroni. & l. Senatus, 35. & ibi gl. 2 de donat. cauſ. mort.

Donationes cauſa mortis non debentur, imò infirmantur per æs alienum, l. circa legem, 66. §. fi. ad legem Falcid.

in Donatione cauſa mortis, quæ non fuit tradita à defuncto, habet locum ſatiſdationis ſtipulatio pro rebus ſic donatis conſeruandis, quam ab herede petere poteſt donatarius, gl. fi. in l. etiam, vt legatorum nomine caueatur.

Donationes cauſa mortis ex teſtamento dependentes rumpuntur teſtamento rupto, l. 3. de legat. præſtand.

Donatio cauſa mortis dicitur, cùm quis tradendo in vita vel ſe obligando magis vult ſe habere, quàm eum, cui donat, & magis eum, cui donat, quàm heredem ſuum, l. 1. & ibi gl. 1. de donat. cauſ. mor. §. hæ mortis, Inſt. de donat.

Donationum cauſa mortis tres ſunt ſpecies, vna, cùm quis nullo præſentis periculi metu conterritus, ſed ſola cogitatione mortalitatis donat, alia cùm quis ita donat imminente periculo commotus, vt ſtatim fiat accipientis, reuocatur tamen eo conualeſcente, tertia, quando periculo mortis non ita donauit, vt ſtatim fieret accipientis, ſed tunc demùm cùm mors fuerit inſequuta, l. 2. de donatio. cauſa mort.

Donatio, quæ fit ſola mortis cogitatione reuocari poteſt, † reprob. glo. 1. ibid. & gl. 1. in l. quæ dotis, 34. ſolut. matrim.

Donatio mortis cauſa duobus modis accipitur, primo, latiore ſignificatione, pro eo quo vndecunque, & quomodocunque quis propter alterius mortem accipit, tametſi cadat in ſpeciale nomen, vt legati, fideicommiſſi, vel hereditatis; ſecundo modo, propria ſignificatione, quod propter alterius mortem accipitur, habétque nomen ſpeciale, d. l. 2. in add. marg.

Donatio cauſa mortis etiam facta ante crimen commiſſum, & non cogitatione criminis ſequuto crimine, & etiam condemnatione reſcinditur, l. ſi aliquis, 7. de donat. cauſa mortis.

Donatio cauſa mortis filij, vel alterius facta à patre, vel ab alio cõfirmatur morte filij, vel eius, cuius cauſa donatur, † gl. mortis, in l. qui pretio, 8. eod.

Donationem cauſa mortis filij emancipati vel alterius extranei factam ab extraneo non poteſt donator ſolus reuocare ex pœnitentia, ſed donationem cauſa mortis filij in poteſtate poteſt pater ſolus ex pœnitentia reuocare, ſi pater rem ipſius patris donauit filij nomine, ſecus ſi rem ipſius filij, & eius nomine, † ibid.

in Donationibus cauſa mortis poſſunt apponi pacta, quòd valeat donatio omnimodò, & præmoriente donatario, vel quòd reddatur etiam donatore præmoriente, item quòd reddatur quandocunq; donantem pœniteat, vel quòd non aliter reddatur, quàm ſi eum, cui donatur, contingat priùs mori, l. ſi alienam, 13. §. fin. eod.

Donatio cauſa mortis poteſt fieri ſub pacto, quòd nullo caſu poſſit reuocari, quo caſu etiamſi conualuerit donator, non poterit reuocare, quia erit donatio inter viuos, d. §. fi. & ibi gl. fin.

Donatio cauſa mortis, & legatum æquiparâtur, differunt tamen in quibuſdam, veluti filiusfamilias mortis cauſa donare poteſt, ſed non legare etiam patre conſentiente; item donatio quandoque ab herede, quandoque à defuncto, ſed legatum ſemper ab herede præſtatur, item in donatione obligatur donatarius ad reddendum ratione poſſeſſionis, ſed non in legato, l. Marcellus, 15. §. fin. & ibi gl. fin. eod.

Donario cauſa mortis etiam dum pendet, an conualeſcere poſſit donator, per pœnitentiam, vel præmoriendo donatario poteſt reuocari, l. mortis cauſa, 16. & ibi gloſſ. fin. eod.

duellionis,l.si aliquis,7.& ibi gl.fi.de donat.caus.mor.& gl.fi.in l. res vxoris, 14.C.de donat.inter vir.

Donatio inter viuos facta in fraudem ante crimen commissum non valet,gl.pe. ibid.& d.gl.fi.

Donatio inter viuos dicitur illa,quæ etiam in mortis articulo nulla facta mentione de morte fit,l.hæc enim,6.in add.marg.de donat. causa mort.

Donationis inter viuos commemoratio facta in testamento, si non appareat de donatione habet vim testamenti,l.si donatio,6.C.de donat.

Donationes simplices,quæ sine vlla mortis cogitatione fiunt, appellantur inter viuos,quæ non comparantur legatis,§.aliæ autem,Instit.de donat.

Donationes inter viuos postquàm fuerint perfectæ, temerè reuocari non possunt,nisi ex modis expressis,in lege,ibid.

Donationes inter viuos perficiuntur,cùm donator suam voluntatem scriptis,vel sine scriptis etiam nudo pacto manifestauerit per verba futuri temporis, vt dabo,vel donabo,aut præsentis temporis,vt do,vel dono, §. aliæ,& ibi gloss. manifestauerit.

in Donatione inter viuos requiritur stipulatio, & traditio, sicut olim, quando factum donatur,item requiritur præsentia donantis, & donatarij, vbi fit donatio certæ personæ,secus si incertæ,gl.voluntatem,in additione,ibid.

Donationes inter viuos ad exemplum venditionis habent in se necessitatem traditionis,vt etiamsi donator tradere nolit, habeant plenissimum, & perfectum robur, & teneatur donator tradere rem donatam per condictionem ex lege,d.§.aliæ autem.

Donatio inter viuos post delictum facta valet, nisi in crimine læsæ maiestatis, post donationem autem facta non valet,gl.fin.in l.res vxoris, 24.C.de donat. inter virum.

28 DONATIO consistere potest inter patrem,& filium ex causa dotis, l.Pomponius,35.de famil.ercisc.

Donatio facta à matre filio in potestate patris constituto nullius est momenti, quia patri quæritur, sed si donauerit mater filio eunti ad castra, non prædia, sed res mobiles,aut se mouentes,valet donatio,quia filio quæritur,& non patri,& est castrensis peculij,l.3.§.qui in eiusdem,de donat.inter virum.

Donatio facta matri,vel nouercæ à filio primi mariti,vel à priuigno, vel à quolibet alio mariti potestati subiecto,valet,ibid.

Donatio facta filio in potestate sicut confirmatur post mortem donantis,si moriatur ante filium,ita confirmatur,si filium emancipasset,& donationem non reuocat,l.donationes,31.§.pater,de donat.

Donatio facta à matre filio,non reuocatur ex causa ingratitudinis,nisi in tribus casibus,gl.offensa,in d.l.donationes,31.§.1.eod.

Donatio facta à patre filio in potestate, confirmatur morte patris, tamen quia propriè non est donatio, sed magis legatum, possidetur,ac vsucapitur, quasi pro legato,non pro donato,† gl.herede,in l.2.§.fin.pro herede.

Donatio facta à patre filio in potestate,confirmatur morte patris,&dicitur quasi legatum, ex quo tamen non sit vera donatio inter viuos non eget insinuatione,nec habet locum lex,si quis argentum,dict.gloss. pro herede, in additio.margin.

Donatio facta à patre filio in potestate,confirmatur morte patris, quando filio tanquàm benemerito fuit facta,aliàs est nulla,neque morte confirmatur, l.1. §.1.& ibi gl.donatio,pro donato.

Donatio facta filio in potestate tanquàm benemerito,licèt morte confirmetur, non tamē vsucapitur pro donato,sed bene pro legato,† reprob.d.gl.donatio, in d.l.1.§.1.pro donato.

Donatio facta filio in potestate,nec olim, nec hodiè valet, quia in profectitiis etiam secundùm iura hodierna nihil est innouatum, vnde cùm pater donans filio sibi ipsi donat,nulla est donatio,d.glo.donatio,in add.marg.

29 Donatio facta filio in potestate tanquàm bene merito non valet, etiamsi pater in donatione affirmauerit,nisi probentur bene merita filij,d.gl.donatione, in add.marg.

Donatio de re aliena filio in potestate facta à patre mortuo patre ex heredato filio, potest vsucapi pro donato ex die, qua ratam donationem habuit heres patris,l.si pater,eod.

Donatio facta à patre filio in potestate non valet,gl.1.in l. 2. C. si aduersùs donationem.

Donatio facta à patre filiis emancipatis reuocari non potest,& ita rem donatam posteà transferendo in alium nihil agit,d.l 2.

Donatio non valebat olim inter patrem & filium, hodiè autem valet etiam in filium in potestate,valet etiam quælibet obligatio ex causa aduentitia,† glo. fi.in auth.vnde si parens,C.de inofficioso testamento.

Donatio inter patrem & filium in potestate morte patris confirmatur,sed reuocatur quatenus est inofficiosa,† ibid.

Donatio inter patrem & filium in potestate ob bene merita filij valet, & tenet, quia tunc fit donatio,vt extraneo,& non vt filio,ibid.

Donatio inter viuos vel causa mortis facta à patre filio non computatur ei in legitimam,nisi expressè dictum sit,secus in quarta iure institutionis,vbi computatur,etiamsi non fuerit dictum,gloss.1.in l.si quando,35.§.fin.C.de inoffici os.testam.

Donatio à patre in filium quandoque statim transfert dominium,scilicet in dote,& in donatione propter nuptias,gl.1.in l.2.C.de inofficios.donat.

Donatio rerum mobilium a patre facta in filium euntem ad castra,statim transfert dominium in filium,ibid.

Donatio patris de aliquo diurno facta in filium pro alimentis, statim transfert dominium,vel etiam si remiserit vsumfructum in aduentitiis,ibidem.

Donatio à patre facta filio ex causa aduentitia, hodiè valet, cùm possit habere hodie aduentitia quantùm ad proprietatem, licèt reuocetur, si fuerit inofficiosa,ibid.

30 Donatio patris facta in filium ex quacunque causa ante Iustinianum erat nulla, quia si qua esset,patri quærebatur,vnde perinde erat,ac si sibi ipsi donaret,nisi morte confirmaretur,† ibid.

Donatio patris facta in filium morte confirmata non retrotrahitur quantùm ad dominium, vt qui olim expressa voluntate non poterit esse dominus, nunc videatur voluntate ficta fuisse, quantùm autem ad fructus, retrotrahitur,† gloss.3.in d.l.2.& gl.referatur,in l.donationes,quas,25. C. de donatio. inter virum.

Donatio patris facta filio valet,si morte patris tacitè,vel expressè firmetur,& filio adiudicātur donata absque communicatione, vel diuisione cum fratribus, gl.pe.in l.4.C.famil.ercisc.

Donatio per patrem filiæ emancipatæ, vel ab alio patre natæ, vt creditoribus soluat,ea non soluente resoluitur ab herede filio condictione ob causam, secus si fuisset facta filiæ in potestate,quia tunc,cùm patri non nascatur condictio,neque eius filio,gl.1.in l.2.C.de condictione,ob causam.

Donatio perficitur,& adquiritur dominium emancipato filio, si pater tradat ei fundum,quem emit eius nomine,dum erat in potestate,vel si emancipatus filius reperitur esse in possessione de voluntate patris, l.2. C.si quis alteri, vel sibi.

Donatio non perficitur,neque dominium adquiritur filio in potestate, eò quòd res donata sit tradita filio in potestate,vel reperiatur in possessione de voluntate patris,gl.1.eod.

Donationes fieri non possunt inter seruos,& filios,qui sunt in potestate, gl. 2.in l.4.C.de donat.inter virum.

Donatio,quam pater in liberos cuiuscunque sexus in potestate constitutos confert, confirmatur morte patris, si fuerit vsque ad legitimum modum, vel si excesserit,fuerit actis insinuata, l. donationes, quas parentes,25.C.de donat. inter virum.

Donatio, quam pater in filios in sua potestate constitutos, vel maritus in vxorem, vel è conuerso morte donatoris non confirmatur, si fuerit vltra legitimum modum,nisi fuerit insinuata,ibid.

Donatio vltra legitimum modum, quam pater in filios in sua potestate constitutos, vel maritus in vxorem, vel vxor in maritum confert absque insinuatione,si in vltima voluntate fuerit confirmata à donatore,rata habebitur, & ex eo tempore,quo fuit confirmata,capit firmitatem,ibid.

Donatio infra legitimum modum, vel eum modum excedens actis insinuata, si à patre in filium in potestate,vel à marito in vxorem, aut è contrà fuerit facta,& in vltima voluntate à donatore confirmata,ab eo tempore, quo donatio erat facta,capit firmitatem,ibid.

Donatio,quam pater confert in filium in potestate, dicitur non valere iuris impossibilitate,at donatio facta à marito vxori, vel è conuerso, dicitur non valere iuris prohibitione,gl. 1.ibid.

Donatio simplex facta filio in potestate mortuo patre regulariter non debet conferri,gl.fi.& ibi add.marg.in auth.ex testamento,C.de collatio.

Donatio simplex facta filio in potestate mortuo patre confertur, si pater in testamento hoc expresserit, vel donauerit pater vni filio inter viuos, alteri ob causam ne emergat inæqualitas,fit collatio,ibid.

Donatio facta filio in potestate vt filio, aut vt habeat in peculium profectitium,mortuo patre debet conferri, ibid.

Donatio simplex facta filio emancipato mortuo patre confertur, † gloss. fin. & ibi add.ibidem.

Donatio simplex facta filio in potestate non valet in vita patris, sed assumit sibi vim post mortem,& habetur vt legatum,vel fideicommissum,ibidem.

Donatio à patre filio in potestate simpliciter facta, & non exprimendo ob merita,intelligitur facta ob merita,& non ex affectione paterna, gl.fi.in l. si donatione,18. C.eod.

Donatio simpliciter à patre filio in potestate facta valet, si merita præcesserint, secus si non præcesserint,ibid.

Donatio à patre facta filio in potestate, si non præcesserint merita, non valet, etiam si pater asserat,quòd donat filio vt extraneo ob merita,ibidem.

Donatio simplex facta ab ascendente descendenti non confertur, nisi fuerit expressè dictum,vel frater, vel soror petens collationem habeat dotem vel donationem propter nuptias,quam illi conferre tenetur,l.pe. C.eod.

Donatio simplex confertur,quando donator hoc expressit, vel quando emergit inæqualitas,gl.fi.ibid. 3

Donationem simplicem debet filius in potestate conferre emancipato,d.gl. fi.& ibi add.marg.

Donationem simplicem non tenetur conferre filia habens dotem, & donationem simplicem sorori habenti dotem tantùm,nisi pater hoc dixerit,d. gl fin.

Donatio est priuati iuris,& ideò existens in potestate patris cum eius voluntate potest donare causa mortis, testari tamen non potest, quia testamenti factio publici iuris est,gl.fi.in l.3.C.qui testamenta facere.

Donatio à patre si sit facta filio in potestate, quamuis credat filius valere donationem, non vsucapit pro donato, etiam patre mortuo, glo.fi.in l.fin.C.pro donato.

Donatio à patre facta filio in potestate non valet,nec filius potest vsucapere pro donato, nisi heredes mortuo patre ratum habeant, poterit tamen vsucapere quasi pro legato, ex tacita donatione confirmata, etiam si heredes donationem ratam non habeant,ibid.

Donatio facta filio in potestate est potiùs quædam donandi destinatio, quàm perfecta donatio,l.cùm de bonis,11.& ibi gl.gl.C.de donat.

Donatio facta filio emancipato valet,& dicitur perfecta donatio,ibid.

Donatio facta in filium etiam in ipsa emancipatione valet,d.gl.1.

Donatio facta filio emancipato sicut valet, ita & facta filio in potestate per emancipationem confirmatur, si pater tradidit,& non ademit, secus si pœnituit ante emancipationem, vel in ipsa emancipatione, l. siue emancipatis, 17.C.eodem.

Donatio perfecta per matrem vni ex filiis marito, & aliis filiis absentib. valet, neque potest reuocari eo prætextu, quòd dicatur mater se donasse in absentiam mariti & aliorum filiorum,l.velles,6.C.de reuocan.donat. 3

Donationem,quam fecit mater filio ingrato,potest reuocare, nisi post mortem mariti viuat inhonestè,vel secundò nubat,l.his solis,7.C.eod.

Donationem,quam fecit mater filio ingrato,non potest reuocare,si filius,antequàm sit ingratus,vendidit, donauit, vel dedit in dotem alicui id, quod sibi fuit donatum,ibid.

Donationem

Donatio loci causa sepulturæ facta marito vxori, vel è contrà, valet, & locus efficitur mulieris, cùm corpus humatur, sed antequàm corpus humetur, & fiat locus religiosus, donantis manet, & si vxor vendiderit, manet locus donatoris, ibidem.

Donatio inter coniuges valet, vbicunque donator non diminuit de facultatib. suis, vel etiam si diminuat, locupletior tamen non fiat is, qui accepit, dict. l. si sponsus, §. fi. eod.

in Donationibus inter coniuges iure ciuili impeditis eatenus donatum reuocatur ab ea, vel ab eo, cui donatum est, vt si quidem res donata extet vendicetur à donatore, si sit consumpta condicatur, quatenus locupletior quis eorum factus sit, l. si mulier, 6. & gl. 1. in l. cùm hic status, 32. eod.

Donatio inter virum, & vxorem causa mortis facta valet, quia euentus donationis excurrit in tempus, quo vir & vxor esse desinunt, & interim res non fiunt eius, cui donatæ sunt, sed tunc demùm cùm mors sequuta est, l. si eum, 9. §. fin. cum duabus legibus seqq. eodem.

Donatio inter virum & vxorem causa mortis facta ita, vt nullo modo reuocetur, nullo modo valet, glo. sed omnis, in l. sed interim, 11. §. 1. eodem.

Donatio inter virum & vxorem causa mortis facta non retrotrahitur, sed tantùm valet ex tempore mortis, sed donatio inter virum & vxorem inter viuos facta, si fuerit morte confirmata, retrotrahitur ad tempus contractus, † d. §. 1. & ibi gl. donatio.

Donatio inter coniuges in casibus, in quibus retrotrahitur, etiam sequens traditio à muliere facta in pendenti habebitur, vt quando inter viuos fit, quę morte confirmatur, d. l. sed interim, 11. §. si vxor, eodem.

Donatio inter coniuges diuortij causa facta valet, si facta fuit sub ipso diuortij tempore, sed non illa, quæ ex cogitatione quandoque futuri diuortij fit, d. l. sed interim, § fi. cum l. seq.

41 Donatio inter coniuges mortis causa facta infirmatur dissoluto matrimonio, diuortio; & si donatio fuit facta in casum diuortij, infirmatur, si fuerit morte dissolutum matrimonium, quia in alium casum facta fuit donatio, d. §. fin. cum duab. legib. seqq.

Donatio inter coniuges in casum deportationis facta valet, quemadmodum in casum diuortij, l. sed si mors, 13. eod.

Donatio mortis causa facta inter coniuges confirmatur deportatione mariti facta, tanquàm si mortuo marito data habeatur, ita tamen, vt maritus adhuc habeat licentiam reuocandi eam donationem, quia mors eius expectari debet, vt plenissimam habeat firmitatem, ibid.

Donatio inter coniuges, quę morte confirmatur, ita demùm valet, si traditio vera vel ficta sit facta, non alias, l. Papinianus, 23. & ibi additio marg. eod.

Donatio inter coniuges præstat iustam causam vsucapiendi ante contractũ matrimonium, & posteà vel soluto, vel constante, l. si inter extraneos, 24. eod.

Donationes inter virum & vxorem, ex quib. causis concessæ sunt, ex eisdem inter socerum & generum, vel nurum sunt concessæ, l. sed & si, 25. § fi. eod.

Donationes ex his causis, ex quib. prohibentur inter virum & vxorem, prohibentur inter socerum, generum, & nurum, l. si eum, 26. §. fi. gl. Neratius, eod.

Donationis inter virum & vxorem prohibitio debet intelligi & tractari non amarè, nec tanquàm inter infestos, sed tanquàm inter coniunctos maximo affectu, & solam inopiam timentes, l. si id, quod, 28. §. si quas, eod. & gl. pupilli, in l. magis, §. fundum, de Magistrat. conueniend.

Donatio non præsumitur, quando vir vxori, vel è contrà remisit pignus, & idem, quando dilationem temporis remisit, gloss. potuerit, in l. sed si vir, 31. §. quod vir, de dona. inter virum.

Donatio inter virum & vxorem non valet, confirmatur tamen superstite donatario morte donantis, qui eadem voluntate ad vltimum vitæ spiritum præstitit, à qua donatione sic confirmata detrahitur Falcidia, perinde ac si testamento relicta esset, l. cùm hic status, 32. & ibi add. marg. eod.

Donatio inter coniuges morte donantis superstite donatario confirmatur, quia eo ipso, quòd non reuocauerit expressim, præsumitur perseuerasse in eadem voluntate, d. l. cùm hic status, & ibi glossa confirmatum, & gl. forsitan.

42 Donationem vxori fecisse si donatorem pœniteat, & mox desiit pœnitere, valet donatio, & attendendum est supremum eius iudicium, quia eius voluntas ambulatoria est vsque ad extremum vitæ spiritum, d. l. cùm hic status, §. pœnitentiam.

Donationem vxori fecisse si semel donatorem pœnituit, & hoc constat, etiam heres eius potest eam donationem reuocare, secus si non constat de pœnitentia donatoris, ibid.

Donatio inter virum & vxorem extinguitur, quando donator vel donatarius efficitur seruus, licèt seruitus morti comparetur, d. l. cùm hic status, §. si donator, eodem.

Donatio inter coniuges vt morte donantis confirmetur, requiritur, quòd mors sit vera, non ficta, d. §. si donator, & ibi add. marg.

Donatio inter coniuges reuocatur quãdo donator mortem sibi ob sceleris conscientiam consciuerit, vel quando post mortem eius memoria damnata sit, velut ob crimen læsæ maiestatis, d. §. si donator.

Donatio inter coniuges morte donantis non dicitur confirmari, quando donatarius donata consumpsit, & ob id non sit locupletior, cùm non sit quod confirmetur, secus si sit locupletior, quia tunc confirmatur, d. l. cùm hic status, §. quod ait, eod.

Donatio vxori si fuerit facta à marito & vxor consumpta donata pecunia, nec facta locupletior, si dederit de suo tantam pecuniam viro donanti, eáque extet, potest repetere eam pecuniam marito decedente, qui factus fuit locupletior, neque id quod consumpsit vxor compensabitur, quamuis diuortio sequuto compensaretur, ibid.

Donatio inter virum & vxorem præcedente donataria reuocatur, d. l. cùm hic status, §. si diuortium, eod.

Donatio inter coniuges reuocatur diuortio sequuto, nisi donator de nouo velit donare, vel confirmare quod donauerat, ibid.

Donatio inter coniuges non reuocatur, si diuortio facto matrimonium restauretur, vt donatoris voluntas reconciliata sit, quia tunc donatore mortuo, in matrimonio confirmatur donatio, ibid.

Donatio inter coniuges non censetur reuocari, eò quòd non diuortium, sed fribusculum inter eos interuenerit, id est, ob subitariam iram coniuges recesserint, non tamen diuerterint, sed fribusculo cessante, itaque quiescente reuertantur, ibidem.

Donatio inter coniuges nullius est momenti si priùs is, cui donatum est, moriatur, d. l. cùm hic status, §. si ambo, eodem.

Donatio inter coniuges confirmatur, quando ambo decesserunt, nec apparet quis primò decesserit, ibid.

Donationes inter coniuges confirmantur, quando ambo simul decesserunt, nec apparet, quis primò decesserit, ibid.

Donationes inter coniuges si sibi inuicem fuerint factæ, & ambo apud hostes capti ibi moriantur, prima hora captiuitatis, tunc videntur ambo mortui, & qui priùs captus fuerit, fingitur priùs mori, & sic confirmatur eius donatio, & si alter tantùm redierit ab hostib. præsumitur quòd ipse superuixerit, & sibi facta donatio confirmat. ibid.

Donatio inter virum & vxorem sicut morte donatoris confirmatur, ita & donatio inter eos facta, qui propter matrimonium prohibentur, morte donatoris confirmantur, d. l. cum hic status, §. oratio.

Donatio ab vxore consensu sui patris facta, marito morte vxoris donantis confirmatur, neque exigitur vtriusque mors, d. glo. voluntate, in d. §. oratio.

Donatio inter virum & vxorem morte donantis confirmatur, siue donatio consistat in re, siue in remissione obligationis, vt si vir liberauit per acceptilationem ex causa donationis vxorem sibi debentem centum, liberatio confirmatur morte viri, d. l. cum hic status, 32. §. siue res, eodem.

Donationis causa, si emptio inter virum & vxorem contracta sit, nulla est, vt si minoris vendita sit res donationis causa, vel si posteà pretium sit remissum, si tamen in eadem voluntate perseueret venditor, eius morte confirmatur, d. l. cùm hic status, §. si inter virum, eod.

Donatio inter coniuges potest reuocari à donatore, vbi matrimonium tenet, sed vbi non tenet, nulla est reuocatio, quinimò fisco cedit, & applicatur huiusmodi donatio, si donans putauerit donationem valere, d. l. cùm hic status, §. fi. & ibi add. marg. & gl. fi. eod.

Donatio, quam vxor facit marito, vt statim filiam communem dotet ex ea, valet, l. siue vxor, 34. eo de donat. inter virum.

Donatio marito ab vxore facta licet ab initio non valeat, si tamen posteà patiatur virum eam donationem pro filia communi in dotem dare, ex consequenti consensu valet talis dotis donatio, ibid.

Donationes inter coniuges post diuortium non legitimè factum nullius sunt momenti, cùm non videatur solutum matrimonium, secus si inter coniuges legitimè diuortio facto factæ fuerint donationes, quia tunc valent illæ, l. si non secundum, 35. & ibi add. marg. eod.

Donatio inter virum & vxorem exilij futuri, vel iam imminentis causa fieri potest, l. inter virum 43. eod.

Donatio præsumitur in dubio inter virum & vxorem in paruis, sed in maioris momenti rebus præsumitur negotiorum gestio, gl. 1. in add. marg. in l. vtrum, 47. eodem.

Donatio inter virum & vxorem quamuis sit prohibita, non tamen inter eos prohibentur alij contractus, modò non fiant donationis causa, l. si prædia, 58. & ibi gl. interuenisse, & ibi add. eo.

Donationes inter virum & vxorem diuortij causa valent, l. sed interim, 11. in fi. & l. vitricus, 60. eod.

Donatio inter coniuges infirmatur, & reuocari videtur diuortio facto, nisi succedat nouus consensus, l. & ideò, 62. & ibi gl. 2. & add. marg. eod.

Donatio vxori diuertenti facta à marito, vt reuertatur ad eum, valet, l. vir mulieri, 64. eodem.

Donatio facta à viro ei, quæ nondum viripotens nupserat, si præcesserunt sponsalia, valet, l. quod vir, 65. & ibi gl. 1. eod.

Donatio inter coniuges post contractum matrimonium facta non valet, etiam si fiat ante instrumentum dotis, vel post, vel ante dictionem vxoris in domum viri, l. pe. & ibi gl. 2. eod.

Donatio inter coniuges non valet, nisi ante matrimonium legitimo consensu, & de præsenti contractum fiat, ibid.

Donatio ab vxore viro facta valet, quando vxor donauit viro rem emptam ex pecunia sibi data à viro, l. fi. eod.

Donatio inter virum & vxorem circa expensas vtiles, & necessarias in re dotali factas, quæ repeti possunt, non valet, fallit tamen quandoque, l. in voluptariis, & ibi gl. 1. de impensis.

Donationes inter virum & vxorem regulariter non valent, fallit quando coniugi manumissionis causa donatur, & in aliis casib. l. si quando, 109. & ibi glo. non sint, de legatis, 1.

Donatio inter virum, & vxorem, mortuo priùs donatario, reddit ad donantem, sed si ambo, simul decesserint, valet donatio, nisi probetur donatorem superuixisse, l. si inter virum, & ibi gl. fi. de reb. dubiis.

Donatio inter coniuges ratione mutui amoris prohibetur, non ratione mutui odij, d gl. fi. eod.

Donatio inter coniuges licèt ab initio non valeat, tamen tractu temporis, idest, mortuo donante, confirmatur, quia cessant tunc rationes prohibentes, & infringentes donationem, ibid.

Donatio rerum, quæ vxoris causa emptæ, ac paratæ sunt, facta vxori, tenet vsque ad vires dotis ad sustinendam mulierem, neque potest reuocari vt non possit peti, secus in aliis rebus, quarum donationes ipso iure sunt nullæ, gl. fin. in l. is, qui quadringenta, 80. §. fi. ad legem Falcid.

Donatio inter coniuges propter matrimonium non valet, glos. meretricib. in l. affectionis, 5. de donatio.

Donatio si sit facta mulieri, & dubitetur an illa ante donationem sit vxor, vel non, inspiciendum est hoc, considerata conditione personæ, ac vitæ coniunctione, l. donationes, 31. & ibi gl. 1. eod.

Donatio inter coniuges licèt sit prohibita, non tamen extenditur ad id, quod non est præiudiciale, ac damnosum donanti, l. 1. §. si vir vxori, de adquiren. possessione.

ex Don

ante matrimonium dominium non tranſit, quia noluit donator, nec poſt, quia non potuit,gl.1.ibid.

52 Donatio facta à ſponſo ſponſæ in tempus ſoluti matrimonij valet, vt eſt donatio cauſa mortis,ibid.

Donatio ſi ſit facta ſponſæ ab eo, qui eam ficto cælibatu, cùm aliam vxorem domi haberet,ſollicitauit ad nuptias,ipſa ſponſa petere cum effectu non poteſt,l.ea,quæ tibi,5.C.eod.

Donatio ſponſæ illegitimæ facta non valet,ita relictum vt coniugi,quæ coniux eſſe non poteſt, non valet,gl.fi.ibid.

Donatio ſimplex in dubio facta die nuptiarum in vxoris domo præſumitur facta ſponſæ de futuro, quæ valida eſt, ſi in domo viri præſumitur facta vxori iam contracto matrimonio, & ſic non valet, l.cum in te, 6. & ibi gloſſ. 3. C.eod.

Donatio in dubio facta ſponſæ in via,ſ.dum in domum viri ipſa ducebatur, valet,& tenet,ſicut ſi fuiſſet facta in domo ſponſæ,gl.pe.ibid.

Donatio ſponſæ filij facta & perfecta, quam voluntas donantis iuriſque authoritas facit ratam,reſcindi non poteſt etiam reſcripto principis,l.cùm te ſponſæ, 9.C.eod.

Donatio ſimpliciter & non contemplatione matrimonij facta ſponſæ non reuocatur,licèt matrimonium non ſequatur,l.ſi filiæ tuæ,10.C.eod.

Donatio ſimpliciter & non ſub conditione futurarum nuptiarum facta ſponſæ non irritatur ex eo,quòd poſt res donatas & traditas ſponſæ deceſſerit ſponſus,l.ſi tibi res,11.& ibi gl.1. C.eod.

Donatio ſub conditione matrimonij facta ſponſæ, ſequuto matrimonio per mortem viri non irritatur,d.gl.1.

Donatio perfecta ſponſo,vel marito filiæ facta à ſocru ſimpliciter,& abſque vlla conditione matrimonij,ſine vlla repetendi,l.nuptiis diuortio ſolutis,non diſſoluitur,l.ſi mater,12.& ibi gl.1.C.eo.

Donatio facta ſponſo à ſponſæ parentibus debet conferri à ſponſa ſuccedēte ab inteſtato parentibus, ſi conſtat donationem factam ſponſo propter ſponſam, ſecus ſi non conſtet,l.vt liberis,17.& ibi gl.4. C.de collatio.

Donatio facta ſponſo à parentibus vel attinentibus ſponſæ, intelligitur facta contemplatione ſponſi,& ei adquiritur, non verò intelligitur facta contemplatione ſponſæ,licèt eius attinentes ſint,niſi appareat quod contemplatione ſponſæ ſit facta donatio,ibid.

Donatio ſponſæ quando fit hoc expreſſo,quòd reuocari non poſſit,& tunc ſoluto matrimonio reuocari non poteſt,ſed quando ſimpliciter eſt facta ſponſæ, nullo expreſſo,tunc olim præſumebatur ex mera liberalitate, & erat irreuocabilis, hodiè tamen præſumitur facta ob cauſam futuri matrimonij,gl. exequentur,in fi.in add. in §.eſt & aliud, Inſt.de donatio.

Donatio inter maritum futurum & vxorem deſtinatam ante matrimonium facta valet,l.dotis,8.& ibi gl.non redduntur.de iure dotium.

Donatio facta ſponſæ mortuo ſponſo ante nuptias interueniente oſculo, valet pro dimidia parte,& reſoluitur pro alia dimidia,l. ſi à ſponſo, C. de donat. ante nuptias.

Reliqua verbo,Sponſus,Sponſa,1.2.3.

53 DONATIO ante nuptias facta valet inter eos, qui matrimonio coituri ſunt, licet eodem die, quo donatum eſt, nuptiæ ſequutæ ſint, niſi in domo viri donatio illa fuiſſet facta, quia cùm apud virum ſit, poſt nuptias factas vere cenſetur,l.inter eos, 27.& ib. gl.2. in add.marg.de donatio.inter virum.

Donatio ante nuptias hodie vocatur propter nuptias,gloſſ.2.in l. 1. C. ſi aduerſus donat.

Donatio propter nuptias,& ante nuptias pro qualitate perſonarum attendenda eſt,ſicut in dote,gl.3.ibid.

Donatio ante,vel propter nuptias facta à minore ſine curatore, non valet,gl.pe. ibidem.

Donatio propter nuptias facta à minore præſente curatore valet, ſi moderata ſit,nec contra eam datur reſtitutio, quia ſubeſt iuſta cauſa, ideſt, ſpes matrimonij,†gl.fi ibid.

Donatio moderata rerum mobilium à minore præſente curatore ſine decreto facta propter nuptias valet,ſecus rerum immobilium, quæ ſine decreto non poſſunt alienari,ibid.

Donatio propter nuptias ſicut ad ſimilitudinem dotis confertur, ita in legitima imputatur,l.quantùm nouella,29.& ibi gl.2.C.de inoff.teſtam.

Donatio propter nuptias ſoluto matrimonio ſicut debet redire ad virum,ita & dos ad mulierem,gl.1.in auth.ſiue à me,C.ad Velle.

Donationis propter nuptias dominium eſt vxoris,ſicut dominium dotis eſt viri, & ideò mulieri datur actio in rem ſtatim pro alienatione rei donatæ propter nuptias,†gl.3.ibid.

Donatio propter nuptias in dominio vxoris eſt, ſi pactum de ea lucranda interuenerit,d.gl.1.ibidem.

Donatio propter nuptias & ante nuptias idem eſt, & fit in recompenſationem dotis,gl. in rub.C.de donatio. ante nuptias.

54 Donatio propter nuptias multiplex eſt, & differt à ſimplici donatione facta ſponſæ, quia pendet ex mera liberalitate quodammodò,item ex dote,gl. 1.in l.cùm in te,C.eod.

Donatio ante nuptias facta mulieri in minori ætate,vel patris auxilio deſtitutæ valet, & tenet, etiam ſine inſinuatione,licèt vltra debitum modum, l.minoribus, & ibi gl.1.C.eod.

in Donatione propter nuptias mulier non habet priuilegium prælationis,ſ.quòd in ea præferatur aliis creditoribus prioribus habentibus tacitam, vel expreſſam hypothecam,gl. cum ipſa,in §. fuerat,Inſt.de actio.

Donatio vltra debitum modum ante nuptias facta mulieri maiori 25. ann. olim abſque inſinuatione nō valebat,hodiè tamen valet,quia ſi pacta lucri cedant parti mulieris,non nocet omiſſa inſinuatio, ſed e contrà nocet viro ad lucrum dotis,gl.1.in l.minorib.17.C.de donatio ante nuptias,& gl.3.in l.ſancimus,§. alias,C.de donatio.

ex Donatione ante nuptias, quàm pater vel alius pro ipſo eius vxori quondam communium liberorum matri donauerat, non cogitur ipſe pater reſeruare aliquid filiis ex illa vxore procreatis, ſiue migrauerit ad ſecundas nuptias, ſiue non,l.ſi liberis,18.C.de donatio.ante nuptias.

Donationem ante nuptias additamento maiorem facere maritus poteſt conſtante matrimonio tanto, quanto dotem vxor auxit conſtante etiam matrimonio, ita vt æqualis ſit quantitas tam dotis, quam donationis, l. ſi conſtante, 19. C.eod.& §. aliud quoque,in auth. de æqualit.dotis,col.7.

Donatio,quæ olim ante nuptias dicebatur,hodiè dicitur propter nuptias, cùm fiat ante & etiam poſt nuptias,l. cum multæ,20.C.eod. & gl. donatum, in l. qui contra,C. de inceſtis nuptiis, & auth.vt immobilia antenuptialis dona.in prin. col.4.& gl.2.in l.ſancimus,34.§.alias verò,C.de donatio.

pro Donatione propter nuptias mulieri aduerſus omnes poſſeſſores competit in rem actio,auth. permiſſa,C. de donatio.ante nuptias.

Donationem propter nuptias maritus poteſt facere vxori dote iam recepta, & nulla donatione ante nuptias facta, ita tamen, vt dotis quantitatem donatio non excedat, ſi maritus declarauerit, quòd non facit ſimplicem donationem,ſed propter dotem, quæ donatio ſupponitur pactis dotalib. & pacta ſuper ea ſeruari debent,d.l. cùm multæ,§.ſi igitur.

Donatio propter nuptias ſi ſit facta dotali inſtrumento antecedente, nulla autem pacta tali donationi poſt nuptias inſerantur, ſecundùm dotales conuentiones donatio cenſetur fieri,& in tali donatione pacta eadem fuiſſe conuenta intelliguntur,ibid.

Donatio propter nuptias non inſinuata propter nuptias, poſt nuptias poteſt iuuari, nullo obſtaculo nuptiarum interuentu faciendo, d.l. cum multæ, §.ſimilique.

Donatio ſi concedatur fieri poſt nuptias,multò fortius inſinuari,ibid.

Donatio propter nuptias olim tria vitia habebat,quę hodie ſublata ſunt, videlicet quod fiebat ante nuptias donatio, hæc non poſt, item vocabatur ante nuptias,item & ante,& non poſt matrimonium contractum poterat inſinuari, hodiè tamen donatio, quæ olim ante nuptias dicebatur, quæ hodiè propter nuptias dicitur, ante & poſt poteſt fieri & inſinuari, glo.1. in d. l. cùm multæ.

Donatio propter nuptias antipherna dicitur, quaſi contra dotem,ab ἀντί, quod eſt contrà,& φέρνα,quod eſt dos, quaſi contra dotem datio, glo. antipherna, in d.l. cùm multæ.

Donatio ante nuptias,& dos dantur propter nuptias, & propter vtramque datur rei vendicatio, glo.& ſubſtantia,ibid.

Donatio propter nuptias,& dos quando à principe conſtituuntur poteſt conſtitui inæqualiter, ſecus vbi ex pòſt facto alterum conſtituitur; hodiè tamen debent fieri æqualiter,gl.quantitatem,in d.l.cùm multæ,§.ſimplices.

Donationem propter nuptias non lucratur vxor etiam dote data, niſi ex pacto ſpeciali, gl. 1.in auth.dos data, C.eod.

Donationem propter nuptias tenetur maritus conſtituere vxori dote recepta, licèt ipſa non lucretur, tamen prodeſt,vel intereſt mulieri, vt ſecurior ſit in dote, nam res ſuas vir alienat conſentiente vxore,quod non eſt in donatione d.gloſſ.1.

Donatio propter nuptias,vt ſibi conſtituatur à marito, poterit vxor dote data agere condictione ex lege,†d.glo.1.

Donatio propter nuptias dote data ſi non fuit conſtituta, nec petita conſtitui, facto diuortio, licet de lucranda tertia parte dotis ſit factum pactum, non poteſt vxor petere eam conſtitui, vt lucraretur etiam tertiam partem, gloſſ. 3 ibid.

Donationem propter nuptias vltra 500.ſolidos poteſt vxor lucrari ex pacto, licèt illa non fuerit inſinuata, at maritus dotem,vel partem ejus ex pacto lucrari non poteſt, niſi ſit inſinuata donatio propter nuptias,auth.eò decurſum, & ibi gl.fin.C.eod.& gl.ad eam,in l. fi.§ ſi.C. de iur.dotium.

Donatio propter nuptias eſt ſpecialis contractus proprius, & diſtinctus, d. 5
auth. eò decurſum, C.de donatio.ante nuptias.

Donatio propter nuptias hodiè non deſiderat inſinuationem, olim tamen deſiderabat,niſi fuiſſet facta mulieri in minori ætate,gl.2.ibid.

Donationē propter nuptias,quàm contulit in vxorē pater, non cogitur illa ſeruare liberis prioris matrimonij,& ſi ad ſecundas nuptias migrauerit, debet ſeruare liberis prioris matrimonij id quod apud maritum ex dote, vel apud mulierem ex donatione reſedit,auth. pater,C.eo.

Donatio propter nuptias excedens debitum modum debet inſinuari, & inſinuatio facta cum principali porrigitur ad eum, qui per conſequentiam videtur eſſe donatum,l.fi.§. ſimili,C.de iure dotium.

Donatio propter nuptias excedens legitimam ſummam ab extraneo data pro alio cum inſinuatione, non ſolùm ad mulierem, cui donatio facta eſt, ſed etiam ad illum, pro quo facta eſt, pertinet ex dotalib. pactis de lucranda ea ſoluto matrimonio, niſi extraneus donans ſtipulatus ſit eam ſibi reddi, d. l. fi.§ ſimili.

Donatio propter nuptias minori legitimæ ſummæ etiam ſine inſinuatione ab extraneo facta valet, & ex pacto maritus lucratur eam, niſi donatur eam ſibi ſtipulatus ſit,ibid.

Donatio ante nuptias in dotem poteſt conuerti, ſed non poſt,glo.fi. in l.2.C.de dote cauta.

Donatio ante nuptias ſponſæ factæ ſtatim valet,l. ſi quidem,13.& ibi glo. facta eſt,C.de donatio.inter virum.

Donatio propter nuptias conferri debet à filio, cùm agitur de ſucceſſione eius qui eam conſtituit,l.vt liberis,17.C.de collatio.& gl. pe.in l.pe.C.eod.

Donatio ante nuptias olim non computabatur filiis in legitimam, hodiè tamen ſic,d.gl.pe.& ibi add.marg.

Donatio ante nuptias, quam vxor à ſuo marito lucrata eſt, mortua ea adhuc in poteſtate patris ad liberos ſuos tranſmittit, non ad patrem iure peculij, l. 3. C.de bonis,quæ liber.

Donatio ante nuptias facta mulieri minori ſine inſinuatione indiſtinctè valet, 5
ſed facta maiori ſine inſinuatione valet vſque ad debitam ſummam, non vltra, l.ſancimus,35.§.alias,& ibi glo. etiam. C.de donat.

Donatio ante nuptias, vel propter nuptias hodiè indiſtinctè valet ſine inſinuatione,gl.3. ibi& gl.inuenit,in §.aliæ autem,Inſt.de donat.

Donatio ante nuptias licet immiſceatur hereditati filij, nihilominùs retinet

propriam

Donare non poteſt vxori ille, qui maritum tangit per poteſtatem, quod tribus modis contingit, gl.2.in l.4.C.de don.inter vir.

Donare non poteſt vxor conſtante matrimonio filio mariti, neque maritus vxoris ſeruo,gl.3 in l.donationes,quas parentes,25.C. de donatio.ante nupt.

Donare non poſſunt maritus,& vxor non ſolùm per ſe,nec per interpoſitas perſonas,l.3 §. ſi ſeruus,de donat.inter virum.

Reliqua verbo, Donatio, 38.vſque 51.Mulier,22. Donata.

4 DONARE non poteſt pater vxoris,vel nurus viro,vel genero, l.3.§.ab vxoris, de donat.inter virum.

Donare poteſt ſocrus nurui, vel econtrà, quia ius poteſtatis non vertitur inter eos, ibidem.

Donare poteſt ſocrus genero,vel econtrà, idem in auo materno, quia non contingunt ſe per poteſtatem,gl.non eſt prohibitum, ibid.

Donare poteſt ſocer genero cauſa mortis filiæ ſuæ,vel cauſa diuortij,& econtrà gener ſocero,l.ſed & ſi,25.§.fi.& ibi gl.pen.eod.

Donare non poteſt maritus vxori lapides, vt in ſuo ædificet, vel frumentum vt ſereret agrum,l.ſed ſi mors,§.fi.& ibi gl.de donatio. cauſa mortis.

Donare poteſt ſocer nurui,vel genero, vel econtrà, & conſocer conſocero, vel econtra,qui copulatos in matrimonio in poteſtate habent, in illis caſibus, in quibus coniugibus ſibi donare permittitur, l. cùm hic ſtatus,32.§.oratio. de donat.inter virum.

Donare ſibi inuicem non prohibentur vitricus,& priuignus prætextu matrimonij,l.vitricus.60.eo.

Donare poteſt pater nurui cauſa mortis filij, etiam conſtante matrimonio filij l. mortis cauſa filij,11.de dona.cauſ.mort.

Donare poteſt ſocrus genero,ſed non ſocer,gl.fi.in l.ſi mater,12.C.de dona.ante nuptias.

Donare quilibet poteſt concubinæ, niſi ſit miles, vel minor, qui donare non poſſunt concubinis,gl.meretricibus,in l.affectionis,5.de donatio,& l.2.C. de dona.inter virum.

Donare non poteſt clericus concubinæ,cùm is dicatur miles cœleſtis militiæ,d. gl.meretricibus,in add.marg.

Reliqua verbo,Donatio, 59.60.

DONANDI animo ſi quis mihi dederit pecuniam, quanquàm & donantis fuerit,& mea fiat, non tamen obligor ei ciuiliter, ſed naturaliter ad antidora,quia non eſt inter nos hoc actum, l. 3. §.1.& ibi gloſſ.obligor, de actio. & obligatio.

Donandi ius habens habet, & vendendi, & concedendi ius, l.cuius,163.de regul. iuris.

Donandi animo ſi ſponſus dotem auxerit, confitendo ſe recepiſſe,centum,cùm nihil,vel ſolùm quinquaginta recepiſſet, nihil eſt actum in donatione, quia in id tempus excurrit dotis conſtitutio,& ſic donatio eo tempore,quo coniugales eſſe incipiunt,non tenet,glo.fi.in l.1.C. de dona.ante nuptias.

Donandi animo ſi ſponſus dotem auxerit confitendo ſe recepiſſe centum, cùm nihil.vel minus recepiſſet, morte donantis non confirmatur talis donatio,ſecus tamen quando diuortio,vel morte donatariæ fuit diſſolutum matrimonium,†d.gl.fi.

DONATVRVS tibi ſi promiſerim ei, qui tu donare volebas, non habeo exceptionem, quòd ſim conueniendus, inquantum facere poſſum, & non in plus contra eum, cui promiſi,quamuis aduersus te mihi competat exceptio illa,gl.fi. in l. pen.de donatio.

Donaturus mihi ignoranti rem meam iuſſu meo,ſi alij tradiderit, non transfertur dominium in illum, cui tradidit, l. & ſi conſenſum,15.§. fin.& ibi glo.fi. de contrah. empt.

1 DONANS, vel vendens maiorem partem patrimonij, præſumitur in fraudem facere,l.nomen,34.§.filio, & ibi glo.omnis, de legat.3.& gl.debet, in l.hereditatem,28.de donation.

Donantium mentes diuerſæ ſunt, & ita donationes inter ſe differunt,gl. 1. in l. 1.de donatio.

Donans Titio decem in hoc,vt Stichum emeret, aliter non donaturus mortuo Sticho antequàm emeretur,donatum repetit condictione ob cauſam, ſed ſi aliàs quoque donaturus eſſet illa ei, tunc mortuo etiam Sticho non repetit illa,l.2.§.fi.eod.

Donans habitationem videtur donare mercedem,l.in ædibus,9.eod.

Donans rem ſuo nomine, quam alieno nomine debebat, non facit accipientis de rigore, & is furti tenetur,ſecus de æquitate,l.ſi tibi dederim,25.& ibi glo. pen.eodem.

Donans hereditatem,quam ſibi obuenit,non cenſetur donaſſe in fraudem creditorum,gl.debet,in l.hereditatem,28.eo.

Donans bona viuentis,in quibus ſperat ei ſuccedere, indignus eſt eius hereditate,& illa applicatur fiſco,l. quidam,30.§.fi.cum l.ſeq.& ibi gl.1.eod.

Donans habet priuilegium,ne condemnetur,niſi in quãtũm facere poteſt,etiam ſi conſtituerit ſe ſoluturum rem donatam, quia cauſa,& origo conſtitutæ pecuniæ inſpicitur, l.qui id, quod,33.eod.

Donantis facultates cùm dubitatur, an ſint ſufficientes ad ſatisfaciendum rei donatæ,adhibetur ſuper hoc diligens inquiſitio,ne exigatur vltrà quàm facere poſſit,maximè ſi ſint parentes,l.cùm ex cauſa,30.de re iudicata.

Donans fundum etiam fructibus plenum, ſi fructus antequàm in mora ſit, percipiat,eos non reſtituit,gloſſ. omnis,in addit. margin.in l.fi.§.fructus, quæ in fraud.credit.

Donans alicui ſeruum manumittendum ſub pœna poteſt agere contra donatarium ad factum, vt ſibi obſeruentur promiſſa, & ſic quòd ſeruus manumittatur,& ſi donatoris heres nolit agere, vt ſeruus manumittatur, tunc ſeruus poteſt agere cuius fauore ſtipulatio de manumittendo interpoſita fuit, l. qui Romæ,122. §.Callimachus,de verb.oblig.

2 Donans rem alicui,vt ſibi alimenta præſtet,poteſt agere ille actione præſcriptis verbis,vt alimenta ſibi præſtet,vel vtili rei vendicatione, cùm ſub modo fuerit donata res,valet tamen vt donatio.gl.fi.in l.3.C.de contrah.empt.

Donans ſponſus ſponſæ ſi tradiderit res donatas, eſt perfecta donatio, idem & ſi promiſerit ſic,vt teneatur,gl.3.in l.1.C.de donat.ante nupt.

Donans rem alienam nihil præiudicat domino,l.C.pro donato.

Donans ſcienter rem alienam contra domini voluntatem dicitur contrectare,& furtum committere, & ideò donatarius non poteſt vſucapere vitio furti impediente,d.l.2.gl.fin.

Donans filius ſponſæ ſuæ rem patris,ſine patris conſenſu, non præiudicat patri, l.ſi filius,4.C.de donat.

Donans alicui rem hac lege,vt ſatisfaceret creditoribus,ſi donatarius non ſatisfecit,& interceſſit ſtipulatio creditores non poſſunt agere contra donatarium ex illa ſtipulatione, ſed bene contra donatorem, & donator contra donatarium præſcriptis verbis,l.cùm res,22.C.eodem.

Donans omnia bona, tenetur præſtare tantum, quantum donauit,habita ratione ne egeat, niſi donaſſet in opus publicum,quo caſu inſolidum tenetur, gl. quantum,in l.ſi quis argentum,§.ſed & ſi,C.eod.

Donans donatario ſuccedens, vel ab inteſtato,vel ex teſtamento,vt hereditatem conſequi potiùs ex remunerationis cauſa, quàm ſucceſſionis iure videtur, quia ea iuris præſumptio eſt,defunctum donate voluiſſe in remunerationem, & etiam præſumptio naturæ,quæ vult, vt benefacienti benefaciamus,§.1. & ibi add. marg.in auth.de non eligendo ſecundò nub.

Donans,vel locans rem intelligitur ſolum donare, vel locare ius,quod in ea habet,l.fi.ad fi.& ibi add.marg.C.de locatio.prædi. ciui.lib.11.

Donans de melioribus rebus debet dare, gloſſ. fin.in l.1. C. de oblatio. votorum, lib.12.

Donans ſimpliciter etiam conſtitutus in extremis, ſi nec adjiciat cauſa mortis, intelligitur donare inter viuos,gl.ſi quid,& ibi add. in princip.Inſt.de donati.

Donans cauſa mortis intelligitur velle quòd donatio non habeat effectum ſe viuente,ſed demùm eo mortuo, & viuente donatario, l.1. & ibi gloſſ. 1. de donat.cauſa mort.

Donans cauſa mortis filiofamilias ſi conualuerit, reuocata donatione poteſt rem,quam donauit, repetere à patre filiifamilias, actione de peculio, id eſt, condictione ſine cauſa in peculio, ſed ſi donauit patrifamilias, qui poſteà ſe in arrogationem dedit,donator conualeſcens repetit ipſam rem rei vendicatione,l.ſi filiofamilias, 19.& ibi gl.1.eod.

Donantes mortis cauſa ſibi inuicem ſi pariter deceſſerint, neutrius heres repetit,quia neuter alteri ſuperuixit, l.ſi qui,26.eod.

Donans mortis cauſa ex pœnitentia repetit donatum,vel per condictionem,vel per vtilem in rem actionem, l.qui mortis cauſa,30.eod.

Donans mortis cauſa videtur gerere obligationem, vt cùm conualuerit, reddatur ſibi,& etiam habet condictionem ob cauſam vel ſine cauſa, quaſi re non ſequuta,l.Senatus,35.§ donatio,eod.

Donans pecuniam cauſa mortis non aliter obligat accipientem, quàm exiſtat caſus,in quem obligatio collata eſt,vt quia donator conualuit, vel pœnituit eum,vel donatarius deceſſit,l. non omnis,& ibi gl. deceſſit,ſi cert.pet.

Donatarius in genere,nu.1 & 2.

Donatarius cauſa mortis,num.3;

DONATARIVS tenetur naturaliter ad antidora donatori, i. ad remunerandum,l.ſed & ſi lege,25.§. conſuluit,de petitione heredit.

Donatarius conſentiens donatori vendere rem donatam,præſumitur donare ratione primæ liberalitatis,l.ſi verò non,12.§.inde Papinianus mandati.

Donatarius non agit de euictione,gl.fi. in l. ad res,62. de ædili.edicto.

Donatario obligato poteſt imponi onus fideicommiſſi,tanquàm debitori,l.cùm quis decedens,37. §. pater,de leg.3

Donatarius ſi ſumptus magnos fecerit in re aliena ſibi donata, poſteà illa ſibi euicta,nullam habet actionem contra donatorem euictionis nomine, niſi donator ſcienter donando rem alienam dolum commiſiſſet, quo caſu contra eum poteſt agere actione de dolo, l.Ariſto,18.§.fin. de donat.

Donatarius poteſt vti acceſſione ex perſona donatoris,l. Pomponius, §.ſed & legatario,de adq.poſſ.

Donatarius rem alienam ſibi donatam rectè vſucapiet pro donato,nec ea interrumpitur,etiamſi donator à donatorio,vt ingrato,éam reuocauerit,& de hoc iudicium per conteſtationem ſuſceperit,l.2 pro donato.

Donatarius ſeruum ſibi donatum à non domino, ſi antequàm vſucepiſſet,manumittat,non valet manumiſſio,& deſinit vſucapere,l.pen.eod.

Donatarius,cui inofficiosè donatum eſt, poteſt onere fideicommiſſi grauari, l. Titia,87. §.fi. de leg. 2.

Donatarius, qui ante traditionem ædificauerat in fundo donato,ſciente, & non contradicente domino, petens eum a donatore poſteà poſſidente, poteſt replicare de dolo contra eum excipientem, quod vltra modum fuit donatio, quia dolò facit donator, retinendo fundum cum ædificio non redditis expenſis factis eo ſciente, & patiente, l. purè mihi, §. ſi donaui, de doli mali exception.

Donatarius,cui donatur nõ expreſſa cauſa donationis,rectè faciet, ſi curet adiicere aliquam conditionem,eámque adimpleat,quia conditio omnis eſt ſufficiens cauſa ad obligandum,l à Titio,107. & ibi add.marg. de verb.oblig.

Donatarius, cui res aliena ſibi donata ſurrepta fuit, non habet furti actionem, niſi & eius interſit ratione euictionis,gl. actionem, in l. ſi quis vxori, 52. §. ſed & ſi,de furtis.

Donatarius, licèt non inſtituat heredem donatorem, non propteteà dicitur ingratus,neque ob id reuocabitur donatio, l. ſi maiores,25.C. de tranſactio.

Donatarius filius licèt velit abſtinere ab hereditate, & retinere donationem, non propterea euadit, quominùs fratribus ſuis teneatur ſupplere legitimam, ſi eam integram non habent inſpecta quantitate bonorum, quæ erant ante donationem, authen.vnde ſi parens,C.de inoff.teſtam.

Donatarius ſi non implet pactum in donatione appoſitum ad reddendum quod accepit, tenetur condictione ob cauſam,l.2.C. de cond.ob cau.

Donatarius aſſerens rem ſibi donatam à defuncto, debet illud probare, ſiue ipſe petat ab herede poſſidente, ſiue heres ab eo poſſidente petat,l.ſiue poſſideris, 16.C.de probat.

Donatarius debet adimplere modum,vel conditionem appoſitam in donatione, l.3.C.de contrahen.empt.

Donatarius poterit emere rem ſibi donatam à patre defuncto ratione iuris que-

relæ inoſ

facere poteſt deducto ære alieno,§. antepe.& ibi gl. fi.Inſt.de act.

Donator quando incœpit à traditione, non tenetur de euictione, ſecus ſi à pactione, quia cùm donatio ſit doni datio, iſte paciſcens obligatur expreſsè ad dandum,& ideò non lucratur, niſi transferat dominium, ſecus vbi ſola traditio ſine pacto expreſſo interuenit,glo.venditionis, & ibi add. in §. aliæ, Inſt. de donat.

DONATIVVM, & ſtipendium, quæ militib.dantur diuerſa ſunt: nam donatiuum dicitur id,quod liberalitatis cauſa vltra ſtipendium militibus ſolitum erat ab Imperatorib.dari,quò magis addictos militum animos redderet, ac demereretur,gl.1.& ibi add.marg.in l.1.C.de re milit.lib.12.

Reliqua verbo, Largitiones, Miſſilia.

1 DONATA ſi fuerit pecunia alicui, vt mutuaret eam donanti de rigore iuris non eſt mutuum, neque donatio, ſed de æquitate donatio eſt, & etiam mutuum, l.ſi tibi pecuniam,ſi cert.pet.

Donata ſi fuerit vxori res aliena conſtante matrimonio,confeſtim vxor admittitur ad eius vſucapionem,quod habet locum etiam in re aliena donata cauſa mortis, quia non videtur fieri pauperior donando,quod alienum eſt, l. ſed & ſi, 25.de donat.inter virum.

Donata res vxori à marito,vel è contrà, ſi perierit etiam culpa accipientis,perit periculo eius,qui donauit, quia manet illa res eius, qui dedit, ſuámque rem perdit,vel quia reuocatur donatio eatenus, quatenus locupletior eſt, qui accepit,l.ſi id,quod 28.& ibi gl.merito,eod.

Donatæ rei inter virum, & vxorem dominium licèt non tranſeat,tranſit tamen eius poſſeſſio,l.ſi donatæ,36. & ibi add. marg.eod.

Donatæ res inter virum & vxorem,ſi extant,vendicari poſſunt à donante, cui ſi non reddantur, æſtimatio earum iuſto pretio ſoluenda eſt, ipſe tamen poſſidenti tenetur cauere de euictione ſimpli,quanti ea res ſit, cùm poſſidens habeat cauſam ab actore,ibid.

Donatæ res à marito vxori manent viri, qui eas poteſt vendicare,licèt ampla legata ab vxore ei relicta ſint,l.quæ iam nuptæ,48.eod,

Donatæ res à marito vxori tacitè infirmantur facto diuortio, & extantes vendicantur, conſumptæ verò condicuntur, gl.1.in l. diuortio,§. ob donationes, ſoluto matrimon.

Donata inter virum,& vxorem licèt morte confirmentur,non tamen veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi generalis, niſi maritus tantundem eidem vxori relinquendo ſpecialiter rogaſſet eam de reb. donatis reſtituendis alicui, l.ſequens,68. & ibi glo.1.de leg.2.

Donata per virum vxori extra cauſam bonorum defuncti mariti ſunt, quia ſeparata ſunt ab alia ſubſtantia,& licèt ſint in bonis, non tamen ſunt ex bonis, d.glo.1.

Donatas res vxori conſtante matrimonio ſi maritus legauerit, confirmatur donatio, & debentur illæ cum fructibus à tempore donationis,l cum pater, 77. §. pater filiæ,eod.

§ Donatas res filiæ nubenti ſi pater legauerit, debentur illæ cum fructibus à tempore donationis,ibi.

Donatæ rei dominium nobis quæritur per ſeruum, & per procuratorem noſtrum, ſi tradens hoc agat, etiamſi recipiens ſeruus,vel procurator machinetur,l. qui mihi,13.& ibi gl.fi.de donatio.

Donatæ rei dominium non adquiritur nobis per procuratorem reuocatum,†gl. fin.ibid.

DONATAE rei dominium non adquiritur nobis per geſtorem, hoc eſt procurantem negotia ſine ratihabitione,ibid.

Donatæ rei dominium non adquiritur nobis per ſeruum, vel procuratorem noſtrum,quando tradens non tradidit ſeruo,vel procuratori meo eo animo, vt mihi dominium quæratur,quamuis accipiens eo animo acceperit,†reprob.d. glo.fin.Doct.ibid.

Donatæ rei dominium non adquiritur mihi ſtatim per ſeruum, vel procuratorem meum, quando tradens, & accipiens ſeruus, vel procurator non geſſerunt,vt mihi dominiũ quæreretur,niſi quando mihi domino traderetur, ibid.

Donatæ res immobiles propter nuptias alienari non poſſunt à marito,auth. ſiue à me,C.ad Velleian.

Donatam pecuniam in redemptionem captiuorum ſi quis acceperit, debet fideliter illam in redemptionem captiuorum ſubminiſtrare, & debet iurare,pecuniam ob eam cauſam eſſe impenſam, l. pe. C. de donatio. & gl. aliæ, in §. aliæ,Inſt. de donat.

§ DONATA inter viuos ſtatim,atque donantur cedunt,ſed relicta, tam in teſtamento, quàm in codicillis eodem tempore cedunt, ſcilicet poſt mortem, gl. continebuntur, in l. cùm pater, 77. §. curatoris,de leg.2.

Donata ſimpliciter ſponſæ à ſponſo poſſunt in dotem conuerti,ſeu retrodari, & iudicio de dote peti poſſunt,ſi verò ſponſus animo donandi dotem auxerit, vt videatur accepiſſe,quod non accepit,nihil eſt actum in donatione, & quod in dotem non eſt datum,repeti non poteſt, l.1.C.de dona ante nupt.

Donata,& data munera parentibus puellæ ob cauſam nuptiarum, cauſa non ſecuta repetuntur,l.2.C.eod.

Donata,& data munera parentibus puellæ ſimpliciter, & non expreſſo quòd ob cauſam nuptiarum, repeti non poſſunt,licèt nuptiæ non fuerint ſequutæ,† gl. 1. ibid.

Donata,& data munera parentibus puellæ, non expreſſo, quòd ob cauſam nuptiarum, tamen ſi hoc ab vtraque parte tacitè intelligitur, illa cauſa tacita non ſequuta repeti poſſunt,ibid.

Donata à marito vxori ratione dotis ſponſalium cauſa vxore dotem non ſoluente valent ſtricto iure, ſi tamen petat vxor illa exceptionem doli aduersùs actionem donationis,rectè obiiciet heres mariti,l.3.& ibi glo.1. C.eod.

Donata ſponſæ ab vxorato, qui fingens ſe cælibem ad nuptias eam ſollicitauit, repetit fiſcus,ſi ſponſa accepit donata ſciens ſponſum eſſe vxoratum,gl.fi.in l. ea quæ tibi,C.eod.

Donata à ſponſo ſponſæ,vel econuerſo, etiamſi non exprimatur, quòd ob cauſam matrimonij, ſemper intelliguntur donata ſub conditione, ſi matrimonium ſequatur, l.cùm veterem,25.C.de do.ante nupt.

Donata ſponſæ ante nuptias hoc pacto, vt ſi contingeret matrimonium diſſolui,ſponſa redderet ea, poteſt heres ſponſi diſſoluto matrimonio ea petere actione præſcriptis verbis,l. ſi cùm à Titio,& ibi gl.fi.C.eod.

Donata, & tradita ſponſæ tuæ, licèt ante ſponſalia, non poſſunt reuocari à donatore 25. annorum, etiam in vltima voluntate, ſecus eſt in minore 25. ann. l.ſi ante,8.& ibi gl.1.C.eod.

Donata ſi ſit res à ſponſo ſponſæ, & pater ſponſæ donauerit ſponſo aliam rem cauſa liberalitatis,etiamſi nuptiæ non ſequantur, neutra donatio reuocatur, nec fit reſtitutio inuicem datorum,l.ſi filiæ tuæ,10.C.eod.

Donata à principe, vel Auguſto non quæruntur patri, etiam quoad vſumfructum,l. pe.C. de bonis quæ liberis.

Donatum aſſequi cogi non poteſt quis,l.nec emere.C.de iur,delib.

Donatum aſſequi cogitur quis per medium, vt ſi donans eius creditori ſoluerit, glo.1.ibidem.

Donatum,vt alimenta præſtentur, non ſolùm vtili actione vendicari, ſed etiam condictione ob cauſam poteſt agi,ſi pactum donationis non ſeruetur, l.1. C. de donat.quæ ſub modo.

Donatum medico,vt curaret ægrum,ſi curatio non ſit ſequuta ob caſum fortuitum contingentem in perſona ægri conducentis,& pecuniam dantis, non repetitur,gl.2.in l. pen.C.de condict.ob cauſam.

Donatum medico, vt curaret ægrum, ſi curatio non ſit ſequuta ob caſum fortuitum contingentem in perſona medici locantis, & recipientis, donatum non repetitur,ibid.

Donatum aduocato, vt patrocinaret, ſi patrocinium non ſit ſequutum ob caſum fortuitum contingentem in perſona aduocati, ſpeciali iure non repetitur, ibidem.

Donatum per patrem filiæ emancipatæ,vt creditoribus paternis ſolueret, ea non ſoluente, poteſt repeti per heredem patris,l.2.C.eod.

Donatum immoderate vni ex liberis propter ſuperuenientiam liberorum, vſque ad debitum bonorum ſubſidium, reuertitur ad patrimonium donatoris, l. ſi totas,5.C.de inoff.donat.

Donatum cauſa mortis reconualeſcente donatore repetitur cum fructibus, & acceſſionibus rerum donatarum,l. cùm quis,de condictione cauſa data.

Reliqua verbo, Miſſilia, Vſucapere, 5. Vſucapio, 9.

DONEC, dum,vel quamdiu, & ſimiles dictiones non faciunt conditionem, ſed modum,gl.3.in l.4.de ſeruitutib.

Donec dictio ſuſpenſiua quando apponitur in oratione ad ſuſpenſionem alicuius diſpoſitionis præambulæ, ſi ſuſpenſio fiat in aliquem incertum euentum,tunc dictio donec facit conditionem extinctiuam,l.ſufficit,56.& Iaſ. ibi nu.5.de condic.indeb.

Reliqua verbo, Tantiſper.

DONVM eſt genus, munus eſt ſpecies, gl.1. in l.plebiſcito, de officio præſidis.

Donum recipiens ab aliquo meo nomine tenetur mihi actione negotiorum geſtorum, l.fideiuſſor, §.fi.de neg.geſt.

Donum,& munus differunt inter ſe, gl.donum, in l.fi.de liberali cauſa.

Donum differt à munere, quod differt genus à ſpecie, nam donum eſt genus à donando dictum, ſed munus eſt ſpecies, nam munus eſt donum cum cauſa, vtputà natalium, nuptiarum,l.inter donum, 194. & gl.fi.in l.munus,214. de verbor. ſignif.

Dona propriè ſunt, quæ nulla neceſſitate iuris, ſed officio,& ſponte præſtantur, quæ ſi non præſtentur,nulla eſt reprehenſio, & ſi præſtentur, plerunque laus eſt, d.l.munus, eod.tit.

Reliqua verbo, Antidora, Remuneratio, Munus, 1.

Dos in genere, num. 1. vſque ad num.9.

Quoad dotis promiſſionem, num.9. vſque ad num.13.

Quoad dotis conſtitutionem, num.13.

Quoad dotis dationem, & inſinuationem,num.14.

Quoad dotem æſtimatam, vel inæſtimatam, nu.15.

Quoad confeſſionem receptionis dotis,num.16.

Quoad dotem profectitiam, ac datam à patre,num.17.vſque 25.

Quoad dotis collationem, num. 25. & 26.

Quoad dotem inofficioſam, num.27.

Quoad dotium fideiuſſores, num.28.

Quoad hypothecam, tacitam, & prælationem in ea, num.29.

Quoad petitionem, & exactionem, num.30.& 31.

Qu... dotis actionem, num. 32.

Quoad dominium dotis, num.33.

Quoad dotis, fructus, & vſuras,num.34.& 35.

Quoad dotis alienationem, num.36.

Quoad expenſas in rebus dotalibus factas, num.37.

Quoad dotem datam, vel promiſſam filio, vel ſocero, num.38.

Quoad dotis reſtitutionem conſtante matrimonio, num.39.

Quoad reſtitutionem, & reddendam dotem ſoluto matrimonio, numer. 40. vſque 43.

Quoad dotis repetitionem ſoluto matrimonio, aut conſtante,aut non ſequuto, nu. 43.vſque 47.

Quoad pactum, vel ſtipulationem dotis lucrandæ, vel reddendæ, vel minuendæ, num. 47.vſque 51.

Quoad retentionem dotis,num.51.

Quoad periculum dotis promiſſæ, vel datæ, num.52.

Quoad dotem legatam vxori, num.53.

Quoad dotis dationem,vel conuerſionem dotis primi matrimonij in ſecũdum, nu.54.

Quoad reſeruationem dotis liberis primi matrimonij, nu.55.

Quoad dotem, & donationem propter nuptias, & eius augmentum, & diminutionem, num.56.& 57.

Quoad euictionem dotis datæ, vel promiſſæ, num.58.

Quoad priuilegium dotis, num.59.

DOS eſt ius quoddam in ſe continens,quod à muliere,aut à patre eiúſve reſpectu ab alio viro, vel eius patri traditum, promiſſúmve eſt ob cauſam matrimonij,gl.in rub.in add.marg.ſolut.matrim.

pro Dotibus tres tantùm ſunt libri ſingulares, videlicet de ſponſalib.de donationibus

tionibus inter virum, & vxorem, & de impensis in reb. dotalib.d.g...... solut.matr.

os dicitur etiam soluto matrimonio, & durat etiam eius nomen, ibi.

os ante nuptias malè petitur, l.item quia,§ 1.de pactis.

otis contractus de iure gentium est, l.eas obligationes,de cap.dim.

os verè esse non potest, vbi non est matrimonium, sed bene matrimonium si ne dote,gl.nupta,in l.nec vllam,§.1.de pet. her.& l.2. §. creditum, si cert.pet. & gl.fi.in l.de diuisione, sol.matr.& gl.actionem, in l.si cum dotem, 21.§.fi. sol. matr.& l.1. pro dote,& gl. nomine,in l.si id,quod, de duob.reis, & l.cùm mulier,C.de don.ant. nupt.

os apud eū,qui sustinet onera matrimonij,debet esse,l.si maritus,46.fam.ercis. & l.actione,65.§.fi.pro socio,& l.si is, qui, 56.§.ibi dos,de iu.do.

otis fructus debent esse fratrum existentium in communione, secus si fuerit facta diuisio, l.fundus,51. fam.ercis.

otis causa non dicitur de per se causa pia, nisi promittatur à matre, l. cùm is qui, 32.§.pe.& ibi gl. mulier,& ibi add.de condic.indeb.

otis titulus respectu viri onerosus est, vbi matrimonij onera sustinet, quod in muliere non est æque,cùm lucratiuus habeatur,l. Iulianus, 47. & ibi add. marg. mandati.

os datur viro, eò quòd matrimonij onera sustinet,ibidem.

Dote siue agatur personali,siue hypothecaria,consulitur priùs filiis primi matrimonij,gl.1.in l. in operis,26.locati.

os crescit alluuione,gl.1.in l.si fundus,16.de pigno.

Dotem si quis dederit aliquam rem, videtur illam vendere propter onera matrimonij,l.sicut,§.sed si permiserit, quib.modis pignus.

os non est in patrimonio patris,gl.1.in l.Lucius,eo.

ote propter illicitum matrimonium caduca facta, quod iudicio de dote redditurus est maritus, debet soluere fisco, exceptis necessariis impensis,l.dote, 61.de ritu nupt.

os datur eo animo,vt semper apud maritum sit,l.1.de iure dotium.

os sine matrimonio esse non potest,& vbi matrimonij nomen non est, neque dos est,simpliciter atque verè, sed est, quasi dos, fictitiaque, l 3.& ibi addit. marg.eod.tit.

otis appellatio non refertur ad ea matrimonia, quæ consistere non possunt, d.l.3.& ibi add.marg.eod.

otis incrementum,vel accessio non facit nouam dotem,vt si proprietati nudæ in dotem datæ vsusfructus accesserit,l 4.eod.

otis incrementum, & non noua dos dicitur, quod alluuione doti accessit, ibi.

oti cedit augmentum, nec noua fit dos,† ibid.

Dote danda si circumuentus sit alteruter dolo aduersarij, succurritur etiam maiori 25.annorum, † l.iure succursum,6.& ibi gl.pen.eod.

Dotem quando vsusfructus datus est,censetur ipsum ius in dotem esse datum, & non fructus,qui percipiuntur,& ideò illi non redduntur, nisi aliud actum appareat,l. dotis,7.§.si vsusfructus,eod.

otis causa data intelliguntur illa,quæ in dotem dantur,l si ego,9.§. dotis,eod.

otem à patre,vel ab alio quolibet donare volente promissam si stipuletur vir animo nouandi ab extraneo, qui nō habet priuilegium patris,vel donatoris, periculum viri est;secus si pater, vel donator promisissent animo donandi, quia tunc periculum mulieris est, l. dotem,35.eod.

Dotem si conuersa sit obligatio cōditionalis, si pendente cōditione diuortiū factum sit,obligatio sub eadem conditione debet restitui, l.licèt,43.eod.

os data à filia,& non à patre dicitur, quando pater res, quas filiæ emancipatæ donauit, posteà ex voluntate eius pro ea in dotem dedit,l, si res, 51. eodem.

otis modus ex facultatibus, & dignitate mulieris mariique statui debet, quousque ratio patitur,l.quæro,60.eod.

ote maiore indigent mulieres nobiles,quàm ignobiles,si nubant pari, secus si inferiori,gl.1.in add.ibi.

otis titulus fictitius præscribendi ius marito præstat, qui si præscribit,nec restituit,l.Proculus,67.eodem.

otis quantitas pro modo facultatum, & dignitate natalium viri rectè per tutorem constitui potest, l. cùm post, 69.§.gener, eod.

n Dotem si sit datus fundus in genere dari debet fundus conueniens pro modo facultatum,& dignitate natalium,gl.ignotum,ibi.

ro Dotibus in ambiguis respondere melius est, l. in ambiguis, 70. eod. & l. in ambiguis,85.de reg.iur.

otis nomine potest obligare surdus, mutus, & cæcus,si acceperint dotem,quia nuptias contrahere possunt,l.mutus,73.de iure dotium.

os reconciliatur vsucapione & consumptione, gloss. consumptis, in l. pater, 81. eodem.

os,quæ matrimonij onerib.non seruit,nulla est,gl.2.in l.4.de pactis dotalibus.

otem datis ab initio, legem,quam velit,etiam citra personam mulieris dicere potest,l.cum dos,7 eod.

otis fauore cessat Velleianum,gl. semper, in l. 1. soluto matrim.

ro Dote speciali iure possunt alienari res, quæ subiacent restitutioni,ibid.

otes mulieribus conseruari, non solùm ipsis mulieribus,sed etiam reipubl.interest, d.l. 1.& ibi gl publice.

os verbum ponitur quandoque pro dotis actione, gl.dos,in l. 2. §. quòd si in patris,& gl.quæ,in l. 3.eod.tit.

os dictio ponitur pro rebus in dotem datis,l.si mora,9.eod.

Dotem res Ecclesiæ data non transit in extraneos heredes, sed tantùm in filios,gl.1.in l.etiam filios,18.eod.

otis expromissor constante matrimonio non potest dari animo nouandi, glo. mancot,& ibi add.marg. in l.si cùm dotem,22.§.si mulier,eodem.

otem potest recipere extraneus, & etiam se obligare,gl. mariti,in l. si, constante,24. eod.

os tota mulieris quando est publicata post litis contestationem factam in iudicio dotis, totum iudicium dotis expirat, d.l.si, constante,§. finali,eod.

os pro parte si sit publicata post litis contestationem factam in iudicio dotis, pro illa parte dotis confiscata extinguitur iudicium, sed non pro reliqua parte, pro qua potest ferri sententia,ibid.

Dotem sibi pacto remissam pater non exigit soluto matrimonio, l. si marito,31. § 1. eodem.

Dos etiam soluto matrimonio dicitur deberi marito,l.si socer,44.§.Lucius,eod.

Dos æquiparatur donationi propter nuptias quoad cætera, non autem quoad permittendam alienationem,gl.fi.in l.æstimatis,50.eodem. 5

in Dotem res data an extet,vel non, nihil interest in actione de dote,l.si filiofamilias,53.eod.

Dos est nomen quoddam iuris,quod est ius, gl. sed dotis, in l. quod dicitur, de impensis in reb.dot.

Dos,vt donatio propter nuptias, constante matrimonio potest augere,gl. 1. in l. non tantùm,7. de tutoribus datis.

Dotes prædiorum appellantur instrumentum fundi,l.2.§.fi. & ibi glo. fi.de fundo instructo.

pro Dote titulus iustissimus est,l.1. pro dote.

in Dotem data res æstimata vniuersaliter,vel particulariter, matrimonio contracto, vsucapitur pro dote,ante contractum vsucapitur pro suo,nisi expressè sit actum,quòd non transeat dominium, nisi matrimonio contracto,d.l. 1. & & gl.1.& ibi add.marg. in leg.2. eodem.

pro Dote titulus æquiparatur titulo pro emptore,d.l.1.eod.

Dotis titulus respectu mulieris dicitur titulus lucratiuus, sed respectu viri dicitur onerosus,siue soluto matrimonio, siue eo constante, etiamsi vir haberet lucrari dotem per mortem mulieris, l.fi.§.si à socero,& ibi add.marg. quæ in fraud. credit. & l. fi. in principio,C.de iure dotium.

Dotis nomine aliquid sibi stipulari insolidum non possunt duo pro ea, quæ est, vel futura est vxor alicuius eorum, quia dos non potest deberi, nisi contrahenti matrimonium scilicet,vt in principali creditore,& sic non duobus,cùm duobus nupta esse non possit, licèt tanquàm procurator nomine viri, alius possit eandem dotem stipulari, & demùm contracto matrimonio debetur,gl. nomine,in l.si id,quod,de duobus reis.

Dos sustinet onera matrimonij,gl.dotis, in l. amissi, 52.§. penult. de fideiussor.

Dos est quoddam ius vniuersale,sicut hereditas,peculium, & similia,gl.fi.in add. in l. qui vas,48. §.fi. de furtis. 6

Dos non onerat maritum quoad subeunda munera municipalia, licèt sit dominus dotis,l. Lucius Titius,21.§.idem respondit, ad municipal.

Dotis causa est matrimonium, deficiente matrimonio non potest dos locum habere,gl.fi.in l.1.C. de condictione ob caus.

Dotis causa potior est,quàm Velleiani beneficium,l.si dotare,12.C.ad Velleian.

Dos est causa causata,nuptiæ vel matrimonium est causa causans dotem, vnde deficiente causa causante,deficit etiam causa,quæ debet causari,gl.nuptiis, in l.cum multæ,C.de donat.ante nuptias.

Dos sicut potest constitui cōstante matrimonio,ita & donatio propter nuptias, quæ licèt fiat constante matrimonio, non debet dici simplex donatio, sed propter nuptias, & quasi antipherna potest intelligi, d.l.cùm multæ.

Dotis causa potior est, quàm reip. cui posteà idem maritus obnoxius factus est, l.dotis tuæ,9.C.de iure dotium.

Dotis titulus dicitur onerosus,& non lucratiuus,l.pro onerib.20.C.eod.

Dotem vir pauper, cui relinquitur, lucratur, si præmoriatur vxor, & matrimonium sit cum dote,gl. 1.in add.marg.in l.licèt dos,27.C.eod.

Dos habet tria consideranda,scilicet conuentionem,obligationem,& actionem, gl.in rub.C.de rei vxoriæ actione. 7

Dos tantum durat, quantum durat matrimonium, addit.marg.in l.vnica,§.cùm autem,eod.

Dos fit ex promissione,gl. fecerit,in l.1.§.accedit,eod.

Dotem facit numeratio,non scriptura instrumenti dotalis, & ideò ad petitionem dotis admittendus est ille, qui re ipsa eam dedit, l. 1, C. de dote cauta, non num.

Dos à iudicibus secundùm facultates,& dignitatem personarum cōstitui debet, & si constituatur dos, vltrà quàm valeant mulieris facultates, non valet ipso iure,si autem vltra vires,valet, sed habet locum restitutio,l.si curatores, 9. & ibi gl.2.C.de administrat.tutorum.

Dos parua,vel magna intelligitur secundùm qualitatem personarum, glo.fin. in auth. quod locum,C.de collatio.& ibi gl.si verò maior, in §. illud quoque,in auth.de æqualit.dotis,col.7.

Dos recuperata per filiam viuo patre non venit in vniuersali fideicommisso iniuncto per patrem,gl. 1. in authent. res quæ, C. communia de legatis. 8

Dote soluta nulla superest actio,l. pen.C.de falsa causa adiecta.

Dotem si dominus constituat ancillæ suæ, eam collocans in matrimonium libero homini,illa efficitur libera,l.1.§.sed & si quis,C.de Latina libertate.

Dos non est titulus lucratiuus,gloss. fin. in l. penultim. C. de reuocand.his quæ in fraud.

Dos vxoris non computatur in bonis viri, vt per hoc habeatur locuples, & diues, & vt talis possit eligi ad officia ciuitatis, quia illa dos habet onus matrimonij,gl.1.in l.ad subeunda,C. de decurio.lib.12.

Dotis causa rectè possunt diminui res,quæ subiacent, restitutioni,gl.3. in cap.1. qualiter olim poterat. in vsib.feud.

Dos non potest esse,vbi non est matrimonium, & vbi non est dos,neque potest esse actio dotis,§. si aduersùs,& ibi gl.sequitur,Instit.de nuptiis.

Dos debet esse ibi,vbi sunt onera matrimonij,gl. exequentur, in §. est & aliud, Institu.de donatio.

Dos publicatur muliere condemnata ex lege Iulia maiestatis, & de vi publica, de parricidiis,de veneficiis,& de sicariis, si maritus non erat pactus de dote lucranda, alioquin habet omninò omnes actiones saluas contra fiscum, & multò magis omnes exceptiones,l.3.& ibi gl.1.de bonis damnatorum.

Reliqua verbo, Antipherna, Maritus, 22. vsque 29. Minor, 37. Mulier, 6. vsque 12. Primipilatus, Sequestratio, Stipulatio, 29. 30. Tutor, 127. vsque 131. Vxor, 18.

DOTIS promissio habet in se conditionem, si matrimonium sequatur, vnde ante conditionem nullo modo potest agere,l.item quia, §.1.& ibi gl.petitur, de pactis,l.dotis,68.de iure dotium. 9

Dotis promissio si sit facta in diem, ante diem quis malè agit, agit tamen aliquid,cùm sit obligatio,sed malè,quia ante diē,gl.petitur,ibi in d.l.itē quia,§.1.

Dotis ſtipulatio nulla eſt non ſequuto matrimonio, nec re, nec ſpe, ſcilicet facto diuortio, vel repudio, aliàs non eſt nulla, gl. ſequutis, ibid.

Dos poteſt promitti conſtante matrimonio viro à muliere, niſi animo donandi promittatur, gl. poſt nuptias, in l. 2. §. creditum, ſi cert. pet.

Dotem ſi ſimpliciter promiſerit vxor ante nuptias, intelligitur promiſiſſe ſub conditione, ſi nuptiæ ſequantur, ibid.

Dotem ſi quis extraneus promiſit pro muliere, & ſoluit, datur condictio ob cauſam mulieri contra maritum, non ſequutis nuptiis, quaſi ille videatur dediſſe mulieri, & mulier viro, gl. actionem, in l. qui ſe debere, de condictione cauſa data.

Dotem ſi quis extraneus promiſit pro muliere, ſed nondum ſoluit non ſequutis nuptiis, dabitur mulieri actio in virum, & vir aget ex promiſſione, ibidem.

Dos eſt titulus oneroſus, & non lucratiuus, & ideò debitor putatiuus mulieris per errorem promittens dotem ſponſo, iuſſu mulieris matrimonio ſequuto, exceptione doli mali vti non poteſt contra maritum petentem dotem ab eo, habet tamen condictionem contra mulierem, quæ habet cauſam lucratiuam, vt aut repetat ab ea, quod marito dedit, aut vt liberetur, ſi nondum ſoluit, l. ſi donaturus, §. fin. & ibi glo. non poteſt, & glo. quod ſit, eod.

Dotem ſi promiſerit curator pro adulta, etiam matrimonio ſequuto, non tenetur ad dotem, ſi facultas adultæ non patitur, quia ratione officij promiſit ſciens ſe non teneri pro ſe, ſecus eſt in eo, qui credens ſe debere mulieri, promiſit dotem pro ea, gl. non poteſt, ibid.

Dotis promiſſio incerta valet, & tenet ſpeciali iure fauore dotis, gl. 1. in l. ſi merces, 25. locati.

Dotem ſi promiſerit extraneus pro filia alterius, & eius pater fideiuſſor illius extranei ſoluerit, poterit ipſe pater repetere eam dotem ab extraneo, † l. profectitia, 5. §. ſi pater, in add. marg. de iure dotium.

10 Dotem ſi quis pro aliena filia promiſerit, & pater eius promiſſori heres extiterit, ac dotem dederit filiæ ante nuptias, dos illa dicitur profectitia, ſecus ſi poſt nuptias heres extitiſſet, l. adoptiuum, §. fin. de iure dotium.

Dotem promittendo obligantur omnes cuiuſcunque ſexus, vel conditionis ſint, ſiue laici vel clerici, ſiue ſui iuris, ſiue in poteſtate, dum tamen legitimæ ætatis ſint, l. promittendo, 41. & ibi gl. 2. eod.

Dotem promittens non tenetur actione ex ſtipulatu, ſi nuptiæ ſequutæ non ſint, ibidem.

Dotem ſi ita ſocero promiſerit mulier nuptura filiofamilias. Quod filius tuus mihi debet, id doti tibi erit, venit in promiſſione dotis tota pecunia, in quam filius obligatus eſt; ſed ſi promiſit dotem ita, id quod pater de peculio, vel de in rem verſo mihi debet, & tunc continetur in promiſſione dotis id, quod pater eo tempore, quo nubit filij nomine condemnari poteſt, ſed ſi dubium ſit, de quo ſenſerit mulier, tunc continetur in promiſſione dotis id, quod filius debet, niſi contrarium appareat, l. nuptura, 57. eod.

Dotem ſi quis ſponſalibus nondum factis promiſit Titio pro muliere, quæ ei nubere noluit, ſi poſteà ei nupſerit, debebit dotem, niſi aliud matrimonium medium interceſſerit, l. ſi ſponſalibus, 58. eodem.

in Dotem ſi promiſerit adulta, vel curator, vltra quàm valent eius facultates, ipſo iure non valet promiſſio in eo, quod excedit, niſi curator promiſerit animo donandi, vel decipiendi, quo caſu valet in præiudicium curatoris, gl. non valet, in l. ſiue generalis, 61. eodem.

in Dotem ſi promiſerit adulta vltra vires patrimonij, vt ſi habet centum, & promiſit 80. cùm debeat creditoribus 40. vel ſi totum patrimonium promiſit non detracto ære alieno, tenet promiſſio, ſed reſtituitur, ibid.

in Dotem ſi promiſerit curator bona fide vltra vires patrimonij adultæ, vt ſi haberet adulta centum, & ipſe promiſerit, 80. cùm deberet adulter 40. creditoribus, tenet promiſſio, ſed de æquitate gaudet exceptione, ibid.

Dotis nomine curator, qui dotem promiſit pro adulta, debet tradere res ipſius adultæ, & non debet eas vendere cuilibet, & pretium eius in dotem dare, niſi aliter honeſtè nubere non poſſit, quo caſu curator debet impetrare apud eundem iudicem, qui eum curatorẽ conſtituit, vt interim ei cauſa cognita, etiam viro abſente, promittat venditione rerum celebrata dotem conſtituere, d. l. ſiue generalis, §. penult.

11 Dos, quocunque modo promittatur ab extraneo, intelligitur valere pro patrimonio, non pro ſecundo, l. dotis, 68. eod.

Dotem promittere poteſt pater mulieris mortis ſuæ cauſa, & ſi conualuerit, poteſt reuocare, l. ſi pater, 76. eod.

Dotem promittere non poteſt mulier mortis ſuæ cauſa, quia dos non poteſt conſtitui, niſi matrimonij oneribus ſeruiat, quòd ſi ea mortua daretur, & ſic ſoluto matrimonio eſſet dos, & non ſeruiret oneribus matrimonij, ibid.

Dotem is, qui exceptione tutus erat, ſi per errorem marito ſtipulanti promiſerit, cogitur ſoluere, & habebit condictionem aduersùs mulierem, aut eius patrem vter eorum delegauit, ob id quod indebitum marito promiſit, aut ſoluit, l. cùm in fundo, 78. §. fin. eod.

Dotem promittens ſi fuerit extraneus, condemnatur inſolidum, niſi aliud conuenerat, ſcilicet quòd condemnatur tantum, inquantum facere poteſt, l. pen. & & ibi gl. 1. eodem.

Dotem promittens ſi fuerit pater mulieris, matrimonio manente genero condemnatur tantum, inquantum facere poteſt, & etiam diſſoluto matrimonio; ſi gener petat dotem à ſocero ex pacto de lucranda dote, quam promiſit ſocer bona fide, & non doloſè, ſed ſi ſocer promiſit dotem doloſè decipiendo generum, ſciens ſe non ſoluendo, tunc diſſoluto matrimonio condemnatur inſolidum genero ex pacto de lucranda dote, ibidem.

Dos in dubio de bonis patris legitimi, & naturalis creditur promiſſa ſpeciali iure, quia regulariter nemo creditur iactare ſuas pecunias: de bonis tamen patris naturalis tantùm in dubio non creditur promiſſa. glo. ſemper, & ibi add. marg. in l. 1. ſolut. matrim.

Dote nondũ exacta à promiſſore, ſi mulier deceſſerit in matrimonio inſtituendo promiſſorem heredem, maritus nihil ampliùs tenetur præſtare mulieris heredi, quàm eum ab obligatione liberare, l. nupta, 30. §. fin. eod.

12 Dote nondum exacta ſi mulier ſucceſſerit promiſſori, ſoluto matrimonio morte mulieris maritus nihil ampliùs tenetur præſtare heredi mulieris, quàm eum ab obligatione liberare, d. §. fi. & ibi gl. pe.

Dotem promittere poteſt quis pro incerta muliere, adeò quòd promittens videtur donare illi mulieri certificandæ ex futuro matrimonio, l. à Titio, 10. de verb. oblig.

Dos generaliter promiſſa ita, quòd nec quantitatem, nec ſpeciem contineat, non poteſt peti, etiamſi talis promiſſio incertæ dotis re, & genere ſit, redacta in ſcripturam, l. 1. C. de dotis promiſſione.

ex Dotis promiſſione generali non continente certam, aut incertam quantitatem non oritur actio, d. l. 1 & ibi gl. 1 eod.

Dos promiſſa non poteſt peti, niſi ſit certa, gl. 2. ibid.

Dos incerta promiſſa valet, ſi in arbitrium boni viri certificanda ſit collata, ſecus ſi in nullius arbitrio, † ibi.

Dos incerta poteſt peti, vbi ſtipulatio interuenit, ſecus verò vbi tantùm nudum pactum interuenit, quia tunc duo ſpecialia interuenirent, ſcilicet quòd ex nudo pacto actio daretur, & quòd ad incertũ, quæ concurrere non poſſunt, † ibi.

Dotem ipſam, & vſuras promittere videtur ille, qui vſuras dotis iam promiſſæ promittit, l. 2. & ibi gl. 1. C. de dotis promiſſ.

Dotem incertam cum ſtipulatione promittens, qualem ipſe fuerit arbitratus, compellitur eam declarare condictione certi ex ſtipulatu, alioquin recurritur ad arbitrium boni viri, l. 3. C. eod.

in Dote incerta promiſſa cum ſtipulatione fauore dotis intelligitur etiam certa quantitas expreſſa, quæ colligitur ex facultatibus, & ſecundùm dignitatem viri, gl. 2. ibid.

Dotis incertæ ſtipulationi videtur eſſe incertum boni viri arbitrium, hoc eſt, qualem bonus vir ex facultatibus, & ſecundùm dignitatem fuerit arbitratus, d. l. 3. & ibi gl. 2.

Dotem marito ſtipulanti ſi promiſerit quis, non vxori, ſed marito competit, actio contra ſucceſſores ſoceri pomiſſoris, l. ſi pater, C. eod.

Dos promiſſa nudo pacto cum ſcriptura, vel ſine ſcriptura ſpeciali iure poteſt peti, l. ad exactionem, 6. & ibi gl. 1. C. eo.

Dos pacto nudo quando promittitur, hodiè fingitur ſtipulatio ineſſe illi pacto, glo. 1. ibidem.

Dos per extraneum promiſſa pro muliere, præſumitur promiſſa de patrimonio mulieris, vel eius patris, quaſi eius gerat negotium, niſi aliud probetur, glo. paternum, in l. ſi. C. eod.

Reliqua verbo, Debitor, 59. Mulier, 14. Promiſſio, 6. Curator, 7. 11. 12.

Dotis conſtitutio, quæ in mortis tempus, aut ſoluti matrimonij euentum confertur, non eſt efficax, vt quæ in id tempus coniecta ſit quo dos conſiſtere non poſſit, nimirum, quia tunc matrimonium non ſit, quo non ſubſiſtente, neque dos poterit ſubſiſtere, gl. accepi, in add. marg. in l. Iulianus, 20. de iure dotium.

Dos conſtituitur quoque acceptilatione, cùm debitori marito accepto fertur dotis conſtituendæ cauſa, l. promittendo, 41. & ibi gl. 2. eod.

Dotis conſtitutio per acceptilationem ante matrimonium interpoſitam, non ſequuto matrimonio nulla eſt, l. licèt, 43. eod.

Dote per acceptilationem conſtituta, & ſequutis nuptiis, ſi obligatio, quæ accepto lata eſt, ſit pura, non eſt reſtituenda ipſa obligatio, ſed dos eſt ſoluenda, ſed ſit obligatio fuit in diem, nec ante matrimonium ſolutum dies obligationis præterit, ipſa obligatio eſt reſtituenda danti, ibi.

Dos ante matrimonium nudo pacto conſtituitur ſpeciali iure, cùm aliàs ex nudo pacto actio non oriatur, gloſſ. ſemper, in l. 1. ſoluto matrimon.

Dos dicitur conſtituta ex ſola promiſſione ſine traditione, non tamen dicitur res dotalis, niſi ſequuta traditione, l. de diuiſione, 5. & ibi gloſſ. conſtitutæ, eo.

Dos conſtitui debet arbitrio boni viri penſatis dignitate, & facultatibus patris, & numero filiorum, l. ſi filiæ, 43. de legat. 3.

Dos in fraudem creditorum conſtitui non debet, l. ait prætor, 10. §. ſi cùm mulier, quæ in fraud. credit.

Dotem conſtituere poteſt libertus in fraudem patroni, gloſſ. conſtitutum, ibid.

Dos poteſt conſtitui per pollicitationem, & quando incipit ab ea, agitur de euictione, gl. 2. in l. ſi à matre, 13. C. de iure dotium.

Dos conſtituta dicitur, ſi inſtrumento dotali contineatur, quòd ſit recepta; ſed ſi contineatur, quod receperit dotem, poteſt obiici exceptio non numeratæ dotis intra tempus, gl. 2. in l. 1. C. de dote cauta.

Dos non poteſt conſtitui, niſi liberis perſonis, l. 1. §. ſed & ſi quis, & ibi add. marg. C. de Latina libert.

Reliqua verbo, Mulier, 6. vſque 12. Confeſſio, 8.

Dotis donatio ſit, & in virum, qui accipit, & in vxorem, pro qua datur, gl. 1. in l. ſi. C. de iure dotium.

Dotem cùm extraneus dat marito pro muliere, quantùm ad mulierem dicitur donatio ſimplex, & ideò exigebat olim inſinuationem, ſi fiebat vltra 500. ſolidos, ſed quantùm ad maritum eſt donatio, ob cauſam ſcilicet dotis, & quoad eum non requiritur inſinuatio, gloſſ. non facta, ibidem.

Dotem cùm extraneus dat, licèt quoad mulierem ſit ſimplex donatio, etiam ſi excedat ſummam 500. ſolidorum, non tamen requirit inſinuationem, † d. l. ſi. & ibi gl. indigere.

Dos ab extraneo data excedens legitimam ſummam, licèt ſit ſimplex donatio quoad mulierem, nec requirat inſinuationem, at ſecus eſt in donatione propter nuptias, † ibi.

Reliqua verbo, Mulier, 13. Extraneus.

Dos poteſt æſtimari quandoque ad hoc; vt eadem res dotalis ſub eadem æſtimatione ſoluto matrimonio reddatur, gloſſ. fin. in l. 3. locati.

in Dotem ſi aliquid detur æſtimatum, dicitur emptio, d. l. 3.

in Dotem nomine filiæ ſuæ ſi pater dedit marito prædium æſtimatum, quod erat creditori obligatum, heres patris tenetur actione exempto à creditore luere, & marito liberum præſtare, ſi filia dote contenta abſtinuit ſe ab hereditate paterna, l. creditor, 52. §. 1. de actio empti.

in Dotem rebus æſtimatis traditis, quamuis mulier eas in vſu habeat, viri dominium, & periculum earum rerum eſt, l. cùm poſt, 69. §. fin. & ibi gl. pe. de iure dotium.

in Dotem ſi fuerint datæ res æſtimatæ ita, vt ex quacunque cauſa dos reddi deberet, extantes reſtituerẽtur habita ratione meliorationis, & deteriorationis,

etſi

Dos data à patre ad patrem redire debet, etiam nulla stipulatione, de sibi reddenda interueniente, gl.3.in l.fi.C.comm.vtriusque.

Dos,& donatio propter nuptias ad patrem reuersa debet esse præcipua illius filiæ,pro quo data fuit extraneis institutis cum illa, si verò alij filij fuerint instituti,debet redire ad eum, pro quo data fuerit eatenus, quatenus alij simile lucrum habent non diuidendum, aliàs diuiditur inter omnes, d.l.fi.

Dos redit ad patrem, quando mulier dimittit primum matrimonium, & contrahit secundum sine voluntate patris, gl.3.ibi.

Dos profectitia dicitur illa,quæ contemplatione patris data est ab aliquo, glos. vel forte, ibi.

ex Dote, quam mater, vel alius pro ea marito quondam communium liberorum patri dederat, nihil tenetur ipsa mater post secundas nuptias reseruare liberis ex primo matrimonio procreatis, & multò magis si ipsa ad secundas nuptias non migrauerit, l.si liberis,C.de donatio.ante nuptias.

Dotem profectitiam non facit,ius potestatis,sed patris nomen,si modò vt pater dotem dederit filiæ, gl.profectitiæ,in l.auiæ tuæ,6.C.de iure dotium.

Dotem, dans pater pro filia non potest actionem sibi appropriare nudo pacto incontinenti apposito, sicut mater, auia,vel alius extraneus, quia patri promissum est per legem, non extraneo, & paternum officium est dotare, non extranei, & ideò pactum nudum faciliùs operatur in extraneo, quàm in patre, † gl.pen.ibi.

Dotem dans pater pro filia tempore dationis rectè poterit stipulari sibi reddi, gl.2.in l. cùm à socero,7.C.de iur.dot.

Dotem si dederit pater pro filia tempore dationis non stipulando eum sibi reddi,& pactus sit cum marito eam sibi reddi, illud pactum non præiudicabit filiæ,quominùs soluto matrimonio petere possit,nisi voluntate filij sit factum, d.l.cum à socero, eod.

In Dotem data à patre filiæ non potest pater conditionem filiæ deteriorem facere,nec filia patris, gl.fi.ibi.

Dotem quando simpliciter dat pater filiæ, nec sibi stipulatus sit, dos efficitur ipsius filiæ,quam amittit culpa eius dissoluto matrimonio, gloss.fi.in l.si dotem,24.C.eod.

23 Dotem suam profectitiam præcipuam debet habere mulier, etiam si emancipata,vel exheredata sit,vel cum aliis heredibus scripta, l.vnica, §. videamus,C. de rei vxoriæ actione.

Dotem profectitiam pater expresè rectè potest sibi stipulari,gl.visum,ibid.

Dotem si dederit parens ascendens per virilem sexum habet tacitam ex stipulatu actionem, licèt non paciscatur, vel non stipuletur, dict.l. vnica.§. accedit, C. eodem.

Dos profectitia quasi proprium patrimonium filiæ dissoluto matrimonio debet reuerti,d.l.vnica.§.& hoc ex rei vxoriæ

Dos profectitia, sine pactionis iure,si ad patrem redeat,non tamen licet ei, filia secundò nubente, diminuere prioris dotis mensuram, nisi casu fortuito eius patrimonium fuerit diminutum, auth.sed quamuis,& ibi gl.2.C.eo.& §.quia verò iam,in auth de æqualitate dotis,col.7.

Dotem profectitiam ad patrem reuersam filia heres instituta à patre cum extraneis percipiet, si patre viuente non nubat, si verò sit instituta cum fratribus conferet dotem,gl.1.d.auth.sed quamuis.

Dotem promissam a patre primo viro pro filia licitum est patri filia secúdò nubente diminuere secundo viro ante matrimonium,vel post incontinenti,ibi.

Dotem profectitiam ad patrem reuersam licitum est ei diminuere,si filia secundò nubat contra voluntatem patris,gl 2.ibi.

Dotis profectitiæ repetitionem impedit pactum inter socerum, & maritum contractum, vt mortua vxore in matrimonio dos, remaneat penes maritum, l.si conuenit,C.de pactis conuent.

Dotis profectitiæ deteriorem causam facere rectè potest pater pacto in casu, quo soli patri competit repetitio, ibid.

Dotis profectitiæ actio, cùm pater succedit marito,confusa est quoad patrem, non verò quoad filiam,cui cum patre actio communis est,gloss.2.in l.2.C.soluto matrimon.

Dotis profectitiæ tacita, vel expressa exactione pater non poterit præiudicare filiæ, glo. fin.ibi.

24 Dotis profectitiæ tacita exactio dicitur, cùm pater succedit marito filiæ suæ, ibidem.

Dotem profectitiam pater sine voluntate filiæ, nec exigere, nec accipere potest, d.l.2.

Dos à patre profecta si mulier filiafam. in matrimonio decesserit, ad patrem debet redire, l.4.C.eod.

Dos à patre profecta, si mulier emancipata decesserit in matrimonio,ad patrem redire non debet, gl.1,ibi.

Dos profectitia mortua muliere in potestate patris ad patrem redire debet, etiam liberis existentibus, nisi sit factum pactum retentionis, consuetudine tamen ad liberos pertinet,& non ad patrem,† d.gl. 1.

Dotis profectitiæ actio licèt sit communis patri, & filiæ, tamen patre mortuo, vel filia emancipata,ad solam mulierem pertinet etiam exheredatam,ibid.

Dos filiæ mortuæ liberis existentibus non est restituenda patri, glo.fi.in l.illam, 19.C. de collatio.

in Dotem ea, quæ data sunt à patre,si non erant obligata creditoribus,neque in fraudem creditorum data,reuocari non possunt à creditoribus,l.2.C.de reuocand. his, quæ in fraud.

Dos filiæ data potest reuocari per creditores,quando filia successit patri,vel non successit, sed res dotales erant specialiter obligatæ, vel in fraudem creditorum sit constituta,secus si in fraudem patroni, gl.fin.ibi.

Dos data filiæ à patre dicitur esse alienata ab omnibus bonis patris, & ita non est in bonis patris,§.quia verò iam,& ibi glo.alienata, in auth. de æqualitate dotis, col.7.

Dos aduentitia dicitur, quando vxor marito suo dedit sub ea conditione, vt pro filia genero in dotem daret, sed si non daret, condictione tenetur, l.profectitia,§.si filiusfamilias, de iure dotium.

Dos aduentitia non est communis patris, & filiæ, sed solius filiæ est, & pro ea dote,potest ipsa sola agere, etiam sine consensu patris, † glos. profecta,& ibi add.marg.in l.2.§.quòd si in patris,soluto matrim.

Reliqua verbo, Filia, 8.9.10. Pater,49. vsque 54.

Dos de bonis patris si discessit debet conferri mortuo patre,gl.fi.in authen.ex testamento, C.de collatio.

Dos promissa per patrem,& non soluta mortuo patre ab intestato confertur per filiam liberando fratres ab obligatione, qua tenentur ex promissione patris vel cauendo de indemnitate, l.2.& ibi gl.fi.eod.

Dos, quæ non potest actualiter conferri,debet conferri eo modo,quo potest,vt liberando,vel cauendo de idemnitate,gl.fi.ibid.

Dotis obligatio debet diuidi inter heredes,gl.1.ibid.

Dos data confertur constante matrimonio tantò minùs accipiendo de portion hereditatis,l.dotis quidem,5.C.eod.

Dos data confertur constante matrimonio tantò minùs accipiendo de hereditate, & dos remanet exigenda mulieris periculo,siue quando maritus est soluendo,siue quando non est soluendo, sed potest mulieri imputari, quare non egit,quando potuit,quia sui iuris,& ætatis erat,auth.quod locum, & ibi glo. 1.C.eodem.

Dos data confertur constante matrimonio tantò minùs accipiendo de hereditate, & dos remanet exigenda mulieris periculo, quando pater consensit filiæfamilias exigere,vel quando non consensit, quia dos erat aduentitia, vel quando dos profectitia erat magna,ibid.

Dos data ab auo,& patre pro filia mortuo auo ab intestato durante matrimonio non confertur fratribus patris,nisi sit solutum matrimonium morte filiæ,secus si sit solutum matrimonium morte generi, quo casu non confertur, cùm iterum teneatur dotare filiam,gl.2.& ibi add.in l.ea demum,6.eod.

Dos,& donatio propter nuptias debet inter filios tam masculos,quàm fœminas tam in potestate,quàm emancipatos conferri, dummodò tractetur de successione illius,qui dotem,aut donationem propter nuptias constituit, l. vt liberis,17.C. eodem.

Dos promissa per patrem,& non soluta confertur per filiam, si ipsa cum fratribus æqualiter sit heres instituta: atque ita de parte sibi competenti tota dos est soluenda,gl.1.in l.si pater,C.de dotis promissione.

Dos promissa per stipulationem potest conferri in arbitrium patris, & eius arbitrio detracto,remanet promissio incerta,& speciali iure valet,† gl.semper in l.1.soluto matrim.

Reliqua verbo,Conferre,Collatio,5.Filia,11.12.13.Pater,58.

Dos,& donatio propter nuptias computantur in legitimam ad excludendam querelam inofficiosi testamenti, l. quantum nouellæ, 29. C. de de inoffic testamen.

Dos,& donatio propter nuptias computantur in legitimam,non solùm quando habita est à patre, vel ab auo paterno,ad quos de iure spectat onus dotandi sed etiam quando habita est à matre,vel ab auo materno, ad quos regulariter non spectat onus dotandi, ibid.

Dos data per auum nepti,imputatur ei in legitimam,d.l.quantum nouellæ.

Dos, & donatio propter nuptias ita demùm computantur in legitimam, si tractatur de successione eius,qui dotauit,non autem alterius,ibidem.

Dos actionem de inofficioso testamento excludit,maximè, quando dos sufficit ad quartam legitimæ,& confertur,& in legitima portione computatur,si paterfamilias decesserit intestatus, vel testamento iam facto ita disposuerit, l. vnica,§.quo à nobis,C.de rei vxoriæ actione.

Dotem filia habens non potest agere de inofficioso testamento, licèt non sufficiat ad quartam legitimæ, rectè tamen aget ad supplementum illius condictione ex lege,gl.maximè, ibid.

Dotem filia debet hodiè conferre,& in legitima portione computatur, etiamsi non dicat paterfamilias in testamento,dummodò non dicat contrarium,glo. hoc testator,ibidem.

Reliqua verbo,Legitima,Querela,19.20.

Dos inofficiosa ita rescinditur per querelam inofficiosæ dotis, sicut donatio inofficiosa per querelam inofficiosæ donationis, l.1.C. de inofficios.doti.

Dos inofficiosa dicitur,quando à matre fuit data dos,& pactum appositum sit,vt vir lucraretur eam vxore mortua in matrimonio,gl.1.ibid.

Reliqua verbo,Querela,19.20.

Dotium fideiussores dari non debent,rub.& per totum, C. ne fideiussor.dotium dentur.

Dotem maritus recipiens pro illius conseruatione non debet dare fideiussorem, l.1.& ibi gl.2. & l.2.C.eod.

Dotis fideiussorem potest maritus accipere à muliere,sed mulier non potest accipere à marito de ea conseruanda, d.gl.2.

Dotis fideiussor dari non debet à marito vxori, neque pro dote ante matrimonium sponsæ,cùm in eum casum obligatio conferatur,ibid.

Dotis fideiussorem maritus post solutum matrimonium potest dare,ibid.

Dotem si quis extraneus solus,siue cum marito, accipiat pro marito, & se obliget,valet talis obligatio,cùm non sit fideiussio,vel satisdatio, nisi quando alterum sit accessorium,† dict.glo.2.

Dotis fideiussorem non debet accipere extraneus,qui dotem dedit, ac stipulatus sit de reddenda soluto matrimonio,† ibid

Dotis fideiussorem si dederit maritus, talis fideiussor nullo modo tenetur † ibidem.

Dotis fideiussorem dare sicut prohibet rubrica viro,sic textus dictæ legis prima prohibet vxori accipere,& si contrà fiat,non valet fideiussio, etiamsi accedat iuramentum,d.gl.2.in fi.& ibi add. marg.

Dotis fideiussionem,vel satisdationem,vel mandatum non debet exigere vxor à marito,vel à patre eius,vel ab omnibus,qui dotem suscipiunt,l.2.C.eod.

pro Dote non satisdatur constante matrimonio,sed bene eo soluto,glos.satisfieret,in l.cui vsusfructus, 30.de vsufructu legato.

Reliqua verbo,Fideiussor,18.

pro Dote datur tacita hypotheca in bonis mariti speciali iure,glos.semper,& ibi add.in l.1.soluto matrimonio.

in Dote præfertur mulier aliis in personali,& hypothecaria actionibus,ibidem

dotis,8.de iure dotium,& l.plerunque,11.§.ſi ſerui,& ibi gl.mariti,eod.

Dos debet reddi,& eius fructus pro rata vltimi anni ſunt diuidendi inter virum, & vxorem ſoluto matrimonio, morte, vel diuortio, niſi ſuperſtes ſit alenda mulier ab heredibus viri intra annum dilationis datum ad reſtituendam dotem,ſi mulier non habeat aliunde vnde ſe alat;glo.facto,in l.diuortio, ſoluto matrimon.

Reliqua verbo,Fructus,16.17.18.*Maritus*,31.32.33.34.*Mulier*, 14.

36 D o s licèt propter mulieris debitum non poſſit vendi per iudicem, poteſt tamen mulier vendere conſentiente marito, l.final. & ibi addit. margin.de iure dotium.

Dotis non ſolùm reſtitutio,ſed etiam alienatio poteſt fieri conſtante matrimonio,propter vtilitatem mulieris,ibid.

in Dotem ſi datus ſit fundus æſtimatus ita, quòd poſſit eligere mulier æſtimationem,vel fundum,non poteſt maritus alienare illum fundum,ſecus ſi in arbitrio mariti ſit, quia tunc poteſt alienare fundum dotalem æſtimatum, l. quòd ſi fundus,11.de fundo dotali.

in Dotem ſiue ſit datum totum prædium, ſiue pars eius, alienari non poteſt, l. dotale,13.& ibi gl.dominium,eod.

in Dotem datæ res mobiles æſtimatæ conſtante matrimonio poſſunt alienari,& ſic vſucapi,gl.vſucapionem,in l.in rebus,30.C.de iure dotium.

in Dotem data res inæſtimata nullo modo poteſt alienari intercedente etiam iureiurando ſecundùm ius ciuile,ſed ſi tali æſtimatione, quæ emptionem inducat,fuerit data,tunc vir poteſt alienare,ſed remanebit ipſi mulieri obligata pro dotis æſtimatione,gl.valebunt,in add.marg. & gl.in dote,in auth. vt immobil.bona antenuptialem,col.6.

in Dotem data res mobilis inæſtimata,quæ pondere,numero, vel menſura conſtat,ex mariti ſententia alienari poteſt,quòd ſi non conſtet illis, nulla ratione poteſt alienari,niſi marito exiſtente ſoluendo, volentéque ex aliis bonis hanc alienationem compenſare,ibid.

Reliqua verbo,Dotalis,9.10.11.*Mulier*, 21.

37 D o t e m licèt minuant expenſæ neceſſariæ non tamen dicuntur diminui corpora,& res dotales,gl.manet,in l.peculij 4 § pen.de peculio.

Dotem ipſo iure diminuunt expenſæ neceſſariæ,l dote, 61.de ritu nuptiarum.

Dos tota ſoluta ſine deductione impenſarum neceſſariarum in debiti conditione condicitur,quaſi plus debito ſolutum ſit,l quod dicitur, §.ſi dos, & ibi gl.conditioni,de impenſis in reb.

Reliqua verbo,Maritus,37.38.*Expenſæ*,2.3.4.13.*Vſus*,19.

38 D o t e m vxoris filij datam patri, poteſt filius cum aliis inſtitutus, aut exheredatus ante alios abducere,aut capere de hereditate, l.in filia, 20. §. 1. famil. erciſc.

ex Dotis promiſſione à marito conuentus ſocer condemnari debet tantùm in id,quod facere poteſt,& non in plus, ſecus eſt in extraneo promittente, qui inſolidum tenetur,l.ex diuerſo,17.& ibi gl.hoc iuſtum,ſolut.matrim.

Dos data ſocero propter inopiam ſoceri conſtante matrimonio exigi poteſt à muliere à tempore,quo conſtat de eius inopia,cùm eadem ſit ratio in ſocero, quæ in marito,gl.mariti,in l.ſi,conſtante,24.eod.

Dotem vxoris ſuæ viuentis, vel defunctæ præcipuam debet habere filius vxoratus in diuiſione hereditatis paternæ, nec eam communicat cum aliis heredibus,l.2.C.famil.erciſc.

Dos quam pater nomine vnius filij accepit, mortuo patre venit recipienda, ſed non diuidenda in iudicio familię erciſc.quod datur directum,ſi ſit talis filius inſtitutus,ſed vtile,ſi talis filius fuit exheredatus,vel in factum,dict. l.2.& ibi gloſſ.2.

Dotem,quam pater nomine filij accepit,mortuo patre filius cauendo coheredibus,de indemnitate conſequitur actione familiæ erciſc. neque eam communicat,d.l.2.& ibi gl fin.

Dotem,quam pater nomine filij accepit,mortuo patre filius conſequitur actione famil.erciſc.viuente, vel mortua vxore, ſecus tamen diuertente à marito, quia dos tunc ſequitur vxorem,d.gl.fi.

Dos data ſocero poteſt repeti ab eo,ſi ad inopiam vergat,gl.inchoante, in §. illud quoque,in auth.de æqualitate dotis,col.7.

Dos data marito, & ſocero poteſt repeti, altero eorum vergente ad inopiam, ibidem.

Reliqua verbo, Mater,4.

39 D o s manente matrimonio à viro volente poteſt vxori reddi ob has cauſas ſcilicet,vt ſe,ſuóſque alat,vt emat idoneum fundum, qui in dotem ſit, vt in inſulam,vel in exilium relegato parenti præſtet alimoniam,aut vt egentem virum,fratrem,aut ſororem ; vt ſuſtentet, vir tamen inuitus non cogitur dare, niſi cùm ad inopiam vergit,& quando ipſi mulieri eſt vtile,l.mutus, & ibi gl. reddi,de iure dotium,& gl.fi.in l.ſi quis pro vxore, 21. de donat.inter virum.

Dos conſtante matrimonio mulieri poteſt ſolui,ſoluendóque vir liberatur,quatenus ſaltem facta eſt locupletior vxor,l.cùm in fundo,78.§.vxor, & ibi gloſ. recepiſſe,de iure dotium.

Dotem poteſt maritus ſoluere vxori conſtante matrimonio, quando vxori eſt vtilius,ex venditione dotis ſoluere creditoribus patris,cui heres extitit,& retinere bona hereditaria vberiora redditu,l.fi.& ibi gl.fi.eod.

Dotem ſoluere vxori conſtante matrimonio poteſt maritus in multis caſibus, & ſoluendo liberatur,regulariter tamen non debet ei reddere,& ſi reddiderit non liberatur,niſi quatenus ipſa eſt facta locupletior,gl.dos,& ibi add. marg. in l.2.ſoluto matrim.

Dotem à muliere datam poteſt maritus conſtante matrimonio reſtituere mulieri etiam in patris poteſtate conſtitutæ,vt ſoluat ipſa creditori ſuo id, quod illi debet, aut vt prædia idonea emat ex ea pecunia, & in dotem conuertat, aut vt conſuleret filiis ſuis egentibus,quos habuit ex alio viro, aut fratribus, aut parentibus ſuis,aut vt eos ab hoſtibus redimeret,§.dotes autem, & ibi gl. ex cauſis,in auth.de nuptiis,col.4.

Dotem conſtante matrimonio ſponte poteſt ſoluere vxori, ſed non poteſt cogi inuitus,gl.1.in l.vbi adhuc,29.C.de iure dotium.

40 D o s olim ſoluto matrimonio reſtituebatur annua,bima, trima die, hodiè tamen dotis immobilia bona ſtatim,mobilia poſt annum,glo.legib.in l.ſi vnus, §.pactus ne peteret,de pactis,& gloſſ.dos debet,in l.2. ſoluto matrimonio, & gl.rerum,in l.ſi cùm mulier,§.rerum,rerum ammotarum,gl.pen.in l. omnes, §.fi.quæ in fraud. cred.

Dotem dans pro muliere, ſi ſtipulatus ſit duas partes dotis ſibi reddi, tertiam apud maritum remanere,& etiam ſit pactus ne quid maritus conferret in funus mulieris,ſi ſtipulator mulierem funerauit, locus eſt pacto, & inutilis eſt funeraria actio, ſed ſi alius funerauit, poteſt ille pro ea parte, quæ remanet apud maritum,non obſtante pacto, maritum conuenire, l. Neratius, 20. de religioſ.

Dotem dans pro muliere ſi ſtipulatus ſit,vt ad ipſum rediret,ſi ipſa in matrimonio deceſſiſſet,aut quocunquemodo matrimonium ſolueretur,maritus in funus mulieris conferre tenetur, cùm dos morte mulieris ad eum peruenerit,ibidem.

Dos non debet reſtitui,niſi & partus ancillarum dotalium ſit reſtitutus,gl.pe.in l.cùm poſt,69.§.fi.de iur.dot.

Dos ſoluto matrimonio debet reddi mulieri,l.2.ſoluto matrim.

Dos ſolui non debet mulieri ſoluto matrimonio culpa mulieris,niſi maritus eſſet in eadem culpa,gl.dos debet,ibid.

Dos ſoluto matrimonio non debet reddi mulieri,quando pactum ab initio fuit interpoſitum de lucranda dote,niſi quando maritus vxorem occidit,quo caſu ex ſuo facinore non debet lucrum ſentire,ibidem.

Dos non debet reddi mulieri,quæ diuerterat, & iudicio de dote conteſtato reuerſa fuit in matrimonio,ibid.

Dos non debet reddi mulieri ſoluto matrimonio, quando extraneus dedit, & pactus eſt eam ſibi reddi,ibid.

Dos ſoluto matrimonio nō debet reddi mulieri in patris poteſtate exiſtenti,ibi.

Dos conſtante matrimonio propter inopiam viri exigi poteſt, nec eſt omninò caſus reddendæ dotis,cùm adhuc ſeruiat oneribus matrimonij,d.gl.dos,& ibi add. marg.

Dos ſiue mariti,ſiue vxoris periculo ſit, nihilominùs maritus eā legitimo tempore debet ſoluere,l.ſi,conſtante,24.§.ſiue autem,eod. 4

Dos data ſi fuerit filiofamilias iuſſu patris, mulier ſoluto matrimonio contra patrem mariti de peculio agere poteſt ad dotem reſtituendam, l.ſi filiofamilias,25.eod.

Dos indebitè reddita à marito ſoluto matrimonio condicitur, l. maritus, 52. eodem.

Dotem reddi ſoluto matrimonio intelligitur, ſiue morte,ſiue diuortio matrimonium diſſoluatur,plus etiamſi non contrahatur,l.cùm quærebatur, 240.& ibi gl.fi.de verb.ſign.

Dos ſicut ad mulierem, ita donatio propter nuptias ad virum ſoluto matrimonio debet reddi,niſi pactum ſit de lucrando,gloſſ.1.in l.ſi liberis,18.& gloſ.1. in auth.dos data,C.de donatio.ante nuptias,& §.nouimus,in auth. neque virum,quod ex dote,col.7.

Dos ſi citra confeſſionem inſtrumenti dotalis probetur,aliunde,ſcilicet per teſtes, vel alias probationes, vel præſumptiones illam eſſe datam, ſoluto matrimonio à muliere repeti poteſt, l. cùm citra fidem, 15. C. de iure dotium.

Dos culpa mulieris diſſoluto matrimonio remanet penes maritum,nec reuertitur ad eum,qui eam dedit,licèt ipſa mulier fuerit ingrata,niſi dans dotem ſibi fuerit pactus,vel ſtipulatus,l.ſi dotem,24.& ibi gl.1.& 2.& fi.C.eod.

Dotem,quando quis ſimpliciter dat mulieri,neque ſtipulatur de reddenda, ipſa dos fit vxoris,d.gl.2.ibid.

Dotem promiſſam poſt biennium poteſt maritus petere,tenetur tamen eam reſtituere ſoluto matrimonio intra annum,gl.biennium,in l.fi.§.fi.C.eod.

Dos ſtatim reddi debet,vbi matrimonium per conſanguinitatem diſſoluitur,gl. 4 reſtituendis,in l.vnica,§.cùm autem,C.de rei vxoriæ actione.

Dos data,vel promiſſa ex facultatibus mulieris, mortuo marito,ad eam reuerti debet, nihilque ex ea defuncti heredes debent vendicare; l. final. C. ſoluto matrimon.

Dotem reſtituere conſtante matrimonio tenetur maritus ex cauſa neceſſaria,vt cùm maritus eſt non ſoluendo,vel quando deportatur maritus, & vxor retinet affectionem,gl.in rub.C.ſi dos,conſtante matrimonio.

Dotem reſtituere poteſt maritus conſtante matrimonio, ſi velit ex probabili cauſa,non tamen cogitur inuitus,ibid.

Dotem maritus ſi conſtante matrimonio ſine cauſa reſtituat, cùm talis reſtitutio donatio præſumatur, repetit eam mortua vxore cum fructibus perceptis ab eius heredibus,gl.1.in rub.& l.1.C.eod.

Dos,de qua lucranda pactus eſt,ſi conſtante matrimonio ſine cauſa reſtitui non poteſt,ſi tamen reſtituatur,eam cum fructibus perceptis repetit vir,etiam decedente vxore,ab eius heredibus,proprietatem tamen debet reſeruare filiis ex eadem ſuſceptis,d.l.1.& ibi gl.fin.

Dos mortua filia in matrimonio debet reddi patri, vel eius heredibus, & ipſe poteſt legare liberationem dotis genero, l. penultim. C. de falſa cauſa adiecta.

Dos ad patrem redit ſoluto matrimonio,etiam liberis exiſtentibus, gl.2.in l.2 C.de bonis,quæ liberis.

Dos ſoluta ab herede grauato de bonis fideicommiſſo ſubiectis, etiamſi matrimonio diſſoluto deſinat eſſe dos,non tamen redit in cauſam reſtitutionis, gl. dare,in §.ſi verò,in auth.de reſtitutio.col.8.

Dos olim annua,bima,trima die reſtitui debebat, hodiè verò maritus habet annum,etiamſi habeat facultatem rei reſtituendæ ſtatim, gl.1.& ibi add.mar. in §.ſed ſi vxori,Inſt.de legatis.

Reliqua verbo, Maritus,39.40.41.

D o s data viro,matrimonio non ſequuto,repetitur condictione ob cauſam cum fructibus,& acceſſionibus naturalibus,ſed non cum vſuris,& acceſſionibus ciuilibus,l.qui ſe debere,§.fundus,de condictione cauſa data.

Dotis nomine ſi fuerit tradita ancilla,matrimonio non ſequuto, repetitur cum partu,ibid.

Dotis nomine datum ob matrimonium de facto contractum inter eas perſonas, quarum altera nondum habebat ætatem legitimam, repeti poteſt, ſi diuortium

firma & legitima sunt, nisi ista diminutio fiat in fraudem filiorum primi patrimonij, d.l.si, constante, C.eod.

Dos, & donatio propter nuptias quando est aucta constante matrimonio, pacta eo tempore apposita sunt seruanda, & si nihil dicatur, erit & illud seruandùm, quod in principali erat pactum, gl.statuto, ibid.

Dos promissa, & non soluta vel soluenda constante matrimonio per pactum potest diminui, vel remitti tanto, quanto donatio propter nuptias est diminuta, glo.pen.ibid.

de Dote lucranda, & donatione propter nuptias pacta debent intelligi in partibus, & non in quantitate, veluti si maritus paciscatur de lucranda tertia parte dotis cum vxore, ipsa vxor debet pacisci cum viro de lucranda tertia parte donationis, si verò vxor paciscatur de lucranda quarta parte donationis, cùm vir fecerit pactum de lucranda tantùm tertia parte dotis, illa quarta pars debet reduci ad tertiam, l.cùm multæ, 20.§.sin autem, C.eod.

in Dotis datione si sit factum pactum de lucranda dimidia parte dotis, valet, etiam si nullum pactum fiat in donatione, † gl.3.in auth.dos data, C.eod.

Dos quando datur marito ab extraneo pro muliere, ipsa mulier potest pacisci de reddenda ea, habebítque actionem dotis, licet dos excedens summam 500. aureorum non sit insinuata, nisi ille, qui dedit dotem, pro ea stipulatus sit eam sibi reddi, l.si.C.de iure dotium.

Dotem dans extraneus, si specialiter in suam personam non sit stipulatus, vel non paciscitur, donare censetur, & mulierem stipulationem tacitam fecisse fingitur, vt ei dos accedat, l.vnica.§ accedit, C.de rei vxor.actione.

Dotem dans extraneus nisi expressè in suam personam stipuletur, vel paciscatur, non præsumitur fecisse stipulationem, ibid.

50 Dotem dans extraneus donare censetur mulieri, nisi expressim sibi dotem reddi pactus, vel stipulatus sit, ibid.

Dotem dare extraneum intelligimus omnem citra parentem per virilem sexum ascendentem, & in potestate habentem personam dotandam, ibid.

Dotem dans extraneus si incontinenti in ipsa datione stipulatus, aut pactus sit, sibi adquirit actionem ex stipulatu pro dote, vnde nec fingitur natá mulieri, gl.fecerit, ibid.

Dotem cum promisit extraneus, si nihil sit pactus, posteà tempore traditionis non poterit incontinenti pacisci sibi restitui, imputet sibi, quod ab initio non pepigit, † ibid.

Dotem dans pro alumna, si pactus sit de reddenda in casu dotis reddendæ, ex tali pacto agere potest, l.1.C.de pactis conuentis.

Dotis restituendæ stipulatio cum patre facta a filio si in matrimonio decessisset mater valet, & quæritur ei actio contra patrem, l.4 C.eod.

Dotem offerens, vel promittens non potest tempore dationis sibi pacisci, si ante simpliciter dotem promisit, gl.fi.in l.ex morte, 9.C.eod.

Dotem dans pro muliere si stipulatus sit repetitionem ex morte eius, poterit repetere dotem post mortem, etiamsi fraudulenter ficto repudio matrimonium breui tempore sit rescissum, l.3.C.de repudiis.

Dote data hodiè semper fingitur intercessa stipulatio de restituenda ea, etiam si non fuerit interuenta, gl.1.in l.1.soluto matrim.

Dos non cedit in lucrum mariti mortua vxore in matrimonio, sed ad mulieris heredes actio ex stipulatu pro dote trãsmittitur, siue fuerit expressa, siue non, l.vnica, §.illo, C.de rei vxoriæ.

Dos cedit in lucrum mariti mortua vxore in matrimonio ex pacto facto de lucranda, si præcedat vxor, d.§.illo procul, & ibi gl. pactionib.

Dos remanet apud maritum propter adulterium, d.gl pactionib.

Reliqua verbo, Pactum, 15. vsque 19. Maritus, 31.32.39.40.41. Mulier, 15.16. Pacisci, Solutum. 2. Curator, 7.

51 Dotis retentio olim ob res donatas vxori à viro inducebatur, & iudex cognoscit super hoc, & sic de dote, glo.dixerunt, in l.sin autem, 27.§.in rem petitam, de rei vendic.

Dos vera propter impensas in reb.dotalib.factas à marito, soluto matrimonio, non potest retineri, sed bene dos putatiua, gl.fi.in l.& si quid, 23. solut. matri.

Dos ob res donatas retineri non potest, sed bene ob impensas, l.1. & ibi glos.impensæ, de dote prælegata.

Dos pro debito mariti contracto ex officio primipilatus, quod habuit ipsius maritus, retineri potest, aliæ autem res vxoris non possunt retineri, glo.1.in l.2.C.ne vxor pro marito.

Dotis retentio olim propter quinque competebat, sed hodiè non competit, s.ob malos mores, ob res donatas, ob res amotas, ob liberos, & ob impensas, l.vnica, §.taceat, & ibi gl.taceat, C.de rei vxor act.

Dotis retentio non debet fieri hodiè ob malos mores, cùm aliud auxilium, scilicet diuortium, sit iam introductum, d.§.taceat, & ibi gl.introducto.

Dotis retentio non debet fieri ob res donatas, cùm sit donatori facultas per actionem in rem directam, vel si mutata sit conditio, vel res extincta per vtilem, vel per condictionem suo iuri mederi, ibid.

Dotis retentio non est necessaria ob res amotas, cùm pateat omnibus maritis rerum amotarum iudicium, d.§.taceat, eod.

Dotis retentio ex specieb.non debet fieri ob res amotas, quandò species extant, si verò sit quantitas, sit compensatio, gl.nec retentio, ibid.

Dotis retentio ob liberos non debet fieri, si diuortio soluatur matrimonium, sed si morte mulieris soluatur, fiet retentio dotis, † gl.sileat, ibid.

Reliqua verbo, Maritus, 37.

52 Dos regulariter dicitur esse mulieris periculo, nisi quando est æstimata, vel est in quantitate, aut pactum sit interpositum, quod esset viri, quia in his viri est periculum, gloss. siue autem, in l. si, constante, 24. §.siue autem, soluto matrimon.

Dotem si promisit debitor mulieris, isque sit factus non soluendo, antequàm daret dotem, imputatur marito, cur eum non conuenerit, cùm potuit, & soluto matrimonio tenetur reddere eam, ac si habuisset, l.si extraneus, 33. de iure dotium.

Dotem si promisit pater mulieris, aut ipsa mulier, & hi sint facti non soluendo, antequam darent dotem, non imputatur marito, licèt neglexerit exigere, & interim sint facti non soluendo, nec tenetur reddere eam soluto matrimonio, d.l.si extraneus, §.fin.eodem titul.

Dotem si promisit extraneus volens donare, & is sit factus non soluendo, antequàm eam daret, imputatur marito, cur eum non conuenerit, cùm potuit, & habebit vxorem indotatam, ita tamen, quòd soluto matrimonio non tenetur reddere dotem, d.l.si extraneus, & ibi gl.maximè.

in Dotem res datæ, quæ pondere, numero, vel mensura constant, mariti periculo sunt, quia in hoc dantur vt maritus ad suum arbitrium distrahat, & soluto matrimonio alias res eiusdem generis, & qualitatis restituit, l. res in dotem, 42.eodem.

Dotem futuro marito si quis promiserit pro muliere, & promissor posteà soluendo esse desiit, & culpa mariti, ea pecunia in dotem promissa non sit exacta, periculum pertinet ad maritum, & idem quando eam accepto tulit, & promissor posteà soluendo esse desiit, quia tunc perinde est, ac si accepisset à promissore, & eidem eandem donasset, l.vir, 49.eod.

Dotem si extraneus promisit pro muliere, periculum mulieris est, nisi vir in exigendo moram fecerit, sed si nomen sequutus vsuras exegerit à promissore, periculum mariti est, si promissor posteà factus sit non soluendo, l. cùm dotem, 71.& ibi glo.1.eod.

Dotis periculum, constante matrimonio, spectat ad maritum dotem accepto ferentem à promissore, secus quando maritus confessus est accepisse, l.pen.§.pe. soluto matrimonio.

Dotis periculum non spectat ad maritum pro ea parte, pro qua mulier tenetur soluere, d.l.pen.§.fin.eod.

Dotem promittens pro aliqua si eam instituerit, ac decesserit, periculum dotis pro ea parte, pro qua illa heres extitit promissori, non pertinet ad maritum, si non exegit ab ea, quamuis periculum, eò quod non exegisset a promissore viuo, esset ipsius mariti, ibidem.

Reliqua verbo, Maritus, 22. vsque 29. Periculum, 2. Debitor, 36.

Dos consistens in pecunia, quæ post annum à morte viri debetur vxori, si legetur vxori, poterit ipsa petere eam dotem cum commodo medij temporis, l. debitor, 82.& ibi gl.inutile, de leg.2.

Dotis legatum continet id, quod actio de dote originaliter contineret, & nihil plus, nisi in tempore, & hoc quando quis dotem legauit simpliciter, non adiiciendo quantitatem, aliàs contineret etiam non datam dotem, l.1.& ibi glos. id dotis, de dote prælegat.

Dotis legatum non tollit exceptionem peremptoriam, quæ antequàm deducatur in iudicium, dotem minuit ipso iure, vt est exceptio expensarum, dict.l. 1. eodem.

Dotis legatum diminuitur propter expensas dotis, d.l.1.& ibi gl. impensæ, eod.

Dotis legatum tollit dilationem legalem dotis, & ita mulier licèt non possit petere dotem soluto matrimonio, nisi post annum à morte viri, potest tamen statim eo mortuo, si ei prælegata sit dos, d.l.1.eod.

Dotis legatum simpliciter factum extinguitur, si posteà dos à marito soluatur vxori, in casib.in quib.licet, d.l.1.§.adeò, eod.

Dotis legatum extinguitur, si res dotales perierint, vel si ab initio dos non fuit perfectè constituta, ibid.

in Dotem datus fundus æstimatus si specialiter legetur vxori, deinde generaliter dos legetur eidem, fundus semel tantùm, non bis debebitur, l.2.§.fin.& ibi gl.in dotem, eod.

Dote legata vxori non potest heres mariti differre solutionem eius propter donationes in vxorem factas, nec propter impensas vtiles in res dotales factas, vel etiam in alia re dotali vxoris, sed propter impensas necessarias potest tantò minùs de dote restituere, l. dote prælegata, & ibi glo.minuunt, eod.

in Dotis legato sola dos venit, sicut veniret in dotis actione, vt solum sit repræsentationis commodum in legato dotis, glo.fi.in l.licèt, de dote prælegat.

Dos, quæ prælegata fuit vxori heredi pro parte institutæ, deducitur, vt debitum, seu æs alienum, neque talis deductio impeditur per quartæ deductionem, l. cùm heres, 51.ad Trebell.

Dos prælegata non cadit in restitutionem fideicommissi, nisi specialiter sit dictum, & tunc si quarta Trebellianica mulieri rogatæ ad dotem sufficiat, l.Lucius, 78.§.maritus, eod.

Reliqua verbo, Legatum, 57. Maritus, 51. vsque 54. Socer, 1.

Dos data à muliere vel patre in prius matrimonium, intelligitur conuerti in secundum, nisi aliud probetur conuenisse, l.dotem, 30.de iure dotium.

Dos data pro muliere ab aliquo in prius matrimonium, dissoluto eo, conuertitur in secundum, si ille consenserit secundo matrimonio, secus si non consenserit, glo.2.ibid.

Dos data in matrimonium non facto diuortio, sed tantùm iurgio facto, remanet eiusdem matrimonij, l.quòd si, 31.eod.

Dos data in primo matrimonio, etiam inualido, tacitè intelligitur repetita, si posteà validetur, l.si seruo, 39.eod.

Dos primi matrimonij videtur repetita in sequenti matrimonio, licèt matrimonium tertium in medio interuenerit, l.pen.§.vxor, soluto matrim.

Dotem, quam mulier primo viro dedit, debet dare secundo, gl.fi.in l.vnica, §. fi. C.de rei vxoriæ actione.

Dotem si extraneus dederit primo viro, & pactus sit sibi reddi, illa dos non conuertitur in secundum virum, nisi ille extraneus consenserit denuo, ibi.

Reliqua verbo, Filius, 76. Mulier, 35. vsque 41.

Dotem, quam mater dedit marito quondam communium liberorum patri, non tenetur ipsa mater reseruare filiis prioris matrimonij, si habeat alia bona, ex quibus potest relinquere vnicuique filio tantum, quantum dat secundo viro in dotem, gl.fi.in l.si liberis, 18.C.de donatio.ante nupt.

ex Dote, quam mulier, vel alius pro ea marito quondam liberorum communium patri dedit, nihil tenetur ipsa mater post secundas nuptias reseruare liberis ex primo matrimonio procreatis, & multò magis si ipsa ad secundas nuptias non migrauerit, d.l.si liberis, eod.

ex Dote si apud maritum remaneat aliquid, vel ex donatione propter nuptias apud vxorem, id cogitur reseruare maritus, vel vxor liberis prioris matrimonij, gl.fi.ibid.

Reliqua verbo. Filius, 76. Mulier, 33. vsque 41.

Dotalis fundus ille, qui mulieris nomine, & ab extraneo in dotem datus eſt, cùm propter vxorem is fundus ad maritum perueniſſe videatur, l. ſi nuptura, 14.eodem.

Dotale prædium non dicitur, niſi tradita poſſeſſione, l. de diuiſione, 5. ſoluto matrimonio.

Dotale prædium dici non poteſt ante matrimonium contractum, licèt quaſi dotale dicatur quo ad hoc, vt alienari non poſſit, gl.ſi.ibid.

Dotale prædium eſſe incipit ex die nuptiarum, quando ante nuptias traditum eſt dotis nomine, gl.ex die, in l.ſi ante, 6.eod.

Dotalis res dicitur res empta ex pecunia dotali, quando verum eſt matrimonium, ſed quando non eſt verum matrimonium, dicitur quaſi dotalis, l.ſi cùm dotem, 22.§.ſi.& ibi gl.ſi.eod.

Dotalium pecorum fœtus diuiduntur inter maritum, & vxorem pro portione vltimi anni, veluti & alij fructus dotis, ſecus eſt in partu ancillarum, qui mulieris tantum eſt, quia non eſt in fructu, l ſi marito, 31.§.fin.& ibi gl.pe. eod.

Dotalis ſeruus ab aliquo heres inſtitutus contemplatione vxoris debet iuſſu mariti hereditatem adire, vel repudiare, ſi non habet maritus ſollicitudinem damnum ſuſtinendi, l.ſeruus dotalis, 58.eod.

Dotalis ſeruus quando ab aliquo eſt heres inſtitutus, conſulitur marito, vt coram teſtib. interroget vxorem, vtrùm velit habere hereditatem, & ſi dicat nolo, mariti iuſſu ſeruus repudiabit, ſed ſi dixerit volo, maritus reddet vxori ſeruum ſub conditione, vt cum iuſſu eius ſeruus adierit, marito eum reſtituat, ibidem.

Dotales res veniunt in fideicommiſſo vniuerſali relicto per mulierem, l.Lucius Titius, 78.§ filiam ſuam, ad Trebell.

3 Dotales non præſumuntur eſſe res traditæ marito ad ſuſtentationem filiæ, ſed ſunt extra dotem, nec pro debito mariti capi poſſunt, l. 3.C. ne vxor pro marito.

Dotalis eſſe ſolutó matrimonio deſinit eſſe fundus tributarius datus in dotem inæſtimatus, gl.pen.in l. 1.C.ſine cenſu, vel reliquis.

Dotalibus ſeruis teſtamento datam iure libertatem à marito reuocare non poteſt pater, ſi maritus ſit ſoluendo, licèt ad patrem pertineat dotis exactio filia defuncta, cùm & inter viuos marito liceat mancipiis dotalib. libertatem dare, l.3.& ibi gl.ſi.C.de iure dotium.

Dotales res occupantur à fiſco pro debito ex primipilatus cauſa, gl.fin.in l. dotis tuæ, 9.C.eod.

Dotales res ſi vi auferuntur marito, competit ei actio vi bonorum raptorum, vel furti, l.de his, quæ in dotem, 11.& ibi gl.ſi.C.eod.

Dotalis non eſt fundus emptus ex pecunia dotali, cùm maritus non poſſit adquirere vxori actionem ex empto, l.ex pecunia, 12.C.eod.

Dotalis efficitur fundus emptus ex pecunia dotali, quando inter virum, & vxorem hoc eſt actum, vt dos fieret fundus emptus, & vtile eſſet mulieri, gloſſ. 2.ibidem.

Dotalis efficitur pecunia redacta ex venditione ſpecierum ſcilicet lapidum, vel aliarum rerum, quæ in dotem ſunt datæ, ſi hoc inter eos ſit actum, & vtile ſit mulieri, ibidem.

Dotales dicuntur verè ancillæ, & aliæ res, quæ æſtimatæ, vel inæſtimatæ in dotem ſunt datæ, gl.æſtimatæ, in l.vnica, §.cúmque, C.de rei vxor.actione.

Dotalis inæſtimatæ ancillæ partus ſoluto matrimonio vxori debet reddi cum ancilla, non ſeruata electione viro, ſecus ſi æſtimata fuiſſet, quo caſu & partus ad virum pertinet, ibid.

Dotalis fundus ſi bis in anno faciat fructus, in fructibus vltimi anni diuidendis eadem ratio eſt habenda dimidij anni, quæ integri, vel ſi ſemel in triennio eadem ratio triennij, quæ eſt habenda anni, glo.temporis, in dict. §. cúmque, eodem.

Dotalia bona ſunt tacitè obligata pro adminiſtratione primipilari, excuſis tamen prius facultatibus primipili, l.4.C.in quib.cauſ.pign.vel hypoth.

ad Dotalis fundi diuiſionem rectè poteſt maritus prouocari, ipſe tamen alium non poteſt prouocare, niſi id mulieri proſit, gl.prohibetur, & ibi add. marg.in princ.Inſt.quib.aliena.licet.

Dotalem rem alienatam poteſt maritus vendicare conſtante matrimonio veniens contra factum ſuum, ſed ſoluto matrimonio mulier repetit, gl.interdicta, in d.prin.Inſt.eod.

Dotalia pacta, quæ pro reſtitutione dotis, vel pro tempore, vel pro vſuris, vel pro alia quacunque cauſa ſunt facta, ſunt obſeruanda, l.vnica.§.ſi. C. de rei vxoriæ actione.

Dotalis fundus, quem mulier emit ſub cautione euictionis, ſi à marito euictus ſit per iudicem, mulier, pater eius, & maritus poſſunt agere aduersùs fideiuſſorem euictionis nomine, quaſi minorem dotem habere cœpiſſet, vel nullum, ſi tantum maritus obtuliſſet, quanti fundus eſſet, l.ſi pro re pupilli, 22.§. 1. & ibi gl pe de euict.

Dotali re euicta poteſt agere vir aduersùs vxorem de euictione, & actione ex empto, & quidquid ipſe vir conſequutus eſt eo nomine, tenetur ſoluto matrimonio dotis actione reddere eidem, l.quoties, 16.& ibi additio.margin.de iure dotium.

Dotali re euicta, ſit maritus duplum ſit conſequutus eo nomine, illud duplum tenetur reddere vxori ſoluto matrimonio, ibid.

Dotalem rem etiam deteriorem factam poteſt reddere maritus, l.ſanè, 11.eod.

Dotales res immobiles etiam iure Digeſtorum ſtatim reſtituebantur, & non annua, bima, trima † die, gl.reddet, in l.diuortio, 7.§.interdum, ſoluto matrim.& gl.in dotem, in l.2.§ ſi.de dote prælegata.

Reliqua verbo, Legatum, 57. Lex, 23. Primipilus, Primipilatus, Seruus, 11.

5 DOTALIS rei dominium iure nouo ſoluto matrimonio ipſo iure transfertur ad mulierem, ſed non attento iure Digeſtorum, gl.ne facto, in add.marg. in l. ſi mora, 9.ſoluto matrim.

Dotali rei quod acceſſit per incrementum alluuionis, non eſt mariti, gl. in alieno, in l.diuortio, §.ſi fundum, eod.

Dotales res conſtante matrimonio, & ſic inſpecto præſenti tempore, ſunt mariti, ſed ſpe futuri temporis ſunt mulieris, gl.in alienis, in l.ſi, conſtante, 24. §.ſi maritus, eodem.

Dotales res ſoluto matrimonio fiunt vxoris ſpe, ſed non re, l.ſi filiofamilias, 25 §. 1.& ibi gl.res noſtras, eod.

Dotalis rei dominus maritus eſt, l.ſeruus, 58.& ibi gl.mariti, eod.

in Dotalibus rebus mulier non habet dominium, niſi quoad hoc, vt inde ſuſtentetur, quo etiam reſpectu dicitur poſſidere, † gl.1.in l.in rem, 23. de rei vend.

Dotalis rei dominium eſt mariti, & ideò conſtante matrimonio non competit rei vendicatio vxori, l.doce ancillam, 9.C.de rei vendic.

Dotalis res æſtimata, vel inæſtimata in dominio mariti eſt, d.l.doce ancillam, & ibi gloſſ. 2. & gloſſ. ipſius eſt, in additione, in principio, Inſtit. quibus alienare licet.

Dotalis res vendicari poteſt ab vxore, quando maritus vergit ad inopiam, † glo. ſi.d.l.doce ancillam.

Dotalem rem poteſt vxor vendicare, ſi vendicat vt dotalem, ſecus ſi vt ſuam, quia tunc non poteſt, ibid.

Dotalium rerum dominus eſt maritus de iure ciuili, & naturali, cùm eas vendicare poſſit, ibid.

Dotalium rerum dominium quæſitum viro nolenti auferre, vel vendere non poterit mulier, l.ſi prædium, 23.C.de iure dotium.

Dotales res datæ marito ab initio vxoris fuerunt, & naturaliter in eius permanent dominio, l.in rebus, 30.C.eod.

Dotalium rerum tranſitus eo quòd legum ſubtilitate in patrimonium mariti videatur fieri, non ideò delata vel confuſa eſt rei veritas, quæ eſt vt in dominio mulieris remanſiſſe videatur, † d.l.in rebus, & ibi gl. 5.

Dotalium rerum domina non eſt mulier de iure gentium, vel ciuili, imò per traditionem dicitur vir earum dominus, gl.naturali iure, ibid.

Dotalium ancillarum non æſtimatarum partus, & etiam per ſeruos dotales quæſita, extra operas eorum, vel extra res mariti, pertinet ad mulierem, non quòd ſint ſua, ſed vt facta viri reſtituantur mulieri ex ſtipulatu dotis, l.vnica, §.cúmque, & ibi gl.pertinent, C.de rei vxoriæ actione.

Dotalium iumentorum fœtus, & omnia, quæ continentur nomine fructuum, ad lucrum mariti pertinent pro tempore matrimonij, ſiue ſint æſtimata, ſiue inæſtimata, ibidem.

Dotalis res eſt in dominio, & adminiſtratione mariti, l.fin. C. de ſeruo pignori dato.

ex Dotali pecunia res empta à marito efficitur ipſius mariti iure dominij, quia dotalis eſt propriè mariti, ibid.

Dotalis rei dominus conſtante matrimonio ſicut dicitur maritus, ita mulier dicitur domina rei propter nuptias donatæ, quam ſoluto matrimonio lucrari debet, gl.valebunt, in auth.vt immobil.bona ante nuptia.col.6.

Dotalis rei dominus dicitur maritus iure gentium, & ciuili † gloſſ. ipſius eſt, in add.in principio Inſt. quibus alienare licet.

Reliqua verbo, Dos, 33.

DOTALES res dari inæſtimatas plerunque intereſt mariti, ne periculum earum ad eum pertineat, maximè ſi animalia maritus acceperit in dotem, vel veſtem, qua mulier vtitur, l.plerunque, 10.de iure dotium.

Dotales res æſtimatas dari quandoque intereſt mariti, vt ſi res vili pretio communiter æſtimetur, quando in dotem fuit data, nunc verò multò carior ſit facta, gl.1.ibid.

Dotales res inæſtimatæ quando dantur marito, illæ & meliores, & deteriores fiunt mulieri, ſed quando veſtis, vel aliqua res æſtimata datur marito, licèt eam attriuerit mulier, nihilominùs maritus earum æſtimationem præſtare debet, d.l.plerunque, eod.

Dotali prædio inæſtimato ſi aliquid acceſſerit, hoc ad lucrum mulieris pertinet, & ſi aliquid deceſſerit, pertinet id ad mulieris damnum, ibidem.

Dotalis ancilla inæſtimata ſi ſobolem ediderit, mariti lucrum non eſt, imò debet reſtituere ſobolem cum ipſa dote, quia partus non eſt in fructu, d. l. plerunque, §.ſi ſerui, & ibi gl.mariti.

Dotalium pecorum inæſtimatarum fœtus ad maritum pertinent, quia fœtus in fructibus computantur, ſic tamen vt ſuppleri proprietatem priùs debet, & ſummiſſis aliis in locum demortuorum capitum ex natis, reſiduum in fructib.maritus habeat, ibid.

Dotalis res ſi fuerit æſtimata ante matrimonium, hæc æſtimatio habet tacitam conditionem, ſi matrimonium ſequatur, & ideò ſequutis nuptiis æſtimatio rerum perficitur, & fit vera venditio, quoad peculium, non verò quoad omnia, d.l.plerunque, §.ſi ante, & ibi gl. vera.

Dotalis res æſtimata ſi ante matrimonium perierit, perit mulieri, quia cùm ſit conditionalis venditio, pendente conditione contingens mors extinguit venditionem, d.§.ſi ante.

Dotalis res æſtimata data ſi non exiſtat, æſtimationem omninò tenetur præſtare, d.l.plerunque, §.ſi.eod.

Dotalis res ſi probetur, quòd ante matrimonium vel poſt fuerit æſtimata pretio viliori, donationis cauſa, non valet æſtimatio, & res ipſa remanet in dote, l.ſi res, 12.eodem.

Dotalis res æſtimata quando datur, licèt non ſit ſimplex venditio, eſt tamen vera, l.quotiens, 16.& ibi gl.ſi.in add.de iure dotium.

Dotalis res æſtimata quando datur, non debent ſolui duæ gabellæ, dotis ſcilicet & venditionis, ſed vna tantũ debet ſolui, quia illa æſtimatio eſt potiùs quoddam capitulum contractus dotalis, quàm ſit contractus ſeparatus, d.glo.ſin.in additione.

Dotalis res ipſa æſtimata data non ſequutis nuptiis repeti debet, non eius pretium, quia videtur tacitè actum, quòd ita demùm æſtimatio valeat, ſi nuptiæ ſequantur, nec alia cauſa contrahendi fuit, l.in rebus, 17.eod.

Dotalem ancillam ſi accipiat maritus, interpoſito pacto, quod tantidem æſtimata diuortio facto redderet, partus eius ad eum pertinet, quia ea res periculo mariti fuit, l.ſi mancipia, 18.eod.

Dotalis res æſtimata verè ab homine, vel à lege vſu etiam mulieris deterior efficitur periculo mariti, l.æſtimatæ, 51.ſoluto matrim.

Dotalis res inæſtimata ſi fuerit data marito à muliere, & ſi pactum ſit, vel ſtipulatio intercedat inter eos, vt ipſa mulier ſolueret vſuras creditoribus quibus erant obligatæ illæ res, talis ſtipulatio, vel pactum non tranſit ad

heredes

tica.l.fi. & ibi glo.paternum,C.de dotis promissione,& gl.1.in l.auia,20.C. de iure dot.

Dotare pupillam tenetur tutor,sicut & pater,gloss. conuenit, in l.fin. C.de sponsalibus.

2 DOTANS extraneus ex nudo pacto incontinenti apposito de dote sibi reddenda sibi adquirit actionem, secus quando dotans esset pater, qui ex pacto non quærit sibi actionem dotis profectitiæ, nisi per stipulationem, glo. mulieri, in l.si cùm dotem, 22.soluto matrim.

Dotans si in casum soluti matrimonij morte sibi reddi dotem stipulatus sit, etiam muliere vel viro ingrediente monasterium,committitur stipulatio, secus tamen deportato,ibid.

Dotans pater si in vnum casum soluti matrimonij dotem sibi reddi stipulatus sit,in casu omisso integra remanet dotis actio filiæ, & non remanet communis patri & filiæ, quia pater eligendo vnum casum expresse videtur renunciare alij, †ibidem.

Dotans extraneus ex stipulatione de dote sibi reddenda soluto matrimonio potest agere contra maritum post diuortium, etiamsi mulier posteà reuersa sit ad virum,ac redintegratum sit matrimonium,nisi denuò ipse extraneus consenserit,d.l. in insulam, 42.§.fi.& ibi gl.fi.eodem.

Dotans mulierem si stipuletur de reddenda dote sibi soluto matrimonio, habet actionem dotis soluto matrimonio cõtra mulierem,quæ non liberatur,etiam si soluerit vxori,à qua tamen potest maritus condicere eam, tanquàm indebitè solutam,l. quoties,29.§.fi.soluto matrimonio.

Dotans extraneus si stipuletur dotem sibi reddi, aut mulieri, & sic alternatiuè, fauore dotis extraneus rectè stipulatur mulieri,& illi adquirit obligationem, & ita mulier censetur adiecta ad obligationem, & stipulans ad solutionem, & ita mulier soluto matrimonio indistinctè potest agere ad dotem, ne commodo dotis defraudetur,l.Caius,45.& ibi gl.pe.eod.

3 Dotans si stipuletur a marito de sibi reddenda dote in casu, quo mulier ei nupta desierit,poterit agere ad eius repetitionem,siue mulier ab hostibus sit capta, vel deportata viro mutuante affectum, vel ancilla effecta sit, vel aliàs solutum sit matrimonium,l si quis sic stipuletur, 56.eod.

• Dotans si stipuletur de sibi reddenda dote tantùm in casu, quo mulier in matrimonio decederet,si in fraudem donantis maritus ægram mulierem diuerterit, & sic in matrimonio ne decederet, nihilominus dotanti datur actio de dote, nec dos manet vxoris heredibus, l. si filiæ meæ,59.eod.

Dotans pater filiam non potest pacisci tantùm sibi reddi, etiamsi incontinenti paciscatur,non quærit sibi actionem,nisi interueniat stipulatio,l.auia tua,10. & ibi gl. 1.C.de iure dotium.

Dotans mater filiam potest incontinenti pacisci de dote sibi reddenda, & habet actionem præscriptis verbis,pater verò dotans incontinenti si paciscatur dotem sibi reddi, nisi interueniat stipulatio, non adquirit actionem,ibid.

Dotans auia,vel auius extraneus ex nudo pacto de sibi reddenda dote incontinenti interposito sibi quærit actionem præscriptis verbis, quam transmittit etiam ad heredes,licèt stipulatio non interueniat, ibid.

Dotans mater,vel auia,vel quilibet alius, qui non habet personam dotatam in potestate,dicuntur extranei,gl.matris,ibid.

Dotans pater filiam si incontinenti stipuletur de reddenda sibi dote profectitia, adquirit sibi actionem,secus si ex interuallo post contractum matrimonium stipulatus sit ,gl.pe.ibid.

Dotans pater filiam actionem dotis profectitiæ non potest innouare ex pacto incontinenti apposito,id est,vbi actio essentialiter est communis patri & filię, fit ipsius patris,gl.fi.ibid.

Dotans debitor mulierem in dubio intelligitur dotare de bonis propriis ipsius mulieris, & sic animo compensandi, & non animo donandi, secus si esset debitor mulieris,†l.vxorem,41.§. pater,& ibi gloss.naturalis,de legat. 3.& l. fin.& ibi gl. 2.C.de dotis promissione.

4 DOTATAS esse fœminas ad nubendum, & sic ad sobolem procreandam, replendámque liberis legitimis ciuitatem, valde vtile est reipub.l.1.solut. matrimonio.

Dotatam esse fœminam interest eius, ne repellatur à viro præsumptiuè, & vt meliùs cum dote nubat,& ditiori, gl.ad sobolem,ibid.

Dotata videtur filia, cùm pater in testamento assignauit ei dotem, gl.alio,in l. cùm plures,12.§.pen.de admin.tutorum.

Reliqua verbo, Auus.

DVBIA, & incerta præsumuntur esse peremptoria, & perpetua,l.sufficit,56. & ibi add.de condict.indeb.

in Dubiis standum est verbis legis,vel edicti,secus si appareat de mente legislatoris,vel per aliam legem verba legis interpretentur, glos.edicti,in l.1.§.si is, qui, de exercitor. actione.

in Dubiis benigniorem sententiam sequi non minùs iustum, quàm tutum est, l. 3. de his, quæ in testamento delentur,& l.ea,quæ,192.de reg.iur.

in Dubiis locus est coniecturis ex consuetudine,non autem in certis,gl.consuetudinem,in l.pediculis,32.§.argento,de auro & arg.

in Dubiis semper benigniora sunt præferenda,l.semper,56.de reg.iur.

Dubia res fit per negationem,gl.vacillare,in l. plures,C.de fide instrument. nisi præsumptio esset contra negantem,vel nisi facta negatione, appareat euidens probatio in contrarium, glo.2.& ibi add.marg.in l.fin.C.quib. ad libertatem proclamare.

in Dubiis ex æquitate debet eligi media via,§. ideò nos, Inst. quib. ex caus. manumittere.

Reliqua verbo, Ambigua, Obscurum, Oratio, Pactio, Quæstio, 1. Sermo, Verbum, 1, 7. 8. 9. 11. 12.

DVBITATIO, quæ ex ipso testamento oritur, secundùm iuris scripti rationem expediri debet,sed quando est extra testamentum ex bono & æquo capit interpretationem,l. in his,quæ,16.de condit.& demonst.

Dubitatione in iudicio emergente super aliquo negotio, Imperator est consulendus,si præsens sit,alioquin proceditur de sim.lib.ad similia,glo. 1.in l.non possunt,de legib & gl. 1.in l.cùm de nouo,C.de legib.

Dubitatione in iudicio emergente super aliqua lege, si ex consuetudine certo modo est intellecta,eius intellectui stabitur, sed si ex consuetudine non sit certificata,eius expositio reuertitur ad principem, si eius sit copia, alioquin benignior pars debet sequi,& si dubitatur,quæ sit benignior,statur verbor. signif.ibi.& d gl.1.in d.l.cùm de nouo.

Dubitationis ratione aliquid permittitur, quod aliàs non permitteretur,gl.possit,in l.2.§.sed si dubitetur,de iudiciis.

Dubitatio noua in litib.quando oritur,& iudices non sunt idonei, vel sufficientes ad decisionem,ad principem recurri debet,l.fi.C.de legib.

Dubitatio, error, titubatio, nescientia,& ignorantia idem significant, neque est inter ea aliqua differentia quoad repetitionem competentem alicui ex condictione indebiti,vel quoad titulum de iuris,& facti ignorantia,differunt tamen inter se quoad alia,gl.fi.in l.fi.C. de cond.indeb.

Dubitare de singulis non est inutile, gl. requirens, in l. 3. C. de summa Trinit.

Dubitans habetur pro ignorante,gl.1.in l.fin.C.de condict.indeb.

inter Dubitantem, errantem,ignorantem, & nescientem est magna differentia, quia dubitans animum suum applicat ad plura,& nescit quid eligat;ignorans est,qui nihil scit,sed scire debet;nesciens verò, qui scire non tenetur; errans verò, qui vnum credit, & est aliud, sed quoad titulum de iuris, & facti ignorantia,& de condictione indebiti,nulla est differentia inter illa,glo.1. in l.de statu.15.de testam.

Dubitans probabiliter non tenetur respondere, nec tempus ad deliberandum petere, l.& quia, in add. marg.de interrogat.actio.

Dubitans,& ignorans æquiparantur, gl. fi. in l. 1. de condict.indeb.

Reliqua verbo, Errans, 1.2. Scienter, Titubatio.

DVCERE tam ad maritum, quàm ad vxorem pertinet, vnde dicitur etiam vxor ducere maritum,l.2.& ibi gl.fi.C.soluto matr.

Ducens vxorem damnatam de adulterio,vel maritus reducens intelligitur esse leno,& pœna lenocinij punitur,l. castitati.9.C.de adult.

Ducens in vxorem damnatam de stupro pœna lenocinij debet plecti, sed in concubinam eam habere potest,gl.2.ibid.

DVCTIO dicitur de re mobili,gl. mobilem,in l.1.si quis ius dicenti.

Ductionis nomine continentur se mouentia,ibid.

DVELLVM in nullo casu permittitur secundùm leges Romanorum, †gl.fi. in l.cùm filius,76. §.fi.de legat.2.

Duella sunt prohibita,quia sunt contra præceptum illud diuinum,Non tentabis Deum tuum, & ius Lombardorum dicit, Multos vidimus sub isto clypeo perire,gl. nisi domino,in l. qua actione,3.§. planè,ad leg.Aquil.

Duella sunt prohibita,gl.1.in l.1.C.de gladiatorib. lib.11.

Duellum inter dominum,& vasallum nullo modo consistere potest, sed debet subditus superiorem adire,† reprob.gl.Longobardorum,in c.1.§.fi. de alienatione paterni feudi.

Duellum prohibitum est de iure canonico, cui in hoc ius ciuile subiici debet, gloss. perduellionis, & ibi add. marg. in §. interdum,Inst.de heredit. quæ ab intest.

in Duello pugnantibus prohibitum est de iure canonico administrari sacramenta,maximè his,qui prouocant,d.gl.perduellionis,in add.

DVM dictio facit conditionem,l. si quis ita legauit, 7.de condict.& demonstr.

DVO simul eodem tempore tradere dicuntur,quando ambo simul tradunt possessionem per visum,glo. id enim,in l.si quis duas,6.§.final. communia prædiorum.

Duo simul eodem tempore tradere possunt domum communem,id est,quo momento tuam partem tradis, & meam tradere possim, nam ad adquirendam possessionem sufficit animus,& vt minimam rei partem attingamus, d. gl. id enim,in add.marg.eod.

Duo cùm stramenta ardentia prosilirent si concurrerint, & ambo ceciderint, & alter flamma sit consumptus, nihil eo nomine potest agi, nisi intelligatur vter ab vtro euersus sit,l.scientiam,45.§.1.ad leg.Aquil.

Duorum vicem potest obtinere præses prouincię,vel alius iudex in his,quæ pertinent ad iurisdictionem voluntariam, sed non ad contentiosam, gl. 1. in l. 2.de officio præsidis.

Duo si conduxerint vectigalia, vel emerint non animo societatis cõtrahendæ, quod vnus in eam rem impendit, aut fructus mercedésve percepit, aut deteriorem fecit, non restituit in iudicio societatis, sed communi diuidundo, l. nam,cùm tractatu,32.cum duab.leg.sequen.pro socio.

Duo rei locationis possunt esse insolidum tam iure digestorum, quàm authenticorum,† l.item quæritur,14.§.duo rei,& ibi gl.esse possunt, & ibi add. marg. locati.

Duo vel plures ex natura rei insolidum licèt teneantur, non tamen ob id illi duo rei,vel plures dici debent,l rem,65.& ibi add.marg.de euictio.

Duo eiusdem nominis si fuerint dati tutores, si non constat de quo senserit testator, neuter erit tutor, nisi viuo testatore alter decesserit, quo casu erit superstes,l. duo sunt Titij, & ibi gloss. 1.de testamen. tutela.

Duo quando ita se habent,quòd vnum sine altero esse non possit, vnum sine alio non potest tolli,& sublatum virtute remanentis perdurat,l. si ita scriptum, §. 1.de liberis,& postum.

Duo,& tria composita faciunt quinque,sed non separata, l.2.§.fin.& ibi gloss fi. de conditio.institut.

Duo sunt de numero quinque,& tria sunt de numero quinque,ibid.

Duo quando recipiunt vnam determinationem intelliguntur eam vniformiter recipere, l.si legatarius,8.§.fi. de legatis,3.

Duo si commiserint maleficium, & Episcopus excommunicet vnum ex illis, vterque dicitur excommunicatus,l.qui duos,in addit. marg.de rebus dubiis.

de Duabus causis,quarum vna prodest,alia nocet,inspici mus eam, quæ nocet, l. Fulcinius,§.quid ergo,ex quib.causis in possessionem eat.

Duo,vel plura quando sunt necessaria,non sufficit alterum adesse, glo.competere,in l.3.§.hoc autem,de itinere, actúque priuato.

Duo quando habent æquale ius,& est locus præoccupationi, si vnus est impeditus,impeditur socius,l. si maritus,15.de adulteriis.

Duarum personarum vice non debet quis fungi, vel habere duas militias, aut duas societates,gl.1.in l.fi.C.de assessorib.

Ecclesia

ab ipſis factam pro portandis armis exercitus,ibid.

Eccleſia nec priuatus à muneribus incumbētibus ad expeditionem principis per omnia loca,ad quæ ipſe proficiſcitur,poſſunt ſe excuſare,l.neminem,11.C.eo.

Eccleſiæ,earúmque poſſeſſiones habent immunitatem à ſordidis, & extraordinariis muneribus, exceptis his, quæ pertinent ad reparationem pontium, itinerum,viarum,& ſimilium,§.adhæc ſancimus,& ibi gl.ſuſtinere,in authen. de Eccleſiaſt.titulis,col.9.

16 ad Eccleſiam ſi res ex curialium ſubſtantiis per ſucceſſionem venerint, liberæ ſunt à lucratiuorum deſcriptione, ibid.

Eccleſia olim tenebatur ad collationes publicas, ſed hodiè non, per legem Friderici,gl.collationes,in §.hoc etiã,in auth. de alienan.& emphytheoſ. col.9.

Eccleſia emens poſſeſſiones tributarias tenetur ſoluere tributa, cùm id ſit onus reale, l.fi.C.de exactoribus, lib.10.

Eccleſia, vel etiam domus regia tempore expeditionis non excuſatur ab angariis, vel pro angariis, l.nullus penitus, 21.C.de curſu publico,lib.12.

Eccleſiis vel Eccleſiaſticis perſonis nulla poteſtas,vel aliqua perſona publica,vel priuata debet imponere collecta.,vel exactiones, vel angarias, nec debet inuadere bona Eccleſiaſtica, quòd ſi fecerint,& requiſiti ab Eccleſia non emendauerint, tenentur refundere in triplum,& etiam banno Imperiali ſubiiciuntur, nec debet eis remitti ſine ſatiſdatione præſtita, extrauag. nos Fridericus, de ſtatutis, & conſuetudinibus contra libertatem Eccleſ.

Eccleſia tenetur conferre ad ciuitatis munitionem, quæ ſit ad neceſſitatem, ſed non ad eam, quæ ſit ad ornatum, gl.munitionib. in extrauag. de pace Conſtantiæ, §.nos Romanorum.

Eccleſia tenetur ſoluere gabellam plauſtrorum, quæ ſoluitur ad portam,vt reficiantur viæ ex pecunia illius gabellæ, gloſſ.munitionib. in extrauag.de pace Conſtantiæ, §.nos Romanorum.

Eccleſia non tenetur ad ciuitatis expenſas ſuperuacuas, vel honoris cauſa, ſicut eſſet ſalicare plateam, tenetur tamen ad alias neceſſarias expenſas pontium, & viarum, niſi Eccleſiæ ſint mendicantium, quia nulla bona in ciuitate habent, † ibid.

Reliqua verbo,Collecta,Clerici,14.

1 ad ECCLESIAM confugiens liber pro quocunque delicto de iure ciuili extrahi poteſt,§. ſed neque,& ibi gloſſ. cuſtodies, in auth. de mandatis princip. column.3.

ad Eccleſiam ſi confugerit ſeruus ob nimiam ſeueritatem domini cogitur dominus eum bonis conditionibus vendere, ſed ſi confugerit ob maleficium, tunc domino reſtituitur,nec eſt danda ei ſecuritas, niſi modicum erit maleficium, & tunc datur ei ſecuritas & domino reſtituitur, ſed ſi confugerit propter bonam conſcientiam, vt quia monachus fieri vult,& tunc reſtituitur domino venienti ante triennium, data ab eo ſecuritate, quòd ſuum non puniet ob hoc,gl. cogentur,ibid.

ad Eccleſiam confugiens ob vitandam functionem, ſ. tributorum, & tunc non extrahetur de Eccleſia, ſi non dabitur ſibi ſecuritas 30.dierùm,vt poſſit ſecurè ſtare extra Eccleſiam 30. diebus,ſed citabitur in Eccleſia, & ſi defendet,gl. cogentur,in d.§. ſed neque,& §.publicorum,eod.

Eccleſiam confugiens ob cauſam ciuilem putà debitum,habet immunitatem, vt non poſſit extrahi,& ei petenti datur ſecuritas,vt poſſit ſtare extra Eccleſiam 30. diebus, intra quos vocatus ad iudicium reſpondebit, & ſi condemnatus fuerit,datur ſibi electio,an velit ſoluere iudicatum, an redire ad Eccleſiam, qui ſi ad Eccleſiam redire malit, iudex procedet ad miſſionem in poſſeſſionem pro menſura debiti declarati, ſi confugit ante litem conteſtatam, ſed ſi poſt, diffinitiua ſententia dari poterit, ſiue in tempore, quando erat ſub data ſecuritate, ſiue vbicunque, & fiet tunc miſſio in poſſeſſionem primo mobilium, deinde immobilium, poſteà nominum,§. ſi verò etiam, & ibi gl.temperare,eodem.

ad Eccleſiam confugienti hæretico vel Iudæo non datur ſecuritas, niſi redeat ad fidem,gl. cogentur,in fi.ibi.

in Eccleſia delinquens non debet ad Eccleſiam confugere, neque debet gaudere immunitate Eccleſiaſtica, nec ab Eccleſia debet defendi,§.fi. in auth. vt liceat matri,& auiæ, col.9.

Eccleſiæ immunitate gaudere non debent virginum raptores, & adulteri confugientes ad Eccleſiam,quando extra Eccleſiam deliquit,& multò minùs quando in ipſa Eccleſia perpetrauit tale ſcelus,ibid.

Reliqua verbo,Confugiens,Fugiens.

ECCLESIASTICA prædia titulo emptionis, donationis, vel cuiuſcunque contractus adquirens amittit omne commodum, pretia & munera, quæ dedit,l.iubemus,10.§.1.C.de ſacroſanct.

Eccleſiaſtica bona alienata vendicari poſſunt à clericis,& ab œconomis temporalib.ibid.

Eccleſiaſtici prædij vſusfructus poteſt alicui danti Eccleſię ſimilem rem concedi ad certum tempus cum pacto,quòd finito vſufructu reddatur Eccleſiæ,d.l.iubemus, §.fi.& auth.hæc vſus,C.eod.

Eccleſiaſticæ res non poſſunt obligari, vel pignerari ſpecialiter, poſſunt tamen generaliter, gl. nec pignerentur, & ibi ſpecialiter,in authen. hoc ius porrectum,C.eod.

Eccleſiaſticæ emphyteoſis penſio diminuitur ob ſterilitatem, in ſexta parte, priuati autem emphyteoſis in totum, glo.ſextam,in auth. perpetua,C.eod.

Eccleſiaſticæ rei immobilis alienatio damnoſa ſicut prohibetur ita, prohita eſt poſſeſſionis inutilis,& damnoſæ Eccleſiæ conceſſio,§.ſicut autem, in auth. de non alienand col.2.

ad Eccleſiaſticæ rei alienationem requiritur de ea re inter perſonas Eccleſiaſticas pertractatio, atque deliberatio,§.ſancimus, in addit.margin.in auhent.vt Eccleſiaſt. rerum immobil. alien.col.5.

Eccleſiaſtica res quando alienatur in caſibus à iure permiſſis,debet alienari cum ſolemnitate,quæ habetur in §.licentiam, & §. hoc etiam auth. de alienat. & emphyteoſi,gl.licentiam, in prin.in auth. de alien.& emphyt.

in Eccleſiaſticarum rerum alienationem patronus debet conſentire, d. gloſſ.licentiam.

Eccleſiaſticarum rerum alienatio facta non ſeruatis ſolemnitatibus ipſo iure non valet, & Eccleſia poteſt eam reuocare per rei vendicationem etiam c[…] ſa non cognita†, Doct.reprob.d.gl. licentiam.

Eccleſiaſticum miniſterium præſumens celebrari in domo, vel ſub vrbano p[…] dio,vel celebranti conſentiens ſine clericis amittit eam domum,& applica[…] Eccleſiæ,ſed ſi domino domus ignorante aliquis permiſerit ibi celebrari, i[…] debet puniri,non dominus,§.ſi quis in ſua domo,in auth.de Eccleſiaſt.titu[…]

Eccleſiaſticis perſonis regulariter ſecularia negotia interdicuntur, fallit in c[…] tis caſibus à iure permiſſis,§. Deo autem, in authent. de ſanctiſſim. Epiſ[…] pis, col.9.

contra Eccleſiaſticam perſonam,& libertatem Eccleſiaſticam ſtatuta, & conſ[…] tudines aduersùs canonicas ſanctiones ſunt nulla, extrauag. nos Frederic[…] de ſtatut.& conſuet.contra liberta.

contra Eccleſiaſticam, & libertatem poteſtates, conſules, & alij iudices iu[…] cantes ſecundùm ſtatuta,& conſuetudines aduersùs canonicas ſanctiones [...] troductas, ex tunc ſunt ipſo iure infames, & puniuntur aliis pœnis, & eor[…] ſententiæ,& actus illegitimi aliquatenus non tenent, ibid.

Eccleſiaſticam perſonam in criminali, vel ciuili quæſtione nullus debet trahe[…] ad iudicium ſæculare, quòd ſi fecerit actor, à iure ſuo cadit,& iudicatum n[…] tenet,& iudex ex tunc eſt priuatus poteſtate iudicandi, d. extrauag. nos F[…] dericus,§. idem ſtatuimus.

Eccleſiaſticis perſonis ſi quis tertiò requiſitus denegare iuſtitiam præſumpſe[…] amittit ſuam iuriſdictionem,ibid.

Reliqua verbo,Beneficium,6. Ius patronatus,Statutum, Clericus, 8.9.10. *Comm[…] nitates.*

ECHINVS, id eſt, eboreus eſt paruus piſcis ſemipedalis, gloſſ.1.in l.1. C, monopol.

EDERE librum rationum tenetur quis actione ex eo contractu,vel quaſi, cuius contractus neceſſitate ab initio confecit,vt ſi fuit tutor tutelæ,ſi pro[…] rator mandati,ſi ſocius pro ſocio,gl.officio,in l.1. §. officio, de tutelæ, & [...] tionibus,& gl fi.in l.2.C.de edend.

Edere librum rationum tenetur quis officio iudicis, vel actione in factum, [...] ex edicto de edendo, quotieſcunque ab initio non fuit cum eo contractu[…] ſed tantùm ei dixit, vt ſcriberet rationes, ibid.

Edi debent rationes, quæ ſunt communes cum die,& conſule,ſicut & teſtam[…] tum,& communes aliæ ſcripturæ, quando eduntur aliquo mandante,gl.n[…] inſpectio,in l.2.§.diem,quemadmod.teſtam.aper.

Edere nomen eſt iurare nomen inſcribendum,& veluti alicuius nomen profi[…] ri in actis,gl. nomina,in add.marg.in l.1.de officio conſulis.

Edere patrimonium dicitur inuentarium facere,gl. edendum, in l. 1. de offi[…] præfecti vrbi.

Edere idem eſt quod demonſtrare, ſeu dare per ſcripturam, ſeu per declarat[…] nem,glo. in rub.& ibi add.marg.de edendo.

Edere actionem, qua agere volet priùs debet quis,l. 1.eod.

Edere debet actor actionem,vt ſciat reus vtrùm cedere,an contendere vltrà [...] beat,& ſi contendendum putet, veniat inſtructus ad agendum, qua acti[…] conueniatur,ibid.

Edere eſt copiam deſcribendi facere,vel in libello complecti, & dare,vel di[…] re,d.l.1.§.1.eod.

Edere dicitur ille,qui producat aduerſarium ſuum ad album,& demonſtret q[…] dictaturus ſit,vel id dicendo,quo vti velit, ibidem.

Edere actionem tenetur quis exprimendo in ea rem,& cauſam, ita vt reus ſ[…] exinde cedere,vel contendere debeat,gl.magna.ibid.

Edi debent acta publica cum die,& conſule,gl.mag.in l.1.§.editiones,eod.

Edere inſtrumenta tenetur actor reo ad adiuuandam, & probandam except[…] nem,& reus actori ad probandam replicationem, etiam ſi non ſit vſurus, [...] edit, ad intentionem tamen actoris fundandam non tenetur reus edere, [...] in quibuſdam caſib. vt in fiſco,& in argentario,d.gl. mag.ad med.

Edere debet quis aduerſario ea ſola,quibus vſurus eſt in iudicio, non tamen quibus non eſt vſurus,d.l.1.§.fi.eod.

Edere non videtur ille, qui totum contractum,vel ſtipulationem non edidit non edenti parcitur, propter ætatem,ſexum,vel ruſticitatem,ibid.

Edere qui tenetur,ſi recuſauerit, datur contra eum actio in factum ad intere[…] quis ex argentariis, §.ex hoc edicto,de edendo.

Edere eſt vel dictare, vel tradere libellum,vel codicem proferre, d. l. ſi qui[…] l.ſi argentariis, §. ſi initium,eod.

Edere qui debet, abſurdum eſt,quòd petat,vt edatur ſibi,d.l.ſi quis,§.fi.eod.

Edi non debet petenti totus liber,ſed ſolùm tota ratio, vel pars neceſſaria, [...] capitulum tantùm,quod ad eum ſpectat,l. argentarius, §. edi,& ibi gl. de[…] batur,eodem.

Edere rationes tenetur argentarius iterum, quando poſtulans docet pere[…] habere rationes,quas argentarius anteà ſibi edidit,vel quando eas minùs p[…] nè edidiſſe probauerit, vel quando eas caſu maiores, non verò negligen[…] perdiderit, l.veluti, eod.

Edere inſtrumentum vel rationes cogitur quis actione ad exhibendum, ſi ch[…] ta ſit mea,aliàs cogitur actione in factum, ſi mea interſit exhiberi mihi [...] iudicio, in l. quædam,eod.

Edere inſtrumentum non tenetur reus actori,quando illud eſt ſuum tant[…] ſed ſi rationes ſunt communes, illas tenetur edere, gloſſ. 1. in l. argen[…] rius,eodem.

Edere cogitur reus inſtrumenta, quæ confecta ſunt mandante actore, vel p[…] curatore ſuo,aliter autem non tenetur, gl. id ex cauſa,in l.1. C.eod.tit.

Edere inſtrumenta tenetur reus actori ex cauſa, ſcilicet ad replicationem p[…] bandam,non verò ad fundandam intentionem,ibid.

Edere rationes factas cogitur tutor actione tutelæ, & non per officium iud[…] cùm ab initio eſſet contractum, vt eſſet tutor,& gereret ſua negotia,& fac[…] librum rationum,glo.fi.ibid.

Edere non cogitur reus propria inſtrumenta actori ad intentionem fun[…] dam,l. qui accuſare,4.& l.fi.& ibi gl.1.& gl. exhiberi,C.eod.

Edere debet reus inſtrumenta agenti pro fiſco ſpeciali iure, item cuicun[…] actori inſtrumenta communia,& rationes tenetur edere,gl.fieri,ibid.

per Edictum de alienatione iudicij potest quis consequi expensas litis, quando actor est in contumacia, vel reus habet iustam causam litigandi, quas expensas non consequitur quis ratione victoriæ, ibid.

in Edicto de alienatione iudicij potest iurare in litem ratione interesse, & iudex taxabit, ibid.

Edicto de alienatione iudicij tenetur ille, qui hominem, quem petere volebam, manumiserit, quia deteriorem reddit conditionem meam, cùm prætores faueant libertatib. l. 3. §. 1. eod.

Edicto de alienatione iudicij agitur ad interesse expensarum, vel alterius incommoditatis contra eum, qui rem mutandi iudicij causa alienauit, d. l. 3. §. ex quibus, eodem.

Edictum de alienatione iudicij nō habet locum post annum, ex quo cœpit competere, gl. 1. in l. item si res, de alienatione iudicij mut.

Edictum de alienatione iudicij habet locum non solum contra actorem alienantem, vel constituentem aliquem procuratorem in rem suam, sed etiam contra reum id facientem, l. non solùm, §. 1. & ibi gl. in eos, eod.

Edicto de alienatione iudicij non tenetur ille, qui obligatus soluerit mihi quod ab eo petere voles, l. nam & si, eod.

Edictum de alienatione iudicij datur etiam quoad exceptionem, vt si agat ille, qui emit ab alienante causa mutandi iudicij, repellitur exceptione, & fortè ad actionem vt actor teneatur ad damna, gl. fi. in l. fi. C. eod.

Reliqua verbo, Alienatio, 5. 17. 25. 26. 27. Actio, 24. 25.

7 EDICTVM nautæ caupones habet locum tam in ratibus & magnis nauibus quàm in lintris, id est, paruis nauibus, l. 1. §. 1. nau. caup.

Edicti nautæ, caupones, & stabularij vtilitas est maxima, quia necesse est plerunque eorum fidem sequi, résque custodiæ eorum committere, d. l. 1. eod.

Edictum nautæ, caupones, & stabularij quòd teneantur de recepto, non putet quis grauiter esse constitutum contra eos, nam est in ipsorum arbitrium, ne quem recipiant, ibid.

Edicto nautæ, caupon. & stabul. tenentur nautæ, qui nauem exercent, non verò nautæ, qui nauis nauigandæ causa in naui sunt, d. l. 1. §. 1. eod.

ex Edicto nautæ, caup. & stabul. dātur duæ actiones, & ambæ dicuntur in factum, vna datur in simplum ex contractu de recepto, & habet locum, quicunque dederit damnum, alia datur in duplum, & datur ex delicto non propriè, sed quasi, quando familia exercitoris, quam habet in naui, dat damnum, secus si extraneus, gl. iudicium, in l. 3. eod.

Reliqua verbo, Actio, 155. 156.

8 EDICTVM quemadmodum testamenta aperiantur habet locum in testamento in scriptis, & etiam in nuncupatiuo per notarium in scriptis redacto, & in omni scriptura, quæ pertinet ad testamentum, & in aliis instrumentis hereditariis, gl. 1. in l. 1. quemadmod. test.

Edictum quemadmodum testamenta aperiantur habet locum tam pro testamento perfecto, quàm pro imperfecto, vel etiam pro falso, & iniusto, & irrito, vel rupto, & etiam pro secundis tabulis vel codicillis, & pro omni scriptura, quæ prima facie continet vltimam voluntatem, l. 2. §. 1. eodem.

Edictum quemadmodum testamenta aperiantur, vel interdictum de tabulis exhibendis non habet locum pro falso, & imperfecto testamento, sed bene pro falso perfecto, & pro vero imperfecto, gl. imperfecta, ibi.

Edictum quemadmodum testamenta aperiantur, vt habeat locum, sufficit, quòd semiplene probetur per vnum testem vel aliam præsumptionem, eum, cuius testamentum petitur, inspici, vel aperiri, esse mortuum, gl. liquerit, in d. l. 2. §. si dubitetur.

Edictum quemadmodum testamenta aperiantur habet locum contra confitentem penès se habere testamentum, sed contra negantem datur interdictum de tabulis exhibendis, d. l. 2. §. fin.

Edictum quemadmodum testamenta aperiantur datur etiam heredi, glo. 1. in l. 3. eodem.

Edictum quemadmodum testamenta aperiantur, & actio ad exhibendum habet locum contra eum, qui fatetur, sed non vult demonstrare, & competit omnibus, qui desiderant tabulas testamenti inspicere, vel describere, gl. fi. in l. 5. C. de tabulis exhibend.

Reliqua verbo, Testamentum, 31. vsque 34.

9 EDICTVM si quis omissa caussa testamenti, introductum est propter eum, qui per fraudem omittit hereditatem ex testamento, vt habeat ab intestato, velut ad legitimum perueniat, vel vt vadat ad substitutum, glo. in rubr. si quis omissa caussa testa.

ex Edicto si quis omissa caussa testamenti inducitur actio vtilis ex testamento, l. 3. & ibi glo. fi. & l. 4. eod.

Edicto si quis omissa caussa testamenti tenetur legatarius, à quo fideicommissum relictum est in fraudem procuratoris, vt omittatur hereditas ex testamento, d. l. 4. §. pen. eod.

Edicto si quis omissa caussa testamenti tenetur ille, qui procurat, vt omittatur hereditas ex testamento facturus sibi aliquid lucri, non aliàs, glo. conuenire, in addit. ibid.

Edicto si quis omissa caussa testamenti tenetur ille, qui omittit bonorum possessionem contra tab. & cedit ab intestato, l. quia autem, §. pe. eo.

Edicto si quis omissa causa testamenti tenetur insolidum etiam heres eius qui omisit hereditatem ex testamento, & adiuit ab intestato, & ita actio ex hoc edicto transit in solidum in heredem heredis defuncti, sed si defunctus tenebatur insolidum ex dolo transit in heredem inquantùm ad eum peruenit, l. de libertate, §. fi. & ibi gl. fi. eod.

Edicto si quis omissa caussa testamenti tenetur pater, qui ex persona filij omisit hereditatem ex testamento, & adiuit ab intestato, l. si filius, 21. eod.

Edictum si quis omissa caussa testamenti inductum est contra eum, qui omittit adire ex testamento, & adit ab intestato in fraudem creditorum, & contra eum, qui dimittit adire, vt ad substitutū transeat in fraudem creditorum, vel vt perueniat ad legitimum, glo. in rubr. C. si omissa sit caussa testamenti.

Reliqua verbo, Heres, 24. vsque 30. Actio, 98.

10 EDICTVM Diui Marci decernit quod auditur, qui per vim pecuniam, vel aliam rem sibi debitam accipit, vel sibi solui facit, ius debiti perdit, & omne ius, quod habet in eo, vel pro eo, l. extat, quod metus caussa.

Edictum Diui Marci quando est vis ablatiua, non compulsiua, concurrit cu[m] interdicto vnde vi, & cum constitutione si quis in tantam, sed non ideò pl[us] exigitur, sed inquantùm plus est in alia, glo. fi. ibid.

Edictum Diui Marci violentum creditorem, vel alium quod sibi debetur occ[u]pantē iure debiti priuat, scilicet quod pro re habet, verbi gratia, quod pro [...] petēda sibi dabatur, vel in re, vt si emphyteotecarius, vel feudatarius erat, ibi[d].

ex Edicto Diui Marci non datur actio ad recuperandam, quod ablatum est, si[...] tamen habet locum actio generalis, scilicet condictio indebiti, vel sine caus[a] non tamen dabitur actio vi bonorum raptorum, & interdictum vnde vi, v[el] remedium legis si quis intantam, quia voluntas licèt coacta interuenit, [si] verò nullo modo voluit, tunc ad recuperandum quod ablatum est, locu[m] habet edictum Diui Marci, & interdictum vnde vi, & lex si quis intantam & actio vi bonorum raptorum, singula tamen suo loco competunt, ibid.

Edictum Diui Marci habet locum, siue debitor coactus voluit, siue noluit, ibid.

Edictum Diui Adriani introductum fuit sub occasione vicesimæ partis, qua[m] fisco dabat missus in possessionem, l. fi. & ibi gl. 1. C. de Edicto Diui Adrian[i]

ex Edicto quod metus caussa tria dantur auxilia, scilicet vtilis rei vendicat[io] contra omnē possidentem, si tamen qui passus est vim, fuerat dominus ant[e] quàm traderet, non aliter, item actio, quod metus caussa, quæ contra metic[u]losum competit, item datur exceptio, cùm quis voluerit coactus, & non r[e]stituens condemnatur in quadruplum, post annum in simplum caussa cognit[a], glo. fin. in l. extat, quod metus causa.

Edictum Diui Adriani datur intra annum, gl. 1. in l. fi. C. de edicto Diui Adria[ni]

Edictum Diui Adriani hodiè sublatum est cum sua vicesima & suis ambagibus, cum aliis omnibus quę circa repletionem vel interpretationem eiusdem edicti promulgata sunt, d. l. fi. eod.

Edictum Diui Traiani loquens de libertate Latina hodiè sublatum, est, l. 1. [in] princ. & in §. fi. C. de Latinat. libertat.

Edictum Diui Traiani viuum faciebat ciuem Romanum, Latinum verò morie[n]tem, si inuito & ignorante patrono ad ciuitatem ire principis beneficio v[o]lebat, gl. pe. in d. §. fi.

Edictum ex quibus causis maiores restituantur iustissimum est, l. 1. ex quib[us] causis maiores.

Edictum ex quibus causis maiores habet tres partes, in prima qualiter abse[ns] restituatur contra præsentem, in secunda qualiter præsens contra absente[m], in tertia continetur generaliter quòd quandocunque sit æquum, quod rest[i]tuatur, prætor restituit, d. l. 1. & ibi gl. verba.

Edictum ex quibus causis maiores, habebat hanc particulam, quam nunc n[on] habemus, si quid vsucaptum fuerit de bonis alicuius, cùm esset absens, po[st]ne rescindam vsucapionem subducendo omne tempus vsucapionis, ex quo cœpit abesse, † gloss. prætor, in l. ab hostib. §. fin. eod.

Edictum de interrogationibus habet locum ante litem contestatam, sed Edictum de confessis tantùm post litis contestationem, gloss. damni, in l. 1. [de] interrog. actio.

Edictum de interrogationibus habet locum in interrogationibus fiendis ad litis ordinationem, titulus verò de confessis habet locum in interrogationib[us] fiendis ad litis decisionem, gl. damni, in add. marg. ibid.

Edictum de interrogationibus ideò prætor proposuit, quia difficile est eis, q[ui] heredem, vel bonorum possessorem conueniunt, probare eum esse heredem vel bonorum possessorem, l. 2. eod.

Edicto de interrogationibus prætor adstringere voluit eum, qui conuenitur [e] sua in iudicio responsione, vt vel confitendo se heredem, vel negando, se oneret simul, vt de parte, pro qua heres extitit, certioretur actor ex interrogatione, l. 4. de interrogat. action.

Edictum successorium in agnatis non habet locum, sed hodiè secus, gl. agnatu[s] in l. scripto, vnde liberi.

Edictum noui operis appellatur interdictum, gl. 2. in l. 1. de no. ope. nunc.

Edictum ne vis fiat ei, qui in possessionem missus est, datur, & pro adipiscen[da] possessione, quam iudex præcipit ei dari, vel pro recuperanda, si fuerit amiss[a], gl. fi. in l. extat, quod metus caussa.

Edictum ne quis prohibeatur dare procuratorem prohibitorium est, sicut illu[d] ne vis fiat ei, &c. & sicut illi, ita isti prohibetur fieri vis, quamuis debet procuratorem, gl. 3. in l. metus, de procuratorib.

Edictum de constituta fauet naturali æquitati, vt ex pacto nudo oriatur acti[o] quando promisit illud quod aliàs erat debitum constituendo se illud solutu[rum], l. 1. de constit. pecu.

Edictum de exercitoria vtilitatem publicam continere nemo est, qui ignoret [l.] 1. & ibi gl. 1. de exercitoria actione.

Edictum de peculio vnum est, sed tripliciter potest agi, vel actione de peculi[o] vel de in rem verso, vel quod iussu, quatenus est in peculio, vel est versum, a[ut] iussum, l. 1. & ibi gl. 2. de peculio.

Edictum de coniungendis cum emancipatis liberis hodiè correctum est, gl. fi. in l. fi. de liberis & postum. & gloss fin. in authne. in successione, C. de suis legitim.

Edictalis lex appellatur lex generalis, gloss. 1. in l. hac edictali, C. de secun[dis] nuptiis.

Reliqua verbo, Constitutio, Successorium, Creditor, 72. 73. Actio, 147. Interdictum, 17. vsque 22. 30. 31.

EDITIO actorum debet fieri propter quatuor causas, vel quia expedit edi c[o]ram iudice appellationis, vel quia reus vel actor dudum fuerat absens, v[el] quia causam delegauit administratoribus tantùm audiendam, vel quia teste[s] petuntur publicari, gl. mag. l. 1. §. editiones, de edendo.

Editio instrumenti debet fieri cum die, & Consule ei, qui vult redarguere in[]strumentum de falso circa diem, & Consulem, ibid.

Editio instrumenti debet fieri sine die, & Consule, quando petitur edi instrumentum, vt videat an possit probari intentio aduersarij, vel non, ibi.

Editio instrumentorum vel rationum quando debet fieri, compellitur quis edere officio iudicis, & si ad præceptum iudicis non ediderit, tenetur action[e in] facti ad interesse, ibid. & gl. actio, in l. si quis, §. ex hoc edicto, eod.

Editionem

est,de quo senserint contrahentes, glo.penul.in l.qui ex pluribus,106.de verbor. obligat.

Electio in dubiis est promissoris,secus est in generali promissione, & indefinita, d.gl.pe.& ibi add.marg.

Electio trahit secum executionem in obligatione generis, l.si centum,117.eod.

Electionem non facit sola animi destinatio , sed requiritur , quòd sequatur electio efficaciter,l.fi.in add.marg.eod.

4 Electio quando committitur filiofamilias , vel seruo , sicut est differentia inter vltimas voluntates,& contractus,ita & quando alternatiuè filio,vel seruo relinquitur,quia in contractibus filius,vel seruus potest eligere sine patris , vel domini iussu,vel voluntate,sed in vltimis voluntatib. requiritur eorum consensus,gl.Titius,& ibi add.marg.ibid.

Electio & confirmatio quando est inualida , appellatio non est necessaria , l. si constat,12.de appell.

ab Electionis decreto non à nominatione appellatur,l.1.§.solent, quãdo app.sit.

ab Electione alicuius ad honores si quis appellauerit,dicendo electum non esse idoneum pendente appellatione,si accepit honorem,punitur,l.reus,de munerib.& honor.

Electiones Ecclesiasticorum debent fieri considerando quantum quisque mereatur,non quantum dare sufficiat,l.si quenquam,29.C. de Ep.& cl.

Electionem si ego tibi do,& tu eligis,perinde est,ac si ego elegissem, gl.fin.in l. apertissimi,14.C.de iudiciis.

Electio cuius est in soluendo,eiusdem est in repetendo,l.penultima , C.de condic.indeb.

Electio actoris est in dubio dicto , vel quando duabus actionibus agere potest, gl optione,in auth.habita, C.ne filius pro patre.

Electio actoris est,sub quo iudice vult conuenire eum,qui habet plures iudices, fallit tamen fauore scholarium,qui etiamsi sint rei,habent optionem ipsi, & non actores,ibid.

Electio, quæ competit heredi ex voluntate testatoris , aufertur ei propter suam contumaciam in eligendo,gl.4.in l.pe.C.de fideic.lib.

Electio est actoris,an velit agere præcisè ad factum, an ad interesse , quando in obligatione est factum , sed quando in obligatione est tradi , electio est rei, non actoris,cum rem præstando liberetur ab interesse singulari, vel communi,gl.duplum,in l.1.C.de eo,quod interest.

5 Electio ,vel nominatio , quæ debet fieri in consilio publico , aliter facta non valet,neque est necesse appellare,l.nominationes,27.C.de app.

Electio propter moram transfertur in aduersarium,gl.qui minorem, in l.sancimus,34 §.ne autem,C.de dona.

Electio,& confirmatio facta per pecuniam non valet,§.& hanc,in auth.quomodo oporteat Episcopos.

Electionem confirmans debet de eligendi modo,de electionis ratione , & electi persona inquirere ex officio suo,§.si quis ante,in ad.marg. eod.

in Electione canonicorum omnes absentes in eadem prouincia existentes de iure canonico debent requiri , de iure tamen ciuili satis est vocari eos , qui sunt præsentes,& qui sunt absentes de necessitate non debent vocari, duæ tamen partes adesse debent,glo.possessorum,& ibi add.marg.in §.nos igitur, in auth.de defens.ciu.col.3.

ex Electione sola non quæritur ius electo,fallit in magnis dignitatibus, §. illud autem,& ibi gl.codicillis,in auth.de administratoribus,col.7.

ex Electione sola prælatus aliquod ius habet,nec posteà eligentes possunt mutare consilium,gl.damus,in §.adhæc,in auth.de collatoribus,col.9.

in Electione officialium forma,& lex data , & antiqua consuetudo est seruanda, l.pe.C.de iure fisci,lib.10.

Electio debet notificari electo,l.2.C.de decurionib.lib. 10.

ab Electione,vel nominatione appellari potest , aliàs electus vel nominatus videtur consentire,d.l.2.& ibi gl.appellandi.

ab Electione, vel nominatione appellandi necessitas remittitur quibusdam electis vel nominatis,veluti minoribus vel veteranis,dict.gl.appellandi.

Electionem factam ab inferioribus tenetur superior confirmare,l.si quos,59.C. de decurionib.lib.10.

Reliqua verbo, Capitula, Homo, 1. Optio, Stipulatio,34.35. Suffragium, Testamentum,8. Commissum, Creditor,46. Eligere, Actor,3.

ELECTIO in alternatiuis quandoque est debitoris, quandoque verò creditoris,l.non vti,& ibi gl.1.de eo,quod certo loco.

6 Electio heredis est in legato relicto alternatiuè , gloss. fin. in l. qui duos , 20.de legat. 1.

Electio est legatarij in legato alternatiuo, quando verba exequutiua referuntur ad legatarium,vel sunt dubia,l.planè,34.§.pe.eod.& glo.malit,in l. huiusmodi,84.§.si Titio,eod.& glo.permissum,in l.si is,cui legatus,19.& l. Lucio Titio,23.de legat.2.

Electio est legatarij in legato alternatiuo, quando verba exequutiua referuntur ad legatarium,veluti vendicato, percipito,sed quãdo referuntur ad heredem, veluti heres dato,tunc electio est heredis,sed quando verba sunt dubia,veluti lego,tunc in dubio electio est legatarij,gl.1.in d.l.Lucio Titio, 23. & l. si ita relictum,43.§.fi.& ibi gl.fi.de legat.2.

Electio est debentis in contractib. alternatiuis , quando verba exequutiua sunt dubia,sed quando constat ad quem referantur,tunc tam in cõtractibus, quàm in vltimis voluntatibus electio est eius , ad quem verba referuntur , † dict. gloss.1.

Electio alternatiua seruo,vel filio stipulante & viuente,personalis est , & cohæret ipsi filio,vel seruo,sed non est ita personalis , quòd non transeat eo mortuo ad legatarium,vel heredem,gloss.cohæret,in l.si stipulatus fuerim, 76. de verb.obligat.

Electio competit debitori ad repetendum , quando ipse tenetur ad duo alternatiuè,& credens teneri ad vtrumque soluit,& vtrumque extat,aliàs non, l.pen. & ibi gl.electionem,C.de condict.indebiti.

Electionis beneficium competit creditori ad restituendum vnã rem ex his,quas debitor alternatiuè tenens ad duo vtrumque sibi soluit per ignorantiam, quando pacto apud creditorem ab initio fuerat electio , vel quando à duob. reis promittendi ambo promissa sub alternatione per ignorantiam s[...] sunt,† gl.præstat,ibid.

Reliqua verbo, Alternatiua,1.5. Legatum,18. Legatarius,22.23.

ELECTIO serui facta à legatario habente electionem vt teneat , requir[...] quòd sit de seruis testatoris,& quòd tota familia sit exhibita,& quòd he[...] tas erat adita , & quòd eligens sit maior , & quòd dixerit , eligo , & [...] quòd volo eligere , & quòd sit sui iuris , gloss.2. in l. serui electione , [...] legat. 1.

Electio est legatarij,quando legatur incertum de certis,l.qui duos,20. eod[...]

Electio heredis est,quando testator habens duos Titios,legat vnum, nomi[...]do proprium nomen,scilicet Titium,gl. 1.ibid.

Electio heredis est,quando testator legauit incertum de certis, expresso pro[...] nomine, sed vbi testator de nullo certo sensit , vt quia nomen proprium [...] cuius non expressit,tunc legatarij est electio, sicut & quando in genere [...]tur,l.si quis à filio,32.§.1.de leg.1.& gl.fi.in l.4.de tritico,vino.

Electio heredis est in legato relicto in genere, sed in legato generis subalt[...] & sic quando testator legat vnum de seruis suis , legatarij est electio , l[...] duos,20.& ibi gl.fi.de leg.1.

Electio heredis est in legato partis bonorum,an velit soluere æstimatione[...] partem legatam,etiamsi bona recipiant commodam diuisionem , l. non [...] plus,26.§.fi.eod.

Electio heredis est , quando quis habens plures Stichos legauit Stichum [...] constat de quo senserit,l.si quis à filio,32.§.1.eod.

Electio transfertur in legatarium post moram heredis in eligendo, l.statu[...]rum,11,§.fi.de legat.2.

Electio legatarij est in dubio in legato sibi relicto in genere , adeò quòd te[...]tur mediocrem eligere , nec possit eligere optimum , vel pessimum etiam [...] sui damnum & præiudicium herede contradicente,l.legato generaliter,[...] ibi gl.1.de legat.1.

Electio seu declaratio heredis est,quando testator sensit de certo fundo,sed [...] apparet de quo fundo,veluti lego tibi fundum Titianum, cùm plures fu[...] Titianos haberet,sed vbi apparet,ipse fundus, de quo constat testatorem [...]sisse,vendicabitur, ibid.

Electio seu declaratio heredis est,quando testator legauit lancem, nec app[...] quam voluit legare,ibid.

Electio legatarij est, vt mediocrem eligat , in legato generaliter relicto re[...] animatarum,in quib.aliquæ possunt reperiri, quas magis expediat non h[...]re,quàm habere , sed in legato generis rerum inanimatarum id , quod m[...]mum est,præstari debet,nec legatarius tunc eliget mediocrem,gloss. 1.ibi[...]

Electio legatarij est in legato rerum in genere,quæ à natura habent certos [...] designatos , veluti bos , equus , & homo quando testator habens seruos, [...] equos in suo patrimonio legauit seruum,vel equum in genere , sed si leg[...] ita nullos habens in patrimonio,tunc heredis est electio,† d.gloss.1. ad fi[...] glo.pen.ibid.

Electio heredis est,quando testator legauit incertum de certis seruis,si sens[...] certo,& hoc apparet per aliqua indicia,sed si non sensit de certo,tunc leg[...]rij est electio, † ibid.

Electio heredis est , quando testator legauit fundum Cornelianum , cùm d[...] eiusdem nominis haberet,& poterit eligere & dare minorem, nisi legata[...] proba[u]erit testatorem sensisse de maiori,l.idem,Iulianus,51.§.Seio.eo.

Electio legatarij primò nominati est,quando vni duo serui in genere sunt le[...]ti,deinde alij duo serui,vel tres sunt legati etiam in genere, l. si ita legat[...] 65.eodem.

Electio legatarij est in legato generis,secus tamen est in contractib.d.l.si ita [le]gatum,& ibi gl.eligit,& l.si seruus legatus, 108.§.cùm homo,eod.

Electio serui quoties datur,potest legatarius optare,quem velit, dummodò [...] optimum eligat,† l.2.& ibi gl.2.& 3. de optione legata.

Electionem serui habens,si malè elegerit,vt quia seruum alienum vel homi[...] liberum,vel quia elegerit ante aditam hereditatem , & ita electio non v[...] poterit nihilominùs iterum eligere,d.l.2.& ibi gl.hominem.

Electionem centum amphorarum vini habens si elegerit centum amph[...] aceti, quod testator vini numero non habuit , electio ipso iure non tenuit [...] ante degustationem elegit acetum , secus si post degustationem sit fact[...] acetum,quia tunc valet electio,& sibi imputet,d.l.2.& ibi glo.pe.& l.3. & [...] glo.1.eodem.

Electio trahit secum executionem in obligatione generis, l.si centum , 12[...] verbor.oblig.

Electio debitoris est in generib.gl.fi.in l.habere, 188.§.fi.de verb.sign.

Electione scyphi legata si legatarius ante exhibitionem omniũ scyphorum e[...]gerit,non tenet electio,nisi ex his duntaxat voluit eligere sciens & alios e[...] maximè si eos cognoscebat,l.scyphi,& ibi gl. 1.& 2.de optione legata.

Electione scyphi , vel serui legata potest legatarius agere aduersùs heredem [...] exhibendum,vt exhibitis omnib.possit eligere,gl.integram,ibid.

Electionem scyphi legati habens legatarius si elegerit non exhibitis omnib.[...]phis fraude heredis,vel alia qualibet causa,non tenet electio,& potest iter[...] eligere,nisi fraude tertij non fuissent omnes exhibiti , quia tunc aget con[...] eum de dolo,l.nec solùm,& ibi gl.fi.eod.

Electione mancipiorum legata legatario statuitur terminus ad eligend[...] quo elapso nihilominùs potest eligere,si habeat heres integra mancipia, [...]cus si post statutum diem vendidit,vel obligauit, aut manumisit aliqua m[...]cipia,quia tunc non potest eligere de illis,nec de retentis ab herede , l. m[...]cipiorum,cum l.seq.eod.

Electione serui legata vni, si reliqui serui sint legati alteri,potest iudex stat[...] terminum legatario optionis , quo elapso eligere non potest , l. si [...] eodem.

Electione serui legata mihi & tibi si ego elegissem vnum seruum , & tu po[st] eundem elegisses,vtriusque erit seruus , etiam si ego post electionem mea[m] & ante electionem tuam decessérim,vel factus sim furiosus,d.l.si tibi,§.vni[...]

Electione serui ex vniuersa familia legata seruus ab herede manumissus an[te] quàm optaretur,interim dũ optaretur non erit liber,heres tamen cũ am[...]

q[...]

Eligendi ius,vel facultas non perditur mutatione status,l.cùm pater,77.§.hereditatem, eodem.

Eligendi ius non perditur per deportationem,ibid.

Eligendi arbitrium,quem velit,pertinet ab initio ad legatarium , cui seruus generaliter legatus est,is tamen non poterit eligere optimum,† l.2.& ibi gl. 3. de optio.lega.

Eligendi facultas,quæ competit alicui iure suo,transmittitur ad heredes,l.illud, aut illud,eod.

Eligendi facultas in alternatiuis in vita stipulantis personalis est , & cohæret personæ,donec viuit,l.si stipulatus fuerim,76.de verborum oblig.

Eligendi facultas,& ea,quæ sunt personalia,& mere facti,non transeunt ex persona filij, vel serui ad patrem vel dominum , sed remanent penes filium , vel dominum,ibid.

Eligendi facultas in alternatiuis mortuo stipulatore ante electionem transit ad heredem stipulatoris,d.l.si stipulatus fuerim,eod.

Eligendi facultatis capax est seruus, quod verum est in electione , quæ merè facultatis facti est,secus in electione iuris,d.l.si stipulatus,& ibi glo.cohæret,& ibi add.marg.

Eligendi potestatem habens post pluries eligere , & ita potest variare , secus est in eo,qui habet facultatem declarandi, vel interpretandi, quia ei semel tantùm licet interpretari,l.quidquid adstringendæ,99.eod.

Eligendi facultas cohæret personæ,l.fi.& ibi gl.de alterutro,& gl.Titius,eod.

in Eligendis vitæ honestas spectanda est, l. 3. §. spurios,in addit.margin.de decurionibus.

Eligendo vnum,ius alij renunciare videtur,gl.fi.in l.quamuis,C.de vsuris.

Eligendi iure non priuatur volens tantùm eligere indignum,nisi sequatur effectus,i.nisi elegerit,gl.2.in add.marg.in l.fi.C.de codicil.

ELIGENS malè punitur,gl.fi.in l.nam & Seruius,§.fi.de negot.gestis.

Eligens ius incompetens non videtur renũciare iuri,quod sibi competere ignorabat,l.legitimam,8.de petit.hered.

Eligens postquàm elegit,non potest variare,l.si cui, 9.de seruitu.

Eligens viam incompetentem non perdit ob id viam competentem, veluti, qui ineptam actionem proposuit , non prohibetur ad aptam redire , secus tamen est in actionum remediis,nam in his electio nocet,glo.fi.in addit. marg.in l. cùm indebitum,57.§.fi.de condictio.indebiti.

Eligens malè sibi debet imputari,gloss.non liberat,in l.eleganter , §. si vendiderit,de pigne.actio.

Eligens malum , vel non idoneum scienter , videtur ipsum comprobare , & sibi nocet,gl.comprobauit,in l.si venditor, 17. de in diem addictio.

Eligens aliquem ad aliquod beneficium præsumitur eum habere notum , hinc canonici eligentes indignum , præsumuntur elegisse indignum scienter , ob idque iure eligendi priuantur,l.si patronus,& ibi add. margin. de confirmando tutore.

Eligens vnum non renunciat alteri,gl.iudicia,in l.3.de militari testam.

Eligens indignum statim priuatur electione , seu iure eligendi , nec expectatur alia mora,l.cùm quidam,24.& ibi gl.offenderint,de lega.2.

Eligens malum depositarium dicitur esse in culpa,& ideo periculum est eligentis,l.si soluturus,39.& ibi gl. 1.de solut.

Eligens vnum ius sibi competens circa aliud sibi non præiudicat,gloss.præiudicium,in l.si quando,35.§.fi.C.de inoffi.testam.

Eligens vnam actionem non videtur renunciare alteri actioni , quam sibi competere ignorabat,l.fi.C.de furtis,& §.quæ,Inst.de obligat.quæ ex delicto.

Eligens vnum non videtur renunciare alteri, quando illud vnum erat sub altero , sed quando illud vnum erat alteri contrarium , tunc censetur eligendo vnum alteri renunciare,glo.1.in l.non codicillum,14.& ibi add.margi. C.de testamentis.

Eligens malè dicitur esse in culpa,gloss.præiudicium,in l.finali,C.de adquirenda possessione.

Eligens bene est laudandus,sed malè eligens est vituperandus,gl.focam,in §.vetus,in auth.de iudicib. col.6.

Eligens actionem,vel viam deteriorem ad suum consequendum,cùm posset eligere vtiliorem,dicitur stultissimus,§.cæterùm,& ibi glo.2.Inst.quod cum eo, qui in alien.

Eligens actionem non potest variare,nisi fuerit deceptus , quando primum elegit,glo.eligere,ibidem.

Reliqua verbo , Legatarius , 22. 23. Commissum , Filius , 180. Electio , per tot. Imputatur.

ELOGIVM est alicuius de aliquo , siue bono , siue malo testificatio, l. ædiles aiunt,38.§.iumentorum,in add.marg.de ædilitio edicto.

Elogium quandoque sumitur deflexa significatione pro sententiæ testificatione præmonitoria,ibid.

Elogium condere significat testamentum facere,l.quidam elogio,20. & ibi glo. 1.C.de iu. deliber.

ELVSCARE est luscum facere,alteróque priuare oculo,vnde & luscus non est, qui parum videt lumine etiam admoto , sed qui omninò altero oculo nihil videt , debilitare verò est inhabilem reddere , malæque habitudinis officere, deductum à de,& habilis,l.seruum,37.in add.marg.de pignor.

EMANCIPARE priuignum cogitur vitricus,gl.1.in l.non potest, de adopt.

Emancipare filium non facilè potest cogi pater,nisi in quatuor casibus, l. pen.& ibi gl.fi.vnde liberi.

Emancipari potest infans authoritate principis,quamuis consensum, qui requiritur ad emancipationem,præstare non posset,glo.quacunque, in l.si infanti, 18.C.de iure delib.

Emancipare neptem non cogitur auus,vel filium pater, & rescriptum principis, vt iniuriosum super hoc non est seruandum,l.4.& ibi gl.1.C.de emancipatio.

Emancipari non potest absens inuitus,vel ignorans,sed hodiè generale est,quod nemo inuitus potest emancipari,gl.pen.in l.pen.C. eod.

Emancipare non cogitur quis filios naturales , & legitimos , vel legitimos tantùm,vt adoptiuos,§.fi.in auth.de nup.

Emancipare filium non cogitur pater , nisi quando pater agnouit legatum sibi relictum hac contemplatione,vt eum emanciparet, vel quando quis adoptauit priuignum,vel alium , vel quando pubes factus probauerit sibi non expedire esse in potestate , vel quando filiæ necessitatem peccandi imposuit , vel quando filium contra pietatem malè afficit, gl.fi. ibid.

Emancipari filius non cogitur,nisi ex iusta causa,† d.gl.fin. & ibi additio.

Emancipari nemo potest,nisi in imaginariam seruilem causam deductus , idest præcedentibus tribus imaginariis venditionibus,l.liberos,§.fi. de adopt.

EMANCIPATIO, & adoptio quocunque loco , siue in ciuitate, siue in prouincia possunt fieri , dum tamen coram Iudice , vel Magistratu municipali,l. emancipali,l.emancipari,& ibi gl.1.de adoptio.

Emancipationes tres in filiis,& duæ in nepotibus desiderantur, glo.veteris, in l. liberos,§.fi.de capitis diminut.

Emancipatione filiorum,& nepotum contingit capitis diminutio,d. §.fi.

Emancipatione filius,vel nepos capite minuitur,ideò quia familiam mutat,glo. fin.ibidem.

Emancipatio potest fieri coram quocunque iudice ordinario, vel delegato , aut alio,glo.rectè,& ibi add.marg.in l.5.de prob.

Emancipationis , & patriæ potestatis nulla est differentia hodiè ab intestato, & sic nullo condito testamento,sed bene condito testamento,l.Gallus,§.& quid si tantùm,de lib.& posthu.

Emancipatio nepotis substituti non impedit eum succedere tanquàm voluntarium,licèt non possit succedere vt suus,d.l.Gallus,§. ille casus.

per Emancipationem non tolluntur alia iura,nisi quæ per legem 12.tabul. deferuntur,gl.ante petitam,in l.3.§.si emancipatus,de bon.poss. contra tabulas.

Emancipatio est voluntariæ iurisdictionis,gl.iure,in add.marg.in l.pen. eodem.

Emancipationis,& patriæ potestatis differentia hodiè sublata est,gl.1.ad fin.in l. 1.de coniungen.cum emancip.lib.& glo. 1.in add.in l.1.C.de iure deliberan.

Emancipatio , & exheredatio in extraneo est res inepta , l. quidam cùm filium, 132.ver.in eo,de verb.oblig.

Emancipatione facta etsi actorum tenor non existat , si tamen aliis probationibus , vel personis , vel instrumentorum incorrupta fide probari potest, valet probatio talis,l.emancipatione,11.C.de fide instrum.

Emancipatio potest probari per testes perditis actis,gl.1.ibid.

Emancipatio non potest fieri sine scriptura,† ibi.

Emancipatio potest probari priuata scriptura aduersarij,† gl.pe.ibi.

Emancipationis ius quoad succedendum hodiè sublatum est , non quoad conferendum,quia in aliis multis etiam hodiè remanent differentiæ inter suos, & emancipatos,gl.venientem,in l.si emancipati,C.de collat.& glo.2.in auth. ex causa,C.de libe.præt.

Emancipationis ius hodiè non est sublatum,& est differẽtia inter suos,& emancipatos quoad expugnandum testamentum , & etiam quoad adquisitionem, cùm emancipatus non quærat patri,& quo ad vocationem in ius,d. gloss.venientem,in l.si emancipati,C.de collat.

Emancipatio non excludit à successione eius , qui emancipatum non habuit in potestate,l.quanquàm,10.C.de suis,& legit.

Emancipatio dicitur minima capitis diminutio,gl.1.ibid.

Emancipatio hodiè videtur semper fieri contracta fiducia,gl. 3.in l. de emancipatis,C.de legitimis heredib.

Emancipatio non datur inuito,gl.nemini,in l.fi.C.de testam.manumissione.

de Emancipatione ingenui defuncti etiam post quinquennium potest quæri , l. quod est,C.ne de statu defunctorum.

in Emancipationibus, & in donationibus potiùs attenditur veritas , quàm scriptura,l.2.C.de emancipatio.

Emancipatio non potest fieri solùm nudo consensu , sed fit solemnitate debita interueniente,vel morte patris,l.3.C.eod.

in Emancipatione absentis requiritur scriptura,gl.4.in l.pe.C.eod.

Emancipationes, sublata vana obseruatione antiqua , possunt hodiè fieri coram iudicibus competentibus,etiam sine rescripto principis,l.fi.C.eodem.

Emancipationis,& suitatis differentia ab intestato sublata est hodiè,gl.antiquissimæ,in additione margin.in §.hæc quidem,in auth.de heredibus,& Falcidia, col. 1.& §.1.in authen.de heredib.ab intestato,col.9.

Emancipatio inter adoptiuos collaterales soluit penitus affinitatem,§.inter eas, Inst. de nuptiis.

Emancipatio olim celebrabatur per imaginarias,ac fictitias venditiones , & intercedentes venditiones,vel ex Imperiali rescripto,§.prætereà, Inst.quib.mo. ius patriæ.

Emancipatio hodiè fit,si patres apud competentes iudices intrent, & filios suos à sua manu dimittant,ibid.

Emancipatione hodiè soluitur patria potestas,ibid.

Emancipatio ex Imperiali rescripto olim fiebat,etiam sine venditione , gloss.ex Imperiali,ibi.

Emancipatio est actus ciuilis,sicut adoptio,§.minus ergo,& ibi glo.ciuiles,Inst. de hered.quæ ab intest.

per Emancipationes tollebantur successiones , quæ deferebantur iure legitimo per leges 12.tabul.sed non illæ , quæ deferebantur per alias leges nouas post 12.tabul.§.sed illæ,in additio.marg.in §.1.de S.C.Officiano.

EMANCIPATVS de iure ciuili quoad successionem parentum incognitus erat,gl.iure,in l.pe.de bon.poss.contra tabulas,& gl.1.in l.2.C. de inoff.testa.

Emancipati filij exheredati , qui agnouerunt bonorum possessionem causa litis agnoscendæ , nullum ius per hoc consequuntur per solum aditum ad querelandum testamentum, quam querelam debet priùs intentare , & posteà petitionem hereditatis,quam habeat possessionem rerum,†.gl.1.in d.l.2.

Emancipati largè loquendo dici possunt sui heredes , & etiam illi , qui nec sunt in potestate,nec emancipati,vt in hereditate materna , l. fin.& ibi gloss. 1.C. fam.ercisc.

Emancipatos prætor ad successionem vocat,d.l.fi.

Emancipatus non quærit patri,gl.fi.in l.si emancipati,9.C.de collat.

Emancipatis potest donari,& per emancipationem non soluuntur iura agnationis,l.fi.C.de emancipatio.

Emancipati , & sui de iure prætorio simul admittuntur ad successionem parentis,§.

tis, §.emancipari, Inst.de hered.quæ ab intest.

Reliqua verbo, Filius, 58. vsque 62. Pater, 15.16.

EMANSOR dicitur, qui diu vagatus ad castra reuertitur, l. 3.§. emansor, de re milit.

Emansori vt subueniatur, examinantur semper causæ emansionis, idest,& cur,& vbi fuerit, & quid egerit,& datur venia valetudini, affectioni parentum, & affinium, etsi seruum fugientem sit persequutus, vel si qua huiusmodi causa fuit,sed & ignoranti adhuc disciplinam tyroni ignoscitur, l.4.§.fi.eod.

EMBOLA dicitur militum superabundantia, nam tot nascebantur in vrbe Romana,quòd propter numerositatem oportebat aliquos aliò transmitti,gl.3.in l.iubemus, 10.C.de sacrosanctis Ecclesiis.

EMBOLISMVS annus dicitur annus superexcrescens, gloss.3. in l. iubemus, C.de sacrosanctis.

Reliqua verbo, Bisextus.

EMBLEMATA dicuntur ornamenta vasorum aureorum, vel argenteorum, quæ apud antiquos exemptilia erant,gloss.emblemata,& ibi addit.marg.in l. tigni,ad exhibend.& gl.pen.in l.si gemma,de auro,& argento.

EMENDANS subtiliter laudabilior est eo,qui primus inuenit,l.1.§.sed neque, C de vetere iure enucl.

Reliqua verbo, Libellus, 7.

EMERE prohibitus aliquo loco intelligitur posse emere victualia sibi necessaria, l.solent,de off. proconf.

Emere rem suam, siue scienter,siue ignoranter non potest quis, l.debitor, 40.& ibi gl. 1.de pignor.actione,& glo.1.in l.cùm seruus, 54. mandati.& gloss.non teneatur,in l.Lucius Titius, 78.§. Titia,ad Trebel.& gloss. extero, in l.1.C.si seruus extero,& gl.consistere, in l.4.C.de contrahen. empt.

Emi non potest liber homo, aut res sacra, vel religiosa, vel quorum commercium non est,vt loca publica ab emptore sciente, sed bene ab ignorante,l.4.& 6. de contrahen. empt.

Emere potest vsufructuarius rem, in qua habet vsumfructum, & si ignoranter emerit,officio iudicis pretium minuetur, l.suæ rei,16.cum l.seq.eod.

Emere bona fide videtur ille, qui emit rem,quam putat esse ipsius vendentis,vel ipsum habere ius vendendi, nisi colludat, nec nocet ei, quòd scierit eam rem alicui esse obligatam, vel vsumfructum eius esse alienum, l. qui à quolibet, 27.& ibi gl 1.eod.

Emi licèt possint futuræ res, tamen non potest emi liber homo etiam cum hac lege, cùm seruus erit, quia expectare casum, aduersámque fortunam liberi hominis, neque est ius naturale, neque ciuile, l. si in emptione, 34.§.1.& ibi glo. expectare, eò.

Emere palàm, & bona fide potest tutor rem pupilli cum cæterorum tutorum authoritate, aliàs non, quod habet locum etiam in quolibet administratore publico,vel priuato,gl.non potest,in d.l.si in emptione,§.fin.

Emere non potest curator rem adulti, vel procurator, aut gestor negotiorum rem domini,nisi palàm & bona fide †, d.§.fi.& ibi gl.fi.

Emere aliquid per se,vel per aliam personam non licet alicui ab eo,cui res gerit officium publicum, vel priuatum, vel ab eo,qui de sua iurisdictione est, & si emerit, non tantùm amittit rem emptam, sed etiam in quadruplum potest conueniri,quod fisco applicatur,l.non licet,& ibi gl. 1.de contrah.empt.

Emere aliquid non potest tutor, vel curator, procurator,vel alius per se,vel per aliam personam ex officio, quod administrat, nisi specialiter sibi à lege, vel à principe concederetur, alioquin eam amittit, & in quadruplum condemnatur,quod fisco applicatur, d.l.non licet,& ibi gl.pen.

Emere potest quis rem suam sub conditione, si desierit esse sua, l.existimo, 61. eodem.

Emere non potest quis prædia in ea prouincia,in qua officij causa agit,vel militat,nisi sibi vendantur à fisco prædia,quæ fuerunt patris sui,l.qui officij,62.eo.

Emere prædia post militiam finitam potest miles in prouincia, in qua militabat, gl.1.ibi.

Emere potest quis seruitutem tigni immittendi, vel immissi sustinendi, & ex empto potest agere contra emptorem, l.pen.eod.

Emere potest quis partem suam cum tota re, l. quod si vno,16.§.fin. de in diem addictione.

Emere volenti vestimenta,si illa inspicienda sint concessa,vt peritioribus ostenderet,& mox perierint vi ignis, aut casu fortuito, suscipiens non tenetur de casu fortuito, tenetur tamen præstare exactam diligentiam, si vtriusque gratia sint data,sed exactissimam tenetur,quando ipsius tantùm suscipientis data sunt,l.si rem, §.fi, cùm,& ibi gl.custodiam,de præscript.verb.

Emere prohibitus à iudice non prohibetur accipere pignora, sed emere prohibitus à lege ratione officij, vel aliàs, censetur etiam prohibitus accipere pignora,l.in quorum,24.& ibi gl.1.& add. marg.de pign.

Emere qui tenetur, ergo & vendere tenetur, quia sunt correlatiua, si enim sit emptor, necessariò erit venditor, gl.stantes, in add.marg.in l.sed & reprobari, 7.de excus. tutorum.

Emere non debet quis rem communem à creditore communi, sed eam debet luere propter vinculum fraternitatis, & communionis, gl.competentem, in l.fi.§. quatuor, de leg.2.

Emere parato vno ex his, cui heres iussus est vendere, competit ei vendicatio partis,l.vxorem,41.§.agri plagam, de leg.3.

Emere dicitur etiam ille, qui per alium emit, veluti per procuratorem, l. non solùm, 22.de liberali causa.

Emere, vel vendere,vel contrahere non potest quis ita, vt alter suo nomine, ac directè agat,l.quæcunque, de act.& oblig.

Emere non potest quis res sibi donatas, & traditas, quia ex donatione, & traditione dominus factus frustrà emit, l.4.C.de contr.empt.

Emere potest quis res sibi donatas, quarum dominum se non factum ex donatione demonstratur, vt quia fuerunt donatæ ab vxore, & tunc valet emptio, d.l.4.& ibi gl.demonstratur, l.si minor. 10.C.eod.

Emere potest quis rem suam ratione possessionis, vel sub conditione, cùm sua esse desierit, vel ratione iuris, quod habet venditor in ea, aliàs non poterit, d.gl.consistere,in d.l.4.

Emere potest quis rem suam ratione iuris querelæ inofficiosi testamenti, quod habet venditor,d.glo.consistere,in d.l.4.

Emere nemo inuitus cogitur regulariter, sed fallit in quibusdam, l.inuitum,11. & ibi gl.1.C.de contrahend.empt.l.nec emere,16.C.de iure deliberan.

Emi ego à te,& tu à me emisti hereditatem, vltimus emptor habet vtiles actiones,gl.fi.in l.emptor, 5.C.de heredit.vel actio.

Emere sericum à Barbaris nulli permittitur, nisi tantùm comiti commerciorum,quod malè seruant Pisani, l.2.C.quæ res vendi non possunt.

Emere in litoribus frumenta publici canonis non licet sub pœna capitis, & in fraudem publicam commercia contracta damnantur,l.3.C.eod.

Emere vestes,aurum,vel argentum, aut mancipia subditorum non possunt proceres palatij,siue consiliarij sub pœna amissionis pretij,l.fin.& ibi glo. 3.C.de rescind.vend.

Emere,vel vendere rem censualem sine censu non licet in præiudicium fisci, sed inter se agant postquàm venditor soluit censum fisco,sed non priùs,gl.pen.in l.2.C.sine censu,vel reliquis.

Emere non licet de bonis administratoris fisci, vel reipubl. l. 2. C.de susceptor. libr.10.

Emere regulariter nemo cogitur inuitus,fallit in herede, qui speciali iure propter præceptum testatoris cogitur redimere rem alienam legatam à testatore,& præstare legatario,§.non solùm,& ibi gl.cogatur,Inst.de legatis.

EMENDI & vendendi origo à permutationibus cœpit; l. 1. de contrahend. emptio.

in Emendo,& vendendo naturaliter cōcessum est,quod pluris est minoris emere,& quod minoris est pluris vendere, & inuicem circumscribere in pretiis, sed non in vitiis rerum,l.item,si pretio,22.§.fi.& ibi gl.fi.locati.

Emendi conditio quando collata est in ementis,vel vendentis voluntatem,cùm non adstringat necessitatem contrahentis,nulla est obligatio, l.in vendentis, C.de contrah.empt.

Reliqua verbo, Administrator, 2. Cogere, Comparare, Mandatarius, 1. vsque 6. Mandatum, 5.8. Miles, 11. Sales, Vendere, Vinum, 1.

Emens in genere, nu. 1. vsque ad nu. 8.

Quoad emptionem hereditatis, num. 8. & 9.

Quoad prælationem, & traditionem, nu. 10.

Quoad redhibitoriam, nu. 11.

Quoad euictionem, num. 12.

Quoad pignus emptum à creditore, num. 13.

Quoad nomen debitoris, num. 14.

Quoad bonam fidem, num. 15.

Quoad malam fidem, & emptionem rei alienæ, nu. 16. vsque ad numerum 21.

Quoad vsucapionem, num. 21.

Quoad emptionem rei ex pecunia aliena, num. 22,

Quoad emptionem rei minoris, vel pupilli, nu. 23. & 24.

Quoad emptionem rei furiosi, nu. 25.

Quoad emptionem rei sacræ, vel Ecclesiæ, nu. 26.

EMENS ab eo, qui habet potestatem à domino, habet actionem in rem; l. si quis hac lege,41.§.fi.de rei vendicatione. 1

Emens rem locatam potest conductorem,vel colonum expellere,l.arbores,59.§. 1.& ibi gl.venditionis,de vsufructu,& quemadmod.

Ementes duo rem à non domino, licèt non sint domini, nihilominùs possunt agere communi diuidundo,l.communi,7.§.qui in rem,communi diuidund.

Emens coheres rem pignori datam à defuncto non potest conueniri à coheredibus communi diuidundo,l.qui coheredes,17.eod.

Emens fideiussor pignus cogitur debitori, vel secundo soluenti restituere illud, gloss.1.ibid.

Emens conducens,vel pignori accipiens rem suam propriam ignoranter ab vsucapiente,vsucapionem interrumpit,nec tenet venditio,conductio, vel pignoris obligatio,gl.idcircò,in l.si rem,29.de pigne.actione.

Ementi rem, quæ erat Mutinæ, ibi debet dari, gloss. iudicij, in l.si in Asia,§.1. depositi.

Emens ignoranter rem suam repetere potest, quod soluit, quia nulla fuit obligatio,l.suæ rei,16.de contrahen.emptione.

Emens scienter ab eo,cui bonis interdictum est,vel ab eo,qui scit, nihil posse de hereditate vendere, vt quia accepit tempus ad deliberandum, non fit dominus,l.si sciens,26.eodem.

Emens scienter à debitore fraudante creditorem efficitur dominus, licèt reuocetur à creditoribus per Paulianam,gl.fi.ibid.

Emens scienter ab eo,qui interdictus est vendere,non efficitur dominus,etiamsi iurauerit interdictus,d.gl.fi.& ibi add.marg.

Emens speciem, vel quantitatem post mensurationem non potest improbare, sed bene potest post gustationem,quia alia causa est degustandi, alia metiendi,nam gustus proficit ad hoc,vt improbare liceat, sed mensura non proficit, vt maiori,vel minori pretio vendatur,sed vt appareat quantum ematur,l.si in emptione,34 §.alia, eod.

Emens ignoranter vestimenta interpollata,atque antiqua pro nouis,potest agere contra venditorem etiam ignorantem ad id, quod interest, idest, quanto minoris esset emptutus, si sciuisset, sed si venditor sciens interpollata vendidit, tenetur etiam ad damnum, quod ex eo contingit, l.Labeo,46.eod.

Emens lacum,& decem pedes terræ iuxtà illum lacum,dicitur emisse lacum eatenus,quatenus cùm emit,fuit,& circa eum decem pedes, qui tunc fuerunt,& non debet vlteriùs possidere,quamuis posteà lacus creuerit,& inundauerit illos decem pedes,l.Rutilia,69.eod. 2

Emens fundum ab eo,cuius filij tutelam posteà administrabat,si possessionē eius fundi non accepit,potest sibi ipsi possessionem tradere hoc modo, si pupillus, & eius familia discedat à fundo,& tunc ipse ingrediatur,l.fistulas,78.§.1.eod.

Emens fundum si conuenit, vt soluta pecunia traderetur ei possessio decedente emptore duobus heredibus relictis, quorum vnus si totam pecuniam soluit, potest petere prædium,& partem pecuniæ recuperabit à coherede per familiæ erciscund.iudicium,d.l.fistulas,§.pen.

Emens fundum non tenetur personaliter ei,cui promisit vēditor ante venditio-

nem decem corbes ex illo fundo singulis annis,l.fi.§.fi.eod.

Emens rem purè, vel sub pacto addictionis in diem interim dum aliis afferat meliorem conditionem,habet interdictum quod vi,aut clàm contra eum,qui vi aut clàm ædificauit in re empta, sed illud tenetur actione ex vendito præstare,allata meliori conditione,l.eum,qui,7.de in diem addictione.

Emens rem si re integra,idest,pretio non soluto,eandem posteà rursus pluris,vel minoris emerit,videtur recessum à priore emptione,& posterior emptio consistit,quasi nulla præcesserit,sed post pretium solutum non potest rursus eandem emere,neque priorem emptionem infectam facere nudo pacto,sed bene re retrotradita,l.2.de rescind.venditione.

Emens seruum si rogauit venditorem, vt eum sibi precario concederet, donec pretium solueret, quidquid interim adquirit seruus, venditori adquirit, non emptori,& periculum eius serui ad emptorem pertinet, nisi dolo venditoris interuenerit, l.serui,de periculo & commodo.

Emens domum cum onere habitationis,quæ debebatur libertis,mortuis libertis ob eam causam ad nihilum tenetur venditori,l.pen.eod.

Emens lapides ex fundo,si eos tollere nolit,potest conueniri ex vendito, vt eos tollat,l.si is,qui,de actio.empti.

3 Emens rem à procuratore colludente habet actionem vtilem ex empto contra dominum,& etiam contra procuratorem,vt aut stetur emptioni,aut vt discedatur,l.Iulianus,§.si quis,& ibi glo.ex empto,eod.

Emens mensas quasi citreas, cùm non essent, habet actionem ex empto contra venditorem etiam ignorantem ad interesse,l.si sterilis,21.§.quamuis, eod.

Emens vindemiam pendentem, si vuam legere prohibeatur à venditore, potest vti exceptione aduersùs venditorem petentem pretium,si illa pecunia,de qua agitur,non petatur pro ea re,quæ vendita fuit,vel petatur illa pecunia pro illa re,quæ tradita non est,l.qui pendentem,25.eod.

Emens vindemiam pendentem,si post solutionem pretij, ac traditionem sibi factam prohibeatur à venditore vuam lectam calcare,siue mustum euehere, ad exhibendum,vel iniuriarum agere potest,quemadmodum si aliam quamlibet rem tollere prohibeatur, ibidem.

Emens fundum quasi liberum, si interdicto de itinere actúque priuato victus sit,habet actionem ad interesse,etiamsi stipulatio de euictione non committatur,l.si quis fundum,35.eod.

Emens arbores extantes,non facit eas suas,donec à solo separentur,& ideò vendicare non potest,sed potest agere ex empto,leg. Quintus,40.eod.

Emens scienter rem minori pretio, non videtur esse in dolo,quamuis venditor non putet eam esse maioris pretij,nisi aliquid dixisset venditori,propter quod eum ad vendendum tali,& tanto pretio induxit, ac fraudulenter persuasit, vt quia dicebat, & affirmabat eam non esse maioris pretij, gloss.fin. in l.item si, pretio,22.§.fin.locati.

Emens duos seruos vnico pretio,si alter eorum sit vitiosus voluntate,vel assensu venditoris,potest agere redhibitoria pro eo solo,qui vitiosus est,& sibi restitui debet pretium facta æstimatione serui redhibiti, non transgrediendo vltra pretium statutum pro rata serui redhibiti,& non redhibiti,l.pen.& ibi gl. 1.de ædilitio edicto.

Emens ancillam ne prostituatur, & si prostitueretur esset libera, si prostituerit eam,& ob id sit facta libera,nullum habet regressum aduersùs venditorem, l. si mancipium,34. de euictio.

Emens rem à seruo,putans eum posse distrahere,licèt non possit,vsucapit,nisi erret in iure,vt quia putabat posse eum distrahere,licèt non haberet peculij administrationem,glo.Publiciana,in l.minor,39.§.1. eod.

4 Emens ancillam,ita vt intra annum manumitteret, si pronuncietur seruus Titij, Titius tenetur emptã ancillã manumittere,l.Caius Seius,23. de manumissio.

Emens rem ab executore debet cautè sententiam actáque conseruare,vt sic possit de sententia eiusdémque validitate constare,l.si,cùm nulla,58.& ibi glo.fi. & add.marg. de re iud.

Emens fundum cum fructibus intelligitur emere vnam rem, i.fundum, cuius omnis generis fructus maturi,siue immaturi sequuntur alienationem,l.fin.§. fructus autem,& ibi gl.omnis,quæ in fraudem creditorum.

Emens etiam scienter statuliberum iussum dare decem,si stipulatus est de dupla, si euincatur ab eo decem datis statulibero euicto in libertatem agenti emptori ex stipulatione duplæ contra venditorem non potest opponi exceptio doli,si statuliber ex re emptoris, vel ex peculio, quod ad emptorem pertinebat,illa decem dedit,secus si dedit ex alia re, quia tunc emptor repellitur exceptione doli, nisi velit computare illa decem, quæ à statulibero accepit in dupla,l.2.§.fi.de doli mali except.

Emens scienter seruum fugitiuum si stipulatus sit à venditore eum non esse fugitiuum, poterit agere ex stipulatu, nec potest repelli exceptione doli, cùm expressim de vitio stipulatus sit, secus si non sit stipulatus, vel in genere eum esse sanum stipulatus sit,quia tunc repellitur exceptione, si agat ex eo, quòd fugitiuus fuerit,l.apud Celsum,§.item Labeo,& ibi gl.conuenit.eod.

Emens actionem à doloso debet exceptione doli summoueri,glo. exceptionem, in d.l.apud Celsum,§.si,cùm legitima.

Emens rem ab eo,cum cuius tutore, vel curatore, aut procuratore agebatur ad eam rem,si cecidit à possessione illius,& petat eam rem,repellitur exceptione litigiosi,si sciens eam litigiosam emit,l.1.§.fi.& ibi gl.fi.de litigios.

Emens,vel vendens si ad interrogationem non responderit verbis,si tamen consenserit annuendo capite,vel aliis signis,valet emptio, & venditio, l. si stipuler,35.§.fi.& ibi gl.1.de verb.oblig.

Emens rem domini à seruo fugitiuo se pro libero gerente non liberatur à domino serui,l.qui hominem,34.§.cùm fugitiuus,de solut.

Emens à fisco prædia tributaria cum suo onere, etiam ad præteritorum annorum tributa tenetur,l.prædiis,36.de iure fisci.

Emens bona vacantia à fisco debet suscipere actionem, quæ contra defunctum competebat,secus si emeret à priuato,quia venditor creditori,& emptor venditori tenetur,l.eum,qui,41.& ibi gl.1. eod.

5 Emens frumentum à rep.si soluit pretium in aliam rationem, quàm frumentariam, adhuc tenetur soluere, & contra eum absentem potest dari sententia, redditur tamen ei quod soluit,l.2.§.quod de frumentaria,& ibi glo.in alium, de admin.rerum ad ciu.pert.

Ementi frumentum à repu. & pretio soluto vt debuit, si frumentum posteà sit ablatum à repub.vel non sit traditum pretium,debet ei reddi,d.l.2.§. grani, & ibi gl.per iniuriam.

Emens scienter, vel ignoranter domum filij à matre aduersùs filium vendicantem dominium,si matri non successit, nulla exceptione se tueri potest, secus tamen pro qua portione successit,l.cùm à matre,14.C.de rei vend.

Emens rem nomine proprio ex communi pecunia, vel ex pecunia redacta ex re communi cum minore Ecclesia milite,vel marito,nõ efficitur dominus eius, sed est communis illa res empta,gl.fi.in l.4.C.communia vtriusque.

Emens honorem,vt inde duplum colligat, pœna exilij punitur, gloss.2.iuncta l. quisquis,16.C.si cer.pet.

Emens rem suam putans esse vendentis,potest repetere pretium,glo. fi. in l.4.C. de contrah.empt.

Emens rem suam putans esse vendentis si repetat pretium, non habet exceptionem contra venditorem pro re,vt illa venditori non reddatur, quia tunc postularet contraria,scilicet quòd habeat rem quasi valeat venditio, & vt repetat pretium,quasi non valeat venditio,ibid.

Emens personalem actionem,eam potest vtiliter suo nomine mouere,l.fin.C.de hered.vel act.& ibi gl.pateat.

Emens actionem in rem potest illa actione suo nomine vtiliter vti, licèt non videatur sic adquiri vtilis in rem,quæ datur ratione dominij vtilis,nisi traditio interuenerit,d.l.fi.& ibi gl.3.

Emens actionem iniuriarum non potest eam suo nomine mouere,quia illa cedi non potest,glo.4.& fin.ibi.

Ementes in litoribus frumenta, quæ tantùm ad fiscum deberent deferri pœna capitis debent puniri,gl.fi.in l.3.C.quæ res vendi non possunt.

Ementes frumentum,quod exercitui mittitur,si sint honestiores,incurrunt pœnam proscriptionis, & omnium bonorum amissionem, si verò fuerint inferiores,& viliores,pœna capitis puniuntur,l.fi.C.eod.

Emens fundum censualem ea lege ne soluat tributum, vel censum fisco, tenetur nedum ad futura,sed etiam ad præterita,& pactum fisco non præiudicat, l. 2. C.sine censu, vel reliquis.

Emens fundum censualem,censum illius agnoscere debet, nec licet cuiquã rem censualem sine censu comparare,vel vendere, d.l.2.

Emens prædia censualia à priuato tenetur ad pensitationes solitas, & ita tam ad præteritas,quàm ad futuras,gl.2.in l.fi.C.eod.

Emens prædia censualia à fisci procuratore, qui & peræquator dicitur, non tenetur,nec conuenitur pro præterito tempore,ibid.

Emens nomine vxoris suæ eo ipso quòd probat per possessionem rerum venditarum se dominum effectum,dicit se vsum dútaxat titulo nominis eius,& quòd non emerat animo donandi ei,† gl.2.in l.si filij,16.C.de donat.inter vir.

Emens nomine vxoris suæ præsumitur emere animo ei donandi, si quantitas pretij sit modica,& ipse maritus sit diues,ibid.

Emens nomine vxoris præsumitur non animo ei donandi emisse, si res empta nõn ementi,sed ei cuius nomine empta est,tradatur,ibid.

Emens prædium à colono,& colonus sibi tradat,emptor eam poterit vsucapere, † gl.fi.in l.cùm nemo,5.C.de adquir.poss.

Emens rem communem ab vno ex sociis,si credidit totam esse vendentis,vsucapiet triennio, & si agatur contra eum communi diuidundo post completam præscriptionem,excipietur de dominio,quod cùm probare non potuit,absoluitur possessor communi diuidundo iudicio,gloss.fin.in l. 3. C. in quib.caus. cessat lon.

Emens rem ab eo,qui eam rem præscripserat 30.annis bona fide, si cadat à possessione,habet vtilem in rem,sicut venditor, qui præscripserat, cùm videatur vendere omne ius,quod habebat,gl.munitus,in l.si quis emptionis, 8. §.quòd si quis,C.de præscrip.30.vel 40.ann.

Emens à seruo habente liberam administrationem, & bona fide, dominum potest cõuenire,quod iussu,& dominium rei sibi traditæ adquirit,vel vsucapiendi causam sibi parat,gl.fi.in l.si liberam,C.quod cum eo,qui in aliena.

Emens à seruo non habente liberam administrationem, dominium rei sibi traditæ à seruo non adquirit,potest tamen agere de peculio,ibid.

Emens à seruo non habente liberam administrationem, si res empta incidat in vitium furti, non potest eam vsucapere, secus si ea res non incidat in vitium furti,& emptor putat seruum habere ius distrahendi, & est bonæ fidei, quia tunc potest vsucapere, ibid.

Emens à fisco dicitur emere securè,dummodò solemniter emerit,gl.fi.in l. 3.C. de fide instrum.lib.10.

Emens solemniter à fisco solùm tenetur ad pretium, nec potest conueniri ob aliud debitum,putà ob tributa præterita,l.fi.C.eod.

Emens à communi,vel à fisco bona delinquentium,nõ tenetur soluere collectas, aut tributa de præterito,aut de præsenti debita,d.l.fi.& ibi addit.marg.

Emens agrum fiscalem à priuato potest conueniri pro tributis, & pro reliquis, glo.fin. ibidem.

Emens res nauiculariorum tenetur subire functionem, ac onus nauiculariorum pro modo portionis emptæ secundùm veram æstimationem,quę priuatorum pactis non tollitur,& vendentes tenentur, si emptores non fuerunt idonei,l. 2.& l.fi.C.de prædiis,& omnib.reb.nauicular.lib.11.

Emens à ciuitate debet probare pretium versum fuisse in vtilitatem ciuitatis, sed in emente à fisco sufficit sola confessio,glo.fi.in l.1.C.de vendend. reb.ciuit.lib.11.

Ementes res debitoris ciuitatis è debitore excusso conueniuntur condictione ex lege pro rata eius,quod possident, l.fina.& ibi gloss.mag.C.de debitor. ciuit. lib.11.

Emens rem vendi prohibitam ratione personæ, vel rei, præsumitur scire quoad hoc,vt non vsucapiat longi temporis præscriptione, l. quemadmodum,& ibi glo.fi.C.de agric.& cens.lib.11.

Emens fundos patrimoniales,vel templorum,perpetuò possidebit illos,nec possunt ab eo auelli, licèt alius afferat meliorem conditionem, l.4. C.de diuer. prædiis,lib. 11.

Emens bona fide à plagiario,non incidit in pœnam plagij,l.comparantem,10.C. ad legem Iul.de plagiariis.

Reliqua verbo,Emptor,24.25.

16 EMENS ab aliquo tanquàm à negotiorum geſtore, vel coniuncta perſona, eſt malæ fidei,niſi credat eum habere mandatum,l.ſi.pro emptore.

Emens rem à debitore ſcienter in fraudem creditorum, non habet actionem ex empto,quæ præiudicet creditoribus ipſius debitoris vendentis, ſi tamen tradatur emptori de facto eas res,tranſit in eum dominium,licèt per creditores reuocetur illud,l.ait prætor,9.& ibi gl.fi.de priuileg.credit.

Emens rem contempta denunciatione facta ſibi à creditoribus, ne emeret à debitore in fraudem alienante,non videtur eſſe ſine fraude, & ideò tenetur eis reuocatoria ad eam reſtituendam illis, etiam ſibi non reſtituto pretio, l.ait prætor,10.§.ſi quis particeps,quæ in fraud.credit.

Emens poſt denunciationem factam à domino, ne emeret, efficitur malæ fidei poſſeſſor, qui tenetur rem emptam cum fructibus perceptis reſtituere, l. ſi fundum,17.C.de rei vendicatione.

Emens res mobiles à ſeruo non ignorans eius conditionem etiam furti actione tenetur,l.ſi liberam, 10.& ibi gl.pen.C.quod cum eo,qui in alien.

Ementes res peculiares ſcienter à ſeruo non habente liberam peculij adminiſtrationem,dicuntur malæ fidei poſſeſſores, nec habent iuſtum titulum, vel vſucapiendi conditionem,ad hoc,vt poſſint vſucapere,d.l.ſi liberam,& ibi gl. ſcientibus,& gl.initium.

Emens rem furtiuam tenetur eam reſtituere,nec poteſt etiàm pro pretio retinere,l.2.C.de furtis.

Emens rem à fure præſumitur particeps furti,propter frequentẽ negotiationem talium rerum,vel propter talia crimina ſæpe commiſſa,† gl.fi.ibid.

Emens rem à fure non habetur ſuſpectus ob hoc,quòd res furtiua apud eum reperiatur,inſpici tamen debet,quanto pretio emerit,& vtrùm clàm,aut palàm, & ſic ex iſtis indiciis dolus perpenditur,d.gl.fi.& ibi add.

Emens ſcienter rem ſubiectam reſtitutioni fideicommiſſi, etiamſi ſit ſtipulatus duplam in caſu euictionis, tamen re euicta conſequitur tantum pretium, & non duplam,l.3.§ fi.C.communia vtriuſque.

Emens ſcienter rem ſubiectam reſtitutioni re euicta non recuperat melioramenta propter eius malam fidem,ſed ea perdit, ſecus ſi bonam fidem habuiſſet,d.§.fi.& ibi gl.2.

Emens rem per metum compellendò venditorem vẽdere, tenetur actione quod metus cauſa,reſtituere rem ipſam cum fructibus perceptis, & omni cauſa, & quos vẽditor potuit percipere,l.ſed & partus,& ibi gl.3.de eo,q metus cauſa.

17 Emens rem à debitore in fraudem creditorum tenetur reſtituere rem cum fructibus percipiendis,d.gl.3.

Emens rem à fiſco non ſolemniter vendente tenetur reſtituere eam cum fructibus percipiendis,ibid.

Emens rem ſcienter contra interdicta legum, tenetur reſtituere eam cum fructibus percipiendis,ibid.

Emens à Titio ſeruum Mæuij ſi poſt litem cum Mæuio conteſtatam vendidit eum alicui,& is emptor occiderit eum,tenetur primus emptor,propter occiſionem alterius, ad iuſtum pretium ſerui vtili in rem, quia dolo deſiit poſſidere,l.Iulianus,& ibi gl.1.de rei vend.

Emens prædium alienum à non creditore pro decem ſi ſoluit creditori, cui hoc prædium obligauerat pro 15. retinere poſt prædium pro 15. non pro decem, quæ in vtilitatem domini non venerunt,gl.1.& ibi add.in l.emptor,65.eod.

Emens prædium alienum ſi ſoluit pretium creditori domini, tenetur dominus reſtituere pretium illud cum vſuris, habita tamen fructuum compenſatione, d.l.emptor.

Emens bona,vel mala fide fundum alienum,ſi itinere, quod illi fundo debetur, vtatur, dominus prædij dominantis retinet ſeruitutem per emptorem malæ, vel bonæ fidei,l.qui fundum,quemadmodum ſeruitutes.

Emens librum,vel equum,ſi antequàm ſoluat pretium,reperiat eſſe alienum,vel vitioſum,non tenetur ſoluere pretium, quia expedit potiùs penes ſe pretium habere,& non ſoluere,quàm pretium ſolutum poſt euictionem repetere, l.3. in additione margin.de compenſat.

Emens rem alienam,ſi poſteà eam pro derelicto habuerit,amittit actionem pro euictione,quia donaſſe videtur,l.fi.de euictio.

Emens rem alienam bona fide dicitur quaſi dominus,& habet Publicianam, gl. poſſe,in l.magis,§.1.de rebus eorum,qui ſub tutela.

Emens fundum alienum poſteà conduxit eundem à vero domino, aut ab alio transfert in eum poſſeſſionem,quam habebat,l.qui bona fide,& ibi gloſſ.1.de adquir.poſſeſ.

18 Emens fundum à non domino,cuius particulam ſciebat eſſe alienam, pro diuiſo,vel indiuiſo vſucapere reliquas partes fundi rectè poteſt,l.ſi quis fundum, 43.eodem.

Emens bona fide fundum alienum,cuius vſumfructum ſciebat eſſe alienum, poteſt vſucapere eius dominium per longam poſſeſſionem,ibid.

Emens bona fide rem alienam,quam ſciebat eſſe pignori obligatam, dominium eius longo tempore rectè poteſt præſcribere, ſed aduerſus hypothecariam non præſcribet,d.l.ſi quis fundum,in fi.& ibi gl.fi.

Emens rem, quam putat alienam, quæ venditoris erat,habet affectionem emptoris,& ideò tranſit in eum dominium propter domini voluntatem, l.2.§.ſi ſub conditione,pro emptore.

Emens à domino, quem ſit ſtatim conſumpturum pretium, nihilominùs bonæ fidei eſt,& poteſt vſucapere,ſecus ſi emiſſet à luxurioſo,& ſcorto,vel alio, quẽ ſcit conſumpturum pretium in malũ vſum,l.ſi quis,8.& ibi gl.1.pro emptore.

Emens rem à non domino, ſi domino petente eam per rei vendicationem abſolutus ſit ita,quòd & ſuam fuiſſe ſit pronunciatus, ac poſteà amiſerit eius poſſeſſionem, & ad actorem perueniat, poteſt emptor virtute primæ ſententiæ recuperare eam ab eo, nec ille auditur volens probare de dominio, quia veniret contra ſententiam,l.ſi quis rem,& ibi gl.1.de excepti.rei iudi.

Emens rem à non domino bona fide, ſi accepit eam per traditionem, & antequàm vſucepiſſet cecidit à poſſeſſione,habet Publicianam,glo.1.in l.quoties, 41.de act.& oblig.

Emens ignoranter rem furtiuam habet furti actionem contra furem, qui ſi ſurripuit eandem, ſecus ſi ſciens furtiuam emiſſet, quia tunc & ipſe eſt fu & ſic non poteſt agere furti,l.ſi quis vxori,52.§.ſed etſi, & ibi gloſſ. impru dens,de furtis.

Emens,vel vendens ſcienter ſeruum alienum,vel contrectans, tenetur lege Fla uia de plagiariis,ſi animum celandi dominus habuit, & etiam furti, & ſeru corrupti,ſed ſi non habuit animum celandi, non tenetur, niſi ſerui corrupt gl.fi.in l.1.ad legem Flaui.de plagiariis.

Emens rem alienam tenetur eam reſtituere, nec poteſt eam pro pretio retiner gl.4.in l.2.C.de furtis.

Emens ſcienter à fure,cenſetur etiam fur,& tenetur actione furti, l.ancillæ, 1 C.eodem.

Emens rem alienam ſcienter tenetur domino reſtituere eam, ſed emens igno ranter vſucapit,& ideò poſt vſucapionẽ dominus agit ſolùm de pretio contr venditorem,actione negot.geſt.l.1.& ibi gl.pe.& vlt.C.de reb.alien.nõ alien

Ementes res alienas præſumuntur in dubio ignorantes emiſſe, niſi probetur d ſcientia,gl.2.ibi.

Emens rem à non habente ius vendendi,dominium non adquirit, neque vſuca pit,l.1.C.pro emptore.

Emens ſcienter rem alienam furtum committit,etiamſi non contrectauerit,d. 1.& ibi glo.fin.

Emens furtiuam ancillam bona fide poteſt vſucapere eius partum apud eu perſiſtentem in bona fide conceptum,& editum, licèt ancilla in cauſam fur tiuam inciderit,l.3.& ibi gl.1.C.eod.

Emens bona fide ancillam furtiuam, ſi ante eius partum editam cœpit habe malam fidem,tunc debet dominum,ſi poteſt, certiorare, & ſi quidem vſuce pit,vendicat,ſi non,habet interim Publicianam,gl.fi.in d.l.3.

Emens agrum bona fide ab ingrediente in dictum agrum vacuum abſente do mino, qui ſuſpicatus fuit ſe poſſe repelli, vſucapere olim poterat, ſed hodi non poteſt,gl.1.in l.ſi nulla,C.de adq.poſſ.

Emens rem alienam à fiſco vendente,vt propriam,vel habens rem alienam titu lo lucratiuo,vel oneroſo à principe, non poteſt à dominis, vel ab aliis ius i re prætendentibus inquietari,ſed debent agere ad pretium contra fiſcum, ve principem intra quadriennium,pòſt verò non audiuntur, l. 2. & 3.C.de qua drien.præſcri.§.fin.in auth.de vſucapio.

Emens rem à fiſco perpetuo eſt ſecurus, nec poteſt ſibi obiici exceptio non nu meratæ pecuniæ, ſi officialis fiſci vendens confiteatur ſibi pretium numera tum eſſe,d.l.2.§.ad hæc,eod.

Emens rem alienam à fiſco ſtatim erat ſecurus,d.l.2.& l.3.C.eod.

Emens ſcienter rem emphyteoticam ab emphyteota principis, reipub. vel tem plorum,reſtituta re pretium amittit, nec lucratur venditor ſciens, ſed habe fiſcus,ſed emens ignoranter pretium recuperat à venditore,glo.fi.in l.1.C.n rei dominicæ,vel templor.

Emens prędium tributarium ſcienter alienum reſtituto prędio amittit pretium quod dedit pro vitioſo contractu,l.1.& ibi gl.fi.C.de pręſcrip.30.vel 40.ann

Emens à fiſco rem alienam,vt propriam fiſci, ſtatim eſt ſecurus, ſed emens à fi ſco,vt alienam,oportet,vt præſcribat,cùm non interueniant ea, quæ interue nire debent,d.l.1.& ibi gl.pen.

Emens rem alienam, vel aliis obligatam ſcienter ſibi imputet, niſi expreſſè de euictione ſit ſtipulatus, ſed ſi ignoranter emerit, ſemper habet regreſſum de euictione,l.ſi fundum,27.C.de euictio.

Emens rem alienam ſcienter non habet actionem pro euictione,niſi pactus, vel ſtipulatus ſit,gl. 2.ibid.

Emens ignoranter rem alienam, & non ſit ſtipulatus, vel pactus de euictione, agit actione ex empto ad intereſſe, niſi remiſerit periculum euictionis, quo caſu agit tantùm ad pretium,ibid.

Emens rem aliquam alij obligatam ſi eam meliorauit, & euincatur per hypothecariam,liberatur præſtando primam æſtimationem,l.2.ad fi.C.de prędiis, & omnibus rebus nauicul.lib.11.

Reliqua verbo,Emptor,24.vſque 28.Debitor,64.65.

EMENS fundum ſcienter à non domino pro poſſeſſore poſſidet, & ita non poteſt vſucapere,nec poteſt mutare cauſam ſuæ poſſeſſionis, niſi iuſta cauſa extrinſeca ſuperueniat, vt quia poſteà eundem fundum emerit à vero domino, vel à non domino,quem dominum eſſe credebat,vel ſi heres inſtitutus à vero domino,vel ab eo,quem dominum eſſe credebat, vel bonorum poſſeſſionem eius acceperit,& tunc incipit poſſideri pro emptore,vel pro herede,& ſic mutat cauſam ſuæ poſſeſſionis,l.non ſolùm,33.§.1.de vſucapio.

Emens ſcienter rem alienam poſſidet pro emptore,non tamen vſucapit pro emptore,cùm malam fidem habeat,l.2.§.1.pro emptore.

Emens ſcienter rem alienam poteſt vſucapere pro ſuo,ſi venditor ei tradidit, & emptoris facere voluit quod creditur,niſi contrarium liqueat,gl.licet,ibi.

Emens rem alienam bona fide ſub conditione rectè poteſt vſucapere pro ſuo conditione pendente, ſi ſibi à venditore purè fuiſſet tradita ita, vt emptoris fuiſſet,ſecus ſi ſub eadem conditione fuiſſet etiam tradita,gl.non vſucapit, & ibi add.marg.in d.l.2.§.ſi ſub conditione.

Emens omnia bona depoſitarij non cenſentur emiſſe bona apud eum depoſita, & ita illa non poteſt vſucapere pro emptore,nec pro ſuo, † d.l.2.§.eius bona, & ibi gl.non capturum.

Emens fundum ſciens partem fundi alienam, ſi neſciat, quæ pars ſit aliena nec ratione loci,nec quotæ, poteſt vſucapere reliquas partes, ſecus ſi ſciat, quæ pars ſit aliena pro diuiſo,quo caſu poteſt vſucapere reliquas partes,l.emptor, 4.& ibi gloſ.1.pro emptore.

Emens fundum ſi ignoret, quòd aliqua eius pars ſit aliena, & venditor ſciens eam partem alienam,dixit ei,vendo,quidquid iuris habeo, cùm traditio non valeat, nec alienam quoque partem poteſt emptor vſucapere, nec ex partẽ venditoris dominium transferetur in eum, ſecus ſi vendidit ſimpliciter, nec dixit quidquid iuris in eo habeo, quia tunc emptor credens totum fundum eſſe ſuum,poteſt vſucapere partem alienam ob iuſtum errorem, † glo.fi.& ibi add.idem.

Emens ſcienter aliquos ex ſeruis emptis eſſe alienos,ſi qui ſint alieni ſciat, vſucapere

2 Emptio quanti tu emiſti,vel quantum pretij in arca habeo, valet, nec iſto caſu dicitur pretium incurſum, quia magis dicitur,quòd pretium ignoratur,quantum ſit, quàm quòd ſit incertum,l.hæc venditio,7.§.1.eod.

Emptio rectè celebratur pro quanto pretio in arca habeo, ſecus pro eo pretio, quod in arca habeo,quia primo caſu pretium in quãtitate conſiſtit,in ſecundo caſu ponitur vt ſpecies, vnde tunc non emptio, ſed contractus innominatus dicitur,gl.quantum, eod.

Emptio, & venditio non poteſt fieri ſine re, quæ vendatur, l. nec emptio, 8. eodem.

Emptio fructuum, ac partuum futurorum rectè poteſt fieri; & cùm editus eſt partus, iam tunc contracta eſt venditio, & ſi venditor egerit; & procurauerit quominùs fructus futuri, vel partus naſcantur ex empto ad intereſſe, ibidem.

Emptio ſine re quandoque poteſt conſiſtere,veluti ſi quis emerit,quod fuerit in alea,vel emerit iactum retis, vel captum piſcium,& miſſilium, & tunc etiam ſi nihil inciderit contrahitur emptio, quia ſpes emitur, ibidem.

Emptio, & non locatio dicitur, quando quis pecuniam dat tibi,vt ſtatuam; vel vaſa,aut veſtem ei faceres,l.Sabinus,20.eod.

Emptio non eſt,ſed locatio, quando quis dat aream alicui, vbi inſulam ædificaret, ibidem.

pro Emptione quod arrhæ nomine datur, non datur,quaſi ſine arrha emptio fieri non poſſit, ſed datur, vt euidentiùs probari poſſit, conueniſſe de pretio,l. quòd ſæpè,35.eodem.

Emptio ſine arrhis,& ſine ſcriptura fieri poteſt,gl.1.ibid.

Emptio veneni, quod nullo modo per adiectionem alterius materiæ vſui nobis eſſe poteſt, contrahi non poteſt,d.l.quòd ſæpe,35.§.2.eod.

Emptio veneni, quod mixtum aliis materiis adeò nocendi naturam deponit, vt ex eo antidota, & alia quædam ſalubria medicamenta conficiantur, poteſt contrahi,ibid.

3 Emptionis ſubſtantia conſiſtit ex pretio,ſine quo venditio eſſe non poteſt, l. pacta conuenta,72.& ibi gl.ex pretio,eod.

Emptionis ſubſtantialia ſunt pretium, res,& conſenſus, cùm ſine eis non poſſit emptio conſiſtere, alia verò, quæ in venditione dicuntur, & fiunt,non ſunt ſubſtantialia,cùm ſine eis contractus emptionis poſſit conſiſtere, d.gloſſ. ex pretio.

Emptio rei, quæ non eſt,non poteſt contrahi, & ideò pretium ſolutum poteſt repeti,l. cùm hereditatem, ff. de hered.vel act.

Emptio hereditatis,vt valeat,requiritur, quòd ſit hereditas, neque enim tunc emitur ſpes,ſicut in venatione,vel ſimilib.ibid.

ab Emptione facta cum ſolo filiofam. ſuper re peculiari, poteſt recedi etiam pacto inito cum ſolo patre,l.1.de reſcin.vend.

ab Emptione diſcedi non poteſt ab vna parte contrahentium,licèt poſſit in contrahenda obligatione paciſci ita,vt vnus maneat obligatus,& alter non,d.l.1. & ibi glo.pactus.

Emptio,& venditio,ſicut nudo conſenſu contrahitur, ita contrario conſenſu reſoluitur,re nondum ſequuta,l.3.eod.

Emptio togæ,& lancis ſi contracta ſit, & conuenit,vt recederetur à venditione altera,videtur receſſum à venditione in vno tantùm, de quo conuenit, l.4. & ibi gl.1.eod.

Emptio nuda conuentione diſſoluitur re nondum ſequuta,niſi ſit perempta,quia tunc emptori perit, l. cùm emptor,eod.

Emptio ſecunda imperfecta non tollit primam perfectam,ſed bene ſecunda perfecta primam imperfectam,l.ſi id,quod,& ibi glo,1.eod.

Emptione perfecta periculum pertinet ad emptorem,l.neceſſariò,de periculo,& commodo.

4 Emptio perfecta dicitur, quando id, quod venditur, apparet, quid in genere, quale,quando in ſpecie,& quantum quando in quantitate,& pretium,& quod purè venditur,apparet,ibid.

Emptio ſub conditione facta nulla eſt deficiente conditione, ſed illa exiſtente perficitur,& ad emptorem pertinet periculum deteriorationis, non peremptionis,pendente conditione contingentis,d.l. neceſſariò,& ibi gloſſ. periculum,eodem.

Emptio,vt ſit perfecta,requiritur,quòd fiat purè,& ſine ſcriptis, & ſpeciei certæ, & quæ deguſtationem non exigit, ad hoc vt periculum ſit emptoris, niſi pactum culpa,vel mora aliud inducat, d.gl.penult.

Emptio,quando debet fieri in ſcriptis ante completum inſtrumentum, periculum non eſt emptoris,ibid.

Emptionis contractus perfectus dicitur tripliciter;primò, vt obligationem, & actionem pariat, quòd tunc euenit,cùm de re,& pretio conuenit, ſi pura eſt emptio,quod idem domini eſt, ſi in diem ſit facta,ſecus ſi ſub conditione; ſecundò,vt ab eo contractu altero inuito non liceat diſcedere,idque ſtatim ſequuto conſenſu, ſiue purè, ſiue in diem, ſiue ſub conditione contractum ſit; tertiò, vt periculum tranſeat in emptorem,d. gloſſ. periculum, in additione margin.

Emptio ſi fuerit facta ſub conditione;& pendente conditione emptor, vel venditor deceſſerit exiſtente conditione heredes eorum obligati ſunt,& perinde habetur emptio,ac ſi purè facta fuiſſet,& ita periculũ pertinet ad emptorem, d.l.neceſſariò,§. quòd ſi pendente,& ibi gl.in præteritum.

Emptio ita facta,eſt ille emptus ſeruus,ſiue nauis ex Aſia venerit,ſiue non venerit,ſtatim dicitur perfecta,vt ab ea diſcedi non poſſit,& ſi ſoluatur,repeti non poſſit, non tamen dicitur pura,ſed quaſi puta,d.l. neceſſaria,§.ſi ita, & ibi gl. perfecta.

Emptionis, & venditionis verbo veteres promiſcuè vtebantur, l. veteres, 19. de actio.empti.

Emptio vna dicitur,quando vno pretio ſit emptio plurium rerum, l. & ſi vno, 33. eodem.

5 Emptio,& venditio ſicut contrahitur,ſi de pretio conuenerit,ita locatio,& conductio contrahi intelligitur; ſi de mercede in pecunia conſiſtente conuenerit, l.2.& ibi gl. pe.locati.

in Emptione debet eſſe res,& pretium ad hoc,vt ſit emptio, ſed in permutatione non inuenitur,quid eorum ſit merx,& quid pretium,l. 1.de rerum permutatione.

Emptio,& venditio nuda contrahentium voluntate contrahitur,ſicut & locatio; permutatio tamen præbet initium obligationi ex re tradita,d.l. 1. & ibi gl. contrahitur.

Emptio nondum perfecta arbitrio iudicis perfecta fieri non poteſt,l.bouem,43. §.ſi ſub conditione.de ædilitio edicto.

poſt Emptionem perfectam ſi in re empta per illuuionem fluminis contingat diminutio, diminuitur ſtipulatio de euictione, ſi poſteà pars pro indiuiſo euincatur, ſecus ſi tota,ſed augmentum non augetur,ſiue tota,ſiue pars euincatur,& ſi contingat diminutio,& poſteà augmentum,nõ inſpicitur augmentum ſequuta partis euictione, l.ex mille, 64. de euictio.

Emptio,& locatio ſolo conſenſu contrahuntur,gloſ.fi.in l.obligari,§.fin. de authorit. tutorum.

Emptio imaginaria,& ſimulata,vt fiat,debet ab initio hoc agi inter contrahentes,l.4.§. ſi ab ignoto, & ibi gloſſ. imaginaria,de manumiſſio.

Emptionis,verbum quandoque ſtrictè,quandoque largè accipitur,gl.emptionis, in l.ſtatuliberi,29.§.fi.de ſtatuliberis.

Emptionis verbo omnis alienatio ſingularis comprehenditur,ibi.

Emptione ex pacto reſoluta dominium rei emptæ transfertur ipſo iure ad venditorem,ſi venditor fuerat dominus, l.ſi hominem, 19.in additione margin. de vſucap.

in Emptione requiritur bona fides duob. temporibus,ſcilicet emptionis, & traditionis,& ideò iuſtus error cauſam vſucapiendi nõ præſtat, l.2.pro emptore.

Emptio ſi ſit facta pignoris cauſa,non quod ſcriptum,ſed quod geſtum eſt,inſpicitur,l.3.C. plus valere quod agitur.

Emptio ſimulatè à creditore facta,cùm eſſet pignus,non valet,vt ſi ad diem redderetur pecunia, res eſſet inempta, cùm ſit in fraudem legis commiſſa,gloſſ. 1. ibidem.

Emptio à creditore ſimulatè facta cùm fuiſſet pignus non valet, vt quia ſit facta; vt fructus lucraretur, ne ipſe creditor teneretur computare in ſortem, & vt euitaret iura canonum,quæ de vſuris repetendis dicunt, glo.1.in l.3.C. plus valere quod agitur.

Emptio à creditore ſimulatè facta, cùm ſit pignus, non valet, etiamſi iuramentum ei accedat, ibi.

Emptionis ſubſtantia eſt conſenſus, l.2.& gloſſ. 3.in l.3. Cod. de contrahend. emptione.

Emptio non valet, vbi interuenit error, vel in contractu, vel in pretio; vel in corpore,vel in qualitate,& idem ſi in ſexu,vel in eſſentia, gl.1.in d.l.2.

Emptio in ſui ſubſtantia deficit, ſi donationis veræ cauſa ſimulatus contractus venditionis eſt,quia non conſentiunt in venditione,quia licèt verbis emptionem exprimant, corde tamen aliud ſapiunt, quod eſt verum, quando in totum agebatur, vt eſſet donatio,gl.3.in d.l.3.C.eod.

Emptio non habetur irrita,ſi placito pretio non numerato poſſeſſio ſolùm tradita ſit, l.empti,9.& ibi gl.1.C.eod.

Emptio non habita fide de pretio, & certo non valet, neque valet ſine re, quæ veneat,niſi in fructibus,& oleo, & ſimilibus,gl.2.ibi.

Emptio non eſt minùs perfecta, eò quòd emptor fideiuſſorem non acceperit, vel inſtrumentum traditæ poſſeſſionis vacuæ omiſſum ſit, l. non idcircò, 12. C. eodem.

poſt Emptionem factam non eſt locus pœnitentiæ, etiam ſi pretium non ſit ſolutum, ſed pro eo ſoluendo agi poteſt,ibi.

Emptio dicitur minùs perfecta in ſeruo manumiſſo, eò quòd fideiuſſorem emptor non acceperit, gl. 1. ibi.

Emptio non valet,quando pretium confertur in alterius ex contrahentibus arbitrio, vel etiam quando commercium, ideſt, contractus emptionis, confertur in alterius ex contrahentibus arbitrio, cùm tunc res ipſa confertur, † gl. 1. in l. in vendentis, 13. C.eod.

Emptio non valet, quando pretium confertur in arbitrium extranei, ſi quidem innominati, niſi in duobus caſibus, ibi.

Emptio valet, quando pretium confertur in arbitrium extranei nominati, ſi ipſe arbitratus fuerit, aliàs nõ valet, neque recurritur ad arbitrium boni viri, niſi malè arbitratus fuerit, quo caſu recurritur ad arbitrium boni viri,ibi.

Emptionis accidentalia, ideſt,ea,quæ non ſunt de ſubſtantia contractus, ſi conferantur in alterius extranei, vel contrahentium arbitrio, ſicut in ſocietate, ita in venditione ad boni viri arbitrium recurritur, ſiue arbitretur, ſiue non, d. gloſſ. 1.

Emptio facta ſub conditione quanti ille æſtimauerit, ſi ille noluerit, vel non potuerit pretium definire, non valet venditio,l.fi.C.eod.

Emptio facta ſub conditione,quanti ille æſtimauerit, valet, ſi ille,qui nominatus eſt,pretium declarauerit, & tunc ſecundùm eius æſtimationem emptor tenetur ſoluere pretium,& venditor tenetur rem tradere, ſiue in ſcriptis,ſiue ſine ſcriptis fiat venditio, ibi.

Emptio ſub conditione, quanti ille æſtimauerit,ſi ſit facta,ſi ille iniquè pretium declarauerit, recurritur ad arbitrium boni viri, † gl.1.ibi.

Emptio,& venditio ſicut ſolo conſenſu contrahitur, ita ſolo diſſenſu re integra diſſoluitur, at poſt traditionem nuda voluntas non reſoluit emptionem, niſi actus priori ſimiles retrò agens venditionem interceſſerit, l. 1.& ibi gl. pen. ff. quando liceat ab emptione diſced.

Emptione re integra pacto, & cõſenſu diſſoluta arrhæ nomine quod eſt datum, poteſt emptor hoc ſolum ſecundùm fidem pacti recuperare,l.2.C. quando liceat ab emptione.

ab Emptione nudo conſenſu non receditur, quando pars pretij ſoluta eſt, quia tunc dicitur res non integra, & ideò emptor agit, vt res ſibi tradatur, & non ſibi reſtituatur pars pretij, ibi.

Emptio quantùm ad obligationem dicitur perfecta, vnde tam pura,quàm conditionalis dicitur perfecta,aliàs traditione dicitur perfecta, gl.1.ibi.

Emptio re integra diſſoluitur pacto, & conſenſu, ideſt, pactionali conſenſu interpoſito,vt neuter alium conueniat, vel etiam ſolo pacto, vel ſolo conſenſu diſſoluitur, gl.2.ibi,

venditor heres extitit Titio,& vendidit eundem fundum alij, præfertur primus emptor secundo,l.si à Titio,72.eod.

Emptor si reperiatur in possessione rei emptæ, præsumitur habere possessionem illius rei ex causa emptionis,gl.fi.in l.quædam mulier,77. eod.

Emptor non præsumitur dominus rei emptæ in dubio, cùm possit esse, quòd emerit à non domino,†glo. à non domino,in l.1. de Publiciana.

ad Emptorem quædam transeunt,quæ non transeunt ad heredem,vt vsusfructus formalis transit ad emptorem,sed non ad heredem,gl.fi.in l. non vtitur, 38. de vsufruct.& quemadmodum.

Emptori,cui in re vitiosa empta si datum sit damnum,competit actio legis Aquiliæ aduersùs eum,qui dedit damnum, & si posteà egerit redhibitoria contra venditorem, tenetur venditori restituere, quidquid fuerit consequutus ex legis Aquiliæ actione, l.item Mela,§.si in eo,ad leg.Aquil.

Emptor si haberet boues emptos,& ab altero boue cornu in experiendo seruus eius percussus sit,non tenetur venditor,l. si ex plagis,§. in cliuo,in fi.eod.

Emptori si boues experiundi dati fuerint à venditore, & ab altero boue cornu seruus emptoris percussus sit culpa ipsius serui, non tenetur venditor Aquilia ad damnum serui, nisi fuisset percussus vitio bouis,ibid.

Emptor fundi si damnauerit heredem suum, vt venditorem à nexu venditionis liberaret,& posteà si venditor ignorans liberationem tradidit fundum, potest illum repetere,l.si non sortem,§.adeò,de condict.indeb.

2 Emptor si in testaméto relinquat liberationem traditionis rei venditæ,licèt legatum ipso iure adquiratur venditori, tamen ipso iure non liberatur venditor, imò remanet naturaliter, & ciuiliter obligatus,antequàm ab herede liberetur, habet tamen exceptionem perpetuam, & si eum ignorans tradiderit,repetit, secus si non haberet perpetuam liberationem, gloss.condicere, ibidem.

Emptor re sibi tradita si fruitur,æquum est,eum præstare debere vsuras, licèt deposuerit pretium,dummodò non præcedente oblatione deposuerit, glo. fi. in l. quamuis,§.fi.de pign.actio.

Emptor non tenetur ex dolo venditoris,neque heres ex dolo defuncti, nisi inquantùm factus est locupletior,l.summa,21.§.emptor,de peculio.

Emptor non est melioris conditionis, quàm fuerit venditor, l.fin. §. 1.ad Velle.

Emptori prodest ignorantia,quæ non cadit in hominem supinum,l.& si consensum,15.de contrah.empt.

Emptor potest aliquid consequi excipiendo,quod non consequitur agendo, glo. præter, in l. si in emptione,34.§.item si,eod

Emptoris electioni si relictum sit, vt quam vellet ex duabus rebus alternatiuè emptis haberet,vna perempta,quæ superest,emptor habere debet, & ita prioris periculum ad venditorem,posterioris ad emptorem pertinet, sed si ambæ res pariter perierint,pretium debebitur venditori, quia vna illarum periculo emptoris vixit,d.l.si in emptione,§.fi.

Emptor si data arrha pœnitet,perdit quod arrhæ nomine dedit, neque tenetur venditori vltrà ad interesse, quia venditor videtur renunciasse agere ad interesse,† glo. 1. in l.quod sæpe, 35.eod.

Emptor si emit fundum sibi, & Titio absenti, Titij persona superuacuè posita est,& ideò totius fundi emptio ad emptorem tantùm pertinet,quia aliàs venditor grauaretur, nisi totum venderet,& totum pretium haberet, item quia aliàs venditor inuitus in communionem caderet, l. fundus, 64.& ibi gloss. 1. eodem.

Emptor quædam seruat excipiendo, quæ non potest seruare agendo,glo.agente, in l. pacta conuenta, 72.eod.

Emptor tenetur venditori ad ruta cæsa, quæ habet, & illa potest seruare, excipiendo ex pacto ex interuallo apposito, ibid.

Emptor sicut non tenetur stare colono,ita colonus non tenetur stare fructuum ac redituum emptori,gl.fi. in add.marg. in l.fi.eod.

3 Emptor si prædium sibi seruiens emat, amittit seruitutem, & si posteà reuendat,non restituitur ei illa seruitus amissa,nisi specialiter imponatur,gl.fi. in l. 2.§.fi.de heredit.vel act.

Emptor si fideiussorem accepit,potest recedi ab emptione nudo pacto, quia exceptiones pacti in actionibus bonæ fidei locum habent, l.3. de rescind. vend.

Emptor si emit rem purè,& posteà eandem sub conditione emerit, posteriore emptione, nihil agitur,l.si id quod ,eod.

Emptor si emit rem sub conditione,& posteà eandem purè emit, valet posterior venditio,quia per plenam emptionem potest recedi à semiplena,glos.1.ibid.

Emptor ea, quæ inuitus accipere non cogitur,iniquum est non permitti venditori ea alij vendere, l.id,quod post,de periculo,& commodo.

Emptor postquàm inspexerat prædium cum arboribus si illæ arbores antequàm emptionem contraheret,ventorum vi deiectæ sint,illæ non debentur emptori, nisi emptor ignoraret eas deiectas, & venditor sciat, nec admonuit, quo casu quanti emptoris interfuerit,tenetur venditor, l.si post inspectum,eod.

Emptor fundi nomine non potest agere,quando priùs,quam mensuraretur fundi pars, interiit inundatione aquarum, chasmate, aut alio casu, l.si in venditione, §.fi.eod.

Emptor, cui possessio rei emptæ tradita est precariò, facit fructus naturales, & industriales suos, sed non ciuiles,glo. precaria, & ibi addit. in l. Iulianus, §. possessionem,de act.empt.

Emptor si interpellauerit venditorem, & is rem emptam non dederit, si posteà offerente venditore emptor non accepit eam, emptori nocet,non venditori, l. illud, de periculo, & commodo.

Emptor si moram adhibuit, deinde venditor cùm omnia integra essent, moram adhibuerit,cùm posset se exsoluere, posterior mora venditori nocet,ibid.

Emptor ob moram non tradendi potest agere ad interesse commune tantùm, si nolit interesse singulare, quod excedit commune, gl.2.in l.1.de act.empt.

Emptori non intelligitur tradita vacua possessio, si alius in ea legatorum vel fideicommissorum causa,aut venter in possessione sit, aut creditores causa rei seruandæ possideant,l.2.§.1.eod.

Emptor si stipulatus sit rem sibi tradi, non potest petere fructus ex illa stipulatione, quia in ea non venit præstatio fructuum, sed ex empto agere debet ad eos,l.3.§.1.eod.

Emptori vacua possessio tradi debet à venditore ad hoc, vt liberetur venditor aliàs tenebitur exempto,l.2.§. 1.& ibi gl. 3.& ibi add.eod.

Emptor si fuerit in mora accipiendi rem emptam, quam suo loco, & tempore tradebat venditor, condemnatur venditor quantò minoris valuit res à tempore moræ vsque ad tempus litis contestationis, considerando etiam locum in quo minoris valuit,l.3.§.si per venditorem, & ibi gl.agatur,eod.

Emptor vt tollat vinum emptum ex doliis potest conueniri actione ex vendito, gl.1.in l.si is, qui, eod.

Emptor si post datas arrhas conuenit, vt emptio fieret irrita, ex empto potest agere, vt sibi restituantur arrhæ datæ, & vtili actione ex empto, potest agere etiam ad distrahendam emptionem in eo,quod de facto processit,id est,vt arrhæ datio reddatur, & vt instrumenta emptionis cassentur, de iure tamen non rescinditur,cùm ipso iure per contrarium consensum sit nulla, l.ex empto,§.is, qui ruina,& ibi gl.ad distrahendam,eod.

Emptor noxali iudicio conuentus,& condemnatus, consequitur actione ex empto, quanti minimò potuit suum venditorem liberare, & sic tantum æstimationem serui, vel damni quod procedit, etiam si emptor seruum defenderit, vel non defenderit,quia erat notorium delictum serui,l. emptorem, & ibi gl. defungi,eod.

Emptor conuentus de re empta tenetur denunciare venditori, quòd veniat ad defendendum, etiam si sit manifestum, rem emptam esse petentis,† gl.posse, in fin. ibid.

Emptor bonam fidem agnoscere debet, ibid.

Emptor debet effici potior in causa possessionis, d.l. emptorem, §.idem Neratius, eodem.

Emptor, qui ex duplæ stipulatione litis æstimationem consequutus est,sibi tradita,& posteà euicta,aliarum rerum nomine de quib. in venditionibus caueri solet, nihil potest consequi, deficiente tamen dupla, ex empto poterit agere, d.l.emptorem,§.Cassius.

Emptor si emit iactum retis, & venditor nolit iactare,agitur ad interesse,quantum est verisimile,quòd caperet, considerando quòd consueuit ibi capi,sed si iactauit,& quod extraxit piscium reddere nolit,agitur ad æstimationem eius, quod extraxit, l.si iactum,12.de act.empt.

Emptor vt ex empto agat, requiritur, quòd offerat pretium integrum venditori,& soluat, vel quòd apud alium deponat, si venditorem habet suspectum; quòd si offerat partem pretij, nondum habet actionem ex empto, l.Iulianus, §.offerri, eod.

Emptor sicut potest tenere pretium, donec sibi venditor tradat,ita venditor potest quasi pignus retinere rem venditam, donec sibi pretium soluatur, gloss. retinere, ibid.

Emptor potest deiicere colonum,si vult, gl.cedere, in d.l.Iulianus,§.si fructib.

ad Emptorem spectat fructus rei emptæ venditione contracta, gl.post diem, in d.l.Iulianus, §.ex vendito.

in Emptoris arbitrio est accipere fructus à tempore venditionis, & tunc à tempore venditionis tenetur venditori ad vsuras pretij, quia fructus consequendo à tempore contractus, perinde habetur ac si tradita fuisset res; sed si emptor relinquat fructus, tunc tenetur ad vsuras pretij non soluti à tempore traditionis, nec potest venditor obiicere emptori culpam, quia fructus non percepit,cùm ex ea culpa lucrum senserit, † gl.post diem, ibid.

Emptori si rei emptæ possessio precariò data sit à venditore, illa possessio precaria habetur pro tradita quoad hoc, vt ipse emptor teneatur ad vsuras pretij non soluti,non autem vt venditor liberetur ab actione ex empto quoad alios, gl.precaria,in d.l.Iulianus,§.possessionem.

Emptor,cui rei emptæ possessio precariò data est,fructus naturales,& industriales possessionis precariæ facit suos,sed non ciuiles, dict. gloss. precaria, & ibi addit. ibid.

Emptor non adstringitur litem motam nunciare venditori, l. seruus,30.§.fin.in addit.marg.eod.

Emptori prodest ius superueniens venditori, l. si quis alienam, 46.eod.

Emptor si repellit conductorem, venditor tenetur conductori ad interesse, l. si merces, 25.§. 1. locati.

Emptor, vel legatarius non tenetur stare colono,gl.locauit,ibid.

Emptor nisi fecerit numos accipientis, tenetur ex vendito, venditori tamen sufficit ob euictionem se obligare, possessionémque tradere, & purgari dolo malo, & ita si euicta non sit res, nihil debet, nisi sciens alienam vendidit, quo casu etiam ante euictionem, agitur ad interesse,l.1.& ibi gl.nihil debet, de rerum permuta.

Emptoris, & venditoris officio non potest quis fungi, gl.1.ibid.

Emptor eisdem exceptionibus quibus venditor, vti potest contra tertium petentem, gl.fi.in l.si ab eo,18.de pignor.

Emptor si quid erat empturus,sed minori pretio,subuenitur ei per edictum ædilitium,vel ad redhibendum, vel quantò minoris erat res,& quandoque dabatur ista,& non illa, glo.conueniri,& glos.seq. in l.sciendum,§.illud, de ædilitio edicto.

Emptor dicitur, qui pretio emit, d.l.sciendum,§.deinde,eod.

Emptor numos venditoris facere cogitur, sed venditor non cogitur præcisè rem accipientis facere,quia emptor latiùs, & in genere tenetur, scilicet ad pretium, & ideò adstringitur, sed venditor tenetur in specie scilicet ad rem ipsam venditam, & ideò releuatur in hoc, l. ex empto,& ibi gloss. facere, de actio. empt.

Emptor tenetur venditori in re vendita ad culpam, licèt interim res sit sua, gl. vel culpa, in l.cùm autem,§.Iulianus, de ædilitio edicto.

Emptorem sequitur vectigal ratione rei,l.debet, 27.eod.

Emptor si non caueat venditori intra certum tempus,vt si pecunia sibi soluatur se mancipium emptum restituturum, venditor emptori non potest condemnari ad restituendum pretium, & eius vsuras, sed si venditor emptori non præstet illa, ab emptore priùs sibi satisfacto in cauendo condemnabitur illi, l.illud,29.& ibi gl.1.& 2.eod.

Emptor, quando venditor vendicat rem venditam, potest eligere,vtrùm velit rem retinere intentione venditoris per exceptionem elisa, an potiùs re sibi

grauamen pertinet, nisi venditor exceperit, l. fructus post, & ibi glo. 3. C. eod.

Emptor nihil potest exigere vltra modum, & quantitatem tritici venditi citra pactum, nisi mora sit facta, quo casu venit, l. vltra modum, 15. & ibi gloss. fi. C. eod.

Emptori post perfectam venditionem restitui debent fœtus pecorum, venditori verò sumptus, si quos bona fide fecit, l. pe. C. eod.

Emptor vi expulsus à possessione rei emptæ, contra venditorem nullam habet actionem, sed contra expellentē habet interdictum, vel actionem in factum, quæ datur loco cuiuslibet interdicti, l. fin. C. eod.

Emptori iniuria quæ fit, non nocet venditori, gl. 2. ibid.

Emptor vi expulsus à possessione rei emptæ, contra expellentem poterit etiam agere per constitutionem, si quis in tantam, & etiam rei vendicatione, in qua si succubuerit, aget de euictione, glo. fi. ibid.

Emptor si ex pecunia aliena emerit fundum, & mancipia nomine suo, traditione illorum dominus constituitur, & pecuniæ domino competit illius petitio agendo ciuiliter, l. 1. C. si quis alteri, vel sibi.

Emptor si se grauatum in pretio probet, iustum pretium restituendum est, glo. pe. in l. si circumscripta, 6. C. si soluto matr.

Emptori datur electio an reddere rem emptam vel iustum pretium velit supplere, quando in venditione est læsio intra dimidiam, gloss. si minore, in l. 1. C. si maior factus.

13 Emptor fundi non tenetur stare colono, cui prior dominus locauit, nisi ea lege emerit, l. emptorem, 9. C. de locato.

Emptorem fundi si aliquo pacto consensisse probetur, vt in eadem conductione maneat colonus, quamuis sine scripto, bonæ fidei iudicio cogitur parere, ibidem.

Emptori fundi non tenetur stare colonus, cui prior dominus locauit, gl. ibid.

Emptor domus non tenetur stare inquilino, cui dominus locauerat, nisi ea lege emit, missus verò in possessionem à prætore tenetur stare colono debitoris, gl. 2. ibidem.

Emptor fundi tenetur stare colono, cui fiscus venditor locauerat, & hoc iure speciale in fisco, ne fiscus teneatur colono d. gl. 2.

Emptor fundi tenetur venditori in eo, quòd venditor colono si contra pactum inter eos initum tempore venditionis expellat colonum, gl. 3. ibi.

Emptor demùm soluto pretio cogit venditorem ad rem tradendam, gl. fi. in l. si lis, 15. C. eod.

Emptor etiamsi possideat res emptas non est legitimus contradictor ad impediendum heredem mitti in possessionē rerum hereditariarum, quas defunctus detinebat, vel possidebat tempore mortis, ita quidem, quòd emptori auferatur earum possessio, † gl. legitima, in l. fi. C. de edicto diui Adriani toll.

Emptor cum conuenitur, & vincit, nec sumptus repetit, cùm autem vincitur, & sumptus repetit, glo. fi. in l. 4. C. de testam. manumiss.

Emptor si possidet etiam per momentum rem emptam sciente venditore sine traditione, illa patientia venditoris habetur pro traditione, † l. 2. & ibi gl. 2. C. de acquir. possess.

Emptor si possidet sciente venditore, & volente, vel saltem non contradicente, possessionem verè consequutus est, secus si possidet ignorante venditore, vel contradicente, quia tunc non quærit possessionem, gloss. fin. in d. l. 2. C. de adquir. possess.

14 Emptor inductus in possessionem sciente venditore, præsumitur omnia gerere tanquàm dominus, nisi contrarium probetur, gl. 3. ibid.

Emptor ingrediens possessionem rei emptæ sine venditoris voluntate, non possidet iustè, & ideò tenetur restituere, l. nec ex vera, 9. C. eod.

Emptor surripiens rem emptam post pretium solutum, non tenetur furti venditori, gl. 1. ibid.

Emptor sicut debet denunciare venditori litem esse motam, ita & ille, qui recepit rem insolutum, l. libera, 8. C. de sententiis, & interloquut.

Emptor si non est inductus in vacuam possessionem rei emptæ nullam habet actionem in rem, neque directam, neque vtilem, l. qui prædium, 13. & ibi gl. fi. C. de distractione pignorum.

Emptor si pactus sit cum venditore, quòd si res empta sibi euinceretur, loco pignoris retineret aliam, valet tale pactum, gl. 1. in l. 2. C. de pactis pign.

Emptor hereditatis, sumptus, quos facit in lite rei singularis, recuperat à venditore, si potest agi pro re principali ad interesse, vt quia euictio est sequuta, sed si non potest agi pro re principali ad interesse, vt quia non est euictio sequuta, tunc non repetit sumptus, † gl. 1. in l. 1. C. de euict.

Emptor antequàm res tradatur ex empto potest agere, vt tradatur libera, l. ex his prædiis, 5. C. eod.

Emptori si sit tradita res, & pretium, antequàm res empta liberetur ab obligatione, venditor petierit, emptor poterit repellere venditorem doli mali exceptione, ibid.

Emptor tenetur denunciare venditori scienti, vt causam defendat, reprob. gl. 1. & ibi addit. in l. emptor, 8. C. eod.

Emptor si denunciauerit venditori, vt defenderet eum re euicta per sententiam, venditor tenetur emptori ad damna, quæ passus est, & ad expensas factas in lite, & ad pretium, l. si cùm quæstio, 17. C. eod.

Emptor debet denunciare venditori in initio litis, vel pòst vsque ad sententiam ante aperturam tamen testium, gl. 1. ibid.

15 Emptor si denunciauerit venditori, vt eum defendat, & emptor obtinuit, licèt non possit agere contra venditorem de euictione, quia res non est euicta, tamen potest agere ex clausula ob rem non defensam, siue hoc sit expressum, siue non, cùm à lege tacitè intelligatur, gl. fi. in add. in l. si status, 18. C. eod.

Emptor, qui præscripsit, debet se tueri exceptione præscriptionis, & si non opposuit eam emptor, vel opposuit, sed nō fuit admissa, & sic passus est iniuriam, non tenetur venditor de euictione, l. si obligata, 19. & ibi gl. 1. C. eod.

Emptor tenetur denunciare successoribus venditoris in quocunque gradu, & siue ipsis præsentibus, siue absentibus res si euincatur, non solùm pretium, sed interesse emptor à venditore, vel eius heredib. consequitur, l. cùm successores, 23. C. eodem.

Emptor cùm in limine contractus imminet euicto, pretium vel residuum pretij soluere non tenetur, & si soluerit, repetit, nisi ei de euictione satisdetur, l. si post perfectam, 24. C. eod.

Emptori etiam venditoris iura debent prodesse, l. emptori, 28. C. eod.

Emptor tam propriis, quàm venditoris defensionib. vti potest, ibid.

Emptor non lucratur fructus, vbi contractus emptionis est nullus, l. 1. C. de prædiis decurion. lib. 10.

Emptor fundi patrimonialis principis tenetur stare colono, quem si expulerit à possessione priuatur, secus tamen est in emptore fundi priuati, l. 3. & ibi add. marg. & gl. 1. C. de mancipiis, & colonis patri. lib. 11.

Emptor secundus, cui est facta traditio, præfertur primo, cui venditio tantùm est facta, l. quæ tibi, 6. C. de heredit. vel actione.

Emptores duo si emerint rem à non domino sine dolo, ex his ille est potior, cui priùs possessio eius est tradita, sed si alter ex eis emerit à domino, is erit potior, l. si ea res, 31. §. fi. de actio. empt.

Emptor fundum minoris, quem ab eius curatorib. emit possidens per sex annos, si meliorem reddidit, minor aduersùs emptorem non restituitur, nisi priùs refectis expensis emptori, l. intra vtile, §. fi. de minor.

Emptor potest vti exceptione ex persona venditoris, ne bonæ fidei possessor teneatur vltrà, quàm sit locupletior, l. sed & si lege, 28. §. item si rem, de pign. actione.

Reliqua verbo, Venditor, per tot. Vsucapere, 4. 5. Arrha, Author, Colonus, 17. Emens, Emere.

Emptor, cui mota fuit quæstio dominij, non cogitur pretium non solutum soluere, nisi offerat venditor sibi idoneos fideiussores nomine euictionis, l. pen. §. fi. de periculo, & com.

Emptor si in pretio soluendo moram fecerit, ad vsuras illius pretij tantùm tenetur, & non ad illud, quod venditor mora non facta consequi potuit, veluti si negotiator fuit, & pretio soluto ex mercib. plus, quàm ex vsuris quærere potuit, l. fi. eod.

Emptor præcisè tenetur ad dandum pretium, † gl. 3. in fi. & ibi add. marg. in l. 1. de actio. empt.

Emptori soluenti partem pretij si tradita sit res, ac posteà ab eo euicta, potest repetere actione ex empto à venditore partem pretij, quam soluit, & non integrum pretium, l. Iulianus, §. offerre, eod.

Emptor soluens tantùm partem pretij, non potest agere ex empto ad rem, ibid.

Emptor licet teneatur post moram ad vsuras pretij non soluti, tamen postquam soluit totum pretium, non tenetur ad vsuras, quia illæ vsuræ non sunt in obligatione, sed officio iudicis præstantur, quod officium non durat, sublata principali actione pretij, l. qui per collusionem, 49. §. fi. eod.

Emptor, qui pretium rei emptæ soluit domino, & non venditori, non potest conueniri à venditore ex vendito ad pretium, quia bonæ fidei non conuenit, vt venditor pretium consequatur, & eam a domino nanciscatur emptor, l. si rem, 29. de euictio.

Emptor si secundo emit à vero domino, vel quocunque modo habuerit rem à vero domino, siue ex causa lucratiua, siue onerosa, non tenetur ad pretium ei, qui primò sibi vendidit rem, d. l. si rem, in add. marg.

Emptor, quando consequitur rem emptam à venditore ex alia causa, quàm emptionis, non tenetur soluere pretium, imò solutum potest repetere, l. huiusmodi, 84. §. qui seruum, de legat. 1.

Emptor si legauerit vnam rem ex pluribus simul vno pretio, rescissa posteà venditione, & heredibus emptoris pretio restituto, ea pars pretij, quòd dictam rem legatam contingit, solui debet legatario, l. qui solidum, 78. §. 1. de legat. 2.

Emptor pendente lite de re empta non potest cogi ad soluendum pretium, l. fi. §. ex quadrante, de doli mali exceptione.

Emptor quod soluit creditori venditoris agenti hypothecaria pro liberando prædio empto, illud compensare potest venditori cum pretio, gl. 2. & 3. in l. quoniam, 10. C. de compensat.

Emptor quod creditori venditore soluit debitè quantùm ad venditorem, sed indebitè quantum ad se pro liberando prædio empto, illud compensare potest venditori in pretio, gl. fi. ibid.

Emptor soluens indebitum quantùm ad venditorem, & quantùm ad se, non potest obiicere compensationem, imò indebitum debet ipse repetere, d. gl. fi.

Emptori agenti ex empto obiicitur exceptio, nisi pretium soluat, & econtrà emptor obiicit venditori, nisi rem tradat, gl. 2. in add. in l. 4. C. de act. empt.

Emptor, qui nactus possessionem rei emptæ fructus percipit, partē pretij, quam penes se habet, tenetur cum vsuris restituere, l. curabit, C. eod. tit.

Emptor percipiens fructus rei emptę si non soluit partem pretij, tenetur ad eam cum vsuris, quas ratio fructuum perceptorum, & minoris ætatis fauor, licèt mora non intercesserit, generauit, d. l. curabit.

Emptor percipiens fructus rei emptæ tenetur ad pretium cum vsuris pretij non soluti, cum quasi interesse petantur, quod etiam iure canonum locum habet, glo. 2. ibid.

Emptor soluens venditori ignoranti numos proprios ipsius venditoris, non liberatur, l. si seruos, 7. C. eod.

Emptor soluens venditori scienti numos proprios ipsius venditoris, ex tali receptione venditor videtur donare emptori, & ei solutum videtur, gl. 1. ibid.

Emptor quandoque pretium amittit, nec venditor lucri facit illud, gl. fi. in l. 2. C. ne rei dominicæ vel templorum.

Emptor non tenetur pretium soluere, nec exhibere, vbi imminet euictio in ipso contractus limine, glo. periculum, in add. marg. in l. à Diuo Pio, §. si post, de re iudicata.

Reliqua verbo, Arbitrium, 2. 3. 4.

Emptor si minorem 25. annis circumuenit, habet actionem ex empto contra minorem, ad hoc, vt stetur in totum emptioni, aut in totum discedatur, l. Iulianus, §. si quis, & ibi gl. circumuenerit, de actio. empt.

Emptor licèt decipiatur in qualitate substantiali, habet tamen ex empto actionem ad interesse, l. si sterilis, 21. §. quamuis, eod. tit.

Emptor deceptus in qualitate fundi, agit ad interesse, sicut deceptus ad mensuram, l. si in qualitate, 22. eod.

esse alienum, perceptione fructus suos facit; & idem si post licentiam seuit, vel post litis contestationem, restituit tamen eos iudicis officio extantes, d.l. qui scit, §.fi.& ibi gl.pen.

25 Emptor bonæ fidei quoad fructus percipiendos intelligi debet, quandiu fundus euictus non fuerit, d.§.fi.

Emptori bonę fidei tamdiu seruus bona fide emptus adquirit ex re ipsius empto-
ris, vel ex suis operis, quamdiu ab eo euictus non fuerit, ibid.
Emptor bonæ fidei percipiendo fructus ex aliena re suos facit, non solùm eos,
qui ex sua diligentia, & opera, sed etiam eos, qui ex alterius diligentia perue-
nerunt ad eum, l.bonæ fidei emptor, 48.& ibi gl.sed omnes, de adquir.rerum dominio.

Emptor bonæ fidei quoad fructus attinet loco domini penè est, quia naturales percipiendo non facit suos, l.bonæ fidei, 48. & ibi gl.sed omnes, & glos.penè, eod. titul.

Emptoris bonæ fidei sunt fructus, etiam priusquàm percipiat, statim vbi à solo separati sunt, nec interest rem, quam bona fide emit, possit vsucapere, nécne, veluti si pupilli sit, vel vi possessa, aut donata sit præsidi contra legem repetundarum, & ab eo posteà alienata sit bonæ fidei emptori, d.l. bonæ fidei, eo.

Emptor bonæ fidei postquàm incipit habere malam fidem, non facit fructus suos perceptos ante vsucapionem completam, licèt possit rem emptam vsucapere, neque impediat sibi mala fides superueniens, d.l.bonæ fidei, §.in contrarium, & ibi gloss.possideat.

Emptori bonæ fidei mala fides superueniens impedit præscriptionem fructuum, sed non impedit vsucapionem, quæ iuris est, d.glo.possideat.

Emptor bonæ fidei licèt non possit vsucapere rem emptam propter rei vitium, tamen fructus ex ea perceptos potest facere suos, d.§.in contrarium.

Emptoris bonæ fidei sunt fœtus ouium, lana, & lac earum, etiamsi prægnantes venditæ sint, quæ sunt surreptæ, d.l.bonæ fidei, §.fi.

Emptor bonæ fidei dicitur, qui aut ignorauit eam rem alienam esse, aut putauit ius vendendi habere eum, qui vendidit, putà procuratorem, aut tutorem esse, l.bonæ fidei, 109.de verb.sign.

Emptori bonæ fidei permisit lex repetere pretium, malæ fidei verò videtur prohibuisse, gloss. ex empto, in c. 1. de prohibit. alienatione feudi alien. per Fredericum.

Reliqua verbo, Emens, 15.16. vsque 20.21.

26 EMPTOR falsus non est emptor, sed malæ fidei sic, gl.fi.in l. Paulus, 221. de verbor.sign.

Emptor malæ fidei, qui sciebat rem subiacere restitutioni fideicommissi, recuperat pretium re euicta, etsi illud non sit stipulatus, l.3.§.fin.C. communia de legatis.

Emptor malæ fidei re euicta recuperat expensas necessarias, sine quibus res esset perempta, aut deteriorata, gl.2.in add.marg.ibid.

Emptori malæ fidei non debet restitui pretium, nec à vendicante, nec à venditore, & sic debet amittere illud, nisi pretium sit conuersum in vtilitatem domini vendicantis, l.1.& ibi gl.fi.C.de præscriptione 30. vel 40.glo. ex empto, in c.1. de prohibit.alienat.feudi per Fredericum.

Emptorem præsumi malæ fidei non facit stipulatio duplæ nomine euictionis, l. pen.C.de euictio.

Emptor malæ fidei dicitur, qui contra legis interdictum emit, item qui domino contradicente, item qui dolo inducens venditorem emit, item qui emit ab eo, quem sciuit vendere non posse, vt à pupillo, glo.fi.in l.bonæ fidei, 109. de verbor. sign.

Emptor malæ fidei hereditatis, & etiam eius heredes, tenentur ad fructus etiam non perceptos, & qui percipi poterant, bonæ fidei verò, non tenentur ad illos, nisi post litem contestatam, l.2.C.de petitione hereditatis.

Emptor malæ fidei tenetur restituere rem cum fructibus extantib.& consumpti, l.2.& ibi glo.2.C. si quis ignorans rem.

Reliqua verbo, Emens, 16. vsque 20.

27 EMPTOR, qui emit fundum à non domino, sibíque tradito eo, venditor dominium nactus sit, non efficitur dominus absque noua traditione, l.si à Titio, 72.& ibi gl.fi. de contrah. empt.

Emptor rei alienæ per traditionem possessionis non efficitur dominus, cùm à non domino habeat, l.1.& ibi gl.pen.C. si quis ignorans rem minoris.

Emptor si rem furtiuam emerit, debet curare iudex, an ille in criminis furti suspicionem inciderit, l.2.C.de furtis.

Emptor rei furtiuæ tenetur ex vrbanitate venditorem in iudicio nominare, si velit euitare suspicionem furti, l.ciuile, 5.C.eod.

Emptor rei furtiuæ non potest vsucapere propter coherens vitium, antequàm ad dominum possessio reuertatur, l.etiam furti, 8.l.si abducta, 10.C.eod.

ab Emptore rei furtiuæ potest dominus vendicare rem furtiuam, l. etiam furti, eodem.

Reliqua verbo, Emens, 16.18.19.

28 EMPTORI prodest quoad vsucapionem perficiendam illud tempus, quo venditor antequàm traderet possedit, non tamen prodest tempus, quo possedit ex aliqua causa postquàm vendidit, ac tradidit, l.id tempus, 14. & ibi gloss.1. de vsucapio.

Emptor pendente conditione emptionis non potest vsucapere pro emptore, etiam si putet conditionem extitisse, quæ non extitit, secus si extiterit, sed extitisse ignoret, l.2.§. si sub conditione, pro emptore.

Emptor, cui tradita est alia res, quàm empta, non potest vsucapere eam pro emptore, nisi ea accedat rei emptæ, d.l.2.§. cùm Stichum.

Emptor omnium bonorum loco heredis est, & sicut heres non potest vsucapere, ita nec emptor omnium bonorum, quod verum est, quando emptor est procurator in rem suam, gl.non sunt, & ibi add.marg.in d.l.2.§.eius.

Emptori prodest ad vsucapionem complendam tempus, quo possedit venditor, d.l.2.§.penult.

Emptor pendente conditione venditionis non potest vsucapere, nec potest vti accessione venditoris, gl.haberi, in l.si duobus, de diuers.& temporal.

Emptor præscribit rem emptam decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes, gl.longè, in l.3.C. de his, quæ vi.

Emptor secundus si rem præscripserit, actio quod metus causa durat contra primum emptorem, † reprob.gl.fi.Doct.ibi in l.3.C.de negot.gest.

Emptor, qui tempore emptionis putabat fundum venditoris esse, sed tempore traditionis sciebat esse alienum, non potest vsucapere, l.qui fundum, 7 §.qui bona, pro emptore.

Reliqua verbo, Vsucapiens, 4.5. Vsucapio, 9. Emens, 16. vsque 20.21.25.

EMPTOR serui si vendiderit vt suam, & peculiarem rem, quam seruus à primo venditore surripuit, eáque res sit perempta, ad pretium negotiorum gestorum actio competit contra eum, l.fi.& ibi gl.1.de negot.gestis.

Emptor, qui dolo malo me induxit, vt seruum ei venderem, & vendidi, si eum posteà manumisit, valet manumissio, † gloss. in integrum, in l. & eleganter, de dolo.

Emptor si seruum emptum per vim manumiserit, non tenet manumissio, quia venditor tunc retinebat dominium, ibid.

Emptor si emit duos seruos pariter vno pretio, quorum alter ante traditionem mortuus est, in superstite nulla est emptio, quia forsan non esset empturus, nisi vtrumque simul, alioquin valeret, l.si duos 44.& ibi gl. fi & add. marg.de contrahend. emptione.

Emptor si sit in mora accipiendi seruum emptum, tenetur venditori ad indemnitatem pro cibariis, l.si venditor, 39. §. 1.de act.empt.

Emptori serui si euinceretur ius patronatus, habet actionem ex empto ad pretium, & interesse, sicut si euinceretur seruus, interesse sumptuum & expensarum factarum in re euicta non debet excedere duplum contra venditorem ignorantem, nec potest ab eo repeti, si potest ab euincente recuperari, secus contra scientem, quia potest ab eo repeti, & excedere duplum, l. Titius, 81.eo.

Emptoris culpa si fugerit seruus emptus lite contestata super eo inter euincentem & emptorem, emptor condemnandus est, qui non statim habet regressum contra venditorem ex duplæ stipulatique, quia interim non propter euictionem, sed propter fugam ei non licet seruum habere, tamen statim atque apprehenderit possessionem serui fugitiui, habet actionem ex stipulatu de euictione, l.si seruus, 21.§. idem Iulianus, de euictio.

Emptor si fuerit coactus seruum emptum manumittere ex causa fideicommissi, habet actionem ex empto contra venditorem, l.sed hoc nomine, 26.eodem.

Emptor ancillæ si eam prostituerit, & ob illud ipsa ad libertatem peruenerit, quasi manumisisse videtur, quantùm ad ipsius incommodum, sed non quantùm ad commodum, glossa 2.in l. si mancipium, 34.eodem.

Emptor ancillę si animo nouandi stipulatus sit rem dari, vacuámque eius possessionem tradi, hæc stipulatio sequitur naturam contractus venditionis, nec in ea continetur plus, quàm venit ex natura venditionis, & sic venit factum solum, idest, traditio asinina, l.4. & ibi gl.compellere, de vsuris.

Emptor ancillæ censetur etiam in eius partu habere causam onerosam, l. si fundum, 81.§.Iulianus, de legatis 1.

Emptor serui eo inempto facto non potest agere furti actione cum venditore ob id, quòd is seruus post emptionem antequàm redderetur surripuisset, l.infitiando, 67.§. cùm seruus de furtis.

Emptor seruum præsentem sibi non traditum vendicare non potest, l. pen.C. de rei vend.

Emptor seruorum de his tradendis, & de eorum fuga, item de sanitate, & errones non esse, aut noxa solutos, repromitti, sibi rectè postulat, l.emptor, 14. C. de action.empti.

Emptor de fuga serui empti, sicut & de interitu non tenetur venditori, secus est in metum inferente, gl.omnimodò, in l.si, cùm exceptione, §. quatenus, de eo, quod metus caus.

Emptor serui exportati potest manumittere eum, antequàm veniat contra pactum, & manumissus ad locum prohibitũ non potest accedere, aliàs in seruitutem deducitur, & à fisco venditore; sed si antequàm manumitteretur, venerit contra pactum, habitando in loco prohibito, dominus potest iuxta pactum manus iniicere, l.1.C.si seruus exportand.

Emptor serui exportati si manumiserit eum, antequàm veniat contra pactum, & ille manumissus si non recedat à loco prohibitũ fisci seruituti obiicitur, & vendens fiscus simili pacto vendit, & si posteà non exportetur, datur manus iniectio iuxta pactum primo venditori, & non fisco, † gl. 5.ibid.

Emptor seruum, quem emerat cum pacto, ne manumitteret, non poterit manumittere, gl.fi.in l.fi.C.qui non possunt ad libertatem peru.

Reliqua verbo, Seruus, 100.101.

EMPTOR si omnem aduersum casum suscepit, periculum rei emptæ ad emptorem pertinet, etiamsi ea non sit assignata, & tradita ei, nisi dolo venditoris perierit, l. qui officij, 62.§.fi.de contrah. empt.

ad Emptoris periculum pertinet omne commodum, & incommodum contracta obligatione, l.1.C. de periculo & commodo, & l.2.in add.mar.de lege commissoria, & l.is, qui puteum, §.si posteaquàm, & ibi gl.pertinere, quod vi aut clàm.

Emptoris damnum est incommodum rei euictæ à litis contestatione vsque ad sententiam, l.euictis, 18.de vsuris.

Emptor potest stipulari sibi caueri de damno dato etiam ante traditionem in re empta, cùm venditor non fuit in culpa, † gl.sed nihil, in l.damni, 18. §. emptor, de damno infecto.

Emptor ædium ante traditionem sibi factam non potest sibi stipulari de damno contingente ante traditionem, cùm venditor teneatur præstare omnem diligentiam, potest tamen stipulari de damno contingente post traditionem, antequàm res sibi tradatur, l. emptor, 38.& ibi gl.1.eod.

Emptor ædium, quarum custodia ad eum pertinet, & non ad venditorem, potest stipulari de damno infecto, etiam ante traditionem, in qua stipulatione venit etiam damnum contingens ante traditionem, licèt illud expressè non sit stipulatus, sed simpliciter, † d. l. emptor, & ibi gloss. vtiliter, & addition. margin.

ad Emptorem fundo in diem addicto pertinet omne commodum, & incommodum, antequàm conditio melior fuerit illata, & sic antequàm venditio resoluatur, l.is, qui in puteum, §.si fundus, quod vi aut clàm.

Emptor numos, & venditor mercem si deposuerint apud eũdem, numi emptoris

tamen venditor petere per condictionem sine causa, cùm videatur esse è re venditoris, d.§.fi.& ibi add.marg.

Emptor in redhibitoria tenetur restituere venditori generaliter, etiam quidquid extra rem emptoris per seruum emptum adquisiuit, l.& generaliter, 24.eod.

Emptor in redhibenda tenetur venditori præstare etiam id, in quo seruus venditus post venditionem & traditionem deterior factus sit, siue ab ipso emptore, siue ab eius procuratore, siue ab eius familia, sed id, in quo ante venditionem deterior factus sit, non tenetur præstare, l.Ædiles, 25.eod.

Emptor in redhibitoria tenetur venditori præstare id, in quo seruus venditus deterior factus est ab eius procuratore, cui vniuersa negotia, aut ipsum negotium, propter quod deterior factus sit, mandata sunt, sed non tenetur de deterioratione cuiuslibet procuratoris emptoris, d.l.Ædiles, §. procuratores, eod.

Emptor in redhibitoria ex facto procuratoris & familiæ tenetur venditori tantùm ad id, quod seruus venditus non fuisset passurus, nisi ei vendidisset, quod si esset passurus, etiam si non vendidisset, conceditur emptori tunc serui sui noxæ deditio, ibid.

Emptor in redhibitoria tenetur venditori in id, in quo seruus culpa sua, & non dolo deterior factus est, ibid.

Emptor tenetur præstare venditori ea omnia, quæ in ædilitio edicto exprimuntur, si ante iudicium susceptum facta sunt, quæ necesse est, vt enumerentur in libello, sed si illa post iudicium susceptum contingant, tota causa ad hominem restituendum versatur in iudicio, & tam fructus quàm id, in quo deterior factus est seruus venditus, & cætera damna veniunt, d.l.Ædiles, §.item, & §.final.

Emptor in redhibitoria sufficit, quòd caueat venditori, quòd si intra certum tempus, pecunia sibi soluta sit, se restituturum seruum emptum venditori, l.videamus, 26. eod.

Emptor in redhibitoria debet recipere à venditore non solùm quod ei numerauit, idest, pretium & vsuras, sed etiam quod emptionis causa erogauit, veluti quod mediatorib. dedit, dummodò hoc ex voluntate venditoris dedit, secus si sua sponte emptor erogauit, l.debet, 27.& ibi gl.2.eod.

Emptor si non caueat venditori intra certum tempus, vt si pecunia sibi soluatur se mancipium emptum restituturum, venditor emptori non potest condemnari ad restituendum pretium & eius vsuras, sed si emptori venditor non præstet illa, ab emptore priùs sibi satisfacto in cauendo condemnabitur ei, l. illud, 29.& ibi glos.1.& 2 eod.

Emptor in redhibitoria iudicis officio consequitur à venditore damnum, quod sensit, vel quod pro seruo impendit, ita tamen, vt non ei condemnetur venditor horum damnorum nomine, sed ne aliàs compellatur seruum emptum venditori restituere, quàm si eum indemnem præstet, ibi item.

Emptor in redhibitoria si obtinuit pro se, & non vult vti victoria, venditor non potest agere, gl.fi.ibid.

Emptor in redhibitoria sententiæ pro se latæ renunciare potest, quia licèt contineat mutuas præstationes, tamẽ cõtinet fauorẽ agentis, d.gl.fi.in add.marg.

Emptor si nomine serui, qui modò redhibetur iudicium acceperit de eo, quod cum alio contraxerat, vel alij debitum fuerat ex delicto, cauendum est ab vtraque parte, vt si quidem sine dolo malo condemnatus sit, emptori reddet, vel quod ex eo, quod egerit emptor, ad eum peruenerit, vel dolo malo eius factum sit, quominùs perueniret, tenetur emptor venditori reddere, l.item si, 30.eodem.

Emptor in redhibitoria expensas necessarias, quas in curandum seruum post litis contestationem fecit, officio iudicis imputabit, sed expensas factas ante litis contestationem nominatim in libello iure actionis, & non officio iudicis debet petere, d.l.item si, §. 1.& ibi gl.comprehendens.

Emptor in redhibitoria non imputat venditori cibaria seruo empto data, quia nec ab ipso venditore potest exigi id, quod in seruitio & ministerio emptoris fuerit, d.l.item si, in fi.

Emptor in redhibitoria nolente venditore recipere seruum venditum solam habet serui retentionem propter damna, quæ ob seruum sensit, & ita venditor, si nolit seruum recipere, euitat præstationem damnorum, sed non pretij, & eorum, quæ pretium sequuntur, l.quòd si nolit, eod.

Emptor in redhibitoria tenetur venditori præstare ancillam redhibitam, & quod ex ea post emptionem natum est, siue vnus partus sit, siue plures, dict.l. quòd si nolit, §.si ancilla, eod.

Emptor in redhibitoria tenetur venditori præstare vsumfructum, qui post emptionem proprietatis adcreuit ipsi proprietati, ibid.

Emptor in redhibitoria non tenetur præstare venditori id, quod seruus emptus ex re ipsius temporis apud eum quæsiuit: nam id apud ipsum relinquendum est, sed quod aliunde peculium adcreuit, tenetur venditori restituere, dict. l. quòd si nolit, §.si peculium, eod.

Emptoris plures heredes si fuerint, singuli seruo redhibito agere possunt pro suis portionib. ad pretium & vsuras, & singuli pro parte tenentur præstare venditori fructus, & accessiones, & id, in quo deterior factus est seruus venditus, nisi sit illud tale, quòd diuisionem non recipiat, veluti ancillæ partus, d.l. quòd si nolit, §.si plures, eod.

Emptor vnus ex plurib. qui seruum emerunt; non potest consequi actione ex empto, vt sibi pro parte pretium tradat venditor, etiamsi pro portione pretium præstiterit, non ob id partem rei venditæ consequitur, d.l. quòd si nolit, §.idem Marcellus, eod.

Emptores plures si emant insolidum, quisque insolidum redhibebit, & idem quando singuli partes ab vno emerunt, quia tunc pro parte quisque eorum experietur, d.l.quod si nolit, §.si venditori, eod.

Emptoris vnus heres ex plurib. vel familia, aut procurator vnius heredis, re non integra, si culpa vel dolo fecerit rem deteriorem, insolidum tenetur ille heres arbitrio iudicis, sed si re integra seruus deterior factus sit culpa vnius heredum, omnes tenẽtur ad id, & si illud solutum sit, cæteri habent iudicium familiæ erciscundæ contra illum heredem, cùm propter eum damnum sentiant, impediuntúrque redhiberi, d.l.quòd si nolit, §.Pomponius, eod.

Emptoris culpa si decesserit, seruus emptus pro viuo habendus est, & præstanda sunt venditori omnia, quæ præstarentur, si viueret, quod verum est, si venditor admittit emptorem agẽtem redhibitoria, licèt eius culpa perierit seruu & tunc restituuntur venditori, & serui æstimatio, accessiones, & damna i seruum ab emptore & eius familia data, sed si venditor velit emptorem re pellere, potest, quia non restituit seruum, cùm sua culpa sit mortuus, d. l.quò si nolit, §.si mancipium, & ibi gl.præstentur, eod.

Emptor in redhibitoria tenetur præstare venditori latam, & leuem culpa adhibitam in re empta, sed non leuissimam, dict.§.si mancipium, & ibi glo culpam.

Emptor si quamcunque occasionem mortis seruo empto præstiterit ante iudi cium acceptum in redhibitoria, tenetur eius nomine, etiam si non adhibu medicum, vt ille seruus sanari possit, vel malum adhibuit, sed culpa sua, sed post acceptum iudicium decessit, in arbitrium iudicis venit, qualiter mortu sit, d.l.quod si nolit, §.12.& 13.

Emptor agere potest quantò minoris pluries, primò propter fugam serui empt deinde propter morbum eius, ita tamen, ne bis æstimationem eius consequa tur, d.l.quòd si nolit, §.si quis.

Emptori competit actio in factum ad recuperandum pretium, si seruus redhibi tus sit in iure, vel extra ius, nec retinuit rem, donec rei haberet pretium, n hilominùs datur actio ex empto, d.l.quòd si nolit, §.in factum, & ibi gl.redh bitum, & in §.restitui, & ibi gl.per hanc actionem.

Emptori quando competit actio in factum ad pretium recuperandum, requiri tur, vt emptum sit redhibitum, sed si non sit redhibitum, non datur ei actio il la in factum, etiam si nudo consensu placuerit, vt redhibeatur, d.l.quòd si no lit, §.illud planè, eod.

Emptori datur actio in factum ad recuperandum ex ipsa redhibitione, & no ex conuentione de redhibendo, nisi ex ea conuentione detur actio, quia tun habetur pro eodem, ac si redhibitum fuisset, d.§.illud, & ibi glo.conuentio.

Emptor agere potest in dubio etiam actione ex empto ad duplam propter du plæ stipulationem, quæ solet apponi, etiam si venditor serui non caueat, qui ea, quæ sunt moris, & consuetudinis, in bonæ fidei iudiciis venire debent, d. quòd si nolit, §.quia, eod.

Emptori in actione in factum ad recuperandum pretium eadem obseruand sunt, quæ in redhibitoria de partu, & fructib. & accessionib. & de mortuo red hibendo dicta sunt, d.l.quòd si nolit, §.fi.eod.

Emptores ne circumueniantur à venditorib. proditum est ædilitium edictum, præcipiunt, 37.eod.

Emptor vt sibi præstentur cum iumentis eorum ornamenta, quæ causa venden di illa fuerunt vel vendita iumenta cum ornamentis vitiosis, propter illoru vitium etiam iumenta redhibeantur, habet actionem in factum ædilitia intra 60. dies, sed vt propter morbum, vel vitium iumentorum vt iument. & ornamenta inempta fiant, habet actionem ædilitiam intra sex mense vel quantò minoris intra annum, l. Ædiles aiunt, 38. & ibi gloss. factum eodem.

Emptori datur actio in factum ædilitia intra sexaginta dies ad pretium recupe randum à venditore, quando redhibitio rei venditæ fuit facta sine iudice, glo.factum.

Emptori datur actio in factum ædilitia intra 60. dies quando venditor no pronunciauit de natione serui, & quando non cauit de his, quæ iubentur i ædilitio edicto, & quando res fuit vendita eo pacto, quòd nisi placuerit, red datur, & non fuit appositum tempus, intra quod placeat, vel non, d.gl.factum

Emptori non datur actio ædilitia, eò quòd venditor non pronunciauit in vendi tione de vitiis, si vitia non sint, quia sufficit, quòd caueat in his vitiis, non es mancipium, & ita pronunciet abesse vitia, & non adesse, sed in natione ser speciale est, nam debet dicere in venditione, † ibid.

Emptori datur ædilitia actio, si mula empta nata sit eo ingenio, vel corpore, neutrum iugum patiatur, vel si habeat vitium ex natura, vt transiungi no patiatur, quod facit vel propter vitium corporis, quod patiatur ab vna part vel quia naturale vitium fuit in ea à principio, quod non potuit sustinere, ni ex vna parte, secus si vitium animi sit accidentale, d.l.Ædiles, §. quæsitum, ibi gl. vt alterum.

Emptori datur redhibitoria propter animalis vitium corporale, siue naturale, s ue accidentale, sed non propter vitium accidentale animi, ibid.

Emptor serui, quod rapto eo actione vi bonorum raptorum consequutus es redhibito seruo tenetur venditori reddere, quod accepit, sed si per eũ seruu iniuriam passus egit iniuriæ nomine, & consequutus sit, non tenetur redde venditori, quod accepit, si ipsum emptorem respexit iniuria, secus si non re spexit, l.bouem, 43.§.si quis seruum, & ibi glo.non reddet, eod.

Emptor si seruo per iniuriam ab aliquo cesso, & quæstione de eo accusato hab ta, egerit pro vitio illius serui, & aliquid consequutus sit, & illud eo redhib to tenetur restituere venditori, d.§.si quis.

Emptor redhibito seruo non tenetur venditori promittere seruum furtis, & ne xis esse solutum, præterquàm quòd iussu eius fecerat, aut ex eo, quòd eu alienauerat, l.cùm mihi, 46.eod.

Emptori manumittenti seruum emptum denegatur redhibitoria, & quantò m noris, & quod aduersùs dictum promissúmve est factum actio perit, l.si ho minem, 47.eod.

Emptori ideò dantur ædilitiæ actiones etiam post mortem serui empti, sed no post manumissionem à se factam, quia mors contingit ex necessitate, sed ma numissio ex voluntate emptoris, d.l.si hominem, & ibi gl.1.

Emptori dantur actiones ædilitiæ etiam manumisso seruo, quando manumissi fit ex necessitate, quia tunc idem est, ac si mors contingeret, dict.gl.1.

Emptori non dantur actiones ædilitiæ empto seruo manumisso, vel mortuo, mors, vel manumissio contingat ex voluntate emptoris, † d.glo.1.& ibi additio. margin.

Emptori dantur ædilitiæ actiones post mortem serui empti, si sine culpa eiu aut procuratoris, vel familiæ eius mortuus fuit, l.si tamen, 48.eodem.

Emptori non nocet, si sex mensium exceptione redhibitoria exclusus velit int annum quantò minoris ad id, quod minùs valet, agere, secus quando minori actio tendit ad ipsam redhibitionem, quia tunc post sex menses non pote agere, d.l.si tamen, & ibi gl.æstimatoria.

quòd subtiliter quæsierit, tunc dicitur esse in culpa, secus si habuit malam fidem ex eo, quòd vltrò sibi aliquis retulerit, quo casu euicto fundo datur ei actio de euictione, d.gl.cùm possit, ibid.

Emptor si denunciauerit procuratori venditoris præsentis, & non ignorantis, euicta re habet contra venditorem actio de euictione, d. l. si dictum, §. si, præsente.

Emptor absente venditore, sufficit, quòd denunciet eius procuratori, vt sibi detur actio de euictione, licèt idem venditor ignoret, gl.procuratori, ibid.

Emptor absente venditore, nec habente procuratorem, etiam si nulli denunciauerit, datur sibi actio de euictione, ibid.

Emptori datur actio de euictione etiam non denunciato venditore, si is venditor curauit, ne sibi denunciari possit, d.l.si dictum, §.simili, eod.

Emptori datur actio de euictione etiam non denunciato venditore, si is venditor, quia pro indiuiso, vel in duplo partem vendiderat emptori simul cum emptore fuit conuentus de facto rei venditæ à tertio, & in iudicio probationes pariter emptor & venditor præstiterunt, gl.possit, ibi.

Emptor tenetur denunciare saltem pupillo etiam sine tutoris authoritate, si tutor non appareat, quòd si ei non denunciet, non aget de euictione, d.l.si dictum, §.fi.& ibi gl.fi.

Emptor non agit de euictione, licèt sententia sit lata contra eum, dum tamen ei res non sit ablata, nec auferri possit, l.habere, 57.eod.

Emptori victo in euictione rei emptæ si victor legauerit, vel donauerit eam rem antequàm adduceret, vel per executionem auferret ei, emptor cõtra venditorem non habet actionem nomine euictionis, secus si donauit, vel legauit, postquàm eam abduxit, vel abstulit ei, ibi.

46 Emptor si euicto fundo agat ad eius æstimationem, & interesse, repellitur à venditore parato præstare ei ipsum fundum, & interesse, si quod esset, secus si solum fundum esset paratus præstare, d.l.habere, 57. & ibi gl.fi.& l.emptori, 67.& ibi gl.1. eod.tit.

Emptor si stipulatus sit à venditore periculum euictionis sibi præstari, sed non incertam quantitatem, re euicta aget in simplum ex stipulatu, & ex empto ad interesse, gl.2.in l.si in venditione, 60.eod.

Emptori agenti ex empto euictionis nomine nihil obest, quòd non denunciauerit venditori, si ei remissa fuit pacto necessitas denunciandi, l. Herennius, 63. eodem.

Emptor, cui fuit euicta res præsente venditore, tempore sententiæ, etiam si non appellauerit, habet actionem euictionis nomine aduersùs venditorem, secus si appellauit, & bonam causam vitio suo ex præscriptione perdidit, vt quia intra fatales non sit prosequutus, ibi.

Emptor, cui fuit euicta res, siue præsente, siue absente venditore, non tenetur appellare, si habuit malam causam, vt quia verè res erat petentis, † gloss.2.& ibi add.marg. ibid.

Emptor sciens rem emptam esse petentis, potest etiam sine sententia restituere, & habebit recursum nomine euictionis in venditorem, ibid.

Emptor, cui fuit euicta res absente venditore, si habet bonam causam, tenetur appellare, vel denunciare venditori, vt appellet, ad hoc vt habeat recursum contra venditorem, ibid.

Emptor, cui fuit euicta res præsente venditore, si habuit bonam causam, quòd non teneatur appellare, falsum est, quia sic sententia fuit iniuriosa, ergo non nocet venditori, nec sua præsentia auget obligationem, & ideò hoc dictum non est verum, vbi constat quòd bonam causam habebat, sed vbi non constat hoc, nec contrarium, tunc præsente venditore sibi euicta re non tenetur appellare, † ibi.

Emptor, cui fuit euicta res, si appellauerit, non tenetur prosequi appellationem, nisi quando appellauit in casu, quo habuit bonam causam, & non tenebatur appellare, vt quia præsente venditore sibi fuit euicta, d.gloss. 2. & glo.pen.ibid.

Emptor si appellauit in causa euictionis, sed intra fatales dies appellationem non est prosequutus, vel si renunciauit causæ, vel habens bonam causam non appellauit, videtur causam perdidisse suo vitio, & ideò non habet recursum contra venditorem his tribus casibus, gl.fi.ibid.

47 Emptor si cecidit à possessione rei emptæ, & posteà agens rei vendicatione succubuit, non potest agere actione ex stipulatione de euictione, si sibi superest Publiciana, vel vtilis rei vendicatio, l.si, cùm venditor, 66.eod.

Emptori re euicta per restitutionem in integrum vtilis actio de euictione competit, d.l.si, cùm venditor, §.1.eod.

Emptor si emit rem absentis reipub.causa, vel militis absentis à non domino, & præscripsit, vel vsucepit, absens reuersus si sit restitutus ad vendicandum, restituitur etiam emptor ad agendum pro euictione, d.§.1.

Emptori si abest res empta propter factum suum, non propter euictionem, licèt posteà propter euictionem sibi absit æstimatio, non committitur stipulatio duplæ, sed aget ex empto, d.l.si, cùm venditor, §.si secundus, eod.

Emptor, qui vno instrumento interposito vniuersaliter vno pretio emit plura mancipia, vno euicto competit actio de euictione pro bonitate eius cæterorum facta collatione, sed si in singulis mancipiis suo pretio constituto emit, datur actio de euictione pro mancipio euicto pro eius bonitate, l. cùm plures, 72.& ibi gl.1.eod.

Emptor si fundum emit, & ei pars euincatur, agitur de euictione, siue in totum, siue pro parte pretium sit statutum, licèt diuersimodè agatur, gl.2.ibid.

Emptoris primi interest secundo emptori non euinci, l. fin. de exceptione rei iudicat.

Emptor si ex re empta fructus percepit, & eo euicto, per exceptionem doli vsuras pretij velit repetere, vel retinere, fructuum compensatio admittitur, gl.1. in l. vsuræ, 34. de vsuris.

Emptor non potest agere de euictione ad duplum, euicta seruitute reali, & prædiali, glo. quod habuit, in l.stipulatio ista, habere, 18. §. quæsitum, de verborum oblig.

Emptor serui in casu euictionis sicut cogitur restituere fructus, & accessiones, ita & è contrario venditor cogitur emendare emptori damnum à seruo datum, aut pro noxæ deditione seruum relinquere, nisi in his aliquid aliud sit amplius, l.si seruus communis, 61.§.1. de furtis.

Emptor si denunciauit litem venditori super re vendita ante sententiam, periculum euictionis venditori imminet, secus quando non denunciauit cùm posset, gl.pen.in l.1.C.vbi in rem actio.

Emptor, cui res fuit tradita, quamuis possit alium emptorem agentem repellere, & sic possit ab euictione se tueri, si tamen patiatur ab alio emptore rem euinci, quem potest repellere, habet regressum contra venditorem nomine euictionis ad pretium cum vsuris, habita ratione fructuum perceptorum, & sumptuum, l.quotiens, 15.& ibi gl.pen.C.de rei vend.

Emptor potest agere actione ex empto ad pretium, quod soluit contra venditorem, quando res erat euicta actualiter, & etiam pretium poterit petere excipiendo per officium iudicis, d.gl.pen.

Emptor, qui ignoranter emit, euicta etiam rei parte, agit ad interesse, licèt sibi non prospexerit de euictione, l.fi.C.de communium rerum alienatione.

Emptor, qui scienter emit res alienas, illis euictis, vel parte rerum euicta, non potest ad interesse agere contra venditorem, quia tunc venditor nulla actione tenetur, nisi stipulatione prospexerit, † gl.1.ibidem.

Emptor euicta sibi re poterit agere actione ex empto pro euictione, licèt non conuenerit, gl.pe.& fi.ibid.

Emptor antequàm res sibi euincatur, de euictione non potest agere, etiam si res alij dicatur obligata, l.3.C.de euictio.

Emptor potest agere quandoque euictionis nomine, re nondum euicta, scilicet quando in limine contractus euictio immineat, vel venditor fuerit sciens, vel ad cauendum agatur, vel agatur, vt liberam tradat, vt quia erat obligata, non tamen euictionis nomine, gl.fi.ibid.

Emptor vt agat de euictione, sufficit, quòd denunciet, principali, licèt non denunciet fideiussori, l.ex his prædiis, C.eod.

Emptor non agit de euictione, nisi denunciet venditori, quòd eum defendat, nisi per pactum esset remissa denunciatio, fideiussori autem dato de euictione, non tenetur denunciare, gl.1.& fi.ibid.

Emptor non aget de euictione, nisi denunciet venditori, vel eius heredi, vt eum defendat, l.emptor, 8.C.eod.

Emptor de euictione non agit, quando sibi euicta est res per iniuriam iudicis, vel per culpam suam, quia non comparuit, ibid.

Emptor si agendo vicit, non debetur euictio, sed si succubuit, debetur euictio, l. si controuersia, 9.C.eod.

Emptor in causa euictionis potest agere ad interesse, & ad sumptus, quos fecit, & etiam ad meliorationis interesse, ibid.

Emptor potest agere de euictione, si pars fundi euincatur, sed si vicino agenti finium regundorum pars ei adiudicata sit, refuso emptori pretio, illius partis emptor non potest agere de euictione, l.si fines, 10.C.eod.

Emptor regulariter non agit de euictione nondum euictione sequuta, nisi inter partes actum sit, l.siue in libertatem, 12.& ibi gl.fi.C.eodem.

Emptor ratione euictionis ritè factæ pignus ob euictionem acceptum persequi potest, l.si non iniuria, 15.C.eod.

Emptor restituens rem sine iudicis sententia euictionem perdit, nisi esset notorium, rem esse alienam, gl.2.in l.si cùm quæstio, 17.C.eod.

Emptor serui, eo pronunciato libero, agit de euictione, sed si sit pronunciatus seruus, emptor non potest agere de euictione, l.si status, 18. C.eod.

Emptor re euicta potest agere, etiam contra venditoris heredem, de euictione, & ideò debet ei denunciare, vt adsit defensioni, nec ex eius persona potest lis instaurari, nisi fuerit appellatum, l.si parentes, 20.C.eodem.

Emptor præcedente legitima denunciatione potest agere de euictione contra venditorem, si res, quæ non poterat vsucapi, vel præscribi, sibi fuerit euicta post longum tempus, l.empti, 21.C.eod.

Emptor potest agere de stipulatione de indemnitate pro eo, quod soluit ob liberationem rei emptæ, sed non potest agere de euictione, l.cùm tibi, 22.& ibi glo.fi.C.eod.

Emptor non potest agere de euictione re ante motam litem perempta, secus si post litem motam, quia tunc proceditur ad sententiandum, & agitur de euictione, l.si quis tibi, 26.& ibi gl.1.C.eod.

Reliqua verbo, Euictio, Vendens, 19.20.21. Emens, 12. Emptus, 5. Actio. 76.

Empta res, in genere, num. 1. & 2.

Quoad periculum rei emptæ, nu. 3.

Quoad pactum legis commissoriæ, num. 4.

Quoad redhibitoriam & euictionem, num. 5.

Quoad emptam rem ex pecunia aliena, num. 6.

Quoad emptam rem ex pecunia pupilli, minoris, militis, vel Ecclesiæ, num. 7.

Quoad actionem ex empto, num. 8.

EMPTVS si sit fundus pro centum, & quantò pluris emptor eum vendiderit, 1 valet venditio, nec pretium dicitur incertum propter clausulam quantò pluris, l.hæc venditio, 7.§.fin.de contrahen.emptione.

Emptis plurib.reb.potest agere emptor actione empti de vna re, si omnes separatæ sint, sed non potest agere de singulis partib.vnius corporis, glo.separatæ, in l.in commodato, §.duab. commodati.

Empta domo, & aquæductus domui competens, & etiam fistulæ licèt extra domum sint, censentur empti, licèt nihil sit dictum de aquæductu, vel de fistulis, l.si aquæductus, 47.de contrahenda emptione.

Emptæ rei dominium vt transeat in emptorem, paria sunt, pretium esse solutum, vel fideiussorem datum, vel aliter satisfactum, veluti expromissorem, vel pignus dando, l.vt res, 53.eod.

Empta si fuerint vina, excepto vino acido, & mucido, non veniunt in emptionem acida, nec mucida, quamuis illa expediat accipere emptori, & sint emptoris causa excepta, l.si vina, de periculo, & commodo rei vend.

Empta res si pendente conditione tradita sit, non potest emptor eam vsucapere titulo pro emptore, vel alio, & pretium medij temporis ad venditorem pertinet, l.necessariò, §.quòd si, pendente, eod.

Emptus si sit fundus locatus à venditore, pensiones, quæ cucurrerunt post venditionem, sunt soluendæ venditori, & venditor emptori dabit, vel ius petendæ petitionis cedere debet emptori, quod idem dicendum est in prædiis

demùm competit,cùm res ablata est verè, l.seruus, 21. in additione margin. de euictio.

ex Empto de peculio actio prætoria est,idest,adiectio illa de peculio ratione extensionis,sed illa ex empto ciuilis est,glo.fi.& ibi add.marg.in l.Titius,de rescin.vend.

in Empti iudicio id demùm deducitur, quod præstari conuenit, quòd si nihil conuenit,tunc præstabuntur ea, quæ naturaliter insunt potestate huius iudicij,l.ex empto,§.1.de actio.empti.

in Empti iudicio venit,quòd res vendita tradatur,& si venditor dominus sit,facit & ipsum emptorem dominum,sed si non sit,euictionis nomine obligatur emptori,si pretium sit solutum,aut eo nomine satisfactum,ibid.

Reliqua verbo,Actio, 76.77.

EMERITA dicuntur commoda,vel stipendia veteranorum,gl.emerito,in l.3.§.qui militiæ,de re militari.

Emeritum capere est,stipem veteranis,& emeritis militibus debitam accipere,l.non omnes,§.fi.in add.marg.eod.

Reliqua verbo,Stipendium.

EMITTENS etiam sine voluntate de manu telum, vel quid aliud,tenetur ad damnum lege Aquilia,l.si ex plagis,§.in cliuo,ad leq.Aquil.

EMOLVMENTVM qui sentit debet etiam sentire onus,gl. fin.in l. vsufructu, 7.de vsufructu,& quemadmod.gloss.2.in l.si mandatu, 45.mandati,& l.videbimus, in l.4.de nouatio.

Emolumentum vbi diminuitur,etiam ibi debet diminui onus,glo.perpetui, in l. cùm pater,77.§.cùm existimaret,de legat.2.

Reliqua verbo,Commodum.

EMPEDOCLES iactatione in ignem se combussit,gl.iactatione,in l. si quis filio,§.eius,qui,de iniusto rupto.

EMPHYTEOSIS perpetua in casu permisso intelligitur perpetua, idest, in infinitum,donec pensio soluatur,auth.si quas ruinas,& ibi gl.3.C.de sacrosanctis Eccles.

Emphyteoses originem sumpserunt ex eo, quod ab initio sterilia tantùm per emphyteoticum contractum concederentur,vt qui acciperet rem, in meliorem conditionem,ac statum perduceret,fertilémq; redderet, hinc huiusmodi susceptor emphyteoticarius dicitur,gl.1.in rub.in add.marg. de actio. empt.

in Emphyteosim, vel feudum res Ecclesiæ data non transit in heredem extraneum,gl.1.in l.etiam filios,19.solut.matrim.

in Emphyteosis contractu si expresse sit dictum,ne in Ecclesiam alienetur,nullo modo potest transferri dominium etiam per ingressum religionis, si tamen prohibitus non ingrediatur,& eam instituat,nullo modo valet institutio, gl. interest,& ibi additio.margin. in l.si ita quis stipuletur,135.§.ea lege, de verbor.obligat.

Emphyteosim rei Ecclesiæ valentis 50. pro vno numo quolibet anno accipiens, si cessat illum per biennium soluere,cadit à iure suo,glos.4.in l.qui rem,C.de sacrosanctis Eccles.

Emphyteosis dominus poterit petere quinquagesimam partem pro laudemio pro re emphyteotica donata, vel vendita, quia illa datur pro renouatione contractus,gl.æstimationis,in l.fi.C.de iure emphyteo.

Emphyteosis videtur similis locationi,sed non est,gl.in rub.C.eod.

Emphyteosis est contractus separatus à similitudine venditionis,& locationis,& habet conceptionem,definitionémque propriam,leg.1.C.eod.

in Emphyteosis contractu cuncta,quæ inter vtrasque contrahentium partes super omnibus, vel etiam fortuitis casibus pactionibus scriptura interueniente habitis placuerint,firma & illibata debent custodiri, ibid.

in Emphyteosis contractu si de casu fortuito nihil sit conuentum,& tunc si tanta emerserit clades, quæ prorsus etiam ipsius rei, quæ per emphyteosim data est, faciat interitum, hoc non emphyteoticario, sed rei domino pertinet, dict.l.1.

in Emphyteosi si particulare,vel aliud leue contigerit damnum,ex quo non ipsa rei penitus substantia lædatur, hoc ad emphyteotam pertinet, si de casibus fortuitis nihil sit conuentum,ibid.

in Emphyteosi transit vtile dominium,& naturalem possessionem in emphyteotam,& constituitur etiam ius in re,at in locatione non transit dominium, gl. 2.ibidem.

in Emphyteosim dominium directum remanet penes dominum, at alienatio, vel venditio est actus,per quem dominium transfertur,gl.3.ibid.

in Emphyteosi soluitur canon annuatim, & in quantitate, & in specie, sed in venditione soluitur pretium certum, & in ab initio, non tamen in specie, ibidem.

Emphyteosis requirit scripturam,sed in locatione, vel venditione non est opus, d.gl.3.& gl.scriptura,ibid.

Emphyteosis licèt sub vocabulo alienationis contineatur largè sumendo verbum alienationis,tamen propriè,& strictè sumendo,vt est dominij translatio, non continetur emphyteosis sub nomine alienationis,ibid.

Emphyteosis pacta debent firma custodiri per condictionem ex lege, vel præscriptis verbis,gl.custodire,ibid.

in Emphyteosi aucto, vel diminuto prædio non per casum, non diminuitur, vel augetur pensio,at speciale est,quod augeatur,vel diminuatur aucto,vel diminuto prædio, ibid.

Emphyteosis dominus directus post cessationem canonis per triennium,vel poterit petere pensionem, vel deiicere emphyteotam, & eligendo vnum alteri renunciasse videtur,gl.repellere,in l.2.C.eodem.

3 Emphyteosis transit ad heredes,gl.fi.in l.2.C.de iure emphyteotico.

Emphyteosis dominus non potest accipere vltra quinquagesimam partem pretij,vel æstimationis rei pro laudemio, vel inuestitura eius, cui venditæ sunt meliorationes,vel quem transposuit emphyteota ad soluendum canonem, d. l.fin.C.eodem.

Emphyteosis dominus si nolit inuestire nouum emphyteotam, vel emptorem meliorationis intra duos menses,poterit primus emphyteota,etiam non consentiente domino,ad illum nouum emphyteotam ius suum, vel meliorationes transferre,ibid.

in Emphyteosim olim dabantur sterilia sola, quia diligẽtia emphyteotæ fiebant fertilia,sed hodiè ad id ventum est,vt omnia dentur,gl.2.ibid.

in Emphyteosim dantur in Ecclesiasticis ea,quæ œconomo congrua videtur,ibi.

Emphyteosis ad fœminam transit,quod secus est in feudo,§.Emphyteosim,& ibi add.marg. in auth.de non alienand.

in Emphyteosi Ecclesiastica expectatur per biennium, sed in priuata per triennium,ad hoc,vt per non solutionem canonis cadat in commissum,gl. nominum,in §.scire autem,in d.auth.de non alienan.

Emphyteosis si fuerit finita,& ad Ecclesiam reuersa, non tenetur Ecclesia consanguineos præferre aliis extraneis; de vrbanitate tamen debet eos præferre aliis,§.quod autem,eod.tit.

ad Emphyteosim fundi patrimonialis principis accidere non permittitur alicui,nisi dato fideiussore,etiamsi fundus desertus sit,gl.pen.in rub.C.de fundis patrimo.lib.11.

in Emphyteosim perpetuam accipiens fundum fiscalem, saluo canone fisci, potest donare illum,etiam irrequisito fisco, sed donatarius non poterit possessionem fundi donati propria authoritate apprehendere, l.1.& ibi add. marg. C.eod.tit. & lib.

in Emphyteosim accipiens à fisco fundum fiscalem debet cauere de non deserendo sub hypotheca suorum bonorum,alias satisdare tenetur,quam satisdationem si Magistratus omiserit,ad suum redundat periculum,l.quicunque,7. C.eodem.

in Emphyteosim si concedatur villa locata,colonus non potest vsurpare totum territorium eiusdem, & vniuersas aquas, & fontes, sed debet percipere fructum de his, in quibus cultura requiritur, & vti aqua quatenus ad culturam est necessaria,reliquam verò cedit emphyteotæ,l.1.& ibi glo.1. C.de mancipiis,& colonis patrimo.lib.11.

Emphyteosim Ecclesiasticam potest accipere mater pro se,ac filiis suis, ca. 1. in additione marg.de beneficio fratris,& qualiter frater,in vsib.feud.

Emphyteosis perpetua non procul distat ab alienatione,gl.1.in c. 1.de prohibita feudi alienatione per Fridericum.

Emphyteosis quando datur alicui pro se,ac filiis suis,videntur vocati ipsi secundum ordinem charitatis,gl.non tamen,in additione,in principio Instit.de legit.agnat.successione.

in Emphyteosi interitus totius rei pertinet ad dominũ, sed particularis pertinet ad emphyteotam,§.adeò autem,Instit.de locatione,& conductione.

in Emphyteosim quandoque potest dari res ad certum tempus, quandoque vsque ad tertiam personam,vel generationem,quandoque in perpetuum, gloss. [illegible],ibid.

in Emphyteosim Ecclesia dat rem etiam in perpetuum,vt quilibet priuatus, ibi.

super Emphyteosi omnia pacta habita valent, & agitur actione speciali, scilicet emphyteotica ad omnia illa obseruanda,dict.§.adeò,& ibi gloss. propriam,& gloss.auferre.

Emphyteosis Græcè,Latinè dicitur melioratio,& ideò dicitur ita,quia olim dabantur tantùm sterilia,vt meliorarentur, sed hodiè non tantùm sterilia, sed etiam fertilia dantur,nisi in Ecclesia,quæ dat sola illa,quæ congrua videntur œconomo,& aliis gubernatoribus,d.gl.propriam,in additione.

Emphyteosis differt à locatione ad modicum tempus in septem,nam,in emphyteosi etiam in specie præstatur pensio, sed in locatione præstatur tantùm in pecunia; item emphyteota possidet naturaliter sicut fructuarius, sed conductor non;item emphyteota habet dominium vtile, sed conductor non; item emphyteosis fit tantum in immobilibus,sed locatio etiam in mobilibus;item in emphyteosi agitur conductione ex lege, sed in conductione ex conducto, item emphyteosis est contractus iuris ciuilis, sed conductio est contractus naturalis;item in emphyteosi requiritur scriptura,sed conductio fit etiam sine scriptura,gl.neque ad locationem,ibid.

Emphyteosis differt à conductione ad longum tempus,quia in locatione remittitur pensio ob sterilitatem,sed non in emphyteosi, item in caducitate, quia emphyteosis non cadit,nisi per triennium steterit,quod non soluerit;in conductione secus est;item quoad melioramenta, quia colonus repetit, emphyteota non,d.gl.neque ad locationem,in additione.

Emphyteosis differt à venditione in tribus, quia in emphyteosi pensio præstatur,sed in venditione res liberè transit; ab emphyteota res reuocatur, sed ab emptore, non per venditorem; item in emphyteosi transit vtile dominium, sed in venditione directum,ibid.

in Emphyteosi inter alia sunt duo tacita pacta,scilicet de reiiciendo emphyteotam,si non soluerit pensionem per triennium,nisi celeri satisfactione purgauerit moram, quæ arbitrio iudicis remittitur, attenta qualitate personarum & temporis, item quòd si velit emphyteota vendere, quòd domino prime debet denunciare,gl.fi.& ibi add.ibidem.

Reliqua verbo,Ecclesia,7.vsque 14.Libellarius,Libellus,4. Locata, Venditio,1.Debitor,1.Dominus,3.

Emphyteota in genere,num.1.vsque ad num.6.

Quoad alienationem rei emphyteotæ,nu.6.vsque ad nu.8.

EMPHYTEOTÆ,& censuarij modicum illud,quod præstant dominis, intelliguntur præstare in signum honoris,dignitatis, & recognitionis, l.item, verberatum,15.§.1.& ibi add.marg.de rei vendicatione.

Emphyteota etiam contra dominum habet vtilem in rem, si non cessauerit in solutione pensionis,l.1.& 2.si ager vectigalis.

Emphyteota contra extraneos habet vtilem in rem, etiamsi non soluerit pensionem,gl.1.in d.l.2.

Emphyteotæ non soluenti pensiones non debet obiici hæc exceptio ab extraneo,scilicet quòd cessauerit in solutione pensionis, sed tantùm à domino debet obiici,d.gl.1.in additione.

Emphyteota,& superficiarius habent ius vtendi,fruendíque,sed non salua rerum substantia,vt vsufructuarius,glo.fi.in l.1.de vsufructu, & quemadm.

Emphyteotam,vel feudatarium,si quis de facto expulerit,dominus directus non potest rem emphyteoticam vendicare ab eo, donec tale ius emphyteoticum durat,† gloss. cum re,& ibi addit. margin. in l.indebiti,15.§.fina.de condict. indebiti.

cum pecudibus quæ ibidem inerant, si centum, ac quinquaginta vendidit, laudemia tantùm de centum percipiam, nisi pecora ibi inessent per modum accessionis, l. si ex duobus, 32. §. in addit.marg. de peculio.

Emphyteota si rem emphyteoticam diuendat præter domini consensum, & ea domino, vt commissa aperiatur, & si assignatus iure municipali intra annum retrahere velit, dominus ei præfertur, cùm municipalis cõsuetudo non debeat in domini præiudicium extendi, l. ex facto, 52. in add.marg.eod.

Emphyteota, qui irrequisito domino alienauit rem emphyteoticam, propter quod à iure suo cecidit, posteà etiamsi redimat, non euitat pœnam, l. 1. §. si rem, in add.marg.depositi.

Emphyteota si rem vendere volens domino falso se malus pretium adinuenire de re emphyteotica renunciat, quàm sit, vt eam sibi dominus suo iure non retineat, perinde est, ac si non esset renunciatum, l. eum, qui, 7. §. 1. in add.mar. de in diem.addiction.

Emphyteota potest dare rem emphyteoticam sine domini consensu, † l. lex vectigali, in add.marg.de pignor. gl.aliis, in l.fi.C.de iure emphyt.

Emphyteota potest vendere domino inuito, dummodò ei denunciet, sed non eo ignorante, gl.1.in l. qui potest, 26. de regul.iur.

Emphyteota non certiorato domino non potest alienare, licèt sit dominus, glo. dies, in l. fi. quis ordo in bonorum poss.

Emphyteota licèt non possit alienare ius emphyteoticum, poterit tamen, etiam sine consensu domini, pignori obligare, gl.aliis, in l.fi.C.de iure emphyteo.

Emphyteota si rem emphyteoticam irrequisito domino alienauit, non recuperat ius suum semel amissum ob alienationem semel factam, etiamsi rem ipsam posteà redimat, neque ob id excusatur à pœna caducitatis, l. quidam in testamento, 10. in add.marg.de fideicom.libertat.

Emphyteota vendens rem emphyteoticam inconsulto domino, incidit in commissum, etiamsi traditionem rei venditæ non fecerit, † gl.1.in add.marg.in l. 4. §. idem Labeo, de vsucapio.

Emphyteota non potest alienare emphyteosim, vel sua melioramenta irrequisito domino in personas potentiores, quia illæ solent vetari in huiusmodi contractibus, gl.interest, in l.si ita quis stipuletur, 135. §. ea lege, de verb. oblig.

Emphyteota sicut non potest sine domini consensu alienare, aliàs cadit à iure suo, ita etiam nec potest permutare rem emphyteoticam cum alio, glo.transponere, in l.fi.C.de iure emphyt.

7 Emphyteota vendens, vel alienans rem emphyteoticam irrequisito domino, vel post requisitionem intra duos menses, aut personis prohibitis, cadit à iure suo, nec requiritur alia sententia, gl.fi.in d.l.fin.

Emphyteota alienans sine domini consensu, vel aliter non seruata forma sibi à lege tradita, licèt cadat ipso iure à suo iure emphyteotico, secus tamen est in vsufructuario, qui inuito domino, nedum ignorante poterit alienare; d. gloss.fin.

Emphyteota non poterit etiam requisito domino lapsis duobus mensibus vendere ei, qui expresse tempore celebrati contractus emphyteotici est exceptuatus à domino prohibendo, ne possit tali vendere, gl.vetari, ibid.

Emphyteota non potest sine consensu domini meliorationes suas aliis vendere, vel ius emphyteoticum in alium transferre, nisi aliter sit conuentum, d. l. fin. C.eodem.

Emphyteota volens alienare, debet primo denunciare domino, an velit emere pro pari pretio, quod ab alio inuenitur, quòd si dominus voluerit dare tantam quantitatem, quantam reuera emphyteota inuenit, ille præfertur, ibid.

Emphyteota poterit vendere meliorationes, & emphyteosim, si requisitus dominus nolit intra duos menses emere, dummodò vendat personis non prohibitis emere, ibid.

Emphyteota nolente domino emere intra duos menses post sibi factam requitionem, si vendiderit emphyteosim personæ non prohibitæ, sed concessæ, & idoneæ ad soluendum canonem emphyteoticum, dominus tenetur accipere talem emptorem in emphyteotam, mittendo eum in possessionem emphyteosis, non per procuratorem, sed per se ipsum, vel per literas suas, ibid.

Emphyteota si donauerit ius emphyteoticum, dominus à secundo emphyteota debet proponere rei vendicationem, nisi soluerit pensionem, gloss.aliis, in l. fi C.eodem.

Emphyteota poterit simpliciter ius emphyteoticum vendere, vel etiam saluo iure domini, quando dominus est contentus, quod vendat, vel in alium transferat illud, ibid.

8 Emphyteota secundus, quando vult ius emphyteoticum in alium transferre, tenetur requirere concessum directi domini, & non emphyteotæ primi, † ibi.

Emphyteota primus alienando rem emphyteoticam in alium desinit dominus esse, nec possidet ciuiliter, nec naturaliter, ibid.

Emphyteota secundus, cui vendidit primus emphyteota, ius emphyteoticum debet inuestiri à domino eum in possessionem inducendo, dict. l. final. & ibi gloss.aliis.

Emphyteota non poterit vendere curialibus militibus, & aliis personis à lege prohibitis etiam lapsis duobus mensibus post requisitionem domini nolentis emere, gl.vetari, ibid.

Emphyteota principis, vel reipub. aut templorum, si rem emphyteoticam vendiderit, cessat longi temporis præscriptio, vt terra restituta, emptor sciens non habeat facultatem pretium repetendi, l.2.C.ne rei dominicæ, vel templor.

Emphyteota reipub. vel templorum si rem emphyteoticam vendiderit, emptor spatio centum annorum præscribebat olim, sed hodiè quadraginta annis præscribitur, glo.1.ibid.

Emphyteota Ecclesiæ si alienat emphyteosim in Imperialem domum, aut in ciuitatem aliquam, aut in aliam Ecclesiam transfert eam, datur tamen Ecclesiæ electio, an velit reuocare rem emphyteoticam, vel relinquere eis sub pensione annua, quæ pacto continetur, §. sancimus, in auth.de alienat.& emphyt. col.9.

Emphyteota non potest vendere, nec donare emphyteosim irrequisito domino, nisi sit emphyteota fundi fiscalis, l.1.& ibi gl.pe.C.de fund. patrim. lib. 11.

Emphyteotæ non coguntur emere fundos patrimoniales per allodium, dominium tamen vtile habent, si à principe, vel alio quocunque titulo adquisierint, l.possessores, C.eod.

Emphyteota tenens rem in emphyteosim à fisco, vel Ecclesia, potest eam donare, salua ratione pensionis fisci, vel Ecclesiæ, gl.2.in ca.1. qualiter olim poterat, gl.libellariæ, in §. vasalli, de pace Constantiæ.

Emphyteota potest dare alij in emphyteosim, & transfert in eum vtile dominium, quod habebat, gl.propriam, in §. adeò, Instit. de locatione.

Emphyteota primus si requisito domino fecit secundum, & eum induxit in possessionem iuxta formam, l.fi.C.de iure emphyt. tunc dominus agit condictione ex d.l.fin. sed si propria authoritate potest eum expellere, & agere rei vendicatione non condictione ex lege, quia illa est actio personalis, d.gloss. propriam, in additione.

Emphyteota potest sine denunciatione oppignerare fundum emphyteoticum, cùm tunc nullum dominium transferatur in eum, licèt secus sit in feudatario, glo. fi.in additione marg.ibid.

Emphyteota potest rem emphyteoticam dare in dotem, etiam non denunciato domino, modò ea lege tradat, qua habet ipse, ibid.

Reliqua verbo, Legare, 6.

EMPHYTEOTICVS contractus fit hoc pacto: ab initio datur certa quantitas pecuniæ, deinde constituitur modica annua pensio in recognitionem potiùs directi dominij, quàm in fructuum percipiendorum recompensationem gl.1.in rub. C.de iure emphyteot.

Emphyteoticus fundus iudicio communi diuidundo non venit diuidendus, sed bene adiudicandus, ne per diuisionem præstatio canonis confunderetur, l. communi, 7. communi diuidundo.

Emphyteotica res ne alienetur in potentiorem, si prohibeatur, non potest prohibitus transmittere ad potentiorem ex testamento, vel ab intestato, & si transmittat, tenetur ad interesse, quia ipse censetur prohibitus non solùm alienare, sed etiam curare debet, ne ad eos perueniat, gloss.interest, in l.si ita quis, 125. §. ea lege, de verb.oblig.

Emphyteoticæ rei prohibitio, ne alienetur in potentiorem, non intelligitur de alienatione, quæ fit in suis filiis, vel descendentibus, etiamsi sint potentiores, ibidem.

Emphyteoticæ rei prohibitio, ne alienetur in potentiorem, non intelligitur de alienatione, quæ fit in Ecclesiam, etiamsi Ecclesia dicatur de potentiorib. ibid.

Emphyteotica res ex quibusdam causis potest aduocari, sed non res alienata, vel vendita, gl.3.in l.3.C.de iure emphyt.

Emphyteoticum contractum posse fieri sine scriptura, consuetudo approbauit, gl. scriptura, ibid.

Emphyteotica pacta inita inter dominum, & emphyteotam sunt seruanda, & maxime super reiectione emphyteotæ, qui solitam pensionem non præstat, l. 2.& 3.& ibi gl.2.C.eodem.

Emphyteoticus contractus præsumitur præcessisse, quando aliquis per quadraginta annos soluit pensionem, & ita non potest eo casu expelli à domino, gl. repellere, in d.l.2.

Emphyteoticum ius vendere, vel in alium transferre idem est, gloss. aliis, in l. fi.C.eodem.

Emphyteotica res, vel res conducta non præscribitur, nisi possessio domino sit reuersa, l. cùm notissimi, 7. §. fin.C.de præscrip. vel 30. vel 40. anno.

Emphyteotica prædia principis non soluunt extraordinarias præstationes, l. priuatæ rei, C.de excusat. muner.lib.10.

Emphyteoticus fundus auferri non potest emphyteotæ, donec soluit suis temporibus debitas quantitates, l.1.C.de administr.rerum pub.lib.11.

pro Emphyteotica patrimoniali re si tempore debito soluta pensio non probetur, minori ipso iure non transfertur damnum, vel pœna, sed tutori & curatori in solutione cessantibus, l.2.C.de fund.patrimo.lib.11.

Emphyteoticum prædium vitiosè, & sine titulo possidens non iuuatur vetustate temporis, quin ipse canonem soluere teneatur, licet non soluerit, † l. ius emphyteoticum, & ibi gloss.fin.C.eod.

Emphyteotici prædij pensio debetur fisco per emptorem, non obstante pacto, quod venditor soluere debeat, nisi principis iudicio fuerit firmatum, l. ius emphyteotici, & ibi gl.1.C.eod.

Emphyteoticum prædium patrimoniale emens, non iuuatur ex vetustate temporis, quo venditor soluit canonem, quominùs emptor ipse canonem soluere teneatur, d.l. ius emphyteoticum, & ibi gl.fi.eod.

Emphyteoticæ rei fiscalis emptio facta à priuato, vel à ciuitate sub pacto, ne teneatur ad canonem, valet, sed pactum est irritum, l.penult.C. diuers. prædiis, libro 11.

Emphyteoticus contractus, qui perficitur, cùm alicui conceditur mercede in pecunia, vel in specie constituta, differt à locatione, & ab emptione in aliquibus, & etiam multipliciter conuenit cum illis, §. adeò autem, Inst. de locatione, & conductione.

Emphyteoticus contractus fuit à iure ciuili, ibid.

Emphyteotica res tota si pereat, tunc damnum pertinet ad dominum, sed si aliquid etiam parum remansit, tunc damnum pertinet ad emphyteotam, gloss. particularis, ibid.

Emphyteotica res potest obligari, finita tamen emphyteosi finitur quoque obligatio, vnde si quis libellariam tantùm domũ haberet, qui iam vxori in dotem obligauit, vbi ad dominum ob non solutam præstationem, aut alio modo domus rediisset, non potest vxor in eam domum pro dote recurrere, l. lex vectigali, 31. in additione marg. de pignor.

Emphyteoticarium ius Latinè ius perpetuarium appellatur, nimirum quòd hoc titulo sterilia prædia perpetuò colenda dabant veteres, cùm fertiliores agri publici non, nisi ad tempus, concederentur, l.3. §. item quæri, in add. margi. de rebus eorum, qui sub tutel.

Emphyteoticarium ius tantùm in rebus soli constituitur, glo.2.in l.1.C. de iure emphyteot.

Emphyteoticarius, vel feudatarius ratione sui iuris possident naturaliter tantùm, cùm dominus ciuilem habeat, gl.1.in fi.in l.4.C.de adquir. posses.

Reliqua verbo, Libellarius, Fundus, 7. 8. Prædium, 3. 4. Tributum, Vectigal. Heres, 43.

EMPONEMATA dicuntur meliorationes, gloss.fin. in l.pen.C.de contrahen. emptione,

demptionem captiuorum, vel in egentium alimenta,& in alias cauſas pias, aut pro vtilitate Eccleſiæ, §. interdicimus, in authent. de Eccleſiaſt. titulis, col. 9.

Epiſcopi poſſunt alienare, vel relinquere, quibus voluerint eas res, quæ ante Epiſcopatum probantur habuiſſe, aut quæ poſt Epiſcopatum ex genere ſibi coniuncto ad ipſos deuolutæ ſunt, etiam per donationes inter viuos, ibid.

6 Epiſcopo ab inteſtato defuncto ſine legitimo ſucceſſore, ſucceſſio pertinet ad Eccleſiam etiam in bonis quæſitis ante, vel poſt Epiſcopatum, per donationem,vel ſucceſſionem,ibidem.

Epiſcopus habens bona præſumitur quæſiuiſſe, intuitu Eccleſiæ, gloſſ. probantur,ibidem.

Epiſcopus debet eligi forma à lege ſtatuta ſeruata in principio, in auth. de Sanctiſſ.Epiſcopis,col.9.

Epiſcopus quando ordinatur non debet eſſe minor 35. annor.ibidem.

Epiſcopus ordinandus, aut eligendus non debet habere concubinam, neque filios naturales,neque duas vxores,aut vnam,quæ erat vidua, aut viro coniuncta,ibidem.

Epiſcopus iure canonum eligi non debet quis,niſi fuerit antè diaconus, vel preſbyter, aut in ſubſidium diaconus, poteſt tamen poſtulari; ſed hodie ſubdiaconus ſine poſtulatione ipſo iure eligitur,gl. ordinatur,in §.damus,eod.tit.

Epiſcopi electionem habentes debent eligere intra ſex menſes, qui ſi per illos ſex menſes eligere neglexerint,ad ſuperiorem deuoluitur electio, §.ſi verò,vt euenit,eod.

Epiſcopus electus ſi fuerit poſt electionem de crimine accuſatus, ordinatio differri debet, donec de crimine iudicetur,§.ſi quis autem,eodem.

Epiſcopus non per pecuniam,ſed meritis eligi debet, pro conſuetudine tamen debet dare pecuniam à iure ſtatutam,§.præ omnibus,eod.

in Epiſcopum ordinatus à ſeruili,& aſcriptitia fortuna, & à patria poteſtate liberatur,§.ſed hæc quidem, in d. auth. de ſanctiſſ. Epiſcopis,col.9.

Epiſcopi, & monachi non poſſunt eſſe tutores,& curatores,§.Deo autem,eod.

Epiſcopum venire coram ſe ad dicendum teſtimonium compellere nulli iudicum licet, ſed ad eos debet mittere qui propoſitis Euangeliis, & non tactis dicant,§.nulli verò,& ibi gl. propoſitis,eod.

7 Epiſcopi debent facere reſidentiam in ſuis Epiſcopatibus, & non debent ad alias regiones venire relictis ſuis Eccleſiis,ſine ſuperioris literis, vel ſine principis iuſſione,& tunc non ampliùs vno anno,§. interdicimus,eodem.

Epiſcopi ſi relictis ſuis Eccleſiis in aliis regionibus moram fecerint ſine ſuperioris literis, aut principis iuſſione,ab œconomis propriæ Eccleſiæ non debent eis miniſtrari expenſæ, & ſi admoniti per literas ſacerdotium, ſub quib. agunt,non reuertantur ad ſuas Eccleſias intra definitum à ſacris canonibus tempus ſunt expellendi ab Epiſcopatu,& alij meliores in eorum locum ſunt ordinandi,ibid.

Epiſcopus non poteſt clericum ſuum cogi Eccleſiam dimittere,& alij tradere,§. interdicimus,in fi.eod.

Epiſcopi, & presbyteri ſine iuſta cauſa aliquem à ſacra communione non debet ſegregare, vel excommunicare, & ſi excommunicauerint,talis excommunicatus abſolutus ab Archiepiſcopo ſanctam communionem meretur,§.omnibus,eodem.

Epiſcopis non licet propriis manibus aliquem percutere,ibidem.

Epiſcopus ab Epiſcopatu repulſus ad ipſum redire non poteſt,§. omnib. in auth. de ſanctiſſ.Epiſcopis,col.9.

Epiſcopus debet ſcire leges,§. ſi quis contra,& ibi gl.iudicem,eod.

Epiſcopus ab Epiſcopo, vel ab alio conuentus conueniendus eſt ſub Archiepiſcopo,& ad Patriarcham appellandum eſt,nulla cautione,vel fideiuſſione pro lite finienda interpoſita, §. ſi quis verò ſanctiſſimorum,eod.

Epiſcopus nullam penitus mulierem debet habere in ſua domo, aliàs debet proiici ab Epiſcopatu,§.Epiſcopum verò,eod.

Epiſcopus vnus non debet reſcindere, quod alius Epiſcopus fecit, l. 2. in add. marg.C.de apochis publicis,lib.10.

Epiſcopus,vel abbas,vel alius clericus habens feudum à Rege,vel ab alio datum, non ſolùm perſonæ, ſed etiam Eccleſiæ propter ſuam culpam perdunt illud, & ad Regem, vel alium dominum pertinet, donec ipſe Epiſcopus vel Abbas viuit,ſed eo mortuo,ad eius ſucceſſorem recurritur,c.1.§.fi.& ibi gl.fi. de capitulis Corradi.

Epiſcopus locorum poteſt coërcere Eccleſiaſtica cenſura pacis violatores, donec ad ſatisfactionem veniant, l. hac edictali, §. Epiſcopos, de pace tenenda inter ſubditos.

Epiſcopalis ordo liberat quem à ſeruili conditione,vel aſcriptitia, ſed non à curiali ſiue officiali,cùm poſt ordinationem daret, authent. Epiſcopalis, C. de Epiſcopis.

Reliqua verbo, Coadiutor, Conuenire, 2. Prælatus, Cardinales, Bona, 5. Capitulum.

EPIDEMETICI ſeu epimetri dicuntur metatores,qui in vrbib. metirentur, ab ἐπιδημέω, quod eſt ad ciuitatem in rem præſentem venio,† reprob.glo. 1. in addit. marg.in rubr.C.de metatis,lib.12.

EPIPHANIA dicitur ab ἐπὶ, quod eſt ſuper, & φάνος, quod eſt ſonus, quia ſonum deſuper acceperunt magi, vt per aliam viam redirent, gloſſ. Epiphaniarum,in l.omnes, C. de feriis; vel à φάνειν, quod eſt apparere, quia deſuper illis apparuit ſtella ſuprà vbi erat puer. Inducitur epiphania,id eſt,apparitio, ibid.

EPISTALMA ſignificat ſignum, quòd Imperator facere ſolet, vel ſignificat ſcripturam, quam ipſe princeps ſcribit, glo. epiſtalmate,in l.3. C. de quadri. præſcript.

1 EPISTOLA ita ſcripta,centum numos,quos hac die depoſuiſti mihi ſoluente Titio actore tuo, eſſe apud me, vt notum haberes, hac epiſtola manu mea ſcripta tibi notum facio,quos vbi voles,& quando voles,tibi numerabo,obligat ſcribentem,l. Lucius depoſiti.

Epiſtolæ non ſtatur in fauorem ſcribentis,niſi per aduerſarium approbetur, d. l. Lucius,§.fi.& ibi gl.fi.eod.

per Epiſtolam tibi ego feci notum,me habere à te decem, & diſcos duos, & ſaccum ſignatum,ex quibus mihi debes duodecim, & decem ex ratione patris tui,per hanc epiſtolam non naſcitur obligatio aliqua, inducitur tamen probatio rerum depoſitarum penes ſcribentem,& ſic contra eum, ſed non in eius fauorem pro illis duodecim,& decem,quæ ſibi deberi ſcripſit, niſi & in his is, cui ſcribitur, conſentiat, & approbet epiſtolam, dict. §. fin.& ibid.gl.fin.

per Epiſtolam promittens ei, cui ſcribitur, prouidentiam pecuniæ depoſitæ, tenetur ad vſuras,ſi eas perceperit,vel in vſus ſuos conuerterit,l.Quintus,eod.

Epiſtolam recipiens videtur approbare,quod in ea continetur, niſi ſtatim atque recipit,teſtationem contrariæ voluntatis interponat,l. ſi filiusfamilias, 17.ad Macedon.

per Epiſtolam poteſt quis ſe obligare,conſtituendo ſe pro debito alteri, ſed non obligatur quis conſtituendo alium per ſe ſoluturum, l. eum, qui, §. Iulianus, de conſtit.pecun.

per Epiſtolam poteſt induci,obligatio in his,quæ per eam geri poſſunt,l.Titius, 24.eodem.

Epiſtolam mittens quondam tutor creditori pupillorum tali forma, quinquaginta aureos,quæ remanſerunt penes me,de debitoque pupilli contraxerunt, tibi reddam tali die,quod ſi non fecero ad diem ſupraſcriptum, nomine vſurarum ſoluam tibi tantùm,tenetur ad ſortem, & ad vſuras,ſi ſtipulatio interceſſit,ſed ſi non interceſſit,tenetur de conſtituta ad ſortem tantùm, ſed non ad vſuras, d.l.Titius,& ibi gl.fin.

per Epiſtolam poteſt fieri conſtitutum,l. quidam ad creditorem,26.eod.

Epiſtolam mittens creditori ita, decem,quæ Titius ex te mutuo accepit, penes me habeo, tenetur de conſtituta, ſi miſit animo ſe obligandi, aliàs non, d.l. quidam ad creditorem,& ibi gl.1. 2

Epiſtolam ſcribens amico ſuo ita,rogo te commendatũ habeas Titium amicum meum,non obligatur mandati,quia magis cõmendandi hominis quàm mandandi cauſa ſcripſiſſe cenſetur, l. ſi verò non, 12. §. cùm quidam,mandati.

Epiſtolam ſcribens alicui, vt debitorem ſuum liberet, ſeque eam pecuniam, quam is debet,ſoluturum, tenetur mandati, l.ſi quis alicui, 27. eod.

Epiſtola præiudicat ſcribenti,l.fi.eod.

Epiſtolam ſi heres alicui mittat ſcribendo eum coheredem, ex hac epiſtola tanquàm coheredi ei non competit petitio contra ſcribentem poſſeſſorem rerum hereditariarum, l.epiſtola.de pac.

Epiſtolæ falſæ prętextu ſi creditor liberauit debitorem,habet actionem de dolo contra debitorem, niſi creditor ſit minor, quo caſu reſtituitur in integrum, l.quidam debitor, de dolo.

per Epiſtolam poteſt contrahi pignus, nec vitiatur,licèt in ea non ſit dies, & Conſul, l.pen.§.1.de pign.

Epiſtolam deſtinatam ſibi retinens, videtur eam approbare, niſi dicat ſe nolle obligare proteſtando, d.§.1.ibi, conueniſſe,&c.

Epiſtolæ, quæ vxoribus miſſæ allegantur, ſi de earum fide conſtat,faciunt ſemiplenam probationem ad probandam filiationem, † l. penult. & ibi gloſſ. 1. de probatio.

Epiſtolam ſi ego tibi miſero, non priùs fiet illa tua, quàm tibi tradatur,niſi eam tibi miſerim per tabellarium tuum, quem ad me miſeras, vel quando cauſa tui tantùm miſit eam epiſtolam,quia tunc,etiam antequàm tibi detur epiſtola,tua fit, l.pen.de adquir.rer.dominio.

Epiſtola perferenda quando data eſt ſeruo vel procuratori eius, cui mittitur, ſtatim ei,cui mittitur,quæritur, maxime ſi eius intereſt eam habere,niſi mittens miſerit eam ita, vt ſibi remittatur, quia tunc dominium eius remanet mittentis, idem, ſi miſerit cum ſeruo ipſius mittentis, l. eum, qui, 14. §. ſi epiſtola,& ibi gl. per aliquem, de furtis.

Epiſtolæ iudicum, qui de aliquo delicto inculpatos quaſi confeſſos remittunt ad præſides, non creditur, vt quia ſcribebant eum, quem remittebant, confeſſum fuiſſe de delicto, l.Diuus Adrianus, de cuſtodia reorum. 3

per Epiſtolam obligatur quis ciuitati ad implendum quod promiſit, ibid.

Epiſtola, in qua quis aliquam ſororem nominat,non probat conſanguinitatem, l.non epiſtolis, 13.C.de probat.

per Epiſtolam, in qua ſororem aliquam quis nominat, ſi illa petiit iudicem ad diuidenda bona hereditaria inter ipſum,& fratrem abſentem,non præiudicat fratri talis epiſtola,ſi appareat poſtea ipſam eſſe ancillam,non verò ſororem, neque diuiſio facta præiudicabit,ibid.

Epiſtola, in qua quis nominat aliquem liberum,vel coheredem, non facit eum liberum,nec coheredem,gl.2.ibid.

Epiſtolis non coniungitur conſanguinitas vera, nec ad præiudicium,† ibid.

Epiſtolæ non probant conſanguinitatem plene, ſed bene ſemiplenè, & ſic cum aliis proſunt,ibidem.

Epiſtola nunquàm fit ſine ſcriptis,gloſſ.fin.in l.2.C.ſi mancipium ita venierit.

Epiſtolæ programmata,comminationes ac ſubſcriptiones non habent authoritatem rei iudicatæ,rub & per tot.C.comminationes,Epiſtol.& program.

per Epiſtolam non poteſt fieri ſententia, etiam in fauorem reipubl.l.2. C.eod.

Epiſtola præſentibus mitti non ſolet,gl.2. in l. 1. C. de contrahend. & commit. ſtipulatione.

Epiſtola Diui Adriani non reperitur ſcripta in iure, ſed mentio de ea in multis iuris partibus reperitur,gl.2.in §.ſi plures,de fideiuſſor.

Reliqua verbo, Decretalis,Litera,Filius,166.

EPITHESIM Græcum eſt,cuius interpretatio eſt ex epithas, ſeu epigrammata,gl. epitheſim,in l.lex Cornelia,§.fi.de iniuriis.

EQVA prægnans ſi ictu à te percuſſa fœtum eiecerit,teneris Aquilia,l.ſi ſeruus. §. ſi quis de manu,& l. Quintus,39.ad legem Aquil.

Equam prægnantem ſi quis non percuſſerit,ſed tantùm attigerit,& ob id fœtum eiecerit, tenetur in factum Aquilia, d.l. Quintus,& ibi gl.fi.eod.

Reliqua verbo, Equus.

EQVITARE neſciens non debet equum aſcendere, l.idem iuris,§.fi. in addit. margin. eodem.

Equitantibus pluribus ſimul in via, ſi vnius equus alterius equum lædat, datur contra eum actio de pauperie, niſi ſeſſoris culpa interceſſerit, quo caſu datur actio legis Aquiliæ inſolidum, l.fi.in add.marg. ſi quadrupes pauperiem.

EQVITES plures cùm ſimul equitarent, & vnus ex his ſi irruit in equum commodatum,

Errore facta non valent, quæ ſi ex certa ſcientia fierent, valerent, gl.ex conuentione, in l.ſed & ſi, §.fi.ſi quis cautio.

Errore facta quandoque valent, ibid.

Error cauſæ non impedit tranſlationem poſſeſſionis, neque tranſlationem dominij, gl.exceptione, in l.ſi cùm te, de pact.

Error iuſtus habetur pro titulo quoad præſcriptionem, vel vſucapionem, non tamen habetur pro titulo quoad excludendam petitionem hereditatis, gl. 1. in l.Iulianus, ex quib.cauſ.maior.

Error non habet conſenſum, l.2.de iudiciis.

Error in vocabulo rei non vitiat iudicium rei vendicationis, ſi de corpore conſtat, l.idem Pomponius, 5.§.pen.de rei vend.

Error non probatur aliter, niſi aliter res ſe habere probetur, glo.fi.& ibi addit. marg.in l.de ætate, §.fi.de interrog.actio.

Error in facto proprio toleratur, quando ipſe certat de damno vitando, & alius de lucro captando, l.ſed & ſi me putem, 22.& ibi gl.1.de condict. indebiti.

Error in ſpecie contractus impedit contractum, & dominij tranſlationem, quæ reconciliatur conſumptione ſequuta, & quantùm ad dandam actionem inſpicitur animus recipientis, ſed quantùm ad dandam exceptionem, inſpicitur animus dantis, l.ſi ego pecuniam, ſi cert.petat.

Error in dominio, vel in perſona, ideſt, in ſubſtantia perſonæ, cui traditur, impedit dominium transferri, ſecus ſi fuiſſet error in accidenti, vel in quantitate perſonæ, vt quia errabat an eſſet dominus, imò tradendo ei conſentit, vt in eum tranſeat dominium, & ideò tunc rectè tranſit, gl.mihi traditus, in l.cùm fundus, §.ſeruum, eod.

Error impedit tranſlationem dominij, quando impedit voluntatem transferentis, l.eius, qui in prouincia, eod.

Error, in quem quis deducitur aſſertione aduerſarij, poteſt corrigi poſt diffinitiuam ſententiam, l.quæſitum, quando de peculio act.

Error nominis in contractu emptionis non annullat emptionem, cùm de corpore conſtat, l.in venditionibus, de contrahend.emptione.

Error in materia ſubſtantiali, vel in corpore, vel in ſexu, vel eſſentia vitiat emptionem, d.l.in venditionibus, & ibi gl.aliquo, & l.alioquin, 11.eod.

Error circa ſubſtantiam perſonæ impedit matrimonium, gl.abſentem, l.in venditionibus, 9.eod.

Error circa dominium rei, quæ traditur, vt quia tradens credit eſſe ſuam, impedit tranſlationem dominij, l.& ſi conſenſum, 15.§.fi & ibi gl.fi eod.

Error in nomine contractus non vitiat contractum, l.inſulam, 6.de præſcriptis verbis.

Error dicitur, cùm aliud eſt, quàm credam, gl.in rub.de iuris, & facti ignor.

3 Error eſt aliud pro alio ſumere, vel eſt exiſtimatio veri pro falſo, vel econtrà, & incerti pro certo aut econtrario, approbatio, l.2.in add.marg. eod.tit.

Error cauſa finita non debet allegari, niſi quando quis prætendit errorem ſuum, & ſcientiam, & dolum aduerſarij, gl.1.in fi.in l.regula, eod.

Error dominij ex parte accipientis non impedit tranſlationem dominij, d.l. regula, §. qui ignorauit, in addit. marg.

Errore, & non malitia facienti contra ius ſubuenitur, l. qui teſtamento, 37. de excuſat. tutor.

Error teſtatoris non nocet, gl.fi.in l.ſi poſtumus, §.fi.de liber.& poſtum.

Error in corpore vitiat inſtitutionem, & legatum, l. quoties, 9. & ibi gloſſ. 2. de hered.inſtit.

Error in nomine proprio non vitiat inſtitutionem, vel legatum, ſi de corpore heredis, vel legatarij conſtat ex demonſtratione officij, vel nominis appellatiui, d gloſſ.2.

Error ſcripturæ probatur, ſi alter ſit ſcriptum, quàm ſit dictum, l. quoties, §. ſed ſi non corpore, eod.

Error in conditione, quam quis deſtinauit inſerere, inſtitutionem vitiat, d. l. quoties, §. tantundem.

Error probatur, quando in tractatu de faciendo teſtamentum vel contractum aliquid exprimatur, & poſteà aliud ſit ſcriptum, quia intelligitur per errorem, ibidem.

Error in conditione perſonæ adeuntis aditionem non impedit, quia per hoc de cauſa aditionis non dubitatur, l.ſed & ſi de ſua, 34. de adquir.heredit.

Error in nomine proprio rei legatæ non nocet, nec vitiat legatum, quando conſtat de corpore, ſed error in corpore rei legatæ vitiat legatum, l. ſi quis in fundi, 4.& ibi gl.1.& 3.de legat.1.

4 Error in nomine appellatiuo rei legatæ nocet, & vitiat legatum, l.ſi quis in fundi, 4.& ibi gl.1.& gl.quòd ſi quis, eod.tit.

Error in agnomine, vel cognomine nocet, d.l.ſi quis in fundi, ibid.in additione margin.

Error corporis, & ſubſtantiæ rei non ſunt idem, † gl.1.ibid.

Error in nomine appellatiuo rei non vitiat diſpoſitionem, quando vnum nomen appellatiuum habet multam proximitatem cum alio appellatiuo, gl.non deberi, in addit.ibid.

Error in nomine fundi legati probetur, & confinibus, quos teſtator dixit, glo.2. ibidem.

Error in nomine proprio magis præſumitur, quàm in confinibus, ibid.

Error in nomine proprio rei legatæ non vitiat diſpoſitionem, ſed in appellatiuo, quia probabiliùs dubitatur in nomine proprio, quàm in appellatiuo, quia appellatiua non mutantur, glo.hominum, ibidem.

Error in nomine adiectiuo rei legatæ non vitiat legatum, cùm tale nomen adiectiuum ſit accidentale, vt albus, niger, rufus, d.gl.hominum.

Error regionis non nocet legato, ſi de corpore conſtat, l.patronus, 35.§. libertis, de legat.3.

Error ſolus principis facit ius, quia & alij debent ſequi quod ipſe facit, & ſic dicitur communis error, qui facit ius, gl. fin. in l.3.§. fi. de ſupellectili legat.

Error heredis, vel teſtatoris non facit ius, ſed bene vniuerſitatis, vel principis, gl. 1.in l. ornamentorum, 37. de auro & argento.

Error in nomine proprio rei legatę non vitiat legatum, vt ſi quis leget Stichum, & ſentiat de Pamphilo, valet enim de quo ſenſit, ſed ſi erretur in nomine appellatiuo, veluti ſi leget fundum, & ſentiat de equo, in neutro valet, gl.1.in l. 3.de rebus dubiis.

Error in calculi reddenda ratione, & reliquorum reſtitutione non facit conditionem deficere, l. quamuis, 32.de condit.& demonſtr.

Error domini non credentis ſeruum, quem manumittit, ſuum eſſe, non impedit libertatem, ſimiliter nec error ſerui putantis ſe eſſe alterius, l.ſi pater, 4.§.quoties, de manumiſſ.vind.

Error in ſyllaba non nocet, l. qui habebat, 54. & ibi add. margin. de manumiſſ. teſtam.

Error teſtatoris putantis ſeruum eſſe ſuum, cui reliquit fideicommiſſariam libertatem, non officit libertati eiuſdem ſerui, ſecus eſt in alia re legata, l. Paulus, 39.& ibi gl.1.de fideicom.libert.

Error cauſæ, ex qua traditur, cùm conſenſu ſit in corpore, non reddit traditionem inefficacē, vt ſi quis credens ſe ex teſtamento teneri tibi tradere fundum, tibi tradiderit, tu verò acceperis tibi deberi ex ſtipulatu, l. cùm in corpus, 36. de adquiren.rerum dominio.

Error nominis adquiſitionem poſſeſſionis non impedit, ſed bene error in corpore, l.ſi me in vacuam, 34.de adq.poſſ.

Error iuſtiſſimus habet vim traditionis, & habetur pro titulo quoad præſcribendum, l. pen. §.filiusfamilias, & ibi add.marg.de vſucapio.

Error iuſtiſſimus præſtat cauſam vſucapiendi in titulo pro emptore, ſecus ſi ſit iniuſtus error, vt eſt error iuris, l. 2. §. ſi à pupillo, & l. quod vulgo, 11. pro emptore.

Error iuſtus præſtat cauſam vſucapiendi in titulo pro donato, ſed non error ſupinus, † glo.1.in l. 1.pro donato.

Error in computatione eſt iuſta cauſa erroris, l.pen.de confeſſis.

Error circa ea, quæ ſunt deciſiua totius, poteſt reuocari, ibid.

per Errorem approbans inſtrumenta falſa, vel ſententiam latam prætextu ipſorum, non prohibetur accuſare de falſo, & petere ſententiam reſcindi per reſtitutionem in integrum, l. qui agnitis, de exceptio.

Error quando interuenit in omni contractu ſiue bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris, vt quia aliud ſentiat is, qui emit, vel qui conducit, aliud verò is, qui cum his contrahit, nihil valet, quod actum eſt, l.in omnib. negotiis, 55.actio. & oblig.

Error circa acceſſoria non vitiat contractum, gl.qui conducit, ibid. 6

Error in contractu locationis circa penſionem non vitiat locationem, vt quia locator putat locare minori penſione, conductor verò putat conducere maiori, & tunc tenet locatio, ibid.

Error circa qualitatem quandoque non vitiat contractum, ibid.

Error in coëunda ſocietate ſi interueniat, vt ſi diſſentiant aliud pro alio exiſtimantes, nihil valet ſocietas, d.l.in omnib.

Error in materia, vel qualitate ſubſtantiali non vitiat ſtipulationem, dummodò conſenſus ſit in corpore, ſed decepto ſuccurritur, l.ſi id, quod aurum, 22. de verbor. oblig.

Error in materia, vel qualitate in contractu lucratiuo non vitiat ipſum contractum lucratiuum, ſed in contractu oneroſo vitiat eum, gloſſ. clauſula, in addit. marg. ibid.

Error in nomine proprio eius, ſuper quo interponitur ſtipulatio, non vitiat ſtipulationem, quando de corpore conſtat, l.ſi in nomine, 32.eodem.

Error in nomine appellatiuo licèt vitiet diſpoſitionem, tamen hoc non habet locum, quando res, in qua erratur, demonſtratur ad oculum, gl. appellatione, & add. marg. in l. quæ extrinſecùs, 65. eod.verb.oblig.

Error ſicut non impedit tranſlationem dominij, ſi non eſt diſſenſus in cauſa, ita non impedit, ſi tradens eſſet procurator, vel adminiſtrator cum libera, quia poteſt transferre dominium, gloſſ.fi.& ibi add. margin. in l.ſeruus, inſcio, 19. de fideiuſſ.

Error in ſubſtantia perſonæ debitoris credendo alium eſſe, quàm ſit, impedit dominij tranſlationem, & ita accipiens pecuniam fingendo ſe alium, tenetur furti, ſecus quando error eſt in conditione, aut qualitate perſonæ, vt quia accipiens dicit ſe liberum, & ſui iuris, vel quòd ſit idoneus, & tunc ceſſat furti actio, datur tamen in eum actio de dolo, † gloſſ. furti teneris, l.ſi quis vxori, 52.§.ſi quis aſinum, de furtis.

Error in pondere impedit dominij tranſlationem, d.glo.furti, & in §.ſequent.

Error in perſona, cui ſit iniuria, facit, vt non oriatur actio iniuriarum, l. 3. §. fin. de iniuriis. 7

Error computationis, vel calculi in ſententia expreſſus facit reſcindere ſententiam ſine appellatione, l.1. quæ ſententiæ ſine appellat.& gl. fi. in l. error, 7. C.de iur.& fact.ign.

per Errorem cuius eſt repetitio dati, eius conſulto dati donatio eſt, l. cuius per errorem, 53. de regul.iur.

Error notarij non vitiat inſtrumentum, ſeu actum inter partes celebratum, gl.1. in l.ſi librarius, 92.eod.

Error præſumitur probando veritatem, aliter ſe habere, l.4.C.de iuris & facti ignor.

Error aduocati non poteſt reuocari, niſi intra triduum, gloſſ.1.in l.error, C.eo.

Errorem alienum meliùs, quàm ſuum, corrigere poteſt, quis, ibid.

Errorem ludentis ad ſcacchos meliùs videt, qui aſſiſtit, quàm luſor, ibid.

Error prætextu falſorum inſtrumentorum etiam poſt latam ſententiam non præiudicat propter delictum aduerſarij, qui falſa inſtrumenta, vel falſas allegationes produxit, gl.fi.ibid.

Error particularis poſt ſententiam præiudicat, neque poteſt reuocari, ſed error communis cùm ſit probabilis poſt ſententiam, non præiudicat, & poteſt reuocari, gl.fin.ibidem.

Error poſt ſententiam reuocari poteſt, quando talis error proceſſit ex falſis perſuaſionibus aduerſarij, quia falsò ex certa ſcientia aliquid ipſi allegauit, ibid.

Error poſt ſententiam non præiudicat poſteà ad agendum ex alia cauſa diuerſa ab illa, qua priùs egit, ibid.

Error calculi, id eſt, computationis, ſiue ex contractu vno, ſiue ex pluribus contractibus, veritati non affert præiudicium, l.1.C.de errore calculi.

Errore calculi, vel computationis ſi quis promiſerit, velut debitam quantitatem, cùm eſſet indebita, condictio liberationis ſine cauſa competit ei, d. l. 1. & ibi glo.fin.

Error

Error facti ante ſententiam in facto proprio præiudicat, neque poteſt reuocari, ſed bene poteſt reuocari in facto alieno,gl.fi.ibid.
Error in facto proprio eſt excuſabilis,& non nocet,intellige in caſibus, in quibus eſt tolerabilis, vt quando factum eſt intricatum,vel perſuaſione aduerſarij errauit, ibid.
Error facti alieni probabilis ſemper excuſat,& non nocet,ibid.
Error facti ſui etiam in iudicio non nocet,ibid.
Error facti quartæ ex cauſa fideicommiſſi non retentæ repetitionem non impedit,ſed certa ſcientia vel iuris ignorantia ſic,l. error,9.C.ad leg.Falcid.
Error iniuſtus facti non parit vſucapionem,vt ſi non emens exiſtimans ſe emiſſe poſſideat,§. nouiſſimè,Inſt.de vſucapio.

Reliqua verbo,Errare,1.2.Errans,1.2.Ignorantia,6.7.

ERRONEA cauſa reddit liberationem ex pacto inefficacem, & eodem modo iuſſum de ſoluendo,& pactum de non petendo,l.ſi cùm te,de pactis.
per Erroneam cauſam ſi fuerit facta liberatio debiti per acceptilationem redditur liberatio debiti inefficax,† gl.exceptione,ibid.
Erronea confeſſio probata veritate non præiudicat confitenti,l.cùm falſa, 5. C. de iuris & facti igno.
Erronea confeſſio cùm erratur in facto,poteſt vſque ad ſententiam reuocari, ſed poſt rem deciſam eſt irreuocabilis, l.error,7.C.eod.
Erronea confeſſio facta in iudicio,vel extra errando in facto non nocet confitenti nondum negotio finito, ſecus eo finito per tranſactionem vel per ſententiam,gl.1.ibid.
Erronea confeſſio facta extra iudicium errando in facto poteſt retractari;neque præſumitur ita eſſe, ſed erronea confeſſio facta in iudicio præſumitur ita eſſe, niſi contrarium probetur,ibid.
Erronea actio propoſita per ignorantiam contra commodatarium poteſt reuocari,& intentari actio furti contra alium, non contra eundem,gl.fin.ibid.
Erronea confeſſio ſuper viribus teſtamenti etiam in cauſa libertatis non præiudicat confitenti,l.cùm teſtamentum,8.C.eod.
Erronea voluntas heredis præiudicat ei in poſſeſſione, ſed non in proprietate, gloſſ.pen.ibid.

Reliqua verbo,Confeſſio,10.11.

ERRO dicitur ille, qui animo quandoque redeundi recedit, gloſſ.in rubr. de ſeruis fugit.
Erro dicitur pupillus fugitiuus,& ex diuerſo fugitiuus dicitur magnus erro, l. quid ſit, 17.§. erronem, de ædilit.edicto.
Erro dicitur, qui nunquàm fugit,ſed frequenter ſine cauſa vagatur, & temporibus in res nugatorias conſumptis ſeriùs ad dominium redit, d. §. erronem, & gl.errones,in l. emptor, 14.C.de act.empt.

Reliqua verbo, Seruus, 106.vſque 113.Iumentum.

ESCVLENTA & poculenta accipere non permittitur iudici,niſi in defectum ſui ſalarij, & tunc mediocriter accipiendum eſt,vel à ſponte dantibus,§. ſcriptum eſt,& ibi add.marg.in auth. de non alienandis,& gl. annonis, in §.1. in auth. iuſiurandum,quod præſtatur.

Reliqua verbo,Poculenta, Xenia,Præſes,3.

ESSE ſed non apparere, & non eſſe paria ſunt,l. ſi quis ita,§.pen.in add. marg. de teſtam.tutel.
Eſſe res dicitur ibi, vbi perpetuò debet eſſe,& non vbi eſt ad tempus, l. ex facto, 35.§.rerum,de heredib.inſtit.l.quæſitum,78.§. prædia, de legat.3.
Eſſe in loco non videntur numi repoſiti ibi, vt mutuò dentur, ſecus vt ibi perpetuò ſint,l.ſi chorus,79.§.1.eod.
Eſſe in loco, à quo fugit,dicitur ille,qui fugit,l.ſeruus qui,82.eod.
Eſſe in loco dicuntur res, vbi perpetuò eſſe ſolent, non vbi caſu deſunt, vel abſunt,l.ſi ita legatum, 86.eod.
Eſſe in fundo, vel in aliquo loco in dubio videntur ea, quæ maiori parte anni ibi ſunt, & morantur,l.cùm de lanionis,§ pen.de fundo inſtruct.
Eſſe ibi non videntur ea, quæ perpetuitatis cauſa, vel quaſi inde amota ſunt, ſecus ſi ſint amota cauſa præſentis cuſtodiæ, gl.theſaurus,in l.pen.§.fin.de auro & argent. lega.
Eſſe cum aliquo ſi quis debeat non tenetur cum eo omni momento morari, l.ſi quis ita legauit, de condit. & demonſt.
in Eſſe conſiſtere aliquid, vel ſperari de proximo eſſe paria ſunt, l.mulier, 22.§. non eſt,ad Trebel.& l.4.quib.ad libertat.proclam.non lic.
Eſſe inualidum,& non eſſe,paria ſunt,l.qui contra,12.in add.marg.de fideiuſſor.
Eſſe non videtur aliquid, niſi ſit perfectum, gloſſ. 1. in l. ſoluendo, 114. de verbor. ſignif.
Eſt, verbum,non ſolùm præſens, ſed etiam præteritum tempus ſignificat,vt cùm dico Lucius Titius ſolutus eſt ab obligatione, & præteritum tempus & præſens ſignifico,l.verbum,123.& ibi gl.1.& 2.eod.
Erit, verbum, non ſemper demonſtrat futurum tempus,nam quandoque ſignificat præteritum tempus, vt ſi in teſtamento dico, quod in codicillis ſcriptum erit confirmo, & priùs eos feceram, dicuntur confirmari illi codicilli, d. l. verbum erit, & ibi gl.1.& 2.
ET, pro ideſt,quandoque ſumitur, gl.fi.in l.1. de tranſactio.& gl.1.in rubr. de fluminibus,& glo.1.C.de vindicta liberta.& gl.2.in l.conſentaneum, C.quomodo & quando iudex,& gl 2.in l.pen.C.quorum appellat.
Et, quandoque ponitur pro etiam, gl.2.in l.habitatio,10. de vſu & habitatione, & gl.1.in l.fi.C.de author.præſtand.
Et, copulatiua dictio eſt, cuius natura eſt, quòd in præcedenti oratione intelligatur ineſſe illa qualitas, quæ ineſt in ſequenti, l.ſi ſic, & ibi glo. 1. quemadmod.ſeruit amit.
Et, particula quandoque ponitur magis expoſitiuè, pro ideſt, quàm copulatiuè, gl.1.in add marg.in l 1.de tutelis, l.de quib.de legib.
Et, copula quando ponitur inter perſonas, inter quas cadit ordo charitatis, & affectionis, vni per prius, & alteri per poſterius, tunc copula non fungitur officio naturæ ſuæ, veluti inſtituo filium,& nepotem meum,intelligitur non ſimul, ſed ordine ſucceſſiuo, gloſſ. non exprimat,in l.Gallus, §.1.de liberis & poſtum.
Et, copula coniunctionem verbalem facit, quandoque tamen non, l. ſi ita quis, 66. de heredib.inſtit.
Et, copula quando ponitur poſt dictionem ſed, denotatur diuerſitas facti, & identitas iuris,gl.fi.& ibi add.marg.in l.patris & filij,20.de vul.
inter Et, & cum,non eſt differentia,quando ponitur inter perſonas, & quantùm ad inducendam coniunctionem verbalem, l. Titiæ textores, 36.§.1.de leg.1.
Et, copulatiua, & alternatiua vel, quando ponitur inter eaſdem perſonas,vtraque ſeruat naturam ſuam ſecundum ordinem prioritatis, vel poſterioritatis, vt primò coniunctiua, deinde disiunctiua attendatur, l. ſi fundum, 81.§.his verbis, eodem.
Et, copula inducit plenariam repetitionem qualitatis præcedentis legati in legato ſequenti, l.Seiæ,§.Caio,& ibi gl.domum,de fund.inſtr.
Et, dictio implicatiua eſt, l.3.§.ſi duo,verſ.neque enim, de Carbon.ædict.
Et, pro vel, quandoque ponitur in oratione, gl.fi.in l.1.C.vbi petantur tutores.
Et, copulatiua,quando cadit inter diuerſas orationes, facit coniunctionem verbalem,l.ſicut in annos, §.1.& ibi add.marg.quibus mod.vſusfructus.
Et, copulatiua vltimo loco poſita etiam inter præcedentes ſolute poſitos videtur appoſita,l.cùm in teſtamento, §.1.de heredib.inſtit.
Et, copulatiua poſita inter plures, quorum aliqui poſſunt grauari,& aliqui non, tunc non diuidit inter eos onus, l.ſi duobus,16.§. de lega.1.
Et cætera, hæc dictio inducit repetitionem omnium verborum dictorum in præcedenti, l.Gallus,§.idem credendum,de liberis & poſtumis.
Et cætera, dictio abbreuiata, comprehendit ea,quæ ſunt apponenda de conſuetudine loquentis in illa materia,de qua loquitur,vel in ſimili,ibi.
Et, ita, dictiones faciunt coniunctionem, l.Iulianus,86.de condit.& demonſt.

Reliqua verbo, Copula,Coniunctiua,Cum,Ve,Vel.

EVANGELIA quatuor fuerunt facta, & compoſita à quatuor Euangeliſtis, ſcilicet Matthæo, Marco,Luca,& Ioanne, gl.3.in authent.iuſiurandum quod præſtatur, collat.3.
Euangelio non obediens coram præſide debet accuſari, & vnà cum Epiſcopo cognoſcet contra laicum, gl.fi.in l.1.C.de crim.ſacril.
Euangeliorum præſentia loco iuramenti eſt, gloſſ.pen.in l. rem non nouam,C. de iudiciis.
EVECTIONES dicuntur principis diplomata, quib. continetur euehendi ſeu excurrendi publicis iumentis facultas, ſeu licentia, ſi placet, à principe conceſſa,Græci ſynthemata dicunt,id eſt, teſſeras ſcilicet excurſionis conceſſæ ſigna,l. euectiones, in add. marg. C. de curſu publico,lib.12.
Euectionis poteſtatem habet Senatus,cùm ad principem vadit, quando euocatur à principe,aut diſcedit à principe,l.euictionum,C.eod.titulo,& lib.
Euectionis faciendæ copia omnibus iudicibus denegatur, excepto præfecto prætorio;& officiorum magiſtro,niſi ad tranſmittendas publicas functiones euectionem faciant,l. iudicibus,C.eod.
Euectiones de publico non debent habere inferiores Magiſtratus,ſed debent accipere ad vecturam,gl.1.ibid.
Euectione nullus priuatus nec Magiſtratus vti poteſt,niſi præfectus prætorio,& officiorum magiſter,l. nullus,11.& ibi gl.1.C.eod.
Euehens ſecundùm licentiam ſibi datam non cenſetur in eo delinquere, ſiue euectionem faciat euectioni præpoſitus,ſiue mulio,l.4.C.eod.
Euehens contra publicum curſum ſibi vetitum punitur, l.euectionum,C.eod.

Reliqua verbo, Agens, 4.5.6.Curſus.

EVENTVS, hoc eſt, quod euenire poteſt,inſpici debet,glo.quod verius, & ibi add.margin.in l.naturalem,5.§.1. de adqu. rerum dominio,& gloſſ. euentus in §. quia verò hactenus, in auth. de nuptiis, col.4. §. illud quæſitum, & ibi gloſſ. 1.Inſt.de rer.diuiſ.& §.libertas,& ibi gloſſ.fi.in fi. Inſt. de ſingul.reb.per fideicomm.& l.ſi idem,§.fin. & ibi gloſſ. penult.de iuriſdictione omnium iudicum,& gl.naſci,in l.ſed & ſi, 28. §.fi.de iudiciis,& gl.& poſſent, in l.qui ſella,7. de ſeruit.ruſticorum,præd.l. ſi quis domum,9.§.fi.& ibi gl.fi.locati,gl.fi. in l. cùm res,47.§.fi.de leg.1.gl.fi.in l.in diem addicto,de aqua pluuia, & gl. pen. in l.3. §.ſed quia,C.communia de legatis.
Euentus inſpicitur, quando rei natura eſt apta futuro cōtingenti, alioquin non, §.an ſeruo heredis,in addit.marg.Inſtitut.de legatis.
Euentus non inſpicitur, quando præſens ſtatus ad illum euentum non tendit, ſecus ſi ad eum tenderet,l. inter ſtipulantem,82.§.ſacram, verſ. quamuis, de verborum oblig.
Euentus triſtis alicuius ſiniſtri caſus & aduerſæ fortunæ non eſt habendus in conſideratione,d.§.ſacram,verſ.homo liber,eod.
Euentus quandoque non inſpicitur, gl.fi. in l.pe.§.fi.de iuriſdictione omnium iud.l.1.& ibi gl.vltrà,de in litem iurando.
Euentus,id eſt,quod euenire poteſt,inſpicitur propter relictum geſtoris, glo. ſed & ſi,in l.diuortio,de neg.geſt.
Euentum quando lex conſiderat, non debemus requirere quod actualiter euenerit,l.ſi verò plures,§.prætor ait,de his,qui deiecerunt.
Euenire quod poteſt de iure communi, inſpicitur,ſed non id, quod de iure ſpeciali poteſt euenire,l.4.§.ſi is,qui de fideicomm.libert.
Euenire quod poteſt de facto, & non de iure,non inſpicitur,l.eo tempore,50.& ibi gl.fieri,de peculio.

Reliqua verbo,Rarò,Ventura.

EVICTIO eſt rei emptæ,vel ex alia honeſta cauſa acceptæ decreto iudicis interpoſito abductio,vel amiſſio,l.reſcriptum,§.ſi aliena,in add.mar.de diſtract. pignor.& in rub.in add.marg.de euictio.
Euictionis ſtipulatio non committitur contra venditorem, quando emptor ſuper re empta compromiſit nulla neceſſitate cogente, & ſententia lata fuit contra eum, gloſſ. litigantium, in l. non diſtinguemus, §. item non eſt, de arbitris.
de Euictione vt caueatur, poteſt agi in contractu emptionis, ſed in contractu innominato poteſt agi ad dati repetitionem ex eo, quod nolit cauere de euictione,gl.fi.in l.fi.de condict.cauſ.data.
de Euictione promittens pro ſe & herede ſuo aliis euincentibus non tenetur,niſi ad pretium,niſi de hoc etiam nominatim actum ſit, vt non teneatur,l. emptorem,12.§.qui autem,de actio.empt.
de Euictione non poteſt agere, qui habet cauſam lucratiuam, vel quaſi, niſi ... cœpiſſ

in factum ex titulo de publicanis tenetur in duplum, ſed etiam actione furti, l. etiam furti, 8.& ibi gl.1.C.de furtis.

Exactor tributorum ſciens nihil deberi aliquid exportans ſi fuerit condemnatus in duplum actione in factum de publicanis, non infamatur, neque ob id videtur furti condemnatus, gl.fi.ibid.

Exactor tributorum bona fide accipiens ab eo, qui nihil debebat, credens adhuc aliquid debere, non tenetur vi bonorum raptorum, ibid.

Exactor tributorum ſcripturam claram debet facere de ſuſcepto, §.coges, in auth. de mandatis principum, col. 3.

Exactores tributorum non debent exigere tributa, niſi ab eis, qui continentur in breuibus, ſeu exactis à tabulario ſibi datis, l.1.C.de exactor.lib.10.

Exactores tributorum debent remittere ad curiam in ſcriptis, quid exactum ſit, & quid non, vt ex eorum ſcriptura officium reddatur inſtructum, l. apparitores, C.eod.

ad Exactorum petitionem cogitur præſes prouinciæ facere exactionem tributorum, l.in fiſcalib.C.eod.

Exactor habet multa nomina, l. pe.& ibi gl. 1.C.eod.

Exactores tributorum debent monere iudicem, vt faciat exactionem, & nihil debet facere cum debitorib.fiſcalib.d.l.pe.

Exactores non debent exigere tributa per ſe ipſos, & iudices, qui hoc paſſi fuerint, puniuntur in duplum, & apparitores iudicis deportantur, & alij officiales relegantur ad tempus, d.l. pen.verſ.Iudices, & l.2.C. de canone largition. tit.lib.10.

Exactoris tributorum officium durabat anno, intra quod debebat fieri tributorum exactio, gl. anni, in d.l. pe.

Exactorum triburorum, qui vltra debitum exigit, iudicis authoritate punitur in duplum, & illud ſtatim debet reſtituere ei, a quo exactum eſt, ſed ſi ſua authoritate exegit, in quadruplum punitur, l.1. & ibi gl.1. C. de ſuperexactoribus, lib..10.

Exactor tributorum propter conſuetudinem in exigendo tributa, vltrà quàm deberentur, capitaliter punitur, ſed quando ſemel tantùm exegit, tunc extra ordinem punitur, d. l.1.& ibi gl fi.

Exactores tributorum prouinciales debent ſingulis quatuor menſibus rationem ſuæ exactionis tranſmittere, & quod ex cauſa lucratiua acceperint ſcribere pœna contrafacientib. imminente, l.1.ad fi. C. de apochis publicis, libr. 10. & l.2. §.fi.C. de canon.largition.tit.lib.10.

Exactores particulares tributorum omne id, quod exegerunt, debent dare theſaurario, qui eſt in illa prouincia, vel ſi non ſit, illa debet dare ei, qui eſt in proxima prouincia, ita vt totum ſimul deuoluatur ad fiſcum, l.1.& ibi gl. prouinciæ, C. de canone largition.lib.10.

Exactoris electio, & defenſio ſpectat ad proconſulem, & præfectum, & etiam ad præſidem, l.pe. §.illud, eod.

Exactor vnus ex pluribus exactoribus collectarum ſi decedat, non poſſunt collegæ ab heredibus defuncti ab eo exacta petere, niſi eorum interſit, vt quia periculum commune ſit, quo caſu poterunt collegæ petere vtili actione pro ſocio, vel negotiorum geſtorum, vel in factum propter periculi communionem, l.2.in add.marg.C.de legatio.lib.10.

Exactores palatini, aut apparitores per prouinciam vagando non debent inferre moleſtiam prouincialibus, & periculum geſtorum per eos pertinet ad eos, quorum ſunt apparitores, vel exequutores, l.1.C.de executo.& exactor.li.12.

Exactor intra annum debet oſtendere, quid exegit, & ſi non exegit, debet cauſam denotare, cur non exegit, aliàs punitur, l.3.C.eod.

Exactor præfecti prætorio, antequàm publicarum pecuniarum exactionem ſuſceptam adimpleat, non poteſt aliam ſuſcipere, ſi tamen fuerit neceſſitas, duas exactiones ſimul in eadem prouincia faciendas, ſuſcipere poteſt, ſed non tres, l.fi.C.eod.

Reliqua verbo, Collectores, Conductor, Penſitatio.

EXAMEN dicitur vniuerſitas apium, gl. examen, in l. naturalem, 5. §. apium, de adquir.rerum dominio.

Examen ponitur quandoque pro vniuerſitate apium, quandoque pro approbatione, quandoque pro iudicio, gloſſ. examen, in §. apium, Inſtit. de rerum diuiſion.

EXARMARE eſt armis ſpoliare, gl. exarmauerit, in add.marg.in l.2.§.1.ad legem Rhodiam.

Exarmare quandoque paſſiuè ſumitur, veluti nauem exarmare eſt, eam armamentis ſpoliare, veluti malo, roſtro, antenna, carcheſio, clauo, pede, anchora, & reliquis, d.l.2.& ibi gl.exarmauerit, & ibi add.marg.

Reliqua verbo, Spoliare.

Exceptio in genere, nu.1.vſque ad nu.13.

quoad exceptionem ne quis conueniatur vltrà quàm facere, &c. num.13.

quoad exceptionem competentem reo, vel ab eo cauſam habenti, & fideiuſſorib.num. 14. 15.& 16.

quoad exceptionem dilatoriam, nu.17.

quoad exceptionem procuratoriam, num.18.

quoad exceptionem declinatoriam, nu.19.

quoad exceptionem peremptoriam, nu.20.& 21.

quoad exceptionem pacti, num.22.

quoad exceptionem litis finitæ & impedientem litis ingreſſum, nu.23.

quoad exceptionem dominij, num.24.

quoad exceptionem rei iudicatæ, nu.25.vſque ad nu.31.

quoad exceptionem nullitatis, num. 31.

quoad exceptionem doli, nu.32.vſque ad num.36.

quoad exceptionem facti & intentionis, nu.36.

quoad exceptionem Velleiani & Macedoniani, nu.37.

quoad exceptionem non numeratæ pecuniæ vel dotis, num. 38.vſque 43.

1 EXCEPTIO largè quandoque ſumitur pro actione, exceptione, & replicatione, glo.exceptio.in l.iuris gentium, §.ſiue igitur, de pactis, gl.exceptione, in l. aliàs autem, 18. de iureiur.

Exceptionem habenti non prouidetur de actione, l.1. §.ſi reus, de eo, per quem factum erit.

Exceptio quandoque plus operatur, quàm actio, nam multa conſequimur excipiendo, quæ agendo non conſequeremur, glo.agendo, in l.1.§ pupillus, de negotiis geſtis.

Exceptionem habens nihilominùs poteſt agere, l.metum, 9. §.ſed quod prætor de eo, quod metus cauſa.

Exceptionem perpetuam habens contra te, ſi coëgerit te acceptum ſibi facere non habet locum actio quod metus cauſa, l.ſi, cum exceptionem, eod.

Exceptio tantùm perſonalis inducitur per reſtitutionem, glo 2. in l.in cauſæ, 14 de minorib.

Exceptio ſuperueniens poſt litis conteſtationem nihil operatur, ſecus ſi ante oriatur, l.ſi alienus, 37.de noxalib.

Exceptio hæc, tibi non competit ius agendi, non poteſt opponi poſt ſententiam nec reddit iudicium retrò nullum, l.cùm putarem, 36.famil.erciſcund.

Exceptiones, quæ requirunt altiorem indaginem, non admittuntur in cauſis ſummariis, ſed in cauſis principalib.reſeruantur, l.3.§. ibid.ad exhibend.

Exceptio dicitur habere altiorem indaginem, propter iuris ſubtilitatem, gloſſ.ſi obſcurior, ibid.

Exceptiones aliquæ contra interdictum, quòd vi aut clàm, non admittuntur, glo. ſi obſcurior, ibid.

Exceptio non obſtat ei, qui furti acturus egit ad exhibendum, & ſuccubuit, ſi nunc pro alio furto acturus agit ad exhibendum, l. de eo, 12.§.item, ſi ei, eod.

Exceptiones legitimæ etiam confeſſo non denegantur, l.ſi filius, §. fi.de interro. action.

Exceptio iuramenti quando eſt dubia, & ſic requirit altiorem indaginem, non impedit litis ingreſſum, ſed reſeruatur in proceſſu probanda, l. nam poſteà, 9.& ibi gl.exceptioni, de iureiur.

Exceptio iam nata tempore non tollitur, ſed eius natiuitas impeditur tempore, † gl.ſtatutum, & ibi add.marg. in d.l.nam poſteà, §.ſi minor, eod.

Exceptio poteſt opponi per verba etiam dubitatiua, putà credo me non teneri, vel ſimilia, l. iuſiurandum, 34.in add.marg.eod.

Exceptio omiſſa parit actionem, l.ſed & ſi, §.1.de condict.indeb.

Exceptione perpetua, id eſt, generali & fauorabili tutus ſoluens quocunque errore repetit ſolutum, ſecus ſi eſſet exceptione odioſa tutus, l. qui exceptionem, 40.& gloſſ. 2. in l.Iulianus, 60.eod.

Exceptio fauorabilis dicitur illa, quæ principaliter in fauorem eius, cum quo agitur eſt inducta, odioſa verò, quæ principaliter in odium eius, qui agit, eſt inducta, d.l. qui exceptionem, eod

Exceptione odioſa ſcilicet metus, vel doli tutus ſi per errorem ſoluit, reperit, † Doct. reprob. gl.pecuniam, ibid.

Exceptione iuris rigoris ſeruandi cauſa inducta tutus ſi quis ſoluerit per errorem, non repetit, veluti tutus exceptione litis pendentiæ, d.gl. pecuniam, & ibi add.& gl.2.in l.Iulianus, 60.eod.

Exceptione temporali tutus ſi ſoluerit, non repetit ſolutum ſiue in diem expreſſum, ſiue tacitum ſit tutus exceptione, d.gl.pecuniam.

Exceptione tutus perſonaliter obligatus ſi ſoluat, non repetit, glo.1.in l. ex quibus, 51. eodem.

Exceptione dubia tutus dubietate pendente ſoluens per errorem repetit, vt indebitum, ſecus ſi eſſet tutus exceptione dilatoria temporali, l.ſufficit, 56. eod.

Exceptione iuriſdictionis conſeruandæ gratia tutus ſolutum non repetit, glo. 2. in l.Iulianus, 60.eod.

Exceptio faciliùs paratur, quàm actio, & ideò acceptilatio inutilis quandoque valet in vim pacti, ſed non ſtipulatio, l.1. §. eum, qui, & ibi gl. non animo, de conſtit. pecun.

Exceptione fauorabili tutus ſi conſtituat ſe ſoluturum, non tenetur de conſtituto, ſecus ſi tutus exceptione odioſa ſe conſtituerit, gl.per exceptionem, in l. 3. §.ſi quis, eod.

Exceptio fauorabilis dicitur pacti de non petendo, & non numeratæ pecuniæ, & exceptio iuramenti delati, exceptio tamen odioſa dicitur Macedoniani, d. gl. per exceptionem, & ibi add.marg.

Exceptiones inhoneſtę competentes fideiuſſori dicuntur, quando actor iniquum ius impetrauit, cùm fuiſſet fideiuſſor pro aliquo, vel quando fideiuſſori fuit factum pactum de non petendo à ſe, ſi foderet vineam, cùm eſſet in dignitate, gl. minùs, in l. idémque, §.generaliter, mandati.

Exceptio, quæ competit actori non tranſit ad ſucceſſorem, ſi in eius perſona cauſa cedendæ actionis deficiat, aliàs ſecus, l. quæſitum, §.pe.de peculio.

Exceptio alicui faciliùs datur, quàm actio, gloſſ. tueri, in l. depoſui, 38. §.1.eod.

in Exceptione licèt ſuccumbat quis, non prohibetur illud in iudicium per modum actionis deducere, ſi non tendit ad eundem effectum, aliàs ſecus, l.vendicantem, 17. de euictio.

Exceptio præpoſterationis vnius iudicij ad aliud ſi non apponatur, nihilominùs tenet iudicium, glo.actum, in l.ſi mancipium, 34.§.ſi communi, de euictio.

Exceptio præpoſterationis eſt de apicib.iuris, ibid.

Exceptio excuſſionis eſt de apicibus iuris, & ideò non poteſt opponi, vbi agitur de bono, & fauore publico, d.gl.actum, in add.marg.

Exceptiones contrarias eodem & diuerſis temporibus poteſt quis opponere, gloſſ. ex ſtipulatu, in l. minor, 39. §. 1. eodem, & l. cùm de indebito, 25. de probation.

Exceptiones, quæ actioni directæ obſtant, non obſtant vtili, gl. liberatus, & ibi add.marg. in l.cùm ea, 68.§.fi.de euictio.

Exceptio eſt genericum nomen cuiuſque defenſionis quoquomodo actioni obiectæ, quæ in genere eſt actionis excluſio, licèt dilatoria & intentionis excluſoria propriè ſit exceptio, in add.mar.in rub. de exceptione rei venditæ.

Exceptio legitima dicitur, quæ replicationis ope elidi non poteſt, ſecus autem habetur pro non legitima, ibid.

Exceptio rei venditæ datur interdum etiam re non tradita, ſi alitér ſine vitio poſſeſſionis fuerit apprehenſa, & interdum etiam re tradita non competit, veluti quando ſubeſt aliqua cauſa vendicandi, l.1.§.fi.eod.

Exceptio rei venditæ, & traditæ non tantùm ei, cui res tradita, vel quaſi tradita eſt, ſed etiam eius ſucceſſoribus, & emptori ſecundo, & ſi ei non fuerit tradita, competit & prodeſt, l.fi.eod.

Exceptio, quòd mandatum non ſit ſufficiens, vel non ſit legitimum, poteſt opponi etiam poſt litem conteſtatam, & in quacunque parte iudicij, l.2.C.de eo, qui pro tutore.

Exceptio tutoris illegitimi poteſt opponi in quacunque parte iudicij, d.l.2.

10 Exceptio cedendarum actionum etiam poſt ſententiam poteſt opponi, gloſſ. 4. in l.2.C. de contrario iudicio tutelæ.

Exceptio omnis, quæ non tractat de æquitate ſententiæ, opponi poteſt etiã poſt ſententiam, d.gl.4.in add.marg.

Exceptio, quòd talis teſtis tempore, quo depoſuit, vel talis iudex erat infamis, vel excommunicatus, non excludit, quia oportet etiam addere, quòd illo tempore etiam reputabatur pro excommunicato, vel infami, l. 1.C. de teſtament.

Exceptio heredis excipientis, quòd ipſe eſt intra tempus conficiendi inuentarium oppoſita contra creditores hereditarios, vel legatarios agentes, impedit litis conteſtationem, l.ſcimus, §.donec, C.de iure delib.

Exceptio rei ſuæ non valet, gl fi in l.2.C de repudian.heredit.

Exceptio falſitatis oppoſita in iudicio poſſeſſorio reiicitur & reſeruatur in iudicio ordinario, gl.2 in l.2.C.de edicto Diui Adriani.

Exceptio falſitatis non impedit, quin ſcriptus heres mittatur in poſſeſſionem, d. l.2 & ibi gl.2.

Exceptio epiſtolæ diui Adriani, eſt anomala, & poteſt opponi vſque ad ſententiam, ſed non poſt ſententiam, niſi ſit appellatum, † gl.ſed nunquid, & ibi add. in §.ſi plures, de fideiuſſor.

Exceptio falſitatis, hoc eſt, excipiendo ſi obiiciatur in iudicio petitorio, ſimul cum cauſa principali cognoſcitur, ſi verò de falſitate obiiciatur in vim accuſationis, tunc præponitur criminis cognitio, gloſſa 2.in l. 2. C. de edicto diui Adrian.

Exceptio maioris ætatis oppoſita contra mulierem venditam proclamantem in libertatem, eſt inanis, & nulla, l.non ideò, 5. C.de liberali cauſa.

Exceptio præſcriptionis & ante, & poſt litis conteſtationem poteſt opponi, probari tamen debet poſt litis conteſtationem, l.emptor, 9.& ibi glo.3.C.de præſcrip.longi temp.

11 Exceptio præſcriptionis eſt peremptoria, & ideò poteſt opponi etiam vſque ad ſententiam, d.gl.3.

Exceptio eſt actionis excluſio, gloſſ.4.in l.ſi quis emptionis, 8.C.de præſcrip.30. vel 40.ann.

Exceptione annali ſublata ex contractu Italico currunt & locum habent præſcriptiones, quæ 10. 20. vel 30.aut 40.annis ſunt introductæ, vel quæ minorib. ſpatiis, ſcilicet triennio, vel quadriennio concluduntur, l.1.C. de annali exceptione.

Exceptio noua poteſt opponi in cauſa appellationis, quæ exceptio ad primum petitum pertineat, gl.perſequatur, in l.eos, qui, § ſed quid, C de appel.

Exceptionem contra perſonam actoris, vel contra libellum, vel procuratorem ſi reus oppoſuerit, non poterit poſteà opponere exceptionem incompetentis iudicis, gl.1.in add.in l.fi.C.de except.

Exceptio præſcriptionis, quæ competit parti, debet ei per iudicem obſeruari, & non auferri, l.adulter, 5.C.de adulteriis.

Exceptio falſi cauſa differendæ executionis, vel proceſſus non debet admitti, ſed debet debitor ad ſolutionem compelli, reſeruato iure accuſandi, l. 2.C. de falſis.

Exceptiones non in pœnam, ſed propter ſubiectorum libertates introductę ſunt, gl.diligentia, in §.1.in auth.de tempore non ſolutæ pecuniæ, col.7.

Exceptionibus & defenſionibus pluribus, poteſt quis vti, in quibus ſufficit, ſi vnã earum probet, quod ad cauſæ victoriam ſatis eſt, niſi requireretur omnium concurſus, vel niſi ad omnium probationem ſe adſtrinxiſſet, gl.fi. in add.margin.in l.2.C.de delatoribus, lib. 10.

Exceptio excommunicationis iure ciuili admittitur, c.1.in princ.& ibi add.margin.hic finitur lex, in vſib. feudorum.

12 Exceptio dicitur habere altiorem indaginem, quando non poteſt expediri intra tantum tempus, quantum proceſſus principalis, gl.ſummariè, col. 1. in extrauag.ad reprimendum, quomodo in crimi.

Exceptio & retentio faciliùs datur, quàm actio, §.certè, Inſt.de rerum diuiſione.

Exceptiones ſunt arma reorum, & fuerunt inuentæ ad defendendum non ad offendendum, in princ.Inſt.de exceptio.

Exceptiones fundantur præcipuè in æquitate, d. princip. & in §. 1. & 2. Inſtit. eodem.

Exceptio iuriſiurandi actionem non tollit, ſed eam elidit, §. æquè Inſtit. eod.

Exceptio iuriſiurandi poteſt opponi contra realem actionem, quæ exceptio repellit agentem in rem, ibid.

Exceptio iuriſiurandi eſt mixta, d.§ æquè, in add. marg.

Exceptiones, quarum vſus eſt neceſſarius, quædam ſunt ciuiles, quædam prætoriæ, §.hæc exempli, Inſt. eod.

Exceptiones quædam ſunt perpetuæ, quædam temporales, §. appellantur, Inſtit.eodem.

Exceptio firmat regulam in non exceptis, gl.ex his, in additione, in §.item placet, Inſt.de donatio.& §.vt autem lex, in auth.de non alienandis.

Exceptio quantùm ad verba de regula eſt, ſed non quantùm ad iuris diſpoſitionem, † glo.1.ad fi.in l.1, de regul.iuris.

Exceptio non ampliat textum, vltrà quàm priùs regula comprehendebat, imò talis exceptio intelligitur facta ad abundantiam, l.fina.iuncta, glo.1.quod quiſque iuris.

Reliqua verbo, Adulterium, 5.Iudex, 48.

13 EXCEPTIO ne quis conueniatur vltra, quàm facere poteſt ſicut eſt perſonalis ex parte eius, cui competit, ita & ex parte eius, contra quem opponitur, & ſic paſſiue, l Neſennius, 41.de re iudicat.

Exceptio, quòd quis damnatur inquantùm facere poteſt, eſt perpetua, & peremptoria quoad proceſſum, quia non impedit litis ingreſſum: item poteſt opponi poſt litis conteſtationem vſque ad ſententiam, imò & poſt ſententiam in executione, ſed dilatoria & temporalis dicitur reſpectu ſolutionis, & exactionis, quia differt ſolutionem integram, quouſque veniat ad pinguiorem fortunam, item quoad impediendam repetitionem ſoluti, † gloſſ. final. in l.inter eos, 19.eodem.

Exceptio, quòd non teneantur vltrà quàm facere poſſunt, quam habent ſocius, parens, patronus, vel maritus, non competit eorum fideiuſſoribus, ſi conueniantur tanquam fideiuſſores, ſecus ſi quaſi defenſores conuenirentur, l.exceptiones, 7.& ibi gl.2.de except.

Exceptio, ne quis conueniatur, niſi inquantùm facere poteſt, eſt temporalis, & non perpetua, l. 4.§.1.de muneribus, & gloſ. 1.ad fi.in §.appellantur, Inſtit. de exceptio.

Reliqua verbo, Beneficium, 1.2.3.4.Donator, 1.2.3.Liberalitas, Maritus, 42.43.Præiudicium, Replicatio, Reus, Socer, 1.Socius, 24.Soluens, 7.Pactum, 3.7.

EXCEPTIO reo competens non competit eius fideiuſſori, niſi integro rei ſtatu manente, & hoc verum eſt in contractib.ſed non in iudiciis, gl.quid ergo in l.ſed & ſi, ſi quis caution

Exceptio ſeu defenſio non ſiſtendi iudicio competens reo condemnato, competit eius fideiuſſori, d.l.ſed & ſi, & ibi gl.quid ergo.

Exceptio ſuperueniens reo prodeſt fideiuſſori, l.ſi is, qui, eod.

Exceptiones omnes, quæ competunt fideiubenti pro libero deſiſtendo iudicio, competunt fideiubenti pro ſeruo, præterquam ſi reipub cauſa abeſſe diceretur, l.ſi quis ſeruum, eod.

Exceptio, quæ eſt inutilis in perſona principalis, eſt etiam inutilis in perſona defenſoris, quod fallit in actione, quam cedit, vel dat creditor, quæ inutilis ſibi erat, eſt tamen vtilis ei, cui ceditur, l.& heredi, §.nos autem, & ibi gl.defenſori, de pactis.

Exceptio debet ſumere originem in perſona principalis, & poſteà facere tranſitum in fideiuſſorem, l.ſi vnus, §.ſi cum reo, eod.

Exceptio reo competens, eius fideiuſſori proficit, gl.perſona, in l.poſtquàm, vt legatorum nomine caueatur.

Exceptio principalis licèt proſit eius fideiuſſori, ſecus tamen eſt in expromiſſore, l.qui libertinus, 37.§.fi.de operis libertorum.

Exceptio, quæ obſtat deleganti, obſtat ei, cui facta eſt delegatio ex cauſa lucratiua, & etiam ei, cui ex cauſa oneroſa, putatiua tamen, & non vera, l.2.§. aliud, de donationib.

Exceptio merè perſonalis competens domino, competit etiam eius procuratori, & defenſori, ſed non eius fideiuſſori, vel heredi, l.ſi cum procuratore, 23. cum duab.ll.ſeq.de re iudi.

Exceptio competens marito ne conueniatur vltrà, quàm facere poteſt, non competit eius heredibus, niſi filij communes eiuſdem matrimonij ſucceſſerint ei, ſecus eſt in filiis ex alio matrimonio habitis ſuccedentib.marito, † gl.fi.in d. l.ſi cum procuratore, & l.ſciendum, 25.& ibi gl. 1.eod.reprob.gl.1.in l.etiam, 18.ſoluto matrim.

Exceptio merè perſonalis obſtans deleganti, non obſtat ei, cui facta eſt delegatio ex cauſa lucratiua, vel oneroſa, l.Neſennius, 41.de re iudicata.

Exceptiones merè reales etiam fideiuſſoribus competunt, vt rei iudicatæ, doli mali, iuriſiurandi, & quod metus cauſa factum eſt, l. exceptiones, 7. §.1.de exceptio.

Exceptio, quæ competit mulieri intercedenti, competit eius fideiuſſori, ibid.

Exceptio, quod libertatis onerandæ petitur competens principali, datur etiam eius fideiuſſori, ibid.

Exceptiones reales, quæ reo competunt, competunt fideiuſſori etiam inuito reo, l.poteſt eam opponere etiam inuito reo, l.omnes, & ibi gl.1.eod.

Exceptio competens venditori tranſit ad emptorem, l.ſi mater, §.idem Iulianus, de exceptione rei iudic.

Exceptio cohærens rei veluti furtiua, vel vi poſſeſſa poteſt obiici etiam emptori, quia vtitur ipſe adminiculo ſui authoris, l.apud Celſum, §.de authoris, & ibi gl.cohærentem, & gl.traditur, de doli mali exceptione.

Exceptio omnis non perſonalis aduersùs ſucceſſorem etiam in rem, vt exceptio iuriſiurandi, metus & ſimiles tranſmittuntur, d.gl.cohærentem, in add. marg.

Exceptio cohærens perſonæ authoris non nocet emptori, niſi velit vti acceſſione ſui authoris, ſed hodiè nocet indiſtinctè, d.§.de authoris, & ibi gloſſa de authoris.

Exceptiones rei cohærentes, & cætera rei commoda ex perſona rei principalis, etiam inuito eo, poſſunt competere fideiuſſorib.cęteriſque acceſſorib.vt mandatorib.l.ex perſona rei, 32.de fideiuſſ.

Exceptio obſtans cedenti obſtat etiam ceſſionario, ſi ſit eadem exceptio illa quę obiicitur ceſſionario, & quæ cedenti, ſed ſi ſit diuerſa, tunc ſecus eſt, gl.inſolutum, in additione marg.in l.cum is, qui, 36.eod.

Exceptio obſtans cedenti non obſtat ceſſionario, quando illud, quod eſt cauſa exceptionis, purgatur, & tollitur facta ceſſione, gl.fi in add.marg ibid.

Exceptio, quæ competit principali, competit eius fideiuſſori, dummodò cohæreat rei, & non perſonæ, l.ſi teſtamento, 49. eodem.& gloſſa 1.in l. cum mandatori, 12.C.de non numerat.pecun. & l.conſtitutionibus, 20.C.de vſuris, & l. final. §. final. C. de vſuris rei iudica. & gloſſa 1.in l. ſicut proponis, 18.C.de fideiuſſor.

Exceptio cohærens perſonæ, quæ obſtat deleganti, non obſtat ei, cui facta eſt delegatio, l.pe.de nouat.

Exceptiones reo debitori competentes competunt etiam eius fideiuſſoribus ex perſona debitoris, gl.1.in d.l.cum mandatori, C.de non num.pecu.

Exceptio perſonalis cohærens perſonæ principali non porrigitur ad eius fideiuſſorem, gl.acerbitatem, in l.1.§.fi.C.de except.rei iud.

Exceptio, quæ reo principali competit, ſtatu mutato, non porrigitur ad eius fideiuſſorem, l.1.C.de fideiuſſor.

Exceptio Diui Adriani competens fideiuſſorib.ad diuidendas actiones, anomala eſt, gl.fi.in l.fideiuſſor, 10.C.eod.

Exceptio, quem de euictione tenet actio, etiam locum habet contra fideiuſſorem, l.exceptione, 11.C.de euictio.

Exceptio reo competens ſi eſt in rem, regulariter proderit eius fideiuſſori propter actionem mandati, qua reus ſibi tenetur, §.fi.Inſt.de replicatio.

Exceptio perſonalis reo competens, veluti ceſſiones bonorum, & ſimiles, ad fideiuſſores nullatenus ſe extendunt, ibid.

item vbicunque dicerem iudicium fuisse nullum,vt quia sit venalis sententia, vel falsis testib.vel instrumentis iudicata, vel cum Iudex non est suus,item si iniquè sub iudice compulsus est eo tempore,quo compelli non debuit,d.gl.1.

22 EXCEPTIO pacti de non petendo competens fideiussori mediante pacto debitoris,potest tolli sibi per ius iniquum impetratum à debitore,si impetrationi fideiussor ipse consenserit expressè, † g.. exceptione vti, in l.3. §.si is, pro quo,quod quisque iuris.

de Exceptione pacti conuenti,doli mali,iurisiurandi, & rei iudicatæ poterit cognoscere iudex in actione ad exhibendum,l.3.§.ibidem ad exhibendum.

Exceptio pacti conuenti non conuenit heredi matris, quæ mater ex conductionis contractu viro erat obligata,licèt heres ipsius matris illud pactum apposuerat de lucrando mercedem percipiendam ex fundo dato in dotem,l. quidam,22.de pactis dotalib.

Exceptio pacti competens reo regulariter competit etiã fideiussori, fallit,quando fideiussor sit talis,quòd contra reum non habet regressum, l. si quis reum, de liberatione legat.& l.exceptiones,7.de exceptio.

Exceptionem conuentionis patitur ille, qui post prohibitionem permisit opus fieri,si interdictum,quod vi aut clàm proponat,& idem,si eius procurator vel tutor,qui tutelam pupilli administrat,aut curam furiosi,vel adolescentis permisit post prohibitionem opus fieri,l.3.§.sed si permiserit,quod vi aut clàm.

Exceptio pacti conuenti perpetui,'dcit,ne omninò pecunia petatur,-dicitur perpetua,& peremptoria,l.3.de exceptio.

Exceptio perpetua pacti de non petendo,vel doli repellit petitionem aduersarij, l.creditoris,5.C.de pactis.

Exceptio pacti de non petendo est fauorabilis,gl.pe.ibi.

Exceptio pacti de non petendo non tollit actionem, sed eam elidit, §. præterea, Inst.de exceptio.

Reliqua verbo,Debitor,56.vsque 59.Pactum,19.vsque 23.

23 EXCEPTIO iurisiurandi dicitur exceptio litis finitæ,l.1.de iureiuran.

Exceptio litis finitæ datur ex transactione,ex iureiurando, & ex sententia, gl.1. in l.2.eod.

Exceptio iurisiurandi non cohæret personæ, & sic iuramentum ex parte iurantis est in rem quoad hoc,vt non solum sibi, sed etiam successoribus competat,l. ait prætor,7 cum seq.eod.

Exceptio iuramenti impedit litis ingressum,cùm agendum sit per litis contestationem,l.nam,postquam 9.eod.

Exceptio iuramenti oritur ex iuramento contra omnem actionem, quæ oritur ex eadem causa, super qua iuratum est, secus contra actionem, quæ ex alia causa oritur,l.in duobus,28 §.exceptio,& ibi glo.quæstio,eod.

Exceptio transactionis, quæ impedit litis contestationem, si omittatur à parte, non redd.it iudicium nullum, l.eleganter,§.si quis,de condictione indebiti.

Exceptio transactionis,quæ superuenit post contestationem, potest opponi post litis contestationem,& idem operatur,ac si fuisset opposita ante contestationem,d.§.si quis,& ibi gl.transactum,eod.

Exceptio transactionis,& rei iudicatæ impediunt litis ingressum, & processum negotij principalis, secus est in alijs peremptorijs, gl. contestari, & ibi add. marg.ibi.

Exceptione iurisiurandi tutus per errorem soluens repetit, l.si quis iurasset, 43. de condictione indebiti.

Exceptio solutionis,transactionis,& acceptilationis dicitur exceptio litis finitę, l.cùm quærebatur,& ibi add.marg.iudicatum solui.

Exceptio,quæ competit patri,& patrono ne intentetur actio famosa,impedit litis ingressum,gl.1.in l.vir bonus,eod.

Exceptio, quæ competit contra hæreticum, vel Iudæum, vel alium, petentem rem,quam sibi habere non licet,impedit litis ingressum,ibi.

Exceptio transactionis,rei iudicatę,& iurisiurandi impedit litis ingressum,quòd habet locum generaliter etiam in omni exceptione peremptoria, quæ est rei finitæ,d gl.1.& ibi add marg.

Exceptio litis pendentiæ impedit litis contestationem in omni casu, quo rei iudicatæ exceptio impediret, quod verum est,quando exceptio litis pendentiæ apponitur coram iudice, non coram arbitro,gl.det, in additione marg in §. quia verò,in authent.de iudicibus,col.6.

Exceptio præscriptionis 30.vel 40.an.impedit litem moueri, cùm tanto tempore omne sit ius extinctum,l.4.C.de præscriptio.30.vel 40.ann.

24 EXCEPTIO dominij potest opponi agenti actione commodati, licèt opponens habuerit causam ab agente ex contractu commodati, † gl.1.in l. ita vt vel fur,commodati.

Exceptionem dominij non potest opponere prædo conuentus rei vendicatione, & hoc speciali iure,quia durior est causa delicti,quam contractus,ibid.

Exceptionem dominij non potest opponere depositarius, & commodatarius contra deponentem,vel commodantem,cum ab eis habeant causam,gl.depositi,in l.1.§.si prædo,depositi.

Exceptio dominij sui potest opponere ille,contra quem agitur commodati,vel depositi,cùm dominium proprium impediat contractum,l. qui rem,depositi.

Exceptio dominij non obstat semper agenti Publiciana,glo. 1. in l.si quis rem, 24.de excep.rei iudicatæ.

Exceptio dominij,quæ adquirit altiorem indaginem,non obstat agenti interdicto adipiscendæ possessionis,sed ei debet per iudicem reseruari,l.fi.C.quorum bonorum.

25 EXCEPTIO rei iudicatæ non opponitur agenti actione quod metus causa,licèt in condictione ob turpem causam perdiderit, gl.recte, in l.nec timorem, de eo,quod metus causa.

Exceptio rei iudicatæ oritur ex sententia contra omnem actionem, quæ oritur ex eadem causa,super qua iudicatum est, secus contra actionem, quæ ex alia causa oritur,glo.quæstio,in l.in duob.28.de iureiurando.

Exceptio rei iudicatæ non dicitur inducta ob iuris rigorem seruandũ, † reprob. glo.pecuniam,in l qui exceptionem,40.Doct.ibi de condictione indeb.

Exceptio rei iudicatæ ex vna causa non nocet, cùm ex alia causa agitur, †.gl.2. in l.habebat, de tributor.actione.

Exceptio rei iudicatæ opponitur ei, qui succumbit in exceptione, si illud idem in modum actionis velit intentare,l.quod in diem,§.fi.de compensat.

Exceptio rei iudicatæ obiicitur etiam in accessoriis,quæ,sublato principali, d[...] rare non possunt,gl.obiici,ibid.

Exceptionem rei iudicatæ, vel solutæ pecuniæ, vel iuramenti delati oppon[...] de eo, quod nunc sibi petitur, tenetur eam probare, l. in exceptionib.19[...] probatio.

Exceptio rei iudicatæ obstat,quoties eadẽ quæstio inter easdem personas re[...] catur,l.3.de exceptione rei iudic.

Exceptio rei iudicatæ obstat ei,qui singulis rebus petitis,rei vendicatione he[...] ditatem petit ex eadem causa,vel econtrà,ibid.

Exceptio rei iud.comprehendit omnes personas, quæ possunt rem deducere[...] iudicium,cum habebant legitimam administrationem publicam, vel pri[...] tam,& ideò si fuerit victus tutor,curator,vel procurator, exceptio obstat [...] pillo,adulto,& ei,qui procuratorem dedit,l.4.& ibi gl.1.eod.

Exceptio rei iudicatę non obstat domino,quando coniuncta persona agens,[...] sine mandato rectè potest agere,succubuit,nisi dominus ratum habuit, g[...] 1.ibid.

Exceptio rei iudicatæ prodest reo, si ab eo petatur, quando quis admissus [...] ad defendendum aliquem oblata cautione iudicatum solui, & sententia [...] fuit pro eo,qui se obtulit defensione,non tamen noceret reo exceptio rei [...] dicatæ,nisi esset tutor,vel curator,ibid.

Exceptio rei iudicatæ obstat agenti alia actione ex eadem causa,gl. sufficere[...] gl.in l.singulis,eod.

Exceptio rei iudicatæ obstat petenti partem ex eadem causa, ex qua petiit [...] tum, & succubuit, secus si ex diuersa causa, siue illud totum consisteret [...] quantitate, siue in re, l.si quis cum totum,eod.

Exceptio rei iud.catæ obstat petenti partem fundi pro indiuiso, vel pro di[...] aut certum locum ex eo fundo,quem petiit,& succubuit,ibid.

Exceptio rei iudicatæ obstat petenti vnam rem, vel vnum corpus ex duob.[...] petierat,vel succubuit,ibid.

Exceptio rei iudicatæ obstat petenti arbores excisas ex eadem causa ex fun[...] quem petiit rei vendicatæ,& succubuit,ibid.

Exceptio rei iudicatæ obstat petenti lapides, & tigna ex eadem causa, ex [...] domum, vel aream petiit, & succubuit,secus si ex alia causa,d.l.si quis [...] totum & ibi gl.lapides.

Exceptio rei iudicatæ obstat vendicanti singulas tabulas nauis ex eadem ca[...] ex qua nauem petierat,& succubuit,ibid.

Exceptio rei iudicatæ obstat petenti vsumfructum partis fundi ex eadem ca[...] ex qua vsumfructum totius fundi petiit,& succubuit glo.in iure,ibid.

Exceptio rei iudicatæ obstat petenti partem hereditatis ex eadem,causa,ex [...] totam hereditatem petierat,& succubuit,ibid.

Exceptio rei iudicatæ obstat petenti vsumfructum causalem ex eo fundo, qu[...] rei vendicatione petiit, & succubuit, sed non obstat petenti vsumfruct[...] causalem ex eo fundo, ex quo petiit vsumfructum formalem, & succub[...] ibidem.

Exceptio rei iudicatæ obstat ferè in omnib.casib.in quib.eadem res petitur,[...] toties videtur peti, quoties apud iudicem posteriorem id quæritur, q[...] apud priorem quæsitum est, d. l. si quis cùm totum, §. si ancillam, cod [...] titul.

Exceptio rei iudicatæ non obstat petenti partum ancillæ,quam dicens pręgn[...] tem esse,cùm non esset, petiit, & succubuit, & ipsa postea post litis conte[...] tionem concepit,& peperit, nisi in petitione ancillæ obtinuerit, & restit[...] fuerit ancilla cum æstimatione partus,dict. l.si quis cùm totum, §. de fru[...] bus,eodem.

Exceptio rei iudicatæ non obstat petenti fructus fundi, quem petiit, & suc[...] buit,nam bene potest petere fructus,qui non erant in reb. humanis temp[...] petitionis fundi,nisi in petitione fundi obtinuerit,& sibi restitutus fuerit [...] dus,cum æstimatione fructuum,d.§.de fructib.

Exceptio rei iudicatæ non obstat petenti id,quod prouenit ex re petita, si id [...] se peti potest,aliàs obstat,gl.non noceat,ibid.

Exceptio rei iudicatæ obstat, quoties inter easdem personas eadem quæstio [...] uocatur etiam alio genere iudicij vel actionis,& ideo si hereditate petita [...] gulas res petat ex eadem causa,qua primò petiit hereditatem,vel singulis [...] bus petitis hereditatem petat ex eadem causa,ex qua petiit singulas res,re[...] litur exceptione,secus si ex alia causa,d.l.si quis cum totùm,§.penul. & ibi [...] petat,eodem.

Exceptio rei iudicatæ obstat petenti totam hereditatem ex eadem causa,ex [...] petiit vnam rem hereditatis,& succubuit,quasi non esset heres,secus si suc[...] buit,quia ea res non erat hereditaria,gl.petat,ibid.

Exceptio rei iudicatæ obstat hereditatem petenti, qui anteà debitum pet[...] debitore hereditario, & succubuit, vel econtrà petenti debitum heredi[...] rium, qui petiit anteà hereditatem,& succubuit,dict.l. si quis cùm totum [...] fin.eodem.

Exceptio rei iudicatæ obstat agenti familiæ erciscundæ, vel communi diuid[...] do,qui anteà fundi partem petiit,& succubuit,l.item parte,eod.

Exceptio rei iudicatæ competens contra venditorem, vel authorem,ante ve[...] tionem,vel etiam post,transit contra emptorem, ac singularem successor[...] sed non econtra exceptio competens singulari successori, vel emptori [...] transit ad authorem, vel venditorem re ad ipsum reuersa, l. si à te here[...] tem,§.fi.& ibi gl.solere,& ibi add.marg.eod.

Exceptio rei iudicatæ ex persona emptoris non obstat venditori petenti re[...] eo,qui euicerat ab emptore,d.§.fin.

Exceptio rei iudicatæ obstat in omnib. quando in petitione hereditatis præ[...] sit petitio generalis,& specialis persequutio,nisi actor ope restitutionis i[...] tur,l.si mater,eod.

Exceptio rei iudicatæ non obstat agenti contra venditorem ex eo,quòd ab[...] tus fuerit agendo contra emptorem,l.item,si euictus,eod.

Exceptio rei iudicatæ obstat in omnib.casib. quando in actione reali petitio [...] generalis,& persequutio specialis,secus si vna causa specialiter exprimatu[...] si mater,§.4.eod.

Excep[...]

Reliqua verbo, Abſolutoria, 1. Eadem Sententia, 42.

blicianam,ſi poſteà remillam à quocunque poſſeſſore vendicet, gl. actoris,in d.l.2.§.planè.

34 Exceptione doli mali repellitur etiam is, qui habuit ſcientiam rei alienæ, quæ loco doli accipitur,cùm nec vſucapere,nec Publicianam habere poſſit,ibid.

Exceptio doli poteſt opponi contra eum, qui commiſit dolum in obligatione perſonali,vt quia dolo promittentem induxit, ſiue bona fide eum induxit, ſi tamen cauſa deeſt,quæ adeſſe credebatur,ibidem.

Exceptio doli habet locum in dolo commiſſo in præteritum, vel etiam in præſenti,ibid.

Exceptio doli mali nocet ei,qui ſine cauſa ſtipulatus eſt, ſi poſteà ex ea ſtipulatione agat,quia licèt tempore ſtipulationis nihil dolo admiſerit, quia credebat cauſam ineſſe,tamen cùm litem conteſtatur,dolo facere videtur, eò quòd perſeuerat ex ea ſtipulatione petere,d.l.2.§. circa primam.

Exceptio doli obſtat ei, qui crediturus pecuniam ſtipulatus eſt ab aliquo, nec credidit,cùm non ſit ſequuta cauſa,ibid.

Exceptio doli datur vbicunque poteſt dari alia quælibet exceptio, d.l.2.§. & generaliter,& gl.culpa,in l.apud Celſum,§.item quæritur,eod.

Exceptionem doli habet reus,qui conuenitur ad pœnam quam promiſit, ſi non ſtaret arbitri præcepto,quando pœna fuit commiſſa ex eo, quòd non ſtetit ob aduerſam valetudinem,l.apud Celſum,§.ſi in arbitrum,eod.

Exceptio doli datur contra petentes iterum debitum, quib. non rectè fuit ſolutum,veluti pupillis ſine tutore,aut furioſis,aut adultis curatorem habentib.& his,quibus eſt interdictum bonis, ſi illi ex ſolutione facti ſint locupletiores, d.l.apud Celſum,§.ſi quis pupillo,& ibi gl.in ceteris.

Exceptione doli repellitur ille,qui petit, quod promiſſum eſt ſub pœna, & cum eo ipſam pœnam,d.l.apud Celſum,§.Labeo ait.

Exceptione doli mali repellitur ille, qui petit aliquid ex teſtamento contra voluntatem teſtatoris,& ideò heres inſtitutus in teſtamento,de cuius inſtitutione pœnituit teſtator,expreſsè, vel tacitè,ſi petat hereditatem ex dicta inſtitutione, repellitur à legitimo herede,vel à creditorib. hereditariis exceptione doli mali,d.l.apud Celſum,§.prætereà,& ibi gl.contra voluntatem,eod.

contra Exceptionem doli mali ſpecialem non datur replicatio doli, ſed bene contra exceptionem doli generalem,d.l.apud Celſum,§. Marcellus, & ibi gl. Marcellus,eod.

35 Exceptio doli licèt non infamet,grauat tamen opinionem,vnde filius,vel libertus non admittitur ad opponendam eam contra patrem, vel patronum, d.l. apud Celſum,§.aduersùs,& ibi add.marg.

Exceptio doli ſemper, & quandocunque poteſt obiici domino, & patri ex dolo commiſſo à ſeruo,vel filio in peculiari cauſa, & etiam ex dolo commiſſo ab ipſo patre,vel domino,vt quia fecerunt pactum de non petendo, vel ſi petant pecuniam non numeratam,d.l.apud Celſum,§.in hac exceptione,eod.

Exceptionem doli mali tollunt reuerentia,& iuſta ignorantia,d.l.apud Celſum, §.aduerſùs,& ibi gl.aduerſùs,eod.

Exceptio de dolo tutoris rectè poteſt obiici pupillo agenti ex contractu tutoris dolo eius facto,ſed non de dolo protutoris, d. l. apud Celſum, §. ſi quis non tutor,eod.

Exceptio de dolo minoris 25. annorum poteſt obiici minori, & etiam pupillo ex ſuo dolo,ex ea ætate,quæ dolo non caret, d.l.apud Celſum, §. quæ in tutore,eod.

Exceptio doli ex perſona eius,in cuius locum ſuccedit,nocet ſuccedenti ex quacunque cauſa,quæ lucratiuam vel propter lucratiuam adquiſitionem habet,d. l.apud Celſum,§.ſi quis autem,& §.authoris,eod.

Exceptio doli quamuis non obiiciatur ſingulari ſucceſſori de dolo authoris,ſed exceptio metus poteſt obiici non ſolùm de metu ab authore, ſed etiam a quocunque adhibito,d.l.apud Celſum,§.fi.eod.

Exceptio doli perpetua eſt, licèt actio doli certo tempore finiatur,l purè, §. fi. eod.

Exceptio doli mali,vel alia non introducta fauore,vt pacti,vel rei iudicatæ, vel alia ſimili,quæ obſtabat deleganti,non obſtat creditori, cui facta eſt delegatio, niſi contra eum eadem ratio concedendæ exceptionis ſubſiſtat; l.doli mali,19.& ibi gloſſ.exceptionibus,de nouatio.

Exceptio doli, aut turpis cauſæ, aut iniuſtæ poteſt opponi etiam poſt biennium contra promiſſionem,† gloſſ.fi.in l. 1.C.de condictione ob turpem.

Exceptio,dolo facit,qui petit,quod ſtatim reſtituturus eſt,habet locum, quando quis paratus eſt incontinenti probare, ſecus quando altiorem indaginem requirit,gl.fi.in l.fi.C.quorum bono.

Exceptio,dolo facit,qui petit,quod ſtatim reſtituturus eſt, habet locum in petitoriis cauſis,non in poſſeſſoriis,glo.fi.in l.1.C.quorum legatorum.

Exceptio,vel replicatio doli poteſt perpetuò contra pactum oppon.l. ſi pactum, 6.C.de exceptio.

Exceptio doli mali habet locum, vbicunque æquum eſt, exceptionem locum habere,ſiue alia competat,ſiue non,gl.per exceptionem,in §.certæ, Inſt.de rerum diuiſione.

Exceptio doli, quæ obſtat cedenti, non obſtat ei, cui facta eſt ceſſio etiam ex cauſa non lucratiua, l.apud Celſum, §. ſi cum legitimo, de doli mali exceptione.

Reliqua verbo, Dolus, 25.

36 EXCEPTIO quædam dicitur facti, & intentionis; quando quis vnam actionem ex duab.ſibi competentib. altera ipſo iure caret, ſcilicet exceptione facti,gl.alteram,in l.ſi,cum exceptione,§.eum,qui,de eo,quod metus cauſa.

Exceptionem facti, & intentionis habet abſens debitor, cuius nomine quis ſuo creditori ſoluit, cùm eum liberauerit ipſo iure, ſed ſi eum non liberaret ipſo iure,tunc habet exceptionem iuris,l.de qua re,74.§.fi.de iudiciis.

Exceptione intentionis emptor conuentus rei vendicatione repellit dominum, qui pretium rei ſuæ recepit à venditore,l.ſed & ſi lege, §. certè, & ibi gl.ſummoueri,de petitione hereditatis.

Exceptio ſolutionis,& diuiſionis dicitur exceptio intentionis, & facti, gl.fi.in l. ſi per imprudentiam,51.§.fi & ibi add.marg.de euict.

Exceptio facti, & intentionis dicitur illa, quæ ponitur ad excludendam actoris intentionem,quæ ipſo iure non tenet,gloſſ.2.in l.2.de exceptio.

EXCEPTIO Velleiani fauorabilis eſt, & mulier quocunque errore ſoluens per illam exceptionem, ſolutum repetit, l.qui exceptionem, 40. de condict. indeb.

Exceptio Velleiani in fauorem mulierum inducta eſt, & ideò ei renunciari poteſt,ſed exceptio Macedoniani in odium creditoris eſt inducta,& ideò filiusfamilias non poteſt ei renunciare,l.tamen,ſi,& ibi gl.1.ad Macedon.

Exceptio Velleiani, aut Macedoniani non oppoſita etiam poſt ſententiam poteſt opponi,ibid.

Exceptio Velleiani mulieri intercedenti competens,quæ obſtabat deleganti,obſtat etiam ei,cui facta eſt delegatio, quia & in ſecunda promiſſione nouante eſt interceſſio,l.doli,19.& ibi glo.exceptionib.de noua.

Exceptio Velleiani & Macedoniani etiam poſt ſententiam poſſunt opponi,gl.fi. in l.fideiuſſor,10.C.de fideiuſſorib.

Exceptio Macedoniani competens filiofamilias, quæ obſtabat deleganti, non obſtat creditori, cui facta eſt delegatio, quia in ſecunda promiſſione nouante nihil eſt factum contra Macedonianum,l.doli mali,19.& ibi gl.exceptionib. de nouatio.

contra Exceptionem Macedoniani rectè datur replicatio doli, illáque nocet in caſib.in quib.ceſſat Macedonianum,l. apud Celſum,§. contra Senatuſconſultum,& ibi glo.authoris,de doli mali exceptione.

Exceptio Macedoniani,quæ datur filiofamilias,datur & eius fideiuſſori, l.exceptiones,7.§ fi.de exceptio.

Exceptio Macedoniani odioſa eſt, & tutus illa exceptione ſoluens non repetit ſolutum,l.qui exceptionem,40.de condict.indeb.

Reliqua verbo,Debitor,56.vſque 59.Valleianum,Macedonianum,Fideiuſſor,14.15. Fœmina,1.Mulier,57.58.vſque 68.70.

EXCEPTIONES non numeratæ pecuniæ,& non numeratæ dotis ſimiles ſunt, & eas opponentes non tenentur probare, quod non dicunt, vel non ponunt, ſed dictum vel poſitum ab alio negant, gl.2. in l.in exceptionib. 19. de probatio.

Exceptiones non numeratæ pecuniæ,& non numeratæ dotis ſoluuntur tempore, niſi fuerint conteſtatæ,ſed aliæ exceptiones non tolluntur tempore, ibi.

Exceptio non numeratæ pecuniæ vel dotis peremptoria eſt, quia perimit,& impedit actionem,contra quam opponitur perpetuò,† reprob.gl.fi.in l.3.§.fi.de exceptio.

Exceptio non numeratæ pecuniæ ad interrumpendam præſcriptionem poteſt exhiberi coram alio iudice,vel eo deficiente,coram Epiſcopo, quando habet ille contra ſuum iudicem,l.ſi præſens,18.C.de Epiſco.aud.

Exceptionem non numeratæ pecuniæ habens contra extraneum,qui dicitur numeraſſe dotem pro vxore,poteſt proponere coram vno alio iudice,vel eo deficiente coram Epiſcopo, quando ille,qui dicitur numeraſſe dotem, fuerit factus poſteà iudex,ibid.

Exceptio non numeratæ pecuniæ datur etiam pro rebus,quæ pondere, numero, vel menſura conſiſtunt, alioquin quis contra ſuam confeſſionem non poſſet venire,d.l.ſi præſens,& ibi gl.2.

Exceptiones præter non num.pecun.& dotis licèt diu non opponantur,tempora tamen eis non currunt,gl.pen.ibid.

Exceptio non numeratæ pecuniæ poteſt opponi intra biennium tantùm,quando contractus eſt celebratus in ſcriptis, gl.rei geſtæ,in l. ſi non ſinguli, C.ſi certum petatur.

Exceptio non numeratæ pecuniæ poteſt opponi etiam poſt biennium, quando contractus non eſt celebratus in ſcriptis,ibid.

Exceptio non numeratæ pecuniæ competit ei,qui vltra debitum ſalarium permittit aduocato certam quantitatem confitendo ſe quaſi mutuam accepiſſe, intellige in id, quod excedit vltra legitimum modum, non verò in id, quod eſt infra legitimum modum,etiam intra biennium, gl.non numeratæ, in l. 3. C.de poſtulando.

Exceptio non numeratæ pecuniæ non cauſatur ex tempore,imò potiùs tempore finitur ſcilicet biennio,† gloſ.1.in l.fin.C.in quib.cauſ.in integrum.

Exceptionem non numeratæ dotis opponendi tempus currit minorib. fauore dotis, aduerſùs quem curſum ipſi heredes eorum reſtitui poſſunt intra 12. ann.à tempore nuptiarum,auth.ſi minor,C.de temporib.in integrum.

Exceptio non numeratæ pecuniæ olim intra quinquennium, hodiè intra biennium debet opponi,gl.ſpatio,in l.3,C.de poſtulando,& l.in contractib. 14.C. de non num.pecun.

Exceptio non numeratæ pecuniæ,ideſt,in factum opponi debet pro pecunia non numerata,& hoc in id, quod promittit vltra legitimum modum, gl. non numeratæ,ibid.in d.l.3.C.de poſtul.

Exceptione non numeratæ pecuniæ ciuiliter tantùm obligatis ſuccurritur ratione naturali,& non numerata pecunia dicitur etiam reſpectu creditoris, gl.in rub.C.de non nume.pecun.

Exceptio non numeratæ pecuniæ ſicut poteſt opponi pro tota quantitate confeſſata,& non numerata,ita & pro parte non numerata,l.2.C.eod.

Exceptio non numeratæ pecuniæ datur contra omnes,etiam patrem, vel patronum,gl.3.in l.3.C.eod.

Exceptio non numeratæ pecuniæ poteſt opponi contra priuatam ſcripturam debitoris, ſecus ſi alius ſcribat me debere cum teſtibus ſaltem tribus, gloſſ. penult. ibidem.

Exceptio non numeratæ pecuniæ poteſt opponi contra publicam ſcripturam, ſi ibi dicatur,confeſſus eſt ſe accepiſſe,ſecus ſi dicatur, quòd accepit,quia contra eam non datur exceptio,cùm tunc plenè probat,ibid.

Exceptio non numeratæ pecuniæ licèt non poſſit opponi contra publicum inſtrumentum,in quo continetur quòd accepit pecuniam, tamen contrarium, ſcilicet quòd non accepit,poteſt probari, ſicut contra aliud publicum inſtrumentum per tres,vel plures teſtes,d.gl.pe.

Exceptioni non numeratæ pecuniæ poteſt renunciari quantum ad hoc,quòd per oppoſitionem talis exceptionis non grauabitur actor onere probandi, ſed ſi renuncians velit onus probandi pecuniam non numeratam in ſe ſubire,poteſt opponere exceptionem doli,vel in factum,ibid.

Exceptioni non numeratæ pecuniæ renuncians poteſt opponere exceptionē doli, & inter

Excipiens dicitur agere, gl.intentio,in l.1.C.eod.& l.1.& ibi gl.2.de exceptio.

Excipiens exceptionem non numeratæ pecuniæ, & opponens exceptionem ſolutionis,& ſimiles quidem ſunt, quatenus vterque negat, ſed differunt, quia vnus factum negat, alter factum aſſerit, glo.fin.in l.aſſeueratio,10.C.de non numer. pecun.

Excipiens vbi nihil ponit,ſed poſitum negat, tunc probare nõ adſtringitur,vnde fit,quòd qui excipit de non numerata pecunia, cùm nihil adſtruat,ideò nihil compellitur probare, & ideò huiuſmodi exceptio nullo modo poteſt dici anomala,† reprob.gl.1.in §.appellantur, Inſtit.de exceptio.

EXCEPTOR dicitur, qui recipit, vt maſſarius, gl.exceptoribus,in §.his, qui cauſas in auth. de iudicib.col.6.

Exceptor dicitur notarius, vel ſcriptor,dictus ex eo,quòd hominum dicta excipit,ideſt,recipit, gl. exceptorem,in §.deinde eos, in authent.de defenſoribus, ciuit. col.3.

EXCLVSIO facta ſimpliciter per verbum vniuerſale,nullus alius,non cenſentur per hoc excluſi cæteri ſimiles, gl.1.in l.pen.de offic.eius, cui mandat.

EXCOMMVNICATVS non ſuſpenditur per appellationem ſequentem, † reprob.gl. 1.addit.ibi,in l.fin.C.ſi à non compet.iur.& glo. ad beſtias, in l.qui vltimo,29.de pœn.

Excommunicatio duplex eſt,quædam eſt ſegregatio à corpore Chriſti,alia verò ab ingreſſu Eccleſiæ, §.omnibus, & ibi gl. communione, in anth. de ſanctiſſ. Epiſcopis, col.9.

Excommunicatio ex iuſta vel iniuſta cauſa timenda eſt, abſolutióque ad cautelam peti debet, d.§. omnib.& ibi add.marg.

in Excommunicatione ſi perſtiterit communitas, vel aliqua perſona per annum propter libertatem Eccleſiæ, ipſo iure Imperiali banno ſubiacet, à quo non debet extrahi, niſi priùs ab Eccleſia fuerit abſolutus,extrauag.nos Fredericus, §.item nulla,de ſtatutis,& conſuetudinibus contra libert.Eccleſ.

Reliqua verbo, Bannum.

EXCOMMVNICARE poteſt non ſolùm ſingularis perſona, ſed etiam communitas,d.§.item nulla,& ibi add.marg.

Excommunicari poteſt quis ob ſolam contumaciam,gl.non,etiam,in l.in actionibus, de in litem iurando.

EXCOMMVNICATVS in vno loco, vbique eſt excommunicatus, excommunicatio enim concomitatur ipſum, ſicut lepra leproſum, gloſ.2. in l.ex ea, de poſtulan.

Excommunicatus eſt ſeruus diaboli, & peccati,gloſſ. ignominioſus, in l.Pedius, 7. de arbitris.

Excommunicatus non poteſt eſſe arbiter propter legem Dei,in qua dicitur, habendus eſt vt ethnicus,& publicanus arbitrator tamen poteſt eſſe, d.gl. ignominioſus,& ibi.add.marg.

Excommunicatus pluribus excommunicationibus poteſt abſolui vna generali abſolutione,l.ſi fratres,§.ſi plures,in add.mar.pro ſoc.

Excommunicatus ſi ſit quis ita,excommunico te, niſi ſatisfeceris intra decem dies, interim non eſt excommunicatus, † reprob.gl.ſed ex hoc, in l.obligationum,44.§.conditio,de actio.& oblig.

Excommunicatus poteſt excipere, non tamen poteſt obiicere compenſationem, l.ampliùs non petitum,in add.marg.rem ratam haberi.

Excommunicatus poteſt plus excommunicari, gl.dubitatio,in l.aut damnum,§. fin.de pœnis,& gl.fin.in l.2.C.vt intra certum tempus crimin.

Excommunicatus ab aliquo iudice etiã ſi appellauerit, nihilominùs eſt excommunicatus,gl.1.& ibi in add.in l.fi.C.ſi à non competent.

Excommunicatus potiùs æquiparatur relegato, quàm ei,cui aqua & igni interdictum erat,† reprob.gl.interdictũ,in §.minor,Inſtit.de capitis diminutione.

Reliqua verbo, Bannum, Pauper, Sententia, 7. Arbitratores, Arbiter, 1.

EXCVSATIO ſimul conceſſa propter aliquam cauſam durat, quamuis ceſſet illa,etiam ſi cauſa ceſſet facto ipſiuſmet aduerſarij, l.ſciendum, §. fi.qui ſatiſdare cogan.

Excuſationes plures habens ſi in vna non probet,aliis vti intra tempus non prohibetur,gl.fi.in l.circa,14.de probatio.

Excuſatio vani timoris regulariter eſt nulla,gl.timentium,in l.4.ad Trebellian.

Excuſatio omnis munerum ſua æquitate nititur,l.1.de vocationib.mun.

Excuſationem habent illi, qui non poſſunt dare operam ad iudicandum,vt quia inciderint in eam valetudinem, vt certum ſit eos ciuilia officia ſubire non poſſe, aut ſi alio morbo laborent, vt ſuis negotiis ſupereſſe non poſſint,l.pe. C.eod.

Excuſationem non habens etiam inuitus iudicare cogitur,d.l.pe.§.1.

Excuſationes duæ imperfectæ diuerſi generis non faciunt vnam perfectam, ſecus ſi ſint eiuſdem generis,vt duæ tutelæ,duæ curæ,l.1.& ibi.gl.fi.C.qui num. tutel.

Excuſatio manifeſta non prodeſt ciuibus,& incolis non appellantibus à nominatione muneris publici,l.ciues,11.C.de appellat.

Excuſationi, quam quis habet propter maiorem ætatem, putà 55. annorum, ad excuſationem nominationis decurionatus, poteſt renunciare, l.3.C.de decurionibus,lib. 10.

Excuſationem præſtat ætas 55.an.à muneribus publicis authoritate,& vtilitate, ſed vtilitate priuatis ætas 70.an præſtat excuſationem,gl.fi.in addit. marg.in d.l.3.& gl.1.in l.ſi vltra, eod.

Excuſationem non præſtat à muneribus publicis ætas ſuperueniens,niſi ſit prorſus inutilis, gl.1.in d.l.ſi vltra.

Excuſationem à muneribus decurionatus non præſtat in perpetuum ſententia interlocutoria iudicis, nec ætas 55.an.nec podagræ valetudo, l.à muneribus, C.eod.

Excuſationem à muneribus, etiam patrimonialibus, præſtat alicui numerus xij. filiorum,ſed à perſonalibus etiam numerus quinque filiorum ſufficit,l.ſi quis decurio,24.& ibi.gl.1.C.eod.

Excuſatio à muneribus eſt allegatio alicuius iuſtæ cauſæ, propter quam arctari non debet ad ſubeunda munera,gloſ.in rubr.C.de excuſat.munc.lib.10.

Excuſatio quædam eſt perſonalis,& temporalis,alia perpetua,ibid.

Excuſatio quædam eſt plena, vt cùm à muneribus tantùm perſonalibus excuſatur,non autem ab oneribus; alia eſt plenior, vt cùm etiam ab honoribus no[n] autem à patrimonialibus excuſatur. Pleniſſima verò dicitur, quando etiam quibuſdam patrimonialib.excuſatur,ibid.

Excuſationem à muneribus perſonalibus habentium numerus in vnaquaqu[e] ciuitate certus debet eſſe,l.ſi duas,§.Grammatici, de excuſat.tutorum.

Reliqua verbo, Ætas, 3. Cauſa. 15. Cæcus, Munus, 12. vſque 16.

EXCVSATIONVM tutorum tractatus vtiliſſimus eſt,l.1.de excuſat.tuto.

de Excuſationibus tutorum doctrinam manifeſtam tradidit Modeſtinus, enar[r]ans legalia Græcorum voce, & quando non potuit benefieri de Græco i[n] Latinum tranſlatio, apponebat dicendorum narrationi etiam ipſa legu[m] Græcarum verba,ibid.

Excuſationem tutelæ, vel curæ præſtat perfectus numerus filiorũ legitimorum & naturalium ſuperſtitum tempore creationis, etiam ſi non ſint in poteſtat[e] & in his computantur etiam nepotes, qui ſuperſunt ex præmortuis filiis, it[a] quòd plures nepotes ex vno filio loco vnius computentur, & excuſanti no[n] nocet, quòd aliqui filij vel nepotes poſteà moriantur, l.2.§.1.& ibi.gl.legitimos,eod.

Excuſationem tutelæ, vel curæ non præſtat numerus filiorum tantùm naturalium,neque legitimorum tantùm,vt adoptiuorum,dict.gloſſ.legitimos.

Excuſationem tutelæ patri adoptiuo non præſtat numerus filiorum adoptiuorum,niſi adoptans ſit pater naturalis, auus vel proauus, qui adoptauit naturales nepotes ex filio, quo caſu præſtat eis excuſationem filiorum vel nepotum talium numerus,ibid.

Excuſationem tutelæ non præſtat numerus filiorum,qui deceſſerunt, vel ab hoſtibus capti ſunt,antequàm tutor crearetur,dic.§.1.& ibi.glo.deceſſerunt.

Excuſationem tutelæ præſtat numerus filiorum,qui in acie deceſſerunt, d.gl.deceſſerunt.

Excuſationem tutelæ non præſtant filij, qui ſunt in ventre tempore creationis d.§.1.

Excuſationem præſtant auo nepotes ex filio maſculo, ſi patre eorum mortuo illius locum ſupplent auo,ita vt plures nepotes ex vno filio loco vnius computentur,ibid.

Excuſationem tutelæ præſtant Romæ tres filij, quatuor in Italia, in prouinciis quinque tempore, quo quis creatur tutor, neque ſufficit, quòd poſt creationem generentur,d.l.2.§.numerum,& ibi gl.determinatum.

Excuſationem tutelæ,vel curæ præſtant,tres tutelæ,vel tres curatoriæ, aut commiſtim tres tutelæ,& curatoriæ adhuc manentes,& in curarum numero computantur curatores furioſi,& prodigi,d.l.2.§.fin.

Excuſationem præſtant tria onera tutelarum pupillorum habentium diuerſa, ac ſeparata patrimonia,l.3.eod.

Excuſationem & immunitatem habent Medici, Grammatici, & Sophiſtæ, qui decreto Senatus inſcripti ſunt vſque ad ſtatutum numerum, niſi circa operationes,ſi negligenter ſe habeant,quo caſu amittunt immunitatem,l.ſi duas,§. & vtique,& ibi gloſ.negligenter, eod.

Excuſationem à muneribus perſonalibus habent tantùm quinque Medici, tres Sophiſtæ, & tres Grammatici in minoribus ciuitatibus, ſed in maioribus ſeptem Medici,quatuor Sophiſtæ, & totidem Grammatici, in maximis autem decem Medici, quinque Rhetores, & totidem Grammatici habent immunitatem à tutela, & ab aliis muneribus perſonalibus, quem numerum excedere non licet,ſed bene minuere,d.l.ſi duas,§.Grammatici,eod.

Excuſationem à tutela habent Philoſophi, Oratores, Grammatici, qui publicè iuuenibus proſunt,ſed non qui primas literas docent,d.l.ſi duas,§.& Philoſophos,& §.fi.& ibi.gl.fin.eod.

Excuſationem & immunitatem habent Philoſophi, Rhetores, Grammatici, & Medici à ſacerdotalibus exercitiis,neque coguntur ad famulatum emptionis frumenti,vini,olei,neque vt ſint præpoſiti ad ea emenda,neque coguntur iudicare,vel legatos eſſe,neq; inuiti in militia numerati, l.ſed & reprobari,eod.

Excuſationem habent in propria patria docentes ibi Grammaticam,& Philoſophiam,& Medici ibi curantes,ſecus ſi docerent, vel curarent in patria aliena, niſi ſint valdè inſtructi, quia tunc vbique docentes, vel curantes, etiam extra numerum,excuſationem,& immunitatem conſequentur, d.l.ſed & reprobari, §.ampliùs.

Excuſationem habent in propria patria philoſophantes Romæ cum ſalario, vel ſine,d.l.ſed & reprobari,§.Romæ.

Excuſationem à muneribus non habent legum Doctores docentes in præſidatu, ſed docentes leges Romæ, vel in oppido Berytenſium, vel in aliqua ciuitate regia,excuſantur non ſolùm à tutelis, ſed etiam ab omnibus muneribus ciuilibus,& publicis, & filij eorum,& vxores, dict.l.ſed & reprobari, §. fin. & ibi gloſ.fin.

Excuſationem à tutela non habet legum Doctor docens Mutinæ, vel Rhegij, d. glo.fin.

Excuſationẽ à tutela habent athletæ ſacris certaminibus coronati,l.athletę,eod.

Excuſationem à tutela, & cura habent præſides Aſiæ, Bithyniæ, & Cappadociæ, interim dum ſunt in præſidatu, ibid.

Excuſationem à tutela,& cura habent Magiſtratus ciuitatum, ſecus tamen eſt in Magiſtratib.municipalib.d.l.athletæ,& ibi.gloſ.ciuitatum.

Excuſationem à tutela,& cura interdum pręſtat paupertas & ruſticitas,d.l.athletæ,§.de ruſticis.

Excuſatio eius, qui ſe negat literas ſcire, ſi modò non expers ſit negotiorum, non admittitur,aliàs ſecus,d.§.de ruſticis,& ibi.gl.ſi modò.

Excuſationem debet proponere tutor coram iudice ſedente pro tribunali in ſcriptis,vel viua voce,l.ſcire,13.§.oportet,& ibi gl.tribunal.eodem.

in Excuſationis cauſa poteſt tutor producere teſtes, etiam non coram iudice ſed apud alium voluntate iudicis,ibid.

ſuper Excuſatione tutelæ non poteſt delegari cauſa, neque ſententia, d.gloſ. tribunal.

Excuſationis tutelæ cauſa expeditur cauſa cognita iudicis officio, & non iure actionis,ibid.

Excuſationem à tutela dignitas ſine adminiſtratione non tribuit alicui,l.ſpadonem,15.§. 1.eod.

per Exempla faciliùs intelligitur, §. sed istæ, & ibi gloss. necessarium, Institut. de action.

per Exemplificatum instrumentum plura non probatur, quia potest esse quòd in originali erant aliæ literæ, vel cancellationes, quæ non continentur in exemplo, gl. documento, in §. & hoc insuper, in auth. vt sponsalitia largitas, col. 9.

Reliqua verbo, Exemplar, Imbreuiatura, Originale, Instrumentum, 2. 4. Creditor. 49.

EXEMPTVS si sit quis ab onere, ad quod ipse & alij tenebantur, cæteri tenentur ad onus integrum, l. ab omnib. 104. de legat. 1.

1 EXEQVVTIO sententiæ non fit in tutorem, vel alium quemlibet administratorem finita tutela, vel administratione, gl. fi. in l. fi. si quis cautio.

Exequutio sententiæ potest fieri in procuratorem tanquàm in heredem domini, etiam vigore directæ actionis, qua tenebatur, gloss. recusabit, in l. si quis, cum procuratorio, de procuratoribus.

Exequutio licèt sit facta præposterè & inordinatè, non tamen debet vitiari, l. fi. §. fi. & ibi add. marg. quod metus causa.

Exequutio sententiæ non potest fieri contra filiumfam. cùm nihil habeat vnde differtur in tempus, in quo aliquid habeat, gl. condemnabitur, in l. quòd si minor, §. si seruus, de minoribus.

Exequutio potest differri quando damnum, obligatio, actio, causa, vel sententia est præsens, gl. fi. in l. non, quemadmodum, 35. de iudiciis.

Exequutio debet fieri incontinenti, quando agitur lege Aquilia ad damnum dolo datum, secus quando agitur ad damnum culpa datum, quia tunc potest executio differri, d. gl. fi. in add. marg.

Exequutio iuris non habet iniuriam, gl. actionem, in l. quanquàm de aqua pluuia, & gl. 2. in l. 3. de eo quòd metus causa.

Exequutio sententiæ criminalis potest differri, si condemnatus gesserit alicuius negotia, cui non reddiderit rationes, l. fi. in add. marg. de publican.

pro Exequutione sententiæ quando nuncius datus est, non potest quis authoritate propria rem apprehendere, in qua exequutio fieri debet, alioquin vt prædo est puniendus, l. fundi venditor, 33. & ibi add. marg. de adquir. possess.

Exequutionis sententiæ tempus olim arbitrio iudicis erat relictum pro qualitate, quantitate, ac cuiusque facultate definiendum, sed hodie tempus quatuor mensium præfinitum est, † reprob. gloss. 2. add. margin. ibid. in l. 2. de re iudicata.

Exequutionis tempus quatuor mensium aliàs iudicatis indultum in reali actione non datur, sed incontinenti debet res restitui, nisi iudici aliud ex causa videatur, † reprob. gl. qualitate, ibid.

Exequutio sententiæ non tollitur per cautionem de iudicatum soluendo, nisi fiat animo nouandi, nec tollitur per dationem pignorum, vel fideiussorum, l. 4. §. si ex conuentione, eod.

Exequutionis sententiæ ordo duplex est; primò, vt cùm officio iudicis petitur executio, & tunc sine libello & figura iudicij proceditur, non tamen ita, quòd omninò citatio non sit necessaria, quæ nonnunquàm requiritur, præsertim cùm aduersus condemnati heredes petitur exequutio, 2. vt cùm petitur executio actione iudicati, vel in factum, & tunc offertur libellus, proceditúrque more iudicij, sed summariè, gloss. manebit ordo, in add. marg. in l. 4. §. si ex conuentione, eod.

2 Exequutio sententiæ debet fieri per iudicem, vel per executorem, aliàs si per se ipsum victor exequatur, incidit in edictum diui Marci, & etiam furti actione, & si violenter exequatur, tenetur vi bonorum raptorum, l. miles, 6. §. fin. & ibi gl. bonorum, eod.

Exequutio cui mandatur, videtur mandata cognitio, sed non è contrà, gloss. à se datorum, in l. à Diuo Pio, 15. eod.

in Exequutione sententiæ facienda debent primò pignori capi res mobiles, & animalia, quorum pretium si non sufficiat, vel si nulla mobilia sint, tunc capiuntur immobilia, quòd si nec immobilia sufficiant, tunc capiuntur iura, & nomina, d. l. à Diuo Pio, §. in venditione, & §. pe. eod. & gl. 1. in l. etiam, 5. C. de execut. rei iud.

pro Exequutione sententię res captæ habentur loco pignoris, scilicet iudicialis, ibi. §. in venditione.

in Exequutione sententiæ debet seruari ordo etiam in capiendis mobilibus pignori, scilicet vt primò capiantur illa mobilia, quæ debitori minùs nocent & maximè pecunia, & idem ordo seruari debet in immobilibus, vt primò capiantur illa immobilia, quæ minùs nocent debitori, gl. animalia, & ibi add. marg. ibid.

pro Exequutione sententiæ capta pignora possunt vendi post duos menses à tempore capturæ pignorum, d. §. in venditione, & ibi gl. mox, & l. debitoribus, 31. eod.

in Exequutione sententię facienda si mobilia non reperiantur, iudex statuet terminum parti ad ostendendum mobilia, intra quem si non ostenderit, capientur immobilia, d. §. in venditione, & ibi gloss. capientur.

Exequutio sententiæ nullum priuilegium facit cessare, gl. isto modo, ibid.

Exequutio sententiæ debet fieri in rebus Ecclesiæ, intellige quando ipsa Ecclesia, vel eius capitulum ex causa respiciente ipsam Ecclesiam condemnata est, ibidem.

in Exequutione sententiæ pignora capta, quæ emptorem non reperiunt, debent per iudicem adiudicari victori, pro quantitate, quæ sibi debetur, & si nolit pignora habere insolutum, quia sint minoris pretij, quàm sit creditum suum, potest illa pro credito possidere, & fructus percipere, d. l. à Diuo Pio, §. si pignora.

in Exequutione sententiæ victoris, quatuor remedia competunt; primùm, quòd pignora capta quòd pignora retineat non faciendo sibi addici, insolutum, 2. quòd si magis tulit, addicantur sibi insolutum pro quantitate debita, non pro minori, 3. potest licitari, & emere ab executore, vt quilibet alius, 4. est quòd si victus callidè fecerit, quòd non inueniatur emptor pignorum captorum, potest victor dominium impetrare à principe, d. gl. addicantur.

in Exequutione sententiæ pignus acceptum, quod est in controuersia, debet dimitti, & debet capi aliud, quod sit sine controuersia, d. l. à Diuo Pio, §. sed & illud, de re iudic.

3 Exequutio non retardatur, quando mouetur quæstio de iure pignorum captorum pro executione, sed pignora venduntur, & priori creditori satisfit, & residuum conuertitur in causam iudicati, d. l. à Diuo Pio, §. sed si res.

pro Exequutione sententiæ etiam sine decreto iudicis potest capi pecunia & pupillaris deposita apud alium, vel destinata ad comparationem prædiorum, d. l. à Diuo Pio, §. fi.

Exequutio sententiæ fit regulariter insolidum non deducto ære alieno, & etiam non deducto ne condemnatus egeat, fallit in socio, in parente, patrono, patrona, & in eorum liberis, & parentibus, & in marito de dote, & in milite, qui omnes condemnati non insolidum, sed tantùm in id, quòd facere possunt commodè, secundùm qualitatem personarum, coguntur soluere, l. sunt, qui, 16. & ibi add. marg. & l. patronus, 17. cum l. seq. eod.

in Exequutione sententiæ non debet haberi ratio illius, qui primò obtinuit sententiam, nisi concurrat in executione cum secundo, glo. 2. in fi. in l. inter eos, 19. eodem.

Exequutio sententiæ delegari non potest, sed bene cognitio executionis sententiæ, gl. ad restituendum, in l. pen. de confessis.

Exequutio sententiæ consultiùs iudicis officio petitur, quàm actione in factum actiuè, in qua necessarius est libellus, qui non est necessarius in iudicis officio, l. 3. & ibi add. marg. ne vis fiat ei.

Exequutio facta pendente appellatione officio iudicis appellationis in pristinum statum reducitur, l. cùm ex causa, de appell.

Exequutio sententiæ in causa monachi debet fieri contra Ecclesiam secundùm certam formam, non pro monachum, † gloss. iudex, in authent. causa, C. de Episcopis.

Exequutio debet fieri vendendo primò mobilia, posteà immobilia, gloss. solitus, & gl. possidet, in l. præsenti, §. cùm autem, C. de his, qui ad Eccles. confug.

Exequutio, cui committitur, si opponatur fraus ibi interuenisse, potest delegatus de veritate precum inquirere, & si pronunciatur, rescriptum non tenere, delegatus, vel, secundùm alios, ordinarius procedet in principali, l. 4. C. si contra ius vel vtilit.

Exequutio, cui committitur, censetur etiam committi cognitio, quando committitur executio facti, secus verò si sententiæ, d. l. 4. & ibi gl. pe. & fi.

Exequutio cùm sit mixti imperij, mandari non potest, nisi tantùm à principe, vel nisi committatur cognitio exequutionis, & non ipsa exequutio, ibid.

Exequutio, cui denegatur, denegatur & pronunciatio, l. 3. C. vbi causæ fisc.

ab Exequutione non est inchoandum, sed debet primò seruato ordine de causa cognosci, & per diffinitiuam sententiam terminari, l. 1. C. de executione rei iud. & l. si, cùm nulla, 58. & ibi gl. fi. & add. marg. de re iudica.

Exequutio potest fieri in omnibus debitorum, l. etiam nomen, C. de exequut. rei iud.

Exequutio non debet fieri in stipendiis militum, vel clericorum, nisi in subsidium, l. 4. & ibi gl. 1. C. eod.

Exequutio fit in æstimatione mortua specie debita post moram, l. si longis, 7. C. eodem.

Exequutio tunc est petenda, quando reus confessus est, vel si negauit est conuictus, ac condemnatus, & quando transactum est tempus à iure, vel à iudice præfixum ad soluendum iudicatum, l. fi. & ibi gl. fi. C. eod.

Exequutio potest fieri incontinenti, vbi agitur ad speciem, sed si ad pecuniam, non potest fieri nisi quadrimestre tempore transacto à sententia, ibi. & glo. in præsenti, in §. [illegible] Inst. de offic. iudicis.

Exequutionem [illegible] impedit exceptio sententiæ latæ prætextu falsorum instrumentorum, quando falsitas potest probari incontinenti, l. fi. C. si ex falsis instrum.

Exequutio sententiæ tanquàm ex falsis instrumentis latæ, pendente lite super rescissione suspenditur, & rescissa sententia soluti datur repetitio, ibid.

Exequutio non potest fieri in peculio profectitio, gl. 1. in l. pe. C. qui bon. cedere.

Exequutio quando fit in bonis alicuius, & alius vult dicere aliquid suum esse, onus probandi dicenti suum esse incumbit, si res illæ possiderentur ab eo, in cuius bonis fit executio, secus si possiderentur ab eo, qui dicit illa esse sua, gl. fi. & ibi add. marg. in l. 1. C. de iure fisci.

Exequutio si non potest fieri de reb. præsentis, debet fieri in reb. absentis, §. si verò alter, in auth. vt omnes obediant iudicib. col. 5.

Exequutio vltimarum voluntatū pertinet ad Episcopum, & ad ciuilem iudicem, §. si quis ædificationem, in auth. de Ecclesiast. titul. col. 9.

Exequutionis tempore non est iterum citanda pars, quando per sententiam liquet, executionem sic esse faciendam, vt si condemnatio facta sit in rem, vt ipsa res capiatur, & vendatur, vel si est facta condemnatio in personam, vt persona capiatur, & puniatur solùm, hoc est necesse sciri, quòd sit illa persona condemnata, & ideò exigitur ab eo quædam confessio super hoc, & proceditur ad executionem, aliàs secus, gl. ad executionem, in extrauag. ad reprimendum, quomodo in læsæ maiest. crim.

Exequutionis tempore iterum est citanda pars, quando condemnatio esset facta in pecunia, & pro ea caperentur, & venderentur res, vel vna res pro alia, & requiritur in hoc certa causæ, cognitio, ibid.

Exequutio latæ sententiæ super attentatis debet fieri, antequàm cognoscatur de principali, & si est lata super possessione, debet fieri executio, antequàm cognoscatur de petitorio, d. gl. executionem, in ad. marg.

Exequutio sententiæ statim debet fieri in criminalib. fallit primò, quando quis est confessus de crimine, quia tunc differtur executio, donec appareat, an velit in confessione perseuerare, 2. quando sententia lata est contra mulierem prægnantem, nam differtur executio vsque ad tempus partus, 3. quando princeps ex iracundia tulit sententiam, quo casu differtur vsque ad 30. dies ad videndum, si princeps illam relaxabit, 4. quando insula est assignanda à principe, ad quam debeat malefactor deportari, 5. quando sententia est lata in seruum, quia tunc differtur executio, donec ratiocinia reddiderit domino, gl. in præsenti, in add. in §. 1. Inst. de officio iudicis.

Reliqua verbo, Condemnatus, 8. 9. Delegare, 3. Sententia, 31. 32. 43. Index. 39. 40. Victor, Procurator, 68. 69.

Exequutor in genere, num. 1. vsque 4.

Exequutor testamentarius, num. 4. 5. & 6.

suspectus, non tenetur satisdare heredibus de expendenda pecunia, secus si sit suspectus vita, & moribus,& non possidet immobilia,ibid.

Exequutoris testamentarij iuramento creditur in modicis expensis, in magnis non: nam tunc debes testibus,& instrumentis probare expensam factam,ibid.

Exequutores testamentarij, vel commissarij vltimarum voluntatum debent iurare se dictam quantitatem in piis causis expendisse, non tamen tenentur cauere,l.pen. & ibi glo.1.C.de donatio.

Exequutor, vel commissarius vltimæ voluntatis non cogitur suscipere officium executoris, vel commissarij, auth. vt liceat matri & auiæ,in principio,col. 7.

Exequutores testamentarij habent actionem aut conditionem, ex lege,aut officium iudicis contra heredes excusantes adimplere voluntatem defuncti, glo. compleri,in §.si quis autem,in auth. de Eccles. tit.

Exequutrix in testamento potest esse mulier, & cogitur illud officium suscipere,si legatum sibi relictum agnouerit,l.à filio,de alim.vel cibar.lega.& l.pe.§. 1.& ibi glo. vir ad mortem, de adimend.legatis.

Reliqua verbo, Episcopus,2.Legatum,85.91.92.Commissarius,Exequutio,4.

EXERCENTES plures nauem per magistrum quilibet eorum tenetur insolidum,ne in plures aduersarios distinguatur,qui cum vno contraxit, l. 1.§. fin. cum l.seq. de exercitoria actione.

EXERCITOR nauis si scit, & passus est substitutum à magistro præposito à se in naui fungi magisterio, ipse eum imposuisse videtur,l. 1. §. magistrum, de exercitor.actione.

Exercitor dicitur ille, ad quem omnes obuentiones, & redditus nauis perueniunt,siue is,dominus nauis sit,siue à domino nauem, periculo in se recepto, conduxit,vel ad tempus, vel in perpetuum,d.l.1.§. exercitorem.

Exercitor vt teneatur ex contractu magistri,nihil refert,an sit masculus, an mulier,an paterfamilias,vel filiusfamilias, vel seruus,l.1.§.parui autem,eod.

Exercitor nauis si fuerit pupillus, requiritur tutoris authoritas in præponendo magistrum,ad hoc,vt obligetur ex contractu magistri,ibid.

4 Exercitori contra contrahentes cum magistro non datur actio ex contractu magistri,sed aut ex locato cum magistro, si mercede ei operam exhibeat, aut si gratuitam,mandati agere potest,d.l.1.§.sed ex contrario.

Exercitori aduersùs contrahentes cum magistro nauis officio iudicis subuenitur in subsidium, id est,si magister non fuerit soluendo,d.§.sed ex contrario,& ibi gl. extra ordinem.

Exercitor,& magister insolidum tenetur, & solutio vnius liberat alium, d. l. 1. §. hæc actio.

Exercitor si soluerit suo nomine, idest,exercitoria actione, siue nomine magistri liberat magistrum,idem econtrà, si magister soluerit, liberat exercitorem,ibidem.

Exercitor tenetur domino serui,quem præposuit naui,si dominus in ea re contraxit cum seruo suo,l.si eum,eod.

Exercitor si præposuit naui seruum communem mihi & illi, si operas serui communis conduxerit, ille habet me obligatum actione ex conducto super eo, quod contraxi cum seruo, ibid.

Exercitor vnus ex pluribus si cum magistro nauis contraxit, poterit agere cum aliis exercitoribus,d.l.si eum,§.fin.

Reliqua verbo, Creditor,80.81.Nauis, 4.vsque 10. Actio,78.79. Titulus.

EXERCITVS non dicitur vna cohors,vel vna ala, sed numerus multus militum,l.2.§.exercitum,de his, qui notantur infam.

Exercitui præesse dicitur ille, qui legionem, vel legiones cum suis auxiliis à principe commissas administrat, ibidem.

Exercitus habet sex legiones,gl.exercitui,ibid.

Exercitus est collectio totius militiæ,ibid.

Exercitus nomen dicitur ab exercitatione,l.1.in fi.de milit.testam.

Exercitum præparans,sine iussu superioris, incidit in legem Iuliam maiestatis,l. 3.& ibi gl.delictum,ad leg.Iul.maiestatis.

Exercitus totus quando peccabat, olim fiebat decimatio,idque etiam in vna legione quandoque fiebat,l.3.§. fi.in add.marg.de re militari.

Exercitum regentis officium non tantùm in danda, sed etiam in obseruanda disciplina consistit,l. officium,12.eod.

Exercitum regens parcissimè debet commeatum dare, neque debet permittere equum militarem extra prouinciam duci, nec debet dimittere militem ire piscatum,vel venatum,aut ad opus priuatum,ibid.

Exercitum regentis officium,vel tribunorum est,milites in castris continere, ad exercitationem producere, claues portarum suscipere, vigilias interdum circumire, frumentationibus commilitonum interesse, frumentum probare, mensorum fraudem coërcere,delicta secundùm suæ authoritatis modum castigare, principiis frequenter interesse,querelas commilitonum audire, valetudinarios inspicere,ibid.

Exercitus principis gualdanam accipiens illicitè accipit, quia si aliquid deest, debent exigere à communitatibus terrarum,gl.2.in l. neminem,11. C. de sacrosanctis Eccl.

Exercitui necessaria debet prouidere gualdana, & non debet accipere aliquid ab aliquo,ibid.

Reliqua verbo, Ala,Cohors,Manipulus,Legio,Castrum,Castrensiani.

1 EXHAEREDATIO si fuerit facta ab ascendente descendenti, vel è contrà si non inseruit iustam causam,exheredatio ipso iure est nulla, sed si inseruit, & probatur,tunc cessat querela,si verò inseruit, sed non probetur, tunc datur querela inofficiosi,quia non ipso iure,sed per querelam debet venire, & rumpit, gl.fi. in l. nam & his,§.fi. de inofficioso.

per Exheredationem alicuius factam à testatore præsumitur exheredatum esse sibi filium, quia exheredatio in extraneos inepta res est,gl. exheredauit,in l. si, instituta, §.1. eo. & gl.1.in l.Lucius,53.de heredib. instit.

Exheredationes odiosæ sunt, gloss. omnibus, in l.si quis ita, §. 1. de testamen. tutel.

Exheredatio liberorum masculorum olim debebat fieri nominatim, sed fœminarum; non tamen hodiè tam masculi,quàm fœminæ debent exheredari nominatim, glo. 1.in l.1. de liber. & postum. & gloss. nominatim,in l.1. de heredit. institut.

Exheredatio dicitur nominatim fieri per adiectionem nominis materni, veluti filium ex Seia exheredo, si solus est natus ex ea,alioquin non valet,l. 3. & ibi gl. ex Seia,de liber.& postum.

Exheredatio facta etiam in verbis iniuriosis valet,veluti filium meum gladiatorem, latronem, vel ex adulterio natum exheredo,ibid.

Exheredatio filij valet, quando testator sciens suum filium, exheredauit eum, appellando natum ex adulterio, & tunc non datur Carbonianum, sed si testator credens eum non esse filium suum,sed ex adulterio natum,vel de hoc dubius, exheredauit eum dicendo natum ex adulterio,cùm non esset, non valet exheredatio,† gl. ex adulterio, ibid.

Exheredatio filij debet fieri purè,& non sub conditione,d.l.3.§.purè, & ibi gloss. purè,& gl.vitiosa,& gl.summoueri.

Exheredatio filij sub conditione fieri potest quando filius est institutus sub conditione casuali,vel mixta, & in eius defectum exheredatus sit,d. gl.purè.

Exheredatio filij facta à certa persona institutorum non valet,d.l.3. §.filius.

Exheredatio filij facta intra gradum, seu inter plures personas eiusdem gradus, veluti inter vnum institutum & alium institutum, valet,& solùm refertur ad illum gradum,in quo est posita, neque extenditur ad alios gradus, idest, ad substitutos,d.§. filius, & ibi gl.inter,& glo.toto.

Exheredatio facta his verbis, Quisquis mihi heres erit,filius exheres esto, non valet, quia videtur facta sub conditione, videlicet si adita fuisset hereditas, quia ante aditionem inueniebat se præteritum, & ideò ipso iure testamentum est nullum,d.§.filius,& ibi gl.summoueri.

Exheredatio filij facta inter duos gradus, scilicet inter institutos, & substitutos, refertur ad vtrumque gradum,d.l.3.§.inter.

Exheredatio filij mixtim intra gradus,& post aliquos gradus facta valet,& refertur ad omnes gradus,veluti instituo primum,& substituo secundum,& secundo substituo tertium, filius exheres esto, & si tertius heres non erit, quartus heres esto,d.l.3.§.in eo,qui.

ad Exheredationem filij quinque sunt necessaria, scilicèt quòd nominatim fiat,& quòd purè, & à gradu toto,non à certa persona vnius gradus,item ab hereditate,& non à certa re,item causa hodiè est inserenda,item quòd adeatur hereditas, glo. ante heredis,& ibi add. mar.in d.l.3.§.inter,& gl.non extet,in add. marg.in §. nominatim, Inst.de exhered.liber.

Exheredatio filij valet,si pater instituat Titium, & Sempronium solum substituat,à quo filiũ exheredauit,secus si Titio substituisset Sempronium, & alios & à Sempronio tantùm exheredasset, quia tunc dicitur exheredatus à certa persona vnius gradus, & tunc non valet, gl.pen.& ibi add.marg. in d.l.3.§.fi.

Exheredatio filij, quæ per aditionem hereditatis non potest confirmari in vita filij, non valet, & ideò non excludit filium à successione libertorum, l. si ita scriptum,§.fi.eod.

Exheredatio facta de filio tanquàm de extraneo,per errorem probata filiatione, redditur nulla,l.si postumus, §.fi.cum l.seq.eod.

Exheredatio filij potest fieri per verba præteriti imperfecti vel futuri temporis, veluti, Filius exheres sit,vel exheres erit,l.filij etiam,17.eodem.

Exheredatio filij potest fieri ita,Ille filius meus alienus meæ substantiæ fiat,glo 1.ibid.

Exheredatio filij impuberis,cui post pubertatem hereditas per fideicommissum relinquitur,videtur esse ad consilium,& non ad eius iniuriam factam, ne bona interim per ipsos impuberes dissipentur,l.multi,18. eodem.

Exheredatio filij facta à certa re vel quota non valet, quia cùm sit odiosa, non trahitur ad residuum,secus est in institutione, quæ est fauorabilis,l. cùm quidam,& ibi gl.rectè,& add.marg.eod.

Exheredatio non ita regulatur,sicut institutio,ibid.

Exheredatio facta de filio emancipato ei nocet,siue posteà sit adoptatus,vt filius, siue sit adoptatus loco nepotis,l.filio quem,23.eod.

Exheredatio facta de penitus extraneo est nulla,& ideò non reconualescit, licèt is exheredatus factus sit filius, sed exheredatio facta de filio emancipato valet, imò est necessaria, ne præteritus rumpat per contra tabulas, quæ etiam per patriam potestatem repetitam non vitiatur, gloss. 1. & ibi add. margin. ibidem.

Exheredatio vniuersalis filiorum dicitur nominatim, & legitimæ facta,sed non comprehendit illum filium,quem testator putabat defunctum,probato errore testatoris coram iudice,l.Titius,25.eod.

Exheredatio vniuersalis filiorum comprehendit etiam postumos filios, & filias, glo.1.ibid.

Exheredatio dicitur nominatim facta,quando testator dixit, Cæteros filios exheredo,& tunc tantùm filij primi gradus dicuntur exheredati,& non nepotes,sed si dixerit,Omnes liberos exheredo,tunc dicitur exheredatio filij facta inter cæteros,& ideò non valet,d.l.Titius,& ibi gl.2.& add.marg.

Exheredatio nepotum,& fœminarum postumarum media iuris prudentia inter cæteros fieri poterat, dummodò sit eis aliquid legatum, quòd hodiè correctum est, † gl.2.in l.Titius,2.eod.

Exheredatio expressè facta de filiis à testatore pagano non comprehendit filium, quem testator ignorabat se habere, & sic tanquàm præteritus dicit testamentum nullum,d.l.Titius,& gl.3.

Exheredatio filij facta in conditionis defectum,si non potest confirmari aditione,testamentum est nullum, & filius patri succedit ab intestato,secus si potest confirmari,l.filius à patre,eod.

Exheredatio filij potest fieri sub conditione,quæ tacitè intelligitur inesse, quia pro non scripta habetur,& ideò pura videtur tunc exheredatio,veluti,Si filius mihi natus sit, exheres esto,l.si ita,& ibi gl.1.de iniusto,rupto.

Exheredatio si fuerit facta ita,Si filius natus vel nata filia sit, exheres esto, vno filio nato,vel vna filia nata,vel vtroque simul nato, non rumpitur testamentum,d.l.si ita,& ibi glo.fi.

Exheredatio sub conditione si sit facta ita, Si filius natus vel nata sit filia, exheres esto,valet,quia illa conditio non erat apta suspendere exheredationis effectum, cùm esset necessaria,d.l.si ita,& ibi gl.fi.& add.marg.

Exheredatio filiæ his verbis facta,Te autem, filia,ideo exheredaui, quia contentam te esse dote volui,valet,l. qui volebat,61.de here.inst.

Exhibere ſufficit in eadem forma, licèt non exhibeatur in eadem qualitate, l.ſi quis, hominem, eodem.
Exhibet ſe ipſa res immobilis, ſed mobilis non,gl.ſi immobilis,in l.quamuis,de pigner. actione.
Exhibere verbum apud I. C. pro alere, & curare vſurpatur, velut eius ſimplex, pro tractare, paſcere, & curare, l. ſi quis à liberis,§. idem reſcripſit, de liber. agnoſcend.
Exhiberi ſibi rationes defuncti poteſt petere heres ad deliberandum,licèt adhuc ad ſe non pertineant,& hoc fauore vltimæ voluntatis,glo.ſi.in l.Ariſto, 28.de adquir. heredit.
Exhibere hominem liberum eſt,in publicum prodúcere,& videndi tangendíque hominis facultatem præbere, l.3.§.ait prætor,quod vi aut clàm.
Exhibere propriè eſt extra ſecretum habere, ibi.
Exhibere nemo cogitur, niſi publica in eo exhibendo vtilitas verſaretur, nam tunc iudicis officio exhibetur, l.ſi & ibi add.marg eod.
Exhiberi vas,de quo eſt controuerſia, poteſt actor petere ad hoc,vt teſtes illud recognoſcant, & videatur de pondere,vaſis,& qualitatibus materiæ,l.qui vas, 48. & ibi add.marg.de furtis.
Exhibere non dicitur ille,qui mutum,aut furioſum,aut infantem exhibet,l.ſi.de verbor.ſign.
Exhibere obligatus ſi exhibuerit rem, ſed deterioratam ſua culpa,forma tamen non mutata, liberatur ab actione ad exhibendum, ſed ſi mutata forma eam exhibuerit, veluti eo ſcypho maſſam, tenetur actione ad exhibendum, neque ab ea liberatur exhibendo maſſam,gl.3.in l.exhibitionis,7.ad exhibend.
Exhibere obligatus debet exhibere rem talem,quæ antiquam formam non amiſit, gl. æquitas, ibi.
Exhibere debitori librum rationum tenetur quis,quando debitor amiſit inſtrumentum, gl.3.in l.4.C.de fide inſtrum.
Exhibere ponitur quandoque pro probare, vel oſtendere, gloſſ. 3. in l.fin. C.de ædilitio edicto.
ad Exhibendum agi non poteſt pro re immobili,cùm per ſe patet,l.2. & ibi glo. officiunt,C.quando & quib.quarta pars.
Exhibens rem deterioratam ſuî culpa, forma tamen non mutata, liberatur ab actione ad exhibendum, ſed tenetur actione in factum, l. exhibitionis,7.C. ad exhibend.
Exhibens rem mutata forma antiqua, nihilominùs datur contra eum ad exhibendum, gloſſ.ſi.ibid.
Reliqua verbo, Actio,80.vſque 90.Edere, Argentarius,Deteriorata, Inſtrumentum, 12.13.Interdictum,51.vſque 54.Reſtituere,4.Teſtamentum,31.vſque 34.
EXHORTANS mandatoris opera non fungitur, l.ob hæc,de his, qui notantur infam.
EXIGERE verbum ſignificat ab inuito extorquere, impropriè tamen dicitur etiam à ſponte ſoluente exigere, glo.ſi.in l.ſoluendo,de negot.geſt.& gl.exegiſſet,& glo.exegerat, in l.fideicommiſſa, 11.§.ſi rem, de legat,3. & l. Thais, 41.§.libertatem, & ibi add.marg.de fideicommiſſ. libertat.
Exigi bis idem, non patitur bona fides,l.bona fides,57.de regul.iuris.
Exigi non debet vltra id, quod debetur, l.1. & ibi gl.ſi.C.de exactoribus, lib.10.
Exigere verbum neceſſitatem importat, quandoque verò non,glo. exigantur, in l.3.C.de priuilegio fiſci.
in Exigendis tributis conſuetudo regionis ſeruanda eſt,l. pen.C. de canone largitionum,lib.10.
Exigere aliud eſt,& aliud ſolutionem recipere, l.3. & ibi gl. ſoluto matrimonio.

Reliqua verbo, Exactio.

EXILIVM idem eſt, quod deportatio, ſed impropriè dicitur relegatio, gloſſ. exilio,in l.ſed & ſi,ſi quis cautionibus, & glo.in l. exilium,de interdictis.
Exilium triplex eſt,gl.ſi.in l. ſi quis fortè,§.ſi.de pœnis, & l. exilium,de interdictis,& gl.1.in l.omnes.22.C.de pœnis.
Exilium triplex eſt,quoddam eſt certorum locorum interdictio,veluti vt ne ſtaret Bononiæ,vel Mutinæ;aliud eſt omnium locorum interdictio præter certum locum,veluti vt ſtaret Mutinæ tantùm, aliud eſt inſulæ vinculum, ideſt, relegatio in inſulam,d.l. exilium,& ibi gl.2.& 3.
Exilium propriè eſt, quando in perpetuum fit, impropriè verò dicitur etiam quando ad tempus fit,gl.ſi.in l. nemo,15. C.de Epiſcop.audien.
Exilium perpetuum dicitur capitalis pœna, gl.1.in l.1.C. ne Chriſtianum mancipium heretic.

Reliqua verbo,Deportatio,Relegatio.

EXIMERE verbum generale eſt,eripere de manibus auferre per raptum, eximere verò eſt quoquo modo auferre, l.4.ne quis eum, qui in ius vocatus.
Eximere dicitur quando quis non rapuit quem, ſed moram fecit, quominùs in ius venerit, vt actionis dies exiret, vel res tempore amitteretur, & quamuis corpus non exemerit, ſed etſi eo loci detinuerit, & non abduxerit,ibid.
Eximere ſine dolo poteſt quis vocatum in ius, putà locus erat inſidioſus, per quem ibat ad iudicium,& fortè mortuus eſſet,ſi iuiſſet, & tunc eximens non tenetur pœna edicti,gl.ſi. in l. ſed eximendi,eod.
Eximere cretam eſt eam extrahere,& effodere,vt inde exportetur, l. ergo,& ibi add. marg. de ſeruitut.ruſticorum.
Eximere lapidem de ſuo ſi quis mihi donationis cauſa permiſit, ſtatim cùm lapis exemptus eſt,fit meus, neque prohibendo me exportare, efficit, vt meus eſſe deſinat,l.ſi quis ſaxum,6.de donatio.
Eximens vi patronum in ius vocatum à liberto ſine venia, non tenetur ad aliquam pœnam,quia libertus vocans patronum in ius ſine venia facit deteriùs, quàm ille,qui eum vi exemit,d.l.1.ne quis eum qui in ius voca.
Eximens violenter eum, qui in ius verbaliter,vel realiter, ideſt, per capturam, citatus eſt, tenetur ad pœnam, quanti actor iurauerit,d.l.2.
Eximens violenter eum, qui in ius vocatus erat ad iudicem non ſuum, non tenetur ad aliquam pœnam,d.l.2.& ibi gl.ſi.
Eximens vi ſeruum in ius vocatum non tenetur pœna edicti, ne quis eum, qui in ius vocatus vi eximat, tenetur tamen ad exhibendum,l.3.eod.
Eximens vi vocatum in ius ad pedaneum iudicem,non tenetur ad pœnam,quanti actoris intereſt,ibid.
Eximens ad hoc,vt ad pœnam,quanti actor in litem iurauerit, teneatur,ſuffici quòd vi eximat,quamuis dolus non ſit, quia cum vi ſemper eſt dolus,d.l.3.& ibi gl.ſi.
Eximens vi eum, qui per calumniam vocabatur,tenetur pœna ædicti,l.4.ne qui eum, qui in ius vocatus.
in Eximente vi vocatum in ius non requiritur dolus reſpectu exempti, ſed reſpectu actoris,ad cuius inſtantiam quis fuit citatus,l.3. & ibi glo. ſin. eod.
Eximens dolo malo, etiam per alium,tenetur pœna edicti,quamuis præſens non fuerit, l. ſed eximendi, §.fin. l. ſeq.eod.
Eximens violenter in ius vocatum tenetur actione in factum ad meram pœnam,quæ eſt,quanti actor in litem iurauerit,l.ſi per alium,§.1. & ibi gl. veritate,eod.& l. is, cum quo,55. de peculio.
Eximens violenter in ius vocatum non tenetur ad pœnam edicti, ſi exemptus vi venit alia via, & comparuit, d.l.ſi per alium, §.docere.
Eximens vi debitorem meum in ius vocatum etiamſi ſoluat pœnam edicti, non ob id liberat debitorem meum,l.ſi. ne quis eum, qui in ius vocat.
Eximens mercenarius mihi lapidem perinde eſt, ac ſi ego exemiſſem, & vtroque caſu lapis exemptus ſtatim meus factus eſt, nec is, qui donationis cauſa permiſit, poteſt reuocare,l. qui ſaxum,6.de Donatio.

Reliqua verbo,Captus,1.Creta.

EXISTIMATIO eſt dignitatis illæſæ ſtatus legibus, & moribus comprobatus, quæ ex delicto noſtro authoritate legum,aut minuitur,aut conſumitur,l. cognitionum,§. exiſtimatio, de variis & extraord.
Exiſtimatio,fama, ſiue opinio idem ſignificant,† gl.exiſtimatio,ibi.& gl.4. in l. in re mandata,C.mandati.
Exiſtimatio diminuitur, quoties manente libertate circa ſtatum dignitatis pœna plectimur, veluti cum quis relegatur, vel ordine mouetur, vel prohibetur honoribus publicis fungi, aut cùm in eam cauſam quis incidit, quæ ex edicto perpetuo inter infamiæ cauſas annumeratur, d. l. cognitionum, §. minuitur.
Exiſtimatio conſumitur, quoties maxima, & media capitis diminutio interuenit, ideſt, cùm libertas amittitur, veluti cùm aqua, & igni interdicitur, quæ in perſona deportatorum euenit, vel cùm plebeius in opus metalli, vel in metallum datur,d.l. cognitionum,§.ſi.& ibi gl.veluti.

Reliqua verbo,Fama,Opinio,Putari.

EXPATRITIVS dicitur, qui patritiatum, gl. 2.in l.fin.C. vbi Senatores,vel clariſſim.
EXPECTARE melius eſt, quàm rem impotenter,ac importunè petere;& meliùs, tantiſper expectare,quàm rem nouo iudici committere, ſi in mora modici temporis futurum non eſt periculum,l.cùm quaſi,30. §.eleganter,in add. marg. de fideicomm.libert.
EXPEDIRI ſi non poteſt id, quod per homines certæ regionis expediri debet, debet expediri per homines circumſtantes expenſis publicis, & non expenſis eorum, qui hoc facere debebant, niſi culpa eis poſſit imputari, l. 4. C. de nauiculariis lib.10.
EXPELLENS quem à poſſeſſione per vim hodiè etiam ſi haberet ius in eo, amitteret illud,gl.1.in l.ſi.C.de actio.empt.
Reliqua verbo, Eiectus,Interdictum,17.vſque 22. Edictum,10.Deiiciens, Inquilinus,3.Locator,23. Auxilium,Deiectus,Eiectus.
EXPENDERE poteſt quis vltrà,quàm ei ſit iniunctum, non tamen poteſt illud plus repetere, gl.voluntas,in l.ex duobus,§.ſi.de negot.geſtis.
Expendere poſſunt heredes vltrà, quàm eis ſit iniunctum à teſtatore, quia non facit aliis præiudicium, ſed ſi in aliis quàm heredibus erat iniunctum, vt expenderent, & illi expendere non poſſunt plus quàm eis erat iniunctum, quia in eo faciunt præiudicium, ſcilicet heredibus,ibid.
Expendere non debet quis omnes fructus, quos ex ſuis poſſeſſionibus,vel aliunde habet,ſed ſemper debet ita facere, vt ex redditu aliquid ſuperſit, l.3.& ibi gl.redditu,vbi pupillus educari debeat.
Expendens etiam vtiliter plus,quàm ei eſt iniunctum, non repetit,l. qui aliena, §.1.& ibi gl. erogatum,de negotiis geſtis.
Expendens ſecundùm voluntatem domini, & non plus repetit, ſed ſi expendat plus,illud plus non repetit, quia prohibitio in illo pluri impedit repetitionem,& etiam,quia donare videtur illud plus, quod expendit, d.gl. erogatum.
Expendens minus, quàm ei eſt iniunctum, poteſt repetere, quatenus expendit, quia vt miniſter fuit electus,gl. petetur,ibid.
Expendens in negotiis alienis ſi eſt dubium, quo animo expendat, intelligitur de alieno expendiſſe,& animo totum repetendi,ſi de ſuo expendit,glo. dimidiam,in add.in l.ſed & ſi, 25.§. adeò de petitione heredit.
Expendens aliquid propter funus quantùm ad ſeparationis beneficium, cum defuncto creditur contrahere, non cum herede, l. 1. & ibi gloſſ. 1.de religioſ. & ſumptib.
Expendens aliquid propter funus dicitur hereditarius creditor, d.gl.1.
Expendens in re à ſe bona fide poſſeſſa antequàm eam reſtituat vero domino habet retentionem pro expenſis, ſed poſtquàm eam reſtituit, habet actionem ſcilicet condictionem indebiti, † gloſſ. acturum, in l.cùm fundus, §. ſeruum tuum,ſi certum petatur.
Expenſa in genere, num.1.vſque ad num.7.
Quoad lites, num.7.8. & 9.
Quoad alimenta, vel cauſam pietatis,vel ſtudiorum,num.10.
Quoad fructus, ac culturam, num.11.
Quoad expenſas neceſſarias,vtiles,vel voluptarias,num.12.vſque 19.
EXPENSA præſumitur in dubio facta de parte expendentis, & alterius,l.ſed & ſi lege,25.§.adeò, de petitione hered.
Expenſas debet erogare ille, qui petit aliquid fieri,l.prætor,§.ſi. in ſi.de edendo.
Expenſas pro parte ſocij factas poteſt repetere,gl.potiùs,in l.ſi communes ædes de negot.geſtis.
Expenſæ,& ſumptus iudicis officio peti poſſunt,l.planè,38.de petitione hered.
pro Expenſis,& ſumptibus datur actio, cùm exceptio doli detur,ſed quandoque non eſt neceſſaria, quòd detur exceptio, quando iudicis officium locum habet, † glo.deſideratur, ibi.

Reliqua verbo, Credere, Creditor, 57.91.92.*Dos*, 37.*Funus*, 1.2.3.4.*Heres*, 10.11.94. 102.*Iura*

102.*Iuramentum*,8.35.*Maritus*,37.38. *Modicum*,*Procurator*,63.64.65. *Socius*,16.17.*Subditus*,*Sumptus*,*Tutor*,128.*vsque* 131. *Vsufructuarius*,10.*Actio*,107.

7 EXPENSAE, quæ veniunt ratione contumaciæ debentur, ac peti possunt actione in factum,glo.hoc iudicium,in l.1.§. hoc iudicium,si quis ius dicéti.

Expensæ,quæ veniunt ratione contumaciæ non solùm veniunt expensæ litis,sed etiam damna,ibi.

Expensæ litis,& damna sunt diuersa,ibi.

in Expensarum litis condemnatione,quæ fit ratione victoriæ non habetur ratio de aliis damnis.gloss.tenebitur,in l.1.de alienatione iudicij.

de Expensis, & damnis litium repēdendis clausulam contracturus satagat ponere in instrumento,quia ex vi huius clausulæ etiam lata sententia in principali expensæ peti possunt se iunctim, quod non perinde habet in officio iudicis,gl.fi.in additione marg.in l.non solùm,13 de rei vendicatione.

Expensas repetit agens nomine alterius,si obtinuit,secus si succubuit, † l.ex parte,4?.& ibi gl.obtinuit,famil.ercis.

Expensas repetit procurator cum mandato, siue obtinuerit, siue succubuerit,d. gl.obtinuit.

Expensas repetit agens nomine alterius,si obtinuit, & in causa propria non erat aliàs tantum expensurus,sed si tantum erat expensurus,non repetit,d.l.ex parte,& ibi gl.amplius.

Expensæ litis, & victus debent alicui subministrari de bonis, de quibus est controuersia, si de illis agens debebat viuere, & iam vicerat in causa principali, gl.fi. in additione, in l.Imperatores, de tutelæ,& rationibus.

Expensæ litis, & victus subministrandi sunt litiganti, qui de statu & de omnib. bonis litigat,nec habet aliunde, vnde se alere possit,ibi.

Expensæ litis, & victus subministrandi sunt ab Abbate,Monacho, litiganti contra eum,cùm non habeat aliunde,† ibi.

ab Expensis litis excusat quem iusta ignorantia,sed non ignauia,vel iniusta ignorantia,l.qui solidum,78.§.etiam,& ibi gloss.militis,de legatis 2.

Expensas factas in aduocatis potest quis repetere, l.si procurator,18.& ibi gloss. aduocat,rem ratam haberi.

Expensæ, & damna facta, quando fit mutatio libelli inepti,petuntur per actionem in factum, nisi personæ habeatur ratio, & dantur eo casu nouæ induciæ, gl.pe.in l.3.C. de edendo.

Expensæ litis iuramento victoris taxantur, l. properandum, §.& si quidem, & §. siue autem, C.de iudiciis.

Expensæ rei absente actore factæ in iudicio deducuntur de expensis actoris, non de quantitate, vel de sorte principali,vt si actor petat centum,& expendit decem,reus verò expendit quinque,si actor non fuisset absens, reus condemnatur in decem, sed quia actor est absens, expensæ rei deducuntur de illis decem, & sic in quinque tantùm condèmnatur reus pro expensis, † gloss. excipiendis, in dict §.etsi quidem.

8 Expensæ litis, & damna iure Codicis sunt diffinienda, & æstimanda iudicis declaratione,postquàm iuratum est ab eo,qui fecit expensas, secus iure nouissimo,l.sancimus,13.& authent.post iusiurandum,C.eodem.

ad Expensas litis,& damna facta ante,& post litis contestationem tenetur victus victori,gl.2.ibi.

Expensas litis, & damna post iusiurandum delatum à parte iudex non poterit taxare iure nouissimo,d.auth.post iusiurandum.

Expensas litis si iudex taxauerit, & secundùm quantitatem à iudice taxatam iuratum fuerit, non poterit iudex minùs quàm iuratum fuerit, condemnare, ibidem.

Expensæ litis hodiè priùs taxantur à iudice, posteà iuratur à parte potest tamen iudex ex causa vtrumque absoluere ab expensis,ibid.

Expensarum taxatio à iudice debet fieri, priùs quàm iuretur de veritate, secus verò quando iuratur non de veritate,sed de affectione,& tunc post iuramentum potest taxare, quia potest iudex affectionem inordinatam partis refrænare,sed non veritatem,gl.1.& ibi add.in d.auth.post iusiurandum.

in Expensis non condemnatur ille, qui in prima instantia vicit, si in secunda, idest,in causa appellationis perdat, quia quilibet bonam causam fouisse videtur,gl.dispendij,in l.generaliter,12 §.sed iuramento,C. de rebus creditis.

Expensæ litis peti non possunt post sententiam, & causam finitam, nulla de expensis facta mentione, l.3.C.de fructibus,& liti.

9 Expensæ litis peti possunt post finitam causam per sententiam diffinitiuam, si iudex in ea reseruauit, ibi.

Expensarum reseruatio fit in sententia, si iudex condemnat in expensis, licèt non taxet quantitatem,& tunc etiam post plures dies poterit taxare, & condemnare in expensis, gl.pen.ibi.

Expensarum reseruatio potest fieri à iudice in sententia, si iudex pronunciat, posse peti expensas in futurum, & tunc poterit taxare, & condemnare in expensis, ibi.

Expensarum litis taxatio debet fieri considerata quantitate postulatorum, & considerata prolixitate temporis,& medij itineris interuallo, l. pen.& ibi gl. pen.C.eod.

Expensæ litis iuramento eius, qui expendit, probantur, l. fin. C. de bonis authorit. iudi.

Expensæ litis diuiduntur inter creditores in causa communi, ita vt,cui plus debetur,plus expensarum nomine præstabit,gl. secundùm,ibid.

Expensæ in iudicio, vel propter iudicium tribus de causis fiunt,primò inter partes,secundò iudicibus, tertiò executoribus,gl.disposita,in §.nullo, in auth. de iudicibus, col.6.

Expensæ propter iudicium fiunt inter partes in alendis testibus,circa aduocatos, & hæ dicuntur sumptus litis,& facit iudex eas restitui à victo victori, secundùm id,quod sibi videtur, vel non,ibi.

Expensæ, quæ præstantur exequutoribus,debent fieri secundùm consuetudinem, vt pro vno miliario vnus munus, neque est certa quantitas determinata à iure, nisi in quibusdam personis, vt in clericis, & in agentibus in rebus, & in aliis,& dicuntur sportulæ,ibi.

Expensæ non possunt taxari à iudice post præstitum iuramentum de veritate per partem super expensis factis,sed ante iuramentum debent taxari, & idem dicendum est in iuramento præstito ratione incertitudinis,sed post iuramentum affectionis præstitum de affectione potest iudex taxare expensas,& inordinatam affectionem iurantis, gl.solo, in §. oportet,eod.

ab Expensarum condemnatione non excusatur quis propter iuramentum calumniæ, † reprob.d.glos.solo.

Expensæ,quæ veniunt ratione victoriæ,non debentur,nisi iudicis officio,& ideo non debentur illæ,nisi victus fuerit condemnatus in his, l.2. & ibi add.marg. C.de decurionibus, lib. 10.

Reliqua verbo, Victus,Causa, 7.13.

EXPENSÆ factæ causa pietatis non repetuntur, nisi quando quis expositam nutriuit, quam volebat collocare in matrimonium cum filio suo,sed pater expositæ nolebat, ideò expensas, quas fecit nutritor,poterit repetere à dicto patre,l.ex duobus,§.fi.& ibi gl.fi.de negot.gest.

Expensarum repetitio cessat,quando factæ sunt ratione pietatis, vel paterna,aut domestica affectione,vel ratione obsequij, vel ratione prohibitionis, gl.fi. in l.Nesennius,eod.& l.1.C.de negot.gest.

Expensæ institutionis, ac eruditionis causa factæ restitui non debent, nisi institutus, vel eruditus venalis fuisset, aut auctoris dissimulatio, conniuentiaque intercessisset, quod procedit etiam in edoctione auium, canum, & aliorum animalium,l.sin autem,28.§.fi.gl.pen.& add.marg.de rei vendicatione.

Expensæ factæ in alendo seruo indistinctè debent restitui possessori bonæ fidei, cùm non fuerit vsus eius operis, secus de expensis factis in docendo,quæ non restituuntur,nisi in duobus casibus, d.gl.pen.

Expensæ studiorum causa factæ à filiofamilias non imminuunt eius portionem in hereditate post mortem patris, imò omnes coheredes tenentur pro rata, l.si vni,§.idem scribit,& ibi add.marg. famil.ercisc.

Expensæ, quas pater fecit in studio pro filio,non debent filio imputari tempore diuisionis,nisi animo repetendi patrem fecisse constet,l.quæ pater,50.cod.

Expensæ magnæ, quas fecit commodatarius in alimentis, vel valetudine serui, vel animalis commodati, repeti possunt à commodante, sed paruæ non, l. in rebus,§. possunt,commodati.

Expensæ paruæ, & cibariorum, & alimentorum serui, vel animalis commodati naturali ratione pertinent ad cõmodatariũ,sed magnæ ad commodantẽ,ibi.

Expensæ paruæ, & cibariorum, & alimentorum serui, vel animalis commodati non repetuntur à commodatario, quia compensantur cum seruitio, quod ei fecerat, d.§.possunt, & ibi gl.ad eum.

Expensæ factæ à matre pro filio non censetur simpliciter donatæ, sed habita consideratione qualitatis,& quantitatis expensarum, & facultatum matris,& filiorum,gl.2.in l.1.C.de negotiis gestis.

Expensæ factæ ab extraneo pro personis domesticis affectione domestica non repetuntur vllo iure, neque communi,neque speciali,neque ciuili, neque naturali, d.l.1. & ibi gl fi.

Expensæ factę in curando vxorem non repetuntur,secus in expensa funeris eiusdem, quando dos apud maritum non remanet, l. quod in vxorem, 13. C.de negot.gestis.

Expensæ factæ affectu paterno in alendis priuignis,vel in soluenda mercede magistro pro illis,non possunt repetit à vitrico,l.si paterno,15.C.eod.

Expensæ factæ non paterno affectu, sed animo repetendi in alendis priuignis vel in soluenda mercede magistris, repeti possunt à vitrico actione negotiorum gestorum, ibi.

Expensæ si factæ sint in alendis priuignis à vitrico, priuigni debent probare,vitricum expendisse animo donandi,& non repetendi,gl.fi.ibid.

Expensæ factæ à vitrico in alendis priuignis censentur factæ animo donandi,si priuigni sint in seruitio, & in domo vitrici, secus verò si non sint in domo vitrici, ibi.

Reliqua verbo, Materna,Mulier,72.Tutor, 127.vsque 131. Filius,93.

EXPENSARVM genera varia sunt,nam quædam sunt gratia fructuum colligendorum, quædam propter vtilitatem rei,& aliis multis modis fiunt,gl.2.in l.planè,38.de petitione heredit.

Expensæ quædam fiunt pro fructibus, quæ tribus modis fiunt, nempe pro quærendis, quod spectatur in serendo,& colendo,item pro colligendis, item pro collectis conseruandis; quædam expensæ fiunt gratia rerum, gl.fi.in l.in fundo,38.de rei vendicatione.

Expensæ factæ gratia fructuum semper deducuntur ex fructibus, ibi. & l.diuortio,§.fi.solut. matrim.

Expensæ factæ in arando agrum, aut in seminando, dicuntur fieri gratia quærendorum fructuum, l.diuortio,§.fi.eod.tit.

Expensum si sit pro cultura agri, & gratia quærendorum fructuum plus quàm collectum sit, talis expensa non deducitur de fructibus sequentis anni, † gl. satisfaciendum, ibi.

Expensæ factæ circa certos fructus aridos deducuntur ex aliis fructib. eiusdem anni,& eiusdem fundi,l.si fundus, §.fi.eod.

Expensæ factæ in seminando frumentum, etiamsi non responderint messes, ex vindemia eiusdem anni,& eiusdem fundi deducuntur,ibid.

Expensas, quæ gratia quærendorum fructuum fiunt,quanquàm etiam causa colendi fiant,& sic non solùm ad percipiendos fructus,sed etiam ad conseruandam ipsam rem, cùm necessariæ sint, tenetur maritus facere ex suo in re dotali,& ideò nec potest eas repetere, l.fi.de impensis in res dot.fact.

Expensæ factæ gratia quærendorum fructuum deducuntur, quia nullus casus contingere potest, in quo hoc genus deductionis impediat quemlibet malæ fidei possessorem, ac prædonem,gl. necessarias,in l.ait prætor, 10.§.per hanc, & ibi add.marg. quæ in fraudem creditorum.

Expensæ an sint factæ gratia rei, aut gratia fructuum, multùm differt, gl.1.in l.eum,apud quem,C.de vsufructu.

Reliqua verbo, Vsufructuarius, 10. Fructus,7.Actio,160.

EXPENSÆ vtiles, & necessariæ dicuntur, quæ fiunt reficiendorum ædificiorum gratia, vel quæ fiunt in nouali terra, vel cùm litis æstimatio seruorum gratia soluitur, quod vtilius est, quàm ipsos dari, l. vtiles, 39. de petitione heredit.

Expensæ quæcunque necessariæ dicuntur vtiles,sed non econtrà,gl. 1.ibid.

Expensa

Expenſæ neceſſariæ, quæ dotem diminuant, & ex ea deduci debeant, non poſſunt de facili in vniuerſum diffiniri, & ideò iudex debet æſtimare ſingula ex cauſa, & qualitate expenſarum, an ad perpetuam rei vtilitatem, vel ad fructum præſentis anni, & ex magnitudine quantitatis eorum, d.l.pe.§.pen.& ibi gl. pen.& fi.& gl.fi.in d.l.fi.

Expenſas neceſſarias factas in re dotali an maritus velit repetere ex qualitate, & quantitate expenſarum colligitur propoſitum ipſius mariti expendentis, d.gl. fi. in d. l.pen.

Expenſas voluptarias bona fide factas in ædificio empto poteſt quis auferre, ſi poteſt eas auferre ita, vt in facie priſtina, ideſt, quæ fuit ante venditionem ędificium eſſe poſſit, niſi dominus ſit paratus tantum dare, quantum is habiturus eſſet illis ablatis, & corraſis, l.ſine herede, 32.§.interpoſito, in fi.& ibi gl.oportere, de adminiſt. tutorum.

Expenſæ neceſſariæ in rebus dotalib. factæ ipſo iure vniuerſitatem dotis minuunt, ſed non ſingula corpora dotis, l.1.de dote prælegata.

pro Expenſis vtilib.in reb.dotalib.vel in alia re vxoris factis, non poteſt retineri dos, ſed debet agi mandati, vel negotiorum geſtorum, ſed pro expenſis factis affectione paterna, non habet locum actio mandati, nec negotiorum geſtorum, l. dote prælegata, & ibi gl.alias, & ibi add. marg.eod.

Expenſæ neceſſariæ in reb. dotalib. factæ à marito minuunt dotem, quando maritus ſimpliciter dotem legauit vxori, ſecus quando legauit ei, quidquid ad eum nomine dotis peruenit, †. gl. minuunt, & ibi add.ibid.

Expenſarum neceſſariarum detractio fit in collatione dotis, ſed non voluptariarum, l. 1.§. cùm dos, de collatione dotis.

Expenſarum vtilium detractio non fit in dotis collatione, gl.neceſſariarum, ibi.

Expenſas vtiles factas circa rem ſine lęſione poteſt auferre etiam malæ fidei poſſeſſor, gl. neceſſarias, in l. ait prætor, 10.§.per hanc, quæ in fraud. creditorum.

Expenſæ repetuntur tribus modis, ſcilicet per actionem, exceptionem, vel per officium iudicis, quorum nullo modo repetit malæ fidei poſſeſſor, niſi neceſſarias & vtiles, l. domum, & ibi.gl. 5.C. de rei vendicatione.

18 Expenſas neceſſarias nullo modo repetit fur ſpeciali iure per officium iudicis, gl. fi. ibid.

Expenſæ neceſſariæ in reb.dotalibus factæ minuunt dotem, quando in quantitate conſiſtit dos, l.vnica.§.taceat, & ibi gl. minuant, C.de rei vxoriæ actione.

Expenſæ neceſſariæ factæ in fundo dotali ſi æquiualeant toti fundo, fundus deſinit eſſe dotalis, niſi intra annum marito impenſas obtulerit, interim tamen eſt dotalis, d.l.gl. minuant.

Expenſæ neceſſariæ factæ circa fundum dotalem, ſi æquiualeant parti fundi dotalis, pro illa parte fundus non deſinit eſſe dotalis, † ibi.

Expenſæ neceſſariæ factæ circa fundum dotalem minuunt quantitatem dotis, quando dos conſiſtit in pecunia & in prædiis, ibid.

Expenſas vtiles factas circa fundum dotalem conſequitur maritus per actionem mandati, ſi vxor mandauit, ſed ſi non mandauit, per actionem negotiorum geſtorum, d.§.taceat, eod.

Expenſas voluptarias factas circa fundum dotalem licèt ex voluntate mulieris maritus ſpeciali iure non repetit, ſed poteſt tollere, vel auferre, quod fecit ſine læſione prioris ſpeciei, ibid.

Expenſæ voluptariæ factæ domini voluntate, repetuntur, regulariter fallit in dote cum voluntate mulieris, gl.licèt, ibid.

Expenſæ neceſſariæ ſunt, quæ ſi factæ non ſint, res aut peritura, aut deterior futura eſt, l.impenſæ, 79, de verb.ſign.

Expenſæ vtiles dicuntur, quæ meliorem dotem faciunt, & deteriorem eſſe non ſinunt, ex quibus redditus mulieri adquiritur, ibi.

Expenſæ vtiles dicuntur arbuſtæ, paſtinationes, vltrà quàm neceſſe fuerat, item doctrina puerorum & ſeruorum, ibid.

Expenſæ voluptariæ ſunt, quæ ſpeciem duntaxat ornant, non etiam fructum augent, vt ſunt viridaria, aquæ ſalientes, incruſtationes, lorícationes, & picturæ, ibid.

Expenſæ quædam ſunt neceſſariæ, vt quibus non factis res erat peritura, vel deterior futura; quædam ſunt vtiles, vt quibus non factis res non erát peritura, ſed eis factis res eſt melior futura; quædam ſunt voluptariæ, quæ tantum rem exornant, gl.impenſas, in §.item ſi de dote, Inſt.de actio.

Expenſæ neceſſariæ factæ in reb.dotalibus ipſo iure minuunt dotem, quæ conſiſtit in pecunia & ſpecie, vt ſi eſt fundus, & pecunia in dotem data, quantum in fundum impenditur, tantum in pecunia ipſo iure deberi deſinit, ſed ſi ſolus fundus ſit in dote, tunc ſi tantum expenditur ſimul vel ex diuerſis viribus quanti eſt fundus, tunc ipſo iure non deſinit eſſe dotalis, ſed bene poterit petere expenſas, vel retinere fundum, donec ſibi reſtituantur expenſæ † d. gloſſ. impenſas, ibid.

xpenſæ neceſſariæ ſi fuerint factæ in fundo dotali, qui ſolus ſit in dotem, ſi illæ impenſæ non fuerint tantæ, quanti eſt fundus, tunc non deſinit fundus eſſe dotalis, ſed tandiu totus, vel pro parte retinetur, quandiu expenſæ reſtituantur, d.gl.impenſas.

Expenſæ vtiles factæ in rebus dotalibus per actionem negotiorum geſtorum, vel mandati, ſi mandato mulieris fecit maritus, repetuntur ab eo, ibid.

Expenſæ voluntariæ factæ in reb.dotalibus, etiam mandato mulieris, non repetuntur, ſed abraduntur ſine læſione prioris ſtatus, & hoc eſt ſpeciale in vxore, ſecus eſt in alio, cuius voluntate vel mandato expenſæ voluntariæ ſunt factæ in re ſua, quia tunc illæ non repetuntur, d.gl.impenſas, & ibi add.marg.

Expenſum quando eſt vtiliter à malæ fidei poſſeſſore animo dominum ſibi obligandi, pro expenſis datur poſſeſſori vtilis negotiorum geſtorum actio, ſed non agitur inſolidum, ſed quatenus dominus factus eſt locupletior, alioquin ſi bonæ fidei erat inſolidum acturus, gloſſ.final.& ibi add.in l.in fundo, 38.de rei vindicat.

Expenſum quando eſt vtiliter à malæ fidei poſſeſſore non obligandi ſtudio, ſed vt ſibi lucretur poſſeſſor, omni remedio deſtituitur, & ita donare videtur, ibi.

Expenſum quod eſt in reficiendo vtiliter, & neceſſariò à bonæ fidei poſſeſſore retinet poſſeſſor per doli exceptionem in totum, gl.fi.ibid.

Reliqua verbo, Sumptus, Dos, 37.

EXPERIRI ponitur quandoque pro defendere, gl.1.in l. pen. de alienatione, iudicij, & glo.marg.circa principium in l.inter tutores, 36.de adminiſt.tutor.

Experientia eſt rerum magiſtra, §.fi.Inſt.de ſatiſdatio.

EXPILARE hereditatem eſt, ex eius vacantis rebus aliquid ſurripere, ac expilare, l.2.in additione marg. de crimine expilatæ heredit.

Expilans hereditatem alienam extra ordinem ſolet coërceri per accuſationem expilatæ hereditatis, l.1.eod.

Expilator hereditatis dicitur improbior fure, gl.fin.in l.ſi te expilaſſe, C.ex quibus cauſis infamia irrogetur, & l.1.§.1.de effractorib.

Expilatæ hereditatis crimine vel petitione hereditatis agere in electione heredis eſt, quando res hereditariæ ſunt expilatæ, d.l.1.& ibi gl.2.

pro Expilatæ hereditatis crimine inducta eſt etiam actio ciuilis in factum ad recuperandam poſſeſſionem, † gl.1.in l.1.eod.

Expilatæ hereditatis crimine quando agitur, debet præſes cognitionem ſuam interponere, nam cùm furti agi non poſſit, ſolum ſupereſt præſidis auxilium, l.2.codem.

Expilatæ hereditatis crimen tunc locum habet, cùm furti agi non poteſt, vt cùm fit furtum ante aditam hereditatem, vel poſt ante apprehenſa bona per heredem, quamuis ad exhibendum agere poſſit is, qui vendicaturus exhiberi deſiderat, ibidem.

de Expilatæ hereditatis crimine poteſt quis accuſari, non tamen eſt publica accuſatio, l.3.de extraordin.crimin.

Expilatæ hereditatis crimine ſi vnus heredum pro rebus hereditariis communibus omnium heredum egerit contra expilatorem hereditatis, & obtinuit, prodeſt etiam aliis coheredibus quoad præſumptionem, non tamen eſt præſumptio, cui omnino ſit ſtandum, l.res hereditarias, & ibi gl.1.de crimine expilatæ heredit.

Expilatæ hereditatis crimen committit ſurripiens res ab hereditate iacente, licet enim non ſit perſona, cui furtum fiat, tamen hoc crimen ſuccedit in locum actionis furti, & infamiam irrogat, gl.fi.in l.ſi te expilaſſe, 12.C.ex quib.cauſis infamia irrog.

Expilatæ hereditatis crimine damnatus etiam ſi ciuiliter ſit intentatum, & pecuniariter, eſt infamis, ibid.

Expilatæ hereditatis crimine coheres non poteſt agere contra coheredem poſt aditam hereditatem, ſed debet agere familiæ erciſcundæ, l. 3. C. de famil. erciſcund.

Expilatæ hereditatis crimen ante aditam hereditatem rectè concurrit cum rei vendicatione, gl.2.ibid.

Expilatæ hereditatis crimen poſt aditam hereditatem & apprehenſam poſſeſſionem nunquàm dari poteſt; ſed datur familiæ erciſcundæ, aliquo ſubtracto, ſiue fuerit apprehenſa poſſeſſio, ſiue non, ibidem.

Expilatæ hereditatis actio habet locum expilata hereditate ante aditam hereditatem, vel poſt aditam & apprehenſam poſſeſſionem, gl.2.in l.1.C.de crimine explicatæ hered.

Expilatæ hereditatis crimine poteſt agere priuignus contra vitricum, l.2.C.eod.

Expilatæ hereditatis crimine poteſt quis agere contra nouercã quondam ſuam, quando de aui vel alia agitur hereditate, non de mariti nouerca, l.3.C.eod.

Expilatæ hereditatis crimen habet locum deficiente accuſatione, & ideò ſubſidiaria eſt, l.fi.C. eod.

Expilatæ hereditatis accuſatio cum multis actionibus concurrit, videlicet cum actione in rem, ad exhibendum, & petitione hereditatis, gl.1. ibid.

pro Expilatæ hereditatis crimine poteſt agi ciuiliter actione in factum ad poſſeſſionem reſtituendam, vel ad duplum præſtandum, † ibi.

Expilatores hereditatum puniuntur arbitrio iudicum, qui ſolent punire eos, vel in opus publicum, vel in perpetuum, vel temporarium, honeſtiores autem ſolent ordine ad tempus mouere, vel iubere patriæ fines excedere, nec poſſunt condemnare vltra eas pœnas, l.1.§.1.de effractoribus.

Reliqua verbo, Crimen, 4. Vxor, 10. Heres, 89.

EXPLORATORES, qui ſecreta nunciant hoſtibus, proditores ſunt, & ideò capite puniuntur, l.omne delictum, §.exploratores, de re militari.

EXPOSITI pueri ſunt liberi, & ſui iuris, etiamſi quis eos recollegerit ſub conditione, vt ſui ſerui fierent, gl.paterno, in l.nemini, 19.C.de Epiſcop.aud.

Expoſitum colligens non ſuccedit ei ab inteſtato morienti, glo.1.in l.ancillæ, C.communia de ſucceſſio.

EXPRESSA quandoque nocent, non expreſſa non nocent, gloſſ.fin.in l.item ſi vnus, §.fin.de arbitris, & glo.ſummoueri, in l. 3.§.filius, de liber.& poſthum.& glo. quanquàm, & gloſſ. arbitrium, in l.fideicommiſſa, 11.§.ſic fideicommiſſum, de legat.3.& gloſſ.arbitrio, in l.vtrùm, §.1.de reb.dubiis, & gloſſ.non debeat, in l.denunciaſſe, §.quid tamen, de adulteriis, & l. expreſſa, 195. de regulis iuris.

Expreſſum ſi non valet, neque valet tacitum, l.3.§.fi.& ibi glo.fi.de ſeruitut.ruſtic. præd.& gl.non valet, in l.ſi ſponſus, §.1.de donatio.inter vir. & vxo.

Expreſſo vitiato, vitiatur etiam tacitum, quandoque tacitum eſt acceſſio expreſſioni, d.§.fi.& ibi gl. pen.& vlt.

Expreſſum quandoque licèt non valeat, valet tamen tacitum, gl.inutilem, in l. §.1.quib.mod.pignus.

Expreſſum licèt differatur, non tamen differtur tacitum, l.quæro, 32.§.fin. de teſtam.tutel.

Expreſſa quædam nocent, quæ tacita non nocerent, l.ſi quis Sempronium, 68.& ibi gl. 1.de hered.inſtit.

Expreſſum facit ceſſare tacitum, fallit quando tantum ineſt, quo caſu non tantùm facit ceſſare tacitum, imò eius expreſſio nihil operatur, l.cùm ex filio, 39.§.1.& ibi add.marg.de vulgari.

Expreſſo vitiato non vitiatur tacitum æquè principale, l.ſi fideiuſſor, & ibi glo. non poterit, de legat. 1.

Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent, quandoque è contrà expreſſa proſunt, non expreſſa nocent, l.nonnunquàm, 52 & ibi gl.fi.de condit.& demonſt.

Expreſſa quandoque nec proſunt, nec nocent, d.gl.fi.

Expreſſa proſunt in caſib.in quib.ſpeciale mãdatum exigitur, & in pupillari ſubſtitutione tacita, quæ contra matrem non admittitur, ſed expreſſa ſic, ibid.

Expreſſum dicitur illud, quod licèt non exprimatur verbis ſpecificis, colligitur

ex mer

numerandi,iudicandi,& ambulandi,l.verbum facere,218.de verb.ſig.
Facere verbum pro conuenire quandoque accipitur,gl.fin.in l. 3. C.de exceptio.
Facere quod vult,cuilibet licet in ſuo,ſed non in alieno, l. ſicut, §. Ariſto, & ib gl.facere, ſi ſeruitus vend.
Facere quod tenetur in alterius perſona,id & in ſua facere tenetur,l.altiùs, eod.
Facere iniuriam dicitur ille , qui facit alicui etiam aliquod bonum , l.ſi ſeruus, 27.§.& ſi puerum,& ibi gl.ſed iniuriarum,ad leg.Aquil.
Facere,& reficere differunt,ſi ſtrictè ſumantur,ſecus verò ſi largè,glo.reficere,in l.1.§.fi. de mortuo inferend.
Facere illud , quod in negotio ſuo facit,cenſetur quis in negotio ejus , qui ſub ipſius tutela,vel cura eſt,l.peculium,10.§.2.& ibi add.marg. ad Velleian.
Facere aliquid ſi quis debet , vt pœnam euitet , intelligitur debere illud facere, cùm primum facere licet,vt ratione pœnæ non teneatur,l.ſi quis alicui,27.§. qui mandatum ſuſcepit,in add.marg.mandati.
Facere poſſe quiſque videtur illud , quod dolo facit,quominùs poſſit facere , l. verum,63.§.tempus, pro ſocio.
Facere debenti non imputatur,ſi non facit,quod etſi facere vellet,non poſſet,gl. non potuit,in l.cùm quidam,17.§.ſi pupillo,de vſuris.
Facere intelligimur id,quod ex noſtra voluntate dependet , omni meliori modo,quo poſſumus,l.3.de militari teſtam.
2 Facere aliquid ſuo opere,& ſuo labore ſi quis tenetur,tenetur id facere ſuo ſumptu,l cùm ſeruus,39.cum leg.ſeq.de legat.1.
Facere videtur , qui patitur quod prohibere poteſt , gloſſ. 1. in l.adigere,de iure patron.
Facere me in tuo poſſum te cogere, quando illud mihi facienti prodeſt , & tibi non nocet,quod verum eſt in reficiendo quod priùs erat, ex quo redundabat in te vtilitas,quæ mihi ſublata eſt , at de nouo me facere non poſſum te cogere,l.2.§.item Varus,& ibi add.marg.de aqua pluuia.
Facere aliquid non debito modo,& non facere paria ſunt , l. 1.§. 1. quorum legatorum.
Facere qui tenetur,non ſufficit quòd faciat ciuiliter , ſed debet naturaliter implere,& facere,l.ex ea parte,121.§.in inſulam,de verb.oblig.
Facere debens,ſi non facit,cum poſſit,punitur,gloſſ.transfuga,in l.non omnis,§. captus,de re milita.
Facere verbum plura continet,quàm gerere,quia continet iudicare, non facere, item verbis contrahere, quæ non continet verbum gerere , cùm gerere ſit facere aliquid,item ſine verbis,gl.1.in l.licèt,58.de verb.ſign.
Facere oportere , puta dolum abeſſe , & habet ſignificationem,vt abſtineat quis ab eo facto,quod contra conuentionem fieret,& quod curet ne fiat, l. facere, 180.eodem.
3 Facere videtur aduersùs ea,quæ non facit ille,qui non facit, quod facere debet, & faciens quod facere non debet,non videtur facere, quod facere iuſſus eſt, l. qui non facit,121.de reg.iuris.
Facere quis poteſt aliqua pro ſe,& pro ſuo corpore,quæ pro alio non poteſt, gl. ſyndico,in l.placet,17.C.de Epiſcopis,& cler.
Facere videtur,quod non debet,ille,qui non facit,quod debet,gl.1. in l.ſolo obſequij,30.C.de liberali cauſ.
Facere debet quis id,quod non poteſt euitare,§.oportet, in auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. col. 2.
Facimus rectè omnia noſtra,quib.authoritas à nobis impartitur,gl.conſule,in §. conſtat,Inſt.de iure naturali.
Facere quod non poteſt quis tanquàm ipſe,poteſt tanquàm alius,gl.qui duos, in l.ſi paterfamilias,§.1.de adoptio.& l.ſi communem, & ibi gl.& ego, quemadmod.ſeruit.& l.ſi is,qui duos,29.& ibi gl.pen. de liberat. legat.
Facere per ſubſtitutum tenetur ille , qui non poteſt facere per ſe , l. continuus, 137.§.ſi ab eo,de verb. oblig.
Facere aliquid licèt poſſim per me,vtilius tamen erit , ſi facerem per prætorem, l.ſi ſtipulatus ſim,81.§.ſi lancem,& ibi gl.fi. de ſolutio.
Facere qui non poteſt per ſe ſcilicet paciſci , conſentire tamen poterit alij paciſcenti,gl.accommodauerit,in l.fi.C.de pactis.
Facere quod non poteſt quis tanquàm ipſe , non poteſt tanquàm alius , quando eſt in hoc aliqua contrarietas;ſecus ſi non ſit cõtrarietas,quia tunc quod quis poteſt tanquàm ipſe,poteſt tanquàm alius , niſi veniat contra fidem debitam iure contractus,aut iure coniunctionis perſonæ,gl.qui duos,in add.in l.ſi paterfamilias,§.1.de adoptio.
Facere aliquid ſi quis non poteſt,neque poteſt aliis concedere,vt faciant,gl.1.in l.filium, ad Macedon.
4 Facere qui non poteſt,neque poteſt facienti conſentire,l.ſi fundus, 16.§.1.& ibi gl.ſeruabitur, de pignor.
Facere qui non poteſt propter imbecillitatem conſilij,& intellectus ,vt minor,& mulier , non poteſt facienti conſentire ; ſed quando non poteſt facere quis propter defectum iuris,quia ius plenum non habet, vt fructuarius, poteſt ille facienti conſentire,d.§.1.& ibi gl.ſeruabitur.
Facere per alium non poteſt quis,quod per ſe non poteſt facere , l. ſi minor 20. annorum,66.de verb.oblig.
Facere id quod poteſt per ſe,aliquando non poterit per alium,glo.accommodauerit,in l.fi.C.de pactis.
Facere ipſemet videtur,quod per alium facit,gl.alios,in l.1.de eo per quem,glo. fi.in l.1.ſi menſor falſum mod.dix.& gl.impoſuiſſe,in l.1.§.magiſtrum autem, de exercitoria actione,& §.igitur poſt libros,in proœmio Inſtitutio.
Facere videtur quis quod per alium facit, fallit in adoptione , & in impetranda venia ætatis,quæ per ſe,non per alium,debet quis facere , l. ita autem, §.1.& ibi gl.per alium,& ibi add.marg.de adminiſt.tutorum.
Facere non videtur per ſemetipſum,quod per alium facit,l.fin.& ibi glo. per ſemetipſum,de excuſat.tutorum.
Facere ſi quis tenetur aliquid perſonaliter,poteſt illud facere per ſubſtitutum,ſi ipſe ſit impeditus,gl.1.in l.ſi quiſquis,16.C.de Epiſcopis & cler.
Facere videtur quandoque is,qui non facit,gl.faciat,in l.ait prætor,23.§.fi.quib. cauſ.maiores,& gl.1.in l.4.quæ in fraudem creditorum.
Facere verbum affirmatiuum comprehendit ſub ſe non facere,gloſſ. 2. in l. 2.in prin.& in §.item ſi in facto,& in l.4.§.Cato,de verb.oblig.
ſi non facio ego quod debeo,neque tu facis,quod debes,non obtinebis,glo. 1
l.ſi non fuerit,37.de iureiur.
Faciendum ſi eſt aliquid à plurib.omnes facere debent,neque ſufficit vnum al
ri committere animi ſui nutum,gl.fi.in l.ſicuti,21.de arbitris.
Facienda multa impediunt,quæ non remanent iam facta,gloſſ.prætermiſit, in
Sabinus,28.communi diuid.
Faciendum eſt,quod ſæpe factum eſt,glo.ſæpe,in l.3.§.fi.de teſtib.
ad Faciendum aliquid ſi ſtatuatur alicui tempus , ſi is intrà tempus non fac
poſt tempus videtur prohibitus,l.ſtatuliberum,11.§.fi.de legat.2.
Faciendum quæ impediunt,ea deſtruunt iam factum,l.Granius,71. & ibi glo.i
maneant,de fideiuſſor.
Faciendi verbo continetur etiam cauſa reddendi,l.faciendi,175.de verb.ſign.
Faciendum faciliùs impeditur,quàm iam factum,gl.non obligauerit,in §.ſolu
igitur,in auth.de nuptiis,col.4.
Faciendum aliquid quando eſt in pluribus,non ſufficit fieri in vno,glo.moria
tur,ad fi.in §.quoniam autem infirmas,in d.auth.de nuptiis,col.4.
Faciendum non eſt id,in quo plus expenditur,quàm de commodo percipitur,
Mediterraneæ,C.de annonis,& tribut.lib.10.
ad Faciendum aliquid quando quis tenetur,debet illud omni diligentia, & cu
adimplere,§.quorum,in proœm.Inſtitutio.
Facienda multa impediunt,quæ non impediunt iam facta,gl.corrumpit,in l.p
parte,11.de ſeruitutib.

Reliqua verbo, Alius,Poſſe, Fieri.

FACIENS per alium,ipſe facere videtur,glo.negotium,in l.item,§.1.quod c
iuique vniuerſit.l.2.& ibi gl.fi.de fideiuſ.tutor.& gl.conſule,in §.conſtat,In
de iure naturali.
Faciens aliquid in aliorum perſona,multò magis videtur facere in ſua, gl.ope
tet,in l.frater a fratre,de condict.indebiti.
Faciens illud,quod dominus facere incipit,videtur facere voluntate domini,
ſeruos,25.& ibi gl.1.de pigne.actione.
Faciens,& fieri faciens quando ipſe prohibere poteſt,pariter punitur,l.ſi fundi
33.verſ.nam & ſi, locati.
Faciens aliquid qui non poteſt facere,niſi ſit heres,videtur velle id facere, vt
heres,gl.citra,in l.pro herede,20.§.Papinianus,de adquir.heredit.
Faciens quis ſecundùm conſuetudinem teſtatoris, videtur facere ſecundùm v
luntatem teſtatoris,è contrà faciens contra conſuetudinem teſtatoris,videt
facere contra eius voluntatem,l.nomen,34.§.filio,& ibi glo. conſuetudine
de legat.3.
Faciens aliquid,ſed non debitò modo,non videtur parêre iudici iubenti , l. d
cautioni,§.1.de damno infect.
Faciens per alium,ipſe facere videtur,intelligitur in his , quæ facti ſunt ſecu
dùm fictionem fieri,in his verò,quæ iuris ſunt,per ſe propriè facere dicitu
pater,22.& ibi add.marg.de manumiſſ. vindi.
Faciens per alium dicitur facere fictè , l.ſi pater , 12.& ibi gloſſ.2.quæ in frau
creditorum,§.venditæ,& ibi gl.nihil,Inſt.de rerum diuiſione.
Faciens quis,ne prohibeatur aliquid facere,debet haberi pro eo,ac ſi prohibit
eſſet,gl.poſſit,in l.1.§.ſed & Ariſto,quod vi aut clàm.
Faciens per alium dicitur propriè ipſemet facere , quando agitur de adquire
do,& ſic de lucro captando,in quo vertitur adminiculum adquiſitionis,l.c
tè,§.1 & ibi add.marg.de precario.
Faciens vetante prætore dicitur propriè feciſſe aduersùs edictum,l.qui vetan
102.de regul.iuris.
Faciens dolo quominùs haberet,pro eo habendus eſt,ac ſi haberet,l.ad ea , qu
157.eodem.
Facienti non imputatur aliquid,ſi facit,quod poteſt,gloſſ. 1.in l.ſi ideò,C.de
quibus vt indignis.
Faciens id,quod non debet facere,dicitur alienus ab alieno ſenſu,l.2. C.de e
ctorib.lib. 10.
Facientes,& conſentientes pari pœna puniuntur,gl.feriendis,in l.hac edictal
conuenticula,de pace tenenda.
Reliqua verbo, Conditio,35.36. Fieri, Fodiens, Fons, Quod tibi reſpicere , Stipula
61. vſque 65. Communis,1. Concedo.
in FACIE vel in fronte non debet ſignari damnatus in metallum , cùm fac
ad ſimilitudinem Dei formata non debeat fœdari,l.ſi quis,17.C.de pœnis
gl.ſeu furtum,in l.hac edictali,§.iniuria,de pace tenenda.
à FACILIORIBVS inchoandum eſt,§.noſtra autem,verſ.ſed ne in primis
fi.Inſt.de legatis,& §.his igitur,Inſt.de iuſti.& iure.
Facillimè quæ conſtituuntur,facillimè etiam tolluntur,veluti pacto nudo c
ſtituitur pignoris obligatio,eodem iure tollitur eadem obligatio,glo.ipſ
l.ſi noxale,de noxalibus.
FACINVS hominum coacta manu factáque congregatione patratum at
cius eſt,quàm quod citra hominum coactam manum,l.4.§.ſi quis,in addit
ne marg.vi bonorum raptor.
Facinori manifeſto deſinens obuiare, non caret ſcrupulo occultæ conſenſio
c.1 §.item qui dominum,quæ fuit prima cauſa benef.
Facinus per quos coinquinat,& æquat,vtroſque pœna ſimilis comitatur, gl.
riendis,in l.hac edictali,§.conuenticula,de pace tenenda.

Reliqua verbo,Scelus.

FACTIO in malam partem accipitur , gloſſa final. in l.4.C.de ingenuis m
numiſſio.

Reliqua verbo,Teſtamentum,12,13.14.

Factum in genere 1. vſque 6.
Promiſſum factum vel indiuiduum,7.8.9.
Factum alienum,9.10.
Factum legitimum,11.
FACTVM aliquid ad pœnam ſufficit,vt ſic de iure non teneat,gloſſ.cum e
l.quid ergo,§.cùm autem,de his,qui notan.infam.
Factum pupilli quandoque non expedit ſic publicari coram prætore,glo.de
nerentur,in l.Neſennius,de negotiis geſtis.

ignem, in l. si seruus, 27.§.siquis,ad leg.Aquil.l.2.& ibi gl.non nocet, si quis aliquem testari,& l.de pupillo,§.si plurium,de noui operis,nunc.glo.leges, in §.aliud quoque capitulum,in auth.vt cùm de appel.cogn.col.8.l.factum, 155. de regul.iuris.

Factum vnius quandoque alteri prodest,& nocet,gl.fi.in l.fi.C.de duobus reis.

Factum alienum sicut reus principalis non potest promittere, ita nec fideiussor poterit promittere,l.sicut reus,65.de fideiussor.

Factum alienum potest quis iustè ignorare,gl.fi.in l.cùm falsum, 46. de adquir. hered.

Factum alienum nostrum videtur,vt interruptione vsucapionis,vel præscriptionis,in numeratione pecuniæ,& in possessione per aliquem nobis adquisita,gl. per quemlibet,in l.ea,quæ,53 de adq. rerum dominio.

Factum alienum licèt promitti non possit,potest tamen promittere quis operas, quas alius promiserat,licèt factum alienum promittere videatur, & promittens,& ille alius eiusdem peritiæ esse censentur,gl.adhiberi,in l.nemo est, de duobus reis.

10 Factum vnius rei debendi nocet alteri quoad interrumpendam præscriptionem & vt currant vsuræ aduersùs omnes correos, quoad alia autem nocet,si socij sint,secus si socij non sint,l.pen.& ibi gl. 1.& add.marg.eod.

Factum alienum promitti non potest,& promittendo videtur promittere se curaturum,vel videtur promittere interesse,si non fiat, gloss. 4.in l.3.C.de ædilit.actio.

Factum alienum promitti propter eius magnam difficultatem quasi impossibile habetur,i.difficile,cùm aliàs ex eo agi non possit, ibid.

Factum personæ in damnum Ecclesiæ non redundat,fallit in tribus casib.scilicet in hereditate raptoris,hæretici, & in naui extructa contra felicem ambolam & in his trib.casib.id euenit delinquendo,non contrahendo, gl. profecerunt, in §.si verò quis,in auth.de alienatione & emphyt.col.9.

Factum alienum nemo potest promittere,nisi pœna promittatur,gl.non obligatur,in §.si quis alium,Inst.de inutilib.

Factum alienum potest generaliter promittere in prætoriis stipulationibus, & in stipulatione,habere licere,& in stipulatione de rato,& in ædilitiis stipulationib.vt sanum esse seruum venditum,vel non furem, &c. & in stipulatione rem pupilli saluam fore, item quando promittit alium dare vel facere, ad quod promissor tenebatur, item quando iurauit, quia facit valere omni meliori modo quo potest,nempe quod curetur,vt id fiat,d.glos.non obligatur,& ibi add.in d.§.si quis alium.

Reliqua verbo,Delictum,1.Dominus,2.23.Heres,78.Procurator,25.26.Promissio,5. Promissor,Publicanus,Tutor,137.138.Debitor,1.

11 FACTVM legitimè non debet ex alio euentu resuscitari,gl.reprobari,in l.Barbarius,de officio prætor.

Factum aliquid si sit ex causa superuenienti,vel posteà apparenti immutatur,gl 1.in l.non est ferendus,de transactio.gl. fi.in l.1.§.fi.Episcop.vel abbatem, in vsib.feudo.

Factum rectè non debet retractari,gl.non admittitur,in l.si mulier,31.de minoribus,gl.fi.in auth.si captiui,C.de Episcopis,l.1.& ibi glo.probatus, C. de iure fisci,lib.10.

Factum legitimè non meretur pœnam,gl.actionem,in l.4.de aqua pluuia.

pro Facto habetur quod de proximo est fiendum,l.pe.& ibi gl.fin.de milit.testa. l.1.§.sed meo, ad Sylanian.

Factum legitimum non retractatur,etiamsi veniat ad eum casum, quo incipere non potuisset,§.si quis debitori,Inst.de legat.

pro Facto habetur aliquid in præiudicium prohibentis facere,glos.fisco, in l.1.si quis aliquem testari.

pro Facto habetur id,quod casu impeditur,gl.per te,in l.turpia,54.§.sed & si, de legatis 1.

ad Factum obligatus in vltima voluntate præcisè tenetur ad id,l.fideicommissa, 11.§ fi.de leg.3.

Factum non videtur,quod legitimè non est factum,glo.1.in l.2.ne quis eum,qui in ius voc.& gl.1.in l.pe.quando dies legat.cedat.

Factum vitiosè,& malè factum paria sunt,l.quoties,qui satisdare cogantur.

Factum aliquid non videtur,nisi duret,gl.durant,in l.item, §. quod si, quod cuiusque vniuers.

FACVLTAS soluendi aliud pro alio transit ad singularem successorem, l. si quando,109.§.1.de legat. 1.

Facultatis verbum denotat quandam facilitatem in eo,quod facere potest,idest, in soluendo,gl.2.in l.si quis crediderit,de pactis.

Facultas eundi per viam publicam non præscribitur,glos.1.in l.2.de via publi.& itinere pub.

Facultates alicuius suscipiens dicitur suscipere hereditatem,l.final.& ibi gloss.4. C.vnde liberi.

Facultatem contrahendi habens per verba significantia arbitrium boni viri contractum,debet arbitrari suo arbitrio regulata,ratione prout bonus vir, ac diligens paterfamilias facturus fuisset,glo.videbitur,in extrauag. ad reprimendum,quomodo in læsæ maiest. crim.

Facultatem contrahendi habens per verba significantia liberam voluntatem, omnia potest,exceptis duobus,scilicet primò quòd non donet, secundò quòd dolus absit,ibid.

Facultas largiendi si sit commissa alicui per verba significantia arbitrium boni viri,debet eligere vt bonus vir, si verò sit commissa ei per verba significantia liberam voluntatem, tunc potest facere omnia contra regulas iuris ciuilis, seruatis regulis iuris gentium,ibid.

Facultas iudicandi quando est commissa alicui per verba importantia arbitrium boni viri,debet is sequi regulas omnes iuris ciuilis,ibid.

Facultatem habens faciendi quidquid viderit expedire,dicitur habere arbitrium voluntatis, glossa in animam, in §. nomina, in extrauagan. de pace Constantiæ.

de Facultatib.& suis bonis sæpe ampliùs,quàm in illis est,sperant homines, §.in fraudem,Inst.quib.ex causis manumittere.

Facultates magnæ,vel paruæ dicuntur ex arbitrio iudicis, inspecta personarum, locorum, & rerum qualitate, sed quoad dationem tutoris dicuntur paruæ facultates pupilli vsque ad 500. solidos, sed si sint vltra, dicuntur magnæ, † glossa iussu, & ibi additio. in §. sed hoc iure, Instit. de Atiliano tutore.

Reliqua verbo,Patrimonium,Bona.

Falcidia in genere,nu.1.vsque ad 5.

Quoad compensationem,& rationem Falcidiæ,nu.5.& 6.

Falcidia quando locum habeat,vel non,nu.7.vsque ad 11.

Quoad detractionem Falcidiæ,nu.11.vsque ad 15.

FALCIDIA lata est à Falcidio tribuno plebis,vel à Falcidio consule, glo.1.in add.marg.in auth.de heredib.& Falci.col.1.glo.Falcidiæ,in §.hinc nobis,eod. tit.& gl.1.& ibi add.in prin.Inst.de lege Falcid.

Falcidia non est inducta propriè contra voluntatem testatoris, sed contra errorem ipsius,§.si verò non fecerit,in auth.de heredib.& Falcid.col.1.

Falcidia,& Trebellianica sunt pares,& quodammodò sunt similis effectus,gloss. substitutis,& ibi add.marg.in §.si verò expressim,eod.

Falcidiæ nomen quandoque ponitur pro debito naturæ, bonorúmque subsidio, quandoque,& frequentiùs,pro portione,quæ iure institutionis debetur, auth. de immensis donatio.in principio,& ibi glo.1.& add.marg.col.7.

Falcidiæ lex introducta est, ne testatores sine herede decederent, in principio Inst.de lege Falcid.

Falcidia lege cautum erat,testatorem non posse vltra dodrantem legare,ibid.

Falcidia pro Trebellianica pluries sumitur,gl.1.in l.quanquàm,10.& glo.1.in l. sicut allegas,11.C.ad legem Falcid.

Falcidia dicitur ex causa lucratiua,neque est ita debita,sicut legitima, l.si debitor,12.& ibi add.marg.ff. eod.

Falcidia resecat etiam liberationem factam ex causa lucratiua, vel donationis causa mortis,l.quod bonis,15.eod.

Falcidia non potest minui,vel auferri propter æstimationem rerum, quæ remanebant apud heredem,factam à defuncto,hodiè autem rectè potest, d. l.quod bonis,§.fi.& ibi gl.fi.

Falcidiam non inducit legatum inutile,imò submouet eam,l.si à seruo, 20.& ibi gl.fin.eodem.

in Falcidia rerum hereditariarum æstimatio facienda est ex veritate, & non ex affectione alicuius,l.in Falcidia,42.eod.

Falcidiæ stipulatio præstita à legatario de reddendo, quantò ampliùs acceperit, quàm per legem Falcidiam licuerit sibi, committitur statim atque conditio legati,vel debiti æris alieni extitit,l.Falcidiæ stipulatio,70.eod.

Falcidia heredis causa lata est, & ideò potest in eo sibi præiudicare, præstando legata integra,testator tamen non potest ei præiudicare in eo,l.potest, 71.& ibi gl. 1.eod.

de Falcidia imponenda quando tractatur, & in hereditate est debitum, vel creditum conditionale, potest res dupliciter expediri, vel per solam cautionem prætoriam,vel per æstimationem debiti,& crediti conditionalis;sed hæc æstimatio in legatis conditionalib.locum non habet, sed sola cautio interponitur,de legatis verò in diem habetur consideratio, velut de puris, solo interusurio medij temporis detracto,& ideò non fit æstimatio,nec præstatur cautio,l.in quantitate,73.§.magna,eod.

in Falcidia cautio de restituendo quantò ampliùs,etiam debet interponi,nedum ante legatum solutum,sed etiam posteà,si omissa fuerit, l.3.§.final.si cui plus quàm per leg.Falcid.

in Falcidiæ ratione debet præstari cautio, quando recipientis interest, l.4.§.1. eodem.

in Falcidia cautio de restituendo quantò ampliùs,quàm per legem Falcidiam licuerit accipere,debet interponi cum fideiussoribus,l.3.§.hæc cautio,eod.

Falcidiam vel Trebellianicam non potest heres in vna re retinere,nisi de voluntate fideicommissarij, vel nisi iudex,cuius arbitrio relinquitur, ex æquitate quartam in vna re assignauerit,† gl.res,quæ,in l.3.§.res, quæ, ad Trebel.gl.1. in l.2.C.ad legem Falc.glo.pen.in l.potest autem,27.de leg.1.

Falcidiæ quarta,quæ potest defalcari per heredem, est debita naturaliter legatariis,quib.si fuerit soluta per heredem,repeti non potest,gl.1.in l. cùm quis,C. de iuris & facti ign.

Falcidiæ nomen ponitur quandoque propriè pro portione debita iure institutionis, impropriè pro Trebellianica, impropriissimè pro debito bonorum subsidio,gl.fi.in auth.vnde si parens,C.de inofficio. testam.

Falcidia inducitur quandoque de primò relictis occasione vltimorum relictorum,gl.fi.vers.sextò,in l.1. C.de eod.

Falcidia debetur filiis iure institutionis,vel etiam iure naturæ,nam quamcunque filius voluerit,retinere poterit,gl.legis,in l.quoties,10.C.famil.ercisc.

Falcidia quandoque potest retineri in vna re,gl.fi. in l.filium, quem habentem, 24.C. eod.

Falcidia ipso iure minuit legatum,gl.fi.in l.1.C.ad legem Falcid.l.1. §. si quis causa mortis,& ibi add.marg.quorum legatorum.

Falcidia primò fuit inducta ad legata, sed posteà constitutione Diui Seueri est porrecta ad donationes causa mortis,gloss.1.in l.si mortis,C,eodem.

Falcidia vti regulariter nō prohibetur heres,glo.2.in l.in imponenda,5. C.eod.

Falcidiæ quarta non retenta per heredem, per errorem facti potest repeti, secus si certa scientia vel iuris ignorantia non est retenta,l.error,9. C.eodem.

per Falcidiam diminuitur mortis causa capio, vel legatum, vel fideicommissum vbi residuum est minus quarta Falcidia,l.pen.& ibi gl. 1. C. eod.gl. legare, in prin. Insti. de lege Fal.

Falcidia heredi seruanda est,si fiat inuentarium, non aliàs,gl. 2. in principio, in auth.de heredib.& Falcid.col.1.

Falcidia non potest retineri in vna re,quando plures sunt legatarij, secus si vnus tantùm legatarius sit,qua tunc potest vel ex rei necessitate, vel legatarij voluntate,† gl.legare,& ibi add.margin.& gl.fi in principio Inst.de lege Falcid.

in Falcidiæ ratione ponenda consideratur quantitas patrimonij, quæ erat tempore mortis testatoris,nec augmentum, vel diminutio contingens posteà, & ante aditam hereditatē legatarij prodest,vel obest,§. quantitas, Institut. de lege Falcid.

 secus

secus,si posteà,d.l.1.§.item si ita, eod.

Falcidia non detrahitur de eo, quod mortis causa datur,ad euitandam alterius legati præstationem,d.§.item si ita,& ibi gl.in Falcidia,& ibi add. marg.eod.

12 Falcidia detrahitur de diuiduis de ipsa re,& non de æstimatione, sed de indiuiduis detrahitur de æstimatione,d.l.1.§.si vsusfructus.

Falcidia vt sciatur an sit detrahenda,omnia sunt æstimanda,ibid.

quoad Falcidiæ detractionem paria sunt legata,decem annua relinquere,vel relinquere triginta semel tantùm,l.si heres,3.§.fi.& ibi gl.item si,eod.

Falcidia detrahitur solùm de commodo repræsentationis ex legato facto à debitore creditori, si illud valet propter commodum repræsentationis, l.1.§.si quis creditori, eod.

Falcidia detrahitur de æstimatione legatæ seruitutis realis, vel personalis indiuiduæ, & non de ipsa seruitute, nisi legatum sit vsusfructus, quia tunc de eo detrahitur,d.l.lege Falcidia,7.& ibi glo.1.eod.tit.

Falcidia vna detrahitur in testamento patris, & filij, & fit contributio legatorum,& bonorum, in qua Falcidia detrahenda tempus mortis patris inspicitur, & bonorum augmentum, & diminutio posteà contingens non prodest, nec nocet legatariis,l.in ratione,11.§.quod vulgò,eod.

Falcidiam detrahere potest seruus,liber,vel filiusfamilias heres institutus à domino,vel patre imponente,necessitatem de restituendo tacitum fideicommissum incapaci,l.si tacitum,13.eod.

Falcidiam detrahi ex alterius testamento potest testator prohibere, l. pater filiam,14.§.1.eod.

Falcidiæ non deducendæ onus ex alio testamento debitæ cum aliis legatis, & aliis oneribus commiscetur,d.§.1. ibid.

Falcidia non deducta de vna re,vel parte soluta potest deduci ex alia re,vel parte eidem soluenda,l.si ex pluribus,16.eod.

13 Falcidia non detrahitur de statuis ipsis legatis, cùm sint indiuiduæ, sed tantùm de earum æstimatione detrahitur,l.lineam,26.§.fi.& ibi gl.fi.eod.

Falcidiæ detractionem non potest testator prohibere,nisi in quibusdam casibus gl.fi.in l.Seius,& Agerius,27.eod.

Falcidia detrahitur ex legato annua, bima, trima die relicto, & non solùm ex prioribus summis,sed etiam de omnibus,l.pœnales,32.§.annua,eod.

Falcidia non detrahitur ex legata libertate,nisi cum libertate alia res defalcabilis sit legata,d.l.pœnales,§.si Titio,& ibi gloss.penult.& l. si seruus, 33.cum l. seq.eodem.

Falcidia vtriusque legati detrahi potest de vno legato pro duobus legatis, l.planè,35.& ibi gl.fi.& l.seq.eod.

Falcidia non detrahitur ex pecunia legata, vt seruus manumittatur, si per hoc impediatur manumissio,l.decem,& ibi addit.marg.de fideicom.libert. l.sed si non seruus,36.ad leg. Falcid.

in Falcidiæ ratione deducuntur non solùm pretia alienorum seruorum, quibus libertas est data per testatorem, sed etiam seruorum testatoris, qui vltimo supplicio sunt affecti, eò quòd non iuuerunt dominum suum, cùm essent sub eodem tecto, & eorum, qui in præmium libertatem accipiunt,l.æris alieni, 39.eodem.

Falcidiam non detrahit legatarius,nec fideicommissarius de legatis relictis à se, l.lex Falcidia,47.§.fi.& ibi gl.fi.eod.

Falcidiam regulariter non detrahit fideicommissarius generalis de legatis relictis ab herede, licèt ex Trebelliano restituatur hereditas, nisi quando heres sponte adiit,& sponte Falcidiam non detraxit, volens hereditatem exercere in fideicommissarium,item quando coactus heres adiit,ibid.

14 Falcidiam detrahi expressè prohiberi non potest,potest tamen legari,ac præstari legatario id, quod per Falcidiam detrahitur, & ita legatarius primum legatum integrum retinet sine detractione Falcidiæ,l.si in testamento,64.& ibi glo.fin.eod.

Falcidia regulariter detrahitur mortis tempore,fallit tamen,quandoque,vt quia conditionalis debiti ab hereditate extitit conditio, gloss.final.in l.reperitur, 84.eodem.

Falcidia deduci debet de legatis per heredem,& non per eum,qui nunquàm fuit heres,gl.solida,& ibi add.marg.in l.qui fundum,87.§.qui filium,eod.

Falcidia licèt non detrahatur, attamen non tenetur quis ad legata vltra vires hereditarias,l.1.§.denique, ad Trebel.

Falcidiam detrahere videtur testator, quando iussit heredem integra legata soluere,vel totam vel integram hereditatem restitui,vel omnia bona, &c. & sic per talia æquipollentia verba, † glo.fi.& ibi additio,in l.decem,6.de fideicommis.libert.

Falcidia non detrahitur ex legato relicto pauperibus,vel captiuis,l.si quis ad declinandam,37.C.de Episcopis & cleri.

Falcidia non detrahitur de eo, quod est relictum pro legitima, quia legitima plus est debita filio,quàm Falcidia sit debita heredi,l.scimus, 36.C.de inofficioso test.

Falcidia sicut detrahitur de legatis,& fideicommissis, ita & de prælegatis, gloss. exemplo,in l.si cogitatione,21.C.famil.ercisc.

Falcidia quod defalcatur de legatis, est naturaliter debitum, quia solutum non est donatio,gl.fi.in l.1.C.ad leg.Falcid.

15 Falcidia pro modo & quantitate legatorum,& fideicommissorum de singulis est detrahenda,l.2.C.eod.

Falcidia,quæ debet detrahi ex vna re,quandoque detrahitur ex alia re,gl.1.ibid.

Falcidia potest detrahi etiam de legatis dandi principi,l.4.C.eod.

Falcidia olim detrahebatur de legatis Deo dandis,gl.1.ibid.

Falcidia detrahitur pro rata de legatis relictis ad fabricam operis publici,vel ad ponendam statuam,l.in imponenda,6.& ibi gl.2.C.eod.

Falcidia non detrahitur de legatis relictis ad pias causas,auth.similiter,C.eod.

Falcidia,quæ non detrahitur de legato pio, non aggrauat alia legata, † glossa fin.ibidem.

Falcidia non detrahitur de legato chartularum, neque de legato instrumenti prædiorum dotis,idest, de ligonibus,aratris,& similibus,l.si prædiorum, 15. & ibi gl.fi.C.eod.

Falcidia,vel Trebellianica non potest detrahi, quando æs alienum absorbet totam hereditatem,cùm tunc neque legata debeantur,l.successores,16.C.eod.

Falcidia potest detrahi de legato relicto coheredi,l.à coheredibus,17.C. eod.

Falcidiam detrahere poterat olim heres, etiam inuito testatore, sed hodiè non potest inuito testatore,gloss.inuitis, in §.hinc nobis,in authent. de hered. & Falcid.

Falcidiam detrahi testator non poterat prohibere olim, sed hodiè rectè potest, quia hodiè non potest venire casus destitutionis testamenti, gloss.ipsorum, & ibi addit.in principio Instit.de lege Falc.§.si verò expressim,in auth.de here. & Falcid.

Falcidia non detrahitur de legato putà decem aureorum relicto alicui, vt redimeret & manumittat seruum alienum, nisi de eo, quod ex legato facta emptione serui superest,gl.seruorum,in §.fin.Instit.de leg.Falcid.

Falcidia non detrahitur de legato relicto alicui,vt seruum proprium manumitteret,neque de legato libertatis,& sic pio,d.gl.seruorum,& ibi add.marg.

Falcidia non solùm ex tota,sed etiam ex parte hereditatis potest detrahi per heredem in parte institutum,§.& cùm quæsitum,Instit.eod.

Reliqua verbo, Æstimatio, 8. Carestia, Fideicommissarius, 13. Heres, 167. vsque 1[..] Miles, 31. Legatum, 82.

Falsa demonstratio,nu.1.2.

Falsa causa vel conditio aut crudelitas,nu.3.

1 FALSA demonstratio vitiat legatum,si aliter non esset legaturus,secus si aliàs etiàm esset legaturus,gloss.exceptione,in l.si cùm te,de pactis,& l. cùm quidam,24.& ibi gl.1.de leg.2.

Falsa demonstratio legatum non vitiat,nec obest legatario, si de corpore constat,l.cùm filius,76.§.heres,de legat.2.& gl.demonstrationem, in l.si sic legatum,75.§.1.de legatis,1.glo.& hoc,in l.patronus,35.§.1.de legat.3.& l.pater filium,& ibi gl.emisset,eod.& gl.fi.in l.Titio,21.§.fi.de annuis legat. l.demonstratio falsa, 17.de conditio.& demonstr. l. penult.& ibi gloss.fin. manumis.testam.

Falsa demonstratio,neque legatario, neque fideicommissario,neque heredi instituto nocet,veluti si ex certa scientia aliquem fratrem, nepotem,vel sororem aut quodlibet tale dixisset,cùm non esset,l.falsa demonstratio, 33. de cond. & demonstr.

Falsa demonstratio legati non facit legatum illud,quod non est legatum,veluti si quis cùm nihil legasset Titio,dixit,Lego Seio decem ex centum, quæ Titio legaui,Titius propter hoc non petet legatum, & Seius sola decem consequitur,l.cum tale,72.§.fi.eod.

Falsa demonstratio non nocet legato libertatis,gl.1.in l.libertate,26.de statul.

Falsa demonstratio non vitiat legatum, vbi certa quantitas est expressa per se, vel per relationem ad aliud,& ex testamento eius nomine competit actio, l. 2.C.de falsa causa adiecta.

Falsa demonstratio non vitiat legatum factum à testatore in prima persona de certa quantitate,vt,Lego tibi decem,quæ debeo, & tunc valet legatum, licèt non debeat,glo.1.ibid.

Falsa demonstratio vitiat legatum factum à testatore in prima persona de in certa quantitate, vt,Lego tibi, quæ debeo,non valet legatum,si nihil debeat, ibidem.

Falsa demonstratio vitiat legatum à testatore in secunda,vel tertia persona, licèt de certa quantitate,vt,Lego tibi, quod mihi debes, vel, Lego tibi,quod Sempronius debet,vel, Lego Titio, quod ipse Titius debet, his casibus non valet legatum,si nihil sit in debito, ibid.

Falsa demonstratio quantitate non expressa vitiat legatum, secus si quantitas expressa,l.3.eod.tit.

Falsa demonstratio non vitiat legatum cùm de corpore, vel quantitate constat, si animo relinquendi illud sit relictum,gl.1.in l.si donatio,C.de donat.

Falsa demonstratio non vitiat legatum, vt, Lego Stichum seruum meum vernam,licet is non sit verna, sed emptus sit,vel non sit emptus,cùm de corpore constet,vtile legatum est,§.huic proxima,& ibi gl.2.Inst.de legatis.

Falsa demonstratio adiecta in contractibus vltrò citróque obligatoriis, vel in venditione,vitiat,& annullat ipsum contractum,d.gl.1.& ibi add.ibid.

de Falsa demonstratione ad falsam causam valet argumentum, §. longè,eodem.

Falsa demonstratio non vitiat iudicium,l.si in Iudicis,80.de iudiciis.

Falsa demonstratio circa rem petitam non vitiat iudicium, idem si erretur in nomine iudicis,l.idem Pomponius,5.§.pen.de rei vendic.

Falsa demonstratio non vitiat stipulationem,gl.post nuptias,in l.2. §. creditum si certum petatur.

Falsa demonstratio finium non adiicit aliquid actui, l.sed si communis, 18.[...] contrah.empt.

Falsa demonstratione si quis rem esse maternam, cùm paterna esset, profitetur extra iudicium,sibi non præiudicatur,nisi transegerit, vel detulerit iuramentum,aut in iudicio confiteatur,gl.1.ad med.in l.regula,de iuris, & facti ignor.

Falsa demonstratio in designanda persona legatarij non vitiat legatum, si constet de persona,cui legare voluerit,l.demonstratio, 17.de condit.& demonstr.

Falsus modus,vel causa legato appositus non vitiat illud,l.si quis eum, 37.& [...] add.marg. eod.

Reliqua verbo, Demonstratio, Legatum, 49.50.51.

3 FALSA causa non vitiat secundum decretum, quod verum est, quando mi[...] ex causa iudicati fit,secus si ex interlocutoria,l.5.& ibi ad.mar.de Public[...]

Falsa causa inserta,& expressa in testamento vitiat dispositionem ipso iure,sed non sit inserta,sed tacita in mente retenta,non vitiat ipso iure,l.fin. & ibi [...]pe.de here.inst.

Falsa causa non vitiat legatum,veluti,Lego tibi fundum,quia negotia mea curasti,debetur legatum,licèt non curauerit negotia,l.demonstratio,17.§.fin. & si ita legatum,12.& l.cùm tale,72.§.falsam,de conditio.& demonstratio. & l. 1.C.de falsa causa,& §.sed si vxori,Inst.de legat.

Falsa causa conditionaliter apposita, veluti, Lego tibi fundum, si negotia mea curaueris,vitiat legatum,secus si causa vera inueniatur,d.l.demonstratio,[...] §.fi.de cond.& demonst.

Falsa conditio legato adiecta pro impossibili habetur, l.cùm tale, 72, §.falsam, eodem.

Fama publica excuſat à dolo, niſi habuerit originem ab eo, qui propter famam ſe vult excuſare,l.miles,11.§.mulier, de adulteriis.

Famæ alicuius quando eſt parcendum,multò magis eſt parcendum eius vitæ,l.ſi adulterium,38.§.fi.eod.

Famæ pro re vili ſi parcitur, multò magis debet parci vitæ, l. furem, in addit. marg.ad leg.Cornel.de ſicariis.

Fama alicuius eſt indicium ad torturam,l.de minore,§.tormenta,& ibi gl.exiſtimationis, de quæſtio.

Fama quandoque conſumitur, quandoque minuitur, gl.opinionis,in l.quiſquis, 6.C.de poſtulando.

Fama minuitur, cùm ciuitas,& libertas retinetur, ſed circa ſtatum pœna plectitur quis,gl.fi.in l.1.C.ex quib.cauſ.infam.irrog.

Fama eſt illæſæ dignitatis ſtatus legibus, & moribus comprobatus, & in nullo diminutus, ibid.

Fama, opinio,& exiſtimatio idem ſignificant, ibid.

Fama duplex eſt, hominis in ſe ipſo,& hominis quoad alios; prima fama eſt illæſæ dignitatis ſtatus legibus & moribus comprobatus: Fama verò hominis quoad alios,non definitur per verbum eſt,ſed per verbum dicitur,veluti fama eſt dictum,vel opinio maioris partis gentium,d.gl fi.in additione.

Fama patris per creditores iniuriari videtur, gl.1.in l.nemo,C.eod.

Fama confirmat rem, de qua agitur, gl.cauſam,in §.& licèt dudum,in authen.de teſtibus, col.7.

Fama publica conſtituit quem in quaſi poſſeſſione ingenuitatis, & in quaſi poſſeſſione quaſi dominij, l.fi.in add.marg.C.ſi ſeruus aut libertus,lib.10.

Famæ periculum æquiparatur periculo vitæ, gloſ.ob cauſam, in l.ſuſpectus autem, de ſuſpect. tutor.in Inſtitutio.

Reliqua verbo, Exiſtimatio,Opinio,Probatio,1.

Famis tempore plus edunt homines, quàm in alio, gloſſ. 1. in l. ideò, de compenſat.

Fame hominem necans tenetur in factum actione, vel vtili actione Aquilia, l. item ſi obſtetrix, §.ſi quis, ad leg.Aquil.

Reliqua verbo, Edulitas.

Familia in genere, num.1. vſque ad num.5.

Familiæ erciſcundæ iudicium,num.5. vſque ad 11.

1 Familiæ verbum multis modis ſumitur; nam deducitur & in res, & in perſonas; in res,vt in lege xij. tab.his verbis: Agnatus, proximus familiam, ideſt, ſubſtantiam, habeto; item illud familiæ erciſcundæ, ideſt, hereditatis diuidendæ; ad perſonas autem refertur ita, cùm de patrono & liberto loquitur lex per verbum familiæ, l.pronunciatio,195.§.1.de verb.ſign.

Familiæ appellatio refertur & ad corporis cuiuſdam ſignificationem, quod aut iure proprio ipſorum, aut communi vniuerſæ cognationis continetur. Iure proprio familiam dicimus,plures perſonas, quæ ſunt ſub vnius poteſtate, aut natura,aut iure ſubiectæ, vtputà patremfamilias, matremfamilias, filiumfamilias,filiamfamilias,quíque deinceps vicem eorum ſequuntur, veluti nepotes,neptes,& deinceps,d.l.pronunciatio,§.familiæ.

Familiam etiam iure communi dicimus omnium agnatorum: nam etſi patrefamilias mortuo ſinguli ſingulas familias habeant, tamen omnes, qui ſub vnius poteſtate fuerunt, rectè eiuſdem familiæ appellantur, qui ex eadem domo,& genere, ſiue agnatione proditi ſunt,d.l.pronunciatio,§.cõmuni iure.

Familiam etiam ſeruientium appellare ſolemus,vt in edicto prætoris ſub titulo de publicanis, vbi prætor loquitur de familia publicanorum, ſed ibi non omnes ſerui, ſed corpus quoddam ſeruorum continetur, quod demonſtratur eius rei cauſa paratum eſſe, ideſt, cauſa vectigalis, ſed in alio edicto omnes ſerui continentur,vt de hominibus coactis,ideſt, congregatis, & vi bonorum raptorum,item in redhibitoria, ſi deterior res reddatur opera emptoris vel eius familiæ, d.l.pronunciatio,§.ſeruientium.

Familia appellatur etiam plurium perſonarum,quæ ab eiuſdem vltimi genitoris ſanguine proficiſcuntur, ſicuti dicimus familiam Iuliam, quàſi à fonte quodam memoriæ,d.l.pronunciatio, § item.

2 Familiæ appellatione, & ipſe princeps familiæ continetur, l. familiæ, 196. de verbor. ſignif.

in Familia viri cùm vxor non reperiatur, cùm ſit principium, ac finis ſuæ familiæ,etſi ſtatuto caueatur, quòd bannitus expellatur cum ſua familia, non debet expelli vxor marito expulſo, cùm non ſit de eius familia, d.l.familiæ,§.fi. in addit.marg.eod.

Familia vrbana, & ruſtica non loco, ſed genere diſtinguitur,quia poteſt aliquis diſpenſator ſeruorum vrbanorum hactenus,nunc non eſſe numero ſeruorum vrbanorum, l.vrbana, 166. eod.

Familiæ appellatione continentur etiam liberi,l.deteſtatio,40.eod.

Familiæ appellatione non continetur vnicus ſeruus, ibid.

Familiam non faciunt duo, ſed plures debent eſſe, ibid.

Familia ponitur pro agnatitia cognatione, vnde extra familiam eſſe dicuntur mater,& auia, l. qui in adoptionem, & ibi gl.extra familiam, de adoptio.l. nam & cætera,& ibi gl.familiæ,de capitis deminutione.

Familia ſeruorum ſi furtum fecerit, ad tantum tenetur dominus, ad quantum vnus liber faciens furtum tenetur,l.quod ait,31.de noxalibus.

Familia ſeruorum ſi furtum fecerit, & ex pretiis noxæ deditorum ſeruorum duplum colligatur, contra cæteros ſeruos non datur actio, quoniam pretium ſeruorum noxæ deditorum imputatur in pœna dupli,d.l.quod ait.

Familia gaudet eiſdem priuilegiis, quibus gaudet dominus familiæ, l. 1. & ibi add.marg.in l.ad egregias,15. de iureiur.

Familia doctorum non poteſt apprehendi perſonaliter, in curiámque deduci, aut quouis modo alio vexari, ibid.

3 Familia Doctorum non poteſt cogi venire coram iudice ad iurandum,ſed debet iudex mittere ad domum, vt iuret,d.gl.1.

Familiæ vnius dicuntur eſſe illi, qui habitant ſub eadem claue,l. quid ſit,17.§. erronem,in addit.marg.de ædilitio edicto.

Familiæ appellatione omnes, qui in ſeruitio ſunt, continentur,etiam liberi homines,qui bona fide ei ſeruiunt, vel ſerui alieni,& etiam illi,qui in eius poteſtate ſunt,l.ædiles,25.§.familiæ,& l.quòd ſi nolit,31.§.quod in procuratore,eo.

Familia capitur quandoque pro ſubſtantia bonorum,vnde dicitur paterfamilias, ideſt,pater ſubſtantiæ & bonorum,filiusfamilias,ideſt, filius eiuſdem ſubſtantiæ & bonorum,l. in ſuis,& ibi gl.filiusfamilias,de liber.& poſtu.

Familia vna appellatur vna domus,l.1.§.ſi vir,ad Syllan.

Familiæ appellatione continentur etiam hi, qui poſteà ſunt emancipati, l. peto, 69.§.fi.de legat.2.

Familiæ nomen complectitur perſonas,& hereditatem,l. cùm pater 77. §. cùm pater,& §. cùm inter,& ibi add.marg. eod.

Familiæ appellatione continentur etiam hi, qui à teſtatore non ſunt nominati, l.is,qui complures, 94.de leg.3.

Familia quandoque accipitur pro ſubſtantia,gloſſ.familiam,in l. nam quod, 14. §. non omnis,& ibi gl. 1. ad Trebel.l.fi.C.de verb.ſignific.

Familiæ nomine continentur agnati,non cognati, & veniunt non ſolùm nati, ſed etiam naſcituri, ordine tamen ſucceſſiuo,l.1. §. familiæ, & ibi add. marg. de publicanis.

Familiæ appellatione in edicto de publicanis continentur ſerui publicanorum, & etiam alieni,ei,ſiue bona,ſiue mala fide ſeruientes,& etiam liberi homines, quòs habet ad illud miniſterium,l.quantæ,12.de publicanis.

Familiæ appellatione in edicto vnde vi continentur tam ſerui,quàm illi,qui ſeruorum loco habentur,vt liberti,& liberi alieni,vel ſerui alieni, quos pro noſtris habemus,& etiam liberi,quos habemus, vt liberos, ſed velut ſeruis vtimur,l.1.§.familiæ,& ibi gl.ſeruorum,de vi,& vi armat.& l.2.§.familiæ,vi bonorum raptor.

Familiam conſtituere dicitur vnus tantum,d.l.1.§.familiæ,& ibi gl.ſeruorum,de vi,& vi armat.

Familia alicuius cum armis veniens ſine domino ſuo, ſi aliquem deiicit de poſſeſſione,non videtur dominus veniſſe,niſi iuſſerit, vel ratum habuerit, l. 3. §. cùm procurator, eod.

Familia alicuius ſi domino ignorante furtum fecerit, dominus habet electionem,aut totam familiam pro noxa dare, aut tantum offerre pro furto facto, quantum præſtaret liber homo,ſi furtum feciſſet,ſed ſi domino ſciente,& non prohibente furtum fecerint, tenetur nomine ſuo, & cuiuſlibet de familia, l.1. ff ſi furtum feciſſe dica.

Familiæ appellatione continentur agnati, ſed non cognati, qui ſunt coniuncti per fœminas,neque affines,† l. ius familiarium,& ibi glo.3.C.de religioſ.glo. nominati,in l.cùm ita,2. §.fi.de leg.2.

Familiæ appellatione continentur gener,& nurus, gl.2. ibi.& in princ. in auth. de reſtitutione fideicommiſſ. col.9.

Familiæ relictum debetur propinquis,& coniunctis, & etiam genero, & nurui ſecundùm ordinem proximitatis,& poſt eos libertis,l.fi.C. de verb.ſignifi.

Familiæ appellatione veniunt parentes,liberi,& omnes propinqui, & etiam liberti,d.l.fi.

Familiæ quando relictum eſt ſimpliciter, primò ad tale legatum vocantur filij, ſecundò parentes, tertiò collaterales, quartò gener, & nurus, quintò liberti, gl.pen.ibidem.

Familia quandoque accipitur pro agnatione,& habet etiam alias multas ſignificationes,gl.familiam,in princip.Inſt.de legitima agnatorum tutela.

Reliqua verbo,Delictum,1.2.11.Dominus,2.23. Fideicommiſſum,24. Furtum, 9. 10. Poſteri, Publicanus,Seruus,157.

Familia idem eſt quod hereditas;erciſco idem,quod diuido,vnde familiæ erciſcundæ,ideſt,hereditatis diuidendæ,gloſ.in rubr.famil.erciſc.

in Familiæ erciſcundæ iudicio veniunt fructus,& ſimilia, quæ veniunt in petitione hereditatis,l. ſed & ſi lege, 28. §.penult. & ibi glo.placet, de petitione heredit.

in Familiæ erciſcundæ iudicio veniunt res vſucaptæ ab herede, ſed non veniunt in petitione hereditatis,d.glo.placet.

Familiæ erciſc. iudicium vtile tantùm datur bonorum poſſeſſori,non directum, gl.heres,in l.2.famil.erciſc.

Familiæ erciſc.iudicium inter coheredes pauciores præſentes ex pluribus poteſt accipi, etiam quoad hereditatis diuiſionem in præiudicium præſentium, ſed non abſentium,d.l.2.& ibi gl.pe.

Familiæ erciſcundæ iudicio non veniunt nomina debitorum,& creditorum, niſi de diuiſione eorum ſtipulatio interpoſita ſit inter heredes, & alter alteri mandet actiones, procuratorémque in rem ſuam faciat eum,d.l.2. & 3.eod.

Familiæ erciſcundæ iudicio veniunt cæteræ res, præter nomina,l.4.eod.

Familiæ erciſcund. iudicio conſequitur vnus ex heredibus, cui nomen prælegatum eſt, ibid.

Familiæ erciſc.iudicio veniunt mala medicamenta, & venena, & libri improbatæ lectionis,non, vt diuidantur, ſed vt corrumpantur, ibidem.

Familiæ erciſc.iudicio veniunt columbæ, quæ emitti ſolent de columbario, & etiam veniunt apes,l. Pomponius,8.§. idem,eod.

Familiæ erciſc. iudicio veniunt pecora erepta à beſtia, vel fera;ſi beſtiam, vel feram euaſerint,d.l. Pomponius,§.fi.

Familiæ erciſc. iudicio veniunt res,quas heredes vſuceperunt, quando defuncto traditæ fuerunt, & etiam res traditæ heredibus ipſis,quando defunctus emit, l.veniunt,9.eod.

Familiæ erciſc.iudicio veniunt non ſolùm prædia, quæ noſtri patrimonij ſunt, ſed etiam vectigalia,ſeu emphyteotica,& ſuperficiaria,l.item prædia,10. eod.

Familiæ erciſcund. iudicio veniunt partus editi, etiam poſt aditam hereditatem,& poſt litem conteſtatam,& adiudicari poſſunt, l. partum quoque, 11. cum l.ſeq.eod.

Familiæ erciſc.iudicio venit,quod ſeruis hereditariis datum eſt ab extraneo,l.& poſt litem,12.eod.

Famil.erciſc. iudicio venit res ſub conditione legata, cùm interim hereditatis ſit, & ideò illa adiudicari poteſt vni heredi, interim pendente conditione percipiat fructus,& aliquid in pecunia coheredibus præſtet; ita tamen quòd exiſtente conditione teneatur ipſe dare legatario, illa verò deficiente reuertatur ad eos,à quib. relicta fuit, d.l.& poſt litem,§.1.

Familiæ erciſc.iudicio venit id, quod à neutro poſſidetur,glo. ſubducit, in l. ſed ſi vſucapio,13.eod.

Famulus infirmus pro eo tempore quo est infirmus non debet habere salarium, † gl.fi.in l.operæ,6.de vsufructu legato,gl.personis,in l.si vno,17.§. item cum quidam, locati,reprobata,gl.ægrotante,in l.arborib.12.§.de illo,de vsufructu, & quemadmod.

Famulus infirmus per mensem tenetur tantundem ad resarciendum cessationem inseruire, alioquin non est accepturus salarium, nisi pro tempore, quo sanus seruierit,l.Stichum,39.§.dama,& ibi ad marg. de statuliber.

in Famulis & sumptu faciendo familiæ seruanda est consuetudo, l. pen. de iure fisci.

Famulus dictio ponitur quandoque pro seruo,l.pen.in principio,C. de præposit. sacri cubicul.lib.12.

Reliqua verbo, Perferendam, Castigare.

FANA dicuntur sacra, inde profana,quasi procul à sacris, glo. profanant, in l. 3.C.de summa Trinit.

FANATICI dicuntur, qui malis spiritibus capti sunt, & plerunque in fano miseriæ morantur, vel sunt illi,qui in fama, idest, templa dant responsa, vt aliquos decipiant, & inducant eos ad aliquid credendum, vt in Legenda Beati Bartholomæi, gl. inter fanaticos, in l.1.§.apud Iulianum, de ædil.edict.

FASCES propriè dicuntur à fasciculis virgarum, cum quibus securis alligata erat,gl.1. in add. marg. in l.Proconsules, de officio Proconsulis.

FASTVS dicitur liber, in quo leges,& Consules scribuntur, † l. v.in add. mar. C.publicæ lætitiæ,lib.12.

FATALE primum est duorum mensium, quando appellatur à delegato illustris,vel spectabilis,& dantur alia tria fatalia vnius mensis pro quolibet, l. 2. C. de tempor. appell.

Fatalis vltima dies si cadit in feriatam, præcedens inspicitur,ibid.

Fatalibus elapsis pro non appellante habetur appellans,ibid.

Fatales dies dicuntur, quia fatum,idest,finis causæ imponitur,gl.1.ibid.

Fatalibus elapsis mero iure non dantur, sed de æquitate à principe per reparationem aliæ adhuc dantur dilationes,gl.2.ibid.

Fatalia causarum possunt reparari per principem intra tres menses computandos à fine quarti fatalis,gl.3.& 5. ibid.

Fatale primum hodiè est vnius anni, & ex iusta causa biennij,quo elapso, prima sententia transit in rem iudicatam, authent. ei,qui,C.eod.

Fatalia non currunt, si steterit per principem,sed si per alium iudicem currunt, sed datur restitutio; in causa principali non datur restitutio post triennium, gl.fi.in auth.si appellatione,C.eod.

Fatalia currunt, si steterit per tertium, qui appellantem impedierat, sed agitur contra eum de dolo, si est soluendo;aliàs datur restitutio,ibidem.

Fatalibus elapsis, non conceduntur alia,l.3.C.de temp.app.

Fatale primum est sex mensium,si fiat appellatio ab Orientalibus partibus, si verò non ex Orientalibus, sed ex aliis fatale primum est trium mensium, & dantur alia tria fatalia vnius mensis pro quolibet, & intra alios tres menses potest repeti reparatio à principe,l.2.& l.fi.C.eod.

Fatalia olim erant quinque computata reparatione, & in fine cuiuslibet accipiebatur vnus dies, qui appellabatur fatalis,& sic erant quinque dies fatales, in quibus debebat exerceri causa appellationis, gl. & cùm anteà,in d.l.fi.

Fatalium cursus,qui datur ad appellationem prosequendam, incipit post duos menses computandos à die interpositæ appellationis,§.appellationes,in auth. constitutio,quæ dign. & Episcop.col. 6.

Fatales dies dicuntur annus,vel biennium,intra quos appellatio exercetur, quia tanto tempore factum,idest, mors accidit causæ,gl. fatales, ibid.

Reliqua verbo, Appellatio.

FATI infelicitas excusat furiosum à pœna delicti,gl.fi.in l.fi.de admin. tut.

Fato fieri non sufficit, quando quis obligatus est quid facere,l. 2.& ibi glo. fi.de cond.& demonst.

FATVVS præsumitur, qui in publico loquitur verba derisoria, & contemnenda,l. ob quæ vitia, de ædil. edict.

Reliqua verbo,Simpliciter,Furiosus.

1 FAVORES sunt amplianda, odia verò sunt restringenda, gl.fi. in l. seruus, de seruis exportand.

Fauore mulierum introductum, id in earum damnum retorqueri non debet, l. vnica,§. accedit,C. de rei vxoriæ actione.

Fauore alicuius quod statutum est, in eius læsionem potest retorqueri, quando fauor non præcedit legis,vel contractus dispositionem,sed vbi præcedit, tunc in fauorem introductum in eius læsionem non retorquetur, †gl.fi. & ibi add. marg.in l.si vina de periculo & commodo.

Fauore emptoris quod statutum est, in eius læsionem potest retorqueri, ne executio emptionis claudicaret, ne in solius emptoris potestate esset,& ne cùm ex contractu agere debeat emptor, possit agere, nisi iuxta contractus formam,ibid.

Fauore alicuius quod est introductum, in eius læsionem non potest retorqueri,gloss.fin.in l. pen. de transactio, l. intra diem, 7. de re iud. l. quod fauore, C.de legib.

in Fauorem,& vtilitatem hominum quod est introductum,illud non debet duriore interpretatione in odium retorqueri,l.nulla, de legib.l.plures,C.de fide instrum. & l.4. §. in his,C. de secund. nuptiis,l.vnica,§.accedit, de rei vxoriæ actione,glo. suus heres,in l.cùm furiosus,§.1.C.de curat. furios. glo.sui iuris, in add. in principio,Inst. quib. mod. ius patriæ potest.

in Fauorem alicuius si quid concedatur ad ipsius postulationem, potest in eius læsionem retorqueri,secus verò si motu proprio,& ad nullius postulationem, gloss.1,in l. nulla, de legib.& gl.1. in l. quod fauore,C.de legib.

2 in Fauorem alicuius aliquid esse introductum tunc dicitur, cùm est indultum extra ius commune,quando verò extra ius commune,non est indultum,tunc non dicitur indultum in fauorem, ibi.

à Fauore publico receditur propter alium maiorem publicum fauorem, l. cætera,41. §.sed si quis,de legat.1.

à Fauore publico vnius ciuitatis nòn receditur propter fauorem publicum alterius ciuitatis, etiam maiorem, sed bene eiusdem ciuitatis, ibidem.

Fauore alicuius quod inducitur,in eius læsionem retorquetur, quando quis non potest deponere cõtra aliquem,neque etiam pro eo poterit,quia debet dicere veritatem pro vtraque parte,gloss.1.in l. quod fauore,C. de legibus.

Fauor dicitur, quod non est extra ius commune,priuilegium verò dicitur, quod est extra ius commune,d.gl.1.

Fauore,vel suffragio nemo debet peruenire ad ducenariam,centenariam,& biarchiam, vel aliquod officium militare, sed labore debet vnusquisque peruenire, principatum tamen matricula decurrente debet quis adipisci,l. 1. C. de officio magistri officiorum.

Fauere videtur peruersis ille, qui cùm potuit perturbare eos, neglexit, imò nec caret scrupulo occultæ consensionis,cùm manifesto facinori desinat obuiare, glo.certiorare, in c.1. §. item qui dominum,quæ fuit prima causa benef. in vsib. feudo.

Reliqua verbo, Auxilium, Consilium, Opem, Odium.

FAVI, sunt apum domus, atque cellulæ, à fouendo dicti, eò quòd in his foueant sobolem, primùm fauos construunt, ceram fingunt, quandoque fauus accipitur pro opere apiario,§.apium,in additione marg.Inst.de rerum diuis.

Reliqua verbo, Examen, Apes.

FEBRE tertiana,quattana,aut podagra,aut comitiali morbo laborantes,ne his quidem diebus,quibus vacant morbis, rectè sani esse dicentur,l. qui tertiana, 53. de ædilitio edicto.

Febricitans si potuit procuratorem constituere,non excusatur mittere procuratorem,gloss.& in similibus,in l.interdum,36.de iudiciis.

Febricitans febri naturali non tenetur expectare, vel in peremptorio comparere,l.quæsitum est,60.de re iud.

Febricitans citatus non tenetur mittere procuratorem,gloss.iudicata,ibidem.

Reliqua verbo, Comitialis.

FEBRVARIVS habebat triginta dies,sed Augustus ei abstulit vnum diem, & Iulius Cæsar alium,& sic nunc habet 28.dies,& in vno de quatuor annis habet 29.& tunc est bissextus,glo.bissexto,in l.3.§.si quis,de minoribus.

FENESTRAM in pariete communi non potest quis facere, nisi ei fuerit concessum,l.eos,qui,de seruitut.vrbanorum præd.

Fenestram faciens in alieno pariete vi, aut clàm cogitur suis sumptibus rem in pristinum statum restituere,l.altiùs,8.C. de seruitutibus.

Fenestram faciens in alieno cogitur per interdictum, quod vi,aut clàm, vel per confessoriam, vel negatoriam suis sumptibus integrum parietem restituere, & opus tollere,d.l. altiùs,& ibi gl.fin.

FERA, vel vrsus vbi euasit à domino, desinit ille dominus eius esse, & si illam feram, vel vrsum quis occiderit, capientis est illius corpus, l.1.§. in bestiis,si quadrup. pauper.fec.dic.

Fera bestia, quæ nullius est, ita vulnerata, quæ capi potest, non est vulnerantis, donec eam ceperit, lege tamen Longobarda expectatur vsque ad 24. horas, & posteà fit occupantis, consuetudine tamen dicitur vulnerantis, eò vsque donec eam persequitur, & si desierit eam persequi, desinit esse eius, & rursus fit capientis, & si tempore, quo vulneraus eam persequitur, alius ceperit eo animo, vt eam lucrifaceret, furtum facit vulneranti, l.naturalem, §.1.& ibi gl.quod verius, de adquir. rerum dominio.

Fera bestia,quod nobis rapit,nostrum manet,quamdiu illud persequi possumus, l.Pomponius,44.eod.

Fera bestia nostra, aut aper,aut piscis,vel auis,si nostram potestatem euaserit, & ab alio capiatur, ipsius fit,ibi.

Feræ bestiæ, quas in viuariis inclusérimus,à nobis possidentur, sed non illæ,quæ in syluis circumseptis euagantur,quia relictæ sunt in libertate naturali,l.3.§. item feras,de adqu. possessione.

Fera bestia,istæ duæ dictiones non ponuntur tanquàm substantiuum, & adiectiuum,sunt enim vnum,& idem,d.§.item feras,in additione margin.

Feræ bestiæ volucres, & pisces,& omnia animalia, quæ in mari, cœlo, terráque nascuntur,statim atque capta sunt,etiam in alieno, fiunt capientium, §. feræ, Inst.de rerum diuisione.

Feræ bestiæ,& alia animalia,quæ in nullius bonis sunt,fiunt capientis, quousque custodiam eius euaserint,sed postquàm euaserint, & in naturalem libertatem sese receperint,desinunt esse eius,& rursus fiunt capientis,gl.venandi, in additione,ibid.

Feræ bestiæ,& alia animalia, quæ in nullius bonis sunt, occupata intelliguntur recipere naturalem libertatem,cùm vel oculos capientis effugerint, vel ita sint in conspectu eius,vt difficilis sit eius persequutio,ibid.

Feræ bestiæ,& alia animalia capta an ita effugerint, vt libertatem ceperint, cognoscere arbitrarium est,† gl. difficilis in add.ibid.

Fera bestia vulnerata non efficitur vulnerantis, nisi ab eo capiatur, §. quæsitum, Inst.de rerum diuisione.

Reliqua verbo, Animal, 2.3.4. Bestia, Ceruos, Columba, Galina, Lupus, Pisces, Vulneratio, Dammum, 1.

FERE dictio est diminutiua, in principio,& ibi gl.ferè,Inst. quod cum eo, qui in aliena potesta.

FERETRVM dicitur à ferendo,veluti capulus à capiendo,gl. 1. in add. marg. in l.Diui,39.de religios.

FERIAE dant vacationem tantùm forensibus negotiis,l.pen.de feriis.

Feriarum tempore negotia militaria expediri possunt,ibid.

Feriæ possunt indici, & indictæ tolli per statuta, & consuetudines locorum,gl. 1. in add in l.si feriatis,eod.

in Feriis in honorem Dei seruantur statuta,& consuetudines locorum, ibidem.

Feriis renunciari potest non solùm expressè,sed etiam tacitè,l.1.eod.& ibi gloss. sententia.

Feriarum tempore possunt partes litigare etiam non spontè, & valebit sententia, quando dies compromissi exitura est,secus si non esset exitura dies iudicij,gl.sententia,ibid.

Feriarum tempore vocatus si sit quis,vocatio non tenet,sed ex quo vocatus consentit spontè,ex tunc tenet principaliter iudicium cum iure suo possit renunciare,ibid.

Feriarum tempore vocari non tenentur venire ad ius, quando certum est, eo tempore eos vocari non debere, secus quando est dubium, gl.momenti, ibid.

Feria. um

vel niſi

vel niſi aliquid propter feudum acceperint ab eo, quo caſu, niſi reſtituto pretio, auferri non poſſunt, ibi.

Feudum minores valuaſores poterant olim auferre vaſſallis ſuis quandocunque volebant, ſed principi, vel maioribus valuaſoribus hoc non erat permiſſum, ſed hodiè idem eſt in minore, quod in maiore dicebatur, nouiſſimo tamen iure feudorum ſine certa, & conuicta culpa amitti non debet feudum, glo.fi. ibidem.

Feudum duobus fratribus communiter datum nominatim, vt alter alteri ſuccederet, reuertitur ad dominum, ſi vnus frater diuiſerit, & is, qui accepit partem plus medietate vendiderit, & deceſſerit ſine legitimo herede, c.1.§.item ſi fuerint, & ibi gl.reuertitur, qui ſucceſſores feudum dare teneantur.

Feudum ſi accepit vnus frater, ac poſteà illud cum fratre diuiſit; ſi is, qui feudi partem accepit, plus medietate vendiderit, & deceſſerit ſine legitimo herede, feudum pertinet ad dominum, ibid.

Feúdum emi poteſt, c.1. & ibi gl.fi.de natura feudi.

Feudũ poteſt emi à vaſſallo, & adquiri pretio domino ſciënte, ſed à domino emi non poteſt, gl. 1.in cap.1. de beneficio fratris, & qualiter.

3 Feudum non poteſt conſtitui ſub pacto legis commiſſoriæ, ca.1.de feudo dato inuicem legis commiſſ.

Feudum licèt emi poſſit pecunia etiam ab eo, qui nec feudum habere poteſt, vt fœmina, conuentio tamen, & pactum pecuniarium prohibitum eſt in feudo adquirendo, d.c.1.in add. marg.

à Feudi poſſeſſione ſi cecidit is, qui præſcriptione ſe tueri poteſt, poterit eam vendicare, gl.fi.in c.1. de vſu Mediolanenſium.

Feudum conſtitui non poteſt, niſi in rebus ſoli, aut ſolo cohærentibus, aut in his, quæ inter immobilia connumerantur, c.1.§.fi.de feudi cognitione.

Feudum nemo poteſt adquirere, niſi ſucceſſione, aut inueſtitura, aut eo, quod habetur pro inueſtitura, d.§.fi.& ibi gl.fin.

in Feudum accipient rem alienam ſcienter, niſi pacto ſpeciali ſibi proſpexerit, de euictione, agere non poterit, ſed ſi accepit ignoranter, poterit agere de euictione, vt alias res eiuſdem bonitatis, & quantitatis præſtetur, cap. 1. in princip.de inueſtitura de re aliena facta.

ex Feudo ratione tertiæ, vel quartæ, quæ lege à viris ſolet fieri vxoribus poſt mortem viri, nihil pertinet ad vxorem, d.c.1.§.fi.eod.

in Feudo non habet locum ius adcreſcendi inter eos, qui pretendunt primam, vel primordialem inueſtituram, c.1.de fratribus, de nouo beneficio.

Feudum indiuiſum quando habent omnes filij eius, qui fundum adquiſierit, illi omnes debent facere fidelitatem, ſecus quando feudum ex diuiſione ad vnum tantùm filium peruenit, nam tunc ille tantùm faciet fidelitatem, c.1.§. omnes filij, ſi de feudi defuncti contentio ſit inter dominum, & agnatos.

in Feudum præſcribit ille, qui per triginta annos rem alicuius, tanquàm in feudum, poſſidet, & pro ea ſeruitium præſtat domino, d.c.1.ſi quis per 30.

Feudum quando datum eſt minori impuberi, non cogitur ipſe fidelitatem facere, donec venerit in maiorem ætatem, in qua doli capax ſit, retinet tamen feudum, d.c.1.§.ſi minori.

Feudo poteſt ſeruire alius pro alio, gl.cogitur, in d.cap.1.§.ſi quis deceſſerit.

4 Feudum adquiritur inueſtitura, ſucceſſione, vel eo, quod habetur pro inueſtitura, veluti ſi dominus dixerit alicui coram paribus curiæ, vade in poſſeſſionem illius fundi, & teneas eum pro feudo, licèt non interceſſiſſet inueſtitura, tamen id habetur, ac ſi interceſſiſſet, cùm ille poſſeſſionem nactus ſit feudi nomine voluntate domini, c.1.de conſuet.recti feudi.

Feudum non propriè, ſed quaſi feudum erit, quando dominus dixit alicui, non coram paribus curiæ, ſed coram aliis, vade in poſſeſſionem illius fundi, & teneas illum pro feudo, & donec vixerit ille, qui nactus fuerit, nullum in eo habebit ſucceſſorem, gl.2.ibid.

Feudum tranſit cum vniuerſitate, gl. feudum, in cap.1. §.1. de lege Corradi.

Feudum datum ad certum ſeruitium faciendum non poteſt vaſſallus quandocunque voluerit refutare ſine domini voluntate, ſed feudum indeterminatè datum rectè poteſt vaſſallus refutare, quia iam vaſſallus ciuiliter eſt obligatus ad præſtandum ſeruitium illud per ſtipulationem, vel pactum veſtitum, & iuxta contractum appoſitum, ex quo iam parata, & adquiſita eſt actio ipſi domino, †gl.fi.& ibi add.marg.in c.1.§.ſi contentio, de capitaneo.

in Feudis attenditur conſuetudo loci, vbi res eſt, gl.ſi qua controuerſia, in c. 1. §. ſententiæ, in fi.de pace Conſtantiæ.

Feudum in bonis vaſſalli eſſe dicitur, gloſſ. ſuorum, in cap. 1.per quos fiat inueſtitura.

Reliqua verbo, Emphyteoſis, 1. 3. Valuaſores, Vaſſallus, per tot. Conuerſus, Impubes, 1.

5 FEVDVM dare poſſunt Eccleſiarum prælati, ſi antiqua ſit Eccleſiæ conſuetudo infeudandi, c.1. in prin.de his, qui feudum dare poſſunt.

Feudum dare poſſunt Marchiones, & alij ſeculares in dignitate conſtituti, & qui ab eis feudum accipiunt, ibid.

in Feudum res Eccleſiarum ſibi ſubiectarum, quæ vocantur tituli dare non poſſunt Epiſcopi, Abbates, & Abbatiſſæ, vel dominus plebis poſt decretum à Papa Vrbano factum; ſed feuda de rebus Eccleſiarum ante illud decretum data firma permanent, c.1.in prin.Epiſcopum, vel Abbatem.

Feudum de rebus Eccleſiæ datum à præpoſito Eccleſiæ, vel ab alia perſona Eccleſiaſtica, quæ antiquitùs non eſt ſolita in feudum dare, non valet, ibi.

Feudum non ſub prætextu pecuniæ, ſed honore, & amore domini dandum eſt, c.1. de feudo dato in vicem legis commiſſoriæ.

in Feudum dare non poteſt bona ſua ille, qui prohibetur alienare bona ſua, c. 1 in prin.per quos fiat inueſtitu.

in Feudum dari non poteſt res prohibita alienari, niſi in duobus caſibus, ſcilicet quando quis rem, quæ à communi parente per ſucceſſionem ad eum peruenit, poteſt alienare, vel vendere proximiori, item & per feudum poteſt quilibet dari, niſi in fraudem id fecerit, d.c.1.§.ſed etiam.

Feudi amittendi cauſæ non poſſunt ſub regula comprehendi, c. 1. in quib.cauſ. feudum amittatur.

ad Feudi amiſſionem non ſufficit omnis occaſio, per quam fidelis accepti beneficij videtur ingratus, ibi.

Feudi inueſtituram mortuo vaſſallo facilè poteſt heres maſculus impetrare, & debet ſibi concedi feudum, & ipſe debet iurare, gl. impetrabile in l. 1.§. permittitur de aqua quotidia.

de Feudo, quod alius poſſidebat, ſi Prælatus Eccleſiæ dedit inueſtituram alicui eo tenore, vt poſt mortem eius, qui poſſidebat, haberet, eo mortuo, cogitur inueſtituram anteà factam ratam habere, c. 1.qui ſucceſſores feudum dare teneantur.

de Feuda, quod alius poſſidebat, ſi Prælatus Eccleſiæ dedit inueſtituram alicui eo tenore, vt poſt mortem eius, qui poſſidebat, haberet mortuo prælato, antequàm deceſſiſſet ille, qui feudum poſſidebat ſucceſſor prælati non tenetur eam inueſtituram ratificare, niſi ille, qui inueſtituram accepit nomine eius feudi in poſſeſſionem miſſus fuiſſet, qui conſentiente eo, qui detinet, ibi.

de Feudo, quod alius poſſidebat, ſi laicus dedit inueſtituram alicui eo tenore, vt poſt mortem eius, qui poſſidebat, haberet, inueſtituram dante mortuo antequàm deceſſiſſet ille, qui feudum poſſidebat, heres eius cogitur indiſtinctè ratam habere inueſtituram datam à defuncto, ibid.

Feudum ſine inueſtitura conſtitui non poteſt, c.1. quibus modis feudum conſtitui poteſt.

de Feudo vaſſalli poteſt dominus aliquem inueſtire ſciente, vel ignorante vaſſallo dummodò vaſſallo viuente nullum detrimentum de feudo ſuo ſibi contingat, intellige in milite, qui feudi ſucceſſorem non habet, cap.2.de feudo dato in vicem legis commiſſ.

Reliqua verbo, Capitaneus, Clericus, 15. Inueſtitura, Inueſtire, Vaſſallus, Prælatus.

FEVDI conſuetudine ſtatutum eſt, vt vaſſalli filius mancus non ſuccedat in feudum, quia domino ſeruire non poteſt, ſic etiam erit, ſi aliàs ſit debilitatus, gl.1. in l. de quibus, de legibus.

Feudi conſuetudine ſi admittitur filius, vt ſuccedat patri in feudum, idem erit, vt ſuccedat matri, gl.1.ibid.

Feudi conſuetudine ſi non admittatur mulier ad feudum, idem erit de hermaphrodito, ſi ſexus muliebris inualeſcat, ibid.

in Feudum paternum nouiſſimo tempore ſuccedunt collaterales vſque ad ſeptimum gradum, ſed deſcendentes maſculi vſque in infinitum, ca. 1. §. hoc quoque, de his, qui feud. dare poſſunt.

Feudum habens ſi deceſſerit filiis, & filiabus relictis, ſuccedunt tantùm filij maſculi æqualiter, vel nepotes ex filio, non filiæ, ſeu fœminæ nulla ordinatione defuncti in feudo valente, c.1.in principio, de ſucceſſione feudi.

in Feudo paterno alienato, de quo eſt filia inueſtita, ſuccedit maſculus ſuperſtes olim vſque ad quartum gradum, ſed poſteà vſque ad ſeptimum gradum, ſed hodiè vſque in infinitum, d. c.1.§. hoc quoque, & ibi glo.vſque ad ſeptimum.

in Feudo, quod habuit initium tantùm à fratribus, non ſuccedit vnus frater alteri, ſiue feudum fuiſſet eis conceſſum vna inueſtitura, ſiue duabus, niſi eſſet dictum expreſſim, quòd alter alteri ſuccederet, d.c.1.§.fi.

Feudum, quando per ſucceſſionem ad aliquem obuenire debet, ſi conſenſerit is ex certa ſcientia expreſsè, vel tacitè inueſtire de illo eos, ad quos non pertinet, nullo modo habet regreſſum ad illud repetendum, c.1.§.præterea, & ibi glo.regreſſum, qui ſucceſſores feudum dare.

de Feudo ſi fuerint inueſtiti capitanei, vel valuaſores maiores, vel minores, eorũ filij, & nepotes ex parte filiorum ſuccedunt in tali feudo, & ſi vnus ex his filiis, vel nepotibus deceſſerit ſine deſcendentibus heredibus maſculis, ſuperſtites fratres, vel nepotes ex filiis ſuccedunt in feudum per inueſtituram patris, & aui; quinimò & conſobrini ſuccedunt in illud, c.1.§.1.de Feudo Marchiæ, vel Bucatus.

Feudum à primo adquiſitore tranſit ad omnes eius deſcendentes in infinitum, vel ad tranſuerſales modò à deſcendentibus primi adquiſitoris procedat, non tamen tranſit ad primi adquiſitoris tranſuerſales, gl. patris, in add.marg.ibi.& cap. 1.de ſucceſſione feudi.

Feudum, quando à primo adquiſitore tranſit ad tranſuerſales ipſius adquiſitoris ex pacto, vel aliis modis, quibus poteſt, vltra ſeptimum gradum nõ tranſit, nec ſucceditur, quod intellige, vbi feudum morte feudatarij vacat, ſecus ſi delicto, vel culpa feudatarij vacaret, d.gl. patris, ibi in add.marg.

Feudum adquiritur per ſucceſſionem, ſicut per inueſtituram, c.1. de ſucceſſione fratrum, vel gradibus.

Feudum ſibi, vel heredibus ſuis maſculis, & his deſcendentibus fœminis accipiens ſi deceſſerit vna tantùm filia ſuperſtite, & illa paternum feudum in dotem dedit, & deceſſerit relictis duobus filiis maſculis, quorum vnus duas filias reliquit, alter vnum tantùm filium maſculum; ipſe filius maſculus ſuccedit feudo excluſis duabus filiabus ex altero fratre, cap.1.de eo qui ſibi, vel heredibus ſuis.

in Feudo alienato, vt ſuccedat agnatus proximior, inſpicitur alienatoris mors, c.1.§.ſi quis deceſſerit, & ibi gl. cogitur, ſi de feudo defuncti contentio ſit inter dom.& agn.

in Feudo non ſuccedunt aſcendentes deſcendentibus, veluti pater filio, cap.1.de natura ſucceſſ.feudi.

Feudum paternum dicitur illud, quod quis ex ſuperioribus adquiſiuit, d. cap. 1.eod.

in Feudi ſucceſſione inſpicitur proximitas vltimi poſſeſſoris, d.c.1.§.fi.

Feudum auitum, quod habeo, me mortuo ſine filio, tranſit ad fratres meos, ſed commiſi feloniam, ob quam amiſi feudum, & dominus remiſerit mihi feloniam, non videtur feudum de nouo datum, nec deſinit eſſe auitum, & ſic tanquàm auitum tranſibit ad fratres meos, gloſſ. creuiſſe, in l. quod dicitur, de impenſis.

Feudo mortuo vaſſallo, æqualiter pertinet ad filios, & filiis non exiſtentibus, ad fratres, ſi feudum eſt paternum, vel nouum, & per pactum eſt actum, c. 1.§. & quia de his, qui feudum dare poſſunt.

Feudum paternum retinere non poſſunt mutus, ſurdus, cæcus, claudus, vel aliter impeditus, quia feudo ſeruire non poteſt, alimenta tamen ei ſubminiſtrantur ex tali feudo, c.1.§.fi.& ibi gl.Epiſcopum vel Abbatem.

Feudum paternum quando ex ſucceſſione patris, vel aui ad filios peruenit æqualiter, ſi vnus eorum ad libellum conceſſerit partem ſuam feudi, donec [illegible] alienator, non poteſt frater alienantis partem alienatam, quia ante m[illegible]

de Feudo

de Feudo vassalli defuncti si inter filiam, & dominum sit contentio, filia debet manere in possessione feudi, donec de eo iudicetur, & vtroque deficiente in probatione iuramentum defertur filiæ, ibi.c.1.de controuer. inter mascul. & fœminam.

de Feudo si sit contentio inter capitaneos Regis, coram Rege debet diffiniri per legem Corradi, si verò inter valuasores coram paribus curiæ, Mediolani tamen obseruatur, quando est contentio inter duos de feudo regali, quorum vterque dicit à Rege se fuisse inuestitum, tunc coram Rege decidatur, aliæ autem causæ coram paribus curiæ, c.1.de lege Corradi.

17 de Feudo quando est contentio inter pares quorum vterque suum feudum esse dicit, Mediolani obseruatur, quòd finiatur coram iudice, vel arbitrio, ibid.

de Feudo quando est contentio inter vassallum & alium à domino potest vassallus compromittere, vbi quilibet se ab eodem domino tenere ait, hodiè autem non potest compromitti de feudo, quoniam cognitio certis personis tribuitur, nempe domini, d.c.1.in principio, in add.marg.

de Feudo quando est contentio inter dominum, & vassallum, & vassallus inficiatur feudum, & dominus contra eum probat, tunc amittit feudum propter inficiationis pœnam, secus si dubitanter respondeat, d.c.1.§.fin.

de Feudo quando est contentio inter masculum & fœminam, masculo dicente esse feudum, fœmina verò negante: creditur masculo cum suo iuramento affirmanti cum duodecim sacramentalibus, nisi apertis probationibus fœmina ostenderet non esse feudum, c.1.de controuers.inter masc.& fœm.

de Feudo quando est contentio inter dominum & emptorem, si emptor dicat non esse feudum, domino in probatione deficiente, sacramento emptoris deciditur, ibid.

de Feudo quando est contentio inter duos curia vocante eos, non potest aliquis eos declinare iudicium eius curiæ, c.1. an apud iudicem vel curial.

de Feudo, & hereditate si sit contentio inter filiam, & agnatum, propinquum, filia cùm feudum habere non poterat dicente id non esse de feudo, sed esse de hereditate, propinquus contrà, filia deficiente in probatione electio iurisiurandi cum xij. sacramentalibus datur propinquo, c.1.§. si contentio, de Capitaneo.

de Feudo orta contentione inter vassallum & emptorem, vassallo deficiente in probatione, electio iurisiurandi datur emptori, si iudici videbitur, quòd aliquid faciat pro eo, vel contra eum, quare debeat ei dare iusiurandum, quia non semper datur iuramentum possidenti, nam quandoque vni, quandoque alteri, quandoque neutri, vt actore non probante reus absoluatur, d.§.si contentio, & ibi gl. discernere.

Reliqua verbo, Vassallus, 9.10. Miles, 13.

18 FEVDVM guardiæ, & castaldiæ, quod datur pro mercede alicuius rei, etiam hodiè post annum potest reuocari, & auferri etiam pretio pro eo dato non restituto, nisi ad certum tempus datũ sit, gl. auferre, in cap.1.§.& quia, de his, feud. qui dare possunt, c.1.de feudo guardiæ, & cap.1.& ibi gloss. fi. de pignori dato feudo quid iuris.

Feudum Marchiæ, Ducatus, Comitatus, vel alterius Regalis dignitatis ab Imperatore datum, secundùm rigorem consuetudinis non producitur vltra vitam vassalli, & heres in eo non succedit, nisi iterum ab Imperatore inuestiatur, sed hodiè illud vsurpatum est per consuetudinem, vt etiam in talibus feudis habeat locum successio, & non extinguatur cum vita vassalli, gloss. vsque ad vitam, in additione margin. ibid. in d.cap.1.§.& quia, & cap. 1. de feudo Marchiæ, Comitatus, vel Ducatus, & c.1. §. fi. & ibi gloss. fi. de alienatione feudi.

Feudum cauenæ, seu cameræ computatur in rebus immobilibus, vel etiam solo cohærentibus, gl. de cauena, c.1.§.fi. de feudi cognitione.

FEVDALIA iura, & alia, quæ in filium transeunt, etiam si filius non fuisset heres, non veniunt in restitutionem fideicommissi, neque in quartam Trebellianicam, vel Falcidiam, vel in quartam debitam iure naturæ imputantur filio, gl.1.in add.in l.si patroni filius, 55.ad Trebell.

Feudalia bona non possunt capi in causa iudicati, nec pro soluendis debitis vassalli, nisi in subsidium deficientibus aliis bonis vassalli, gl.fi.in add. marg. in l. commodis, de re iudicata.

Feudalis res non debet publicari propter vassalli delictum, ne vassalli delictum sit ipsi domino dispendio, l.fi.& ibi add.marg.C. de censib.li.12.

Feudalis contractus per se est contractus, & nominatus, † glo. 1.in add. marg. in c.1.de his, qui feudum dare possunt.

Feudalis contractus, vt & alij contractus, habet & naturalia, quæ sunt ad naturam, & statum pertinentia, vt quòd seruitium insit vassallo, successio in masculis, & substantialia, vt quòd dominium directum dominus feudi retineat, & fidelitas præstetur, & etiam accidentalia, quæ sunt pacta contractui feudorum extrinsecùs apposita, gl. nominatim, & ibi addit. marg. in d. cap. 1. §. fin autem vnus.

Feudalium consuetudinum scriptor fuit Obertus, qui non habebat legis condendæ authoritatem, c. 1.de feudi cognit.

Feudales causæ deciduntur consuetudine, quæ vincit legem, sed consuetudine deficiente, decidi possunt etiam lege scripta, ibid.

in Feudalibus causis, quæ deciduntur consuetudine, rectè potest procedi de similibus ad similia, vt in legib. gl. 2. ibid.

in Feudalibus causis argumentis non est credendum, vbi simile non apparet, quo casu lex indicat, quid fieri debeat, & sequenda est, ibidem.

in Feudalibus causis decidendis primò inspicitur consuetudo, & illa deficiente, deuenitur ad similia, & deficiente simili, deuenitur ad legem scriptam, ibid.

FEVDATARIVS si feudum pignori obligauit, reuocatur pigneratitia obligatio feudo amisso, gl.fi. in l. lex vectigali, 31.de pignoribus.

Feudatarius hodiè non potest feudum pignerare, ibid.

Feudatarij quando non possunt concordare in regimen feudi, rex debet facere, quod alternis annis regant, l.quoties, 34.& ibi add. marg. de vsufr.& quem.

ex Feudatarij contumacia in non cauendo de damno infecto petens cautionem mittitur in possessionem feudi ex secundo decreto, in quem transit solum ius, quod ipse feudatarius habebat, gloss. per longum, in l.si finita, 15.§ si de vectigalibus, & l.eorum, 19. in add. marg. de damno infecto.

Feudatarius cum naturaliter tantùm possideat, si ille dederit alij in feudum, & ille alij, vltimus habet naturalem possessionem, non autem medij, ciuilem tamen habet dominus, gl.fi.in l.1. C vti possidetis.

Feudatarius, qui domino irrequisito partem feudi alienauit, priuatur toto feudo, † §. si quis rem suam, in add.marg.inst. de legatis.

Reliqua verbo, Vassallus, Emphyteota, 1. Feudum, 11.12.

FIBVLAE metallorum, ad ornandum pectus, vel collum, continentur appellatione ornamentorum, non verò appellatione vestis, l.argumento, 25.§. 2. & ibi gl. fibulæ, de auro & argento.

FICTIO est veritati contraria pro veritate assumptio, præsumptio verò est veri coniectura, gloss. præsumptio, & ibi addit. margin. in l. fin. quod metus causa.

Fictio non potest plus operari, quàm veritas, l. si filiusfamilias, 14. & ibi add. marg si certum petatur, & l.si triennio, 18.in add.marg.de statuliberis.

Fictio debet porrigi tantùm ad id, quod per rerum naturam non est impossibile, gl.1.in l.3. pro socio.

Fictio non potest habere locum, si non repetit rem super qua figat pedes, l.necessariò, §.quòd si pendente, de periculo, & commodo.

Fictiones duæ quandoque concurrere possunt, gloss. placuit, in add. marg. in l.cum, 70.§ gener, de iure dotium.

Fictio vna quando venit in consequentiam alterius, tunc duæ, & plures fictiones ex eodem fonte, & circa idem concurrunt, l.si quis postumos, 9. §. si filium, de liber.& postu.

Fictio non fingit super his, quæ sunt impossibilia de natura, gl. excludantur, ad fi. ibi, quia hoc erat impossibile, in l.Gallus, §.si eius, eo.

Fictio, quæ est idem, quod præsumptio iuris, & de iure, non patitur probationem in contrarium, gloss. fina in l.si duo, 38.de adquiren.heredit.

Fictio regulariter non habet locum, fallit in multis casib. glos. fin. in l. heres, 54.eod.

Fictio non trahitur à lege super ea, quæ sunt à iure impossibilia, gl. fi. in l. talis scriptura, 30.de legat.1.

in Fictione translatiua de tempore ad tempus, vbi non repetitur habilitas extremorum, ibi lex non fingit, l.si is, qui pro emptore, 15. vers. ideóque, de vsucapio.

Fictiones duæ ad vnum effectum concurrunt, atque coniunguntur, quando inuicem sunt ordinatæ, aliàs secus, l.si seruus communis, 18.§.seruus, & ibi add. mar. de stipul.seruorum, & l.cùm duæ, 14.de captiuis.

Fictio tantum valet, quantùm veritas, glo.mulieris, in auth. de sanctissimis Episcopis, §.sponsalib. col.9.

Fictio fictionis datur in adoptione in locum nepotis, quando adoptans non habuit filium, § minorem, Inst.de adoptio.

Fictio postliminij fingit filium stipulatum patri ab hostib. reuerso, l.filius dum, 11.& ibi gl.1.de verb.obligat.

Fictus casus venit non ex proprietate verborum, sed per interpretationem extensiuam, l.Gallus, §.videndum, in addit.marg.de liber.& postu.

Reliqua verbo, Postliminium, Lex, 30. Veritas.

FIDES veritatis verborum adminicula non desiderat, gl. fin. in l. pen. de fide instrum.

Fides facienda est tantùm iudici, non aduersario, qui semper negaret, gl. fi. in l. quingenta, 12.de probatio.

Fidem debitoris sequi dicor, quando debitor mihi est obligatus, vel quando confisus, & fretus de eius fide, ipsum quasi idoneum, cum quo mihi rem, vel negotium esse volui, gl.sequuti, & ibi add.mar.in l.1.si certum petat.

Fidem implere humanum est, licèt ad id vrgeri non possit quis, l. fidei commissum, 62.in add.marg.de condict. indebiti.

Fidem fallere graue est, & ideò seruanda est fides, frangenti tamen frangenda est, l.1.& ibi add.marg. de constit. pecu. gl. fi.in l.1.de loco publ. fruend. & l. cùm proponas, 21.& ibi gl.fi.C.de pact.

Fidem frangere inciuile est, l. 1. §. prætor ait, in fi. & ibi glo. huiusmodi depositi.

Fidem fallere intantùm est graue, quòd etiam procedat in pupillis, & seruis, glo. seruus, in add.marg.in l.4.§.nihil, de manumissio.

Fides vbi non est, nihil boni esse potest, gl.1.in rub.C.de sum.Trinit.

Fides est credulitas sperandarum rerum, non tamen cuiuslibet rei, sed circa Trinitatem, & argumentum non apparentium, ibid.

Fidei contentio publica prohibetur omnibus, ibid.

Fides Christiana non debet tractari à clericis vel militaribus, vel alterius conditionis coadunatis turbis publicè, cùm irrogetur ex hoc iniuria iudicio Conciliorum, l.3.C.eod.

Fidei Catholicæ disputatio publicè fieri potest ad reprobandam opinionem hæreticorum, l. quoniam, 23.& ibi gl.3.C de Episcopis.

Fides non datur dicenti habere mandatum principis, nisi probet per instrumentum, quantumuis sit ille quacunque dignitate præditus, l.1.C. de mandat. princip.

Fides frangenda est in querela inofficiosi mota, & transactione remissa, licèt promissa ei non seruentur, quando tale pactum transactionis fuit factum per verba, in quibus poterat cadere implementũ, secus verò si non poterat cadere, vt promitto non agere, vel nõ petere, gl.fi.in l.cùm proponas, 21.C.de pactis.

Fides veritatis adminicula verborum non desiderat, aliquando tamen desiderat vt in stipulatione, nouatione, & in testamentis, gl.3.iuncta, l.1.C. si minor ab heredit.se abstinen.

Fides testium præponenda est gratiæ & potentatui, gloss. final. in l. 4. C. de testibus.

Fides hominum fallax, l.itaque fullo, §.fi.de furtis.

Fides maior debet dari ei, qui in dignitate est positus, & magis creditur decurioni, quàm plebeio, gloss. per dignitatem, in auth.de testib.§.sancimus, col.7.

Fides non est præstanda ei, qui vult contra fidem versari, gl.pe.in c.1.§.si per quos fiat inuestitura, & gl. pe.in c.1.de noua forma fidelitat.

Reliqua verbo, Catholica, Christiana, Hæretica, Paganus, Scriptura, Testis, 12.31.32.33. Sobrietas.

 tionis,

tionis,æstimatio eius præstari debet,d.c.l.fideicommissa,§.seruo.

in Fideicommissis præcipuè spectanda,& seruanda est voluntas testatoris,d.l.fideicommissa,§.item si quis,& ibi gl.fideicommissum, l.quisquis, 95.& ibi gl. ei sententiæ,eodem.

Fideicommissum illi soli debetur,quem testator voluit honorare, d.l.fideicommissa,§.plerunque,& ibi gl.plerunque.

Fideicommissum,vel legatum relictum potest esse,quod multorum intersit, sed actio fideicommissi competet tantùm ei,quem testator honorare voluit, vt si testator leget liberationem vni ex pluribus rèis debendi, quamuis intersit aliorum,vt liberentur,tamen ille solus,cui liberatio legata est, liberatur, non alij,d.§.plerunque.

Fideicommissum vel legatum relinquitur vni,sed petitio eius competit alij,vt si heres per fideicommissum grauatus sit, vt publicano pro Titio præstet fideicommissum, vel legatum, & ita publicanus non petit,licèt ei adscriptum sit, sed ipse,pro quo relictum fuit legatum,quia vt minister fuit electus publicanus,nisi probet quòd amore publicani fuerit relictum, d. l. fideicommissa,§. interdum,& ibi gl.1.

Fideicommissum vel legatum relictum,quod multorum creditorum interest, & de omnibus testator sensit, omnes possunt petere, & prout cuiusque eorum interest,tantum consequatur ex tali legato,vel fideicommisso, & si vnus eorum egerit ad totum legatum, vel fideicommissum, ac litem sit contestatus totum legatum solui debet ei,præstando cautionem de defendendo hereden soluentem aduersùs cæteros legatarios,d.l.fideicommisa,§.plerunque, & ib glo.plerunque.

8 Fideicommisa nuda voluntate infirmantur,l.si iure,18.& ibi gl.fideicommisa. de legat.3.

Fideicommisum relictum in testamento solemni non intelligitur tacitè reuocatum per testamentum secundùm minùs solemne, d.l.si iure.

Fideicommisum,vel legatum potest relinqui nutu dummodò relinquens loqui possit,nisi superueniens morbus ei impedimento esset, secus si esset à natura, idest,à natiuitate mutus,& surdus,quia tunç nullo modo potest, l.nutu, 21.& ibi gl.1.& 2.eod.

Fideicommissum, vel legatum potest relinquere mutus, & surdus ex accidenti & non à natura,si ipse literarum peritus sit, & ita scripserit, sed non potest nutu,d.glo.2.

Fideicommissum,vel legatum si apud eum,cui relinquitur,inueniatur ex aliqua lucratiua causa,non valet, nisi defunctus æstimationem quoque eius præstare voluit,d.l.nutu.

Fideicommisum de aliquem adoptando iniunctum heredi, vel legatario factum tanquàm contra bonos mores,& contra res non tenet, secus quando fideicommissum de emancipando esset factum,glos.non esse,in l.vxorem,41.§. heres,eodem.

Fideicommissum relictum fratrib.intelligitur etiam relictum sorotib.nisi aliud sensisse testatorem probetur,l.Lucius Titius,93.§.quæsitum,& ibi gl.pertineret,eodem.

9 in Fideicommissum deducitur portio quæ iure fideicommissi percipitur, & etiam fructus percepti iudicio testatoris, l. liberto, 21.§. filium, de annuis legatis.

Fideicommissi iure si quis habeat aliquid, venit illud in restitutionem Trebellianicæ,ibidem.

Fideicommissi relictum, quod fructuarius de re cum fructib. restituenda proprietario post mortem suam grauatur,non valet,l.qui fructus,25.de vsufruct legat.

Fideicommissum relictum post mortem omnium ab vltimo decedente videtur relictum,l.codicillis,34.eod.

Fideicommissum quando transfertur cum onere speciali de vno ad aliud, onus primo iniunctum in persona secundi, ad quem transfertur in onere speciali non videtur repetitum,l.alumnæ,de adimend.legat.

per Fideicommissum relictus seruus si ante moram heredis decesserit, perit fideicommissario,vt nec æstimatio eius debeatur, secus si post moram decessisset,l.si quis,in prin.§.fi.& ibi gl.fi.de leg.3.

Fideicommissum inducitur non solùm ex verbis,sed etiam ex mente testatoris, l.pater,38.§.pe.de legat 3.

in Fideicommisso heredib.relicto portio intelligitur pro modo oneris heredib. iniuncti per fideicommissum, aliàs debetur pro hereditariis portionib.l. vtrùm,§.1.de rebus dubiis.

Fideicommissa annua,& menstrua relicta liberto quamdiu res filiæ patroni gesserit,ipsa filia prohibente geri,liberto debetur quolibet anno,& mense, sed si posteà filia mutauerit voluntatem, resumunt dictam conditionem, scilicet quòd non aliter præstentur sibi legata, quàm quolibet anno administrauerit res filiæ,l.pater Seuerianam,101.§.fi.de cond.& demonst.

ob Fideicommissum in secundis tabulis cogitur institutus in testamento paterno adire,vt pupillares tabulæ,& per consequens fideicommissum,confirmentur,l.apud Iulianum,11.§. 1.ad Trebel.

Fideicommissis sunt apta verba,Peto vt illi fideicommissum relinquas,aut vt illi libertatem adscribas,l.ex facto,17.ad Trebell.

in Fideicommissis non habet locum Trebellianum, nisi de hereditate tota, vel parte quota rogantis sit rogatus aliquis,gl.accipiendum,ibid.

Fideicommissum,vel legatum relictum in tempus liberorum, si fideicommissarius vel legatarius vxore prægnante decesserit, & ad heredem suum transfert fideicommissum,cùm pro nato habeatur,l.sed & si, 20.eod.

Fideicommissi translatio in dubio intelligitur esse facta, si priùs fideicommissi restitutio facta non fuerit,l.quidam ita, 25.eod.

in Fideicommissi restitutionem non venit id, quod est quæsitum à seruo post aditam hereditatem ab herede coacto, secus in quæsito à seruo hereditate iacente,l.ita tamen, 27.§.1.eod.

10 Fideicommissum, per quod rogatur dominus restituere seruo heredi instituto valet, non tamen habet locum Trebellianum quoad quartæ deductionem, quia non vt heres, sed vt dominus rogatus fuit, habet tamen locum quoad alia remedia,scilicet vt eo facto libero cogatur restituere, & transeunt actiones,non tamen cogitur eum manumittere,sicut nec pater filium emancipare, l.quidam ita,25.& ibi gl.fideicommissum,eod.

Fideicommissum ex fructib.supplere non tenentur liberi primi gradus, l. postulante,44.§.sed in huiusmodi,eod.

Fideicommissum transit ad heredem mortuo fideicommissario ante restitutionem,& postquàm dies cessit,l.Seius Saturninus,46.eod.

Fideicommissum relictum à duob. cum expressione nominis collectiui debetur etiam si in persona tantùm vltimi extiterit conditio, si persona non superest quæ fideicommissarium ex præsumpta voluntate defuncti excludat,l.heredes mei,57.§.1.eod.

in Fideicommissis potiùs spectamus voluntatem testantis, quàm verba, ibi,& cùm virum,16.C. de fideicommis.

Fideicommissum relictum plurib. vel vni ex eis intelligitur primis deficienti d.l.heredes mei, §.fi.ad Trebel.

in Fideicommissum per generalia verba relictum venit id, quod iure fideicommissi percipitur,l.Lucius Titius,78.§.tres heredes,eod.

Fideicommissum relictum fratrib. sub nomine appellatiuo debetur pro hereditaria portione,d.l.Lucius,§.Mæuia.

Fideicommissum relictum ab vxore diminuitur pro illa rata, pro qua est diminutum sibi relictum,gl.quatenus,in d.l.Lucius,§.heres institutus.

Fideicommissum limitatur secundùm naturam præcedentis substitutionis, ni ex voluntate defuncti aliud præsumatur ex natura sermonis, vel alia coniectura,l.fin. eod.

Fideicommissum sibi relictum deferens non capax si cum herede possidente fideicommissum transegerit, & sic in delatione non procedit, tenetur in tantùm,inquantùm ad fiscum peruenisset,si processum esset in delatione,& probatum,& possessor etiam tenetur in tantundem, si fraudem commisit in ho l.Arrianus,42.§.fi.de iure fisci.

Fideicommissum reciprocum potest per pactum remitti, neque ex hoc solo dicitur minor lædi, quamuis ex casu possit esse sibi damnosum, l. de fideicommisso,11.de transactio.

Fideicommissum reciprocum inter fratres, si aliter decesserit sine liberis, concordia illorum fratrum potest remitti,ibid.

Fideicommissum quamuis sit stricti iuris, tamen propter voluntatem defunc implendam admittuntur vsuræ propter moram,gl.fi.in l.3.C. in quib.caus.in integrum restitut.

Fideicommissa olim à sola liberalitate pendebant, hodiè tamen etiam action iure peti possunt,gl.1.in l.etiamsi,C.de compensat.

Fideicommissum potest relinqui his verbis,volo,rogo,gl.1.in l.in vendentis,1 C.de contrahend.empt.

Fideicommissum non potest relinqui ab eo,cui non est relicta pecunia, glo.1.in l.Titius si,9.C.de operis liber.

Fideicommissum si sit relictum sub his verbis, illi, aut illi fidei tuæ committ restituas,ambo admittuntur ad fideicommissum æqua lance, & diuidunt, l. C.de verbor.signif.

per Fideicommissum si sit relictum illa,aut illa res,tunc vna res debetur, & non ambæ,ibidem.

Fideicommissum,vel legatum relictum seruo, cui libertas fideicommisaria e legata,cedit eodem tempore,quo libertas,l.1.C.de fideicomm.

Fideicommisso grauari non potest ille, qui non accepit legatum, neque fideicommisum, neque hereditatem, neque donationem causa mortis, l.ab ec qui,C.eodem.

in Fideicommissis quandoque sola verba spectantur,quandoque verba, & men testatoris,si scriptum voluntati aptatur,aliàs si prorsus verba discrepent à voluntate,non valent,l.cùm virum, 16.C.eod.

Fideicommissi iure non potest grauari donatarius inter viuos, sed rectè potest ex vi pacti,quando donatio inter viuos statim valuit, sed quando non valuit statim, vt in donatione à viro vxori facta, potest iure fideicommissi grauari † l.3.& ibi gl.si mortis,de legatis 3.

Fideicommisum potest relinqui à donatario, cui inter viuos donatum est sul modo,secus si purè,& simpliciter,l.cùm quis decedens,37.§.pater, & ibi gl.1 eodem tit.

Fideicommisum relictum spuriis, & his, qui capere non poterant, nec pos sunt, nec olim, nec hodiè valet, glos. 2.in principio, Instit.de fideicommis libertat.

Fideicommisum non transmittitur ad heredem, si dies fideicommissi non cessit fideicommisario viuente,† gl.2.in l.si in personam,21.C.de fideicommis.

Fideicommisum etiam non agnitum transmittitur ad heredem etiam tunc non existentem in rerum natura,si dies fideicommissi cessit viuente fideicommissario,d.l.si in personam.

Fideicommisum in epistola, vel libello,vel sine scriptura, imò etiam nutu adhibitis testibus,saltem quinque,potest relinqui,l.& in epistola, & ibi glo. fin C.eodem.

Fideicommisa ab inuitis exiguntur hodiè,olim tamen pendebant ex fide heredum,vt cogi non posent,nisi per pudorem,gl.4.in l.2.C.communia de legat.

Fideicommissi portio quando non sufficit ad soluenda legata,heres cogitur soluere illa,gl.1.in l.2. C.ad Trebel.

Fideicommisum tenet, licèt æs alienum absorbeat hereditatem, & insolidum conuenitur fideicommisarius, neque heres tunc detrahere potest quartam ibidem.

Fideicommisum cesat,vbi non est heres, vel non extitit in rerum natura tempore testamenti,gl.pe.in l.4.C.eod.

Fideicommisum potest relinqui etiam sine scriptura,l.& sine scriptura, C.eod.

Fideicommisa,& legata hodiè nihil differunt,& quemadmodum fideicommisa debentur etiam ab intestato,ita etiam debentur legata,glos. ob aliud, in §. quacunque,in auth.de hered.& Falcid.collat.1.

Fideicommisa tempore Iustiniani erant necesaria,† glo. ampliùs & ibi add.in §.nostra autem,Inst.de legatis.

Fideicommisa olim,& hodiè posunt fieri post mortem heredis, vel fideicommisarij,§.pen.Inst.eod.

de re alia, præstatur in integrum, l. si mihi Stichus, 97. de legat. 1.

Fideicommissum relictum à legatario quando deficit, legatum remanet penes legatarium, nisi sit nudus minister, † l. si quis Titio, 17. & l. si quis Titio, 17. & l. si quis, quos, 31. & ibi gl. 1. de legat. 2. & l. Iulianus, 60. & ibi gl. pe. eod. tit.

Fideicommissum rectè relinquitur à surdo, vel à muto, qui legatum accepit, vt illud, cùm moreretur, restitueret alicui, l. cum pater, 77. §. surdo, eod.

Fideicommissum relictum à legatario vbicunque est nullum, habita considera-tione testantis, & eius, cui dandum est; potior est conditio possidentis heredis vel legatarij, l. pen. & ibi gl. petere, eod.

Fideicommissis onus iniunctum legatario est nullum quoad petitionem, sed non quoad retentionem, veluti legatarius rogatus restituere legatum seruo testatoris non potest petere, poterit tamen retinere; nisi esset electus vt minister, ibidem.

Fideicommissi onus iniunctum legatario, si non ab initio, sed ex pòst facto sit nullum ex aliquo accidenti, non annullatur legatũ, licèt onus annulletur, ibi.

Fideicommissi onus iniunctum legatario non valet, si legatum sit nullum à principio, vt quia pro non scriptum, si autem ex pòst facto, & sic in causa caduci, & tunc tenet fideicommissum. gl. petere, ibid.

Fideicommissum relinqui non potest ab eodem, cui res ex stipulatu debita legata fuit, licèt ex legato commodum sentire videatur, eò quòd dominium statim nanciscatur, vel lucrari videatur sumptus litis, quos faceret agendo ex stipulatu, l. 3. §. si rem, de legat. 3.

Fideicommissum, quod tenuit à principio, si deficit ex pòst facto, remanet apud legatarium, à quo fideicommissum relictum est, l. pater filium, 38. §. Tusculanus, eodem.

Fideicommissum relictum à legatario tenetur præstare heres, apud quem remanet legatum quasi caducum, vt quia legatarius repudiauit post mortem testatoris, vel in causa caduci factum, vt quia decessit viuo testatore, l. si ab eo, 9. & ibi, gl. fi. de vsufructu legato.

Fideicommissum relictum à testatore si est ademptum ex dispositione testatoris expressa, non remanet legatum penes legatarium, sed videtur ei ademptum, l. pen. §. 1. de adimen. legat.

pro Fideicommisso, quod à legatario relinquitur, non datur actio in rem ei, cui relinquitur, quià priùs esse debet legatarij, in quem dominium transit immediatè, & non in secundum, gl. actiones, in l. 2. C. communia de legat.

Fideicommissum relictum à legatario minuitur eatenus, quatenus legatum per Falcidiam diminutum est, nisi in totum legatarius sit rogatus restituere, vel aliud extrinsecùs, vel seruum manumittere, l. pœnales, 32. §. si Titio, & ibi glo. nec quia, ad leg. Falcid.

Reliqua verbo, Legatarius, 29. vsque 36.

21 Fideicommissum potest relinqui à tutore pupillo instituto. glos. dari, in l. si fuerit, 5. de legat. 3. l. etiam à pupillorum, 20. C. de fideicom.

Fideicommissum relictum à tutore, vt si pupillus intra xiiij. ann. decessisset, restitueret hereditatem Caio, videtur relictum à pupillo, & ideò valet, licèt tutoris datio non sortiatur effectum, l. peto, 69. §. mater, de legat. 2.

Fideicommissa relicta præstanda à pupillorum institutorum tutoribus videntur relicta præstanda ab ipsis pupillis, & si dubitatur de eo, potest deferri iuramentum tutori, l. cùm etiam, 5. & ibi gl. 2. C. de rebus creditis.

Fideicommissum relictum præstandum à pupillorum institutorum tutoribus ita, vt tutor daret de bonis suis, & non de bonis pupilli, non valet, nisi ei aliquid sit relictum à testatore, gl. fi. ibid.

Fideicommissum relictum ab heredis curatore, quem quis putabat legitimè datum, ab herede scripto debetur, l. codicillis, 34. §. fi. de vsufructu legat.

Fideicommissum potest relinqui à debitore habente pignus, si hoc agnoscit debitor, aliàs heres creditoris tenetur cedere actiones contra debitorem, l. si seruus legatus, 108. §. pen. & ibi gl. debitorem, de legat. 1.

Fideicommissum potest relinqui ab omni debitore, glos. constat, in l. cùm pater, 77. §. qui dotale, de legat. 2.

Fideicommissum non potest relinquere creditor à debitore, cui pignus mortis causa liberauerat, quia remissio pignoris non est donatio, ergo nec legatum, l. 3. §. fi. & ibi gl. fi. de legat. 3.

ex Fideicommisso liberationis facto debitori in minùs solemni testamento, non quæritur debitori exceptio contra heredem creditoris, l. si creditoris, 17. C. de fideicommis.

Fideicommissum ab intestato relictum nominatim ab eo, qui primo gradu succedit ab intestato, non debetur ab eo, qui est in secundo, si ad eum hereditas perueniat, secus si simpliciter ab intestato fideicommissum esset relictum, gl. rupisset, & ibi add. marg. in l. si quis cùm testamentum, de iure codicil.

22 Fideicommissum ab intestato in codicillis relictum debetur ab intestato succedentibus, quia testator creditur sponte sua eis relinquere legitimam hereditatem, l. conficiuntur, eodem.

Fideicommissum sicut potest relinqui à succedentibus patrifamilias ab intestato, ita & à succedentibus pupillo ab intestato, l. si Titio, §. fi. de legat. 1.

Fideicommissum relictum à legitimis heredibus pupilli expirat adueniente pubertate, & sic expirat substitutio pupillaris, l. quod fideicommissum, 93. & ibi glo. fin. eod.

Fideicommissum relictum à succedentibus pupillo ab intestato non valet, neque tenentur præstare illi, si pupillo exheredato ab intestato successerit, nisi succedentes pupillo ab intestato sint à patre heredes instituti, l. planè, 94. eodem.

Fideicommissum potest relinquere à filio, ille, qui intestatus decedit, & scit bona sua ad fiscum peruentura vacantia, l. filiusfamilias, 114. eod.

Fideicommissum relinquere potest filiusfamilias miles vel veteranus à patre, vel libertus à patrono, etiam si filius vel libertus decesserit ab intestato, ibid.

Fideicommissum relictum in defectum institutorum videtur relinqui à venientibus ab intestato, l. Lucius Titius, 88. §. filiam, de legat. 2.

Fideicommissa etiam ab intestato relicta non debentur rupto testamento per querelam, l. patronus, 35. §. fi. de legat. 3.

Fideicommissum etiam si ab intestato debeatur, habet locum satisdationis stipulatio, quæ pro legatis, vel fideicommissis conseruandis præstatur, l. etiam de præsenti, §. fin. vt legato. nomine caueatur.

Fideicommissum potest relinqui ab intestato succedentib. & ab eisdem potest quarta retineri, l. vt sine scriptura, 5. C. ad Trebel.

Reliqua verbo, Legatum, 74.

FIDEICOMMISSVM expressè relictum à filio impubere, videtur relictum ab ipso filio impubere, licèt relinquatur post mortem eius, & non ab eius substituto, nec à legitimis heredib. secus vbi simpliciter est relictum, & non dicitur à quo, l. coheredi, 41. §. quòd si heredem, de vulgari.

Fideicommissum simpliciter relictum filiofamilias à patre valet, ideò quia subintelligitur tacita conditio, & videtur semper dilatum in tempus sui iuris, quod potest contingere non solùm morte patris, sed etiam emancipatione, vel aliis modis, † l. cùm ipsis, in fi. de legat. 1. & l. fideicommissa, 11. §. si filio, de legatis, 3.

Fideicommissum relictum à filiis non vt à legitimis heredib. sed vt à scriptis, irrito facto testamento maxima vel media capitis diminutione testatoris non debetur ab eis succedentib. ab intestato, l. si quis, testamento, 81. & ibi glo. fin. de legat. 2.

Fideicommissum filiofamilias relictum à patre herede instituto in hæc verba, Volo eum habere, vel volo ad eum pertinere, valet, & in id tempus intelligitur relictum, quo filius sui iuris efficiatur, l. fideicõmissa, 11. §. si filio, de leg. 3.

Fideicommissum filiofamilias relictum sub conditione, si morte patris, sui iuris effectus fuerit, debetur, etiam si emancipatione, & non morte patris effectus sit sui iuris, & sic etiam statim post emancipationem debetur, d. l. fideicõmissa, §. si cui, & ibi gl. 1. & 2. & l. si ita esset, 15. quando dies legatorum cedat.

Fideicommissum vniuersale relictum à filio post eius mortem intelligitur, si sine filiis decesserit, l. cum auus, 102. de conditio. & demonstr.

Fideicommissum relictum filiofamilias, vt ad eum perueniat, videtur delatum in tempus existentiæ sui iuris, nec cogitur pater emancipare, etiam si testator hoc expressè dixerit, l. vbi purè, 19. & ibi gl. 2. ad Trebel.

Fideicommissum à matre relictum filio, & collatum in tempus mortis patris sui, in cuius potestate consistebat, debetur immediate, cùm filius qualitercunque factus fuerit sui iuris, l. mulier, 22. eod.

Fideicommissa, vel legata non possunt relinqui à filio emancipato, vel alio descendenti præterito, & non tenetur ipse, etiam si contra tabulando per eum testamentum ad eum perueniat hereditas ab intestato, l. pen. & ibi gloss. 1. C. de fideicommis.

Fideicommissa vel legata à filiis institutis relicta debent præstari irrito testamento per contra tab. non tamen relicta à filiis præteritis, gl. 1. ibid.

Fideicommissum relictum à filio, cùm morietur pater, habetur pro eo, atque si post mortem patris relictum fuisset, & ideò filius non cogitur illud conferre, cùm incipiente patre mori, eius non fuisset, l. 1. §. si emancipato, de collatione bonorum.

Reliqua verbo, Filius, 175. vsque 180. Pater, 32. 33. 34. Legatum, 63. 64.

FIDEICOMMISSVM familiæ relictum venditum ab herede rogato non potest peti ab extraneo emptore, etiam post mortem rogati, si rogatus reliquit heredem vnum de familia, secus si extraneum reliquisset, l. peto, 69. §. 1. & ibi gl. exterus, de legat. 2.

ad Fideicommissum familiæ relictum priores in gradu de familia admittuntur, nisi sit relictum vni de familia, quem heres elegerit, quo casu heres poterit eligere vnum de familia, etiam in vlteriori gradu existentem, l. vnum ex familia, 67. §. 1. & ibi gl. vni. eod.

ad Fideicommissum familiæ relictum primò admittuntur hi, qui nominati sunt, & post eos omnes existentes, qui ex nomine defuncti fuerunt eo tempore, quo testator moreretur, & qui ex his primo gradu procreati sunt, nisi testator specialiter ad vlteriores voluntatem suam extenderit, l. cùm ita legatur, §. fin. eodem.

ad Fideicommissum familiæ relictum post nominatos admittuntur proximiores agnati, sed non cognati, licèt sint exæquati agnatis, quia exæquatio est quoad successionem ab intestato, † gl. nominati, ibid.

ad Fideicommissum familiæ relictum veniunt etiam filij posteà emancipati, l. peto, 69. §. 1. eod.

Reliqua verbo, Heres, 155. 156. Familia, 4. Gener.

FIDEICOMMISSVM, vel legatum tacitè relictum incapaci valet, nec applicatur fisco, gl. fi. in l. Lucius, 123. §. fi. de legat. 1.

Fideicommissum, vel legatum expressè relictum incapaci non valet, nec applicatur fisco, sed remanet apud eum, à quo relictum est, sed si tacitè sit relictum incapaci, vt quia testator nihil dixit expressè, quod incapaci daret, sed dixit ei in secreto, vel dixit, sed non clarè, tunc aufertur ab eo, & applicatur fisco, nisi se deferat, quo casu retinet partem, ibid.

Fideicommissum, vel legatum quando tacitè relinquitur, nec apparet persona, cui debet fieri restitutio, præsumptio qualis qualis est, quod relinquitur incapaci, d. §. fi. & ibi gl. fi.

Fideicommissum relictum palàm non capaci, non valet quantùm ad ipsum non capacem, sed remanet apud eum, à quo relinquitur, nec debet pati pœnam ex eo, quòd ipse non delinquit; sed quando relinquitur clàm & assumit heres tacitam fidem de restituendo non capaci, tunc delinquit, & facit fraudem legi, & ideo tunc applicatur fisco, l. non intelligitur, & ibi gloss. 1. & 2. de iure fisci.

Fideicommissum tacitè relictum ei, qui non erat capax tempore testamenti, & mortis, non valet, & aufertur heredi rogato, & applicatur fisco; sed si tempore testamenti erat capax, sed non tempore mortis, & tunc heres non delinquit, etiam si tacitè se adstrinxerit restituere, nec punitur, sed apud eum remanet fideicommissum; sed si tempore testamenti non erat capax, & tempore mortis sit capax, heres non patitur pœnam, & fideicommissum valet, & debetur ei, cui erat relictum, gloss. expectandum, in d. l. non intelligitur, §. si quando, eodem.

Fideicommissa tacita frequẽter sic manifestantur, si proferantur chirographum, quo se cauisset is, cuius fides eligitur, quod ad eum ex bonis defundi peruenerit restituturum, & etiam aliis probationibus, veluti confessionib. rogati manifestari possunt, d. l. non intelligitur, §. tacita.

Fideicommiſsum quando relinquitur ſub nomine geminato,& ſub nomine appellatiuo pecunię,fructus iudicio teſtatoris percepti veniunt in reſtitutione, ſecus ſi ſub nomine ſimplici, debet tamen ſuppleri fideicommiſsum ex ipſis fructibus,ſi fuerit diminutio,l.Balliſta,32.& ibi gl.pe.cum l.ſeq.eod.

in Fideicommiſſi reſtitutionem veniunt acceſſiones quæſitæ ex prouiſione defuncti,etiam in liberis primi gradus,l.poſtulante,44.§.ſed in huiuſmodi,eod.

in Fideicómmiſsi reſtitutionem veniunt naturalia debita, glo. fin.in l.ſi heredi, 47.eodem.

in Fideicommiſſi reſtitutione veniunt vſuræ & obuentiones poſt mortem ex iudicio teſtatoris prouenientes,ſi per heredem exactæ non fuerint, ſecus ſi ſint exactæ,l.deducta,58.§.qui poſt, eod.

in Fideicommiſſi reſtitutionem non venit id,quod peruenit ad heredem, non vt ad heredem, neque id, quod habuit heres ex erronea ſententia, † l. debitor, 59.§.fin.eod.

Fideicommiſſi inualidi reſtitutione facta actiones hereditariæ non tranſeunt cum effectu, verè tamen tranſeunt,ſed condicuntur, l. patronus,68. & ibi gl. actiones,eod.

Fideicommiſſum ſi deducatur in ſtipulationem, & ex ſtipulatione reſtituatur, tranſeunt actiones hereditariæ ex Trebelliano in fideicommiſſarium,ſecus ſi heres non reſtituiſſet hereditatem,ſed litis æſtimationem ſoluiſſet,quia tunc actiones remánent apud heredem,d.l.facta,§.1.

in Fideicommiſſi reſtitutionem non venit id,quod pendente dilatione per hereditarium ſeruum adquiritur,niſi heres fuit in mora reſtituendi,d. l. facta,§.ſi heres,& ibi gl.fatendum.

in Fideicommiſſi reſtitutionem venit, id quod ante reſtitutam hereditatem per ſeruum hereditarium adquiritur, quando heres cum incremento hereditatem reſtituere rogatus fuit, niſi euidentiſſimis probationibus fuerit ab herede probatum,ſeruum hereditarium fuiſſe inſtitutum contemplatione ſui heredis,ibidem.

in Fideicommiſſi fauorem quando adiicitur dilatio, fructus interim percepti veniunt in reſtitutionem,l.Lucius,78.§.heredum,& ibi gl.reſtituenda, eod.

Fideicommiſſi reſtitutio ſoli tutori infantis,vel pupilli abſentis vel curatori furioſi poteſt fieri,etiam ſine fideiuſſione,l.pen.C.eod.tit.

Fideicommiſſi reſtitutio poteſt fieri cuilibet procuratori ſimplici, non autem procuratori in rem ſuam,gl.1.ibid.

Reliqua verbo,Hereditas, 25. Heres, 107. & 136. vſque 145. & 146. vſque 149. Prælegatum,Pupillus,42.Satiſdatio,3.Tutor,153.154. 155. Feudalia, Fructus, 19.20.21.

Fideicommiſſarius in genere,num.1.vſque 6.

Quoad aditionem,& reſtitutionem,num.6.7.8.

Quoad actiones & earum tranſlationem,nu.9.10.

Quoad petitionem fideicommiſſi & hereditatis,nu. 11.& 12.

Quoad detractionem Falcidiæ & Trebellianicæ,num. 13.

1 FIDEICOMMISSARIVS loco heredis eſt,ſed non per omnia, nam iura ſepulcri non habet,gloſſ.hereditatem,in l.ſi ſeruum, 28.§.final.ſi quis omiſſa cauſa teſt.& §.& enim,& ibi glo.in ſimilitudinem,in auth.de heredib.& Falcidia, colum. 1.& gloſſ.celebrari, in l.ſcimus,36.§.1. C.de inofficioſo teſtament & l.poſtulante,44.§.ſed & in huiuſmodi,ad Trebellian. & l. ſi heres ab eo,68.& ibi gloſſ.fin.de iudiciis,gloſ.dari,in l.etiam ſi, 15.§. quòd ſi quis, de petit.hered.l.ſi filiusfamilias,§.1.quod cum eo,qui in aliena,gl. Trebelliano, in l.ſicut,§.1.quibus mod. pignus tacitè contrahatur.

Fideicommiſſarij funguntur vice legatariorum,l.quæ ſub conditione,8.de condit.inſtit.

Fideicommiſſarium in omnibus bonis ſi ruſticus in teſtamento relinquat filium ſuum nemine alio inſtituto, videtur filius heres inſtitutus, l.quamuis,& ibi glo.fin.de iudiciis.

Fideicommiſſarius,cui reſtituta eſt hereditas ex Trebelliano, perinde habetur, ac ſi ipſe adiiſſet hereditatem,quoad fori priuilegium,l.ſed & ſi,28.& ibi glo. perinde,eod.

ad Fideicommiſſarium vniuerſalem non tranſit priuilegium fori,d.l.ſed & ſi.

Fideicommiſſarius ſi interfuit, vt teſtis, diuiſioni factæ inter heredes ſibi per fideicommiſſum relictæ, & ſubſcripſit, talis ſubſcriptio nihil ſibi præiudicat, cùm, vt teſtis, ſubſcripſerit, gloſs. manifeſtum, in l. fideiuſſor, §. 1. de pignoribus.

Fideicommiſſarius heres inſtitutus ab herede, ſi occiſo herede antequàm mortem vindicaret, petiit, & habuit bonorum poſſeſſionem in bonis dicti heredis,illa bona cum fideicommiſſo applicantur fiſco, ſi propter dolum dimiſit vindictam;ſed ſi per negligentiam,tunc perdit tantùm bona heredis,& applicantur fiſco,ſed non fideicommiſſum,l.propter,§.1.ad Syllanianum.

2 Fideicommiſſarius per fideicommiſſum relicta eſt menſa, in qua ſunt debita,& credita,ſi ſuſcepit fideicommiſſum ab heredibus, & eis præſtiterit cautionem indemnitatis,tenet cautio,licèt fideicommiſſarius decipiatur, vt quia ſit plus in ære alieno, quàm in quæſtu, quia talis ſuſceptio ſimilis eſt venditioni, l. cùm pater,77.§.menſæ,& ibi gl.1.de leg.2.

Fideicommiſſarius vnus ex pluribus ſi cõtemplatione totius fideicommiſſi coëgit heredem adire, & reſtituere, facit dictum heredem perdere quartam in totum,ſecus ſi contemplatione partis propriæ,l.cogi poterit,16.§. idem Mætianus,ad Trebel.

ad Fideicommiſſarium pertinet id, quod iure adcreſcendi adquiritur poſt reſtitutionem factam,nec opus eſt noua reſtitutione,l.Papinianus,43. & ibi gloſ. fin.eodem.

Fideicommiſſarius poſſidens eſt legitimus contradictor heredi petenti miſſionem in poſſeſſionem ex edicto Diui Adriani, ſi eſt paratus probare incontinenti de iure fideicommiſſi,gl.mitti,in l.filiam,C.eod.

Fideicommiſſarius licèt pecuniam continétem quartam Trebellianicam, quam debet dare heredi,tardiùs ſoluat,ad vſuras non tenetur,quia nec fructus recuperat,l.facta,63.§.reſcripto,eod.

Fideicommiſſarius præfertur vulgariter ſubſtituto,† d.l.facta,§. Iulianus, & ibi glo.Iulianus.

Fideicommiſſario ſuccurritur,vt reſtituatur, & agnoſcere cogatur ſuccedens de iure prætorio rogatus reſtituere, qui paſſus eſt labi tempus agnoſcendæ bonorum poſſeſſionis,d.l.facta,§.pen.

Fideicommiſſarius, cui ex Trebelliano reſtituta fuit hereditas eius pupilli, cui ſine tutoris authoritate pecunia credita erat,ſi ſoluerit creditori,non repetit, quód ſi heres poſt reſtitutionem ſoluat,repetit,quia ab eo in fideicommiſſarium tranſlata fuit naturalis obligatio,l.ſi eius pupilli, 64 eod.

Fideicommiſſario ſi reſtituta fuit hereditas eius, qui ſine tutoris authoritate credidit pupillo,& poſteà pupillus ſoluat fideicommiſſario,non repetit, ſed ſi heredi ſoluerit poſt reſtitutionem factam fideicommiſsario, repetit ſecus ſi ante reſtitutionem ſoluiſſet,ibid.

Fideicommiſſarius ſi cogit heredem adire,cogitur actiones hereditarias pati, l. ſi poſtulante,67.eod.

Fideicommiſſarij nullum lucrum debent habere,glo.fi.in l.pecuniæ, de aliment. vel cibar.

Fideicommiſſarius ibi debet conueniri,vbi habet domicilium, vel vbi eſt maior pars hereditatis,vel ibi,vbi defunctus,& in aliis locis, vbi eſt repetita, & vbi teſtator voluit,vel eſt veriſimile,eum voluiſſe,l.qui ita,66. §. fin. & ibi gloſſ fin.eodem.

Fideicommiſſarius etiam poſt reſtitutionem ſibi factam poteſt dimittere fideicommiſſum propter partem heredis,quæ incipit de nouo vacare,l.ſi pupillus, 79.eodem.

Fideicommiſſarius ſi ſit miſſus in poſſeſſionem omnium bonorum cauſa fideicommiſsi ſeruandi, & ſint aliqua bona, quæ ex mora deteriora futura ſunt, dari debet curator bonis, per quem vendantur, ita vt pretium ex his redactum detur in depoſitum ipſi fideicommiſſario, donec conſtet de fideicommiſſo, quod ei debetur, l. ſi Magiſtratus, 11. de priuilegiis creditorum.

Fideicommiſſarius, vel legatarius emens ab aliquo extraneo rem ſibi legatam, vel per fideicommiſſum relictam, vel emens ab herede, à quo ſub conditione relicta fuit, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, vel emens ignoranter rem ſibi purè relictam,non præiudicat ſibi in iure fideicommiſsi,ſecus ſi ſcienter emit rem purè ſibi relictam ab herede,quia tunc videtur renunciare iuri ſuo, ſi ea res fuit teſtatoris,† gl.fin.ad med.verſ.item pater,in l.qui Romæ,122. §.duo fratres,de verb.oblig.

Fideicommiſſarius,cui reſtituta eſt hereditas ex tacito fideicommiſſo,cùm eſſet incapax,ſi detulit ſe in fiſcum, debet habere dimidiam dodrantis illius hereditatis pro præmio,quia ſe detulit,quarta tamen,quæ aliàs deberet remanere penes heredem,aufertur illi,& applicatur fiſco,l.pen.de iure fiſci,& gl.pen.in l.3.C.ad leg.Falcidiam.

Fideicommiſſario vniuerſali ante factam reſtitutionem re, aut verbo cõditione exiſtente, competit rei vendicatio, & ſic ipſo iure transfertur dominium in rebus alienatis ab herede,cùm non ſit heres dominus,pro nondum alienatis non habet rei vendicationem,niſi facta reſtitutione,l.3.§.ſin autem, & ibi glo.pen.& fi.C.communia de legatis.

Fideicommiſſario vniuerſali regulariter non tranſeunt actiones, niſi reſtituta hereditate,gl.pe.ibid.

Fideicommiſſarius,cui dimidia, vel alia portio hereditatis reſtituitur, pro rata tenetur ad onera ſucceſſionis,& ad legata,l.2.& ibi gloſſa 1.C.ad Trebel.

Fideicommiſſarius, cui dodrans hereditatis reſtituitur, tenetur inſolidum ad onera creditorum,& ad legata,d.gl.1.

Fideicommiſſarius generalis,vel ſpecialis, cui tacitè aliquid relictum eſt, duobus temporibus debet eſſe capax,ſcilicet teſtamenti,& mortis, & tunc ceſſat delatio,& idem ſi tempore teſtamenti capere poterat,ſed non tempore mortis, quia etiam túnc ceſſat dilatio, niſi in futurum heres inſtitutus fidem accommodaſſet,gl.1.in l.1.C.de delationib.

Fideicommiſsarius generalis,vel ſpecialis,cui tacitè aliquid relictum eſt,ſi tempore teſtamenti non erat capax,ſed tempore mortis erat capax; de benignitate parcitur,& ceſſat delatio,ibid.

Fideicommiſsarius generalis, vel ſpecialis, cui tacite aliquid relictum eſt, ſi tempore teſtamenti & mortis non erat capax, dodrans relicti aufertur non capaci, & quarta rogato, quicunque deferat, rogatus tamen excuſatur, ſi palàm ſit rogatus, vel ſit ſeruus rogantis, vel filius, vel ſe deferat, gloſ. pen. ibidem.

Fideicommiſsarius particularis poteſt eſse teſtis in teſtamento,ſed non vniuerſalis, qui loco heredis habetur, §. legataris, & ibi gloſ. non iuris, Inſtit.de teſtament.

Fideicommiſsarius ante factam ſibi reſtitutionem non eſt dominus; nam heres facit omnia ante reſtitutionem, & etiam manumittit ſeruum hereditarium, gl.reſtituerit,in §.ſed quia,Inſt.de fideicommiſ.heredit.

Fideicommiſsario liberum eſt fideicommiſsum futurum inutile repudiare, §. ſi quis vna,Inſt.eod.

Fideicommiſsarius poteſt grauari, vt fideicommiſsum totum, aut partem, aut etiam aliquid aliud reſtituat alij,§.præterea,Inſt.eod.

Fideicommiſsarius debet cauere heredi de conſeruando eum indemnem, quando ante reſtitutionem fideicommiſſi compromiſsum factum eſt inter heredem,& aliquem debitorem vel creditorem hereditarium, & timet heres, ne ob id condemnatus ei teneatur,l.cùm hereditas, 36. & ibi gloſ. compromiſſum,ad Trebel.

Fideicommiſsarius vniuerſalis,vel ſingularis ſi petiit fideicommiſsum, & obtinuit,& heres victus appellauit,qua pendente heres debet cauere victori, ſicut & ante ſententiam debuiſset, aliàs transfertur poſseſsio in victorem eorum, quæ petebantur,& ſi victor caueat de reddendo,ſi heres obtineat,vel etiam ſi heres velit interim cauere,† l.poſtquàm,§.Imperator,& ibi glo.1.aut legatorum ſeu fideicom.nomine caueatur.

Fideicommiſsarius,cui reſtituta eſt hereditas, ſi nomine legatorum relictorum ab herede non ſatiſdet, legatarius mittitur in poſseſſionem aduersùs fideicommiſsarium,l.ſi ex cauſa,eod.

Fideicommiſsarius poteſt petere ab herede, vt ſibi ſatiſdet de reſtituendo fideicommiſso, niſi ſatiſdatio ſit remiſsa à teſtatore, l. 4. C. vt in poſseſſionem legato.

petitione hereditatis,nisi quando sciens testamentum inofficiosum, petit sibi restitui hereditatem ab instituto,ibid.

Fideicommissarij heres si fit,& etiam heres eius,à quo fideicommissum est relictum,talis heres debet vendicare hereditatem , vel agere petitione hereditatis , si contendit se pro herede , vel pro possessore possidere; de fideicommisso non habet,quem conueniat,nisi se ipsum,l.si in personam,21.& ibi gl.fi.C. de fideicom.

Fideicommissario datur actio contra heredem pro rebus indebitè retentis, l. ita tamen,27.§.si ex Trebelliano,ad Trebellian.

inter Fideicommissarium,& heredem competit vtile iudicium familię erciscundæ hinc inde,† d.l.ita tamen,§.Marcellus,& ibi gl.iudicium,eod.

Reliqua verbo,Hereditas,17.18.

13 FIDEICOMMISSARIVS vniuersalis primus detraxit Falcidiam à legatis à se,vel ab herede relictis, quando heres coactè adiuit , non tamen detrahet quartam Trebellianicam à secundo fideicommissario,† glo.secundo,in l.1.§. denique,ad Trebellian.

Fideicommissarius non detrahit quartam Falcidiam de legatis relictis ab eo, nisi heres in eum liberalitatem exercuerit,qui scienter restituens totam absque detractione quartæ , videtur in dubio voluisse facere liberalitatem fidei commissario,d.§.denique,& ibi gl.secundo.

Fideicommissarius non tenetur insolidum ad legata , si illa excedant dodrantem , si tamen heres habet plus quarta pro eo , quod est plus , tenetur , & ita scinduntur legata, d.gl.secundo.

Fideicommissarius vniuersalis non tenetur ad legata simpliciter relicta,ne plus teneatur,quàm heres tenetur,l.2.eod.

Fideicommissarius primus quandoque detrahit Falcidiam à secundo,gl.fin .in l. ex asse,28. eod.

Fideicommissarius quandoque de legatis singularibus ab herede relictis detrahit quartam,sed non de relictis à se,ibid.

Fideicommissarius primus non detrahit Falcidiam de relictis ab herede , nisi quando heres non detraxit , vel quia voluit totum reddere , vel quia coactus susceptam hereditatem adiuit,sed de relictis à se nullo modo detrahit , l. facta,63.§.sed cùm suspecta,& ibi glo.legatarius,eod.& glo. fin.in l.pe.§. fin.C. ad Trebell.

Fideicommissarius vniuersalis , vel generalis rogatus restituere non detrahit Falcidiam,nisi in certis casibus,gl.aliquid lucri,in l.1. C.communia de legat.

Fideicommissarius particularis rei alteri restituere rogatus quartam non detrahit, sed generalis fideicommissarius rectè potest detrahere in quibusdam casibus,glossa restituat,in additione marg.in §.præstereà,Instit. de fideicommis. heredit.

Reliqua verbo,Falcidia, nu.11.vsque 16.Heres,167.vsque 171.Miles,31.

FIDEICOMMISSARIA libertas trahitur ad directam fauore militis , & fauore libertatis,& institutionis,l.neque enim,14.§.fi.& ibi glo.fi.cum l. seq. de milit.testa.

Fideicommissariæ libertates testamento etiam rescisso per querelam debent præstari ab obtinente in querela,dummodò singuli serui manumittendi præstent ei viginti solidos , hodiè tamen valent libertates , neque ipsi tenentur soluere aliquid in querela obtinenti , l. si autem,& ibi gloss. final. de inoffic. testamen.

Fideicommissaria libertas à libertatis legato differt non solùm quoad vsum loquendi,sed etiam quoad affectum iuris,† gl.1.in l.1.de legat.1.

Fideicommissaria libertas potest committi in voluntatem heredis tanquàm boni viri,non immota eius voluntate,sed non in liberam,& expressam, veluti si heres voluerit;l.fideicommissaria,46.de fideicommis.libertat.

Fideicommissaria libertas valet relicta per hæc verba, si tibi videbitur, peto, vt manumittas, intelligitur si tibi quasi bono viro videtur , & ita etiam quando ita relinquitur,si voluntatem meam probaueris,si te demeruerit,si te non offenderit , si comprobaueris , vel si non reprobaueris , quasi bonum virum, ibidem.

Fideicommissaria libertas dicitur,quando grauatur,qui grauari potest,vt manumittat,§.libertas,Inst.de singul.rebus per fideicommis.relict.

Fideicommissaria restitutio dicitur , quando quis bona sua aliquem rogauerit restituere,l.si legatus,30.ad Trebell.

Reliqua verbo,Fideicommissarius,11.12.Libertas,5.vsque 12.Hereditas,25.Substitutio,5.6.Heres,157.158.159.Seruus,90. Codicilli,1.

FIDEICOMMITTI potest ab intestato, sed legata relinqui non potuerunt iure antiquiori Digestorum,gl.1.in l.1.de legat.1.

Fideicommitti post mortem heredis potest,sed legari non potuit iure antiquiori Digestorum,item à legatario non legabatur eodem iure,sed bene fideicommittebatur,ibidem.

2 FIDEIVBERE aliud est,& aliud est iubere,gl.3.in l.1.de donat.

Fideiubere quis non potest pro se ipso,sed bene pro alio,l.heres à debitore, 21. §.seruo tuo,de fideiussor.

Fideiubere potest quisque pro alia,etiamsi principalis debitor ignoret, l.fideiubere,30.eodem.

Fideiubere potest pater pro filio,& filius pro patre,& dominus pro seruo,glo.2. in l.si ex alio,C.quod cum eo,qui in aliena.

Fideiubere alium pro se qui patitur,videtur mãdare,l.si fideiussor,6.C.mandati.

Fideiussisse verbum si in scriptura reperiatur,intelligitur ex vi verborum stipulationem interuenisse,§.fi.Inst.de fideiussorib.& l.sciendum,30.& ibi gl. 1.de verb.oblig.

Fideiussisse verbum si reperiatur in aliqua scriptura,licèt præsumatur per solemnem stipulationem , contra eam admittitur probatio , † d. glossa 1. in d. l. sciendum.

Fideiubendo videtur quis approbare obligationem bonorum suorum à debitore principali anteà factam,secus in ea,quæ posteà fieret,l.5.§.fin.in quib. caus. pignus tacitè contrahatur.

Fideiubendi,vel intercedendi pro aliis sunt plures modi,scilicet per mandatum, per fideiussionem,per constitutionem,per nouationem,glo.intercesserat,in l. Stichum,95.§.aditio,de solutio.

Fideiubendo quis consentit,gl.2.in l.exceptione,11.C.de euictio.

Fideiubens pro seruo habet eas exceptiones,quas haberet,si pro libero fideiussisset,l.si quis seruum,si quis cautio.

Fideiubens pro aliquo,credens se habere mandatum , habet solùm negotiorum gestorum actionem,& non mandati,l.item si,de negot.gest.

Fideiubens sine mandato habet actionem negotiorum gestorum contra dominum,nisi fideiussisset animo donandi,& pro inuito domino,gl.1.ibid.

Fideiubens sine mandato in casibus notatis in l. Lucius , mandati , potest agere antequàm soluat , vt principalis debitor eximat eum ab obligatione , si bene gessit negotia principalis,sicut si cum mandato fideiussisset,d.glo.1.& ibi addit.margin.

Fideiubens ex necessitate,putà ex testatoris mandato,si soluat,non repetit,l.tribus,8.& ibi gl.non acturus,& ibi add.marg.de vsufructu earum rerum.

Fideiubens pro filiofa.mortuo,qui acceperat mutuam pecuniam, non tenetur, l. creditorem,ad Macedonian.

Fideiubens pro procuratore constituto ad accipiendam pecuniam, habet actionem negotiorum gestorum contra dominum , l. ideò , 10. §. ita Papinianus, mandati.

Fideiubens,vel interueniens pro inuito,vel animo donandi,vel in rem suam , vt pro suo procuratore,vel quando est actum , vt non agatur ex fideiussione ista, non habet actionem,l.si remunerandi , §.si passus , & ibi glossa,& nisi eodem titul.

Fideiubens pro seruo,qui emit frumentum ad alendum familiam domini agere debet de peculio,& non de in rem verso,quæ competit soli illi , qui frumentum illud ei credidit,vt in rem domini verteret,l.quamuis,de in rem verso.

Fideiubens non videtur consentire contractui,nisi accedat consummando,& approbando eum,gl.ex causa,in l.1.§.sed & si, quod iussu.

Fideiubens pro præsente habet mandati actionem,gloss.fin.in l.ex mandato,10. mandati.

Fideiubens pro re animo donandi ex alicuius mandato aduersùs te non habet actionem mandati,l.cùm mandato,21.& ibi glo.1.eod.

Fideiubens pro absente , vel præsente animo donandi , nullam actionem habet contra reum,gl.pe.in l.ex mandato,10.eod.

Fideiubens in minorem summam , quàm fuerit sibi mandatum , habet mandati actionem,si in maiorem,eatenus habet mãdati actionem,quatenus sibi mandatum est,& non in plus,l.rogatus,33.eod.

Fideiubens pro aliquo præsente , & vetante contra eum non habet actionem mandati,nec negotiorum gestorum,l.si pro te,40.eodem.

Fideiubens pro te in contractu,in quo pœnã promisisti , si soluat etiam pœnam, in quam inciderat , tenetur reus principalis totum id , quod soluit fideiussor præstare ei,gl.sumptib.in l.si mandato,45.§.si fideiussor,eod.

Fideiubens mandato alicuius pro Titio præsente , & non contradicente , habet mandati actionem contra vtrumque, scilicet contra mandantem ex expresso mandato,& contra Titium ex tacito,quia tacitè mandare videtur fideiubendo pro eo præsente,l.qui fide,53.& ibi gl.1.eod.

Fideiubens mandato alicuius pro Titio inuito, vel ignorante, contra mandantem tantùm habet actionem mandati, non contra Titium reum , quia mandans videtur reum liberasse per alium , non fideiussor , qui tantum intuitu mandati mandantis fecit,† d.l.qui fide,& ibi gl. non etiam.

Fideiubens pro seruo vendente tenetur,secus si fideiuberet pro libero homine,l. si seruus,24.§.fi.de actio.emptio.

Fideiubens pro conductore conductoris non tenetur principali domino , idest, primo locatori,l.qui fideiussor,53.locati.

Fideiubens pro eo,quod eum dare oportet,non tenetur de vsuris posteà currentibus,secus si simpliciter dixisset fideiubeo,quia tunc futura sors,ne dum vsura venit,sed vbi in quantitatem certam intercessit,vltrà teneri non potest,glo. præstabis,in l.quæro,54.eod.

Fideiubens pro singulis tutoribus,& nomine omnium negotiorum,tenetur pro quolibet eorum,l.si duo,52.de administ.tutor.

Fideiubens pro vulnerante,si vulnerato posteà contingat mors, tenetur de morte consequuta,l.2.in add.marg.quorum legatorum.

Fideiubens pro alio non potest accipere fideiussorem , sed bene potest accipere promissorem de indemnitate,l.4.& ibi add.marg.de fideiussorib.

Fideiubens pro alio habet actionem mandati,vel negotiorum gestorum,si principali absente,& sine mandato fideiussit,d.l.4.& ibi gl.negotiorum.

Fideiubentes solidum , aut partes viriles , non dicuntur fideiussisse , nisi tantùm pro virilib.partib.l.inter eos fideiussores,51.eod.

Fideiubens pro conductore vectigalis in vniuersam cõductionem, videtur quoque fideiubere in vsuris,& sic etiam in eis tenetur,nisi aliud sit expressum,l.2. §.fi.de administ.tutorum.

Fideiubens censetur habere mandatum de soluendo ab eo , pro quo fideiussit, §. fi.Inst.de replicatio.

Reliqua verbo,Intercedendi,Iubere,Passus,Expromissor.

FIDEIVSSIO non potest esse,nisi interrogatio,& responsio sit, glos. 1. in l. sciendum,30.de verb.obli.

Fideiussionis obligatio contra heredes transitoria est,quandoque suapte natura est transitoria,& principalis mortuus est; at si fideiussor superuiuente principalis moriatur , tunc videntur fideiussores heredes teneri , cùm principalis obligatus durat,ipsiq; heredes in defuncti obligationem succedant, ibid.

Fideiussio ita facta , nisi ille dederit tot operas , dabo tibi æstimationem, valet, nec videtur in aliud fideiubere, quia in hoc condemnaretur reus operis non præstiti, quia pretium loco rei succedit,glo.1.in fin.in l.si quis pro eo, 56.de fideiussor.

Fideiussio non valet,quòd quis teneatur pro alio maleficium committente,l.si à reo,70.§.fi.eod.

Fideiussionis ratione licèt quis sortiatur forum in genere in isto loco , non tamen specialiter sortitur coram illo iudice,vbi fideiubet,gl.2.in l. 1.si quis in ius vocatus.

Fideiussoria obligatio non potest stare sine principali , quando non subest, nec ciuilis,nec naturalis ratio, l. 1. §. si quis ita , in fin. de verborum oblig.

Fideiussor non potest accipi pro deportato ex maiori obligatione, l. si debitori, 47.eodem.

Fideiussor potest intercedere pro fisco, siue pro obligatione in fiscum translata, debitore deportato, sed pro deportato non potest intercedere, cùm omnis obligatio extincta sit, gl.1.in add.marg.ibid.

Fdeiussores rei accusati per creditorem de crimine capitali, post fideiussorem tenentur creditori, licet ipse reus capite sit damnatus, l.capitis, 53. & l 2.eod.

Fideiussor acceptus in principali, non tenetur in eo, quod venit in pigneratitia, quia non pignore, sed pro principali obligatione fidem suam obligauit, l.si in pignore, 54 eod.

7 Fideiussor non potest obligari eidem, & pro eodem, l.si quis pro eo, 56.§. 1. & l. Granius, 71.eod.

Fideiussor acceptus à colono promittente pensionem vsque ad quinquennium, tenetur in vniuersis pensionibus omnium annorum, l.si à colono, 58. eod.

Fideiussores dati ab eo, qui tenebatur præstare eos ex prouisione hominis, si decesserint, aut etiam rem omnem familiarem inopinatæ fortunæ impetu amiserint, de nouo tenetur præstare alios, secùs si teneretur ex prouisione legis, †l.5. & ibi glo.1. vt in possessionem legatorum.

Fideiussor si denunciet creditori ne numeret, creditor si erat obligatus numerare, potest numerare, ita, quòd fideiussori noceat, secus si creditor non erat obligatus, † l. 4.& ibi glo.1.vt in possessionem legatorum.

Fideiussor si denunciet creditori ne numeret, creditor si erat obligatus numerare, potest numerare, ita quòd fideiussori noceat, secus si creditor non erat obligatus, † gl.1.in l.si fideiussor, 62.de fideiussor.

Fideiussor potest promittere pœnam, ad quam non tenetur debitor principalis, & obligatur ad eam, gl.fi.& ibi add.marg.in l.sicut reus.65.eod.

Fideiussores non tenentur in plus, quàm promiserunt, gl.1.in l.fideiussores Magistratuum 68.eod.

Fideiussori, qui in obligationem non incidit, acceptilatio si fuerit facta, ea non prodest debitori, l. pen.eod.

Fideiussoris obligationem non auget rei contumacia, l.fi. eod.

Fideiussor conuentus iurat de calumnia, licèt repetat à reo, gl.1.in fi.in l.solutionem, 23. de solutio.

Fideiussor prohibens ire agere, non committit stipulationem per te non fieri quominùs mihi ire agere liceat, l. inter artifices, 31. eod.

Fideiussor etiam si præstet patientiam, non efficit, quominùs reo prohibente ire agere, committatur stipulatio per te non fieri, quominus mihi ire agere liceat, ibid.

8 per Fideiussoris dationem perpetuatur actio, quando per litis contestationem perpetuatur; sed ea, quæ non perpetuatur per litis contestationem, nec perpetuatur per fideiussoris dationem, gl.iam reuerso, in l.cùm quis sibi, 38.§.si quis pro reo, eodem.

per Fideiussores dationem non perpetuatur restitutio actionis, cùm nec per litis contestationem perpetuetur, sed demùm restitutione habita, perpetuatur actio restituta, ibid.

per Fideiussoris dationem non tenetur quis in plus, quàm tenebatur, quando dedit fideiussorem, protestando se nolle teneri in plus, quàm apparebit eum teneri, & per hoc nolle sibi in aliquo præiudicare, ibid.

Fideiussor illius, cui commodata res subtracta est furto, non habet actionem furti, l.eum qui, 14 §. pater, de furtis.

Fideiussores non minùs, quàm heredes possunt allegare iustam ignorantiam, l. qui in alterius, 42.§.1. de reg.iur.

Fideiussores dare obligatus dando pignora non liberatur, nisi creditore volente, quoniam est periculum in custodiendis pignoribus, gl.2.& ibi add. marg. in l. in eo, quod plus sit, 110. eod.

Fideiussores dare obligatus iurando, qui eos reperire non potest, releuatur ab eis dandis, & sufficit, quod promittat cum iuramento, & obliget bona sua, auth. generaliter, C.de Episcopis & cler.

Fideiussores non tenetur quis dare, vbi commodè non potest eos habere, gl. 1.in d.auth. generaliter, C.eod.

Fideiussorum, & mandatorum confugientium ad Ecclesiam bona sunt à iudice inuestiganda, ex quibus repertis debet iudex creditoribus satisfacere, l.fi.§.sanè, C.de his, qui ad Eccl.

Fideiussor, vel pignus si intercedat in contractu, vel in stipulatione facta super actu à lege prohibito, non tenet, gl.ob id, in l. non dubium, C. de legibus.

9 Fideiussoris persona requiritur in prætoriis stipulationibus, neque sufficiunt pignora, gl. cùm iudex, in l.1.C. de litis contestatione.

Fideiussores insolidum tenentur semper, etiam si fideiusserint simpliciter, & non constituendo se insolidum, glo.2.in l.si paternam, C. ad Velleian. & l. 3. C. de fideiuss.

Fideiussor simul cum principali non potest conueniri insolidum, l. 1. C. de fideiussor. tutorum.

Fideiussor, & mandator cuique contractui potest accedere, glo. fi.in rubr. C. de fideiussor.

Fideiussor præcedit, & sequitur obligationem, sed mandator tantùm præcedit nisi in vno casu, constitutor tamen tantùm sequitur obligationem, ibi glo.fideiussorem, in §.si quis igitur, in auth. de fideiussorib.

Fideiussores non sunt obligati obligatione nouata, nisi ipse se de nouo obligauerint, l.4.C. de fideiussorib.

Fideiussor in pœnis, quæ crescunt contra reum non tenetur, glo. 1. in l. fideiussor, 10.C.eod.

Fideiussoris heres exemplo rei principalis tenetur, l. fideiussoris, 24. C. eod.

Fideiussor datus pro lite prosequenda, accusatore non prosequente, non tenetur vltra quantitatem, quam promisit, si accusator non prosequatur, & fideiussor soluendo non liberat principalem, & accusator desistens notatur infamia, & punitur pro motu iudicis, l.2.C.ad Turpillianum.

Fideiussor à mandatore, & sponsore differt, gl.fideiussorem, in §.si quis igitur, in auth. de fideiussorib.col.1.

Fideiussor, & confirmator æquiparantur quoad hoc, vt emptor priùs debeat conuenire venditorem, quàm confirmatorem venditionis, §.sed neque, & ibi gl. confirmatorem, in auth.de fideiussorib.col.1.

Fideiussor in dubio non tenetur, nisi ad id, quod principali potest iniungi, l. C. de munerib.& honorib.lib.10.

Fideiussor promittens restituere omnes fructus, qui percipiuntur, ad hoc, vt sequestratio euitaretur, non intelligitur obligari, nisi pro fructibus triennij litib. §. 1.C.de agricolis, & censit.lib.11.

Fideiussores non possunt se obligare de iure ad pœnam corporalem pro delinquente, sed de consuetudine contrarium seruatur in quibusdam locis, glo. vniuersitate, in extrauag. de Pace Constantiæ, §.Vassalli.

Fideiussor est, qui pro alio obligatur, in princ.Inst.de fideiussor.

Fideiussores inuenti sunt, vt diligentius, & cautius res geratur, ibid.

Fideiussoris obligatio transitoria est ad heredem, §.fideiussor, Inst.eod.

Fideiussor, & præcedere, & sequi obligationem potest, §.si fideiussor, 2.Insti eodem.

Fideiussores ad hoc accipiuntur, vt ab eis exigatur, quod à debitore exigi no potuit, §. fi.Inst.de replicatio.

Fideiussoris appellatione continetur omne accessorium, putà si sit mandator, siue fideiussor, siue aliter, gl.2.ibid.

Fideiussor dicitur ex eo, quod pro alio fidem suam adstrinxerit, ibid.

Fideiussor fideiubens pro absente, habet contra eum actionem negotiorum gestorum, sed non mandati, cùm non intercesserit mandatum, l. ex mandato 20.mandati.

Fideiussor, qui intercessit animo donandi, si soluat, non habet regressum contra debitorem principalem, l. quod autem, de pactis.

Fideiussores, quos quis dedit in compromisso, si decesserint, de nouo tenetu dare alios æquè idoneos, l.ne in potestate, 26.de arbitriis.

Fideiussor accedere potest compromisso facto à pupillo sine tutore, quia pupillus naturaliter obligatur compromittendo, † l. si pupillus, 35. & ibi glo. peti, eod.

Fideiussor in rem suam promittens pro reo principali accipiendus est, & pactum cum eo factum, cum reo factum esse videtur, l. sed & si fideiussor, de pactis.

Fideiussor in rem suam dicitur ille, qui pro suo defensore, vel procuratore spopondit, gl.1.ibid.

Fideiussor promittens sine mandato de indemnitate præstanda ei, qui gerebat alicuius negotia, gerens habet duplicem actionem, scilicet negotiorum gestorum contra fideiussorem, certi condictionem, si certa est promissio, aliàs ex stipulatu, ipse tamen fideiussor habet actionem negotiorum gestorum contra dominum, nisi donandi animo fideiussisset, l.3.§. fi.cum l. sequent. de negotiis gestis.

Fideiussor promittens indemnitatem, & sic interesse, non tenetur ex suo facto, nec committitur stipulatio ex mora sua, glo.neuter, in l. cùm filiusfamilias, 49. §. 1. de verb. oblig.

Fideiussor de indemnitate eius actionis, quam habiturus sum, potest accipi aduersùs eum, pro quo ego fideiussi, vel mandati, vel negotiorum gestorum, l.4. de fideiussorib.

Fideiussor licitè potest recipere pecuniam pro fideiussione, l. hoc iure, §. 1. de donation.

Fideiussori eius, qui donauit supra debitum modum legis competit exceptio immodicæ donationis, etiam inuito donatore, ne fideiussor amittat pecuniã donatore existente non soluendo, l.fideiussori, 24.

Fideiussori donantis vltra debitum modum competit exceptio immodicæ donationis, quamuis ex causa donationis fideiussisset, † reprob. glo.fi. in addit. marg.ibid.

Fideiussori prodesse debet illud, quod reo principali prodest, l. si quis cùm, & ibi gl. 1. si quis cautio.

Fideiussores, & alij, qui non principaliter, sed accessoriè accedunt obligationi insolidum tenentur omnes, sed qui principaliter obligati sunt, vnusquisque eorum pro parte tantùm sua conuenitur, glo. fin. & ibi addit. in l. fi. quod iussu.

Fideiussor agitur iure cesso, quo cedens agere non potest, cùm sit ei solutum, gl. per cessionem, in l.fi.C.de iure dotium.

Reliqua verbo, Adpromissores, Expromissores, Filius, 122. 123. Obligatio, 19. in Pendenti, Sententia, 16. Seruus, 45. 46. Actor, 4.

FIDEIVSSORES dati ad tẽpus posteà etiam à principalibus illo prorogato non tenentur, nisi ipsi de nouo se obligauerint, l. Labeo, §.fin.de arbitris.

Fideiussores in prorogatione termini facta consensu partium principalium, debent iterum promittere, qui si nolint, alij æquè idonei adhiberi debent, ibid.

Fideiussor si sit acceptus sub conditione pro reo, qui in diem tenebatur, fideiussio in pendenti est, ita vt si ante diem conditio impleta fuerit, non obligetur secus si dies, & conditio concurrerit, vel si conditio sit impleta post diem, l.fideiussor obligari, 16.§.fideiussor, de fideiussor.

Fideiussor duabus actionibus eiusdem pecuniæ nomine potest obligari, nam si in diem acceptus non purè accipiatur, ex vtroque obligatur, l. heres è debitore, 21.§.1.eod.

Fideiussor obligans sub conditione facit locum beneficio epistolæ Diui Adriani, l.si plures, 27.eod.

Fideiussor vnus ex pluribus sub conditione obligatis si non est soluendo, actio in alios fideiussores restituitur per restitutionem in integrum, d.l.si plures, & ibi gl.restituendam.

Fideiussor datus ad tempus dicitur liberari tempore, l. tutor datus, 69.& ibi glo. 2.eod.

Fideiussor potest accipi sub duabus conditionibus copulatiuè conceptis, pro obligato sub vna illarum, non tamen tenebitur, nisi vtraque extiterit communis conditio, sub qua reus & fideiussor promiserunt, secus si priùs extiterit alia conditio, sub qua promisit ipse fideiussor, ibid.

Fideiussor, & reus principalis quando sunt obligati sub diuersis conditionibus, inspicitur vtra earum prior extiterit, nam si reo iuncta extiterit priùs, tunc tenebitur etiam fideiussor, cùm cõditio eius extiterit, ac si reus ab initio purè, & fideiussor sub conditione acceptus esset, sed si fideiussoris conditio priùs extiterit,

19 Fideiussoris obligatio erit nulla, vbi rei principalis est nulla, l. si seruus, si quis cautio.
Fideiussor pro seruo, qui naturaliter tenetur, potest accedere & obligari, fallit in eo, qui fideiussit pro seruo causa iudicio sistendi, vt ipse seruus esset litigaturus, qui non tenetur, l. naturaliter, & ibi gloss. tenetur, de condictione indebiti.
Fideiussor contractui, cui lex obuiat, ac resistit accedere non potest, glo. in stipulatum, in l. si non sortem, eod.
Fideiussor non potest accedere, vbi nulla est obligatio ciuilis, vel naturalis, l. creditorem, ad Macedon.
Fideiussor non accedit, nisi obligationi personali, l. 3. in addit. marg. de peculio.
Fideiussor potest accedere non solùm obligationi dandi, sed etiam faciendi, l. si ita stipulatus, 14. de verb. oblig.
Fideiussor, & principalis idem promittunt in obligatione dandi, quia quilibet promittit de se, quod debet, sed in obligationibus faciendi principalis promittit de facto suo, sed fideiussor de facto principalis, non tamen de suo, & sic ex facto seu mora fideiussoris stipulatio committi non potest, gl. neuter, in l. cùm filiusfamilias, 49. eodem.
Fideiussor potest accedere personali obligationi, veluti operarum, & in ea possunt constitui duo rei actiuè, & passiuè, l. nemo est, de duobus reis.
Fideiussor accedere non potest contractui, qui sit contra legem, nec dari potest, vbi prohibitum est dari fideiussorem, d. glo. 1. in l. 1. de fideiussor.
Fideiussor non potest accedere naturali obligationi remuneratoriæ, siue antidota, † d. gl. 1. in add. marg.
Fideiussor accedere potest pro eo, qui tenetur officio iudicis, siue nobili, siue mercenario, ibid.
Fideiussor non potest obligari ei, apud quem reus promittendi obligatus non est, licet fideiusserit pro obligato, l. fideiussor obligari, 16. eod.
Fideiussor certo loco dare promittens pro reo purè obligato non obligatur, & idem si reus Romæ constitutus Capuæ dare promisit, & fideiussor Ephesi, quia perinde non obligatur, ac si reus sub conditione, fideiussor verò in diem certam, vel purè promisisset, d. l. fideiussor obligari, §. 1.
Fideiussor promittens certo loco longiori, vel proximiori, quàm reus principalis dicitur in vtroque casu acceptus in duriorem, & ideò non obligatur, † gl. obligabitur, ibid.
Fideiussor potest accipi, quoties est aliqua obligatio vel ciuilis, vel naturalis, cui applicetur, siue ex ea oriatur actio, siue non, dummodò propter eam impediatur repetitio soluti, d. l. fideiussor, §. fideiussor.
Fideiussor tam purè, quàm ex die, vel sub conditione potest accedere, tam futuræ, quàm præcedenti obligationi, dummodò sit aliqua, aut saltem naturalis futura sit obligatio, l. stipulatus, eodem.
20 Fideiussor potest accedere pro sola naturali obligatione, quando non est omninò inefficax, sed saltem sit efficax, vt impediat repetitionem indebiti soluti per errorem iuris, l. quod enim, 7. eod.
Fideiussor accedere potest omni obligationi siue re, siue verbis, siue consensu, l. Græcè, 8. eod.
Fideiussor potest accipi etiam pro eo, qui iure honorario obligatus est, vt de constituta, de iureiurando, vel de peculio, d. l. Græcè, & ibi gl. iure.
Fideiussor alternatiuè non potest accedere obligationi, d. l. Græcè, §. si quis, eodem.
Fideiussor si debitorem suum delegauerit reo principali animo donandi, quamuis ille debitor non fuisset soluendo, statim potest agere actione mandati contra reum, l. qui debitorem, 18. eod.
Fideiussor per errorem acceptus pro eo, qui tempore liberatus est, non tenetur, l. si quis, postquàm, 37. eod.
Fideiussor non obligatur, si tempore existentis conditionis non est, res vel persona, quæ in obligationem deducatur, l. si Stichum, 38. §. fi. eod.
Fideiussor non potest accedere pro obligatione, qua dominus vel pater obligatur filiofamilias vel seruo, secus pro obligatione naturali, qua seruus, vel filius obligatur patri, vel domino, quia tunc tali obligationi potest accedere fideiussor, l. si quis pro eo, 56. §. 1. eod.
Fideiussor non potest accedere stipulationi sub conditione impossibili de faciendo factæ, l. si sub impossibili, 29. eod.
21 Fideiussor acceptus pro mutuo, quod non contrahitur ab initio, non obligatur, sed si ex pòst facto reconcilietur, consumptione tenebitur fideiussor, l. si quis pro eo, 56. §. pen. eod.
Fideiussor acceptus pro numeratione, vel mutuo, videtur acceptus in omnem causam, quæ ex ea numeratione nasci potest, ibid.
Fideiussor potest accipi pro furti actione, & etiam pro eo, qui in legem Aquiliam commisit, d. l. si quis pro eo, §. fi. eod.
Fideiussor in popularibus actionibus dari non potest, antequàm sit alicui appropriata, & effecta sua per litis contestationem, d. §. fi. & ibi gl. fi.
Fideiussor potest accipi in vsumfructum fundi reo principali in fundum obligato, l. si à reo, 70. eod.
22 Fideiussor non potest accipi pro furioso promittente, sed rectè potest accipi pro reo furioso iure obligato, d. l. si à reo, §. si à furioso, eod.
Fideiussor intercedens, etiam scienter pro furioso, non tenetur, cùm principalis non teneatur, † gl. certum, ibid.
Fideiussor non potest accipi pro maleficiis, sed bene pro obligationibus descendentibus ex maleficio, d. l. si à reo, §. fi.
Fideiussorem à fure potest accipere ille, cui furtum factum fuit de re sibi restituenda, vel pœna furti sibi soluenda, ibid.
Fideiussor admittitur in causis criminalibus quantùm ad pœnam pecuniariam, sed non quantùm ad corporalem, d. §. fi. in add. marg.
Fideiussor potest accedere pro eo, contra quem potest in integrum restitutio postulari, l. cùm quis sibi, 38. §. si quis pro reo, eod.
Fideiussor non potest accedere pro liberato tempore, id est, præscriptione, nisi restituatur actio contra debitorem, glo. iam reuerso, ibid.
Fideiussor tantùm ciuili obligationi accedere potest, † gl. fin. in l. pe. C. de non numerata pecun.

Fideiussor cuilibet contractui accedere potest, ita etiam confirmator, glò. confirmatorem, in §. sed neque, in auth. de fideiussorib. col. 1.
Fideiussor non solùm principali, sed etiam accessoriæ obligationi potest accedere, gl. 1. in principio, Inst. de fideiuss.
Fideiussor potest accedere omni obligationi siue verbis, siue re, siue literis, siue consensu fiat, & ciuili tantùm, & naturali tantùm, & non solùm pro libero homine, sed etiam pro seruo, §. 1. & ibi glo. ciuilis, Inst. eod. & l. 1. & ibi gl. 1. & l. Græcè, & §. tutore, ff. eod.
Fideiussor potest accedere in præsentibus & futuris negotiis, gl. 1. ibidem.
Fideiussor iudicio sistendi causa datus pro causæ magnitudine locuples dari debet, l. 2. & ibi gl. fi. in ius vocati vt eant.
Fideiussor de repræsentando necessarius, aliàs non idoneus admitti debet pro necessario, scilicet pro patre vel patrona, quia necessarius necessarium illaqueatum non sinet, & ideò se iudicio præsentabit, glo. 1. in dic. l. 2.
Fideiussor de iudicio sisti pro locuplete habetur in necessariis personis, l. 3. eodem.
Fideiussor de iudicio sisti debet esse idoneus facultatibus, & etiam conueniendi facilitate, l. fideiussor, qui satisdare cogantur.
Fideiussor de iudicio sisti idoneus facultatibus dicitur, considerata rei magnitudine, quæ petitur, dicitur etiam idoneus facilitate, conueniendi ratione loci, gl. 1. ibid.
Fideiussor de iudicio sisti non idoneus dicitur ille, qui est in munitissimo loco, vel castello, vel ratione priuilegij, vt scholaris, vel clericus, ibidem.
Fideiussoris datio iudicio sistendi causa non valet, si detur seruo agenti contra liberum, cùm seruus agere non possit, gl. 2. in l. 2. §. 1. qui satisdare cog.
Fideiussor iudicio sistendi causa dari non potest liber homo à seruo conuento, sed in contractibus extra iudicium si seruus dederit fideiussorem, tenet fideiussio, ibid.
Fideiussor iudicio sistendi causa dari potest ei, qui agere non potest non ratione personæ, sed quia actionem non habet, & tunc valet datio, ibidem.
Fideiussor iudicio sistendi causa datus non potest propriè dici fideiussor, cùm principaliter in se obligationem instituat, ibid.
Fideiussor de iudicio sisti datus ideò dicitur fideiussor, quia in fide sua accepit aliquem, vt exhiberet, ibid.
Fideiussor de iudicio sisti qualiscunque etiam non locuples admitti debet, quando conueniuntur parens, patronus, & liberi eorum, siue sui iuris, siue alienæ potestatis sint, idem si conueniutur vxor vel maritus, l. 1. & l. 2. §. prætor ait, eod.
Fideiussor de iudicio sisti tantùm tenetur ad verum interesse, id est, quanti ea res erit, etiam si actio sit pœnalis, d. l. 2. §. fi. & ibi glos. veritatem, cum l. seq. eod.
Fideiussor de iudicio sisti si non sit datus simpliciter, sed in certam quantitatem vltra non tenetur, d. §. fin.
Fideiussor de iudicio sisti si non sit datus contra eum, nō est parata exequutio, ex quo competit actio, sed oportet agere via actionis, ibidem.
Fideiussor de iudicio sisti tenetur successiuè vsque ad sententiam, gloss. promiserit, ibidem.
Fideiussor de iudicio sisti simpliciter datus data sententia liberatur, ex quo tantùm tenetur vsque ad sententiam, ibid.
Fideiussor de iudicio sisti non potest compelli certam quantitatem promittere loco interesse, gl. accesserit, ibid.
Fideiussor de iudicio sisti tenetur ad duplum, vel quadruplum, quando actio, super qua reus conueniebatur, competebat ad illud, l. siue, & ibi gl. 1. eod.
Fideiussor de iudicio sisti non tenetur ad duplum, vel aliam pœnam, quando actio, super qua reus conuenitur, non competit ad hoc, sed propter factum rei putà per infitiationem, vel aliam moram augetur condemnatio, ponitur pœna, ibid.
Fideiussor de iudicio sisti non tenetur de eo, quod creuit per iuramentum in litem, sed tantùm tenetur ad simplum, id est, ad verum interesse, ibid.
Fideiussor de iudicio sisti liberatur, si reus decessit ciuiliter, vel naturaliter ante moram, secus si decessit post moram, l. si decesserit, eod.
Fideiussori de iudicio sisti si iudex præcepit, vt exhiberet reum, qui tempore præcepti erat mortuus, non valet præceptum, gl. 2. ibid.
Fideiussor de iudicio sisti liberatur, si reus sistendus tempore præcepti erat mortuus, neque tenetur heredem sistere, nisi quando ei esset proficuum, & prodesset, quia tunc effectus fideiussoris transfertur in heredem, non aliàs, glo. 2. ibidem.
Fideiussor de iudicio sisti reum intra certum tempus si intra illud reus decessit, liberatur, ibidem.
Fideiussor de iudicio sisti reum intra decem dies, & intra illum terminum non fuit in aliqua mora, sed fuit in aliqua culpa, putà quia nimiùm se angustauit ad exhibendum reum, & interim reus principalis mortuus sit, fideiussor tenetur statim, sed non potest statim exequi, imò dies debet expectari, † ibid.
Fideiussor de iudicio sisti si sit datus minor, vel seruus, non censetur idoneus, ideò ex integro alius fideiussor idoneus dari debet, gl. 1. in l. quoties, eod.
Fideiussor de iudicio sisti non est idoneus ille etiam diues, qui habet fori priuilegium, nisi in subsidium, & cum renunciatione priuilegij, l. si fideiussor, eodem.
Fideiussor de iudicio sisti si non renunciauit fori priuilegio, & aliàs caueri non possit, debet ei prædici non vsurum fori priuilegio, quòd si taceat, facit sibi præiudicium talis prædictio, secus si reclamet, & dicat, imò ego vtar, gl. recusare, ibidem.
Fideiussores de iudicio sisti idonei non sunt mulier, miles, ac minor 25. annorum, nisi in rem suam fideiubeant, & pro suo procuratore, l. de die, §. 1. eod.
Fideiussor de iudicio sisti idoneus non est clericus, quia iuuatur sollicitudine suæ militiæ, gl. probandi, ibid.
Fideiussor de iudicio sisti, vel de iudicatum soluendo si quis accepit nomine actoris, propter mandatum superueniens, non extinguitur obligatio fideiussoris, l. Iulianus, eod.
Fideiussor de iudicio sistendo intra sex menses potest moram purgare, quòd secus est in reo principali, † glo. 1. in l. & si post tres, si quis cautio.
Fideiussor de iudicio sisti non excusat priuilegium superueniens in persona principa

Fideiuſor ex die,vel ſub conditione poteſt accipi pro reo , qui tenebatur purè, ſed econtrà,non poteſt accipi fideiuſſor pro reo, qui tenebatur ſub conditione,d.§. illud,de fideiuſſ.

Fideiuſor quoad electionem non poteſt accedere obligationi alternatiuè in cauſam duriorem,ſed in cauſam leuiorem ſic,d. l. Græcè,§.fi. d.l. hi , qui acceſſionis,eod.

Fideiuſſor obligans dari mihi , aut Titio dicitur accipi in leuiorem cauſam quàm principalis,qui erat obligatus mihi ſoli dari , quia & poteſt vel Titio ſoluere , & econtrà dicitur in duriorem cauſam,ſi fideiuſſor obligatur , mihi ſoli dare,cùm reus principalis teneretur dare mihi,aut Titio,d. l. hi , qui acceſſionis , 34. eod.

Fideiuſſor obligatus dare Stichum reo principali obligato dare Stichum , aut Pamphilum,dicitur obligari in meliorem cauſam, quia mortuo Sticho liberari poteſt,ibid.

Fideiuſſor non poteſt obligari in duriorem cauſam,niſi iurauerit,l.fideiuſſor obligari,16.§.1. in add.marg.eod.

Fideiuſor an ſit receptus in duriorem cauſam , ſi dubitetur propter futurum euentum,ſpectatur ille euentus, & interim fidei uſſio eſt in pendenti , d. l. fideiuſſor,§.pen.

Fideiuſſor quandoque tenetur in plus , vt quando reus habet priuilegium perſonale,vt Magiſtratus,quod non extenditur ad fideiuſſorem, glo. nec plus , in add.in §. fideiuſſores,Inſt.de fideiuſſor.

Fideiuſſor in plus obligari dicitur,etiamſi deteriori tempore obligetur,§.d.fideiuſſores.

23 FIDEIVSSORI prodeſt pactum de nõ petendo factum debitori principali,& ex illo pacto competit ei exceptio, propter debitoris perſonam , ne mandati iudicio poſtea conueniatur,l.quod autem,de pactis.

Fideiuſſori non prodeſt pactum de non petendo factum debitori principali, neque competit ei exceptio pacti, quando fideiuſſit animo donandi, cùm mandati iudicio non teneatur tunc debitor, ibid.

Fideiuſſori licèt proſit pactum factum debitori principali , non tamen poteſt fideiuſſori vti beneficio perſonali, quo poteſt vti reus , quia pacti beneficium eſt reale,non perſonale,gl. iudicio,ibid.

Fideiuſſori prodeſt pactum factum debitori etiam ſi fideiuſſerit animo donandi, ſi debitor ſpecialiter egit, vt pactum etiam fideiuſſori prodeſſe,quo caſu doli datur, etiam ſi pactum in perſona fideiuſſoris non interſit debitoris , glo. ſi. exceptio ibidem.

Fideiuſſori quæſitum ius , vel quæſita exceptio mediante pacto de non petendo facto debitori principali , non poteſt fideiuſsori inuito auferri per contrarium pactum de petendo factum à debitore principali,l.fi.eod.tit.

Fideiuſore conuento,& cõdemnato,reus principalis nihilominùs poterit tranſigere cum creditore,cui fideiuſſor erat condemnatus,& per hanc tranſactionem omnis cauſa,etiam contra fideiuſſorem,diſſoluta eſt,l. & poſt rem , §. 1. de tranſactio.

Fideiuſſor conuentus,& condemnatus ſi tranſegit,tranſactio non valet,nec perimit ſententiam , & ſolutum ex ea cauſa à fideiuſſore conuertitur in debiti ſolutionem,ibid.

Fideiuſſor pactus ne ab eo peteretur,ſi per errorem iuris , vel facti ſoluerit , repetere poteſt ſolutum,& ideò remanet obligatus reus principalis , l. cùm is, qui,32.§.1.& ibi gl. imprudentia,de condi.indeb.

Fideiuſſor pactus ne ab eo peteretur,ſi deceſſerit , & heres eius per errorem ſoluerit repetit ſolutum,ibid.

Fideiuſſor pactus ne ab eo peteretur , ſi deceſſit relicto herede debitore principali, qui ſi ſoluerit, non repetit ſolutum,ſed liberatur,ibid.

Fideiuſores vnius pactum de non petendo à ſe factum cum creditore,non præiudicat creditori contra alium fideiuſorem agenti,l.ſi ſtipulatus eſſes,16.§.fi. de fideiuſſ.

Reliqua verbo , Sententia,16.

33 FIDEIVSSOR etiam hodiè non excuſſo principali poteſt conueniri propter abſentiam debitoris principalis , vt quia aberat vltra mare,gl.locuples , in l. ſi ita ſtipulatus fuero,97.de verb. obl.

Fideiuſſor poteſt conueniri principaliter ſine alia excuſſione , quando conſtat, ſeu notorium eſt,debitorem, pro quo interceſſit,non eſſe ſoluendo,gl.fi.& ibi add.marg. in l. decem ſtipulatus,116.eod.

Fideiuſſor non poteſt conueniri priùs, quàm reus, vel quàm poſſet ipſe , ſi eſſet reus,niſi fideiuſſerit cum iuramento,l.ſi teſtamento,49.& ibi additio. margin. de fideiuſſor.

Fideiuſor non poteſt conueniri,antequàm reus,licèt poſſit interrogari,vel adhiberi,l.fideiuſſor,antequàm,57.& ibi gl. 1. eod.

Fideiuſſor ſimpliciter acceptus denuncians creditori , vt debitorem ad ſoluendam pecuniam compelleret, aut vt pignus diſtraheret, non poterit repellere exceptione doli creditorem contra ſe agentem, hodiè autem iure authenticorum corrigitur,& priùs debet conueniri reus, quàm fideiuſſor,l.ſi fideiuſſor,62.& ibi gl. 1.eod.

Fideiuſſor acceptus in eo, quod à reo exigi non poſſet , denuncians creditori,vt debitorem compelleret ad ſoluendam pecuniam , poteſt repellere doli mali exceptione creditorem agentem contra ſe,gl.1. ibid.

Fideiuſſor non poteſt conueniri reo principali liberato tranſactione , l. fideiuſſores, 68.§. fi.in fi. de fideiuſſor.

34 Fideiuſſori conuento datur dilatio , vt denunciet domino , vt ab eo inſtruatur, gl. illic omni priuilegio,in auth. qua in prouincia,C.vbi de crimine agi.

Fideiuſor præſens abſente principali poteſt petere dilationem ad præſentandum reum in iudicio,gl.2.in auth.hoc ita,C.de duob. reis.

Fideiuſsor , mandator, aut conſtitutor non poteſt compellere creditorem , vt priùs conueniat reum principalem , niſi aliter conuentum fuerit , hodiè tamen poteſt compellere , etiam ſi nihil ſit actum, l. ſi alienam, 19. C.de fideiuſſor.

Fideiuſſor conueniri poteſt,quamuis omnia bona debitoris fuerint confiſcata, l. ſententia,20.C.eod.

Fideiuſſor reo abſente primo eſt conueniendus dilatione ei ſtatuta ad reum repræſentandum , ſed reo & fideiuſsoribus præſentibus primò debet conuenir reus,& eo diſcuſſo,& inuento non ſoluendo in totum , vel in partem deuenitur ad fideiuſſorem , vel mandatorem in totum,vel in reſiduum , §. ſi quis igitur, in auth.de fideiuſſoribus, col.1.

Fideiuſor poteſt renunciare beneficio auth. præſente , C. de fideiuſſoribus , & §.ſi quis igitur,in auth. de fideiuſſoribus,col.1.gl.accedat,ibid.

Fideiuſſori tempus, quod ſtatuitur ad reum abſentem repræſentandum, arbitrarium eſt,gl.det tempus, ibi.

Fideiuſor non coram iudice principalis , ſed coram ſuo debet conueniri, quod fallit in perſona priuilegiata , vt in ſcholaſtico , vel in fideiuſsore de iudicato ſoluendo, qui coram iudice principalis conueniri poteſt,gl.1,in add.marg in l.2.C. de primipilo,lib.12.

Fideiuſor in reſiduo, quod principalis non ſoluit, poteſt conueniri,l.fi.C.de fideiuſ. tutorum.

Fideiuſor ex ſua obligatione conuenitur, & condemnatur nomine ſuo , & non alieno ,propter tamen alienum factum, gl. procurator , in l. furti , §. ſi quis, de his,qui notant.inf.

Reliqua verbo,Creditor,97. 98. Debitor, 62.Iudicium,6.

FIDEIVSSOR fideiubens pro aliquo de iudicio ſiſti, vel de præſentando,per hoc non videtur renunciare fori priuilegio, niſi ſpecialiter renunciauerit, l. 1.ſi quis in ius vocatus.

Fideiuſor de iudicio ſiſti datus ſi plures iudices habeat,& quendam ſpeciali priuilegio eligere poſſit, & iſte non fori , ſed iudicis priuilegio debet renunciare,gl.2.ibid.

Fideiuſori rogato competunt exceptiones debitoris principalis , ſed non competunt fideiuſſori ſpontaneo , l. ſi mulier, 16. §. fin. in additione margin. ad Velleian.

Fideiuſor exceptionem inhoneſtam ex ſua perſona ſibi competentem, qua reus principalis vti non potuit,ſi omiſerit, habet nihilominùs mandati actionem, ſecus ſi exceptionem qua reus tantùm, & non ipſe vti potuit , ſcienter omiſerit , dummodò ipſe fideiuſor haberet facultatem reum conueniendi , vel denunciandi ſibi , vt ad iudicium veniret ad ſuſcipiendum iudicium , † l. ideóque , 10. §. generaliter,& ibi gl.vti potuit,mandati.

Fideiuſor non tenetur diſputare dè exceptionibus , quæ ſunt de apicibus iuris, ſed ſolùm de bona fide,& veritate negotij , l. ſi fideiuſor,29.§. quædam,& ibi gl.1. mandati.

Fideiuſor, qui non oppoſuit exceptionem, quæ ex perſona rei non porrigebatur ad eum,ſi condemnatus ſit,nihil imputatur ei, cùm non potuit eam opponere,imputatur tamen ſibi , ſi reo , cùm poſset denunciare, vt iudicium ſuſciperet ſuo vel procuratorio nomine,non denunciauit, & ideò, quòd non oppoſuit, condemnatus ſit, d.§. quædam.

Fideiuſor non habet beneficium , quod non ſit condemnandus vltrà, quàm facere poſſit principalis, niſi ſit defenſor rei principalis habentis illud beneficium,l. vtrùm, 10.pro ſocio.

Fideiuſor plerunque non habet exceptionem reo principali competentem , gl. conueniuntur, ibid.

Fideiuſori non competit exceptio merè perſonalis competens principali , ne conueniatur , vltrà, quàm facere poſſit , l. & ſi fideiuſor,24.& ibi glo.ei , de re iudic.

Fideiuſſori patroni , vel parentis,aut ſocij non competit exceptio,quòd non teneatur vltrà, quàm facere poſſit, quam habent patronus , parens,vel ſocius, l. exceptiones,7. de exceptio.

Fideiuſor etiam inuito reo poteſt opponere exceptionem realem reo competentem, quæ ſibi datur,l. omnes,& ibi gl.1. eod.

Fideiuſor poteſt opponere exceptionem ex perſona rei,etiam eo inuito,l. ſi ſtipulatus eſses,16. de fideiuſor.

Fideiuſſor vnus ex duobus ſi conſenſit liberationi alterius fideiuſsoris conuentus à creditore non poteſt opponere exceptionem cedendarum actionum, d. l.ſi ſtipulatus,§.fi. & ibi gl. exceptione.

Fideiuſor vnus ſi renunciauit beneficio cedendarum actionum non poteſt poſteà opponere creditori agenti exceptionem cedendarum actionum, ibid.

Fideiuſores duo quando fideiubent non reſpectu mutui periculi,vt quia primus fideiuſſit , deinde alius, & ſic non contemplatione ſecundi fideiuſſit primus, & tunc liberato ſecundo, non poteſt primus fideiuſor opponere exceptionem cedendarum actionum creditori agenti , d. gl. exceptione, in fin. & ibi add.marg.

Fideiuſſor ſi omiſit declinatoriam fori,vel iudicis , & tunc agit etiam mandati contra principalem,gl.fi.in l.ſi pro ea, 10.C.mandati.

Fideiuſſor omittens exceptionem dilatoriam ſolutionis, aut etiam peremptoriam,& tunc ſi competat ex ſua perſona,& eſt turpis,quia impetrauit ius iniquum , vt dicebant quidam, vel aliter erat turpis , & tunc agit nihilominùs mandati,ibidem.

Fideiuſſor omittens exceptionem dilatoriã ſolutionis,aut etiam peremptoriam, & tunc ſi competat ex ſua perſona , & eſt honeſta,& talis,qualem potuit reus opponere,vt ſi pactum fideiuſſori ſit factũ,ne à ſe, vel à reo petatur,& ſic porrigitur ad reum,& tunc non agit mandati,ibidem.

Fideiuſſor omittens exceptionem dilatoriam ſolutionis , vel peremptoriam ex ſua perſona competentem, quæ ſit honeſta & talis , quæ non proficeret reo, nec ad reum porrigitur, & tunc agit mandati,vt in Velleiana,& aliis,ibid.

Fideiuſſor ſcienter omittens exceptionem peremptoriam competentem ex perſona debitoris principalis non agit mandati,ſed ignorans , ſiquidem ius, non aget mandati,ſi ignorans factum, aget,ibid.

Fideiuſor omittens exceptionem dilatoriam ſolutionis competentem ex perſona debitoris principalis non aget interim,ſed demùm adueniente die aget, ibidem.

Fideiuſori ſcienter omittenti exceptionem reo competentem, qua ipſe fideiuſor vti non poteſt, nihil imputatur , ſi modò non habuit facultatem rei conueniendi , deſiderandique vt ipſe ſuſciperet iudicium,ibidem.

Fideiuſoribus competunt defenſiones , & exceptiones reorum principalium, niſi ſint defenſiones perſonales , l. defenſiones , 11.& ibi gl.1. C. de except.

Fideiuſſori ſoluenti ſolidum cedi debet actio contra confideiuſſorem non inſolidum, ſed pro rata, ideſt, pro parte cæterorum confideiuſſorum, † l. fideiuſſorib. 18. & ibi gloſſ. fin. & add. marg. de fideiuſſ. gloſſ. fin. in l. 1. ad legem Rhodiam.

Fideiuſſori ſoluenti ſolidum debet cedi per creditorem actio hypothecaria, d. glo. fi. ibid.

Fideiuſſori ſoluenti cedi debent actiones, quia ſoluendo videtur eas emiſſe à creditore, l. cùm is, qui, 36. de fideiuſſor.

Fideiuſſor ſoluens non eſt opus, quòd petat actionem ſibi cedi aduerſus reum principalem, glo. inſolitum, in add. marg. ibid.

Fideiuſſori ſoluenti non datur actio contra confideiuſſorem, niſi ſibi cedatur à creditore, l. vt fideiuſſor, 39. eod.

Fideiuſſor, qui totum ſoluit, & pignora à confideiuſſoribus data accepit à creditore, non cenſetur illa emere, ſed luere, & ideò tenetur illa reſtituere cum fructibus, quos percepit ſoluto ſibi eo, quod ſoluit, l. Paulus, 59 eod.

Fideiuſſor, qui pecuniam obtulit creditori non tamen ſoluit ex iuſta cauſa, ſed conſignauit, ac depoſuit, perinde poteſt repetere a debitore, ac ſi ſoluiſſet, l. fideiuſſor, qui minori, 64. eod.

Fideiuſſor non poteſt repetere, ſi iurauit ipſe, & ob id abſolutus ſit, glo. pactum, in addit. marg. in l. Granius, 71, §. pe. eod.

Fideiuſſor vt repetere poſſit, neceſſe eſt, veram ſolutionem interceſſiſſe, nec ſufficit acceptilatione, vel pacto gratuito liberatum eſſe, niſi renumerandi cauſa liberationem ſit conſequutus, ibid.

Fideiuſſor, qui pro pluribus obligatus extitit, poteſt ſoluere, pro quo vult, in dubio tamen videtur ſoluiſſe pro eo, pro quo priùs ſe obligauerat, l. vbi fideiuſſor, 24. de ſolutio.

Fideiuſſor, qui pro vno fideiuſſit in decem, pro alio in alia decem, dicitur obligatus in 20. & ſi ſoluerit illa 20. vtrumque reum principalem liberat in totum, ſed ſi ſoluerit decem tantùm, vtrumque reum liberat pro dimidia parte, ibid.

Fideiuſſor ſi nūmos alienos in cauſam fideiuſſionis dedit, conſumptis his, mandati agere poteſt poſtquàm furti nomine præſtiterit rem, & pœnam, vel ex cauſa condictionis rem tantùm, l. ſi is, cui numos, 94. & ibi glo. furti, eod.

44 Fideiuſſor teſtatoris defuncti ſi ſoluerit creditori, heres eius debet ſoluere ſtatim fideiuſſori, & iſtud ſtatim intelligendum eſt cum aliquo temperamento, ſcilicet decem dierum, vel temporis, arbitrio iudicis, non enim debet confeſtim adire cum ſacco paratus, l. quod dicimus, 105. & ibi glo pen. eod.

Fideiuſſor ſoluens totum non habet regreſſum contra confideiuſſorem, niſi ei cedatur actio, ſecus eſt in tutore, glo. 2. in auth. præſente, C. de fideiuſſor. glo. fi. in l. 1. C. de tranſactio. & gl. fin. in l. 2. C. de contrario iudicio tutel.

Fideiuſſori, vel eius heredi pro pec..nia ab eo ſoluta competit actio mandati, qua actione non ſolùm pecuniam, ſed etiam pignora in obligatione deducta poteſt conſequi, l. 2. C. mandati.

Fideiuſſori ſoluenti, vel eius heredi datur actio mandati, qua non ſolùm pecuniam, ſed etiam vſuras eius poterit conſequi, d. l. 2. & ibi glo. 2.

Fideiuſſore ſoluente eius heredi datur actio mandati ad conſequendam pecuniam, & etiam pignora ipſius fideiuſſoris defuncti ab ipſo defuncto obligata creditori mandante debitore, † glo. fi. ibi.

Fideiuſſore ſoluente eius heredi competit actio mandati ad cōſequenda pignora, quando fideiuſſit debitoris mandato, & incontinenti debitor fideiuſſori quædam pro fideiuſſione obligauit, ex quo pacto naſcitur actio hypothecaria, & præſcriptis verbis, & informatur mandati actio, † d fi. ibid.

Fideiuſſor, qui pro reo patiente fidem ſuam adſtrinxit, mandati cum eo poſt ſolutam pecuniam, vel factam condemnationem poteſt agere, l. ſi fideiuſſor, 6. C. eod.

Fideiuſſor, qui pro reo patiente fidem ſuam adſtrinxit, & ſoluit, ſolutum repetit actione mandati, niſi reus contradixerit tempore fideiuſſionis, vel animo donandi fideiubere, vel in rem ſuam, vel in turpem rem, vel contra bonos mores, glo. 1. ibid.

Fideiuſſor ante ſolutionem non poteſt agere mandati contra debitorem, vt liberetur, niſi priùs ſit condemnatus, vel debitor cœperit dilapidare, ita quòd veriſimiliter periculum ſit in mora, l. ſi pro ea, 10. ibi glo. feceris, C. eod.

Fideiuſſor ante ſolutionem poteſt agere mandati contra debitorem, quando conuentum eſt inter debitorem, & ipſum fideiuſſorem, quòd poſſit agere quandocunque, d. l. ſi pro ea, & ibi glo. ſuſcepiſſe.

45 Fideiuſsor ante ſolutionem non poteſt agere mandati contra debitorem, ſi debitor tempore fideiuſſionis dilapidare cœperat, gl. 1. ibid.

Fideiuſsor ante ſolutionem poteſt agere mandati contra debitorem, ſi ipſe debitor diu ſtetit in obligatione, quod tempus arbitrio iudicis relinquitur, glo. feceris, ibid.

Fideiuſsor, qui animo nouandi interceſſit, ſtatim agit non expectata ſolutione, quia iam liberauit debitorem, ac ſi ſoluiſset, ibid.

Fideiuſsor ante ſolutionem ideò non poteſt agere, quia ſi ſtatim ageret, damno afficeretur debitor, qui nunc alium tam commodè inuenire non poteſt, vt poterat tunc, qui eſse non debet, ibid.

Fideiuſsor etiam poſt ſolutionem non poteſt agere, quando creditori ante diem ſolutionis ſoluit, ibid.

Fideiuſsor, qui ſimpliciter interceſſit, tenetur & pro ſorte, & pro vſuris, ac ſi in omnem cauſam interceſſiſset, gl. fi. in l. initio, C. de pac. inter emp.

Fideiuſsor ſoluens inſolidum non agit contra confideiuſsores, niſi ei cedantur actiones, & vt cedantur poteſt petere tam à fiſco creditore, quàm à priuato, l. cùm alter, 11. C. de fideiuſsorib.

Fideiuſsor ſoluendo pro reo non liberat reum ipſo iure, quia nec eſt propriè ſolutio, ſed eſt pretium cedendarum actionum, exceptio tamen competit reo principali, & quoad hoc dicitur ſolutio, g o. 1. ibid.

Fideiuſsori ſoluenti datur actio mandati, quandoque negotiorum geſtorum, vt quando pro abſente fideiuſſit, quandoque nulla datur actio l. mandati, 14. & ibi glo. 1. C. eod.

Fideiuſsori ſoluenti datur actio ad ſortem ſolutam, & ad vſuras, ſi acceptus fuit etiam ad vſuras, & ſoluerit, licèt ipſe debitor ſine vſuris inuenisset, gl. 2. ibid.

Fideiuſsor ſoluens pro reo non repetit plus, quàm ſoluerit verè vel interpretatiuè, ibidem.

Fideiuſsor per ſolam ſolutionem non adquirit ſibi hypothecariam, vel perſonalem, quæ creditori dabatur, licèt perſonalem mandati ſic; ſi tamen cedantur, tunc habet perſonalem & hypothecariam, glo. 3. ibid.

Fideiuſsor ſoluens indebitum agit condictione indebiti, l. ſi indebitam, 15. C. eo.

Fideiuſſor de bonis debitoris principalis poteſt ſatisfacere creditori, ſicut & non dominus poteſt rem captiui vendere pro redimendo eum, §. ſi vnum, & ibi add. marg. in auth. vt cum de appell. cognoſc. col. 8.

ex Fideiuſſoribus vnus, qui ſoluendo eſt, ſi ſoluat inſolidum, à confideiuſſore repetere poteſt, §. ſi plures, Inſt. de fideiuſſ.

à Fideiuſſore vno ſi creditor totum ſit conſequutus, detrimentum erit illius ſolius, ſi reus principalis, pro quo fideiuſſit, ſoluendo non ſit, & ſibi imputare debet, cùm potuerit iuuari ex Epiſtola Diui Adriani, & non fecit, ibid.

Fideiuſſor ſoluens pro reo habet actionem mandati contra eum; ſed antequàm ſoluat, non habet, niſi in quatuor caſibus, ſcilicet quando hoc expreſſum eſt inter reum & fideiuſſorem, vt etiam ante ſolutionem poſſit agere, item quando fuit condemnatus, item quando reus cœpit bona ſua diſſipare, & quando fideiuſſor diu ſterit in obligatione, §. pen. & ibi gl. 1. & add. Inſt. eod. gl. ſuſcepiſſe, gl. 1. & gl. fueris, in l. ſi pro ea, C. mandati.

Fideiuſſor in quibuſdam caſibus nullo modo agit, vt ſi pro inuito, aut donandi animo, aut in rem ſuam fideiuſſit, item quando actum eſt, vt non agat, item quando mandatum non eſt obligatorium, item quando fideiuſſor non oppoſuit exceptionem, quàm debuit opponere, glo. 1. ibid.

Fideiuſſor ſoluens in dubio, cenſetur ſoluere nomine ſuo, niſi eſſent æquè principaliter obligati, vt duo rei, duo tutores, quia tunc ſimpliciter ſoluendo totalem actionem, quæ ambos ligat, diſſoluit; gl. fi. in add. in §. 1. Inſtit. quib. modis tollitur obligatio.

Fideiuſſori regulariter datur regreſſus contra debitorem, pro quo fideiuſſit, ſi ſoluerit, §. ſi Inſt. de replicatio.

Fideiuſſor, qui propter ætatem creditoris pecuniam obtulit in iure, obſignauit & publicè depoſuit, habet mandati actionem, l. qui mutuam, 56. §. fideiuſſor, mandat.

Fideiuſſores per fiſcum exacti poſsunt petere coram eorum iudice, vt fiſcus compellatur pignora debitoris principalis ei pro ſua indemnitate tradere, l. cùm eorum, & ibi gl. fi. C. de ſentent. & interloq.

Reliqua verbo, Ceſſio, 4. 5.

FIDEIVSSOR ipſo iure eò minùs ex omni contractu debet, quantum ex compenſatione reus principalis retinere poteſt, l. 4. de compenſat.

Fideiuſsor compenſare poteſt, quod ſibi, vel reo principali debetur, vel quod vtrique & ſibi, & reo, d. l. 4. & 5. eod.

Fideiuſsor acceptus in certam ſummam, poſtquàm reus principalis compenſare potuit, tenetur, ſed obiicere poteſt compenſationem, glo. malè, in d. l. 4.

Fideiuſsor, poſtquàm reus principalis compenſare potuit, ſi ſit acceptus ſimpliciter pro illo, quod ille debet, ipſo iure non tenetur, ibid.

Fideiuſsor, antequam reus principalis compenſare potuerit, ſi ſit acceptus, inſolidum tenetur, ſed exceptionem compenſationis habet, ibidem.

Fideiuſsor conuentus eligit, vt vel quod reo debetur, compenſet, glo. ipſo iure, in §. in bonæ fidei, Inſt. de actio.

Fideiuſsor liberatur, quando acceptilatione reus principalis liberatur, glo. reſtitui, in l. patri pro filio, 8. §. ſi minor, de minoribus.

Fideiuſsor intercedens pro ignorante promiſsore etiam ſi diu in obligatione extiterit, non poteſt petere ab obligatione eximi, l. fideiubere, 30. in addit. marg. de fideiuſs.

Fideiuſsores duo promittentes dare hominem in genere, ſi dederint diuerſorum hominum partes, non liberantur, ſecus ſi eiuſdem hominis partes dederint, quia tunc liberantur, l. qui hominem, 34. ſi duo, de ſolutio.

Fideiuſsor interuallo longi temporis non liberatur ab eo, quod reſtat ſoluendum, l. pignoribus, 25. C. de fideiuſsorib.

Fideiuſsor vnus ex pluribus ſoluens partem ſuam tanquàm negotium rei gerens, perinde habetur, ac ſi reus ſoluiſset partem vnius fideiuſsoris, de principali tamen ſorte nihil minuitur, ſed tantum pro parte illius, qui ſoluit, aut pro quo ſolutum eſt, l. quoties, 37. de ſol.

Fideiuſsorum nullus ante ſolutionem liberatur ipſo iure, ſed per exceptionem deſcendentem ex epiſtola Diui Adriani, ſi ſunt ſoluendo, glo. fin. in add. ibid.

Fideiuſsor ſoluens pro parte ſua tantùm hoc exprimendo, liberatur ipſo iure pro parte ſua ſoluta tantùm, pro alia parte, quæ reſpicit confideiuſsorem, liberatur ope exceptionis taciti pacti, ibid.

Fideiuſsor licèt videatur liberatus à directa actione per hoc, quòd principalis ſit extincta mortuo debitore principali ſine herede, tamen nihilominus tenetur vtili ex ſtipulatu, l. Stichum aut Pamphilum, 95. §. tametſi, & ibi glo. ſi debitor, eod.

Fideiuſsor datus pro naturaliter obligato liberari poteſt iuſto pacto, vel iureiurando, d. l. Stichum aut Pamphilum, §. naturalis.

Fideiuſsori ſi fuerit acceptolatum, reus liberatur per eam acceptilationem, licèt re, non verbis ſit obligatus ipſe, l. & per iuſiurandum, 13. §. ſi fideiuſsori, de acceptila. & glo. liberetur, in l. ſi quis reum, §. 1. de libera. lega.

Fideiuſsor regulariter antequàm ſoluat, non poteſt agere vt liberetur, niſi ſit condemnatus, vel diu ſterit in obligatione, vel niſi obtulerit, depoſuerit, ac conſignauerit, vel niſi actum eſset, vt ad tempus teneatur, vel niſi reus principalis bona ſua dilapidare cœperit, l. Lucius, 38 & ibi glo. fi. mandati.

Fideiuſsor antequàm ſoluat vt agere poſſit, vt liberetur, requiritur, quod ſteterit per decennium, vel per tempus arbitrio iudicis ſtatuendum, d glo fin.

Fideiuſsor ipſa fideiuſsione non liberat reum principalem, & ideo non agit contra reum, vt liberetur antequàm ſoluat, niſi in quibuſdam caſibus: ſed reus promittendi liberat reum principalem, cùm ſuſcipiat obligationem animo nouandi, vnde poteſt agere quaſi ſoluiſset contra reum principalem, vt liberet eum, glo. factus in l. ſi mandato, 45. §. ſi iudicio, eod.

Fideiuſsor liberatus ex cauſa lucratiua non poteſt agere mandati contra reum principalem, ſecus ſi ex cauſa oneroſa, l. Iulianus, 47. & ibi glo. 2. eod.

Fideiuſsore

Filiarum nomen, & in poſtumam cadit, quamuis poſtumus non cadit in eam, quæ in rebus humanis eſt, l. nomen, 164. eod.

Filiæ emancipantur etiam patre inuito, ſi ipſe pater neceſſitatem peccandi impoſuerit, l. ſi lenones, 15. C. de Epiſcop. audien.

Filia contra patrem in contractu tranſactionis inter eos celebrato propter dolum patris reſtituitur actione in factum, gl. fi. in l. ſi ſuperſtite, 5. C. de dolo.

3 Filiæ in poteſtate patris conſtitutæ poſſunt fideiubere pro patre, glo. 1. in l. ſi paternam, 7. C. ad Velleian.

Filiæ mulierum ſcenicarum natæ poſt expurgationem prioris vitæ non videntur ſcenicarum filiæ, neque ſubiacent legibus prohibentibus filias ſcenicarum certis hominibus in matrimonium ducere, l. imperialis, 23. §. his illud, C. de nuptiis.

Filiæ mulierum ſcenicarum ante expurgationem prioris vitæ natæ ſupplicantes merentur reſcriptum ſibi concedi ſine vllo obſtaculo, per quod nubere eis permittatur, ac ſi non ſint filiæ matris ſcenicæ, cum quibus poſſunt contrahere matrimonium illi, quibus erat anteà interdictum, priùs tamen dotalibus inſtrumentis omninò interuenientibus, ibid.

Filiæ mulierum ſceuicarum, quæ vſque ad mortem in eadem poſſeſſione durauerunt, poſt earum obitum petentes liberationem maternæ iniuriæ merentur eis concedi, & condonari licentiam nubendi, qua copulare in matrimonio licitum eſt illis, qui anteà filias ſcenicarum vxorem ducere prohibebantur, ibid.

Filia dicitur manere in ſacris, dum eſt in vinculis patriæ poteſtatis, l. filiæ licet, 12. C. de collatio.

Filiæ Senatorum clariſſimarum fœminarum nomine non continentur, niſi viros clariſſimos ſortitæ ſint, l. fœminæ, & ibi gl. 1. de Senator.

Filiæ Senatorum ſi nubant non clariſſimo, ſed plebeio, non ſunt clariſſimæ, glo. non habentur, ibid.

Filia emancipata manumittendo ſeruum hereditarium; vel diſtrahendo aliquas res ab hereditate, non cenſetur ſe gerere pro herede, neque ſe obligaſſe hereditati, niſi agnoſcat bonorum poſſeſſionem, l. 1. C. de iure deliberan.

Filia poſtquàm adiuit hereditatem patris, vel aui, ſi fratres, quando ipſa maritatur, faciant eam repudiare hereditatem iam aditam patris, vel aui, talis repudiatio non valet, l. 4. C. de repud. hered.

Filia, quæ renunciat parti hereditatis, in qua heres fuit inſtituta, poterit prælegatum conſequi, l. cum reſponſo, 12. C. de legatis.

4 Filia patri ab inteſtato ſuccedens præter patris voluntatem non ſoluit legata à filia relicta, gl. lucrante, in l. vnica, §. ne autem, C. de caducis tollend.

Filia, quę ſe immiſcuit bonis patris apud hoſtes defuncti, heres extitit ei, & tranſmittit ſucceſſionem ad heredes, licèt certitudinaliter mortem patris tunc neſciuit, l. apud hoſtes, 8. C. de ſuis. & legit.

Filiæ delictum re vera patri viuo non præiudicat, ipſo vero mortuo, filiæ fit præiudicio, gloſſ. læſionem, in addit. marg. in §. deinceps, in authent. de nuptiis, colum. 4.

Filia radiis patris non nobilitatur, gl. 1. in l. fi. C. de incolis, lib. 10.

Filia regis ſi nubat vni comiti, vel duci debet appellari regalis; vel filia vnius comitis ſi nubat alicui nobili etiam minoris dignitatis, dicitur nihilominùs comitiſſa, ſecus ſi nuberet alicui populari, vel plebeio, l. 1. C. de dignitatibus, lib. 12.

Filia non poteſt recipere compoſitionem patris ſui occiſi, quia faidam ideſt, inimicitiam leuare non poteſt, glo. fi. in c. 1. an mutus, vel aliàs imperfectus in vſibus feudorum, & gloſſ. legibus, in c. 1. §. hoc autem, de his, qui feudum dare poſſunt.

in Filia furioſi ſtatutum non extenditur ad filium, in principio Inſt. de nuptiis.

Filiafamilias poteſt procuratorem conſtituere, ſi pater ſit abſens, vel ſuſpectæ vitæ, quo caſu ſolet filiæ competere actio de dote, l. filiusfamilias, de procuratoribus.

Filiafamilias in omnibus caſibus, in quibus ipſa poteſt agere, poteſt procuratorem dare, gl. ſolet, ibid.

Filiæfamilias ad dotis exactionem poteſt pater dare procuratorem ex filiæ voluntate tacita, niſi ipſa expreſsè contradicat, & habeat iuſtam cauſam contradicendi, gl. voluntate, ibid.

Filiafamilias in dote capta dum conſenſit patri ex interuallo ſtipulanti dotem, quam dedit, reſtituitur, l. 3. §. ſed vtrùm, in fi. de minorib.

Filiafamilias ſi amouit res marito, eius pater tenetur de peculio in id, quod ad eum peruenit, l. 3. §. pen. de peculio.

Filiæfamilias nuptæ ſi fuerit facta iniuria, actio iniuriarum competit patri, & etiam viro, & iniurians patri condemnatur tanti quanti condemnaretur, ſi ea vidua eſſet, viro autem condemnatur tanti, quanti condemnaretur, ſi ea in nullius eſſet poteſtate, nec vna tollitur per aliam, l. eum, qui nocentem, 18. §. nupta, de iniuriis.

Filiusfamilias poteſt paciſci, ne de dote agat, quando fuerit ſui iuris, l. vt heredi, §. filia, de pactis.

Reliqua verbo, Dos, 30. 31. 32. Pater, 55. 56. 57.

5 FILIA ſi contraxerit matrimonium patre ignorante, filij concepti in matrimonio illo licèt poſt mortem aui nati non ſunt legitimi, niſi auus expreſsè conſenſiſſet, vel ſciuiſſet, & non contradixiſſet, quo caſu legitimi eſſent, gl. 1. in l. Paulus, de ſtatu hominum.

Filia contrahens matrimonium ſine conſenſu patris poteſt petere dotem à patre, gl. 1. in additione marg. ibid.

Filia Senatoris ſi de facto nupſerit liberto, etiam ſi poſteà eius pater ſit remotus à Senatu, nihilominùs non eſt vxor liberto, l. filiam, de Senator.

Filia Senatoris ſi de facto nupſerit liberto, de iure non tenet matrimonium, hodiè tamen tenet, ſi dotalia inſtrumenta ſint iure confecta, gloſ. 1. ibid.

Filia Senatoris nubens liberto non amittit dignitatem, quia non tenet matrimonium, ſed nubens plebeio amittit, gl. pen. ibid.

Filiæ conſenſu contrahuntur ſponſalia, quæ filia conſentire videtur quando patris voluntati non repugnat, & poteſt contradicere, ſi indignum maritum, vel turpem ſponſum ei eligat pater, l. ſi ſponſalia, cum l. ſeq. de ſponſalib.

Filia poteſt cogere patrem officio iudicis, vt eam maritet, & dotem det iuxta facultates patrimonij ſui, ſi eam nubere iniuria prohibet, l. qui liberos, de r nuptiarum.

Filia emancipata poteſt matrimonium contrahere etiam ſine voluntate patr ſecus ſi ſit in eius poteſtate, gloſſa final. in l. ſi ita ſcriptum, 45. §. final. de l gat. 2.

Filia maritata in pupillari ætate poteſt poſteà alij nubere, ſi primus vir ſibi n placet, gloſſ. ſi ſororem, in additione margin. in l. ſi ſtipulet, 35. de verb obligatio.

Filia patre etiam inuito poteſt nubere, ſed non eo ignorante, gloſ. 1. in l. qui p teſt, 26. de regulis iuris.

Filia non diuertens à viro iuſſu patris, vel matris, non meretur exheredari, ideò datur ei querela inofficioſi, l. cùm te pietatis, 18. C. de inoff teſtamen.

Filiam, vltra 25. annum pater maritare ſi diſtulit, tunc filia poteſt ſeipſam ma tare cum libero etiam ſine conſenſu patris, auth. ſed ſi, C. eod.

Filiamfamilias cogere non poterit pater, quòd redeat ad matrimonium, à q cum patris voluntate diuerterat, l. diſſentientis, C. de repudiis.

Filia quamuis ſpe lucri, & ſic ſpe hereditatis ad matrimonium contrahendu poſſit inuitari, non tamen poteſt ad dirimendum, quia iſtud eſt turpe, l. repr hendenda, 5. C. de inſtit. & ſubſtit.

Reliqua verbo, Pater, 47. 48. Matrimonium, 16. Filius, 42. 43.

FILIA poteſt inſtitui in dote à patre, conſultiùs tamen faciet pater, ſi eam i ſtituat in 12. imperialibus, & in dote, † gloſſ. patrimonium, in l. 3. ſed vtrùr de minor.

Filiam debet pater inſtituere, vel exheredare ſaltem in aliquo, alios non val teſtamentum, gl. 1. in l. 4. ff. vbi pupillus educari debeat.

Filia ſi fecit pactum de non ſuccedendo in hereditate patris vni fratri, & poſte pater ſuſceperit alios filios, quos inſtituit ſimul cum primo, illud pactum no prodeſt aliis fratribus, l. auus, de pactis.

Filiabus legitimis extantibus tanquàm legitimis ſucceſſoribus, filij naturale omninò excluduntur, gloſſ. legib. in c. 1. §. hoc autem, de his, qui feudum dar poſſunt.

Filia dotata à patre nihilominùs veniet ad ſucceſſionem patris, etiam ſi pact. fuerit cum patre, ſe nullum regreſſum habiturum ad bona paterna, ibi.

Filia legitima iure Lombardorum ſi ſola remaneat, totam patris hereditaten debet habere, ſed ſi remanſit vnà cum filio legitimo maſculo, ipſa habebi tantùm tertiam partem hereditatis, & maſculus duas, ibid.

Filia legitima iure Lombardorum non excludit filios naturales, imò habet tantùm tertiam partem, & naturalis vnus, vel plures aliam tertiam, & curia regia, vel alij parentes aliam tertiam; ſed legitimus filius haberet duas partes, & naturalis tertiam, ibid.

Filia dotata à patre iure Lombardorum non veniet ampliùs ad ſucceſſionen patris, ibid.

Filiæ, licèt vt maſculi ſuccedant patri legibus, tamen à ſucceſſione feudi remouentur, & etiam earum filij, gl. non ſuccedit, in c. 1. §. fi. de ſucceſſione feudi.

Filia rectè ſuccedit matri in ſucceſſione feudi, † gl. ſuccedant, ibid.

Filiæ ex pacto ſuccedunt in feudum, c. 1. §. fi. de feudo marchiæ, vel ducatus.

Filiæ in feudi fœmineo ſuccedunt matri maſculis non extantibus etiam ſin pacto ſpeciali ſecundùm Obertum, & Gerardum, ſed ſecundùm alios no ſuccedunt, niſi per pactum ſit actum, c. 1. de feudo fœmineo, & c. 1: & ibi glo niſi de natura ſucceſſionis feudi.

Filia ſuccedit in feudo patris, ſi poſt mortem patris illud à domino redemerit vel à domino ſit inueſtita de feudo patris propter ſeruitium, & amorem patris, & tunc non poterit reuocari ab aliquo ex parentib. gl. filia matri, ibid.

Filiæ fœminæ lege 12. tab. ita admittebantur ab inteſtato, ſicut & filij maſculi §. noſtra verò, Inſt. de exheredatione liberorum.

ex Filia nepos, vel pronepos ex nepte olim vocabantur ad hereditatem demùn poſt agnatos, ſed ex aliquibus conſtitutionibus vocabantur cum diminutione tertiæ partis ſimul cum aliis deſcendentibus, quam partem etiam minuebant agnati tranſuerſales, ſed hodiè ſecus eſt, §. final. Inſti. de heredit. quæ al inteſt.

Filia reuerſa ab hoſtibus ſuccedit matri mortuæ in ciuitate, & res hereditaria vendicat, purgatur enim defectus captiuitatis fictione poſtliminij, l. ius poſtliminij, 14. C. de poſtlimi. reuerſ.

Filia non ſuccedit in feudo, licèt vaſſallus deceſſerit ſine herede maſculo, niſ inueſtitura facta fuerit in patre, vt filij, & filiæ ſuccedant in feudo, vel niſi fi inueſtita de feudo paterno, c. 1. §. fi. de ſucceſſione feudi.

Reliqua verbo, Filius, 150. vſque 158. Feudum, 10.

FILIA non poteſt exheredari à patre, eò quòd ipſa poſt 25. annum parentibus differentibus maritare, in corpus ſuum peccauerit, vel ſe maritauerit cun libero ſine conſenſu patris, auth. ſed ſi, C. de inoff. teſt. & §. aliud quoque capitulum, in auth. vt cùm de appellatione cognoſ. col. 8.

Filia iuſta de cauſa poteſt exheredari à patre, eò quòd ante 25. annum in corpu ſuum peccauerit, vel ſe maritauerit, ſine conſenſu patris cum ſeruo, gloſſ. 1. ibidem.

Filia colens concordiam maritalem contra matris voluntatem, non per ho cenſetur ingrata, l. filia, 20. C. eod.

Filia iam nata olim etiam ſine datione legati inter cæteros exheredari poterat poſtuma autem inter cæteros exheredari debebat aliquid ei relinquendo, l. 4 C. de liber. præter.

Filia præterita olim per contratab. vel per ius adcreſcendi ſemiſſem ſubſtantiæ accipiebat, & omnibus legata præſtare compellebatur ſcilicet vſque ad dodrantem ſuæ portionis; ſi verò fuiſſet exheredata, quarta pars omnimodò totius ſubſtantiæ ei relinqui debebat, & ita filia præterita minus habebat, quàn exheredata, ibid.

Filia præterita ad inſtar filij emancipati, vel ſui teſtamentum ipſo iure euertit vel per contratabulas ſtare illud non patitur, d. l. 4.

Filiæ fœminæ, & alij deſcendentes per virilem ſexum liberi cuiuſcunque ſexu præteriti de iure antiquo non infirmabant teſtamentum, ſed habeban ius adcreſcendi, & inter ceteros, & non nominatim poterat pater exheredare

poteſtate parentum, & poſſunt ſuccedere ex teſtamento, vel ab inteſtato parentibus etiam cum fratribus poſteà natis,l.5.& l.iubemus, 6.& l. cùm quis, 10.l.nuper,11.C.eod.

Filij naturales curiæ oblati licèt fiant illuſtres,non tamen deſinunt eſſe curiales, gl.2.in l.communium,9.C.eod.

Filius naturalis ſi poſtquàm eſt oblatus curiæ ſuſcipiat liberos ex legitimo matrimonio,& tales liberi ſint facti decuriones,omninò curiales ſunt, d.l.communium,§.ſed ſi.

Filios naturales poterit pater tradere curiæ patriæ ſuæ, ſiue habeat legitimos, ſiue non,d.l.communium,in fi.& ibi gl.1.

11 Filij naturales exiſtentibus legitimis à patre per oblationem curiæ legitimari poſſunt,& efficiuntur patri legitimi ſucceſſores, ita tamen vt non liceat patri plus relinquere eiſdem filiis naturalibus,quàm vni ex legitimis filiis reliquerit,cui minima portio relicta eſt,ibid.

Filij naturales anteà nati præſtant occaſionem legitimi nominis filijs, qui ex ſubſequuto matrimonio poſteà procreati ſunt,l.nuper,11.C.eod.

Filij naturales legitimantur per ſubſequens matrimonium, etiam ſi ex illo matrimonio nullus poſteà naſcatur, vel natus viuus non reperiatur tempore mortis teſtatoris,ibid.

Filij naturales ad hoc vt legitimentur per ſubſequens matrimonium parentum, ſufficit quòd parentes poſt liberorum editionem ſpem tollendæ ſobolis habeant,licèt hoc,quod ſperatum eſt,ad effectum non peruenerit,ibid.

Filij naturales nati ex ancilla legitimantur per ſubſequens matrimonium,ſi non extent legitimi ex alia coniuge,& conficiantur dotalia inſtrumenta,auth.ſed noua,& auth.noua,C.eod.

Filij naturales plus iuris habent,quàm adoptiui,§.minus ergo,& ibi gl. non adiuuantur,Inſt.de her.quæ ab inteſt.

Filij naturales etiam ſine matrimonio legitimantur per reſcriptum principis, ſi mulier iam fuerit defuncta,vel deliquerit, vel occultetur, vel quoquomodo matrimonium impediatur,vt ſacerdotio,auth.prætereà,C.de nat.lib. §.ſed & aliud,& §.ſi quis ſanè,in auth.quib.mo.nat.effi.leg.col.6.

Filij naturales amplectentes voluntatem patris, cui carens legitimis, in teſtamento dixit ſe velle filios ſuos naturales fore legitimos ſucceſſores, oſtendendo principi poſt mortem teſtamentum eius, & principis, & legis dono fiunt heredes,ſed ſi alij filij naturales volunt legitimi fieri,alij non, volentes fiunt cæteri in iure naturali remanent,auth.item ſine,C.de nat. lib.

12 Filiorum naturalium legitimatio reſcripto principis non prodeſt exiſtentibus legitimis,niſi in duobus caſibus,niſi quando fit per oblationem curiæ, & per matrimonium,gl.1.in add.in l.ſi quos, C.eod.

Filij naturales efficiuntur legitimi,inter patrem,& matrem,nuptiis, & nuptialibus inſtrumentis interuenientibus etiam extantib. filiis legitimis ex primo matrimonio,& etiam liberis poſt dotalia inſtrumenta natis,& mortuis, §.dubitatum,& ibi gl.confectione,in auth.de inceſtis nuptiis,col.2.& §.ſancitum, in auth.quib.mo.nat.eff.leg. col.6.

Filij naturales efficiuntur legitimi, ſi vir etiam in ipſo mortis articulo concubinam in vxorem accipiat,ex qua illos filios ſuſcepit,§.ſed & aliud, in addit. marg.in auth.quib.mo.nat.eff.leg.

Filius naturalis non legitimatur per adoptionem,§.& nos non latuit,eodem.

Filios naturales inuenit defectus caſtitatis, §.natura,in auth. quib.mod. naturales effici.ſui,col.6.

Filius naturalis natus liber,vel natus ſeruus,qui poſteà libertatem meruit, legitimari poteſt per oblationem curiæ, ſed filia naturalis legitimatur nubendo curiali legitimo,§.quod verò, eod.

Filius naturalis,qui ſe offert curiæ,legitimatur, ſi non habeat fratres legitimos, ſecus ſi habeat legitimos,§.ſi quis igitur fuerit,eod.& glo.3.in l.3.C.de naturalib.liber.

Filium naturalem natum ex libera pater offerens curiæ ſiue inter viuos, ſiue in vltima voluntate, facit legitimum; ſiue habeat alios legitimos, ſiue non habeat,d.§.ſi quis igitur fuerit,in auth.quib.mod.naturales eff.ſui,ibid.

Filium naturalem volens legitimare debet offerre curiæ loci, ex quo natus eſt, ſed qui Romani, & Conſtantinopolitani ſunt, ſeſe ibidem offerendo legitimantur,§.ſi quis igitur,eod.

13 Filius naturalis ſi ab initio oblationem curiæ recuſauerit, ſi tamen bona paterna poſſidere reperiatur,curiæ dicitur adſtrictus,& hoc etiam habet locum in filiab.§.ſi verò ab initio,eodem.

Filius naturalis rectè poteſt recuſare oblationem curiæ, & ſe abſtinere ab hereditate paterna,d.§.ſi verò ab initio,eod.

Filius naturalis inuitus non legitimatur,§.generaliter,& ibi gl.non eſt, eodem.

Filius naturalis datus curiæ decurionum fit legitimus,gl. in rub. C. de decurionib.lib.10.§.inteſtatorum,Inſti.de heredit.quæ ab inteſt.

Filij naturales ex concubina legitimantur per ſubſequens matrimonium dotalib. inſtrumentis interuenientib. ſi tempore concubinatus pater non habeat aliam vxorem, quia ſubſequente matrimonió fingit lex illam fuiſſe vxorem, & maximè tempore partus per fictionem tranſlatiuam, ſed ſi illo tempore, quo peperit,erat impedimentum tale, quòd cum ea matrimonium eſſet interdictum,non fit legitimatio,quia extremum, ad quod fictio traditur, non eſt habile,§.fi.& ibi gl.interdictum,Inſt.de nuptiis.

Filius naturalis per ſubſequens matrimonium non legitimatur de iure ciuili, ſi inſtrumenta dotalia non ſint facta, hodiè tamen de iure canonico in vtroque foro,etiam non interuenientib.dotalib.inſtrumentis,legitimatur,glo.inſtrumentis,& ibi add.ibid.

Filium per oblationem curiæ legitimatum non poteſt pater facere melioris conditionis filiis legitimis,& naturalib.gl.in add.in §.inteſtatorum,Inſtit.de heredit.quæ ab int.

Filij naturales debent ali de bonis paternis,ſiue legitimi extent,ſiue non; & ſuccedunt patri,ſiue coniuge viua alij quilibet ſint heredes,auth. licèt, C.de naturalib.liberis.

Filij naturales ſicut tenentur præſtare alimenta parentibus naturalibus ſi contingat eos vergere ad inopiam, ita & pater filiis naturalib. tenetur præſtare, ibid.& gl.legitimis,in §.ſi verò,in auth.quib.mod.natural.

Filius naturalis non eſt in poteſtate patris,& ideò non poteſt ei pupillariter ſu ſtitui,l.Lucius.45.& ibi gl.naturalem,de vulgari.

Filij naturales nati à mulierib.quæ vxoris loco habentur, nullis exiſtentib. legi timis,dicuntur ſui,& in poteſtate;& legitimi,& ſuccedunt parentib. ex teſta mento aut ab inteſtato,aut inter viuos ex contractu,l.iubemus, 6.C.de natu ralib.liber.

Filij naturales à patrib. ſuis in arrogationem ſuſcepti nullis extantib. legitimi efficiuntur ſui,& in poteſtate,& legitimi,& ſuccedunt parentib. ex teſtamen to,vel ab inteſtato,aut ex contractu inter viuos,ibid.

Filij naturales nati non ex inceſtu,vel nefario coitu,etiam non extantib. legiti mis,per adoptionem,vel per arrogationem, hodiè non efficiuntur ſui, & in poteſtate,nec legitimi,l.legem Anaſtaſij,7.C.eodem.

Filium naturalem tantùm, qui non eſt in poteſtate, quando vult quis facere in poteſtate,datur in ſeruitio Imperatoris vel præſidis prouinciæ, quia efficitu is in poteſtate loco meriti patris, & efficitur legitimus loco meriti filij, glo curiæ,in §.fi.Inſt.de nuptiis.

Filij naturales tantùm non ſunt in poteſtate patris,† gl.1.in addit.in princ.Inſt de adoptio.& gl.pen.in §.fi.Inſt.quib.modis ius patriæ poteſt.

Filij naturales,& legitimi ſunt in poteſtate patris,d. gl.1.

Filius naturalis emancipatus de iure prætorio retinet gradum liberorum,§.mi nus,Inſt.de hered.quæ ab inteſt.

Filius naturalis,vel ſpurius licèt prohibeatur ſuccedere patri,non tamen prohi betur ſuccedere fratri impuberi,etiam ex diſpoſitione patris,purà ex pupilla ri ſubſtitutione, non tamen habebit bona patris, quæ ad pupillum peruene runt,ſed alia bona impuberis,l.ſi is,qui,6.& ibi gl.1.de vulgari.

Filius naturalis vltra vnam vnciam habere non poteſt,ſecus tamen erat iure Di geſtorum,gl.primum,in l.Lucius,45.eod.

Filius naturalis ſuccedit hodiè pro legitimo,† gloſ.placuit,in l. cùm pater,77.§ volo,de legat.2.

Filiis naturalib.corúmque genetrici bonorum ſuorum vnam tantùm vnciam, ſi verò ſola ſit concubina ſine filiis,ſemiunciam habet pater poteſtatem relinquendi exiſtentib.matre filiis legitimis,& nepotib.l.2.C.de naturalib.liber.& ibi glo.fin.

Filij naturales exiſtentib. legitimis vel matre vel deſcendentibus licèt directè non poſſint capere vltra ſemiunciam, iure tamen pupillaris ſubſtitutioni totum habere poterunt, quia illud ex bonis patris non dicitur capere, d gloſſa fin.

Filiis naturalib. pater ſemiunciam poteſt hodiè relinquere extantib. tantùm filiis legitimis,& deſcendentib.in infinitum extante tamen ſola matre defuncti,poteſt pater defunctus totum relinquere filiis naturalib.auth.nunc ſoli,& ibi gl.1.eod.

Filij naturales,quos pater tradidit curiæ,ſuccedunt ab inteſtato patri,ſicut legi timi,ſed non ſuccedunt aliis cognatis patris,nec alij cognati iſtis,gl. pater,in l.3.C.eod.& §.quoniam,in auth.quib.mod.naturales effi.ſui, col.6.

Filium naturalẽ ſi aggregauerit pater munerib.municipalib. declarat ſe elegiſſe eum filium ſucceſſorem omnium bonorum ſuorum,l.4.C.de naturalib.liber

Filij naturales à parentib.curiæ traditi non poſſunt renunciare,aut alienare, aut repudiare paternam hereditatem,aut donationem in fraudem curiæ,ſed munerib.curiæ ſuſcepti coguntur paternam hereditatem, vel donationem ſubire,ibid.& §.quoniam,in auth.quib.mod.naturales effi.ſui,col.6.

Filius naturalis à patre curiæ traditus ab inteſtato paternorum bonorum heres eſt, & ideò tenetur munera curiæ ſibi iniuncta, vel iniungenda ſubire d.l.4.

Filij naturales ab inteſtato nullam communionem habent ad patris naturalis ſucceſſionem, ex voluntate tamen patris promittitur eis capere vſque ad ſex vncias,ſi hoc ipſe pater voluerit, excedere tamen non poterit pater vltra ſex vncias,l.humanitatis, 8.C.de naturalibus liberis.

Filij naturales ſuccedunt patri decedenti ab inteſtato ſine filiis legitimis,& vxore in duas tantùm vncias hereditatis paternæ, & mater cum eis viriliter ſuccedit in illis,auth.licet,C.eod.& §.conſideremus,in auth.de triente, & ſemiſſe,col.3.& gl.fi.in l.ſi qua illuſtris,C.ad Offician.

Filij naturales licèt excludant agnatos in duab.vnciis in ſucceſſione paterna, & agnati vxorem,tamen dicti filij non excludunt vxorem, imò excluduntur ab ea,gl.pe.ibid.in d.auth.licèt.

Filij naturalis legitimati per oblationem curiæ ſuccedunt ſoli patri, non verò à patre deſcendentibus vel aſcendentibus aut ex latere agnationis coniunctis eidem patri, l. communium, 9. & gloſſ. pater, in l. 3. C. de naturalib.liber.

Filiis naturalib. legitimatis per oblationem curiæ non ſuccedunt aſcendentes vel deſcendentes à patre naturali, vel eidem patri ex latere agnationis vel cognati coniunctionis, ibid.

Filius naturalis legitimatus per oblationem curiæ non ſuccedit patri in feudum,licèt in alia bona ſuccedat,d.l.communium,in add.marg.

Filij naturales legitimi ſucceſſores fiunt parentibus, ſi in inſtrumento ſiue publico ſiue propria manu conſcripto habente trium teſtium ſubſcriptiones,ſiue in geſtis monumentorum parentes dixerunt hos ſuos eſſe, neque adiecerint naturales,auth.ſi quis liberos,C.eod.

Filio naturali totam hereditatem pater non poteſt relinquere,poteſt tamen nepoti naturali ex filio naturali legitimo nato,vel nepoti legitimo ex filio naturali nulla legitima ſobole exiſtente,l.fi.C.eod.

Filius naturalis tantùm licet ſuccedat ex voluntate, non tamen admittitur contra voluntatem,ideſt,contra tab.patris naturalis,glo.naturales,in l.1.de contra tab.

Filij naturales nati ex legitimo concubinatu liberis legitimis exiſtentibus ex teſtamento non ſuccedunt, niſi vſque ad vnam tantum vnciam, quam habebunt vnà cum matre, ſed non exiſtentibus legitimis liberis, vel vxore ex teſtamento,vſque ad medietatem totius ſubſtantiæ poſſunt ſuccedere, §.conſideremus,in auth.de triente,& ſemiſ.col.3.

Filius naturalis legitimatus habet querelam contra teſtamentum patris,gl.adſcribi,in §.ſancitum,in auth.quib.mo.nat.eff.leg.col.6.

Filij ſpurij poſſunt fieri decuriones in defectum legitimorum, & etiam nati ex inceſto coitu, ſi ipſi re,& vita honeſti ſint, l. 3. §. ſpurios, & l.ſpurij, de decurionib.

Filius ſpurius mulieri illuſtri non ſuccedit extantib. legitimis, ſecus ſi natus ſit ex coitu concubinario, l.ſi qua illuſtris, C.ad Orfician.

ad Filium ſpurium, extantib.legitimis, matris hereditas non poteſt peruenire ex teſtamento, neque ab inteſtato, neque ex contractu inter viuos, d.l.ſi qua illuſtris,& ibi glo.fin.

23 Filius ſpurius natus ex meretricario coitu, cùm talis coitus non ſit damnatus, ſuccedit matri cum legitimis, non tamen patri, niſi mater ſit illuſtris, gloſ. fin. ibid.

Filium ſuum ſpurium non poteſt pater vulgariter ſubſtituere heredi inſtituto, poteſt tamen heredi inſtituto ſubſtituere pupillariter filium ſpurium, glo. participium, in §.fi.in auth.quib.mo.naturales eff.ſui.

Filiis ſuſceptis ex ancilla, vel ancillæ filia, vel ex liberta, vel filia libertæ ex tabernaria, vel eius filia ex leonis, aut arenarij filia, quidquid pater in dignitate conſtitutis donauerit, totum donatum legitimæ ſoboli redditur, aut ſorori, aut patri, vel matri, l.1.C.de naturalib.liber.

Filij nati ex viliſſimis concubinis,& patrib.in dignitate poſitis ſunt ſpurij, & incapaces tam per viam vltimæ voluntatis, quàm contractus, ibid.

Filius natus ex coitu concubinario de concubina liberæ conditionis, & homine libero ſuccedit matri ab inteſtato cum aliis filiis legitimis, l. ſi quæ, 5. & ibi glo.fin.C.ad Orfician.

Filij ex illicito coitu non ſunt in poteſtate parentum,& ideò non ſuccedunt patri ab inteſtato, nec poteſt pater eos pupillariter ſubſtituere, §. ſi aduersùs, & ibi add.marg.Inſt.de nuptiis.

Filij baſtardi non ſuccedunt ab inteſtato cognatis patris, glo. fi.in l.fi.C. de naturalib.liber.

Filius ex illicitis nuptiis natus non dicitur filius, nec alendus eſt à patre,& omni beneficio excluditur, glo.ſobolem, in §.1.in auth. de inceſtis nuptiis, col.3.

*Reliqua verbo, Legitimatio, ſup.nu.*20.

24 FILIVS mariti non eſt, quando abſente marito per decennium,& reuerſus anniculum illum inuenerat in domo ſua, l.filium, de his, qui ſunt ſui.

Filius mariti cenſetur, quando maritus aſſiduè cum vxore moratus eſt, quia nuptiæ probant filium, d.l.filium,& ibi glo.fi.

Filium probant nuptiæ,& præſumptio eſt pro filio, d.glo.fi.

Filius in domo natus licèt vicinis ſcientibus, non eſt mariti, ſi conſtat maritum aliquandiu cum vxore non concubuiſſe interueniente infirmitate, vel alia cauſa, vt generare non poſſet, d.l.filium.

Filium natum ab vxore fingit lex eſſe mariti, hoc tamen verè ſcire impoſſibile eſt, glo.1.ibi.& l.quia,& ibi glo.1. de in ius vocando.

Filius editus conſtante matrimonio agere poteſt præiudiciali in rem de partu agnoſcendo petendo ſe agnoſci in filium, donec probet pater, ſe non eſſe ſuum filium, l.ſiue contra, §.1.& ibi glo.præiudicio, de liber.agnoſ.

Filius editus poſt mortem patris viuente auo, in cuius poteſtatem recaſurus eſt, poteſt agere actione præiudiciali in rem, petendo, viuo auo, ſe agnoſci in filium quoad omnia, donec auus agat,& ipſum non eſſe filium oſtendat, ibid.

Filius an ſit editus in matrimonio, vel poſteà, quando eſt dubium, poteſt petere ſe agnoſci in filium quoad omnia per S. C. factum ſub Adriano, & etiam ex Senatuſconſ.Plautiano, & ſic ex vtroque Senatusconſul. propter dubium,† d. l.ſiue contra, §.1.& ibi glo.ex Senatuſconſulto.

Filius, cui opponit quis matrem eius non eſſe ſuam vxorem, poteſt petere præiudiciali in rem, vt eum agnoſcat in filium quoad omnia, donec cauſa matrimonii principaliter agatur, & verum matrimonium non eſſe doceatur, d.§.1. & ibi glo.præiudicio.

Filius ſi poſt mortem patris natus fuerit viuo auo, vxor tenetur denunciare ſocero, ſicut & quando ſolutum eſt matrimonium diuortio, † d. glo. præiudicio.

Filius natus conſtante matrimonio,& ſic in poſſeſſione filiationis, poteſt intentare præiudicialem actionem in rem, d. §. 1. & ibi glo. agatur, & glo. præiudicio.

25 Filio poſt mortem patris nato petenti hereditatem eius, à quo ſe natum eſſe dicit, ſi ab aliquo extraneo opponatur, quòd non ſit filius eius, ceſſat Senatuſconſultum Plautianum, ſub Adriano factum, ſi non ſuperſit auus, in cuius erat poteſtate,& in petitione hereditatis, an ſit filius, vel non, tractabitur, d. l. ſiue contra, §.illud.

Filius ſi conſtante matrimonio præiudiciali in rem agat contra patrem petendo ſe agnoſci in filium,& antequàm pronuncietur, decedat pater, ruptum eſt illud iudicium, & poterit filius petere ex edicto Carboniano ſe mitti in poſſeſſionem hereditatis eius, à quo ſe natum eſſe dicit, d.l.ſiue, §.fi.

Filio impuberi ſui iuris petenti hereditatem eius, à quo ſe natum eſſe dicit, ſi opponatur, quòd non ſit filius eius, debet petere bonorum poſſeſſionem ex Carboniano edicto,& interim alitur,& quæſtio ſtatus ex Carboniano edicto, vel ex conſtitutionibus differtur in tempus pubertatis, d. §. fin. & ibi glo. ad Carbonianum.

Filius quando eſt in quaſi poſſeſſione filiationis, tunc contraria aſſeueratio patris non nocet filio, vt transferat in eum onus probandi ſe eſſe filium, ſed ſi filius non erat in quaſi poſſeſſione filiationis, tunc aſſertione patris tranſit in filium onus probandi filiationem,† glo. probetur, in l.ſi poſtumus, §. fin. de liber.& poſtum.glo.fi.in l.1.C.quorum bonorum.

Filio impuberi ſuccedenti ab inteſtato ſi fiat controuerſia ſiue agendo, ſiue excipiendo de ſtatu,& filiatione ſimul, & de bonis, cauſa cognita, perinde poſſeſſionem rerum hereditariarum datur, ac ſi nulla de ea re controuerſia eſſet, & iudicium in tempus pubertatis differtur per Carbonianum, l.1. de Carboniano edicto.

Filio non præiudicat patris, vel matris dictum de eius filatione, licèt proſit patris dictum, glo.Carboniano, ibid.

Filium ingenuum eſſe non probant natales, vel ingenuitas patris, vel honores, quib.pater functus fuit, cùm nihil prohibeat patrem ingenuum, matrem verò ancillam eſſe, l. neque natales, 10.C.de probatio.

Filij non nudis aſſeuerationib.neque ementita profeſſione licèt vtrique conſentiant, ſed matrimonio legitimo vel adoptione ſolemni conſtituuntur patri, non nudis, C.eod.

Filium non eſſe ſuum ſi quis dicat illum, quem tractauit vt filium, debet hoc probare, quo probato, confeſſio vel tractatus eſt irritus, ibid.

Filius ſi petit paterna beneficia à patre, eò quòd ipſum tractauerat vt filium, pater tenetur probare ſe non eſſe filium, ad hoc, vt excludatur à petitione, glo. 1. ibidem.

Filius ſi conſentiat, quòd quis vt filium tractet eum, videtur per talem conſenſum filij,& etiam patris, fieri præiudicium veritati, ideſt, vt vltrà non quæratur an ſit filius, nihilominùs tamen poteſt quæri, d. l. non nudis, & ibi glo. conſentiant.

Filium ſuum eſſe quem non probat affirmatio, aut profeſſio alicuius aſſerentis in teſtamento, vel aliàs eum eſſe filium ſuum, facit tamen præſumptionem, l. neque profeſſio, 5.& ibi glo.1.C.de teſtam.

Filium alicuius quòd verè probetur, difficile, imò impoſſibile eſt, præſumptio tamen poteſt probari, glo.filium, in l.1.C.quorum bonorum.

Filium ſuum eſſe aliquem nulli licet negare, quominùs teneatur præſtare alimenta, quæ pater filio poſt triennium debet præſtare, l.pe.& ibi glo.1. C. de patria poteſt.

Filium ſuum eſſe nulli licet negare, prohibet enim Senatuſcon. Plautianum, quòd pertinet ad partus, qui poſt diuortium eduntur, & eſt etiam aliud Senatuſconſ.factum ſub Adriano, quod pertinet ad partus, qui conſtante matrimonio eduntur; quæ S.C. dicunt aliquem agnoſci, ideſt, haberi in filium, gloſ. 2. ibidem.

Filium ſuum eſſe ſi quis neget, imponitur pœna neganti ex S. C. Plautiano, & agnoſcere, ideſt, tenere, & alere, vt filius teneatur, licèt non ſit filius, glo. 3. ibidem.

Filius vt quis efficiatur de extraneo, non prodeſt, neque ſufficit, quòd quis profiteatur illum ſuum filium eſſe, glo.vocante, in §.ad hoc autem, in auth.vt liceat matri,& auiæ.

Filiorum nominatio facit præſumi matrimonium interceſſiſſe, d §.ad hoc.

Filium alicuius ſe eſſe probans videtur probare ſe legitimum, §. fin. & ibi add. marg.Inſt.de adoptio.

Reliqua verbo, Filiatio, Maritus, 11.12. Mater, 1.2.3. Confeſſio, 13. Sententia, 14.15. Carbonianum, Iudex, 1.

FILIVS Senatoris eſt non ſolùm naturalis,& legitimus, ſed etiam adoptiuus, & nihil intereſt qualiter, vel à quo fuerit adoptatus, vel an exiſtente patre Senatore vel ante Senatoriam dignitatem ei natus ſit, l. Senatoris filium, de Senatoribus.

Filius Senatoris vt dicatur adoptatus, debet adoptari ab illuſtribus tantùm, vel ſuper illuſtrib.gl.à quo.

Filius Senatoris dicitur etiam natus ante Senatoriam dignitatem, non tamen eſt illuſtris, ſicut natus poſt dignitatem illam, clariſſimus tamen eſt, d.l. Senatoris,& ibi gl.fi.

Filius Senatoris eſt is, quem in adoptionem accepit Senator, quandiu manet eius eius familia, emancipatus tamen amittit emancipatione nomen filii, l. Senatoris filius, eod.

Filius Senatoris à Senatore in adoptionem ſi ſit datus ei, qui eſt inferioris dignitatis, quaſi Senatoris filius videtur, ibid.

Filius legitimus,& naturalis emancipatus à patre Senatore, vel natus poſt mortem patris Senatoris, vel conceptus ante remotionem patris à Senatu, licèt natus poſt remotionem, nihilominùs dicitur filius Senatoris, l.emancipatum, de Senatoribus.

Filius Senatoris dicitur ille, quia poſt emancipationem pater eius Senator efficitur, gl.1. ibid.

Filius & nepos Senatoris dicitur ille, qui patrem & auum Senatores habet, d. l. emancipatum, §.ſi quis.

Filius conceptus poſt remotionem patris à Senatu non intelligitur Senatoris filius, ſed ſi habeat auum Senatorem, dicitur nepos Senatoris, vt aui potiùs dignitas proſit, quam obſit caſus patris, d.l. emancipatum, in principio, & in §. ſi quis.

Filij Senatoris dicuntur non ſolùm filius Senatoris, natus ex ipſo Senatore, ſed etiam qui nati ſunt ex filiis ſuis, ſiue ſint naturales, ſiue adoptiui, l. liberos, eodem.

Filius ſi ſit natus ex filia Senatoris, origo patris inſpicitur, vt ſi pater eſt Senator, & erit etiam eius filius, Senatoris filius, ibid.

Filius legitimus natus ante decurionatum eſt filius decurionis, quoad hoc, ne fuſtibus caſtigetur,& ne in metallum damnetur, l.§. in filiis, de decurionib.

Filius, cuius pater ante conceptionem remotus eſt à decurionatu cenſetur quaſi plebeij filius, ſecus ſi poſt conceptionem filij fuiſſe remotus, quia tunc habetur vt decurionis filius, ibid.

Filius poſt patris Senatoris relegationem natus, ſed antè conceptus, habetur pro Senatoris filio, ſecus ſi poſt relegationem fuiſſet conceptus, ibid.

Filius decurionis remoti ad tempus à decurionatu interim conceptus & natus dicitur filius decurionis, licèt pater decedat antequàm in ordinem redierit, d. l.2. §.ſi ad tempus.

Filius conceptus à plebeio, & antequàm naſcatur, ſi pater eius decurionatum adeptus amiſerit illum, dicitur filius decurionis, & medium tempus illi prodeſt, ibidem.

Filius ſacerdotis, vel regis non eſt dicendus, qui natus eſt antequàm pater eſſet ſacerdos, vel rex, glo.1.in l.Imperialis, 23.§.his illud, C.de nuptiis.

Filius natus ex libera, & ſeruo, velut ſpurius habetur, & ſi ſeruus manumiſſus poſteà ſit factus decurio, ille filius non habetur pro filio decurionis ad cuitanda tormenta, neque ſuccedit patri decurioni, l. ex libera, 6. C. de ſuis, & legit.

Filius Senatoris ſi infamatur & priùs habuit filium, quàm infamaretur, non nocet huic nepoti, quo minùs vt filius,& nepos Senatoris dicatur, & vtatur priuilegio exemptionis quæſtionis, ſed ſi poſt maculam ſit conceptus, illi ſubuenitur ex perſona tantùm aui, glo.1.in l.Diuo Marco, 11.C.de quæſtio.

adoptio

adoptionem dederit, & decesserit, hic nepos ad contratab. patris sui naturalis admitti debet, quasi non sit in aliena familia, d.l.3. §.si quis filio, eod.

Filio datur contrà tab. patris licèt mutetur familia facto patris, secus si per adoptionem ipsius filii mutetur familia, d.l.3.§.si pater.

Filius arrogatus post mortem patris arrogatoris decedens dicitur decedere in familia arrogatoris, gl. admittatur, ibid.

36 Filij in adoptionem dati non sunt omninò extranei patri naturali, l. non putauit, §. in adoptionem, de bon.poss.contra tabulas.

Filio arrogato debetur quarta, quando nihil ei testamento relinquitur, priùs eo emãcipato, vel exheredato sine causa, l.1.§.si impuberi, de collatio.bonorum.

Filius impubes arrogatus si bon. possessionem contra tab.patris naturalis petierit, tenetur conferre quartam bonorum arrogatoris sibi debitam, si iam quartæ petitio nata fuit, vt quia sit mortuus pater adoptiuus, qui eum emancipauit, sed si viuat, non tenetur satisdare de conferendo, cùm adhuc viuatis de cuius bonis quarta debetur, ibid.

Filius impubes arrogatus ad heredem transmittit quartam bonorum patris arrogatoris, d.§.si impuberi.

Filius adoptiuus quartam sibi relictam in testamento à patre adoptiuo debet petere ex causa legati, sed quando sibi in testamento relicta non est, debet petere actione ex constitutione Diui Pij, gl.debetur, ibid.

Filio adoptiuo legatum relictum à patre adoptiuo imputatur in quartam, si legatum sit tantum, quod sufficiat ad quartam, aliàs non, ibidem.

Filio in adoptionem dato, non aliter iungitur nepos, nisi is filius sit institutus, & alius commiserit edictum, sed hodiè non iungitur, quando datur extraneo, sed quando datur auo in adoptionem, siue sit præteritus, tam hodiè, quàm iure veteri iungitur nepoti, l.1.§.1.& ibi gloss.committente, de coniungendis cum emancipat.

Filius arrogatus habet reuocatoriam quasi Fauianam, pro quarta sibi debita ex constitutione Diui Pij, quando arrogator pater in fraudem arrogati alienauit, l.fi.si quid in fraud.patro.

Filius Titij si duxerit in vxorem eam, cuius tutor fuisti, deinde Titium, & eius filium adoptaueris, impeditur adoptio, & durat matrimonium, l.pen.§.sed videamus, & ibi gloss.quod magis, de ritu nuptiarum.

Filius adoptiuus potest promittendo obligare patrem adoptiuum futurum, sed non præsentem, si filius adoptiuus addixerit expresse obligationi personam futuri patris arrogatoris, † glo. heres, in l.stipulatio ista, habere, 38. §. suæ personæ, de verb.obli.

Filius adoptiuus ante arrogationem si contraxit simpliciter cum extraneo, non facta mentione patris arrogatoris, posteà arrogans pater tenetur de contractibus ante arrogationem celebratis, & etiam post arrogationem celebratis, † Doct.reprob.gloss.heredes, ibidem.

37 Filius in adoptionem extraneo datus non perdit iura succedendi patri naturali ex testamento, ab intestato, vel contra tabulas, l.pe.C.de adoptio.

Filius in adoptionem datus coniunctæ personæ, quamdiu durat adoptio, perdit iura succedendi contra patris naturalis voluntatem, secus ea finita, quoniam tunc omnia iura contra patris voluntatem recuperat, ibid.

Filius in adoptionem datus extraneo succedit ei ex testamento, & ab intestato, si durat adoprio, contra testamentum tamen eius nullo modo potest venire, d.l.pe.§.sed ne articulum.

Filius in adoptionem datus extraneo succedit ab intestato etiam patri naturali de iure prætorio, sed non de iure ciuili, d.§.sed ne articulum.

Filius adoptatus ab extraneo si solemniter sit emancipatus, non succedit patri adoptiuo ab intestato, d.l. pen.§.sin autem.

Filiam in adoptionem datum tenetur pater instituere, vel exheredare, gl.extendimus, in d.l pe.§.pe.

Filio arrogato debetur quarta eius, quod habiturus erat ab intestato, † glo.quale est, in §.primum, in auth.de heredib.& Falcid.colla.1.

Filius adoptatus à decurione habet priuilegia filij decurionis, l.4.C.de decurionib.lib.10.

Filius adoptiuus dicitur esse ad imaginem filij naturalis, glo.pignoris, ibi.

Filius à decurione adoptatus non debet affici pœnis, & suppliciis plebeiorum, d.l. 4. & ibi gl..pe.

Filij adoptiui etiam sunt in potestate, in prin.Inst.de adoptio.

Filius arrogatus exheredatus, vel præteritus, aut emancipatus sine iusta causa à parte adoptiuo, existentib. aliis sex vel plurib. filiis, potest petere per condictionem ex lege Diui Pij, quartam partem portionis suæ ad instar naturalium, & legitimorum, glo.quartam, ibid.

Filij adoptati habent quartam ex constitutione Diui Pij, vel ex conditione ex lege, † glo. adoptati, & ibi add. in §.tam autem naturales, Inst.de inofficioso testamen.

38 Filius adoptiuus emancipatus ab arrogatore non retinet liberorum gradum, & nullo iure succedit patri arrogatori, nisi adoptatus esset de suis, vt quia auus adoptauit nepotem in filium, & posteà emancipauit, §.minùs ergo, & ibi gloss. non adiuuaretur, Inst.de heredit. quæ ab intest.

Filius adoptiuus emancipatus ab adoptante etiam si præteritus fuerit, non habet contra tab. quia desinit esse in numero liberorum, §.eadem hæc, & §. sed ea omnia, Inst. eod.

Filius emancipatus adoptatus licèt non possit venire ad bona patris naturalis, per vnde liberj, vel per vnde agnati, venit tamen per vnde cognati, nisi sui heredes, & liberi, vel emancipati, vel alius agnatus interueniant, §.admonendi tamen, Inst. eod.

Filius datus in adoptionem extraneo, omnia iura patris naturalis seruat integra, ac si in patris naturalis potestate permansisset, nec fuisset adoptio subsequuta, §.sed ea omnia, Inst.eod.

Filius adoptiuus patrem adoptiuum non potest etiam hodie in ius vocare sine venia, quia licèt non sit in eius potestate, tamen debet ei reuerentiam, † gl. tantummodò, & ibi add. ibid.

Filio adoptiuo non tenetur pater adoptiuus alimenta præstare, nisi operaretur ipsi patri adoptiuo, vel nisi pater naturalis egeret, & adoptans non habeat, vnde se alere possit, d.gl. tantummodò, & ibi add.marg.

Filius adoptatus hodiè simul cum aliis filiis naturalib.& legitimis succedit patri adoptiuo, non tamen succedit aliis consanguineis sui patris adoptiui, d.§. sed ea omnia, & ibi gl.ab intestato.

Filij qui in adoptiua familia sunt, ad hereditatem parentum naturalium tertio gradu, idest, conationis, vocantur, hodiè tamen hoc immutatum est, §.1.& ibi gl.liberi. de successſ. cognatorum.

Filio in adoptionem dato, nepos ex eo anteà conceptus remanet in potestate aui secus si post adoptionem fuisset conceptus, quia tunc erit in potestate patris adoptiui, §.fi.Inst.quib. mod.ius patriæ potest.

Filiifamilias adoptantur, sed filij sui iuris dicuntur arrogari, l. 1. de adoptio.

Filiusfamilias si consul vel Præses sit, potest apud semet ipsum emancipari, vel in adoptionem dari, l. si consul, eod.

Filij adoptiui ex bonis parentum damnatorum non minùs, quàm filij naturales debent habere portionem legitimam sibi debitam, nisi fraudis causa facta sit adoptio, l. cùm ratio, §. ex bonis, de bon.damn.

Reliqua verbo, Adoptio, 1. vsque 11. Arrogatio, Adoptiuus, Adoptatus.

FILII nati ex filia, quæ patre ignorante loco concubinæ erat, legitimi fiunt accipiendo eam in vxorem consensu patris, glossa 1. in l. Paulus, de statu homin. 3

Filius natus ex soluto, & soluta, legitimatur per subsequens matrimonium, non obstante matrimonio intermedio, & præfertur filio nato ex matrimonio intermedio in primo genitura, quasi retrò fingatur legitimus, l.cùm decem, 71. §.fina.& ibi addit.marg.de solutio.

Filius, vel filia, sciente patre, & non contradicente, si contrahat matrimonium, natus ex eo matrimonio est iustus nepos auo suo, & eum agnoscere tenetur, l.si vt proponis, 25.& ibi glo.1.C.de nupt.

Filij nati ex matrimonio contracto cum administratore prouinciæ, antequàm vxor post depositum eius officium de nouo consensum præstaret, sunt illegitimi, sed nati posteà sunt legitimi, l.& si contra, 6.& ibi glo.fi.C.eod.

Filij nati ex concubina, cum qua iustas nuptias contrahere licet, fiunt legitimi connubio subsequuto, d.glo.fin.

Filij nati ex aliquo coitu per legem improbato, & prohibito per sequens matrimonium, non possunt legitimari, d.l.& si, ibi, glo.fi.

Filij ex ea, quam vt vxorem vicinis scientib. causa procreandorum liberorum domi habebat pater, si nati sint in domo patris, præsumuntur legitimi, l.si vicinis, 9.C.eod.

Filij nati ex ea, quam pater vt concubinam habebat vicinis scientib. non dicuntur legitimi, glo.fi.ibid.

Filij nati ex matrimonio prohibito sunt legitimi, si vterque ignorauit, licèt nullum sit matrimonium, glo.errore, in l.4.C.de incestis nup.

Filij adoptiui fiunt legitimi sine matrimonio, ibid.

Filij nati ex matrimonio prohibito non sunt legitimi, si alter eorum sciuit, 4
ibidem.

Filij nati ante matrimonium si legitimentur per subsequens matrimonium, multò magis illi, qui sunt in vtero tempore matrimonij, qui heredes efficiuntur parentibus morientibus ex testamento, vel ab intestato, l.nuper, 11. C.de naturalibus liberis.

Filij anteà nati legitimantur per subsequens matrimonium, etiam si filij legitimi extiterint ex alia coniuge, auth quod ius, C.eod.

Filij legitimi non impediunt legitimari naturales per subsequens matrimonium, nisi illi naturales essent nati ex ancilla, d. auth. quod ius, & auth. sed noua, C.eod.

Filij legitimati per subsequens matrimonium succedunt aliis filiis legitimis, & è conuerso, §. dubitatum, & ibi glo. confectione, in authen.de incest. nupt. colum. 3.

Filij legitimati per subsequens matrimonium habent contra testamentum omne remedium, quod datur filio ab initio legitimo, & natali, ibid.

Filij ex concubina libera, vel liberta, aut ancilla posteà manumissa nati, nuptiis, nuptialibus instrumentis posteà interuenientibus efficiuntur legitimi, siue alij nati fuerint, & viuunt, siue nati, & mortui sunt, siue nulli sint nati posteà, §.quod autem, in auth.de triente, & semis. col. 3. & §. & quis igitur dotalia, in auth.quib.mod.

Filius legitimatus per oblationem curiæ soli patri ab intestato succedit, non auo, aut ascendentibus nec agnatis, vel cognatis patris, nec agnoscitur, etiam si legitimatus sit, nisi per quandam machinationem, nec ipsi succedunt ab intestato ei, sed ex testamento vnus alteri potest succedere, §. filium, in authen. quib.mod.naturales effi.sui.

Filio proprio ad paternam successionem nihil est legalius, cùm etiam viuo patre dominus sit filius, & eadem persona, §.ergo, & ibi glo.legalius, eod. 4

Filij legitimati per subsequens matrimonium succedunt illis personis, quib.succedunt illi, qui reuerà fuerunt arbitrio legitimo, sic etiam succedunt agnatis, & cognatis patris, & econtra, §.si quis igitur dotalia, eod.

Filios legitimare potest pater per rescriptum principis non extantib. legitimis in illis casib. in quib.non potest fieri legitimatio per matrimonium, §. illud tamen, eod.

Filij de libera muliere nati, cum quo nuptiæ esse poterant, si à patre nominati fuerint filij sui non adiecto verbo, naturales, efficiuntur legitimi, & matrimonium inter proferentem illa verba, & mulierem, ex qua nati sunt, intercessisse demonstratur, §.ad hoc, in authen.vt liceat matri, & auiæ.

ad Filiorum legitimationem patris professio in scriptis facta valet, §.ad hoc autem, & ibi glo.vocante, in authen.vt liceat matri, & auiæ, col.8.

Filij legitimati per nominationem succedunt agnatis, & cognatis, cùm fruantur illi omni iure, quo filij legitimi fruuntur, distinct. §. ad hoc, & ibi add. marg.

Filium legitimum tantum habere plus iuris, quàm naturalem, & legitimum, absurdum est glos.quartam, in §.cum autem, Inst.de adoptio.

Filius si suo arbitrio, & ignorante patre duxit aliquam intra tempus luctus in vxorem, si pater postquàm sciuitatum habuit, pater non est in famis, l.quid ergo, de his, qui notantur infam.

Reliqua verbo, Legitimatio, Legitimus, Natus, sup. nu. 10.11.12.

Filiusfamilias si fuerit minor, debet habere curatorem liti in casibus, in quibus permittitur agere propter absentiã patris, vbi aliàs nõ posset agere, ibidẽ.

In Filiumfamilias tam ex contractib. quàm ex delictis de iure veteri competit actio, nisi in Macedoniano, & voto, hodie, ex aduẽtitia causa datur in patrem nõ in filium, si pater admisit vsumfructum, l. tã ex cõtractib. 57. & ibi. gl. 1. eo.

Filiofamilias post litis cõtestationem mortuo iudiciũ cum eo agitatum transfertur in patrẽ tantum de peculio, & de eo, quod versum est in rem eius, ibid.

Filiusfamilias procurator alicuius iudicium si acceperit, eo mortuo in eum, quem defendit, datur translatio iudicij, ibid.

Filiusfamilias conuentus ex aliquo contractu, vel delicto, si ante litis contestationem mortuus sit, nouum datur iudicium in patrem ex filij contractu, sed ex maleficio nullum datur, cùm non detur ex delicto in heredes, nisi lite contestata, gl. post litis, ibid.

Filiusfamilias, petitione hereditatis potest conueniri à vero herede, si habet restituendi facultatem, l. si à domino vel à patre, 36. §. sed & à filiofamilias de petitione hereditatis.

Filiusfamilias potest conueniri actione ad exhibendum, & qualibet alia actione reali, d. §. sed ã filiofamilias & ibi addi. marg. eod. & l. de eo, ad exhibend.

Filiusfamilias qui cùm paterfamilias esset, & possideret hereditatem, & se arrogandum dedit, potest conueniri petitione hereditatis, d. §. sed & a filiofamilias de petitione hereditatis.

Filiusfamilias potest esse in iudicio ratione delicti sui absque consensu patris, l. quoties, 34 cum l. seq. de noxalib.

48 Filiusfamilias studiorum causa Romæ agens si viaticum suum mutauerit, sequuta consumptione poterit agere certi condictione vtili ex mutuo: nam directa certi condictio datur patri, sicut quælibet alia quæsita patri per filium, l. cùm filiusfamilias, & ibi glo. fi. & ibi add. marg. si certum petatur.

Filiusfamilias licèt regulariter sine patris consensu non possit stare in iudicio, nisi in necessario casu, potest tamẽ pro re peculiari iudicium suscipere, vbi pater eiusdem concessit ei administrationem citra patris consensum, l. si filiusfamilias, 21. in add. marg. de damno infecto.

Filiusfamilias licèt non possit esse in iudicio sine consensu patris, potest tamen implorare officium iudicis sine patris consensu, dummodò actus non expediatur in figura iudicij, gl. 3. & ibi add. marg. in l. 1. C. qui admitti.

Filiusfamilias maior 25. anno. non potest esse in iudicio sine consensu patris: potest tamen esse in iudicio procuratorio nomine, † l. fi. & ibi gl. imponenda, & add. marg C. de bonis, quæ liberis.

Filiusfamilias maior 25. anno. non est integer homo ad agendum in iudicio, per patris tamen consensum redintegratur, d. gl. imponenda.

Filiusfamilias maior 25. anno. tutor potest esse in iudicio sine consensu patris tutorio nomine, ibid.

Filiofamilias maiori 25. anno. in iudicio post litis contestationem confitenti si sit factum præceptum, non valet illud, si fuisset in iudicio sine consensu patris secus si illud præceptum sit factum in filiumfamilias confessum ante litis cõtestationem sine consensu patris, † dict glo. imponenda.

Filiusfamilias maior 25. an. potest agere corã arbitro sine cõsensu patris † ibid.

Filiusfamilias maior 25. anno. potest esse in iudicio sine consensu patris in publicis criminibus, † d. gl. imponenda, & ibi add. marg.

Filiusfamilias maior 25 anno. potest agere contra patrẽ sine eius consensu, ibid.

Filiusfamilias in casibus in quibus patrem obligat institoria, exercitoria, tributoria, quod iussu, de in rem verso, vel de peculio, si heres sit scriptus à patre in non modica parte, in creditoris arbitrio est, an eum velit conuenire pro portione hereditaria, an insolidum; iudex tamen æstimabit an in modica, vel in magna sit institutus, l. 4. quod cum eo, qui in aliena potestate.

49 Filiusfamilias si iuramentum detulit actori, & actor iurauerit, datur ei actio de peculio contra patrem, quasi contractum sit, l. depositi, de peculio.

Filiusfamilias habet priuilegium in contractibus, vt cõueniatur solum in quantum facere potest, & non in plus, sed in delictis conuenitur insolidum, l. 4. §. interdum, quod cum eo, qui in aliena.

Filiusfamilias ex contractu cum eo celebrato licèt habeat priuilegium, quod conueniatur solùm in quantum facere potest, eius tamen heres non habet hoc priuilegium, d. l. 4 § fo. i.

Filiusfamilias ex contractibus, in quibus patrem obligat, si viuo patre conuentus, & condemnatus fuerit insolidum, posteà filius sit exheredatus, vel emancipatus, in eum datur iudicati actio, non insolidum, sed in id, quod facere potest, l. si filiusfamilias, quod cum eo, qui in aliena potestate.

Filiusfamilias ex contractibus, in quibus patrem obligat, conuenitur in solidum, si ipsi filio exheredato per fideicommissum hereditas patris restituta sit, quia effecta quodammodò heres est; sed in quãtum facere potest conuenitur, si ipse filius institutus rogatus restituere, hereditatem restituit, d. lege si filiusfamilias, §. 1.

Filiusfamilias effectus sui iuris si conueniatur ex contractu celebrato tempore, quo erat in patria potestate, si non sit heres patris, condemnatur solum, inquantum facere potest, nec deducitur æs alienum, licet secus sit in donatione, l. exheredatum, 49. de re iudicata.

Filiusfamilias sui iuris factus non tenetur ex antè gesto etiam voluntate patris, nisi inquantum facere potest, si abstinuit se ab hereditate paterna, l. 2. C. quod cum eo, qui in aliena.

Filiusfamilias in sex casibus condemnari potest inquantum facere potest, & non in plus, glo. 3. ibid.

Filiifamilias ad præstanda alimenta parentib. condemnari possunt, inquantum facere possunt, deducto eo, ne egeant, gl. 4. ibid.

Filiusfamilias sui iuris factus ex antè gesto vtili contractu non tenetur, nisi quatenus facere potest, nisi sit patri heres, quo casu insolidum tenetur, l. si ex alio, C. eodem.

Filiusfamilias sui iuris factus per emancipationem ex antè gesto vtili contractu conueniri potest solum inquantum facere potest, nisi sit patri heres, ibidem.

Filiusfamilias si patri heres extiterit in parte non modica, scilicet ad minus legitima, tenetur insolidum ex contractu licito facto viuente patre, & durante paterna potestate, gl. 3. ibidem.

Filiusfamilias variis ex causis potest perdere priuilegium, quod non teneatur in plus, quàm facere potest, gl. pen. ibi.

Filiofamilias olim quinque actiones tantùm dabantur, quibus suo nomine poterat agere scilicet iniuriarum, quod vi, aut clàm, depositi, commodati, & de dote, quæ sibi non pereunt minima capitis diminutione, l. eas obligationes, & ibi gl. fi. de capitis diminutione, & gl. fi. in l. si longius, 16. §. si filiusfamilias, de iudiciis.

Filiifamilias est propriè actio iniuriarum, gloss. dabit, in l. filiusfamilias de procuratoribus.

Filius in potestate etiam pro atroci iniuria non potest agere contra patrem actione iniuriarum, potest tamen cogere eum, vt emancipet, l. prætor edixit, §. sed & si, & ibi gl. fuerit, de iniuriis. 5

Filius adiectus in stipulatione post mortẽ patris potest agere ex stipulatione patris, quod non est in extraneo, gl. 2. in l. si operarũ, 29. de operis libertorum.

Filiusfamilias in casu quo agit contra extraneum de peculio castrensi, vel quasi, aut aduentitio, cuius vsusfructus non pertinet patri, & iurat de calumnia, neque requiritur, quòd pater consentiat filio agenti, & respondenti, † reprob. gloss, cùm id, & ibi add. marg in §. pœnales, Inst. de actio.

Filius sicut patre absente potest agere per se actionè iniuriarum pro iniuria sibi facta, ita & potest agere tunc per procuratorem, l. sed si vnius, 17. §. quod deinde de iniuriis.

Filiusfamilias hodiè omnes actiones prouenientes ex aduẽtitia causa suo nomine habet, licèt exercitium cõpetat patri, si admittat vsumfructum in rebus filio delatis, quarum nomine conuenitur, vel agit, si verò respuat pater vsumfructum, filius tantùm conuenitur, vel agit patre tamen consentiente, quod habet necesse facere, & gl. fi. in l. si longius, 18. §. si filiusfamilias de iudiciis, glo. simili, in l. fi. C. de bonis, quæ lib.

Filiofamilias iure Digestorum suo nomine non dantur actiones, nisi sex, quæ licèt sint propriæ filij, tamen absente patre eius procuratore exercebat, alias autem actiones per filium quæsitas exerbatur vtili iudicio, absente scilicet patre, licèt suæ non essent, gl. filius, in d. §. si filiusfamilias in fi. & ibi add. marg. gl. simili, in l. fi. C. de bonis, quæ liberis, & gl. actionem, in principio Inst. per quas perso. nobis adquiritur obligatio.

Filiofamilias iure proprio competunt actiones de peculio castrensi, vel quasi, vel ex aduentitia causa, & ideo minima capitis diminutione non pereunt sibi, l. eas obligationes, & ibi gl. fi. de capitis dimi. 5

Filiofamilias actiones scilicet iniuriarum, quod vi, aut clàm, depositi, commodati, de dote, & ex castrensi vel quasi, & ex aduentitio iure proprio secundùm ius naturale competunt, sed secundùm ius ciuile tantùm patri conceptunt, & ius ciuile succumbit naturali, ita, quod naturale præualet, qui in illis versatur ratio æquitatis, in aliis autẽ actionib. præualet ciuile, vt non detur filio, gl. fi. ibi, & l. filiusfamilias, & ibi gl. fi. de actio. & oblig.

Filiofamilias quandoque suo nomine competunt vtiles actiones, gl. 1. in l. filiusfamilias, de actio. & oblig. 1

Filiofamilias. competit suo nomine actio popularis, d. l. filiusfamilias. & ibi gl. fi.

Filiusfamilias. ex omnibus causis descendentibus ex cõtractibus, vel ex maleficio, vel quasi, tanquàm paterfamilias, obligatur insolidum, & ob id potest agi cum eo tanquàm cum patrefamilias: sed hodiè ad exercitium patri competit, l. filiusfamilias 39. & ibi gloss. ob id, de actio. & obligat.

Filius non datur aduersus parentes actio, quoad metus causa, nec interdictum vnde vi, nec libertis contra patronos, nec parẽtes, vel patroni deferentes iusiurandum de calumnia iurant, l. licèt de obseq. parent. & patro. præst.

Filiis non datur actio furti, iniuriarum, metus, doli, & interdictum vnde vi aduersus parentes, quia cùm illæ dentur propter dolum infamantur infamia iuris vel facti, l. 2. & d. l. licèt, & ibi glossa edicti, eodem.

Filius tanquàm coniuncta persona potest intentare actionem patris sine eius mãdato præstita cautione, l. exigẽdo, 12. & ibi gl. à iudice C. de procuratorib.

Filiusfamilias in actionib. commodati, & aliis, in quibus patri non quæritur vsusfructus, nec quæri potest, conueniri & conuenire potest cum consensu patris, sed in actionibus, in quib. quæritur vsusfructus patri, debet filius conuenire, & cõueniri cũ patre, gl. filiofamilias in l. 3. §. si filiofamilias commod.

Reliqua verbo, Actio, 106. Iudicium, 9. Primipilatus, infrà, numero 206.

Filij, vel liberti non possunt accusare parentes, vel patronos, etiamsi suam, vel suorum iniuriam prosequantur, possunt tamen ciuiliter agere, l. qui accusare, & l. hi tamen, in principio, & ibi gl. 1. de accusatio. 5

Filij, vel liberti possunt accusare parentes, vel patronos in crimine læsæ maiestatis, & adulterij, gl. 2. in d. l. hi tamen.

Filio non permittitur accusatio falsi contra matrem, sed bene permittitur defensio per viam exceptionis contra matrem, l. fals., 5. & ibi gl fi. C. de falsis.

Filius in potestate licèt pro iniuria leui non possit patrem accusare solemniter, potest tamen implorare iudicis officium pro graui iniuria, sed emancipatus pro leui non potest accusare, sed pro graui sic, dummodò ciuiliter agi non possit, aliàs secus, gl. liberis, in add. in §. atrox, Inst. de iniuriis.

Filiusfamilias maritus potest inuito patre accusare aliquem de adulterio vxoris suæ, & habetur in ea accusatione ac si sui iuris esset, l. inter liberos, 6. §. si filiusfamilias & ibi glo. nõ separetur, de adulteriis, & l. filiusfamilias. 37. eod.

Reliqua verbo, Condictio, 1.

Filiusfamilias procuratorem ad agendum dare potest, si qua sit ei actio qua ipse experiri possit, non solùm de castrensi peculio, sed de vi, & dè iniuria passo, & de omnib. quæ ipse sine patre gerere potest, l. filiusfa. de procuratorib.

Filiusfamilias potest procuratorem constituere ad actionem iniuriarum, si pater sit absens, & procurator patris nolit experiri, ibid.

Filiofamilias ad iniuriam vlciscendam potest pater procuratorem dare, si sit in aui potestate, & auus sit absens, ibid.

Filiusfamilias ad defendendum potest procuratorem constituere, ibid.

Filiusfamilias potest dari procurator ad agendum, & ad excipiendum etiam inuito patre, d. l. filiusfamilias §. ipse quoque, & ibi add. marg.

Filiusfa. potest procuratorem constituere ad negotia, & ad litem si se defendat, & etiam quãdo agit, cùm actio sibi cõpetit, nõ aliàs, l. seruum, & ibi gl. 1. eod.

Reliqua suprà num. 52.

FILIVSFA

Reliqua verbo, Patria potestas, Pater 6. 7. 8

Filij in

Filij in potestate per authoritatem legis, vel per oblationem precum, vel per Imperiale rescriptum sui iuris fieri possunt, l. liberos, 18. C. de collatio.

Filius in seruitute patris natus ac manumissus cum patre manet libertinus, l. fi. & ibi gl. fi. de adoptio.

Reliqua verbo, Pater, 13. 16.

Filii inuiti non emancipantur, neque redeunt in potestatem, gl. fi. in l. fi. de his, qui sunt sui, & gloss. nemini, in l. fi. C. de testamen. manumis.

Filius desinit esse agnatus patri per emancipationem, hodiè tamen non, l. quem filius, de adoptio.

Filius per emancipationem desinit iure ciuili esse suus, secus tamen est de iure prætorio, gl. emancipatus, in l. Gallus, §. & quid si tãtum, de liberis & postum. glo. sui heredes, in §. emancipatos, Instit. de exheredat. liber.

Filius emancipando dicitur capite minutus, l. fina. C. de legitim. heredibus.

Filius emancipari potest apud Magistratum municipalem, cui sola consuetudo municipalis iurisdict. emancipandi dedit, l. 1. & ibi glo. 1. C. de emancipat.

Filius inuitus ex eisdem causis, quib. pater cogitur emancipare, non cogitur econtrà recipere emancipationem, † reprob gl. fi. in l. 4. C. eod. & reprob. gl. non est, in §. generaliter, in auth. quib. mod. naturales effici sui, col. 6.

Filius emancipatus vt coniungatur cum nepotib. in successione multa sunt necessaria, Primò, quod pater sit emancipatus, alias solus ipse succederet de iure communi; item quòd liberi eius sint in potestate tempore mortis aui, & quòd nepotes sint naturales, & legitimi, & non legitimi tantùm, item quòd hereditas pertineat ad nepotes, & filium, scilicet quòd filius sit præteritus, nepotes verò sint instituti, vel è contrà, vel omnes præteriti, & alius institutus, item quòd hereditas sit paterni generis, aut aui paterni, item quod non sint exheredati filius, & nepos, & quòd emancipatus non sit datus in adoptionem, nisi sit proprio patri datus in adoptionem, gl. 1. in l. 1. de coniungend. cum emancipat.

Filij in potestate per simulatas venditiones, vel principis rescripto efficiebantur sui iuris, & emancipati, gloss. fin. in l. liberos, 18. C. de collatio.

Filius contracta fiducia præsumitur hodiè emancipatus, gl. fi. in l. 1. C. ad Tertull[illegible].

Filius non potest compellere patrem, vt eum emancipet, nisi in quatuor casib. scilicet quando pater ag[illegible] legatum sibi relictũ in hac contemplatione vt liberos emanciparet, & in a[illegible] de quib. in gl. fi. in §. fi. Inst. quib. mod. ius patriæ potest.

61 Filiusfamilias cùm à patre emancipatur dicitur capite minutus, ideò quia mutat statum, & fa. §. minima, & ibi glo vel contra, Inst. de capitis diminutione.

Filiusfamilias rectè potest emancipari retento nepote in potestate, & e contrà, §. prætereà, Inst. quib. modis ius patriæ potest.

Filio in potestate emancipato nepos ex eo anteà conceptus remanet in potestate aui, secus si post emancipationem fuisset conceptus, quia tunc erit sub potestate patris emancipati, §. fi. Inst. eod.

Filij emancipati in bonis parentum ipsis viuentibus nullum ius habent, §. præterea, Inst eod.

Filium emancipatum prorsus repellebat ius ciuile à successione, ius tamen prætorium eum admittebat ad eam, & nepotem prorsus repellebat, sed hæc discordia iuris ciuilis, & prætorij sublata fuit per edictum de coniungendis cum emancipati liberis, & sic ambo, scilicet filius emancipatus, & ex eo nepos in potestate simul veniunt ad hereditatem, gl. iungetur, in l. si ponas, 23. de inoff. test. & l. 1. & ibi gl. 1. de coniungend. cum emancipat.

Filius emancipatus de iure ciuili incognitus est, gl. quid, in l. pro herede, 2[illegible]. §. seruus, de acquir. heredit. & gloss. necesse, in add. in §. emancipatos, Inst. de exheredatione liber.

Filij emancipati licèt desinant esse sui, non tamen desinunt esse liberi, & ideò competit eis contra tabulas patris naturalis, sed non patris adoptiui, l. 1. §. & sui iuris, & ibi glo. ex liberis, de bon. poss. contra tabulas.

Filij emancipati, & sui hodie quantum ad multa æquantur, veluti in tutelis, in collatione bonorum, glo. ex liberis, in add. marg.

Filius emancipatus quandoque plus iuris tribuit [illegible] hæredibus patris sui, quam habituri essent, si soli fuissent, veluti si [illegible] in potestate ex vncia institutus, emancipato præterito, occupat dimidiam partem illis beneficio emancipati præteriti; quod si fratrem emancipatum non haberet, vnciam tantum esset habiturus, l. non putauit, §. si eod.

62 Filij emancipati eius, cui assignatus est libertus, ad hereditatem liberti admittuntur de iure prætorio, & præferuntur eo iure filiis in potestate assignatoris, l. 3. §. pe. de assigna. libertorum.

Filius emancipatus per capitis diminutionem desinit esse agnatus, & remanet cognatus, qui non cognoscitur à iure ciuili, glo. sui heredes, in §. emancipatos, Inst. de exhereda. libero.

Filius emancipatus habetur pro extraneo, gl. 1. in §. sui, Instit. de heredũ qualita.

Filij emancipati iure Digestorum, & Codicis vsque ad tempora Iustiniani reputabantur extranei, & non succedebant parentibus, prætoris tamen beneficio per bonorũ possessionem vnde liberi admittebantur, ac si in potestate patris mansissent, §. emancipati, Inst. de heredit. quæ ab intest.

Filius emancipatus non dicitur habere peculium, sed dicitur habere patrimonium, glo. emancipatus, in add. marg. in l. si fratres, §. idem Papinianus, pro socio, glo. fi. in l. vt liberis, 17. C. de collatione.

Filio emancipato potest quis libertum assignare, & tamen si assignetur priùs filio existenti in potestate, si mancipetur, annihilatur assignatio, glo. ferre, in l. aduersùs, 29. de arbitris.

Filius emancipatus potest debere patri etiam ciuiliter, sed filius in potestate tantùm naturaliter potest debere, glo. debebant, in l. si ponas, 25. §. 1. de inofficioso testam.

Filium emancipando non videtur quis per consequens nepotem emancipare gl. pe. in l. certum, §. fi. de iniusto rupto.

Filij olim tribus emancipationibus efficiebantur sui iuris, sed vna emancipatione filia vel nepos, hodiè tamen etiam filij efficiuntur sui iuris vnica emancipatione, ibid.

Filius emancipatus propter ingratitudinem reducitur in patriam potestatem, l. 1. C. de ingratis liberis.

Filius emancipatus difficilius reuocatur in potestatem patris, quàm libertus in seruitutem, gl. 1. ibid.

Reliqua verbo, Emancipare, Emancipatio, Emancipatus, Pater, 15. 16.

Filius si cum creditoribus paternis pactus sit viuo patre valet pactum, & ex illo habet exceptionem doli, l. & suum heredem, §. idem probat, de pactis.

Filius non poterit præiudicare patris obligationi per pactum, vel solutionis receptionem, l. filius paciscendo, 23. C. de pactis.

Filio non potest solui id, quod patri debetur, nèque ipse filius potest tollere actionem competentem per pactum de non petendo, vel recipiendo debitum, ibid.

Filius paciscendo in ipso cõtractu potest præiudicare patri, glossa. fina. ibidem.

Filij non possunt pacisci de hereditate patris viuentis, quam per successionem sperant sibi de ferri, quia sicut extranei ipsi etiam insidiantur, gl. 2. in l. fin. C. eod.

Filius, vt nuncius, vel minister patris recipiens pecuniam patri debitam vel creditam non obligatur, l. 4. & ibi glo. 1. C. quod cum eo, qui in alien.

Filius ex patris contractu iussu eius accipiens mutuam pecuniam hereditatéque paterna si abstinuerit, non obligatur creditorib. ibid.

Filius recipiens mutuam pecuniam iussu patris, insolidum tenetur viuo patre, adeò vt non possit restitui in integrum, debet tamen condemnari tantum inquantùm facere potest, gl. 1 ibid.

Filius accipiendo mutuam pecuniam ex contractu patris ad hoc missus à patre, voluit patrem solum esse obligatum, d. gl. 1. in add.

Filiusfamilias heres institutus si paciscatur cum creditoribus, & posteà emancipatus adierit hereditatem, prodest ei tale pactum quoad doli exceptionem, l. & suum heredem, ff. de pactis.

Filiofamilias heredi ex pacto facto cum creditorib. ante emancipationem, & aditionem hereditatis, non datur directa pacti exceptio post emancipationem, quia tunc alius homo videtur, gl. respuenda, ibid.

Filiofamilias ex contractu, vel facto ante emancipationem, post emancipationem datur vtilis actio, vel in factum de æquitate, non autem directa, gl. respuenda, ibid.

Filiusfamilias de eo, quod sub conditione sibi legatum est, rectè potest pacisci, d. l. & suum heredem, § [illegible].

Filiusfamilias vel seruus si faciant pactum, ne ipse filius vel seruus peteret à debitore peculiari, tale pactum non valet, l. contra iuris, §. si filius, de pactis.

Filiusfamilias vel seruus si faciant pactum cum debitore peculiari, ne ipse filius, vel seruus peterent ab eo, neque etiam pater vel dominus, non valet tale pactum, secus si fecerint tale pactum non animo donandi, d. §. si filius, & ibi gloss. fi.

Filius, vel seruus si faciant pactum, ne ipse filius vel seruus peterent à debitore peculiari, statu eorum mutato, valet in casibus, in quib. filius vel seruus agere potest & etiam in casib. in quib. agere non potest, status mutatione sequuta, vt quia sit sui iuris, quod procedit in filio, non in seruo, qui non tenetur ex antè gesto, gl. inutile, ibi.

Filiusfamilias, inuito patre actionem iniuriarum sibi competentem in præiudicium patris pacto remittere non potest, pater tamen rectè potest inuito etiam filio, nisi pater sit vilis, & abiecta persona, l. in personam, & ibi gl. 1. eod.

Filiusfamilias potest liberare debitores patris, ita vt eo effecto patrefamilias sibi præiudicet, l. cùm dominus, §. fi. de peculio legato.

Reliqua verbo, Pater, Pactum, 47. Nuncius, 1.

Filius non cogitur æs alienum patris soluere, nisi ex causa primipilatus fuisset illud debitum, l. si quis a liberis, §. si mater, & ibi glo. exoluere, de Carbonia.

Filiorum debita cum votis patrum non cessant, vt parenti copia liberos suos exuant potestate, magis proprijs obsequijs mancipatos, cum se intelligant his obsequiis plus debere, à quib. se meminerint sacris vinculis exutos, l. 1. C. de officio prætorum.

Filius sui iuris constitutus soluerit debitum paternum, viuente patre repetere potest illud, actione negotiorum gestorum, nisi constet animo donandi soluisse, l. si filius pro patre, 12. C. de neg. gest.

Filius si soluerit debitum paternum, etiam viuente patre, de castrensi peculio, vel quasi, repetere potest illud, glo. 1. ibid.

Filius si soluit debitum paternũ de bonis profectitiis viuente patre non repetit, si constat animo donandi soluisse, ibid.

Filius soluens debitum paternum de bonis aduentitiis mortuo patre, non repetit, quia soluisse videtur animo donandi, † ibid.

Filius censetur soluere debitum paternum in dubio animo repetendi, nisi constet, quòd soluerit animo donandi, † glo. 3. ibid.

Filius non potest obligari, vel in seruitutem redigi pro debito patris, nisi in casu, quo pater distraxerit ob nimiam paupertatem victus causa, glo. fi. in l. ob æs, C. de actio. & oblig.

Filius pro patre, vel pater pro filio emancipato, vel libertus pro patrono conueniri non debet, rub. C. ne filius pro patre.

Filius, vt filius, non tenetur pro debito patris, nec pro officio malè ab eo gesto, l. 2. C. eodem.

Filius mortuo patre conueniri potest pro debito patris, non tanquam filius, sed tanquàm heres patris, glos. 1. in l. 2. C. eodem.

Filius pro patre viuo non potest conueniri actione personali munerum ciuilium, nec debiti causa, l. 4. C. eod.

Filius pro patre viuo non potest conueniri actione reali, si rem peculiarem pater obligauit, glo. 1. ibid.

Filius, qui abstinuit ab hereditate paterna, non potest conueniri pro debito paterno, nisi possideat aliqua bona paterna, quæ sibi fuerunt alienata in fraudem creditorum, l. 3. C. de reuocand. his, quæ in fraud. cred.

Filius nomine patris potest fideiubere, & si de pecunia sibi mutuata soluerit creditori, aduersùs patrem datur mutuanti actio de in rem verso, quatenus est liberatus, & non vltrà, l. si pro patre, & ibi glo. 1. & add. marg. de in rem verso.

Filius si animo nouandi subierit iudicium pro patre, & condemnatus sit, imò & ante

potest agere filius, idémque tutor contra patrem nomine pupilli, quia non est nata actio tutelæ de peculio durante tutela, l. filius, 12. & ibi gl. 1. de tutelæ, & rationib.

Filiusfamilias si de voluntate patris decurio sit creatus, & à Magistratu tutor sit constitutus, pater insolidum satisfacere cogitur tutelæ, cùm id onus exemplo cæterorum munerum ciuilium sit introductum, l. 1. C. quod cum eo, qui in alien.

Filiusfamilias si tutor datus sit in testamento, pater ipsius siue consentiat, siue non consentiat, non tenetur, nisi de peculio, gl. 2. ibi.

Filiusfamilias potest creari tutor, & pater ob administrationem eius tenetur insolidum, nisi contra dixerit appellando, vel protestando in contrarium, quo casu tenebitur tantùm de peculio, vel de in rem verso, gl. 1. 2. & 3. in l. filios, C. de decurion. lib. 10. gl. 2. & 5. in l. 1. C. quod cum eo, qui in alie.

Filiusfamilias non potest habere tutorem, vel curatorem, quia nemo inuenitur fidelior custos, & administrator patre, nisi pater nollet omninò rem filij curare, aut nollet in hereditate aduentitia filiifamilias aliquid habere, quo casu iudicis authoritate hereditati curator dabitur, glo. non sunt, & ibi add. marg. In prin. Inst. de tutelis, & gl. hoc facere, & gl. hereditati, in l. fi. §. sin autem, C. de bon. quæ lib.

Filiusfamilias si tutelam alicuius pupilli administrauit, ille pupillus in peculio præfertur cæteris creditorib. l. ex facto, 52. §. fi. de peculio.

Reliqua verbo, Pater, 40. 41. 42. 43. Tutor, 10. suprà nu. 70.

73 FILIVS, qui in ventre est, in multis iuris partibus comparatur iam natis, tamen quoad præstandam excusationem à tutela, & à muneribus personalibus, non comparatur natis, l. 2. §. 1. de excusat. tutorum.

Filius, qui in ventre est, non habetur pro nato, quantùm ad commodum patris, sed bene quãtùm ad cõmodũ ipsius filij, d. §. 1. & ibi ad mar. & gl. in multis, ibi.

Filij nati prosunt ad excusationem munerum personalium, sed non ad recipiendam administrationem rerum suarum, gl. in reliquis, ibi.

Filius militis absque ignominia missi, non excusatur à tutela propter patrem, † gl. neque eorum, in l. sed & milites, 10. §. 1. de excus. tut.

Filij in acie belli mortui cuiuscunque sexus, vel ætatis computantur in numero filiorum, qui excusant patrem à tutela, quia illi videntur per gloriam viuere, & etiam prosunt ad alia munera vitanda, & vt mater eorum possit adoptare, l. bello, 21. & ibi gl. 1. eo.

Filij adoptiui non proficiunt adoptanti, vt in numerum filiorum, qui solent excusare parentes, computentur, l. 1. §. 1. de vacatio.

Filiorum numerus non præstat excusationem ab onere patrimonij, d. l. 2. §. quæ patrimonij.

Filij incolumes etiam si in potestate patris esse desierint, præstant excusationem à muneribus ciuilibus, ibi.

Filij defuncti non prosunt ad excusationem munerum, nisi sint in bello mortui, l. fi. eo.

Filiorum 12. vel 16. numerus excusat à muneribus patrimonialibus & personalibus, sed numerus quinque filiorum excusat tantùm à personalibus, sed non à patrimonialibus, l. semper, §. demonstratur, & ibi gl. sexdecim, de iure immunitatis, & l. 1. & ibi gl. fi. C. de his, qui numero filiorum, lib. 10.

Filio propter legationem patris conceditur vacatio biennij à muneribus, quæ sumptum habent, sed non à muneribus, quæ solo ministerio, & sine sumptu obeuntur, l. filio, de legatio.

74 Filius decurio pro patre suscipiens legationis officium non excusatur, quominùs ordine suo legatus proficiscatur, pater tamen biennij vacationem munerum habet, cùm per filium legatione functus videtur, l. fin. eod.

Filiorum numerus supplet ætatem quoad decernendum honores, sed non quoad impediendam restitutionem, l. 2. & ibi glossa final. C. de in integr. restit. mino.

Filij non excusantur à muneribus personalibus sumptum non exigentibus propter infirmitatem patris, licet habeat curare patrem, sed bene à muneribus sumptum exigentibus, l. fi. & ibi gl. fi. C. qui morb. se excus. lib. 10.

Filiorum numerus non excusat quem ab honoribus nec à muneribus his cohærentibus, nisi filiorum numerus fuerit 12. l. 1. & ibi gl. fi. C. de his, qui numero liber. lib. 10.

Filius ab hostibus captus, & nondum reuersus ad excusationem munerum personalium, non prodest patri, secus si filius esset mortuus in acie belli, l. 2. & ibi gl. 1. C. eo.

Filij quinque in prouincia, quatuor in Italia, Romæ tres excusant parẽtes à muneribus personalibus, & à tutela: intellige quando filij sunt naturales, & legitimi, vel emancipati, aut in adoptionem dati, mares, vel fœminæ, & nati, non nasciturі, neque legitimi tantùm, neque naturales tantùm, glossa quinque, in l. 3. C. eodem, & l. 2. §. munerum, & ibi glossa determinatum, de excus. tutor.

Filiorum minor numerus, licèt posteà impletus, non prodest ad excusationem munerum personalium, gl. fi. in d. l. 3. C. de his, qui numero liber. lib. 10.

Filiorum numerus requisitus ad excusationem munerum adimpletur per nepotes ex filiis mortuis, sed non ex superstitibus, neque ex filiabus: intellige tamen, quòd plures nepotes ex vno filio pro vno filio computantur, ibid.

Filiorum emancipatorum diuitiæ non onerant patrem, l. cùm facultates, C. eod.

Filiorum numerus requisitus excusat matrem à muneribus personalibus, quæ fœminis pro sexus conditione inducuntur, l. pen. C. eod. tit. & lib.

Filiorum numerus excusat patrem à muneribus personalibus, sed non filium, qui in eo numero legitimæ ætatis inuenitur ad subeunda munera, l. fi. C. eod. tit. & lib.

Reliqua verbo, Excusatio, Tutela, 11. vsque 15. Tutor, 48. vsque 57. Munus, 12. vsque 16. Miles, 32.

75 FILIVS etiam potest dari curator patri furioso, si probus est, alioquin debet petere curatorem, gl. stipuletur, in l. si filius, rem pupilli saluam fore, gl. fi. in l. si furiosi, 25. C. de nuptiis, & gl. 1. in l. cùm heres, 52. de adq. her.

Filius, qui in potestate patris furiosi est, rem patris saluam fore, debet stipulari à curatore paterno, & adquirit patri obligationem, d. l. si filius, rem pup. sal. for.

Filiis dementis, vel furiosi contrahentibus legitimas nuptias tam dotem, quàm donationem ante nuptias pro facultatibus, & dignitatibus parentum debet dare curator, l. tam dementis, C. de Episc. aud.

Filij dementis, vel furiosi contrahentes matrimonium nihil debent dare tabellioni propter instrumenta confecta dotis, vel donationis, gl. fi. ibid.

Filij furiosorum negligentes curam parentum à successione eorum priuantur, licèt sint heredes scripti, deferenda ei, qui furiosum in domum suscepit, auth. liberi, C. eod.

Filij furiosorum negligentes si fuerint in curando patrem, si nullus procurauit, tunc filij sunt heredes, & ipsis aufertur hereditas, vt ab indignis, & fisco applicatur, glo. fin. ibid.

Filij patris furiosi remanent in ipsius patris potestate, l. si furiosi, 25. & ibi glo. 1. C. de nuptiis.

Filius furiosi potest contrahere matrimonium sine consensu patris, & dos, & donatio præstanda à curatore furiosi æstimari debet à iudice, & si filius ipse sit patri curator, alius specialis præstatur patri, ad hoc vt dos, vel donatio præstanda æstimetur à iudice, gl. fi. in d. l. si furiosi, eod. tit.

Filij furiosi, vel dementis si curam patris neglexerint, possunt exheredari ob id patre sanæ mentis effecto; extraneus, qui denunciatione in scriptis facta filii mandauit, quòd curam de patre furioso haberent, & eis negligentib. curam & diligentiam exhibuit furioso, ad eius successionem admittitur euacuato testamento, quoad institutionem filiorum, sed quoad alia omnia capitula in su firmitate manet testamentum, §. si quis de prædictis, in authent. vt cùm de appellatione, colum. 8.

Filij patris furiosi negligentes curam, etiam si alius extraneus ad curam eiu non se exhibuerit, excludũtur ab hereditate, etiam patre furioso mortuo sin testamento, † glo. neglexerint, ibid.

Filiusfamilias propter defectum patris, corpore, vel mente quædam facere potest, gl. manumittere, in l. cùm heres, 52. de adq. hered.

Reliqua verbo, Furiosus, 13. Curator, 20. inf. nu. 166.

FILII primi matrimonij habent condictionem ex lege vsque ad talem quantitatem quilibet, qualem dat secundo viro, glo. fi. in l. 1. C. de inoffi. donat.

Filij secundi matrimonij si adierint hereditatem vtriusque parentis, non admittuntur ad eam filij primi matrimonij cum filiis secundi, sed si adierint fil secundi matrimonij hereditatem illius tantùm parentis, qui lucrifecerat donationem, vel dotem, admittuntur ipsi ad eam donationem, vel dotem cum filiis prioris matrimonij, l. nec prosit, in l. 4. C. de secund. nuptiis.

Filij primi matrimonij possunt petere ea, quæ pater, vel mater lucrati sunt e priori matrimonio, siue adierint hereditatem parentis priùs decedentis, siu non adierint; dummodò non adeant hereditatem parentis posteriùs morientis, d. l. 4. §. in his, & ibi gl. fi.

Filij primi matrimonij possunt vendicare res, quas mater in primo matrimoni accepit à patre, vel quas pater à matre dissoluto matrimonio morte vnius illorum, licèt illi filij non fuerint heredes patri, vel matri, dummodò non sin ingrati circa vtrumque vel posterius decedentis, ibi. & auth. res, C. eod.

Filij primi matrimonij tenentur præstare fideiussionem de restituendo res mo biles, quas mater eorum lucrata est à primo viro eidem matri filiis au filiab. ex alio matrimonio ab ea procreatis in casum, quo ante eandẽ matren omnes filios prioris matrimonij obire contigerit, quo casu tenentur restitue re easdẽ res condictione ex lege, vel reiuendicatione, si extant, aut ex stipulatione, quæ interposita est, l. hac edictali, §. his illud, & ibi gl. restituantur, C. e

Filij prioris matrimonij sunt domini lucrorum, quæ mater consequuta fuit primo viro, si ipsa ad secundas nuptias conuolauerit, nec dicuntur habere iu hypothecæ in illis bonis, † gl. facultatib. in d. l. hac edictali, §. in omnib.

Filius vnus ex filiis prioris matrimonij ante secundas nuptias patri vel post, mortuus fuerit relictis filiis, vel nepotib. portio sua non ad fratres, vel ad patrem, vel matrem, sed ad filios, vel nepotes suos pertinet, qui siue vnus, siu plures sint, eam tantummodò partem vendicare possunt, quæ mortuo com petiuit, l. si quis prioris, 8. C. eod.

Filio pro conseruandis bonis maternis sunt obligata bona fratris transeuntis a secundas nuptias, licèt filius ille sit in eius potestate, d. l. si quis, §. in illo.

Filiis primi matrimonij, quibus nihil relinquitur à patre, vel à matre, sed totum secundo viro, vel vxori datur, non competit querela, cùm habeant condictionem ex lege, vel ex authentica, vt totum eis restituatur, ita tamen, quòd filij secundi matrimonij non defraudentur in quarta sibi debita, glo. 1. in authen si tamen, C. eod.

Filij prioris matrimonij præferuntur in dote materna nouercæ suam dotem re petenti, vel eius liberis, quando nihil ex dote secunda apparet, nam in apparenti præfertur mulier, cuius dos fuit, auth. si quid, C. qui potiores.

Reliqua verbo, Dos, 54. 55. Mater, 16. Mulier, 33. vsque 41. Materna, Pater, 46.

FILIVS liberti, & ipse libertus si simul perierint, filius præsumitur priùs decessisse propter patroni reuerentiam, & ideò intestati liberti legitima defertu patrono, nisi probetur filius superuixisse patri, l. qui duos, §. 1. & ibi gl. filios, d reb. dubiis.

Filius pubes, qui vno actu cum patre decessit, præsumitur superuixisse patri, & e testamento sit heres, & filij hereditas successoribus eius defertur, nisi contrarium probetur, d. l. qui duos, §. fi.

Filius impubes, qui cum patre, vel matre vno actu decessit, præsumitur priùs de cessisse, nisi contrarium probetur, ibi. & l. si mulier, eod.

Filius pubes si simul cum matre, vel patre naufragio, vel ruina perierit, priùs di citur matrem, vel patrem decessisse, & filium superuixisse, vt sic seruetur ord mortalitatis, nisi ratio singularis suadeat contrarium, vt pro patrono, vel qu sit impubes, l. cum pubere, & ibi glossa 1. & l. seq. eo. l. ex facto, 17. §. penultim ad Trebell.

Filius patris muti, aut surdi potest manumittere seruum patris iussu eius, vel nu tu, aut literis, l. surdi, 10. de manumis. vindicta.

Filius vt manumittat seruum patre permittẽte, oportet, quòd pater duret in ea dem voluntate, vsque ad dationem libertatis, quòd si mutata voluntate ded libertatem, non dicitur patre volente manumisisse, nisi filius tanquàm procu rator constitutus in rem suam manumisisset, l. si pater, & ibi glossa no sit, eodem.

pro Filio meo si quis mihi soluat mandato filij, competit soluenti mandati de peculio, sed si soluit sine mandato, competit ei actio negotiorum gestorum, l. 3. §. si filiusfamilias & ibi gl. soluisset, de peculio.
ob Filij contumaciam non fit exequutio in peculium profectitium, nisi pater velit, at in sententia lata in ciuili fieri potest exequutio, l. &, si condemnatus, 35. in add. marg. de noxali. actio.
Filiusfamilias si sit studiosus, & pater sit pauper, tunc bona, quæ talis filius habet, præsumuntur aduentitia, & non quæsita ex re patris, glo. 3. in l. cùm oportet, C. de bonis, quæ liberis.
Filiusfamilias in profectitiis potest tantùm nomine patris appellare, l. ex consensu, 23. §. 1. de appell.

Reliqua verbo, Pater, 9. 10. 11. Peculium, per tot.

85 FILIVSFAMILIAS in castrensi, vel quasi castrensi peculio iure patrisfamilias fungitur, & super eo iurat ipse de calumnia, & non pater, quo casu petita venia agit, l. adoptiuum, & ibi gl. 2. de in ius vocando.
Filius in potestate militans, quæ ob eam causam accepit ex dono à patre, vel à matre, vel ab aliis propinquis, vel amicis, & quæ ei occasione militiæ sunt quæsita, in castrensi peculio numerantur, l. 1. C. de castrensi pecul. lib. 12.
Filio in potestate militanti delata hereditas matris in militia non numeratur in castrensi peculio, ibid.
Filia in potestate militanti donatum prædium non est castrensis peculij, ibid.
Filiifamilias peculium castrense proprium habent, nec in eo vllum ius patris est, l. 3. C. eo. l. ex nota, de castrensi pecul.
Filiofamilias militante defuncto, eius peculium dicitur remanere penes patrem, & non dicitur hereditas quæri patri, hodiè tamen dicitur pater succedere filio in castrensi peculio, & dicitur esse eius heres, l. pe. & ibi gl. 1. C. e. tit.
Filiifamilias in peculio castrensi vel quasi funguntur vice patrumfamilias l. 2. & ibi gl. 1. ad Maced. gl. fi. in l. si dubitet, 11. §. fi. de fideiuss. gl. castrense, in l. filiusfamilias de procurat. & gl. 2. in l. si filius pro patre, 12. C. de negot. gest.
Filius stipendia, & salaria, & cætera castrensia bona, etiamsi in potestate sit, præcipua debet habere, l. si [illegible] § idem Papinianus, pro socio.
Filiusfamilias quoad peculium castrense, vel quasi non videtur habere patrem, gl. [illegible], l. cùm hic [illegible], 32. § si filiusfamilias de donat. inter vir.
Filiofamilias serui quæsiti in castris non computantur in familia patris, & ideò pater tales seruos suo manumittere non potest, l. serui, quos, 17. de manumiss.
86 Filiofamilias si nouerca dederit pecuniam ad castrenses, vel militares res emendas, illæ res emptæ ex ea pecunia sunt castrensis peculij, l. 3. de castrensi pecul.
Filiusfamilias miles debet habere præcipua ea, quæ detulit secum in castra, concedente patre, l. 4. C. eod.
Filiusfamilias etiam inuitó patre habet semper actionem, & persequutionem castrensium rerum, d. l. 4. §. 1. reprob. gl. imponenda, ad fi. in l. fin. in princ. C. de bo. quæ liberis.
Filiofamilias militi datum ab vxore non causa militię non dicitur castrensis peculij, secus si fuisset datum causa militiæ, l. si militi, 6. de peculio castrensi.
Filius habens castrense peculium tenetur vxori agenti de dote, vel alia actione inquantum facere potest, l. si castrense, eod.
Filiusfamilias ex castrensi peculio tenetur non solùm creditoribus castrensibus, sed etiam non castrensibus, & ita vxori, & alij cuilibet tenetur inquantùm facere potest, ibid.
Filiusfamilias militis vxor, vel cognatus, vel alius non ex causa militiæ notus, si donauerit ei aliquid, vel legauerit, & expresserit nominatim, vt in castrensi peculio haberet, id non dicitur castrensis peculij, secus si ex causa militiæ notus donasset, vel legasset ei, l. si forté, eod.
Filiusfamilias miles testamento facto captus ab hostibus si ibi decesserit, eius bona castrensia pertinent ad scriptos heredes, qui si noluerint, apud patrem remanet peculium, l. filiusfamilias, 14. eod.
Filiusfamilias miles testamento facto captus ab hostibus si ibi decesserit, id quod adquisitum est ex stipulatione, vel ex alia causa à seruo castrensis peculij, interim dum heredes scripti deliberant, pertinet ad eos, si adierint hereditatem, sed si non adierint, de rigore non vadit illud adquisitum ab illo seruo ad patrem, licèt peculium stet apud ipsum, tamen de æquitate vadit etiam illud ad ipsum patrem, ibid.
Filiusfamilias miles, quod ex causa peculij castrensis stipulatur, sibi adquirit, sed quod ex alia causa, tunc patri adquirit, l. pe. militi, 15. §. si seruus, eo.
Filiofamilias habenti proprietatem serui ex castrensi peculio adquiritur serui illius vsusfructus, quem paterfam. habebat, & amisit, d. l. pater militi, § fina.
87 Filiusfamilias miles si sit institutus ab agnato commilitone suo ante militiam, illa hereditas non efficitur castrensis peculij, sed si post militiam eum instituit, tunc secus est, l. pen. eod.
Filiusfamilias quondam miles nunc veteranus si decesserit facto testimonio de castrensi peculio ignorans patrem suum decessisse, institutus in castrensibus habebit etiam bona patris, d. l. pe. §. filiusfamilias de castro peculio.
Filiusfamilias hodiè plenum ius habet in bonis castrensib. vel quasi, in quib. pater, vel auus, nec vsumfructum habent, l. cùm oportet, C. eod.
Filiusfamilias militans inermi militia, putà aduocatione, vel officio silentiariatus, illud, quod adquirit ratione militiæ appellatur quasi castrense, adeò quòd illud potest sibi retinere, etiam inuito patre, nec tenetur fratribus conferre post mortem patris, l. fi. C. de silent. lib. 12.
Filiusfamilias manumittens seruum castrensis peculij non videtur se immiscere, quia seruum proprium non paternum manumittit, l. si pupillus, 42. §. fin. & ibi gl. pe. & fi. de adq. her.
Filiusfamilias miles si decesserit intestatus bona eius castrensia, non quasi hereditas, sed quasi peculium patri deferuntur, si autem testamento facto decesserit, tunc pro hereditate habetur peculium castrense, l. 1. & 2. de castrensi pecul.
Filiofamilias militi decedenti ab intestato in castrensi peculio non fit heres pater eius, fit tamen heres illis, quib. filius miles fuit heres, d. l. 1. eod. tit.
Filiofamilias condemnato morte naturali, vel amissione ciuitatis, vel libertatis, non publicatur peculium etiam castrense, glo. 1. in l. 1. de bonis damnatorum.

Reliqua verbo, Peculium, 14. 15 16. Pater, 10. 11.

88 FILIVSFAMILIAS habens liberam peculij administrationem potest aduersario deferre iuramentum, vel ipsi delato iurare, & actio, vel exceptio competit domino, vel contra dominum, l. cùm quidam, 22. cum trib. seq. de iureiu.
Filiusfamilias habens peculij administrationem si rem in id, quod debebat, dederit, datur patri soluto debito vtilis pigneratitia, aliàs hypothecaria datur creditori, cùm eam alienare possit, gl. pe. in l. naturaliter, & ibi gl. pe. de cond. ob turp. cau.
Filiusfamilias vel seruus etiam habentes liberam peculij administrationem, donare, vel obligare non possunt, l. sicut, §. an pacisci, quib. mo. pig. & l. 1. §. 1. quæ res pignori.
Filiusfamilias vel seruus non possunt liberè remittere pignus, quod acceperant pro rebus peculiaribus, sed bene accipiendo pretium pignoris, quasi venderent, d. §. an pacisci.
Filiusfamilias cui mandaui, vt aliquid exigeret, si emancipatus exegerit, tenetur mihi perpetuò actione mandati, pater vero eius tenetur mihi [illegible] tempore emancipationis actione de peculio, l. quod filiofamilias, 61. & 12. § 1. & 2. mandati.
Filiusfamilias habens administrationem peculij non potest donare, nisi [illegible] ratione motus, veputà magistro, vel quando ex [illegible] est concessum hoc, vel quando est filius Senatoris, vel de castrensi, vel quasi, in quibus [illegible] potest donare, gl. non habere, in l. contra iuris, §. si filius, de pactis, l. filiusfamilias, [illegible] de don. l. 1. §. 1. & ibi gl. administratione, quæ res pign.
Filiusfamilias si castrense peculium vxori donauit, morte filiifamilias confirmatur donatio, l. cùm hic status 32 § si filiusfamilias de donat. inter vir. et vxo.
Filiusfamilias vt possit donare causa mortis eius patri, non requiritur eiusdem patris authoritas, sed sufficit eiusdem consensus, & permissio, gl. rem, in l. 1. de authorit. tutor.
Filiusfam. secundum iura noua eo casu, quo pater non succedit filio vel succedit cũ aliis, pôt donare causa mortis ipsi patri, vel seruo patris [illegible] patris, ib.
Filiusfamilias patre expresse permittente, potest donare causa mortis nõ tamen potest simpliciter donare gl. nihilo, in l. qui in potestate, 6. de testamen.
Filiusfamilias manumittens seruum de castrensi peculio patronus est, & vt patronus habet contra eum [illegible] l. 3. §. si quis filiusfamilias, de bo. libert.
Filius in potestate res ex causa aduentitia adquisitas alienare non potest, l. 3. & ibi gl. 1. C. de patria potesta.
Filiusfamilias vel seruus potest rem peculiarem obligare in vtilitatem ipsius peculij non aliàs, gl. habeant, in l. 1. §. 1. quæ res pign.
Filiusfamilias seruum peculiarem manumittere non potest, pôt tamen manumittere iussu patris, & manumissus dicitur libertus patris, l. filiusf. de iure patr.
Filiusfamilias potest donare iussu patris, & tenetur ipse insolidum, licet aliàs sine consensu patris donando non possit diminuere peculium, ipse tamen pater tenetur quod iussu, l. 2. & ibi gl. 2. de don.
Filiusfamilias pro donatione à se facta si patrem dederit fideiussorem, valet donatio, & pater conueniri potest ex stipulatione gl. 3. ibid.
Filiofamilias non conceditur libera peculij administratio, ad hoc vt illud perdat, & sic donec, l. filiusfamilias, [illegible] de donat.
Filiusfamilias habens liberam peculij administrationem potest donare matri, & similibus personis coniunctis, [illegible] administratione, ibid.
Filiofamilias Senatoris, vel clarissimæ dignitatis, concessa videtur facultas etiam donandi ex eo, quod sibi libera peculij administratio concessa est, ibid.
Filiusfamilias habens liberam peculij administrationem non potest donare ex causa mortis sine expressa patris concessione, d. l. filiusfamilias, §. fi.
Filiusfamilias habens peculium castrense, vel quasi potest donare inter viuos, & etiam causa mortis, cùm testamenti factionem habeat, ibid.
Filiusfamilias in peculio castrensi, vel quasi habet testamenti factionem, tam actiuam, quam passiuam, d. §. si & ibi gl. fi.
Filiusfamilias habens peculium, licet possit donare causa mortis, non tamen potest legare etiam patris voluntate, cùm testari non possit etiam eius voluntate, d. § si & ib. gl. possit.
Filiusfamilias habens peculium aduentitium non potest donare sine patris voluntate, etiamsi patri non paretur præiudicium in peculio quoad vsumfructum, † gl. fi. ibid.
Filiusfamilias quando donat patris iussu, aut voluntate, perinde est, ac si ipse pater donasset, siue sit res patris, siue filij, l. in ædib. 9. § pe. eod.
à Filiofamilias facta donatio causa mortis, patre permittente, dicitur vltima voluntas, non codicillus, gl. patris, in l. tam is, qui, 25. § si de donatio. causa mort.
Filiusfamilias donare non potest, gl. si in l. fi. C. ad Maced.
Filiusfamilias potest donare causa mortis patri, in cuius est potestate, non authoritate patris, sed authoritate iudicis, gl. ii in ad. in l. si furiosi, 25. C. de nup.
Filiusfamilias circa patris voluntatem non potest remittere pignus, vel precarium, quamuis in eis non habeat dominium, quia in hoc præiudicaret patri fructuario, gl. dominium, in l. si §. vbi autem, C. de bonis, quæ lib.
Filiusfamilias si donat causa mortis consentiente patre, morte solius filij confirmatur donatio, gl. fi. in l. pe. C. de don. cau. mor.
Filiusfamilias bona, in quibus non quæritur vsusfructus patri, potest donare causa mortis sine patris consensu, auth. vt liceat matri, & auiæ, in princ. & ibi gl. disponere.
Filiusfamilias potest donare causa mortis patre consentiente, sed non potest testari, gl. super contractibus, in l. hac edictali, §. fi. de pace tenenda, & gl. permiserint, in prin. Inst. quib. non est permissum facere test. 9
Filiusfamilias habens liberam peculij administrationem potest rem peculiarem pignori dare, & etiam vendere, sed non alienare, l. si conuenerit, §. fi. & ibi gl. fi. cum l. eadem, de pign. act.
Filiusfamilias non potest impedire patrem disponere, quomodo voluerit de quæsitis ex vsufructu bonorum aduentitiorum filij sibi competenti ratione potestatis, l. cùm oportet, §. nos autem, C. de bon. quæ liber.
Filiusfamilias nullius rei alienationem habet sine voluntate patris, nisi castrense peculium habeat, l. 2. C. de castrensi peculio, lib. 12.
Filiofamilias si fuit dos data, soluto matrimonio mulier præfertur in peculio cæteris creditoribus, l. ex facto, 52. §. fi. de peculio.
Filiusfamilias cui dos data est, dotis actione tenetur insolidum, & de iure ci-

quòd profectitia, pertinent pleno iure ad patrem, aduentitia tamen pertinent tantùm quoad vsumfructum; quoad proprietatem tamen pertinent ad ipsum filium, §. igitur liberi, Institut. per quas personas nobis adqui.

Filiusfamilias, non adquirit patri ea, quæ ex delicto adquisiuit, glo. adquiritur, in add. marg. in §. in potestate, Inst. de iure personarum.

Filiusfamilias adquirit vsumfructũ patri, præterquàm in castrensibus, vel quasi, in quibus nec quoad proprietatem, neque quoad vsumfructum patri adquiritur, in princ. & ibi gl. 1. Instit. per quas personas nobis adquiritur.

Filius si mutuet post emancipationem adquiritur sibi actio, licèt tempore patriæ potestatis fuerit stipulatus, l. si debitori, 47. §. fi. de fideiussor.

Filius si ex patris pecunia vsuras quæsierit, vel quæstus illicitos fecerit, illos non quærit patri, nec fratribus tenetur communicare, glo. adquiritur, in add. marg. in §. in potestate, Inst. de iure perso.

Filius quando ex pecunia paterna multa lucrifecit, non tenetur patri lucrum præter sortem tradere, vt eius fiat, l. ex annuo, 16. §. fi. in add. marg. de donat. inter virum.

Reliqua verbo, Pater, Adquisitio, 11. 12. 13.

97 FILIVS in alia actione quàm dotis insolidum condemnatur etiam vltra peculium, gl. condemnandus est in l. si filiofamilias, 53. soluto matrimonio.

Filius condamnatur in actione de dote, in quantùm peculium facere potest, non deducto, quod patri debetur, & prodest hæc condemnatio, licèt pater stati m adimat ei peculium, quia tunc pater potest conueniri actione in factum de re iudicata, de peculio, quòd prius non poterat, item quia filiusfamilias factus sui iuris, potest ex hac sententia conueniri, neq; exiguntur aliæ probationes. item quia currunt vsuræ post quadrimestre tempus, sed quando pater ei non adimit, fit exequutio in peculio, ibi.

Filiusfamilias potest condemnari, & durante patria potestate fit exequutio, in peculio, si à patre ei non adimatur, ibi.

Filiusfamilias ratione delicti sui si fuerit in iudicio absque consensu patris, & sit condemnatus, exequutio fit in bonis castrensibus, vel quasi, & in profectitiis: sed in aduentitiis non fit, nisi patre volente, l. &, si condemnatus, 35. & ibi gl. 1. de noxalib.

Filius ratione delicti sui si fuerit condemnatus, post condemnationem conueniri potest eius pater in profectitiis bonis filij, gl. 2. ibi.

Filiusfamilias contra quem petitur exequutio instrumenti, effectus sui iuris, habet exceptioné beneficij edicti, quod cum eo, qui in aliena potestate, scilicet vt conueniatur in casibus quibusdam, inquantùm facere potest, l. si filiusfamilias in addi. margin. quod cum eo, qui in aliena potestate.

Filiusfamilias conuentus ex causa, quæ patrẽ de peculio non obligat, veluti ex maleficio, si condemnatus sit, pater tenetur de peculio actione in factum de re iudicata, non inspecta origine primæ actionis, l. 3. §. idem scribit, de peculio.

Filiusfamilias defendens aliquem si condemnatus sit, eius pater tenetur de peculio actione in factum de re iudicata, ibidem.

Filiusfamilias non tenetur de antè gesto, nisi quatenus factus est locupletior, gl. 1. in l. Pomponius, 2. de neg. gest.

Filiusfamilias ex omni causa sine iussu patris obligatur præterquàm in voto, & in Macedoniano, & ideò in illis non restituitur, gl. si sit obligatus, in l. 3. §. sed vtrùm, de minorib.

98 Filiusfamilias ob dolum suum condemnatur, etiamsi nihil habeat, exequutio tamen fiet, cum aliquid habebit, gl. condemnabitur, in l. quòd si minor, §. si seruus, eod.

Filiusfamilias constituens, se soluturum tenetur ipse, & obligat etiam patrem de peculio, l. 1. §. de peculio, de const. pecun.

Filiusfamilias ex omnibus causis obligatur, sicut paterfamilias glo. teneri, & ibi gl. sicut, in l. tenetur, §. si filiusfamilias de act. emp.

Filiusfamilias in casibus, in quibus patrem obligat, si mentitus sit se patrem familias esse, cùm esset in patris potestate, insolidum tenetur, etiam si eum pater emanciparet, vel heredaret, l. 4. §. interdum, quod cum eo, qui in aliena po.

Filiusfamilias non tenetur cum effectu ex voto, vel mutuo, neque pater tenetur eius nomine, gl. in rub. ad Macedo.

Filiusfamilias fideiubendo, compromittendo, & contrahendo, siue in causam peculij, siue extra eam indistinctè obligat patrem de peculio, l. 3. §. sed si filius, de peculio.

Filiusfamilias constituendo se pro patre non videtur in rem patris vertere, cùm non ob id liberet patrem, sed si posteà soluerit constitutum, licèt pro se videatur soluisse, eò quòd se constituit, tamen in rem patris dicitur tunc vertere, cùm liberet patrem, l. filiusfamilias, de in rem verso.

Filiusfamilias ante & post emancipationem potest se obligare, gl. finitam, in l. si id, quod, 58. §. fi. pro socio.

Filiusfamilias ex suo contractu si insolidum se obligauerit, pater verò ex eius persona quod iussu, vel de in rem verso, vel de peculio, pater si moram fecerit, & ex mora sua conueniatur, non tenetur vllo modo ad vsuras, datur tamen in filium actio, vt quod minus à patre ex sorte actor consequutus sit, hoc filius præstet, sed de interitu tenetur ipse pater post suam moram; sed si filius moram fecerit, poterit actor agere, vel cum ipso filio insolidum, vel cum patre tantùm de peculio, quod iussu, vel de in rem verso, si talis erat contractus, qui etiam post moram in patrem etiam producatur, licèt res debita intereat, † l. mora, 32. §. 3. & ibi gl. non tenetur, & gl. duntaxat, de vsu.

99 inter Filiumfamilias & eius patrem rectè consistit obligatio ciuilis in bonis aduentitiis, † gl. fi. in l. 4. C. de pactis conuen.

Filiusfamilias excepto patre, potest aliis vtiliter obligari ex omni causa, & conueniri potest insolidum durante patria potestate, authoritate tamen patris interueniente, ad quod pater compellitur officio iudicis, nisi in sex casibus, in quibus sui iuris factus tenetur tantùm, inquantùm facere potest, §. item inutilis, & ibi gl. obligari, Instit. de inutilibus stipul.

F[illegible]familias non obligatur in voto facto Deo, vel reipublic. glossa obligari, ibidem.

[illegible] obligatur de iure canonico in voto religionis, & in matrimonio, [illegible] gl. obligari, in add.

[illegible] pubes in potestate patris constitutus etiam cum authoritate patris non potest obligari, §. pupillus, Instit. eod. & gl. quæsita, in l. si infanti, 18. C. de iur. delib.

Filius pubes in potestate patris constitutus potest obligari, ac si esset sui iuris, nisi in voto, & in mutua pecunia, glo. impubes, ibi. & §. illud, in add. marg. Instit. quod cum eo, qui in alien. potest.

Filius impubes existens in potestate patris, eo authore potest adire, vel adquirere hereditatem sibi delatam, licèt per adquisitionem hereditatis creditoribus obligetur, quia tunc non est mera obligatio, sed commodum, gl. quæsita, in l. si infanti, 18. C. de iure deliberandi.

Filius emancipatus etiam maior 25. ann. inuito patre rem patris non potest obligare, gl. 1. in l. 4. C. si res aliena pignori.

Filius in patris potestate etiam maior 25. ann. inuito patre rem patris, neque peculiarem obligare non potest, d. l. 4. & ibi gl. fi. ibid.

Filius factus sui iuris tenetur ex antè gesto, sed seruus liber factus non tenetur de antè gesto, gl. 1. in l. 4. C. quod cum eo, qui in aliena.

Reliqua verbo, Actio, 106. Pactum, 47. inf. num. 126.

FILIVSFAMILIAS habens peculium si contraxit debitum pro illa quantitate, pro qua illud peculium peruenit ad aliquem, pro illa quantitate transit onus debitorũ, & non in plus, l. frater à fratre, vers. nõ minùs, de cõdict. indeb.

cum Filiofamilias habente peculium si extraneus contraxerit, obligat sibi filium insolidum, patrem verò obligat tantum de peculio, d. l. frater, versic. si extraneo.

ex Filiifamilias contractu tantùm datur actio de peculio in patrem, sed non ex delicto filiifamilias, l. 1. §. hæc autem, de his, qui deiecer. vel effud. gl. ex qua, in l. 3. §. sed si filius, de peculio.

Filiusfamilias vel seruus si voluntate domini, vel patris expressa, vel tacita, & in corde retenta nauem exerceat per magistrum ex contractu gesto, cum magistro tenetur insolidum ipse paterfamilias, vel dominus exercitoria actione, l. 1. §. si is, qui nauem, & ibi glo. si is, qui, & l. si tamen, §. fin. & ibi add. marg. de exercitoria.

Filiusfamilias vel seruus si negotietur in merce peculiari voluntate domini expressa, vel tacita, tenetur dominus, vel pater tributoria, non in solidum, sed quatenus peculiares merces patiuntur, in quibus negotiatur, d. §. si is, qui nauem, & ibi glossa si is, qui, & glossa, sed & si, in l. procuratoris, §. sed & si, de tributoria.

Filiusfamilias vel seruus si sciente tantùm patre, vel domino, sed non volente, nauem exerceat per magistrum, ex contractu gesto cum magistro non tenetur dominus, vel pater insolidum, sed tantùm quatenus res peculiares patiuntur, ibidem.

Filiusfamilias vel seruus si contrahat voluntate patris, vel domini expressa, vel tacita, tenetur pater, vel dominus insolidum, si agatur contra eum quod iussu, sed si agatur tributoria, tenetur tantùm, quatenus res peculiares patiuntur, gl. si is, qui nauem, & ibi gl. voluntatem, ibid.

Filiusfamilias vel seruus ex cõtractu cum eo celebrato, dum est in potestate, insolidum tenetur, si iussus patris, vel domini interuenit, vel si iussus non interuenit, sed in rem patris, vel domini versum est, vel si non est versum actione de peculio; sed sui iuris factus, vel exheredatus, vel si institutus abstinuit, tenetur tantùm, inquantùm facere potest, l. 1. & 2. & ibi gl. 1. & add. mar. quod cum eo, qui in aliena.

Filiusfamilias sui iuris factus per dignitatem adeptam, vel si datus sit in adoptionem, & deinde pater naturalis decessit, vel si in minima parte sit heres institutus, inquantùm facere potest, & non in plus tenetur ex contractu gesto iussu patris, vel quando in rem patris vel in peculium versum est, d. l. 2.

cum Filiofamilias iussu patris intercedente si plures contraxerint, vel in rem patris, vel in peculium vertendo, melior est conditio creditoris occupantis, nisi aliquis eorum sit priuilegiatus, vel contraxerit cum filiofamilias facto maiore, l. 3. eod.

Filiusfamilias cùm contraxerit aliter, quàm in mutuo, ex quo contractu pater erat obligatus de peculio, si mortuo filiofamilias creditor acceperit fideiussorem pro illo, tenet fideiussio, l. creditorem, & ibi gl. pe. ad Maced.

Filiusfamilias vt compromittere possit, requiritur consensus patris, quando agitur ex sententia arbitri tanquàm ex iudicio, sed qñ agitur ex contractu, tunc non requiritur consensus patris, † l. 3. §. sed si filius, & ibi add. mar. de peculio.

Filiusfamilias ex suo contractu, siue dum est in potestate, siue sui iuris factus regulariter tenetur insolidum, sed eius pater tenetur tantum de peculio, † l. si quis cum filiofamilias, 44. & ibi gl. 1. eod.

Filiusfamilias ex suo contractu tenetur insolidum, etiamsi pater ei ademerit peculium, l. ideóque, 45. eod.

Filiusfamilias si in rem paternam contrahat patre iubente, vel ratum habente, contra patrem datur insolidum quod iussu, & de in rem verso; sed si in rem peculiarem contrahat, datur tantùm actio, quod iussu, † glo. quod iussu, in l. si res, de in rem verso.

Filiusfamilias ex contractu licito insolidum obligatur, & etiam conuenitur viuente patre, & durante paterna potestate, l. si ex a[illegible], 9. C. quod cum eo, qui in aliena.

Filiusfamilias pubes tenetur seruare iuramentum factum spontè super contractibus rerum suarum, gl. item sacramẽto, in l. hac edictali, § fi. de pace tenenda.

Filiusfamilias minor si iurauerit patri contrahendo cum eo, cum renunciauerit bonis maternis, sicut plerique faciunt, non tenet renunciatio, glo. super contractus, ad fin. ibid.

Filiusfamilias si negotia alicuius gessit, datur actio negotiorum gestorum in filium, & etiam in patrem, siue peculium habeat, siue in rem patris verterit, siue non verterit, nec habet quicquam in peculio, quia tenetur actione nego. gest. licèt nihil sit in peculio, l. si filiusfamilias, de negot. gest.

Filiusfamilias miles potest contrahere etiam sine volũtate patris super castrensibus, & tunc pater mortuo filio, si filius fuit deceptus, potest restitui, l. non solùm, & ibi gl. siue filiifamilias de restitutione in integ. [illegible]

Filiusfamilias vel seruus si voluntate patris vel domini contrahat accipiendo mutuum, & decipiantur, eis defunctis pater vel dominus non restituuntur, ib.

[illegible]familias ex eo, quòd faciat contractum patre præsente, & consentiẽte, non

ex eo

eadem,l.actione,65.§.societas,& ibi gl.quemadmodum,eod.

Filiusfamilias patris actionem, vel etiam suam non potest nouare patre ignorante,l.filius,23.& ibi gl.1. de nouatio.

Filiusfamilias vel seruus faciendo conditionem patris,vel domini meliorem,vt de inope ad diuitem,potest nouare,sed non potest faciendo deteriorē, d.gl.2.

Filiusfamilias habens liberam administrationem potest nouare,ibid.

Filiusfamilias vel seruus habentes liberam administrationem peculij, habent etiam potestatem nouandi peculiaria debita,maximè si meliorem suam conditionem eo modo faciant,l.fi.eod.

Filiusfamilias vel seruus etiam habentes liberam administrationem peculij non possunt nouare animo donandi,ibid.

Reliqua verbo,Nouari,Depositum,2.

110 Filiofamilias debitoris per Macedonianum non tollitur obligatio ciuilis, nec naturalis,sed paratur ei exceptio,† Doct.reprob.gl.1. in fi.in l.si reus, 20. de condictione indeb.

Filiofamilias si patre permittente & mandante mutuatum sit, & posteà filius in minima parte heres extiterit patri, mutuans potest conuenire insolidum vel filium,vel heredes omnes,pro qua parte quisque successit, sed filius condemnatur tantùm,in quantùm facere potest,l.pen.quod cum eo,qui in aliena,l.2. C. ad Maced.

Filiofamilias si quis mutuauerit pecuniam patre existente apud hostes, interim denegatur actio mutuanti, & sic cessat Macedonianum, sed postquàm rediit pater,& filius in eius potestatem recidit,mutuanti datur actio,sed exceptione Macedoniani repellitur,l.1.§.1.ad Macedon.

Filio arrogato si mutuatum sit,competit Macedonianum, etiam si posteà restitutus sit,vt emanciparetur,ibid.

Filiofamilias habenti peculium castrense,vel quasi,si mutuetur, cessat Macedonianum vsque ad quantitatem peculij,d.l.1.§.fi.cum l.seq.& ibi glo.1.eod.

Filiusfamilias habens peculium castrense, vel quasi, si mutuum accipiat præsumitur semper in eam causam accipere,& ideò non competit Macedonianum, gl.1.in l.2.eod.

Filiofamilias si quis credens eum esse sui iuris,ductus vana simplicitate, vel iuris ignorantia mutuauerit,competit ei Macedonianum, secus si iusto errore credidit eum sui iuris, vt quia vt paterfamilias publicè omnia agebat, quo casu rectè non potest competere restitutio ei,sed nō Macedonianum, l.3.eo. & gl.2.in l.2.C.de filiofamilias minore,& l.1.& ibi gl.2.l.2.C. ad Macedo.

Filiofamilias conductori vectigalium si mutuatum sit, cessat Macedonianum, ibi,d.l.3.ad Macedon.

Filiusfamilias an sit ille,cui mutuatum est,si mutuans,quia erat minor, vel pupillus scire non potuit,cessat Macedonianum, quia minori mutuanti per beneficium ætatis succurritur,ibid.

111 Filiofamilias si mutuauerit pupillus sine tutore,cessat Macedonianum, quia accipientis pecuniam non facit, ibid.

Filiofamilias si quis vendidit, locauit, vel alio modo contraxit, cessat Macedonianum,nisi in fraudem S. C. venderet, vt ipse filius posteà venderet, & pretium acciperet,& haberet loco mutui,l.4 eod.

à Filiofamilias si stipulatus sim, quod ipse filius confitebatur se recepisse mutuò si posteà sibi facto sui iuris mutuatam accipiat id ipsum quod confessus erat non competit Macedonianum,quia pecunia iam patrifam.data est, d.l.4.§.fi.

Filiofamilias non licere credi hoc ad numerationem,non ad verba, vel stipulationem referendum est,gl.fi.ibid.

Filiusfamilias sui iuris factus si mutuam pecuniam accepit, insolidum tenetur, neque habet locum Macedonianum,d.l.4 §.fi.cum l.ergo, eod.

Filiusfamilias pro accipiente mutuum si fideiusserit, tunc nōn competit ei Macedonianum,l.item si filiusfamilias ad Macedon.

Filiusfamilias qui mutuam pecuniam erat accepturus, si dato alio reo fideiubeat pro eo,in fraudem S.C.videtur fideiussisse, & ideò tam ipsi filiofamilias quàm reo competit Macedonianum,l.sed Iulianus,eod.

Filiusfamilias patre suo longo tempore absente,si accepit mutuam pecuniam, vt sororem dotaret,cessat Macedonianum,si verò accipiendo pecuniam, pro dotanda sorore patris rem pignori dedit, res patris non tenetur pro illa pecunia,nisi filius patri heres extiterit, quia tunc si pignus persequi velit exceptione,doli mali submouebitur,d.l.sed Iulianus,§.1.eodem,& glossa 3.in l.2. C. eodem.

Filiusfamilias potest mutuum accipere in causam patris, licèt non possit res patris obligare, d.§.1.

Filiofamilias requiritur quòd mutuum fiat in pecunia,vt Macedonianum competat,nisi fraus interueniat,veluti si ei mutuetur vinum,oleum,vel quid simile,vt illis fructibus venditis pecunia vteretur, nam tunc habet locum Macedonianum,d.l.sed Iulianus,§.mutui datio, eod.

112 Filiofamilias existente in patris potestate si mutuum datum sit, habet locum Macedonianum,licèt posteà efficiatur alterius iuris,vt quia erat arrogatus ab aliquo,& idem si pater eius fuerit relegatus tempore, quo mutuum accepit, d.§.mutui datio,& ibi gl.in ciuitate.

Filiofamilias si quis mutuauerit, & alius, vt procurator stipuletur, aduersùs vtrumque datur exceptio Macedoniani, etiam si alteruter eorum ignorauerit eum ibi esse in potestate patris, vtrique enim alterius scientia nocet, d.l. sed Iulianus,§.non solùm.

Filiofamilias si quis mutuauerit, & alius iure delegationis stipuletur, exceptio Macedoniani non potest obiici ei, cui est delegatus, nisi lucratiuam causam habeat is,cui delegatio est facta,gl.aduersùs,ibid.

Filiusfamilias institor extranei si mutuam pecuniam accipiat in eam causam,in quam erat præpositus, si conueniatur,habet exceptionem Macedoniani, sed ipse præponens tenetur institoria,d.l.sed Iulianus,§.quanquàm.

Filiofamilias quam pater præposuit merci suæ, vel mercem peculiarem exercere passus sit,si mutuum accepit in eam causam,non habet Macedonianum,nisi pater nominatim prohibuerit mutuum accipere,ibidem.

Filiusfamilias si mutuam pecuniam,quam accepit,in rem patris vertat, non habet locum Macedonianum,etiam si ab initio non accepisset, vt in rem patris verteret,d.l.sed Iulianus, §.proinde.

Filiofamilias mutuans non pecuniam,sed fructum,vel aliam rem, & posteà i vendat illam,& pecuniam habeat,dicitur fraudem legi facere, glo.1.in l.n dubium, C.de legibus.

Filiusfamilias habens liberam peculij administrationem si mutuauerit filiof milias cessat Macedonianum,quia pecunia nōn fecit accipientis, & ideò p ter,si ea pecunia extat, vendicare potest, si consumpta sit, potest condice condictione sine causa,l.4.& ibi gl.vendicationem,ad Macedon.

Filiusfamilias ad soluendum debitum,quod patri debebat,si mutuam pecunia accepit patre ignorante,vel etiam sciente,habet locum Macedonianum, n pater fuerit in fraude, quia tunc tenetur de dolo, & etiam de peculio, l. si Iulianus,§.proinde,& ibi gl.ignorante, ad Macedoniahum.

Filiusfamilias si accepit mutuam pecuniam, vt in rem patris verteret, & ant quàm verteret,si perdidit eam,cessat Macedonianum,gl.in proprium,ibid.

Filiusfamilias absens si studiorum causa accepit mutuam pecuniam, cessat M cedonianum, si in mutuando non excessit probabilem modum, idest, ea quantitatem,quam pater solebat subministrare,d.§.proinde.

Filiusfamilias absens studiorum causa si accepit mutuam pecuniam vltra ea quantitatem, quam pater solebat subministrare cessat Macedonianum in e quod est vsque ad probabilem quantitatem,& in eo,quod excedit, habet lo cum Macedonianum,gl.si probabilem, ibid.

Filiusfamilias absens causa studiorum si accipiat mutuam pecuniam, cessat M cedonianum,etiam si pater diues nihil administrasset, vel non vsque ad pro babilem quantitatem,quia tunc inspicitur,quod debet consuescere,glos.sol bat,ibidem.

Filiofamilias absenti studiorum causa si mutuata sit pecunia vsque ad probab lem modum,pater tenetur illud ratum habere,cùm vtiliter sit ei mutuatū,il

Filiofamilias contra voluntatem patris existenti in scholis si mutuatum sit, te netur pater indistinctè vsque ad quantitatem, quam domi cum eo erat ex pensurus, in residuo etiam tenetur, si mutuans ignorauerat filium esse i scholis contra voluntatem patris, quod semper præsumitur, si verò sciat, tunc filius studeat,tenetur pater quasi vtiliter, si verò non studeat, non tene tur pater,ipse tamen filius rectè conuenitur,ibid.

Filiofamilias minori existenti in scholis si mutuatum sit vsque ad probabilem modum,tenetur pater & etiam filius,nisi restituatur,ibid.

Filiofamilias existenti in scholis si quis mutuauerit,tenetur pater mutuanti,eti si ipse pater misisset pecuniam filio,dummodò mutuans hoc ignoret,ibiden

Filiofamilias ad studium habili in scholis existenti si mutuatum sit, tenetur pa ter vsque ad modum probabilem,secus si non esset habilis,d.gloss. solebat, i additio.

Filiofamilias si mutuatum sit ad soluendum debitum, quod contraxit vender do,vel locando,cessat Macedonianum,d.l.sed Iulianus,§.fi.eod.

Filiusfamilias factus sui iuris,si rem pignori debuerit, cessat S. C. vsque ad pi gnoris quantitatem,l.sed si, eod.

Filiusfamilias vtriusque sexus competit Macedoniano, etiam si ex mutuata pe cunia comparata sint ornamenta, quia nihil interest pecunia mutuata exte in peculio,vel consumpta sit,d.l.sed si,§.hoc Senatusconsultum.

Filiofamilias mutuata pecunia ex eo, quod extet,non dicitur versa in rem pa tris,glo.extent,ibid.

Filiofamilias accipienti pecuniam, & etiam eius patri,aut fideiussori, vel man datori,competit Macedonianum,nisi intercesserint animo donandi, quo ca su,cùm nullum regressum habeant contra filiumfamilias non habent ipsi Ma cedonianum,d.l.sed si,§.fi.

pro Filiofamilias accipiente pecuniam si quis intercesserit non animo donandi sed voluntate patris, totus contractus à patre videtur comprobatus, & ideo tunc cessat Macedon.ibid.

pro Filiofamilias accipiēte pecuniam si quis intercesserit sine voluntate patris familias soluendo,non repetit à creditore,neque à filiofamilias,d.§.fin.& ib gl.non repetent.

Filiusfamilias vel eius fideiussor si mutuam pecuniam, quam accepit, soluerit omissa exceptione Macedoniani,non repetit, quia filiusfamilias ob pœnam creditorum actione liberatur,non ex eo,quòd lex eum exonerare velit,d.§.fi cum l.seq.& ibi gl.1.

Filiusfamilias qui mutuam pecuniam accepit, si conueniatur, & non opposita exceptione Macedoniani condemnatus sit posteà,nihilominùs potest vti exceptione Macedoniani exemplo mulieris intercedentis, quæ non opposita exceptione Velleiani condemnata, potest etiam post condemnationem opponere,l.tamen,si,eodem.

Filiofamilias si sciente patre mutuatū sit,non habet locum Macedonianum,nisi pater prohibuerit ei mutuari,l.si tamen,& ibi gl.1.eod.

Filiofamilias mutuanti si iusserit paterfamilias & postea ignorante creditor mutauerit voluntatem,ac ei mutuatum sit, cessat Macedonianum, quia ini tium contractus inspicitur,ibid.

à Filiofamilias animo nouandi si quis stipulatus sit, decem, quæ Titio mutua uerat,petenti illa decem à filio,non potest opponi exceptio Macedoniani, l. si,quod,13.eod.

Filiofamilias etiam si ciuitas mutuet, nihilominùs habet locum Macedonia num,tamen illa ciuitas rectè potest restitui,l.nihil interest,15.& ibi gl. 1.eo

Filiusfamilias absente patre,cùm quasi mandato eius pecuniam accepisset, si li teras ad patrem miserit,vt eam pecuniam in prouincia solueret, debet pater si factum filij vult improbare,statim atque recepit literas, testationem contrariæ voluntatis interponere,l.si filiusfamilias, 16.eodem.

Filiusfamilias si accepit mutuam pecuniam, vt eam pro sorore sua aut filia sua in dotem daret,pater eius actione de in rem verso tenetur,& patri mortua filia vel nepote constante matrimonio competit repetitio dotis, d.l.si filiusfamilias,& ibi gl.1.eod.

Filiofamilias si quis mutuauerit,& posteà mortuo filiofamilias pro eo soluendo fideiussorem acceperit mutuans,non tenet fideiussio,l.creditorem,18.eod.

Filiusfamilias accipiens mutuam pecuniam si posteà factus sui iuris per ignorantiam facti illam pecuniam animo nouandi promiserit,si conueniatur,potest in factum excipere,secus si scienter promiserit,l.fi.& ibi gl.fi. eod.

Filiusfamilias

si mutuasset nomine proprio pecuniam castrensem,vel quasi, ipsi filio, & non patri quæritur obligatio,quia in his casibus naturaliter, & ciuiliter, & cum effectu frater debitor alteri fratri tenetur,ibid.

Filiusfamilias si nomine suo mutauerit pecuniam aduentitiam, ex illo mutuo hodiè iure codicis quæritur ciuilis & naturalis obligatio ipsi filio, & non patri, quia naturaliter & ciuiliter, & cum effectu frater debitor alteri fratri, tenetur, ibid.

Filiusfamilias si nomine patris mutuauerit propriam pecuniam patris, vel perfectitiam fratri,vt obligatio adquiratur ipsi fratri,requiritur voluntas patris aut quòd sequatur consumptio, aliàs non nasceretur obligatio naturalis, ibidem.

Filiusfamilias si mutuat patri,pater obligatur filio naturaliter, & si soluerit eidem filio iam emancipato,non repetit,d.l.frater,ad fin.versic.contra.

Reliqua verbo, Minor,38.

122 FILIVSFAMILIAS si fideiussit, cùm nihil esset in peculio, nec erat etiam spes,vt esset, non tenetur pater,glos.seruum,in l.3. de fideiussor.

Filiusfamilias non tenetur si intercedat pro muto in rem suam,nec etiam pater potest conueniri actione de peculio,ibid.

Filiusfamilias si fideiubeat etiam extra causam peculij, tenetur ipse filius, & etiam pater de peculio,nisi animo donandi fideiusserit,ibidem.

Filiusfamilias pro patre vtiliter potest fideiubere, neque est sine effectu eius fideiussio,quia sui iuris effectus poterit teneri in id,quod facere potest,scilicet insolidum,item quia dum in potestate manet,condemnari potest,l.si dubiter, 10.§.si.eod.

Filiusfamilias quando pro patre sciente fideiussit,tenetur pater quod iussu,sed de in rem verso,si animo nouandi filius fideiussit,aliàs tenetur pater quod iussu, sed si fideiussit pro patre ignorante, tenetur pater,non quod iussu, sed de in rem verso, si animo nouandi filius fideiussit, aliàs tenetur pater principali obligatione,d.§.fin.& ibi.glo.cum patre.

123 Filiusfamilias pro patre fideiubens si emancipatus soluerit, vtilis mandati, vel negotiorum gestorum actio competit ei, sed directa non,quia ab initio non tenuit mandatum, cum inter patrem, & filium in potestate constitutum non contrahatur obligatio, d.§.fin.& ibi glo.vtilis.

Filiusfamilias pro patre fideiubens si soluerit de castrensi peculio pro patre, competit ei actio vtilis mandati,vel negotiorum gestorum, d. §. fin.& ibi gl. penult.

Filiusfamilias fideiubens pro patre si ei successit, potest restitui, l. 1. C. de filiofamilias minore.

Filiusfamilias minor fideiubens pro extraneo remanet obligatus,sed restituitur etiam si principalis sit soluendo, quia interest sua potiùs non soluere, quàm solutum repetere,† gl.1.ibid.

Filiusfamilias minor fideiubens pro extraneo, hoc est, præter patrem,vel alium in potestate habentem, vt auus paternus, non prohibetur petere restitutionem,d.l. 1.& ibi gl. 1.

Filiusfamilias minor fideiubens pro patre obligatur, & tenet fideiussio,& restituitur,nisi succedat ei,gl.2.ibid.

Filiusfamilias minor fideiubens pro patre vel extraneo, quibus si succedat, non restituitur,cùm non sit læsus,& sit extincta obligatio sua,gloss.3.

Filiusfamilias minor principaliter se obligans pro alio si successit ei, tunc non restituitur, quia non est factus, sed non restituitur ex eo, quòd obligatio sit extincta, quia tunc non videtur extincta, ibid.

Filiusfamilias minor fideiubens pro aliquo extraneo si ei successit,pro ea parte, qua successit,non restituitur, sed bene pro alia parte,qua non successit,ibid.

Filiusfamilias minor fibeiubens pro patre si ei succedat in parte, pro illa parte non restituitur,quia nomine patris,siue iure hereditario conuenitur,ibidem.

Filiusfamilias maior 25.ann.pro aliis fideiubendo obligatur insolidum, sed patrem obligat tantùm de peculio,l.5.C.quod cum eo,qui in alien.

Filiusfamilias minor 25.ann.dum est in potestate pro aliis fideiubendo,obligari potest insolidum,gl.1. ibid.

Filiusfamilias maior 25.an.in potestate constitutus, & seruus differunt in fideiussione,in compromisso,in iudicio,in Macedoniano,in gestione ante emancipationem,ibid.

Filiusfamilias maior 25. an. fideiubendo pro aliis obliget patrem de peculio, ipse tamen pater poterit in defensionibus vti deducendo quod sibi debetur, vel aliis,qui sunt in potestate patris,† gl.fi.ibi.

Filiusfamilias pro patre & etiam pro extraneo potest fideiubere in venditione fundi,l.filiusfamilias,8.& ibi gl.1.C.de fideiussor.

Filiusfamilias non potest fideiubere animo donandi, quia donare non potest, gl.semper,in l.3.§.sed si filius,de peculio.

Reliqua verbo, Fideiussor,16.Minor,36.

124 FILIVSFAMILIAS, minor 25.an.in integrum restitui potest ex his solùm causis, quæ ipsius intersunt, putà quando fuit obligatus sine iussu patris, nec habet peculium,l.3.§.sed vtrùm,& ibi gl.obligatus,de minorib.

Filiusfamilias minor contra obligationem restituitur, etiam si iussu patris contraxerit,præterquàm in mutuo,d.§.sed vtrùm, & ibi gl. quod facere.

Filiusfamilias minor si iussu patris mutuam pecuniam acceperit, non iuuatur restitutione,ibid.

Filiusfamilias minor habens peculium si sine iussu patris contraxit, & deceptus est,si pater conueniatur, tenetur insolidum de peculio, & tunc filius non restituitur,sed si filius conueniatur,restituitur,ibidem.

Filiusfamilias si sine iussu patris contraxit,& captus sit, & eius pater nomine filij,vt defensor, vel procurator filij conuenitur, vt legitimus administrator, petet restitutionem,non vt sibi,sed vt & sic filio prosit etiam mortuo filio,gl. non erit restituendus,in d.l.3.§. sed vtrùm, eod.tit.

Filiusfamilias minor si sine iussu patris,siue principaliter, siue ex causa fideiussionis sit obligatus,restituitur semper,nisi quando succedit ei,pro quo intercesserat,quia tunc pro hereditaria tantùm parte tenetur,† gl. poterit,ibid.

Filiusfamilias minor principaliter alienam obligationem suscipiens restituitur, nisi participando,vel fideiubendo,quia tunc succedendo principali extinguitur accessoria obligatio,ibid.

Filiusfamilias minor deceptus in castrensi peculio restituitur,quia quasi in proprio patrimonio deceptus,d.l.3.§.Pomponius.

Filiusfamilias minor contrahens si deceptus sit,restituitur, & si ei decedenti pater successerit, restituitur ipse pater ex persona filij in peculio aduentitio, vel profectitio,d.§.Pomponius,& ibi gl.1.

Filiusfamilias minor si mandato patris res patris administrauit,non restituitur, 12
quia eo modo potiùs consuleretur maiori,cuius damno res sit cessura, l. cùm mandate,eod.

Filiusfamilias minor si dedit damnum alicui per culpam, & conuentus sit lege Aquilia,restituitur pater pro filio,idest,nomine filij,etiam eo inuito, l. patri pro filio,& ibi gl.præstanda,eod.

Filiusfamilias minoribus in id, quod patri adquirunt, non succurritur, etiam post emancipationem,l.Aemilius,§.fi.eod.

Filiusfamilias minor etiam post emancipationē non restituitur aduersùs omissam aditionem hereditatis sibi relictæ contemplatione patris, cùm illam adquireret ei,gl.fi.ibid.

Filiusfamilias minor siue in potestate,siue emancipatus, si conueniatur ex contractu à se gesto,restitui potest post emancipationem,si captus fuit,ibidem.

Filiusfamilias minor aduersùs liberationem legati conditionalis post emancipationem potest restitui, secus verò aduersùs liberationem legati purè contemplatione patris sibi relicti,ibid.

Filiusfamilias minor aduersùs stipulationem à se factam purè,vel sub conditione, & illa etiam existente post emancipationem indistinctè non restituitur, cùm semper patri quæratur,ibid,

Filiusfamilias si detineatur de facto,vt seruus,& læsus sit ob id in castrense, vel quasi,restituitur ex edicto ex quibus causis maiores, sed non in bonis aduentitiis,hodiè,cùm pater habeat administrationem eorum,l. rectè Labeo, & ibi gl.fi.ex quib.caus.maiores.

Filiusfamilias si amisit aliquid in ludo,illud eius pater poterit repetere, l. fin. de aleæ lusu.

Filiusfamilias iussu patris contrahendo restituitur, si ipse filius conueniatur, si verò pater conueniatur,tunc nec pater,nec ipse filius restituitur,glo.1. in l. 2. C.de filiofamilias minore,&gl.si ipse,in l.3.§.sed vtrùm,de minoribus.

Filiusfamilias si iussu patris contrahat,& nomine filij directa actione conueniatur pater,non restituitur pater, † d gl.1.

Filiusfamilias potest restitui aduersùs repudiationem rerum sibi delatarum, quas pater adquisiuit,l.fi.§.sin autem,& ibi gl.deneganda,C.de bonis,quæ liber.

Reliqua verbo,Minor,23.vsque 28.

FILII nati post mortem patris, vel post deportationem, aut captiuitatem, & 1
illi,qui eo tempore,quo capiebatur,vel deportabatur pater, fuerunt in potestate,ius inter se consanguinitatis habent,etsi heredes patri non extiterint, sicut exheredati,l.fin. vnde legitimi.

Filij post mortem patris nati iura consanguinitatis nanciscuntur ad suos fratres priùs natos,ad reliquos agnatos agnationis tantùm ius adquirunt, in principio,& ibi gl.iura,Inst.de legit.agnator.succ.

Filius est agnatus proximus patri,quod ius non tollitur per capitis diminutionem,sicut nec inter fratres,gl.ad legitimam,in §.fin.Inst.eod.gl. 1. in l. successione,48.C.de decurionibus,lib.10.

Filius filij emancipati conceptus post emancipationem non est agnatus auo,gl. 4.in l.fi.C.vnde liberi.

Filium vel filios ingredientes monasterium, velut ingratos, non possunt parentes excludere ab eorum hereditate, §. nullam verò, in auth. de collatoribus, col.9.

Filiusfamilias inuito patre potest clericari, vel monachari, & retinet ius succedendi patri ex testamento, vel ab intestato, neque vt ingratus potest exheredari,l.fi.§.1.C.de Episc.& cler.

Filiusfamilias eo ipso quòd intrauit monasterium,patre inuito, exheredari non potest,licèt ante ingressum commiserit ingratitudinem,gl.2. ibidem.

Filiofamilias inuito patre ingresso in monasterium, vel facto clerico, pater debet quartam partem relinquere,& plus si velit, & ab intestato moriente succedit ei,vt filius,d.§.1.

Filiusfamilias voto non debet obligari,voto intellige,id est, de aliquid dando, de ingrediendo autem in monasterium obligatur,glos.2.ibidem.

Filio emancipato si reseruentur iura agnationis vel ius succedendi, per rescriptum principis,intelligitur reseruare tam actiuè,quàm passiuè,l.si ab eo,C.de legit. hered.

Reliqua suprà, num. 8. 98. 99.

FILIVS si à nullo detinetur,sed ipse sui controuersiam faciat, locum habet 1
cognitio prætoris,idest,iudicis officium, & habet etiam locum actio præiudiciabilis in rem,sicut contra eum,quem seruum meum esse contendo, cessat tamen interdictum de liberis exhibendis, nisi propter adeundam hereditatem sit contentio,gl.vendicare,in l.1.§.1.de rei vend.& l.deinde,§.hoc autem, & ibi. gl. cessat,de liberis exhibendis.

Filius si sit apud aliquem sua sponte,locum habet iudicis officium, seu cognitio prætoris,sicut & si apud neminem esset,cùm apud se videatur esse, item datur patri præiudicialis in rem,& etiam rei vendicatio adiecta causa de iure Quiritum, non tamen datur interdictum de liberis exhibendis, nisi qui detinet, pariter se patrem profiteatur,ibid.

Filius si inuitus detinetur,datur patri interdictum de liberis exhibendis,&etiam rei vendicatio adiecta causa de iure ciuili, sed cessat præiudicialis in rem actio.& officium iudicis,ibi.& gl.1.in l.de eo,12.& l.deinde, ad exhibend. §. hoc autem,& ibi gl.cessat.

Filium meum,qui in mea potestate erat, si apud se aliquis habeat, tenetur eum exhibere interdicto de liberis exhibendis, sed si dolo desiit habere, tenetur interdicto inquantùm iurabitur in litem,l. 1.de liberis exhibend.

Filium meum in mea potestate existentem si aliquis detineat, quominùs ego possim deducere,iudex prohibet mihi vim fieri,l. deinde, eodem.

Filium licèt pater habeat in potestate sua, tamen quandoque causa cognita in filio retinendo potior est mater,quàm pater, veluti propter nequitiam patris potiùs debet morari filius apud matrem,d.l.deinde, §. pen.

men vtrique fiet eadem æſtimatio,cùm poſſit propter filij dignitatem maior facta eſſe ipſi filio,quàm patri,l.ſeruo, 30. eodem.

pro Filij iniuria pater conuentus actione iniuriarium procuratorem dans non intelligitur defendere filium,niſi procurator ſatiſdederit iudicatum ſolui, & ideò actio iniuriarum aduerſùs filium danda eſt,tanquàm à patre non defendatur,l.ſi filij nomine,36.eod.

Filio facta iniuria intelligitur facta ipſi patri,l.item apud Labeonem,15.§.pe. & ibi add.marg.eod.

Filij dignitas.ſicut dicitur gloria,& laus patris,cùm vna ſit perſona,ita & filij iniuria patris eſt,& è contrà patris dedecus videtur & filij,gl. occaſionem, in §. generaliter,in auth.conſtitutio,quæ dignit.Epiſcop. col. 6.

Reliqua verbo, Iniuria, 5. 10. 13. Pater, 24. 25.

132 FILIVS adoptatus in feudum non ſuccedit; licèt in quartam omnimodò patri adoptiuo ſuccedat,c.1.§. adoptiuus, & ib. gl. ſuccedit,ſi de feudo defuncti contentio.

Filius impubes ſuccedens vaſſallo non cogitur ipſe, nec alius pro eo fidelitatem facere,nec poteſt ipſe cogi præſtare ſeruitium perſonale,ſi tamen alius pro eo ſponte faciat,admittit hodiè tamen per maiorem partem curiarum neceſſitati ſubiicitur impubes,d.c.1.§. ſi quis deceſſerit, & ibi glo.cogitur.

Filius non ſuccedit patri in feudo, nec agnati vſque ad tertium gradum, quandoque nec deſcendentes in infinitum,ſi vaſſallus feudo priuetur propter ſuum delictum,niſi filius id licitè adquirat iterum à domino ſibi gratiam faciente, non extantib.agnatis, c.1. ſi vaſſallus feudo priuetur.

Filiorum conditio deterior eſt quàm agnatorum in ſucceſſione feudi,c. 1. & ibi gl.repudiare,an agnatus vel filius defuncti.

Filius vaſſalli non poteſt retinere feudum repudiata hereditate paterna ad hoc, vt non teneatur ſatisfacere creditorib. hereditariis, d. c. 1. & ibi gloſſ. aut vtrumque.

Filius emphyteoticarij non poteſt retinere emphyteoſim repudiata paterna hereditate,ad hoc,vt non teneatur creditorib.hereditariis,d.gl.aut vtrumque,& ibi add. marg.

Filius ſuccedit patri in feudo,niſi ſit tale feudum,in quo nullus ſuccedat, veluti in feudo marchiæ,ducatus, vel comitatus, vel alterius regalis dignitatis, de quo ab Imperatore ſit inueſtitura,c.1.& ibi gl.2.de natura ſucceſſionis feudi.

Filius non ſuccedit patri in feudo,de quo non fuit facta inueſtitura, ſed ita intrauit pater in poſſeſſionem voluntate domini, quia in eo nullus ſuccedit, ibid.

Filius non ſuccedit patri in feudo,ſi ſucceſſionem illius feudi amiſit propter culpam ſuam offendendo dominum in vita patris,& de illa offenſa domino non ſatisfecerit,gl.2.ibid.

Filius non ſuccedit patri in feudo quando pater deliquit propter quid delictum amiſit in feudum,quoniam & tunc filius etiam ab eo priuatur, ibidem.

Filius adoptiuus, vel naturalis non ſuccedit patri in feudo, niſi legitimetur ex certa principis ſcientia,vt feudi ſucceſſionem accipere poſſit,d.gloſſ. 2. & ibi add. marg.

Filius natus ſurdus,mutus,cæcus,claudus,vel aliter imperfectus non ſuccedit patri in feudo,ſi feudo per ſe vel per alium ſeruire non poſſit,dict.gl.2.

Filius non poteſt recuſare hereditatem patris abſque feudo, propinquus autem rectè poteſt,c. 1.§.ſimiliter,de capitaneo.

Filio vaſalli militis dicentis patrem ſuum inueſtitum de pignore,& 30.ann.nomine feudi poſſediſſe, defertur iuſiurandum, vt iuret cum duodecim ſacramentalib.forma ibi tradita,ſed eo iurare nolente,defertur filio domini, qui ſi iurare recuſet,cogitur filium militis inueſtire,c.1.de vſu Mediol.

Filij non ſuccedunt matri in feudo materno de rigore,niſi ſpecialiter in inueſtitura ſit dictum,vel fuerint inueſtiti,ſed de æquitate ſuccedunt, ſi ſint naturales & legitimi,ſecus ſi naturales tantùm, & hoc obtinet in capitaneis, & in maiorib. & minorib. valuaſorib. c. 1. & ibi add. marg. an maritus ſuccedat vxori.

Reliqua verbo, Feudum, 7. vſque 10. 13. 14. Vaſallus, 8.

133 FILIORVM cauſa ſicut in ſucceſſione ab inteſtato, ita & in ſucceſſione contra teſtamentum eſt prior,quàm cauſa parentum, excluſis tamen filiis parentes admittuntur,l. pater, 14.de inofficioſo.

Filius emancipatus, qui non poterat olim ex teſtamento venire ad ſucceſſionem,niſi de iure prætorio per vnde liberi,poteſt tamen ſuccedere ab inteſtato de iure ciuili ſublata ab inteſtato differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis,gl.emancipatus,in l.Gallus, §.& quid ſi tantum, de liber. & poſtu. gloſſ.iungentur,in l.ſi ponas,23.§.1.de inofficioſo teſtam.l.1. & ibi glo. ſi. C. vnde liberi.

Filij quod parentib.ſecundùm ſuum votum ſuccederent,natura ordinauit,gl. fi. in l. Iulianus,26.§.1.ſi quis omiſſa cauſa.

Filius non capax,ſicuti mortuus,non obſtat ſequentib.in gradu,l.1.§. quidam de bon. poſſ.contra tabul.

Filij à parentum ſucceſſione certo iudicio remouendi ſunt, l.ſed ſub conditione, 18.& ibi gl. 1.eodem.

Filius interdictum etiam ſuus heres excluditur,& præfertur ei fiſcus, vt ſi pater poſt mortem ſuam perduellionis,& criminis maieſtatis condemnatus ſit,quo caſu nec iura ſepulcrorum habet eius filius,ſed bene iura libertorum, l. 1. §. ſuos,& ibi gl.ſepulcrorum,de ſuis & legiti.

Filius eius,qui minori delicto, quàm maieſtatis condemnatus eſt, & eius bona confiſcata ſint, habent iura ſepulcrorum.d.gl.ſepulcrorum.

Filius quamdiu apud hoſtes captus viuit, nepotes non ſuccedunt, &, ſi fuerit redemptus,non ſuccedunt ante luitionem,ſed ſi interim deceſſerit, cùm videatur priſtino ſtatu recepto deceſſiſſe,obſtabit nepotib.quominùs ſit ſuus, d.l.1. §.ſi filius,eod.tit.

Filiis propter caſum humanitùs contingentem nepotes ſucceſſione auità, vel legato defraudari periniquum eſt,l.1.C.de his, qui ante apertas tab.

134 Filium non eſſe admittendum ad ſucceſſionem matris contra S. C. Orficianum ſi fuerit iudicatum ab eo,cui iudicandi ius fuit, vel tranſactum ſit bona fide, vel gratuito pacto de non petendo,vel longiſſimo tempore lis ſit ſopita, tam iudicatum,quàm tranſactio,vel lis ita ſopita rata manent,l.1.§.fin.ad Tertyll.

Filij ſui tam naturales, quàm adoptiui defuncti excludunt matrem, bonorum verò poſſeſſores etiam non ſui,vt emancipati, & quidem ſoli naturales & legitimi excludunt matrem,l.2.§.liberi,eod.

Filij adoptiui poſt emancipationem ita admittuntur,& excludunt matrem, ſi ex liberis naturalibus fuerint,vtputà nepos naturalis ab auo adoptatus,nam licèt ſit emancipatus,bonorum poſſeſſione accepta,matri obſtabit,ibid.

Filius apud hoſtes donec redierit,vel quando naſci ſperatur,donec naſcatur,pendet ius matris,ideſt,an ſuccedat mater,d.l.2.§.ſi verò, eod.

Filij ſui tunc excludunt matrem, & ei obſtant, cùm ipſi hereditatem adierunt, non quando abſtinuerunt,d.l.2.§.ſed ſi ſint.

Filius vt excludat matrem à Tertylliano,requiritur, quòd vel adeat de iure ciuili,vel petat bonorum poſſeſſionem,d. l. 2. §. ſi quis ex liberis, & ibi gloſſ. agnaſcitur.

Filius cùm ſtatus controuerſia peteretur, ſi Carbonianam ſolam accepit, cùm hæc bonorum poſſeſſio tempore finiatur,poſt tempus non nocet matri, & ſi impubes deceſſit,admittitur mater ad ſucceſſionem,d.l.2.§.ſi quis cùm ſtatus.

Filio infanti ſi per tutorem petita ſit bonorum poſſeſſio, licèt ſtatim deceſſerit infans,matri obſtat quominùs admittatur ex Tertylliano,d.l.2.§.ſi infanti.

Filiis omnibus etiam ex diuerſis matrimoniis natis, ac conſtitutis in aliena poteſtate,pertinet hereditas matris inteſtatæ mortuæ,l.4 & penult. eodem.

Filius ſi deceſſerit ab inteſtato relictis liberis,illi liberi præferuntur matri,etiam ſi per adoptionem in familia relicti ſint,l.æquiſſimum,ad Tertyllian.

Filius ſi inteſtatus deceſſerit relicta matre, & fratre conſanguineo, & ſorore quæſitis naturaliter,vel per arrogationem, eadem iura ſeruantur in perſona matris volentis ſuccedere filio, quæ & natura lib. extantib. liberis, l. ſi quis, eodem.

Filius defuncti emancipatus ſi deliberet de bonorum poſſeſſione vnde liberi petenda, ius matris in ſuſpenſo eſt, l.in ſuſpenſo,eod.

Filius decedens inteſtatus ſi non reliquerit poſtumum, vel filium in captiuitate hoſtium,vel filium domi,mater per Tertyllianum ſuccedit ei, ſed ſi reliquerit poſtumum,vel filium in captiuitate quandiu ſperatur naſci, vel eſt ſpes reuertendi,non ſuccedit mater, nec interim eſt heres, licèt de facto apprehenderit,l.ſi.& ibi gl.ſi.eod.

Filiis hereditatem parentum adiudicat ratio naturalis, quaſi lex quædam tacita, veluti vocando eos ad debitam ſucceſſionem,l.cùm ratio,de bonis damnat.

Filij ſuorum heredum nomen habent iure ciuili propter debitam ipſis ſucceſſionem parentum,ibid.

Filij iudicio parentum non poſſunt ſummoueri à ſucceſſione ſibi debita,niſi certis de cauſis,ibid.

Filij eius,qui amiſit libertatem,perdere debent eius bona, quæ haberent ab inteſtato,ideſt,hereditatem eius & libertos, non tamen perdunt ea, quæ aliunde ipſis obueniunt,vel à natura, vel à lege, vt ſuccedere inter ſe, vel agnatis aliis,l.3.de interdictis & releg.

Filij catholici hæreticorum ad parentum ſucceſſionem de iure codicis vocantur ex teſtamento, vel ab inteſtato, & poſſunt petere alimenta, & dotes, ac donationes propter nuptias à parentibus hæreticis, ſed è contrà filij hæretici non vocantur ad ſucceſſionem,l.cognouimus,10.C. de hæreticis.

Filij hæreticorum orthodoxi ſuccedunt parentibus hæreticis etiam in portione pertinente ad alterum fratrem ſuum,donec ipſe conuertatur, & ipſo conuerſo reſtituit eam ſine fructib.auth.idem de Neſtorianis,C.de hæreticis,gl. decernimus,in §.ſi quis de prædictis,in auth.vt cùm de appell. cognoſ.

Filij hæreticorum etiam orthodoxi de iure nouiſſimo non admittuntur ad ſucceſſionem parentum,ſed fiſcus,ſicut in crimine læſæ maieſtatis, auth. Gazaros,C.de hæret.

Filij,qui viuente patre paſſi ſunt ſe vendere ad pretium participandum, patri vt ſerui non debebunt ſuccedere,gl.1.in l.fratris,10. C. de tranſactio.

Filius loco patris ſuccedit lege Velleia,cùm pater viuo auo deceſſit, gl. ex lege Velleia,in l.ſi quis filium,34.C.de inofficioſo.

Filius vendicare poterit domum venditam à matre, ſi filius matri non ſucceſſit, ſi tamen ſucceſſit pro qua portione hereditas ad eũ peruenit,exceptione doli mali repellitur,l.cùm à matre,C.de reuoc.donat.

Filio legitimato per oblationem curiæ decedenti ab inteſtato, ſuccedunt eius filij legitimi,vel alij deſcendentes portione quarta curiæ danda, ſi dicti liberi non ſint curiales,l.communium,§.ſed ſi quidam,C.de naturalib.liber.

Filius,filiáve,& nepos, vel neptis ex altero filio ad ſucceſſionem aui pariter vocantur,ſecus verò ad ſucceſſionem liberti ſui,gl.1.in l.2.C.ſi in fraud.patroni.

Filij ad hereditatem matris iure ciuili per Orficianum ſi velint ſuccedere, habent vnde legitimi, ſi prout cognati, habent vnde cognati, gl. 1.in l. 1. C. quando non petentium partes.

Filij emancipati ad ſucceſſionem patris iure ciuili per legem 12. tabul. non vocantur, filij verò in poteſtate perpetuò admittuntur, quia ſunt ſui neceſſarij heredes,ibid.

Filij tam maſculi,quàm fœminæ cùm ſine delectu ab inteſtato ſuccederent, circa diſpoſitionem tamen teſtamentariam inæqualia iura olim recipiebant, l. 4. C.de liber.præterit.

Filij maſculi,& fœminæ hodiè ſicut in ſucceſſione parentum, quæ ab inteſtato defertur,æqua lance vocantur,ita & in ſcriptura teſtamentorum filiæ debent honorari,d. l. 4.

Filio in poteſtate hereditas paterna ipſo iure videtur quæri per mortem patris, gl.hereditates,& ibi additio.in l.ſi infanti,18.C.de iure delib.

Filius eſt proximus agnatus ad ſuccedendum, intellige non facto teſtamento, vel facto,ſed non adita hereditate,gl.pen. in auth. hoc ampliùs, C. de fideicommiſſis.

Filius etiam poſtumus in ſucceſſione præfertur ſorori defuncti, l. 4. C. de ſuis & legit.

Filius adoptiuus admittitur ad ſucceſſionem cum filiis legitimis & naturalibus adoptiui patris, tam natis ante adoptionem, quàm poſt, l. ſi te parens, & ibi glo. 1.C.eod.

Filius vel filia ipſo iure ſuccedunt patri vel matri ab inteſtato excluſa auia, l. pen.C.eod.

Filij etiam vulgò quæsiti ad matris legitimam hereditatem admittuntur, nisi mater sit illustris, cui non succedunt spurij cum legitimis, sed bene naturales cum legitimis, l. 1. §. 1. & ibi gl. ad matris, ad Tertylli.

Filius etiam in seruitute quæsitus interdum matri intestatæ succedit, veluti si post moram fideicommissariæ libertatis matri suæ factam natus sit, ib.

Filius post manumissionem natus licèt in seruitute conceptus, & etiam filius apud hostes conceptus, & ex captiuo procreatus, si posteà cum ea redit, quasi vulgò conceptus succedit matri intestatæ, ibid.

Filio, qui mortis matris tempore fuit ciuis Romanus non defertur legitima matris hereditas, si ante aditam hereditatem in seruitutem deducatur, etiamsi posteà liber factus sit, nisi seruus pœnæ effectus beneficio principis sit restitutus, d. l. 1. §. filio.

144 Filius arrogatus actione vtili Caluisiana poterit reuocare alienata à patre in fraudem legitimæ, gl. fi. in l. 2. C. si in fraudem patro.

Filius heres in quarta debita iure naturæ non præiudicat sibi quoad legata, licèt inuentarium non fecerit, gl. fi. in l. scimus, 22. §. pen. C. de iure delib.

Filius ergo heres, & dicitur suus, & necessarius, quod verum est, quantùm ad nomen, non quantùm ad commodum, vel incommodum, gl. 2. in l. 1. C. si minor ab heredit. glo. teneantur, in l. necessariis, 57. de adquiren. heredit. gl. quale est, in add. marg. in § primum, in auth. de hered. & Falcid. col. 4.

Filius in potestate succedens patri ex testamento vel ab intestato non dicitur nouum dominium adquirere, sed illud, quod habebat in vita patris, continuare, & adquirere dicitur solam nouam administrationem, licèt possit exheredari, l. in suis, de libe. & post. & gloss. existimantur, in §. sui, Inst. de hered. qualitate.

Filij in potestate, licèt non sint heredes instituti, domini tamen bonorum paternorum sunt venientes ab intestato, ibid.

Filij non sunt domini, sed propter spem, quam habent ad paternam hereditatem, dicuntur quasi domini, gl. 2. in l. fi. C. de pactis.

Filio præsumitur pertinere dominium rei, quæ ad patrem vel matrem pertinebat illo, vel illa mortua, gl. 1. in l. 1. C. ad exhibend.

Filius in bonis patris præfertur Deo, vnde Augustinus, qui vult Deum instituere, & filium exheredare, alium quærat pro consilio, vel qui recipiat non Augustinum, gl. sæpissimè, in l. Papinianus, in §. si Imperator, de inofficioso testa.

Filius emancipatus adoptatus potest venire ad bona patris naturalis per vnde cognati, gl. datus, in l. 2. quod cum eo, qui in aliena.

Filius in vita patris dicitur quodammodò dominus bonorum paternorum, l. in suis, de liber. & post.

Filius emancipatus de iure ciuili repellitur à successione patris intestati, & admittitur ex eo nepos, qui remansit in potestate aui, de iure tamen prætorio soli filij emancipati admittuntur, non nepotes, sed per edictum de coniungendis cum emancipatis liberis admittitur nepos, simul cum patre, vel fratre patris, sed hodiè hoc locum non habet, cum sit sublata differentia omnis, quæ fiebat occasione emancipationis, gl. succedit, in §. sui, Inst. de hered. qualita.

Reliqua verbo, Mater, 5. vsque 10. Parens, 2. 3. 4.
Pater, 28. vsque 31.

145 FILIVS ad hoc vt sit suus, & necessarius fratri ex substitutione pupillari, non est necesse, quòd actualiter sit suus, & necessarius patri, sed sufficit potentia, l. si plures, 10. §. si quos, de vulg.

Filius suus, qui repudiauit hereditatem paternam, potest pœnitere adire intra triennium computandum à tempore repudiationis, si est maior, sed minor, intra triennium computandum à tempore vltimi anni, l. si quis suus, & ibi gl. 1. de iure delib.

Filius existens in potestate efficitur de iure ciuili suus, & necessarius, & statim tenetur creditoribus quantùm ad nomen, sed quantùm ad commodum vel incommodum non est heres, nisi se immisceat, & cum beneficio prætoris potest se abstinere, † gl teneatur, in l. necessariis, 57. de adqui. heredit.

Filius conceptus, & natus ex ancilla, quæ moram passa est in fideicommissaria libertate, ingenuus, ac suus dicitur nasci patri, l. 1. §. 1. de suis & legit.

Filius serui, qui moram libertatis patitur, dicitur nasci ei suus, & liber, & non dicitur nasci seruus, cùm libertatis moram patiatur, ibi.

Filius si suus heres esse desiit, in eius partem succedunt omnes nepotes, nepotésque ex eo nati, qui in potestate sunt, d. l. 1. §. si filius.

Filius desinit esse suus heres, si capitis diminutione maxima, vel media exierit de potestate, ibid.

Filius furiosus si sit sui iuris tẽpore mortis paternæ patri decedenti ab intestato non est suus heres, secus verò quando fit sui iuris post eius mortem, gl. sui iuris, in l. cùm furiosus, §. 1. C. de curator. furios.

Filius dicitur non suus, quia desiit esse in potestate, §. emancipati, Inst. de heredit. quæ ab intestat.

Filius captus ab hostibus, & ibi mortuus fingitur retrò mortuus in vita testatoris, & tunc nepos præteritus rumpit testamentum, quia tunc ex fictione legis Corneliæ est suus auo †, l. si quis postumos, 4. §. si filium, & ibi gl. testamentum, de liber. & postu.

Filius si captus sit ab hostibus viuente patre & post mortem patris decessit, fingitur desiisse esse suus patre viuente, & ideò nepos substitutus ex secundo capite legis Velleiæ admittitur ex substitutione, nec rumpit testamentum, l. Gallus, §. videndum, de lib. & post.

Filius captus ab hostibus reuersus recuperat iure postliminij iura filiationis, vt succedere possit patri, & agnatis, l. apud hostes, 9. de captiuis.

Filiusfamilias transfuga non potest reuerti postliminio, viuo patre, l. postliminium, 19. §. filius, eod.

Reliqua verbo, Necessaria.

146 FILIVSFAMILIAS habet heredem hodiè, gl. similiter, in §. venient, in auth. de nuptiis, col. 4. & authe. in successione, C. de suis & legit.

Filiusfamilias hodiè descendentem habet heredem ab intestato in bonis, quæ patrib. non adquiruntur, vt sunt castrensia, vel quasi, item aduentitia ratione proprietatis, vsusfructus tamen aduentitiorum patri, dum viuit seruatur, licèt filius decedat, §. 1. & ibi gl. adquiruntur, in authen. de heredib. ab intestato, col. 9. gl. effectam, in l. 2. famil. ercifcund.

Filiusfamilias nec hodiè habet heredem ab intestato decedens in bonis profectitiis, gl. parentibus, ibid.

Filiifamilias secundùm leges Digestorum non habet heredem, gl. 1. in l. vt heredi, de pactis, & gl. fi. in l. 1. C. ad Tertyllian.

Filiusfamilias etiam non miles hodiè habet heredem ab intestato, sed filiusfamilias miles etiam ex testamento potest habere, l. filiifamilias, 34. & ibi gl. 1. de petitione hered.

Filiusfamilias in castrensi vel quasi olim non habebat heredem intestato, sed hodiè sic, gl. 1. in l. 2. ad Macedon.

Filiusfamilias non potest habere heredem, nisi paterfamilias, idest, sui iuris factus decesserit, gl. si paterfamilias in l. sed Iulianus, §. quanquam, eod.

Filiofamilias hodiè semper succeditur etiam in aduentitiis, gl. successionem, in l. 1. si à parente fuerit manumis.

Filiusfamilias ab intestato non habebat heredem, nisi in duobus casib. sed hodiè iure authenticorum in omnib. habet heredem, gl. 1. in l. 2. de castrensi pecul. gl. quasi, in l. 3. § Pomponius, de minor.

Filiusfamilias miles facto testamento si heredem faciat aliquem, heres ex eius persona restitui potest, l. non solùm, & ibi gl. siue filiifamilias de restit. in integrum.

Filiusfamilias miles si non faciat testamentum, non habet heredem, pater tamen eius ex ipsius persona potest restitui in contractibus super castrensibus sine voluntate patris celebratis à filiofamilias in quibus erat deceptus, secus si voluntate patris contrahens fuisset deceptus, nam tunc pater non restituitur, ibid.

Reliqua verbo, Heres, 63. 64.

FILIVSFAMILIAS potest testari tantùm de bonis castrensibus vel quasi, sed non de aliis, glo. disponere, in add. marg. in §. 1. in auth. vt liceat matri & auiæ.

Filiusfamilias non potest testari quantùm ad proprietatem de bonis aduentitiis, in quibus quæritur vsusfructus patri, nec potest testari de bonis, in quib. non quæritur vsusfructus patri, d. §. 1. & ibi gl. disponere.

Filiusfamilias de peculio castrensi vel quasi, etiam militia missus, idest, veteranus etiam patre inuito potest testari, in principio Inst. quib. non est permissum facere testam.

Filiusfamilias potest testari ad causas pias, gl. nihilò magis, in add. ibid.

Filiusfamilias etiam patre permittente, non potest testari de aduentitiis illis, in quib. patri nõ quæritur vsusfructus, nisi ad pias causas, gl. pe. & ibi add. marg. in §. fi Inst. de milit. testa. gl. duntaxat, & ibi add. marg. in l. fi. §. vbi autem, C. de bonis, quæ liberis.

Filiusfa. miles in expeditione iure militari, idest, vt alius miles, potest testari de castrensib. sed domi reuersus, ac extra expeditionem debet testari iure communi, scilicet quoad solemnitatem, §. illis autem, & ibi gl. iure communi, & §. fi. & ibi gl. fi. Inst. eod.

Filiusfamilias si testetur de aliis, quàm castrensib. vel quasi, inutile est testamentum, licèt suæ potestatis factus decesserit, §. præter hos, Inst. quib. non est permiss. facere test.

Filiusfamilias potest testari de castrensi vel quasi, item potest agere contra patrem, & etiam potest conueniri, gl. 1. in l. 2. ad Macedon. & gl. 1. in l. si filiusfamilias 19. de testam. & l seruum filij, 44. de legat. 1. & l. 1. §. hoc autem, & ibi gl. testari, ad Trebel. gl. si modo, & gl. quasi, in l. 3. §. dari, de bonorum possess. l. si seruus, 18. de stipul. seruorum, l. fi. C. de inofficioso testam. glo. duntaxat, in l. fi. §. vbi autem, C. de bonis, quæ liberis, l. filiifamilias 34. de petit. hered.

Filiusfamilias habet testamenti factionem passiuam, quia recipere potest, sed non actiuam, quia facere testamentum non potest, gl. 2. in l. 4 de test.

Filiusfamilias etiam patre permittente, testari non potest, nisi de castrensibus vel quasi, l. qui in potestate, 6. & ibi glos. nihilo, eod. & l. 1. §. sed & si, & ibi gl. dicatur, de tab. exhiben. & in principio Inst. quibus non est permissum facere testam.

Filiusfamilias in aduentitiis, etiam in casibus, in quib. patri non quæritur vsusfructus, non potest testari, d. gl. nihilo, & l. 1. §. hoc autem, & ibi gl. testari, ad Trebelli. & gl. 2. & ibi add. marg. & gl. fi. in add. in l. pen. C. qui testamen. facere possunt.

Filiusfamilias etiam patre permittente, testari non potest, sed bene donare causa mortis, quia donatio causa mortis magis dicitur contractus, quàm vltima voluntas, & vltima voluntas non debet pendere ex alieno arbitrio, & ideò filiusfamilias non potest testari etiam patre permittente, ne videatur pendere ex permissione patris, quod secus est in contractibus, d. gl. nihilo, & ibi add. marg. in l. 4. de testam. & gl. fi. in l. 3. C. qui testam. facere, & l. tam is, qui, 25. §. fi. de mort. caus. donat.

Filiusfamilias non potest testari, quia in alterius potestate ligitima permanet, nec dominia rerum plenè habet, glo. 2. in l. qui à latronibus, 13. eod. & glo. pe. in l. heres institutus, 32. de adquir. hered. & l. 3. C. qui testam. facere poss.

Filiusfamilias seruus alienus, & surdus licèt non possint testari, possunt tamen ex testamento sibi, vel aliis adquirere, l. filiusfamilias 16. de testam.

Filiusfamilias licèt sit intestabilis, tamen potest esse testis tam in testamento, quàm in aliis, gl. fi. in l. cùm lege, eod.

Filiusfamilias si intestatus decesserit, eius pater iure peculij occupat etiam castrensia bona, gl. si modò, & gl. quasi, in l. 3. §. dari, de bonor possess.

Filiusfamilias miles sicut potest testari liberè qualitercunque velit, etiam omissa solemnitate iuris de castrensi vel quasi, ita & donare causa mortis de illis potest sine consensu patris, & sine aliis solemnitatibus, quæ in aliis donantib. exiguntur, l. Marcellus, & ibi glo. etiam, de donat. causa mortis.

Filiusfamilias etiam patre permittente non potest legare, quia legata in testamento relinquuntur, quod non debet ex alieno arbitrio pendere, gl. patris, in l. tam is, qui, 25. §. fi. eod.

Filiusfamilias si testetur, dicátque, si non valeat iure testamenti, valeat iure codicillorum, & donationis causa mortis, non valet, nec vt donatio causa mortis, d. §. fi. in add. marg.

Filiusfamilias hodiè non potest codicillari nec legare etiam patre consentiente, quia licèt sit diminuta solemnitas quoad numerum testium, & voluntatis solenni-

Filius ſub conditione inſtitutus ſi ingrediatur monaſterium etiam ante exiſtentiam conditionis, habet omnia iura ſuitatis, & ſic hereditatem patris non aditam tranſmittet ad monaſterium ex potentia ſuitatis, d. l. ſub conditione, in add.marg.

Filius ſub conditione inſtitutus, vt ſuus, & neceſſarius dicatur patri, requiritur, quòd tempore mortis ſit in poteſtate patris, & quid non ſit in poteſtate alterius tempore exiſtentis conditionis, d.l.ſub conditione, & ibi gl.fi.

Filius in poteſtate non poteſt inſtitui ſub omni conditione, ſed tantùm ſub conditione poteſtatiua, l.4. de hered.inſtit.& gl.1.in l.Lucius,83.de condictio.& demon.& gl.1.in l.poſtuma, de liber.& poſtum.& l.4.& ibi gl.1. C.de inſtit.& ſubſtit.gl.poteſtate, in l.filius, qui 15.de condit.inſtit.

Filius emancipatus poteſt ſub quacunque conditione inſtitui, vt & filius à matre; ſuus autem non poteſt, quia pendente conditione inueniret ſe præteritum, & ideò teſtamentum eſſet nullum, quæ ratio ad emancipatos non poteſt adaptari, l.4.in add.marg.de hered.inſtit.gl.1.in l.ſi quis teſtaméto,11.de condit.inſtit.l.4.& ibi gl.C.de inſtit.& ſubſti.

Filius in poteſtate inſtitutus ſub conditione, ſi in Capitolium intra 30. dies aſcenderit, ſi non pareat conditioni ſubſtitutus, admittitur excluſo filio, l.ſed & ſi, de hered.inſtituen.

Filij poſiti in conditione non cenſentur poſiti in diſpoſitione, ſed ab inteſtato veniunt, & quaſi tacitam voluntatem habere videntur, & ſubſtitutos excludunt, † l.Lucius,85.& ibi gl.fi.eod.

Filius inſtitutus ſub conditione, ſi volet, poteſt repudiare ante impletam conditionem, † gl.fi.in l.iam dubitari,86.eod.

Filij poſiti in conditione non intelliguntur inſtituti, ſed dicuntur præteriti, † l. ſi quis eum,16.§.fi.& ibi gl.pe.de vulgari.

Filius ſi ſit inſtitutus ſub conditione, ſi Titium adoptauerit, ſi non adoptauerit, exheres eſto, valet inſtitutio, ſi Titius nolit ſe ad arrogandum dare, quaſi expleta conditione, l.ſi quis teſtamento,11.de conditio. inſtitut.

Filius emancipatus poteſt inſtitui ſub conditione, & valet teſtamentum, in quo ſub conditione eſt inſtitutus, habet tamen contra tab. quaſi non ſit inſtitutus, gl.1.in l.Lucius,82.de cond. & demonſt.

155 Filius inſtitutus ſub conditione, ſi ſe filium probauerit, non intelligitur inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, & ideò teſtamentum nullius eſt momenti, d.l. Lucius.

Filius etiam ſub conditione impoſſibili inſtitutus poteſt teſtamentum approbare, l.3.§.pe.in add.marg.de bon.poſſ.contra tabul.

Filius heres inſtitutus ſub conditione, ſi pater emancipauerit, ſi non ſit emancipatus à patre, filius debet adire iudicem, à quo datur curator hereditati, cui reſtitutio fieri debet, gl.fi.in l.filiis,25.C. de inofficioſo teſtam.

Filius ſi ſit inſtitutus ſub conditione, ſi à patre emancipetur, patre non emancipante poteſt fieri reſtitutio hereditatis quandoque ipſi filio manenti etiam in poteſtate, ibid.

Filius poteſt inſtitui à matre ſub conditione emancipationis, & ſic mater poterit punire odium patris, & iuri filij ſui non nocere, l.ſi quis in ſuo teſtamento,33. §.fi. C.eod.

Filius in poteſtate vltra mare exiſtens ſi ſit inſtitutus ſub conditione, ſi in prouinciam rediret, non valet inſtitutio, & hereditas ab inteſtato poteſt deferri, 4.C.de inſtitu.& ſubſtitu.

Filius inſtitutus ſub conditione, ſi emanciparetur intra certum tempus, & iam erat elapſum, cùm adiuit ab inteſtato, ex teſtamento ſuccedere non poteſt, gl. fi.in l.antequàm,8.C. communia de ſucceſſ.

Filiusfamilias minor ſi ſit inſtitutus ſub conditione, ſi à patre intra certum tempus emanciparetur, illúdque ſit elapſum patre ignorante, neque filio certiorante patrem cùm poſſet, pater ſi fuerit paratus emancipare, reſtituitur filius minor, ſecus ſi non fuerit paratus, l.3.§. & ſi heres, & ibi gl.emancipaſſet, de minorib.

Filiusfamilias poteſt inſtitui ſub conditione ſi à patre emancipetur, l.fi.& ibi gl. 1.de petitione heredit.

Filius ſub conditione poteſtatiua, caſuali, vel mixta poteſt heres inſtitui, & valet teſtamentum, ſi in eius defectum ſit exheredatus, aliàs ſtatim ipſo iure eſt nullum, & hereditas ab inteſtato poteſt adiri, gl.1.in l. ſub conditione, de liber.& poſtu.l.4.& ibi gl.1.C.de inſtit.& ſubſtit.gl.conditionem, in l. 4.de hered.inſti.gl.1.in l.ſi quis teſtamento,11.de condit.inſtit.gl.inſtituti, in l..1.de bon.poſſ. contra tabulas.

Filius inſtitutus ſub conditione, ſi pater emancipauerit, videtur impleta conditio quocunque modo fiat ſui iuris, gl. 2. in l.filiis matrem, 25. C. de inoffic. teſtament.

156. Filius in poteſtate ſub conditione non poteſtatiua inſtitutus, & in eius defectum exheredatus, pendente vtraque conditione moriens ſuus ab inteſtato efficitur & filio pro parte inſtituto, poteſt dari coheres poſt mortem, † l.filius à patre, 28.de liber.& poſtu.

Filius in poteſtate ſi ſit inſtitutus ſub conditione caſuali vel mixta, teſtamentum eſt nullum, & ſuccedit ab inteſtato, hodiè tamen reiecta condictione valet teſtamentum vſque ad legitimam, † Doctor.reprob.gl.conſtat, in l.4. de hered. inſtit.& gl.1.& 2.in l.4.C.de inſtit.& ſubſt.

Filius in poteſtate inſtitutus ſub conditione mixta habet duas vias, poteſt enim non parêre conditioni, & ſic dicere nullum teſtamentum, vel ſi velit parêre, tunc eo adimplente conditionem eſt heres, & admittitur etiam coheres, hodiè verò in caſu, quo non paruit, reiecta condictione valet teſtamétum nihilominùs vſque ad legitimam, d.gl.conſtat, & gl.faceret, ibid.

Filius in poteſtate inſtitutus ſub conditione caſuali vel mixta ſuccedit ab inteſtato, eò quód teſtamentum erat nullum ipſo iure, † gl.fi. in d.l.4. C. de inſti. & ſubſt.

Filius in poteſtate inſtitutus ſub conditione caſuali vel mixta ſuccedit ex teſtamento de iure ciuili, ſi vult approbare teſtamentum, cùm ſuo fauore dicatur nullum teſtamentum, ibid.

Filius in poteſtate poteſt inſtitui ſub conditione mixta dato, quo in eius defectum non exheredetur, l.ſi quis heredem,7.C.de inſtit.& ſubſt.

Filius ſub conditione poteſtatiua poteſt inſtitui, & in defectum eius exheredatur, aliàs non valeret teſtamentum, gl.ſub conditione, in l.ſi marito, 31. §.pe. ſol.matr.& gl.leuiſſima, in l.ſi eius pupilli, §.1. ad Tre.

Filius in poteſtate ſub conditione poteſtatiua inſtitutus ſi conditioni non paruerit, excluditur ab hereditate, & coheres poteſt ſtatim adire, non expectato quòd impleat conditioné, l.4.& ibi gl.quę ſentẽtia, & gl.pareat, de hered.inſtit.

Filius in poteſtate ſub conditione poteſtatiua inſtitutus, ſi conditioni non paruerit, facit patrem tacere ab inteſtato, ſi ſubſtitutum vel coheredem non habeat, gl.quæ ſententia, ibi.& gl.in l.fi.eod.

Filius in poteſtate poteſt inſtitui ſub conditione poſſibili, & honeſta. gl. conſtat, in d.l.4.

Filius in poteſtate ſi ſit inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, quę non poteſt impleri vltimo vitæ ſpiritu filij, veluti ſi aſcenderit in Capitolium, & eidem ſint ſubſtituti nepotes ex eo, ante impletam conditionem locus eſt ſubſtitutis, & venientib.ab inteſtato ipſo viuo, ſecus ſi ſub ea conditione, quæ vltimo vitæ ſpiritu poteſt impleri, quia tunc ipſo mortuo, & non aliàs admittuntur, l. fi.& ibi gl.1.de conditio.inſtitut.

Filius inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, quæ vltimo vitæ ſpiritu poteſt impleri, non poteſt petere contra tab. l.3.§.ſed ſi ſub conditi.& ibi gl.ſed ſi, eod.

Filius emancipatus ex parte heres inſtitutus ſub conditione caſuali deficiente conditione poteſt accipere contra tab. ſi pendente conditione ſecundùm tab. non accepit, & hoc quando habebat coheredem, ſed ſi non habet coheredem, deficiente conditione redit ad cauſam inteſtati, ibid.

Filius emancipatus inſtitutus etiam ſub conditione caſuali pendente conditione poteſt, & debet accipere ſecundùm tab. & non contra tab. & ſi poſteà defecerit conditio, teneri debet à prætore, inquantùm ferret, ſi contra tab. accepiſſet, d.l.3.§.pen.

Filius poteſt inſtitui ſub conditione poteſtatiua, quæ tempore mortis poteſt impleri, ſed non ſub conditione, quæ tempore mortis non potuit impleri, licèt ſit poteſtatiua, gl.in arbitrio, in l.1.§.ſciendum, de ſuis & legiti.

Filius ex aſſe inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, vel nepos ſub omni cõditione inſtitutus, ſi non impleta conditione deceſſerit, ſui poſſunt ſuccedere, ſi modò mortis teſtatoris tempore in rebus humanis, vel ſaltem concepti fuerint, ſecus ſi non fuiſſent concepti, d.§.ſciendum, & ibi gl.concepti.

Filius in poteſtate exiſtens lege xij. tab.eſt ipſo iure heres patri, & re, & effectu, ſed iure prætorio habet facultatem abſtinendi, ſed media iuris prudentia ac principum ſanctionib. prætorem adire neceſſe non eſt, nec pręſtari, nec verbo innuere, nec reſtitutionem petere, ſed tacere, ac ſe non immiſcere ſatis eſt, quo caſu interim ab hereditariis creditorib. non conuenitur, bonáque tunc parentum non filiorum dicuntur poſſidere, rubr. de triente, & ſemiſ. in add. marg.col.3.

Reliqua verbo, Inſtitutio, 9. Bonorum poſſeſſio, 26. Conditio, 14. vſque 30.

FILIVS petendo vt heres id, quod non tranſit ad heredem extranei, intelligitur petere, vt filius, & non vt heres, & ideò non obligatur onerib.hereditariis, l.pro herede, 20.§. ſi quid, & ibi gl.maximè, de adq.hered.

Filius ſi in ſepulcrum patris hereditarium intulit mortuum non videtur ob hoc pro herede gerere, & ideò non obligatur paternis creditorib. quia hoc ius non competit ei tanquàm heredi, ſed tanquàm filio, quia etiam exheredatus poteſt inferre, d. §. ſi quid, & ibi gl.maximè.

Filius heres inſtitutus à patre etiam ſi ſe abſtinuerit bonis paternis, recipiendo tamen aliquid cauſa conditionis implendæ à legatario, cenſetur abſtentionem reuocaſſe, & ſe immiſcuiſſe, ſi erat ſolus inſtitutus, vel habebat coheredem, qui nondum adiuit, l. pro herede, §.Papinianus, de adqu.hered.

Filius ſolus ſi fuit heres inſtitutus, & rogatus fuit ſtatu liber dare decem heredi, filius accipiendo illa decem conditione impleta, videtur pro herede geſſiſſe, glo.Papinianus, ibid.

Filius ſolus ſi fuit heres inſtitutus, & rogatus eſt ſtatuliber, vt daret decem filio non facta mentione heredis, tunc filius accipiendo à ſtatulibero, pro herede dicitur gerere, ibid.

Filius inſtitutus ſi habeat coheredem, & teſtator rogauit ſtatuliberum, vt daret decem heredib.filius accipiendo decem dicitur gerere pro herede, ſed ſi teſtator dixit, vt daret filio, filius accipiendo non obliget ſe hereditati, ibid.

Filius agens actione perſonali competenti ad vindictam, licèt pro re hereditaria non cenſetur gerere pro herede, d.l.pro herede, §.fin.

Filius agens contra violantem ſepulcrum patris hereditarium, vel familiare, non videtur gerere pro herede, quia nihil capit ex bonis patris, ibid.

Filius emancipatus manumittens ſeruum hereditarium, non videtur gerere pro herede, niſi bonorum poſſeſſionem agnoſcat, ſed filius in poteſtate manumittendo ſeruum hereditarium bene intelligitur adiuiſſe, niſi proteſtetur, vel ſeruum caſtrenſis peculij manumiſiſſet, l.1.& ibi gl.1.C.de iure delib.l.ſi pupillus, §.fi.& ibi gl.pen.de adqui. hered.

Filius emancipatus, vel in poteſtate manumittendo ſeruum hereditarium, vel faciendo alium actum extraiudiciarium, hodiè cenſetur gerere pro herede, & inducitur aditio, ex quo ſecundùm ius authenticorum ſublata eſt differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis, & quilibet ſuccedit de iure ciuili, d.gl. 1. in add.

Filius heres ſiue ſolus, ſiue cum alio ſuccedens non poteſt poſſidere pro herede, nec vſucapere rem ſibi donatam à patre pro parte coheredum, poteſt tamen vſucapere pro ſuo ex diuiſione, quam ratam habuerunt ipſi poſt mortem patris, quæ vicem obtinet emptionis, l.2.§.fin.& ibi glo.pro herede, ff.pro herede, & glo. pro ſuo, in l.pe.§.ſi pater, pro ſuo.

Filij in poteſtate res alienas inuentas in hereditate paterna licèt non vſucapiant titulo pro herede, vel pro ſuo, ſi tamen fuerunt per patrem inter eos diuiſæ, & traditæ, & ipſi poſt mortem tenuerunt, ex illa diuiſione ratam ipſam habentes vſucapiunt titulo pro ſuo, & ex dicta diuiſione, l.pe. §.fi.& ibi gl.pro ſuo, ff.pro ſuo.

Filius gerens actum, qui ad heredem extraneum non tranſit, dicitur gerere vt filius, & non vt heres, gloſ.fi. in add.in l.gerit,88.de adquir.hered.

Filius emancipatus, qui dubitat, ac erat ſe filiumfamilias ſi iuſſu patris volens ei adquirere adierit, neque ſibi, neque patri videtur quærere, l.qui in aliena, §.fi. is qui, & ibi gl.marg.eod.tit.

si iussu patris vel domini adierit in parte pura, illa tantùm adquiritur patri vel domino, in conditionali verò expectatur conditionis euentus, & si tunc reperitur sui iuris, potest eam sibi adquirere, sed si in potestate, adquiret patri vel domino interueniente noua aditione, & non aliàs, l.si solus, 80.eod.

Filiusfamilias heres institutus adeundo hereditatem facit patrem heredem quoad effectum, & commodum, sed quoad nudum nomen hereditarium filius est heres nomine, gl.sed vt pater, in l.cùm filiofamilias, 11.de legat.1.

Filiusfamilias vel seruus heredes instituti iussu patris, vel domini adeuntes hereditatem dicuntur heredes nomine, idest, nominati in testamento, & sic quoad effectũ facti, sed non quoad effectum cõmodi, † d.gl.sed vt pater, in fi.

Filiusfamilias heres institutus, & rogatus restituere cogitur ex Trebelliano se immiscere hereditati, & deinde restituere, & ita transfert actiones in fideicommissarium, l.recusare, 6.§.sed & ad filium, ad Sc.Trebel.

Filiusfamilias gerens magistratum potest patrem heredem institutum, & rogatũ restituere cogere adire, & restituere fideicõmissario, l.ille, à quo 13.§.fi.eo.

Filiusfamilias sine iussu patris non potest adire, si tamen adeat, non videtur per filium patri adquiri hereditas, nisi detineatur hereditas per filium per longum tempus, scilicet per x. vel xx. ann. ex qua detentatione, & cursu longi temporis præsumitur omnia solemniter fuisse acta, † gl. pe.in l.si filiusfamilias, 10.C.de petit.here.& gl.pe.in l.1.C.qui admitti, gl.pater, in l.qui in aliena, 6.§.sed & si, de adq. her.

Filiofamilias delatam hereditatem potest pater volente filio adire, & sic est heres filius, l.4.& ibi gl.1.C.de iu.delib.

168 Filiusfamilias maior, vel minor 25.an.si nolit adire hereditatem, legatum, vel fideicommissum, vel alias res quocunque titulo sibi delatas, potest pater ea pleno iure adquirere, & eidem patri, & in eum solum etiam dabuntur actiones, non in filium, l.fi.in prin.& in §.sin autem, C.de bonis, quæ liberis.

Filiusfamilias maior, vel minor 25.an.patre recusante si hereditatem, legatum, vel fideicommissum, vel aliam rem quocunque titulo sibi delatam adierit, in illa re nullam adquisitionem, vel vsumfructum habet pater, & eidem filio, & in eum solum dantur actiones, non in patrem, qui cogitur filio agenti, vel defendenti in iudicio consentire, ibid.

Filius maior 25. ann.hodiè in aduentitiis adire potest hereditatem patre ignorante, & etiam inuito, sed olim non poterat, nisi præcedente iussu patris, d l.fi. &, ibi glo.4. & glossa præcedere, in l.si quis mihi bona, 25.§.iussum, de adquiren.hered.

Filiusfamilias vbi voluntate patris adit hereditatem, vel adquirit aliam rem sibi delatam quocunque titulo, proprietatem eius sibi adquirit, vsumfructum verò patri, qui debet actiones intentare consensu filij & sumptus litis de suo proprio facere, d.l.fi.§.vbi autem.

Filiusfamilias non potest adire hereditatem sine patris voluntate, glo.existimauerit, in §.pen.Inst.de author. tutor.

Filius emancipatus potest adire interim dum vxor defuncti est pregnans, si venter est institutus cum eo, vel exheredatus sit, gl.dimidia, in l.cùm quidam, 30. §.suum, de adq. her.

Filius emancipatus institutus non potest adire postumo præterito iure ciuili, habet tamen contra tab.quasi aperta sibi via per postumam præteritum, etiam antequàm nascatur, ibid.

Filius emancipatus, cui de patris innocentia liquet, potest adire hereditatem patris, etiam pendente accusatione perduellionis contra patrem defunctum proposita, l.Pannonius, 86.§.1.eod.

Filius sciens matrem suam ab intestato decessisse, si præcepit heredi suo, vt maternorum bonorum seruũ manumitteret, ac sibi, & parentib.suis in possessione matris monumentum faceret, videtur adire matris hereditatem, secus si ignorans matrem decessisse, ita præciperet, d.l.Pannonins, §.final.& ibi gloss. comperto.

Filius, qui dixit nolle adire hereditatem matris intestatæ ex Orficiano, potest mutata voluntate intra annum adire, antequàm consanguineus vel agnatus adierit; secus si adierit, vel anno elapso, l.filij mater, §.fi.& ibi glo.fi.ad Tertylian.gl.fi.in l.2.C.de iuris, & facti ignor.

Reliqua verbo, Aditio, 1.7.Hereditas, 12.vsque 16.Heres, 50.vsque 60.

169 F I L I V S heres institutus purè primò moriens transmittit ius succedendi ad suos filios, secus si sub conditione tacita partem fratris erat habiturus, veluti si frater decessisset sine filiis, & ea pendente decessit primus, quia tunc non transmittit, gl.suscepisset, in l.heredes mei, 57.§.cùm ita, ad Trebel.

Filius in potestate heres institutus à patre, hereditatem, etiam non aditam, transmittit ad quoscunque heredes, & excludit fratrem patris, & alios venientes ab intestato, l.3.& ibi gl.2.& add.marg.& gl.hereditatis, in add. in l.si infanti, 18.C.de iure delib.

Filij, nepotes vel pronepotes soli heredes instituti, vel cum extraneis ante apertas tab.si fuerint defuncti, transmittunt etiam ignorantes hereditatem non aditam in liberos cuiuscunque sexus, vel gradus, nisi repudiauerint, l. 1. C.de his, qui ante apertas tab.

Filij, nepotes, vel pronepotes etiam emancipati, & sui iuris heredes instituti à patre vel matre, vel auo, vel auia etiam ignorantes transmittunt hereditatem non aditam ad liberos, d.l.1.& ibi gl.1.

Filij, nepotes, vel pronepotes heredes instituti si instituant extraneos suis filiis exheredatis, non transmittunt hereditatem non aditam, & ita nec extranei, nec exheredati liberi admitti possunt ex illo testamento, gl.2.ibid.

Filiusfamilias de iure antiquo deliberans paternam hereditatem, si decesserit, ius deliberandi transmittebat ad posteros, hodiè tamen non solùm filij, sed vnusquisque transmittit ad quemcunque heredem, l.cùm in antiquiorib.C.de iur.delib.

Filiifamilias hereditatem non aditam etiam ignorantes sibi delatam possunt transmittere ad suos heredes, gl.suam, & gl.præcipuè, ibid.

Filius sub conditione institutus si decedat ante conditionem, hereditatem non transmittit ad suam posteritatem, † glossa final.in l.1.C.de his, qui ante apertas tabu.

Filius mortuo patre si decedat intestatus sine liberis, transmittit hereditatem in fratres vtroque latere coniunctos, auth.itaque, C.communia de successio.

F I L I V S, qui post mortem patris abstinuit, interrogatus si neget se heredem, verum fatetur, quia abstinuit, & ideò conuenietur, secus est in eo, qui ex aliqua parte est heres, qui interrogatus si tacuerit, vel negauerit insolidum conuenietur in pœnam mendacij, l.de ætate, §.qui tacuit; & ibi gloss.si negasset, & glo.2.l.filius de interrog.actio.

Filius, qui abstinuit se paterna hereditate, in iure interrogatus responderit se heredem, tenetur, quia ita respondendo, pro herede gessisse videtur, d. l.si filius.

Filius qui abstinuit se paterna hereditate, in iure interrogatus an tacuerit, non tenetur, quia succurrendum est ei: nam is, qui abstinuit, non habetur heredis loco, ibid.

Filius, qui semel abstinuit, non est amodò heres, potest tamen haberi pro herede in sui præiudicium quoad interrogantem, non quoad alios, gl.1.ibid.

Filius, qui abstinuit, interrogatus non debet ex taciturnitate sua obligari hereditati, secus si non abstinuisset, nam tunc si interrogatus tacuerit, conuenitur, vt heres, gl.2.

in Filiorum fauorem introductum est beneficium abstinendi, & non in odium eorum, l.si filius, qui, 12.de vulgari.

Filius, qui repudiauit hereditatem maternam, non potest pœnitere, neque adire, & substitutus ac legitimus eum excludit, gloss. 1. in l. si quis suus, de iure deliber.

Filius, qui repudiauit hereditatem paternam potest pœnitere, & adire, neque excluditur à substituto, vel legitimo, nisi post triennium, ibid.

Filij impuberes heredes instituti à patre, siue se non immiscuerint, siue sine tutore se immiscuerint, possunt se abstinere ab hereditate paterna, sed si se immiscuerint cum tutore, non possunt se abstinere, nisi per restitutionem, l.impuberib.11.& ibi glo. 1.de adqui.hered.

Filij puberes, & adulti heredes instituti à patre non habentes curatorem, si se non immiscuerint, possunt se abstinere ab hereditate paterna, sed si se immiscuerint, non possunt se abstinere, nisi per restitutionem, ibid.

Filius adultus habens curatorem se immiscuit sine curatore, potest se abstinere ab hereditate paterna, secus si cum curatore, quo casu non potest se abstinere, nisi per restitutionem, ibid.

Filius suus, siue sit maior, siue minor, si se non immiscuit, potest se abstinere ab hereditate paterna, nec est necesse, quòd adeat prætorem pro abstinendo, l.ei, qui se, 12 eod.

Filius suus si decesserit hereditate paterna non adita, nepotes ex dicto filio pupilli possunt abstinere se ab hereditate auita, & sic non teneri oneribus hereditariis hereditatis auitæ, & ideò non habent necesse in integrum restitui aduersùs contractum, in quo fuit deceptus auus, ibid.

Filiusfamilias non potest repudiare hereditatem sibi delatam sine patre, neque pater poterit sine filio, vterque tamen simul potest, l.is, qui heres, 13 §.fin.eod.

Filiusfamilias institutus ab aliquo contemplatione patris, vt sic profectitia sit hereditas, non potest repudiare eam sine patre, neque pater sine filio, nec talis repudiatio patri nocet, † gl.fi.ibid.

Filiusfamilias heres institutus ab aliquo contemplatione sui ipsius, vt sic sit hereditas aduentitia, non potest eam repudiare sine patre, neque pater sine filio, sed adhuc vterque potest adire, ibid.

Filiusfamilias legitimam hereditatem sibi delatam ex Orficiano non potest repudiare sine patre, neque pater sine filio, vt alteri eorum noceat, d.l.is, qui heres, §. fi.cum l.seq.

Filius habet beneficium abstinendi de iure prætorio, non tamen ideò habet necesse prætorem viuum adire, gloss.iure prætorio, in l.pro herede, 20.§.Papinianus, eodem.

Filiusfamilias vel seruus heres institutus potest patri vel domino non parere, & ita hereditatem repudiare, etiam patre, vel domino inuito, gl.perfecto, in l.si quis mihi bona, 25.§.iussum, eod.

Filius institutus abstinens se hereditate paterna, si hereditati fratris exheredati, cui fuit substitutus, se immiscuerit, poterit ex substitutione hereditatem obtinere, & hoc speciali iure in filio abstinente, cùm adhuc videatur esse heres, l.filius, 41.& ibi gl.fi.eod.

Filius emancipatus heres institutus si adit ab intestato videtur repudiare ex testamento, & facit locum substituto, l.filium, 60.eod.

Filius in potestate heres scriptus in testamento si adiit ab intestato, videtur repudiare ex testamento, & transmittit hereditatem ad substitutum, gl. 1.ibid.

Filius, qui abstinuit hereditate paterna, ac maternam adiuit, si possideat fundum hereditatis paternæ, credens eum esse maternum, non videtur amisisse beneficium abstinendi, quod habuit in bonis patris, l. cum bonis, 87. eodem.

Filius mala fide, & fraudulenter abstinere bonis patris dicitur, si bona omnia patris mercatus sit, vel per interpositam personam emerit etiam ante abstentionem, & ideò rectè potest conueniri à creditorib. hereditatis, atque si bonis patris se immiscuisset, † l.si is, qui bonis, 91.& ibi gl.1.& fi.eod.& glo.pen. in l.2.C.de repud.heredit.

Filius in potestate etiam inuitus de iure ciuili re, & nomine ipso iure est heres, licèt per prætorem habeat beneficium abstentionis, facit tamen abstentio ei, quò minus teneatur creditoribus, l.1.§.præter mittere, & ibi glossa quidquam, si quis omissa causa testament. glossa 1. in l. 1. C. quando non petentium partes.

Filius in potestate, vel emancipatus in testamento patris pro parte institutus, cui prælegata facta fuerant, potest se abstinere ab hereditate paterna, & acceptare prælegata, nisi contrarium appareat de voluntate testatoris, l. filio pater, 87.& l.quid ergo, 90.cum tribus seqq.de leg.1.

Filius in potestate beneficium abstinendi concessum à prætore redigit eos instar filiorum emancipatorum, vt sicut emancipati sunt heredes voluntarij, & filij in potestate per beneficium abstinendi concessum à prætore, l. nam ne emancipatus, 89.eod.

Filio licitum est se non immiscere causà fraudandorum creditorum, l. si postulante, 67. ad Trebel.

Filij etiam emancipati hereditate paterna se abstinentes non amittunt ius de suc

de succedendo, & alia iura, quæ in libertis paternis habent, sed bene ea, quæ sunt in faciendo, quia illa transeunt etiam ad extraneos heredes, l.filij hereditate, & ibi gl.de iure patron.

ius impubes si ab hereditate paterna se abstinet ipso iure, vel per restitutionem paternis creditorib. non tenetur ipse, neque substitutus sibi pupillariter propter bona posteà quæsita, l.paterfamilias, 12.& ibi gl.seruandum, de priuileg. credit.

ius impubes heres institutus, licèt abstineat se ab hereditate paterna, nihilominùs dicitur heres de iure ciuili, & sic existentia sui heredis confirmat tabulas pupillares, secus si filius impubes fuisset exheredatus, glo.1.in d.l.paterfamilias, §.at cùm substitutus.

ius impubes si adiuit, & per restitutionem se abstinuit, nihilominùs remanet heres, quoad hoc, vt dicantur confirmatæ tabulæ pupillares, quas non rumpit talis abstentio, ibid.

ius minor, qui se paternæ hereditati non immiscuit, non eget restitutione, vt abstineat se, quia tutus est ipso iure per beneficium prætoris, l.1.& ibi gl.2.C. si minor ab heredit.

ius potest se abstinere ab hereditate paterna per restitutionem, & auitam amplecti, l.fi.C.eod.

ius minor si hereditatem aui non adiit, sed paternam, & posteà sentiat se læsum, potest restitui ad tacitè repudiatam aui, vt abstineat à paterna, ibi.

ius antequàm de hereditate paterna quid amoueat, si abstinuit se ab eadem hereditate, nón potest conueniri hereditariis actionibus, secus verò si postquàm aliquid amouit, l.4 & ibi gl.2.C.arbitrium tutelæ.

ius regulariter si se abstinuerit ab hereditate paterna, non potest conueniri à creditoribus hereditariis, nisi pro debito primipilatus, vel quando abstinens accepit pecuniam à statulibero, vel aliquid ab hereditate amouit, nisi per suppositam personam bona patris mercatus sit, gl.3.ibid.

ius in potestate, siue emancipatus repudians hereditatem paternam, non potest hereditatem aui consequi de iure ciuili, poterit tamen de iure prætorio per bonorum possessionem vnde liberi, l.fi.C.vnde liberi.

ius, qui abstinuit ab hereditate patris licèt in domo patris, non vt heres, sed vt inquilinus, vel custos, vel ex alia iusta causa habitet, non intelligitur abstentionem suam reuocasse, l.1.C.de repudian.heredit.

ius si de hereditate aliquid surripiat, si non abstinuit, abstinere non potest, & cogitur esse heres, & tenetur omnibus creditoribus, secus in extraneo, gloss. 3.ibidem.

ius surripiens aliquid de hereditate si abstinuit non cogitur esse heres, neque per hoc obligatur hereditati, neque reuocatur abstentio, ibid.

ius, qui abstinuit hereditate paterna, si bona fide emit fundos paternos à creditoribus, ob id à posterioribus creditoribus conueniri non potest, l. 2. C. eodem.

us heres hereditatem iam aditam repudiare non potest, l.4.C.eodem.

us non potest habere feudum paternum, & eius hereditatem repudiare, secus si feudum esset auitum, vel antecessorum, quo casu potest repudiata hereditate paterna feudum habere, gloss.inuestiti, in cap.1.§.hoc quoque, de success. feudi.

us emancipatus si bonorum possessione patris accepta abstinuerit se hereditate per in integrum restitutionem, matri defertur illa, sed si rursus filius sit immixtus, rursus mater debet se abstinere ab ea, l.2.§.si bonorum, ad Tertyll.

usfamilias suam abdicationem poterat reuocare intra triennium, glo.4.in l. cùm in antiquioribus, 19. C.de iure delib.

ofamilias hereditatem repudiante, cui fuit datus substitutus, pater superuiens admittitur ad hereditatem excluso substituto, glo.4.in l.fin.C. de bonis, quæ liberis.

ofamilias maiore 25. ann. repudiante hereditatem ab intestato sibi delatam pater poterit eam adire, & in totum sibi adquirit, † ibi.

qua verbo, Abstinere, Repudians, 1.vsque 4.Heres, 50.vsque 66. Hereditas, 12. vsque 16.suprà nu.159.vsque 170.Impubes, 1.

I O impuberi datus coheres substitutus pupillariter legata relicta in testamento pupillari, perinde tenetur præstare, ac si partim purè, partim sub conditione fuisset institutus, l.coheredi, 41.§.coheres, de vulgar.

ofamilias vel seruo hereditatis restitutionem factam ex Trebelliano sine iussu domini, vel patris, potest dominus, vel pater eam restitutionem ratam habere, gl.ratam, in l.qui in aliena, 6.de adq.her.

us impubes rogatus restituere fideicommissum, dicitur relictum ab ipso filio, licèt relinquatur post mortem eius, & non ab eius substituto, nec à legitimis heredibus, l.coheredi, 41.§.quòd si heredem, de vulgari.

grauato per fideicommissum restituere hereditatem post mortem suam, & non purè, non detrahitur, nisi vna quarta, ibid.

in potestate potest fieri substitutio, si heres non erit, gl.1.in l.filium, 60.de adq.hered.

sfamilias si fuerit heres institutus, & à patre eidem filio fideicommissum potest relinqui, quia semper videtur dilatum in tempus sui iuris, quod potest contingere morte patris, vel emancipatione, † l.cùm filiofamilias, 11. & ibi gl.cum ipsis, de leg.1.

familias herede instituto potest eius pater in vsufructu sibi pertinenti de parte codicis grauari de restituendo eum eidem filio, & qui habebit vsumfructum, & vtetur commodo fructuum interim, dum filius fiat sui iuris, quo facto sui iuris restituit fructus, quos percepit medio tempore, † gloss. patris, & gloss.cum ipsis, ibidem.

sfamilias vel seruus si fuerit heres institutus, & eius dominus, vel pater sint grauati de restituendo fideicommissum alicui extraneo, filius vel seruus non dicuntur expresè rogati, tacitè tamen sunt grauati in casu, quo facti sui iuris fuerint hereditatem, gl.quoniam, & ibi add.ibid.

IOFAMILIAS herede instituto eius pater grauatus de restituendo fideicommissum eidem filio non detrahit quartam Trebellianicam, secus quando ipse pater erat institutus heres, & grauatus sit de restituendo fideicommissum, d.l.cùm filiofamilias, & ibi gl.seq.vt pater.

heres institutus à patre, eò quòd tacitam fidem accommodauerit de restituendo alicui incapaci, non perdit hereditatem sibi relictam, vel legatum, nec fisco applicatur, quia habuit necessitatem parendi, l.in fraudem, §.fin. & ibi gl.fin.de his, quæ vt indig.

Filius heres institutus accommodans tacitam fidem de restituendo alicui incapaci, de ea parte, in quafraudem accommodauit, detrahere potest Falcidiam, cùm parere patri habuit necesse, gl.1.in l.heres, qui tacitam, eod.

Filij primi gradus non computant fructus ex fideicommisso interim percepti in Trebellianicam, sed debent habere quartam in rebus principalibus, sed nepotes, & ceteri computant fructus in Trebellianicam, gl.compensabuntur, in l.quod bonis, §.quod auus, ad leg.Falcid.

in Filiis primi gradus debitum cum Falcidia non compensatur, etiam si hoc testator expressit, d.l.quod bonis, §.cum fideicommissum, & ibi gl.magna.

Filius in potestate si sit institutus, & eius pater rogatus sit restituere ipsi filio, tunc locus est Trebelliano, quoad omnia remedia, præter quartæ detractionem, gl.1.in l.cogi poterit, 16.§.si pater, ad Trebellian.

Filius legitimatus non excludit substitutum, † gl.ex voluntate, in l.ex facto, 17. §.si quis rogatus, eod.

Filij concepti post deportationem non faciunt deficere conditionem fideicommissi adiectam per hæc verba, si decesserit sine liberis, secus in conceptis ante deportationem, licèt sint nati posteà, d.l.ex facto, §.ex facto.

Filius in potestate heres institutus rogatus hereditatem restituere, potest cogi à fideicommissario se immiscere, & restituere, sed si fideicommissarius non curet cogere eum adire, satis est ei, quòd sit suus heres, licèt se abstineat, vt sibi, & in eum actiones hereditariæ transferantur, l.ita tamen, 27.§.si pater, eod.

Filius si petiit, & accepit bonorum possessionem contratab. heres institutus non potest cogi à fideicommissario adire, & restituere, nisi fideicommissarius esset de liberis, vel similibus; quia tunc filio est dandum fideicommissum pro portione virili, d.l.ita tamen, §.quoties, & ibi gl.compelli.

Filio vni, qui ex duobus filiis heredib. institutis nouissimus morietur, si quis sit 177
substitutus directè pupillariter, ambobus simul morientibus substitutus admittitur ad vtriusque filij hereditatem, secus si fideicommissum relictum sit ei ab vno ex filiis, qui nouissimus mortuus fuerit, quia tunc ambobus simul morientibus fideicommissarius non admittitur ad partem hereditatis, nisi ostenderit quis nouissimus obiisset; sed tantùm admittitur mater ad vtriusque hereditatem ex Tertyliano, d. l.eum, qui, 34.& ibi glossa 1.ad eius Senat.Trebell.

Filius heres institutus rogatus restituere filio suo non cogitur speciali iure cauere ei fideicommissi nomine, glossa semper, in l. 1. vt legatorum nomine caueatur.

Filius preteritus si fratri suo impuberi instituto substitutus acceperit contratab. denegatur ei persequutio hereditatis fratris sui impuberis mortui, cui à patre fuit substitutus, l.filium, 5.§.non solùm, de legat.præstan.

in Filij qualitate, cui facta est substitutio, debet inspici tempus mortis; l.pen.in additione marg. eod.

Filius si sit institutus sub conditione protestatiua, & in eius defectum sit alius substitutus ei, deficiente conditione substitutus admittitur, sed si fuit institutus sub conditione, quæ non est in potestate filij, veluti si Titius Consul factus fuerit, in eius defectum substitutus non admittitur, nisi nominatim ab eo filius sit exheredatus in defectum conditionis, l.si libertus, 20.§.existimo, de bonis libertorum.

Filius institutus rogatus restituere si dixit suspectam hereditatem, ideò coactus adiit, & restituit, subuenitur filio tanquàm præterito, d.l.si libertus, §.pen.

Filio impuberi in legitima tantùm instituto potest per patrem fieri substitutiò 178
pupillaris, vsque ad tempus pubertatis, per quam non debet grauari, & ideò non habet querelam, l.ex tribus, 26. C.de inofficioso.

in Filiorum legitima tantùm instituto, hoc est, post pubertatem, non potest per patrem fieri substitutio in legitima, gl 2.ibid.

Filio impuberi in relicto vltra legitimam compendiosa si sit facta substitutio per verbum commune, veluti substituo eum quandocunque decesserit filius impubes, pupillaris directa trahitur ad fideicommissariam, cùm in vtrumque tempus valeat, vt fideicommissaria, nisi in testamento militis, gl.fi.ibid.

Filio datum gratia conditionis implendæ computatur ei in quartam Trebellianicam, quam potest detrahere de fundo alias sibi concesso in peculium, l. filium, quem, 24. C.fam.ercisc.

Filius grauatus de restituendo partem suam fratribus & quibusdam aliis, potest detrahere quartam Trebellianicam, in quo tenetur computare quartam hereditariam sibi obuentam in diuisione facta cum fratribus super fundo sibi aliàs per patrem in peculio profectitio concesso, d.l.filium, quem habentem.

Filio computatur in quartam Trebellianicam quidquid datum est gratia conditionis implendæ, & si non sufficiat ad quartam Trebellianicam, debet suppleri de portionibus coheredum, quas habuerunt in diuisione fundi sibi concessi à patre in peculium profectitium, ibid.

Filius grauatus de restituendo partem suam coheredibus tenetur restituere residuum, quod est vltra quartam Trebellianicam tam in fundo profectitio sibi concesso, quàm in aliis rebus hereditariis, ibid.

Filius, qui renunciauit hereditati patris ex testamento, vel ab intestato, potest legitimam tanquàm sibi debitam petere à substituto, l. 3. C. de impuberum.

Filio pupillo per dationem vulgaris substituti tollitur suitas, l.precib.8.gl.& patri heres, C.eod.

Filiis mente captis saltem in legitima institutis substituere directò ad similitu- 179
dinem pupillaris permittitur, cùm illi non possint testari per se, quæ substitutio finitur, cùm peruenerint ad sanam mentem, & si habeant filios, vel fratres, alterum ex eis debet substituere, l.humanitatis, 9.C.eod.

Filij, quando rogantur de hereditate restituenda fratrib. vel eorum filiis, fructus non tenetur computare in quarta Trebellianica, sed eam debent habere de defuncti substantia, & illius dodrantem solùm tenetur restituere, l.iubemus, 6. C. ad Trebel.

Filius, vel filia rogatus restituere hereditatem proprio filio testatoris, nepoti, vel nepti, non tenetur fructus computare in quarta, ibid.

Filius vel filia non tenetur satisdare nepoti de fideicommisso paterno vel materno restituendo, nisi iste filius vel filia transeat ad secunda vota, vel nisi testator iusserit satisdare, d.l.iubemus, §.1.

Filius rogatus restituere hereditatem, si sine liberis decedat, debet restituere si decedat sine filio vel nepote, si tamen intrauit monasterium, videtur habere filium, gl.conditio, in d.l.iubemus, §. sin autem.

Filius ciuilis eius, rogatus est restituere hereditatem, eo sine liberis decedente non excludit fideicommissarium, gl.2.in auth.nisi rogati, C.eod.

Filius heres purè grauatus de restituendo non detrahit nisi vnam quartam scilicet debitam iure naturæ, cùm vno tempore illa quarta naturæ, & alia Trebellianica incipiant, gloss.1.in l.quanquàm, 10.C.ad legem Falcid.gloss.auferri, & ibi add.margin. in §.si quis autem, in authen. de heredib. & Falcid. colum. 1.

Filius grauatus de restituendo sub conditione si sine liberis decesserit, habebit duas quartas, vnam debitam iure naturæ, aliam Trebellianicam, cùm ambæ diuersis temporib.incipiant, † d.gl.1.d.gl.auferri, in add.marg.& glo.fin. in l. quoties, 67.ad legem Falcid.

Filio computatur in legitima quicquid peruenit ad eum de bonis defuncti, gl.1. in d.l.quanquàm.

Filius institutus, & rogatus de restituendo purè vnam tantùm quartam detrahit, sed si sub conditione sit rogatus, tunc potest detrahere duas quartas, scilicet vnam debitam iure naturæ statum, aliam scilicet Trebellianicam adueniente conditione, † gl.auferri, & ibi add.marg.in §.si quis autem, in auth.de here.& Falc.col.1.

180 Filius rogatus restituere de iure ciuili non potest detrahere duas quartas, de iure tamen canonico rectè potest detrahere duas quartas præsertim in terris Ecclesiæ, item & vbi consuetudo est, gl.si non sufficeret, & ibi add. marg.in §. quam ob rem, in auth.de restitutio.& ea quæ possit, colla.4.& l.generaliter, 6. & ibi gl.fi.C.de institutio. & substitu.

Filius per fideicommissum rogatus restituere primo detrahit legitimam, idest, tertiam, aut mediam secundùm numerum filiorum, & si ea legitima non sufficiat ad dotem, & ad donationem ante nuptialem, potest secundum personarum qualitatem, & merita constituere dotem & donationem antenuptialem ex reliquis bonis, licèt restitutionis subiectis, §.quamobrem, & ibi gl.non sufficeret, eod.tit.

Filius purè institutus ante immixtionem si dederat postumo præterito non nato, nepos vulgariter substitutus, & auo & patri erit suus heres, si verò solus filius institutus, neque substitutum, neque coheredem habeat, tunc destituto testamento, in mortis articulo defertur hereditas ipsi filio ab intestato, sicut si fuisset institutus sub conditione protestatiua, & ea non impleta decessisset, l.si filius, 16.& ibi gl.fi.de liber.& postu.

Filiofamilias vel seruo heredib.institutis vel legatariis potest eius pater vel dominus grauari onere fideicommissi, & si grauantur de restituendo fideicommissum ipsi filio vel seruo, tunc tenentur pater vel dominus ex propria eorum persona non tanquàm heredes, sed tanquàm commodum ex testamento sentientes, & ideò tunc Trebellianicam, & Falcidiam non detrahunt ex persona filij vel serui, & sic tanquàm heredes; secus si sint grauari de restituendo fideicommissum extraneo, & si filius vel seruus instituti, vel legatarij, quib.fideicommissum venit restituendum, non superuixerint domino vel patri, & antè moriantur, deficit conditio, & sic extinguitur fideicommissum, & remanet penes patrem vel dominum grauatos, qui ex propria persona tenentur, l. cum filiofamilias, 11.de legat.1.

Filius institutus rogatus, vt cùm moreretur restitueret filiis suis, vel cui ex his voluisset, etiam si in insulam deportatus sit, non perdit facultatem eligendi ob pœnam deportationis, secus si in metallum damnatus esset, l.cùm pater, 77.§.hereditatem, & ibi gl.deportato, de legat.2.

Filius institutus rogatus, vt cùm moreretur restitueret filiis suis, quamuis per deportationem sit mortuus ciuiliter, tamen antequàm sit mortuus naturaliter, non cogitur restituere hereditatem filiis, ibid.

Filius institutus rogatus, vt cùm moreretur restitueret filiis suis, vel cui ex his voluisset, si mortuus sit antequàm elegerit aliquem illorum, fideicommissum in viriles partes competit tantùm filiis, qui supersunt tempore mortis rogati, & non heredib.filiorum, qui erant mortui tempore mortis rogati, ibid.

Filiusfamilias potest in codicillis grauare patrem, l.filiusfamilias, 10. ad legem Falcid.

Reliqua verbo, Fideicommissum, 23. Pater, 32. 33, 34. Substitutio, 22. Testator, 9.17.

181 Filius exheredatus si aliquid de hereditate emerit, vel conduxerit scienter ab herede instituto, videtur iudicium defuncti agnoscere, & à querela excluditur, l.si ponas, 23.§.1.de inoffic.testa.

Filius exheredatus si scienter soluerit heredi id, quod testatori debebat, iudicium defuncti agnoscere videtur, & à querela excluditur, ibid.

Filij masculi nominatim debent exheredari, fœminæ verò olim poterant inter cæteros, sed hodiè non, cùm inter eos nulla sit differentia, gl.vel nominatim, in l.si hereditas, §.qui filium, de testam.tutel.l.4.C.de liber.præter.l.filium, de liber.& postum.

Filius exheres esto, dicitur nominatim facta exheredatio, si testator vnicum filium habeat, sed si plures haberet, exheredatio nulla est, l.2.eod.

Filius si sit exheredatus à substituto, valet exheredatio, si vnus tantùm sit substitutus, secus si plures, quia tunc ab vna certa persona non potest exheredari, † gl. penul.& ibi add.marg.in l.3.C.eod.

Filius licèt sit exheredatus, tamen non facit locum nepoti, & sic per hoc nepos non dicitur suus heres auo, † l.si quis postumos, §.si filium, ibid.

Filius exheredatus si repudiet querelam, ad hoc nepos ex eo tãquàm præteritus non rumpit testamentum, nec potest dicere testamentum nullum, ibid.

Filios in potestate exheredare potest pater, cùm possit eos occidere, l.in suis, & ibi gl.fi.de liber.& postum.

Filius si nominatim sit exheredatus, deinde sit heres institutus, præualet institutio, l.si filium, eod.

Filiorum exheredatio generaliter facta non comprehendit illum filium, qu[...] testator credebat esse mortuum, vnde ille solus potest dicere testamentu[...] nullum, l.Titius, 25.& ibi gl. 3.eod.

Filius quando est exheredatus in defunctum conditionis, talis exheredatio n[...] tollit omninò existentiam suitatis, l.filius à patre, 28.eod.

Filij in potestate sunt restituendi vel exheredandi, aliàs si præteriti fuerint, ru[...] punt testamentum, l.inter cætera, eod.

Filio emancipato exheredato non datur bonorum possessio contra tab.statuti si alius filius in potestate sit præteritus, ab intestato tamen & suus & eman[...] patus veniunt ad hereditatem, l.fi.eod.

Filius exheredatus ob præteritionẽ alterius filij, succedit ab intestato simul c[...] eo, quòd aliàs & per se non poterat succedere, d.l.fi.& ibi gl.fi.

Filius si in primo testamento sit exheredatus, in secundo tamen sit præterit[...] testamentum secundum est nullum, primum tamen valet, gl.per inferius, i[...] 3. de iniusto rupto.

Filius si intra gradum institutorum tantùm sit expressè exheredatus, & à sub[...] tutis præteritus, vno institutorum mortuo, testamentum rumpitur, quia i[...] uenitur exheredatus à persona tantùm, & ita non tenet exheredatio, l. pen[...] ibi gl.1.& gl.ruptum, eod.

Filij exheredati vt ingrati si rupto testamento natiuitate postumi petierint h[...] reditatem paternam ab intestato, non potest exceptio doli mali oppon[...] agentibus, neque eorum heredibus extraneis, vel ab intestato venientibus priùs illi filij adierunt, l.liberis, & ibi gl.fin.de doli mali except.

Filius ex voluntate patris manus sua se exheredans, vel legatum sibi adime[...] non incidit in pœnam falsi, l.impuberem, 22.§.fi de falsis.

Filij exheredati præsumuntur ingrati, nisi probent se gratos, l.liberi, 28.C [...] inoffic. testam.

Filij si sint exheredati ob causam ingratitudinis, hodiè debent probare caus[...] ingratitudinis heredes, aliàs non valet exheredatio, gl.1.ibid.

Filij iure nouo præsumuntur grati, nisi probentur ab heredibus ingrati, l. om[...] modo, 30.C.de inoffic.testam.

Filius exheredatus, vel habitus pro exheredato potest agere querela, glo.cæte[...] ira, ibid.

Filius infans non potest exheredari à matre odio mariti, & is, qui non potest i[...] stam causam ingratitudinis committere, non potest exheredari, l. si quis suo testamento, 33.§.fi.C.eod.

Filij ingrati à maior[...]um suorum hereditate meritò sunt repellendi, si hoc id[...] in suis elogiis scripserint parentes, & reuerà fuerit hoc reuelatum, & prob[...] tum à suis heredibus, l.fin.C.de secund.nuptiis.

Filij non possunt à parentibus exheredari, nisi causa ingratitudinis fuerit expr[...] sa, gl.4.ibid.

Filius dicitur exheredatus fictione in testamento, quando miles appellan[...] eum filium suum, ei reliquit legatum in testamento non instituendo eum h[...] redem, l.si cum vel in vtero, 10 & ibi gl.fi.C.de testam milit.

Filius non dicitur exheredatus, quando paganus appellando eum filium re[...] quit ei legatum in testamento non instituendo eum heredem, vnde legat[...] illud im[...]tatur in quartam legitimam, & agitur ad supplementum, si aliqu[...] deest, d.gl fin.

Filij, tam masculi, quàm fœminæ hodiè similibus verbis debent exheredari, & [...] liæ contra tabu. bonorum possessionem talem debent habere, qualem fil[...] suus, vel emancipatus, l.4 C.de libe.præter.

inter Filios & filias, nepotes, & neptes in successione parentum, vel auorum h[...] diè nulla est differentia, inducentes differentiam inter eos, quasi naturæ [...] cusatores sunt, ibid.

Filius, qui fuit exheredatus sine causa relicto sibi legato, annullat testament[...] quoad institutionem, & legatum, & ita succedit ab intestato pariter cum al[...] fratribus non obtento sibi legato, † gl.totius, & ibi add.in d.l.4.

Filij non possunt exheredari sine expressione causæ legitimæ, quæ ab here[...] probari debet, aliàs non valet exheredatio, auth.non licet, C.eod.

Filius ob ingratitudinem potest exheredari, gl.1.in l.1.C.de ingratis, liber.

Filius iustè exheredatus habetur pro mortuo, gl.respicimus, in §.exheredatos auth.de heredi.& Falcid.gl.faciet, in l.qui in aliena, 6.§.interdum, de adqu[...] heredit.

Filius, cui nihil relinquitur, si exheredatus sit, per querelam rumpit testame[...] tum, sed si sit præteritus, si quidem emancipatus agit per contra tab. Sed si [...] dicit etiam ipso iure nullum; at quando minus legitima relinquitur, tunc a[...] tantùm ad supplementum, gl.ex necessitate, & gl.debetur, in §.1.in authen. triente, & semis.

Filius potest exheredari exprimendo in testamento vnam ex quatuordec[...] causis relatis in §.aliud quoque capitulum, in authen. vt cùm de appellatio[...] cog. col.8.

Filius patrem suum captiuum redimere negligens à patre posteà liberato i[...] potest exheredari, §.si vnum, de prædictis, eod.

Filij, & propinqui, & extranei heredes instituti negligentes redimere patre[...] vel extraneum testatorem captiuum, eo in captiuitate mortuo ex testam[...] to, & ab intestato, priuatur eius successione, & captiui bona applicantur [...] clesiæ, vnde ortus est, conuertenda in redemptionem captiuorum, testame[...] in aliis capitulis in sua firmitate manente, nisi filij, vel propinqui, aut extra[...] heredes instituti sint minores decimooctauo anno, ibid.

Filij heretici à patre Catholico rectè possunt exheredari, d.§.si vnum de præ[...] ctis, eodem.

Filij non possunt exheredare, vel preterire parentes suos, nisi ob vnam ex sept[...] causis, & eam in testamento exprimendo, & illa ab herede probetur, §.& [...] quidem, eod.

Filij si exheredauerint parentes non expressa causa, vel expressa, sed non prob[...] ab herede, testamentum est nullum quantùm ad institutionem, & resciss[...] stamento hereditas ab intestato venientibus pertinet legatis fideicommi[...] & libertatibus, & tutorum dationibus, & aliis capitulis in suo robore ma[...] tibus, §.si autem hæc omnia, eodem.

Filio exheredato nunquàm committitur edictum per fratrem præteritum, [...] bc[...]

legatum relictum non tenetur præſtare, etiamſi petierit contra tabu. quia etiam non petita contra tab. obtinet hereditatem inteſtati, l. is, qui in poteſtate, de leg. præſtan.

Filij duo, vnus in poteſtate, alius emancipatus, ſi fuerint præteriti, legata exceptuatis perſonis relicta pro dimidia tantum parte tenetur præſtare emancipatus, petita bo. poſſeſſione contra tab. ab eo, ſed filius in poteſtate nihil tenetur præſtare, ibi. & l. 1. & ibi gl. 1. de contra tab.

Filius in poteſtate inſtitutus præterito emancipato ſi adiit, & emancipatus petiit contra tab. legata exceptuatis perſonis relicta tenetur filius in poteſtate præſtare non inſolidum, ſed pro dimidia, ibid.

Filius vnus emancipatus inſtitutus, & alter in poteſtate præteritus ſi acciperint contra tabu. in poteſtate conſtitutus non tenetur præſtare legata exceptuatis perſonis, ſed emancipatus præſtat pro ſua parte, ſed ſi adiit emancipatus, ſolus heres inſtitutus omnib. legatariis tenetur præſtare, l. ſi, duobus, 14. eod.

Reliqua verbo, Præteritio, Bonorum poſſeſſio, 26. 27. 28. Filia, 7. Pater, 24. vſque 27.

191 FILIVS exheredatus ſi in poſſeſſione hereditatis ſit, poteſt nihilominùs in modum exceptionis querelam proponere contra heredem ſcriptum petentem hereditatem, l. Papinianus, §. ſi filius, & ibi gl. contradictionis, de inoffic. teſtament.

Filius exheredatus ſi in poſſeſſione hereditatis ſit, contra heredem ſcriptum agentem ad poſſeſſionem condictione ex lege Diui Adriani non poteſt excipere opponendo querelam inofficioſi, niſi incontinenti probaret, ſe non iuſtè exheredatum, gl. petet, ibid.

Filius heres inſtitutus rogatus reſtituere hereditatem ſi ſuccubuit in querela inofficioſi, ſolum perdit id, quod iure Falcidiæ habere potuit, d. l. Papinianus, §. meminiſſe, eod.

Filius inſtitutus grauatus de reſtituendo poſt certum tempus, fructus medij temporis ſibi in legitimam computat, & ideò non habet querelam, d. l. Papinianus, §. vnde ſi quis.

Filio exheredato excluſo à querela, nepos ſuccedit in querela per ſucceſſorium edictum, & ſucceſſiuè admittitur etiam ſuo iure, gloſſ. ad querelam, in l. pater, 14. codem.

Filius exheredatus alio filio inſtituto cum extraneo ſi egit querela contra extraneum, & obtinuit, poteſt conuenire, & conueniri pro parte, & ad iudicium diuiſorium peruenire cum fratre, l. nam & ſi, §. fin. eod.

Filius vnus ſi ſit inſtitutus, & alij duo filij ſint exheredati, ſi vnus ex exheredatis intentauit querelam pro parte ſua, & obtinuit, alteri fratri exheredato, qui non egit, vel egit, ſed non obtinuit, non tenetur communicare, niſi in totum intentaſſet, atque obtinuiſſet, quia nemo eum repulſit, l. filio, & ibi gloſſ. 1. & 2. eodem.

192 Filius exheredatus, qui repudiauit hereditatem patris, adcreſcit ſuam partē aliis filiis exheredatis agentibus querela, l. qui repudiantis, & ibi glo. 2. eod.

Filius vnus ex duob. exheredatis altero non repudiante ſi egit querela in totum, & ſic malè, cùm tantum pro parte deberet agere, ſi obtineat, in totum admittitur alter, qui non egit cum eo, qui egit, ſed ſi pendente iudicio repudiat ille, qui non egit, adcreſcit in totum ei, qui egit, & obtinuit, d. l. qui repudiantis, & ibi gl. vnde.

Filius vnus ex duobus exheredatis ſi querela agit pro parte tantùm ſua, & pendente lite alter repudiat, non datur ſententia, niſi in ſua parte, d. gloſſ. vnde.

Filius præteritus à matre, vel exheredatus non debet admitti ad querelam, niſi pro ea parte, quæ ſibi ab inteſtato defertur, l. mater, 10. eod.

Filius præteritus, vel exheredatus, licèt non debeat admitti ad querelam vltra partem, quæ ab inteſtato defertur, ſi tamen admittatur, procedit iudicium, & teſtamentum reſcinditur in totum, ibid.

Filius exheredatus contra fratrem ſuum inſtitutum ſi egit querela pro ſua tantùm parte, reſcinditur teſtamentum, quando contra extraneum heredem, in totum reſcinditur, d. l. mater, & ibi gl. eod.

Filius exheredatus contra extraneum in dodrante inſtitutum, & fratrem ſuum inſtitutum in quadrante, ſi egit querela, non reſcindit teſtamentum contra extraneum in dodrante, ſed tantùm pro ſemiſſe, & ita vnus quadrans remanebit penes inſtitutum, qui ab aliquo auferri non poteſt, † d. l. mater, & ibi glo. ſemiſ.

Filius exheredatus contra extraneum inſtitutum in dodrante, & adeuntem hereditatem ſi egit querela, reſciſſo teſtamento, in totum frater exhereditati inſtitutus in quadrante ſemiſſem debet habere, ſi non adiuit ex teſtamento, ſed ſi adiuit, pro ſemiſſe tantùm reſcinditur teſtamentum, & ipſe filius inſtitutus debet habere tantùm illam partem, ideſt, quadrantem, in quo erat inſtitutus, virilem tamen haberet, ſi fuiſſet inſtitutus in virili, vel maiori parte, † glo. fin. ibidem.

Filius exheredatus non ſolùm contra extraneum inſtitutum, ſed etiam fratrem inſtitutum in virili, vel minori parte, nec adeuntem poteſt intentare querelam, ſi ipſe frater patiatur, nam contradicere poteſt, licèt ipſe non adierit, nam vno adeunte, naſcitur querela, ibid.

Filius, qui de inofficioſo agebat, ſi negetur filius, non debet agere Carboniana bonorum poſſeſ. l. etiamſi querela, l. qui de inofficioſo, 20. eod.

193 Filius exheredatus ſi querelam inofficioſi motam fraude heredis ſcripti, vt quia dixit ſe rogatum reſtituere, ei tertiam partem hereditatis reliquerit, non videtur deſiſtere à lite mota, l. eum qui, 21. de inoffic. teſtam.

Filius exheredatus ſi propoſuit querelam inofficioſi teſtamenti, & obtinuit, cùm tunc omnia relicta reſcindātur, heres inſtitutus rogatus non poteſt cogi adire, & reſtituere, gl. 1. in l. ita tamen, 24. §. quoties, ad Trebel.

Filius inſtitutus præterito altero filio, ſi poſt mortem teſtatoris in adoptionem ſe dederit, poteſt accipere contra tabu. præterito committente edictum de contra tab. aliàs non, l. ſi poſt, 10. & ibi gl. 2. de bon. poſſ. contra tab.

Filius ſuus, qui cum duobus extraneis fuit inſtitutus emancipato præterito, ſi petiit cōtra tabulas contra vnum de coheredib. ex perſona alterius filij emancipati committentis edictum de contra tabulas, qui non adierat, tenetur præſtare legata ab illo coherede relicta, quæ non tenetur præſtare, ſi fuiſſet præteritus, † l. pen. §. fi. & ibi gl. ſi quis, eod.

Filius per querelam ſemper in totum reſcindit teſtamentum, niſi ex parte ſit inſtitutus, vel niſi ſcripti ſunt diuerſi iuris, & niſi vnus ex pluribus exheredatis agat, gl. conſtitutæ, in l. 3. ſi quis à parente fuerit manu.

Filius emancipatus exheredatus, qui agnouit bonorum poſſeſſionem cauſa litis agnoſcendæ, nullum ius per hoc conſequitur, ſed ſolum aditum ad querelandum teſtamentum, & poſteà ad petitionem hereditatis, & ideo interim non poteſt à ſcriptis heredibus hereditatem auferri, l. 2. C. de inoffi. teſta.

Filij mouentes querelam de inofficioſo contra teſtamentum patris, probare debent, quòd obſequium debitum iugiter, prout ipſius naturæ religio flagitabat, parentibus adhibuerint, niſi ſcripti heredes oſtendere maluerint ingratos liberos contra parentes extitiſſe, l. liberi, 28. eo.

Filij nullam habent facultatem reſcindendi teſtamentum patris, ſi hoc inofficioſum probare non poſſunt, l. filij fratres, 16. C. famil. erciſc.

Filij inſtitutio facto etiam in minimo excludit querelam, & agitur ad ſupplementum, gl. præterire, in §. aliud quoque, in auth. vt cum de appell.

Filius heres inſtitutus in re certa, & ita in minùs legitima portione, non poteſt intentare querelam inofficioſi, ſed tantùm poteſt petere ab herede ſupplementum legitimæ, §. hæc autem diſpoſuimus, eod. tit.

Filius, vt excludatur à querela, ſufficit, vt habeat vnam quartam quoquo relicti titulo, ſiue ſit vnus, ſiue plures, §. fi. Inſt. de inoffic. teſtam.

Filius hodiè ſecundùm Iuſtiniani tempora, vt excludatur à querela, ſufficit, quòd aliquid ei relinquatur, quo caſu non poteſt agere querela, ſed ad ſupplementum legitimæ, §. ſed hæc ita, & gl. 1. in §. fin. Inſtit. eod.

Filius exheredatus non poteſt renunciare querelæ inofficioſi teſtamenti, antequàm adita ſit hereditas, quia querela ante aditionem non naſcitur, gl. quòd ſi, & ibi add. marg. in l. ſi quis poſtumos, §. ſi filium, de liberis, & poſtum.

Filio exheredato poſt motam querelam ſcriptus heres ſi ſoluit legata pendente lite, illa non repetet, quia ſciens indebita futura per querelam ſoluit, l. eum, qui, § 1. de inofficioſo.

Filius exheredatus per querelam inofficioſi ſi euicit hereditatem ab herede ſcripto, omnia iura heredi ſcripto reſtituuntur, ac ſi hereditas adita non fuiſſet, & ideò petitio debiti integra competit ei contra eum, qui ſuperauit in querela, d. l. eum, qui, §. fin.

Filius emancipatus minor, cui legatum fuit, relictum à patre extraneo herede relicto, eò quòd non petiit bonorum poſſeſſionem contra tab. intra annum, petiit ſe reſtitui intra quadriennium, intra quod poſteà pendente cauſa reſtitutionis petiit legatum, cenſetur excluſus à beneficio bonorum poſſeſſionis, quia videtur renunciaſſe, l. ſi filius, de minoribus.

Filius emancipatus ſi patrem præteriit, & filiam exheredauit, ſi pater primò egit contra tab. cùm debuiſſet poſt filiam, & filia poſteà egit, & obtinuit, rumpit teſtamentum, quod non erat ruptum per contra tabu. patris, & habebit filia omnia bona cum fructibus, l. filio, 16. §. final. & ibi gloſſ. contra, de inofficioſo teſtamen.

Filius præteritus, vel exheredatus à matre ſi egit querela, & pendente lite deceſſit patre inſtituto herede, pater, cui in illo teſtamento à matre erat relictum legatum, poteſt perficere querelam inchoatam à filio, ſi victus fuerit, poteſt nihilominùs petere legatum, neque illud perdit, l. filius, 22. eod.

Filius exheredatus poſtquàm egit querela, lite pendente, ſi fuerit arrogatus ab eo, cui in teſtamento erat relictum legatum, ſi arrogator nomine filij arrogati litem cœptam ſuper querela peregerit, & ſuccubuerit, non amittit legatum, quia non proprio nomine, ſed iure filij egit, d. l. filius, in fi.

Filium emancipatum ſi præterierit pater, & ex eo nepotem in poteſtate retentum inſtituerit, filius emancipatus poteſt contra filium ſuum nepotem teſtatoris petere contra tab. non tamen poterit agere querela, niſi fuiſſet exheredatus, quia tunc poterit agere querela, & iungitur filio ſuo, & ſimul cum eo obtinebit hereditatem, ſiue ageret querela, ſiue per contra tab. l. ſi ponas, 23. & ibi gl. iungatur, eod.

Filius præteritus à matre habet querelam contra nepotem heredem inſtitutum, ſed non contra tabu. quia matris ſilentium habetur pro exheredatione, gloſſ. bonorum, ibid.

Filij duo exheredati ſi ambo querela egerint, altero poſteà repudiante, eius pars alteri adcreſcit, d. l. ſi ponas, §. ſi.

Filius, cui à patre donatum eſt inter viuos, vt illud imputaret in quartam, non habet querelam, niſi minus quarta haberet in donatione, quo caſu agēt ad ſupplementum, l. ſi non mortis, 25. eod.

Filius emancipatus habens duos filios, & patrem ſi extraneum inſtituit, filios verò exheredauit, & patrem præteriit, ſi pater egit querela de facto, cùm de iure non potuit, quia filij præcedebant, & obtinuit, valet ſententia, etiam ſi filij poſteà agendo querela ſuccubuerint, vt quia erant excluſi tempore, vel repudiatione, d. l. ſi non mortis, 25. §. fi. & ibi gl. fi. eod. tit.

Filium ſuum aliquem eſſe ſi teſtator negat, ſi eum exheredauit, nihilominùs ille habet querelam, l. ſi, inſtituta, 27. §. 1. eod.

Filius exheredatus etiam ſi ſit miles, non habet querelam contra teſtamentum patris militis, d. l. ſi inſtituta, §. de inofficioſo, eod.

Filius exheredatus agens querela contra teſtamentum patris, licèt non debeat alimentari ante primam ſententiam, tamen debet alimentari poſt primam latam pendente appellatione, d. §. de inofficioſo, & ibi add. marg.

Filius præteritus à matre exiſtimante eum mortuum non habet querelam contra alios filios inſtitutos, ſecus ſi extranei fuiſſent inſtituti, gl. in l. cùm mater, 28. codem.

Filius exheredatus ſi per colluſionem in querela obtinuit ſententiam contra heredem ſcriptum, & ab ea non ſit appellatum, debitores hereditarij poſſunt excipere contra filium exheredatum dicentes, quòd non debeant eidem ſoluere, quia colluſerat cum herede ſcripto, gloſſ. pronunciatum, in l. ſi ſuſpecta, 29. eodem.

Filius exheredatus in querela obtinens debet habere ſicut heres in veritate, niſi probetur colluſio, ibid.

Filius exheredatus non excluditur à querela, eò quòd ſucceſſerit iure vniuerſali heredi ſcripto, veluti heres ſcriptus pro parte, vel inſolidum inſtitutus ſi in portiuncula heredem inſtituerit filium exheredatum, non excluditur filius à querela, l. pen. §. fin. & ibi gl. nocebit, eod.

sonis tenetur præstare legata, sed suis non, l.pe.§.legata,

Filius extraneus adoptatus à filio meo emancipato non habet contra tab. meas, cùm nunquàm nepotis loco is apud me fuerit,l.fi. §.fi.eod.

Filius emancipatus prætermissa vxore pugnante post petitam contra tab. decesserit, legata filio existenti in vtero relicta in eo testamento debent præstari, & etiam habet ipse contra tab.l.2. & ibi gloss. pen. de lega.præst.

Filij emancipati habent contra tab. si ex causa sint præteriti, sed si sine causa fuerint præteriti, habent ius dicendi nullum, l. 4. in additione marg. de legat. præst.

203 Filio emancipato præterito, si quis filium impuberem instituit, ac ei pupillariter substituat aliquem, si vterque filius accipit contra tab. legata relicta ab impubere, præstanda sunt solis parentib. & filiis, sed relicta à substituto impuberis, is substitutus omnibus debet præstare habita ratione legis Falcidiæ scilicet, vt patris dimidiæ, quæ ad eum ex bonis patris peruenit, quartam retineat, l. filium,§.1.de legat. præsta.

Filius præteritus accipiens bonorum possessionem contra tab. non habet legati persequutionem,d.l.filium,§.omnib.

Filius præteritus si sciēter elegerit contra tab.& tunc legatum sibi relictum petere non potest, sed si legatum elegerit, & tunc non petet contra tab. sed si ignoranter elegerit, succurritur ei per restitutionem, si sit minor,d. §.omnib. & ibi gl.elegerit.

Filius institutus si adiit alio filio præterito contra tab. non petente, legata relicta tam liberis, quàm extraneis debentur, & in illis habet locum Falcidia, petente tamen filio contra tab. legata extraneis relicta non valent, neque habet locum Falcidia,d.l.filium, §.si legata,& ibi glo.faceret.

Filius emancipatus institutus alio filio emancipato præterito omittente contra tab. etiam si acceperit contra tab.beneficio præteriti, nihilominùs tenetur præstare legata omnib.ac si ædictum de contra tab. commissum non fuisset,l. nonnunquam,14.eod.

Filius emancipatus patris heres institutus, à quo legatum est nominatim alicui ex liberis, vel parentibus, si acceperit contra tab. cum aliis præteritis, omnes, qui acceperunt contra tab. coguntur illud legatum præstare, d.l. nonnunquàm, §. fina.

Filio emancipato præterito si extraneus institutus sit, & ab eo res legetur exceptuatis personis, & ea res sit perēpta adita hereditate dolo heredis, actio vtilis legati datur aduersùs emancipatum petita bonorum possessione contra tab. scriptus tamen heres tenetur filio emancipato, l.si, emancipato,17.& ibi gl.1.eodem.

204 Filius suus,& nepos ex alio filio emancipato in potestate retentus si sint instituti, & nepoti prælegatum sit, filio emancipato præterito petente contra tab. nepos legato contentus habet actionem legati in patrem emancipatum petita venia vsque ad quadrantem tantùm,& non vltra,l.nepos,18.eod.

Filius emancipatus, quando petiit contra tab. legata, & donationes mortis causa factæ personis exceptuatis debentur, ita tamen quòd si varie à testatore donatum sit exceptuatis personis donando vni plus, alij minus, donata mortis causa debent donatarij illi conferre emancipato, ita, quòd ipse habeat virilem, & hoc idem seruandum est in portionibus hereditariis, & legatis, l. si filius emancipatus, 20. eod.

Filium emancipatum si quis exheredauit, & nepotem ex eo in potestate retinentem ex parte instituit, ac alium filium emancipatum præteriit, nepos potest petere contra tab.l. fi. eod.

Filius emancipatus præteritus cùm ad contra tab.admittitur, fit particeps bonorum paternorum cum his, qui sunt in potestate, & ideò profectitia tenetur conferre, nisi qui sunt in potestate petere non possint contra tab. vt putà exheredati scriptis non adeuntib.l.1.& ibi gl.2.de collatio.

Filius emancipatus minor institutus si adiit, & sic perdit contra tab. si læditur, datur ei per restitutionem contra tab. competens beneficio fratris, & debet fratri conferre,glo. planè, ibi.

Filius emancipatus maior, vel minor absens institutus, & per annum tacens ad bon.possess.& colat. restituitur,ibi.

Filius in adoptionem datus extraneo & in familia adoptiua cōstitutus, vel pater adoptiuus eius, non habent contra tab.patris naturalis, secus si in adoptionem datus sit auo suo, quo casu habet contra tab. patris naturalis,gl.si maluerit,in l.1.§.is quoque eod.l. non putauit, §. in adoptionem, de bonor. possessione contra tab.

Filius in adoptionem datus extraneo à patre naturali institutus habet contra tab. patris naturalis ex persona fratris naturalis emancipati præteriti committentis edictum de contratab. ibi.

Filius ab hostibus captus post mortem patris reuersus, licèt tempore mortis patris nihil habuit, cùm apud hostes fuisset, tamen ad contratab. admittitur, & confert ea, quæ tempore mortis patris haberet, si captus non fuisset, d.l.1.§. qui ab hostibus.

205 Filius sub conditione ritè institutus excluditur à contratab.l. sub conditione,18. & ibi gl.1. eod.

Filius emancipatus, cuius pater posteà in adoptionem se dedit, non habet contra tabulas patris in adoptiua familia decedentis de iuris rigore, sed bene de æquitate,l.si pater,17.eod.

Filio sui iuris instituto sub conditione etiam casuali datur secundùm tabu. & quamuis posteà defecerit conditio, debet tueri, ac si contra tab. accepisset, & tenetur legata præstare parentibus,& filiis solis, sed non aliis, l.2.§.vlt.& l.5. de bon.poss.secundùm tabulas.

Filio etiam in potestate instituto sub conditione potestatiua si pendente conditione detur bon.poss. secundùm tab. deficiente conditione non debet tueri in bonorum possessione,& sibi imputet, cùm non adimpleat, vt haberet secundum tab.gl.conditio,in l.2.§.1.& ibi gl.tuendum,& l.5.eod.

Filius ab hostibus captus si fuerit institutus; si post mortem patris rediit intra tempus anni, à quo rediit potest accipere secundùm tabu. nec imputatur sibi, cur non miserit procuratorem,l.qui ex liberis,§.filius, & ibi glo.computabitur.eod.

Filius fratris pro parte institutus si dicat patruum fuisse surdum tempore mortis,& sic non potuisse facere testamentum, intra tempus statutum à iure, debet petere bonorum possessionem vnde agnati, vel vnde cognati, nec posteà audietur,l.pen. vnde cognati.

Filius non solùm tanquàm filius, sed etiam tanquàm agnatus, vel cognatus ad bon.possessionem contra tab. vel ab intestato per vndè liberi vocatur, & habet annum, sicut econtrà, si pater manumissi stet filium, quamuis vt manumissor bonorum possessionem contra tab. vel ab intestato vnde parentes, pater accipiat, ad quam tamen accipiendam habet annum, l.4.& ibi gl. fi.quis ordo in bon. posses.

Filius emancipatus à debitore hereditario si petat debitum nondum petita bon. possessione, repellitur exceptione non petitæ bonorum possessionis,& impropriè dicitur hac excep.gl.1.in l.omnis,de excep.

Filius emancipatus ascribens se heredem in testamento patris potest petere bon.possessionem, nec incidit de æquitate in pœnam falsi, secus de rigore iuris, licèt præteriti possit,† l.filius,14.§.maritus,& ibi gl.dictum,de falsis.

Filij scientia, & negligentia in petenda bonorum possessione præiudicat patri, etiam ignoranti,l.1.C.qui admitti.

Filius institutus habet contra tab.iure suo, etiam si alius filius præteritus non petierit contra tab. imò etiam si repudiauerit, item habet etiam secundùm tab.† gl.institutus,& ibi add.in §.eadem,Inst.de heredit. quæ ab intestato.

Filio præterito à matre non competit contra tab. quia matris præteritio habetur pro exheredatione, hodiè tamen filius præteritus à matre sine causæ insertione habet contra tab. sicut ius dicendi nullum, gloss. exheredatis, & ibi addit.ibi.

Filio in potestate herede instituto, si pater eius dolo fecit, ne testamentum, in quo ipse filius erat institutus, mutaretur, filio posteà emancipato denegatur bonorum posses. secundùm tab.l.1.quibus non competit bon.posses.

Filiusfamilias si statim primo die, quo patri per filium fuit delata bonorum possessio, agnouerit eam, sed non potuit certiorare patrem, vt comprobaret eam, centum dies petendæ bonorum possessionis non cedunt; tunc enim incipient cedere, cùm certiorare eum potuit,& non certiorauit; præteritis tamen centum diebus ratam habere non potest pater agnitionem factam à filio, l.fin.& ibi gl.dies, quis ordo in bonorum posses.

Filius bonorum possessionem patri delatam, licèt possit petere, quia eius voluntas sit necessaria, tamen non potest eam admittere, nisi patre certiorato, sed si patrem certiorare potuit, admittitur,& hoc iure veteri, secundùm quod omnia patri adquirebantur; hodiè tamen filio iure proprietatis adquiritur, & ideò agitur patre inuito, & multò magis eo ignorante, nisi contemplatione patris esset institutus, quo casu esset idem, quod olim,gl.dies,ibid.

Filiusfamilias sine consensu patris, eo ignorante potest petere bonorum possess. decretalem extra ordinem,& non in figura iudicis, ex quo nullus fit contradictorum, iure tamen actionis non potest agere sine consensu patris,† gl.3.in l.1.C.qui admitti.

Filiusfamilias bonorum possessionem sibi delatam potest petere patre inuito, pater tamen perdet vsumfructum, quem debebat habere in bonis aduentitiis, gl.pen.in l.1.C.eod.

Filiusfamilias bonorum possessionem sibi delatam potest petere patre ignorante, ratihabitione tamen patris adquirit adhuc sibi vsumfructum,ibid.

Filiusfamilias ex quocunque capite succedat de iure prætorio, habet annum ad petendam bonorum possessionem, & illo transacto perdit, glossa final.ibidem.

Filius in bonis aduentitiis iure nouo patre ignorante & inuito potest adire, vel agnoscere bon. possessionem aduentitiorum, nisi filius sit institutus contemplatione patris, quo casu patre ignorante non potest adire, cùm profectitia censeatur,d.gl. fi.ibid.

Filius in bonis profectitiis patre ignorante, vel inuito non potest adire, vel petere bonorum possessionem,ibid.

Filiusfamilias potest petere bonorum possessionem non præcedente iussu patris, non tamen potest adire hereditatem,ibid.

Filius vel seruus si agnouerit bonorum possessionem sine iussu patris vel domini, potest pater vel dominus eam agnitionem ratam habere,l.qui in aliena,6.& ibi gl.1.de adqui. hered.

Filius, ad quem ius patronatus ob delictum patris peruenit, si sit emancipatus patre etiam viuente admittitur ad contra tab liberti, secus si non sit sui iuris, gl.fi.in l.adoptiuum,§.fi. de in ius vocando.

Reliqua verbo, Bonorum possessio, 9.22. vsque 33. & per tot. Filia, 7. Legatarius, 5.

FILIVS emancipatus exheredatus propter præteritionem filij in potestate potest petere ab intestato bonorum possessionem vnde liberi, propter quam debet tueri eum vsque ad dimidiam perinde ac si nullas tabulas pater reliquisset,l.1.§.si tabulæ testam.nullæ exta.

Filius emancipatus præteritus si contra tab. non acceperit, & scripti heredes adierint hereditatem de iure ciuili, amittit sua culpa paternam hereditatem & ideò nec vocari potest per vnde liberi, cùm res non reducatur ad causam intestati,l.1.vnde liberi.

Filij,& alij descendentes minima capitis diminutione minuti ad bonorum possessionem parentum vocantur per prætorem, sed non si fuerint minuti maxima, vel media, l.2. & ibi gloss. 2. eod.& glossa penultim.in l.legitimus, vnde cognati.

Filius si in potestate parentis non fuerit tempore mortis patris, tam ei, quàm liberis eius, quos in eiusdem familia habebit, datur bonorum possessio eius patris, quæ ad eum pertinet, si in potestate permansisset, ita vt ex ea habeat dimidiam, reliquam liberi eius, hísque bona sua conferat, l. 4. vnde liberi.

Filiis natis ex filiab. vel etiam ex nepotib. non datur bo. possessio vnde liberi, quia in potestate aui vel proaui non fuerunt,gl.1.ibid.

Filium,& ex eo nepotem si pater emancipauerit, solus filius veniet ad bon.possessionem vnde liberi, obstat enim nepoti pater suus, qui si decesserit, vel repudiauerit, solus nepos admittitur,d.l.4.§.1.& ibi gl. obstet.

Filij, & descendentes, qui in potestate parentum nunquàm fuerunt, nec sui heredes

213 Filius emancipatus bona quæsita in vita patris tenetur conferre filiis in potestate deducto ære alieno,gl.fi.ibi.
Filius emancipatus non tenetur conferre bona castrensia,vel quasi,nec alia bona quæsita post mortem patris, ibi.
Filius emancipatus tenetur conferre bona inuisa patris quæsita , vel re , vel spe, debet enim detrahi æs alienum,vel re,vel spe, ibid.
Filius emancipatus emancipato etiam profectitia non tenetur conferre , sed emancipatus suis tenetur omnia conferre, † gl. 1. & fi.in l. si emancipati, C. eod.gloss.omninò,in §.illud quoque,in auth.de triente & semis. col. 3.
Filij sui suis tenetur conferre omnia de iure veteri,hodiè tamen conferunt inter se profectitia tantùm , ita & emancipati inter se tantùm profectitia conferunt,d.gl. 1.& fi. ibi.
Filij sui hodiè emancipatis,& emancipati suis profectitia tantùm tenentur conferre,ibid.
Filij emancipati conferre tenentur non solùm filiis iam natis,sed eorum postumis,postquàm nati fuerint,& si non faciant,denegantur eis actiones,l. postumo,11.C. eod.
Filius emancipatus succedens patri communi cum fratre in potestate non habet præcipuum fundum sibi donatum à patre,gl.pen.in l. si donatione, 13. C. eod.
Filio in potestate si fundus à patre donatus sit , concedendo eum in peculium, filius nòn habet fundum præcipuum , sed debet diuidi inter fratres succedentes patri,gl. fi.ibi.
Filio in potestate si fundum eius non emptum à patre ipse pater tradidit , videtur quòd per vltimum iudicium conferat in eum , & tanquàm donatus in diuisione hereditatis sibi præcipuus adiudicatur,ibid.
214 Filio in potestate si sit donatus à patre fundus,intelligitur non donatus,sed concessus in peculium,ibi.
Filio in potestate si donatio à patre facta sit simpliciter , & non exprimendo propter merita,tamen si præcedant merita,valet donatio,& intelligitur facta ob merita,& non ex affectione paterna,ibid.
Filij non solùm sui , sed etiam emancipati non tenentur conferre quæsita post mortem patris , sed illa retinentes patris bona pro hereditariis portionibus diuidunt,l.nec emancipati,15.C.eod.gl.fi.in l.6.C.eod.
Filij emancipati hodiè adinuicem,& inter se tenentur conferre ea, quo tempore emancipationis,vel pòst in vita patris à parentibus consequuti sunt,l. vt liberi,& gl.fi.in l.ea demùm,6.C.eod.
Filiis emancipatis hodiè non solùm profectitia , sed etiam aduentitia debent conferri , quando tractatur de successione illius , à quo talia bona prouenerunt,ibi.
Filij quocunque modo sui iuris efficiantur ad collationem , vt emancipati veniunt,l.liberos,18.C.eod.
Filij emancipati conferunt suis,sed sui emancipatis non conferunt,gl.fi.in l. 1.§. illud, C.communia de succes.
Filius suus debet conferre suo,vel emancipato profectitia, non aduentitia , glo. omninò, in §. illud quoque in authen.de trien. & semiss. & gl. 1. & fi.in l. si emancipati,9.C. de collat.
Filius emancipatus debet conferre suo profectitia,non aduentitia,& hoc in his, quæ tempore mortis patris habebant,non quæ postea quæsierunt, ibi.
Filius emancipatus nullo modo debet conferre extraneis , qui cum filio succedebant,ibi.
Filiusfamilias vsuras , vel aliud lucrum illicitum si adquisierit ex pecunia paterna , patre ignorante , vel non consentiente , non tenetur illud post mortem patris communicare fratribus , l. quod seruus , 24. in additio. marg. de adqu.poss.
Reliqua verbo,Collatio,1.vsque 5.Pater,58.Filia,7.11.12.& infrà nu.197.204.& inf.nu.215.Liber,12.Donatio, 30. vsque 33.
215 FILIVS quartam præcipuam debet habere,& in ea potest institui, imò debet, gl.patrimonium,in l.3.§.sed vtrùm, de min.
Filiis hodiè iure institutionis debet relinqui quarta, vt testamentum valeat , gl. maximi,in l.vnica,§.quæ à nobis,C.de rei vxo.act.
Filius,cui relictum est minus legitima,etiam si agnoscat illud , potest hodiè nihilominùs agere ad supplementum legitimæ,gl.excludi, & gl. videatur , in l. Papinianus,§.si conditioni,de inoff.testam.
Filius olim quando agnoscebat legatum , non agebat ad supplementum legitimæ,aut habebat querelam,sed si non agnoscebat, agebat querela , sed hodiè non,d .§.si conditioni,& ibi gl. excludi.
Filio agnoscenti relictum minus legitima imputatur in legitimam,vt non possit agere de inofficioso,cùm confirmare videatur testamentum accipiendo , sed agnoscendo relictum non imputatur in quartam iure institutionis , quominùs possit habere quartam de legatis,si in sibi relicto quartam non habeat, d. gl.videatur.
Filius, cui à patre donatum est inter viuos,vt illud imputaret in quartam,si vult ab intestato succedere cum aliis, debet conferre, † l.si non mortis , 25. & ibi gl.2.eod.
Filius non debet habere legitimam in proprietate tantùm , sed in proprietate cum vsufructu,† gl.1.in l.vxori,35.de vsufruct.legato.
Filius emancipatus quando petiit contra tab.non computat in legitimam, quod sibi caussa emancipationis datum est,gl.emancipatus,in addit.marg.in l.1.§.is quoque,de collat. bonorum.
Filius legitima fraudari potest,si viuens pater omnia bona sua vendat post mortem suam,ac confiteatur se pretium recepisse,sed in hoc pater non caret peccato , cum legitima iure naturæ filiis debeatur , l. hereditarium , 7. in addit. marg.de bonis auth. iudi. possid.
Filij non censentur grauati in legitima propter fideicommissum reciprocum iniunctum inter filios,eo quia habent æqualem speciem, & dubius est euentus, quia ita potest adquirere,sicut erogare,l.si pater,12.C.de inoff. testam.
Filij , quibus relictum est minus legitima , ad supplementum legitimæ possunt agere,nisi ab heredibus ingrati legitimis modis arguantur,cùm testator dixit eos fuisse circa se ingratos,l. omnimodò,30.C.eo.

Filius pro sua legitima non soluta non potest possessionem propria authoritate occupare,gl.4.in addit.in d.l.omnimodò, 30.C.eod.
Filius,& aliæ personæ,quæ ad inofficiosi querelam vocantur,tenentur computare sibi in legitimam militiam seu redditum annuum ex defuncti pecunia emptum , nisi sit militia de silentiariis , d. l. omnimodò, §. imputari.
Filius , cui relinquitur minus legitima in testamento in scriptis , vel in nuncupatiuo , si illud accepit , & computantur in legitimam, & sic denegatur querela,& agitur ad supplementum,l. si quando , 35. §. fi. & l.quæ nuper , 32. C. eodem. 21
Filio , cui relinquitur minus legitima , boni viri arbitri repletur legitima ipso iure, l. scimus,36. C. eod.
Filius,cui minus legitima relictum est,si substituatur legatario, vel heredi, non imputat in legitimam,quod capit ex substitutione,ibi.
Filius non potest grauari in quarta legitima sibi à patre , creditoribus tamen licitum est vnumquemque heredem etiam pro hereditaria parte conuenire, vel ipsis creditoribus possidentibus res hereditarias se tueri contra heredes pro hereditaria portione,gl fi.in fi.in l.cùm à matre,14.C. de rei vend.
Filiis nullo modo quarta pars hereditatis, quæ eisdem filiis debetur ex legibus, potest minui,nisi ex his caussis,quæ de inofficioso excludunt querelam, l. hac edictali,6.C.de secun.nuptiis.
Filius vsufructu legitimæ non potest hodiè defraudari,glo.fi.in l.tutores, 18. C. de excusat.tutorum,§.prohibemus,in auth.de triente,& semisse, col.3.
Filius accusando testamentum patris de falso si succumbat , perdit etiam legitimam,l.2.C.de his,quib.vt indignis.
Filius per non confectionem inuentarij non perdit legitimam , idest , quartam debitam iure naturæ,gl.lucrari,in §.si verò non fecerit, in auth. de heredib.& Falcid.col.1.
Filius non potest grauari à patre in portione,quæ de necessitate debetur,sed bene in possessione,quæ debetur iure institutionis,gl.heredem,& ibi add. marg. in §.si verò expressim,eod.
Filiis à parentibus triens,vel semis secundùm numerum liberorum quoquo relicti,titulo debetur antiqua lege cessante,his obtinentibus in omnibus, in quibus quarta portio per legem de inofficioso testamento debetur , exceptis liberis curialium,quibus nouem vnciæ debentur,§.1.in auth. de triente, & semisse,col.3.
Filij omnes,quando sunt curiales , vel quando plures curiales nuptæ , quilibet debet habere tres partes eius,quod ab intestato esset habiturus , sed si sit quis non curialis,is trientem, vel semissem habere debet eius , quod ab intestato esset habiturus,gl.curialibus,in additione marg.in §.excipiatur,eod.tit.
Filiis proprietatem,& vsumfructum legitimæ debet pater relinquere, si vult vocari pater filiorum non fame morientium,sed viuere volentium,ibi.
Filius potest defraudari in vsufructu legitimæ, quando pater filium vulgariter in omnibus bonis suis instituit relicto alij vsufructu omnium bonorum, nam tunc valebit legatum vsusfructus , nec se in legitima grauatum filius potest conqueri,quod intellige , quando nuda proprietas à legitima filij supra tantum valet,quantum ipsius legitimæ vsusfructus valet, alioquin poterit filius huiusmodi legatum impugnare,gl.relinquat,in addit.marg.ibi.
Filius debet habere legitimam sine grauamine, gl. si non sufficeret , in §. quam ob rem,in auth.de restit.& ea quæ parit, col.4.
Reliqua verba,Legitima,Quarta,Conditio,29. Filia,6.
FILIO potest legare pater,si legatum in tempus existentiæ sui iuris conferatur,l.filiam,de auro,& argento.
Filius heres institutus,qui legata à se in testamento relicta codicillis sua manuscriptis ademit,non tenetur pœna falsi,si iussu patris id fecerit , cùm esset minor 25.ann.& ita hereditatem quoque sibi capere potest,l.5.de falsis.
Filius si in testamento patris legatum sibi ascripserit , si venia impetrata abstinuit à legato,vt remitteretur pœna falsi,rectè potest habere bon.possessionem contra tab.patris,glo.non posse,in l. si quis legatum,§.fi.eod.
Filio quod relinquitur , vt filio,si non est filius,non valet,l. neque profectio, 5. C.de testam.
Filio,vel fratri quid relinquitur,vt filio,vel fratri, valet , etiam si non sit filius, vel frater,si testator hoc sciens reliquit,secus si ignorans,gl.fi.ibi.
Filius in potestate , & seruus iussu patris , vel domini defuncti ascribentes sibi euitant pœnam,sed legato carent,extraneus tamen,vel emancipatus,& legato carent,& pœnam incurrunt,glo.1.in l.1.C.de his,qui sibi ascrib.
Filius,vel seruus non potest petere satisdationem à domino,vel patre , à quo sibi legatum est sub conditione , si tamen pendente conditione pater emancipet filium , vel dominus seruum , tunc posset pater sibi caueri simplici cautione fideiussoribus,l.filio,vel seruo,vt legatorum nomine caueat.
Filiofamilias minori si legatum , vel fideicommissum sit relictum post mortem patris,& postea pater fecit pactum cum herede de non petendo legatum , ac filius consensit,& sic læsus sit,potest restitui,cùm ipsius intersit propter spem legati,quod ei post mortem patris competit,l.3.§.si quid minori,de minorib.
Filiofamilias minori si sit relicta militia , & postea pater pactus est de non petendo eam,filio consentiente , ipse minor potest restitui , cùm eius interfuit non decipi, ibi.
Filiofamilias minori si legatum sit relictum in vita patris dandum,& pater fecit pactum cum herede de non petendo legatum, consentiente filio , filius restitui potest,glo.post mortem,ibi.
Filiusfamilias,cui relicta est optio alicuius rei , non potest optare sine iussu patris,nec ante aditam hereditatem potest etiam cum iussu,l.Iulianus,10.& ibi glo.2.de legat.1.
Filiofamilias minori 14.ann.si legetur,cùm is in tutelam suam peruenerit , potest capere legatum,cùm erit pubes , nec expectatur , quòd fiat sui iuris, nisi mater habens mariti vitam suspectam legauerit filio communi , cùm is in suam tutelam peruenerit , quia tunc expectatur, quod fiat sui iuris , l. cum filiofamilias,50.de legat.3.
Filiofamilias relictum legatum,quoad in potestate patris sit , dicitur valere ex persona filij,tamen pater petet quasi sibi relictum,l.fi.& ibi glo. fi. de annuis legatis.

… principis, ærarium populi Romani fuit, donec princeps omnia in fiſcum … inſtulit, qui tribus conſtat, ſcilicet indictione, canone, & oblatione, l. inter publica, 17. ibi add. marg. de ver. ſig.

Fiſco damnoſa, & iuri contraria non conuenit impetrari, l. 3. C. de precibus.

Fiſci procuratori ſunt acta tranſmittenda, quoties in aliquo negotio aliquid commodi fiſcalis apparet, vt inſtructione percepta, quid ſibimet iuris auxilio debeatur, agnoſcat, l. 1. C. de officio Comitis rerum priuat.

Fiſcus, vel reſpub. non debet præſtare patrocinium, vel procurationem alicui contra priuatos ſub prætextu debiti, id eſt, quod tu fiſco remitteres debitum ſi tibi patrocinium exhiberet, l. 3. & ibi gloſ. 1. C. eodem.

Fiſci aduocatus ſi in cauſſa fiſcali non adeſſet, & ſine eo fuiſſet proceſſum, ex integro cognoſci oportet, gl. fi. in l. 2. C. ſi aduer. fiſcum.

Fiſcus in dilationibus vtitur iure communi, l. inter priuatos, 6. C. de dilat.

Fiſcus debitorem debitoris ſui ex cauſſa primipili præcedente diſcuſſione ſolemni exigere poteſt ante diem remiſſo interuſurio medij temporis, l. 1. & ibi glo. fi. C. de condi. ex lege.

Fiſcus, vt quilibet alius ex ſuis ſubnotationibus debiti probationem non probat, l. exempto, 7. & ibi gl. fi. C. de probat.

Fiſcus licet ſit priuilegiatus, tamen etiam pro fiſcali debito non datur fides propriæ ſcripturæ, ibi.

4 Fiſci procurator, qui confeſſus pretia rerum fiſci venditarum ſe recepiſſe, etſi non ſit ſoluendo fiſco, non datur actio fiſco in debitorem, † glo. penitus, in l. in contractibus, 14. §. ſed quoniam, C. de non num. pecu.

Fiſcus quandoque vtitur iure priuati, gl. fi. in l. 3. C. de reſcind. vend.

Fiſcus in priuatorum contractibus ſe interponere non debet, l. pen. C. ſi emancip. ita fuerit.

Fiſco ſunt vendicanda bona hoſtis publici, l. 1. C. de bonis libertorum.

Fiſcus vbique eſt præſens, gl. 1. in l. 1. C. de quadri. præſcrip.

Fiſcus ex debito ſuccedens pro quota bonorum ad eum peruenta creditorib. confiſcati tenetur, l. 2. C. ad leg. Iul. de vi.

Fiſcus ſeruatur in quaſi poſſeſſione accipiendi tributa, ſine præiudicio tamen exactorum, & collatorum, gl. percipiat, in §. cogis, in authen. de mand. Princ.

Fiſcus eſt ipſa Imperialis, vel Imperij camera, in qua receptatur quidquid ad commodum pecuniarium, vel regni pertinet, gloſ. in rub. & ibi addit. marg. C. de iure fiſci, lib. 10.

Fiſcus ſucceſſit loco Reipub. Romanorum, ibi.

Fiſcus dicitur, quaſi fixus, id eſt, firmus, quia ſemper eſt diues, & ſoluendo, vel quia fiſcus à fiſcina, & fiſcellæ ſunt vaſa ad maiores ſummas capiendas, quàm marſupia ipſa, quo fit, vt fiſcus pecunia publica dicatur, quòd maioris ſummæ ſit, quàm priuata, gloſ. 1. & ibi addi. mar. in d. rub. C. eod.

Fiſcus habet ius commune, l. iuſtus, & ibi glo. fi. C. eod.

contra Fiſcum cuilibet licitum eſt defendere, & ante ſententiam bona non auferuntur, ſed poſt ſententiam ſollicitè inueſtigabuntur, l. defenſionis, C. eod.

Fiſcus antequàm vendicet bona delinquentis primò debet tractari cauſſa criminalis, deinde an alius præcedat fiſcum in ſuccedendo, & ſi referatur quæſtio, quaſi ea res non ſit de nonis illius, inquirendum eſt etiam de hoc, ſed hodiè in aliquo immutatur, gl. 2. ibi.

Fiſco faciens fraudem in quærendis bonis condemnati punitur in duplum, ſed ſi in iam quæſitis, ac incorporatis bonis fiſco, tunc in quadruplum punitur, glo. integrum, ibi. & l. qui contractib. C. eod.

Fiſco faciens fraudem, etiam in bonis non quæſitis, quandoque condemnatur in quadruplum, d. gl. integrum.

Fiſcus debet mitti in poſſeſſionẽ bonorũ debitoris tributorum pro menſura debiti, & nõ in plus, vel in omnibus bonis, † glo. omnẽ, in l. 2. C. de exact. lib. 10

Fiſcus quandoque minus habet, quàm priuatus, gloſ. fi. in l. 3. C. eod. titulo, & lib.

Fiſci res vſucapi non poſſunt, ſed bona vacantia, antequàm fiſco denuntientur, poſſunt vſucapi, §. res fiſci, Inſt. de vſucapio.

contra Fiſcum in dubio eſt ferenda ſententia, ſi cauſa ſit merè lucratiua, aliàs non gloſſ. fin. in additione in §. fi. Inſtit. quibus modis teſtam. infir.

Reliqua verbo, Aduocatus, 15. 16. Debitor, 82. 83. 84. Procurator, 70. vſque 73. Reſpublica, Sententia, 17. Tutor, 151. Aerarium.

5 FISCVS, ad quem bona vacantia peruenerunt lege Iulia, tenetur præſtare legata, & fideicommiſſa quæ tenebatur præſtare heres, à quo relicta fuerunt, l. quidam teſtamento, 66. §. 1. de legat. 1.

ad Fiſcum tranſeunt bona cum onere legatorum, l. cùm fiſco, ad Syllanian.

Fiſco applicatur regulariter, quod aufertur indigno, fallit in quibuſdam caſibus, gl. 2. in l. Claudius, de his, quæ vt indignis, & gloſ. fi. in l. 3. C. ad legem Falcid.

in Fiſcum tranſit legatum cum onere conditionis, & fideicommiſſi propter incapacitatem legatarij, vel alio modo perueniens ad eum, l. in facto, 60. §. fi. de condit. & demonſt.

Fiſco defertur id, quod tacitè relictum eſt incapaci, l. 2. de iure fiſci.

Fiſco non defertur id, quod palàm relictum eſt incapaci, † repub. glo. tacitè, ibi.

Fiſco quando defertur aliqua hereditas, ei non adquiritur ipſo iure, ſine aditione, neque aditione ſequuta dicitur heres, ſi hereditas non ſit ſoluendo, gl. an bona, in d. l. 1. §. an bona.

Fiſcus, vel alius, qui vtitur iure fiſci, non tenetur facere inuentarium, cùm non teneatur vltra vires hereditarias, d. §. an bona.

Fiſco quando deferuntur bona ex cauſa taciti fideicommiſſi, omnia, quæ vtiliter in teſtamento data ſunt, valent, l. non intelligitur, §. tacita, & l. dicitur, 14. eod.

Fiſco applicantur omnia ſcelere quæſita, l. Lucius, 9. de iure fiſci.

ad Fiſcum dicuntur pertinere illa bona, quæ ſuperſunt ſatisfacto creditorib. l. non poſſunt, eod.

Fiſcus ſibi hereditate delata non poteſt per priuilegium auferre ius creditorum hereditariorum, ſed iure tantùm communi vtitur contra eos, l. quod placuit, 37. eod.

Fiſco partim, & partim parti priuatæ quando applicatur bona alicuius ex condemnatione ex vi ſtatuti, adiudicata bona omnia ſolui debent fiſco, qui rurſus priuato partem ſoluere tenetur, glo. redigatur, in add. marg. in l. 1. C. de venditione rerum fiſcal. lib. 10.

Fiſcus hodiè non poteſt accipere bona pro delictis, niſi in crimine læſæ maieſtatis, gl. ex permiſſu in l. 1. C. de reb. vacant. lib. 10.

Fiſco quando defertur res, primò debet ſolemniter examinari per procuratorem Cæſaris, deinde debet incorporari cùm authoritate procuratoris fiſci, & tituli, quorum adiectione res fiſco adiungitur, non debent ſcribi ſine ſuperioris authoritate, & contrafacientes grauiſſimè puniuntur, l. 3. C. eod. tit. & lib.

Reliqua verbo, Indignus.

FISCVS priuato ſuccedens non poteſt vti ſuo priuilegio in re priuati reſpectu præteriti temporis, ſed bene poteſt vti reſpectu futuri temporis, l. fiſcus, 6. de iure fiſci, & gl. dare, in add. mar. in l. cùm quidam, 17. §. fiſcus de vſuris.

Fiſcus tenetur vxori ad dotem, vel creditorib. ad debitum pro ea parte, pro qua mariti bona publicata ſunt, ipſe tamen maritus in ea parte non tenetur, l. ſi marito, 31. & ibi gl. 2. ſolut. matrim.

Fiſcus ob vxoris delictum ſuccedens in dote non debet habere à marito dotis nomine plus quàm vxor, cui ſucceſſit, l. ſi maritus, 36. & ibi glo. fin. eodem.

Fiſcus in tutelam non ſuccedit, glo. pen. in l. ſine herede, 32. § fin. de adminiſtr. tutorum.

Fiſcus ſuccedit morienti ab inteſtato, ſi non habeat agnatos, vel cognatos, qui iubent ſuccedere ei ab inteſtato, alias ſecus, glo. 2. in l. 3. de his, quæ in teſtam. delen.

Fiſcus ſuccedit in locum heredis indigni, & præfertur ſubſtituto etiam neceſſario, & necem defuncti vendicanti, l. ſi ſequens, ad Syllan.

Fiſcus ſuccedens in hereditate quamuis non ſit heres nomine, eſt tamen heres effectu, l. quidam teſtamento 96. §. 1. in additione marg. de legat. 1.

Fiſcus, ciuitas, & collegium heredes inſtituti, & rogati coguntur hereditatem adire, & reſtituere, l. ex cuia re, 6. §. fiſco, ad Trebel.

Fiſcus, ad quem vadit hereditas, non tenetur mortem defuncti vindicare, cùm in pœnam heredis deferatur ei gloſſ. quaſi vindicauerit, ibidem.

Fiſcus heres inſtitutus, vel auferens ab indigno tenetur præſtare legata legatariis, non tamen tenetur eis ſatiſdare, de ſoluendo illa eis, l. 1. §. ſi ad fiſcum vt legatorum nomine cauea.

Fiſcus, vt heres fideiuſſoris damnati ob aliquod crimen poteſt petere beneficium diuiſionis ex epiſtola Diui Adriani, l. inter eos fideiuſſores 51. §. fi. de fideiuſſ.

Fiſcus ſuccedens fideiuſſori damnato conuentus à creditore debet ipſe condemnari, non reus damnatus, quia poſtquàm eſt damnatus in totum dicitur liberatus, & ideò non poteſt ipſe condemnari, † reprob. gl. fi. in d. l. inter eos fideiuſſores, §. fi. eod.

Fiſcus ſuccedens poſteriori creditori vtitur eo iure, quo is vſurus erat, cui ſucceſſit, l. non intelligitur, §. ſi poſteriori, & l. fiſcus, 9. de iure fiſci.

Fiſcus ſuccedens reo ipſo iure, liberantur fideiuſſores fiſci, quod fiſcus accipiebat ex contractu, ſi reus eſſet ſoluendo, aliàs non † reprob. gl. ſi principalis, in l. in fraudem, 45. §. ſi principalis, eod.

Fiſcus tenetur ad dotem, quando ſuccedit marito, qui tenetur reſtituere dotem, gl. 1. in l. 2. C. ſoluto matrimonio.

Fiſcum excludit vxor in ſucceſſione mariti mortui ab inteſtato, l. 1. C. vnde vir.

Fiſcus regulariter vocatur in ſucceſſionib. ab inteſtato poſt vxorem, fallit in quibuſdam collegiatis, in quib. poſt vxorem eorum collegia ſuccedunt excluſo fiſco, gl. fi. ibid.

Fiſcus vltimus admittitur ad vendicationem caducorum cum ſuo onere, l. vnica. §. fi. C. de caducis.

Fiſcus regulariter poſt vxorem ſuccedit deſcendentib. ab inteſtato, fallit in nauiculariis, gl. 1. in l. 1. C. de heredita. decurion.

Fiſcus excluditur à ſucceſſione ab inteſtato alicuius ex legionibus, vel vexillationib. comitatenſibus vel cuneis morientis ſine herede, & ad vexillationem, in qua militauit, pertinet eius hereditas, l. 2. C. eodem.

Fiſcus habet duas ſtationes, quarum vni Titius eſt debitor in decem cum fideiuſſore, alteri eſt creditor in aliis decem, ſi fiſcus ſuccedit Titio, extinguitur hinc inde debitum per confuſionem, & ita etiam fideiuſſor ille datus à Titio liberatur ipſo iure, gl. fi. ibid.

Fiſcus ſuccedit in bonis inteſtatorum, qui ſine legitimo vel honorario herede deceſſerunt, non tamen ipſo iure, ſed per aditionem, & tunc non præiudicat fiſco, niſi quando bona ſunt ſoluendo. deducto ære alieno, † reprob. gl. 2. in l. 1. & gl. 1. in l. vacantia, C. de bonis vacantib. lib. 10.

Fiſcus eſt ſucceſſor malè adquiſitorum, gl. ex empto, in c. 1. de prohibita feudi alienat. per Fridericium.

Reliqua verbo, Hereditas, 28. Legatum, Heres, 85. & inf. nu. 8. 9.

FISCO obligantur omnia bona ſecum contrahentis, gl. 1. in l. vel cum, de confirm. tuto.

Fiſcus, & pupillus pari priuilegio gaudent, & inter eos qui prior eſt tempore, potior eſt iure, ibi.

Fiſcus eſt magis priuilegiatus, & fauorabilior, quàm pupillus, gl. excuſationem, in l. 1. §. tutores, de falſis.

Fiſco fraus facta inducit crimen falſi, ſed fraus facta pupillo non, ibi.

Fiſco competens priuilegium, competit etiam Cæſari, & etiam Auguſtæ, l. fiſcus, 6. §. fi. de iure fiſci.

Fiſci priuilegiis ſubiicitur ille, qui ſuccedit fiſci debitori, l. eum, qui, 33. eod.

Fiſcus habet priuilegium perſonale, vt primò de bonis debitoris ei ſatisfiat, non tamen habet hoc priuilegium aliqua ciuitas, niſi per priuilegium à principe conceſſum, vel niſi ſit Romana, vel Antiochena, gl. 1. in l. ſimile, 10. ad Municipal.

Fiſcus cùm multis gaudeat priuilegiis, non debet aliquis mirari, ſi in aliquo caſu grauetur, gl. centũ annorũ, in l. vt inter diuinũ, 23. C. de ſacroſanct. Eccleſ.

Fiſci cauſa potior debet eſſe aliis ob ipſius neceſſitates publicas, l. 1. & ibi gloſ. fi. C. de condict. ex lege.

Fiſcus non priuilegiatus, vt mulier ab eo vendita in libertatem non proclamet, l. non ideò, C. de liberali cauſa.

Fiſcus, & mulier gaudent pari priuilegio, & ideò qui prior eſt tempore, potior eſt iure, l. 2. & ibi gl. fi. C. de iure fiſci.

Fiſci obligatio, vel priuilegium non extenditur ad bona debitoris vendita antequàm debitor contraheret cum fiſco, l. 4. C. eod.

Fiſcus poteſt reuocare pecuniam ſolutam poſteriori creditori, vſuras tamen non

poteſt

Fiſcus ex

Fiscus ex suis contractibus statuta die non soluendo pretium, vel mercedem eius, vsuras non præstat, ipse tamen accipit, vt solet à fornicariis, & vectigalibus, qui tardiùs pecuniam soluunt ei, l.cùm quidam, 17.§.fiscus, de vsuris.

Fiscus in locum priuati succedens ex contractibus defuncti statuta die non soluendo pretium, ver mercedem eius, vsuras præstare tenetur, ibid.

Fiscus succedens priuato potest defuncti debitores, qui minores semissibus vsuras præstabant, cogere, vt deinceps semisses sibi præstent, ibid.

Fiscus, ex mutuo iure speciali potest petere vsuras, etiam si promissæ non sint, gl. fi.in l.Herennius, 43.de vsuris.

Reliqua verbo, Debitor, 82.83.84.

1 FISCALES res quasi propriæ, & priuatæ principis sunt, & ideò in illis non habet locum interdictum, ne quid in loco publico, quia in illis nec facere, nec prohibere potest priuatus, l.2.§.publici, ne quid in loco publico, rubr.C. de fundis rei priuat.libr.11.

Fiscalem rem quando vendit procurator fisci, debet eam vendere iusto pretio, quod non ex præterita emptione, sed ex præsenti æstimatione constitui debet, l.non intelligitur, §.Diui, de iure fisci.

in Fiscalibus caussis pacti cum delatoribus habentur pro confessis, si modò pretium, vel modicum dederunt, & non aliter, l.4.& ibi gl.pen.eod.

Fiscalem rem vendens procurator Cæsaris quamuis duplum, vel triplum pro euictione promiserit emptori, licèt euincatur emptori, fiscus non tenetur præstare duplum, vel triplum promissum, sed tantùm simplum, l.si procurator, 5.de iure fisci.

Fiscalis res vendita à procuratore Cæsaris, & tradita emptori tunc fit emptor is, cùm soluerit pretium, ibi.

Fiscalem rem vendens procurator Cæsaris, euicta ea re tenetur ad duplum promissum, †gl.1.ibi.

Fiscalis debitor si soluerit suo creditori, potest fiscus eam pecuniam ab illo creditore repetere, & sic remanebit debitor obligatus suo creditori, & eius fideiussores & pignora, ac si nihil soluisset, l. deferre, §.fi. cum tribus legibus seqq. eodem.

Fiscales res Romanæ ciuitatis præscribuntur 20.annor.spatio, actio tamen, quæ competit ciuitati, centum annis tantùm, gl.centum, in l.vt inter diuinum, 23 C.de sacrosanct.Eccles.

Fiscales res non vsucapiuntur, præscribuntur tamen 40. annis, glo.fi.in l.2.C. communia de vsucapio.

2 Fiscales res intelliguntur esse de substantia principis, l.3.C.eod.

Fiscalia bona debent de facto occupari, & in fiscum incorporari post cognitiones iussu principis, l.fi.C.de bonis vacantib.lib.10.

Fiscales causæ dicuntur causæ reipub.l.ex varia, C.de delatorib.li.10.

Fiscales res, aut in fiscum per successionem delatas impetrare nemo potest, & impetrans & officialis curiæ principis, qui in his impetrationib. operam darent, vel subscriberent legitimè puniuntur, l. 1.& l.fi.C.de petitio.bonorum sublat.lib.10.

Fiscalis debitor summatim debet exigi, citra inducias, & dilationes, l.2.& ibi add.marg.C.de fundis rei priuatæ, lib.11.

Fiscalis fundi possessor non cogitur ad extraordinaria munera, vel super indictiones, l.1.C.de priuileg.domus August.lib. 11.

Fiscalis ratio quandoque dicitur ratio Imperatoris, gl.fiscalis, in l.4.C.de numerariis, lib.12.

Fiscalis arca dicitur, quia à principio consuetudo fuit populi Romani, vt pecuniam, quam ex tributis percipiebant, in marsupium ab initio reponerent, sed si marsupium non sufficeret, ad fiscum, id est, ad saccum deuenirent, & hoc ipsum fuit in principe, vt primò in bursa, deinde ad fiscum, idest, ad saccum deuenirent, & posteà cùm nec fiscus sufficeret, ad domum deuentum est, quæ vocatur ærarium, quòd æs ibi reponebatur, ibi.

Fiscalium rerum venditiones, aut locationes videntur semper fieri sub pacto adiectionis in diem, l.Lucius Titius, 21.§.fi.in add. marg.ad municipalem.

Reliqua verbo, Fundus, 7.8. Interuersores, Prædium, 3.4. Venditio, 11. vsque 14. Fiscus, 12.13.14.

FISTVLA dicitur, per quam aqua fusa ducitur, à fundendo, veluti tubulus à tumendo, l.si fistulæ, in add.marg.de seruit.vrbanorum.

Fistulæ, per quam aquam ducebas, si ædibus meis applicatæ damnum mihi dent, competit mihi contra te actio in factum subsidiaria legis Aquiliæ, & possum etiam petere cautionem damni infecti ante damnum, d.l.si fistulæ.

Reliqua verbo, Cloaca, Tubulus, Paries, Riuus, Tubuli.

FLAGITIVM, & nequitia sunt generalia ad omnia mala, propriè tamen flagitium sumitur pro errore flagris, & increpatione digno militantium more, nequitia verò pro lasciuia, libidinéque, & luxu vitæ, prodigo, atque effuso ponitur, & nonnunquam etiam vt sit frugalitati contraria, l. bouem, 43.§. mortis, in addit.mar.de ædili.edic.

FLORENTIAE statutus est certus modus altitudinis in turribus & domibus ædificandis, gl.1.in l.1. C. de ædificiis priuatis, & glo.1.in l.qui luminibus, de seruit.vrban.

Florentini portant acetum in exercitu, & faciunt hoc, vt respub. non grauetur, & vt assuescant ad malum, item quia non fiunt ebrij, sicut si quotidiè carnes & vinum haberent, possent tamen hoc milites de suo facere, gl.acetum, in l.1.C. de erogan.milit.anno.lib.12.

1 FLVMINVM quædam sunt publica, quædam priuata, l.1.§. fluminum, de fluminibus.

Flumen publicum dicitur id, quod perenne est, idest, perpetuum, etsi non omni tempore fluat, ibi.

Flumen priuatum nihil differt à ceteris loci priuatis, ibi.

Flumina perpetua, & portus publica sunt, & ideò ius piscandi in eis commune est omnibus, §.flumina, Inst.de rerum diuis.

Flumina quædam dicuntur priuata, vt fossata in agris posita, quæ crescunt & decrescunt, quæ quandoque currunt, quandoque non, gl.flumina, ibi.

Fluminis aqua communis est, quia conceditur occupari etiam irrationabili, sed ipse alueus est publicus, quia occupanti non conceditur, vnde aquam alicui deriuare aliò non licet, gl.1.in l.3.de rerum diuisio.

Flumina òmnia, & portus publici sunt, præter ea, quæ ad tempus fluunt, vt Rapo, & Melloncellum, quæ sunt priuata, l.nemo, & ibi gl.fi.eod.& gl.1. & 2. in l. fluminum, 24.de dam.infec.

Flumina etiam manufacta publica sunt, non priuata, d.gl.fi.

Fluminum publicorum vsus communis est, sicut publicarum viarum, & littorum, l. fluminum, 24, eod.

Fluminum publicorum proprietas non est communis, nisi sit littorum maris, quia tunc eorum etiam proprietas communis est, gl.1.& 2.ibi.

Flumina publica, quæ fluunt, ripæque eorum publicæ sunt quoad vsum, sed flumina etiam quoad proprietatem, l.penult.& ibi gl.1.de fluminibus.

Flumen publicum si currit inter duos montes vsque ad cacumen montis dicitur publicum, cùm semper vergit ad aquam propter tractationem aquæ, sed si nihil vergit propter tractationem aquæ, quia saxum est vsque ad aquam, dicitur esse publicum vsque ad locum, quò plenissimum flumen excurrit, gl.fi.ibi.

Flumen à riuo discernitur magnitudine, aut existimatione, vel opinione circumcolentium, l.1.eod.

Fluminum quædam sunt pecuniaria, & quædam torrentia, ibi.

Flumen perenne dicitur illud, quod semper fluit, id est, sine fine, sed torrens dicitur quod hyeme tantùm fluit, ibi.

Flumen perenne licèt aliqua æstate exaruerit, non desinit per hoc esse perenne, ibi.

Flumen publicum si circumeat agrum, ager remanet eius, cuius fuerat, & quod illic factum est, non est factum in flumine publico, nec pertinet ad interdictum, ne quid in flumine publico fiat, si quid in priuato factum sit, nec si in priuato flumine fiat, d.l.1.§.si fossa, eodem.

in Flumine priuato factum perinde est, ac si in aliquo loco priuato fiat, ibi.

in Flumine publico factum dicitur illud, quod in aqua factum est, & quod extra factum est, non est factum in flumine, d.l.1.§.in flumine.

in Flumine publico non videtur factum, id quod factum est in ripa, ibi.

in Flumine publico non debet aliquid fieri, per quod noceatur alteri, d. l.1.§. non autem.

ex Flumine publico non nauigabili potest duci aqua, nisi Imperator aut Senatus vetet, l.2.eod.

de Flumine non nauigabili idem est dictum, ac si esset nauigabile, quando ex eius adiunctione facit aliud nauigabile, ibi.

in Flumine publico, vel in ripa eius aliquid fieri, vel immitti, quo statio, idest, locus, vbi naues tutæ sunt, vel iter nauigij deterius fiat, prohibitum est, rub. & l.1.eod.

in Flumine publico, vel eius ripa prohibitum est aliquid facere, vel immittere, per quod aqua aliter fluat, quàm priore æstate fluxit, rub.& l.1.ne quid in flum.publico.

Fluminum cursus naturalis certior est æstate, quàm hyeme, & indubitatior est fluxus prioris ętatis, quàm præsentis, & ideò interdictum, ne quid in flumine publico fiat, quo aliter aqua fluat, quàm priore æstate fluxerit, refertur ad priorem æstatem, & non ad præsentem, d.l.1.§.is autem.

in Flumine publico nauigare volenti, aut in ripa eius onerare vel exonerare, vim fieri prohibetur, & contra prohibentem datur interdictum, ne quis in flumine publico nauigare prohibeatur, l.1. vt in flumine publico nauigare.

Fluminis publici ripa, vt deprimatur prioris appellandi gratia, agere quis non potest, d.l.1.§.fi.

ad Flumen publicum vel ripam eius licitum est cuilibet ducere oues, aut pecus ad bibendum, & si prohibeatur, habet interdictum, ne cui vis fiat, quo minus pecus ad flumen publicum, vel ripam eius appellat, ibi.

Fluminis naturalem cursum opere manufacto auertere alio non licet, munire tamen ripam aduersus fluminis impetum licitum est sine magno incommodo vicinorum, l.1.& ibi gloss.1.C.de alluuionibus.

in Fluminis superioris parte non debet quis lauare equos, vel pannos, per quod lauacrum commune poculum aquæ corrumpitur, l.cùm suprà, C.de re militari, lib.12.

in Flumine non debet quis balneare inuerecundè, & bestiarum more in loco, quo videri potest, d.l.cùm suprà, & ibi gl.fi.

Flumen quandoque appellatur lignum excauatum, in quo colligitur aqua pluuialis, vel alia naturalis, quæ semper fluat, gloss. flumen, in l.foramen, 28.de seruit. vrba.

Flumen, vel torrentem si aquis auerterit, ne aqua ad eum perueniat, non tenetur actione aquæ pluuiæ arcendæ, etiam si noceat id vicino, nisi auertisset animo nocendi vicino, l.2.§.pen.de aqua pluuia arcend.

ex Flumine nauigabili non debet princeps concedere aquæ ductionem, si ex ea flumen minùs nauigabile efficiatur, etiam si per hoc aliud flumen fiat nauigabile, l.si autem, §.fin.eod.

ex Flumine cōcedere alicui aquæ ductionem solus princeps, vel Senatus potest, gl.prætorem, ibi.

ex Flumine nauigabili, aut à quo aliud nauigabile fit, non potest tolli aut deriuari aqua ad molendina extruenda, aut irrigandos agros, si per aquæ subductionem minùs ex equo deriuaretur nauigabile fieret, alioquin liceret si vsque adeò illud amplum foret, vt deriuata inde aqua non redderetur minùs nauigabile, d.§.fi.& ibi add.mar.

Fluminis publici ager, vel clusa, quando respicit frontem alterius agri, eius dicitur quoad proprietatem, cuius est ager, quoad vsum verò est publicus, l.fi. §. fi.in add.marg.de adquir.rerum dom.

Fluminis vi exportata in fundum alienum non potest tollere, nisi de damno futuro, & præterito cauerit fundi domino, l.hoc amplius, 9.§.de his, de damno infecto.

Fluminis vis si partem aliquam ex prædio alicuius detraxerit, & meo prædio appulerit, illa pars illius permanet, si tamen prædio meo hæserit tanto tempore, vt coaluerit in terra mea, & arbores, quas secum traxit in meum fundum, radices egerint, ex eo tempore videtur fundo meo adquisita esse, poterit tamen illa recuperare à me per actionem in factum, l.adeò, 7.§.4.& ibi gl. longiore, & gl.adquisita, de adq.rerum domin.

Fluminis pars si ex vno latere proruperit, & alia parte nouo riuo fluere cœperit, deinde

Fœminæ ab officio tutelæ,& à postulatione,& à similibus actib. remotæ sunt,gl. 1.in l. 1.de edendo.

Reliqua verbo,Calphurnia,Mulier,76.77.78.Postulare,1.Iudex,17.

FOEMININVM nomen non concipit masculinum,gl. 1.in l. si quis ita, 16. de testam.tutel.& gl.1.in l.1.de verborum significatio.& gloss.quia filij, in §.fin. Instit.qui testamento tutores.

Fœminino vocabulo etiam masculos comprehendi turpissimum est exemplo, l. si ita scriptum,45.de legat.2.

pro Fœminino quandoque ponitur prorsus nomen masculinum,glo. 1.in l.1.de verbor.signific.glo.quia filij,in §.fin.Inst. qui testam.tutores.

per Fœmininam lineam iure Digestorum de iure prætorio poterat succedere quis, non autem de iure ciuili,hodiè autem sublata est differentia, l. quidam, 29.§.fi.& ibi add.marg.de donatio.

Reliqua verbo, Masculinum, Filia, 2.

FOENVS exercentes,licèt non habeant possessionem,tenentur ad onera patrimonialia,etiamsi non habeant ibi domicilium,secus est in personalibus, l.filij,22.fin.& ibi gl.fin.ad municipal.

Fœnerari peccatum est,gloss. potuimus, in l.at qui natura, §.penult. de negot. gest.

Fœnerari an sit solitus quis,vel non,hæc distinctio non habet locum in mutuo, sed in aliis contractibus,gl.conditio,in fi.in l.rogasti, si certum petat.

Fœnerans non dicitur negotiator,§.cæterùm,Inst.quod cum eo,qui in aliena.

Reliqua verbo, Vsura.

FOETOR, & malus odor quando exiit de domo alicuius in viam publicam, potest agi contra eum interdicto,ne quid in via publica fiat, l.2. §. idem.ait,si odor,ne quid in loco publico.

Reliqua verbo, Interdictum, 46.

FOETVS est eius,cuius est mater,non cuius est pater, l. idem Pomponius, §. idem scribit,si equam de rei vend.

Fœtus pecoris vsucapi potest,gl.non fuerunt,in l.4.§.fructus, de vsucapio.

Fœtus pecudum conceptus,& editus apud bonæ fidei possessorem statim fit bonæ fidei possessoris,& cessat vsucapio, quod secus est in partu ancillæ concepto,& edito apud bonæ fidei possessorem,l.qui vas,48.§.ancilla, & ibi gl. vsucapi,de furtis.

Reliqua verbo, Legatum,65.Peçus.

FONS habens venas ex fundo tuo si oriatur in fundo meo, non facis mihi iniustitiam,si eas venas incideris,& ob id desierit aqua ad me peruenire,si nulla seruitus debeatur eo nomine,nec teneris interdicto,quod vi,aut clàm,l. si in meo,21.de aqua pluuia arcend.

Fons habens venas ex fundo tuo si scaturiatur in fundo meo, si eius venas incideris animo nocendi,teneris mihi actione de dolo,in dubio tamen nõ præsumitur,quòd animo nocendi id fecerit,nisi ex cõiecturis colligatur,vt quia de hac re præcesserint comminationes,aut quòd inde in facientem nulla redundaret vtilitas,gl.fi.& ibi add.marg.ibi.

Fons publicus ab initio,vel ex pòst facto publicus effectus vsui priuatorum, non applicabitur ex rescripto super hoc impetrato, & super hoc non obstat reipub.præscriptio longi temporis,l.diligenter,C.de aquęductu,lib.11.

Reliqua verbo, Interdictum,39.

FORENSIS aliquis, vel alius, licèt intret portam cum salina videntibus gabellariis,& nihil sibi dicentibus,possunt ire post eum,& capere salinam,& auferre pœnam,nec ille potest dicere, quare à me non petebas gabellam, quia libenter soluissem,l.fi.§.Diui.de Public.

Forensibus non licèt ignorare statutum consuetudinis loci de gabellis soluendis,secus tamen est regulariter,d.l.fi.§.licèt.

Forensis conuentus Mutinæ non debet iudicare secundùm statuta Mutinæ, quibus non subest,gl.2.in l.1.C.de summa Trinit.

Reliqua verbo, Vectigal,Gabella.

FORMA est, quæ dat esse rei, & mutata forma substantiali res non dicitur eadem,sed diuersa,licèt sit identitas materiæ,l.Iulianus, 9. §. si quis, in add. marg.ad exhibend.

Forma rei mutata,vel perempta, propriè interimitur substantia rei, idest, status rei,d.§.si quis,& ibi glo.substantiam, gloss. facta, in l.qui vsumfructum,36.de vsufruct.

Forma tradita à lege seruari debet,in princ Inst.de testam.

Formulæ iuris aucupatione syllabarum insidiantes cunctorum actibus, radicitùs amputatæ sunt,l.1.C.de formulis sublatis.

Reliqua verbo, Omissio substantiæ, Species.

FORMARI pactum dicitur,quando vestitur,gl. pen. in l.interpositas,13.C.de transactio.

Reliqua verbo, Pactum,23.vsque 34.Informari,Libellus,5.

FORMIDOLOSI dicuntur illi, qui timent ea, quæ nulla suspicione sunt digna,l.scimus,22.C.de iure delib.

FORNACARIVS idem est,quod pistrinarius,vel pistor, à fornace; vel à fornice,idest,lupanario,vel à fornice,idest, arca lapidea, qui dicitur fornix, l. si seruus,§.si quis,in addit.marg.& ibi gl.fornacarius,ad leg. Aquil.

FORNACARII dicuntur,qui furnum,vel fornacem, vel apothecas, vel aliud simile conducunt à fisco,gloss.à fornicariis,in l.cùm quidam,17, §. fiscus, de vsuris.

Fornacarij sunt opifices,& propolæ,& institores, qui tabernas à fisco conducunt sub fornicibus, vt ibi merces suas venales habeant, cuiusmodi esse solent in porticibus fori venalium,id est,macelli,quas fallas vocant,d.§.fiscus,in addit. marg.

FORNACATOR, & fornacarius idem sunt,& dicitur, qui facit ignem ad calefaciendum balneum,vel furnum,gl.fin. & ibi additio margin. in l. continetur,de fundo instructo.

FORNICANS coniugatam credens solutam,non committit adulterium,gl.fi. in l.vxor,C. de repudiis.

FORSITAN dictio ponitur pro certè,l.mutus, & ibi glos. 2.de procuratorib.

Reliqua verbo, Fortè.

FORTASSIS aduerbium, quandoque in oratione abundat, glo.pretia, in l. si possessor,23.§.quòd si,de petit.hered.

FORTE aduerbium varietatem facti non iuris dubitationem inducit,quandoque tamen inducit iuris dubitationem, glo.fortè,ibi add.marg.in l.in substitutione,31.de vulgari.

Fortè dictio est dubitandi, & sub dubio fortè respondent sæpe periti,glo.fortè, in §.semel autem,in authent.quomodo oportet Episcopos,col.2.

Fortè dictio,vel fortasse,vel forsitan,est temperamentum philosophicum,& propriè designat dubietatem, aliquando tamen est expressiuum veritatis, gloss. fortasse, & ibi addit.in l.si duo,34.de arbitris.

Fortè dictio vbi est apposita, debet intelligi, vt idem disponatur in eo, in quo non est apposita,quod disponit in eo,in quo est apposita,§.æquè,Inst.de actio.

Reliqua verbo,Forsitan,Fortassis.

FORTITVDO sine iustitia non est commendanda, auth. vt omnes obediant iudicibus,in princ.col.6.

Fortitudo in armis virtus appellatur vulgariter, si tamen ab ea subtrahatur iustitia,delictorum solummodò,non quorundam bonorum fiet occasio,ibi.

FORTVNA dicitur iniuriari illis, quibus accidit infortunium, l.1. & ibi gl.1. C.quando Imperator contra pupillos.

Fortuna dat imperium,iuxta illud, *Si fortuna volet, fies de Rhetore consul,Si volet heredem,fies de consule Rhetor.*gl.principatum,in l 4.C.de legib.

Fortuna Imperialis omnes fortunas supereminet,l.pen.C. de bonis,quæ liberis.

à Fortuna,quando aliquid procedit, non debet imputari alicui,§.sed nos,Inst.de S.C.Tertul.

FORTVITO quandoque quis bene dicit,gloss.4.in leg.4. C.de præscriptio.30. vel 40.anno.

FORTVITI casus exilio voluntario luebantur,intellige quando delictum casu commissum est,præcedente aliqua culpa, l.aut facta,§.euentus,de pœn.

Reliqua verbo, Casus,3.vsque 7.

FORVM,licèt quis sortiatur ratione contractus in genere in isto loco,non tamen specialiter sortitur coram illo iudice,vbi fecit contractum,glo.2.in l.1. si quis in ius voc.

Fori priuilegio qui renunciauit,remittendus est ad forum, quod sortitus est ratione contractus,ibi.

Forum si quis nulla alia ratione sortiatur,quàm ratione contractus,nullo modo ibi conueniri potest,nisi ibi inueniatur, sed si renunciauerit foro suo,etiam si ibi non inueniatur,potest conueniri, & ibi remittendus est,ibi.

Fori priuilegio si quis renunciauerit, non valet renunciatio, quando tractatur de iurisdictione danda ei, qui non habebat,valet tamen, quando tractatur de iurisdictione exercenda eius,qui habebat iurisdictionem, vel si non habebat, eo ipso quòd ibi fideiussit, ratione contractus tenetur ibidem,& valet renunciatio,gloss.fina.ibid.

Foro suo potest quis renunciare iure ciuili, nisi sit clericus,qui nec iure canonico,nec ciuili potest renunciare foro suo,gloss.1.in l.1.de iudiciis.

Forum meliùs sortitur quis ratione contractus, & loci, quàm ratione loci tantùm,vel ratione contractus tantùm,vt aduena,l.2.§. legatis, & ibi gl. contraxerint,eod.

Fori priuilegium superueniens pendente iudicio non eximit quem à iurisdictione,l.si quis posteà,eod.

Forum sortitur ratione quasi contractus,si ibi inueniatur, secus si ibi non inueniatur,quia tunc nec fiet remissio ad locum contractus, † gl.1. debebit, & ibi additio margin.in l.heres absens,§.1.eodem.

Forum sortitur quis ratione delicti,& si ibi non inueniatur, fiet remissio ad locum delicti,ibi.

Forum sortitur quis ratione contractus in loco contractus, nisi ipse conuenire vt alio loco sese defenderet,19.d.l.heres,19.§. proinde.

Forum non sortitur ratione contractus aduena, qui à mercatore aliquid emit vel ei vendidit, si mercator sciebat confestim inde eum profecturum, qui tunc in loco domicilij debet conueniri,d.§.proinde,& ibi gl. profecturum.

Forum non sortitur aduena ratione contractus, etiamsi ibi posteà reperiatur † gl. quotquot,ibi.

Forum ratione contractus sortitur ille, qui habens tabernas, vel officinas, ve horreum contraxit, atque distraxit ibi, nisi generalium nundinarum rati aliud inducat,dict.§.quia proinde,& ibi glo. debebit.

Forum sortitur ratione contractus, item ratione patriæ communis, vt Roma item ratione domicilij, vbi habet maiorem partem fortunarum suarum, gl. debebit.

Forum sortitur ratione manumissionis,vt libertus sequatur forum patroni, ite sortitur originis propriæ,vel paternæ, ibi.

Forum sortitur ratione militiæ, & ratione matrimonij mulier sequitur forum viri,& ratione ordinis,vel clericatus,vel studij,scholastici, Episcopi, vel magistri,ibi.

Forum non sortitur ratione concubinatus,concubina enim non sequitur forum viri concubinarij,ibi.

Forum sortitur ratione cursus temporis, scilicet decennij, item ratione posses sionis,item ratione constitutionis,vel priuilegij, & ratione reconuentioni & ratione delicti,ibi.

Forum sortitur quis ratione contractus celebrati per alium, d. l. heres absens, apud Labeonem.

Forum sortitur quis ratione contractus ex quacunque obligatione, siue per s siue per alios, vt per seruos, siue delinquendo, siue contrahendo obligetu etiamsi ex non mutui causa obligetur,l.omnem,20.& ibi gl.2. eod.

Forum subeundi necessitatem inducunt contractus,& delicta,d.l.omnem, in ad dit. marg.

Fori priuilegio renunciare videtur quis incipiendo soluere, vel paciscendo, v iudicium suscipiendo,l.si fideicommissum,50.§.fi.eod.

Forum causarum,& iudiciorum locus,idem est,forum,in l.si duas,§.decet,de e cusat.tutorum.

Forum dicitur locus iudicij,dicitur etiam locus venalium mercium, gl. foro, l.fi.de curatore bonis dando.

Foro nummularium cedere, idem est, quod mensariam negotiationem abru pe

4 FRATER consanguineus est legitimus heres fratri,& quandoque potest agere querela inofficiosi,l.1.in l.postumus,de inoffi.

Frater consanguineus defuncti,si credidit matrem potiorem esse,dicitur in iure errare,hodiè tamen nouo iure non erraret, quia mater omnib. ex latere venientib.præponitur exceptis fratrib.ex vtroque parente,l.1.& ibi gl. 2.de iuris & facti igno.

Frater consanguineus repellitur à successione fratris propter vnam causam ex tribus caussis ingratitudinis,gl.infamiæ,in l.fratres, 27. C.de inofficioso test. & gl.ingratitudine,in auth.de nuptiis,col.4.& gl.fratrûm,in §.cùm igitur, in auth.de non eligendo secundò nuben. col.1.

Filius emancipatus vocatur ad legitimam fratris,vel sororis hereditatem,hodiè tamen cum eo admittitur etiam filius fratris,l.pen.& ibi glo.1.C.de naturalib.liberis.

Frater auiæ in successione nepotum ex filio masculo auiæ excludit filium alterius fratris præmortui,l.fi.C.de successor.edicto.

Frater non potest succedere fratri puberi ex substitutione pupillari, sed bene ex fideicommissaria,l.si frater,5.C.de fideicomm.

Frater legitimus heres est fratri nato, ex eodem patre, qui licèt non agnouerit bonorum possessionem sibi delatam intra centum dies,nō excluditur nihilominùs à succedendo,secus tamen est,si sint nati ex eadem tantùm matre, hodiè tamen idem est,l.1.& ibi gl.1.C.de suis & legitimis.

Frater vterinus centum diebus elapsis,intra quos bonorum possessio erat petenda repellebatur à succedendo fratri,hodiè tamen admittitur, gl.1.ibid.

Fratres, & sorores defuncti vocantur ab intestato ad eius successionem cum ascendentibus gradu proximis in virilem portionem, authent. defuncto, C. ad Tertullian.

Fratres, & sorores vocantur ad hereditatem fratris defuncti in virilem portionem cum patre,vel auo,aut proauo,si nullus eos præcedat,† glo.pen.ibidem.

Fratres,& sorores etiam dotatæ titulo consanguinitatis,vel cognationis ad successionem pariter admittuntur,licèt non sint suscepti ex eadem matre, l.1.& ibi gl.1.C.de legit.heredib.

Fratres, & sorores inter se agnati sunt, cùm succedant iure ciuili, vel per vnde agnati,quia sunt ex eodem patre,gl.1.ibid.

Fratres,& sorores vtrinq; coniuncti,& eorum,qui ex his præmortui sunt,filij relictis agnatis & cognatis omnibus præferuntur, qui fratrum filij vocantur in stirpes,cum ascendentib.in gradu proximis,auth.cessante,C.eod.

Fratrum filij succedunt cum ascendentib.gl.fi.ibid.

5 Fratres,sororesve ex vno latere, & eorum filij admittuntur ad successionem fratris,vel sororis mortui,deficientib.ascendentibus, & descendentib.& fratrib. vtrique coniunctis,& eorum filiis,auth.post fratres, 1.C eod.

Fratrum ex vno latere filij cum pares sint defuncti fratrib.excludunt patruos, & auunculos defuncti, ibid.

Fratres consanguinei in reb.paternis præferuntur patruis,& auunculis defuncti, & aliis similib.gl.2.ibid.

Fratres vterini in rebus maternis præferuntur patruis, & auunculis defuncti, ibidem.

post Fratres,fratrúmque filios vocantur gradatim proximiores in capita,& non in stirpes,sublata differentia masculorum,& fœminarum,authen.post fratres, 2.C.eodem.

Frater defuncti iure consanguinitatis admittitur ad successionem filiis se abstinentib.vel repudiantib.l.defunctis, 6.C.eod.

Frater patris,hoc est,patruus præfertur sorori matris,hoc est,materteræ, hodiè verò non,l.patruo,7.& ibi gl.1.C.de legiti. hered.

Frater vterinus præfertur auo,gl.1.in l.in successione,9.C.eod.

Fratres vterini præferuntur fratribus consanguineis in bonis maternis, fratres consanguinei fratribus vterinis in bonis paternis, in reb. aliunde quæsitis æqualiter succedunt,authent.post fratres,1.& ibi glo.1.& l.de emancipatis,13. & ibi gloss.exceptis,C.eod.& gloss.melior,in §.1.& 2. in authent. de consanguineis,col.6.

6 Frater vterinus tanquàm si consanguineus fuisset, admittitur ad successionem fratris cum legitimis fratrib.& sororib.adiecto etiam gradu cognationis,l.fi. C.de legit.hered.

Frater emancipatus cum sorore in potestate existente, ad successionem fratris emancipati pariter vocatur,l.1.C.communia de successio.

Frater emancipatus desinit esse agnatus,tam quoad alterum fratrem emancipatum,quàm quoad sororem,quæ in potestate remansit,sed hodiè contrà,gloss. 1. ibidem.

ad Fratris etiam in potestate morientis successionem tam in lucris nuptialibus, quàm in bonis maternis,primò veniunt eius liberi,secundò eius frater,tertiò pater,vsusfructus tamen debetur ei, in cuius fuit potestate, sed hodiè correctum est hoc,l.fi.& ibi gl.fi. C.eodem.

Fratres ex vtroque parente coniuncti mortuo patre in successione fratris intestati præferuntur fratrib. ex vno tantùm parente coniunctis in omnibus bonis etiam in paternis,auth.itaque,C.eod.glo.2.in auth.post fratres,1.C.de legiti.heredib.& §.1.& 2.in auth.de consanguineis,col.6.

Fratres ex vno tantùm latere,purà vterini tantùm,vel consanguinei,tantùm deficientibus fratribus ex vtroque latere succedunt fratri intestato, gl.fi.in authen.itaque,C.communia,de success.

Frater succedens matri simul cum fratre paciscendo, vel agendo sine mandato fratris non præiudicat in portione hereditaria sibi competenti,l.fin.C.res inter alios acta.

7 Frater defuncti ad ipsius successionem vnà cum ascendentibus vocatur, cùm is ex vtroque parente coniunctus est,alioquin solus ascendens vocatur, gl.recipiat,& ibi add.marg.in §.primæ si quidem, eod.

Fratres vtrinque coniuncti soli superstites fratri defuncto ab intestato æqualiter succedunt in eius bonis vndecunque quæsitis,gl.melior, in §.1.& 2.in authen.de consanguineis, col.6.

Fratres soli consanguinei superstites succedunt fratri ab intestato æqualiter in bonis vndecunque quæsitis,gl.melior ibi.& glo.fi.in auth.itaque, C.communia,de successio.gl.1.in auth.post fratres,1.C.de legit.hered.

Fratres soli vterini superstites æqualiter admittuntur in successione fratris intestati vndecunque bona ei perueniant, d.glossa melior, & glossa final.& d. glossa 1.

Frater vtrinque coniunctus præfertur in bonis fratris defuncto auo,vel proauo, † gl.proximis,in §.si igitur,in auth.de heredib.ab intestato venien. col.8.

Fratres, & sorores vtrinque coniuncti defuncto vocantur ad eius hereditatem descendentibus ascendentibus non extantibus,sed fratribus vtrinque coniunctis non extantibus,vocantur coniuncti ex vno latere tantùm, & existentibus vtrisque,vocantur coniuncti ex vtroque latere,& eorum filij exclusis coniunctis ex vno latere tantùm,§.si igitur defunctus,2.eod.

Fratris defuncti filij vocantur in stirpes, quando cum patruo succedunt suo patruo,si verò nullus frater superest defuncto,sed filij fratrum vocantur in stirpes,† ibidem.

Fratrum filij vnà cum aliis fratribus defuncti succedunt in iure suorum parentum,& sic in stirpes;alij autem excluduntur,d.§.si igitur defunctus,& ibi glo parentum.

Fratrum filij in propriorum parentum locum succedentes soli in tertio constituti gradu cum his,qui in secundo gradu sunt,vocantur ad hereditatem, §. autem fratrib.eod.tit.

Fratres si non sunt,nec fratrum filij ad successionem vocantur cæteri agnati, & cognati secundùm gradus prærogatiuam in capita sublata differentia sexus agnationis, & cognationis,& patriæ potestatis, & emancipationis, §.si vero neque fratres,eod.

Fratres fratrúmque filij ex vtroque parente coniunctorum hodiè cum ascendentibus defuncti vocantur ad successionem, & corrigitur, §. si autem cum fratribus,in authen.de heredib.ab intestato veni. auth. vt fratrum filij succedant,§. 1,col.9.

Frater habet querelam immensæ donationis contra donationem inofficiosam factam per fratrem,† gl.filiorum,in auth.de impensis donationib.in princ.

Frater potest exheredare fratrem vna ex tribus causis ingratitudinis,etiam turpi persona instituta,quo casu habet querelam,sed quando exheredat non turpi persona instituta,tunc semper cessat querela, glo. has esse, in §.aliud quoque,in auth.vt cùm de appellatione cognos. glos.possunt,in l.fratres,27.C. inoffic.testam.

Frater, & soror ex legitimo matrimonio nati præteriti, vel exheredati habent querelam inofficiosi testamenti turpi persona instituta in eo, dummodò legitima in totum, vel in partem eis non relinquatur, secus si per rescriptum principis essent legitimati,vel legitima, aut minùs legitima eis relinquatur, quia tunc agunt ad supplementum, §. soror, in addit.in princip.Instit.de inoffi.testam.

Frater non tenetur fratrem instituere,gl.iustè,in l.si quis à liberis,§.idem rescripsit, de liberis agnos.

Frater solus scriptus heres prohibens venire testes, vt per hoc sit facultas mutandi testamentum,non præiudicat,imò prodest fratri ad hoc, vt habeat legitimam hereditatem,l.2.& ibi gl.non nocet,si quis aliquem testari,

Reliqua verbo,Soror,Heres, 86.

Frater succedit in feudo paterno fratri decedenti sine legitimo herede, cui intestato legitima hereditas deferatur,gl.frater,in c. 1. §.& quia, de his, qui feud.dare possunt.

Frater non potest transferre feudum paternum in extraneum,& ideò fratris heres extraneus non succedit in feudo paterno,sed frater, qui à maioribus potiùs intelligitur habere,quàm à fratre,ibid.

Frater fratri debet succedere in feudo, ex quacunque causa feudum amiserit, dum tamen culpari non possit is,qui succedere intendit,ita tamen succedit, si dominum in aliquo offendit,ei satisfaciat,alioquin tali beneficio indignus videtur, ibid.

Fratrem excludit in feudo paterno legitimus,velut proximiori, si fuerit masculus,nisi felonia prædecessor feudum amiserit,quo casu proximior excluditur & vlterior admittitur,nisi dominus gratificatus fuerit proximiori, & ei feudum concesserit,ibid.

Frater in feudum fratri concessum non succedit ei, nisi expressim sit dictum constitutione,vt illo defuncto sine herede legitimo eius frater succedat, relicto herede,frater remouebitur,ca.1.§.sin autem vnus,& gl.nominatim, his qui feudum dare possunt.

Frater fratri succedit in feudum emptum de communibus bonis, cùm simul starent,& domino sciente, secus si domino ignorante de pecunia communi esset emptum,quia tunc frater non succedit,d.gl.nominatim.

Frater alienans partem suam feudi paterni, vel faciens inuestiri filiam suam, decesserit sine herede masculo, reuertitur nihilominùs feudum ad fratrem superstitem,quod olim obtinebat vsque ad quartum gradum, & posteà vsque ad septimum gradum, sed hodiè obtinet vsque in infinitum, c.1.§.hoc quoque,& ibi gl.vsque ad septimum, de success.feudi.

Frater quando consentit fratri alienanti partem feudi paterni, vel auiti, præiudicat filio suo,gl.inuestiti,ibid.

Frater ad partem feudi fratris,qui necessitate suadente alienauit, vel alio modo à iure suo cecidit,non admittitur,donec supererit alienator,ibid.

Fratri superstiti asserenti feudum paternum defertur iuramentum,si partem habeat in illo fundo,de quo est contentio inter eundem,& dominum,sed si nullam habeat partem,datur domino,nisi vassallus probet paternum fuisse, de contentione inter me,& dominum.

Frater fratri non succedit in feudo nouiter ab eo quæsito,nisi ex pacto,gl.pa in c.1.§.1.de feudo Marchiæ, vel Ducatus.

Fratres duo si fuerint inuestiti de nouo feudo, vno eorum mortuo sine descendentibus heredibus masculini sexus, dominus succedit in eo, non frater, pactum sit in inuestitura,vt frater fratri succederet,quo casu excluso domino frater succedit,d.c.1.§.fi.& ca.1.de fratribus,de nouo beneficio.

Fratres duo inter se si diuidant bona fratris,& in diuisione vni soli eueniat feudum, quod erat antiquum, fratre, ad quem deuenit feudum, mortuo herede, defertur feudum fratri superstiti, nisi refutauit, vel refutauit ad hoc, vt dominus de nouo eum inuestiret, & tunc ad ipsum domino

reuertit

1 FRVCTVS augent hereditatem, siue ante aditam, siue post accesserint, l. item veniunt, 20.§.fructus, de petitione hereditatis.

Fructuum loco sunt mercedes à colonis acceptæ, operæ seruorum, vecturæ nauium, & iumentorum, l.mercedes, 29.eod.& l.in venditione, §.1.de bonis author.iudi.

Fructus dicuntur in ciuili significatione deductis impensis, sed in naturali significatione dicuntur fructus, non deductis impensis, gl.deductis, in add. marg.in l.si à domino, à patre, 36.§.fructus, de petit.hered.

Fructus dicuntur deductis impensis, quæ quærendorum, colligendorum, conseruandorúmque eorum in gratia fiunt, d.§.fructus, & l.fructus, 7. soluto matrimonio, & l.1.& ibi gl.fi.C.de fructibus, & litium.

Fructus alij sunt naturales, vt poma, & similia; alij industriales, vt segetes, quæ industria hominum quæruntur, gl.non habendum, in l.& ex diuerso, 35. de rei vindicat.

Fructus alij dicuntur percepti, alij percipiendi, ibid.

Fructus percepti dicuntur à bonæ fidei possessore quocunque modo à solo separati, item etiam percepti dicuntur à fructuario in horreis reconditi, ibid.

Fructus percipiendi dicuntur duob.modis, vel quia immaturi, vel quia dominus eos percepisset, ibid.

Fructuum appellatione veniunt etiam vecturæ, & vsuræ, & aliæ accessiones ciuiles, l.si nauis, 62.& ibi gl.percipitur, ibid.

Fructus percipiendi intelliguntur, qui à petitore percipi potuerunt, d.l.si nauis, §.final.

in Fructib.non habentur ea, quæ sunt in vsu, vt sunt vasa, & similia, in quib. vsus, non vsusfructus est, l.cùm in rem, 64.& ibi gl.fi.eod.

Fructus percepti dicuntur, non solùm quando perfectè sunt collecti, idest, in horreis reconditi, sed etiam quando sunt cœpti ita, vt terra continere se fructus desierunt, l.si eius, 78.eod.

Fructus efficiuntur vsufructuarij, si suo nomine à solo separentur, sed bonæ fidei, vel coloni, qui numis colit, efficiuntur eo ipso, quod à solo sint separati à quocunque, gl.fi.ibid.

Fructus debentur vsque ad tempus illud, quo desierunt posse percipi, l.penultim. eodem.

in Fructu hominis homo esse non potest, l.vetus fuit, 68.de vsufruct.

Fructus appellatione venit etiam palea, l.si fructuarius, 13.& ibi add.marg. quib. mod.vsusfructus.

2 Fructus hominis in operis consistunt, l.fructus, de operis seruorum.

Fructus sicut in cæteris rebus, deductis impensis necessariis, intelliguntur, ita & operis seruorum, ibid.

Fructus sine vsu esse nõ potest, sed vsus potest esse sine fructu re ipsa, l.per seruũ, 14.§.1.& ibi gl.potest, de vsu & habitatione.

Fructus deducto vsu si legatus sit, inutile est legatum, d.§.1.

Fructum habens videtur habere vsum quoad commoditatem, ratione tamen seruitutis maximè, quando diuersæ personæ legauerunt, potest esse fructus sine vsu, d.§.1 & ibi gl.potest, & gl. inutile.

Fructus appellatione continentur arundines, & sylua cædua, l.qui fundum, 40.§. fi.de contrahen emptione.

Fructus vt quis faciat suos, requiritur, quòd ciuiliter & naturaliter possideat, gl. 1.& ibi add.marg.in l.1.serui, de periculo, & commodo.

Fructus in prædiis rusticis nati tacitè intelliguntur obligati pro pensione domino prædiorum locatorum, etiamsi nominatim id non conuenerit, sed res emptæ ex pretio fructuum non censentur obligatæ pro pensione, l.in prædiis, in quib. causis pignus tacitè.

Fructus plures reddens res plus valet, quàm quæ pauciores, gl. 2.in l. sed si quid, 15.de euictio.

Fructus prædiorum dicitur naturalis accessio, gl.in rub.de vsuris.

Fructus dicuntur, qui ex corpore rei præstantur, recolliguntúrque semel, ac renascuntur, in rub.de vsuris, in add.marg.

Fructus etiam ante moram debentur, quoties aliquid sua appellatione nominis collectiui relinquitur testamento, veluti equitium, gl. non lucrum, in l. 3. de vsuris.

ad Fructus rei, in qua fructus non cadunt, non debet quis condemnari, sed bene ad commoditatem, quæ ex ea percipitur, quia loco fructuum habetur, l. videamus, 19.eod.

3 Fructus, quos ex fundo communi scienter quis percipit, inuito vel ignorante socio, non facit maiore ex parte suos, quàm ex qua parte dominus prædij est, nec refert an socius, an vterque seminauerit, l.qui scit, 25.eod.

Fructus omnis non iure seminis, sed iure soli percipitur, vt quia fit solum percipientis, vel ab eo bona fide possessum, ibid.

Fructus nullos facit suos ille, qui sciens totum fundum alienum possidet, quomodocunque fructus fuerint sati, ibid.

Fructus ex fundo communi perceptos non facit quis suos pro ea parte, qua fundus ad eius socium pertinet, ibid.

in Fructib.industrialib.percipiendis magis corporis, idest, fundi, ius, ex quo percipiuntur, quàm seminis alieni, ex quo oriuntur, inspicitur, d.l.qui scit, §.in alieno.

Fructus simul atque à solo separati sunt, fiunt eius, qui habet fundum vectigalem, d.§.in alieno, & ibi gl.separati.

Fructib.assimilantur mercedes, & vsuræ, in quibusdam tamen casibus differunt, gl.1.in l.vsuræ, 34.eod.

Fructus diuidi debent post deductionem impensarum, quando ego velim diuidere tecum fundum, & tu nolis, & colui, l.videamus, 38.§.pen.eod.

Fructus percipiendo vxor ex re sibi donata à viro, vel vir ex re sibi donata ab vxore, suos facit, illos tamen, quos opera, & industria adquisierit, veluti serendo, vel naturales, vt si pomũ decerpserit, vel ex sylua cæciderit, non facit suos, sicut nec quilibet bonæ fidei possessor, l.fructus, 45.eod.

Fructus ipsos diminuit id, quod impensum est etiam à malæ fidei possessore in redigendos fructus, l.quod in fructus, 46.& ibi gl.1.eod.

Fructus dicuntur deductis impensis interpretatiuè, sed non verè, gl.2.& ibi addi. marg.in l.fructus, 7.soluto matrim.

Fructus percepti, vel vinum ex villa non sunt villæ, l.fundi, 18.de actio.empti.

Fructus de proximo recolligendi habentur pro recollectis, gl.reddet, in l.diuortio, §.interdum, soluto matrim.

in Fructibus habenti ius non datur retentio fundi ob id, d.§. interdum.

de Fructibus percipiendis qui tenetur, tenetur ad eos, quos percipere potuit petitor, non ipse possessor, tam in prædiis rusticis, vel in vrbanis, quàm in aliis quibuscunque, l.cùm seruus, 39.§.fructus, de leg.1.

in Fructibus rusticorum prædiorum dictum, dicitur etiam in pensionibus vrba- 4
norum prædiorum, ibid.

Fructus, & partus percepti conditione pendente non pertinent ad legatarium, sed percepti post impletam conditionem, & aditam hereditatem sic, l. Licinnius, 48.& ibi gl.nam & partus, de legat.2.

Fructus, & partus percepti ab herede ex legato purè relicto post aditam hereditatem, pertinent ad legatarium, d.glo.nam & partus.

in Fructu intelligitur illud, quod ad vsum hominis est inductum, neque maturitas naturalis spectatur, sed id tempus, quo magis colono, legatario fructuum, vel domino, eum fructum tollere expedit, & ideò olea immatura cum sit melior, dicitur esse in fructu, quamuis immatura collecta sit, l.pen. de vsufruct. legato.

Fructus pendentes dicuntur pars rei, & ipsam reddunt pretiosiorem, secus in parte existente in vtero, l.in lege Falcidia, 9.ad leg.Falcid.

ad Fructuum adquisitionem requiritur, quòd possessor habeat possessionem ciuilem, & naturalem, † gl.consumptos, in l.quæsitum, 40.de adqui.rerum dom.

Fructus, & partus ancillarum, & fœtus pecorum, quæ defunctus vsucapiebat, si defuncti non fuerint, ab herede eius titulo pro herede vsucapi possunt, l. 4.§. fructus, & ibi gl.non, de vsucap.

Fructus beneficij, vel præbendæ non possunt capi pro debito clerici, nisi in subsidium non existentib aliis bonis, & tunc reseruato clerico vnde viuere possit, glo.fi.in add.marg.in l.commodis, 40.de re iudica.

à Fructibus percipiendis nõ excusat titulus etiam verus, quando emit quis scienter rem à debitore alienante in fraudem creditorum, l. ait prætor, 10. §.per hanc, & ibi gl.percipi, & ibi add.marg.quæ in fraud.creditor.

Fructus auferens, aut colligens ex alieno fundo tenetur furti actione non interdicto quod vi, aut clàm, nisi quid circa solum factum sit, & ob id lædatur dominus in fructibus, l.si alius, §.notauimus, & ibi gl.interdicto, & glos.1.in l. quanquàm, quod vi aut clàm.

Fructus pendentes dicuntur pars fundi per relationem, sed non absolutè, & simpliciter, propter facilem & necessariam amotionem, d. glossa interdicto, in addit.marg.

Fructus pendentes dicuntur pars fundi quoad rei vendicationem dandam pro fructibus, & fundo, cuius ratio est vnio, quam habent cum fundo, item ne causæ continentia diuidatur, sed quoad interdictum, quod vi, aut clàm, & etiam quoad alia differunt fructus ab ipso fundo, ibid.

Fructus in pignore prætorio extenuant debitum, l.Titia, 48.de solutio.

Fructus fundi locati donec cohæreant fundo dicuntur domini fundi esse, remoti autem si quidem à colono sui sunt, cùm voluntate domini eos accipiat, sed quando emptor, qui à colono emit, percipit, non fiunt coloni, cùm emptor suo nomine perceperit, non coloni, l. si seruus communis, 61.§.locaui, de furtis.

Fructus fundi locati sine conuentione sunt tacitè obligati pro mercede, tamen, vt actio furti competat pro illis fructibus domino fundi, requiritur expressa obligatio, nec sufficit tacita obligatio, † gl.conuenit, ibid.

Fructus suos vendere nolentes æquis pretiis dum minùs vberes prouentus expectant, iudex non potest cogere vendere, nec punire; si non vendant; eos tamen, qui emunt, vt cariùs vendant, potest punire extra ordinem, l.annonam, & ibi gl.prouentus, de extraordin.crimin.

Fructus agri, de quo disceptatio est, pendente appellatione apud sequestrum deponuntur, si fructus deuastantur, atque consumuntur ab aduersario, qui condemnatus remanet nihilominùs possessor pendente appellatione, l.Imperatores, 21.§.fi.& ibi gl.pen.de appellat.

Fructus, idest, vtilitas rei est, vel pignori dare licere, l.fructus, 72.de regul.iur.l.fi. de vsuris.

Fructus sui laboris habere, requies est, gl.3.in l.omnis dies, C.de fer.

Fructus dicitur res, † gl.substantiæ, in l.scimus, 36.C.de inoff.testa.

Fructus, & commoda rei pigneratæ sortem extenuant ipso iure creditore percipiente, l.1.C.de pign.act.

Fructus aridi dicuntur frumentum, & oleum, gl.1.in auth.ad hæc, C.de vsuris.

Fructus rei emptæ non potest emptor lucrari, si non potest illa vsucapi propter rei vitium, secus verò si non potest vsucapi propter solemnitatem, vel ætatem pupilli domini rei emptæ, gl.3.in l.2.C.si quis ignor.rem minor.

Fructus rei pigneratæ sunt tacitè obligati pro debito, res tamen empta ex pretio fructuum non est obligata pro debito, l.3.C.in quib.causis pignus.

Fructus, & fœtus, & partus rei pigneratæ censentur pignori obligati, l.1.& ibi gl. 1.C.de partu pigner.

Fructus aridi dicuntur, qui adinuicem commisti non confunduntur; sed fructus liquidi confunduntur, vt vinum, mel, & similia, glo.aridis, in §.1.in auth. nullum credentem agricolæ, col.4.

Fructibus aridis nulla res est vtilior, gl.in rubr.C.de agricol.& censit.lib.11.

Fructus pendentes sunt pars fundi, gl.3.in c.1.§.fi.de feudi cognatione, & glo.re extent, in l.si fundus, 16.§.in vindicatione, de pign.

Fructus omnes sunt producti gratia hominum, §.in pecudum, Inst.de rerũ diuis.

in Fructu pecorum sunt fœtus, lana, & lac, quæ statim iure gentium dominij fructuarij sunt, ibid.

Fructum arripiens è campo alterius lucrandi animo, potest accusari de furto; & id, cùm fructus maturi sunt, sed si immaturi sint, tenetur de damno dato actione legis Aquiliæ, §.furtorum, in additio. margin.Instit.de obligat.quæ ex delicto.

Fructus industriales dicuntur oliua, & sylua, sicut & seges, gl.cum fructib.in addit.in §.1.Inst.de off.iudicis.

Reliqua verbo, Accessoria, 1.4. Annus. Debitor, 38. 39. Expensa, 11, Futurũ, Legans, 5. ...lius.

Fructus veniunt in actione familiæ erciſcundæ,l.non eſt ambiguum, 9. C.famil. erciſcund.

Fructus,quos percepit coheredes credens hereditatem eſſe ſuam,vel non credens ſe habere coheredem,tenetur reſtituere vtili actione fam. erciſc. ſed non directa,quia non percipit coheres, gl.fi.ibid.

13 Fructus veniunt in contractibus ſtricti iuris à tempore litis conteſtationis, & non ante, quando quis petit id, quod non fuit ſuum, ſed ſibi debetur, ſed quando quis petit id, quod eſt ſuum, vel aliquando fuit ſuum, tunc veniunt fructus à tempore moræ,gl.1.in §.actionum,de actio.gl. fi.in l.quod te,ſi certum petat.& gl.cùm petitum,in l.vinum,ſi certum petat.

Fructus in actionibus bonæ fidei veniunt ſtatim à tempore moræ,d.gl.1.

Fructus non veniunt, nec peti poſſunt iure actionis in contractibus bonæ fidei ex mora officio iudicis,† Doct.de reprob.gl.1.ibid.

Fructus in iudicio vniuerſali ita veniunt, ſicut & in ſingulari, §.ſed ſi hereditas, Inſt.de officio iudicis.

Fructus etiam veniunt in omnibus actionibus, quæ de vſufructu aguntur, l.vti frui,§.1.ſi vſusfructus petat.

Fructus præteriti temporis veniunt tam in iudicio finium regundorum, quàm in iudicio familiæ erciſcundæ,l.pe.famil. erciſ.

Fructus percepti antequàm res communis eſſet, vel ſumptus antè facti,non veniunt in iudicium communi diuidundo,ſicut nec in familiæ erciſcundæ iudicium,l.4.§.planè,& ibi gl.non veniunt,communi diuidundo.

Fructus veniunt in reſtitutione fundi,gloſſ.putat,in l.ait Prætor,23.§.1.ex quib. cauſ. maiores.

Fructus rei venditæ non veniunt à tempore moræ in ſtipulatione vacuam poſſeſſionem tradi,veniunt tamen in actione ex empto,l.3.§.1. de actio.empt.

de Fructibus poſt rem iudicatam iudex cauſæ principalis ex officio non inquirit,& ita fructus illi non veniunt,quia lata ſententia ſuper re, ceſſat officium iudicis ſuper fructibus, de fructibus tamen ante litem conteſtatam, vel pendente lite iudex bene diſquirit,vt etiam percipiendi veniant,ſi dolo vel culpa prædeceſſoris petet res,gl.2.in l.Iulianus,17.de rei vind.

Fructus ante litis conteſtationem percepti iure actionis petuntur, & peti poſſunt quandocunque etiam poſt ſententiam,cui actioni, vt & aliis, ſeruit officium iudicis,ſed percepti poſt litis conteſtationem ſolo iudicis officio petuntur,† gl.fi.in l.heres furioſi, 51.de petitione hered.gl.errore, in l.& ex diuerſo,35.§. 1.de rei vindicatione.

Fructus,& partus veniunt officio iudicis, & re perempta ceſſat officium iudicis, niſi erat perempta res lite conteſtata, & ſic officium iudicis corroboratũ eſt, vt remaneat ante ſententiam,licèt res intercidat,gl.1.in l.vtique,16.eod.

14 Fructus pendentes pars fundi eſſe videntur, & in eadem vindicatione veniunt propter vnitatem,l.fructus,44.& ibi gl. 1.eod.

Fructuum mentio non eſt facienda in vindicatione,vel petitione, cùm tanquàm pars veniat ſub vindicatione,d.glo.1.in add.marg.

Fructus percepti ex iniuſta cauſſa condictione ſine cauſſa,& furtiua,condici poſſunt cum ipſa re à fure,vel prædone,ſi furtum etiam ipſorum fructuum facere incipit,l.ſi quis nec cauſam,§.1.& ibi gl.condicendi,ſi cert.pet.

Fructus,qui domini fuerunt ab initio, ſoluit prædoni extantes vendicantur, ſed conſumpti condicuntur condictione furtiua,ſi verò ab initio non fuerint domini,repetit à prædone ille,qui eos indebitos ſoluit ei,aut dominus condicit eos,non fructuum nomine,ſed nomine obuentionum ciuilium,glo.ſolet,in l. ſi vrbana,55.de condictione indebiti.

Fructus,vel obuentiones ciuiles condicuntur à prædone condictione furtiua,ib.

Fructus,& obuentiones differunt,nam fructus proueniunt ex re, ſed obuentiones proueniunt propter rem,vt eſt penſio domus,d.gl.ſolet,in add.marg.

Fructus,partus,& acceſſiones ex re indebitè ſoluta per condictionem indebiti,& non officio iudicis,debent reſtitui deducta impenſa,l.in ſumma, 65.§.ei,qui, & ibi gl.partus,eod.

Fructus ex arbore mea ſi cadant in alieno fundo, & illi fructus immiſſo pecore depaſcantur, non habet locum actio de paſtu pecoris, ſed ad actionem in factum recurritur,l.qui ſeruandarum,14.§.fi.de præſcri. verbis.

Fructus,& vſuræ peti non poſſunt officio iudicis, reſtituta re per ſententiam ab eo, cui tradita fuit res vi, vel metus cauſſa, rectè tamen peti poſſunt iure actionis etiam lata ſententia,† gl.reſtituat,& ibi add.marg.in l.videamus,38. §.item ſi,de vſuris.

Fructus principaliter non poteſt petere ille,qui agit rei vindicatione, ſed vt acceſſoriè ad ipſam rem debet petere,gl.pen.in l.fundi,de exceptio.

Fructus naturalis ſolùm condictione indebiti peti poſſunt,nõ tamen vſuræ,quia vſura eſt fructus accidentalis,gl.pen.in l.1.C.de condic.indeb.

Reliqua verbo,Prado,Stipulatio,66.Petitio,4.10.

15 FRVCTVS proprietatis,quàm ab vſufructuario dominus petit,competunt nudæ proprietatis domino,ab eo tempore quo vſusfructus ad proprietatem reuerſus eſt,l.fructus,33.de rei vindicatione.

Fructus proprietatis, quam dominus petit ab extraneo non vſufructuario, debentur domino prorſus, gl.fi.ibid.

Fructus proprietatis,etiam anteà percepti à poſſeſſore,non debentur ab eo tempore, quo vſusfructus ſibi à domino proprietario diſceſſit per aditionem hereditatis,l.& ex diuerſo,35.& ibi gl.non heredem,eod.

Fructus non efficiuntur fructuarij,niſi ab eo, vel ab alio eius nomine ſeparentur à terra,& ideò actiones competentes domino, ei non competunt, l.ſi fur,de vſufructu.

Fructus annuos fundi ſi quis legauerit, perinde eſt ac ſi vſumfructum legaſſet, † l.ſi quis ita,20 & ibi gl.1.eod.

Fructus extantes pertinent ad fructuarium ab adita hereditate, & ſi heres moram fecit in adeundo,vt ſic fructus pendentes fructuarius non deponeret, tenetur de dolo, ſi hoc doloſè fecit, l. ſi pendentes, 27. & ibi gloſſ.extantes, eodem.

Fructus nondum perceptos fructuarius non tranſmittit ad ſuos heredes, ſed omnes pendentes ad proprietarium pertinent,ſecus eſt in **marito, qui ſoluto** matrimonio fructus rei dotalis etiam non perceptos pro **ea parte anni**, qua durauit matrimonium, lucratur, & tranſmittit ad ſuos heredes, **l. diuortio,** & ibi gloſſ.debebatur,ſoluto matrim.

Reliqua verbo,Vſufructuarius,7.8.

FRVCTVS omnes fundi dotalis totius anni,licèt maritus percipiat,non tamen lucratur integros, ſed tantùm pro rata, pro qua ſuſtinuit onera matrimonij, ſed ſecus eſt in vſufructuario,qui omnes perceptos facit ſuos,gl.2.in l.defuncta,58.de vſufructu.

Fructus ſerui dotalis viri eſt,gl.quæſtio,in l.hinc quæritur,19.de peculio.

Fructus quoque percepti ante matrimonium dotis fiunt, & cum ea reſtituuntur,l.videamus,38.§.ſi poſſeſſor,de vſuris.

Fructus prædiorum vrbanorum in dotem datorum ante matrimonium percepti debent reſtitui cum ipſis prædiis, ibid.

Fructus dotis ante nuptias percepti in cauſſam legati veniunt, quandò dos prælegata fuit,d.l.videamus,§ fi.

Fructus conſtante matrimonio percepti,dotis non erunt, ſed erunt mariti, ſed fructus ante nuptias percepti,in dotem conuertuntur,& eam augent,niſi inter maritum futurum, & deſtinatam vxorem aliud conuenerit, quia tunc quaſi donatione facta fructus ſunt mariti,l.dotis, 8.de iure dotium.

Fructus dotis datæ poſt matrimonium ex die,quo eſt data,ſunt viri vſque ad vltimum annum matrimonij,ſi onera ſuſtineat,aliàs non,& vltimus annus incipit habito reſpectu ad principium, quando prædicta duo concurrunt, & fructus vltimi anni diuiduntur ita, vt vir habeat pro quota durauit matrimonium,pro alia vxor,gl.1.in l.de diuiſione,ſolu. matr.

Fructus dotis non lucratur maritus,licèt ſuſtineat onera matrimonij,ſi nondum ſit ſibi tradita dos, cùm ante traditionem non lucretur, d. gloſſ. 1. & gloſſa fin.ibidem.

Fructus dotis non lucratur maritus,niſi à tempore moræ,cùm actio ex ſtipulatu pro dote ſit bonæ fidei,d gl.fin.

Fructus dotis de æquitate lucratur is, qui duxit bona fide puellam decem annorum,& ſuſtinet onera matrimonij, ſecus quando maritus ſciebat matrimonium non poſſe teneri,† d.gl.fin.& ibi addit.marg.

Fructus dotis lucratur maritus non à die conſtitutæ dotis, neque à die contracti matrimonij,ſed tantùm ex die traditionis dotis,l.de diuiſione,5.eod.

Fructus dotis vt maritus lucretur,tria requiruntur, ſcilicet quòd matrimonium ſit actualiter contractum, & quòd maritus ſuſtineat onera matrimonij, & quòd dos ſit tradita,gl.1.& ibi additio.marg. ibid.

Fructus dotis datæ ante matrimonium augent dotem,nec dicuntur eſſe viri, d. gl.1.& fin.ibid.

in Fructibus & penſionibus rei dotalis diuidendis inter maritum,& vxorem inſpicitur tempus contracti matrimonij,& non tempus factæ locationis, l. diuortio,8.eod.

Fructus naturales,& acceſſiones ciuiles rei dotalis à pari procedunt quoad diuiſionem ſoluto matrimonio inter coniuges,gl.3.portio, ibid.

Fructus,quos mulier percepit ante contractum matrimonium, non veniunt in contributionem cum marito,d.l.diuortio,verſ.apparet, eod.

Fructus ex re dotali ſi diuortio facto maritus percipiat,illis conſumptis,non tenetur ad vxorem, vel eius heredes ad fructus, ſed tantùm ad eius æſtimationem,gl.compenſationis,in d.l.diuortio,§.ob donationes.

Fructus duplices,qui producuntur ex fundo dotali,habentur pro fructibus vnius anni,d.l.diuortio,verſ.item ſi meſſes,& ibi gl.item ſi meſſes.

Fructus iidem quando bis in anno colliguntur ex re dotali, facto diuortio fructus ſemeſtris, diuiduntur inter maritum & vxorem pro rata ſemeſtris, pro qua durauit matrimonium,ſicut & fructus totius anni diuiduntur,quando ſemel tantùm percipiuntur,l.diuortio,§.quòd in anno,& ibi glo.1.eod.

Fructus rei dotalis quando per ſingula quinquennia producuntur,vt eſt in ſylua, ſoluto matrimonio diuiduntur inter maritum & vxorem pro rata quinquennij,qua durauit matrimonium,ibid.

Fructus rei dotalis omnis debet habere maritus ſoluto matrimonio, neque fit diuiſio eorum inter maritum & vxorem, quando maritus lucratur totam dotem ex pacto,gl.reddit,in d.l.diuortio,§.interdum.

Fructus dotis pro ea parte anni,qua non ſtetit matrimonium,augent dotem, & ideò quod iuris eſt in dote,erit & in fructibus illis,l.ſi marito, 31.§.fi.eod.

Fructus dotis vltimi anni diuidi debent inter maritum & vxorem,d.l.ſi marito, §.ſi fundum,gl.quo,ibid.

Fructus dotis pro parte anni, qua non ſtetit matrimonium, etiam ſoluta dote, repetuntur à muliere ſoluto matrimonio actione de dote, licèt non ſint dotis,ſed dotis acceſſio,quia non eſt perfectè ſoluta,gl.de dote,ibid.

Fructus dotis putatiuæ bona fide percepti à viro, & conſumpti in mulieris oneribus,poſteà,quamuis conſtet matrimonium nullum, peti non poſſunt, l. in inſulam,42.§.1.eod.

Fructus dotis putatiuæ perceptos reſtituere tenetur maritus, niſi quatenus in vxorem conſumpſit, vel in eius res neceſſariò & vtiliter expendit, quo caſu quatenus expendit fructus perceptos ſibi compenſat iure exceptionis doli, cùm non fuiſſet dos,d.§.1.& ibi gl.ſuperflui.

Fructus dotis ſecundùm pactum verſi in alimentis, & ſumptib. mulieris, & ſuorum, repeti non poſſunt à viro,l.2.C.de pactis conuentis.

Reliqua verbo,Dos,34.35.Maritus,33.34.Mulier,14.

FRVCTVS fideicommiſſi pendentes omnes ſequuntur fideicommiſſarium,cùm quodammodò pars fundi ſint,gl.non lucrum,in l.3.de vſuris.

Fructus fideicommiſſi poſt aditam hereditatem percepti,& percipiendi ſequuntur fideicommiſſarium, & ſi heres fuit in mora reſtituendi, ſed fructus ante moram heredis percepti impendio & opera ipſius heredis ipſum ſequuntur, cæteri verò fideicommiſſarium,& idem eſt in fœtu,ibid.

Fructus fideicommiſſi omnes heredi in quartam computantur, præter eos, qui negligentia fideicommiſſarij ab herede percipiuntur, ſecus in his, qui percipiuntur,quia nondum venit dies fideicommiſſi,vel conditio, quia hi, qui iudicio defuncti videntur percepti, in Falcidiam computantur, ſicut & cùm quis rogatur hereditatem,& fructus ſpecialiter reſtituere,d.gloſ.non lucrum in d.l.3.

Fructus in generali fideicommiſſo poſt reſtitutam hereditatem percepti tranſeunt, & pertinent ad fideicommiſſarium, quidam tamen fructus ad heredem

vel ſi committitur, exceptione elidetur, l. ſi fructuarius, vſufructuarius quemadmod.

Fructuarius tenetur de dolo,& lata culpa,& de leui, cùm arbitrio boni viri debeat frui,ſiue in faciendo,ſiue in prætermittendo quid amittitur, ſed de dolo tantùm ſuo proprio tenebuntur ſucceſſores eius vniuerſales, cùm ad eos non tranſeat vſusfructus, gloſſa continetur, in l. huic ſtipulationi, 5. eodem.

Fructuarius,cui veſtis vſusfructus legatus eſt, licèt reddat eam veſtē attritam ſine dolo malo,non tenetur ad aliquid, etiam ſi cautionem præſtiterit, niſi ad eius æſtimationem ſe obligaſſet,l.ſi vſusfructus,9.§.fi.& ibi gl.fi.eod.

Fructuarius tenetur ſoluere vectigal, vel tributum rei, in qua habet vſumfructum pro futuro tempore,& etiam pro præterito, recuperat tamen id, quod ſoluit pro præterito à concedente ſibi vſumfructum,vel ab eius herede,gl.ſalarium,& gl.præteritum,in l.cùm ſeruus,39.§.heres,de legat.1.

Fructuarius dicitur dominus, quoad hoc, vt ſi ipſe latitet, fit venditio vſusfructus,quem habet,& etiam quoad alia,ſed in aliis caſibus non,l.in venditione, & ibi gl.2.de bonis auth.iud.poſſi.

Fructuarius licèt manumittere non poſſit,matri tamen manumittenti conſentire poterit,gl.accommodauerit,in l.fi.C.de pac.

Fructuarius reſpectu iuris,quod habet,tenetur ad exhibendum,gloſſ.1. in l.2.C. vbi in rem act.

Fructuarius naturalem poſſeſſionem habet,gl.is autem,in l.Celſus,§.Iulianus,ad exhiben.& gl.pen.& fi.& ibi add.marg.in l.Aquilius,27. de donat.

Fructuarius expulſus habet interdictum vnde vi, d.gloſſa penulti. & final. & ibi addit.marg.

Fructuarius non poſſidet ciuilem,ſed naturalem poſſeſſionem,† gl.non poſſidemus,in l.1.§.per eum,de adq.poſſ.

Fructuarius cauſam proprietatis deteriorem facere non debet,meliorem tamen facere poteſt,l.æquiſſimum,de vſufr.

Fructuario,cui vſusfructus legatus eſt, tenetur heres ad damnum, quod habuit, eò quòd tardiùs adiuit hereditatem,l.ſi vſusfructus,35.eod.

Reliqua verbo, Vſufructuarius, per tot. Fructus, 15. Seruus, 12. vſque 18. Legatum,127.

3 FRVCTVARIO pertinent fructus pendentes,quos teſtator reliquit ei, ſi die legati cedente adhuc pendentes deprehenderit, l. ſi pendentes, 27. de vſufructuar.

Fructuarius fructus etiam immaturos poteſt percipere,gloſſ.præſtabitur, in l.ſi vſusfructus,35.eod.

Fructuarij ſunt fructus immaturi,vt ſylua cedua intempeſtatiuè cæſa, oliua immaturè lecta,& fœnum immaturè cæſum, & hoc, quando fructuarij intereſt magis colligere fructus immaturos,quàm maturos,l.ſi,abſente,48.& ibi gloſ. pen.eodem.

ad Fructuarium pertinent fructus percepti,non inſpecto,quota parte anni vixerit fructuarius,l.defuncta,58.eod.

Fructuarius fructus iure ciuili aut gentium ſuos facit, l. vſufructuarium, 62. eodem.

Fructuarius ſi lite pendente moriatur, pro futuro tempore nulla fit condemnatio fructuum,ſed bene pro præterito,l.vti frui,§.fi.ſi vſusfructus peta.

Fructuario ſicut confeſſoria directa, vel Publiciana agenti fructus præſtandi ſunt,ita proprietatis domino,ſi negatoria actione vtatur,l.pe.§.fi.eod.

Fructuarius,cui vſusfructus legatus eſt,etiam inuito herede,eum vendere poteſt extraneo,ſecus tamen eſt in emphyteota,l.cui vſusfructus, 67.& ibi gloſſa 1. de vſufruct.

Fructuarius ante ſatiſdationem non facit fructus ſuos,gl.fi.in l.& ex diuerſo, 35. de rei vindic.

Fructuarius retinet vſumfructum, non ſolùm quando ipſe locat, ſed etiam quando alius negotium eius gerens locaret,l.arboribus, 12. §.non ſolùm, de vſufructu.

Fructuarius retinet vſumfructum ſi abſente,& ignorante fructuario, negotium eius aliquis gerens vtatur,& fruatur, cùm actionem negotiorum geſtorum adquiſierit, ibidem.

Fructuarius expenſas neceſſarias, atque vtiles poteſt facere, quæ omnes faciunt rem meliorem, niſi faciat immutando ſtatuta rei, gloſ. facere, in l.æquiſſimum, eodem.

Fructuarius poteſt facere expenſas voluptarias, non tamen cogitur ad aliquas, niſi ſint modicæ,ibid.

Fructuarius non vtendo amittit vſumfructum,gl.fi.in l.non vtitur,38.eod.

Fructuarius videtur retinere vſumfructum, quem vendiderat, etiam ſi emptor non vtatur,dummodò nullus alius vtatur,vel ſi vtatur,vtitur nomine emptoris,vel fructuarij verè,vel interpretatiuè,d.l.non vtitur,& ibi gl.fi.

Fructuarium non debet impedire proprietarius, quando vtitur ita, quòd deteriorem eius conditionem non facit,l.ſed,ſi,13.§.proprietatis,eod.

Fructuarius, cui vſusfructus fuit relictus, poteſt doliis, ſeriis, cupis, & cadis,& amphoris,& aliis fundi inſtrumentis vti, neque poteſt prohiberi à proprietario,niſi adſit contraria voluntas defuncti,ibid.

Fructuarius poteſt vti re ſecundùm conditionem,& poſſibilitatem rei,ita vt non incidat in pœnam per proprietarium impoſitam, l.ſi pendentes, 27. §. final. eodem.

Fructuarius non vtitur vſufructu,ſi nec ipſe,nec alius eius nomine vtatur,veluti qui emit,vel qui conduxit,aut cui donatus eſt,vel qui negotium eius geſſit,& ſi aliquis iſtorum vtatur,ipſe vti videtur,l.non vtitur,38.eod.

Fructuarius in omnibus rebus mobilibus eum modum tenere debet, ne ſua feritate,vel ſæuitia ea corrumpat, alioquin etiam lege Aquilia poteſt conuenire, l.ſed,ſi,13.eod.

Fructuarius,cui veſtimentorum vſusfructus relictus eſt,ita debet eis vti, vt non debeat illis abuti,neque poteſt locare,quia vir bonus non ita vteretur, ibid.

Fructuarius,cui vſusfructus veſtis ſcenicæ relictus eſt,vel anuli aurei,vel alterius apparatus,alibi,quàm in ſcena, non debet vti, & etiam locare ad eum vſum poteſt,licèt teſtator non locare,ſed commodare ſit ſolitus,ibid.

Reliqua verbo, Fructus, 3.4.15.

FRVCTVARIVS cui vſusfructus ædium relictus eſt, poteſt lumina immittere,ſed non claudere,item poterit picturas, & ſigilla,& quæ ad ornatum domus pertinent,apponere,l.æquiſſimum,§. ſed ſi ædium,& ibi gloſſ.immittere,de vſufructu.

Fructuarius, cui ædium vſusfructus relictus eſt, non poteſt dietas, ideſt loca, in quibus paterfamilias moratur in die mutare, neque aditus poſticáſque euertere,vel refugia appetere, vel atrium mutare, vel viridaria ad alium modum conuertere: excolere autem poteſt, quid inuenit cœptum qualitate ædium, non mutata,d.§.ſed ſi ædium.

Fructuarius, cui ædiũ vſusfructus relictus eſt,non poteſt altiùs tollere,quamuis lumina non occludantur,neque etiam proprietarius poterit altiùs tollere inuito fructuario,nec claudere lumina, poteſt tamen aperire, d.l. æquiſſimum, §. item Nerua.

Fructuarius,cui vſusfructus domus relictus eſt,non poteſt facere illic meritoria, vel balneum,nec per cœnacula domum diuidere,atque locare,ſed oportet totam domum locare,non mutata eius forma,ibi.

Fructuarius,cui vſusfructus domus relictus eſt,non poteſt,vt publicè lauet,locare alicui balneum,quod in ea domo vſibus dominicis ſolitum erat vacare,vel in intima parte domus,vel inter dietas amœnas,d.l.æquiſſimum,§.fi.

Fructuarius non poteſt locare domum ad ſtationem iumentorum, neque poteſt locare ad opus piſtrini ſtabulum,quod erat domi iumentis & charruchis vacans,ibi.

Fructuarius ſi quid inædificauerit, poſteà non poteſt hoc tollere, neque refringere, neque extirpare, poteſt tamen agere ad æſtimationem, vel vendicare,ſi eſt diſſolutum, niſi donare voluerit; vel niſi æſtimationem ſit conſequutus, vel ad eum ſpectabat talis impenſa,l.ſed,ſi,13.eod.

Fructuarius, cui vſusfructus gregis relictus eſt,debet ex natis gregem ſupplere in locum mortuorum, vel inutilium, illa tamen inutilia fiunt fructuarij, l. vetus fuit,68.cum l.ſeq.eod.

Fructuarij ſunt fructus pecorum,vſufructu gregis ſibi relicto,d.l.vetus fuit,cum l.ſeq.

Fructuarius,cui vſufructus ſingulorum capitum gregis, vel armenti,vel alterius vniuerſitatis relictus eſt,nihil tenetur ſupplere in locum mortuorum, vel inutilium,ſecus quando fuiſſet ſibi relictus vſusfructus gregis,vel alterius vniuerſitatis, l.quid ergo,70.eod.

Fructuarius vſufructu gregis ſibi relicto, ſi non ſuppleat gregem ex natis in locum mortuorum,tenetur proprietario cauere,quia ſe obligauit vſurum boni viri arbitrio, vel ſi cautio non fuit interpoſita actione in factum, d.l.quid ergo,& ibi gl.teneri.

Fructuarius vſufructu gregis ſibi relicto, ſi non ſuppleat gregem ex natis in locum mortuorum, fœtus dominium interim dum non ſupplentur capita demortua in pedenti eſt, vt ſi ſuppleantur, ſunt proprietatis, ſi verò non ſuppleantur ſunt fructuarij, & ſi deceſſerit fœtus,perit periculo fructuarij, & tenetur alios ſupplere, ibid.

Fructuario pertinet caro fœtus demortui,qui fuit natus ex grege ſibi relicto,ib.

Fructuarius tenetur gregem ſupplere ex natis,antequàm aliqui demortui eſſent, vel ex poſteà natis,d.l.quid ergo,& ibi gl. nocere.

Fructuarij pleno iure dicuntur eſſe agni, hœdi, & vituli nati ex pedibus, in quibus habet vſumfructum, ſicut & lac, pili, & lana, in l. pecudum, 28. de vſuris.

Reliqua verbo, Habitatio, Meritoria, Vſufructuarius, 3. Legatum, 127. 128. Vſusfructus, 14.

FRVCTVARIVS cui mancipiorum vſusfructus relictus eſt, eo non debet abuti,ſed ſecundùm conditionem eorum vti debet,l.ſed, ſi, 13.de vſufruct.

Fructuarius habens vſumfructum mancipiorum, ſi librarium mancipium rus mittat,& qualum,vel calcem portare cogat,de hiſtrione balneatorem faciat, vel de ſymphoniaco atrienſem,abuti videtur proprietate,d.l.ſed,ſi,§.1.

Fructuarius mancipiorum tenetur ſufficienter alere,& veſtire ſecundùm conditionem,& dignitatem mancipiorum,d.l.ſed ſi,§.2.

Fructuarius non poteſt contrariis miniſteriis, aut inuſitatis artificium ſeruorum,quorum vſumfructum habet,corrumpere,vel eos ſeruos cicatricibus deformare,niſi ex cauſa,l.locum,17.& ibi gl.deformare, eod.

Fructuarius habet vtilem actionem exemplo directæ legis Aquiliæ, ſi quis ſeruum,in quo habet vſumfructum,occiderit, d.l.locum,in fi.

Fructuario competit,quod ſeruus adquirit ex operá ſua,vel ex re,& contemplatione fructuarij & poteſt etiam cogere operari, l. idémque & ſi acceptum,& l.ſi ſeruo,§.fi. eod.

Fructuarius cogi debet alere ſeruum,in quo habet vſumfructum, ita & impendia valetudinis illius ſerui ad eum ſpectant,l.ſicut impendia,45.eod.

Fructuario non ſolùm legis Aquiliæ actio, ſed etiam ſerui corrupti, & iniuriarum poteſt competere,ſi ſeruum torquendo deteriorem fecit dominus,l.cum vſufructuario,66.eod.

Fructuarius ancillæ non habet vſumfructum in partu ancillæ, neque partus ancillæ ſunt fructuarij, niſi teſtator ei reliquerit etiam vſumfructum partus, l. vetus fuit, 68.eod.

Fructuario,ſi ſeruum,in quo habet vſumfructum, proprietarius dedit pro noxa, confunditur vſusfructus,& proprietarius liberatur à præſtatione vſusfructus, l.ſi ſeruus,27.quib.mo.vſusfruct.

Fructuario, cui vſusfructus ſerui legatus eſt, reſtituere debet poſſeſſor quidquid ex re fructuarij, vel ex operis ſerui conſequutus eſt, l. fructuario, ſi vſusfruct.peta.

Fructuarius leniter debet caſtigare ſeruum fructuarium,gl.fi.in l.ſed & ſi,§.fi.ad leg.Aquil.l.idémque & ſi acceptum,& ibi gl.fi.de vſufr.

Fructuarius,vel proprietarius ſimpliciter,non tenetur de peculio ſerui, ſed potiùs conuenitur vnus eorum,ad quem negotium pertinet,& in ſubſidium decernitur ad alium,l.hinc,19.& ibi gl.ex omni de pec.

Fructuarius ſerui poteſt agere contra proprietarium, & econtrà, ſi peculium ad eum ſpectans non ſufficiat ad ſibi debitum,d.l.hinc quæritur,§.fi.

Fructuarij vel bonæ fidei poſſeſſores ſerui ſi plures fuerint, quorum vnus ſi fuerit conuentus de peculio à creditoribus peculiaribus, cæteri liberantur

de rigore

Fructuarius ex testamento potest agere,vt heres reficiat , quando testator iussit, vt heres reficeret insulam, vel rem, cuius vsumfructum legauit , si verò non cogitur heres reficere,si tamen refecerit, pati debet fructuarium vti, l. si, extraneo,46.& ibi gl.fi.eod.

Fructuario absente si heres eius,qui reliquit ei vsumfructū, quasi negotium fructuarij gerens reficiat , habet negotiorum gestorum actionem aduersùs fructuarium,si illa refectio sit talis,quæ ad fructuarium spectat,l.si,absente,48.& ibi gl.1.eod.

Fructuarius paratus recedere ab vsufructu non est cogendus reficere , & liberatur ab actione negotiorum gestorum,si heres eius,qui reliquit vsumfructum, quasi gerens negotium fructuarij reficiat,ibid.

Fructuarius si paratus est vsumfructum domus relinquere , non tenetur ad domus refectionem , nec ad alia onera sibi propter vsumfructum incumbentia, l.cùm fructuarius,64.eod.

Fructuarius tenetur reficere,quod suo suorúmque facto deterius factum est, nec est absoluendus,licèt sit paratus vsumfructum relinquere, l.sed cùm fructuarius,65.eod.

Fructuarius tenetur facere omne illud,quod diligens paterfamilias in sua domo debet facere , ibid.

Fructuarius si aliquid inædificauerit, posteà non potest illud tollere , neque potest infixa,sed refixa,siue euulsa rectè potest,gl.tollere, in l.sed addes, 19. §. si inquilinus,locati.

Reliqua verbo, Vsufructuarius, 10.

12 FRVCTVARIO datur actio ad petendum vsumfructum data cautione , vel quando per eum non stat,l.si vsusfructus,& ibi gl.2.de vsufructu.

inter Fructuarios duos quando est controuersia , vtili iudicio communi diuidundo debent agere,vel cauere stipulatione,inter se qualiter fruantur,vt vnus alteri promittendo quod alterum non impediet,d.l.si vsusfructus,§. fi.cum l. seq.& ibi gl. stipulatione.

Fructuarius poterit agere actione ex testamento contra heredem,vel interdicto quod vi aut clàm,vel confessoria,vt proprietarius arbores vento agitatas, per quod incommodior est vsusfructus,vel iter tollat,aut pro derelicto habeat,l. Proculus,19.§.fi.& ibi gl.fi.eod.

Fructuarij heredes possunt agere pro fructibus præteritis vsque ad mortem fructuarij,gl.2.in l.defuncta,58.eod.& l.vti frui,§.fi. si vsusfructus petatur.

Fructuarius vi deiectus de perceptis & percipiendis fructibus agere potest contra expulsorem actione in factum loco vnde vi,si interim donec sibi restitueretur possessio , perierit vsusfructus,l.cuiuscunque,60.de vsufructu, & quemadmodum.

Fructuarius si cecidit ab vsufructu sibi tradito, potest agere confessoria pro vsufructu contra omnem possidentem,siue sit dominus,siue non, gl. redditur, in d.l.cuiuscunque,§.1.

Fructuarius ante diem vsusfructus agens nihil facit,quia ipso iure nullam habet actionem,quamuis legatarius,cui legatum relictum est , vel promissum ante diem agens malè agat,quia actionem habet,sed exceptione repellitur,l.1. §.fi. & ibi gl fi.quando dies vsusfructus cedat.

Fructuarius non agit confessoria pro seruitute accessoria,sed pro ipso vsufructu, per quod indirectè consequitur , quòd mero iure directè consequi non potest,l.1.si vsusfru.petatur.

Fructuarius potest vendicare vsumfructum per confessoriam competentem pro seruitute personali,si non possidet,aliàs vti possideris,quasi non possit vti frui, gl.2.ibid.

Fructuarius quando non possidet vsumfructum fundi , potest vendicare vsumfructum fundi cum aditu,& aliis vtilitatibus,non vt pro seruitutib.seruitutis, sed quasi sit pars ipsius vsusfructus,glo.præstetur,in d.l.1.

Fructuario datur confessoria,proprietarius autem non potest , etiam ex persona fructuarij,agere confessoria contra tertium,l.vti frui, eod.

Fructuario competit actio in rem aduersùs quemlibet possessorem, d.l. vti frui, §.primo.

13 Fructuarius fundi , cui seruitus debetur , non seruitutem directò , sed vsumfructum debet vendicare aduersùs alterius vicini fundi dominum,ibi.

Fructuarius,cui partis fundi vsusfructus relictus est , de eo potest agere actione in rem per confessoriam,vel negatoriam,ibid.

Fructuarius licèt possideat,potest agere confessoria , non vt sibi vsusfructus tradatur,sed vt securiùs consequatur fundi licentiam,l.pe.§. fi.eod.

Fructuario non datur vtilis actio pro seruitute,quia seruitus seruitutis esse non potest,creditori vel emphyteotæ datur,gl.1.in l.ei,qui,16.de seruitutib.

Fructuarius potest vendicare seruitutem vtiliter,sed non directò,& etiam competit ei Publiciana,gl.vēdicare,in l.2.&gl.vtetur,in d.l.2.§.1.si seruitus vendi.

Fructuario competit interdictum possessorium de itinere,si triginta diebus , vel vicib.eo anno vsus sit,d.l.2.§.fi.

Fructuario competit vtile interdictum,si testator, qui legauit vsumfructum , eo anno itinere triginta vicib.vsus sit,ibid.

Fructuario competit vtile interdictum de itinere pro reficiendo itinere,sicut & datur vtilis confessoria,d.§.fi.& ibi gl.interdicto.

Fructuario,vel vsuario datur vtilis actio legis Aquiliæ, etiam si dominus fecerit damnum,l.item Mela,§.fi.& ibi gloss. fi. & l.sed & si proprietatis , ad leg. Aquil.

Fructuarius directa actione aquæ pluuiæ non potest agere nomine proprio pro opere manufacto,ex quo sibi & domino aqua nocet, sed procuratorio nomine rectè potest,pro eo tempore tamen quod sibi nocet,potest agere vtili, l. 3. §.fi.& ibi gl.fi.&add.marg.de aqua pluuia arcend. & l.si vsusfructus , 22.eod.

Fructuarius si patiatur aliquod incommodum in fundo fructuario ex opere manufacto , in eo per heredem prohibitum facere , contra eum potest agere interdicto,quod vi,aut clàm,l.si vsusfructus,22.& ibi gl.quod vi,de aqua pluuia arcend.

Fructuarius si faciat opus in fundo, in quo habet vsumfructum , ita quòd ex eo opere aqua pluuia noceat vicino, proprietarius tenetur actione aquæ pluuiæ directa,sed fructuarius vtili,d.l.si vsusfructus,§.fin.

Reliqua verbo,Vsufructuarius, 9.

FRVCTVARIVS tenetur præstare cautionem proprietario de restituenda re,& de vtendo & fruendo arbitrio boni viri,adeò vt anteà non videantur facere fructus suos,nisi eos percipiat sciente,& patiente proprietario,gl.1.& ibi add.in l.si cuius,13.de vsufructu.

Fructuarius tenetur cauere , siue in testamento , siue inter viuos vsusfructus sibi relictus sit,quandoque tamen non tenetur cauere,gl.fi.ibid.

Fructuario,donec non præstat cautionem, non datur actio efficax ad petendum vsumfructum,l.si vsusfructus,eod.

Fructuarius debet præstare cautionem singulis proprietariis pro sua parte , vbi plures sunt proprietarij,l.si vsusfructus, eod. & l. si vsusfructus,9. §. fi. vsufructuarius quemadmod.

Fructuarius si non præstiterit cautionem , per condictionem incerti potest agi, vt cautio interponatur, gl.2.ibi in d.l.si vsusfructus,de vsufructu.

Fructuarius debet præstare cautionem non solùm de vtendo fruendo in futurum,sed etiam de anteà facto,vel vso,d.l.si vsusfructus,& ibi gl. arbitratur.

Fructuarius de damnis præteritis ante cautionem datis tenetur lege Aquilia, & interdicto quod vi aut clàm, si aliquod opus ibi fecit prohibitus, vel sciens se prohibendum,tenetur etiam actione furti,d.l.si vsusfructus,§.de præteritis,& ibi gl.quod vi.

Fructuarius,cui vsusfructus pecuniæ legatus est,debet satisdare,l.2.& ibi gl.1.de vsufructu earum rerum.

Fructuarius re sibi tradita si non præstitit cautionem proprietario , heres proprietarij potuit vendicare, & si obiiciatur de re tradita sibi vsusfructus nomine,debet replicare de cautione non præstita, l.& si vsusfructus, 7.vsufructuarius quemadmod.

Fructuarius siue ipso iure , siue per tuitionem prætoris si habeat vsumfructum, tenetur cauere de vtendo boni viri arbitrio,& de restituendo,l. si vsusfructus, 9. eod.

Fructuarius si agros non proscindit, vel vitis non subserit , vel aquarum ductus patitur corrumpi ante cautionem lege Aquilia non tenetur , l. si vsusfructus, §.denique,de vsufructu.

Fructuarius si præstiterit cautionem, veniunt in cautione omnia damna futura, & etiam præterita,d.§.denique,& ibi gl.actionem,& gl. non tenetur.

Reliqua verbo, Vsufructuarius,7.8.Vsusfructus,24.25. Cautio,16.17.

FRVGES non dicuntur omnia,quibus homo vescitur,quia carnes,aues, feræ, aut poma non dicuntur fruges,l.frugem,77.de verb. signifi.

Fruges pro reditu appellantur, non solùm quod ex frumentis,aut leguminibus, verùm etiam quod ex vino,vel ex syluis cæduis creti-fodinis , aut lapidicinis capitur,ibi.

Frugem quidam à fruendo dixerunt,estque quidquid ex terræ fructu in alimoniam conuertitur,alij verò à frumine protrahunt , quod pars est gutturis sub mento eminens,qua in aluum cibus ducitur,à ferendo cibo dictum, d. l. frugem,in add.marg.

Frugum appellatione continetur messis, & vindemia, &, quod plus est,comprehenditur sationis tempus,gl.2.in l.1.C.de agricol. & cens.

Frugum nomen non continet fœnum , & talia , quib. homo non fruitur ad vescendum,l.1.§.de eo opere,de aqua pluuia arcend.

FRVMENTVM asseruatum habentes cogi possunt ad panem exercitui conficiendum,l.si pendentes,27.§.si quid, & ibi add.marg.de vsufruct. 1

Frumentum asseruatum habentes tempore caritatis cogi possunt vendere illud communitati ad releuandum tenuium famem,etiam pretio viliori, ne populus fame contabescat, ibi.

Frumento alieno arenam , vel aliud miscens , vt difficilis sit separatio , quasi de corrupto conueniri potest vtili Aquilia, vel in factum, l. si seruus,27. §.item siquis,ad leg.Aquil.

Frumento in specie indebitè soluto , & per recipientem in eius vtilitatem consumpto condicitur eius pretium,vel æstimatio, sed si in genere frumento indebitè soluto,eo consumpto, non pretium , sed tantundem repetitur , † l. in summa, 65. §. in frumento,& ibi gloss. soluto , & ibi add. marg. de condict. indeb.

Frumentum Aphricum est optimum , gloss. Aphricum, in l.si is , qui , 50. §. fin. mandati.

Frumentum si quis seminauerit in alieno fundo , segetes , & quod ex messibus collectum fuerit,erit domini fundi,l.qui scit,25.§.in alieno , de vsuris.

Frumentum extrahi si statuto prohibeatur,non tamen censetur prohibitum extrahi frumentum sui vsus causa,argumento,l.cætera,41.§.item quæri, & §.sed si, de legat.1.

Frumentum percipiens ex fundo alieno per plura tempora præterita,tenetur ad æstimationem illius,quia non potuit seruari,l.is, cui, §. qui legatorum , vt in poss. legat.

Frumenti verbum habet largam significationem , frugum tamen nomen habet largiorem,gl.frumenti,in l.1.§.de eo opere, de aqua pluuia arcend.

Frumentum excussum ex alienis spicis eius est,cuius & spicæ fuerunt,l.adeò,7.§. cùm quis,de adquir. rerum dominio.

Frumenta,quæ sata sunt,ea ratione intelliguntur cedere solo, qua ratione plantæ,quæ terra coalescunt,solo cedunt,l. qua ratione,9.eod.

Frumentum seminans in alieno bona fide habet exceptionem doli mali contra dominum soli petentem solum,nisi sibi reddiderit æstimationem seminis, & expensas,ibi.

Frumentum ciuibus suis vendere viliùs,quàm annona exigit, non coguntur decuriones,l.fi.ad leg.Iuliam de annona.

Frumenti pretium non iustum statuere non potest ordo cuiusque ciuitatis,sicut nec alius priuatus,potest tamen iustum pretium statuere,d.l.fi.& ibi gl.ordin. & ibi add.

Frumentum illud dicitur , quod arista in se tenet , & in frumento continetur etiam lupinum,& fauæ,licèt non arista,sed siliqua contineantur,l.frugem,77. de verb.sign.

Frumentum specialiter , & vulgari sermone dicimus id tantùm granum , quod præ sui bonitate cæteros excellit,gl.fi.ibi.

Frumentum vetus in horreis vrbis conditum donec consummatur non debet erogari

Fullo,vel farcinator veſtimenta etiam ſi dolo perdiderit, eoque nomine ſatisfecerit domino,tenetur dominus vendicationem eorum, vel conditionem cedere ei,l.ſi merces,25.§.ſi.eod.

Fullo ſi perdiderit veſtimenta tua,& habes poſſeſſorem, à quo petere potes, iudex æſtimare debet,vt agas magis contra furem,vel poſſeſſorem, & ab eo tua veſtimenta conſequaris ſumptib.ſcilicet fullonis,ſed ſi iudex viderit, difficile tibi eſſe hoc,ex locato cum fullone ages,& poſtquàm ipſe tibi ſatisfecerit,debes ei cedere tuas actiones,l.cùm in plures,60.§. veſtimenta,eod.

Fullo ſi perdiderit veſtimenta,poteſt dominus nondum conuento fullone agere conditione furtiua,vel rei vendicatione contra poſſidentem , ſed non poteſt agere furti,quæ tantùm fulloni datur,ſi ſit ſoluendo,gl.agere,ibi.& gl.1. in l. ſoluendo,114.de verbo.ſigni.

Fullo , cui veſtimenta curanda poliendáque data ſunt , tenetur præſtare cuſtodiam, & ideò ſi ſibi fuerint ſubrepta , competit ſibi actio furti contra furem, niſi ſit non ſoluendo,quo caſu ad dominum veſtimentorum pertinet,l.itaque fullo,12. de furtis.

Fulloni,cui veſtimenta polienda ſubrepta ſunt,non competit conditio furtiua, nec rei vindicatio,quæ domino competunt,gl.actio, ibi.

Fullo,& ſarcinator accipiens veſtimenta polienda,& ſarcienda , ſi vtatur illis ex contrectatione furtum feciſſe videtur,quia non videntur accepta in eam cauſam,l.fullo,82.eod.

Fulloni ſi veſtimenta polienda ſibi data ſubrepta ſint , competit ei furti actio contra furem, quæ ſibi tollitur , ſi dominus eum liberauit ab actione locati, qua tenebatur ei,l. fullo,90.eod.

Fullo ſi pro veſtimentis poliendis ſibi ſubreptis furti egerit,& priuſquàm ex locato conueniretur à domino antequàm iudicaretur,de furto liberatus eſt , ab actione locati etiam fur debet abſolui ab eo, ibi.

Fulloni datur actio furti,non tamen commodatario quia contractus factus cum fullone eſt factus gratia vtriuſque commodati , tamen contractus eſt factus gratia tantùm commodatarij, vnde ei magis fauetur , quàm commodatario, gl. ex tunc,in l.fin. C. de furtis.

Fullo dicitur,qui lauat,ſiue tingit,ſiue polit veſtimenta, gl. ſi fulloni, in principio Inſt.de locatione & conductione,& gl.pen.in §.fin.Inſt. de mandato.

Fulloni veſtimenta curanda, vel polienda ſi quis dederit , nulla ſtatim mercede conſtituta,ſed poſteà daturus tantum,quantum inter eos conuenerit , propriè non eſt locatio,ſed eſt contractus innominatus , in principio Inſt. de locatione & condu.

Reliqua verbo, Cuſtodia, Dominus,2. Fur, 8. Commodatarius, 9. Furtum, 14.

FVLLONICAE dicuntur riui ſubterranei à folle,eò quòd per follem,ſiue burſam,vel quandam quaſi manicam,aqua mittitur, vel à fullone , quia fullones in diuerticulis aquarum lauant telam,vel dicuntur officina fullonum, gl. 1.& ibi add.marg.de aqua pluuia.

FVLMEN quoddam vrit,quoddam afflat,quoddam diruit,gl. deuſtis, in l. nauis,ad leg.Rhodiam.

Fulmen dicitur magis ardentior quàm incenſus turbo, amburens, ac proterens contacta , d.l.nauis,in add.marg.

Fulmen à fulgore differt,quia ad fulgur maiore opus eſt igne, quàm ad fulmen, ibid.

FVMVM ſi aliquis faciat in inferiore parte, nulla ſeruitute conſtituta , contra eum poteſt agi negatoria,& etiam actione iniuriarum,l.ſicuti,§.Ariſto, & ibi gl.agique,ſi ſeruitus vindi.

Fumum immitere non poteſt dominus domus inferioris in ſuperiorem , ita vt dominus ſuperioris partis cogatur fumum recipere , & propter hoc feneſtras dimittere,niſi ſeruitus ſit conſtituta,d.§.Ariſto,& ibi gl.iure, & gl.admittet.

Fumum facere poteſt dominus inferioris partis, quantùm vult,niſi faciat animo iniuriandi dominum ſuperioris partis, qui ſuſcipit fumum , ſicut naturaliter aſcendit,poteſt tamen ſe munire,ſicut poteſt ne fumus tranſcendat, d. gl.iure.

Fumum non grauem , quod liceat ſibi in ſuo facere, paciſci non poteſt , cùm iure communi hoc concedatur,d.l.ſicuti,§.ſi.

FVNCTIONES publicas omnes tenentur ſoluere , cùm non ſit munus extraordinarium,adeò vt nec veterani excuſentur,l.4. & ibi gl. 1. C. de annon. & tribut.

Functionis publicæ immunem eſſe tentans ſe defendere aliquo munimine , debet adire iudicem , & promere , quæ duxerit aſſerenda , & iudex ipſum non audiens punitur in 30.libris auri,& apparitor in 50. l. fin. C. de officio ciuil. iudic.

Reliqua verbo, Tributum, Munus, 9. 10. 11.

FVNDAMENTVM vbi deficit,ſuperædificari non poteſt,l.legi tecum,26.de exceptione rei iud.

Fundamento deſtructo totum ædificium deſtruitur,gl.alienauerit,in l.3.§. opus, de alienatione iudicij mut.& §.quæ autem,Inſt. de bonorum poſſ.

Fundus in genere, nu. 1. 2. 3.
Fundi appellatione quid veniat, nu. 4. 5.
Quoad damnum & aquam pluuiam , nu. 6.
Quoad fundos patrimoniales,fiſcales & reſpub.nu. 7. 8.

1 FVNDVS vel domus non natura,ſed noſtra deſtinatione conſtituuntur,gl.deriſorium,in l.ſi domus,71.de legat. 1.

Fundi plures ſola deſtinatione per regiones poſſunt fieri ex vno fundo , l. quod in rerum,24.§.ſi quis,& ibi gl.& domus, eod.

Fundus dicitur integrum aliquod,& plerunque fundus accipitur ſine villa, l. locus,60.de verb.ſign.

Fundi quælibet portio poteſt dici fundus , ſi iam hoc conſtituerimus, alioquin quælibet portio fundi dicitur locus,non fundus, ibi.

Fundus habet ſuos fines certos , & limitatos , locus verò latere poteſt quatenus determinetur,& definiatur,ibi.

Fundus à poſſeſſione , vel agro differt , nam fundus eſt omne , quidquid ſolo continetur,ideſt,tam prædium ruſticum,quàm vrbanum, ager eſt ſpecies fundi,qui ad vſum hominis comparatur,vt colatur,& ſeminetur , & ſic prædium ruſticum tantùm eſt,l.quæſtio eſt,115.eod.

ex Fundo meo ſi ſumma,ac ſupereminens terra ſublatâ ſit, & alia repoſita , non deſinit idcircò meum ſolum eſſe magis, quam ſtercorato agro, l. cùm vſumfructum,24.quibus mod.vſusfruct.

Fundus,in quo eſt locus religioſus,venit in iudicium diuiſorium,loco religioſo excepto,l.fundus,30.famil. erciſcund.

Fundus vnus ſi diuiſus ſit,poſt diuiſionem duo fundi dicuntur eſſe, gl.duob. in l. in communi,7. communi diuid.

Fundos confines,vel maiorum noſtrorum etiam ſupra iuſtam æſtimationem acquirere ſæpe noſtra intereſt,propter quod intereſſe valet legatum de eis vendendis nobis iuſto pretio factum,l.& ſi æquo, 66. & ibi gl,1. de legat.1. & l.ſi cui fundus, 54.& ibi gl.ſi de legat.2.

Fundus,in quo quis operatur ,magis inſpicitur, quàm fundus , in quo moratur, quando legatur fundus inſtructus,l.cùm quidam,4.de fundo inſtructo.

Fundi pars dicuntur arundineta,& ſalicta,& alia huiuſmodi , quamdiu non ſint cæſa,ſecus poſtquàm ſunt cæſa,l.quæſitum,§.cellarium, & ibi gl. iſte non poteſt,eod.

Fundus non poteſt eſſe feudi inſtrumentum,ibi.

Fundus venditus pendente iudicio aquæ pluuiæ arcendæ non efficitur litigioſus, ſed bene ipſa actio per litis conteſtationem efficitur litigioſa , & non poteſt transferri,gl.iudicium, in l.4.§.1.de aq.plu.ar.

Fundus medius inter fundum dominantem,& ſeruientem non impedit ſeruitutem conſtitui domino fundi medij permittente vti,l.ſi priùs,§.ſi. eod.

in Fundum alienum ingrediens gratia venandi,vel aucupandi,poteſt à domino, ſi is præuiderit,iure prohiberi,ne ingrediatur,l.3.de adquir.rer. dom. §. feræ, Inſti.de rer.diuiſ.

Fundi ſpeciem non mutat inundatio , & ideò cùm receſſerit aqua , eiuſdem eſt fundus,cuius fuerat;ſed quando totum fundum nouus alueus occupat, mutatur ſpecies & forma fundi , & dominus fundi illius nihil habet quicquam in eo aluco de rigore iuris , quando relicto eo alueo , alia parte cœperit fluere, ſed de æquitate ſic. l.adeò,7.§.inſula,& ibi gl.ſed vix,de adquir.rer. dom.

Fundum habens valentem centum,ſi tempore hyemis, & tempore meſſium ſint ibi fructus valentes decem , non dicitur habere duas res , ſcilicet fundum valentem centum,& fructus valentes decem , ſed vnam tantùm rem dicitur habere , ſcilicet fundum valentem centum & decem , l. fin. §. fructus, quæ in frau.cred.

Fundus , quando adſunt fructus , pluris videtur eſſe quoad detrahendam Falcidiam,ſed quoad hybernale tempus,ideſt,quando non adſunt fructus , non dicitur pluris eſſe,gl. fundum, ibi.

Fundus dari non intelligitur,ſi vſusfructus detrahitur,l.qui vſumfructum, 58.de verb. oblig.

Fundus dicitur meus,etiam cuius vſusfructus alienus eſt, l.rectè dicimus, 25. de verb. ſign.

pro Fundo,quem quis habet in aliquo loco in actione reali,ibi debet conueniri, ſed in actione perſonali non poteſt conueniri in loco fundi,gloſſ.leuari, in l. forma,§.ſi verò,de cenſib.

inter Fundum,& fundum eſt differentia,gl.1.in l.ſi minor,15.C.de prædiis min.

Fundos proprios,vel prædia, aut loca ſui dominij murali ambitu circumdare & vallare cuicunque licet,l.per prouincias,10.C.de ædificiis priuat.

in Fundo alieno ſi quis dicat ſe vidiſſe ferream,vel lapideam venam, inuito domino poteſt ingredi,vt deſpiciat,ſi in eo verſetur publica vtilitas,ſecus ſi priuata tantùm,gl.inueniſſe,in addit.marg.in l.1.C.de theſaur. lib.10.

in Fundum alienum volens ingredi cauſſa requirendi ſeruum fugitiuum , vel glandis colligendæ cauſſa,vel cauſſa recipiendi pecuniam , quam ibi abſconderat, non poteſt prohiberi à domino, gloſſ. venandi , in §. feræ, Inſti. de rer.diuiſ.

in Fundum alienum poteſt ingredi,ſi via ſit diruta,d.gl.venandi,in add.

in Fundum alienum , vel domum non poteſt quis ingredi cauſſa requirendi res ſuas,niſi ſint indicia,ibi.

Fundus peſtilens dicitur ferens peſtiferas herbas,l.pen.& ibi gl.2.de reb.eorum, qui ſub tutela.

Fundus ſaxoſus dicitur ſaxis plenus,nihil,vel parum vtilitatis exiſtens,ibi.

Fundi agonothetici dicebantur , qui athletis ab agonotheticis adiudicabantur, gl.1.& ibi addi.marg.in l.iubemus,C.de fun.patri.li. 11.

Fundi limitrophi militibus aſſignati etiam per reſcriptum Principis,vel annotationem in emphyteoſim,vel iure dominij non poſſunt transferri in alium, & tranſlati reuocantur,l.omnis fundi,& ibi gl.1.C.eod.

Fundum communem inter ſe ſi aliqui habeant,non poteſt agi iudicio finium regundorum,l.ſed & loci,§.ſi dicantur , finium regund.

de Fundi communis duorum confinibus ſi fuerit diſcordia cum fundo vicino trium dominorum , poteſt iudex vni parti adiudicare locum de quo quæritur, ibi.

Fundum communem ſi habeo,& alium non communem ſolus habeo, non poſſum agere finium regundorum contra ſocium pro fundo non communi, niſi vendam meam partem,quam habeo in fundo communi , d. l. ſed & loci , §.ſi communem.

Reliqua verbo, Ager, Prædium, Alluuio, Fructuarius, 7.8. Ingredi, Inſtrumentum, 18. vſque 21. Legans, 8.9. Legatum, 56.66.67. vſque 70. Lex, 23. Locans, 5. Optimus, Pars, 1.2.3. Prædium, per tot. Vendens, 6. Vendita, 3.

FVNDI appellatione plena proprietas continetur,gl.1.in l.ſi proprietas,10.de vſufructu adcreſ.

Fundo legato cum inſtrumento,& inſtrumenta fundi, & patrisfamilias legantis intelliguntur legata,ſecus quando ſimpliciter legatur fundus,gl. non eſſet, in l.Lucius,93.§ quæſitum,de leg.3.

Fundi appellatione nihil continetur,niſi quod intra ſe affixum eſt , & ideò pabulum,fœnum,palea,machinæ,vaſa vinaria,& dolia, quæ in cellæ defixa ſunt & granaria,non continentur in legato fundi ſimpliciter facto,d. §. quæſitum, & ibi gl.non eſſet.

Fundi appellatione continentur & molæ ita affixæ,& inædificatæ, vt partis ædificiorum eſſe videantur,l. cùm fundus, de fundo inſtructo.

Fundi appellatione continentur,& dolia molæ oliuariæ, & prælum , & alia ita infixa,

ctis,& illatis, & si quid superfluum remanserit, illud solum pro debita pensione remanet obligatum,l.& si quis,§. 1. de religios.

Funerari testatorem de suo satius est,quàm alios consequi legata à se relicta, d. l.& si quis,§.sed & si res.

Funerari idem est,quod sepeliri,d.l.& si quis,§.sed & si res,in add. marg.

Funerari debet testator de se à se legata,si non sit vnde funeretur, si tamen legatum potest indemnis ab herede præstari, legatarius non debet carere legato, secus si non possit ab herede præstari,d.§.sed & si res.

Funerari testatorem ab eo,cui testator mandauit funus,si heres prohibuerit,ipse heres non rectè facit,nec ob id pœna in eum statuta est,d.l.& si quis, §. idem Labeo.

Funerari debet materfamilias ex dote tantùm, si eius hereditas non sit soluendo,l.Neratius,20.§.fi.eod.

Funerari debent mulieres,sicut de aliis suis patrimoniis,ita & de suis dotibus, l. in eum, 16.eod.

Funerari debet mulier pro rata parte ex dote, quæ penes maritum remanet, & cæteris muliebribus bonis,l.Celsus,22.eod.

Funerando quis defunctum locupletem modico sumptu videtur contumeliam defuncto facere, & ideò illum amittit, nec debet sentire commodum, l. & si quis,14.§.iudicem,& ibi gl.contumeliam,eod.

Funerandi ius publicum est,& pacto infringi non potest,l.Neratius,20.eod.

Funerandi sunt mortui de suo,l.& si quis,14.§.idem Labeo, eod.

Funerandi onus competit patri habenti filium defunctum in potestate, l. in patrem,21.& ibi gl. 1.eod.

Funerandi seruum onus competit domino,d.gl. 1.

2 Funerandus non est ille, qui veniens ad patriam delendam, & ad interficiendos parentes,& liberos interfectus est,l.minimè,35.& ibi gl. 1. eod.

Funerans patremfamilias credens se heredem,ex hac iusta causa habet actionem funerariam, quamuis non fecerit animo alium obligandi, nec gerens quasi alienum negotium,l.& si quis,14.§.si quis,dum, eod.

Funerans testatorem prohibente herede habet ex iusta causa actionem funerariam,d.l.& si quis,§.idem Labeo.

Funerans filius patrem defunctum prohibente herede eius,habet funerariam, si protestatus est,sed si non sit protestatus filius,potest heres ei opponere, quod pietatis gratia funerauerit,l.& si quis,14.§.idem Labeo,eod.

Funerans testatorem ille,cui testator mandauit,habet contra heredem actionem funerariam,vel negotiorum gestorum, etiam si funerauerit prohibente herede,d. §. idem Labeo.

Funerans mandato alicuius non habet funerariam actionem,sed mandati,d.l.& si quis,§.qui mandato,eod.

Funerans mandato pupilli sine tutoris authoritate facto habet vtilem funerariam actionem contra heredem,non aduersùs pupillum,nisi ipse pupillus esset heres defuncti, eiúsque hereditas soluendo sit, quia tunc datur contra eum actio mandati,ibi.

Funerans defunctum quasi heredis negotium gerens, licèt ratum non habeat, funeraria potest agere contra eum,si nondum adiit hereditatem, nam si adiuit,non funeraria, sed negotiorum gestorum actione agere debet, d. l. & si quis,§ pen.& ibi gl. fi.

Funerans defunctum quasi gerens negotium heredis instituti,qui nondum adiit, non habet actionem negotiorum gestorum, quia eius negotium in veritate non erat,neque defuncti potuit esse,d.gl.fin.

Funerans filiamfamilias antequàm dos patri reddatur,cùm eius marito funeraria rectè potest agere,maritus tamen eo minus dotem restituit patri mulieris, l. si mulier, 29.§.1.eod.

Funerans filiamfamilias reddita dote patri cum eius patre debet agere funeraria,ibid.

Funerans filiumfamilias militem habet funerariam priùs contra successores eius,qui successerunt ex testamento in peculio castrensi, sed si nullos successores habuit,tunc habet contra eius patrem,l.si filiusfamilias,31.eod.

Funerans seruum alienum,vel ancillam habet funerariam contra dominum, d. l.si filiusfamalias,31.§.1.eod.

Reliqua verbo, Actio, 107.

1 FVNVS accipitur tam pro pompa, quæ fit in mortuorum exequiis, quàm pro ipso cadauere,l.& si quis,14.§.sed & si res,in addit. marg. eod.

Funus si accepta pecunia non duxit ille, cui funeris sui curam testator mandauit,tenetur heredi actione de dolo,& etiam cogitur extra ordinem funus ducere,d.l. & si quis,§. si cui funeris.

Funus,& sepultura filij,æs alienum patris est, l. filiusfamilias, de in rem verso.

Funeris causa quædam conceduntur,quæ aliàs non concederentur, gl. inualida, in §. sancimus itaque,in auth.vt cùm de appell.cognos.col. 8.

Funus debet facere ille,quem defunctus elegit, quòd si ipse non fecerit, nullam pœnam ob id meretur, nisi aliquid emolumenti ei relictum sit, quo casu si non paruerit voluntati defuncti,repellitur à petitione relicti, l. si quis, §. funus, de religios.

de Funere sibi faciendo si defunctus nihil cauit, nec vlli id munus mandauit, tunc illud ad heredes scriptos pertinet,& si nemo scriptus sit, ad legitimos,& quoslibet cognatos suo ordine,quo ipsi succedunt pertinet, ibi.

Funeris sumptus fieri debent pro facultatibus,& dignitate defuncti,d.l.si quis,§. sumptus.

Funeris sumptus fieri debent ex dignitate defuncti, ex causa, ex tempore, & ex bona fide, vt neque plus imputetur sumptus nomine, quàm factum est,neque tantum,quantum factum est, si immodicè factum est, l. & si quis,14.§.hæc actio,eod.

Funeris sumptus quando fiunt,debet haberi ratio facultatum eius,in quem fiunt, & ipsius rei,quæ vltra modum sine causa consumitur, neque est sequenda voluntas testatoris,si res egrediatur iustam sumptus rationem, ibi.

Funeris causa impensum dicitur illud,quod est impensum,vt funus ducatur, sine quo funus duci non potuit, veluti quod impensum est in elationem mortui, d.l.& si quis,§.funeris.

Funeris causa impensum videtur illud, quod erogatum est in locum, in quem mortuus inferretur,quia necessariò locus parari debet, in quo corpus conditur, ibidem.

Funeris impensa est illa,quæ fit,vt corpus peregrè mortui perferretur,licèt nondum homo funeretur,ibid.

Funeris impensa dicitur illa, quæ fit ad corpus custodiendum, vel etiam commendandum,& quæ fit ad collocandum marmor,vel vestem, ibi.

Funeris sumptus faciens si sit misericors,& pius in sepeliendo aliquem, ne insepultus iaceret,sed non in faciendo sumptus,si de hoc constat,recuperat eos,d l. & si quis,§.sed interdum.

Funeris impensa dicitur,quidquid corporis causa impensum est, veluti pretium vnguentorum,& loci,in quo sepultus est,& vestiaria,& sarcophagi,& vectura & quidquid corporis causa,antequàm sepeliretur, consumptum est, l. funeris sumptus,37.eod.

Funeris causa impensum non dicitur illud, quod quis impenderat in amplum,& vltra modum munimentum,quod testator iusserat,veluti in circuitu porticationes,& structuras arcuatas,in porticúmque factas, & ideò illud non potest repetere,d.l. funeris,§.fi.& ibi gl.fi.& ibi add.marg.

Funeris impensa dicitur æs alienum, & ideò ab emptore potest eam repetere venditor hereditatis,l.2.§.si quid,& ibi addit.marg de hered.vel actione vend.

Funus si possessor hereditatis fecerit, & victus in restitutione non deduxerit quod impendit,vtilis funeraria datur ei, cùm neminem sibi voluit obligare, & etiam datur actio negotiorum gestorum,l.si possessor,32.de religios.

Funeris impensam facere non tenetur pater pro filiafamilias nupta, sed vir tenetur ex dote,l.si filiafamilias,60.& ibi gl. 1.solut. matrim.

Funeris impensam tenetur facere pater,etiam pro filia emancipata nupta,quando maritus nullam dotem habebat,d.gl.1.

Funeris sumptus tenetur quis facere filio defuncto,vel seruo, vel vxori, gl. cum, in l.2. de priuileg.credit.

in Funere impendens præfertur pro impensis in actione personali aliis creditoribus,etiam priuilegiatis,gl.fin.in l.1 C. de priuileg. dotis.

Funeris sumptus decernere debet iudex, siquidem pecunia sit in hereditate, ex pecunia decernet,si non sit,distrahi iubet ea,quæ tempore peritura sunt,quorum retentio onerat hereditatem,sed si non sint res,quæ vendi possint, sed sit aurum,vel argentum,illud distrahi, aut pignerari iubet, l. si quis,§. final. de religios.

Funeris impensa semper deducitur ex hereditate, quæ etiam solet præcedere omne creditum,cùm bona soluendo non sunt,l.penult.eodem.

Funeris impensa præcedit omne creditum,quod debetur sine pignore, vel etiam sub pignore tacito,d.l.pen.& ibi gl.1.

Funeris impensa ex hereditate deducitur, quæ omne aliud creditum præcedit, vbi bona non sunt soluendo, quod verum est, quando impensa necessaria est facta,secus si ad luxum,l.impensa,18.in addit. marg. & l.impensa funeris, 45. de religios.

in Funus mulieris conferre debet ille,qui dotem morte mulieris lucratur, siue pater sit,siue maritus,pro parte,qua lucratur dotem, sed pro alia rata debet conferre ille,ad quem spectat aliud patrimonium mulieris,l.in eum,16.& ibi gl.fi.de religios.

in mulieris Funus debet conferre maritus vnam partem,& heres duas, si in dote erant centum, in hereditate autem ducenta,l.veluti,23.eod.

in Funus mulieris maritus,qui lucratus est dotem,confert cum herede mulieris pro rata parte,si sit soluendo,alioquin pro eo,quod facere potest,d.l.veluti,& ibi gl. 1.

in Funus mulieris heres eius pro rata debet conferre cum marito, lucrante dotem non deductis legatis,nec pretiis seruorum manumissorum, nec ære alieno deducto,d.l.veluti,cum quinque sequentib.

Funeris mulieris impensam omnem tenetur præstare pater, vel heres eius mulieris,quando nulla dos erat,sed si non habeat heredes, vel pater non sit soluendo,tunc tenetur maritus,inquantùm facere potest,l.quòd si nulla,28.eod.

Funeris mulieris impensam tenetur præstare pater, etiam si ipsa haberet dotem, si tamen maritus nihil possit facere,gl.1.ibi.

ad Funeris mulieris impensam non cogitur maritus, qui dotem non est lucratus,vt quia vsusfructus sibi in dotem datus decedente muliere consolidatus est sibi,cùm priùs esset proprietarius,nihil videtur lucrari,cùm & aliàs ea defuncta hoc erat habiturus,gl.fi.in l.in eum,16. eod.

Funeris impensam debet sentire dos,est enim æs alienum dotis,l.ideóque, 19.& l.impensa,18.eod.

Funeris impensa pro rata,tam de dote, quàm de alia substantia mulieris debet solui,gl.fi.in l.Neratius,20.§.fi. eod.

Funeris impensam tenetur præstare patronus,qui bonorum possessionem contra tabulas petit,l.funeris,15.eod.

Funeris impensa omne æs alienum præcedit,l.scimus,22.§. in computatione, & ibi gl.1.C.de iure deliber.gl.fi.in l.Neratius,20.§.fi.de religios.

Funeris causa impendens habet actionem contra eum, ad quem onus funeris pertinet,l. si quis,12.§.prætor ait, eod.

Funeris causa impendens persequi potest id,quod impendit, ne corpora iaceant insepulta,néve quis de alieno funeretur,ibi.

Funeris sumptus prætore authore,vel Magistratu municipali, exigi potest à debitoribus hereditariis, si facilè exigi possit, si in hereditate non sit pecunia, vel aliqua res,quæ vendi,vel pignerari possit,l.si quis sepulchrum,12.§.fi.cum l. sequ. eod.

Funeris sumptus non recuperat quis,si fecit eos pietatis gratia,& non animo repetendi,l.& si quis,14.§.sed interdum,eod.

Funeris sumptus,quo animo sit factus, iudex debet perpendere an faciens sumptus negotium defuncti,vel heredis gesserit,vel ipsius humanitati, an misericordiæ,vel pietati,vel affectioni tribuens,ibi.

Funeris sumptus faciens rectè faciet si protestetur,quo animo faciat illos,ne postea patiatur quæstionem an fecerit pietatis causa, vel non, ibi.

Funeris sumptus si quis pro parte pietatis gratia, & pro parte quasi negotium defuncti, vel heredis gerens fecit, illam partem sumptuum consequi potest, quam fecit non animo donandi,sed repetendi,d.l.& si quis,§. plerique.

Fur manifeſtus ſit,necne,inſpicitur,ſi ſit deprehenſus in initio,ideſt, tempore faciendi furti, hoc eſt,intra illud totale tempus, quo tulit ad locum deſtinatum,l.quamuis,6.& ibi gl.1.eod.

Fur manifeſtus non dicitur ſeruus, qui in ſeruitute fecit furtum non domino, deinde exiſtente libertatis conditione manumiſſus deprehenſus fuit, antequàm perferret ad locum deſtinatum,quia origo furti in ſeruitute facti, non fuit manifeſti, † l.ſi quis in ſeruitute,7.& ibi gl. 3.eod.

Fur manifeſtus vt dicatur quis,non ſufficit dominum videre furtum committi, nam præter hoc apprehenſio eſt neceſſaria, vel cum acclamatione occurſio, vel etiam ſine acclamatione ſatis eſt,quòd ſit viſus à multis, d.l.ſi quis in ſeruitute,§.ſi.& ibi add.marg.

Fur manifeſtus vt quis dicatur, parui refert dominus, an vicinus, aut quilibet tranſiens apprehenderit eum cum re furtiua,d. §.ſi.

Fur manifeſtus,& non manifeſtus eſt ille,qui ſecat ante lucem ſegetem, & poſteà contrectat,& deprehenditur,l.vulgaris,21.eod.

Fur manifeſtus tenetur condictione furtiua non ſolùm, quando fur apprehenſus occidit,aut fugit,aut effudit id,quod interceperat, ſed etiam quando fuit viſus,ſed non captus,dummodò ſit acclamatum,† l.ſiue manifeſtus,10. & ibi gl. occidiſſe,de condictione furtiua.

Fur manifeſtus dicitur non ſolùm quando eſt apprehenſus, ſed etiam quando fuit viſus,ſed non captus, dummodò inſurrexerit rumor, & acclamatio furti facti,d.gl.occidiſſe,& l.ſi quiſque,35.§.ſi. in add. marg. de furt.

Furi manifeſto præbens auxilium per omnia non habetur pro fure manifeſto; nam fur manifeſtus tenetur condictione furtiua,& etiam furti manifeſti, ſed præbens auxilium non tenetur condictione furtiua, nec furti manifeſti, ſed tantùm tenetur furti non manifeſti,gl.condemnatus eſſet in l.ſacrilegij, §.ſi. ad legem Iul.peculat.

Fur manifeſtus dicitur non ſolùm, qui in ipſo furto deprehenditur, ſed etiam qui in eo loco deprehenditur,quo furtum fit,& ideò qui in domo furtum fecit,& nondum egreſſus ianuam deprehenſus eſt,vel qui in oliueto oliuarum, aut in vineto vuarum furtum fecit, & nondum egreſſus deprehenſus ſit, fur manifeſtus dicitur,§.furtorum,Inſt.de oblig.quæ ex delicto.

Fur manifeſtus dicitur,quamdiu rem furtiuam tenens fur viſus, vel deprehenſus eſt,ſiue in publico,ſiue in priuato,vel à domino,vel ab alio, antequàm eò peruenerit,quò deferre,vel deponere deſtinaſſet, ſed ſi pertulit quò deſtinauit,etiamſi deprehendatur cum re furtiua,non eſt fur manifeſtus,ibi.

Fur manifeſtus dicitur etiam ille,qui vltra montes perferre deſtinauit, ſi tamen antè deprehendatur,gl.deponere,ibi.

Fur famoſus non dicitur ille,qui clàm ſurripit, & talis fuſtigatur, & furca non ſuſpenditur,ſed ſurripiens palàm,ſi ſit famoſus,furca ſuſpenditur, ſed ſi ſurripiat violenter palàm,ſed non eſt famoſus,& tunc punitur lege Iulia de vi publica,vel priuata,gl.furca,in l.capitalium,§.famoſos,de pœnis.

Fur famoſus,licèt non ſurripiat,niſi clàm, nihilominùs furca ſuſpenditur, ibi.& gl.ſi.in auth.ſed nouo,C.de ſeruis fugitiuis.

Fures duo eiuſdem rei diuerſis reſpectibus poſſunt dici vnus fur manifeſtus,alter non manifeſtus,l.ſi quiſque,35.§.ſi.de furtis.

Fur manifeſtus ſemper tenetur vi bonorum raptorum, ſed non manifeſtus ita demùm,ſi habuit animum auferendi palàm, & quaſi per vim,licèt ibi neminem inueniat,gl. comprehendatur, & ibi add. in princ. Inſt. de vi bonorum raptorum.

Reliqua verbo,Famoſus,5,Latrones,Raptor,Delictum,3.

6 FVR deprehenſus in facinore ab officialibus, vel notorius, vel extra iudicium confeſſus ſi ſit fuſtigatus ſine cauſæ cognitione, & ſine ſententiæ diffinitiuæ prolatione,talis fuſtigatio eum nõ infamat;ſed cauſa propter quam fuit fuſtigatus ſimul cum fuſtigatione, ſi tamen cauſa ſit talis,ex qua damnatus, vel pactus fieret infamis,gl. 1.in l. ictus fuſtium,de his, qui notantur.

Fur lege Longobarda pro primo furto oculum perdit, pro ſecundo naſum, pro tertio moritur,glo.furca,in l. capitalium, §. famoſos,de pœnis, & gl.ſeu furtum,in l.hac ædictali,§.in curia, de pace tenenda inter ſub.

Fur pro furto commiſſo non debet mori, neque ei aliquod membrum abſcindi, ſed aliter debet caſtigari,auth.ſed nouo, C.de ſeruis fugiti.

Fur debet caſtigari fuſtibus,niſi ſit publicus latro,gl. ſi. ibi.

Fur lege Longobarda,quando punitur ciuiliter,tunc ſi maſculus,& liber furtum manifeſtum fecerit, nouum reddet, & pro culpa ſoluet 70.ſolidos, ſi furtum fuerit vſque ad decem ſolidos,& ſi non poterit ſoluere, debet mori, ſed ſi fecerit furtum non manifeſtum, tunc ſolùm nouum reddet; ſed ſi furtum faciens fuerit ſeruus, eodem modo punitur,excepto quòd pro culpa ſoluit 40. ſolidos, gloſſ.ſeu furtum,in leg.hac edictali, §.iniuria, de pace tenenda inter ſubditos.

Fur ſi fuerit mulier iure Lombardorum pro manifeſto, quando agitur ciuiliter, tantùm reddet nouum, alia verò culpa non debet ab ea requiri pro eo, quòd paſſa fuerit curiam, cùm comprehenſa fuerit in furto, eodem modo punitur pro non manifeſto, & eodem modo punitur furtum ab ancilla factum,ibi.

Fur per legem Friderici Imperatoris pro furto quinque ſolidorum, & ſupra laqueo debet ſuſpendi,ſin minùs ſcopis,& forcipe debet excoriari,& tundi,d.gl. ſeu furtum,& gl.2.in c.1.in princ. & tex.in §.ſi.eod.

Fur tenetur ad pœnam furti manifeſti, & non manifeſti, etiam ſi dominus rem ſibi ſurreptam recuperauerit,l.qui vas, 48.de furt.

7 Fur ſemper eſt in mora,& ideò ad eum ſpectat ſemper periculum interitus,l.fin. de condictione furti,gloſſ.planè,in §.ſic itaque diſcretis, Inſt. de actio.

Fur,& meticuloſus tenentur de interitu rei,ſiue eodem modo eſſet peritura penes dominum,ſiue non eſſet peritura,gl.fin.in l.ſi plures,§.ſi.depoſiti.

Fur ſerui etiam eo mortuo tenetur, l. 1. §. rectiſſimè, de vi, & vi armata,l.ſi.de condict. furt.

Fur, & moroſus æquiparantur quoad periculum interitus, l. inter ſtipulantem, 82.§.pen.& ibi gl.facta,de verb.oblig.

in Furis odium inſpicimus,quod euenire poteſt, licèt veriſimiliter res non tendat ad hoc,l.eum,qui, 14.§.Papinianus de furtis.

Furis heres re furtiua perempta ante mortem furis nunquàm ſuo nomine, ideſt, propter ſuum maleficium poteſt damnari, ſed bene alieno, ideſt defuncti, ſi autem poſt mortem furis ſit perempta, poteſt heres ſuo etiam nomine conueniri actione furti,ſi contrectet contra voluntatem domini, cui ſurripuit defunctus,gl.pe.in l.ſi pro fure,§.ſi.de condict.furt.

Fur ſi rem furtiuam obtulerit,vel nouauerit cum domino rei, poſt oblationem, vel nouationem re perempta non tenetur ad ipſam rem, vel æſtimationem,l. in re furtiua,8.& ibi gl.& ſiquidem, & gl.obtulit, eod.

Fur re furtiua perempta tenetur condictione furtiua ad eius æſtimationem, quanti res plurimi fuerit à tempore furti commiſſi, & ad fructus, non tamen tenetur de eo,quod plus valuit ante furtum factum, d.l.in re furtiua,& ibi gl. plurimi.

Fur boue ſurrepto, & occiſo tenetur condictione furtiua ad bouem, & etiam ad corium,& ad carnem,ſi poſteà contrectet corium,& carnem, ita tamen quòd ſi præſtitit æſtimationem bouis, habet exceptionem contra dominum agentem ad corium; ſed ſi priùs pretium corij, vel carnis præſtitit, tantum minus poſteà præſtat de bouis æſtimatione, l. ſi ſeruus, 14.§. fin.& ibi gl. corij,eod.

Fur bouis ſurrepti, & occiſi pretium ſi ſoluerit domino, dominus poſteà agens condictione furtiua ad corium, & carnem contra extraneum habentem cauſam à fure, repellitur exceptione, ſecus ſi ageret contra non habentem cauſam à fure, ibi.

Reliqua verbo,Surripiens,Heres,64.

Furi non datur actio furti,quia actio furti pœnalis eſt,per eámque agens conſequitur lucrum,ſed interdictum vnde vi datur raptori, quiá quod abeſt proſequitur, quo etiam vitioſa poſſeſſio aduersùs extraneos prodeſſe conſtat, non tamen per eam lucrum præcipuè prætēdenti,ſed damnum vitanti,† gl.habet, in additione marg.in l.1.§.qui à me,de vi,& vi armat.

Fur furti agere non poteſt contra ſurripientem à ſe,niſi caſualiter reperiatur,gl. ſurripiatur,in l.ſed & ipſi,nautæ,caupones.

Furi,vel prædoni competit actio commodati,vel depoſiti, aut pigneratitia, l.ita vt,16.& ibi gl. 1.commodati.

Fur non habet actionem rei ſibi ſurreptæ,quam ipſe furatus eſt,l. eum,qui,14.§. Iulianus,de furtis.

Fur dicitur habere furti actionem in caſu, quo quis fulloni veſtimenta polienda locauit,deinde is inſcio locatore illa commodauerit Titio,cui ſurrepta ſunt, tunc furti actio competit fulloni, cùm cuſtodia illorum ad eum pertineat, competit etiam locatori aduersùs fullonem, quia non debebat illa commodare,& id faciendo furtum facit,l. qui vas,48.§.ſi ego tibi,eod.

Fur pro re,quam ſurripuit, non poteſt agere furti contra eum,qui ſibi illam ſurripuit,dominus autem rei poteſt agere furti,tam contra primum, quàm contra ſecundum furem, ita vt ſi cum altero furti actionem inchoet, aduersùs alterum nihilominùs duret, poteſt etiam agere contra quemcunque condictione furtiua, ita quòd ſi priùs conſequutus ſit æſtimationem, non tollitur condictio furtiua,ſecus ſi priùs conſequutus ſit rem furtiuam,quo caſu tollitur condictio furtiua, † l. qui re ſibi commodata, 76. §.ſi quis alteri, reprob, gl.ſi.eodem.

Fur non agit actione furti,quia licèt eius interſit ex probabili cauſa furtum ſibi non fieri,non tamen ex honeſta cauſa,gl.1.in l.ſi.C.de furtis.

Fur ſi rem ſurreptam deleuerit, tenetur furti, & Aquilia propter damnum, l.ſi ſeruus,27.& ibi gl.1.ad leg.Aquil.

Furi ſi dominus rei furtiuæ fecit pactum de non agendo furti, ſi poſteà de nouo contrectat,poteſt agere dominus ipſe ex noua contrectatione,† gl. 1.in l. ei, qui furti,9.de furt.

Fur, cui ſurrepta fuit res,ſi eandem recuperauerit ab eo, qui ſibi ſurripuerat, etiam ſi duo furta fecerit, non ampliùs, quàm ſemel cum eo poteſt agi furti actione,l.inficiando,67.§.infans,eod.

à Fure poteſt quis condicere rem ſuam,& id,quod ex re ſua ſupereſt, etſi conſequutus ſit totum,non poteſt petere partem,ſed ſi conſequutus ſit partem, poteſt petere reſiduum,l.ſi ſeruus,14.§.fin.de condict.furtiua.

contra Furem ſi dominus rei egit rei vendicatione, & conſequutus ſit litis æſtimationem,adhuc poteſt agere condictione furtiua, ſed officio iudicis continetur,quod non aliter ſit damnandus reſtituere rem domino, niſi ſibi condictionem furtiuam remittere,l.ei,qui furti,9. de furtis.

contra Furem ſi dominus rei furtiuæ egit condictione furtiua, & conſequutus ſit litis æſtimationem,adhuc poterit agere rei vendicatione, aut condemnabit eum, vt reſtituat rem,& ſi non reſtituat,condemnabit,inquantùm dominus iurauerit in litem,dummodò reddat æſtimationem,ibid.

Fur tenetur pluribus actionibus, putà condictione furtiua, rei vendicatione, & vna per aliam tollitur,§.ſic itaque diſcretis,Inſt.de actio.

Furis heres inſolidum inſtitutus condictione furtiua tenetur inſolidum, etiam ſi ad eum non peruenerit tota res furtiua, ſed ſi pro parte ſit hæres, pro ea parte,pro qua eſt heres,tenetur,ſi ad eum peruenit de re furtiua minus, quàm eſt pars hæreditaria,l. in condict. 9. de condict.furt.

Furis heres pro parte inſtitutus condictione furtiua tenetur in totum, ſi ad eum tota res furtiua peruenit, niſi cum defuncto fuiſſet lis conteſtata, quo caſu non tenetur, niſi pro hereditaria parte,glo.pen.ibi.

Fur, & violentus poſſeſſor pœna ciuili, & criminali extraordinaria conueniri poſſunt,quamuis res furtiua, vel vi ablata ſit perempta,l.ſubtracto,& ibi gl.6. C. de furtis.

Reliqua verbo, Actio,108. vſque 112. Furtum, 12. 13. Heres, 64. Fullo.

FVRARI non licet pecuniam redactam ex re furtiua,l. quemadmodum, 38.§. ſi.de noxalib.

Furari totum proponens ſi partem furatus eſt, tenetur furti nomine partis tantùm,& non totius,ſi totum tollere non potuit,ſecus ſi potuit,l.vulgaris,21.§. item ſi,de furtis.

Furandi animo vadens,& non furatur, licèt non teneatur ciuiliter, punitur tamen extra ordinen,l.pen.de extraordin.crimin.

Furanti pecuniam publicam præbens auxilium perinde habetur, ac ſi furti manifeſti condemnatus eſſet,ideſt, punitur in quadruplum eius, quod ablatum eſt,& datur fiſco propoſita actione,l.ſacrilegiis,§.ſi.& ibi gl,condemnatus, ad leg.Iul.peculatus.

7 FVRIOSVS habet potestatem in liberos ante, vel post furorem natos, l.patre, de his, qui sunt sui.

Furiosi si fuerint maritus, & vxor, & tunc concipiat, partus in potestate patris nascitur, quia retinetur matrimonium, quasi voluntatis reliquiis in eis manentib. ibidem.

Furioso adquiruntur omnes actiones ex eisdem caussis, ex quib. ignorantibus adquiruntur, l.si à furioso, & ibi gloss. 1. si certum pet. l. si à furioso, de actio. & oblig. glo. fi. in l.pater, de his, qui sunt sui, l. filiusfamilias, 16. de testam. l. furioso, 9. de re iudic. l. 1. §. item de adquirimus, de adq. posses.

à Furioso si quis putans eum esse mentis compotem acceperit pecuniam quasi mutuam, consumptione adquirit furioso condictionem sine caussa, vel certi generalem, d l. si à furioso.

Furioso adquiritur actio iniuriarum, glossa 5. in d. l. si à furioso, de actione & obligatio.

Furioso adquiritur actio ex stipulatu, quando seruus furiosi stipulatur, d. l. si à furioso.

Furioso adquiritur actio, quando furtum fit ei, & cùm datur aliquod damnum in bonis furiosi, vel cùm furiosus esset creditor, fraudandi eius caussa debitor rem alicui tradidit, item cum ei legatur, aut aliquid per fideicommissum relinquitur, ibidem.

Furioso adquiritur certi condictio generalis, quando ille, qui alieno seruo mutuauerat pecuniam, furere cœpit, & posteà seruus eam in rem domini verterit, ibidem.

Furioso obligatur actione negotiorum gestorum ille, qui negotia furiosi gessit, & gerens obligat etiam furiosum, si sibi aliquid absit, ibid.

Furioso adquiritur condictio certi generalis consumpta pecunia, quam credendi causa sanæ mentis existens dederat, ac posteà mentis compos esse desierat, ibidem.

8 Furiosus nullum contractum, aut negotium, in quo requiratur consensus gerere potest, quia non intelligit, quod agit, §. furiosus, Inst. de inutilib. act.

Furioso patri adquirit filius natus ante, vel post furorem ratione patriæ potestatis, l.patre, de his, qui sunt sui.

Furiosus potest sibi adquirere hereditatem, legatum, vel dominium, possessionem, vel actionem per seruum, vel filium in potestate interueniente iussu tutoris, vel curatoris, l. Antistius, 62. §. fi. & ibi gl. pe. & fi. de adqui. hered.

Furiosus etiam cum authoritate tutoris possessionem adquirere non potest, † reprob gl. pupillus, & gl. sine tutoris, in l. 1. §. adipiscimur, de adqui. possessio.

Furioso, & ignoranti adquiritur possessio ex causa peculiari per seruos, vel filios, sicut & adquiritur dominis etiam ignorantibus, d. l. 1. §. item adquirimus.

per Furiosum seruum nobis quæri non potest possessio, etiam si tradens hoc animo tradiderit, † reprob. gl. sicut pupillus, in d. l. 1. §. cæterum.

Furioso possunt adquiri bona castrensia, vel quasi, tum etiam legata, l. cùm furiosus, 7. & ibi gl. 3. & 4. C. de curatore furiosi.

Furioso adquiritur dominium hereditatis per aditionem curatoris, & ideò legata à furioso petuntur, & actiones transferuntur in eum, d. l. cùm furiosus, §. tali itaque, in add. marg.

Furioso his demùm causis adquiri debet, ex quibus sanæ mentis homini ignoranti adquiritur, gl. accedat, in d. l. cùm furiosus, §. tali itaque, & §. sui, & ibi add. marg. Inst. de heredit. quæ ab intesta.

Furiosus, quod ante furorem cœpit possidere, vsucapiet, cùm non desinat possidere, quod verum est, si ex causa possideat, ex qua vsucapio sequitur, l. 4. §. furiosus de vsucapio.

Furiosus, & infans potest vsucapere per seruum rem, quæ illi seruo tradita est ex causa peculiari, l. si seruo, 28. de vsucapio.

Reliqua verbo, Filius, 75.

9 FVRIOSO instituto herede si substituatur quis ei, si in furore decesserit, eo mortuo in furore admittitur substitutus, & si aliquis legitimus bona hereditaria occupet, tenetur restituere illa substituto deductis sumptibus, quos fecit vtiliter, & necessariò circa hereditatem, vel furiosi personam, l. heres furiosi, 51. de petitione hered.

Furiosus, & infans sunt necessarij heredes, l. 2. de condict. furtiua.

Furiosus institutus si rogatus sit de restituenda hereditate, cuius curator bon. possessionem accipiendo adquirit ei bon. possessionem quæ iuris est, & transfert actiones, † l. cùm heres, 35. & ibi gl. 1 ad Trebel.

Furioso instituto non cedit tempus bon. possessionis petendæ, quamdiu est in furore, neque eius substituto cedit, quamuis curator furiosi nomine possit bon. posses. accipere, l. 1. de bon. poss. furioso.

Furioso instituto potest petere eius curator bon. possessionem, & defertur illa furioso quantùm ad commodum, vt habeat fructus, sed non quantùm ad ius, vt habeat dominium, gl accipere, ibid.

Furioso legata relicta bene adquiruntur ei per eius curatorem, quia legata habent tantùm commodum, gl. accipit, ibid.

Furiosus patri decedenti ab intestato suus heres existit, vt sic statim curator administrare possit, non verò vt statim teneatur creditoribus, vt non possit abstinere, gl. suus, in l. cùm furiosus, §. 1. C. de curato. furios.

Furiosus patri ab intestato decedenti suus heres tantùm nomine existit, non autem existit re, vnde interim decedens non transmittit, ibid.

Furiosus, cui delata est hereditas extranei, non potest eam adire, vel bonorum possessionem agnoscere, d. l. cùm furiosus, §. sin autem.

Furiosus sanæ mentis factus hereditatem sibi delatam tempore furoris, & à curatore aditam potest sibi retinere, vel respuere, d. l. cùm furiosus, §. tali, itaque.

Furiosus sanæ mentis factus si respuerit hereditatem tempore furoris sibi delatam, quàm curator eius adiuit, vel decesserit in furore, ad substitutũ deuoluitur, & si nullus sit substitutus, deuoluitur ad eos, qui succederent, si furiosus non fuisset, ibidem.

Furiosus si decedat in furore, non transmittit ad suos heredes hereditatem sibi delatam, & à suo curatore aditam, legata tamen, & fideicommissa transmittit ad suos heredes cum potestate repudiandi, licèt decedat in furore, ibidem

Furiosus efficitur bonorum possessor per bonorum petitionem curatoris, & posteà si resipiscat, poterit eam dimittere, & perinde erit, ac si non fuisset agnita, † gl. admitti, in d. l. cùm furiosus, §. sin autem.

Furiosum heredem faciet curator eius adiens hereditatem nomine furiosi, † gl. accedat, in d. l. cùm furiosus, §. tali itaque, & d. gl. admitti.

Furiosis, & mente captis saltem institutis in legitima permittitur parentibus directò substituere, quæ substitutio dicitur exemplaris, l. humanitatis, 9. C. de impub.

FVRIOSVS non potest esse testis, cùm compos mentis non sit, l. qui testamento, 20. §. nec furiosus, de testam.

Furiosus habens intermissionem eo tempore adhiberi potest testis ad testamentum, ibidem.

Furiosus si ante furorem testamentum consummauit, valet, & ex eo testament. bono. possessio contra tab. competit, ibid.

Furiosus non intelligitur, codicillos, vel aliud quidquam facere posse, vbi desideratur voluntas vel consensus de nouo, l. 2. §. furiosus, de iure codicillorum.

Furiosus non potest testari, nec codicillos facere, l. ne codicillos, 5. C. de codicillis.

Furiosi testamentum non valet, etiamsi posteà compos mentis factus decesserit, sed testamentum factum ante furorem, vel eo tempore, quo intermissus est, valet, etiamsi posteà furiosus decesserit, §. prætereà. Inst. quib. non est permissum facere testam. & in prin. Inst. de inoff. testam.

Furiosus non potest esse testis, nisi habeat dilucida interualla, & tempore actu gesti, & examinationis factæ non esset in furore, aliàs secus, §. testes autem, & ibi glo. neque furiosus, & ibi add. Inst. de testam.

Furiosus habens dilucida interualla potest facere testamentum in illis interuallis, dummodò antequàm furor superuenerit, cœperit, & finierit, sed si antequàm finierit, & compleuerit, superueniat furor, quod factum est, pro nihilo est, & ideò cessante furore non poterit complere, sed de nouo debet incipere, l. furiosum, 9. C. qui testam. facere posses.

Furiosus nullum negotium contrahere potest, etiam curatore authore, l. in negotiis, 5. de reg. iur.

Furiosus quando promittit, etiam cum authoritate tutoris, nulla nec naturalis nec ciuilis obligatio oritur in eo, quia sensu caret, quod secus est in pupillo, glo. fi. in l. si pupillus, 127. de verbor. oblig.

Furiosus omnia potest facere in dilucido interuallo, glo. &, si furiosi, in l. 3. §. &, si furiosi, de neg. gest.

Furiosus fortè in conspectu inumbratæ quietis si gessit negotium, agi potest actione negot. gestorum, quia quando quis agit eius negotia, & ipse agit, & conuenitur, † ibid.

Furiosus nullum verum contractum potest facere, potest tamen facere quasi contractum, neque potest facere contractus, in quibus requiritur expressus consensus, secus tamen in his, in quibus tacitus tantùm exigitur, ibid.

Furiosus si gessit negotia, contra eum agitur actione in factum negot. gestorum de eo, quod ad eum peruenit, & factus est locupletior, † ibidem.

Furiosus habens dilucida interualla iudici delegato rectè potest adiungi iudex, & sententiam potest dicere eo tempore, simul cum eo, l. cùm furiosus, 39. de iudiciis.

Furiosus habens dilucida interualla solus etiam iudex potest dari, & non ideò minus iudicium erit, quod non potest hodiè iudicare, nam sanæ mentis effectus, potest sententiam dicere, d. l. cùm furiosus, & ibi gl. 1.

Furiosus perpetuò, nec habens dilucida interualla, non potest esse iudex, nec arbiter, d. glo. 1. ibid.

Furiosus habens dilucida interualla non potest esse arbiter, sed bene iudex, quia arbiter suis partibus debet fungi, non datis extrinsecùs dilationib. propter suas necessitates, iudex verò habet talem legalem dilationem, cùm ipse iurisdictionem habeat, sed arbiter non, † ibid.

Furiosus maior 25. ann. tempore intermissionis potest facere quoslibet contractus, & omnia, quæ voluerit, & illa non infirmantur propter superuenientem furorem, l. 2. & ibi gl. 2. & fi. C. de contrahen. emptio.

Furiosi habentes dilucida interualla quando resipiscant, difficile est, & in confinio furoris, & sanitatis ipsi sæpiùs constituuntur, & post longum tempus sub eadem varietate sunt, l. cùm aliis, C. de curator. furios.

Furiosus habens dilucida interualla dum sapit, sine authoritate curatoris poterit adire hereditatem, & facere omnia, quæ sanis hominibus competunt, ibidem.

Furiosus licèt vxorem ducere non possit, potest tamen matrimonium retinere, l. patre, de his, qui sunt sui, glossa adquisita, in l. si quis alicui, 48. de adquir. hered.

Furiosus licèt ingredi religionem non possit, ingressus tamen religionem retinere potest, d. l. patre, in add. marg. de his, qui sunt.

Furiosus retinet bonorum possessionem, quæ iuris est, sicut & eam, quæ facti est, glo. adquisita, in l. si quis alicui, 48 de adquir. hered.

Furiosus cùm sensum non habeat, non potest coniugi libellum repudij mittere, l. si cùm dotem, 22. §. si maritus, solu. matr.

Furiosus non habetur loco absentis quoad hoc, vt absens, ipse ratum habere possit, gl. absentis, in l. 2. §. furiosus, de iure codicil.

Furiosi in curatione agnatorum sunt ex lege xij. tab. gl. 2. in l. seruus furiosi, 13. de manumiss gl. 1. in l. 1. de cur. furios.

Furioso statim adueniente furore ipso iure interdicta est administratio bonorum, gl. 1. in d. l. 1.

Furiosus tamdiu erit in curatione, quamdiu receperit sanitatem, quod si euenerit, ipso iure desinit esse in cura curatoris, d. l. 1.

Furioso patri potest dari curator, filius cœcus, si probus sit, ibid.

Furiosi patrimonium, corpus, & salus tueri debet consilio, & opera curatoris eius, l. consilio, de curatorib. furioso.

Furiosi curator potest adire hereditatem furioso delatam, & facit furiosum ipsum heredem, † glo. pe. in l. pupillus, 9. de adqui. hered.

Furioso in patris potestate constituto non datur tutor, neque ipse pater potest esse ei curator, sed erit legitimus administrator rerum ad eum pertinentium, l. cùm furiosus, C. de curato. fur.

expilatæ hereditatis,improbiſſimum,vt rapina,& vi capere,gloſſ. fin. in l.ſi te expilaſſet,12.C.ex quib.cauſ.infamia irrog.

Furtum quandoque fit, & competit actio furti, & res fit furtiua, vt cùm mihi extraneus rem meam ſurripuit;& quandoque fit furtum,& res efficitur furtiua,non tamen competit actio furti,vt cùm filius,vel ſeruus ſurripiunt; quandoque non eſt furtiua, ſed fit furtum & competit actio furti, vt cùm debitor rem ſuam pignori datam creditori ſurripuit, l.4. §.ſi rem pignori, & ibi gloſſ. furti, de vſucapio. & gloſſ. 1. in §. aliquando, Inſtit.de obligat.quæ ex delicto.

Furtum non facere naturaliter quis eſt obligatus,glo.ipſo iure, verſ.præterea,in l.ſi vnus,§.pactus,de pactis.

Furtum dicitur delictum priuatum,& atrox,gloſſ.atrociorib. in l. auxilium, de minoribus.

Furtum impunè poteſt fieri tenenti ludum alearum domi, & tempore, quo ludebatur,l. 1.& ibi additio marginalis, de aleæ luſu & aleator.

Furto probato, non irrogatur infamia, niſi ſententia, vel confeſſio intercedat, glo.probatum eſſet,in l.ſed & ſi poſſeſſor,§.fin.de iureiurando.

Furtum dicitur redimi,ideſt,res furtiua redimitur,glo.condicit, in l. cùm quis, de condictione cauſa data.

pro Furto, vel dolo commiſſo in naui,vel in ſtabulo, vel in caupona, tenentur domini eorum ex quaſi maleficio, ſi modò ipſorum nullum eſt maleficium, ſed fuit alicuius eorum,quorum opera nauem, aut cauponam, vel ſtabulum exercet,§.pen.Inſt.de obligat. quæ ex quaſi delicto.

2 Furtum eodem inſtanti quòd fiat; & quòd transferatur dominium, non poteſt eſſe,quia furtum eſt contrectatio rei alienæ,† gloſſ.fin.in l.ſi procuratori, de condictione cauſa data.

Furti delictum non eſt publicum,licèt impoſita fuerit pœna capitalis, glo. ſummo,in l.penul.eodem.

ex Furto quæſitum non venit in ſocietatem per ſe, venit tamen ſi fuerit collatum cum aliis,glo.cautionib.in l.pro ſocio,38.pro ſocio.

Furtum committit ille,qui inficiatur,& negat reſtitui, ſed non, quando inficiatur,glo.fin.in l.Pomponius,44.§.fin.de adquiren.rerum dominio.

Furtum vnum dicitur quantùm ad actionem pœnalem, licèt plures res ſimul ſubtrahantur,ſecus ſi ſeparatim,l.eum,qui,14.§.idem dicit,& ibi glo.ſed non in totum,& ibi additio.marg. de furtis.

Furtum vnum dicitur pro toto tempore,licèt ſint plures contrectationes, l.inficiando,67.§.infans, de furtis.

Furtum vnicum dicitur,quod de loco vnico contextu,ſiue vnico tempore fit, licèt plures res ſimul aſportentur,ex quo non veniret quis furca ſuſpendendus, niſi eſſet egregium,quod pluribus partis præualeret,gloſſ.comprehendantur, & ibi addit.in princ.Inſtit.vi bonorum raptorum.

Furtum rei pigneratæ dominus facere videtur non ſolùm, cùm poſſidenti, ſiue tenenti creditori pignus aufert,verùm etiam ſi eo tempore abſtulit, quo non poſſidebat, vtputà ſi rem pigneratam conuentione ſpeciali vendiderit, l. in actione,19 §.fin.de furtis.

in Furto quandoque vitiatur perſona, & res, & tunc res fit inuſucapibilis, vt quando extraneus facit furtum; quandoque ſola perſona vitiatur, & tunc res eſt vſucapibilis, vt cùm debitor creditori ſurripit; quandoque res tantùm vitiatur,& tunc non eſt vſucapibilis,vt quando filij, & ſerui furtum faciunt patri,vel domino,vxor marito;quandoque non vitiatur perſona, nec res,quoad ſe,licèt quoad aliam ſic,& tamen tenetur furti,vt ille,qui opem, & conſilium dedit,gl.furti,in l.ſi quis vxori,52.§.1.eod.

Furtum in re viliori faciens libertus patrono,cliens,aut mercenarius ei,qui eum conduxit,non tenetur furti actione, ſecus ſi in re non vili furtum ſit factum, & fur ſit libera perſona,l.ſi libertus,89.& ibi glo.1.eod.

Furtum facere dicuntur patronus liberto, vel alius, cuius verecundia ductus is, cui ſurripitur,nihil dicit ſurripienti,l.pen.eod.

3 Furti faciendi cauſſa ambulans cum telo tenetur lege Cornelia de ſicariis,l.1.ad legem Corneliam de ſicariis.

Furta domeſtica dicuntur,quæ ſerui dominis,vel liberti patronis, vel mercenarij his,apud quos degunt,ſurripiunt, l. perſpiciendum,§.furta,& ibi gloſſ.publicè, de pœnis.

Furta domeſtica ſi de rebus vilibus facta ſint,non ſunt vindicanda, ſeu punienda per iudicem, neque neceſſariò de his debet admitti, ſecus ſi ſint grauia,quia pro illis poteſt agi ciuiliter,& criminaliter,niſi contra ſeruum, contra quem ciuiliter agi non poteſt, ibidem.

Furtum facit ille,qui emit ab eo,qui liberam adminiſtrationem non habet, vel cui ſpecialiter mandatum non eſt,gl.1.in l.ſi pretium, 19.C.de procuratorib.

Furtum plures committentes inſolidum obligantur ad pœnam furti, vniúſque ſolutio pœnæ non liberat alium,liberat tamen à condictione furtiua; l.1.C. de condict furt.

Furtum non feciſſe ſi iuraui, nulla alia via de meo furto quæritur, nec teneor reſpondere ad interrogationes factas de tali materia, gloſſ. 1.in l.in contractibus,§.illo, C.de non num.pec.

Furtum irregulare dicitur,quando ſeruus fugiendo furtum ſui facit,gl.2. in addit.in l.1.C.de ſeruis fugit.

Furto proprio,& regulari præſtàns conſilium tenetur furti actione,ſecus verò in furto irregulari, ibidem.

Furtum proprium, & irregulare dicitur, quando eſt differentia inter contrectantem,& rem contrectatam,quod non cadit in ſeruò, qui fugiendo ſui furtum facit,& ideò dicitur tunc furtum irregulare,ibidem.

Furti ſuſpicio à bono viro debet eſſe remota,l.ciuile,5.C.de furtis.

Furtum iudicare quis debet,non tamen furem,glo.1.in additio.ibid.

Furtum legitimè puniri debet, l. hac edictali iniuria, de pace tenenda inter ſubditos.

4 Furtum poteſt ciuiliter,& criminaliter puniri,ciuiliter punitur furtum manifeſtum in quadruplum, non manifeſtum in duplum, & totum erit pœna ſiue quadruplum,ſiue duplum,gloſſ.ſeu furtum,ibid.

Furtum poteſt criminaliter puniri,puta quando fur corporaliter punitur,ita tamen,quòd nec moriatur,nec aliquid ei abſcindatur,ſed aliter caſtigari debet, dum tamen in facie eius nihil inſcribatur,d.glo.ſeu furtum,ibid.

Furtum vnum magnum æquipollet tribus, & pro eo fur ſuſpendi poteſt, gloſ item tria in additio.marg.in §.item tria,Inſtit.de excuſat.tutorum.

in Furto vſus rei,& vſus æſtimatio tantum quadruplicabitur, † gloſſ.vſus, & il addi.in §.furtum.Inſti.de oblig.quæ ex delicto.

Furtum conceptum dicitur, cùm apud aliquem teſtibus præſentibus furtiua r quæſita, & inuenta eſt, & in eum olim erat propria actio, quæ appellaba furti concepti,§.conceptum, Inſt.eod.

Furtum oblatum dicitur, cùm furtiua res ab aliquo tibi oblata eſt, eáque ap te concepta ſit,ſi ea mente tibi data fuerit,vt apud te potiùs,quàm apud eu qui dedit,conciperetur, ibid.

pro Furto non imponitur de iure, niſi pœna pecuniaria, §.ex maleficijs, Inſti de actio.

Furto ſubtrahens iudex,vel adminiſtrator pecuniam publicam, aut rem ſacra vel religioſam, & tali præſtans opem ex lege Iulia peculatus capite puniu tur,ſed alij,qui non habent adminiſtrationem,vel iuriſdictionem furantes illa lege puniuntur pœna deportationis, §. item lex Iulia,peculatus,Inſtit. publ.iudiciis.

Furtum non computatur inter fortuitos caſus,ſed bene latrocinium, glo. etia ſi ſine, in l. 3. §.ex hoc edicto, & gloſſa final. in l. nauta, nautæ, caupon ſtabul.

Furtum,& damnum non eſt eadem ſpecies maleficij, dicta l. nauta, & ibi glo ſa final.

Furtum dicitur caſus fortuitus,quando eſt factum à perſona, cui erat conſider dum,vt coniuncto,vel famulo,gl.2.in addit.marg.in l.amiſſi, 52.de fide iuſſ.

Furtum non eſt caſus fortuitus, cùm non videatur fieri ſine culpa, quandoqu tamen eſt caſus fortuitus,vt quando fit à perſona domeſtica,vel ab eo,de qu diligentiſſimus homo non fuiſſet ſuſpicatus,glo.1. & ibi add.in l.1.C.depo ti,& gl.caſu,& ibi addit.in §.namque ſi cui, Inſt.de act.

Furtum facere,aliud eſſe poteſt,quàm rapere,l.in duob.28.§.ſi quis iurauerit, ibi glo.aliud, de iureiur.

Furtum facere poteſt quis vel etiam clàm,ſed non rapina,ibid.

Furtum,& rapina æquiparantur quantùm ad priuationem poſſeſſionis, l. re quæ nobis,15.de adq.poſſ.

Furtum non dicitur perſonalis iniuria, ſed bene rapina,l.itaque fullo, 10.& i add.marg.de furtis.

Furtorum genera duo ſunt,manifeſtum,& non manifeſtum, l. 2. de furtis, & furtorum,Inſt.de oblig.quæ ex delicto.

Furtum,quod manifeſtum non eſt,id nec manifeſtum dicitur, l.nec manifeſtu de furtis.

Furti non manifeſti tenentur omnes, qui ſcientes rem furtiuam ſuſceperint, velauerint,§.conceptum,Inſtit.de obli.quæ ex delicto.

Furti manifeſti pœna eſt quadrupli tam ex ſerui,quàm ex liberi perſona,ſed fur non manifeſti pœna eſt dupli,ibid.

Reliqua verbo, Accipere,4.Auxilium,Bos,Contrectans, Debitor ,49.50.51. Deprehenſus,Fur,3.Furtiua,1.2.3.Infantis, 1.Instrumentum, 4.Latrocinium, Paciſc Peculatus,Surripiens, Vtenda,Sacrilegium , Confeſſio, 9.Confeſſus , 1. Creditor 27. 28.

FVRTVM non committitur à vero domino capiente rem propriam, quæ null ſit obligata,aliàs ſecus,l.rem mihi,& ibi add.marg.commodati.

Furtum quandoque committitur etiam in ſua re, veluti cùm debitor per falla ciam,& fraudem pignus datum abſtulit creditori,l.3.& ibi gloſſ.furtis, de pi gnor.act.

Furtum plerunque præſumitur committi culpa eius,cui res eſt ſubſtracta, quan doque verò contrà,l.cum duobus, 52.§. damna, & ibi gloſſa ſurreptum, pr ſocio.

Furtum poteſt fieri etiam ſine leuiſſima culpa, † d.gl.ſurreptum.

Furtum non fit ſine contrectatione,gloſſ.contrectatio,in l.1.§.fin.de furtis, & l 3.§.ſi rem,& ibi gloſſ.committitur,de adquir.poſſeſſ.& glo. fin.in l. procura tor,55.mandati.

Furtum committit, qui alienum quid iacens in terra lucrifaciendi cauſſa ſuſtu lit,licèt ignorans cuius ſit,niſi dominus id dereliquit,quo caſu non commit tit furtum,etiam ſi ipſe animum furandi habuerit,l.falſus, 43.§.qui alienum de furt.

Furtum non committit ille, qui alienum quid iacens in terra ſuſtulit, putans i derelictum,cùm non eſſet,nec ille,qui non putans derelictum ſuſtulit, non v lucraretur,ſed vt redderet ei, cuius erat,licèt ipſe ignoret, cuius eſſet, debe tamen proponere libellum continentem ſe inueniſſe, & redditurum ei, cui erit,petendo,ſi velit,aliquid nomine inuentionis,d.§.qui alienum,& ibi glo εὕρετρα.

Furtum poteſt quis facere etiam in re communi,l.ſi ſocius,45.eod.

Furtum non committit ille,qui putans ſe domini voluntate rem attigit, l. inte omnes,46.§.rectè, eod.

Furtum committit dominus rei furtiuæ auferens per vim pretium redactum i re furtiua à fure,& tenetur ei furti,& etiam vi bonorum raptorum, l.qui vas 48.§.fin. eodem.

Furtum committit,etiam ſi non habeat animum furandi,ille,qui contrectat pe cuniam domini,& ad domini vtilitatem,ſi dominus nolit contractum appro bare,l.1.C.de furtis.

Furtum fit in duobus caſibus, etiam ſine fraude furandi, gloſſ. fraudulosa,in § furtum,Inſti.de oblig.quæ ex delicto.

Furtum regulariter committitur inuito domino, quandoque tamen etiam volente domino,gl.1.in l.in his, de legib.

Furtum an committat ille,qui ſcienter emit rem ex pecunia alicuius,ſtat in voluntate domini pecuniæ,l.1. C.de furtis.

Furtum, & non ſacrilegium dicitur committere ille, qui ſubtrahit rem, q quis in animo deſtinauerat,& vouerat dedicare Eccleſiæ,ſecus ſi ad actum dedicandi peruenit,l.3.& ibi glo.1.C.eod.

Furtum committitur etiam in vna gallina, §. gallinarum, Inſtit. de rerum diuiſione.

cipaliter ob pecuniam furtum sit factum,ibidem.

Furtum cui factum est,habet actionem furti, condictionem, vendicationem, & ad exhibendum,l.si pro fure,§.1.de condictione furtiua.

Furto si fuerit subtracta res domino, competit condictio furtiua, si non domino,habenti tamen ius in re,vt creditori,competit ei condictio incerti,si verò subtrahatur non habenti ius in re,sed tantùm bona fide possidenti,tunc competit ei condictio triticaria ad ipsam possessionem, l. & ideo, 12. §.fin.& ibi glo.fin.eodem.

Furto si fuerit subtracta res non domino,neque habenti possessionem, vel ius in re,sed tantùm habenti detentationem,vt commodatarius,depositarius,vel similes,subuenitur eis per actionem in factum,vel condictione ex lege,si coloni,C.de agricolis,† d.gl.fi.

Furtum mihi facientem si quis agens meum negotium deprehenderit, manifesti furti actionem mihi parat,l.si quis,24.de vsuris.

pro Furto etiam minimo potest agi etiam criminaliter,gl.furti, in additio.mar. in l.naturalem,5.§.gallinarum,de adquir.rerum dominio.

pro Furto potest agi criminaliter contra furem etiam non nocturnum, † reprob.gl.1.in l.fi.de priuat.delict.

Furti non tenetur,qui caussa furandi conclaue intrat,nisi furatus fuerit,quod intellige,quoad actionem ciuilem,sed quoad criminalem tenetur, vbi conatus sufficit,& ratio differentiæ est,quia in criminalibus publica vindicta attenditur, & malorum hominum purgatio, sed in ciuili damnum, quod passus est agens, spectatur, l. vulgaris, 21. §. qui furti, & ibi additio. margin. de furtis.

pro Furto potest agi ciuiliter,& criminaliter,ibid.

pro Furto facto existenti apud hostes, ei postliminio reuerso competit actio furti,l.si,cùm quis, 41.eod.

Furti actio non competit possessori pro re sibi surrepta, quam possidebat pro herede, quamuis is eam vsucapere possit, l. si is, qui commodata, 71. §. fin.eodem.

13 Furti actio competit ei,cuius interest,rem non surripi, & interesse videtur eius, qui damnum passurus est,non eius,qui lucrum facturus est,ibid.

Furto opem præstans tenetur furti, non tamen præstans opem furto manifesto, tenetur furti manifesti,sed furti non manifesti,gl.etiam si reus,in auth. clericus,C.de Epis.& cler.

Furti actio competit quandoque alicui, licèt furtum factum non dicatur, l. si quis seruo,20.C.de furtis.

Furti actio cum sententia infamat infamia iuris,glo.1.in l.2.C.de dignitatibus, lib.12.

Furti actio datus pro pœna,quæ actio datur ad quadruplum, & est prætoria, sed quando datur ad duplum est ciuilis,gl.seu furtum,in l.hac edictali,§.incuria, de pace tenenda inter sub.

Furti prohibiti actio dabatur aduersùs eum, qui furtum quærere testibus præsentio.volentem prohibuit,§.conceptum,Inst.de obli.quæ ex delicto.

Furti non exhibiti actio dabatur aduersùs eum,qui furtiuam rem apud se quæsitam,& inuentam non exhibuit,ibid.

Furti concepti, & furti oblati, & furti prohibiti, & furti non exhibiti actiones recesserunt ab vsu, ibid.

Furti tenetur non solùm principalis,qui furtum commisit,sed etiam opem præstans,§.interdum quoque,Inst.eod.

Furti non tenetur, qui per lasciuiam, non vt furtum fiat, furto præstat opem, ibidem.

Furti non tenetur,qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuit, sed tantùm consilium dedit,atque hortatus est ad furtum faciendum, ibidem.

Furti actio competit ei,cuius interest etiam modicè furtum factum non esse, licèt eius dominus non sit,§.furti autem,Inst.de obli.quæ ex delicto.

Furti actione potest agere creditor de pignore surrepto, etiamsi idoneum debitorem habeat, imò contra ipsum debitorem sibi pignus surripientem potest agere,ibidem.

Furti actio non competit malæ fidei possessori, neque furi, nisi is habuerit bonum initium,vt quia sibi sit commodatum,vel locatum, gl.1.ibid.

Furti actio competit bonæ fidei emptori pro re sibi surrepta, quam bona fide emit,§.item si fullo, Inst.eod.

Furti actio competit fulloni,vel sarcinatori,cui vestimenta polienda,vel curanda,aut sarcienda certa mercede constituta data surrepta sunt, si talis fullo, aut sarcinator sint soluendo,aliàs si soluendo non sint in totum, vel in parte, domino competit actio furti, ibidem.

Furti actio siue dupli,siue quadrupli tantùm ad pœnę persequutionem pertinet, §.fi.Inst.eod.

Reliqua verbo, Actio,103.vsque 122. Alea, Commodatarius, 8.9.10.12.13.15.16.19. Frangens, Condictio,10.vsque 13. Paciscens, Trabem, Fur, 8. Surripiens, Bona fidei possessor,8. Commodans, Creditor,27.28. Impubes,5.

FVSTIBVS cædi prohibitus non potest in metallum damnari,l.capitalium,§.& vt generaliter,de pœnis.

Fustib.cædi prohibiti, quales sunt honestiores, eandem debent habere reuerentiam,quam & decuriones habent,ibid.

Fustibus cædi non solent omnes,sed tantùm hi,qui liberi sunt,& viliores,honestiores verò non subiiciuntur fustib.d.l.capitalium,§.1.

Reliqua verbo, Telum.

FVSTIGATIO infamiam non importat,sed causa,propter quam id pati meruit, si sit ea, quæ infamiam damnato irrogaret, l. ictus, de his, qui notantur infa.

Fustigatio non infamat,nisi fustigatio fiat non ad inquisitionem, sed in pœnam suam pro delicto,quod certum est ab eo esse commissum, vel nisi causa subsit verè, quo casu fustigatio facta per sententiam infamis est, secus si non subsit causa,gl.fi.in l.nullam,14.C.ex quib.caus.infamia irrog.

FVSTIGATVS in crimine stellionatus descendente ex causa famosa infamis est,non ex fustigatione,sed ex causa vnà cum fustigatione,glo.1.in l.ictus, de his,qui notan.infa.

Fustigatus fur notorius, vel in facinore deprehensus siue causæ cognitione, vel sine sententiæ diffinitiuæ prolatione,infamis est,non ex fustigatione, sed ex causa vnà cum fustigatione,ibid.

FVTVRVM tempus quandoque ponitur pro præterito,gl.solebat,in l. pen.§.fi. de auro & argento.

Futurum tempus sicut non continet præsens,ita præsens non continet futurum, gl.fi.in l.si ita legatum,eod.

Futurum tempus continetur quandoque sub præsenti, & è contrà quandoque præteritum tempus sub præsenti,vel futuro,l.filiam,& ibi gl.fi.eod.

Futurum periculum,vt euitetur,aliquid potest prohiberi,glo.5.in l.comparationes,C.de fide instrum.

Futura veniunt in iudicium in iudiciis vniuersalib. vt est petitio hereditatis, item in actione de peculio, & quando superuenit ius ex causa de præterito, glo.futurum,in l.si stipulatus fuerim,76.§.fi.de verborum obli.

Futuri fructus, & partus rectè possunt obligari, & promitti, & legari, & inest semper tacita conditio, si nascantur, glo. 1.in l.nec emptio. 8.de contrahen. emptio.

Futuri temporis tractus non spectat ad iudicem, l. non quemadmodum, 35.de iudiciis.

Reliqua verbo, Pactum,49. Præteritum, Tempus,1.2.7. Verbum,5.7.

G

GABELLA non soluitur de vestimentis, quæ portat quis in dorso, nec de eo,quod portatur causa quotidiani vsus, l.sed & ipsi, §.fin.nautæ, caupones,stab.

Gabellæ nominè quod tot denarij solui debeant pro libra, si statuto caueatur,si illud super quo contrahitur, vel quod colligitur non ascendat libram, nulla gabella solui debet, l. ita autem, in additione margin. de administrat. tutorum.

Gabellam fraudans non tenetur mundo, nec Deo, quando exactio gabellarum fit a communitatib.sine principis consensu,quæ à iure reprobata est, l.vectigalia, de publicanis.

Gabellarum emptores pro necessitatib. reipu. possunt conueniri ad soluendum ante diem,vel tempus remissio eis interusurio medij temporis, glo.fi. in add. in l.1.C.de condictione ex lege.

Gabellam soluere non tenetur quis de his,quæ fert in vsum proprium, glo.3.in auth.habita,C.ne filius pro patre.

Gabella nulla solui debet de iure communi pro relictis in vltima voluntate,vel pro hereditate,l.3.C.de edicto Diui Adriani.

Gabellam fructuum emensà communitate non intelligitur emisse eam, quæ pro hominum capitib.imponitur,vel pro quolibet puero nato, cùm homo in fructib. non computetur, §.in pecudum, in additio. margin.Instit.de rerum diuisione.

Gabellarius non restituens per seruos suos vi, vel furtim ablata si conueniatur, non punitur ipso iure,l.quantæ,in additione mar.de publicanis.

Reliqua verbo, Datum, Forensis, Vectigal, Mulio, Nauis,3. Octaua, Pedagium, Conductor,5. Publicanus, Animal,4.

GALLINA vt congregat pullos suos sub alis, sic titulus de restitutione in integrum comprehendit quàmplurimos alios,gl.sub hoc titulo, in l.1.de restitutione mino.

Gallinarum,& anserum natura non est fera,& ideò gallinæ,vel anseres alicuius quocunque modo turbati, turbatæve adeò longè volauerint, vt ignoret vbi sint,nihilominùs tamen in eius dominio sunt, & qui eos apprehenderit animo lucrandi,tenetur ei actione furti,l.naturalem,§.gallinarum,de adquir.rerum dominio,§.si gallinarum,Inst.de rerum diuisione.

GALLVS,qui non habet testiculos,fortiùs pugnat cum serpente,gl.gallinaceo, in l.pœna,ad leg.Pomp.de parricidiis.

Gallus gallinaceus dicitur,qui diligit gallinas, ibid.

GAZOPHYLACIVM dicitur locus,in quo gazæ custodiuntur,gloss.hydrophylacas,in l.penul.§.fin.C.de aquæductu,lib.11.

GEMMA inclusa in auro alieno reiuendicari potest,nisi appareat, gemmas inclusas fuisse auro causa ornandi aurum;nam tunc gemmæ cedunt auro, gloss. per præualentiam,in l.in rem,24.§.in omnib.de reiuend.

Gemma posita in auro alieno cedit auro, quando posita est causa ornandi aurum,secus quando positum est aurum causa ornandi gemmam, quia tunc aurum cedit gemmæ, sed quando non apparet, vtrumque possidetur à domino suo, & etiam vsucapitur, si nondum sit vsucaptum, gloss. 1. in l. gemma,ad exhibend.

Gemma inclusa auro alieno,vel candelabro sigillum non potest vendicari, potest tamen agi ad exhibendum,vt separetur gemma ab auro,vel ab annulo,d. l.gemma.

Gemmæ sunt perlucidæ materiæ, lapilli verò sunt obscurioris materiæ, glossa 1.in l.3. de rerum diuisione, l. & si non sunt, 21. §. perueniamus, de auro & argento.

Gemmarum appellatione non continentur murrhina vasa,d.§. perueniamus.

Gemmæ, & lapilli semper sic facti in litore maris inueniuntur, sed margaritæ, vel vt concha margarita apud rubrum mare crescunt,& coalescunt, d. §.perueniamus,& ibi gloss.quia concha.

Gemmis legatis non continentur vasa murrhina,gloss.murrhina,ibid.

Gemmis legatis continentur & gemmea vasa,idest,gemmarum causa facta, ibi.

Gemmarum nomine continentur smaragdi,elenchi,chrysolithi,& amethisti, d. l,& si non sunt,§.perueniamus,& § fin.

Gemmæ in litore maris inuentæ,ita demùm sunt inuentoris, si eas occupauerit, vel apprehenderit,gl.qui inuenerit,in l.nunquam, 31.de adq.rerum dominio, l.1.de adquir.possess.

Gemmæ,lapilli,& margaritæ non adquiruntur sola inuentione, nisi accedat naturalis apprehensio, d.l.1.

Reliqua verbo, Aurum,1.2. Margarita, Linea, Lapilli, Moneta.

GEMINATIO,vel repetitio istorum verborum,heres esto,veluti, Titius heres esto,Seius,& Mæuius heredes sunto,facit, quòd sit diuidenda hereditas in duos semisses,vnum habebunt duo coniuncti, alterum habebit Titius, gloss. duob.in l.liber homo,59.de heredib.instit.

Generis appellatione quælibet ſpecies continetur,ſed econtrà appellatione ſpeciei non continetur genus,niſi in vno caſu,gl.de ſuis,in fi.in c. 1.per quos fiat inueſtitura.

in Genere debitum perire non poteſt,gl. 1.in l.pen.ſoluto matrim. gl.proficient, in l.in ratione, 30.§.diligenter,ad leg.Falcid.& gloſſ.fi.in l.incendium, C.ſi cert.petat.

Genus perire non poteſt,gl.demonſtrabant,in l.peculium,65.§.1.de legat.2.gl.1. in l.non mortuorum,C.de contrahend. ſtipulat.glo.1.in l.ex legati cauſa,23. de verb.obli.gl.qualitatis,in l.ſicut,12.de actio. empt.

Generi per ſpeciem derogatur,l.vxorem,41.§.feliciſſimo,& ibi glo. generali, & gloſſ.diminuiſſe,in l.quæſitum,78.§.1.& l.ſeruis vrbanis, 99.§.fi.de legat.3.& glo.præſentem,in l.cùm ita,§.1.de optione legata,l.2.de tritico,vino,& oleo legat.l.in toto iure,80.de regul.iuris,gl. honorario, in princip. Inſtit.de bon. poſſeſſio.

Generi,quod cum ſigno vniuerſali præceſſit, non derogatur per ſpeciem nominatim,ſecus ſi præceſſit ſine dictione vniuerſali omnis,gloſſ.fi.& ibi add. in l. verba,de aliment. vel cibar.legat.

Genere generaliſſimo legato derogatur per legatum generis ſubalterni,vel ſpeciei,& genus reſtringitur,vt non contineat ſpeciem, de qua ſunt aliqua indiuidua nominata,l.1.de auro & argento.

Generi per ſpeciem derogatur,cùm vni genus,alteri ſpecies legatur, ſed quando eidem genus,& ſpecies alternatiuè legantur,nomine generis ſolæ partes, vel ſpecies innominatæ intelligũtur, ſed quando copulatiuè legantur, & cauſæ determinationis nominatæ ſunt ſpecies, vel partes, & nunc illæ ſolæ continentur, etiamſi ſciente teſtatore hoc actum ſit, ſi veró ſint nominatæ cauſa tollendæ dubitationis,ſiue ad maiorem certitudinem, & tunc generali legato non derogatur,etiam ſi teſtator ignorante hoc actum ſit,glo. pe. in l. 1.de rebus dubiis.

Genus præcedens non reſtringitur per enumerationem ſpecierum, l. pediculis, 32.§.Labeo,de auro,& argento.

Genus veluti homo ſi legetur,& legatarius ſi repudiet ſpeciem putà Stichum,illam ſpeciem repudiatam poteſt petere,ſecus tamen eſt,quando alicui deberetur homo in genere, & ille paciſcatur de non petendo Sticho, quia Stichum non poteſt petere,quia obſtat ſibi exceptio pacti,gl.opponitur, in l.ſi ſeruus, §.ſed ſi ſtipulatus,de pac.

Genus quando legatur vni, & alteri legatur ſpecies, non diſtinguitur quod eorum præcedat,l.ſeruo,& ibi gl. 1.de peculio legato.

in Generis legato genus dicitur eſſe in obligatione,ſed pretium eius in ſolutione,gl.pe.in l.cum certum,9.de auro,& argento.

Reliqua verbo,Debitor,32.Legatum,71.72.73.Maxime, Obligatio, 20.21.Promittens, 12.Species,Stipulatio,34.35.Caſus,5.6.Fideiuſſor,42.

3 Genus propriè eſt generationis cuiuſque principium,atque origo,ſiue ab eo,qui genuit,ſiue à loco,vbi quis genitus eſt, & etiam aliquorum ad vnum aliquid ſe inuicem quodam modo habentium multorum, vt Romanorum ad Romulum relata,gens verò,& natio,& familia eſt,vnde & gentiles dicti, l.1.in additio.marg.de probatio.

Genus non poteſt probari,niſi per indicia,ſed cognatio poteſt facilè probari, gl. 1. ibidem.

Genus,& gentem an habeat quis cum aliquo,cui prætendit ſuccedere, ſi quæritur,debet illud probare ſe de eius genere eſſe,vel de gente, ideſt, natione, vt cùm prætendit ſe excuſari à tutela propter quatuor liberos, cùm ſit in Italia, d.l.1.& ibi gl.1.

Genus accipitur pro agnatione,gens verò pro cognatione,d.gl.1.

Generis differentia apud Deum nulla eſt,gl.non eſt,in §.illud igitur, in authen. de monachis,col.1.

de Genere eſſe dicitur ille,qui deſcendit per lineam fœmininam,gl.generi,& ibi add.marg.in §.oportet,in auth.de mandatis principum,col.3.

GEOMETRA à Græco nomine geos,quod eſt terra,& meteon,quod eſt menſura quaſi terræ menſuratio dicitur,gl.fi.in l.4.C.de profeſſorib. lib.10.

Geometræ non habent excuſationem aliquam à muneribus perſonalibus, d.l.4. & ibi gl.fi.

Geometriæ artem diſcere,atque exercere publicè intereſt, l.2.C.de maleficiis.

GERONTOCOMIVM dicitur locus,in quo pauperes propter ſenectutem, & propter infirmitatem curantur,glo.gerontocomium,in l.illud,16.C.de ſacroſanct.Eccleſ.& gloſſ.gerontocomiorum, in §. hæc ergo, in authentic.de non alienan.rebus,col.2.

GERERE alicuius negotia cum propoſuiſſem,deinde tu mihi mandaſti,vt gererem,poſſum agere actione nego.geſt.contra dominum, & mandati contra te,l.3.§.fi.de neg.geſt.

vt Gererem alicuius negotia,ſi tu mandaſti mihi,abſque eo, quòd ego haberem propoſitum gerendi,ſi ego geſſi contra vtrumque,competit mihi actio negotiorum geſtorum,& mandati,† gl.ſi eum, ibi.

Gerere alicuius negotia ſi propoſuiſſem, & tu poſteà mihi fideiuſſiſti de indemnitate præſtanda,ſi gererem;ſi geſſi,habeo duplicem actionem,ſcilicet negotiorum geſtorum contra dominum, vel condictionem certi, ſi eſt certa promiſſio, vel ex ſtipulatu contra fideiuſſorem, d. §. penultima.& ibi gloſſa penultima.

Gerere negotia abſentis ſi quis à principio incœpit,& poſteà ille deſeruerit, tenetur de illis,l.in commodato,§.ſicut,commodati.

Gerere negotia alicuius ſi quis incœpit à principio geſturus tantùm illud negotium,de aliis non tenetur,niſi aliàs erat geſturus etiam alia, d. §.ſicut, & ibi glo.peritura.

Gerere videor,quod per alium gero,gl.ex voluntate,in l.ſi cùm dotem, 22.§.pe. ſoluto matrim.& l.ita autem,§.1.de adminiſtr.tutorum.

Gerere pro herede idem eſt,quod gerere pro domino,gl.1.in l.potuit,C.de iure deliber.

in Gerendis rebus ad alienum commodum conſilium eſt,illius voluntatem exquirere,vt geſtor ſe aperiendo geſtionis exoneret,l.ſeruus dotalis, 58. ſoluto matrimon.

Reliqua verbo,Facere, num 2.

GERENS negotia eius,quæ fuerunt ſua,cùm moreretur,ideſt,poſt mortem teſtatoris defuncti,& ante aditam hereditatem,obligatur hereditati iacenti, & hereditas ſibi,ſi aliquid impendit in hereditate,l.3.§.hæc verba,ſi quis,de negot.geſt. 1

Gerens negotia mea non mei contemplatione,ſed ſui lucri cauſa, potiùs ſuum negotium,quàm meum gerere,cenſetur,l.ſi pupilli,6.§.ſed & ſi quis, eod.

Gerens negotia mea cauſa deprędandi,ſuo lucro,non meo commodo ſtudet,vnde tenetur actione negot. geſt. ipſe tamen ad impenſa non poteſt agere, niſi quatenus ego factus ſum locupletior,ibid.

Gerens vnum tantùm negotium à ſe exigere non tenetur,durum enim eſt, quòd is,qui huius rei gratia acceſſit,ad alia teneatur,gl.imputabitur, in l.ſi pupilli, 6.§.fi.eod.

Gerens, qui non habet facultatem conueniendi debitores, nec aliquam actionem, non tenetur extra iudicium tentare,niſi eſſet dubium de mandato, neque prohibetur bonam fidem agnoſcere,glo.non habuerit,ibid.

Gerens negotium duorum ſociorum prohibente altero ſocio, habet actionem negotiorum geſtorum contra non prohibentem ita quòd is, qui prohibuit ex nulla parte,neque per ſocium, neque per ſe ipſum aliquod damnum ſentiat,l.ſi ex duobus,eod.

Gerentis conditio vbi mutatur de ſeruo in liberum, liber factus non tenetur de negotio geſto in ſeruitute,de eo autem quod geſſit in ſeruitute,vel libertate, tenetur actione negotiorum geſtorum, niſi ſit negotium connexum, nam tunc venit in iudicium totam negotium,quod geſſit etiam in ſeruitute,l.eum actum,17.eod.

Gerens in ſeruitute conſtitutus ſi arcam emit,& in ea inſulam ædificauit, eáque corruit, poſteà manumiſſus ſi fundum locauerit, ſola locatio fundi venit in actione nego.geſto.& de eo,quod geſſit in ſeruitute,non tenetur, quia ſecunda geſtio ſeparatur à prima,ibidem.

Gerens negotia mea imprudens ſi emit rem meam, & etiam ignoranter eam ſi vſu ceperit,non tenetur mihi eam reſtituere, ſed ſi antequàm vſucaperet, cognouit eam eſſe meam,debet ſubiicere aliquem, qui à ſe petat meo nomine, vt & mihi rem,& ſibi ſtipulationem euictionis committat,l.at qui natura,19. §.cùm me,eod.

Gerenti negotia captiui competit actio contra eum, ſi reuertatur, vel contra heredes eius,d.l.atqui natura,§.fi.cum l.ſeq. eod.

Gerens negotia hereditaria ſi bene geſſit,ſibi obligat hereditatem,ſi malè, obligat ſe hereditati,& heres tenetur ei,quanquàm ſit pupillus, l.nam & Seruius, 21.§.1.eod.

Gerens negotia alicuius eo mortuo intromittere non debet, neque tenetur noua negotia inchoare,vetera tamen conſeruare tenetur,d.l.nam & Seruius,21. §. penult. 2

Gerens aliena negotia per alium actione neg.geſt.tenetur,ac ſi ipſe geſſiſſet, d.l. nam & Seruius, 21.§.fi.

Gerens aliena negotia ſi indebitum exegerit,reſtituere cogitur,ſed ſi indebitum ſoluit à domino,non poteſt recuperare,l.ſi quis negotia,eod.

Gerenti ſine mandato ſi debitor domini ſoluit debitum, non liberatur, nec dominium adquirit creditori,niſi ratihabitione ſequuta,l.ſi ego,24.eod.

Gerens contemplatione vnius ex neceſſitate tenetur alteri, ad quem in veritate negotium ſpectat,l.cùm alicui,26.eod.

Gerens negotia mea mandato Titij, tenetur Titio mandati in id, quod Titius mihi eſt obligatus, & id à geſtore exigere poteſt Titius, l.ſi quis, mandato, 28.eodem.

Gerens ſi geſsit negotia mea mandato Titij,Titius antequàm ſoluat, aget contra geſtorem actione mandati, ſecus in fideiuſſore, quia fideiuſſor officium gratis ſuſcepit de ſe obligãdo, & ſoluendo pecuniam;vnde antequàm ſoluat, reuocare non poteſt,ſed in mandatore,eo ipſo quòd mandat alij, vel ipſe gerit,perficit mandatum,vnde antequàm ſoluat,poteſt agere mandati, gloſſa final.ibidem.

Gerens ſi geſsit negotia mea mandato Titij, Titius antequàm ſoluat, poteſt agere contra geſtorem,vt ipſum liberet ab obligatione, qua mihi tenetur ex geſtione mandato ſuo facta,& ſententia mandatur exequutioni captis pignorib.ibidem.

Gerens negotia mea cum mandato, inter illa mei contemplatione geſsit alia coniuncta,quæ erant alterius,tenetur ipſe mihi, & ego illi actione mandati, † l.liberto,§. 1.& ibi gl.inter negotia,eod.

Gerens vnius negotia credens alterius,eum obligat actione negotiorum geſtorum; cuius verè ſunt negotia, l. in hoc iudicium, verſic. & ſicut, de rei vendit.

Gerentis perſonæ conditio,vel eius,cuius negotia ex neceſsitate geruntur,ſi variatur,variatur etiam obligationis conditio,l.tutorem, 37. de adminiſtratio. tutorum.

Gerens, ac perficiens alicuius negotium vnum, poteſt deſerere alia negotia illius,nec tenetur alium geſtorem petere, quia ſatis abundéq; fecit in ſeruiendo amico ſuo in vna ſpecie,l.tutores,qui,39.§. 2.eod.

Gerens quaſi omnia geſturus ſi geſsit vnum negotium alicuius, non poteſt alia negotia deſerere,& ſi deſeruerit,tenetur etiam de illis,gl.non idem,ibid. 3

Gerens quaſi vnum negotium alicuius,tenetur de omnibus eius negotiis,ſi alius erat omnia geſturus,non aliàs,ibid.

Gerens negotia domini ignorantis poteſt emere rem domini à procuratore nomine domini vendente, & vſucapere eam poteſt, l. 2. §. procuratorem, de vſucapio.

Gerens negotia abſentis,licèt ignorantis, ſi quid vtiliter in rem eius impéderit, vel etiam ſe alicui obligauerit,habet nego.geſt.actionem,l.2.de neg.geſt.

Gerens negotia præſentis,& non contradicentis, habet mandati actionem contra dominum ex tacito mandato, ſed ſi gerat negotia alicuius abſentis, & ignorantis, contra eum habet negotiorum geſtorum actionem, & mandati, gl. 2.in l.qui fide, 53.mandati.

Gerens ſi geſsit negotium hominis liberi putans eſſe ſeruum tuum,habeo actionem contra te pro illis rebus,quæ ſunt tuæ,& contra liberum, pro illis, quæ ſunt illius,l.ſi pupilli,6.§.ſed & ſi,de negot.geſt.

Gestor tenetur de dolo,& culpa,& si negotia insolita inchoauit, tenetur etiam de casu,l.si negotia absentis,11.eod.

Gestor regulariter tenetur de leui culpa, de leuissima autem quandoque, vt si dominus erat diligentissimus, vel alius diligentissimus erat gesturus, gloss. 2.ibidem.

Gestor tenetur de casu,quando gessit negotia pupilli, & quando accessit animo deprædandi,vel si gessit negotia insolita,& noua,vel quando casum in se specialiter recepit,vel quando culpa præcesserit casum,item si fuit in mora,quib. casib.non sufficit vtiliter esse cœptum,nisi sequatur euentus,aliàs sic, gloss.sit solitus, ibid.

Gestor de solito non tenetur de casu,veluti si quis dimisit equum in pascuis,vbi dominus dimittere consueuit,non tenetur, si equus casu sit deperditus, vel surreptus,ibid.

Gestor si fecit solita,in quib.damnum fecit, & etiam si fecit insolita, in quibus lucrum,non fit compensatio damni cum lucro,gl.fi.ibid.

Gestor non tenetur de casu, nisi præcedat culpa, est autem culpa retinere pecuniam debitam creditoribus, si eam habet solutioni paratam, l. debitor meus, 13. codem.

Gestor negotiorum potest ignoranter rem domini vsucapere, & si ante vsucapionem completam superuenerit scientia,debet facere à se euinci, ne teneatur actione negotiorum gestorum,l,atqui natura, 19.§.cùm me absente, eod.

Gestor potest substituere alium ad negotia,l.nam & Seruius,21.§.fin.eod.

Gestor si frumentum, vel vinum comparauerit familiæ, idque casu interierit, fortè incendio,vel ruina,non tenetur actione neg. gest. nisi culpa præcesserit casum,l.siue hereditaria,22 eod.

Gestor si expendit in re necessaria,vltrà quàm valeret, expensum plus non repetet,† gl.2.ibid.

Gestor si emit rem pro decem, quæ casu periit, & eo tempore valebat quinque, alia quinque non repetet,si culpa sua casu periit,gl.fin.ibid.

Gestores ex necessitate tenentur insolidum, etiam si ipsi diuiserint administrationem,l.cùm alicui,26.eod.

Gestor expensas voluptarias non repetit,conceditur tamen eas abradere, & hoc nisi res,in qua expensæ sunt factæ,erat mercalis, & dominus erat venditurus, quia tunc repetat expensas,l.ex duobus,27.& ibi gl.non habere, eod.

Gestor negotiorum non potest constituere actorem in negotiis pupilli, l. qui aliena,§.pe.eod.

Gestor negotiorum in dubio præsumitur expendere de bonis illius,cuius negotia gerit,& adeò est præsumptio violenta,quæ tollit præsumptionem pietatis, quæ aliàs erat,l.Nesennius,34.eod.

Gestor creditoris si fuerit debitor,à se ipso exigere debet debitum, gl. facere, in l.diuortio,35.eod.

Gestor regulariter tenetur de leui,& lata culpa,gl.in officio,ibid.

Gestor negotiorum de periculo tenetur,si sua culpa eueniat, secus si casu fortuito,gl.periculum,in l.litis contestatæ,37.§.1.eod.

Gestor negotiorum conuertens palàm pecuniam domini, tenetur ad vsuras tantùm consuetas in regione,si clàm,ad vsuras centesimas,l.qui sine vsuris,38.& ibi gl.maximas,eod.

Gestor negotia cœpta debet omninò consummare,aliàs si deserat, tenetur, l. in commodato,17.§.sicut,& ibi gl.peritura, commodati.

Gestor negotiorum creditori domini soluens plus debito,illud plus non imputat in debitum, nisi dominus id ratum habuit, quia condictio indebiti non quæritur domino per gestorem,nisi dominus ratum habeat,quod secus est in seruo soluente plus debito creditori dominico,gl.haberet,in l.quòd si seruus, 3.§.1.de in rem verso.

Gestor accedens ad vnum negotium gerendum,non tenetur à se exigere, gloss. mandati,in l.si remunerandi,6.§.apud,mandati.

Gestor negotiorum si vtatur pecunia domini, & in reddendo moram fecerit, tenetur domino præstare vsuras, vel interesse illius pecuniæ, l. socium, 60. pro socio.

Gestor negotiorum si non debitum exegit,tenetur illud domino reddere, sed si soluit non debitum,illud non refundit domino, nisi soluere sit condemnatus sine dolo suo,gl.non reputare,in l.2.§.solet,de heredit.vel actione.

Gestor nego.vel procurator habens pecuniam domini otiosam,non tenetur domino ad vsuras,nisi dominus sit solitus fœnerari,vel nisi in vsus suos conuertisset,aut fuisset in mora,l.qui semisses,13.§.fi.& ibi gl.fi.de vsuris.

Gestor nego. non debet sibi facere lucra ex gestione, nisi faciat tanquàm quilibet gestor,gl.1.in l.qui negotiationem,58.de administrat.tutorum.

Gestor negotiorum naturale etiam debitum debet à se exigere,& deducere, glo. debitor,in l.ita tamen,27.§.si ex Trebelliano, ad Trebell.

Gestor negotiorum si culpa sua rem domini amisit per furtum, non tenetur domino furti actione,sed actione neg.gest.qua actione ita condemnandus est, si dominus actionem furti aduersùs furem ei cedat,l.qui iniuriæ,53.§. qui alienis,de furtis.

Gestor negotiorum si petierit aliqua sine mandato, potest dominus illa ratum habere,multò magis per procuratorem generalem possunt peti illa,gl.si.in l. si maritus,C.mandati.

Reliqua verbo, Gerens, Negotium, 2. vsque 10. Debitor, 60. Heres, 74.

GESTVM quod est factum,frustrà id reuocari oportet,l.2.C. si propter publi. pensitat.

Gesta contra fas fructum calliditatis obtinere non debent,l.3.C. de repudiis.

Gestum non præiudicat gerenti ex necessitate officij, secus verò gerenti ex voluntate,gl.fi.in l.cùm quædam,26.C.de administratione tutorum.

Gesta omnia sua ad Dei prouidentiam vnusquisque debet referre, sicut Imperator omnia retulit, in leg. 2. C. de officio præfect. Aphricæ.

Gesta inter certas personas faciunt fidem inter easdem, sed inter alias præsumptionem tantùm,gl.fi.in l.2.C.de edendo.

Gesta res dicitur,cum sine verbis facta est,vt scribere,& fodere,l.Labeo,14.& ibi gl.fi.de verb.sign.

inter Gesta,& facta licèt videatur quædam subtilis differentia, tamen nulla est differentia,d.gl.fi.ibi.& l.licèt inter gesta,58.eod.

Gestum nomine ventris deuoluitur in actione tutelæ postumo nato, vel in actione nego.gestorum eo non nato,l.cùm pater,29.de nego.gestis.

Gestum esse alicuius contemplatione probatur probata amicitia inter gerentem,& eius,cuius contemplatione videtur esse gestum, l. si pupilli.6.§. sed si ego,eod.

Gestum quòd est bene,non debet ex alio euentu resuscitari,gloss.reprobari, in l. Barbarius,de officio prætoris.

Reliqua verbo, Factum.

GLADIATORES, & eorum spectacula prohibita sunt, l. 1. de gladiatorib. lib. 10.

GLADIVS ad panem incidendum si fuerit comparatus,vel ad calamos temperandos,non habetur pro armis,sicut nec dentes,nec vrceolus,aut cyathus, vel amphora,§.recuperandæ,in addit.marg. Inst. de interdictis.

Gladij potestatem sibi datam, vel alterius cuiusuis coërcitionis nemo potest in alium transferre,l.nemo potest,70.de reg.iur.

Reliqua verbo, Ensis, Mercator, Cultellos.

GLANS caduca est, quæ ex arbore cecidit, vt pro tali detur interdictum de glande legenda,l.sylua,30.de verb.sign.

Glandis appellatione omnis fructus continetur,l.qui venenum,236.eod.& l.1.& ibi gl.1.& pen.de glande legenda,& gloss. 3. in l. Iulianus,9. §. glans, ad exhibendum.

Glans ex arbore vicini si tunc cecidit in meum fundum, per interdictum de glande legenda prohibeor, ne faciã vim vicino cauenti mihi de damno infecto,quominùs eam possit colligere vsque ad tres dies,à die,quo cecidit, & sic de tertia in tertiam diem potest ire ad colligendos fructus,l. 1. & ibi gl. 1.& gl.pen.de glande legend.

de Glande legenda edictum ideò fuit introductum, quia in eo requiruntur minores probationes,quàm in rei vendicatione,quæ datur etiàm in hoc casu, & durat vsque ad tres annos,d.gl.pen.

Glans ex arbore tua si in meum fundum cecidit,teneor ad exhibendum, si dolo malo pecus immisi, vt glandem comederet, sed si sine dolo malo immisi, teneor in factum subsidiaria legis Aquiliæ, l. Iulianus, 9.§. glans,& ibi gl.consumpta,ad exhibend.

Glans si in fundum alienum decidit, dominus glandis potest agere ad exhibendum,siue glans extet, siue consumpta sit, item si extet, potest etiam agere interdicto de glande legenda,vt sibi liceat post triduum à die,quo cecidit,glandem legere,data priùs cautione damni infecti,d.§.glans.

Reliqua verbo, Interdictum, 42.

GNAVITER, idest,sapienter,inde ignauus,idest, insipiens,gl. 2. in l.fi. C. de quadrien.præscript.

GRADVS primus dicitur omnium institutorum,secundus verò dicitur substitutorum,gl.ante heredis,in l.3.§. pe.de liber.& postu.glo.1.in l.1.C. de liber. præteritis.

Gradus ponitur pro persona,l.sed si plures,10.§.fi & ibi gl. in vno, de vulgari.

Gradus primus,à quo filius est præteritus, nullius est momenti, sed sequens, in quo est substitutus, valet, sed si in primo sit institutus, valent etiam sequentes, licèt ab eis prætereatur,l. ex facto, 43. §. Lucius, & ibi gloss. momenti,eodem.

Gradus plus est assuetum,quàm geniculum, sed sunt æquipollentia in significato,gl.gradum,in ca.1.§.hoc quoque,de his,qui feudum dare possunt.

Reliqua verbo, Affinitas, 1. Cognatio, Sobrini, Consobrini, Stemmata.

GRAECI miserunt quendam sapientem Romam, vt exploraret an Romani essent digni legibus, & Romani cogitantes quid poterant fieri, posuerunt quendam stultum ad disputandum cum Græco,vt si perderet, tantùm derisio esset Græcis.Sapiens nutu disputare incipiens eleuauit vnum digitum, vnum Deum significans,stultus credens illum velle eum vno oculo excæcare, eleuauit duos,& cùm eis eleuauit pollicem, quasi excæcare eum vellet vtroque, sed Græcus credidit,quòd Trinitatem ostenderet; item Græcus apertam manum ostendit, quasi ostenderet omnia esse aperta Deo, stultus credens velle maxillam sibi dare, pugnum clausum quasi repercussurus eleuauit; Græcus intellexit, quòd Deus omnia clauderet palma, & sic credens Romanos dignos esse legibus recessit, gloss. constitui,in l.2. §.exactis deinde regibus, de origine iuris.

GRAMMATICAM olim solebant legere mulieres, glo.instituerctur, in l. 4. vbi pupillus educari.

Grammaticam hodiè possunt addiscere mulieres, licèt postulare non possint, quod est contra illud vulgare, *Infans nutritus vino, & mulier discens Latinè loqui,vix perueniunt ad bonum finem*,d.l.4.in addit. marg.

in Grammatica peccari non debet,l.Platius,in fin. de auro, & argento.

Grammatica,& Rhetorica in adolescentia solent disci,gl.gloriosam,in l. 1.§.pe. C.de studiis,lib.11.

Grammatici fallacijs sunt sapientes,& dolosi,gl.in his,ibi.

Grammatici,& Oratores decreto Decurionum approbati, si non legant vtiliter scholaribus,reprobari possunt,l.2. C.de professoribus, lib. 10.

Grammatici,Sophistæ,& Iurisperiti,qui per 20.annos in vrbe Constantinopolitana scientiam docuerunt, per illius ciuitatis cœtum in arte docendi digni existimati,sunt digni ea dignitate, qua funguntur vicarij principis, l. 1.C.de professorib.lib.12.

Reliqua verbo, Medicus, 2.

GRATIAE plenitudinem intelligitur recepisse ille,cui remittuntur culpæ, & recipitur ad fauores, glo. in plenitudinem,in extrauag. de pace Constantiæ, in princ.

GRATIS quod fit,ad necessitatem non debet deduci, & sic facit pro rustico, qui dedit aliquandiu,gloss. final. in l. solent, de offic.Proconsulis.

Gratis quædam fiunt,quæ non gratis fieri non possunt, gl. virtutis, in l. 1.§.hostias,de postulando.

Gratis quædam licent,quæ non gratis non licent, veluti pacisci gratis, licèt in actione famosa,sed non data pecunia,ita quòd infamiam euitet, gl. inhumanum,in l. furti,§.pactus,de his,qui notantur infam.

Gratis non facere aliquid,scilicet alicui, illud non gratis non facere non licet, gl.repeti,in fi.in l.4.§.fi.de condict.ob turpem.

GRATIFICATIONI locus est,l.fi.& ibi gl.2.de religios.gl.duntaxat,in.l.in nauem,31.locati,& gl.pen.in l.si Titius,9.de verb. obligat.

Gratificationi locus est,quando seruus duobus dominis aggressuram patientibus opem ferre non potuit,eligat alteri eorum esse auxilio,l.3.§.si cùm omnes,& ibi gl.contraxisse, ad Syllanian.

Gratificationi locus est,quando legatur Titio,& duo Titij amici testatoris sint, nec apparet de quo testator senserit,l.si quis seruum,§.si inter,& ibi gl.debet, de legat. 2.

GRATVS quilibet præsumitur,nisi ingratus probetur, l. seruos, 20. in addit. marg.de manumiss.testam.

GRAVAMEN quando est causa alicuius commodi,cessante grauamine,cessat etiam commodum,l.eum,qui,30.& ibi gl.probandi,de iureiur.

in Grauamen,quod ponitur,illud non releuat,gl.omittere,in l.quia autem,6.si quis omissa causa testam.

Grauamen omne dilationis,vel conditionis aufertur de portione,vel legato relicto filio,quantum est pro debito iure naturæ,l. quoniam, 32. C. de inoffic. testament.

Reliqua verbo, Legatum,87.Patronus,24. 25.

GRAVARI onere fideicommissi non potest seruus testamento manumissus, si neque legatum,neque aliud commodum pecuniarium relictum sit,l.planè, 94.§.fi de legat.1.

Grauari onere fideicommissi non potest ille, qui seruum legatum rogatus est manumittere,ibi.

Grauari ex causa fideicommissi pecuniam , vel aliam rem præstare, is solus potest,qui aliquid eiusdem generis,vel simile ex testamento consequitur, ibi.

Grauari potest onere fideicommissi ille,cui datur aliquid causa conditionis implendæ,l.quidam testamento,96 §.fi.eod.

Grauari non potest quis,vt filios suos emancipet,l.filiusfamilias, 114. §.secundùm,eodem.

Grauari potest quis intantùm,inquantùm honoratur,& non in plus,d.l.filiusfamilias,§.apud Marcellum,& gl.fi.in §.pe.Inst.de fideicommis.hered. §.1.& ibi addit.marg.Instit.de singul.reb.per fideicommis.

Grauari non potest quis in plus,quàm apud eum remaneat, deducto onere conditionis,l.ciuitatib.122.§ fi.de lega.1.

Grauari possunt legitimi etiam in codicillis,gl.vt legitimo,in l. post emancipationem,40.de legat.3.

Grauari possunt aliqui de bonis suis communicandis, l. Lucius Titius, 78. ad Trebell.

Grauare non possum,quem non honoro,l.ab eo,C. de fideicommissis.

Grauari dicitur quando quis mittitur ad inspiciendum fructus suæ possessionis, l.fi.C.de annonis,& tribut.lib.10.

Grauari potest non solùm is,qui commodum sentit,sed etiam eius heres, intellige de commodo æstimabili,gl.non possit,in addit.in princ.Inst.de sing. reb. per fideicommiss.

Reliqua verbo, Honorari,Nominatim,Onerari,Testator,19.

GRAVATVS in vno,in alio debet releuari,gl.quia tripli, in l.item si cùm exceptione,§.quatenus,quod metus causa,& gl.vtilis, in princ. Inst. de vi bono. rapt.l.eum,qui 30.& ibi gl.probandi,de iureiuran.& gl. decima, in auth. hoc ius,& l.iubemus,14.C.de sacrosanctis,gl.ea,in l.si quis deserta,C. de omni agro deserto,lib.11.§.1.& ibi gl.commodum,Instit.de hered.qualitat.

Grauatus non videtur institutus propter grauamen sibi iniunctum ab aliquo, l. si duob.16.§.1.de legat.1.

Grauatus dare vnam rem de rebus alternatiuè relictis tenetur ad illam,etiam si aliam elegerit,l.planè,94.§ si cui,eod.

Grauatus de re aliena præstanda si eam habere non possit, vel difficulter habere possit,tenetur ad eius æstimationem,l.non dubium,14.§.fi.& ibi gloss. fin. de legat.3.

Grauatus præstare fideicommissum tenetur ad illud insolidum, licèt tam ipse, quàm alius cum eo succedat defuncto alio iure,quàm defunctus crederet, sed in eadem portione, l. post emancipationem,40.eod.

Grauata portio si per ius adcrescendi accedit portioni non grauatæ, non est locus contributioni,l.1.§.si coheredis,ad legem Falcid.

Grauatæ portioni quando adcrescit portio non grauata, augentur legata, secus quando grauata non grauatæ,gl.iudicasse,ibi.

Reliqua verbo,Heres,132.133.134. vsque 145. Legatarius, 29. vsque 36. Releuatus, Oneratus.

GRAVIOR caussa dicitur id,quod ex causa famosa, vel ex causa iudicati, vel ex causa pœnali debetur,l.si quid,7.de solutio.

Grauior causa videtur potiùs illud, quod cum satisdatione debetur, quàm quod sine satisdatione,& quod purè,quàm quod in diem,vel sub conditione, & potiùs quod suo nomine, quàm quod fideiussorio nomine,& quod cum pœna, quàm quod sine pœna, l.3.4.& 5. eodem.

Reliqua verbo , Culpa, 4.

GRASSATORES dicuntur nitentes ad malum, qui aliena subtrahunt, gl.à grassaturis,in l.aut facta,§.qualitate,de pœnis.

Grassatores, qui prædæ causa id faciunt,proximi sunt latronibus,& si cum ferro aggrediuntur,vel spoliant homines,capite puniuntur, si sæpiùs in itineribus hoc admiserunt,aliàs in metallum damnantur, vel in insulam relegantur, l. capitalium,§. grassatores,eod.

Reliqua verbo, Assassinus,Latrones.

GREX dicitur ouium, armentum boum, equitium equorum,gl.gregem,cum duabus glossis sequent.in l.1 §.final.de rei vendic.

Grex constituitur ex decem ouibus,gl.sed & si,in l.2.eod.& l.fin.& ibi gl.pen.de abigeis,& gl.sed si,in §.in pecudum,Inst.de rerum diuis.gl.1.in §.si grex, Inst. de legat.

Grex diuersis respectibus potest dici meus, & non meus; veluti quando grex consideratur prout quoddam corpus totale dicitur grex meus,licèt sint multa capita aliena, sed si consideratur prout quælibet eius pars, vt quia sunt multa capita aliena,non potest dici grex meus, † gloss.final. ibi in d.l. 2. de rei vend.

Grex quando vsucapitur,non tantùm grex,sed singula capita vsucapiuntur, cùm pro eo detur Publiciana,quod secus est in domo,gl.vendicare,ibi.

Gregem possum vendicare, quamuis aries tuus sit immissus, & tu etiam potes arietem vendicare,l.in rem,§.item quæcunque, eod.

Grex continet corpora,& ideò vendicari potest, l. vendicatio, 56. & ibi gloss. 1.eodem.

Grex mutatus particulariter idem grex est,sed non omninò,veluti ille, qui desiit dolo possidere,non est omninò idem,ac si possideret,gl.vendicare, in l. 2. eod.& gl.æstimari,in l.proponebatur,76.de iudiciis.

Grex idem censetur, etiam si prioribus capitibus decedentibus totus grex fuerit renouatus,l. grege,13.& ibi gl.tenebitur,de pignorib.

Grege obligato in vniuersum, & etiam prioribus capitibus decedentibus, quæ aliunde suppleta sunt,veniunt in obligatione, nisi specialiter fuerint pignora assignata,d.gl.tenebitur.

Grex largè sumitur pro pecudibus, & bobus, & aliis animalibus, quæ gregatim pascuntur,l.grege,21.de legat.1.

Grege ouium legato continentur,etiam agni,& arietes, sed legatis ouibus, neque agni,neque arietes continentur,l.seruis legatis,81.§. fi.de legat. 3.

Grex totus non potest vsucapi, sed singula capita sic, quando singula corpora 2
sunt in qualitate diuersa,vt quia caput meum est meum,aliud alienum, aliud furtiuum, aliud non; sed vbi totus grex est vnius conditionis, vt quia à me grex est emptus, rectè potest tunc vsucapi, † gloss. singulæ res, & ibi addit. marg.in l. rerum mixtura, 30. de vsucapio. & gl. non potest, in l. 2. §. cùm Stichum, pro emptore.

Grex potest alienus,& quod quædam capita gregis sint alterius,gl.ex grege,in l. si cùm argentum mihi testamento,§ 1.de excep. rei iud.

Gregem petens,ac succumbens non auditur volens iterum eundem petere, licèt sit auctus,vel diminutus,nec auditur,si vult aliqua capita ipsius gregis petere, d.l.si cùm argentum mihi testamento,§.1.& ibi gl grege.

Gregem porcorum,vel equorum faciunt quinque,vel quatuor porci,vel equi, l. fi. & ibi gl.pe.de abigeis,sed si,in §.in pecudum, Inst. de rerum diuis.

Grex dicitur vnum corpus ex distantibus capitibus, §. si grex legatus, Inst. de legatis.

Grex legatus etiam si ad vnam ouem reducatur,nihilominùs debetur, ibid.

Grege legato veniunt etiam oues,quæ post testamentum factum gregi adiunctæ sunt ibi.

Grex ad vnam ouem redactus non est grex,gl.ad vnam,in add.ibi.

Gregis vsusfructus si legatus sit,grege redacto ad pauciora decem capitibus extinguitur legatum vsusfructus gregis, secus est in legato proprietatis gregis, d gl.ad vnam,in addit.

Reliqua verbo, Armentum,Legatum,117.Equitium, Reiuendicare, Reiuendicatio, Vsufructuarius,3.Fructuarius, 5.

GVBERNATIONEM alienarum rerum habentes dicuntur patres in bonis filiorum,orphanotrophi, œconomi,actores,vel syndici, item apocrypharij,& magistratus nomine municipij,gl.personæ,in §.sin autem, Inst.de satisdatio.

GVERRA sublata,tollitur eius omnis effectus sequutus propter guerram, gl. cessante,de pace Constantiæ,in §.priuilegia.

Reliqua verbo,Treuga.

GYMNASIVM dicitur exercitium,genos enim Græcè,Latinè dicitur,labor, & exercitium,gl.à gymnasiis,in l.seu & reprobari,7.de excusat. tutor.

GYNAECIARII dicuntur,qui pannos imperiales texunt, & conficiunt inserendo sericum,& aurum,& sic faciunt auratas paragaudas, glo.in rub. C. de murileg.lib.11.

Gynæcium dicitur locus,in quo panni nudi auro, & argento texuntur, à gynos, idest,nudum,quia nudus panno vestitur,ibi.

H

HABERE possumus quædam,quamuis ea vtilia nobis non sint,l.ei fundo, 1
19.de seruitutib.gl.non remittit,in l.filiis,35.C.de Decurionib. lib. 11.

Habere verbum verificatur,siue res sit mea,siue non,l.1.§. fi. de peculio.

Habere quod quis non potest per suam personam, potest hoc habere per extraneum,l. Aristo,quæ res pignori.l.his enim,70 & ibi gl.1. de furtis.

Habere dicitur,quicunque fruitur vsu possessionis,l.2.§. habere, ne quid in loco publico.

Habere verbum habet significationem dominij,& possessionis, & nudæ detentationis,l.stipulatio ista,habere,38.§.hæc quoque, de verb. obligat.

Habere centum in bonis dicitur ille etiam, qui habet in prædiis, vel aliis rebus valorem centum,secus si quis legat fundum alienum valentem centum, quia non videtur legare centum,l.tantùm,88.de verb.signific.

Habere quis apud se videtur illud,de quo habet actionem, habetur enim, quod peti potest,l.id apud.143.eod.

Habere verbum,sicut & peruenire,cum effectu accipiendum est, l. nomen filiarum,164.§.si eod.

Habere verbum duobus modis dicitur, altero iure dominij, altero obtinere sine interpellatione id, quod quis emerit, vel ex alia causa habeat, siue possideat, siue non,l.habere,188.& ibi gl.emerit,eodem.

Habere dicitur multis modis,gl.vendicantem,in l.1.C. vbi in rem actio.

Habere quod non potest, quis ex sua persona, neque potest habere ex alterius persona,& econtrà, & quandoque quod non potest quis habere per se, potest habere per alium, gl.per medium, in §. 1.in authen. vt de cætero commutationes rerum Ecclesiasticarum,colla.5.

Habeat verbum adiectum portioni hereditatis trahitur ad fideicommissum vel legatum,& non ad institutionem,l.qui concubinam,29.§.1.de legat. 3.

Habeat verbum prolatum à testatore intelligitur, quod manu heredis accipiat ab herede dante,ibi.

Habeto verbum relatum ad legatarium importat, quòd legatario intelligatur concessa electio legati alternatiui,l.planè,34.§.pen.& ibi gl.arbitrio,de leg.1.

si Habes bonum propter me,æquum est,vt & ego habeam etiam bonum propter te,gl.opere,in l.metum,9.§.sed licèt,quod metus causa.

Habendi verbo in largiſſima ſignificatione continentur tam res propriæ, quàm depoſitæ,commodatæ,locatæ,vel pigneratæ,quarum vſum, vel vſumfructum, vel cuſtodiam habet,l.1.§.quod autem,de vi,& vi armata.

Reliqua verbo,Promittens,3.4.Promittere,Promiſſio,2.Stipulatio, 36. 37. Alius, Poſſe.

de HABILITATE perſonæ an quis capere poſſit, non debet diſputari ſeparatim ab alia lite,l.non oportet,52.de legat.2.

Habilitatus ad aliqua iura, vel remedia non habet eorum effectum, donec illa ad actum deducat,gl.in caſus poſitione,in l.2.C. de inofficioſo teſtam.

HABITARE dicitur quis ibi,vbi familia ſua habitat, l. ſi mulieri, 22. quibus modis vſusfructus.

Habitare dicitur ille,qui vel in ſuo,vel in conducto,aut gratuito habitat, l. 1. §. habitare,de his,qui deiecerunt.

Habitare Romæ non licet relegato,vel damnato ex cauſa, quæ ignominia afficit,gl.1.in l.ſi cùm dotem,22.§.ſi patri,ſoluto matrimonio.

Habitare in aliquo loco dicitur,quando in maiori parte anni moratur, & cauſa manendi ibi habitat,l.cùm de lanionis,§.penul.de fundo instructo.

Habitandi facultas ex cauſa remunerationis conceſſa alicui, non debet ab eo reuocari,& ſibi expulſo iudicij officio ſubuenitur,l.Aquilius, 27. de donatio.

Habitandi facultas cenſetur concedi per iſta verba, concedo habitare, & non cenſetur concedi ius habitandi,quod eſt ſeruitus,gl.ſequentis, verſ. quia néc vſurarius,ibi.

Habitando quis dicitur fructus percipere,l.ſi is,qui,11. §. 1. & ibi gl.habitando, de pignorib.

Habitator ſuam,ſuorúmque culpam præſtare debet, l. penult. §. 1. de his, qui deiecerunt.

1 HABITATIO legata non tranſit ad heredem legatarij, l.ſi habitatio, de vſu, & habitatione.

Habitationis,& vſus legatum idem penè eſt in effectu,differt tamen quandoque quia habitatio locari poteſt,ſed non vſus,d.l.ſi habitatio,& ibi gl. 1.

Habitatio,cui legata eſt, non poteſt donare, poteſt tamen recipere inquilinum, hoſpitem,clientem,& alias perſonas,quas vſurarius,ibid.

Habitatio non vtendo, vel capitis diminutione non amittitur, neque legatum operarum,d.l.ſi habitatio.

Habitatio,vel habitationis vtilitas ſi alicui ſi legata, videtur legatus vſus, ſed non vſusfructus,d.l.ſi habitatio,§.1.

Habitatio ſi ſit relicta alicui,donec viuat,competit ei, ibi.

ad Habitationem ſi certa quantitas annua relicta eſt alicui,poteſt ipſe tranſigere ſine prætore,vt habitatio præſtetur,& idem econtrà, quando habitatio eſt relicta, poteſt tranſigere de certa annua quantitate ad habitationem, quod verum eſt,quando quantitas eſt tanta,quantus eſt fructus habitationis, l. cùm ij,§.ſi.& ibi gl.fin.de tranſactio.

Habitatione per dominum indebitè conceſſa condicitur penſio, inquantùm habitator eſſet conducturus,non inquantùm dominus domus eſſet locaturus, l. in ſumma,65.§.in frumento,de condictione indebiti.

pro Habitatione gratuita conceſſa competit actio præſcriptis verbis,l. ſi gratuitam,17.de præſcript.verbis.

Habitatio ipſa,vel pecunia pro habitatione legata in ſingulos annos debetur ab initio anni cuiuſque,l.habitationis,11.& ibi gl. 1.de vſufructu legato.

Habitatio eſt indiuidua,gl.neque vſus,in l.1.§.ſi vſusfructus, ad legem Falcid.

Habitatio ſi legetur filiofamilias,vel ſeruo non adquiritur legatum domino,vel patri,ſi filius,vel ſeruus ante aditam hereditatem deceſſerit, l.ſi habitatio, 9. quando dies legat.cedat.

Habitationem certam non habens dicitur vagabundus,l.dies cautioni,§. prætor ait,& ibi gl.cautionem,de damno infecto.

Habitationis ſeruitus ſi fuit alicui conſtituta,ſi is ſit expulſus,habet interdictum vtile vnde vi,ſed vbi habitandi facultas fuit conceſſa alicui, defendetur per officium iudicis in ſuo vſu,glo.pen.& fin. & ibi add. marg.,in l.Aquilius, 27. de donatio.

2 Habitatio morte finitur, & qui eam habet, non poteſt alienare proprietatem etiam in vltima voluntate,l.habitatio,11.C.de vſufructu.

Habitatio,ſiue vſusfructus habitationis ſi alicui legetur, videtur legatum ius habitandi,vt per ſe poſſit legata.ius habitare,& alij locare, proprietas tamen ad eum non pertinet, niſi probetur de voluntate teſtantis, l. cùm antiquitas, 13. C.eod.

Habitatio ius proprium,& ſpecialem naturam ſortita eſt,cùm neque vſus,neque vſusfructus dici poſſit,d.l.cùm antiquitas,& ibi gl.3.

Habitatio differt ab vſu, & vſufructu, quia habitatio locari poteſt, vſus non item habitatio non finitur niſi morte, vſusfructus autem multis modis, d.gloſſ.3.

Habitatio ſi alicui legetur, datur etiam legatario licentia locandi habitationem, & multò magis, quando vſusfructus habitationis legatur, d. l. cùm antiquitas.

Habitationes legata proprietatem vi legatæ vendicare quis non poteſt, niſi teſtatorem hoc dixiſſe expreſsè probauerit,ideſt,velle dominium ad legatarium pertinere,ibid.

Habitationis vſusfructus interpretatur,ideſt,habitatio,non enim poteſt eſſe ſeruitus ſeruitutis,gl.ſi habitationis,ibi.

Habitatio non conſtituitur, niſi in domo, neque finitur niſi morte, vſusfructus verò conſtituitur in omni re,& multis modis finitur,d.gl.3. & gloſſ.vſumfructum,ibid.

Habitatione legata,proprietas rei legatæ cenſetur legata, ſi legatarius probet, quòd teſtator ſolebat vti vocabulo habitationis pro domo, gloſſ. eſſe relictum,ibid.

Habitatio domus pigneratæ ſi datur loco vſurarum,non inſpicitur quantùm res locari potuerit,l.ſi ea,4.C.de vſuris.

Habitatio ſi creditori detur loco vſurarum,non dicitur illicita vſura, quantumcunque habitationis præſtatio poſſit valere plus, quàm aſcendat legitima vſura,ibid.

Habitationem loco vſurarum ſibi conceſſam ſi creditor locaret, & penſiones maiores legitimis vſuris percipiat, tunc illa habitatio dicitur illicita vſura, quia in fraudem legitimæ vſuræ videtur conceſſa,gl.ibi.

Habitatio loco vſurarum conceſſa valet, licèt plus aſcendat, ſi locaretur, quàm aſcendat legitima vſura,quia viliùs conducta habitatio cenſetur,licèt vberiori ſorte poſſit contrahi locatio, & ideò non dicitur illicita vſura contracta, d.l.ſi ea.

Habitatio eſt ius diſtinctum ab vſu,& vſufructu,§.fin.Inſt.de vſu, & habitatione.

Habitationem habens non ſolùm ipſe cum familia poteſt habitare ibi,ſed etiam poteſt eam alteri locare, ibi.

Habitatio,ſiue vſusfructus habitationis idem eſt,gl.1.ib.

Reliqua verbo,Domicilium,Locans, 4.Morari,Seruitus,89. Victus,Legatum,55.

HABITVS dicitur ruſticorum,chlamys militum,purpura regum, ſtola ſacerdotum,toga aduocatorum,cuculla monachorum,gl.fibulis,in l.1. C. nulli licere in frænis,lib.11.

Habitum doctoratus philoſophiæ indebitæ vſurpans non excuſatur à muneribus perſonalib.l.reddatur,C.de profeſſorib.lib.10.

Reliqua verbo,Priuatio,Toga,Talis.

HEDERA impropriè dicitur arbor, & eſt ſemper virens coronis militum, & nouellarum poëtarum apta,& plerunque inhæret arboribus,gl. 2. & ibi add. marg.in l.3.arborum furtim Cæſarum.

Heres in genere,nu.1. vſque nu. 16.

Quoad inſtitutionem, nu. 16. 17.

Quoad inſtitutionem in diem, & ſub conditione, nu. 18. vſque 23.

Quoad heredem legitimum,vt ſcriptum, & ſuccedentem ab inteſtato omiſſa hereditate ex teſtamento,nu.24. vſque ad nu.30.

Quoad heredem ſuum,& neceſſarium,vel extraneum,nu.30. vſque 36.

Quoad plures heredes inſtitutos æqualiter,vel inæqualiter,aut in certa parte, vel re, nu. 36. vſque 40.& 97.

Quoad heredes coniunctos,& diſiunctos,& ius adcreſcendi,nu.41. 42.

Quoad iudicia diuiſoria familiæ erciſc.& communi diuidundo,nu.43. vſque 48.

Quoad tempus,& ius deliberandi,nu.49.

Quoad aditionem,& repudiationem,nu.50. vſque 60.

Quoad geſtorem pro herede,nu.61.62.

Quoad heredem filiifamilias militis,ſocij,poſſeſſoris, commodatarij, tutoris, & furis, nu.63.64.

Quoad heredem debitoris vxoris, & mariti, nu. 65.

Quoad creditores,vel debitores hereditarios, & pactum heredum cum eis factum, num.66.

Quoad agendum, vel conueniendum heredes à creditoribus hereditariis,vel legatariis,nu.67. 68.69.

Quoad iudicium,& locum conueniendi heredis,nu.70.

Quoad delictum,dolum,& factum ſuum,vel defuncti,num.71. vſque ad nu. 76.

Quoad adimplendum iuſſum,& voluntatem defuncti,nu. 76.

Quoad heredem putatiuum vſumfructuarium, & moram heredis, vel defuncti, num.77.

Quoad factum ab vno ex pluribus heredibus,nu.78.

Quoad heredem occiſi,& necem defuncti,& amiſſionem hereditatis,nu.79. vſque ad nu.85.

Quoad heredem indignum,nu. 85.

Quoad compellentes,vel impedientes teſtari,vel mutare teſtamentum factum, num. 86. 87.

Quoad heredem ſcribentem ſibi hereditatem, nu.87.

Quoad capacitatem,vel incapacitatem heredis,& caducitatem,nu. 88.

Quoad actionem ſibi competentem pro furto, vel damno dato iacente hereditate, num.89.

Quoad exhereditatem filij,& inofficioſi querelam,& bonorum poſſeſſionem, num.90.

Quoad tranſmiſſionem, num.91.

Quoad inuentarium,& bonorum ſeparationem,num.92. vſque 95.

Quoad onera hereditaria,& ea,ad quæ tenebatur defunctus,nu. 96.

Quoad petitionem hereditatis & poſſidentem pro herede,vel pro poſſeſſore,nu. 97.

Quoad heredem agentem contra debitores hereditarios,nu. 98.

Quoad heredem vendentem hereditatem,num.99.

Quoad vſucapionem vel præſcriptionem,num.100. 101.

Quoad monumentum & ſepeliendum defunctum,& expenſas funeris,nu.102.

Quoad miſſionem in poſſeſſionem hereditatis,& dominium eius,103. 104.

Quoad teſtamentum,& codicillos & exhibitionem eorum & edendas rationes & inſtrumenta defuncti,& celationem eorum,105.

Quoad reſtitutionem aduerſus aditam hereditatem,nu.106.

Quoad moram defuncti,& heredis in non reſtituendo fideicommiſſum,num.103.107. & ſuprà 77.

Quoad legata & legatarios,nu.108. vſque 122.

Quoad ſeruum legatum,vel per fideicommiſſum relictum,num.123. 124.

Quoad ſeruorum manumiſſionem,& libertatem eis relictam per fideicommiſſum, & eorum peculium, num. 125.

Quoad ſeruos hereditarios & eorum inſtitutionem & peculium,nu. 126.

Quoad legatum alternatiuum & eius electionem, 127.

Quoad cautionem vel ſatiſdationem præſtandam legatario vel ſubſtituto,num.128. & 129.

Quoad ſubſtitutum eius, num. 130.

Quoad ſubſtitutionem pupillarem, 131.

Quoad heredes grauatos in genere,nu. 132. 133.

Quoad heredem rogatum vel grauatum vendere,nu. 134.

Quoad heredem grauatum præſtare alimenta vel aliud,nu. 135.

Quoad heredem rogatum reſtituere hereditatem, num.136. vſque 145.

Quoad fideicommiſſum & eius reſtitutionem,nu.146. vſque 149.

Quoad heredem rogatum reſtituere & legata & prælegata ſibi relicta,num. 150.

Quoad heredem rogatum quidquid ſupererit de hereditate reſtituere,nu.151.

Quoad fideicommiſſum tacitum vel expreſſum de reſtituendo incapaci,nu.152. 153.

Quoad heredem rogatum hereditatem reſtituere vni ex certis cui volet,num.154.

de Herede

Heredis institutio non potest fieri ita, Lucius,& omissa sunt à testatore, heres esto,secus si testator dixit,Lucius heres esto,& notarius non scripserit, heres esto,sed tantùm Lucius,† d.§.si ex fundo,& ibi gl.non insubtiliter.

Heredis institutio his verbis facta valet, ille ex quota putà quarta, & ille ex semisse,licèt testator non adiecerit,heres esto,l.1.§.1. eod.

Heredis institutio his verbis facta valet,illa vxor mea esto, licèt testator non adiecerit,heres,& etiam si dicat,illum heredem esse,subintelligitur,iubeo, d. l.1.§.final.

Heredum institutio facta his verbis ex partibus, quas ascripsero, instituo Titium,& Seium,vel si sub conditione si eis partes adscripsero,etiam nullis partibus eis adscriptis valet,& ex æquis partibus censentur instituti, quasi duplici facta institutione,nisi voluntati testatoris refragetur, l.2. eod.

Heredis institutio ita facta non valet,ex qua parte me Titius heredem scripserit,Seius heres esto,si non sim à Titio heres scriptus,neque Seius videtur heres institutus à me,ibid.

Heredis institutio ita facta,ex quib. partibus adscripsi, instituo te nullis partib. adscriptis non valet,secus si per verbum futuri, veluti ex quib. partib. adscripsero, d.l.2. & ibi gl.1.

Heres institui non potest, nisi certus demonstretur proprio nomine, vel signo indubitabili,vel conditionis euentu,l.quoties,9. §.si quis,& ibi gloss. demonstretur, eod.

Heredum institutio valet,si institutorum personæ sint certæ, licèt distributio portionum ex futuro euentu dependeat,ibidem.

Heredem si quis aliquem purè, & simpliciter instituerit, deinde eundem sub conditione instituat,institutio secunda conditionalis nihil operatur,nisi habeat coheredem,l.site solum,27.& ibi gl.seq.eodem.

Heres si sit quis institutus,ita,Titius heres esto,si Mæuius heres non erit, deinde testator dixit,Mæuius heres esto, Mæuius dicitur primo gradu heres institutus,l si ita quis,28.eod.

Heredes institui possunt liberi, & etiam serui alieni, dum tamen domini eorum possint institui heredes,ac sint capaces hereditatis, aliàs non, l.non minus,31.eod.

Heres potest institui captus ab hostibus, & iure postliminij omnia iura ciuitatis in personam eius in suspenso retinentur, ita quòd reuersus potest adire hereditatem,l.illa institutio,32.§.fi.eod.

Heres rectè instituitur quis ita,Titius hereditatis meæ dominus esto,l.his verbis,48.eod.

Heres institutus intelligitur quis his verbis, bona mea tibi relinquo, si alius non sit scriptus heres in testamento,sed si alius sit scriptus heres, tunc intelligitur fideicommissum relinquere ei,gl.1. ibid.

17 Heredis institutio etiam cum verbis vniuersalibus maledictionis facta valet, veluti,filius impiissimus,malè de me meritus,heres esto,d.l.his verbis,§.1.

Heredes ex semissibus si sint instituti Seius,ac Sempronius, ac inuicem sint substituti,deinde etiam Titius,Caius,& Varro sint instituti ex æquis partibus,& sint inuicem substituti,primi duo habebunt assem,& alij tres habebunt alium assem,& sic diuidetur hereditas in dupondium,l.Lucius Titius,53.eod.

Heredem potest quis instituere ita, si post 70. ann. decessero, ille mihi heres esto,gl.1.in l.potest quis,56.eod.

Heredem potest quis instituere ita,si intra 70.an.decessero,ille mihi heres esto, & dicitur eum sub conditone instituisse,dict.l.potest quis,56.

Heredis institutio per nuncupationem potest fieri ita,hic mihi heres esto, si sit præsens,qui ostenditur,l.nemo dubitat,58.eod.

Heres potest quis institui suo nomine sub appellatione fratris, etiam si non sit frater,sed fraterna charitate diligitur,ibid.

Heres institutus in primo testamento, si testator putauit falso rumore, quòd esset mortuus, ac ob id faciendo secundum testamentum instituit alium hac præfatione, qui heredem, quem volui mihi contingere, habere non potui, Titius heres esto, ex voluntate testatoris hereditas ad institutum in primo testamento pertinet, & non ad Titium, legata tamen ex vltimo testamento præstare debetis,ac si in eo fuisset scriptus heres,l.fi.& ibi gl.pen eod.

Heredis institutio vbi non valet propter errorem testatoris errantis in coniunctione personæ institutæ,legata & fideicommissa intelliguntur repetita à venientib.ab intestato,gl.1.in l.eam quàm,14. C. de fideicommiss.

Heredis institutio vitiatur,quando erratur in cognatione filij, ex qua inducitur causa finalis institutionis,gl.fi.in add.marg ibid.

Heredis institutio non vitiatur, quando erratum est in qualitate instituti, qui putabatur liber,cùm esset seruus,ibid.

Heredes institui possunt liberi,& serui,tam proprij,quàm alieni,in princ.Inst. de heredib.instit.

Heredes institui possunt serui proprij,etiam sine libertate,ibid.

Heredes instituere potest quis omnes homines mundi,& valet institutio, & sufficit vnius aditio ad confirmationem testamenti,gl.1.& ibi add.in §.& vnum. Inst.eod.

Heres potest institui etiam penitus ignotus,& quem testator nunquàm vidit, §. fi.Instit.eod.

Heredis institutio vt valeat,debet esse certa portio instituti, quæ sibi deferatur, l.fi.C.de bon.poss.secundùm tabulas.

Heredis institutio non potest fieri ad certum tempus vel ex certo tempore, nisi à milite,gl.1.in l.sed & si ante,10.ad Trebel.§.heres purè,Inst.de hered.instit. & gl.1.in l.hereditas,34.eod.tit.

Heredis institutio cùm sit caput testamenti, si non valet, non potest tunc cogi adire,gl fi.in l.eam,quam,14.C.de fideicommis.

Reliqua verbo, Auus, Filius, 150. vsque 154. Furiosus, 9. Instituere, Institutio, 1. vsque 6. Mater, 7.8 9.10. Nepos, 11.12. Nurus, Pater, 28. vsque 31. Peruenire, Bonorum poss. sio, 22. vsque, 33. & sup. nu. 13. & infrà, nu. 90.

18 HEREDEM ex die, vel ad diem certum non potest quis rectè instituere, & si instituerit, sublato vitio temporis manet institutio,l.hereditas,34.& gloss.1. in.l.in tempus,62. de herdi.instituen.

Heredem instituere potest quis in diem incertam,glo.1.d.l.hereditas, & d.gl. 1. in d.l.in tempus,& gloss.1.in §.heres purè, Inst.eod.tit.

Heres si sit institutus sub conditione,si seruum manumiserit, eo manumisso per querelam, rupto testamento non rescinditur libertas data,sed eius pretium à manumisso soluitur ei condictione ex lege, † l. si sub hac condictione,26.& ibi gloss.1. de inoffic.testam.

Heredes duo si sint instituti,vnus purè, alius sub conditione, veluti, Titiũ heredem instituo,& si venerit ex Asia,si tunc etiam Seium cum eo instituo,quo casu purè institutus interim insolidum est heres,& totum debet habere;si verò dicat,Titium in dimidiam instituo, & si venerit ex Asia Seium instituo in aliam dimidiam, tunc institutus purè suam tantùm partem interim habet,† gloss.fi. in l.2.si pars herditatis petatur.

Heres institutus sub conditione implendo conditionem non per hoc censetur adire hereditatem, l.1.§. si parendi, de conditione causa data.

Heres institutus sub conditione, si decem daret, si causa conditionis implendæ illa decem daret, & mox repudiauerit hereditatem, illa decem repetere potest, ibid.

Heres extraneus sub conditione institutus etiam impleta conditione potest repudiare, sed heres suus sub conditione institutus impleta conditione habetur pro purè instituto,& statim est heres ipso iure,glo.si parendi,ibid.

Heres sub conditione institutus impleta conditione, eo animo,vt sit heres,non poterit posteà hereditatem repudiare,secus quãdo impleuit eo animo, vt puram redderet institutionem,dicta gl.si parendi.

Heres sub conditione institutus repetere potest datum implendæ conditionis causa,si testamentum falsum sine scelere eius, vel inofficiosum pronuncietur, secus si adhibito scelere ab eo in falso committendo pronunciaretur, l. 2. de conditione causa data.

Heredis institutio an fiat sub conditione de præsenti,vel de præterito,an de futuro differt,quia si dicatur ita,ex qua parte Titius me heredem scripsit,ex tali instituo Seium,vel,ex qua parte mater nostra nos instituit, ex ea vos instituo,existente conditione ista,vel existente falsa de præterito, vel de præsenti deficit testamentum ab initio; sed vbi de futuro, veluti ex qua parte me Titius heredem scripserit, ex ea te instituo, tenet institutio ab initio, licèt suspendatur,l.2.& ibi gl.1.de hered. instit.

Heres in diem incertum,idest, sub conditione,institutus, etiam pendente conditione potest agnoscere bono.possessioné,& distrahere hereditatem,vt curator datus bonis,non tamen, vt heres,l.si quis instituatur, 23. & ibi gl.3. eod.

Heres in diem certum institutus potest agnoscere bonor. possessionem, & tanquàm heres hereditatem distrahere d.l.si quis instituatur, &ibi glo.tanquàm.

Heres institutus si differt conditionem potestatiuam implere,ei statuetur terminus ad hoc per iudicem,d.l.si quis,§. 1.

Heredi instituto sub conditione potestatiua potest non solùm statui tempus, vt adimpleat conditionem, sed etiam potest statui ei tempus,intra quod adeatur hereditas, d.§.1.

Heres si institutus fuerit sub cõditione casuali, postulantib.creditorib.hereditariis,iudex statuet tempus,intra quod si hereditas non obuenerit instituto,neque adeatur, debet idem iudex iubere creditores possidere bona hereditaria, ac interim curatorem bonis dare, qui possit vendere bona tempore peritura, & etiam alia pro soluendo ære alieno,quod ex pœna crescit,maximè si est publicum debitum, d.l.si quis, §.item si conditioni.

Heres institutus purè,& simpliciter ex parte dimidia,& ex alia dimidia sub conditione,si ex pura institutione adierit, quamuis cõditio alterius institutionis pendeat, ex asse fit heres etiam deficiente conditione, quia non potest decedere pro parte testatus,& pro parte intestatus,secus si in conditionali institutione haberet coheredem, vel substitutum,l.si quis ita scripserit, 33.& ibi gl. conditione,& gloss.ex asse.eod.tit.l.cùm heres,52.§.fi.& ibi gloss.fi.de adquir. hereditate.

Heres institutus purè si habet coheredem institutum sub conditione, institutus purè tenebit totam hereditatem interim,dum pendet conditio, sed an heres erit in solidum, pendebit ex euentu conditionis,† gloss. 1. in d. l.si quis ita, de hered.instit.

Heres vnus ex duobus,qui sunt instituti sub conditione,quæ diuidi potest,vt quæ consistit in danda pecunia,non tenetur in totum adimplere conditionem,sed sufficit,quòd adimpleat pro parte,gloss.1.in l. paterfamilias.44.eod.

Heres si quis sit institutus sub conditione,si mater,ac filia ipsius testoris viuunt, etiam si testator filiam nunquàm habuerit, matre verò superstite,tenet institutio, l. si Mæuio,45.eod.

Heres si sit institutus sub conditione, si legitimus heres hereditatem vèndicare nolit, eo vendicante deficit conditio testamenti, & dicitur vendicare ab intestato propter defuncti voluntatem, qui voluit vendicationem legitimam esse,quasi quandam conditionem,† l.si quis ita,82.& ibi gloss. fi.eod.

Heres sub conditione institutus implendo conditionem eo animo, vt sit heres, dicitur adire hereditatem,& est heres,sed si adimpleuit eo animo,vt purificet conditionem,& non vt sit heres,tunc non dicitur adire, neque esse heredem, sed si dubitetur,tunc dicitur adire,si conditio existit in voluntatis expressione, secus si consistit in facto extrinseco,veluti Deum dare,gloss.fin.in l.iam dubitari, 86.eod.

Heredi instituto purè in testamento,si in codicillis conditio adiiciatur,conditio pro non adiecta habetur, nec heres tenetur eam adimplere,l.quidam,30.§. fi.& ibi glo.fi. de vulgari.

Heres institutus sub conditione si ante conditionem existentem repudiauit, existente conditione potest adire non obstante repudiatione, nisi coram iudice creditoribus instantib. repudiasset,dicendo se non aditurum,etiam si conditio extiterit, l.is,qui heres, 13.& ibi gloss.2.de adquir.hered.

Heres institutus sub conditione ante conditionem existentem repudians potest existente conditione adire non obstante repudiatione, nisi esset institutus sub conditione impossibili de natura, vel tali conditione, quæ habetur pro impleta,vt quia non stat per heredem,d.l.is,qui heres,& ibi gl.4.

Heres institutus sub conditione potestatiua tacita,& velata,vt si decem des,heres esto,ante conditionem, etiam si repudiauerit, potest nihilominùs existente conditione adire,secus si institutus sub conditione potestatiua expressa,vt, si voles,heres esto,ante conditionem repudiasset,gl.arbitrium,ibi.

mento, & adire ab inteſtato, neque tenebitur edicto ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, l. excuſatus, eod.

Heredi ſcripto teſtator non videtur concedere facultatem omittendi hereditatem ex teſtamento, ex eo, quòd ipſe teſtator ab eo fideicommiſſa reliquerit ab inteſtato, niſi hoc ſpecialiter, & nominatim conceſſerit ei, l. quia autem, eodem.

Heres ſcriptus, à quo teſtator legata in teſtamento, fideicommiſſa verò ab eodem ab inteſtato reliquit, ſi omiſſa hereditate ex teſtamento ab inteſtato ſucceſſit, cogitur omnia legata præſtare, deducta Falcidia, niſi teſtator hoc expreſsè conceſſiſſet, quia tunc vſus eſt facultate, quam teſtator ei conceſſit, & ideò non tenetur legata præſtare, tenetur tamen præſtare fideicommiſſa, d. l. quia autem, & ibi gloſſ. omninò.

Heres ſcriptus, à quo teſtator legata in teſtamento, fideicommiſſa verò ab inteſtato reliquit, ſi omiſſa hereditate ex teſtamento ſucceſſit àb inteſtato, priùs tenetur legata præſtare ex dodrante, & poſteà ex ſuperfluo illius dodrantis fideicommiſſa ſoluere, ſed ſi legata abſorbeant totum dodrantem, nihil tenetur præſtare fideicommiſſariis, quia quadrantem hereditatis integrum debet habere ipſe heres, d. l. quia autem.

Heres ſcriptus omittens hereditatem ex teſtamento non tenetur legatariis, ex edicto ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, quando teſtator hoc ei expreſsè permiſit omittere ex teſtamento, & ab inteſtato adire, vel alia iuſta cauſa omittendi interuenit, ſcilicet vt repelleret fraudem teſtatoris, vel quando bona hereditaria ad alium pertinent, vel quando ipſe omittens ex teſtamento poſſidèt, vel quaſi poſſidet, & poſteà deſiit ſine dolo malo ante litem conteſtatam contra eum per legatarios, d. l. quia autem, §. non ſimpliciter.

Heres ſcriptus omittens hereditatem ex teſtamento non tenetur legatariis, quando bona hereditaria ad alium peruenerunt, vt quia euicta ſunt ei ſine ſuſpicione, & repudiatione, vel quando vltra quadrantem nihil poſſidet, nec dolo malo fecit, quominùs poſſideret, aliàs ſecus, gl. ad alium, ibi.

Heres ſcriptus, quo non inſtituto cum bona hereditaria eſſent vacantia, & ad fiſcum pertinerent, ſi omiſerit ex teſtamento, & ſic ſint vacantia, & ad fiſcum pertineant, ſi illa poſſideat ipſe, ac teneat etiam per quadriennium à tempore denunciationis factæ fiſco, tenetur legatariis ex edicto ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, d. l. quia autem, §. certè ſi vacantia, & ibi glo. quadriennium, eodem.

27 Heres ſcriptus omittens hereditatem ex teſtamento ſine fraude, non tenetur edicto ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, cùm id illi non ſit interdictum, d. l. quia autem, §. ſi patronus.

Heres omittens hereditatem ex teſtamento ſi ab inteſtato poſſideat, tenetur præſtare ſeruo libertatem ſub conditione in teſtamento relictam, poſt exiſtentiam conditionis, ac ſi adiiſſet ex teſtamento, d. l. quia autem, §. fin. & ibi gloſſ. fin.

Heredes duo inſtituti ſi ex teſtamento omiſerint hereditatem, & ab inteſtato ſucceſſerint, alter, cui prælegatum eſt, non poteſt petere prælegatum ab altero, qui ſucceſsit ab inteſtato, cùm & ipſe petens ſit in eadem cauſa, & idem dicendum eſt, quando vtrique fuit prælegatum, l. quidam Titium, & ibi gloſſ. fin. eod.

Heres ſub conditione dandorum decem intra annum, vel alia, quæ in dando, vel faciendo conſiſtit inſtitutus, ſi omiſſa cauſa teſtamenti defecta conditione ab inteſtato poſsideat hereditatem, non tenetur ad dandum illa decem poſt annum, ſed ſi intra annum omiſerit ex teſtamento, & ab inteſtato poſſederit, non valet repudiatio ex teſtamento, nec aditio ab inteſtato, cùm tempore repudiationis non fuerit ei delata, l. ſi quis ſub conditione, cum l. ſequ. eodem.

Heres ſub conditione inſtitutus pendente conditione non poteſt omittere ex teſtamento, & adire ab inteſtato, gloſſ. 1. ibid.

Heres ſolus ſcriptus ſi ſimpliciter omittens hereditatem ex teſtamento poſſideat ab inteſtato cum alio in pari gradu exiſtente, quilibet eorum tenetur legatariis in vitium, ſed ſi pecunia accepta omiſit ex teſtamento, tam omittens, quàm alius, qui cum eo ſucceſsit ab inteſtato, tenentur inſolidum, l. ſi non ſolus, 10. & ibi gloſſ. inſolidum, eod.

Heredes inſtituti, & ſubſtituti ſi omiſerint hereditatem ex teſtamento, & ab inteſtato poſſideant ſubſtituti, quibus relicta fuerunt legata ab inſtitutis, non poſſunt petere ea legata, quia cùm ipſi omiſerint, omittentes incuſare non poſſunt, tum etiam quia eis liberum fuit adire ex ſubſtitutione, & vniuerſa bona obtinere, & non petere legata, vnde ſibi imputent, d. l. ſi non ſolus, §. 1. & ibi gloſſ. cui liberum.

Heres inſtitutus, & ſubſtitutus ſi omittunt hereditatem ex teſtamento, & ab inteſtato poſſideant, quilibet eorum tenetur pro legatis ſuis, d. l. ſi non ſolus, 10. §. ſi duo, eod.

Heres inſtitutus ſi ab inteſtato poſſideat hereditatem, quam ipſe, & etiam ſubſtitutus dolo ſine tamen pecunia repudiauit, tenetur ſolus poſſeſſor etiam ad legata à ſubſtituto relicta, ſed ſi ſubſtitutus accepta pecunia repudiauit, ipſe ſubſtitutus tenetur pro omnibus legatis etiam ab inſtituto relictis, priùs tamen diſcuſſo inſtituto poſſidente, d §. ſi duo, & ibi gloſſ. conueniendus.

Heres ſcriptus, & ſubſtitutus ſi omiſerint hereditatem ex teſtamento, & ſubſtitutus ſolus ab inteſtato eam poſſidet, inſtitutus tenetur ſuis legatariis tantùm, & ſubſtitutus ſuis, ſi inſtitutus repudiauit hereditatem accepta pecunia; ſed ſi repudiauit nulla pecunia accepta, ſolus ſubſtitutus tenetur etiam pro relictis ab inſtituto, ſi fraudem participauit, cum inſtituto, & non aliàs, d. §. ſi duo, & ibi gloſſ. aduersùs, & l. 4. eod.

28 Heres inſtitutus, & ſubſtitutus ſi omiſerint hereditatem ex teſtamento, & ab inteſtato poſſident, poterit legatarius legatum ab inſtituto, & ſubſtituto relictum petere ab vno eorum, quem ipſe velit eligere, conſequutus tamen ab vnò non poterit petere ab alio, l. ſi ab inſtituto, eod.

Heres inſtitutus & ſubſtitutus ſi omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato poſſident hereditatem, vterque inſolidum tenetur præſtare libertates, tam quæ ab inſtituto, quàm quæ à ſubſtituto relictæ ſunt, l. de libertatibus 12. eod.

Heres eius, qui omiſſa teſtamenti ab inteſtato poſſedit hereditatem, inſolidum, legatorum actione tenetur, quando illa actio pro legato continet rei perſequutionem, & non pœnam, & ideò perpetua eſt, d. l. de libertatibus. §. heredem.

Heres eius, qui omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato poſſedit quædam, & quædam omiſit dolosè, ſi conueniatur propter dolum defuncti à legatariis, non tenetur niſi in id, quod ad ipſum heredem heredis defuncti peruenit, d. §. heredem, & ibi gl. fin.

Heres eius, qui omiſit hereditatem dolo malo ex teſtamento ſi conueniatur, quia adiuerit ab inteſtato, tenetur inſolidum de legatis relictis, niſi conueniatur propter dolum defuncti admiſſum in hoc, quia defunctus heres quaſdam res voluit adipiſci, licèt enim tunc defunctus pro omnibus teneretur, heres tamen eius, ſi quid ex rebus illis non adeptis à defuncto adquiſierit, in id, quod ad ſe peruenit, tenetur, ibid.

Heres, qui dimiſit hereditatem ex teſtamento & ab inteſtato, non totam hereditatem, vel partem eius, ſed minimam partiunculam, vel partem eius poſſidet, tenetur legatariis inſolidum, ac ſi totam hereditatem poſſideret, niſi eſſet minor, l. & ſi non totam, & ib. gloſſ. 1. eodem.

Heredi cuique licitum eſt, etiam lucroſam hereditatem omittere, ſine dolo, licèt eo modo legata, & libertates intercidant, l. ſi quis, omiſſa 17. eodem.

Heres ſi omiſerit hereditatem ex teſtamento ſine dolo, & ab inteſtato nec ipſe, nec alius poſſidet, excluduntur legatarij à petitione legatorum, ſed ſi alius poſſideat, ille conuenitur à legatariis, ſi fraudem participauit cum omittente, ſecus ſi non participauit fraudem, licèt inſtitutus omiſiſſet in fraudem, d. l. ſi quis, & ibi gloſſ. 3.

Heres omittens hereditatem, ac eam non poſſidens, poteſt cogi adire, & reſtituere fideicommiſſario, cui tota hereditas, vel pars per fideicommiſſum relicta eſt, ſecus quando ſingulæ res per fideicommiſſum relictæ ſunt, vel legatæ ſunt, quia tunc per talem fideicommiſſarium, vel legatarium non poteſt cogi adire, d. l. ſi quis omiſſa, & ibi gloſſ. fin.

Heredes omiſſa cauſa teſtamenti ſi ab inteſtato poſſideant, quilibet tenetur pro ſuis partibus, ac ſi ex teſtamento adiiſſent, l. duo heredes, eodem.

Heres omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato poſſidens tenetur legatariis, contra quos tamen habet beneficium legis Falcidiæ, d. l. duo heredes, §. fin.

Heres inſtitutus, & eidem ſeruo ſuo ſubſtituto ſi omiſſa hereditate ex inſtitutione adierit ex ſubſtitutione ſerui, tenetur præſtare legata tam relicta à ſe, quàm à ſeruo ſubſtituto, detracta tamen quarta Falcidia de legatis, ſi ſint vltra dodrantem, l. cui ſeruus, 25. & ibi gloſſ. fin. eod.

Herede ſcripto omittente hereditatem, ſi tertius ſolus eam ab inteſtato poſſideat, cum inſtituto fraudem participando, tenetur legatariis ad legata, ſecus ſi cum herede ſcripto poſſidet, l. mater, 27. §. fin. & ibi gloſſ. fin. eod.

Heres inſtitutus, & rogatus reſtituere hereditatem, ſi omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato poſſideat, cogitur præſtare legata, fideicommiſſa, & libertates directas, & fideicommiſſarias, l. ſi ſeruum, 28. §. fin. eodem.

Heres rogatus reſtituere hereditatem, & ſeruos alienos manumittere, ſi omiſſa cauſa teſtamenti hereditatem ab inteſtato poſſideat, tenetur reſtituere hereditatem, & ſeruos alienos redimere, & manumittere, & diminutionem propter redimendos ſeruos, vel propter alia hereditaria onera debet pati ille, cui reſtituta fuit hereditas, d. §. fin.

Heres rogatus ſeruos manumittere, ſi omiſſa cauſa teſtamenti poſſideat ab inteſtato, tenetur ſeruos manumittere, ſaluo ſibi iure patronatus libertorum, l pen. eodem.

Heres inſtitutus ſi omiſſa cauſa teſtamenti poſſidet hereditatem aliquo iuſto titulo inter viuos, putà pro emptore, pro dote, vel pro donato, non tenetur legatariis, vel fideicommiſſariis, ſecus ſi poſſideret ab inteſtato, vel pro herede vel pro poſſeſſore, l. fin. eod.

Heredes, qui omiſerunt ex teſtamento, & adierunt ab inteſtato, poſſunt acciper id, quod ſibi datur cauſa implendæ conditionis, l. pro herede, 20. §. Papinianu de adqui. hered.

Reliqua verbo, Actio, 98. Edictum, 9. Succeſſio, per tot.

HEREDES neceſſarij dicuntur filij, & ſerui, gloſſ. ex neceſſariis in l. ait præto §. pen. de minorib.

Heres neceſſarius non admittitur, vt heres, ſed vt quidam miniſter, gl. ſubſtitut in l. & ſi ſine dolo, §. ſed quod Papinianus, & ibi gl. ſed vtiles, de minorib.

Heredes ſui, hæc verba poſſunt intelligi de quolibet herede, quem quis ha bet, & de ſuis heredibus, qui ſunt ſui, gloſſ. 1. in l. ſi quis, 8. de vſufruct adcreſcend.

Heredes neceſſarij, vt ſunt ſerui, non præſumuntur ſcire ea, quæ continentur i teſtamento, l. eius, qui in prouincia, ad ſi. ſi cert. petat.

Heres neceſſarius non deſinit eſſe ſeruus heres inſtitutus, eò quòd cum aliis e traneis ſit heres inſtitutus, gl. hereditati, ibid.

Herede neceſſario inſtituto nunquàm datur hereditas vacans, vel iacens, ibid.

Heredes ſui, & ſui & neceſſarij, vt ſuccedant ex teſtamento, requiritur, quòd ſi capaces tempore teſtamenti, mortis teſtatoris, & aditionis, medio autem te pore tantùm, id eſt, à tempore teſtamenti vſque ad mortem, vel à morte vſq ad aditionem, ſi efficiantur non capaces, nihil eis nocet, l. ſi alienum, 49. §. extraneis, & l. ſeq. & ibi gl. 2. de heredib. inſtit.

in Herede ſuo, & ſuo & neceſſario quando ſuccedunt ex teſtamento, temp mortis, & aditionis idem eſt, ibid.

Heres ſuus quando ſuccedit ab inteſtato, inſpicitur, quòd ſit capax tempore m tis teſtatoris, ibid.

Heres ſuus, & ſuus & neceſſarius an ſit quis, inſpicimus tempus mortis teſtat ris, ibidem.

Heres neceſſarius qui poteſt fieri teſtatori, poteſt etiam fieri filio teſtatoris, ſeruus, 18. de vulgari.

Heres neceſſarius poteſt abſtinere ſe iure prætorio, gl. neceſſariæ, in l. more, 8 adquir. hered.

Heres neceſſarius tantùm quandoque abſtinet quoad quid, ibid.

Heres putans ſe neceſſarium, cùm ſit voluntarius, ſi conſiſtens, in eodem err repudiet, vel adeat, non valet aditio, nec repudiatio, l. is qui putat, 15. eod.

Heres neceſſarius tantùm, vt eſt ſeruus, credens ſe voluntarium hered

n

partem, in qua institutus est, d.l. si alterius, & ibi gl. perinde.

Heredibus institutis inæqualibus partibus si dictum sit, quos ex disparibus partibus heredes institui, æquè heredes sunto, dicuntur heredes æqualiter, l. si inæqualib. 12. eod.

Heredes si instituerit testator vnum in duodecim vnciis, & alium in sex vnciis, vnus habebit hereditatis trientem, & alius bessem, l. interdum, 13. §. 1. eodem.

Heredes duos si testator instituerit ex asse, & alios ex duodecim vnciis, qui ex asse sunt instituti dicuntur heredes ex vno semisse, & ex alio semisse sunt illi, qui ex duodecim vnciis sunt instituti, & ita decrescit eis quantùm ad numerum vnciarum, non quantùm ad substantiam, d.l. interdum, §. sed si duos, & ibi gloss. illos.

Heredes duos si testator instituerit ex asse, & tertium ex dimidia & sextante, as debet diuidi in viginti vncias, ita quòd institutus in dimidia & sextante debet habere octo vncias, & reliquas xij. vncias habebunt illi duo heredes scripti, ibidem.

Heredem si instituerit testator, Titium in besse, Sempronium in triente, & eundem Titium in sextante, hereditas diuidi debet in 14. vncias, ita quòd Titius habebit octo vncias, reliquas sex habebit Sempronius, d.l. interdum, §. fi.

Heredem si instituat Titium ex prima parte, Caium ex secunda, Mæuium ex tertia, intelliguntur omnes æqualiter instituti, l. si quis heredes, 14. eo.

Heredes si testator instituat, ita, Titium ex dimidia, Seium ex alia dimidia, ex qua parte Seium institui, ex eadem parte Mæuium instituo, Seius & Mæuius dicuntur coniunctim heredes instituti, & ideò habebunt duos quadrantes, idest, quilibet tres vncias, sed Titius habebit semissem, l. Iulianus, 15. eodem.

37 Heredem si instituerit testator primam ex semisse, secundum ex alio semisse, & si primus heres non erit, tertium ex dodrante substituenti, si primus adierit, æquales partes habent primus & secundus; sed si primus repudiauerit, hereditas diuidi debet in 15. partes, in quibus sex habebit secundus, reliquas nouem habebit sustinens personam instituti in tribus partibus, & personam substituti in sex partibus, d.l. Iulianus, §. si cum l. seq.

Heredes duos si instituerit quis ex singulis quadrantibus, tertium verò instituat sine parte, tertius institutus habebit, quod assi deest, l. item quod Sabinus, 17. eodem.

Heres institutus sine parte habebit, quod deest ad dupondium, quando vltra assem inter alios heredes scriptos distribuit testator hereditatem, l. quæsitum, 18. eodem.

Heres sine parte quo loco testamenti instituatur, nihil interest, quia semper habebit partem vacantem, l. quo loco, 20. eod.

Heres si sit institutus vnus ex fundo Corneliano, & alius ex fundo Liboniano, ambo erunt heredes ex æquis partibus, quasi sine partibus instituti; fundus, qui relictus est vnicuique eorum tanquàm prælegatum adiudicatur, l. ex facto, 35. & ibi glo. adiudicatur, eod.

Herede vno instituto in re certa, si alius sit institutus vniuersaliter, institutus in re certa non est heres vniuersalis, nec est legatarius, sed est tertia species per se, quæ vocatur heres ex certa re, quæ partim capit de natura instituti vniuersaliter, quia habet ius adcrescendi, & propria authoritate potest accipere rem, in qua institutus est, partim etiam capit de natura legatarij, quia non tenetur creditoribus, & per Falcidiam defalcatur, † gloss. rerum, & gloss. æquis partibus, ibidem.

Heredes si sint instituti ex certis rebus, vnus ex certo fundo, alius ex alio fundo, æs alienum pro hereditariis partibus debent agnoscere, hoc est, vnusquisque pro semisse, fundos tamen iure prælegationis habent, d.l. ex facto, & ibi gloss. adiudicatur.

Heres si sit institutus vnus ex vno fundo, alius ex alio fundo, si tantùm sit æs alienum, quòd illo detracto, nihil supersit de toto patrimonio, institutio illa ex dictis fundis facta nullius est momenti, quoad hoc, vt valeant tanquàm prælegata, quia æs alienum priùs debet solui, quàm prælegata, heredes tamen sunt, quia hereditas dicitur etiam, quæ soluendo non sit, d.l. ex facto, §. vnde scio, & ibi gl. nullius.

38 Heres si sit institutus vnus in rebus Italicis, alius in rebus prouincialibus, ambo sunt heredes pro æquis partibus, & in iudicio familiæ erciscundæ adiudicantur res Italicæ illi, qui fuit institutus in Italicis, & res prouinciales instituto in prouincialibus, & æs alienum soluere tenentur pro æquis partibus, licèt plus sit in rebus Italicis, quàm in prouincialibus, vel econtrà, ibidem.

Heres si sit quis institutus ex ea parte, ex qua in aliqua conductione, vel aliqua re est socius testatori, pro eadem parte habito respectu totius hereditatis erit heres, si alij sint heredes instituti in toto asse, vel in parte, l. liber homo, 59. §. 4. eodem.

Heres institutus purè ex semisse, & ex quadrante sub cõditione, ex alio quadrante alio instituto si adierit ex semisse, & etiam ex ea parte quadrantis, quæ eum tangit, est heres etiam sub conditione deficiente, sed non pro reliqua parte illius quadrantis, sed existente conditione siue noua aditione in totum quadrantem, & sic in residuam partem quadrantis est heres, d. l. liber homo, 59. §. pen. & ibi gl. ex semisse, & gl. seq. eod.

Heres institutus ex tertia parte purè, & ex alia tertia sub conditione, alio in reliqua tertia instituto, si adierit ante conditionem, statim ex semisse erit heres, sed sextans, idest, duæ vnciæ sunt in pendenti, & si conditio extiterit, erit in besse institutus, sed si defecerit, aut decesserit institutus, antequàm conditio extiterit, licèt posteà extiterit, ille sextans coheredi adcrescit, & non heredi talis instituti, ibidem.

Heredibus Titio, Mæuio, & Seio institutis æquis partibus à Sempronio, si deliberantibus duobus Titius tantùm pro sua parte hereditatem adiuit, ac posteà instituat Seium sibi heredem ex asse, Seius potest adire hereditatem Titij, & omittere hereditatem Sempronij, interim tamen antequàm omittat, vel adeat, ex semisse erit heres Sempronio, sed si Seius adeat hereditatem Sempronij ex persona Titij, erit heres Sempronio ex triente, & ex sua ex alio triente, & sic heres habebit bessem, d.l. liber, §. fi. & ibi gl. 1.

Heredib. duobus scilicet Titio, & Mæuio institutis æquis partib. à Caio, si solus Titius adiuit totam hereditatem, ac posteà instituit Mæuium sibi heredem ex asse Mæuius, qui repudiauit partem suam hereditatis Caij, est heres in totam hereditatem eius, ita quòd etiam partem, quam omisit ex persona sua, habebit ex persona Titij, cui successit, nisi Titius solam suam partem adiisset, aliam Mæuij repudiasset, quia tunc ex persona Titij Mæuius erit heres Caio ea ex parte, qua erat ipsius Titij, ibid.

Heres si sit institutus vnus ex duab. partibus, alius ex quadrante, tota hereditas videtur diuisa in dodrantem, quia modus duarum partium ex quadrante declaratur, & sic institutus ex duab. partib. habebit sex vncias, reliquas tres habebit institutus ex quadrante, l. qui non militabat, 78. §. Lucio, & ibi gloss. declarari, eodem.

Herede vno instituto in sex vnciis, alio in octo, si quis instituat tertium ex reliqua parte, vel nulla partis mentione, hereditas diuiditur in xij. vncias, primus habebit tres vncias, secundus quatuor, tertius quinque; sed si deueniatur ad dipondium, primus habebit sex, secundus octo, tertius decem, & ita siue fiat diuiso habito respectu ad assem, siue ad dipondium, nulla vis est, l. ex vnciis, 87. & ibi gl. hereditatis, & gl. ratio, & gl. fi. eod.

Heres toto asse non distributo, quo loco sine portione instituatur, nihil interest quò magis assis residuum accipere possit, l. qui non militabat, 78. §. pe. eod.

Heres institutus in parte, aut incerta re, nullo coherede dato, censetur institutus in locum, & admittitur ad hereditatem omnium bonorum, l. coheredi, 41. §. fi. de vulgari, & gloss. rerum, in l. ex facto, 35. de hered. instit. & §. sed & si quis, & ibi gl. ex certis, Inst. quibus mod. testam. & §. hereditas, Instit. de heredib. instit.

Heres ex parte institutus si eam repudiat potest in alia parte ex substitutione succedere, & partem suam repudiatam iure adcrescendi habebit, l. si tu ex parte, 76. de adqui. hered.

Heres ex parte si incipiat ab aditione illius partis, etiam aliam partem eo iure, quo sibi testamento delata est, cogitur habere, sed si incipiat à repudiatione partis, posteà adeundo aliam partem, poterit suam partem repudiatam habere iure adcrescendi, vel iure institutionis, ibid.

Heres institutus ex semisse, excepta quadam domo cum omnibus, quæ ibi sunt, nomina debitorum, quæ in ea domo sunt, non continentur in illa exceptione, & ideò habebit ea communia cum coherede, in cæteris verò, quæ ibi sunt, nihil habebit, l. Caius, 86. de legatis 2.

Heredes quib. pars bonorum ablata est, non tenentur nomine legatorum ab eis relictorum in ampliorem partem, quàm pro ea, quæ apud eos remansit, l. in ratione, 11. §. Imperator, ad legem Falcid.

Heres institutus in re certa & particulari habetur loco legatarij, non heredis, si habet coheredem, sed si non habet, tunc est idem, ac si in totum esset heres, gl. ex parte, in l. 3. C. de edicto Diui Adria.

Heres institutus in re particulari & certa, si habeat coheredem vniuersalem, non debet mitti in possessionem ex sola inspectione testamenti carentis omni vitio, secus si non haberet coheredem, ibid.

Heres institutus in re certa quamuis aliis institutis vniuersaliter legatarij loco habeatur, tamen habetur pro herede, vt non possit inofficiosi querelam intentare, aut testamentum impugnare, §. hæc autem, & ibi add. marg. in auth. vt cùm de appellatione cognos. col. 8. §. sed & si quis, & ibi glo. ex certis, & ibi add. Inst. quib. mod. testam. infirm.

Heredes plures quando instituuntur simpliciter, nullis partibus nominatis, intelliguntur ex æquis partibus instituti, §. si plures, Inst. de hered. instit.

Heres sine parte institutus, quibusdam aliis institutis in omnib. partibus, is habebit dimidiam assis, reliquam dimidiam instituti in toto asse, ibid.

Heres sine parte institutus quibusdam aliis institutis partibus expressis, habet reliquum assis, & si plures sine parte sint scripti, omnes concurrunt in eandem partem, §. si plures, Inst. de hered. instit.

Heredibus ex certis partibus institutis pars non distributa singulis pro hereditaria portione adcrescit, sicut è diuerso, si distribuatur vltra assem, ea pars, quę est vltra assem, decrescit singulis pro hereditaria portione, vt si quatuor sint instituti ex tertiis partibus hereditatis, perinde habeantur, ac si vnusquisq; ex quarta parte esset institutus, §. videamus, Inst. eod.

Heres institutus simpliciter, & sine parte expleto asse, intelligitur institutus in vacantem vsque ad dipondium, gl. idémque, ibid.

inter Heredes distributis partibus vltra assem fit transitus ad dipondium, d. §. videamus.

Heredi quando assignatur vna vel plures res, habetur loco legatarij, & omnia onera hereditaria remanent apud fideicommissarium, §. si quis vna, Inst. de fideicommiss. hered.

Heres ex fundo solus institutus, detracta fundi mentione, in totum dicitur institutus, nisi habeat coheredem vniuersalem, vel nisi testator esset miles, l. 1. §. si ex fundo, & ibi gl. solus, Inst. de hered. instit.

Heredes honorati per nomina propria vocantur in viriles, & non pro hereditariis portionibus, secus si per nomina appellatiua, l. seruus, 67. §. fi. & ibi glo. fin. de legat. 1.

Heredum quilibet tenetur insolidum in indiuiduis, l. fideicommissa, 11. §. fin. de legat. 3.

Heres vnus, qui ministrat, si ex pluribus heredibus vt minister eligitur, ille debet cauere coheredibus, & nihil debet lucrari, l. solent, & ibi gl. desierit, de aliment. vel cibar.

Heres si sit institutus, quis in xj. vnciis, & alius simpliciter, iste partem vacantem habet, sed si sit quis institutus in xij. vnciis, & alius simpliciter etiam sit institutus, in medietate tantùm videtur ille institutus, quæ medietas videtur adempta priori, & vltimo data, sic & in legato, glossa minorem, in l. cùm multæ, 20. C. de donatio. ante nuptias, l. quæsitum, 13. de hered. instit.

Heres ex semisse institutus si quadrantis bonorum possessionem per errorem petiit, vel de iure ciuili quadrantem adiicit, obligatur hereditati ex semisse si erat eius propositi, vt si sciret, adiret illum, secus si non esset eius propositi; quod præsumitur, quando ex aditione semissis fieret eius conditio deterior, l. ex semisse, 74. & ibi gl. fi. de adqui. hered.

Heredes

Heres in re hereditaria coheredi non tantùm dolum, sed & culpam præstare debet, quia cum herede non contrahit, sed incidit in eum, d. l. heredes, §. non tantum.

Heres in re hereditaria non tenetur coheredi præstare eam diligentiam, quam diligens paterfamilias, sed eam tantùm quam præstabat ipse tempore communionis in suis rebus, ibid.

Heres propter suam partem habet caussam gerendi rem hereditariam, ex ea tamen caussa non competit ei heredi actio negotiorum gestorum, si illa res non potuit geri pro parte, alioquin bene, ibid.

Heres culpæ non tenetur coheredibus, si ipse cùm ante alios adiisset hereditatem, seruitutes prædiis hereditariis debitas passus est non vtendo amitti, nisi paucissimi dies superessent ad amittendam seruitutem ipso adeunte, d.l.heredes, §.item culpæ, & ibi gl.non vtendo.

Heredi si pecunia, quam testator domi non habebat, prælegata sit, pro partibus hereditariis illa à coheredibus præstari debet, ac si illam pecuniam testator domi reliquisset, d.l.heredes, §.fi. & ibi gl.fi.

46 Heres, cui pignus datum defuncto est adiudicatum, iudicio familiæ erciscundæ condemnari debet coheredi pro illa parte, quæ ei debetur, pro qua erat pignus ei obligatum, sed non pro parte æstimationis rei, l.si pignori, 29. & ibi gloss. 1.eod.

Heres, qui cedit patri suo, non debet coheredi soluenti, cui pignus defuncto datum adiudicatur, cauere ipsum indemnem futurum aduersùs debitorem, qui pignus obligauit, † d.l.si pignori, & ibi glo.2.

Heres, qui coheredi obtulit pecuniam partis sibi competentis, habet exceptionem, vt pignus non reddat, nisi quod soluerit, restituatur sibi, & etiam habet actionem negotiorum gestorum contra debitorem, cùm ipso gestu gesserit debitoris negotium, ibid.

Heres vnus ex duobus si seruum pignori obligatum fuerit de sua pecunia à coherede, potest partem pecuniæ solutæ recuperare, licèt seruus decesserit, l. si seruus, 31.eodem.

Heres cùm te coheredem crederet, quasi cum herede si diuisit per iudicem, statur diuisioni, nec solutum coheredi putatiuo ex caussa iudicati repetere potest, l.cùm putarem, 36.eod.

Heres credens se habere coheredem, si cum eo quasi cum herede sine iudice diuisit res, reuocatur diuisio, & datur condictio indebiti pro parte dimidia, ibidem.

Heres ex parte institutus si caussam communem suscepit, & obtinuit, poterit coheredi pro sua hereditaria parte agenti obiicere exceptionem doli, si nolit partem sumptuum soluere, etsi non opposuit exceptionem contra coheredem pro recuperanda portione sumptuum, l.ex parte, 39.eod.

Heres ex parte institutus si caussam communem suscepit, ac perdidit, sumptus, quos fecit, non repetit à coheredibus, † gl.& obtinuit, ibid.

Heredibus duobus institutis, quorum vni si prælegauit testator seruum cum peculio, & is seruus viuo testatore manumissus decessit mortuo testatore, ad heredes vtrosque pertinet eius peculium, d.l.ex parte, §.duos filios.

Heredi vni ex pluribus si prælegauit testator debitum, quod ipse heres sibi debebat, coheredes nihil debent ab eo exigere, l.si ita, 42.eodem.

Heredi vni ex pluribus si testator prælegauit, quod sibi aliquis extraneus debet, coheredes tenentur ei, cui prælegatum est, cedere actionem pro sua parte, ibidem.

Heres vnus licèt maior pars heredum dissentiat, potest alios ad diuisionem prouocare, l.arbitrium, 43.& ibi gl.fi.eod.

47 Heredes communi diuidundo agere possunt pro his rebus duntaxat, quæ eis communes sunt ex causa hereditaria, vel aliunde; pro his autem rebus, quæ non sunt hereditariæ, licèt sint ex hereditate, vt res depositæ, debent agere familiæ erciscundæ, l.inter coheredes, 44.eod.

Heres vnus si absente coherede rem hereditariam vendiderit, & in eã re dolum fecerit, quo plus ad eum perueniret, familiæ erciscundæ, vel petitione hereditatis tenetur præstare absenti illud plus, quod ad eum peruenit, d.l.inter coheredes, §.si coheredes.

Heres vnus ex pluribus quod ex suo facto præstat, eò quòd venit contra stipulationem hereditariam, qua defunctus spopondit cum pœna dolum malum affuturum à se, & ab herede suo, illud solutum non recuperat à coheredibus, d.l.inter coheredes, §.quod ex facto.

Heres vnus ex pluribus si contra stipulationem defuncti ratum nõ habuit, quod defunctus promisit, ille solus tenetur, d.l.inter coheredes, §.si quis.

Heres vnus ex duobus damnatis statuam ponere, si eam posuit, contra coheredem habet actionem familiæ erciscundæ, vt sibi pars sumptuum boni viri arbitrio præstetur, d.l.inter, §.fin.

Heres, cuius seruus dolum commisit in communi hereditate, non tenetur familiæ erciscund. iudicio coheredi, vt ex suo proprio commisso, nisi sit domini culpa, qui non idoneum seruum rei communi applicuit, l.si quid, 45.& ibi gl. final.eodem.

Heres, cuius seruus dolum commisit in communi hereditate, licèt coheredi non teneatur iudicio familiæ ercisc. vt ex suo proprio commisso, tenetur tamen vt ex serui delicto, ibid.

Heredes plures vnius hereditatis debent vnum procuratorem constituere, non separatim agere, l.si familiæ, 48.eod.

Heres vnus ex plurib. ante aditam hereditatem pro sepeliendo defuncto si iussu iudicis seruum, cui testamento data erat libertas, vendidit, data cautione dupli, illud duplum, quod præstitit ex illa cautione, recuperare non potest à coheredibus directa familiæ ercisc. sed bene vtili, l.qui erat heres. 49.eod.

48 Heres vnus ex pluribus quod pro sepeliendo defuncto expendit iussu iudicis, recuperat pro hereditaria portione à coheredib. vtili famil.ercisc. sed non directa, nisi expendisset post aditam hereditatem, d.l.49.eod.

Heredi vni quando per iudicem adiudicata est res hereditaria valens quindecim pro parte coheredis, iudex debet illum condemnare in illa quindecim præstanda coheredi, & si posteà huic coheredi adiudicauerit aliam rem valentem x. pro parte alterius heredis, in illa x. debuit eum condemnare, sed hinc inde admissa compensatione, solùm condemnat in quinque superflua illum, qui fuit condemnatus in xv. gl.fi.in l.Mæuius, 52.§.fin.eod.

Heres vnus ex pluribus si vendidit partem suam certæ rei, non venit illa res in iudicium familiæ ercisc. l.ex hereditate, 54.eod.

Heres minor 25. annorum ex parte institutus si post aditam hereditatem in integrum restitutus sit, onus partis eius non cogitur coheres inuitus suscipere, sed creditores mittuntur in possessionem eius partis quasi vacantis causa rei seruandæ, nisi coheres velit suscipere onus etiam illius partis abstinentis, l.si minor, 61.& ibi glo.1.& fi.de adquir.hered.

Heres pro parte consequitur partem prælegati iudicio familiæ erciscun. & si repudiat, consequitur totum legatum à coherede per actionem ex testamento, l.qui filiab.§.fi.cum l.seq.de vulgari.

Heres vnus poterit compellere coheredem iudicio familiæ erciscun. vel si vnus tantùm heres fuerit, compellitur authoritate Pontificali ad faciendas expensas, quas testator iussit in sua voluntate legitima, gl.1.in l.non oportet, 5.C.de his, quib. vt indignis.

inter Heredes æs alienum defuncti pro hereditariis portionibus diuiditur, fallit in septem casibus, l.1 & ibi gl.2.C.de annonis & tributis, lib.10.

Heres qui percipit fructus, aut malè versatus fuit in re communi, tenetur coheredib.§.si familiæ, Inst.de officio iudicis.

Heres, qui corrupit, vel deuastauit, vel maculauit, vel consumpsit rem communem, tenetur alteri coheredi iudicio familiæ erciscun.d.§.si familiæ, & ibi gl. corruperit, & ibi additio.

Reliqua verbo, Diuisio, Familia, 5. vsque 15. Iudicium, 14. Sententia, 13. 14. Coheres.

HEREDIBVS dari tempus ad deliberandum interest defunctorum, vt successores habeant, interest etiam viuentium, ne præcipitentur, quamdiu iustè deliberant, l.qui interrogatur, cum l.seq.de interrog. actio. 49

Heredes instituti dum deliberant adire, datur à iudice curator bonis, l. 3.de curatore furioso.

Heredi petenti tempus ad deliberandum datur à prætore, sed legatario non competit ius deliberandi, cùm tantum lucrum afferat, l.1.& ibi glo.peter, de iure deliber.

Heres intra tempus datum ad deliberandum, si quæ res sunt in hereditate, quæ tractu temporis fient deteriores, adito prætore potest eas sine præiudicio iustis pretiis vendere, potest etiam vendere ea, quæ nimiùm sumptuosa sunt, veluti iumenta aut venalitia, & etiam ea, quæ mora deteriora fiunt, & curare debet, vt æs alienum, quod sub pœna, vel pretiosis pignoribus debetur, soluatur, l.Aristo, 5.eodem.

Heres intra tempus sibi datum ad deliberandum, si vinum, frumentum, oleum, & pecunia sit in hereditate, inde debet sibi ipsi facere impendia, sed si non sint in hereditate, debet exigere à debitoribus hereditariis, quòd si nulli sint debitores, vel sint, sed soluere nolunt, debet res superuacuas hereditatis vendere, l.igitur, 6.eod.

Heres extraneus dum deliberat an adire debeat, vel non, alimenta non debet habere de hereditate, nisi sit pupillus, gl.1.in l.filius, eod.

Heres suus dum deliberat, debet habere alimenta de hereditate, d.l.filius.

Heres ad deliberandum potest petere actione in factum extra ordinem, vel officio iudicis defuncti rationes sibi exhiberi, l.Aristo, 28.cum l. seq. de adquir. heredit.

Heres ad instantiam creditorum potest interrogari, an velit esse heres, vel non, & si petat terminum ad deliberandum, debet sibi moderatè statui per iudicem, l.si curatoris, 9.C.de iure deliberandi.

Heres, qui velt tempus ad deliberandum, quod hodiè non est necessarium volentibus conficere inuentarium, à principe consequitur annum, ab alio iudice nouem menses ad plus, nec sæpiùs conceditur, l.scimus, 22.§.hæc quidem, C. eod.& gl.deliberare, in §.extraneis, Inst.de heredum qualitat.

Heredi datum tempus ad deliberandum vnius anni à principe, & à iudice nouem mensium, semel tantùm debet concedi, potest tamen tempus datum trium mensium pluries dari intra annum, vel nouem menses, non autem ita, quòd annus vel nouem menses excedant, d.§.& hæc quidem, & ibi gloss. non sæpiùs, C.de iure delib.

Heres, qui petiit tempus ad deliberandum, si repudiauerit hereditatem, tenetur restituere creditorib.hereditariis, vel illis, qui ad hereditatem vocantur, de quarum quantitate statur iuramento debentis recipere cum taxatione à iudice statuenda, d.l.scimus, §.pen.

Heres, qui petit tempus ad deliberandum, interim debet habere res hereditarias penes se, d.§.pen.in fi.& ibi add. marg.

Heres petens tempus ad deliberandum eo ipso censetur hodiè tacitè adire, nisi repudiauerit, d.§.pe.& ibi gl.recusauerit, & gl.vti benefic.

Heredi petenti tempus ad deliberandum datur tempus nouem mensium, sed si non petierit, tunc conceditur annus ad deliberandum, gl.fi.in d.l.scimus, §.fin.

Heredi instituto quod statuatur tempus ad deliberandum possunt petere substituti, & creditores hereditarij, & filius, qui sperat mouere inofficiosi querelam, gl.substituto, in l.quamdiu, 69.de adquiren.hered.

Heredi dicenti se repudiaturum, vel abstenturum, statuitur tempus trium mensium ad deliberandum, ibid.

Heredi ad instantiam creditorum statuitur tempus ad deliberandum arbitrio iudicis, ibid.

Heredi statui potest tempus ad deliberandum ad petitionem suam, etiam sine instantia alicuius, ibid.

Reliqua verbo, Tempus, 13. Deliberandum.

HEREDIS instituti voluntas attendenda est in adeundis, vel repudiandis hereditatibus, nisi in pupillis & furiosis, in quib. tutoris, vel curatoris exigitur voluntas, l.2.& ibi gloss.fi.de officio procuratoris Cæsar. 50

Heres institutus vt adire possit, debet scire an purè, vel sub conditione sit institutus, & conditio, sub qua fuit institutus, an extiterit, & etiam debet scire testatorem defunctum, item debet scire conditionem testatoris, licèt non sciat, an, item quòd testamentum valeat, & quòd mortuus sit testatus, vel intestatus, gl. fi.in l.illud, si pars hered.petatur, l.heres institutus, 32. & ibi gl. sub conditione, de adq.here.

abſtineat,heres heredis adeuntis poteſt agnoſcere totam hereditatem,vel recedere à tota propter coheredem illum abſtinentem,niſi creditores eum pro parte abſtinentis noluerint moleſtare,l.ſi is,qui,56.eod.

Heres inſtitutus intra tempus ſibi ſtatutum ad inſtantiam ſubſtituti non adiens videtur repudiare, ſecus ſi eſſet ſibi ſtatutum tempus ad inſtantiam creditorum, quia tunc intra tempus etiam non adiens videtur adire, niſi repudiet, † gl.fin.in l.quamdiu,69.eod.

Heredi inſtituto ſtatuitur tempus ad adeundum ad inſtantiam ſubſtituti,vt poſt illud inſtitutus agens pro hereditate, vel pro aliqua alia actione non audiatur,& quòd poſt illud ſubſtitutus admittatur,gl.ſubſtituto,ibid.

Heres ſuus,vel extraneus inſtitutus, cui tempus ad deliberandum non eſt ſtatutum,perpetuò poteſt adire,niſi repudiaſſet,ibid.

Heres ſciens ex aſſe inſtitutum,ſi partem adierit,in totum dicitur heres,l.ex aſſe,10.& gl.fi.in l.ex ſemiſſe,75.eod.

Heres ſolus ex pluribus partibus inſtitutus non poteſt vnam partem omittere,& aliam habere, etiam ſi ſubſtitutum in aliqua, vel aliquib. dictarum partium habeat,l.2.& l.ſi ſolus,80.eod.& l.vnica,§.his ita,C.de caducis,& gloſſa penultima,in l.cùm in antiquioribus,C.de iur.delib.

Heres inſtitutus ex aſſe, ſiue ſimul, ſiue in pluribus vicib. ſiue ex parte aliqua adeundo etiam modicum videtur adire in totum,in quo eſt inſtitutus, & ſtatim inſolidum eſt heres,gloſ.in eiuſdem,in d.l.ſi ſolus,§.fin.

Heres inſtitutus in parte purè,& in parte ſub conditione,& in diem, nullo dato coherede, vel ſubſtituto in defectum conditionis, ſi adierit in parte pura, in totum dicitur heres, & ita etiam in conditionali, niſi in conditionali parte haberet ſubſtitutum,vel coheredem in defectu conditionis,quia tunc adeundo partem puram,pars conditionalis eſt in pendenti, vt in eo non poſſit fieri heres,d.gl.in eiuſdem.

Heredem aliquem eſſe per ſe, an per alium, multum refert, quoad aditionem, quia quando per ſeruum,vel filium quis eſt heres,opus eſt facto, ſcilicet iuſſu,ſed quando per ſe,ſufficit nuda voluntas,glo.fi.ibid.

Heres,qui repudiat partem hereditatis,in qua fuit inſtitutus,tamen totum prælegatum poteſt conſequi,l.cùm reſponſo, C.de legatis.

56 Heres toties videtur adire etiam ex cauſſa ſubſtitutionis, quoties adquirere ſibi poteſt,vt quia eſt ſibi delata,& quia viuit, ſed ſi mortuus eſt ante aditam hereditatem,ad heredem non transfert eam partem hereditatis, quæ ſibi obuenit ex ſubſtitutione,l.toties,81.de adqui.hered.

Heres vnus ex trib. inſtitutis ſi alteri ſubſtitutus ſit, toties videtur adire etiam, ex cauſa ſubſtitutionis, quoties adquirere ſibi poteſt, ſed ſi mortuus ſit ante aditam hereditatem,ad eius heredem,non transfert partem eius,cui ſubſtitutus eſt iure ſubſtitutionis,ſed bonum iure adcreſcendi,glo.fi.ibid.

Heres inſtitutus ventre præterito, non poteſt aliter ex teſtamento hereditatem adquirere,quàm ſi ſciat mulierem non eſſe prægnantem,l.ventre, 84.eodem.

Heres ſi propter vim adierit hereditatem, habet beneficium abſtinendi per edictum,quod metus cauſſa,l.ſi metus,85.& ibi gl. 1.eod.

Heres impeditus adire propter iuſtam abſentiam, ſi deceſſerit interim, ius petendi reſtitutionem ad adeundum ſuo heredi relinquit,l.Pannonius, 86.eod.

Heres certus de innocentia defuncti poteſt adire, etiam pendente accuſatione criminis læſæ maieſtatis contra defunctum intentata,d.l.Pannonius,§.1.

Heres dicitur adire qualitercunque animum ſuum declarauerit, l.gerit, 88. & ibi glo.fin.eod.

Heres ſcriptus in primo,& ſecundo teſtamento,ſi ex ſecundo teſtamento inutili,& inualido per iuris errorem adierit, non videtur ex primo teſtamento repudiare,& ideò adhuc poterit adire ex primo vtili,& valido, † l.Clodius, 97. & ibi gl.1.pen.& fin.eod.

Heres,qui poſt abſentiam coheredum ſe implicauit, ac immiſcuit vniuerſæ hereditati, tenetur vniuerſis oneribus, ac integræ actiones dantur ita ad eundem,denegantúrque dari in eos,qui abſtinuerant,l.pen.& fi.eod.

Heres non cogitur adire per legatarium, vel per eum, cui ſingulæ res per fideicommiſſum relictæ ſunt, ſed bene per eum, cui tota hereditas per fideicommiſſum relicta eſt,l.ſi quis,omiſſa,27.& ibi gl.fi.ſi quis, omiſſa cauſa teſta.

Heres deliberans,eò quòd res tantùm vrgentes diſtraxerit,non dicitur adire,gl.1.in l.heres,ad Syllanianum.

Heres adeundo dicitur quaſi contrahere cum legatariis, ex quo quaſi contractu cauſſatur obligatio legatorum contra heredem,l.nemo poteſt, 55.de leg.1.

57 Heres coactus adire,nullum commodum ſentit,quod habiturus non eſſet,ſi non adiiſſet,l.ſi patroni,55.§.qui fideicommiſſariam,ad Trebellian.

Herede ſcripto repudiante ſuccedunt proximiores in gradu cum onere fideicommiſſi ab inteſtato repetiti,l.2.§.fi.de ſuis, & legitimis.

Heres ignorans ex qua parte ſit heres,poteſt adire,& poſſidere,& vſucapere,quia de facili poteſt fieri certus per teſtamentum, & perinde eſt, ac ſi eſſet certus, gl.fin.in l.locus, 26.de adq.poſſ.

Heres ſi non poteſt quis eſſe,niſi de iure prætorio, per actum extraiudiciarium non videtur hereditatem agnoſcere,l.1.C.de iure deli.

Heres inſtitutus ſi repudiat ex teſtamento, facit locum ſubſtituto, non poteſt ſuccedere ab inteſtato per bonorum poſſeſſionem vnde legitimi, ſi tamen aliquid debebatur à defuncto, illud totum à ſubſtituto petere poteſt, l. 3. C.de impub.

Heres ſoluendo ſimpliciter debita defuncti,intelligitur hereditatem adire, l.2. C.de iure deliber.

Heres inſtitutus in aliqua parte hereditatis, ſi de illa parte diſpoſuit in teſtamento poſteà per eum facto, illa diſpoſitio habetur pro aditione hereditatis, l.ſi auia,C.eodem.

Heredi licitum eſt vno iure hereditatem repudiare, & alio amplecti,glo.fi.in l. puberem,12.C.eod.

Heres per aditionem hereditatis adquirit dominium rerum hereditarium, etiam ſi poſſeſſionem non apprehendat, & eas vendicare poteſt aduersùs poſſidentes,l.ſi ſorori,14.C.eod.

Heres ſi non petendo tempus deliberandi, neque conficiendo inuentarium, ſe immiſcuit rebus hereditariis,ex tunc neque repudiare, neque onus æris alieni recuſare poteſt,l.ſcimus, 22.C.eod.

Heres certus de viribus hereditatis poteſt eam adire, vel repudiare pro libito voluntatis, abſque alia ſolemnitate, prout magis ſibi expedire videbitur, ibidem.

Heres ſicut hereditatem antequàm adiret,ſi repudiauerit, non poteſt poſt repudiationem adquirere, ita nec poſt aditam repudiare, l. 4. C. de repud. hered.

Heres poſt repudiatam hereditatem maternam poteſt eam adire intra annum, gloſſ.1.in l.fin.C.eod.

Heres inſtitutus habens ſubſtitutum vulgarem, poteſt repudiare ex præſumpta 5
voluntate teſtatoris,non tamen poterit repudiare, vt noceat fideicommiſſario,glo.2.in l.4.C.ad Trebel.

Heres,poſtquàm repudiauit, non poteſt pœnitere de eo, quod repudiauerit, & adire,& quartam retinere,glo.fi.ibid.

Heres vnuſquiſque à morte teſtatoris, & ante apertas tabulas poteſt adire hereditatem purè relictam, niſi aliud impediat, ſimiliſque modo legata vel fideicommiſſa purè vel in diem certam à die mortis cedere ſtatutum eſt, l.vnica, §.1.& ibi gl.hereditatem, C.de caducis tollend.

Heres inſtitutus in teſtamento militis ſuam partem poterit agnoſcere, coheredis verò partem deficientem reſpuere,& ſpeciale eſt in militis teſtamento,gl. abſurdum,in d.l.vnica, §.his ita.

Heres ſi ſponte & ſine fraude repudiauit, omnia, quæ in teſtamento erant relicta,& libertates euaneſcunt,l.ſi heredes,C.de teſtam.manumiſſione.

Heres ſi repudiauerit, quia non ſit ſoluendo, poteſt ſeruus libertate donatus, cauſa libertatis conſequendæ,vel quilibet extraneus,adire præſtando ſatiſdationem de ſoluendo creditoribus, & de dando libertates, quas teſtator dari voluit,l.ſi hereditas,& l.fin. C.eodem.

Herede repudiante hereditatem, ſi res hereditariæ ſint diſtractæ, & venditæ à creditoribus, poſt illam venditionem ſeruus libertate donatus, vel alius extraneus adire hereditatem,& bona ab emptoribus auocare poteſt intra annale tempus,à tempore venditionis celebratæ, præſtita ſatiſdatione de ſatisfaciendo creditoribus hereditariis,& libertatib.d.l.fi.

Herede repudiante hereditatem,quia non ſit ſoluendo, poteſt quis adire eam,ſi ſatiſdederit de præſtandis libertatibus, & de ſoluendo creditoribus non inſolidum, ſed in partem, ſi creditores conſentiant, & ſint de illa parte contenti, nolentibus autem creditoribus talem pactionem admitti, non poteſt adire, ibidem.

Herede repudiante hereditatem quia ſoluendo non ſit,admittitur ad eam quis, etiam ſi libertates omnes adimplere pollicitus non ſit,ſed tamen eas,quas teſtator relinquit, & ſi res hereditariæ ſufficiunt ad ſoluendum creditoribus, bene faciet,ſi omnes manumittat, ſi verò non ſufficiant, melius eſt, vt pauci ſaltem perueniant ad libertatem, d.l.fi.§.ſin verò.

Herede repudiante hereditatem,quia non erat ſoluendo, ſi plures vno momen- 5
to vterque, vel ampliores voluerint hereditatem, omnibus datur licentia communiter hereditatem adire,priùs ſatiſdatione ab omnibus præſtanda, vt creditorib.& libertatib.ſatisfaciant,d.l.fi.§.ſin autem,de teſt.

Herede repudiante hereditatem quia non erat ſoluendo ſi plures per interualla temporum venerint,vt admitterentur ad hereditatem,qui primus venit, habet prærogatiuam,ſi ſatiſdationem de ſatisfaciendo creditoribus & libertatibus præſtare poſſit,quòd ſi non poſſit, alij gradatim ſecundùm tempora petitionis admittuntur,& hoc intra annale tempus obſeruari debet,ibid.

Herede repudiante hereditatem non ſoluendo,ille,qui ſatiſdat de ſatisfaciendo omnibus creditoribus & libertatibus præfertur ad aditionem hereditatis ei, qui promiſit quoſdam tantùm ſeruos manumittere,ibid.

Herede repudiante hereditatem non ſoluendo, ſeruus non ſolùm libertate donatus,ſed etiam is, cui nulla libertas relicta eſt, poteſt adire cum ſatiſdatione omnibus creditoribus,& libertatibus,d.l.fi.§.ſin autem,eod.

Heres repudians hereditatem fauore fiſci non ſolùm priuatur hereditate, ſed etiam omnibus bonis quocunque titulo deuolutis per defunctum, l. qui vtilia,C.de omni agro deſerto,lib.11.

Heres dicitur adire hereditatem gerendo ſe pro herede in aliquo actu, vel nuda voluntate,vel re,vel verbis declarata, & ita etiam poteſt repudiare, dummodò ſciat hereditatem ſibi delatam,quamuis ſit metus,§.fin.Inſtit. de heredum qualitat.

Heres dicitur adire gerendo aliquid pro herede, niſi proteſtetur ſe, vt heredem non facere,quæ proteſtatio non eſt neceſſaria,vbi facit actum pium,qui dilationem non recipit,nec releuat proteſtatio,vbi facit actum contrarium,gloſſ. 2.& ibi add.ibid.

Heredi adeunti non præiudicat aditio, niſi ſciat eum,in cuius bonis gerit, pro 6
herede teſtatum, vel inteſtatum deceſſiſſe, & ſe ei heredem eſſe, non tamen requiritur in eo ſcientia cauſata ex actu corporeo, ſed ſatis eſt vehemens opinio ipſius heredis,glo.obiiſſe,& ibi add.ibid.

Heres vt adeat,neceſſe eſt quod ſit liber,& ſui iuris,aliàs non poterit adire, niſi iuſſu patris,vel domini,gl.heredem, ibid.

Heres vt adeat, neceſſe eſt, quòd compos ſit mentis, & maior xiiij. anno. aliàs adire non poteſt,ibid.

Heres vt adeat hereditatem,oportet,quòd ſciat,mortuum eſſe teſtatorem, aliàs non poterit adire,item debet eſſe certus de conditione teſtatoris, ibi. & l.qui hereditatem,19.de adq.hered.

Heres adeundo hereditatem quaſi contrahere videtur, & inde oritur actio ex teſtamento,& hypothecaria,quæ competunt legatariis,glo.intelligitur, in §. heres quoque,Inſtit.de obliga.quæ ex quaſi contractu.

Heres ſcriptus quamdiu non repudiat hereditatem ſuccedentes ab inteſtato non admittuntur,l.antequàm,8.C.communia de ſucceſſio.

Heres adeundo hereditatem damnoſam tenetur creditoribus hereditariis, & hodiè etiam legatariis inſolidum,& ſic vltra vires hereditatis, niſi fecerit inuentarium,quo caſu ſolùm tenetur vſque ad vires hereditatis, & non vltrà, l. quæ dotis,33.& ibi glo.cæteris,ſoluto matrim.l.more,8.& ibi glo. ſoluendo, de adqui.hered.

Reliqua verbo, Aditio, Filius, 159. vſque 168. Recuſare, Repudians, Repudiare, Repudiatio,Repudiatam,Legatarius, 7.

Heredes mandatoris, vel fideiussoris non tenentur insolidum, sed tantùm pro hereditaria parte, l.Lucius Titius, 24.de fideiussorib.

Heres, qui ex hereditate vendita non deducit illud, quod sibi à defuncto debebatur, potest condicere, l.si is, qui hereditatem, de condictione indebiti.

Reliqua verbo, Creditor, 68. vsque 71. Debitor, 7.95.

66. Heres extraneus si mandato creditorum hereditariorum adierit, etiam mandati habet actionem contra eos, l.& suum heredem, de Pactis.

Heres extraneus si mandato vnius creditoris, & dolo ipsius adierit, cum eo poterit agere de dolo, & mandati, gl.mandati, ibid.

Heres si mandato vnius creditoris adiuit hereditatem suspectam, contra eum habet doli exceptionem, si solus sit creditor hereditarius, gl.fi.ibid.

Heres si ante aditam hereditatem paciscatur cum creditoribus, vt minus soluatur, validum est pactum, l.iuris gentium, §.si ante aditam, de pactis.

Heres si sit scriptus seruus sub conditione, & paciscatur cum creditoribus hereditariis priùs, quàm libertatem & hereditatem adipiscatur, non valet pactum, ibid.

Heres seruus scriptus purè, si paciscatur cum creditoribus hereditariis, antequàm hereditatem & libertatem paciscatur, valet pactum, gl.fi.ibid.

Heredes suus, & seruus necessarius purè scripti paciscentes priùs, quàm se immisceant, rectè paciscuntur, d.l.& suum heredem, eod.

Heres filiusfamilias vel seruus necessarius ex pacto, vel contractu inito cum creditoribus ante emancipationem, vel libertatem adquirit directam actionem hereditati, si ita pactus sit, secus, si paciscatur vt sibi adquiretur, quia tunc non directa, sed vtilis adquiritur sibi, gl.respuenda, ibid.

Heredis vnius adiectio in pacto obligatorio nihil operatur, & reiecto illo herede omnes heredes tenentur pro rata, sed in pacto liberatorio adiectio vnius heredum valet, & sibi soli prodest pactum de non petendo, gloss. final. in l. aures, eod.

Heredes tres æqualiter instituti si diuiserunt hereditatem, & transacti sunt, quòd amodò non agerent, posteà si duo ex trib. inuenerunt, quòd tertius subtraxerat aurum de hereditate, possunt agere contra tertium pro suis portionib. & si tertius opponat exceptionem transactionis, illi duo replicabunt de dolo, l. tres fratres, eod.

Heres putans se grauatum facere debitori pactum de non petendo, si illud fecit ei, talis debitor non liberatur, imò potest conueniri ab herede, & si ipse obijciat exceptionem pacti, heres replicabit de erronea causa; secus tamen fuisset, quando causa liberationis non esset erronea, l.si cùm te, & ibi gl. 1.eod.

Heres pactum vestitum mandati, vel stipulatione, quod defunctus fecit, tenetur præstare, l.epistola, & ibi gl.præstare, eod.

Heres pupilli abstinentis paterna hereditate non tenetur respondere creditoribus hereditariis patris pupilli, l.si pupillus, 42.de adquirend. heredit.

Heredes credentes hereditatem non esse soluendo, si pacti sint cum creditoribus hereditariis de certa tantùm parte debiti præstanda, & sic adierunt, libertates directæ in testamento relictæ valent, & tenentur eas præstare, nisi fuissent in fraudem creditorum relictæ, l. primo gradu, 21.de curatore bonis dand.

Heredis vnius ex pluribus adiectio in pacto, vel conuentione obligatoria nihil operatur, & nihil valet, imò reiecta nominatione illius personæ, omnes heredes pro hereditariis portionibus tenentur, secus tamen est in conuentione liberatoria, & sic in pacto de non petendo, quo casu adiectio vnius heredis valet, & illi soli prodest, † gl.inutile, in l.eum, qui ita, 56.§.1.de verb.oblig.

Reliqua verbo, Creditor, 101.102.103. Possessor, 24. vsque 28. Debitor, 80. 81. & infrà, num.67. 68.69.

67 Heres quis sit, quando est incertum, vt quia an succedi debeat ex testamento, vel ab in testato, tunc creditores possunt conuenire possessorem bonorum hereditariorum, l.controuersia, de transactio.

Heres scriptus, & legitimus pro hereditariis partib. possunt conueniri à creditorib. hereditariis, quando diuisio hereditatis est facta inter eos mediante transactione, ibid.

Heres scriptus in totum conueniri debet semper à creditoribus hereditariis, quando erat contentio inter legitimum & scriptum, eò quòd dicebatur irritandum testamentum, & occasione talis controuersiæ sit facta transactio dando legitimo certam rem, vel quotam hereditatis, glo. fin. in d.l.controuersia, eod.

Heres scriptus debet conueniri semper à creditoribus hereditariis, quando contentio inter heredem legitimum, & scriptum, eò quòd dicebatur irritum & nullum testamentum, est sopita transactione, dando legitimo certam rem, & non quotam hereditatis, quia si quota fuisset data, tunc tam scriptus, quàm legitimus pro hereditariis partib. conueniri debent à creditorib, ibid.

contra Heredem scriptum si opponatur à legitimo de nullitate testamenti, & sit controuersia sopita transactione dando legitimo totam hereditatem, remanendo penes scriptum certam rem, tunc creditores, & legatarij, si ab intestato legata sint repetita, debent conuenire legitimum in totum, ad quem tota hereditas peruenit, sed si legata non sint repetita ab intestato, legatarij debent conuenire scriptum herede, ibid.

contra Heredem scriptum si opponatur, quòd sit incapax, vel indignus, & ipse cum eo, qui vult auferre sibi hereditatem vt ab indigno, si transegit dando ei certam rem, vel quotam hereditatis, creditores & etiam legatarij in totum debent scriptum heredem conuenire, † d.gl.fi.ad fi.

Heres verus conuentus à creditorib. hereditariis, quib. solutum est à possessore hereditatis, excipere potest de dolo contra creditores, l. si quid, 31. de petitione hered.

Heres actoris non quasi heres, sub suo nomine actione ad exhibendum vti potest, l.de eo, 12.§.fi.ad exhibend.

68 Heres rei, idest, possessoris suo nomine tenetur actione ad exhibendum, ibidem.

Heres in realibus iudiciis nec agit, nec conuenitur vt heres, sed suo nomine, ibidem.

Heres si alicui creditori suo rem hereditariam obligauit, & alius eam possidebat, si eam petitione hereditatis petiit à possessore, & succubuit, eius sententia creditori agenti Seruiana non obstat, l.3.de pignorib.

Heres non potest conueniri priùs, quàm poterat defunctus, l.Publius, 36. §.fi.de conditio.& demonstr.

Heres olim, & hodiè insolidum conuenitur à creditoribus hereditariis, nisi fecerit inuentarium, gl.sufficiunt, in l.1.§. pe.si cui plus quàm per legem Falcid.

Heres scriptus filio de bonorum possessione contra tab.deliberante, potest conueniri à creditoribus hereditariis vsque ad litis contestationem, si actio peritura sit tempore, l.cùm hereditas, 49.& ibi gl.fi.ad Trebell.

Heres rogatus ante restitutionem fideicommissi solus ipse debet conueniri à creditoribus hereditariis, sed post restitutionem debet conueniri fideicommissarius, & non heres, nisi fideicommissarius esset absens, & actio tempore erat peritura, † gl. 1.ibid.

Heres à tempore mortis vsque ad nouem dies non potest in ius vocari, gl. fin.in l.si ex re, 28. §. fin. de stipulat. seruor,

Heres actione vi bonorum raptorum conueniri non potest, rectè tamen potest conditione furtiua in eo, quod ad eum peruenit, gl.fin.in l.vnica.C.ex delicto defunctorum.

Heres adeundo hereditatem tenetur creditoribus hereditariis vltra vires hereditarias, legatariis autem non tenetur vltra vires hereditatis, l.in testamento, 12.& ibi gl.pen.C.de testamen.militis, & gl.2.& ibi add.marg.in l.si te bonis, 10.C.de iure deliberandi.

Heres expulsus, atque spoliatus non est propterea à creditoribus hereditariis liberatus, quia violentia tertij non excusat debitorem, d.gl. si te bonis, 10. C. eodem.

Heres priùs debet soluere æs alienum, quàm legata, l.scimus, 22.§.& si præfatam, & ibi gl.accommodare, C. eod.

Heredes à creditoribus hereditariis sunt conueniendi, si hereditas sit soluendo, sed si non sit soluendo, legatarij, quibus est solutum legatum, sunt conueniendi, ibid.

Heres si vendiderit rem hereditariam, cuius pretio satisfecit creditori, alius creditor anterior habens eandem rem hypothecatam, non poterit agere hypothecaria contra emptorem, quamuis apud eum extet res, sed debet agere conditione ex lege contra creditorem, cui solutum est pretium eius, gl. per conditionem, ibid.

Heres extraneus si surripiat aliquid de hereditate, non perdit facultatem repudiandi, neque cogitur esse heres; at suus heres amittit per surreptionem facultatem abstinendi, & cogitur esse heres, & obligatur creditoribus hereditariis, gloss.3.in l.1.C.de repudian.heredit.

Heres rogatus restituere hereditatem potest conueniri actione ex testamento à fideicommissario vniuersali ad rem singularem sibi restituendam, † glo. earum, in l. restituta, 37.ad Trebel.

Heres institutus non potest conueniri ex testamento de restituenda hereditate, nisi probetur, quòd sit grauatus à defuncto, potest tamen conueniri ex mandato, quod suscepisse probatur, l. quidam, cùm filiumfamilias, 46. de heredib. instit.

Heres, qui soluit creditoribus post restitutam hereditatem fideicommissario, pro dodrante à fideicommissario repetet, l. 1.C.ad Trebellianum.

ab Herede quandoque pleniùs agi potest, quàm à defuncto potuit agi, gl.fi. in l. pater, 23.de pactis, dotalib.

Heres regulariter agere non potest, si testator non potuit, fallit tamen quandoque vt agere possit, quamuis testator non possit, l.reperitur, 84.ad leg.Falcid.

Heres ex parte dimidia cùm absentem coheredem defendere vellet, vt satisdationis onus euitare posset, si interrogatus in iure respondet se solum heredem esse, & condemnatus sit, si ipse soluendo non sit, tum actor rescisso priore iudicio in eum, qui reuerà heres erat, potest agere, l. qui in parte, 19. de interrog.actio.

Reliqua verbo, Creditor, 101.102. 103. Legatarius, 4. 5. 6. Possessor, 24. Separatio infrà, num.98.

Heres sequitur forum defuncti, nec potest propium priuilegium allegare, l. heres absens, 19.de iudiciis.

Heres absens extra territorium ius dicentis existens debet conueniri, atque defendi vbi defunctus debuit, & nullo priuilegio suo indulto per principem excusatur, d.l.heres, & ibi gl.excusatur.

Heres excusari potest conueniri ibi, vbi defunctus debuit, si habet priuilegium à lege, vt quia est legatus, qui interim excusatur, secus si haberet à principe, d. gl.excusatur.

Heres vnus ex duobus actionem in iudicio deductam à defuncto poterit prosequi etiam inuito coherede, si res est diuidua, secus si sit indiuidua, l.si petitor, 31.& ibi gl.1.& add.eod.

Heres quamuis domicilium alibi habeat, iudicium tamen, quod Romæ defunctus suscepit per litis contestationem, ipse etiam tenetur suscipere ibi, etiam si ibi non inueniatur, quia in eius locum succedit, l. si is, qui, 34. & ibi gl. 1. eodem.

Heres vbi inuenitur conueniri debet, quando iudicium per litis contestationem non est susceptum à defuncto, gl.1.ibi.

Heres non cogitur respondere creditoribus hereditariis, nisi vbi est maior pars hereditatis, l.si fideicommissum, 50.eod.

Heres conueniri potest vbi proprium domicilium habet, præstare tamen rem cogitur tantùm in loco, vbi est res, vel vbi voluit testator, † d. l. si fideicommissum, §.pen.& ibi gl.domicilium.

Heres si soluere fideicommissum incœpit, vbi domicilium non habet, vel vbi non est maior pars hereditatis, non potest vti fori priuilegio, vel ratione domicilij, vel maioris partis hereditatis, d.l.si fideicommissum, §.fi. cum l.seq.

Heres si consenserit, vt alibi solueret fideicommissum, vel legatum, quàm vbi domicilium habet, vel vbi maior pars bonorum est, si posteà pœniteat, non est audiendus, necesse enim est, vt soluat, vbi consensit, l. quamuis, 51. eodem.

Heres si iudicium fideicommissi spontè suscepit alibi, quàm vbi domicilium habebat, vel maior pars hereditatis est, posteà etiam si pœniteat non potest exceptionem fori opponere, l.sed & si suscepit, 52.eod.

Heres ibi debet conueniri à legatario, vbi ex genere comparationis apparet testatorem

Reliqua verbo, Confer., 5. Testator, 8.

Reliqua verbo, Defunctus, Mala fides, 1. eodem, 2. Dolus, 20.21.

omni commodo hereditario,& ad illud admittitur ſubſtitutus non ex vi ſubſtitutionis, ſed beneficio legis,† gl.ad ſubſtitutum,& ibi add.marg.ibi in d. §. & hæc quidem.

Heres iuſſus facere opus reipub.ſi paratus ſit pecuniam dare reipub. vt ipſa faceret,non auditur,quia per ipſum fieri id opus teſtator voluit,l. fideicommiſſa, 11.§ ſi.de legat. 3.

Heres debet ſeruare iuramentum defuncti, quia tale iuramentum probationem facit,l.cùm quis decedens,37.§.codicillis,& ibi gl.ſi.de legat.3.auth. quod tuetur,C.de probat.

Heres pro illa parte,pro qua non eſt heres,non tenetur ſtare diſpoſitis per teſtatorem,l.ſi ita quis promiſerit,135.§.ea lege,de verb.obligat.

Heres per ignorantiam veniens contra contractum celebratum à defuncto incidit in pœnam appoſitam in contractu,reſtituitur tamen ex clauſula generali,ſi qua mihi iuſſa etiam,l.cùm filiofamilias,50.§.pe.& ibi glo.& ignoret , de legat. 3.

Heres iuſſus à teſtore ſub priuatione hereditatis aliquid legib. interdictum, vel probrotum,vel impoſſibile,id facere impune non parebitur , ſecus vero ſi aliquod honeſtum facere iuſſus ſit,l.1.C.de his,quæ pœnæ nomine.

Heredes compelli debent obedire iuſtis diſpoſitionibus teſtatorum, l. fin. C. de his conmend.

Heredes non ſeruantes diſpoſitiones teſtatorum perdunt lucrum hereditatis, d. l. fin. ſi.

Heres negligens adimplere iudicium defuncti intra annum à die monitionis ... vnica monitio,ad hoc vt priuetur hereditate, ſed ſi non ſit negligens per contractum in adimplendo iudicio defuncti in relictis ad pias cauſas,tunc requiritur trina monitio gl.3 & ibi ... arg. in auth. hoc amplius, C eod.

Heres debitum naturale,hoc eſt,legitimam non amittit ex eo, quòd non obedit defuncto, quia hoc eſt quaſi debitum , ſed alia cenſentur lucra , & ideò illa amittit,gl.naturale ibid.

Heredes teſtatoris ... differre ſatis impium , atque abſurdum eſt, maxime cum ad libertatem ... leg. ancillam , 15. C. de fideicommiſſ. libert.

Heres adeundo hereditatem confirmat ſuo conſenſu voluntatem defuncti,l.ſi ab eo,7.C.de liberali cauſa.

Reliqua verb. Voluntas 5.7 ... 10.Teſtator,6.7.Vltima, Legatarius, 26 36.

77 HEREDEM ſe putare,vel alio modo bonorum poſſeſſorem , aut ſucceſſorem ſe putare idem eſt,& diſpoſitum in vno,habet locum in alio, l. item veniunt, 20. §.ſi de petit.hered.

Heres ſcriptus per errorem iuris putans teſtamentum rite factum , cùm inutile eſſet,ſi poſſideat hereditatem, non dicitur malæ fidei poſſeſſor , vnde fructus adquirit,ſed non efficaciter cum ... tenetur per petitionem hereditatis id, in quo factus eſt locupletior,† gl.& non puto,in l. ſed & ſi lege , 25. §.ſcire, eod.

Heres vnus ex duob.inſtitutis putans in totum eſſe inſtitutum , cùm tantùm in ſemiſſe fuiſſet , ſi ſine dolo malo medietatem hereditatis conſumpſit in res non vtiles,neque neceſſarias,cenſetur conſumpſiſſe,atque expendiſſe de parte vtriuſque,& de reſiduo reſtituet medietatem coheredi , & aliam medietatem retinebit,d.l.ſed & ſi,§.adeò autem.

Heredem ſe putans, cum non eſſet, ſi poſſideat hereditatem , & eam conſumat, non tenetur reſtituere,ibid.

Heres putatiuus conuentus petitione hereditatis non cogitur præſtare vſuras de pecunia depoſita,quam non attigit,niſi ſit in mora reddendi,l. ſi nauis, 62. & ibi gl.non cogitur,de rei vendicatione.

Heres ab inteſtato legitimus ſi aliquid impendit neceſſariò,vel vtiliter in hereditate,illud omne tenetur verus heres ſcriptus in teſtamento reſtituere ei , l. heres furioſi,51.de petitione hereditatis.

Heres ſe heredem,vel bonorum poſſeſſorem falsò exiſtimans ſi ſoluerit creditori hereditario nomine proprio,non liberat verum heredem,& ſolutum repetere poteſt,ſecus ſi ſoluerit nomine hereditario,l.ſi pœnæ, 19.§. 1. & ibi gl. de condictione indebiti.

Heres inſtitutus in tertia parte putans ſe inſtitutum in dimidia,ſi cauit, vel promiſit creditori hereditario , pro dimidia ... cautionis vel promiſſionis,condicere poteſt,l.is,qui,31.eod.

Heres putatiuus ſoluens pro debito defuncti , non autem pro ſua tranſactione poteſt repetere quod ſoluit,gl.ſi.in l.nec intentio,23.C. de tranſactio.

Heres putatiuus ſi ſoluerit ex cauſa tranſactionis,non poterit à creditoribus, vel veris heredibus repetere,quod ſoluit ob ſuam tranſactionem , quia non ſunt liberati per eius tranſactionem,ibid.

Heres putatiuus ſoluens non ex obligatione , qua tenebantur veri heredes , ſed tantum ex ſua obligatione vel tranſactione, non poteſt repetere , ſecus ſi ſoluit ex obligatione,qua tenentur veri heredes,quia tunc repetit,ibi.

Heres ſi tardius adiuit hereditatem ob hoc , vt tardius vſusfructus legatus perueniret ad legatarium , tenetur ei ad damnum , l. ſi vſusfructus , 35. de vſufructu.

Heres ſi moram non fecit in adeundo hereditatem , ſed ante aditam hereditatem fructus immaturos percepit,tenetur fructuario ex dolo,vel ex teſtamento,gl.præſtabitur,ibid.

Heres, à quo detracto vſufructu proprietas legata eſt , ſi prius , quam ex teſtamento ageretur,deceſſerit,heres eius plenam proprietatem tenetur præſtare legatario,l.qui vſumfructum, 36. §.1. eod.

Heres , cuius eſt proprietas domus , non cogitur fructuario reficere domum, quam teſtator vetuſtate corruptam reliquit,niſi teſtator expreſſerit,l.ſed cùm fructuarius, 6 & ibi gl 2.eod.

Heres poteſt ... in ædes,in quib.teſtator reliquit vſumfructum,dum tamen ... habitantibus relinquat,gl. inquilino,in l.ſi merces, 25. §. ſi, ... locat.

Reliqua verbo, Mora 1.Soluen ... 107.

78 HERES vnus ex pluribus heredibus promiſſoris in genere abſolutus per ſententiam liberatur à parte ſua , l. 2. §. ſi tamen , de verborum obligation.

Heres vnus ex pluribus heredibus promiſſoris in facto indiuiduo ſi contrauenniat impediendo ſtipulatorem , ne vadat , committitur ſtipulatio contra omnes heredes,non ſolùm contra impedientem, ſed etiam contra alios , qui non impedierunt,d.l.2.§.ſi.

Herede vno ex pluribus heredibus ſtipulatoris prohibito , ille ſolus agit ad intereſſe,& ad pœnam cum effectu,ibi.

Heres vnus ex pluribus heredibus promiſſoris in obligatione indiuidua ſi contrà faciat,committitur pœna contra omnes coheredes pro portione hereditaria,& non inſolidum,l.4.§ Cato,eod.

ab Herede vno ex pluribus heredibus promiſſoris quod ſit in factis indiuiduis, fingitur factum ab omnibus,ibid.

Heres vnus ex pluribus heredibus promiſſoris quamuis ſoluat partem ſibi tangentem de ſorte promiſſa à defuncto ſub pœna , incidit nihilominus in pœnam propter moram aliorum coheredum non ſoluentium,l.5.§ ſi eod.

Heres vnus ex pluribus heredibus promiſſoris ſub pœna ſi nolit conſentire coheredibus volentibus ſoluere, cogitur conſentire per iudicem, vel ſtatur maiori parti,gl.prodeſt,in l.in executione,85.§.pen.eod.

Heredis vnius expreſſio non impedit ſtipulationem committi contra omnes heredes ex contrà factione heredis nominati,ſed non,committatur ſtipulatio ex contrà factione aliorum heredum non nominatorum, l. Iulianus , 131. de verb. oblig.

Heredi vni ex pluribus rectè poteſt teſtator prælegando prouidere , & ſic per actum vltimæ voluntatis,ſed ſtipulando,& ſic per actum inter viuos non poteſt,gl.adquiri,in addit.marg.in l.continuus,137.§. ſi. eod.

Heres vnus fideiuſſoris ſi per errorem inſolidum ſoluerit , habet condictionem indebiti,vel ſine cauſa contra ſuum coheredem pro dimidia,quia ille coheres manet obligatus creditori,etiam ceſſante conditione,l.ſi teſtamento,49. §.1 de fideiuſſorib.

inter heredes lex 12 tab.ipſo iure diuidit obligationem, & ideò quatenus alter ipſorum ſoluit vltra portionem hereditariam quocunque errore, repetit, ſed epiſtola diui Adriani non diuidit obligationem inter fideiuſſoris heredes , & ideò ſolutum,antequàm fiat diuiſio per iudicem,quocunque errore repetitur, d.l.ſi teſtamento,§.quòd ſi duo,& ibi gl.iure,& gl.in vtroque.

Heres ex parte inſtitutus ſi tota decem,quæ defunctus promiſerat, ſoluerit ſuo nomine,quaſi ſolidam ipſe deberet,pro ea parte, qua heres eſt, liberatur, pro reliqua autem parte repetet à creditore illud plus, quod ſoluit ei , niſi portio coheredis ſibi adcreuerit , quia tunc ei repetenti in debitum obſtat doli mali exceptione,l.ex parte 2, de ſolutio.

Heredis vnius geſtio mala non onerat coheredes , licèt pater illius heredis decurionatui conſenſerit,dum viueret,l. & ſi filium de muneribus.

Heres vnus ex heredibus deponentis ſi recipit ſolummodò portionem ſibi contingentem,reſidui periculum ad cæteros pertinet,l.ſi.C.depoſiti.

Heres vnus,qui ſuam partem accipit in maſſa , vel in ſpecie, vel in pecunia, non eſt obnoxius aliis coheredibus, qui agere pro ſuis partibus ex negligentia ſuperſederunt,ibid.

Heres vnus accipiens ſuam partem ſibi contingentem ex pecunia, vel ſpecie diuiſibili depoſita à defuncto, bene accipit , & non debet attingere alias partes pertinentes ad coheredes ibid.

Reliqua verbo, Coheres , Factum , 4. 9 10. Solutio, 7. 8. 9. Vnus , ... num. 70.

HERES ſcriptus ſciens ſibi debere auferri hereditatem,eò quòd non vindicauerit necem defuncti, exigere poteſt nihilominus à debitoribus hereditariis, gl.ſed & culpa,in l.ſed & ſi lege,§.quod ait,de petit.hered.

Heres dignus coheredi indigno,eò quòd non vindicauerit necem defuncti, non poteſt de hoc opponere,nec impedire iudicium diuiſorium motum,l.his conſequentèr,§.1.familias erciſ.

Heres indignus , eò quòd interfecerit teſtatorem , vel ab alio interfectum non vindicauit,non amittit ipſo iure portionem hereditatis ſibi relictam,& interim eſt heres , ſed per ſententiam applicatur fiſco , & ideò ante ſententiam à coheredibus non poteſt repelli iudicio diuiſorio , d. §. 1. & ibi gloſſ. non pertinere.

Herede inſtituto non vlciſcente mortem defuncti,nec adeunte eius hereditatem etiamſi ſubſtitutus vltus ſit necem teſtatoris, hereditas vt caduca transfertur ad fiſcum , & non ad ſubſtitutum , † gl.non eſſe , in l. ſi ſequens , ad Syllanian.

Heredes ex parte inſtituti ſi ante aditam hereditatem necem defuncti non vindicarunt,aufertur eis hereditatis portio,& prælegatum,& applicatur fiſco,d.l. ſi ſequens §.ſi.

Heredi ſuccedenti ab inteſtato , antequàm vindicaſſet necem defuncti, aufertur hereditas, ibid.

Heres cùm ſcit defunctum occiſum,& non vindicat,dicitur eſſe in dolo , & perdit bona defuncti,& fideicommiſſum ab eo relictum ſibi, ſed ſi ignorauit per culpam, tunc eſt in culpa , & perdit bona , ſed non relictum , ſed ſi non ſit in culpa,nec in dolo,nullo modo punitur,l propter,§ 1 & ibi gl.dolus, eodem.

Heredi non aufertur hereditas à fiſco,eò quòd accuſatis , & per iniquitatem iudicis abſolutis de nece defuncti,non appellauit,d.l.propter,§. fin.

Heres non tenetur appellare à ſententia abſolutionis accuſatorum , de nece defuncti à iudice iniquè lata,ſi dubitat de iniquitate eius,ſed ſi appellauerit, tenetur eam proſequi gl. ſi.ibi.

Heres,qui adiuit hereditatem, antequàm haberetur quæſtio , & ſupplicium ſumeretur à familia occiſi,ſi deceſſerit,etiam poſt mortem eius hereditas occiſi applicatur fiſco,l. Caius Seius,eod.

Heres ſi ante vindicatam mortem defuncti quaſi ſuſpectam hereditatem coactus adiit,non tenetur Senatuſconſulto Syllaniano , nec ſibi aufertur hereditas à fiſco,l.ſi quis quaſi,eod.

Heredes accuſare de inulta morte defuncti non prohibetur fideicommiſſarius, eò quòd acciperet fideicommiſſum ab eis,l.pen.& ibi gl. 1.eod.

Heres vnus ex pluribus, eò quòd adierit hereditatem ante habitam quæſtionem , & ſupplicium ſumptum de nece defuncti ſuam partem perdit, ſed

non

85 HERES indignus reſpectu hereditatis paternæ ex teſtamento paterno non eſt indignus reſpectu hereditatis pupillaris ex teſtamento pupillari, l. ex facto, 35.§.fin.& ibi gl.& in addit.de heredib.inſtit.

Heres indignus pretium earum rerum, quas vendidit de hereditate poſt motam litem à fiſco,tenetur fiſco cum vſuris ſemiſſibus,l.1.C.de his,quib.vt indign.

Heres indignus pecunias, quas à debitoribus exegit, tenetur reddere fiſco cum vſuris ſemiſſibus à die motæ litis,ibid.

Heres indignus fructus, quos in prædiis hereditariis inuentos, aut exinde perceptos vendidit, tenetur reſtituere fiſco cum vſuris ſemiſſibus à die motæ litis, d. l.1.

Heres indignus ſi alienat res hereditati neceſſarias,tenetur à tempore motæ litis ad vſuras pretij accepti,à tempore verò litis conteſtationis tenetur ad vſuras pretij accepti ex venditione rerum vtilium, glo.5.ibi.

Heres redditur indignus, eo ipſo, quòd teſtator dicit heredem non mereri hereditatem ſuam,licèt non exprimat in ſpecie cauſam indignitatis,l.4.C.eod.

Heres indignus eſt,qui non habet ſupremam voluntatem,gl.3.ibid.

Heredem ſi teſtator expreſſerit indignum,& expreſsè ademerit ei hereditatem, aufertur illa ei, & applicatur fiſco, ſecus ſi tacitè perſequendo inimicitias, & aliud teſtamentum inchoauit,ſed non perfecit,quo caſu non aufertur ei, neque applicatur fiſco,gl.fin.ibid.

Heres inſtitutus excluditur ab hereditate,quando teſtator deuenit ad actum facti,ſcilicet ad cancellationem, per quam teſtamentum in totum tollitur, & res deducitur ad cauſam inteſtati, & tunc venientes ab inteſtato veniunt,& nunc fiſcus, ſi autem teſtator venit ad actum verbi,reputando heredem inſtitutum indignum, tunc ei aufertur, & applicatur fiſco,ibid.

Heredi ſcripto de indignitate non poteſt opponere ſoror teſtatoris defuncti, ſed ſolus fiſcus debet opponere,& hereditas,quæ aufertur tali indigno,applicatur fiſco,gl.1.in l.ſororem,10.C.eod.

Heres cubans cum vxore quondam teſtatoris,eſt indignus hereditate eius,gloſſ. fin.ibid.

86 Heres prohibens notarium venire ad teſtatorem nolentem mutare teſtamentum,vel prohibens teſtes conuenire, vel mortem teſtatoris non defendens, perdit hereditatem,& applicatur fiſco, & ipſe fiſcus retenta quarta Trebellianica,quàm heres habiturus erat,tenetur reſtituere dodrantem fideicommiſſario,gl.adierit,in l.3.§.fi.ad Trebellian.

Heres cogens teſtatorem,vt inſtitueret ipſum heredem, perdit hereditatem, gl. in rub.ſi quis aliquem teſtari.

Heres ſcriptus perdit hereditatem,ſi aliquis teſtatorém coëgit,vt illum inſtitueret heredem,† ibi & gl.fi.& ibi add.in l.2.C.eod.

Heres legitimus ſi prohibuit teſtatorem teſtari, vel mutare teſtamentum factum,aufertur ei hereditas,& applicatur fiſco,ſi prohibens ſit teſtatori proximior aliis,ſed ſi ſit remotior, non præiudicat proximioribus ab inteſtato venientibus, nec etiam paribus in gradu in ſuis portionibus, quia tunc non applicantur fiſco portiones reliquorum parium,ſed tantùm pars prohibentis, l. 1.& ibi gl.fiſco,ff.eod.tit.

Heredes omnes inſtituti ſi dolo fecerint, quominùs teſtamentum mutaretur, omnibus aufertur hereditas,cùm omnes ſint in dolo, aliàs tantùm doloſis, d. l.1.§.fi.& ibi gl.fin.ſi quis aliquem teſtari.

Heres ſcriptus, vel legitimus ſi dolo malo fecerit, quominùs teſtes venirent, & per hoc deficiat facultas teſtamenti faciendi, aufertur ei hereditas, l. 2.eodem.

Heres rogatus reſtituere hereditatem ſi dolo malo fecit, quominùs mutaretur teſtamentum,hereditas cum ſuis omnibus pertinet ad fiſcum, ita vt fiſcus retineat quartam Trebellianicam, & dodrantem reſtituat fideicommiſſario, d. l.2.§.fin.

Heres inſtitutus poteſt placare teſtatorem blando ſermone, ne mutetur teſtamentum,l.fin.ſi quis aliquem teſtari,& l.fin.C.ſi quis aliquem teſtari.

Heres compellens teſtari defunctum, punitur criminaliter pœna extraordinaria,l.1.& ibi gl.2.C.eod.

Heredi ſcripto in primo teſtamento aufertur hereditas, & applicatur fiſco, ſi teſtator volens mutare teſtamentum primum impeditus ab herede ſcripto in primo,ſecundum non perfecit,l.ſi ſcriptis,de his,quæ vt indig.

Heres ab inteſtato impediens defunctum teſtari, non ſolùm priuatur ſucceſſione,& applicatur fiſco,ſed etiam tenetur in duplum læſo,cui legandum,vel relinquendum erat,l.2.& ibi gl.fin.C.eod.

Reliqua verbo, Frater,8.Teſtari.

87 HERES, vel legatarius ſcribens ſibi legatum,vel hereditatem pro non ſcripto habetur,ſubſtitutio tamen, & fideicommiſſum valent,ac remanent in ſuo robore,l.1.C.de his,quæ pro non ſcriptis.

Heredem ſe ſcribens etiam in teſtamento militis tenetur pœna Senatuſcõſulti Liboniani,l.in fraudem,16.§.ſi quis,de militari teſtamento.

ab Heredibus ſcriptis in primo teſtamento aufertur hereditas tanquàm ab indignis ob teſtamentum vltimum inualidum,eò quòd erant inſtituti, qui capere non poterant,prælegata tamen ab eis non auferuntur, niſi voluntate teſtatoris,l.cùm quidam,de his,quæ vt indignis.

Reliqua ſuprà,nu.79.vſque 84.90.*Hereditas*,28.*Teſtari*,3.

88 HERES inſtitutus ſi ſit quis, deinde viuo teſtatore factus ſit incapax, vt quia deportatus,ſi mox per indulgentiam principis,vel aliàs ſit reſtitutus,non nocent ei media tempora,l.ſed ſi conditioni,6.§.ſolemus,& ibi gl.peregrinus, & gl.peruenit,de heredib.inſtituen.

Heredes extranei inſtituti, vt poſſint adquirere hereditatem, requiritur, quòd ſint capaces tempore teſtamenti mortis teſtatoris, & aditionis, medio autem tempore tantùm,id eſt,à tempore teſtamenti vſque ad mortem, vel à morte vſque ad aditionem,ſi efficiantur non capaces,nihil eis nocet, l.ſed ſi conditioni,§. ſolemus,& ibi gloſſ.media,& l. ſi alienum,49.§. in extraneis, & l.ſeq. & ibi gloſſ.2.eod. & gloſſ.fin.in l.non oportet,52.de legatis 2.

Heres ſi ſit inſtitutus ciuis Romanus, & capax tempore teſtamenti, deinde ei aqua,& igni interdictum eſt,ſi intra illud tempus,quo teſtator deceſſit,redierit in ciuitatem,ac fiat capax,rectè ſit heres,l.liber homo,59.§.ſi heres,de heredibus inſtituen.

Heres in teſtamento nuncupatiuo tempore teſtamenti debet eſſe capax, † gloſſ. ſcribendum,ibi.

Heres ſi ſub conditione ſit inſtitutus ciuis Romanus,deinde ei aqua, & igni interdictum eſt,ſit heres, ſi tempore, quo conditio extiterit, redierit in ciuitatem,ac ſit capax,d.§.ſi heres.

Heres poteſt inſtitui in tempus, quo capere hereditatem poteſt, veluti Lucius Titius,cùm capere poteſt,heres eſto,l. in tempus,62.eod.

Heres ſi quis non capax tempore teſtamenti ſit inſtitutus, cùm capax erit ſi poſteà efficiatur capax, erit heres,ſecus ſi ſimpliciter non capax tempore teſtamenti eſſet inſtitutus,qua tunc non tenet inſtitutio,gloſſ.1.ibid.

Heres ſi ſit inſtitutus Titius ex parte,quam capere poteſt per legem, & ex reliqua Mæuius ſit inſtitutus, ſi Titius ſolidum capere poteſt, Mæuius adiectus non erit heres,ſed ſi non ſit facta mentio de verbo reliqua, tantundem habebit Mæuius in altero aſſe quantum Titius in primo, l.qui non militabat, 78. §.fin.& l. ſeq.eod.

Heres ſi ſit inſtitutus Titius ex parte,quam per legem capere poteſt, & ex reliqua Mæuius,ſi Titius nullius partis ſit capax, in totum Titius admittetur, l. quòd ſi Mæuius,80.eod.

Heredi ſcripto ſi obiiciatur,quòd ipſe non ſit capax, vel quòd non fuit ſolemne teſtamentum,vel eſſe falſum obiiciens,debet illud probare,l.ſi ſcriptum,11.& ibi gl.2.C.de probat.

Heres ſcriptus præſumitur capax ad obtinendam hereditatem,d. gl.2.

Heres non capax inſtitutus rogatus reſtituere,quando ſe non defert,ſed ſtudioſè celat fiſco,& fideicommiſſario,exutus omni patrimonio ſuo à fiſco vendicato in inſulam debet deportari,l. 1.& ibi gl.fi.C.de his,qui ſe deferunt,lib. 10.

Heres non capax grauatus reſtituere ſi ſe defert,lucratur dimidiam partem,glo. ex omni,ibid.

Heres non capax quando inſtitutus eſt, vel capax, ſed grauatus eſt reſtituere incapaci,& tunc ſi aliquis extraneus non heres rogatus, nec is,cui eſt reſtituendum detulerit,tunc is lucratur tertiam partem,ibid.

Herede decedente poſt mortem teſtatoris,& ante aditam hereditatem eius pars quaſi caduca ad fiſcum deueniebat,hodiè non,l.item veniunt,20. §. pridiè, & ibi gl.cum antequàm,de petitione hereditat.

*Reliqua verbo, Aſcribens, Legatum,*71.107.108.*Fideicommiſſum,*25.*Capacitas, ſuprà,nu.*16.*Incapax.*

HEREDI datur actio Aquilia pro damno dato etiam hereditate iacente, l.ob id,43. ad legem Aquil.

Heredi non datur actio furti pro furto facto hereditate iacente,gl.1.ibidem.

Heredi datur actio arborum furtim cæſarum pro arboribus furtim cæſis iacente hereditate,l.ob id,43.eod.

Heredi datur actio ex interdicto, quod vi, aut clàm pro eo, quod iacente hereditate factum eſt,ibi.

Heredi viri contra vxorem defuncti datur actio negotiorum geſtorum de rebus ſubtractis ab vxore ante mortem viri,vel poſt,l.heres viri,de negot.geſtis.

Heres viri contra vxorem expilantem hereditatem viri defuncti non aget crimine expilatæ hereditatis,ſed negotiorum geſtorum actione,ibi.

Heres viri contra vxorem expilantem aliam hereditatem, quàm viri, quæ ſibi delata fuit,agere poteſt crimine expilatæ hereditatis, glo.fin.ibi.

Heres extraneus ſurripiens, vel expilans aliquid de hereditate ante repudiationem videtur repudiare eam hereditatem,gl.ſi quis ſuus, in l.ſi ſeruum,71. §.prætor ait,de adquir. hered.

Heredes plures ſi fuerint inſtituti, licèt vnus adierit hereditatem, tamen per hoc non deſinit interim hereditas iacens quoad portiones aliorum, gl. hereditati,in l.eius,qui in prouincia, ſi certum petatur.

*Reliqua verbo, Furtum,*8.*Hereditas,*10.

HERES cauſam exheredationis filij defuncti probare debet,gl.præſumptioni, 90
in l. ſi. quod metus cauſa.

ante Heredis inſtitutionem poteſt teſtator exheredare filium nominatim, & etiam poteſt legare,l. 1.& ibi glo.exheredare, de heredib.inſtitu.

Heres inſtitutus ſi adſcripſerit exheredationem filij, vel aliarum perſonarum, quos teſtator neceſſariò debebat exheredare,tenetur pœna legis Corneliæ de falſis, & idem ſi heres ademit ſua manu libertatem ſeruo relictam, l. ſi quis legatum,§.ſi inſtitutus, de falſis.

Heres ſcriptus victus in querela inofficioſi,fructus,quos percepit de hereditate, ſuos facit,illi tamen fructus à vero herede peti poſſunt iure actionis,ideſt,petitione hereditatis, cùm augeant hereditatem, gloſſ. omnes, in l. item veniunt,§.fructus, de petitione hereditatis.

Heres ſcriptus in eo teſtamento,quod ſciebat inofficioſum, interim ante perlatam querelam eſt heres,& exigere poteſt, gl.ſed & culpa,in l.ſed & ſi lege,25. §.quod ait Senatus, eod.

Heres pubes olim per bonorum poſſeſſionem per decretum agnoſcebat, hodiè tamen non,gl.1.& 2.in l.puberem,C.de iure deliberand.

Heres ſuus omiſſa bonorum poſſeſſione paternam ſucceſſionem obtinere poteſt, l.ſuum heredem,13.C.eod.

Heres inſtitutus filius emancipatus omiſſa bonorum poſſeſſione paternam ſucceſſionem obtinere non poteſt,gl.1.ibi.

Heredis heredibus bonorum poſſeſſio non defertur ex illa parte edicti, tũ quem ei heredem eſſe oportet, l. ex illa, 227. de verborum ſignificat.

Heres ſcriptus,contra quem filius impubes præteritus,qui ſubiectus dicitur,bonorum poſſeſſionem contra tabul.petiit, non poteſt interim ſecundùm tabulas accipere, ſed ſi ſcriptus heres,& ille, qui inteſtati bonorum poſſeſſionem habere potuit,medio tempore moriantur,ad heredes tranſmittunt,l.ſcriptus, de Carboniano.

Heredis nomen ſi conſultò à teſtatore ſit inductum, non poteſt is heres petere bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas, quemadmodum & is, qui ſcriptus eſt heres inconſulto teſtatore,quia pro non ſcripto habetur, l.2.§.ſi conſultò, de bon.poſſ.ſecundùm tabulas.

Heredis nomen ſi inconſultò à teſtatore ſit inductum, ita vt legi non poſſit,non poteſt peti ſecundùm tab.ſecus ſi legi potuit, glo. ſi conſultò,ibi.

Heredes ſi ſint inſtituti Primus, & Secundus, & ſecundo ſit ſubſtitutus Tertius,

Heres licèt non possit conueniri, donec inuentarium conficiatur, ipse tamen potest intereà debitores hereditarios conuenire, glo.fi.in d.§.donec.

95 Heres liberans omnimodò cum omni subtilitate debet conficere inuentarium, d.l.scimus,§.pen.C.eod.

Heres, qui petit tempus ad deliberandum, licèt inuentarium fecerit & adierit hereditatem, vel intra dictum tempus non repudiauerit, quod pro aditione habetur, insolidum tenetur creditorib.hereditariis, licèt inuentarium fecerit, & vtitur Falcidia sicut olim, d. §. penultimo.

Heres, qui petit tempus ad deliberandum, si inuentarium non fecit, neque repudiauit, quod pro aditione habetur, tenetur creditorib. insolidum, & Falcidiam perdit, ibi.

Heres conficiens inuentarium non dicitur ob id adire hereditatem, d. §.pen. vers. non intra datum.

Heres, qui non petiit ius deliberandi, neque fecit inuentarium, sed spontè adiit, tenetur creditorib. insolidum, gl.fi.ibid.

Heres faciens inuentarium absque deliberatione detrahit Falcidiam, & vltra vires hereditarias non tenetur creditorib.ibid.

Heres, qui petiit ius deliberandi, sed non fecit inuentarium, non detrahit Falcidiam, & tenetur creditorib. insolidum, ibid.

Heres, qui petiit ius deliberandi, & fecit inuentarium, detrahit Falcidiam, creditorib.tamen tenetur insolidum, ibid.

Heres hodiè si non faciat inuentarium omnibus creditoribus tenetur insolidum, & legata præstantur, licèt transcendant substantiam defuncti, secus per leges veteres, ibi & gl.fi. in l.1.C.de bonis author.iudicis.

Heres, qui non fecit inuentarium amittit Falcidiam debitam iure institutionis, sed non amitti quartam debitam iure naturæ, etiamsi faciat contra legem & contra voluntatem testatoris, gl. naturale, in auth. hoc ampliùs, C. de fideicommissis, & gl.pe.in authen.sed cùm testator, C.ad leg.Falcid.

Heres faciens inuentarium secundùm formam à iure traditam, nulla vsus malignitate detrahit de legatis Falcidiam, nisi à testatore fuerit prohibitus, §. hinc nobis, in auth.de heredib.& Falc.col.1.

Heres non faciens inuentarium non detrahit Falcidiam, & tenetur ad legata & fideicommissa, & ad debita hereditaria insolidum etiam vltra vires hereditarias, §.si verò non fecerit, & ibi gl.legatorum, in auth.de heredib. & Falc.

Heres conficiens inuentarium non potest detrahere Falcidiam aduersùs creditores, † gloss.præsidium, in §.si verò absunt, in d.auth. de heredib. & Falcid. colum.1.

Heres faciens inuentarium non potest detrahere Falcidiam aduersùs libertates, ibidem.

Heres faciens inuentarium tam iure authenticorum, quàm iure codicis, non solùm non tenetur vltra vires hereditatis, sed etiam Falcidiam potest detrahere, † d.gl.præsidium, & ibi add.marg.

Heres non faciens inuentarium non priuatur Trebellianica, † gl. substitutis, in additione marg.in §.si verò expressim, in authen.de heredib.& Falcid.col.1.

Heres infra tres menses tenetur facere inuentarium, quando res præsentes sunt, quoad hoc vt vltra vires hereditarias non teneatur, sed si sint absentes intra annum, gl.hoc, in §.in extraneis, Inst.de hered.qualitate.

Heres si faciat inuentarium, tunc damna post mortem testatoris contingentia sibi non obueniant, gloss. solida, in additione, in §. quantitas, Inst. de lege Falcidia.

Reliqua verbo, Inuentarium, Separatio, Repertorium, Creditor, 103.

96 HEREDES onera hereditaria pro hereditariis partib. debent agnoscere, etiam in fisci rationibus, nisi pignus, vel hypotheca intercedat, l. 2. C. de heredita.actio.

Heredes non tenentur pro hereditariis portionibus, sed quilibet insolidum tenetur, quando indiuiduum est in obligatione, gl.1.ibid.

Heredes insolidum tenentur, & non pro hereditariis partib.quando res, quæ debet restitui, ab vno teneatur, ibid.

Heredes tenentur insolidum ex pollicitatione ob honorem apud rempub. facta à defuncto, sicut tenebatur ipse defunctus, ibid.

Heres extraneus in quintam partem patrimonij defuncti, liberi verò defuncti in decimam partem tenentur ex pollicitatione facta à defuncto sine causa, si opus promissum cœptum est, & bona liberalitati non sunt soluendo ad totum opus, ibidem.

Heres vnus potest eligi inter alios heredes, vel ex voluntate defuncti, vel iudicis, vt ab eo alimenta legata insolidum petantur, & præstentur, ibid.

Heres vsque ad quantitatem legati onus æris alieni sustinebit, & non alij coheredes, si testator legauerit ab eo creditori hereditario animo compensandi cum debito, & non ab aliis, ibid.

Heres regulariter tenetur ad omnia, ad quæ tenebatur defunctus, nisi speciale contra inueniatur, veluti in societate facta à defuncto, quæ soluitur morte socij, & idem etiam in compromisso, quia soluitur mortuo vno ex litigatorib. nec heres tenetur, nisi expressè actum sit, l.diem proferre, §.1.& ibi gl.morte, de arbitris.

ab Herede instituto in asse, quando decrescit emolumentum, decrescere debet etiam & onus, gl.communiter, in l.militis, 36.de militari testam.

Heres faciens aliquid tanquàm heres dicitur obligatus onerib. hereditariis, secus si faciat aliquid alio animo, quod apparere potest, vel ex facti qualitate, l. pro herede, 20.de adquir.hered.

Heres tenetur ad totum onus iniunctum sibi, & ei, qui à testatore grauari non poterat, l.si duobus, 16.§.1. de leg.1.

per Heredem gesta bona fide ante impetratam separationem putà vendendo, vel alicui creditori soluendo rata debent conseruari, obligando autem bona hereditaria non præiudicat creditorib. hereditariis, quoad impetrandam separationem, l.2.& ibi glossa 1.de separatio.

Reliqua verbo, Hereditaria, Separatio.

97 HERES insolidum si sit institutus, debet insolidum petere hereditatem sibi restitui; si vero pro parte, & pro parte rem hereditariam debet petere, l.licèt, 10. de petitione hered.

Heres si sit quis institutus in dimidia totius hereditatis, quæ valet mille, si tu habeas vnum prædium tantum, quod valet quinque, non teneris ei nisi in dimidiam, gl.possider, ibid.

Heres eius, qui pro herede vel pro possessore possidebat, tenetur petitione hereditatis, etiamsi ignoret defunctum pro herede, vel pro possessore possedisse, vel putet eas res fuisse ex hereditate sibi delata, l.nec vllam, 13. §. Neratius, cum l. seq. eod.

Heres eius, qui pro herede, vel pro possessore possidebat, dicitur dupliciter pro herede possidere, primo modo verè, & isto modo non tenetur petitione hereditatis, cùm verum titulum habeat; alio modo ex persona defuncti, qui possidebat pro herede, vel pro possessore, cùm sit eadem persona, tenetur petitione hereditatis, gl.1.ibi.

Heres possidens res, quas ex hereditate esse putabat, cùm non essent, dicitur possidere pro herede, & tenetur suo nomine petitione hereditatis, siue sciuerit eas res peruenisse ad defunctum ex hereditate aliena, quæ peti ab eo poterat, siue putauerit propriam defuncti, & sic siue bonam, siue malam fidem habeat heres, glo.1.in l.etiam 15.eodem.

Heres ob bonam fidem, vel titulum, quem habet, non excusatur, quominùs teneatur petitione hereditatis, qua earum rerum nomine tenebatur predecessor, d. gloss. 1. ibidem.

Heredem Titij te esse si tu putas, cùm non esses, & sic pro herede Titianam hereditatem possideres, si ego heres Sempronij peto res illas quasi ex hereditate Sempronij, teneberis mihi, si me interrogante inueniam te pro herede, vel pro possessore possidere, secus si responderes te possidere Titianam, & non Sempronianam, ibid.

Heres iussus paruo pretio hereditatem vendere Titio, si eidem Titio vendidit, aduersùs Titium emptorem, eundémque fideicommissarium datur vtilis actio petitionis hereditatis, ab herede tamen creditore non expedit peti paruum pretium, quod habuit ex venditione, potest tamen agi contra eum ad illud, etiamsi ex necessitate vendiderit, † d.l.etiam si, §.quod si, & ibi gloss. ab herede.

Heres iussus paruo pretio hereditatem vendere Titio, ipse Titius emens paruo pretio dicitur possidere titulo legati, seu fideicommissi, & ideò tunc non tenetur petitione hereditatis, nisi sciens testamentum inofficiosum emit hereditatem, gl.dari, ibid.

Heres si sit iussus hereditatem vendere Titio & Titius bona fide emit, non tenetur petitione hereditatis, nisi modico pretio venderetur ei hereditas, vel ipsemet heres latitat, ibid.

Heres iussus hereditatem vendere Titio, si vendidit ei multo pretio, ipse heres tantùm tenetur petitione hereditatis, licèt emptor reiuendicatione teneatur, ibidem.

Heredi scripto si daret decem iussit testator quem esse liberum, si ille dedit illa decem heredi scripto, & adita hereditate illa possunt peti ab illo herede scripto petitione hereditatis, quia illa pecunia hereditaria esse videtur, d.l.etiam, §.sed Sabinus.

Heres possessoris cum titulo potest conueniri vtili petione hereditatis sicut defunctus poterat, & directa, quando defunctus absque titulo possidebat, d. l. etiam, §.heredem, & ibi gl.heredem.

Heres verus reiuendicatione contra possidentes res hereditarias, item personali actione contra debitores hereditarios, & contra vtrumque petitione hereditatis potest agere, l.si bonæ fidei, 49.& ibi gl.agere, eod.

Heredes omnes debent agere contra omnes possessores petitione hereditatis, neque vnus heres potest vnum possessorem eligere, & alius alium, l.1.§.quinimò, & ibi gl. si duo, si pars heredit.petatur.

Heres vnus ex duobus si possideat rem, quæ continet dimidiam hereditatis, potest conueniri à coherede petitione hereditatis pro parte dimidia illius rei, dicens vnam medietatem illius rei esse suam, & alteram non esse illius possidentis, & similiter petitorem potest conuenire, dicens vnam medietatem illius rei esse suam, aliam verò non esse petitoris, d. l. §. perinde, & ibi gloss. cesserat.

Heredes duo si hereditatem pro diuiso possideant asserendo partem dimidiam vnicuique eorum pertinere, si vnus neget heredem, alium, inuicem petitione hereditatis petere debent dimidiam partem ab aduersario, quia quilibet dimidiam eius, quam possidet aduersarius, consequi debet, quia in qualibet parte habet suam dimidiam, d.§.perinde, & ibi gl. consequantur.

Heredes duo si fuerint instituti, in qualibet parte hereditatis habet vnusquisque dimidiam partem, d.gl.consequantur, ibi.

Heredes duo æqualibus partibus si sint instituti, & quilibet possideat quatuor vncias, & alius extraneus reliquas quatuor vncias, heres vnus potest agere petitione hereditatis ad dimidiam eius, quod coheres, & extraneus possident, & sic à quolibet eorum habebit duas vncias, & sic ille habet vltrà, quàm debeat, duas vncias, quas debet reddere coheredi, & ne circuitus fiat, fiet compensatio, d.l.1.§.item si, cum, & ibi gl.1.eod.

Heredum quidam si adierint, quidam adhuc deliberent, qui adierunt non possunt petere maiorem partem, quam habituri essent cæteris adeuntibus, illis tamen repudiantibus, eorum pars adcrescit adeuntibus, si modò non sit aliquis substitutus, l.2.eod.

Heres legitimus si vendidit hereditatem, quam scriptus ab eo persuasus dolo repudiauit, potest venditor agere petitione hereditatis, vel hereditariis actionibus ex iure sibi cesso contra scriptum heredem possidentem hereditatem, vel rem hereditariam, nec potest repelli exceptione doli authoris sui, l.apud Celsum, §.si cum, & ibi gl.hereditatem, de doli mali exceptione.

Heredi agenti petitorio si obiiciatur exceptio inofficiosi testamenti, priùs de querela inofficiosi debet cognosci, cùm filius possideat, secus si possessorio, gl. 3.in l.2.C.de edicto diui Adrian.

Heredi agenti petitorio, idest, petitione hereditatis, obiici potest exceptio, quòd defunctus erat seruus, in possessorio autem reiicitur talis exceptio, gl.pen.ibi.

Heredi agenti petitione hereditatis possessores possunt resistere probantes de iure suo, cùm petitorio conueniantur, gl.mitti, in l.filiam, 56.ad Trebel.

Reliqua verbo, Possidere, 6. Hereditas, 17. Petitio, 3.4.5.9.10. Possessor, 20. vsque ad 31. Interdictum, 8. & infrà 105. & sup. num. 36. vsque 40,

deberet,expendere debet, quod æquum eſt,l.1.§.fi.& ibi gl.eo nomine,& add. marg.& gl. pe. ad legem Falcid.

Heres locum ſub conditione legatum pendente conditione non poteſt facere locum religioſum, gl.ſi in l.generaliter, 29. qui & à quibus manumiſſi.

Heres,qui expenſas funeris non facit,vt teſtator iuſſit,priuatur hereditate,quando teſtator expreſsè poſuit pœnam priuationis,ſi non faceret expenſas,gl.1.in l.non oportet, C.de his,quib.vt indignis.

Heres, qui expenſas funeris non facit,vt teſtator iuſſit, non ſolùm in minus legitima voluntate,ſed etiam in legitima,propter hoc non priuatur hereditate, vt indignus, d.l. non oportet, & ibi gl.1.

*Reliqua verbo,Monumentum,Funus,per tot.Funerari , Sepelire,ſuprà nu.*48.

103 HERES ſcriptus poſt aditam hereditatem ex teſtamento ſibi delatam debet petere mitti in poſſeſſionem, hodiè per titulum de edicto diui Adriani, olim per edictum,gl.in rub.C. de edicto diui Adriani.

Heres ſcriptus mitti debet in poſſeſſionem rerum hereditariarum,quamuis quis ſe defuncti filium,& præteritum obiiciat ei,vel teſtamentum falſum,vel inofficioſum,vel quòd defunctus ſeruus fuerit, l.2.C.eod.

Heres ſcriptus mittitur in poſſeſſionem hereditatis , niſi filius probet incontinenti ſe filium defuncti,& præteritum,vel falſum, vel inofficioſum teſtamentum, gl.1.in d.l.2.

Heres ſcriptus petens ſe mitti in poſſeſſionem , non debet mitti , ſi aliud teſtamentum poſterius profertur,ibi.

Heres ſcriptus mittitur in poſſeſſionem excluſo filio in poſſeſſione conſtituto, quando cauſa,quam filius obiicit heredi, requirit altiorem indaginem, ſed ſi filius ſtatim velit cauſam,quam obiicit heredi probare , non excluditur à ſua poſſeſſione, ibi.

Heres ſcriptus in poſſeſſionem mittendus eſt , adeò , vt appellari non poſſit , ne hoc fiat,gl.fi.in l.2. C.eod.

Heres ſcriptus hodiè ex ſola inſpectione teſtamenti non cancellati, neque aboliti,neque vitiati in aliqua parte, & ſeptem teſtium ſigillis ſigillati, mittitur in poſſeſſionem rerum , quæ tempore mortis per defunctum tenebantur , ſi non appareat legitimus contradictor,l.3. C.eod.

Heres ſcriptus apparente contradictore cauſa cognita mittitur in poſſeſſionem ex ſola teſtamenti non vitiati inſpectione,ſi allegationes contradictoris non ſint legitimæ, vt quia oſtendit ſe habere potiora iura, vel præſcripſiſſe bona, in quorum poſſeſſionem heres mitti ſe poſtulat, ibi.& gl.1.in l.2. C.eod.

Heres ſcriptus ex ſola inſpectione teſtamenti carentis omni vitio non ſolùm vſque ad annum, vt olim,poteſt petere mitti in poſſeſſionem, ſed etiam poſt annum,quandocunque nullum obſtaculum temporis obiici debet ei,niſi tantum tempus effluxerit, quod poſſeſſorij pleniſſimam ſecuritatem præſtet, vel excludat omnem intentionem eius,qui miſſus eſt,d.l.3.in fi.C.eod.

Heres ſcriptus hodiè mitti debet in poſſeſſionem conditione ex lege,ſi appareat aliquis contradictorum, ſed ſi non appareat per officium iudicis authoritate dictæ legis tertiæ, gl.2. in add.ibi.

Heredem ſcriptum impediunt mittendum in poſſeſſionis vitia teſtamenti viſibilia,inuiſibilia autem vitia non impediunt, glo. vitiatum,in d.leg.3.

Heredem ſcriptum mittendum in poſſeſſionem non impediunt vitium viſibile vel inuiſibile in præfatione teſtamenti , & non in illis locis , in quibus conſiſtit tota vis teſtamenti , ibi.

104 Heres ad hoc vt mittatur in poſſeſſionem, debet oſtendere iudici teſtamentum in ſcriptis carens omni vitio, gl.depoſitionibus,ibi.

Heres poteſt mitti in poſſeſſionem ex ſola oſtenſione teſtamenti nuncupatiui in ſcriptis redacti per notarium,d.gl.depoſitionibus,in add.marg.

Heres non poteſt mitti in poſſeſſionem ex ſola oſtenſione teſtamenti nuncupati ſi in ſcriptis illud non ſit redactum per notarium,ſed datur interdictum quorum bonorum,d.gl.depoſitionib.

Heres ſcriptus mittitur in poſſeſſionem ex ſola oſtenſione teſtamenti non ſolemnis & imperfecti,quando illud habetur pro ſolemni & perfecto,ibi.

Heres poteſt mitti in poſſeſſionem ex teſtamento nuncupatiuo, ſi ſolemnis numerus teſtium ante competentem iudicem deponat, & illud in ſcriptis redigatur,& ſecundùm talem ſcripturam heres poteſt mitti in poſſeſſionem,d.gl. depoſitionibus,in l. fi.C.eod.

Heres ex ſola oſtenſione teſtamenti carentis omni vitio mittitur in poſſeſſionem rerum,quas defunctus tempore mortis poſſidebat vel detinebat, † gloſſ. fuerunt, ibid.

Heres etiam oſtenſo inſtrumento teſtamenti iudici non debet mitti in poſſeſſionem,quando contradictor illius poſſidet,& habet titulum in illis bonis ſimilem , quem habet heres , vt quia oſtendit etiam ipſe aliud teſtamentum etiam ſolemne poſterius factum & ſine vitio,† gl.legitimo, ibid.

Heres oſtenſo etiam inſtrumento teſtamenti iudici non debet mitti in poſſeſſionem,ſi fideicommiſſarius vniuerſalis,cui purè debet reſtitui hereditas,contradictor appareat,qui poſſideat illa bona hereditaria,ſecus verò ſi fideicommiſſarius non poſſideat , quia tunc non eſt legitimus contradictor , & heres tunc mittitur in poſſeſſionem,† ibid.

Heres triplici iure eſt munitus per miſſionem in poſſeſſionem,ex l.fi.C.eod.per interdictum quorum bonorum,item per petitionem hereditatis,ibid.

Heres ita ſubintrat in dominium rerum hereditariarum defuncti , ac ſi eadem perſona eſſet, ſecus tamen eſt in poſſeſſione rerum hereditariarum, niſi adita ea hereditatem apprehendat,quia illa facti eſt,glo.1.& ibi add.marg.in prin. Inſt.de hered.inſtit.

Heres mitti debet in poſſeſſionem per interdictum quorum bonorum , vel ex edicto Diui Adriani contra quemlibet,licèt de reſtituendo ſit grauatus , l. filiam,56.& ibi gl.mitti,ad Trebell.

Heredes debent poſtulare mitti in poſſeſſionem rerum hereditariarum à iudicibus illius loci,in quorum territorio ſunt res hereditariæ,l.1.& ibi gl.1.C.vbi de heredit. agi

Heres ſcriptus priuſquàm cognoſcatur de exceptione præiudiciali ſtatus defuncti mittitur in poſſeſſionem ex teſtamento , quando agit poſſeſſorio , ſecus ſi petitorio,† glo.2.in l.liber.8.C.de pet hered.

Reliqua verbo,Interdictum,8.

HERES ſcriptus poteſt eſſe certus teſtamentum non eſſe falſum , vt quia dicitur,quod illud falſum eſſe fecerit ipſe,glo.fi.in l.cùm quidam,30.§.fin.de adqui. hered.

Heres filius emancipatus , vel extraneus ventre præterito inſtitutus , quamdiu rumpi poteſt teſtamentum , non poteſt eſſe heres ex teſtamento , quia debet expectare præteritum,l.ventre,84.& ibi gl.1.eod.

Heredi competit vendicatio teſtamenti,ſicut & cæterarum rerũ hereditariarum & ob id etiam ad exhibendum poteſt agere,l.3.quemadmodum teſta.aper.

ſine Heredis inſtitutione ab initio nihil valet in teſtamento ſcriptum , nec ex pòſt facto,niſi fuerit hereditas adita,l.1.& ibi gl.fi.de vul.

Heres præſumitur habere teſtamentum,l.ſi legatum, de edendo.

Heredes argentarij tenentur edere rationes,& inſtrumenta , ſicut & ipſe argentarius,l.ſi quis ex argentariis, §.1.eod.

Heres vnus ex pluribus ſi ſolus habeat rationes argentarij defuncti,ille ſolus tenetur,d.§.1.& ibi gl.habeat.

Heredes tenentur edere copiam inſtrumentorum , quamuis protocolla ſint alicui legata,l.quædam,§.nihil,eod.

Heredis nominatio ſine ſcriptura non facit , vt ſcriptura continens legata ſine inſtitutione ſit teſtamentum,ſed vt codicilli loco habeatur, l.fi.C.de codicil.

Heres , qui habuit æſtimationem hereditatis ab eo, qui conuentus per interdictum de tabulis exhibendis voluit tabulas teſtamenti exhibere, poterit ipſam hereditatem petere ab eo, qui poſſidet eam , ſecus ſi conuentus eo interdicto poſſideret,l.3.§.pen.& ibi gl. pen.de tabulis exhiben.

Heres accuſans teſtamentum de falſo,ſi ſuccumbit,priuatur hereditate,l.2.C.de his,quib.vt indig.

Heres dicens teſtamentum non iure factum licèt ſuccumbat , non priuatur hereditate,ſecus ſi accuſet de falſo,gl.pupillo,ad fi.ibid.

Heredi datur electio ex eadem ſcriptura , vtrùm velit agere ex teſtamento ad hereditatem , an ex fideicommiſſo tanquàm ex codicillis , ita quòd vna via electa,poſteà excluditur ab alia,l.fin.C.de codicill.

Heredi datur electio ex eadem ſcriptura petere hereditatem,vel vt ex teſtamento , aut vt ex codicillis , quando teſtator dixit, valeat voluntas mea, vt teſtamentum,vel vt codicilli,ibid.

Heres agnatus vſque ad quartum gradum,cognatus vſque ad tertium gradum ſi fuerit inſtitutus in teſtamento,in quo teſtator poſuit clauſulam codicillarem, poteſt,ſi de hereditate ex teſtamento agens ſuccubuerit, vel etiam antequàm ſuccumbat , agere ex codicillis ad fideicommiſſum , ſed extraneus heres non poteſt,d.l.fi.& ibi gl.1.

Heres virtute clauſulæ codicillaris petens ſibi hereditatem , dicit teſtamentum, petendo fideicommiſſum,dicit codicillos, & ideò tanquàm contrarius electa vna via ad aliam redire non poteſt,gl.4.ibid.

Heres quando teſtator dixit,quòd voluntas ſua valeat,vt teſtamentum, & vt codicilli,habet poteſtatem ſiue arbitrium à principio, an agere velit , ſed ſi deliberauit agere,habet neceſſitatem, vt eligat agere ex teſtamento , vel ex codicillis,& ſuper hoc debet interrogari à iudice,gl.valere,ibid.

Heres quando teſtator dixit,quòd voluntas ſua valeat vt teſtamentum,& vt codicilli,habet electionem,ſiue voluntas vtroque módo poterat valere,ſiue vno tantùm modo, ibid.

Heres , qui ex eadem ſcriptura petit hereditatem ex fideicommiſſo , poſtquàm anteà petiit ex teſtamento,dicitur ſibi contrarius,neque admittitur, niſi fuerit agnato vſque ad quartum gradum,ex cognatis vſque ad tertium,d. l.fin.& ibi gloſſ.præcluſiſſe.

Heres ſi petit hereditatem ex teſtamento iure directo, & ſuccumbat poſteà poterit petere ex alia ſcriptura quaſi ex codicillis,ibid.

Heres occultans teſtamentum priuatur hereditate , & debet applicari illi, cuius offenſam reſpicit occultatio,gl.1.in l.pen.C.de legatis.

Heres non tenetur fideicommiſſario , vt legatario præſtare inſtrumenta fideicommiſſi,vel rei legatæ,tenetur tamen præſtare cautionem de exhibendis illis,cùm opus fuerit,l.inſtrumenta,C.de fideicommiſſ.

Reliqua verbo , Teſtamentum , 23. *& ſuprà* 97. *Rationes, Edere, Clauſula*,4.*infr. num*.118.

HERES ſuus impubes,ideſt,minor 14.ann. aduerſus aditam hereditatem iuuatur per reſtitutionem,vt ſe abſtinere poſſit,† gl.ex neceſſariis, l.ait prætor, §. pen. de minorib.

Heres ſuus minor 25.annorum contra áditam hereditatem iuuatur per reſtitutionem,vt ſe abſtinere poſſit,† glo.ex neceſſariis,l.ait prætor,§.pe.eod.

Heres ſuus minor 25.annorum contra aditam hereditatem iuuatur per reſtitutionem,vt poſſit eam repudiare,ibid.

Heres ſi ſit inſtitutus minor ſeruus cum libertate, antequàm ſe immiſceat , poteſt ſeparationem impetrare;ſed poſteà non poteſt,niſi per reſtitutionem,qua reſtitutione ſeparatio ei conceditur, non autem vt heres deſinat eſſe , cùm ſit neceſſarius, ibid.

Heres , qui poſt aditam hereditatem reſtituitur , debet præſtare omnia, quæ ex hereditate in rem eius peruenerunt , non tamen tenetur reddere , quæ ætatis imbecillitate,vel infirmitate perierunt,ſi verò dolo eius perierunt, tenetur,d. § pen. & ibi glo.fin.

Heres qui ſemel eſt per reſtitutionem non deſinit eſſe heres directò, ſed vtiliter ſic,l.etſi ſine dolo,§.ſed quod Papinianus,& ibi gl.ſed vtili,eod.

Reliqua verbo Minor,43.45.*Pupillus*, 38.*vſque* 41.*Minor*,28.29.*Reſtitutio*,14.

HERES non poteſt purgare moram à defuncto commiſſam,glo.exhibuerit,in l.Lucius,71.de actio.empt.

Heres tenetur de mora,& tarditate aditionis,l.ſi vſusfructus,35.de vſufructu.

Heres grauatus poſt moram tenetur ad vſuras fideicommiſſi,& ad ſumptus litis, l.qui ſolidum,78.§.etiam reſpublica,de leg.2.

Heres,qui fecit moram in adeundo,non videtur feciſſe morã in reſtituendo,ſed noua interpellatione opus eſt,l.ita tamen, 27.§.1.in add.marg.ad Trebell.

Heres , qui fideicommiſſum pupillo non habenti tutorem ſoluere non potuit, non videtur eſſe in mora, & ideò non tenetur interim ad vſuras , nec minori ſuccurritur in hoc caſu,l.cùm quidam,17.§.fiſcus,& ibi glo.dare, & ibi addit. marg.de vſuris.

Heres

Heres dare damnatus tantam partem, quantam vnus ex filiis habet, si filij habent inæquales partes, ad minimam partem tenetur, l.qui concubinam, 29.§.1.de leg.3.

Heres damnatus dare Titio tantam pecuniam, quantam ex hereditate Mæuij peruenit ad ipsum testatorem, tenetur præstare eam, quæ peruenit ad eum cum effectu; sed non eam, quam posteà nomine illius hereditatis tenebatur præstare alicui, d.l.qui concubinam, §.2.

Heres damnatus sinere aliquem vti frui re conducta à testatore, tenetur legatario vti frui, & præstare mercedem locatori, d. l. qui quatuor, §. qui hortos, eodem.

Heres damnatus fundum certo pretio mihi vendere, non potest in venditione retinere sibi fructus, qui pendebant in dicto fundo, quia illud pretium ad totam causam fundi pertinet, & sic tam ad ipsum fundum, quàm ad eius fructus, d.l.qui quatuor, §.si fundum.

Heres non tenetur facere compleri librum legatum, l.librorum, 52.§.si Homeri, eodem.

Heres damnatus præstare vsumfructum fundi, si moram fecit in initio anni, quo coli debuit, tenetur ad æstimationem omnium fructuum, qui eo anno colligi poterant ex fundo, si præstaret eo tempore, quo coli debebat, l. 2. de annuis legatis.

Heres damnatus præstare diurnas operas Stich., si non præstiterit à manè, sed à sexta hora diei paratus sit præstare, tenetur ad interesse totius diei nomine, ibidem.

Heres tenetur ad æstimationem rei legatæ, quæ post moram heredis in ea danda desiit esse in rerum nàtura, l.si vsusfructus, 6.de vsufructu legato, l.si seruus legatus, 108.§.si seruus, & l.Aphricanus, & ibi gl.1.de leg.1.

114 Heres ædificium à se factum in fundo, cuius vsusfructus legatus est ante prohibitionem fructuarij, impunè potest tollere, sed non post eius prohibitionem, l.heres, 12.de vsufr.lega.

Heres si non præstat legatum duobus insolidum secundùm defuncti voluntatem, cuilibet eorum tenetur ex testamento ad id, quod deficit sibi, l.duos separatim, 14.& ibi gl.1.eod.

Heres liberatur soluendo æstimationem, etiam eius, quod legatum est, l.generali, 32.§.si 1.& ibi gl.æstimationis, eod.

Heres, licèt teneatur rem legatam pignori obligatam luere, & liberare, si testator sciens eam obligatam legauit; non tamen, quando defunctus res pignori obligatas in dotem accepit, & posteà dotem legauit vxori, quo casu heres non cogitur liberare, nisi specialiter testator expresserit, l.licèt, de dote prælegat.

Heres si legatum vinum, quod in doliis erat, effundat, etiam postquàm per legatarium steterit, quominùs acciperet, suo periculo effundit, quod secus est in venditore vini, qui postquàm per emptorem stetit, quominùs acciperet, potest effundere vinum per corbes, & periculum erit emptoris, quia emptor emendo videtur conuenire de accipiendo, sed in legatario non est talis conuentio, l.si heres, & ibi gl.fi.de tritico, vino, & oleo.

Heres si iussus sit dare penum, vel aliquid semel, vel singulis annis, & si non dederit, damnatus sit dare decem, in præstatione tantùm est penus per singulos annos, ita quòd heres, si voluerit, poterit præstare; quantitas verò est in petitione, ita quòd legatarius poterit eam tantùm petere, heres tamẽ habet oblationem penoris, quamdiu lis cum eo contestetur de dicta quantitate, nisi testator mente, vel verbis præstituerit aliud tempus in præstatione penoris, l.1.& ibi gl.sed certè, de pen.leg.

Heres singulis annis dare iussus penum, & si non dederit, sit damnatus dare legatario certam summam semel tantùm, & non singulis annis, primo anno penu non soluta, potest legatarius petere totam summam ab herede, d. l. 1. §.final.

Heres imaginem depictam in tabula legatam si deraserit, ac tabulam soluerit, tenetur nihilominùs actione ex testamento legatario, l.si imaginem, de auro, & argento.

Heres damnatus facere signum Dei, vel imaginem in quodam templo, fauore religionis, & propter dignitatem legatarij, qui est Deus, vel templum, intelligitur damnatus facere argenteum, & non æneum, l. Titia, 38.§.fin.& ibi glo.pen.eod.

Heres damnatus non petere à fideiussore potest petere à reo principali, sed si damnatus sit non petere à reo principali, & petierit à fideiussore, tenetur ad illud reo principali ex testamento, l.2.de liberatione legata.

115 Herede damnato non petere à debitore, neque potest petere heres heredis, quia talis prohibitio non coheret personæ, nisi testator expresserit, gl. 1.ibid.

Heres damnatus ad certum tempus non petere à debitore suo debitum, non cogitur interim eum liberare, neque ab ipso debitore, vel eo mortuo ab herede eius, intra illud tempus poterit petere debitum, nec vsuras, vel pœnas illius temporis, quo prohibitus est petere, l. non solùm, 2.§.potest, eod.

Heres damnatus non petere à solo Titio debitore, poterit petere ab herede Titij, nisi petiisset ab initio à dicto Titio, quo casu caderet ab actione, eò quòd ante tempus petiisset, d.l non solùm, §.tale, & ibi gl.commissum, eod.

Heres damnatus non petere à gestore, potest nihilominùs agere contra gestorem pro his, quæ dolosè ab eo gesta sunt, d.l.non solùm, §.pen.

Inter Heredem scriptum, & legitimum contentio, per quam dicebatur testamentum nullum, & irritum, transactione si sit sopita, assignando legitimo quotam, legatarius, cui legata sunt relicta, siue ex testamento, siue ab intestato, decedente defuncto, debet petere legata, tam ab scripto, quàm à legitimo pro rata hereditatis, sed si legatario sunt relicta tantùm ex testamento, neque sunt repetita ab intestato, tunc scriptum heredem debet insolidum conuenire, gl.fi.in l.controuersia, de transactio.

Heres prohibitus rationes exigere, non censetur prohibitus reliquas ex mala administratione factas exigere, nisi sit damnatus, vt quidquid ab eo exegerit illa, & illa actione, id ei restitueret, vel sit damnatus, vt actionem ei remitteret, l.si quis rationes, 9.de liberat.legata.

Heres damnatus non petere à fideiussore, & quod daret Titio id, quod reus debebat, tenetur liberare fideiussorem pacto, & deinde actiones suas præstare Titio legatario contra reum principalem, l.si damnatus, 10.eod.

Heres damnatus non petere à reo principali, & quod Titio daret id, quod fideiussor debet, tenetur reum principalem per acceptilationem liberare, vt sic rei liberatio prosit fideiussori, & cogitur præstare Titio legatario æstimationem litis, idest, quantum debebat reus principalis, & eius fideiussor, ibid.

Heres damnatus ne à Titio debitore exigat, neque ipsum debitorem, neque heredem eius potest conuenire; secus si damnatus sit, ne exigeret à Titio debitore, quamdiu ipse debitor viueret, quia eo mortuo, potest petere ab eius herede, l.si quis in testamento, 15.& ibi gl. 1.eod.

Heres damnatus liberare eum, qui negotia testatoris gessit, & quod non possit exigere ab eo quidquid eum sibi dare faceréque debebat, non poterit exigere ab eo debitum ex administratione, nec pecunias creditas illi, l.cùm ita, 19. & ibi glo. 1.eod.

Heres damnatus ne exigeret debitum, & vsuras à debitore, quamdiu ipse viueret, si conueniat debitorem, is exceptione tutus est, poterit tamen conuenirẽ heredem debitoris, l.Aurelio, 20.eodem.

Heres damnatus præstare Titio centum, quos sibi debet, nihil tenetur præstare ei, si nihil ipse debeat, l.legaui, 25.eod.

Heres damnatus ne rationes exigeret à Titio, potest nihilominùs exigere chartas, in quibus rationes conscriptæ sint, & etiam reliqua, quæ apud eum permanserunt, sed non ea, quæ in rem domini versa sunt, l.fi.§. 1.eod.

Heres damnatus Titio dare fundum, & si Titius eum alienauit, quod heres teneretur eundem fundum Caio dare, habet exceptionem doli aduersùs Titium petentem fundum, vt sibi priùs caueat de illo fundo non alienando, l.3.§.si quis ita, de adimendis legatis.

Heres errans, repetit à legatario condictione indebiti, si legatarius habet vltrà, quàm habere deberet secundùm legem Falcidiam, l. 1.§.si legatarius, ad leg. Falcid.

Heres debet soluere legatariis legata pura, præstita sibi cautione de reddendo sibi, quantùm plus apparuerit accepisse tempore existentis conditionis legatorum conditionalium, quàm per Falcidiam accipere eis licuit, in l.lege Falcidia, 45.eod.

Heres, qui promisit legatariis se soluturum eis integra legata, secundùm voluntatem testatoris, cogi debet soluere, l.qui, quod, 46.eod.

Heres non tenebatur olim vltra vires hereditatis ad legata, hodiè tamen tenetur, nisi fecerit inuentarium, gloss.sufficiunt, in l. 1.§.penul.si cui plus quàm per legem.

Heres restituens hereditatem, retenta certa quantitate, tenetur legatariis in eo, quod habet vltra quartam, si a fideicommissario, qui Falcidiam non detrahit, legata exigi non possunt l. 1.§.si is, qui, ad Trebellianum.

Heres habetur loco legatarij in ea quantitate, quam testator iussit eum deducere de hereditate per fideicommissum restituenda, sed quatenus illa quantitas excedit Trebellianum, tenetur in subsidium ad legata, si restitutum fideicommissario non sufficiat ad legata, ibid.

Heres, apud quem remanet dimidia hereditatis sub nomine quotæ, conuenitur ad legata in eo, quod habet vltra quartam, secus si apud eum remaneat id solum, quod ad quartam sufficit, d.l. 1.§.pen.& fin. eod.

Inter Heredem, & fideicommissarium, licèt onera creditorum diuidantur, & legata tamen petuntur, & præstantur à fideicommissario, & non ab herede, etiam ante restitutam hereditatem, nisi cum testator nominatim reliquit ab herede, & nisi deductis legatis præcepit restitui, quibus casibus datur electio heredi, vel retinere, & soluere, vel fideicommissum totum restituere exacta cautione, nisi heres habeat plus quarta, nec pars fideicommissi sufficiat ad legata, gl.ad heredis, in l.3.eod.

Heres si damnatus sit dare Titio fundum, etsi non dederit, quòd daret centum eidem, vnum legatum intelligitur propter vnam solutionem, duo tamen sunt, fundus purè, centum sub conditione, & heres postquàm fuerit interpellatus præstare fundum, & sic sit in mora, statim peti potest legatum centum, l.cùm sine præfinitione, 19.& ibi gl. 1.quando dies legat. cedat.

Heres si fundum intra calendas non dederit Titio, damnas esto dare centum, videntur centum legata sub conditione, & ideò si legatarius ante calendas decesserit, heredi suo is legata sunt, neque fundum reliquit, qui legatus non est; neque centum, quod dies legati non cessit, quia non extitit conditio, ibid.

Heres, qui soluit legatario legatum, quod non erat relictum, vel erat relictum sed nullo modo valebat, si illud reperierit à legatario condictione indebiti legatarius non potest petere sibi satisdari, quia si non esset solutum, & constat non deberi, non satisdatur, l. 1.§. si cui, & ibi gloss.non deberi, vt in possess legator.

Heres soluens vnum legatum pium in testamento minùs solemni relictum, cogitur soluere aliud legatum veniens in consequentiam illius, l.in testamento, in additione margin.de fideicommiss.libertatib.

Heres fructus, quos scienter percepit ex fundo legato à testatore non facit suos siue ille fundus esset testatoris, siue alienus, bona fide tamen à testatore possessus esset, l.quæsitum, 40.de adquir.rerum dominio.

Heredis bona possunt capi pro legatis debitis à defuncto, l.3.§.fin.& ibi glo. eligant, quib.ex caus.in posses.eatur.

Heres rem legatam ex causa præceptionis, vel alio modo, si propria authoritate percepit, tenetur coheredibus per interdictum quorum legatorum eam restituere pro ea parte, quam iure legati habet, sed non pro portione hereditaria, quam in ea re habet, l. 1. §.si quis ex mortis, quorum legatorum.

Heres vnus ex pluribus consentiendo, vt res legata possideatur à legatario, non præiudicat coheredibus volentibus intentare interdictum quorum legatorum, d.l. 1.§.si alter.

Heres, qui legatum debet, neque ex contractu, neque ex maleficio obligatus intelligitur, quia legatarius non intelligitur contraxisse cum defuncto, neque cum herede, tenetur tamen, & obligatus est ex quasi contractu, l. 4.§.heres quoque, & ibi gl.non ex maleficio, de actio.& oblig.

Heres damnatus à testatore vendere, vel locare rem alicui, vendendo, vel locando ei, liberatur ab actione ex testamento, & obligat sibi legatarium de pretio sibi soluendo, l.in numerationib.44.§.fi.& ibi gl.fi.de solutio.

Here

Heres ſi pręſtiterit legatum ſtatuliberum,exiſtente conditione nullum damnum ſentiet, nec tenetur legatario ad eius æſtimationem exiſtente conditione liberi facti,l.ſeruum filij, 44.§.ſi ſtatuliberum, eod.

Heres tenetur præſtare æſtimationem ſerui legati,ſi culpa heredis is ſit in fuga, ſed ſi ſit ſine ſua culpa, ſolùm cauebit, vt ſi illum apprehenderit ſe præſtaturum,vel ipſum ſeruum,vel eius æſtimationem,ſi ſeruus alienus fuit legatus, l. cùm res,47.§.ſed ſi id petatur,& ibi gl.de reſtitutione,eod.

Heres vnus ex plurib. ſi occiderit ſeruum legatum, coheredes non tenentur ex tali delicto,niſi & ipſi ſint in culpa,l.ſi heredis,48.§.fin.eod.

Heres ſi ſeruum legatum occiderit ob facinus,& ſic iuſtè, non tenetur ex teſtamento legatario,ſecus ſi ſeruum committentem noxam dedit pro noxa,cùm magis expediret retinere eum,quam dare pro noxa,l.quid ergo,53.§.ſi heres, & ibi gl,& puto,eod.

Heres ſi ſeruum legatum compulit ad faciendum maleficium, vt ab alio occideretur, vel ſupplicio afficeretur, tenetur legatario ad pretium, ſecus ſi ſeruus ſua mala mente ad hoc proceſſit,d.l.quid ergo,§.ſi.

Heres tenetur legatario ſi ſeruus legatus dolo ipſius heredis captus ſit ab hoſtib.ſecus ſi ſine eius dolo,ibid.

Heres poteſt retinere ſeruum legatum pro noxa,l.ſi ſeruus, 70.eod.

124 Heres ſeruum in genere, quem ipſe voluerit dare iuſſus, ſi ſcienter ſeruum furem legatario dederit,tenetur ei actione ex teſtamento nomine doli ad damnum, quod ex furto ſerui paſſus eſt, vel tenetur relinquere eum ſeruum pro noxa legatario volenti, & etiam præſtare alium ſeruum, l.ſi heres generaliter,110.§.1.eod.

Heres ſeruum in genere,quem ipſe voluerit dare iuſſus,non debet peſſimum, ib.

Heres ſi ſuum ſeruum à teſtatore legatum manumiſerit etiam ignoranter, vel donauerit,& donatarius eum manumiſerit valet manumiſſio,& tenetur legatario ad eius æſtimationem, ſecus ſi ſeruum teſtatoris legatum manumiſerit, quia tunc non valet manumiſſio,l.ſi quis inquilinos,112.§.1.& ibi gl.æſtimationem,eodem.

Heres,qui ſeruum legatum in ſpecie tradidit legatario, non tenetur ei nomine euictionis,etiam ſi ille ſeruus ab aliquo ei ſit euictus, ſecus ſi ſeruo generaliter legato Stichum in ſpecie tradidiſſet,iſque ei euictus ſit,quia tunc tenetur adhuc actione ex teſtamento euictionis nomine, ſi ante ſententiam fuit denunciatus à legatario,& non aliàs,l.qui concubinam,29.§.ſi heres, & ibi gl.3. de leg. 3.

Heres ſeruum legatum ſub conditione non poterit interim manumittere, l.3.§. ſed quia,C.communia de legatis.

Heres purè rogatus reſtituere ſeruum nominatim non poterit manumittere inter viuos,neque etiam ſi ſub conditione ſit rogatus reſtituere,poterit pendente conditione,d.§.ſed quia,& ibi gl.non numi.

Heres rogatus reſtituere ſeruum ſub conditione, pendente conditione poterit manumittere teſtamento ſuo,ſed non inter viuos,† gl.manumittere,ibid.

Heres nihil poteſt adquirere per ſeruos,quos teſtator legauit,vel manumiſit, ſi ſciens eos à teſtatore fuiſſe legatos,vel manumiſſos, poſſideat, ſiue illi eſſent ſerui teſtatoris,ſiue alieni,l.quæſitum,40.adquir.rerum dominio.

Heres mortuo ſeruo legato poſt moram aut poſt litis conteſtationem tenetur legatario,l.ſi heres,16.de noxalib.

*Reliqua verbo,Legatum,*71.72.90.110.111.112.*Seruus,*65.*vſque* 70.152.153.*ſuprà,num.*110.

125 HERES poteſt vendicare numos peculiares à ſeruo datos pro implenda conditione libertatis ſibi in teſtamento inualido relictæ, ſed ſi extraneus numos ſuos dederit pro tali ſeruo, dominus ſerui de ſtricto iure repetit per condictionem, ſed de æquitate ille, qui dedit, l. dominus, 53. de condictione indebiti.

Heres non poteſt vendicare numos peculiares à ſeruo datos pro implenda conditione libertatis ſibi in teſtamento inualido relictæ, ſi fuerint conſumpti, quo caſu condicit eos,gl.pe.ibid.

Heredes inſtituti à milite, & rogati reſtituere hereditatem ſeruo, cui relicta fuit libertas,ſi deceſſerint viuo teſtatore, vel poſt, ante aditam hereditatem, fauore militis,& libertatis ſeruus habebit libertatem,& hereditatem,ac ſi libertas & hereditas directò ei fuiſſet data,l.neque enim,14.§.fi. & ibi glo.fi.de milit.teſtam.

Heredes inſtituti à pagano, & rogati reſtituere hereditatem ſeruo, cui libertas relicta fuit in eo teſtamento,ſi viuo teſtatore, & ſciente deceſſerint, libertas conſeruatur ſeruo,ſed non hereditas;ſed ſi viuo teſtatore,& ignorante deceſſerint, aut poſt mortem ſuam ante aditam hereditatem fauore libertatis valet teſtamentum,& conſeruatur ſeruo libertas,& hereditas,l.tractabatur, 15. & ibi glo. fin.eod.

Heres rogatus reſtituere hereditatem,poteſt relinquere libertatem ſeruo hereditario, tenetur tamen fideicommiſſario ad æſtimationem ſerui, l. quidam, 25.§.fi. ad Trebel.

Heres non poteſt denegare, quin det libertatem ſeruo, de quo rogatus eſt, vt eum manumittat ſub prætextu rationum non redditarum,& eorum,quæ geſſit in rebus teſtatoris,l.ſi purè,37.de fideicom.liberta.

Heredes rectè,& piè dant libertatem alumno, cui pater in teſtamento ſuo reliquit fideicommiſſariam libertatem, licèt ipſi heredes ab inteſtato ſuccedant; quinimò debent dicto alumno fideicommiſſa ſoluere, l. in teſtamento, 38. eodem.

Heres tenetur pręſtare manumiſſo inſtrumentum manumiſſionis,non verò emptionis etiam ſerui manumiſſi, gloſſ. 2. in l. inſtrumenta, 24. C. de fideicommiſſis.

Heres manumittere non poteſt ſeruum ſuum, vel ipſius teſtatoris, quem teſtator prohibuit manumitti, l.contra voluntatem, 7.& ibi gloſſ. 2.C.de teſtam. manumiſſ.

Heres manumittere poteſt ſeruum extraneum contra teſtatoris voluntatem,gl. 2. ibidem.

Heredis colluſio non præiudicat libertati relictæ à teſtatore, ſiue colluſionem fecerit heres ante aditam hereditatem, ſiue poſt, dummodò faciat in fraudem,l.ſi heredes,12.C.eod.

Heres ſi colludat,vt ſeruus,cui libertas in teſtamento relicta fuit,libertate fraudetur,non præiudicat libertati,ibid.

Heres ſi dolo malo ſtatuliberum ſub conditione manumiſit,pendente conditione inſolidum condemnari debet etiam impleta conditione, l.ſi heres, 16.de noxalibus.

Heres contra libertatem pręſtitam à defuncto non poteſt venire,etiam ſi ſeruus fuerit heredis,quia adeundo hereditatem confirmat libertatem,l.ſi ab eo, 7 C.de liberali cauſa.

Reliqua verbo,Seruus, 47.*vſque* 53.54.*vſque* 58.59.71.72.73.74.75.

HERES poteſt inſtitui ſeruus hereditarius ante aditam hereditatem, quia hereditas nondum adita dicitur domina,& defuncti locum habet, l.non minùs 31.de hered. inſtit.

Heres poteſt inſtitui ſeruus capti ab hoſtibus, qui reuerſus ab hoſtibus poteſt iubere ſeruum adire, ſi verò apud hoſtes deceſſerit, ille, qui exiſtet capto ab hoſtibus,ſi ab hoſtibus reuerſus fuiſſet,per dictum ſeruum fiet heres, l.illa inſtitutio,32.§.fin.eod.

Heres poteſt inſtitui ſeruus eius, qui poſt mortem teſtatoris naſcetur, l. eius ſeruum,64.eod.

Heres per ſeruum hereditarium non poteſt adquirere aliquid, quod ſit eiuſdem hereditatis, quia ſeruus hereditarius antequam adeat, non eſt heres, & ſi ſic ſibi nihil poteſt quærere,ſed poſtquàm eſt adita,non eſt hereditarius, l.heres per ſeruum,43.& ibi gl.1.de adqui.hered.

Heres ſi ille, qui litigat ſuper libertate, inſtituatur tanquàm ſeruus illius, cum quo litigat,compellitur per iudicem cauſæ ſine præiudicio litis adire hereditatem iuſſu illius,& ei adquirere,l.cum aliquis,21.C.de iure deliber.

Heres ſi ille,qui litigat ſuper ſtatu ſuo,inſtituatur tanquàm liber, tunc expectatur finis litis,& ſi pronunciabitur ſeruus,cogitur adire hereditatem,& adquirit domino;ſi verò liber pronuncietur,adquirit ſibi,ſi adire maluerit,ibid.

Heres inſtitutus ille,quem eſſe ſeruum conſtat, dominus eius poteſt compellere eum adire,neque tenetur adire iudicem ad compellendum,ſed ſi dubitatur an ſit ſeruus, vel liber, non ſufficit domini poteſtas ad compellendum eum, & ideò debet recurri ad iudicem vt compellat,gl.2.in add.ibid.

Heres ſi ſit inſtitutus ſeruus purè ſtatim mortuo teſtatore etiam inuitus, & ignorans eſt liber,gl.fi.in l.iuris gentium,§.ſi ante aditam,de pactis.

Heres vnus ex pluribus inſtitutis à defuncto, qui ſeruo manumiſſo alienato, vel libero eſſe iuſſo intra annum conueniri poterat de peculio,ſi ſit conuentus de peculio, de iuris rigore cæteri liberantur, ipſe tamen conuentus non debet cōdemnari in plus,quàm quòd ſit in peculio penes ipſum,de æquitate tamen cæteri tenentur in reſiduo,nec liberantur,l.ſi ex duobus,32.de peculio.

Reliqua verbo,Seruus, 19. *vſque* 22.47.*vſque* 53.54. *vſque* 57. 58. 59. *Bonorum poſſeſſio,*25.

HERES vbicunque habet facultatem eligendi,facta electione non poteſt ampliùs variare,l.iam dubitari,86.& ibi gl.fi.de hered.inſtit.

Heredi competit electio in legato alternatiuo, quoties moram in præſtando non fecit legatario,l.cùm res,47.§ ſed ſi Stichus,de leg.1.

Heres ſeruo vno ex duobus alternatiuè legatis exiſtente in fuga, vel apud hoſtes,tenetur præſtare præſentem,vel abſentis æſtimationem,ibid.

Heres ſeruo vno ex duobus alternatiuè legatis decedente tenetur præſtare omninò alterum,vel mortui æſtimationem, ibid.

Heres ſeruis duobus relictis ambobus exiſtentibus in fuga tenetur cauere, vt ſi alterum ex his apprehenderit, de præſtando eum, vel æſtimationem abſentis,ibidem.

Heredis eſt electio,quando duæ res alternatiuè legantur alicui, gl.pen.in l.4.C. de verb.ſignific.

Heres vnus non poteſt quinque ſoluere,& alter heres partem Stichi dare,quando ambo heredes damnati ſunt dare decem,aut Stichum,ſed neceſſe eſt,quòd vterque ſoluat,aut Stichum totum,aut decem,l.ſi quis,duob.15.de leg.2.

Heredes damnatus decem dare vni ex libertis ſuis,quem elegerit,ſi nolit eligere,cui daret,omnes liberti admittuntur ad legata decem,l.ſi quis Titio,17.§. fin.eodem.

Heres damnatus dare Stichum,aut Pamphilum,quem eorum velit, ſi ignorans ſibi electionem datam eſſe à teſtatore dedit Stichum,non poteſt eum repetere,& Pamphilum dare,l.ſi is,cui legatus,19.eod.

Heres damnatus dare Stichum, aut Pamphilum, quem eorum velit,ſi ignorans legatum alternatiuum,ambos dederit, poterit vnum ex his, quem ipſe velit, repetere,† gl.fi.ibid.

*Reliqua verbo,Electio,*2.6.7.8.9.*Legatum,*88.*Legatarius,*22.*Optio.*

HERES ſi legatorum nomine in ciuitate non poteſt ſatiſdare, remittendus eſt ad municipium,in quo poteſt,l.de die,§.tutor,qui ſatiſdare cogantur.

Heres ſub conditione ſi ea pendente poſſeſſionem rerum hereditariarum adeptus fuerit,cauere debet ſubſtituto de non minuendo hereditaria bona, & de reſtituenda ſubſtituto in defectum conditionis,quæ cautio committitur,cùm defecta conditione ſubſtitutus adiuit, l. inter omnes, & ibi gloſſa hereditate eodem.

Heres ſub conditione inſtitutus ſingulis ſubſtitutis debet cauere de reſtituendo bona hereditaria in defectum conditionis,d.l.inter omnes,cum l.ſeq.

Heres non poteſt paciſci cum legatario,quod non teneatur cauere, vel præſtare ſatiſdationem de ſoluendis legatis adueniente conditione,l.pactum inter heredem,de pactis.

Heres ſi non ſatiſdederit legatariis,mittuntur legatarij, vel fideicommiſſarij in poſſeſſionem rerum hereditarium, poſt ſex autem menſes mittuntur in poſſeſſionem etiam rerum ipſius heredis,gl.pe.in l.de eo,26.de iudiciis.

Heres tenetur ſatiſdare de reſtituendo fideicommiſſo, niſi teſtator remiſerit ei. & niſi quando frater fratri,& pater filiis cogitur reſtituere, gl.interponendæ, in l.cùm tale,72.§.1.de condit. & demonſtr.

Heredes cuiuſcunque dignitatis, ac quarumcunque facultatum coguntur ſatiſdare legatariis, quia ſicut heredes incumbunt poſſeſſioni bonorum, ita legatarios non debere carere bonis defuncti, ſed aut ſatiſdare eis, aut, ſi non ſatiſdetur,in poſſeſſionem bonorum venire prætor voluit, l. 1. vt legatorum nomine caueatur.

[illegible] to sibi iuramento per fideicommissarium debet iurare, grauamen vel fideicommissum non fuisse relictum,& præstito absoluitur, ibi.

[illegible]es grauatus fideicommisso, & negans fideicommissum relictum delato sibi iuramento per fideicommissarium, si illud recuset, habetur pro confesso,& debet condemnari,nec tunc potest excipere, & allegare defectum solemnitatis [illegible] uenri, ibi.

[illegible] fideicommisso grauatus si dicat se nescire fideicommissum relictum, [illegible] lato sibi iuramento per fideicommissarium, debet iurare; quòd nihil [illegible] a testatore audiuit,gloss.subire,in leg.fin. C.eodem.

[illegible] grauatus fideicommisso, si confitetur ab initio fideicommissum, sed esse [illegible] tum in minus solemni testamento, vel si legatarius non confidit de sacramento heredis, tenetur legatarius probare per legitimum numerum testium illud fuisse solemne,glo.ostenditur,ibi.

Heres solemniter institutus grauari potest fideicommisso in totum,vel in parte purè,sub conditione,vel ex certo die, §.in primis, Inst.de fideicommis.libert.

Reliqua verbo,Fideicommissarius,per tot. Fiduciarius,Grauatus, Testator,29.Grauari,& infrà 134.cum seqq.Testamentum,18.

134 HERES rogatus per fideicommissum vendere hereditatem iusto pretio,dicitur venditio,ideóque pretium succedit loco rei,gloss. in hereditate, in l.in æstimationibus, 48.de petitione heredit.

Heres rogatus per fideicommissum vendere hereditatem iusto pretio in testamento non solemni, irrito,vel rupto, si vendiderit ei eo pretio, tenetur vero heredi tantùm ad pretium perceptum,licèt pluris valeret hereditas, nisi modico fuisset vendita †, gl.1.& 2,ibid.

Heres rogatus per fideicommissum restituere accepta certa quantitate, non est venditio,sed perinde est,ac si esset rogatus restituere tibi, si rex Hispaniæ decem ei det,illa decem non veniunt in petitione hereditatis, d.glossa in hereditate.

Heres institutus si damnatus sit,vt venderet fundum ita,vt certum pretium acciperet à legatario,est venditio,nec fundus dicitur esse in legato, sed venditio fundi est in legato, & ideò fundus non venit in computatione quartæ Falcidiæ,sed id solùm venit,quod minus iusto pretio vendiderit,ibid.

Heres institutus si sit rogatus restituere fundum aliquo accepto à legatario,non est venditio,quia ipse fundus est in legato,ideóque totus fundus computatur, non autem eius, quod pro conditione implenda datur, fit computatio, quia idem est,ac si accipiatur ab extraneo,ibid.

Heres simpliciter grauatus rem vendere intelligitur iusto pretio, nisi sit grauatus certo pretio vendere,quo casu tenetur illo pretio vendere, l.si fideiussor, §.fi de leg.1.

Heres grauatus vendere alicui,potest is oblato pretio agere rei vendicatione, l. vxorem,41.§.agri,de leg. 3.

Reliqua suprà 99.Hereditas,26.Vendere,1.

135 HERES grauatus præstare alimenta, non tenetur præstare in domo alimentarij,sed sufficit,quòd offerat in domo propria,† l.cùm hi,§.vult,& ibi gl. alteruter,de transactio.

Heres si sit grauatus præstare alimenta alicui, alimentandus non tenetur stare in domo heredis,sed extra ipsius domum alimenta poterit petere,& heres tenetur,d.§ vult.

Heres si sit grauatus præstare alimenta, alimentandus potest petere illa, vbi testator domicilium habuit, & vbi est maior pars hereditatis, vel vbi testator dixit,vel vbi verisimile est voluisse,d.gl. alteruter.

Heres rogatus dare alicui centum mutuo sub certis vsuris potest conueniri ab eo,cui rogatus est mutuare,l.si seruus legatus,106.§.fi.de leg.1.

Heres duo si fuerint grauati præstare legatum alicui,altero repudiante,alter tenetur præstare totum legatum legatario,l.ciuitatibus,122 §.1.& ibi glo.quæres,eodem.

Heres grauatus vt doceat,vel doceri faciat Stichum iussum liberum aliquod artificium, ex quo possit lucrari victũ, & vestitum competentem tenetur docere, vel facere docere cum sumptibus suis illud artificium, quod iudex ex voluntate defuncti,& ætate, & conditione, & natura, ingenióque eius cui relictum est,arbitrabitur,l.Stichus,liber esto,12. de leg.3.

Heres grauatus præstare amicis suis; quod ipse testator viuus solebat eis præstare,& Marco octoginta,tenetur illi Marco præstare non solùm illa octoginta, sed etiam annuum,quod solebat defunctus præstare ei,l.Titia, 19. §.1.de annuis legatis.

Heres rogatus purè manumittere seruum, cui alimenta relicta erant, etiam si non fuerit in mora communi manumittendi, vt quia interpellatus non fuit, sed fuit in mora in rem,tenetur seruo post triennium,putà manumisso ad alimenta præterita,quamuis tunc esset seruus,l.cùm vnus,§.1.& ibi gl.verbis, de alimen.vel cibar.

Heres rogatus, vt aliquandò Titio decem det,tenetur dare illa, cùm primùm potuerit commodè,& dies cessit, quia illa dictio, aliquando, gratia heredis ponitur,l.rogo,29.§.fi.quando dies legat.cedat.

Heres,qui deducit sortem pro alimentis, cauere debet de ipsa sorte restituenda mortis alimentarij,l.pe.§.1.ad legem Falcid.

Reliqua verbo,Legans,10.Legatum,12.& 110.Alimenta,1.2.5.6.7.

136 HERES rogatus retenta certa, & modica quantitate restituere hereditatem Titio,restituta hereditate Titio,ipse fideicommissarius tenetur vtili petitione hereditatis, nisi retenta magna quantitate sibi restitueret ei, l. etiam si, 15. §. sed & si, & ibi glossa certa quantitate, de petitione hereditatis.

Heres rogatus restituere hereditatem accepta certa quantitate, non de hereditate,sed de bursa eius,qui restituere debet,si restituerit, non tenetur petitione hereditatis; ad quantitatem acceptam; quia pro herede non possidet, quod conditionis implendæ gratia accepit,d.l.etiam si,§.planè.

Heres scriptus rogatus restituere hereditatem ad fructus, quos retinet ex illa hereditate,voluntatè testatoris tenetur petitione hereditatis,& sic & ipse, & fideicommissarius tenentur petitione hereditatis, l. etiam si, 25. §. quòd si quis,vers.sed Sabinus,& ibi gl.retinetur,eod.

Heres institutus ex asse, vel ex parte si sit rogatus mihi partem aliquam restituere,mihi competit vtile iudicium familiæ erciscundæ ad petendum mihi relictum,l.si ex asse,40.famil.ercisc.

Heres rogatus de restituendo si adeat, efficitur dominus rei obligatæ reuocabiliter,quia tenetur restituere hereditatem,vnde desinit esse dominus, & restituitur sibi hypothecaria priùs perempta,vel resuscitatur,gl.finita,in l.eleganter,24.de pigner. actione.

Heres rogatus restituere hereditatem recepto seruo,& peculio, si restituit contra creditores peculiares non potest obiicere exceptionem quartæ Trebellianicæ,neque fideicommissarius,cui restituta fuit hereditas,tenetur, cum peculium non habeat,nec dolo fecerit,quominùs habeat, l.1.§. fin.quando de peculio actio.

Heres rogatus restituere hereditatem si decedat,antequàm adierit, euanescit fideicommissum, nisi herede viuente fuerit aditus iudex, qui ad eundem eum compelleret, quo casu quilibet successor restituere compelleretur, glossa decessit,& ibi additione margin. in l. tutores, qui,39.§. heres, de administr. tutorum.

Heres rogatus restituere,si adiuit, & ante restitutionem fideicommissi decesserit,relicto aliquo herede,non euanescit fideicommissum,sed eius heres cogitur restituere, sed nullo herede relicto ipso iure transeunt actiones in fideicommissarium, d.gl.decessit.

Heres rogatus tenetur restituere fideicommissario ipsas res, & non earum æstimationem,gl.fi.in l.non amplius,26.§ fi.de legat.1.

Heres potest rogari,vt post mortem suam quartam partem hereditatis ipsius rogati restitueret alicui, & valet fideicommissum, ac si de rogantis hereditate esset rogatus,& catenus restituere debet, quatenus hereditas testatoris patitur,l.filiusfamilias,114.§.vt quis,de lega.1.

Heres rogatus vt restituat hereditatis partem suam coheredi, retento sibi fundo,& centum aureis etiam retentis, deducet fundum de tota hereditate, sed pecuniam de parte sua,l.cùm pater,77.de leg.2.

Heres institutus in testamento si sit in codicillis per fideicommissum rogatus restituere Titio hereditatem testator iubente codicillos aperiri solummodò post mortem heredis, si is heres iusta ignorantia fundum hereditarium existimans infructuosum rationi suæ vendidit, valet venditio propter iustam ignorantiam mulieris, & emptoris, heres tamen heredis tenetur fideicommissario dare pretium,l.fi.§.eod.

Heres rogatus restituere hereditatis portionem, accepta certa quantitate à fideicommissario,potest suo arbitrio petere illa centum à fideicommissario, & restituere ei portionem hereditatis, & similiter potest fideicommissarius dare heredi rogato prædicta centum, & cogere heredem sibi restituere portionem hereditatis,ipse tamen non potest inuitus cogi præstare quantitatem,nisi quid aliud ex testamento perceperit,l.fideicommissa, 11.§.cùm esset, & ibi glo.præstare,de leg.3.

Heres rogatus,vt prædia,quæ ad eum peruenerint,curaret,vt ad suos filios possent perueniri,tenetur ex causa fideicommissi præstare illa post mortem suam suis filiis,d.l.fideicommissa,§.hæc verba.

Heres rogatus per fideicommissum certam pecuniam sub vsuris dare, tenetur eam dare sub vsuris,præstita sibi nuda tantùm cautione; nec requiritur, quòd sibi præstetur cautio cum fideiussoribus,vel pignoribus,d.l.fideicommissa,11 §. si heres rogatus,& ibi glo.2.& fi.

Heres rogatus, vt restituat alij id, quod sibi relictum fuerit,vltrà quàm capere posset, potest capere omne illud, ad hoc vt fideicommissario restituat, sed non aliàs,l.si fidei,28.de leg.3.

Heres rogatus post mortem suam restituere hereditatem Titio, & si is decederet antea,quod restitueret Caio, non liberatur à fideicommisso relicto Caio, eò quòd viuus restituerit Titio, si is ante mortem heredis grauati decesserit, l.vxorem,41.§.Seium,eodem.

Heres rogatus restituere,cùm volet, videtur rogatus post mortem, nec antè est compellendus ad fideicommissum,d.l.vxorem,§.Scæuola.

Heres rogatus,cùm moreretur,restituere quidquid ex hereditate bonísve testatoris ad eum peruenerit, non tenetur ad restitutionem fructuum, quos ipse viuus percepit,nec eorum,quæ inuicem fructuum habent, sed bene ad restitutionem eorum fructuum, quos aditionis tempore inuenit à defuncto perceptos,vel ab ipsa hereditate,l.quod his,83.& ibi gl.1.eod.

Heres ex parte institutus si sit rogatus, vt coheredem sibi reciperet Titium in fundo prælegato, Titio debetur pars fundi ex causa fideicommissi, l.Lucius, 93.§.fi.eodem.

Heres ex parte institutus rogatus restituere Mæuio hereditatem, non tenetur restituere aliam partem, quam ex fideicommisso recepit à coherede suo, l. si Titius,96.eod.

Heres Caius rogatus restituere hereditatem Seianam Titio, si instituit dictum Titium in suis, & in Seianis bonis, & rogauit restituere, tam hereditatem ipsius Caij,quàm etiam Seianam Sempronio,Titius potest retinere Seianam, vt æs alienum, & non restituere Sempronio, item & quartam Falcidiam de Caij hereditate retinere, nisi perceperit de Caij hereditate tot fructus, qui valeant Seianam hereditatem, l. cùm pater, 77.§. Titio, & ibi glossa Titio,de legatis 2.

Heres grauatus per fideicommissum restituere rem Titio, si reliquit vsumfructum dictæ rei eidem Titio & Sempronio,fideicommissarius Titius,eo quod longo tempore simul cum Sempronio vsumfructum perceperit,sibi non præiudicat, quin possit petere fideicommissum ab herede heredis rogati, l.quæ fideicommissa,79.eod.

Heredes rogatus, vt acceptis centum nummis, restitueret partem suam hereditatis coheredi, si adita hereditate decesserit similiter, & coheres eius, antequàm daret illa centum, heres coheredis non potest offerre illa heredi rogati,& consequi partem hereditatis,quia per illa verba,*vt acceptis*, &c.in dubio videtur,quòd testator velit facere conditionem,& sic eam r[illegible] poterit heres adimplere,sed si appareat velle denotare modum, tunc heres coheredis poterit offerre illa centum,& consequi partem hereditatis, l.à testatore, [illegible] & ibi gl.fi.de conditio.& demonstr.

Heres rogatus restituere partem hereditatis vni purè, & partem alij sub conditione,

computantur ei fructus medio tempore percepti,cum intra illud quartam, & eius fructus poteſt habere,non tamen computantur ei,qui ſimpliciter eſt rogatus,& ſic tempus reſtitutionis eſt incertum,† gl.2.in l.iubemus,6.C.eod.

143 Heres grauatus de reſtituendo ſi per contumaciam ſit abſens,vel ſi antequàm reſtituat , decedat ſine herede , ipſo iure transferuntur vtiles actiones in fideicommiſſarium,l.pen.§.fin.C.eod.

Heres grauatus de reſtituendo ſi antequàm reſtituat,decedat ſine herede, debet fieri ſaltem aliqua proclamatio, ſi eſt aliquis , qui velit eſſe heres talis,& nemine comparente,tunc tranſeunt vtiles actiones in fideicommiſſarium,gl.herede,in additio.in d.l.pen.§.fi.

Heres grauatus de reſtituendo fideicommiſſum vniuerſale , & ſpeciale , totum debet reſtituere ſine ſpeciali detractione,& fideicommiſſarius ſpecialis agere poteſt contra vniuerſalem,cui reſtitutio eſt facta,l.fi.C.eod.

Heres ſi ſit grauatus de reſtituendo hereditatem deductis legatis , datur electio heredi,ita quòd legata,ſi velit,ſoluere poterit, ſi nolit , poterit reſtituere illa fideicommiſſario ſoluenda legatariis,gl.1.ibid.

Heres ſcriptus rogatus poſt mortem ſuam reſtituere hereditatem alicui,ſi condemnatur,& bona eius occupentur à fiſco, interim fideicommiſſarius petens hereditatem repellitur,quia ſpectanda eſt mors ſcripti,gl.maſculo,in c. 1.§.1. de ſucceſſione feudi,in vſib.feudorum.

Heres rogatus etiam facta reſtitutione hereditatis,remanet heres nomine,& in fideicommiſſarium tranſeunt omnes actiones vtiles,§.reſtituta, Inſt.de fideicommiſ.heredit,

apud Heredem rogatum remanent omnes actiones ex S. C. Pegaſiano reſtituta tota hereditate,vel vltra dodrantem fideicommiſſario , niſi cautio fuerit interpoſita inter ipſum heredem, & fideicommiſſarium de diuidendis actionib. §.poſt quod Senatuſconſultum,& §.ſeq.Inſt.eod.

Heres rogatus reſtituere dodrantem tantùm actiones diuidit pro rata , ſed rogatus reſtituere vltra dodrantem, ex Pegaſiano remanent actiones penes heredem,niſi ſtipulatio ſit interpoſita,ſi ſponte adiuit,ſecus ſi coactus adiuiſſet, quia tunc omnes tranſeunt in fideicommiſſarium,§.ergo ſi quidem, Inſt. eod.

Heres rogatus poteſt reſtituere hereditatem re,vt ſi paſſus ſit res hereditarias à fideicommiſſario poſſideri,vel totas,vel aliquas hac mente, vt vellet reſtituere,& ille ſuſciperetur;aut verbo, veluti reſtituo hereditatem tibi,licèt corporaliter rerum poſſeſſio non tradatur,& ex tunc in vtroque caſu res fiunt fideicommiſſarij,gl.reſtituerit,in §.ſed quia,Inſt.eod.

144 Heres ſi rogatus ſit retenta certa re aſcendente ad quartam reliquum reſtituere, reſtituta hereditate omnes actiones tranſeunt inſolidum in fideicommiſſarium,& heres ad nulla onera hereditaria tenetur, §.ſi quis vna , Inſt. de fideicommiſ.hered.

Heres ab inteſtato poteſt grauari fideicommiſſo,§.prætereà,inteſtatus,Inſt. eod.

Heres rogatus per fideicommiſſum reſtituere in diem domum , quæ arſit ſine culpa heredis ante diem fideicommiſſo cedentem,ſi refecit impenſa ſua, impenſam ex fideicommiſſo poteſt deducere , & ſi ſine deductione tradidit domum,condictione incerti poteſt repetere domum,ideſt,retraditionem eius,vt habeat detentionem pro expenſis,l.qui exceptionem,40.§.1. & ibi gl.incerti, de condict.indebiti.

Heres rogatus ancillas reſtituere poſt moram partus editos tenetur fideicommiſſario reſtituere,l.Paulus,14.de vſuris.

Heres rogatus ſi ſit poſt mortem ſuam hereditatem ſine redditu reſtituere,partus ancillarum viuo herede nati, & ante diem fideicommiſſo cedentem, non continentur fideicommiſſo,ibid.

Heres rogatus de reſtituendo equas alienas poſt moram tenetur etiam reſtituere fœtus,l.equis,39.eod.

Heres rogatus reſtituere hereditatem adulto non habenti curatorem non dicitur non poſſe reſtituere, cùm poſſit fideicommiſſum ſoluere petendo ei curatorem,ſecus eſt ſi pupillo non habenti tutorem tenetur reſtituere,gl.non potuit,in l.cùm quidam,17.§.ſi pupillo,de vſuris.

Heres inſtitutus à milite ſi ſponte hereditatem adierit , & rogatus totam reſtituerit, hereditariæ actiones tranſeunt in fideicommiſſarium ex Trebelliano, l.ſi à milite,29.de milit.teſtam.

Heredes duo ſi iuſſi ſunt reſtituere partes ſuas , intelligitur teſtator partes eaſdem in fideicommiſſo facere,qua in hereditate diſtribuenda fecit, l. quoties, 26. ad Trebell.

Heres ſi ſit rogatus reſtituere filio teſtatoris,cùm 14.annorum erit , aut ſi filius priùs moriatur,reſtituere matri eius,ad matrem pueri fideicommiſſum transfertur,ſi non ſit reſtitutum filio ante mortem dicti filij ſiue deceſſit filius,antequàm dies fideicommiſſi cedat,ſiue poſteà,l.quidam,25. ad Trebell.

Heres rogatus reſtituere hereditatem purè ſeruo,cui libertas ſub conditione relicta eſt,non poteſt cogi pendente conditione libertatis adire,& reſtituere,& ita libertas & fideicommiſſi reſtitutio differtur in euentum conditionis , l. ſi cui purè,31.& ibi gl.2.eod.

145 Heres rogatus ſi poſt reſtitutam hereditatem paſſus ſit controuerſiam de hereditate, ac victus ſit à legitimo herede, aut litem ceſſit legitimo heredi , talis ſententia, vel renunciatio non præiudicat fideicommiſſario, l. facta, 63, §. ſi heres,eodem.

Heres rogatus ſi maiorem partem reſtituerit, quàm rogatus eſt, in eam partem, quæ excedit , non transferuntur actiones hereditariæ in fideicommiſſarium ipſo iure,d.l.facta.§.ſi quis maiorem.

Heres rogatus reſtituere hereditatem percepta aliqua re , vel ſumma , ſi omiſſa retentione totam hereditatem reſtituit , transferuntur in fideicommiſſarium,ibid.

Heres rogatus reſtituere hereditatem ſi ſine liberis deceſſerit, defeciſſe videtur conditio,ſi patri ſuperuixerint liberi,licèt heredes eius non ſint, † l. filiusfamilias,114.§.cùm quis,& ibi gl.2.de legat.1.

Heredes duo æqualiter inſtituti ſi fuerint grauati,ita quòd ſi quis ex his decederet ſine liberis octo vncias hereditatis reſtitueret alteri ſuperſtiti,ſi alter eorum decedens ſine liberis inſtituit ſuperſtitem in nouem vnciis,& extraneum in tribus,poteſt ſuperſtes agere contra inſtitutum in tribus vnciis,vt ſoluat ſibi quartam partem octo vnciarum, quas defunctus ſibi debebat ex fideicommiſſo,cùm iſte extraneus in quarta parte hereditatis ſit inſtitutus, niſi probetur defunctum inſtituiſſe ſuperſtitem in nouem vnciis animo compenſandi, l.Lucius Titius,123.eod.

Heres grauatus reſtituere hereditatem,ſi ſine liberis deceſſerit, non videtur decedere ſine liberis,ſi nepotem ex filio reliquit heredem,niſi probetur teſtatorem alium voluiſſe,l.1.C.de condit.inſert.

Heres grauatus reſtituere,ſi ſine liberis deceſſerit , non dicitur decedere ſine liberis,ſi vnum filium,vel nepotem reliquit,d.l.1.& ibi gl.1.C. de conditio.inſer.& l.iubemus,6.§.ſin autem,& ibi gl.conditio,C. ad Trebel.

Heres rogatus reſtituere hereditatem,eo ſine liberis decedente, ſi intret monaſterium, euaneſcit fideicommiſſum , niſi alteri loco pio , & religioſo rogatus eſſet reſtituere,authen.niſi rogati,& ibi gl.fin.C.eodem.

Heres rogatus reſtituere hereditatem,eo ſine liberis decedente , ſi intret capellam,euaneſcit fideicommiſſum,licèt per eam non renunciet ſeculo, cum propria poſſit habere,gl.2.ibid.

Heres rogatus reſtituere hereditatem, ſi ſine liberis decedat , ſi mala fide , & in fraudem fideicommiſſarij intret monaſterium , illud monaſterium tenetur reuocatoria fideicommiſſario,ibid.

Heres grauatus reſtituere hereditatem,eo ſine liberis decedente, poterit teſtari, & inſtituere heredem fideicommiſſarium, qui deducet fideicommiſſum tanquàm æs alienum,& de reſiduo ſoluentur legata detracta Falcidia, l. irritum, 8.C.ad legem Falcid.

Reliqua infrà,146.vſque 149.& verb.Hereditas,25.Reſtituere,4.Fideicommiſſum, ſuprà,32.Fideicommiſſarius,6.7.8.Conditio,11.

HEREDES quandoque dicuntur fideicommiſſarij, quia per fideicommiſſum ſunt rogati,gl.fideicommiſſarij,in l.quamuis,51.de iudiciis. 1.

Heres effectu quodam dicitur ille,cui fideicommiſſaria hereditas reſtituitur, & quaſi heres videtur ille , qui poſtulat bona ſibi addici cauſſa conſeruandarum libertatum,vel qui occupauit bona peculiaria filij,vel ſerui,gl.vel alia ſucceſſione,in l.ait prætor,§.& ſi hereditatem de minorib.

Heredis loco habetur ille,cui hereditas reſtituta eſt per Trebellianum,gl. reſtituta,in l.non ſolùm,de reſtit.in integ.

Heres in fideicommiſſi perſequutoria,ſi ante ſententiam latam fuit in mora, tenetur de fructibus percipiendis etiam intra quadrimeſtre tempus,quod datur iudicatis , ſed ſi non fuit in mora ante ſententiam , non tenetur de fructibus percipiendis intra quadrimeſtre,de perceptis tamen tenetur,† l.3.& ibi gl. 1. & gl. lucrum de vſuris.

Heres,qui fideicommiſſum licèt perquàm exiguum præſtare differt,non dicitur eſſe in mora reſtituendi , ſi eò quòd ambiguum num habenda ſit ratio Falcidiæ,ſatagit ſubducendæ rationis bonorum cauſſa, vt id conſtet, & datur tunc ſubductor rationum arbitrarius,ita vt ad id citatus fideicommiſſarius veniat, & calculo interſit,qui ſi non adſit,ſibi nocet,d.l.3.in additio.marg.

Heres in reſtituendo fideicommiſſo dicitur eſſe in mora ſemper à die fideicommiſſi cedente, ſi fuit teſtatoris res per fideicommiſſum relicta , niſi mora fiat gratia legis Falcidiæ,gl.1.in l.Paulus,14.de vſuris.

Heres expendens in re ſubiecta reſtitutioni licèt interim ſua,videtur expendere animo repetendi,nec fructus percepti æſtimantur,l.domus, 58. cum l. ſeq. de leg. 1.

Heres poteſt reſtituere fideicommiſſum deducto eo , quod ſibi debetur , l. ab omnib.104.§.fi.eod.

Heres vnus ex duobus exiſtentibus in eodem gradu ab inteſtato venientibus , à quibus fideicommiſſum erat relictum in codicillis,ſi repudiauerit portionem ab inteſtato ſibi obuenientem,coheres eius cogitur præſtare fideicommiſſum propter ius adcreſcendi cum ſuo onere,l.ſi mihi & Titio,55.§.fin. & ibi gl.fi. de legatis 2.

Heres rogatus reſtituens antè diem fideicommiſſi liberatur , ſi dies appoſitus fuit propter commodum heredis , vt commodum medij temporis ipſe ſentiret,ſecus ſi gratia fideicommiſſarij tempus, vel dies appoſitus ſit, vt quia rem familiarem tueri non poterat , quo caſu ante diem reſtitutus non liberatur, niſi recipiens ſaluum habeat receptum fideicommiſſum,l.eum, qui, 15. & ibi gl.pen.de annuis legatis,gl.2.in l.poſt mortem,C.de fideicommiſ.

Heres ſi debet aliquid defuncto, illud debitum computantur in patrimonio defuncti,& cadit in fideicommiſſo vniuerſali, ſicut cætera bona hereditaria , l. pe.ad leg. Falcid. 1

Heres grauatus reſtituere nunquàm conuenitur pro legatis etiam ante reſtitutionem hereditatis,ſed ſolus fideicommiſſarius debet conueniri,gl. ad heredis,in l.3.ad Trebel.

Heres rogatus ſi decedat ante aditam hereditatem , fideicommiſſum vniuerſale extinguitur,l.ille,à quo,13.§.1.eod.

Heres non tenetur ad legata,vel fidecommiſſa,nec ad reſtitutionem hereditatis, quando filius obtinuit bonorum poſſeſſionem contra tabulas , niſi fideicommiſſarius eſſet de liberis, quia tunc à filio eſſet dandum fideicommiſſum pro portione virili,l.ita tamen,27.§.quoties,& ibi gl.compelli,eod.

Heredi & contra heredem non dantur actiones poſt reſtitutam hereditatem, dantur tamen fideicommiſſario,ſecus ante reſtitutam eam, d. l.ita tamen , §. qui ex Trebelliano,eod.

Heres in obligationibus per eum contractis non tuetur per Trebellianum , & ideò debet per fideicommiſſarium de indemnitate caueri , l. cùm hereditas, 36.eodem.

Heres ſi ſit rogatus reſtituere,filio teſtatoris cùm ad 16.annum perueniſſet,filio ante 16.annum decedente fideicommiſſum tranſit ad heredem filij , & heres filij ſtatim poteſt petere , neque tenetur expectare illud tempus , quo filius perueniſſet ad illam ætatem, † l.Seius Saturninus,46.& ibi glo. fin. & addit. marg. eodem.

Heres ſi indebitum fideicommiſſum per errorem facti ſoluit,repetit,ſecus ſi per errorem iuris,gl.actiones,in leg.facta,63.§.ſi quis maiorem,eod.

Heres ſcienter ſoluens fideicommiſſum relictum in minùs ſolemni teſtamento , facit , vt nec ipſe , nec eius heredes poſſint ſolutum repetere , l. 2. C.de fideicommiſ.

Heredes ſcienter promittentes,vel qualitercunque agnoſcentes fideicommiſſum relictum

quartam fideicommissario præstandam propter alimenta sua,& suorum filiorum,§.si verò contigerit,& ibi gl.faciat,eod.

Reliqua verbo, Restituere, 4.

152 HERES, vel legatarius accommodans tacitam fidem, vel promittens tacitè, vel dans chirographum eo nomine,siue nuda pollicitatione repromittens in fraudem iuris de restituendo id,quod sibi relinquitur,vel aliud,ei,qui legibus capere non poterit, perdit relictum sibi, & applicatur fisco, l. in fraudem, de his,quæ vt indig.

Heres, vel legatarius rogatus restituere capaci retinet legatum, licèt tempore mortis sit incapax legatarius, nisi heres tacitam fidem accommodauerit de restituendo legatario, etiam si is tempore mortis capere legibus prohiberetur,quia tunc perdit relictum,& applicatur fisco,d.l. in fraudem, §. si quis.

Heres, qui tacitam fidem accommodauit contra leges de restituendo aliquid alicui incapaci,in ea parte,in qua fraudem adhibuit, non detrahit Falcidiam, sed in alia parte retinebit Falcidiam,l.heres,qui tacitam,eod.

Heres,qui in fraudem legis tacitam fidem accommodauit de restituendo fideicommissum incapaci,tenetur fisco ad illud,& etiam ad fructus, quos ante litem motam percepit,sed post litis contestationem etiam ad vsuras pretij fructuum venditorum, sed si fructus in vsu habeat heres, sufficit, quòd restituat tantùm æstimationem illorum fructuum, & hoc de rigore, sed de æquitate citra distinctionem temporis tenetur duntaxat ad fructus, & non ad vsuras eorum,l.eum,qui,eod.

ad Heredem, à quo vniuersa bona auferuntur ex causa taciti fideicommissi, vel ob omissam vindictam necis defuncti,non spectat onus æris alieni, sed pertinet ad fiscum,cui bona sunt applicata, & actiones confusæ ob aditam hereditatem non restituuntur sibi,d.l.eum,qui,§.1.

Heres ex parte institutus,cui prælegatum factum est,si in fraudem legis tacitam fidem accommodauit de restituendo partem suam hereditatis incapaci,tenetur fisco ad eam partem, prælegatum tamen integrum habebit, cùm in eo fraudem non commiserit,d.l.eum,qui,§.fin.

Heres si rogatus sit tacitè in fraudem legis de restituendo incapaci quadrantem,quem legis Falcidiæ beneficio retinere potuit, aufertur ei ille quadrans, & applicatur fisco,quia nihil interest inter tale fideicommissum,& illud,quod ad se ex hereditate peruenit,restituere rogatus sit,l.si quilibet,eod.

Heres accommodans tacitam fidem de restituendo non capaci, priuatur omni commodo hereditario fisco applicando, qui tenetur ad legata, & Falcidiam detrahit,sicut heres facere potuisset,l.3 & ibi gl.1.C ad legem Falcidiam.

Heres si sit rogatus per tacitam fideicommissum de restituendo hereditatem incapaci,ex tali hereditate applicatur quarta fisco,qui ea omnia petit petione hereditatis,tanquam a prædonibus,gl.pen.ibi.

153 Heres si sit institutus filius,vel seruus,& rogatus sit restituere hereditatem incapaci,ex legatis non priuatur quarta Falcidia sibi competenti,cùm ipsi habeant necesse parêre testatori,d.gl.pen.ibid.

Heres legitimus grauatus de restituendo non capaci si se deferat, & prodat, de legatis relictis habet tertiam partem quartæ Falcidiæ,extraneus tamen heres se deferens habet dimidiam illius quartæ, ibid.

Heres capax grauatus tacitè de restituendo fideicommissum incapaci, si se deferat,lucratur tertiam partem,l. 1. & ibi gl.ex omni, C. de his, qui de se deferunt,lib.10.

Heres grauatus tacitè de restituendo non capaci, tenetur se deferre statim post tabulas apertas,vt lucretur tertiam partem, sed ante tabulas apertas spectandus est ille, cui relictum est fideicommissum, vt ille primò deferat,si vult, † gl.2. ibid.

Heres institutus,& rogatus tacitè restituere hereditatem incapaci veluti spurio, si consentit,prædonis loco habetur, & fisco tenetur petitione hereditatis, & ei,vt ab indigno illa aufertur,& applicatur fisco,l.prædonis,49. & ibi gl. 1. & 2.de perit.hered.

Heres ex parte dimidia institutus si sit rogatus eam partem restituere incapaci, nihil de parte coheredis repudiantis adcrescit ipsi rogato, quia rogatus etiam si adiuerit pro sua parte,nihil videtur habere,cùm fiscus ei possit auferre, l. si totam,83.& ibi gl.fin.de adquir.hered.

Heres accommodans fidem de restituendo incapaci in fraudem fisci, circa partem sibi relictam,quamuis illa priuetur,non tamen priuatur alia parte coheredi relicta,quæ sibi ex substitutione obuenit,ibid.

Heres rogatus de restituendo incapaci si substituatur ei, non priuatur illa hereditate,cùm iure substitutionis illi obueniat,ibid.

Heres rogatus clàm,vt fundum daret alicui incapaci, si deinde in testamento, & palàm sit rogatus restituere illi incapaci, punitur, ac si fidem accommodasset de dando incapaci, sicut si rogatus esset de dando incapaci, & in testamento dixit testator,rogo heredem meum,vt adimpleat,quod ei dixi,l. ita fidei, 40. de iure fisci.

Heres accommodans fidem de restituendo tacitum fideicommissum incapaci, tenetur præstare omne emolumentum fisco,& etiam vsuras,quas exegit à debitore hereditario,& eas,quas ex sua mora dedit,vel stipulatione,l. cùm quidam,17.§.1.& ibi gl.& vsuratum,de vsuris.

Reliqua verbo, Fideicommissario, 25.26.& suprà, 88.Spurius.

154 HERES rogatus restituere hereditatem libertis suis,quib.volet,potest eligere etiam indignum, sed rogatus restituere libertis, quos dignos putauerit, non potest eligere indignum, & si indigno restituerit, cæteri liberti, qui fuerint digni,habent repetitionem contra indignum ab herede electum, l. cùm quidam, 24. de legat. 2. glo. voluerit, in l. ex facto, 17. §. si quis rogatus, 2.ad Trebellian.

Heres quando rogatus est restituere libertis suis,quos dignos putauerit,videtur quasi bono viro ei commissum,& ideò si indigno præstiterit fideicommissum, reuocatur à libertis dignis,sed si dignis præstiterit, repelluntur alij, d.l. cùm quidam,& ibi gl.qui non offenderint,de legat.2.

Heres rogatus restituere libertis, quos dignos putauerit, sufficit, quòd eligat dignos, nec requiritur, quòd eligat digniores,d.glo. qui non offenderint, & d.gl.voluerit.

Heres rogatus restituere libertis,quibus volet,si distulit eligere libertos per aliquod modicum tempus, quo potuit eligere, omnes vocantur, & ad heredes transmittunt,nisi ipsi in petendo negligentes fuerint,d. l. cùm quidam, & ibi gl.neminem.

Heres rogatus restituere libertis, quibus volet, oportet, quòd heres sit in mora eligendi personam, & ex tunc transfertur ius petendi in omnes libertos,potest tamen heres purgare moram quousque petatur ab vno, sed petitione facta priuatur heres iure purgandi moram,gl.vtique,ibid.

Heres institutus rogatus, vt vni ex nepotibus plus tribueret in honorem nominis testatoris, tenetur per fideicommissum omnibus dare, & aliquid plus ei, cui plus dare rogatus est,quod ipse arbitrari debet,& illi stabitur, dummodò parum plus arbitretur,sed eo non arbitrante stabitur iudicis arbitrio, l. cùm filius,76.§.pater,& ibi gl.nominis,eod.tit.

Heres rogatus restituere hereditatem, cùm moreretur, filiis suis, vel cui ex his voluerit,potest,si vult, & ante mortem eligere, quem velit, & ei restituere, dum tamen duret in eadem voluntate,nam aliàs potest variare vsque ad mortem,l.cùm pater,77.§.hereditatem,& ibi gl.existere,eod.

Heres rogatus restituere hereditatem post mortem suam, cui vellet ex liberis, non potest eligere ante mortem cum effectu,d.l.cùm pater, §.à filia.

Heres rogatus post mortem restituere hereditatem,cui vellet ex liberis, si ante mortem elegerit,valet electio,nisi reuocet,quod intellige, si electus tempore mortis viuus reperiatur,alias non gl.non esse,ibid.

Heres rogatus restituere hereditatem liberis suis,sicut vnusquisque eorum meruerit,si elegerit aliquos ex his,qui seruierunt,& aliquos non elegerit, tunc omnes,qui seruierunt, & meruerunt,admittuntur, tam electi, quàm non electi,non autem alij,qui non seruierunt,d.l.cùm pater,§.rogo,& ibi gl.cessante.

Heres rogatus restituere hereditatem liberis suis, sicut vnusquisque eorum de se meruerit,si nullum elegerit, vel indignum elegerit, admittuntur ad fideicommissum omnes,tam qui meruerunt,quàm qui non meruerunt, neque demeruerunt,sed si elegerit eos,qui meruerunt,alij,qui non meruerunt, repelluntur, licet non offenderint,ibid.

Heres rogatus restituere filiis suis,vel cui ex his voluerit, si fuerit in mora eligendi,petitio fideicommissi defertur omnibus ibid.

Heres rogatus per fideicommissum,vt daret decem,cui vellet de certis personis, si antequàm elegerit, decesserit, omnibus illis personis pro portione debetur illa summa,l.ab eo,21.§.fin de statuliberis.

Heres potest grauari restituere hereditatem vni ex coheredibus, cui ipse vellet restituere, & valet fideicommissum, quia in arbitrio heredis rogati non est positum,an velit restituere,sed tantùm cui potiùs restituat, l. vtrùm, §. 1. de rebus dubiis.

Reliqua verbo,Legatum,42.43.& 103.Arbitrium,2.3. 4. Fideicommissum, 27. & infrà,155.Institutus,2.

HERES rogatus,cùm moreretur, restituere fideicommissum vni de familia, 1
cui vellet,sufficit,quòd eligat, & vsque ad mortem potest variare, l. vnum ex familia,67. de legat.2.

Heres rogatus, cùm moreretur, restituere fideicommissum vni de familia, cui vellet,debet eligere vnum, cui det, & si post electionem legauerit dictum fideicommissum testamento suo eidem,non valet legatum, etiam si heres mutasset electionem, ac alium elegerit; sed si mutauerit, sed neminem elegerit, huic electo cum cæteris de familia competit fideicommissi petitio,d.l.vnum, & ibi gl. mutetur.

Heres rogatus,quòd, cùm moreretur, restituat fideicommissum vni de familia, cui vellet, non est in potestate eius an debeat, sed cui de familia det, secus quando non apparet de mente testatoris,quia tunc ad heredem spectat interpretatio,gl.debet,& ibi add.marg. in d.l.vnum,& in §.1. eiusdem legis.

Heres si sit rogatus, cùm moreretur, restituere fideicommissum vni de familia, cui vellet, electus non capit illud ex testamento heredis eligentis, sed eius, qui iussit restitui, & secundum illud Falcidiæ ratio non minuitur, & vno electo,cæteri excluduntur,d.l.vnum ex familia,§.1.

Heres rogatus restituere hereditatem vni de familia, cui vellet, si non elegerit, proximiores de familia admittuntur,gl.necessariæ,ibid.

Heres rogatus restituere fundum vni de familia, cui vellet,si vnum de familia heredem instituat, ac leget extraneo dictum fundum, alij de familia petere possunt dictum fundum deducta parte instituti actione personali ex testamento ab herede rogati, vel actione in rem à legatario extraneo possidente, d.l.vnum,§.sed si,vno,& ibi gl.petitur.

Heres rogatus restituere fideicommissum vni de familia,cui vellet, potest eligere plures de familia,licèt testator dixerit vni., d. l. vnum ex familia, 67. §. si duos,eodem.

Heres rogatus restituere fundum vni de familia,cui vellet,si elegerit duos de familia, & legauerit quartam partem fundi alicui extraneo, alij de familia petent in virilem quartam partem fundi extraneo legatam per heredem, excepta parte,quæ institutis competit in illa quarta,ibid.

Heres rogatus restituere fundum vni de familia,cui vellet, potest diuidere fundum,& si in partem aliquem de familia eligat, & in partem negligat eligere, valet nihilominùs electio in partem fundi facta,ibid.

Heres rogatus restituere vni de familia,cui vellet, censetur eligere instituendo heredem aliquem de familia,ibid.

Heres rogatus restituere fundum vni de familia, cui vellet, si duob. de familia institutis partem dicti fundi extraneo legauerit, illi, qui sunt de familia admittuntur ad partem legatam, ita quòd primò proximiores in gradu admittuntur, & ex illis graduum dignitate, & absentium ex iusta causa ratione seruata,præfertur qui petendo præoccupat,d.§. si duos, & ibi gl. petent.

Heres rogatus restituere fundum vni de familia, cui vellet, si instituerit vnum de familia,prælegando ei dictum fundum, potest eum rogare, quòd dictum fundum restituat extraneo, si tantum, quantum prædictus fundus valebat, reliquit illi, secus si minus valebat, d. l. vnum ex familia, §. sed & si,& ibi glo. tantùm.

Heres rogatus,ne fundus de familia exeat,si instituerit vnum de familia,& rogauerit eum, vt dictum fundum det extraneo, possunt alij de familia petere

fundum

Heres vnus ex duobus heredibus si rogatus sit de manumittendo seruum, etiam altero coherede absente, poterit manumittere, perinde ac si traditum à coherede accepisset, reddet tamen ei pretium serui, d.§.pen.

Heres rogatus manumittere ancillam, & vt cum ea contraheret matrimonium, cogitur eam manumittere, sed non eam ducere, d.l. non tantùm, §.fi.

Heres rogatur ancillam manumittere si moram per interpellationem fecerit post aditam hereditatem, & intereà ancilla peperit, partus est liber, l. si quis rogatus, 53. eod.

Heres si sit rogatus ancillam manumittere, & ancilla nondum sibi debita libertate peperit, siue studio heredis fuit affectum, vt nondum libertas deberetur, vt quia tardiùs adierit hereditatem, siue non studiosè distulit adire, interim natus ex ancilla eius seruus fit, debet tamen tradi matri, vt ab ea manumittatur, & fiat potiùs libertus eius, quàm heredis, d.l. si quis rogatus, cum duabus seqq. eodem.

Heres rogatus seruum manumittere, si antequàm cognouisset se heredem, ancilla peperit, ipse heres cogitur manumittere natum, neque tenetur tradere natum matri, l.pen.eod.

Heres rogatus manumittere seruum ipsius heredis tenetur manumittere, quod si latitat, eripitur seruus ex fideicommisso in libertatem, & amittit heres ius patronatus ex S.C. Vinciano, gloss. final. in l.deberi, 6. C. de fideicommiss. liberta.

Heres si sit rogatus manumittere seruum legatarij, & si is agnouit legatum, & tunc cogitur ipse præstare eum heredi ad manumittendum, secus si legatum non agnouit, ibid.

Heredis libertus efficitur ille, qui est manumissus ex fideicommisso, l.hi quibus, 7.C.eod.

Heres non grauatur de manumittendo per verbum commendo, l. ex verbo, 12. C. eodem.

Heres rogatus manumittere, si sit in mora manumittendi, seruus ex sententia prætoris potest ad libertatem peruenire non interueniente manumissione heredis, & perinde erit liber, ac si directa libertas fuisset relicta, l. ancillam, 15. ibi gl.fin.C. eod.

Heres rogatus per fideicommissum seruo dare libertatem, & decem, si moram fecerit in præstanda libertate, videtur facere etiam in fideicommisso, & ideò si heres incontinenti adita hereditate non manumittat, tenetur non solùm ad fideicommissum, & eius vsuras, sed etiam ad omnia, quæ seruus adquisiuit domino, interim dum fit sibi in mora in libertate præstanda, l. si quis seruo, 84.de legatis, 2.

Reliqua verbo, Seruus, 90.91.92. Fideicommissaria, Libertas, 5. vsque 11.

160 Heres rogatus facere monumentum defuncto, si succubuit in petitione hereditatis, sumptus, quos fecit circa monumentum, doli mali exceptione retinet, aut repetit à vero herede actione negotiorum gestorum, veluti negotio hereditario gesto, nisi sumptus probabilem modum faciendi monumenti, vel quantùm testator iusserit, non excedant, l.hereditas, 50.de pet.hered.

Heres rogatus facere monumentum defuncto in minùs solemni testamento, irrito, vel rupto, quamuis iure stricto nulla actione teneatur ad monumentum faciendum, neque verus heres teneatur, tamen Principis, vel Papæ, aut Episcopi authoritate compelli possunt ad obsequium supremæ voluntatis, d.l. hereditas, & ibi gl.heredes.

Heres scriptus rogatus facere monumentum, si voluntatem defuncti seruauit in eo, etiam si testator excesserit probabilem modum, vt quia centum marchas voluit ibi expendi, totum repetit à vero herede, gl.non excedat, ibid.

Heres rogatus facere monumentum, vel facere aliquos sumptus vsque ad certum quid, tenetur illos facere, etiam si aliquantulùm illi probabilem modum excedant, secus si nimis excedant, † ibid.

Heres scriptus rogatus facere monumentum, negotium faciendi ipso gestu erit hereditarium, & ideò tenebitur illud facere, & cogendus est Principis, vel Pontificis authoritate, & ideò datur ei aduersùs verum heredem actio negotiorum gestorum, gl.gesto, ibid.

Heres grauatus, vt in funere, aut in monumento duntaxat centum annos consumeret, rectè potest, si velit plus expendere, nec tunc videtur venire contra testamentum, secus si minus expenderet, l. cùm in testamento, 202. de verb. signif.

Reliqua verbo, Monumenta, Funus.

161 Heres rogatus restituere inuitus cogi potest adire, & expeditur hoc magis officio iudicis, quàm iure actionis, gl.2.in l.sed & si, 28.de iudiciis, & gl.fi.in l. non est, 53.ad Trebell.

Heres rogatus de restituenda re, vel quantitate non potest cogi adire, secus si rogetur de vniuersitate rerum, vel quota, l.nam quod, 14.§. non omnes, cum duabus legib.seqq.

Heres nolens adire timens ne damno afficiatur, potest cogi adire, & restituere, si fideicommissarius ei dixit, vt suo periculo adiret, & sibi restitueret, nec est quærenda causa quare adire recuset, l.4.eod.gl. apud heredem, in §. sed quia stipulationes, Institu.de fideicommis. hereditatib.

Heredis grauati dignitas, & vtilitas testatoris defuncti non excusat, quin heres cogatur adire, l.sed & qui magna, 5.ad Trebell.

Heres rogatus absens potest per nuncium, & per epistolam recusare adire hereditatem, qui potest cogi officio iudicis adire, siue sit certum, quòd ipse recuset adire, siue sit incertum, l.recusare, C.eodem.

Heredes ab intestato, & sui rogati hereditatem restituere coguntur ex Trebelliano adire, & restituere, d.l.recusare, §.1.eod.

Heres si quis sit institutus si Titio decem daret, ac rogatus sit de restituenda alicui, non aliter cogitur adire, quàm si ipsi heredi offerantur dicta decem à fideicommissario, vt is Titio daret illa, l.sed sciendum, 7.eod.

Heres institutus sub conditione si nomen vespillonis, vel aliud nomen turpe portauerit, ac rogatus restituere reiecta conditione cogitur heres adire, & restituere, d.l.sed sciendum, & ibi gl.fin.

Heres absens causa reipub.rogatus restituere, alio loco potest cogi adire, & restituere, vbi abest, l.sed & si, 9.eod.

Heres rogatus si petierit ad deliberandum tempus, & impetrauerit, & post tempus deliberationis adierit, & restituerit, non videtur coactus adiisse, ibidem.

Heres rogatus, qui post tempus ad deliberandum suspectam dicit hereditatem, debet asserere, non sibi expedire adire hereditatem, neque sufficit dicere non esse soluendo, ibid.

Heres institutus purè, & rogatus restituere sub conditione casuali cogitur adire, sed non restituere, & si fiat restitutio ante conditionem, non valet, sed si sit rogatus sub conditione omninò extitura ante conditionem potest restituere, gl.fin.in d.l.sed & si, §.fin.cum l.seqq.

Heres institutus sub conditione, & rogatus restituere, non potest pendente conditione adire, nec restituere, & si fecerit, non transeunt actiones, nisi existente conditione heres ratum habuit, quod fecit, quo casu retrò facta trahuntur ad præsens, d.§.fin.& ibi gl.fin.

Heres rogatus non potest cogi adire, nisi omne damnum, quod timet, sibi sarciatur, vel à prætore remittatur, l.apud Iulianum, 11.eod.

Heres coactus adire, & restituere, si actione in fideicommissarium non transferantur, perinde non tenetur, ac si non adiuisset, d.l.apud Iulianum, §.fin.

Heres purè institutus & de restituendo sub conditione rogatus, potest cogi etiam se absente ante conditionem adire, & restituere, quia etiam ante conditionem, decedente fideicommissario, non tenetur creditoribus, cùm nullum damnum pati debeat adiens ita coactè, l.ille, a quo, 13.eod.

Heres rogatus potest cogi à fideicommissario adire & restituere, non obstante, quòd dicat defunctum non habuisse ius testandi, vt quia erat minor 14. ann. vel alio modo dicit non valere testamentum, nisi incontinenti velit hoc probare, aliàs si altiorem indaginem requirat, differtur eius probatio post aditionem, d.l.ille, à quo, §.1.& ibi gl.non erit.

Heres heredis rogati ante aditionem defuncti non cogitur, sed si post aditionem, imò post coactionem, vel iussum de adeundo decesserit rogatus antequàm adiret, eius herès cogitur adire, & restituere, gl.decedens, ibi.

Heres si sit institutus prætor, vel consul, & rogatus restituere, non potest ipse se cogere adire, quia triplici officio fungi non potest, scilicet dicentis suspectam, & coacti, & cogentis, & ideò recurritur tunc ad principem, qui eos cogat, d.l. ille, à quo, §.pen.

Heres rogatus etiam post repudiationem cogitur adire, & restituere, nisi bona sint vendita, l.nam quod. 14.§.1.eod.

Heres rogatus si ex testamento coactus adierit, per illam aditionem confirmantur secundæ tabulæ, & legata præstari debent, & libertates, & cætera, quæ sunt in testamento perinde valent, ac si sua sponte heres hereditatem adiisset, d.l. nam quod, §.si quis compulsus, eod.

Heres rogatus si coactus adiit hereditatem, perdit omnia commoda quæ occasione hereditatis ei deferebantur, adeò quòd nec potest etiam pœnitendo quartam Trebellianicam retinere, cùm periculo fideicommissarij adierit, quod fallit in patrono, d.l.nam quod, §. qui compulsus, & ibi gl.retinere, l.4.& gl.2.in l.apud Iulianum, 2 & d.l.ita tamen, 27.§.qui suspectam, eod.

Heres rogatus cogi non debet adire hereditatem, vt hereditatis emolumentum refundat per singularia fideicommissa, & ipse oneribus hereditariis obstrictus relinquatur, d.l.nam quod, §.non omnis.

Heres rogatus restituere facultates, vel censum, vel formas, vel substantiam, vel peculium ipsius defuncti, potest cogi adire, & restituere, quia defunctus videtur his casibus de successione sua rogasse heredem, l.cogi poterit, 16.codem.

Heres rogatus restituere quidquid ad eum ex hereditate, & bonis defuncti peruenerit, cogi potest à fideicommissario ex Trebelliano adire, & restituere hereditatem & etiam prælegata, d.l.cogi, §.sed & si quis, & ibi gl.peruenerit.

Heres rogatus restituere hereditatem, deducto ære alieno, vel deductis legatis, potest ex Trebelliano cogi adire, & restituere, cùm in fideicommissarium transeant omnes actiones hereditariæ, d.l.cogi, §.inde quæritur, & l.4. eod.

Heres rogatus restituere hereditatem, deducto ære alieno, vel deductis legatis, potest adire, & cùm restituit fideicommissario deducere æs alienum, & legata cauendo fideicommissario, quòd defendet eum aduersùs creditores, & legatarios, sed si nolit heres cauere ei, deducere non potest æs alienum, nec legata, ibidem.

Heres insolidum institutus, & rogatus restituere partem, putà dimidiam hereditatis, potest cogi adire, & restituere, & in fidecommissarium transiet tota hereditas, d.l.cogi, §.si quis heres.

Heres potest cogi à fidecommissario certarum rerum adire, & restituere in casu, quo iura & actiones transeunt ad institutum ex reb.certis, d.l.cogi, §.sed & similes.

Heres rogatus restituere ad diem certum, potest interim cogi adire, & restituere, d.l.cogi, §.cùm quidam.

Heres ad petitionem vnius ex fideicommissariis potest cogi adire, & restituere totam, & ille, cui totum restituitur, à fideicommissario quartam non detrahit, d.l.cogi, §.Mæcianus.

Heres, qui solidum capere non potest, si insolidum sit institutus, & rogatus solidum restituere, potest cogi adire, & restituere, cùm nihil emolumenti apud eum sit remansurum, d.l.cogi, §.hi, qui solidum.

Heres si sit institutus quis, & rogatus manumittere seruum hereditarium, & restitueret hereditatem Titio, qui etiam fuit rogatus, vt eam restitueret dicto seruo, potest seruus heredem cogere adire, & sibi restituere hereditatem, d. l. cogi.§.pen.

Heres, à quo legata est pars hereditatis sub hoc nomine hereditatis, potest per Trebellianum cogi adire, & restituere, cùm ad fideicommissarium sint transitura onera hereditaria, & bene videtur rogatus vt heres, gl.fin.in l.mulier, 22. §.fin.eodem.

Heres, à quo legata est pars bonorum, sub hoc nomine bonorum, non potest cogi per Trebellianum adire, & restituere, quia talis legatarius non videtur subnixus oneribus hereditariis, quia bona dicuntur deducto ære alieno, item quia heres potest se liberare dando æstimationem bonorum non dando partem rerum, † gl. fin. ibid.

Heres per fideicommissum relictum in secundis tabulis cogitur ex primis adire, mortuo demùm pupillo, & confirmatis secundis tabulis, omnes pupillariter substitu

Heredi imputantur in Falcidiam ea, quæ cepit ipse iure hereditario, quæ verò cepit alio modo, præcipua habet, fallit in vno casu, l. in quartam, 91. & ibi gl. à coherede, eod.

Heredi rogato restituere hereditatem, imputatur in Trebellianicam quidquid quocunque iure acceperit à legatariis, & idem si pecuniam acceperit à coherede, quia totam sibi computet in quartam, sed si accepit speciem hereditariam à coherede, veluti equum, pro parte coheredis non imputat, pro sua verò parte imputat in quartam, quia iure hereditario capit, sed in Falcidiam iure institutionis etiam in pecunia à coherede habita non computat, nisi tantùm quod habet iure hereditario, ibid.

Heres si non grauatur vt heres, sed vt alius commodum sentiens, non deducetur Falcidia, l. acceptis, 93. eod.

Heres rogatus de restituendo ita demùm retinet Falcidiam, si vt heres rogatus est, ibid.

Heres vbi alio iure quartam detrahit, cessat Falcidia, l. 1. §. fi. si cui plus quàm per legem Falcid.

Heres non detrahit Falcidiam de legato, si id, quod legatum fuit pro emendo seruo ad deliberandum eum, non sufficit ad pretium serui detracta Falcidia, sed debet solidum legatum soluere, vt seruus ematur, l. decem, 6. de fideicom. libert.

Heres in quarta Falcidia non potest grauari, ipse tamen heres potest se ipsum grauare in ea, gl. pen. in l. cùm patrem, 19. C. de iure dotium.

Heres in quarta Falcidia potest grauari, quando testator expressè dixit, quòd animo compensandi ei dimittitur, ibid.

Heres hodiè in quarta Falcidia potest grauari à testatore, ibid.

170 Heres soluens scienter quod per Falcidiam retinere poterat, non dicitur plus debito soluere, l. 1. C. ad leg. Falcid.

Heres si sit institutus princeps, poterit retinere de legatis Falcidiam, si vult, licèt donare consueuerit, adeo vt hoc facere debeat, gl. 1. in l. 4. C. eod.

Heres soluens legata sine retentione Falcidiæ, sibi non præiudicat in aliis legatis non solutis, nec in solutis, si errore facti soluit, l. in imponenda, 6. & ibi gl. fin. C. eod. l. si ex pluribus, 16. & ibi gl. 1. ff. ad leg. Falcid.

Heres Falcidiam non detrahit, cùm testator prohibuit, & si eius voluntati non obtemperet, hereditas aliis defertur, auth. sed cùm testator, C. eod.

Heres si quædam legata agnoscens mensuram hereditatis præstat insolidum, neque ex his repetitio, neque ex aliis retentio competit, nisi quid inopinatum contingat, ibid.

Heres vt Falcidiam detrahat debet conficere inuentarium vocatis legatariis, vel si aliqui sint absentes, vel interesse noluerint, adhibitis tribus testibus eiusdem ciuitatis locupletibus, & bonæ opinionis, & debet iurare de calumnia, & serui subiicientur quæstionibus, quæ intra annum debent agitari, ibidem.

Heres solutus quædam legata integra, & sine Falcidia olim non præiudicabat in aliis, † gl. 4. ibid.

Heres etiam si faciat contra legem, & contra voluntatem testatoris, nihilominus retinet quartam sibi debitam iure naturæ, gl. pen. ibid.

Heres minor iuris ignorantia nesciens se vti posse Falcidia si soluit solida legata, potest repetere quartam Falcidiam, d. l. error, & ibi gl. fin.

171 Heres debet detrahere de hereditate debita, & de residuo legata præstare, de quibus poterit detrahere Falcidiam, l. licet adieris, 14. C. eod.

Heres computare debet quartam Falcidiam, data à legatario causa conditionis implendæ in totum quoad legatarium, qui dedit, sed quoad alios debet computare eatenus, quatenus ex illo legato erat de tracturus, gl. 1. in l. pen. C. eod.

Heres si promisit soluere integra legata, tenetur adimplere voluntatem defuncti sine detractione Falcidiæ, l. si, C. eod.

Heres poterit detrahere Falcidiam, si fecerit inuentarium, sed de iure canonico etiam si non fecerit inuentarium, detrahit Falcidiam, gl. complere, & ibi addi. marg. in §. his igitur, in auth. de heredibus, & Falcid. col. 1.

Heres subtrahens aliquid de hereditate iure authenticorum perdit Falcidiam non solùm in re subtracta, sed etiam in totum, † gl. non fortè, in §. hinc nobis, & gl. lucrari, in §. si verò non fecerat, in auth. de heredib. & Falcid.

Heres vnus ex duobus heredibus supra quartam oneratus legatis, potest quartam partem suæ partis, quam iure hereditario habet per legem Falcidiam retinere, neque imputabit sibi in quartam datum sibi ab aliquo causa conditionis implendæ, nisi à statulibero esset datum, & de pecunia hereditaria, de qua ei dare permittitur, nec legatum à coherede relictum sibi imputat, nisi testator cauerit hoc §. & cùm quæsitum, & ibi gloss. posse, Instit. de lege Falcidia.

Heres rogatus de fideicommisso vniuersali, vel particulari restituendo per Senatusconsf. Pegasianum poterat quartam deducere, §. sed quia, Instit. de fideicomm. heredit.

Heres perdit beneficium quartæ per aditionem coactæ factam, quod tantùm fideicommissario vniuersali prodest, cuius lucro cedit, & non legatariis particularib. l. 2. ad Trebel.

Heres grauatus restituere hereditatem deductis legatis detrahit quartam, tam de fideicommisso vniuersali, quàm de legatis, facta eorum contributione, l. 3. §. idem Pomponius, eod.

Heres rogatus restituere non computat sibi in quartam id, quod alienauit ex causa dotis, vel donationis propter nuptias, vel vt solueret legatariis, vel creditoribus, & sic ex necessitate, nisi pretium sit conuersum in vtilitatem ipsius heredis, gl. res, quæ, & ibi add. marg. in d. l. 3. §. res, quæ.

Reliqua verbo, Falcidia, per tot. Legatum, 60. Legatarius, 4. Quarta, & infrà, num. 172. 173.

172 HERES in quarta Trebellianica præfertur legatariis, sed in eo, quid est vltra quartam, ipsi præferuntur heredi, l. 1. §. si is, qui quadringenta, ad Trebel.

Heres non debet detrahere quartam aduersùs fideicommissarium partis cogentem eum adire, neque contra alium fideicommissarium alterius partis non cogentem adire, si heres coactus, & fideicommissarius cogens adire, voluit totum restitui, vel si coactus tantùm voluit totum restitui alij fideicommissario, sed si cogens tantùm vult restitui totum, sed rogatus vult retinere partem alterius, tunc rogatus retinet, sed non vtetur Falcidia, sed si cogens adire non curat sibi restitui, nisi suam partem, tunc coactus retinebit Falcidiam contra alium, gl. vniuersam, in l. 1. §. sed & quoties, eod.

Heres licèt retineat quartam Trebellianicam in fundo sibi prælegato, & sic in re particulari ex voluntate defuncti, tamen omnes actiones actiuè, & passiuè transeunt in fideicommissarium vniuersalem, etiam quæ competunt respectu illius rei, & sic in illa re particulari habetur loco legatarij, d. l. 1. §. si heres percepto.

Heres vbi quartam debet habere, habet etiam quartæ fructus ex die mortis testatoris, gl. 1. in l. in fideicommissaria, 18. eod. l. quod bonis, 15. §. fructus, ad leg. Falcid.

Heres, qui per errorem facti totum fideicommissario restituit, non retenta Trebellianica, condicendo, vel possessiones adhuc vacantes occupando, seu debitoribus hereditariis, ne soluant, denunciando, recuperat, l. heres, cùm debuerat, 21. & ibi gl. fin. ad Trebellian.

Heredi non imputatur in quarta Trebellianica id, quod non venit in restitutionem fideicommissi, quia habet non, vt heres, & sic quasi æs alienum deducitur, gl. 1. & ibi addit. in l. si patroni filius, 55. eod.

Heres rogatus restituere deducta quarta, si priùs quàm restitueret, heres extitit debitori hereditario, actio debiti aditione confunditur, nec ex Trebelliano potest redintegrari, & ideò heres tenetur fideicommissario restituere non solùm hereditatis, sed etiam debitæ pecuniæ dodrantem, & sic remanet penes eum quarta hereditatis, & pecuniæ debitæ, l. deducta, 58. eod.

Heres rogatus restituere deducta quarta, si priusquam restitueret, extitit heres debitori hereditario, vsuræ præteriti temporis, quæ cucurrerunt ante confusionem debiti factam per aditionem heredis computantur in debitum, quod aditione erat confusum, & videntur fuisse in hereditate, & sic earum quoque dodrantem tenetur restituere fideicommissario, & quartam retinet, sed vsuræ posterioris temporis post confusionem computantur in debitum aditione confusum, si per heredem mora fideicommisso facta sit, & non aliter, d. l. deducta & ibi gl. computabuntur.

Heres rogatus restituere hereditatem valentem quatuor centa acceptis centum à fideicommissario ampliùs non detrahit quartam, sicut si de quatuor centis, quæ erant in hereditate ipse accepisset iudicio testatoris, d. l. deducta, §. nummis, & ibi gl. 1.

Heres rogatus restituere computat in quartam Trebellianicam omnia, quæ capit ab extraneo, si verò à coherede accipiat pecuniam, & eam computat in quartam, cùm totam iure hereditario accipere videatur, quasi videatur heres nullum ius habuisse in ea, d. §. nummis, & ibi gl. petenti.

Heres rogatus restituere computat in quartam Trebellianicam corpus non hereditarium, quod à coherede accepit, sed si accepit corpus hereditarium, tunc pro parte coheredis non computat, d. l. deducta, 58. §. numis, & ibi gloss. petenti, eodem.

Heres quatenus defalcat Trebellianicam à primo fideicommissario, eatenus defalcat primus fideicommissarius à suo legatario, l. facta, 63. §. si Titius, eod.

Heres institutus ex parte sub conditione si eo heres adiisset, & rogatus restituere potest detrahere Trebellianicam ex fideicommisso, etiam si coheres coactus adiuisset, dummodò ipse non coactus adierit, l. qui ita, 66. eod.

Heres rogatus si spontè adierit, & sine deductione quartæ Trebellianicæ restituit, non præsumitur per ignorantiam facti omisisse deductionem quartæ, nisi probauerit, quo casu eam poterit recuperare, l. si heres ab eo, 68. §. fin. eodem.

Heres institutus in testamento rogatus in codicillis restituere eàm, si eos codicillos destruxerit, ac interciderit, & postea decesserit, quarta, quæ ex codicillis sibi pertinebat ex Trebelliano, pertinet ac fiscum, l. 4. §. fi. de falsis.

Heres non detrahit quartam, quando æs alienum absorbet hereditatem, & insolidum conuenitur fideicommissarius, gl. 1. in l. 2. C. ad Trebell.

Heres quartam Trebellianicam potest detrahere etiam de hereditate per fideicommissum restituenda reipub. l. 3. C. eod.

Heres ab intestato rogatus restituere, potest detrahere quartam, d. l. 3. & ibi gloss. penul.

Heres grauatus si restituit hereditatem sine deductione quartæ Trebellianicæ repetet quartam, & eius fructus per condictionem indebiti, gl. fin. ibi.

Heres grauatus de restituendo transmittit ad suos successores id, quod poterat retinere ratione quartæ Trebellianicæ, l. quanquàm, 10. & ibi glo. 1. C. ad legem Falcid.

Heres grauatus de restituendo quartam hereditatis, certis rebus retentis pro Trebellianica, si minus quarta valeret, residuum petere potest, l. sicut allegas 11. C. eod.

Heres rogatus hodiè ex Trebelliano, quando nihil, aut minus quarta apud eum remansit, potest quartam, vel quod deest quartæ, retinere, vel solutum repetere, quasi ex Trebelliano actionibus diuisis pro rata, §. sed quia stipulationes Inst. de fideicommiss. hereditat.

Heres rogatus hodiè non potest detrahere quartam Trebellianicam contra voluntatem defuncti, qui expressè prohibuit defalcari, † glo. liceat, & ibi addit marg. ibid.

Heres rogatus si quartam Trebellianicam retinere non vult, consultiùs faciet si adeat hereditatem coactè, & non spontè, quia ex eo, quod fideicommissarius coëgit heredem adire, heres videtur ex Trebelliano ei restituere, & transfert in eum hereditarias actiones, nec potest fideicommissarius recusare fideicommissum, quod posset recusare, si heres spontè adisset, & ita teneretur heres implicitus creditoribus hereditariis, l. qui totam, 45. & ibi gl. 2 ad Trebell.

Heres rogatus quando quartam partem hereditatis iure hereditario ex Trebelliano retinet, actiones hereditariæ creditoribus competentes diuiduntur inter heredem, & fideicommissarium, sed quando iudicio testatoris retinet aliquam certam rem, vel pecuniam, quæ capit quartam hereditatis, tunc actiones hereditariæ apud fideicommissarium sunt, l. si legatus, 30. §. multùm, eodem.

Heres institutus à milite rogatus restituere non detrahit quartam, & ex Trebelliani

perdit,dicitur perdere debitum,l.fi.& ibi glo.debita,C.de codicillis.

Hereditas in extraneo dicitur titulus lucratiuus, & qui eam perdit, dicitur lucrum perdere,d.l.fi.& ibi gl. lucra.

6 Hereditatem, qui habet ex codicillis, non poteſt petere mitti in poſſeſſionem hereditatis,cùm habeatur vt fideicommiſſarius, gl.moræ,ibid.

Hereditas cùm petitur ex codicillis, tunc competit heredi vtilis actio ex teſtamento,gl.agnationis,ibid.

Hereditas cognatis dicitur debita,impropriè tamen, cùm poſſint grauari in eo, quod habent vltra debitum bonorum ſubſidium,gl.debita,ibid.

Hereditatem habere ab inſtituto quandoque vtilius eſt,quàm à ſubſtituto, gl.2. in l.4.C.ad Trebel.

Hereditas non poteſt relinqui ex die vel ad diem, ſed bene poteſt relinqui ſub conditione,gl.fi.in l.vnica,§.1.C.de caducis tollen.& l.hereditas,34.de heredib. inſtit.

Hereditate adita, & apprehenſa poſſeſſione, non committitur crimen expilatæ hereditatis,l.1. C.de crimine expilatæ hered.

Hereditas ſi ſit delata duobus, & vno præſente alteri ſint dandæ claues arcæ communis,per quod videtur quilibet apprehendiſſe poſſeſſionem, licèt poſteà res teneat, quæ ſunt in arca, non crimine expilatæ hereditatis,ſed actione ad exhibendum agere debet,gl.1. ibid.

Hereditati furtum fieri non poteſt,niſi in tribus caſibus,gl. 2.in principio, Inſt. de ſtipulatione ſeruorum.

de Hereditate nihil deducit ille,qui contemplatione delatæ ſibi hereditatis,quę ad alium pertinebat,lautiùs de ſuo proprio impendit, nihil de hereditate attingens,l.ſed & ſi,25.§.ſi quis,de petitione hered.

Hereditatem ad me pertinentem ſi quis poſſidebat, vel poſſidere cœpit, & eam dolo malo deſiit poſſidere,vel noluit admittere,vt poſſeſſor tenetur ad rem,& ad fructus,& iuratur contra eum,d.l.ſed & ſi,§.perinde.

Hereditatis poſſeſſor tenetur cedere actiones hereditarias, ſi quas habeat, & ſibi debet caueri in eo,quod abeſt,l.illud quoque,40.§.actiones,eod.

de Hereditate interim dum controuerſia pendebat, creditores, & legatarij, & ſerui non poterant agere, hodiè tamen datur electio legatariis, vel conueniendi ſcriptum heredem, vel differendi vſque ad finitam cauſam hereditatis,gl.1.ad fi.in l.ſi quis libertatem,7.eod.

de Hereditate quando eſt controuerſia, creditores hereditarij habent electionem conueniendi,vel petitorem, vel poſſeſſorem, & quod perceperint à poſſeſſore,ſi poſſeſſor poſteà ſuccumbat,deducet,ſi verò à petitore,& petitor ſuccumbat,repetet petitor à poſſeſſore hereditatis,d.gl.1.ad fin.

de Hereditate quando eſt controuerſia,& petuntur libertates directæ, vel per fideicommiſſum, differũtur vſque ad annum,intra quem ſi appareat teſtamentum non valere,neque ipſæ valent,poſt annum verò præſtantur,ſed non reuocabuntur,niſi teſtamentum apparuerit falſum,ibid.

7 Hereditas poteſt quæri Cæſari per procuratorem Cæſaris, quod non eſt in alio, l.1.& ibi gl.fi.de officio procuratoris Cæſaris.

Hereditas à tempore mortis teſtatoris etiam non adita videtur heredis fictione iuris,ſed non in rei veritate,gl.hereditatem, in l.3.§.hæc verba, ſiue quis, de nego.geſt.

Hereditas non adquiritur inſtituto,niſi velit,etiam ſi inſtitutioni adiectum non ſit,ſi volet,quia illa adiectio ſuperuacua fuit,cùm etiam ſi non eſſet illud adiectum,futurum eſt,quòd ſi velit, heres ſit,& ſi nolit, non ſit heres, ſed in legatis ſecus eſt,l.Cornelius,69.& ibi gl.ſuperuacuam,de hered.inſt.

Hereditas materna iure Digeſtorum quæritur patri,l.ſi filius meus, 21. ſi quis, omiſſa cauſa teſtam.

Hereditas ſi per ſeruum non quæritur domino,ſed ſibi manumiſſo, is tenetur ad onera eius domino impoſita,l.ſi alienus,62.de leg.2.

in Hereditatis adquiſitione per ſeruum iuſſus domini debet præcedere, ſed in reſtitutione hereditatis fideicommiſſariæ ſufficit ratihabitio domini poſteà facti,l.ſeruo,69.& ibi gl.fi.eod.

in Hereditate per alium adquirenda iuſſus debet præcedere, vel ſpeciale mandatum eius,cui adquiritur,neque ſufficit generale,glo.per alium, in l. 3.§.adquirere,de bonor.poſſeſ.

Hereditas non poteſt adquiri per procuratorem, cùm nuda voluntate adquiratur, & ſic ſtatim atque conſtituit quis procuratorem ad adeundam hereditatem,afficitur heres,& ita nihil habet facere,ſecus eſt in bonorum poſſeſſione petenda,ibidem.

Hereditas,vt per ſeruum heredem eius domino adquiratur, tria ſunt neceſſaria, ſcilicet iuſſus,& quod præcedat,& quod ſerui conſenſus adſit,gl.& ſi iubentibus,in l.adquiruntur,10.§.1.de adquir. rerum dominio.

in Hereditate per liberum hominem quærenda multa ſunt neceſſaria, gloſſ. ad ipſum,in d.l.adquiruntur, §.de his.

Hereditas non poteſt adquiri per alium,fallit in hereditate, in qua eſt inſtitutus ſeruus,gl.1.in l.per hereditarium,18.eod.

Hereditas paterna ſuis heredibus etiam pupillis,vel furioſis ipſo iure etiam ſine tutoris,vel curatoris authoritate adquiritur,ſed hereditas extranei vt adquiratur pupillo,requiritur pupilli actus,& tutoris authoritas,niſi ſit infans,quo caſu ſufficit ſolus tutor,ſed vt adquiratur furioſo,requiritur curatoris authoritas,gloſſ. heredes, in additione,& gloſſ.in pupillis, in §.ſui, Inſt.de heredi. quæ ab inteſt.

8 Hereditas pertinere poteſt ad aliquem iure veteri,vel nouo,l.1.de petit.hered.

Hereditas iure veteri pertinet ad aliquem,vel ab inteſtato, ideſt, ex lege xij.tab. vel ex teſtamento, vt cùm quis ſuo nomine, ſiue per ſe,ſiue per alios, qui ei ſubiecti ſunt,heres effectus eſt,d.l.1.& ibi gl.1.& l.2.eod.

Hereditas pertinet ad aliquem ex teſtamento, in quo ſuo nomine per ſeruum, vel filium eſt heres factus,vel ipſe per ſe eſt heres inſtitutus, vel per alium eſt heres factus ſuccedendo Titio,qui fuit heres Seio,† glo.1.in d.l.2.

Hereditas ad nos pertinet,ſi eam perſonam,quæ in poteſtate noſtra eſt, inſtitutam iuſſerimus adire,l.3.eod.

Hereditas ab inteſtato pertinet ad nos,vt quia ſui heredes defuncto ſumus, vel agnati,vel ſi ſum patronus defuncto,quem manumiſi ego,vel pater meus manumiſit,cui ab inteſtato ſuccedo in tertia,d.l.3.& ibi gl. manumiſit.

Hereditas in pleriſque vicem perſonæ defuncti ſuſtinet,in principio,Inſt.de ſtipulatione ſeruorum,gl.ei obligat,in l.nam & Seruius,in §.1.de negotiis geſt. & l.legatum eſt,116.§.ſeruo hereditario,de leg.1.& glo.fin.in l.verum, 58.de manumiſ.teſtam.l.hereditas,34.de adqui.rerum dominio, l.ſi is,qui pro emptore,verſ.nam hereditates,de vſucapio.

Hereditas repræſentat defunctum,gl.pen.& ibi add.marg.in l.non minùs, 31.de heredib.inſt.& l mortuo,22.de fideiuſſor.& l.cùm hereditas, 9.C.depoſiti.

Hereditas in repræſentando aſſimilatur vniuerſitati,municipio,curiæ, vel ſocietati,d.l.mortuo,23.& ibi add.marg.de fideiuſſor.

Hereditas non adita dicitur domina,& defuncti locum obtinet, d.l.non minùs, 31.& ibi gl.pen.de heredib.inſt.

Hereditas in multis iuris partibus habetur pro domino defuncto, & ideò per ſeruum hereditarium adquiritur hereditati vt domino,l.hereditas, 61.de adqui.rerum dominio.

Hereditas non adita repræſentat perſonam defuncti, ſed adita repræſentat perſonam heredis,quia ampliùs non eſt hereditas,l.heres, 22.de vſucapio.

Hereditas in caſibus,in quibus factum perſonæ requiritur, non repræſentat perſonam defuncti,ſed in his,quæ iuris ſunt,repræſentat defunctum,vnde poteſt complere vſucapionem à defuncto cœptam,gl.fi.in add.marg.ibi.

Hereditas nõ ſuſtinet vicem perſonæ defuncti quoad hoc,vt capere poſſit vſumfructum ſtipulatum per ſeruum hereditarium, quod tamen non poteſt, quia nec vti,nec ſatiſdare poteſt,quod deberet fieri,l.vſusfructus,26.& ibi glo.1.& 2.de ſtipulatione ſeruorum.

Hereditas ſiue ex teſtamento,ſiue ab inteſtato, ſiue ex lege xij. tab. ſiue ex alia lege delata inter heredes diuiditur per actionem familiæ erciſc. l. 2. familiæ erciſcund.

Hereditatem poteſt teſtator diſtribuere in tot partes, quot voluerit, ſed ſolemnis,ac frequens, ac certa obſeruatione fieri ſolita diſtributio aſſis in xij. vncias ſit,l.interdum,13.§.1.& ibi gl.ſolemnis,de hered.inſtit.

Hereditatem ſi teſtator diſtribuerit in minus,quàm in xij.vncias,illa diſtributio minor iuris poteſtate reſoluitur in xij. veluti ſi duos heredes ex quadrante ſcripſerit,hereditas reſidua eis accedit,& ex ſemiſſibus videntur ſcripti,d.l.interdum, 13.§.1.eod.

Hereditatem teſtator ſi diuiſerit in plures vncias, quàm xij. æquè pro rata decreſcit, quantùm ad numerum vnciarum, ſed non quantùm ad ſubſtantiam rerum hereditariarum,d.l.interdum,§.ſed ſi duos,& ibi gl.illos.

Hereditatem poteſt teſtator diuidere in dupondium,ideſt,in duos aſſes,glo.migrare,in l.cùm quæſtio,23. C.de leg.

Hereditas matris diuiditur pro numero ſuccedentium, non pro numero ſuperſtantium tempore mortis,l.2.C.ad Orfician.

Hereditas inter deſcendentes diuiditur in ſtirpes, ſed inter tranſuerſales non, ſed in capita, hodiè verò vſque ad fratres eorúmque filios diuiditur in ſtirpes,vltra eos in capita,& ſeruatur ius antiquum,gl.antiquitas, in §.1.in auth. de hered.ab inteſtato venient,collat.8.

Hereditas propriè diuiditur in xij.vncias,quarum nomina ſunt hæc,ſexcuns,ſextans,quadrans,triens,quincunx,ſemis,ſeptuns,bes,dodrans,dextans,deunx,as, §.hereditas,Inſt.de heredib. inſt.

Hereditas, aut as non ſemper oportet quòd ſit xij. vnciarum, quia quandoque plurium, quandoque pauciorum vnciarum, prout teſtator voluerit, poteſt eſſe,ibi.& l.ſeruum,50.§.fi.& ibi gl.plerunque,eod.tit.de heredib.inſt.

Hereditas diuiditur in ſtirpes quando deſcendentes vocantur ad hereditatem aſcendentium, & quando aſcendentes ſoli vocantur ad hereditatem deſcendentium,gradus prærogatiua ſeruata, ſed quando aſcendentes cum tranſuerſalibus, tunc diuiditur hereditas in capita, niſi eſſent etiam præmortui fratris filij, qui vocantur ad partem patris, ſed quando ſuccedunt plures collaterales in diuerſis gradibus, fit diuiſio in ſtirpes, ſed quando ſunt eiuſdem gradus in capita, gloſſ. in capita, in additione, in §.cæterùm, Inſtit.de legit. agnat.ſucceſ.

Reliqua verbo,Ceſſio,1.Diuiſio,Expilare,Poſſeſſor,20.21.22.cum ſequenti, Spes,Subſtitutus,4.Teſtator,18.Codicilli,1.6.7.8.

HEREDITAS iacens fingitur ex tempore mortis fuiſſe heredis,quando poſtea aditur,gl.nullius,in l.1.de rerum diuiſione.

Hereditati iacenti datur curator,l.debitor meus,de neg.geſt.

Hereditate etiã iacente datum damnũ venit in Aquilia,l.ob id.43.ad leg.Aquil.

Hereditas iacens habetur loco domini, l.ſi ante aditam, de interrog. actio. & l. denique,§.quæſitum,quod vi aut clàm.

Hereditas iacens præſcribit, ſi præſcriptio fuit cœpta viuente teſtatore, ſecus ſi non fuit cœpta,d.l.ſi ante aditam,in add.marg.de interrog.actio.

Hereditas iacens quantùm ad actionem de peculio non dicitur domina ſerui hereditarij,l.3.de peculio.

Hereditate venditoris iacente non poteſt melior conditio afferri per pactum addictionis in diem factum à defuncto, glo. 1.in l. ſi, prædio,15.de in diem addictio.

Hereditas iacens repræſentat perſonam defuncti, & ea adita retrò fingitur repræſentaſſe perſonam heredis, quæ fictiò non habet locum, niſi pro ea parte, pro qua quis poteſt ſuccedere,l.ſi Titio & mihi, 55.§.fin.& ibi gl. hæreditati, & add. marg. de leg.2.& §.ſeruus autem,& ibi glo. defuncti,& ibi add.Inſt.de heredibus inſt.

Hereditas iacens licèt poſſit vſucapionem cœptam à defuncto adimplere, non tamen poteſt nouam inchoare,l.fi.§.fi.& ibi add.marg. de vſucapio.

Hereditas,& heres tametſi duas appellationes recipiant, vnius tamen vice funguntur,l.heres, 22.eod.

Hereditas iacens incidit in pœnam conuentionalem,l.ad diem,77.de verborum obligatio.

Hereditas quamdiu iacet, ac nullius eſt poſſeſſio,aut detentatio, nullus reperitur,quo inuito res contrectetur,& ideò non poteſt fieri, vt furtum committatur,l.hereditariæ,68.in add.marg.de furtis.

Hereditati iacenti adquiritur actio ex contractu ſerui hereditarij, & per eam hereditati,poſteà heredi,l.cùm hereditas,9.C.depoſiti.

Hereditati iacenti adquiritur actio ex contractu ſerui hereditarij, quando ſunt

heredes

ditatis petitionem, l.fundus, 51.§.fin. & ib iglo. ſi.familiæ erciſc.

Hereditatis petitio eſt in rem, & in perſonam, glo.ſi. in l.1.C.vbi de hereditate agitur.

Hereditatis petitio poteſt moueri in loco domicilij heredis, d.l.1.

Hereditatis petitione poteſt conueniri heres in loco, in quo ſunt res, ad inſtar merè realis,gl.ſi.ibid.

Hereditatem petens ex teſtamento iure directo petitione hereditatis ſi ſuccumbat, poteſt poſteà illam petere ab inteſtato, gl. præcluſiſſe, in l.ſi.C. de codicillis.

Hereditatem generaliter,& ſimpliciter petens non dicens ex teſtamento,vel ab inteſtato ſi ſuccumbat, non poteſt poſteà ab inteſtato illam petere, quia totum ius videtur deduxiſſe in iudicio, ibid.

Hereditatem ſi petiit heres ex teſtamento, non poterit poſteà petere ex fideicommiſſo propter idem teſtamentum eadem ſcriptura reducendo illud teſtamentum ad codicillos,ſiue teſtator expreſſerit, vt valeret per codicillos, ſiue non, ibid.

Hereditatem ſi coheres poſſidet cum extraneo pro indiuiſo contra extraneum, alter coheres debet agere petitione hereditatis non contra coheredem non plus parte ſua habentem,l.1.§.ſi ergo, ſi pars heredit. petatur.

Hereditatem ſi poſſideant duo pro diuiſo,vel pro indiuiſo,& duo etiam ſint veri heredes, ambo debent petere hereditatem à primo poſſeſſore, & ambo à ſecundo poſſeſſore, neque vnus heres ad petendam hereditatem poteſt eligere vnum poſſeſſorem, & alius alium, l. 1.§. quinimò, & ibi gl.ſi duos, ſi pars hereditatis peta.

inter Hereditatis petitorem, & poſſeſſorem debent ſilere lites ſpeciales etiam coram arbitro,l.non diſtinguemus,§.ſi is faciat, de arbitris.

18 Hereditatem ſi petam ab eo, qui tantùm vnam rem poſſidebat, de qua ſola erat controuerſia,etiam id,quod poſteà poſſidere cœpit,tenetur reſtituere,l. ſi hereditatem,de petitione hered.

Hereditatis petitionis iudicium differtur,donec cauſa teſtamentumfalſi agatur, l.Diuus,§. ſi.eod.

Hereditatem ſi mulier marito dedit in dotem, maritus ſciens quòd poſſideat hereditatem alienam pro dote, tenetur vtili petitione hereditatis, mulier autem directa,maxime ſi diuortium factum ſit, l.etiamſi, 15. §.apud Marcellum,& ibi gl.maritus,eod.

Hereditas quando petitur, an teſtator fuerit liber, nec ne, ante omnia diſquiri debet,l.liber,8.C. eod.tit.

Hereditatem ex eadem ſcriptura non poteſt petere quis, vt ex teſtamento, & vt ex codicillis,ſed poſtquàm vnam viam elegit,non poteſt ad aliam redire,l.ſi. C. de codicillis.

Hereditatem petenti ſi obiiciatur in modum exceptionis, quod ſit ſeruus, priùs cognoſcetur de cauſa liberali,ſed pronunciabitur de cauſa principali,ideſt,de hereditate,† l.2.& ibi gloſſ. 1.Cod. de ordine cognit.

Hereditatis portio deficiens adcreſcit alteri coheredi ſine onere, quando ei, cuius portio deficit, erat impoſitum onus nomine proprio expreſſo, ſecus ſi appellatiuis verbis eſſet ei impoſitum, veluti quòd heredes præſtarent legatum, vno non exiſtente herede eius, onus tranſit ad alios,l.pater meus,29.§. ſi.& ibi gl. extitiſſe,de leg.2.

Hereditatis portio deficiens adcreſcit coheredib.cum onere pro rata,l.mortuo, 49.§.ſi.eod.

Hereditatis portio vnius heredis deficiens adcreſcit coheredib. etiam inuitis pro hereditaria portione,ſiue omnes ſint coniuncti, ſiue diſiuncti,coniunctis primò,poſteà deſiunctis adcreſcit,l.1.§.his ita, C.de caducis.

Hereditatis portio deficiens adcreſcit aliis, quod ius tranſmittitur ad heredes, §.ſi.Inſt.de S.C.Orficiano.

Hereditatis portio deficiens adcreſcit aliis etiam inuitis, fallit, ſi iure ſpeciali deficiat, item ſi ope exceptionis, vel quando iure diuerſo ſuccedunt, item in plurib.partib.prouenientib.ex plurib.hereditatib. etiam ex eodem teſtamento,gl.adcreſcit, & ibi add.ibid.

Reliqua verbo, Legatarius, 8.Petitio,3.4.5.9.10.Pupillus,8.Actio,195.Heres. 97. Poſſeſſor,20.vſque 31.Bonæ fidei poſſeſſor,4.

19 HEREDITATES & tutelæ plerunque ex legibus deferuntur quibuſdam perſonis,vt perſonæ naturaliter deſignentur,l.tutelas,de capitis diminutione.

Hereditas legitima dicitur illa, quæ ab inteſtato defertur, largè tamen dicitur etiam illa,quæ ex teſtamento,glo.1.in l.legitimam,8.de petitione hered.

Hereditatem ab inteſtato ſibi delatam vendicare non prohibetur ille, qui ignorans vires teſtamenti ex teſtamento adiuit, ſecus ſi ſciens teſtamentum nullum adierit,quia tunc ab inteſtato non potuit,d.l.legitimam.

Hereditas iuſta dicitur illa propriè,quæ ab inteſtato ex lege defertur,ideſt, iure legitimo obuenit,ideſt,cognationis nomine,l.3.§.de illo,& ibi gl.iuſta,& addit.marg. pro ſocio.

Hereditas,quæ ex teſtamento defertur,poteſt dici etiam legitima,quia lege confirmatur,gl.ex teſtamento,ibid.

Hereditas ad proximum defertur,gl.conſanguinea,in l.1.de legitimis tutorib.

Hereditas ſicut agnatione non inſpecta hodiè proximis defertur, ſic & tutela, ſecus tamen eſt iure Digeſtorum,quia non ſuccedebant cognati,gl.prouidentia,ibidem.

Hereditas matris ex Orficiano delata filiofamilias dicitur legitima,licèt non ſit ex lege 12.tab.l.qui in aliena,6.& ibi gl.Senatuſconſulto,de adqu.hered.

Hereditas delata dicitur,ſi adiri poteſt,gl.1.in l.is,qui heres, 13.eod.

Hereditatem eſſe delatam,& poſſe adiri,conuertibilia ſunt, ibid.

Hereditas matris filio delata ab inteſtato olim pleno iure quærebatur patri, & non filio,quia primò per Conſtantinum fuit inuentum, quòd eius proprietas remaneret filio,† gl.ſi.in d.l.is,qui heres,§.ſi.

ad Hereditatem non admittuntur ſequentes in gradu, niſi primis excluſis, & ideò primis ſtatuitur tempus ad adeundum, vltra quod non audiuntur, l. quamdiu,69.eod.

Hereditas non defertur ex teſtamento, quamdiu teſtamentum poteſt rumpi, l. ventre,84.eod.

Hereditas ab inteſtato defertur proximo agnato,ideſt,ei,quem nemo antecedit, ſiue natiuitate, ſiue adoptione quæſitus ſit,& ſi plures ſint eiuſdem gradus, omnibus competit, vt ſi duos fratres habui, vel duos patruos, vnum ex his vnus filium,alius duos reliquit,hereditas mea diuidetur in tres partes,& ſic in capita,l.2.§.hereditas,& ibi gl.in tres,de ſuis & legit.hered.

Hereditas legitima tantùm proximo agnato defertur, nec intereſt, an vnus ſolus agnatus ſit,an ex duob.vel plurib.prior,an duo, pluréſve ab eodem gradu venientes,qui vel cæteros antecedant,vel ſoli ſint,d.l.2.§.legitima.

Hereditas legitima in multis caſib. non defertur próximo agnato, gloſſ. proximo,ibidem. 2

ad Hereditatem legitimam interdum vlterior agnatus admittitur veluti habens patruum, & patrui filium, ſi fecit teſtamentum, & deliberante herede ſcripto deceſſit patruus, & poſteà heres ſcriptus repudiauit, patrui filius admittitur ab inteſtato, & etiam poteſt petere bonorum poſſeſſionem, d. l. 2. §. interdum.

ad Hereditatem legitimam vocatur etiam is, qui in vtero eſt,ſi fuerit editus,niſi ſit natus poſt decem menſes mortis,quo caſu non admittitur, ſed qui centeſimo octuageſimo ſecundo die,ideſt,ſexto menſe & duob.dieb.natus eſt legitimus dicitur,& ad ſucceſſionem vocatur,l.3.§.vtique,eod.

ad Hereditatem legitimam lex 12.tab.vocat eum,qui moriente eo,de cuius bonis quæritur in rerum natura fuerit,vel viuo eo conceptus eſt,l.Titius,cum l. ſequente,eodem.

ad Hereditatem legitimam, tanquàm ſuus heres, vel bon. poſſeſſionem aui ſui, tanquàm cognatus,accipere non poteſt is, qui poſt mortem aui ſui conceptus eſt, ibidem.

Hereditates legitimæ,quæ ex nouis legibus,vel ex Senatuſconſultis veniunt,capitis diminutione non pereunt,l.capitis diminutione,eod.& §. 1.Inſt. de S.C. Orficiano,& l.1. §.capitis,ad Tertyllian.

Hereditates legitimæ,quæ ex legib.12.tab.veniunt, capitis diminutione, etiam minima,pereunt,ſiue viuo aliquo,ſiue antequàm adeatur hereditas eius,capitis diminutio interceſſit,quia iam deſinit eſſe agnatus,ibid.

ad Hereditatem legitimam admittitur ille, qui ante delatam ſiue poſt delatam capite minutus eſt,niſi magna capitis diminutio interueniat, quæ vel ciuitatem adimat,vel ſi deportetur, ibid.

Hereditatem lege obuenire non impropriè dicit quis,etiam eam, quæ ex teſtamento defertur,l.lege obuenire,130.de verb.ſign.

Hereditatem quandoque etiam lex defert vt agnatis, quandoque delatam per teſtamentum confirmat,d.l.lege obuenire,& ibi gl.ſi.

Hereditas delata intelligitur,quam quis per ſe,vel per alium,vel per filium, vel per ſeruum,adeundo poteſt conſequi,l.delata,151.eod.

Hereditas demùm delata poteſt adiri,& repudiari, conditionalis tantùm hereditas non dicitur delata, gl.ſi.ibid.

Hereditas ab inteſtato primò defertur deſcendentib.quàm aſcendentib.glo.ſeruatis,in l.1.C.de ſecund.nuptiis.

ad Hereditatem admittuntur ſimul frater,& ſoror, auus, & auia, eò quòd pares ſint in gradu, ibid.

Hereditas agnatione non inſpecta defertur proximis,auth.ſicut hereditas,C.de legitimis tutelis.

Hereditas paterna decedente patre ab inteſtato deuoluitur ad filium furioſum, etiam ſui iuris conſtitutum,l.cùm furioſus,7.§.1.de curatore furioſo.

Hereditas furioſo delata non poteſt quæri per curatorem,dum eſt in furore, gl. quæſita,in l.ſi infanti,18.C.de iure deliberandi.

Hereditas poteſt deferri aliter,quàm ex teſtamento,vel ab inteſtato, vt quando quis ſuccedit ei,qui teſtamentum facere non poterat, l. cùm in antiquiorib. 29.& ibi gl.fuiſſe,C.eod.

Hereditas non adita ex defectu ſubſtituti debetur, & pertinet ad venientes ab inteſtato,& ſi nulli ſint,vel accipere nolint, tunc deuoluitur ad fiſcum, l.vnica,§.cùm autem, C.de caducis.

Hereditas heredib.deficientib. ex teſtamento, vel ab inteſtato pertinet ad vxorem de iure prætorio,& ex eius defectu ad fiſcum, gl.ærarium,ibid.

Hereditas dicitur deuenire ad cauſam inteſtati, quando teſtamentum factum deſtituitur per repudiationem inſtituti, vel quouis modo, licèt hoc contingat de morte teſtatoris, ſed ſi factum non eſſet teſtamentum, dicetur hereditas eſſe in cauſa inteſtati, glo.ab inteſtato, in add.marg. in l.ſi quis filio, de iniuſto rupto.

Hereditas non defertur heredib.ex teſtamento,& ab inteſtato,glo.ſin.in l.ſi quis ſub conditione,de teſtam.tutela.

Heteditas infanti deferri poteſt,gl.ſi.in l.3. C.qui admitti.

Hereditatem infanti delatam pater ſolus adire poteſt, l.ſi infanti, 18. C.de iure deliberan.

Herediras infanti delata tranſmittitur ad patrem,quamuis infans deceſſerit,antequàm pater adierit eam nomine infantis,ibid.

Hereditatem infanti delatam poteſt adire ſolus tutor pro infante,ibid.

Hereditatem delatam decedens infans ſine aditione non ſuperſtite patre non tranſmittit, & talis hereditas ad eum deuoluta & non agnita ita intelligitur, quaſi ab initio ad eum non fuiſſet deuoluta, & pertinet ad eas perſonas, quæ vocantur,ſi non fuiſſet hereditas infanti delata, ibid.

Hereditas filio infanti delata licèt non ſit quæſita viuo filio à patre eidem per aditionem,ſi tamen filius in infantia deceſſerit,eam,vt quæſitam, pater petere poteſt,gl.quæſita,ibidem.

Hereditas filio infanti ſi fuerit delata, hereditatis quærendæ dies eidem infanti non cedit,cedit tamen dies in præiudicium patris,vt poſt tempus non admittatur ad adquirendam eam,ipſe tamen pupillus,vel infans non excluditur,ib.

Hereditas infanti delata non adita,vel quæſita iure ſpeciali tranſmittitur ad patrem mortuo infante in infantia, & non aliàs, regulariter tamen non adita non tranſmittitur,gl.quæſita,ibid.

Hereditas infanti delata non adita à tutore per mortem eius non deuoluitur ad heredes infantis,ad patrem verò ſic, quia heredes pupilli poſſunt habere recurſum contra tutorem,pater verò ſi non adierit,contra nullum habet recurſum, niſi contra ſe ipſum, ſed contra ſe ipſum venire non poteſt, gloſſ.ad illas, ibidem.

Hereditas

Hereditas aufertur ab herede scripto, cuius nomen peracto testamento testator cancellauerat, & applicatur fisco, legata tamen ab eo relicta, & etiam prælegata ei relicta valent, nisi euidenter aliud voluisse testatorem appareat, l.cùm quidam,& l.cùm secundis,§.fi.de his,quæ vt indig.

Hereditas,vel legatum relictum à milite mulieri, quam stupro cognouit, aufertur ab ea,& applicatur fisco,l.mulierem,eod.

Hereditas relicta in testamento non aufertur heredi, qui falsos codicillos esse dixit,& succubuit,aufertur tamen quod in codicillis ei relictum erat, l.heredi, eodem.

Hereditas aufertur ab herede, cuius nomen incisis tabulis testator cancellauerat,volens prorsus intestatus decedere, quo casu illa pertinet ad venientes ab intestato,secus si cancellauerat eius nomen, vt soli heredi noceret, quia tunc ea hereditas applicatur fisco,l.cum secundis,§.fi.& ibi gl.fuisset, eod.

Hereditas si ob heredis culpam, vel delictum sit confiscata, fiscus retinet quartam, quam heres ex Trebelliano erat habiturus,& residuum restituit fideicommissario,l.3.§.fi.ad Trebel.

Hereditas aufertur heredibus, vt ab indignis, si ante habitam quæstionem de seruis super nece testatoris occisi ab eius familia tabulæ testamenti apertæ sint,& hereditas adita,nisi pupilli sint,l.3.C.de his,quib.vt indig.

Hereditas, quæ aufertur heredi scripto propter delictum defuncti, statim non applicatur fisco,nisi post alios agnatos,glo.fi.in l.4. C.eodem.

Hereditas, quæ aufertur heredi scripto propter delictum suum, statim applicatur fisco in totum,vel in partem, si pars tantùm deferebatur delinquenti, nisi in vno casu,ibid.

Hereditas aufertur heredi scripto,& applicatur venientibus ab intestato, quando testamentum redditur nullum propter errorem testatoris defuncti, vel quia testator non seruauit iuris solemnitatem,ibid.

Hereditas aufertur heredi scripto, & applicatur his, qui in alio testamento solemni sunt instituti, quando testamentum redditur nullum ob non obseruatam solemnitatem iuris,ibid.

Hereditas aufertur heredi scripto in primo testamento, quando testator fecit secundum testamentum solemne,ita vt etiam legata in primo testamento relicta non præstentur, ibid.

Hereditas aufertur heredi scripto,& applicatur fisco, quando testator post conditum testamentum solemne deuenit in codicillis ad actum verbi,vt quia dixit heredes esse indignos,vel dixit vnum, vel omnes non mereri voluntatem suam,d.gl.fi.in d.l.4.

Hereditatem ab vxore herede scripta non potest auferre soror, ex eo quòd ipsa soror præuenta vindicauit necem fratris defuncti, l.sororem, C.de his,quib. vt indig.

Reliqua verbo, Heres,79.vsque 85.Minor,45.suprà num.15.

1 HEREDITARIA instrumenta non debet habere ille, qui licitatione vicit, apud quem deberent manere, quia hoc ad licitationem non debet deduci, l. nam ad licitationem,familiæ erciscundæ.

Hereditaria instrumenta,& cautiones debent manere apud eum, qui ex maiori parte heres est,quæ describenda sunt cæteris heredib.cautione interposita,vt, cum res exegerit,illa exhibeantur,l.si quæ sunt,familiæ erciscundæ.

Hereditaria instrumenta,& cautiones apud quem esse debeant,si heredes æqualibus partibus instituti non concordent,per sortem id effici debet,aut ex consensu eorum debet eligi amicus, apud quem deponatur, vel in ædem sacram deponi debent,d.l.si quæ sunt, eod.

Hereditaria portio dicitur non solum illa, quæ obuenit ex expressa institutione testatoris,sed etiam illa,quæ obuenit mortuo testatore ex iure adcrescendi, l. si in testamento,5.& ibi gl.pe.de vulg.

Hereditarias quasdam res si tu possideas,& quasdam ego possideam,possum contra te,& tu contra me agere petitione hereditatis,sed si pronuncietur, meam esse hereditatem, agenti tibi contra me obstat exceptio rei iudicatæ, secus si pronunciaretur,meam non esse,l.si inter me,de excep.rei iudic.

Hereditariæ rei furtum non fit,nec datur pro ea furti actio, nisi defunctus eam pignori dederat,vel commodauerat, vel nisi alius habeat vsumfructum in ea, quibus casibus fit furtum rerum hereditariarum,& impeditur vsucapio,& heredi posteà adeunti datur furti actio,l.hereditariæ, 68. cum duabus, ll. seqq. de furtis.

Hereditariæ res non sunt hereditas,gl.1.in l. nihil est,24.de verb.sign.

Hereditaria onera ad scriptos heredes pro portionibus hereditariis, non pro modo emolumenti,pertinent,l.1.C.si cer.pet.

Hereditaria onera inter heredes pro hereditariis portionib.diuiduntur,etiam si in prælegatis sit inæqualitas,ibid.

Hereditaria res vacans nullius est,gl.per ignorantiam,in l.fi.C.vnde vi.

Hereditariæ res in iudicio familiæ erciscundæ,si commodè fieri potest, æqualiter diuiduntur,quod si fieri non potest,recompensantur pecunia,& eadem ratione debet alter ex coheredibus,qui vel rem hereditariam corrupit,vel consumpsit,aut fructus percepit, alios recompensare, §.si familiæ, Instit. de officio iudicis.

Hereditaria bona desinunt esse hereditaria, cùm primùm quis heres factus est per legis dispositionem, vel per aditionem, ita vt deinceps non defuncti, sed heredis bona dicantur,§.1.in add.marg.Inst.de hered.qualitate.

Hereditarius seruus si deposuit, potest posteà heres succedens agere depositi, gl. 2.in l.cùm hereditas,9.C.depositi.

Hereditarius creditor, quando restituit pecuniam possessori ab eo sibi solutam, parit illa pecunia liberationem in duas causas, quia tenebatur restituere per condictionem indebiti possessori soluenti, item liberatur verus heres à possessore,quia possessor poterat retinere de hereditate, quantum soluerat paratus cedere condictionem indebiti heredi,l.cùm quis sibi, 38.§.de peculio,& ibi gl.repetitionem,de solutio.

Hereditarius titulus dicitur lucratiuus,si hereditas ipsa soluendo est, aliàs non, l.inter stipulantem,82.§.si rem,quam,& ibi add.marg.de verb.oblig.

Hereditarius,nomen,significat dominam scilicet hereditatem,glo.per vnum,in l.1.§.veteres,de adqui.possessione.

Hereditarium debitum intelligitur etiam id,quod defunctus post mortem suam daturum se promisit,& quod soluit fideiussor pro debitore post mortem eius l.hereditariarum,7.de bonis authorita.iudicis.

Hereditarius seruus si sit vulneratus, vel occisus, actio legis Aquiliæ competit hereditati, cùm vicem domini sustineat, sed posteà datur heredi hereditate adita,non anteà,l.liber homo,§.si seruus,ad leg.Aquil.

Hereditario nomine habens actionem tenetur petitione hereditatis tanquàm iuris possessor,l.quòd si in diem,18.§.Iulianus,de petitione hereditatis.

Reliqua verbo,Carestia,Creditor,101.vsque 104. Debitor, 80.81.Furtum,8.Legatarius,29.Possessor,28.vsque 31.Seruus,19.vsque 22.Heres,96.

HAERESIS crimen publicum est, & ideò quilibet de populo potest accusare, quia quod in religionem diuinam committitur,in omnium iniuriam fertur, l.4.C. de hæreticis.

Hæreses omnes vetite legib. diuinis, & Imperialib. perpetuò debent quiescere, nemóque illas conetur docere, vel discere, ne Episcopus hæreticorum fidem insinuare adeat,quã non habent,nec ministros creare,qui non sunt, l.2.C.eo.

Hæresis criminis inquisitio potest fieri etiam post mortem, & idem in crimine læsæ maiestatis potest memoria defuncti damnari, l.4.& ibi gl.5.C.eod.

Hæresis crimen,& læsæ maiestatis, & apostasiæ etiam post mortem accusari potest,forte vsq.ad quinquennium,gl.habite,ibid.

Hæresim alicuius hæretici imitantes in deferendo Deum, eius nomen iure debent sortiri,vt Nestoriani à Nestorio,& Christianorum appellatione vti non debent,l.damnato,6.C.eod.

Hæresim discentes in x.libras auri, seruantes deportantur, docentes puniuntur, idem si ad sacrificium,vel in templum conuenerunt,glo.damnentur,in l.quæcunque,8.C.eod.

Hæresi suspecti,nisi ad mandatum Ecclesiæ propriam innocentiam purgatione congrua monstrauerint,sunt infames,& banniti, & per annum permanentes puniuntur,vt hæretici,authen.gazaros,C.eodem.

HAERETICA si fuerit facta mulier nupta,eius maritus, ipsa existente in hæresi, si alienauerit res dotales, ipsa posteà reuersa ad fidem poterit reuocare, gl. 2.in l.1.C.eod.

Hæretica facta mulier nupta amittit priuilegium sibi aliàs competens prælationis dotis aliis creditorib.prioribus, & in tacitis hypothecis, & alia omnia mulieribus à lege concessa,auth.item priuilegium,C.eod.

Hæretica facta mulier amittit priuilegium,quòd non teneatur, nisi inquantùm facere potest,& stipulationis tacitæ de reddenda sibi dote, gl.pen.ibid.

Hæretica mulier in sua dote nullum habet priuilegium prælationis, vel aliud, nisi ad orthodoxam fidem peruenerit,§.quæ igitur,in auth. de priuileg.dotis hæreticis,col.8.

ab Hæretica prauitate si dominus temporalis requisitus,& admonitus ab Ecclesia terram suam purgare neglexerit post annum à tempore admonitionis,terra illius occupantibus Catholicis conceditur, qui eam exterminatis hæreticis absque contradictione vlla possideant,& in fidei pietate conseruent,saluo iure domini principalis,c.nos Fridericus,§.statuimus,de statutis & consuetudinibus contra libertat.Ecclesiastic.& authent.si verò,C.de hæreticis.

HAERETICI dicuntur omnes qui sunt extra fidem Christianam,& non sunt membrum sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, §.1.& ibi gl.sanctæ, in authen.de priuileg.dotis hæreticis,collat.8.

Hæretici dicuntur,qui sacram communionem, & sacramenta in Catholica Ecclesia non percipiunt à Deo amabilibus sacerdotibus,d.§.1.

Hæretici censentur, qui leui argumento à iudicio Catholicæ religionis, & tramite fuerint derecti deuiare,l.2.C.de hæreticis.

Hæretici dicuntur,qui non sunt membrum Catholicæ Ecclesiæ,vel qui sunt diuersarum hæresum, vel qui non credunt quatuor concilia generalia, & aliis multis modis dicitur quis hæreticus,glo. pen.ibid.

Hæreticus est,qui pertinaciter,& non disputationis gratia aliquid asserit, quod deuiat à leui articulo fidei,qui manifestè debet scire, ibid.

Hæreticus est, qui non credit quatuor conciliorum statuta, scilicet Nicæni, Constantinopolitani, Ephesini, & Chalcedonensis, gloss.2.in l.quicunque,8, C.eodem.

Hæretici non possunt accipere hereditatem, legatum, vel fideicommissum per testamenta militum,vel iure communi condita,l.fi.C.eodem.

Hæretici hodiè ordinariè puniuntur, cùm sit certa pœna,gl oss.fin.in l. 1. C.de summa Trinit.

Hæreticis nullus locus conceditur ad conueniendum, vt ibi tractetur super eorum errore firmando,l.2.C.eod.

Hæreticis priuilegium concessionis loci ad exercendam dementiam errorum suorum non valet, ibid.

Hæretici appellant ministros suos clericos,sacerdotes,presbyteros,vel papas,gl. 3.in l.1. C.eodem.

Hæreticis non licet habere loca etiam sub nomine Ecclesiarum, vel etiam priuatas domus, in quibus conueniant, nec Missas, vel Litanias dicere, & talia loca,vel domus vendicantur Ecclesiæ Catholicæ,& iudex concedens fieri huiusmodi conuentiones hæreticorum punitur in centum libris auri, vel in 50. l.3.& 5.C.eodem.

Hæreticorum serui euitantes dominum sacrilegum ad Ecclesiam Catholicam seruitio fideliori transeuntes sunt liberi,l.4.C.eod.

Hæretici Manichæi dicunt Christum non esse verum hominem, sicut econtrà Arriani purum hominem esse, gl. 1.ibid.

Hæretici in Romano solo nullam habet facultatem commorandi, l.5.C.eod.

Hæreticorum disputationes de infausta hæresi audiens discendi studio punitur in decem libris auri fisco applicandis, docentes verò puniuntur pœna capitis,l.quicunque,8.C.eod.

Hæreticis vendendo prædia, in quibus sunt Ecclesiæ, vel Oratoria orthodoxæ fidei, illa prædia fisco applicantur, hodiè verò Ecclesiæ, sub cuius territorio sunt, l.qui,10.& ibi gl.1. C.eod.

Hæreticus pro parua hæresi debet comburi, gloss.1.in addit.marg.in authen.sed nouo,C.de seruis fugitiuis.

Hæreticos debent expellere potestates terrarum de suis locis, authen. iusiurandum,quod præstatur,in principio,& ibi gl.permitto,collat.2.

Homo quilibet habet à natura, vt audiat, & loquatur, glo.3. in l. discretis, 10. C. qui testam. facere.

Homo est animal, & homo non est substantia, sunt diuersa, sed contraria indirectè, idest, per medium, gl. 1. in l. scripturæ, 14. de fide instrumen.

Homines naturaliter discordant, & ideò in electionibus, & compromissis dispares sunt eligendi electores, putà tres, vel quinque, & non duo, vel quatuor, quia in illis posset esse, quòd non inueniretur pars maior, gloss. ex trium, in §. sancimus, in auth. de sanctiss. Episcopis, col. 9.

Homines naturalem facilitatem habent in dissentiendo, l. item si vnus, §. fin. & ibi glo. facilitatem, de arbitriis.

Homo quando non facit decentia rationabili naturæ, idest, homini, qui est animal rationabile mortale, non decet, vt dicatur homo, sed bestia, gl. decentem, in auth. de monachis, in princ. col. 1. & §. 1. in auth. de incest. nup. col. 2.

Homines sunt honorandi secundùm merita, & virtutes, §. ordinationem, eodem titul.

Homo satur, non ita bene discernit, sicut ieiunus, glo. epulata, in §. iucundum, in auth. de nup. col. 4.

Homini ad malitiam dedito facile est quodlibet malum adinuenire, gl. occasiones, in §. 1. in auth. vt omnes obediant iudicib. col. 5. & auth. vt hi, qui obliga. se habere prohib. in prin. col. 6.

Hominum quidam liberi, simul consistunt, & inter legitimos sunt, alij legitimationem non habentes posteà fiunt legitimi, & ex naturalibus ad legitimos ascendunt, alij naturales sunt, & quædam successiones eis existunt, alij nec naturales sunt, sed hoc monstrantur indigni, alij sunt legitimi solùm, vt adoptiui, §. palàm, & ibi gloss. indigni, in authen. quibus mod. nat. eff. sui, colum. 6.

Hominis ~~status tres~~ sunt, scilicet memoria preteritorum, scientia præsentium, & prudentia futurorum, gl. prouidentia, in §. quorum, in proœm. Instit.

Homo homini non accedit, §. si quis ancillas, & ibi gloss. extinguitur, Instit. de legatis.

Homini quando nocitum est, licèt non sit occisus, per iudicem debet fieri refici impensa medicorum, ac medicinarum, & merces operarum, quibus caruit is, cui nocitum fuit, §. 1. Instit. de oblig. quæ ex quasi delicto.

Homo diuisionem non recipit, & ideò parte reiecta non agitur de euictione, nisi actum sit, gl. fi. in add. marg. in l. naue, 36. de euictio.

Hominis appellatione continetur etiam fœmina, gl. 1. in l. 2. vi bonorum raptor. l. hominis, 152. de verb. sign.

Homini conuenit naturaliter ægritudo, gloss. humanitatis, in l. non tantùm, de appellat.

Homo est dignissima creaturarum, gl. pen. in §. fin. Inst. de iure naturali.

Reliqua verbo, Castrare. Liberum, 2. 3 Promittens, 12. Vita, Deuitor, 32.

2 HOMINES aut sunt liberi, aut serui, in princ. Inst. de iure persona, & l. 3. de statu hominum.

Hominum tria genera iuregentium esse cœperunt, quidam erant liberi, alij serui, tertium genus libertini erant, qui desierant esse serui, in princip. Inst. de libertinis, & l. manumissiones, de iustitia, & iure.

Homines omnes iure naturali liberi nascebantur olim, hodiè autem & serui nascuntur, & in hac parte iuri naturali derogauit ius ciuile, licèt illud sit immutabile in genere, † l. manumissiones, & ibi gl. 3. de iustitia, & iure, & gl. ab initio, in §. ius autem, Inst. de iure naturali.

Homo quilibet est liber, nisi sit seruus iure gentium bellis ortis, vel ciuile, vt quia patiatur se vendi ad pretium participandum, glo. 1. in l. libertas, de statu hominum, & d. §. ius autem, Inst. de iure naturali, & §. si quis sanè, in authen. quib. modis effic. legit. col. 5.

Homo liber, qui se vendidit manumissus non reuertitur ad suum priorem statum, sed efficitur libertinus, l. liber homo, eod.

Homo liber, qui se vendidit, ad ingenuitatem proclamare non potest, nisi pretium sui reddiderit, aut natalibus restituatur per principem, gl fi. ibid.

Homo liber bona fide seruiens dicitur possideri, aliàs dicitur detineri, glo bona fide, in l. ei quoque, ex quib. caus. maiores.

Homo liber bona fide seruiens tamdiu dicitur esse in seruitute, quandiu nòn est lis cœpta de statu suo, cœpta enim lite non videtur esse in seruitute, quoad liberalem causam agendam, & alias inchoandas, l. is autem, eod.

Homo liber bona fide seruiens inchoata lite de statu suo habetur pro libero quantùm ad liberalem causam peragendam, vel finiendam, & omnes alias inchoandas, gl. 2. ibid.

Homo liber quandoque potest vendi, & æstimari, gl. 4. in auth. præterea, C. de sacrosanctis Eccles.

Homo liber ob æs alienum seruire creditoribus non cogitur, l. ob æs, C. de actio. & oblig.

Homo liber non debet damnari ad perpetuum carcerem, hoc enim vix in sola conditione seruili procedere potest, l. incredibile, 6. C. de pœnis.

Homo liber, licèt non possit pignori obligari, potest tamen dari in obsidem pro arbitrio obseruando, l. qui filios, & ibi add. marg. C. quæ res pignori oblig.

Reliqua verbo, Liberum, 6. 7. 8. 9. Interdictum, 53.

HOMICIDA, quòd sit priuatus omni officio si statuto caueatur, non habet locum in eo, qui occidit iustitiam exequendo, l. si seruus, in addit. margin. ad legem Aquil.

Homicidam scienter, ac dolo malo receptans, & celans, obnoxius est criminis, l. 3. §. si quis, ad Syllanian.

Homicidæ pœna est capitis, & omnium bonorum publicationis, si non reliquerit ascendentes, & descendentes vsque ad tertium gradum, quo casu eis conceduntur excepto crimine læsæ maiestatis, salua tamen dote vxoris, gl. homicidium, in l. hac edictali, §. homicidium, de pace tenenda inter subditos.

Homicida si à facie iudicum fugerit, tunc res eius mobiles debent publicari in populo, & dispensari, alia tamen immobilia dabuntur heredibus suis iurantibus, quod homicida nunquam de cætero eorum voluntate, aut consensu aliquod emolumentum inde percipiet, ibid.

Homicidæ puniuntur pœna legis Corneliæ de sicariis, §. item lex Cornelia, Inst. de publicis iudiciis.

HOMICIDIVM, vel membrorum diminutio, vel aliud quodlibet delictum legaliter vendicari debet, l. hac edictali, §. homicidium, de pace tenenda inter.

Homicidium faciens capite puniri debet, quia tenetur lege Cornelia de sicariis cuius pœna talis est, nisi per pugnam, vel aliter probauerit, quòd ad sui defensionem occiderit, glo. homicidium, ibid.

Homicidij crimen ortum habuit à pastoribus, vt deuenit Cain, & Abel, gl. 4. in l si quis homicidij, 11. C. de accusatio.

Homicidium punibile committit aggressus occidens, qui sine homicidio se defendere potuisset, gl. 4. in l. quoniam, 6. C. ad legem Iuliam, de vi.

Homicidium non voluntate, sed casu fortuito commissum non punitur, l. eum, qui, C. ad leg. Cornel. de sicariis.

Homicidij pœna minuitur ei, qui in rixa casu, præcedente tamen culpa magis, quàm voluntate homicidium admisit, l. 1. §. Diuus, ad legem Cornel. de sicar.

Homicidium, licèt fuerit punitum in vno, non releuat alium verum homicidam, l. qui seruum, 21. & ibi add. marg. de interrogat. actio.

Reliqua verbo, Accusatio, 6. Occidens, Occidere.

HOMOLOGO dictio est Græca, idem significat quod laudo, vel confirmo, glo. 3. in l. 4. §. si quis, de receptis arbitris.

Homologari sententia arbitri tunc dicitur, cùm pars dicit, non improbo, vel non contradico, nam non cõtradicere homologationi potest, d. §. si quis, & gl. sententiæ, in addit. marg. in §. sententiæ, in extrauag. de pace Constantiæ.

Reliqua verbo, Sententia, 32. 33. 34.

HONESTAS debet præferri omni lucro, l. redrehendenda, 5. C. de institut. & substitut.

Honestè viuere dicitur quis circa matrimonia, & circa mores, nam mulier, quæ viuit secundùm mores loci, dicitur honestè viuere, sed non intelligitur castè viuere, quæ transit ad secunda vota, scilicet respectu mariti defuncti, & filiorum, sed bene respectu aliorum, gloss. honestè, in §. iuris, Instit. de iust. & iure.

Honesti homines fustibus cædi non debent, sed illi tantùm, qui liberi sunt, & viles, serui verò flagellis puniuntur, l. capitalium, §. 1 & ibi gloss. quolibet, de pœnis.

Reliqua verbo, Concedo.

HONOR est administratio reipub. cum gradu dignitatis, quæ quandoque est cum sumptu, quandoque sine sumptu, glos. 1. in l. 1. C. de muneribus, & honor. lib. 10. & l. honor, de muneribus.

Honor, qui debetur patrono, non debetur eius tutori, vnde nec honor, qui debetur eius officiali, l. sed si, §. fi. de in ius vocando.

Honores non solùm olim, sed etiam hodiè palam peti possunt, gloss. pertinentes, in l. quæ vtiliter, 45. de nego. gestis.

Honores per gradus deferuntur, veluti de minoribus ad maiores, alioquin casum videtur appetere, qui ad summi loci fastigia, postpositis gradibus, per obrupta quærit accessum, ibid.

Honor habet onus, gl. sustinet, in l. 3. §. 1. quod metus causa.

Honor idem est quod donatio, vel præmium, quia honor est ei, cui datur, gl. 1. & ibi add. marg. in l. si remunerandi, mandati.

Honor non seruatur ei, qui se in sceleratam ac turpem vitam deducit, l. Senatoris, 47. de ritu nuptiarum.

Honores hodiè non emuntur, gloss. 1. in l. quod apiscendæ, 40. de donatio. inter virum.

Honor lucro præferendus est, glo. fi. in l. Iulianus, 26. & ibi gloss. honore, si quis, omissa causa.

Honor est, cui datur, & dedecus, cui aufertur, glo. pleniore, in l. filium, §. sed & si, de legatis præstand.

ad Honorem habendum cum administratione neque palàm, neque clàm potest aliquid dari, & incidit dans in legem Iuliam de ambitu, sed ob habendum honorem sine administratione potest dare palàm, sed non clàm, gl. ob honorem, in l. hoc iure, 19 de donatio. & gl. 3. in l. 1. ad leg. Iul. de ambitu, & gl. fi. in add. marg. in l. fin. C. ad legem Iul. repetund.

Honoris additamentum non debet cuiquam noxium esse, l. 1. in add. marg. de iure aureorum anulorum.

Honoribus in pœnam si sit prohibitus, censetur etiam prohibitus honoribus, qui habent mistam muneris gratam impensam, tenetur tamen præstare ea impendia, ne pœna immunitatem tribuat ei, l. relegatorum, §. fin. cum leg. seq. de interdictis & relegat.

Honores duos non potest quis habere in diuersis ciuitatibus eodem tempore, l. libertus, §. præscriptio, ad municipalem.

Honores duo quando deferuntur alicui simul, & eodem tempore præfertur causa originis, si verò deferantur successiuè, ille præfertur, qui prius vocatur, ibi.

ad Honorem, quem habuit, vel alium sine temporum interuallis inuitus non admittitur, nolens tamen admittitur, l. diuus, & ibi gl. 1. eodem.

Honorem nemo debet continuare, fallit in defectum alterius, item in defensore 2. ciuitatis, & in aliis duobus casibus, gl. fi. & l. honor, §. fi de munerib.

ad Honores, & munera vt quis prius admittatur, non inspicitur, quis primò fuerit decurio, l. honores, 7. & ibi gl. 2. de decurionibus.

in Honoribus dandis, & decernendis est inspicienda consuetudo, & statuta ciuitatis, l. non tantùm, §. fi. eod.

Honores peti non debent, sed offerri, gl. 2. in l. eos, qui, eod.

ab Honoribus prohiberi non debet quis sine accusatore, sicut nec debet prohiberi is, cuius accusator destitit, l. rescripto, §. si quis, de muneribus.

ab Honoribus prohiberi debet accusatus, quamuis non sit criminosus, gloss. non debet, ibidem.

ad Honores ne admittatur si quis per sententiam alicuius delicti occasione condemnetur, & appellet pendente appellatione, non debet admitti ad honores, l. rem, §. fi. eod.

Honorem sustinenti munus impuni non potest, sed è contrà munus sustinenti honor deferri potest, l. honorem, eod. tit.

Honorem sustinenti potest imponi munus patrimoniale, quod rebus imponitur, glo. 1. ibid.

Hoſtibus vendere tela, & alia arma non licet, quia pernicioſum, & traditioni proximum eſt, Barbaros, quos indigere telis conuenit, eos inſtruere, vt validiores reddantur, l. fin. C. quæ res exportari non poſſunt.

Hoſtes fidei non debent protegi, ſed debent exterminari, gl. 3. in conſtitutione de pace Conſtantiæ, in princ.

ab Hoſtibus, & Barbaris ſubtili ingenio extorquenda eſt pecunia vt egeſtate laborent, ibid.

Reliqua verbo, Capta, Captiuus, Captus, 1. vſque 9. Confugiens, Perduellio, Peregrini, Receptans, Barbari.

HVMANA natura quodammodò labitur ad delictum, §. ſi verò is, in auth. de monachis, col. 1.

Humanum genus vnicum eſt, & non ſunt plura genera hominum, gl. omni humano, in §. ius autem gentium, Inſt. de iure naturali, gentium.

Humana natura multas deproperat formas nouas edere, l. 2. §. ſed quia diuinæ, C. de veteri iure enucl.

Humana conditio ſemper in infinitum decurrit, nihilque eſt, quod perpetuò in in ea ſtare poſſit, ibid.

HVMANITAS, & officium, quod eſt inter hominem, & hominem, propter cuiuſlibet interſit, ne alius perimatur, facit, vt quod intereſſe admittitur quilibet ad appellandum etiam inuito reo condemnato, l. non tantùm, & ibi gl. humanitatis, de appellatio.

HVMILITAS in Iuriſconſulto laudatur, gl. ſecundùm parietem, in l. quidam Iberius, 12. de ſeruitutib. vrbanorum.

HYDROMELVM fit ex aqua, & melle, quod appellatione vini non continetur, l. ſi quis vinum, & ibi gl. hydromeli, de tritico, vino, & oleo legat.

HYDROPHYLACAE, ab ὕδωρ, quod eſt aqua, & φυλάττειν, quod eſt cuſtodire, vel ſeruare, hoc eſt cuſtodes, vel ſeruatores aquarum, gl. bydrophylacas, in l. pen. §. fi. C. de aquæductu, lib. 11.

HYDROPICVS dicitur aqua plenus, & inflatus, ab ὕδωρ. quod eſt aqua, gl. 1. in l. item Offilius de ædil. edict.

HYPERBOLICAM loquutionem quandoque Iuriſconſulti proferunt. gl. 1. in l. ex empto, 11. de actio. empt.

HYPOCAVSTVM ab ὑπὸ quod eſt ſub, & ſteron, quod eſt ſtatio, ideſt, ſubterranea ſtatio in æſtate bona, gl. hypocauſta, in l. ſi quis mihi, 16. mandati.

Hypocauſtum eſt fornax in balneo ſubdita caldariis calefaciendis, atque cubiculum circumcluſum, in quo aër non tranſmittitur, verùm igne ſuccenſo feruore, æſtúque inuaporans, neque calorem inde diffundens, d. gl. hypocauſta, in add. marg.

HYPOCENTAVRVM, eſt animal natum ex equa, & tauro, quod nunquàm fuit viſum, † gl. hypocentaurum, in princ. Inſt. de inutilibus ſtipul.

HYPONEMATOGRAPHI dicuntur, qui commentaria ſcribunt, † l. ſi quos, in addit. marg. reprob. gl. 1. C. de Decurionib. lib. 10.

HYPPO eſt ciuitas aquis circumdata, ſtánſque in ſolo planctu, gl. Hypponem, in addit. marg in l. nauis, ad legem Rhod. de iactu.

Hypotheca in genere, nu. 1. 2.

Hypotheca tacita, & generalis, num. 3. 4.

1 HYPOTHECA dicitur ab ὑπὸ quod eſt ſub, & θέσις, ideſt, poſitio, quaſi ſubpoſitio, vel oblatio, quæ idem ſunt, gl. quaſi, in addit. marg. in §. item Seruiana, Inſt. de actio.

Hypotheca contrahitur per pactum conuentum, cùm quis paciſcitur, vt res eius propter aliquam obligationem ſint hypothecæ nomine obligatæ, neque intereſt, quibus verbis fiat, l. 4. de pignor.

Hypotheca poteſt contrahi etiam ſine ſcriptura, nec requiritur aliqua verborum ſolemnitas, ſufficit enim, quòd hypotheca ſit, & quòd probetur, ibid.

inter Hypothecam, & pignus tantùm nominis ſonus differt, quantùm ad actionem hypothecariam, ſed quantùm ad rem eſt differentia, quia alterum pignus, alterum hypotheca dicitur, l. 5. & ibi gl. fin. eod.

Hypothecam operatur facultas, & poteſtas de ingrediendo bona authoritate propria, l. 3. §. fi. in additione margin. qui potiores in pignore.

Hypothecæ ius prætendenti permittitur, vel iuri fiſci intercedere, ne bona ipſi fiſco poſteriùs obligata fiſcalibus bonis adiudicentur, etiam ſi ex cauſa debiti auocaret fiſcus, l. fin. §. fin. in addit. marg. eod.

Hypothecæ, vel pignoris iuris ſolo conſenſu contrahitur, ſicut & aliæ, quæ conſenſu contrahuntur, nec refert, quibus verbis fiat, dummodò aptis ad conſenſum, l. in re, de fide inſtrum.

Hypothecæ, vel pignoris ius contrahitur etiam ſine ſcriptura, fiunt enim ſcripturæ de eo, vt, quod actum eſt, per eas faciliùs probari poſſit, ibid.

Hypotheca, quæ competit ei, qui ſuccedit in locum primi, non eſt eadem, ſed per omnia eſt ei ſimilis, gl. fin. in l. 1. C. de his, qui priorum creditorum.

contra Hypothecam præſcribitur longo tempore à quolibet poſſeſſore, excepto à debitore, vel eius herede, l. 1. C. ſi aduersùs creditorem.

Hypothecæ dari poſſunt res pro quacunque obligatione, ſiue mutuata pecunia detur, vel dos, vel emptio, aut venditio, locatio, aut conductio, vel mandatum contrahatur, ſiue pura ſit obligatio, vel in diem, vel ſub conditione, ſiue in præſenti ſit contractus, ſiue præcedat contractus pignoris dationem, l. res hypothecæ, 5. de pignorib.

Hypothecæ dari poſſunt res nomine obligationis futuræ, & non ſolùm ſoluendæ totius pecuniæ cauſa, ſed etiam partis, & etiam pro ciuili obligatione, vel honoraria, vel tantùm naturali, ibid.

Hypothecæ datæ res pro obligatione conditionali non aliter obligantur, quàm conditio extiterit, ibid.

Hypothecæ dare poteſt quis rem, ſiue pro ſua, ſiue pro aliena obligatione, d. l. res hypothecæ.

2 Hypothecæ datus fundus ſi alluuione maior ſit factus, totus obligatur, l. ſi fundus, 16. eod.

Hypothecæ ſi fuerint datæ res alienæ ignorante domino, ſi poſteà dominus id ratum habeat, retrotrahitur, & valet obligatio Hypothecæ, ſi dominus, ſit talis, qui poſſet obligare, d l. ſi fundus, §. 1.

Hypotheca non tollitur, ſi principalis debitor, vel fideiuſſor condemnatur, niſi realiter ſatisfiat, l. grege, 13. §. etiamſi, eod.

Hypotheca non extinguitur, etiam ſi res hypothecæ data poſteà mutata ſit, veluti de domo hypothecata horreum factum ſit, vel de loco hypothecato domus, vel vinea facta ſit, l. ſi fundus, §. ſi res, eod.

Hypotheca ſoluitur, quoties ab ea diſceditur, aut paciſcitur creditor, ne pecuniam petat, niſi pactum ſit interpoſitum, vt à perſona tantùm debitoris non petatur, cùm fortè alius hypothecam poſſideret, l. ſoluitur, & ibi gl. actum, quibus modis pignus.

Hypotheca ſoluitur per pactum perſonale, quod parit exceptionem perpetuam, ſed ſublata principali actione per præſcriptionem non tollitur hypothecaria, gl. diſcidatur, ibid.

Hypotheca, vel pignus ſoluitur, ſiue ſolutum ſit debitum, ſiue eo nomine ſatisfactum creditori, & etiam ſoluitur, quando ſoluitur creditori creditoris, l, item liberatur, & ibi gl. 1. eod.

Hypotheca, vel pignus ad tempus obligatum finito tempore finitur etiam pignus, ibidem.

Hypotheca, vel pignus ſoluitur, quoties aliqua ratione obligatio eius finita eſt, vt quando ad conditionem fuit obligatum pignus vſquequò nauis venerit, ſi nauis venit, ſoluitur pignus, ibid.

Hypotheca extinguitur re corporali extincta, ita & hypotheca vſusfructus extinguitur extincto vſufructu, niſi res per culpam debitoris periit, l. ſicut, & ibi gl. 1. eod.

Hypothecam, vel pignus liberare videtur, qui paratus eſt ſoluere in iudicio, ſecus ſi extra, quo caſu creditor non conuenitur hypothecaria à debitore, l. item liberatur, §. 1. & ibi gl. ſoluere, & gl. liberaſſe, eod.

Hypothecam vel pignus liberare non videtur, qui non ſoluere, ſed ſatisfacere paratus eſt, putà dando pignus, vel fideiuſſorem, niſi creditor hoc admiſerit, d. §. 1. & ibi gl. in diuerſa.

Hypotheca liberatur, ſi creditor conſenſit venditioni, l. ſi conſenſit, eod.

Hypotheca ſi propter vſuras obligata ſit, debent ſolui vſuræ, aliàs retinetur hypotheca, ſi nudo pacto ſint debitæ vſuræ, ſed ſi aliàs ſint debitæ, petuntur etiam iure actionis, l. grege, 13. §. fin. & ibi gl. fin. eod.

Hypotheca ſi pro pœna obligata ſit, debet ſolui pœna, aliàs pro pœna retinetur hypotheca, ibid.

Reliqua verbo, Creditor, 14. 15. 16. Debitor, 40. vſque 43. Fiſcus, 10. 11. Pignus, per tot. Pupillus, 23 24 31. Tutor, 152. Actio, 126.

HYPOTHECAM generalem anteriorem tempore licèt priuatus habeat, tamen fiſcus præfertur in bonis poſt ſuam obligationem quæſitis, l. ſi qui mihi, 28. & ibi gl. fi. de iu. fiſ.

Hypothecam ſpecialem, ſiue generalem habens præfertur fiſco in quæſitis poſt obligationem fiſci, & multò magis fiſcus prior præfertur priuato poſteriori, † d. gl. fiſci.

Hypothecam generalem ſi habeant duo priuati diuerſis temporib. ſibi factam, prior præfertur etiam in bonis poſteà quæſitis, & non concurrunt, † reprob. d. glo. fin.

in Hypotheca generali bonorum veniunt etiam futura, etiamſi nihil dicat de futuris, gl. ſpecialiter, in l. & quæ, 15. §. 1. de pignor.

Hypothecam generalem habens æquiparatur ei, qui ſpecialem, & expreſſam habet, gl. licèt anteriores, in l. aſſiduis, 12. C. qui potiores in pignore.

Hypotheca generalis non eſt plus, quàm ſpecialis, gl. ad generalem, in auth. de non alienandis, §. ſi autem creditor, col. 2.

Hypotheca ſpecialis dicitur, quando quis obligat illa ſola bona, quæ nunc habet, & tunc tenetur creditor probare eas res fuiſſe in bonis debitoris tempore contractus, generalis autem dicitur, cùm quis obligat ea, quæ habet, vel habiturus eſt, quo caſu creditor non cogitur probare fuiſſe tunc in bonis debitoris, l. & quæ, 15. §. 1. & ibi gl. ſpecialiter, de pignorib.

Hypothecam ſpecialem & generalem habens non recurrit ad generalem in præiudicium ſecundi creditoris, ſi ſpecialis ſibi ſufficiat ad debitum, l. 2. C. de pignorib.

Hypotheca ſpecialis ſemper præſumitur ſufficere ad ſoluendum debitum, niſi contrà probetur à creditore, gl. 3 ibid.

Hypothecam ſpecialem expreſſam anteriorem habens quilibet priuatus præfertur fiſco, & reipub. poſteriori, l. ſi pignus, & ibi gloſſ. final. qui potiores in pignore.

Hypothecam tacitam habens reſpub. non præfertur fiſco habenti poſteriorem, gl. 1. ibidem.

Hypothecam tacitam pro dote habens præfertur fiſco habenti poſteriorem, 4 ibidem.

ex Hypotheca tacita non peruenitur ad pignorum poſſeſſores, niſi excuſſo priùs principali, l. libertus, §. filium, in addit. marg. ad municipalem.

Hypotheca tacita competit Eccleſiæ, etiam pro rebus ſibi donatis, vel venditis, ſicut in aliis bonis vendentis, vel donantis, gloſſ. penult. in l. vbi inter, C. de ſacroſanct.

Hypothecaria contrahitur in adminiſtratione pupillarium rerum, & in legatis, & in aliis multis iuris articulis, l. vnica. §. & vt pleniùs, & ibi gloſſ. 3. C. de rei vxo. act.

Hypotheca tacita pro dote contrahitur ex vtroque latere, ſiue ex parte mariti pro reſtitutione dotis, ſiue ex parte mulieris pro dote præſtanda, vel rebus dotalib. euictis, ibid.

Hypotheca tacita datur ſiue mulieri, ſiue marito pro dote in ſcriptis, vel ſine ſcriptis data, vel promiſſa, aut recepta, ibid.

Hypotheca tacita, quæ datur marito pro dote præſtanda, non eſt ita priuilegiata, ſicut illa, quæ mulieri datur, gl. ex vtroque, ibi.

Hypotheca tacita pro re legata poteſt etiam nullo verbo præcedente ab ipſa lege induci in aliis bonis teſtatoris, l. 1. C. communia de legatis.

Hypotheca tacita inducitur à lege pro fideicommiſſo particulari, ibid.

Hypotheca tacita inducitur à lege pro dote, tutelis, & pro aliis multis caſibus, gl. in multis, ibid.

Hypotheca tacita in rebus patris filio conceſſa competit à tempore adminiſtrationis inchoatæ, non à tempore malè geſtionis, l. cùm oportet, §. fin. C. de bonis, quæ liber.

Iactatum ex naue accipiens, putans simpliciter iactatum, non tenetur furti, tenetur tamen domino reddere, d. §. pe.

Iactatum ex naue plerunque animo derelinquendi iactatum esse præsumitur, cùm quis sciens rem quam proiicit perituram, ibid.

Reliqua verbo, Conseruatione, Merces, Missilia, & Commodatarius, 11. 12. Naufragium, Praecuns, Lex, 24.

IACTVS lapilli facit possessionem retinere, non amittere, gl. lapilli, in l. & si fortè, §. 1. si seruitus vendicetur.

IACVLA, quæ prouidentur, minùs feriunt, gloss. final. in l. final. C. de indictio. lib. 10.

IANVARII calendis honores decernebantur, gl. mancipamus, in l. omnes, 7. C. de feriis.

Reliqua verbo, Honor, 3.

IANTHINVM, vel hyancinthinum est genus coloris, gl. buccinum, in l. si cui lana, 70 §. 1. de legat. 3.

IDEM propter vtilitatem intelligitur, quod non est idem, sed est mutatum, auctum, vel diminutum, gl. intelligatur, in l. seruitutes, 20. de seruitut. vrban.

Idem dicitur aliquid quoad genus, quod dicitur diuersum quoad speciem, gl. fin. in l. fin. de Magistrat. conueni.

Idem nihil est ei, cui est simile gl. à reo, in l. 3. §. fi. de duobus reis.

Reliqua verbo, Simile, Eadem.

IDENTITAS rationis facit, quod casus non expressus sit comprehensus in casu deciso, §. si igitur, Instit. quod cum eo, qui in aliena potest.

IDEST, id est dictio expositiua, §. item si de dote, Inst. de actio.

Idest, dictio, quandoque ponitur exemplificatiuè, quandoque expositiuè, gl. 1. in pen. de annuis legatis.

Idest, dictio, quandoque ponitur expositiuè, seu declaratiuè, & non restrictiuè, l. 3. §. saluus, & ibi gl. quondam, de adquir. possess.

Idest, dictio, ponitur quandoque pro scilicet, gl. idest, in l. sunt qui in id, 16. de re iudicat.

Idest, dictio, posita inter genus, & speciem ponitur restrictiuè, vt quadrupedes, idest, pecudes, l. 2. & ibi gl. vel pecudum, ad legem Aquiliam.

Reliqua verbo, Vel.

IDONEVS quilibet præsumitur quoad mores, sed non quoad facultates, vnde asserenti se diuitem incumbit onus probandi, glo. pen. in l. si verò, §. fin. qui satisdare cog.

Idoneus non minùs dicitur quis ex fide, quàm ex facultatib. gl. fi. in l. eum, qui, 7. §. fi. de in diem addictione.

Idoneus quilibet præsumitur, nisi probetur contrarium, glo. non offenderint, in add. marg. in l. cùm pater, 77. §. rogo, de leg. 2.

Idoneus dicitur quis, non solum ex facultatibus, sed etiam ex legalitate, & conueniendi facilitate, l. si quis ita stipulatus, 112. §. fin. de verb.

Reliqua verbo, Fideiussor, 29. 30.

IEIVNIVM indicitur pro salute principis ob ægritudinem, vel quia in hostes proficiscitur, & ob alias causas, gl. vota, in l. si caluitur, 233. de verb. signif.

IESVS Hebraicè, Latinè Saluator dicitur, gloss. 2. in rub. principij authenticorum.

IGITVR, dictio, ponitur quandoque incœptiuè, non illatiuè, vt ibi, igitur Beatus Martinus, quandoque verò illatiuè, gl. fi. in l. ius ciuile, de iusti. & iure, gl. igitur, in § fi. Inst. de inofficioso testam.

IGNIS propè veniens venisse videtur, gl. 1. in l. si ideò, 55. de euictio.

Ignem innocentem habere aliud est, & aliud omninò ignem non habere, quia in primo casu permittitur ei habere, sed innocentem, & talis non tenetur de incendio casu fortuito facto, sed in secundo tenetur, quia non debuit ignem habere, l. videamus, 11. §. si hoc, locati.

Ignem postquàm fornaci subiecit, non debet obdormire priùs, quàm vel ignem extinguat, vel ita muniat, quòd non euagabitur ignis, l. si seruus, 27. §. si quis, ad leg. Aquil.

Ignem immitens die ventoso in stipulam suam, vel spinam comburendæ eius causa tenetur lege Aquilia, si ignis vlteriùs euagatus, & progressus alienam segetem, vel vineam læserit, l. qui occiderit, 30. §. in hac actione, eod.

Ignem immittens in stipulam suam, vel spinam comburendæ eius causa si non obseruauit, ne ignis longiùs procederet, tenetur lege Aquilia, si ignis læserit alienam segetem, sed si omnia, quæ potuit, obseruauit, vel subita vis venti longiùs ignem produxit, non tenetur, cùm careat culpa, ibid.

ad Ignem extinguendum fuit electa quædam familia, quia illa familia vocabat homines vocibus & cornib. vt irent ad extingendum ignem, gl. fi. in l. 1, C. de officio præfect. vigil.

ad Ignem extinguendum primum triumviri, qui nocturni vocabantur, sunt constituti, deinde ædiles, & tribuniplebis, tum & familia publica circa muros, & portas disposita erat, quæ vocaret, cùm ignis ortus esset, fuerunt & priuatæ familiæ, quæ incendia mercede, vel gratia extinguerent, d. l. 1.

Reliqua verbo, Focus, Furnum, Paries, Incendiarius, Incendium.

IGNOBILES & viles magis sunt puniendi, quàm nobiles, §. 1. & ibi gl. viles, in auth. de incestis nuptiis, col 2.

Reliqua verbo, Nobiles, Paupertas.

IGNORANS potest aliquando illud, quod sciens non posset, gl. fi. in l. si forte, de officio præsidis.

Ignorans, & sciens paria sunt quandoque, ibid.

Ignoranti mandatum esse reuocatum parcendum est, gloss. 2. in l. si tamen, ad Macedon.

Ignoranti quandoque parcitur, & non scienti, gloss. penult. in l. fideiussores, ad Velleian.

Ignorans ius stultus dicitur, gloss. nec stultis, in l. regula, §. si quis, de iuris & facti ignoran.

Ignorans videtur contradicere, etiamsi sit coniuncta persona, gl. 1. in l. si verò, 64. soluto matrim.

Ignorans si locauit militi tanquàm pagano possum mercedem exigere, l. fi. §. fi. in add. marg. de legatis 2.

Ignoranti factum non currit tempus petendæ bonorum possessionis, sed ignoranti ius currit, quia quilibet debet scire ius, l. 2. §. fin. & ibi gl. fi. quis ordo in bonorum possess.

Ignorans non potest dici deliquisse, gl. restituitur, in l. cotem, §. dominus, de publicanis.

Ignorans nec bonam, nec malam fidem potest habere, & ideò ignorans non potest vsucapere, cùm in vsucapione bona fides requiratur, gl. 3. in l. 1. C. de adq. possess.

Ignoranti potest adquiri possessio, quia in possessione non refert, an iustè, an iniustè possideat quis, ibid.

Ignorans præsumitur quilibet, sed aduersùs huiusmodi ignorantiæ præsumptionem, scientiæ probatio in contrarium admittitur non per denunciationem ipsi factam, vel per publicam famam, gl. 2. & ibi addit. marg. in l. penult. C. qui militare possunt, lib. 12.

Ignoranti cedit tempus, ne puniatur ignorantia, l. genero, & ibi gl. cedit, de his qui notantur.

Ignorans non obligatur, l. 4. §. 1. & ibi gl. ignorans, de actio. & obligatio.

Ignorans non delinquit, si nihil omninò à se sit gestum, alioquin sic, d. gl. ignorans, & gl. restituitur, in l. cotem, §. dominus, de publicanis.

Ignoranti non cedit annus vtilis, gl. fi. in l. 2. C. de iure emphyteot.

Ignorans non punitur, l. 4. C. de seruis fugitiuis, & l. pe. & ibi gl. consensum, C. de tabulariis, lib. 11.

Reliqua verbo, Legatum, 7.

IGNORANTER indebitum soluisse probat quis præsumptiuè eo ipso, quòd probet indebitè soluisse, gl. ignorantiæ, & ibi add. marg. in l. cùm de indebito 25. de probatio.

Reliqua verbo, Stultus.

Ignorantia in genere, num. 1. 2.

Ignorantia iuris vel facti, num. 3. vsque 7.

IGNORANTIA, nescientia, error, & titubatio videntur idem, sed sunt diuersa, sed quantùm ad factum, vel ius, non est differentia inter illa, gloss. in rubrica de iuris & facti ignorantia.

Ignorantia sumitur in mala parte, qui scilicet debet scire, & ignorat, vnde dicitur qui ignorat, ignorabitur, ibid.

Ignorantia est animi, ignoratio verò est rerum, l. 1. in add. marg. de iuris & facti igno.

Ignorantia sine errore potest esse, sed error sine ignorantia esse non potest, ibid.

Ignorantia est nescire id, quod quis scire tenetur, & debet, l. 2. in addit. marg. eod.

Ignorantia eius, quod publicè proscriptum, ac propositum est, non potest allegari, sed & si pupillus, §. 1. in additione marg. de institoria actione.

Ignorantia succurrit debitori soluenti procuratori, & etiam præstat id, vt etiam finito mandato procuratori comperat actio, l. inter, 26. in add. marg. mandati.

Ignorantiam quandoque per iura potest quis probare, præsertim quando ea fuit inducta ex probabilibus argumentis, & coniecturis, aliàs secus, gloss. ignorantiæ, & ibi add. marg. in l. cùm de indebito, 25. de probatio.

Ignorantia duplex est, quædam est, quæ habet secum vehementem opinionem, & animus vehementer ad vnam applicatur partem, vt heres si ignoret extitisse conditionem, sub qua institutus est, si tamen opinetur extitisse, adire potest; alia est ignorantia, per quam animus redditur incertus, quod ad nullam partem applicatur, & tunc adire non potest heres ignorans conditionem extitisse, sub qua institutus est, † gloss. fi. in l. si quis extraneus, 21. §. fin. de adquirend. heredit.

Ignorantia pupilli per ætatem contingens in donatione sibi facta in fraudem creditorum non debet esse captiosa creditorib. & ipsi lucrosa, l. qui autem, 6. §. præthereà, quæ in fraudem creditor.

Ignorantia eius, quod publicè positum, vel notum est, non est tolerabilis, & volens iurare contrà, non debet audiri, gl. 1. & ibi addi. marg. in l. fi. de decretis ab ordine faciend. & l. sed & pupillus, §. 1. in ad l. marg. de institor. actio.

Ignorantia affectata dicitur, cùm quis fortè potuit scire, & noluit, gl. errore, in l. 4. C. de incestis nupt.

ob Ignorantiam parcitur alicui, vel cùm sciuit, si se offerat, aliàs purget, gloss. pen. ibid.

Ignorantia alterius alteri prodesse, † gl. vtrique, in l. sed Iulianus, §. non solùm, ad Macedon.

Ignorantia alterius non debet prodesse alij, l. iniquissimum, 5. de iuris & facti igno.

Ignorantia alterius, per quam non quæro, nec à quo causam habeo, mihi non prodest, secus si haberé causam ab eo, vt emptor habet causam à venditore, & ideò venditoris ignorantia prodest emptori, gl. 1. in l. 4. & gl. 1. in l. iniquissimum, eod.

Ignorantia vnius scienti non prodest, † gl. ignorans, in l. liberis, 7. §. si duo, de liberali causa.

Ignorantia vnius alteri prodest propter delictum eius, qui se vendit, ibidem.

Ignorantia vnius non prodest alteri, nec alterius scientia nocet alij, l. non solùm, 22. §. 1. & ibi gl. proderit, eod.

Ignorantia, & imperitia iudicis, vel officialis partib. obesse non debet, gl. fi. in l. quoniam, 21. C. de appellatio.

Ignorantia iusta damnum alicui afferre non debet, glo. 2. in l. inter, 26. mandati.

Ignorantia iusta excusat à contumacia, gl. fin. in l. 2. si ventris nomine in possessionem mulier miss.

Ignorantia non excusat quem à pœna, gl. 2. in l. 1. C. de interdicto matrim.

Ignorantia quælibet etiam iuris excusat à dolo, gl. fi. in l. plagij, 14. C. ad legem Flauiam, de plagiar.

Ignorantia crassa, & supina non excusat aliquem, gl. sciens, in cap. 1. §. item si fidelis, quib. mod. feudum amittatur.

Ignorantia probabilis est contentorum in codicillis à testamento separatis, l. non est ferendus, de transact.

Ignorantia heredis malæ fidei possessoris præsumitur scientia, glos. causis, in l. si ego emi, 13. §. partus, de Publiciana.

Ignorantia iusta heredis alienationem ei per fideicommissum relictæ, quæ subiacet restitutioni, confirmat, l. fin. §. fin. de legatis 2.

Ignorantia

Ignorare semper præsumitur quis, nisi probetur scire, gl. 1. in l. verius, 21. de probatio. gl. 1. in l. si quis sub conditione, 7. de conditio. instit.

Ignorare ius permissum est minoribus 25. ann. & etiam fœmininis in quibusdam casibus propter sexus fragilitatem, l. regula, de iuris & facti ignor.

Ignorare, & nescire differunt, ignorare dicimur, quid scire debemus, nescire verò dicimur, quod scire non tenemur, gl. & nescit, in l. fi. C. per quas personas.

Reliqua verbo, Nescire, Scire, Certiorare.

IGNOSCENDVM est ei, qui non facit sponte, l. qui, cùm maior natu, 14. §. si libertus, & ibi gl. retorsit, de bonis libertorum.

IGNOTVS dicitur certus, ad hoc vt fiat heres, glossa demonstretur, in l. quoties, 9. §. heres, de heredibus instituen.

ILLICITVM omne non punitur, gl. 1. in l. pen. de his, qui notantur infa. l. & si quis, 14. §. Diuus, & ibi gl. in eum statutam, de religiosis, gl. fi. in l. heres, 12. de vsufructu legato.

Illicitè faciens non potest alium arguere, qui ipsum impedit in simili actu, l. 2. §. idem ait, ne quid in loco publico.

Illicitè scriptum pro non scripto habetur, l. filius emancipatus, 14. §. 1. de falsis.

Illicitum quod erat ratione loci fit licitum, gl. sciens, in c. 1. §. item si fidelis, quib. modis feudum amittatur.

Reliqua verbo, Licitum, Matrimonium, 10. Rescriptum.

ILIENSES habent excusationem à tutelis eorum, qui non sunt Ilienses, l. non tantùm, 17. §. 1. de excusa. tutorum.

Ilienses habent priuilegium, vt filij sequantur conditionem matris gl. non sint, ibidem.

Reliqua verbo, Statim, Incontinenti, Mox, Omnimodò.

ILLICÒ dicitur fieri, quod fit intra tres dies, l. fi. C. iudiciis.

ILLITERATI repelluntur à clericatu, & à iudicando, gl. quib. facile, in §. nos autem, in auth. de tabellion. col. 4.

Illiterati à tutela excusantur, & à postulando repelluntur, † ibid.

Illiteratis, & ignaris rectè possunt committi causæ, si tamen alias habeant factorum experientiam, gl. ab Imperiali, in add. in §. cúmque, in procem. Institutio.

Illiteratus non potest obtinere beneficium de iure canonico, gl. 1. in §. similiter, Inst. de excusat. tutorum.

Reliqua verbo, Literatus, Iudex, 7. 20.

ILLVSTRES personæ non possunt per se litigare, gl. fi. in l. qui stipendia, 9. C. de procuratorib.

Illustribus ideò non permittitur hodiè agere per se, quia ratione dignitatis debent sedere cum iudice, sed si allegarunt, stare deberent, quod esset absurdum, gl. 1. d. auth. hoc ius, C. eod.

Illustres, & clarissimi sub præside non conueniuntur, nisi ratione delicti hoc fiat, gl. pe. in l. 1. C. ne liceat potentio.

Illustres, & superillustres, & spectabiles sunt super clarissimis, gl. 4. in l. fin. C. vbi Senatores, vel claris.

Illustres ratione administrationis suæ super delictis & criminib. conueniri debent solum coram principe, vel delegato ab eo, qui delegatus absoluere poterit illustrem illum inconsulto principe, sed non condemnare, d. l. fi. & ibi glo. ordinaria.

Illustres ex concessione principis, qui tantum honorem sine administratione habent, conueniri possunt super criminib. in vrbe coram præfecto prætorio, vel vrbis, & coram magistro officiorum, si hoc ei princeps permiserit, in prouinciis autem coram competentibus iudicibus, vt absoluantur, non condemnentur, sed referantur ad principem, ibid.

Illustres dicuntur, qui tantùm dignitatem habent, quib. superillustres præcedunt, gl. præcedentibus, in l. eos, §. super, C. de vsuris.

Illustres habentes dignitatem, & administrationem dicuntur præcedere, ibid.

Illustres quidam quandoque fiunt sola administratione, gl. 2. in l. communium, 9. C. de naturalib. liber.

Illustres licet fiant filij naturales, non tamen desinunt esse curiales, si sint curiæ oblati, ibid.

Illustres, & superillustres in causis pecuniariis, & in crimine iniùriarum non possunt litigare per se, sed per procuratorem, cæteri verò dignitates inferiores rectè possunt litigare per se, vel per procuratorem, auth. vt ab illustribus, & qui super eam dignit. per tot. auth. hoc ius, C. de procuratorib.

Illustres de criminibus grauioribus impetiti per aliquem iudicem puniri non possunt, sed de commissis per eos fit relatio principi, sed constituti in minori dignitate puniuntur per præfectum prætorio, l. si grauiùs, C. de dignitatib. lib. 12.

Illustres de criminibus grauioribus impetiti in carcerem non detruduntur, sed custodiuntur custodia militari, ibid.

Illustres conuenti ciuiliter, & criminaliter ad satisdationem de iudicio sisti non coguntur, sed eorum iuratoriæ cautioni committitur, qua completa, per eos vel eorum procuratores fit missio in eorum bona in ciuili, sed in criminali tanquam periuri dignitate priuantur, & absque relatione puniuntur per iudicem, l. pe. C. eod.

Illustres criminaliter, vel ciuiliter non possunt conueniri sine scriptura, ibid.

Reliqua verbo, Dignitas, 2. 3.

ILLYRICVM, id est, Sclauonia, gl. in rub. C. de colonis Illyricanis, lib. 11.

ILLYRIVM, seu Illyris, seu Illyria, regio est Epiri, conterminata Italiæ propinqua, ab Illyrio Polyphemi filio dicta, quæ fines habet Italiam hinc, illinc Germaniam, Macedoniam; inde Thraciam, & Epirum, gloss. 1. in rub. in add. marg. C. de colonis Illyricanis, lib. 11.

IMAGINARIA emptio dicitur etiam illa, quæ paruo tempore est duratura, penes emptorem, gl. 1. in l. contractus, 54. de actio. & oblig.

Imaginarij contractus etiam in emptionibus iuris vinculum non obtinent, d. l. contractus.

Imaginarij contractus dicuntur, cùm fides facti simulatur, non intercedente veritate, ibid.

IMAGINEM depictam in tabula si heres raserit, tenetur legatario, cui imago legata fuit, etiam si ei tabulam soluerit, quia non tabulæ, sed imaginis fuit legatum, l. si imaginem, de auro, & argen. leg.

IMBER dicitur aqua, quæ solet cadere in hyeme, inde dicitur ibernus, ibern ibernum, & inde etiam September, October, Nouember, & December, gl. e crescet, in l. 1. de aqua pluuia.

IMBREVIATVRA, idest, instrumentum notarij non extensum si reperi tur, potest creditor petere iterum fieri, & extendi illud, vocatis his, quoru interest, gl. 2. in l. chirographis, 57. de administ. tutor.

Reliqua verbo, Originale, Exemplum, Notarius, 1. 2. Protocollum, Scheda, Tabularium.

IMMEMORIALE dicitur illud, cuius memoriam hominum, qui nunc v uunt, excedit, gl. memoriam, in l. 3. §. dubius, de aqua quotidiana.

Reliqua verbo, Aqua, 4. 6. 7. 14. 17. Memoria.

IMMENSVM pene omne non est bonum, gl. bonum, in authen. vt determin tus sit numerus clericorum, in princip. col. 1.

Immensum omne est incompetens, gl. immensum, in §. 1. in authen. de Refere dariis sacri Palatij, col. 2.

Immensitas reprehendenda est, §. 1. & ibi gl. immensum, in authen. de Consul colum. 4.

IMMISCERE suorum est, sed adire extraneorum, gl. immisceat, in l. & si sin §. restitutus, de minorib. & gl. 1. in l. 4. ex quib. caus. in pos. eatur.

Immissio in suo herede tantum facit, quantum aditio in extraneo, gl. post mo tem, in l. frater à fratre, de condi. indeb.

Reliqua verbo, Aditio, Adiri, Agnoscere.

IMMOBILIA vt agri, & etiam mobilia capta ab hostib. si recuperantur, po liminium est, idest, restituuntur primis dominis, † gl. 1. in l. 1. de captiuis.

Immobilium appellatione, comprehenduntur mancipia, & annonæ ciuiles, g mancipia, & gl. annonas, in l. iubemus, 14. C. de sacros. Eccl.

Immobiles res per se patent, nec cuiquam afficiunt, ex eo, quòd diuulgentur, l. vers. sed vbi, C. quando quarta pars debeatur, lib. 10.

inter Immobilia numerantur panes ciuiles, gloss. immobilia, in cap. 1. de feu cognatione.

Reliqua verbo, Possidens, 3. Possessor, 17. Rapere, Reditus, Actio, 15.

IMMODERATIONI aduersandum est, gl. immoderationes, in §. deinceps, auth. de nuptiis, col. 4.

IMMVNIS ab honoribus & muneribus ciuilibus si consentiat decurionat filij, quem habet in potestate, tenetur pro filio, si malè gerat filius, l. penult. c munerib.

Immunes etiam inuiti, si idonei sint, eliguntur ad magistratum, quando aliq idonei non reperiuntur in ciuitate, l. vt gradatim, §. quoties, eod.

Immunis sponte decurionatum suscipiens omnia munera decurioni iniungend subire cogitur, nisi pacto iuuetur, sed aliud munus suscipiens in aliis non præ iudicat, sed in eo sic sibi, sed non filiis, nisi naturalis curiæ offeratur, & tun etiam cum liberis, gl. 1. in rub. C. de his, qui sponte publica munera, lib. 10.

Immunis à publicis munerib. spontè suscipiens aliquem honorem, excepto dec rionatu, non amittit ob id competens sibi priuilegium in aliis honoribus, v in eodem, si denuò vocetur, l. 2. & ibi gl. fin. C. eod.

Immunis à publicis munerib. si omnia munera decurionum, vel honores, spont & nulla imminente necessitate peregerit, decurio efficitur, & constituitur, ipse voluit, l. fi. C. eod.

Immunes sunt ab omni munere secundùm consuetudinem negotiantes in curi Principis, vestiarij, linteones, purpurarij, ac perticarij, qui Principi deseruiun intellige dum seruiunt, & ante iniunctum munus negotiari cœperant, & tun etiam à patrimoniali munere excusantur, nisi ab his, à quibus nec Princeps, negotiantes, & ibi gl. fi. C. de excus. muner. lib. 10.

Immunis à muneribus subiens spontè non obligatur muneribus alterius gene ris, siue ea subierit sciens, siue ignorans, gl. onera, in l. 1. C. de agrico. & cen lib. 10.

Reliqua verbo, Ecclesia, 15. 16. Cubicularij, Munus, 12. vsque 16.

IMMVNITAS quandoque conceditur alicui propter nobilitatem, l. non tan tùm, 17. de excus. tutor.

Immunitas, & remissio generalis ciuilium, & publicorum munerum fauore pu pillorum pertinet ad ea, quæ sunt publica authoritate, & vtilitate tantùm, & non ad tutelam, quæ est munus vtilitate priuatum, l. spadonem, 15. §. qui acce pit, & ibi gl. excusabitur, eod.

Immunitatem habens à tributis, & collectis & aliis huiusmodi grauaminib communitatis, si in numerum tributariorum referatur, & mox vocetur a præstandas huiusmodi contributiones, non est satis priuilegium immunitati allegare excipiendo se excusando, quinimo statim, vt resciuit se descriptum, & deinde vocatum ad munus, debet statim appellare, l. 1. §. si quis tutor, in add marg. quando appellandum sit.

Immunitas, vel vocatio, concessa liberis, & posteris alicuius, ad eos duntaxat per tinet, qui eius familiæ sunt, [illegible] de muneribus.

Immunitas personalium tantùm munerum vel ciuilium, si concessa sit alicui, non potest is excusari ob id ab annona [illegible] ab angariis, neque à vehendo, neque à naue, neque ab hospite recipiendo, neque à capitatione, nisi sit miles, vel veteranus, l. fi. §. fin. de muneribus.

Immunitatem ciuilium munerum non habet minus audiens, vt surdaster, l. 2. §. minus, de vacatione mun.

Immunitas concessa alicui non transit ad eius heredes, l. 1. de iure immunita.

Immunitas data generi, posterísque suis non transit ad eos, qui ex fœminis illius prolis nati sunt, ibid.

Immunitas concessa generi, & posteris videtur concessa familiæ, posteritas enim ad familiam refertur, quæ in his, qui per masculorum seriem, non per fœminarum nati sunt, procedit, gl. fi. & ibi add. marg. ibid.

Immunitas generaliter concessa alicui, vt & ad posteros transmitteretur, in perpetuum succedentibus masculis durat, l. 4. de iure immunita.

Immunitas concessa personis cum personis finitur, gl. liberis, in l. semper, §. immunitati, eod.

Immunitas tribuitur illis colligiis, vel corporibus, in quibus artificij sui causa vnusquisque assumitur, vt est fabrorum corpus, d. l. semper, §. pen.

Imperium merum, mixtum, omnigenámque iurisdictionem habens in ciuilibus, & criminalibus, etiam si in ciuilibus, tantùm longo tempore sit vsus iurisdictione, tamen aduersùs eum altera iurisdictionis pars non est præscripta, l. si priùs, 17. & ibi add. marg. de aqua pluuia arcend.
Imperium merum habens dicitur esse potens, & ideò non conuenitur, gl. 3. in l. 2. C. de annali exceptione.
Imperium merum, vel mixtum maioribus tantùm competit Magistratibus, glo. iurisdictione, in §. nulla, in auth. de defensoribus ciuit. col. 3.
Imperium merum, vel mixtum potest consuetudine præscribi, d. gl. iurisdictione, in add. marg.
Imperium merum, qui præscripsit circa partem, putà circa membrorum mutilationem, videtur in omnibus aliis partibus præscripsisse, & sic in totum, gl. fi. in add. marg. in l. cùm scimus, §. illud, C. de agricol. & censit.
Imperium merùm, & mixtum, dicitur quandoque iurisdictio, §. nos Romanorum, & ibi gl. in iurisdictione, in extrauag. de pace Constantiæ.
Imperium mixtum est, cui non solùm merum imperium, sed etiam iurisdictio inest, quod in danda bonorum possessione consistit, l. Imperium, de iurisdictione omnium iudic.
Imperium mixtum dicitur, id est commune, quasi ex diuersis constitutum, scilicet ex imperio, & iurisdictione, gl. mixtum, ibid.
Imperium mixtum dicitur, quando non tractatur de pœna trium capitalium pœnarum, & fit cum causæ cognitione, vt est bonorum possessio, ibid.
Imperij mixti est, iubere cauere prætoria stipulatione, & in possessionem mittere, & quodlibet de per se, l. iubere, & ibi gl. 1. eod.
Reliqua verbo, Causa, 13. Gladius, Iudex, 14. 15. Iurisdictio, 1. 2. 3. Merum, Mixtum, Par, Principatus.
IMPERITIA, ac rusticitas excusat à dolo durante ignorantia, sed postquàm sciuit, perseuerando constituitur in dolo, & sic punitur, l. si quis id, & ibi gloss. per imperitiam, & ibi add. de iurisdictione omnium Iudicum.
Imperitia non excusat medicum, vel assessorem, quia medicus curans, vel assessor consentiens electioni de se factæ, affirmant se sapientes, vnde talis asseueratio eis præiudicat propter imperitiam, gl. assessori, in l. 2. quod quisque iuris.
Imperitia culpæ annumeratur in artifice, & medico, l. si quis fundum, 10. §. pen. locati, & gl. peccasse, in l. 4. §. si iudex, de actio. & oblig. l. imperitia, 132. de reg. iuris, & §. prætereà, & ibi gl. 1. in add. Inst. de lege Aquilia.
Reliqua verbo, Medicus.
IMPERSONALITAS ex parte promittentis in verbo obligatiuo vitiat obligationem, §. final. & ibi glossa final. in authent. vt cùm de appellat. cognosc. colum. 8.
IMPETIGO, est cutis fœdatio cum vix tolerabili pruritu serpens, cuius genera quatuor tradit Celsus, Plinius vitis albæ, & viridis succus cum thure remedium afferri scribit, gloss. 1. & ibi addit. margin. in l. Pomponius, de ædil. edict.
Impetiginosus dicitur lenticulis plenus, vel impetigine affectus, ibid.
Impetiginosus non dicitur morbosus, neque vitiosus, si eo membro, vbi impetigo est, æquè rectè vtatur, & ideò in eo non est locus ædilit. edict. d. l. Pomponius.
IMPETRARE precibus, quod iure communi conceditur, superuacuum est, l. 1. §. fi. & ibi gl. fi. ad municipalem, l. 1. C. de thesauris, lib. 10. & l. Imperatores, 14. de priuileg. creditorum.
Impetrans ius iniquum, videlicet, quod non teneretur statim creditoribus soluere, si soluit, non potest repetere solutum, † l. 3. §. fi. & ibi glo. fin. quod quisque iuris.
contra Impetrantem ius iniquum si faciat quis retorquutionem eiusdem iuris, ipse non patitur contra se retorquutionem retorquutionis, l. fin. & ibi gloss. fin. eodem.
Impetrans præbendam de voluntate primi, sicut præfertur primo, ita & mortuo secundo, si tertius impetrat tanquàm beneficium vacans, præfertur primo, l. Titius, §. fi. & ibi add. marg. quibus modis pignus.
IMPETRATIO iuris iniqui, vel exceptio retorquutionis non tollit naturalem obligationem, & ideò solutum non repetitur, l. 3. §. fi. quod quisque iuris.
Impetratio iuris iniqui generaliter si fuerit facta contra omnes actiones præsentes, & futuras, fit retorquutio eiusdem iuris contra eum, etiam quoad actiones futuras, d. l. 3. §. pe. & ibi gl. posteà.
ex Impetratione iuris iniqui facta per procuratorem fit retorquutio contra dominum, quando dominus ratum habuit, vel dedit procuratori speciale mandatum, d. l. 3. §. 1.
ex Impetratione iuris iniqui facta per procuratorem generalem, & habentem liberam administrationem non fit retorquutio eiusdem iuris contra dominum, quia procurator extra negotia administrauit impetrando, & dominus non videtur mandare sibi iniquum, vnde ipsi procuratori fit retorquutio quamuis eo iure vti non possit, gl. me solum, ibid.
ex Impetratione iuris iniqui facta à tutore, vel curatore furiosi fit retorquutio contra tutorem, vel curatorem, & fit etiam contra pupillum, vel furiosum, quatenus ipsi eo iure vsi sunt, d. §. 1. & ibi gl. coërcetur.
Impetratum si sit aliquod ius, vel rescriptum à falso procuratore, potest ratificari à domino, ibid.
Reliqua verbo, Obrepere.
IMPLENDVM quando est ab vno illud, quod in conditione est, implementum partis nihil operatur, quoad producendam actionem, bene tamen quoad exceptionem, gl. fi. in l. si seruus, §. fi. si quis cautio.
Implendum quando est à pluribus illud, quod est in conditione, & tunc implementum particulare debiti pecuniarij fieri potest, & producit actionem pro parte implentis, idem est, quando implementum conditionis consistit in specie certa, gl. fi. ibid.
IMPLEMENTVM conditionis si consistat in incerta specie, putà in homine in genere, & tunc solutio in parte nihil operatur, ibid.
Implementum conditionis quando consistit in facto, oportet quòd in totum adimpleatur, alias particulare implementum non prodest, ibid.
Implementum partis præstitum ab vno vni, vel pluribus, vel econtrà, nihil operatur, quando factum consistit in obligatione, & ita non contingit liberatio, licèt in aliquo incœperit facere, nisi consummauerit, ibid.
Implementum, vel solutio partis liberat à parte, quando obligatio dandi consistit in quantitate, vel specie certa, licèt creditor inuitus non cogatur recipere solutionem in parte, ibid.
Implementum, aut solutio partis non inducit liberationem in parte, sed stat in pendenti, quando obligatio dandi consistit in genere, ibid.
Reliqua verbo, Conditio, 37. vsque 42. Soluens, 8. Solutio, 1. 2. 5. 7. Creditor, 60. 61. Solutum, 3. 4. Debitor, 12. 15. 19. Heres, 18.
IMPLICITAE & perplexæ loquutiones dicuntur apud legistas, si Titius heres non erit, Seius heres esto, & econtrà, si Seius heres non erit, Titius heres esto, item si Titius stipuletur, si Seio decem non dederis, mihi dare spondes, & econtrà, si Seius stipuletur, si decem Titio non dederis, mihi spondes, gloss. spondes, in l. ita stipulatus, 115. de verb. oblig.
in Implicitis, & perplexis regulæ legistarum, sicut & dialecticorum deficiunt, veluti regula dialecticorum est, quòd de quolibet affirmatio, vel negatio vera fallit, vt si dico, iuro me peierare, non potest dici, quòd bene iurem, quia peieraui; nec malè, quia si iuraui peierare, & peieraui, feci quod iuraui, ibidem.
IMPOSSIBILE dicitur quandoque id, quod difficilè potest fieri, quandoque 1
dicitur id, quod de iure fieri non potest, de facto tamen potest fieri, gl. non licèt, in l. si duas, §. decet, de excusat. tutor.
Impossibile de natura in testamento ascriptum nullam vim habet, l. si Mæuia, 45. & ibi gl impossibile, de hered. instit.
Impossibile de natura, vel de iure, sicut non potest per modum conditionis in stipulationem deduci, ita non potest per viam dispositionis, l. si stipuler, 35. de verbor. oblig.
Impossibile dicitur illud, quod non potest fieri impedimento naturæ, vel iuris, difficile verò dicitur, quod propter impedimentum personæ fieri non potest, l. continuus, 137. §. illud, & ibi gl. naturali, eod.
Impossibile de iure reputatur illud, quod per solum principem fieri potest, glos. relictæ, in d. l. continuus, §. cùm qui.
Impossibile simpliciter potest deduci in obligationem, si hominis permissione deducitur ad possibilitatem, l. fi. §. si inter eos, & ibi add. marg. eod.
Impossibilium nulla est obligatio, l. impossibilium, 185. de regul. iuris.
Impossibilia ad dandum, vel quæ in rerum natura non sunt, pro non adiectis habentur, l. ea, quæ, 135. eod.
Impossibile ponitur quandoque pro difficili, gloss. 1. in l. cùm aliis, C. de curatore furiosi.
Impossibile secundùm naturam nō potest promitti, vt si quis promiserit seruum non moriturum, l. non moriturum, & ibi gl. 1. C. de contrahend. stipul.
Impossibilis conditio in vltimis voluntatibus, & libertatibus vitiatur, & pro non scripta habetur, §. impossibilis, Inst. de hered. instit.
Reliqua verbo, Conditio, 22. vsque 25. Difficilis, Turpia, Stipulatio, 12. 13.
IMPOSSIBILITAS superuenientes intra terminum excusat, ne ex lapsu 2
termini quis constituatur in mora, sicut si impossibilitas fuisset à principio, l. si decesserit, qui satisdare cogantur.
Impossibilitas quando non est in conditione, sed in ipso relicto, veluti, vt illi des Chimæram, & si non dederis, quòd des decem nomine pœnæ, & sic decem non sunt legata sub conditione, sed nomine pœnæ sunt relicta, glo. fin. in l. 1. de conditio. instit.
Impossibilitas de natura, vel de iure, aut contra bonos mores æquiparantur, l. si stipuler, 35. de verb. oblig.
Impossibilitas de natura duplex est, vna à principio, vt si stipuler hypocentaurum, aut vt cœlum digito tangas; alia est ex post facto, vt si stipuler id, quod dari non potest, veluti Stichum, qui mortuus est, nisi odio morosi fingatur viuire, d. l. si stipuler, & ibi gl. 1. & 2.
Impossibilitas de iure, vel de natura æquiparantur quoad hoc, vt non valeat stipulatio sub tali conditione impossibili de iure, vel de natura, l. continuus, 137. §. cùm quis, eod. & gl. fi. in l. fi. quæ sententiæ sine appellat. rescind.
Impossibilitas de facto magis impedit, quàm naturæ, §. in plurimis, & ibi gloss. spadones, & ibi add. Inst. de adoptio.
Reliqua verbo, Difficultas, Subtilitas.
IMPOSTVRAM faciens, idest, bonis viris mendacia imponens, tenetur crimine stellionatus, l. 3. §. item si quis, de crimine stellionatus.
Reliqua verbo, Veteratoria.
IMPROBARE quis non debet factum eius, ex cuius persona lucrum sentit, l. si cùm dotem, 22. §. si pater, soluto matrimonio.
IMPROBVS videri non potest, qui ignorat quantum soluere debeat, l. non potest improbare videri, 99. de reg. iur.
Impubes in genere, num. 1.
Quoad status controuersiam, & missionem in possessionem ex Carboniano, nume. 2. 3. 4.
Quoad aditionem, & restitutionem aduersùs aditionem, num. 5.
IMPVBES contra patrem non habet actionem, etiam si malè egerit, sed bene 1
contra tutorem, gl. pupillus, in l. fi. §. 1. de verb. oblig.
Impuberi datur tutor, vt eo authore obligetur, ibid.
Impubes ex quo fari potest, rectè potest sibi stipulari, non tamen potest obligari, si in parentis potestate est, etiam si pater authorizet obligationem, quia patria potestas non constituitur, vt patre authore obligetur, quia etiam si sexagenarius sit in potestate, non tamen eget authoritate patris in contrahendo, d. §. 1. & ibi gl. pupillus.
Impuberes quandoque dicuntur minores 25. ann. & puberes quandoque dicuntur maiores 25. annorum, gloss. ex necessariis, in l. ait Prætor, §. penultim. de minoribus.
Impubes libertus doli capax statim, atque manumissus est, poterit iurare se daturum operas patrono, & tenetur vtili actione dare operas, cùm erit pubes, poterit etiam impubes existens præstare aliquas operas, veluti si sit miniculator, vel histrio, l. fi. de liberali causa.
Impuberes ad honores, & officia ciuilia non debent admitti, quamuis sit necessitas

Incerta pars poteſt vendicari,ſi iuſta ſit cauſa incertitudinis,gl.Titius,in l.3.§.1. de adquir.poſſeſ.

Incertum non poteſt tradere,nec accipere ille,qui ignorat,l.locus,26. & ibi glo. fi.eodem.

Incertum non poteſt tradi, neque vſucapi, veluti ſi trado quidquid mei iuris eſt in eo fundo,cùm & meum ius eſſet incertum,ibid.

Incertus nobis poſſeſſor eſt,quem ignoramus , nam ſibi incertus nemo eſſe poteſt,quam partem poſſideat,l.ſi ſubſignatum,39.& ibi gl. fi.de verbo. ſigni.

Incertam perſonam nemo poteſt poſſidere , licèt ad incertam partem detur reiuendicatio,vel petitio hereditatis,d.gl.fi.

Incertis perſonis legatum , vel hereditas relinqui non poteſt, niſi relinquatur pauperibus in genere,vel piæ cauſæ,l.ſi qua per calumniam,24. & ibi gl.fi. C. de Epiſcopis.

Incertis perſonis de certis relinqui poteſt,gl.fi.in fi.ibid.

Incertis ſeruis,de certis relinqui libertas non poteſt,quod eſt ſpeciale, regulariter tamen valet, ibid.

Incertum dicitur,cuius effectus non eſt certus,& è contrà,certum dicitur, quod nullum effectum habet,gl.incerti,in l.4.C.de receptis arbitris.

Incertum dicitur continere , quando continet intereſſe , hinc actio præſcriptis verbis dicitur hoc reſpectu incerta , quia continet intereſſe, gloſſ.3.in l.in re mandata,21.C.mandati.

Incerti caſus dicuntur,in quib.factum,vel non factum continetur,in quib.agitur ad intereſſe,vel ad factum,& actoris eſt electio,agat præcisè ad intereſſe, vel ad factum,gl.in aliis,in l.1.C.de ſententiis,quæ pro eo quod intereſt.

Incertæ perſonæ olim legari non poterat , niſi eſſet incerta de certis , Inſtit. de legatis.

Incerta perſona dicitur illa,quæ incerta eſt teſtatori,licèt aliis ex poſt poſſit fieri certa,ibidem.

Incerta perſona hodiè poteſt heres inſtitui,& etiam ei legari, §. poſtumo, & ibi glo.ſed nec,Inſt.eod.

Incertus tutor nec antiquo,nec nouo iure dari poteſt,nec d.§.poſtumo.

Reliqua verbo , Certum , Condictio , 6. Dies , 6. 12. Ambigua, Dubia, Inſtitutio, 7. 8. Legare , 5. 6. Legatum , 76. 77. Petitio , 1. 2. Promiſſio , 3. Salarium , 1. 2. 3. Sententia , 26. 27. Stipulatio , 34. 35. Confeſſus , 3. Codicilli , 7. Delegatio, 1. Tutor, 14.

INCESTAS nuptias ignoranter contrahens non ita punitur , ac ſi ſcienter contraxiſſet,gl.4.in auth.inceſtas,C.de inceſtis nuptiis.

Inceſtas nuptias contrahentis pœna eſt confiſcatio bonorum tam cæterorum, quàm dotis , exilium etiam , & cinguli , ſi quo potitur , ſpoliatio, verberatio quoque ſi vilis ſit,& fœmina ſcienter contrahens ſimili pœna puniri debet,d. auth. inceſtas.

Inceſtas nuptias contrahentis filij legitimi ipſo facto ſunt effecti ſui iuris , & ſubſtantia patris ſic amiſſa applicatur eis,à quibus pater exul eſt alendus , filiis tamen legitimis non extantibus fiſco defertur, ibidem.

Inceſtas nuptias permittens reſcriptum , vel pragmatica forma vel conſtitutio impia ipſo iure ſunt nulla, l.fi.C.de inceſtis nuptiis.

Reliqua verbo, Nuptiæ, Matrimonium, 12. Reſcriptum, 7. Bonorum poſſeſſio, 25.

INCESTVS pœna eadem eſt,quæ adulterij, glo.1.in l.ſi adulterium cum inceſtu,38.de adulteriis.

Inceſtum iure gentium committit, qui ex gradu aſcendentium, vel deſcendentium vxorem ducit,l.fi.de ritu nuptiarum.

de Inceſtu commiſſo à genero cum ſocru poteſt accuſari gener,vt adulter,etiam mortua ſocru,l.fi.de adulteriis.

de Inceſtu poteſt tam maſculus , quàm fœmina,accuſari eodem tempore à diuerſis,vel etiam ab eodem diuerſis tamen libellis , l.qui pupillum , §.fi.& ibi gl,fi.& l.nihil intereſt,32.§.fi.& ibi add.marg.eod.

Inceſtus committitur cum priuigna,nuru,& nouerca,gl.1.in l.ſi adulterium cum inceſtu, 38.eod.

Inceſtus crimen iunctum adulterio non excluditur præſcriptione quinque annorum,ſed ſeparatim tollitur,l.vim paſſam,39.§.præſcriptione,& ibi glo.iunctum,eodem.

Inceſtus crimen poteſt intentari ſimul eodem libello aduersùs maſculum , & fœminam propter commune delictum , quod ſecus eſt in adulterio , d.l.vim paſſam,§.fi.gl.1.in l.reos,adulterij,8.C.de adulteriis.

de Inceſtus crimine commiſſo cum nupta ſi accuſetur aliquis , poſſunt ſerui accuſati torqueri,ſecus eſt in adulterio,d.§.fi.& ibi glo.pe.

Inceſtus dicitur effrænata libido,& dicitur à Ceſtone, hoc eſt, cingulo Veneris, gl.1.in l.ſi quis inceſti,C.de inceſtis nup.

Inceſtus dicitur cum conſanguinea,vel affine,gl.in rub.C.de adulteriis.

Reliqua verbo , Matrimonium, 12. Nuptiæ.

INCIDENS dicitur illud,quod reſpicit merita cauſæ,& habuit ortum ante litis conteſtationem,vt exceptio pacti, tranſactio compenſationis. Emergens autem dicitur illud , quod emergit in cauſa , & in ipſo iudicio, & ſic reſpicit proceſſum,& non habuit cauſam vetuſtiorem ante iudicium, † glo.Prætor,& ibi addit.margin.in l.quod iuſſu,14.de re iudic.& glo.in l.1.de qua re, 74. de iudiciis.

de Incidentibus quæſtionibus non tenetur iudex ſententiam dicere , cùm ſatis videatur pronunciare,cùm pronunciatur de principali, d.gl.1.

ſuper Incidenti pronunciari debet, quando aliter in iudicio procedi non poteſt, gl.pronunciatum,in l.liberis,7.§.fi.de liberali cauſa.

Incidentem proprietatis quæſtionem dimittere poteſt præſes prouinciæ cognoſcens cauſam de falſo,l.1.C.de officio rectoris prouinciæ.

de Incidenti quæſtione poteſt iudex cognoſcere , non tamen pronunciat de incidenti,ſed de principali, l.1.de ordine iudiciorum.

Incidenter poteſt agi de his,de quibus principaliter agi non poterat , l.3.§. fi,& ibi add.marg.de aqua pluuia.

Reliqua verbo, Dolus, 15. vſque 19. Sententia, 16.

INCILE dicitur locus,vbi lapis,vel terra inciditur , vt aqua de flumine trahatur,gl.incile,in l.1.§.ſimili,ne quid in flumine publi.& l.1.§.incile,de riuis.

Incile dicitur foſſa ad deducendam aquam de communi riuo, vel flumine facta; incilia enim dicuntur loca depreſſa ad littus fluminis, gl.incile, in add.marg. d.§. ſimili.

Reliqua verbo, Foſſa.

INCIPERE non poteſt quis ab eo caſu,in quo debet finiri, l.Titio , 56. & ibi gl.fi.de vſufructu,l.vſumfructum,de vſufructu legato.

Incipere opus faciendum reipub.promiſſum dicitur quis, ſi fundamenta iecerit, vel locum purgauerit , vel ſi locus,in quo opus debebat fieri , illi petenti ſit deſtinatus,vel ſi apparatum,vel impenſam in publico poſuit , l.1. §.1.de pollicitatio.

Incipiens actum tenetur,quia aliàs non tenebatur,gl.fi.in l.1.C.de teſtam.tutel,

Reliqua verbo, Legatum, 52. 53. Non.

INCIVILITER factum quandoque non punitur,gl.fi.in l.3.C.de pignor.

INCOLA eſſe,vel domicilium habere poteſt quis in pluribus locis, l.Labeo,ad municipalem.

Incola debet parêre,& his Magiſtratibus,apud quos eſt incola,& illis,apud quos ciuis origine eſt , & vtrobique debet ſubire munera publica , l. incola , 29. eodem.

Incola iam muneribus publicis deſtinatus per impoſitionem non poteſt renunciare incolatui,niſi perfecto munere,l.incola,34.eod.

Incola antequàm fuiſſet deſtinatus muneribus publicis per impoſitionem liberè poteſt recedere,quando vult,ſecus quando fuit præuentus,glo.1.ibid.

Incola,qui erat deſtinatus muneribus publicis per hoc,quod fecerat æſtimum in loco,non poteſt inde recedere,& renunciare incolatui,ibid.

Incola videtur deſtinatus muneribus,hoc eſt,collectis,quæ imponuntur pro illo debito,quando debitum erat contractum,& tenetur ſoluere,& non poteſt recedere antè , & ſicut partem rerum ſuarum recipit , ita & onus pro parte ſua ſubibit,ibidem.

Incola,eò quòd ſit debitum denunciatum conſulibus illius terræ, videtur muneribus deſtinatus,& non poteſt recedere,niſi ſoluat,ibid.

Incola non exiſtimatur,qui in agro permanet, non vt ibi domicilium habeat, l. ſcire,35.& ibi gl.1.eod.

Incola eſt,qui in aliquam regionem domicilium ſuum contulit,l.pupillus, 239. §.incola,de verb.ſignifi.

Incolæ ſunt non ſolùm,qui in oppido morantur , ſed etiam qui in alicuius oppidi finibus,ita agrum habent,vt in eum ſe quaſi in aliquam ſedem recipiant, ibidem.

Incola,municeps,ciuis,accola,& aduena differunt inter ſe,gl.contulit,ibid.

Incola ſi poſtquàm tranſtulit incolatum, & domicilium , vocatus ſit ad munera incolatus,non poteſt reuocari ad illa, ſecus ſi antequàm tranſtuliſſet vocatus eſſet,l.1.& ibi gloſſ.1.C.de incolis,lib.10.

Incola quando dicitur ſe tranſtuliſſe incolatum , & ciuitas , quæ reuocat , dicit contra,præſes,qui præeſt ciuitati reuocantis,cognoſcit ſuper hoc,gl.1.ibid.

Incola dicitur,ideſt,valdè colens,& venerans prouinciam , in quam ſe contulit, vtpote cùm propter illam aliam relinquit, vt tamen vtrobique habeat æqualiter domicilium,glo.2.in l.ciues, C.eod.

Incola fit,etiam ſi in eodem territorio ſe conferat,ibid.

Incola fit ſolo animo facto eius,qui adquirit domicilium,ciuis tamen fit,vel alterius tantùm facto , vel ſuo , & ſecundùm hoc ratione patriæ communis fit ciuis,non incola, ibid.

Incola efficitur quis,vbi habet maiorem partem ſubſtantiarum ſuarum , vel vbi conſtituit ſedem ſuam;d.l.ciues,& ibi gloſſ.pen.

Incolæ vrbis Romæ gaudent priuilegiis ciuium,l.1.& ibi gloſſ.2.C. de priuileg. corporatorum, lib.11.

Reliqua verbo, Ciues, Municeps.

INCOLATVS, qui conſtituitur ſola voluntate poteſt nuda voluntate mutari, ſed incolatus , qui conſtituitur ideò , quia habet maiorem partem fortunarum,non poteſt mutari nuda voluntate,ſed opus eſt facto, gloſſ. 3.in l.pen.ad municipal.

Incolatui poteſt quis renunciare re,& facto,ſed non verbis tantùm,cùm incolatus ſit accidentarius, & ideò facilè mutabilis, ſed origini propriæ non poteſt renunciare,cùm origo ſit naturalis,l.pe.& ibi gl.1.& add.marg.C.ad municipal.lib.10.

INCONSTANTIA recuſatur , quandoque tamen ſuſtinetur,l.in cauſæ, & ibi gl.1.de procuratorib.& gl.pe.in l.pater Seuerianã,101.§.fi.de cond.& demon.

Inconſtantia permittitur debitori alternatiuè,glo.voluntatis, in l.ſi ſterilis,§.fi. de actio.& empti.

Inconſtantia eſt repellenda,gl.totam,in l.ſi impubes , §.quoties, de Carboniano edicto,gl.2.in l.filio,20.C.de inofficioſo teſtam.

Inconſtantia non admittitur inter viuos in contractib. nominatis circa idem, ſi actus valet,ſeu circa diuerſa,ſi ſint connexa,aliàs ſecus, gl.auertit,in add.in §. his igitur,Inſt.de iuſt.& iur.

Reliqua verbo, Varietas, Variatio.

INCONTINENTI quæ fiunt dicuntur ineſſe actui, ſecus ſi ex interuallo, l. iuriſgentium , §. quinimò , de pactis,& gloſſ.ſtipulationi,in l.cùm fundus, §. ſeruum tuum,ſi certum petatur,glo.2.in l.ſi vſuras,21.C.de vſuris, glo.fi.in l. pen.C.de inſtit.& ſubſtit.glo.fi.in auth.& conſequenter,C.de ſententiis,& interloquutoriis.

Incontinenti apponenti pactum dicitur, quando apponitur ſtatim ante , vel ſtatim poſt,antequàm partes diuertant ad alios extraneos actus, gl.ſtipulationi, in d.§.ſeruum.

Incontinenti dicitur, ideſt, antequàm ad alios actus , vel ad alia negotia reuertantur,gl.incontinenti,in l.3.§.eum, de vi & vi armat.

Incontinenti fieri non dicitur illud, quod interpoſito die factum eſt , l.quod ait lex,23.§.fi. de adulteriis.

Incontinenti fieri non dicitur illud,quod interpoſito die factum eſt, ibidem.

Incontinenti fieri in maleficiis dicitur illud,quod fit vno impetu,licet duret per horam rixa illa,d.§.fi.& ibi add.marg.

Incontinenti fieri dicitur,quod intra triduum,l.fi. C.de errore aduocatorum.

Incontinenti ſi quis offert ſe aliquid probaturum , ſufficit , ſi hoc probat intra triduum,d.l.fi.& ibi gl.1.

Indebitum ſolutum à patre defuncto filius heres repetere poteſt, l. 1.C. de condict.indeb.

Indebitæ quantitatis inſtrumentum interpoſitum repeti poteſt nondum ſolutione facta condictione indebiti, vel ſine cauſa, aut incerti iuris,gloſſ.fi.in l. 3.C.eodem.

Indebitæ pecuniæ cautio,quæ per inficiationem in lite creſcit,repeti non poteſt, l.4.C.eod.

Indebitum ſolutum in actionibus pœnalibus repetitur,gloſſ.final.ibidem.

Indebitum legatum,quod per inficiationem creſcit, vt venerabilibus locis relictum ſoluens non repetit,gloſ.fin.in l.fideicommiſſum, 7.C.eod.

Indebitum ſolutum tanquàm procuratori in rem ſuam facto repetitur ab eo, l. creditores,8.& ibi gl. 1.C. eod.

Indebitum ſcienter ſoluens etiam in mente retinens animum repetendi non repetit,gl.fi.in l.fideicommiſſum,7.& l.indebitum, 9. C.eod.& gl. 2.in §.fi.Inſt. de oblig.quæ ex quaſ.contractu.

Indebitum ſcienter ſoluens non repetit,niſi per errorem iuris ſoluerit,glo.dandam,in l.cùm pater,77.§.Mæuius,de legat. 2.

Indebitum ſcienter ſoluens,vel eo caſu quo donare videtur non repetit actionis adminiculo:nam donare non videtur hic,cum exceptionis auxilio recuperet, quod futurum non eſſet,ſi donatum eſſet,non tamen repetit ob id quod ſcienter ſoluit,l.ſi,cùm aurum,50.& ibi add.marg. de ſolutio.

Indebitum ſi quis ignorans ſoluerit , per condictionem indebiti repetit , ſed ſi ſciens ſoluerit,ceſſat repetitio,l.1.C. de condictione indebiti.

6 Indebitum ſolutum ab ignoráte repetitur multò faciliùs , quantitatis indebitæ interpoſitæ ſcripturæ condictio competit, vel contra agentem poteſt opponi exceptio,l.3. C.eod.

Indebita ſoluta ab ignorante , vel quæ per inficiationem in lite creſcunt, repeti non poſſunt,l.4.C.eod.

Indebitum per ignorantiam facti ſoluens pro alio repetitur ab eo,ſi alius ratum habeat,l.ſi per ignorantiam,6. C.eod.

Indebitum ſoluens pro alio per ignorantiam facti,vt quia debitor iam perſoluerat,ſi ipſe ratum habet,repetit, ſecus ſi ſoluiſſet per iuris ignorantiam, gloſſ. 1.ibidem.

Indebitum ſoluens pro alio per ignorantiam facti , ſi alius ſolutionem ratam habeat, poteſt mandatis actionibus experiri, vel ceſſante mandato poteſt experiri vtili condictione indebiti,glo. fin.ibidem.

Indebitam pecuniam incerto animo , & dubitante ſoluens repetere poteſt , nec præſumptio tranſactionis contra eum inducitur,niſi hoc ſpecialiter ab altera parte fuerit probatum,l.fina. C.eodem.

Indebitum ſolutum per errorem repeti poteſt,niſi ſoluatur ex cauſa,quæ per inficiationem creſcit , vel ex cauſa pietatis , vel tranſactionis , vel rei iudicatæ, vel ſcientiæ,vel iuramenti,gloſ.accepiſſet, in §.1.Inſtit. quibus modis re contrahitur,gloſſ.4.in l.1.C.de condictione indebiti,gloſ.final. in l.eleganter, §. fi.de condictione indebiti.

Indebitum ſolutum per errorem regulariter tantundem repetitur , fallit tamen quandoque,quia quandoque plus, quandoque minus,quandoque nihil repetitur,vt quando accipiens in nullo eſt locupletior,l.quod indebitum,& ibi gl. 1.de condicti indeb.

Indebitum omni iure ſolutum quocunque errore repetitur,l.ſed & ſi me putem, 22.eodem.

Indebiti ſoluti repetitio ceſſat,quando error cauſatur à pietate,l.cùm is,qui,32. §.pen. eod.

Indebitum ſolutum per errorem repetitur,nec vſuræ veniunt ex mora,l.1.C.de condictione indeb.

7 Indebitum per errorem ex delegatione abſque tranſactione alieno creditori ſolutum repetitur à delegante,non verò à recipiente indebitum, l.2. C.eod.

Indebitum ſolutum per errorem à ſucceſſore , vel herede putatiuo, vt ſucceſſor, vel heres repetitur,l.ſi à patre,5.C.eod.

Indebitum legatum quando ſcienter ſoluitur quocunque modo non repetitur, & idem eſt in legato indebito ſoluto per errorem iuris : nam non repetitur, ſicut debitum naturaliter,ſed indebitum ciuiliter ſolutum non repetitur, niſi ſoluens ſit minor,qui repetit vtroque caſu per reſtitutionem in integrum,ſed indebitum legatum ſolutum per errorem facti repetitur,gl. in his legatis, in §.fi.Inſt.de obligat. quæ ex quaſi contractu.

Indebita ſpecies per errorem ſoluta,ipſa ſpecies repetitur,ſi verò indebita quantitas,tunc tantundem repetitur,l.quod indebitum, 7.& ibi gloſſ. 1.de condictio.indebit.

Indebitum per errorem facti ſolutum repetitur,niſi ſolutum, vel legatum ſit ex cauſa pia,quia tunc non repetitur,gl.actiones,in l.facta,63.§.ſi quis, ad Treb.

Indebitum ciuiliter,ſed debitum naturaliter ſolutum per errorem facti,repetitur etiam à maiore,ſed ſolutum à minore per errorem iuris,repetitur per reſtitutionem in integrum,maiori tamen non datur repetitio, gloſſ.3.in l.3.C. ſi aduerſùs ſolutionem,& gloſſ. 1.& 3.in l. fideicommiſſum , C.de condictio. indebit.

Indebitum ſoluens per errorem iuris , vt quia per ſtipulationem inter abſentes factam ſoluit,repetit illud,nec nocet iuris ignorantia,gloſſ.1.in l.iuris ignorantia,de iuris,& fact.igno.

Indebitum fideicommiſſum ſcienter ſoluens non repetit , l.eum, qui, 21.§.1.de inoffic.teſtam.

Indebitum ſi ex cauſa fideicommiſſi per errorem iuris ſolutum eſt , repeti non poteſt,l.regula,§.ſi quis,de iuris,& facti igno.

Indebitum fideicommiſſum per errorem facti ſolutum repeti poteſt, veluti exiſtimans interceſſiſſe ſolemnitatem ſeptem teſtium, quæ non interceſſit , l. fideicommiſſum,7.& ibi glo. 1.de condictione indeb.

Indebitas vſuras ſcienter ſoluens debitor repetit, nec videtur donare , quia præſumitur ſoluiſſe,vt benigniorem creditorem in danda dilatione ſortis ſoluendæ,gl.indebitum,in l.ſi non ſortem,§.ſi quis,de condictione indeb.

8 Indebitum ſolutum per ſententiam non poteſt repeti per condictionem ſine cauſa,† reprob.gl.procuratori,in l.ſi ſine iudice,22.§.quòd ſi procurator, rem ratam haberi.

Indebitum ſolutum per ſententiam, ideſt, ex cauſa iudicati , non repetitur , ſed fallit hoc in quibuſdam caſibus,gl.4.in l.1. C.de condictione indeb.

Indebitum etiam ſolutum per ſententiam non poteſt repeti , & idem etiam ſi propter tranſactionem indebitum ſolutum ſit , glo. 2. in §.fi.Inſt.de obligat. quæ ex quaſi contractu.

Indebitam pecuniam recipiens ab aliquo ſi illam perdat caſu fortuito , vel ſine dolo conſumpſit in res non neceſſarias,neque vtiles,liberatur, neque tenetur condictione indebiti,glo. vt vel, & ibi addit. marg. in l.indebiti,§.fi.de condict.indeb.

Indebitam pecuniam ſcienter,& mala fide recipiens non committit furtum, ſi ſe creditorem non fingebat,aliàs ſic,† glo.percepit,& ibi add.marg.in l.indebiti,de condict.indeb.

Indebitam rem,quam tuam credebam , ſi tibi tradidi , & ſic dominum in te non tranſtuli , conſumptione ſequuta vtilis condictio indebiti mihi competit ad inſtar mutui,gloſſ.agerem,in d.l.indebiti,§.fi.

Indebitum ſolutum ſi eſt tale,quòd repeti non poſſit,repeti tamen poteſt eius æſtimatio,l.ſi non ſortem,26.§.libertus, eodem.

Indebitum ſolutum non reconciliatur conſumptione pecuniæ,vt in mutuo, † l. Stichus,67.eodem.

Indebitum ſolui non dicitur illud,quod alius debebat, & alius quaſi ipſe qui debet, ſoluit,gloſſ fin.in l.in ſumma,65.§.fin.eodem.

Indebitum ſolutum repetitur, ſi appareat indebite ſolutum , l. vxori, 27.de vſufructu legato.

Indebitum ſolutum ex actione legis Aquiliæ, vel ex alia, quæ per inficiationem creſcit,non condicitur,nec repetitur,licet ſoluens nõ dederit damnum, dummodò ab aliquo ſit datum,glo.pen.in l.Neratius,§.ſi.ad legem Aquil.

Indebitum ipſo iure , vel per aliquam exceptionem perpetuam ſolutum repetitur,niſi ſciens ſe tutum exceptione ſoluit,l.ſi non ſortem, 26.§.indebitum,de condict.indeb.

Indebitum per aliquam exceptionem perpetuam inductum ad rigorem iuris conſeruandum ſolutum quocunque errore non repetit,gl.perpetuam,ibid.

Indebitum per aliquam exceptionem temporalem ſolutum , per errorem non repetit,ibidem.

Indebitum per aliquam exceptionem perpetuam inductam fauore ſoluentis non odio alterius ſolutum per errorem repetit,& ibi gl.conſenſus,in l.2.§.conuenire, de iudiciis.

*Reliqua verbo , Condictio , 3. 4. 5.Ignoranter,Naturaliter,Promittens,14.Promiſſio , 8.Scienter, Soluens, 3. 4. 5. Soluere , 3. Solutum , 5. Debitor , 79. Debitum, Legatum,*80.92.

INDEFINITA loquutio in dubio æquipollet vniuerſali ex interpretatione, non,ex ſignificatione propria,l.ſi ſeruitus,22.de ſeruitut.vrbanorum.

Indefinita promiſſio reſtringitur ad loca minùs damnoſa, l.ſed quæ , 22. de ſeruit.ruſticorum.

Indefinita in numero ſingulari,vel plurali prolata in tutelis æquipollet vniuerſali,non tamen comprehendit eos, de quibus conſtat teſtatorem non ſenſiſſe, l.ſi quis ita,16.§.1.de teſtamen.tutela.

Indefinita in odioſis non æquipollet vniuerſali , gloſſ. omnibus, ibi, & glo.fi.in add.marg.in l. 2.de liberis,& poſtum.

Indefinita,quæ non poteſt referri niſi ad vnum , æquiparatur exheredationi nominatim factæ, ſecus ſi ad plures poteſt referri,d.l.2.

Indefinita dictio non comprehendit eum de quo ſpecialiter eſt prouiſum,l.cùm in teſtamento,37.§.fi.de heredib.inſtit.

Indefinitæ æquipollet vniuerſali,l.ſi plures,98.de legat.3.

Indefinita loquutio de herede æquipollet vniuerſali collectiuè, vt ſi teſtator dicat,heres meus dato,idem eſt,ac ſi diceret,omnes heredes danto, quod intellige,quando onus datum herede eſt diuiduum,ſecus ſi eſſet indiuiduum,l.2.§. fi.de verborum obligationib.

Indefinita æquipollet copulatiuæ vniuerſali,l.pluribus,de legatis 2.gloſſ. dominis,in additione marg.in l.ſi communis,37.de ſtipulat.ſeruorum.

Reliqua verbo, Oratio.

INDEMNIS conſeruatur quis duobus modis ; aut per obligationem , quando creditori obligationem nouare placet , aut ei ſoluitur , ſecundò quando data eſt idonea indemnitatis cautio,l.ſi mandato , 45. §. 1. in additio.marg. mandati.

Indemnem conſeruare aliquem ab extraneo ſi quis tenetur,multò fortiùs tenetur à ſe ipſo,l.frater à fratre,verſ.porrò,de condictione indebiti.

INDICARE furem, vel malefactorem non tenetur quis ſaltem ratione naturali,quia ſi teneretur,non liceret accipere pro indicando,gloſſ. repeti, in l.4. §.fi.de condictione ob turpem.

Indicare furem , vel malefactorem licèt quis non poſſit cogi per petitionem partis,ſed bene per officium iudicis faciendo inquiſitionem generalem , vt prouinciam purget malis hominibus, ibid.

Indicare furem non cogitur quis per actionem,vel per officium iudicis, & ideò licitum eſt ei accipere aliquid,vt indicat,& non accipere,& ita non indicare, ſed non licet accipere ne indicet, quia eſſet contra publicam vtilitatem , quæ eſt vt maleficia puniantur,ibidem.

pro Indicando furem,vel malefactorem poteſt quis accipere aliquid, neque poteſt id ab eo repeti , imò conuentum debet ſolui per actionem præſcriptis verbis,vbi fuit contractus do,vt facias,ideſt,indices,vel per actionem de dolo vbi fuit facio, ideſt, indico , vt des,d.gloſſ.repeti, & gloſſ. 3.ibi.& l.ſolent,de præſcript. verbis.

pro Indicando ſeipſum,vel ſocios non eſt licitum furi, vel malefactori accipere aliquid,& ſi acceperit,repetitur, d.l.4.§.fin.

Indicaſſe reum eſt detuliſſe, arguiſſe, accuſaſſe , & conuiciſſe, l.indicaſſe,197.de verborum ſignifi.

Reliqua verbo,Fur,2.3.Furtum,3.

INDICIVM ſolum etiam non ſufficiens ad ſemiplenam probationem dicitur ſufficiens ad ſubeundam torturam,gl.1.& ibi add. marg. in l.cùm probatio C de probatio.l.3.& ibi gl.pen.C.ad legem Iul.maieſta.

Indicia quæſtionem ſequentia non confirmant quæſtionem præcedentem

glo.à quæſtionibus,in l.maritus,de quæſtio.
Indicium eſſe ad aliquod maleficium adhoc vt probetur, duo teſtes requiruntur,glo.vel indiciis,in l.fi.C.familiæ erciſcund.
Indicia certa,quæ iure non reſpuuntur,non minorem probationis fidem, quàm inſtrumenta continent,l.indicia,19.C.de rei vendicatione.
Indicia dicuntur argumenta ſic dicta,quia rem indicant,glo.1. ibid.
Reliqua verbo,Torqueri,Quæſtio,10.
INDICTIO olim continebat quindecim annos, glo. fi.in l. 1.C.de Iuſtiniano Codice confirmando.
Indictio eſt curſus quindecim annorum,& dicitur indictione prima, ſecunda,& deinceps vſque ad quindecim annorum curſum,& vltrà non extenditur,gl.indictionibus,in auth.vt præponatur nomen Imperatoris,in princ. col.4.
Indictionis nomen habet originem ex eo, quòd antiqui Romani recipiebant tributa de toto mundo ſingulis quindecim annis,& erat in primo quinquennio ferrum,vt inde fierent arma militibus Romanis,in ſecundo quinquennio erat argentum, vt inde milites haberent ſtipendia; in tertio quinquennio erat aurum,quod in ærario ponebatur,vt tempore neceſſitatis pro repub.Romana expenderetur,ibidem.
Indictiones non perſonis, ſed rebus indici ſolent, & ideò vltra modum earundem poſſeſſionum,quas poſſidet quis,imponi ei non poſſunt,l.2.C.de theſauris,lib.10.
Indictiones dicuntur munera patrimonium, quæ poſſeſſionibus indicuntur, gloſſ.1.ibidem.
Indictio munus ordinarium eſt,& ideò ab hac indictione non excuſantur, qui à muneribus excuſationem habent,l.1.C.de indictio.lib.10.
ad Indictionem ſoluendam,vt ſe præparent ante tempus ſolutionis,debet notificari ſingulis prouinciis,l.fin.& ibi gloſſ.1. C.eodem.
Indictum, vel Indictio dicitur illud, quod vltra tributum, quod ſingulis annis ſoluebatur,quælibet prouincia ſoluebat per ſingula luſtra,id eſt,ſingulis quinque annis,in primo luſtro tantum ferrum,in ſecundo argentum, in tertio aurum,& iſta indictio, quæ ſoluebatur per ſingula luſtra, poſteà reuerſa eſt in extraordinarium munus,gl.in rub.C.de indictio.lib.10.& glo.1.in rub. C. de ſuperindictio. lib.10.
ſuperindictum eſt munus extraordinarium etiam hodiè, & eſt illud quod à principe ex aliqua cauſa,putà propter ſterilitatem, vel propter publicam neceſſitatem,vel vtilitatem,imponebatur,& non per luſtra,ibid.
Reliqua verbo,Collectas,Superindictum,Superindictiones.
INDIGENTIBVS potiùs eſt dandum,glo. numerariis,in l.fi.C.publicæ lætitiæ,& Conſulum,lib 12.
INDIGNVS,qui eſt in inferiori ordine,indignior eſt ſuperiori,l.4.de Senator. gloſſ.conceſſerimus,& ibi additio.marg. in extrauag. de pace Conſtantiæ, §. priuilegia.
Indignior,qui eſt de ſpectabilibus, multò magis erit indignior eſſe de ſuperioribus,glo.1.in d.l.4.
ab Indigno quod aufertur,applicatur fiſco,& qui perdit ſi ſe fiſco deferat, conſequitur præmium medietatis, l.Papinianus, §.meminiſſe,& ibi gloſſ.ablatum, de inofficioſo.
Indigno aufertur hereditas,& legatum, & quidquid quocunque iure de bonis teſtatoris mortis cauſa capessetur,l.ſi ſequens,§. fi.ad Syllanian.
Indignus eſt quis omni commodo ex eo teſtamento,quod ipſe impugnauerat, l. 2. de his,quibus,vt indign.
ab Indigno, quod aufertur, regulariter applicatur illi, cuius vtilitatem reſpicit cauſa,quare ille ſit indignus, veluti à tutore excuſante ſe à tutela teſtamentaria tanquàm ab indigno, aufertur legatum ſibi relictum, & applicatur filio pupillo,nec ad fiſcum transfertur,l.poſt legatum,§.amittere,eodem.
Indignus non eſt quis in iure quæſito poſt accuſationem falſi teſtamenti, d.l. poſt legatum. §.qui accuſanit.
Indignus non eſt,qui ex neceſſitate falſi teſtamenti accuſationem dixit, nec legato in eo ſibi relicto priuatur,gl.adiuuauerunt,in d.l.poſt legatum,§.his verò,& §.aduocatum.
vt Indigni, qui repelluntur, ſubmouendi ſunt à præmio, quod ex edicto diui Traiani deferentibus ſe datur,d.l.poſt legatum,§.fin.
Indignus quando eſt inſtitutus heres, bona applicantur fiſco intellige adita hereditate per indignum,& non aliàs,l.eius,qui,29.§ fi.de iure fiſci.
Indigno ablatum fiſco applicatur, intellige de eo, qui indignus eſt ſuo delicto, vel culpa ſua,ſecus ſi facto alieno abſque facto ſuo ſit indignus,vt eſt ille, qui filius putabatur, cùm non eſſet filius,l.aufertur,46.& ibi gloſſ.1.& add. marg. eodem,& glo.fi.in addit.in l.4.C.de hered.inſtit.
Indigno ablatum quandoque applicatur Eccleſiæ regulariter, contra gloſſ. 4.in authen.ſi captiui, C.de Epiſcopis.
Indigno ablatum applicatur fiſco fallit in duobus caſibus, gloſſ.2.in l. 1. C. de his,quibus vt indignis,gloſſ.armamento,in §.1.in auth.de armis,col.6.
Indigno ablatum quandoque non applicatur fiſco, ſed benefactori, §. ſi quis de prædictis,& ibi gloſſ ſcriptis,& §.ſi vnum, & ibi gloſſ. debitis, in authen. vt cùm de appel.cog col.8.
Reliqua verbo,Dignus,Fideicommiſſum,25.26.Heres,85.88.Hereditas, 28.Inhabilem,Relictum,Fiſcus,6.
INDISTINCTE loquens reprehendi debet,gl.fi.in l.fi.§.fi.ad legē Rhodiam.
Reliqua verbo , Paſſim.
INDIVIDVA eſt defenſio in cauſa noxali,l.ſi cum vno,4.ſi ex noxali cauſa.
Indiuidua aliqua ſpeciei ſub genere contenta ſi nominentur, non porrigitur illud genus ad alia in eadem ſpecie contenta,l.heres meus,100.de leg.3.
in Indiuiduis factis non poteſt peccare,niſi inſolidum,l.4.§. Cato, de verborum obligatio.
I[illegible] res quoad ſolutionem poteſt quibuſdam heredibus ſolui mandato iudicis,l. ſi ſtipulatus ſim,81.§.ſi lancem,de ſolutio.
[illegible] parte irritata irritatur totum,gloſſ. manſerunt, in fi.in l.quemadmo-[illegible] agricolis,& cenſitis,lib.11.
[illegible] obligatio fideiuſſoria, gloſſ. 1. in add. in §. fideiuſſores, Inſtit. de [illegible]
Indiuidua natura diuiduntur per adiudicationem in totum vni, & recompenſationem alteri factam,§.ſi familiæ,Inſt.de officio iudicis.
Reliqua verbo,Diuidua ſtipulatio,59.60.Obligatio,25.26.27.Seruitus,4.Vſus, Depoſitarius,10.
INDIVISIBILIS rei ratione quandoque permittitur aliquid, quod aliàs non permitteretur,gl.1.in c.1.de fratribus de nouo beneficio in vſib.feudorū.
INDVCERE quandoque dicitur propriè ducto ſtylo per ceras regere, intelligere, ac memoriam ſcriptorum obliterare, velut cancellare, hoc eſt, ſcripta transuerſo calamo expungere,l.1.in add. marg. de his, quæ in teſtamento delentur.
Reliqua verbo, Circumducere,Cancellare.
INDVCIAE dicuntur ſuſpenſio armorum,quæ dantur in breue tempus, glo.fi. in l.conuentionum,de pact.
Induciæ dicuntur cùm in breue, & in præſens tempus conuenit, ne inuicem ſe ad bellum prouocarent.Treugæ verò dicuntur,cùm in longum tempus, quo tempore non eſt poſtliminium,nec captus fit ſeruus,l.poſtliminium, 19. §.1, de captiuis.
Induciarum limitatum tempus datum à lege non poteſt à iudice reſciſſum tempus conſtitui,gloſſ.defraudata,in addit.l.2.C.de conſtit.pecun.
Reliqua verbo,Treuga,Conuentio.
INDVCTA in prædium videntur ea, quæ ad vſum perpetuum ſunt inducta, & non quæ temporis cauſa accommodata ſunt,l.debitor,32.de pignorib.
Inducta ad vnum effectum non debent operari alium effectum contrarium,l.legata inutiliter,19.de legat.1.
Inducta ad diminutionem non debent operari ad augmentum,ibidem.
Inducta ad vnum finem,quandoque operantur contrarium, gloſſ. detraxit,in §. pen Inſt.de militari teſtam.
Inducta,& illata in prædium vrbanum conductum ſunt tacitè obligata pro penſione, ſiue dominus ſciat, ſiue ignoret; ſed inducta, & illata in prædium ruſticum ita demùm ſunt tacitè obligata,ſi dominus ſciat,non aliàs, quod verum eſt in vtroque, ſi eo animo ſint inducta, vt ibi perpetuò ſint, & non ad tempus,quia ſancta ruſticitas omnia palàm habet,ſed inquilinus multa etiam clàm apportat, quæ locator ignorat, gloſſ. coloni in §. item Seruiana, Inſtit.de actio.
Reliqua verbo,Conductor,7.Colonus,16.Inuecta, Locator, 6.Penſio,Stabularius,Inquilinus,3.
INDVLGENTIA remittit pœnam,non infamiam,l.fi.C.de gene.abolitione.
Indulgentia ſolam pœnam remittit,non autem reſtituit bona niſi dictum ſit,l.2. C.de ſententiam paſſis.
Indulgentia non reſtituit obligationes contra reuerſum etiam in poſteà quæſitis,l.4 C.eodem.
Indulgentia non reſtituit actiones aduersùs quondam debitores damnati reſtituti,l.ſi ademptis,5.C.eodem.
Indulgentia conceſſa filio deportato non reſtituit eum in patriam poteſtatem, l.ſi inſulam,6.C.eodem.
Indulgentia principis non reſtituit militiam,neque famam,l.generalis,7.C.eod.
Indulgentia ſimplex tollit pœnam,ſed non abolet infamiam, niſi ſpecialiter, & ipſa ſit remiſſa,l.cum indulgentia,10.& ibi glo.1.C.eodem.
Reliqua verbo,Oraculum.
ſi INEST id,de quo minus videtur ineſſe,multò magis ineſt id, de quo magis, glo.vt non ſit,in l.2.§.quædam,de interdictis.
INFAMARI quis quandoque poteſt per ſententiam, quandoque ipſo iure, quandoque ex genere pœnæ,gloſſ.1.in l.ictus fuſtium,de his,qui notantur.
Infamari dicitur quis ob dolum tantùm,ſed non ob culpam etiam latam,quãdo quis per ſententiam infamatur,gl.non iuris,in l.liberorum,§.ſi qua,eodem.
Infamandi alicuius cauſa poſitum aliquid in monumenta, vel in loca publica debet tolli & remoueri, & ponens tenetur ciuiliter actione iniuriarum prætoria,& etiam lege Cornelia, & ſit condemnatio arbitrio iudicis, l. conſtitutionibus,37.de iniuriis.
Infamans nocentem ſiue in iudicio, ſiue extra ius non tenetur actione iniuriarum,ſi reipubl.intereſt quòd infamia eius manifeſtetur,l.eum,qui nocentem, 18. eodem.
Infamatus nocens etiam per libellum famoſum non agit actione iniuriarum, neque tenetur infamans eum,† reprobat.gl.1.in additio.ad marg. eodem.
Reliqua verbo,Carmen,Diffamari,Libellus,4.Sententia,25.Sigillare, Condictio,1. 2.Famoſi,Verbum,5.
Infamia in genere,num.1.2.
Infamia iuris vel facti,num.3.
INFAMIA eſt detrimentum famæ, quemadmodum dicitur creatura ſolis, id eſt,creatura,quæ eſt ſol,glo.1.in l.1.C.ex quib.cauſis infamia irrog.
Infamia dicitur famæ priuatio, ſeu diminutio, quandoque verò quis in totum priuatur,vt per maximam,vel mediam capitis diminutionem, & hîc non admittitur ad aliquod officium ciuile,vel publicum,cùm fama eius ſit in totum conſumpta, glo.fi.ibidem.
Infamia dicitur ipſo iure, turpitudo dicitur quando ſunt infames per ſententiam,macula verò leuis dicitur,quando opinio alicuius apud bonos,& graues viros grauatur,gloſſ.infamiæ,in l.fratres,27. C.de inofficioſo.
Infamia non durat poſt pœnam, niſi pœna ſit impoſita ex delicto, ex quo infamia durat poſt tempus,l.Imperator,& ibi gloſſa 1.de poſtuland.
Infamia ſemper concomitatur ipſum infamem, quocunque eat, ſicut lepra leproſum,ſic eſt in excommunicatione,gloſſ.2.in l.ex ea,eodem.
Infamia minuit ſtatum alicuius,gloſſa fi.in l.1.de his, qui notantur infamia.
Infamia ipſo iure notatur quis ex ipſo facto, quoties lex notat factum, quare aliquis notetur ipſo iure,quaſi ipſa lex notet talem,ex eo, quod tale quid fecit,glo.qui eam,ibidem.
Infamiam irrogat crimen ſtellionatus damnato, quamuis publicum iudicium non ſit,l.quid ergo,§.fi.eod.
Infamiæ pœna imponitur ratione calumniæ non ratione erroris, l.ea, quæ,eod.
Infamiam non irrogant verba iudicis vituperoſa cauſa non cognita prolata,l.ob hæc verba,eodem,& l.verbum,17.C.ex quib. cauſis infamia irrog.

Infamia contracta in ſeruitute aboletur per libertatem,l.pen. ff. de his, qui notantur infamia.

Infamia alicuius per appellationem ſi ſuſpenſa ſit, & per negligentiam appellatione deſerta, teſtimonium pendente ſententia latum inualidum non efficitur,gl.palàm,in add.marg.in l.3.§.lege,de teſtib.

Infamiæ periculum ſimile eſt periculo vitæ,l.iuſtà cauſa,9.& ibi gl. 1.de manumiſſ.vindicta.

Infamia ceſſat in condictionib. quamuis ex famoſis cauſis pendeant, vt eſt condictio furtiua,grauatur tamen eius opinio,l.ceſſat,& ibi gloſſ.fin. de actio.& obligatio.

ad Infamiam quicquid fit,fit etiam ad dignitatem,gloſſ.attentatur,in l.1.§.omnem,de iniuriis.

Infamia illata, & contra defunctum facta eſt iniuria heredi, & poteſt heres pro ea agere,l. 1.§.& ſi fortè,& ibi addit.margin.& l.ſi ſtatuta,27.& ibi add. margin.eodem.

ad Infamiam alicuius aliquid dici,vel fieri prohibitum eſt,& qui contrà fecerit, tenetur actione iniuriarum prætoria,l.item apud,15.§.ait prætor, eod.

Infamia remittitur ei, cui pœna corporalis imponitur pro pecuniaria, vel pro corporali minori imponitur maior, vel quando imponitur minor corporalis pro maiori cauſa cognita, ſecus ſi imponeretur minor ſine cauſæ cognitione,quia tunc non remittitur infamia,glo.infamis, in l.in ſeruorum, §.fin. de pœnis.

2 Infamiam non irrogat inquiſito inquiſitio pendens, l. 1.C.ex quibus cauſ.infamia irrog.

Infamia videtur remiſſa cùm pœna maleficij fuit per ſententiam diminuta, l. 3. C.eodem.

Infamia cenſetur remiſſa,cùm impoſita pœna maleficij fuit diminuta,ſcilicet ad minus tempus illo tranſacto non eſt infamis,donec tamen durat tempus,durat infamia,gl.pen.ibid.

Infamia irrogatur vſque dum durat effectus ſententiæ,ſiue pœna ordinaria,ſiue minor dicta ſit,glo.2.& pen.ibid.

Infamia cenſetur remiſſa ex diminutione pœnæ in quocunque delicto facta, † glo.fin.ibid.

Infamia cenſetur remiſſa, vt non duret poſt tempus ſententiæ, quando ſententia eſt lata cauſa cognita in minori,vel maiori pœna, d.l.3. & l.4.& ibi gloſſ. oportet,C.eodem.

Infamia durat poſt impletum tempus ſententiæ damnato ad minus tempus ſine cauſa in opus publicum,l.ad tempus,6.C.ex quib.cauſ.infamia irrog.

Infamia notatur ille, qui ſeruo alterius iniuriam intulit, & ideò fuit damnatus domino ſerui,cui domino per ſeruum fuit facta iniuria, vel etiam eſt infamis inſpecto iure naturali,non verò inſpecto iure ciuili,glo.2.in l.iniuriarum,10. C.eodem.

Infamiam non irrogat ſententia interlocutoria, non præcedente cauſæ cognitione, l.verbum,17.C.eod.

Infamiam non irrogat purgatio per iuramentum,veluti accuſatus delato ſibi iuramento iurauit ſe iniuriam non intuliſſe, abſoluendus eſt, neque erit infamis,l.non damnatos,18.C.eod.

Infamiam non irrogant verba generalia à iudice prolata, vt quis redeat ad meliorem vitam,l.interlocutio,19.C.eod.

Infamiam non irrogat ſententia interlocutoria iudicis admonentis quem, vt ad meliorem vitæ frugem ſe reformet, cùm non ſpecialiter ob iniuriam, vel admiſſam vim ille ſit condemnatus,ibid.

Infamilia alicui vno ex trib.modis irrogari poteſt,vel ipſo iure, vel per ſententiam,vel ex genere pœnæ,gl.fi.in l. fi.C.eod.

Infamia videtur remitti eo ipſo,quòd conceditur dignitas,gl.fi.in l. Imperialis, 23.§.ſi miles,C.de nuptiis.

Infamiam non incurrit ille,qui ex officio iudicis condemnatur,gl. 1.in l.fi.C.de ſuſpectis tutorib.

ab Infamia ſolus princeps liberat,§.primæ ſi quidem,& ibi add.marg. in authen. de nuptiis,col.4.

Infamia repellit quem à dignitate, vel honore habito, & habendo, ſed non ab oneribus, ideſt, muneribus perſonalibus, & realibus, quia ab his infamia neminem excuſat, i. infamia, & ibi gloſſa 1. & additio. margin. & l. nec infames, C. de decurionibus, lib.10.& l. 1. C. de his, qui non impletis ſtipen. libr.10.

Infamia à dignitate non repellit,niſi in ſententia dicatur, gl.1.in add.marg.in l. 1.C.de infamib.lib.10.

Reliqua verbo, Adulterium,1.Fuſtigatio,Indulgentia,Interdictum,6.

3 INFAMIA alia iuris,alia facti;de infamia iuris tractatur in titulo, de his,qui notantur infamia,gl.1.in l.1.de his,qui notantur infam.

Infamia facti contingit pluribus modis, vel quia pater,vel iudex increpauit filios,vel aliquem; & habet duos effectus, primus vt à querela non excludatur frater exheredatus,qui aliàs excluderetur ab hereditate,& à querela, item & repellitur à dignitate,d.glo.1.& gl.fin.in l.quid ergo,§.quantum,eod.& l.ea, quæ,13.C.eodem.

ad Infamiam iuris, vel facti euitandam, vel aliam pœnam, per quam quis per ſententiam pro delicto eſſet conſecuturus, cautela eſt, quòd ante condemnationem offerat rem ſtatutam, dicendo ſe non egiſſe, ſed malè ſoluere, idque ſtare dubio euentu litis, l.hoc edicto, 5. & ibi add.margin.de publicanis,l.ſi reus,73.& ibi add.marg.de procurat.

Infamia facti non eſt leuis pœna,l.verum,39.& ibi add.marginal.de furtis.

Infamiam iuris non irrogant tormenta ad eruendam veritatem, ſi ſententia non præceſſit ignominiæ maculam irrogans,l.nullam, 14. C. ex quibus cauſ. infam.irrog.

Infamiam facti irrogant tormenta, & fuſtigatio data ad eruendam veritatem, per quam infamia repellitur à dignitate, niſi in ſubſidium, gl.1.ibid.

Infamia iuris, & facti notati, aut inquinati ſcelere, aut turpitudine vitæ ad dignitates aſcendere non poſſunt,l.2.C.de dignita.lib.10.

Infamia facti ſiue per ſententiam,ſiue aliàs illata repellit à dignitate non ſolùm ab habenda,ſed etiam ab habita,gl.1.ibid.

Infamia facti repellit teſtem ad ingratitudinem probandam productum, c. 1.& ibi add.marg.quot teſtes ſunt neceſſarij ad proband.feud.in vſib.feud.

Reliqua verbo, Condemnatus,10.

Infamis in genere,nu.1.2.3.

Infamis ipſo facto vel per ſententiam, nu.4.5.

Infamis quoad teſtificandum.6.

Infamis quoad dignitatem iudicaturam & munera, num.7.

INFAMIS non eſt tranſigens in actione furtiua glo.qui furti, & glo.qui eam, 1 in l.1.de his,qui notantur infam.

Infames ſunt,qui in ſcenam propter præmium prodeunt,l.2.§.fi.eod.

Infames ſunt,qui quæſtus cauſa in certamina deſcendunt,vt pugnent cum beſtia dentata,ſecus ſi virtutis cauſa,d.§.fi.& ibi gl.pen.

Infamis non eſt, qui locauit operas ſuas, vt prodiret artis ludicræ cauſa, ſi non prodiit poſteà;ſecus eſt in eo,qui locauit operas ſuas,vt cum beſtiis pugnaret, l.3.& ibi gl.1.eod.

Infamis non eſt,qui non fecit furtum, ſed vt litem euitaret pactus eſt in actione furti,vel vi bonorum raptorum,† gl.fi.in l.4.eod.

Infamis eſt, qui paciſcitur cum pecunia in actione furti, vel vi bonorum raptorum,d gl.fi.& l.furti,§.pactus,de his,qui notantur.

Infamis non eſt,qui ſuper actione furti, vel alia famoſa iureiurando ſibi delata iurat,non deliquiſſe,niſi poſteà fuerit nihilominùs condemnatus,l.furti,§.qui iuſſu,& ibi gl.notatus,eod.

Infamis non eſt,qui ſuper actione furti,vel alia famoſa authoritate iudicis ordinarij,vel delegati paciſcitur dato pretio,d.§.qui iuſſu,& ibi gl.qui iuſſu.

Infamis,& ignominioſus idem ſunt,glo.ignominioſus, & ibi add. marg.in l.Pedius,7.de arbitriis.

Infamis poteſt accuſare accuſatorem ſuum,ſed alium non poteſt, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur,gloſſ.amiſerunt,in l.is,qui reus, de publi.iudiciis,glo.fi.in l.criminis,C.de his,qui accuſat.

Infames quidam,qui non ſunt iudicio publico condemnati, quandoque admittuntur ad accuſandum,gl.mortem,in l.qui iudicio, de publicis iudiciis.

Infamis accipitur in accuſatione annonæ,& ibi.& l. mulierem, eod.

Infames ſunt illi,qui per calumniam aliquem accuſauerunt, gloſſ.notatis,in d.l. qui iudicio.

Infames regulariter non poteſt accuſare,niſi in quibuſdam caſib.gloſſ.2.in l.qui 2 accuſare,eod.gl.1.in l accuſator,de præuaricatio.

Infames,qui ius accuſandi non habent, ſine vlla dubitatione admittuntur ad accuſationem legis Iuliæ maieſtatis,l.famoſi,ad legem Iul.maieſt. gl.fi.in l.criminis,C.de his, qui accuſa.

Infamis poteſt plus infamari,† reprob.gloſſ.dubitatio,in l.aut damnum, §.final. de pœnis.

Infamis nõ eſt,qui opere temporario mulctatus eſt, vel tantùm fuſtib. cæſus eſt, licèt in actione famoſa, veluti furti, quia infamis non eſt, qui maiori pœna afficitur,quàm legibus ſtatuta eſt,l.in ſeruorum,§.fin.eodem.

Infamis non dicitur quis ob id,quòd in carcerem coniectus eſt,vel vincula legitimi iudicis iuſſu ei iniecta ſunt,l.1.C.ex quib.cauſ.infamia irrog.

Infamis non dicitur quis ob id,quòd vincula iudicis iuſſu ei iniecta ſunt propter crimen explorandum,non exploratum,ſ.in pœnam, glo.fi.ibid.

Infamis non remanet ille,cui iudex certis de cauſis mitiorem pœnam impoſuit, cùm enim pœnam remiſit,& ſequelam,hoc eſt,infamiam remiſiſſe videtur, l. 3.& ibi gl.fi. C.eod.

Infamis non eſt ille, qui in tempus anni ſuper maleficio eſt damnatus ad exilium, cùm in quinquennium eſſet damnandus, quia ſententia cum cæteris damnis tranſigere videtur, l.4.C.eod.

Infamis eſt perpetuò etiam poſt tempus pœnæ, cùm alicui pœna non augetur, vel non minuitur,ſecus verò ſi augeatur,vel minuatur, quia tunc poſt tempus pœnæ finitum non eſt infamis,gloſſ.oportet, ibid.

Infamis dicitur damnatus de iniuria,l.decuriones, 5.C.eod.

Infamis eſt decurio,ſi condemnatus ſit actione famoſa ſcilicet iniuriarum, glo. fin. ibidem.

Infamis non efficitur quis ex eo,quod repudiat hereditatem patris, l. nemo, 7. C.eodem.

Infamis non eſt ille,qui patriam ſuam non defendit,l.neminem, 9.C.eodem.

Infamis non eſt ille, qui patriam ſuam non defendit in actione famoſa, in qua fuit condemnatus,cum alieno nomine ſit conuentus,glo.fi.ibid.

Infamis non eſt ille,qui detulit iudici patriæ ſuæ,ideſt,fiſco hereditatem eſſe delatam,quod nec probauit, neque fecit præmio, & ob id, licèt vt delator infamis credebatur, non tamen eſt infamis, ibid.

Infames non fiunt debitores, qui bonis ceſſerint, licèt ex ea cauſa bona eorum vænierint,l.debitores,11.C.eodem.

Infamis non eſt ille, qui cùm multum inſtaret, & neque locum loquendi aduerſario daret,& aduocatus petiit à iudice, vt ſibi ſilentium imponeret, & iudex dixit tace,vel vade Sycophanta,ideſt,calumniator, non enim ob hoc eſt infamis,gloſſ.fin.in l.verbum,17.C.eodem.

Infames ſunt improbum fœnus vltra legitimum modum exercentes, & vſuras vſurarum illicitè exigentes,l.improbum,20.C.eod.

Infames ſunt vſurarij ipſo iure vltra modum legitimum exercentes,nam condictione indebiti, vel ſine cauſa ſi conueniuntur pro repetendis vſuris illicitis, non infamantur,ergo ipſo iure ſunt infames,gl.fi.ibid.

Infames non ſunt minores,qui in ludicræ, & ioculatoriæ artis oſtentatione ſpe- 3 ctaculum ſui præbuerunt,l.pen.C.eod.

Infames ſunt maiores exercentes artem ludicram,& ioculatoriam, gloſſ. 1.ibid.

Infames non ſunt minores exercentes artem ludicram, non eo, quòd iuuentur per reſtitutionem,ſed ex eo,quòd ipſo iure non tenentur,lex enim, quæ infamat exercentes artem ludicram,de maiorib tantùm ſenſit,glo.1.ibid.

Infamis eſt de iure canonico,quicunque ſit poſitus in peccato mortali, glo. 1.in l.fin.C.eodem.

Infamis eſt fidem rumpens dolo,ſecus ſi culpa,ibidem.

Infamis non prohibetur ad ſucceſſionem inteſtati,tamen teſtamentum querelare non poteſt,niſi teſtator fuerit etiam infamis,l.in arenam,11.de inofficioſo.

Infans delinquens ipso iure non tenetur,gl.1. in l.ferè in omnibus, 108. de regul.iuris.

Infantes non possunt testari,gl.3.in l.si quis ad declinandam,37.C. de Episcopis & cleri.

Infans non potest sine tutoris authoritate adire hereditatem sibi delatam,tutor autem potest etiam sine eo adire hereditatem sibi delatam, gl. 1. & in l. potuit,5.C.de iure deliber.

Infans non potest præstare consensum,vel consentire,gl. quacunque, in l. si infanti,18.C.de iure deliber.

Infans authoritate principis potest fieri sui iuris, quamuis consensum, qui ad emancipationem requiritur,non possit præstare,ibid.

Infanti cum authoritate tutoris potest restitui hereditas fideicommissaria, gl. 2. in l.pen.C.ad Trubel.

Infans non habet affectum ad consentiendum donationi sibi factæ, adquiri tamen ei potest adhibito aliquo per eum,l.cùm res,26.C.de donatio.

Infans potest esse miles,& coronari potest vt rex,l.1.& ibi add.marg. C. de muneribus,& honorib.lib.10.

Infans obligationem iuris sine tutore non adquirit, nec possessionem ex sua occupatione tantùm,sed ex traditione possessoris sic,non tantùm dominium,sed est necesse quòd alij nomine ipsius tradatur gl.dari,in add.in §.fi. Inst. quibus alienare licet.

Infans,vel proximus infantiæ mutuum accipiens, vel faciens contractum nullo modo tenetur ex mutuo, vel ex tali contractu, etiam si ad eum aliquid peruenit,tenetur tamen condictione sine causa,vel ad exhibendum,gl.datione,& ibi add.marg.in §.1.Instit.quib.modis re contrahitur.

Infans æquiparatur furioso,quia pupilli huiusmodi ætatis nullum habent intellectum,§.pupillis,Inst.de inutilib. stipul.

Infans dicitur vsque ad septem annos,infantiæ proximus dicitur vsque ad decem annos, & dimidium infrà, sed proximus pubertati dicitur à decem annis & dimidio suprà in masculis,sed in fœminis in nono anno,&dimidio,gl.infans, & gl.infantiæ,ibid.

Infans quandoque differt à furioso,nam infans transmittit hereditatem,sed furiosus non:item proximus infantiæ potest alium sibi obligare, sed furiosus non, gl. non multum, in add.ibid.

Infans non transmittit hereditatem sibi delatam, si moriatur ea non adita per eius tutorem, quia tunc perinde est,ac si hereditas non fuisset delata infanti, gl.suus,in l.cùm furiosus,§.1.C.de curato. furios.

Reliqua verbo, Articulus, Furiosus, 1. Sensus, Stipulari, 1. Hereditas, 21. 22. Impubes, 5.

INFERIOR subest superiori,& debet agnoscere meritum superioris,l.1.& ibi gl.fi.C de officio præfecti vrbi.

Inferioris dignitatis homo maiori personæ debet exhibere reuerentiam,gl. seruitutem,& ibi add.marg.in l.1.§.sed & si vicinus,de aqua pluuia.

Inferiores plus puniuntur,quàm maiores,gl.fi.in l.fi.C.quæ res vendi.

Inferior non potest collere legem superioris,gl.1.in princ.in auth.de Ecclesiasticis titulis, col 9.

Reliqua verbo, Superior.

INFERRI, & induci in domum potest pignus voluntate domini ita,vt in partem debiti sit obligatum,l.5.& ibi gl.obligatum, in quib. caus. pignus tacitè contrahatur.

Inferens mortuum in fundum communem non ex societate,tenetur socio actione pro socio ad resarciendum damnum, & etiam actione in factum ad tollendum corpus,vel præstandum precium partis,l.si fundus.39.& ibi gloss. fin. pro socio.

Inferens mortuum in fundum communem non ex societate,sed ex alia causa tenetur actione communi diuidundo, vel familiæ erciscundæ, & non actione pro socio,gl.1.ibid.

Inferens socius mortuum suum in fundum communem nõ facit locum religiosum,etiam si habeat ius inferendi, sed si ipse socius habens ius inferendi inferatur in fundum communem,efficitur locus religiosus,si alibi non tam commodè posset inferri,ibid.

Reliqua verbo, Mortuus, 1. Interdictum, 44. Metus, 8.9.

INFICIANS actione legis Aquiliæ vt teneatur in duplum, necesse est, quòd probatio fiat per testes,& non per iusiurandum, l. 2. & ibi gl. in duplum, ad leg. Aquil.

Inficiatione crescit causa, putà damnum erat decem, & ista per inficiationem possunt crescere,glo. 1.in l.4.C.de condictione indeb.

Inficiatione si damnum sit decem, quæ decem si fuerint soluta, licèt indebita quoad soluentem,vt quia alius dedit damnum,non repetuntur etiam ea, quæ vltra illa decem soluit,d.gl.1.

Inficiator puniri debet,gl.non debiti,in l.cùm de indebito,25. de probatio.

Reliqua verbo, Actio, 134.135.142.

INFIDELIS dictio generalis est, & comprehendit etiam eum, qui modicæ rei furtum principi fecit,gl.rebellis,in extrauag.qui sint rebelles.

Infidelitas dicitur omnis deuiatio à fidelitate,ibid.

Infidelitas quædam est vero animo, quæ cadit in modum proditionis, & istud est nomen generale comprehendens omnes, qui stant, sicut subditi, & inter subditos corpore, mente tamen cum hostibus, & inimicis nunciando eis secreta,& similia,comprehendit etiam eos,qui, cùm essent subditi, expresè rebellant principi,transfugiendo ad hostes, & conuertendo se in hostes, & hoc modo sumpto dicuntur isti rebelles,ibid.

Reliqua verbo, Fidelitas, Rebellis.

INFINITAS vitanda est,l.non distinguemus,§.quæsitum,& ibi gl.non sit, de arbitris,gl.2.in l.in lege,77.de contrahen.emptione l.fideicommissa,§. si quis decem,& ibi gl.fi.de leg.3.l.1.§.si cui.& ibi gl.in infinitum,vt legatorum nomine,l.qui bona, 13.§.fi.& ibi gl.debet,de damn.infect. gl. 1. in l. singulis, de except.rei iud. gl. in infinitum, in l. vt inter diuinum, 19. C.de sacrosanctis Eccles.gl.fi.in l.cum aliis,C.de curatore furiosi,gl.impossibilitate,in l.1. C.de sententiis,quæ pro eo.

Infinitas quandoque amplectenda est, gloss. iurare, in l. videamus, §. iurare, de in litem iurando.

Infinitas in exceptione regulariter toleratur,fallit in exceptione non numeratæ dotis, & non numeratæ pecuniæ, sed infinitas in obligatione consideratur quadrupliciter,aut respectu temporis,aut personarum,aut quantitatis,aut numeri,l.qui bona,13.§.fin.in add.marg.de dam.infe.

Infinitas toleratur, vbi verba sunt apta ad infinitatem, l. si ita stipulatus, 55. de fideiussor.

Infinitas rei licitum,vel illicitum non iuuat,neque excludit, gl. vsque in infinitum,in c.1.§.pe.de his,qui feudum dare possunt.

Infinitas licitum,vel illicitum non vitiat,neque excusat,gl.in infinitum, in c. 1. §.pe.de lege Corradi,in vsib.feudorum.

INFINITIVVS modus respicit omne tempus,gl.daturum,in l. 5. §. stipulatio,de verb.sign.

INFIRMITAS excusat quem à comparendo, l. 2. §. si quis iudicio,& ibi gl. adiuuat,si quis cautio.

Infirmitas, vel impedimentum in persona iudicis, vel alterius partis non prorogat iudicium ipso iure,sed opus est,quòd iudex proroget, d. §. si quis iudicio,& ibi gl.diffusum.

Infirmitate impeditus finito officio, quamdiu non potest quis redire, vel iter continuare,ei debetur salarium, cùm reipub.caussa adhuc abesse censeatur, l. si cui,38.§.fi.ex quibus causis maiores.

Infirmitas culpæ annumeratur mulioni,qui propter infirmitatem impetum mularum retinere non potuit,& ex eo damnum sequutum sit,l.idem iuris,8. §.fi. ad leg.Aquil.

Infirmitas quando non habet caussam continuam perpetuam, non excusat, l. idem Vlpianus,14.& ibi add.marg.de excusatio tutorum.

Reliqua verbo, Impedimentum, Maritus, 37.38. Libertus, 11.

INFIRMVS non debet affectare illud in quo vel intelligit, vel intelligere debet infirmitatem suam alij periculosam futuram, l. idem iuris, §. final. ad leg. Aquil.

Infirmus pro infirmitate paratus est omnia dare medico propter timorem mortis,gl.contractum,in l.quisquis,6.C.de postulando.

Infirmus sanæ mentis sicut testari potest,ita & transigere, gl.1. in l.sanum mente,27.C.de transac.

Reliqua verbo, Æger, Medicus, Valetudinarius, Febre, Famulus.

INFORTIATVM est vox barbara,& nullius sensus,& est nomen magistrale, de quo vnde,& quare non est curandum,quia hoc pertinacibus est relinquendum,gl. 1.& ibi add.marg.in rub.sol.matr.

Infortiatum iam viderat Yrnerius,† d.gl.1.

INFORMARE actionem est implere,vel vendere,gl.quinimò, in l.iurisgentium,§.quinimò,de pactis.

Informari actionem ex pacto dicitur,quia cùm actio ex vendito consueuerit dari ad pretium, potest tunc dari ad hoc, vt Romam vadas, si hoc incontinenti apposito pacto conuenit,& ita hæc actio impletur ex pacto, vt vestis impletur ab homine,ibid.

Informari actionem dicitur,quando actio prima informatur, idest, noua forma ei datur,gl.quinimò,in l.iurisgentium,§.quinimò,eod.

Informari actionem ideò dicitur, quia cùm actio ex vendito sit bonæ fidei sui natura,erit stricti iuris, cùm loco eius præscriptis verbis actio detur, quæ est stricti iuris,ibid.

Reliqua verbo, Formam, Pactum, 23. vsque 34. Instruere.

INFORMANS, vel instruens alios non debet ab aliis informari, vel instrui, gl.vtpote,in l.cum clericis,25.C.de Episcopis & clei.

Vide verbo, Instruere.

INGENIVM quæritur cultura laboris,gl.1.in l.inter artifices,31. de solutio.

Ingenium acutius est in primis diei horis, vel post somnum, quando aliquis est recens,gl.indefesso,in l.1.C.de Iustin.Codice confirm.

INGENVITAS alicuius plenè non probatur ex libris natalib. ipsius, vel ex ingenuitate patris,vel ex honoribus,quibus pater ipsius fruitus fuit, cum nihil prohibeat,& patrem ingenuum,& matrem ancillam esse,l.neque natales, 10.C.de probation.

Ingenuitatem probat quis ex probatione libertatis, quam mater habebat ante eius partum,l. matrem,17.C.eod.

Ingenuitas probatur multis modis,scilicet per restitutionem natalium, vel per sententiam,vel etiam si quis natus sit ex ancilla moram passa in fideicommissaria libertate,gl.pe.ibid.

Ingenuitas debet probari non solùm testibus,sed etiam instrumentis,& aliis præsumptionibus,& argumentis,l.1.C.de testib.

Ingenuitatis sententia præiudicat inter omnes,l.3.C.de ingenuis manumis.

Ingenuitatem non perdit plagio abducta,l.ad mutandum,12.C. eod.

Ingenuitas probatur per scripturam factam de natiuitate,sed etiam per testes,& alias legitimas probationes,l.nec omissa,15.& ibi gl.1.C. de libera. caus.

Ingenuitas vnius ex fratribus non arguit ingenuitatem alterius, quia hæc stant simul,quòd vnus frater sit liber,& alter seruus,l.multis,17.C. eod.

Ingenuitatem non amittit captus ab hostibus, si redemptus sit,gl.3.in l.1. C. de collusione detegenda.

Ingenuitas defuncti,vt probetur,sufficit,quòd communis opinio sic se habuerit, l.si mater,6.C.ne de statu defunctorum.

Ingenuitas probatur ex natalibus,gl.natalibus,in §.fin.Inst.de ingenuis.

Reliqua verbo, Libertus, 1. vsque 4. Causa, 4.

INGENVVS dicitur natus ex ancilla, quæ prægnans manumissa est, etiam si posteà facta ancilla peperit, sufficit enim ei, qui in ventre est, liberam matrem,vel in medio tempore habuisse,l.& seruorum,de statu homin. in princi. Inst.de ingenuis.

Ingenuus est, qui ex matre libera natus est, & sufficit liberam fuisse tempore, quo nascitur, licèt ancilla conceperit, vel quòd conceperit libera, & deinde ancilla facta pariat,d.l.& seruorum.

Ingenuus dicitur etiam ille,de quo sententia lata fuit,quamuis fuerit libertinus, l.ingenuum,de statu homin.

Ingenuus in possessione seruitutis constitutus,si in iniuriam parentum suorum,

& totius

Ingressus monasterium si ad sæcularem vitam se remeauerit, non reuocet bona quæsita monasterio per ingressum, nisi ingressus non timeat, d.l. fi.§.huius, & ibi gl.1.

Reliqua verbo, Monasterium, Vxor, 6.7. Intrans, Aqua, 17. Debitor, 5. Possessio, 16.17. 18. Filius, 98.99.126. Iudex, 3.

INHABILEM promouens ad dignitatem scienter videtur tacitè cum eo dispensare, si potest, non aliàs, gl. directam, & ibi add. in princ. Inst. qui testam. tutor.

INHONESTVM dicitur impossibile, gl. inhonestum, in l. si cùm dies, §. plenum, de arbitris.

INHVMANITAS damnatur, in principio, & ibi gloss. inuidiam, Inst de lege Fusia.

Inhumanitas fugienda est, §. igitur liberi, Inst. per quas personas nobis adquiritur.

INIMICITIA capitalis facit reuocare legatum, vel fideicommissum anteà relictum, sed posteà si cessante inimicitia, ad amicitiam testatoris iterum legatarius redierit, restauratur legatum, vel fideicommissum, l. 3. §. fi. de adimend. legatis, gl. non adsit, in §. si verò quis, in auth. de testib. col. 7.

Inimicitiæ capitalis exceptio non potest opponi post pacem factam, l.3.§. fin. de adim. legatis.

Inimicitiæ grauissimæ superuenientes, & testamentum secundum imperfectum non vitiant heredis institutionem factam in primo testamento, sed legatum sic, quia institutio heredis cùm sit caput testamenti non potest infirmari, nisi certis modis solemnib. sed legatum sic, l. ex parte, & ibi gl. fi. eod.

Inimicitiæ capitales faciunt tacitè reuocare legatum, vel fideicommissum, quando legatarius est causa inimicitiarum, l. si inimicitiæ, & ibi add. marg. de his, quæ vt indignis.

Inimicitiæ capitales inter legatarium, & testatorem prouenientes absque culpa legatarij, non priuant eum legato, l. cùm secundis, §. 1. eod.

4 Inimicitiæ capitales dicuntur duobus modis, vel quando duo sibi mortem minantur, vel quando de crimine capitali se accusant, gl. 2. in licèt, 15. de arbit.

Inimicitias tollit reconciliatio, gl. si tutor, in l. 3. §. si tutor, de suspectis tutorib.

ob Inimicitias quando vult iudex quem compellere ad cauendum cum fideiussoribus de non offendendo, potest adiicere longum tempus, putà decem annorum, l. pen. in add. marg de præto. stipulat.

ob Inimicitiam quædam fiunt, quæ aliàs non fierent, veluti legata tacitè reuocantur ob inimicitiam, item exheredatur, & à tutela excusatur, gl. non adsit, in §. si verò quis, in authen. de testibus, collat. 7.

Inimicitia tribus casibus quem excusat à tutela, vt quando datus est, vt debitis supponatur, & vexetur à pupillo, item quando interuenit post testamentum, & etiam quando ante testamentum interuenit, si tamen sit capitale certamen, secus tamen quando inimicitia ante testamentum facta non fuit capitalis, quia videtur remisisse ex quo in testamento dedit tutorem, gl. 1. in §. item si propter, Instit. de excus. tut.

Inimicitiæ capitales excusant à tutela datiua, vel legitima, si non sit sequuta reconciliatio, §. inimicitiæ, Insti. de excusat. tut.

Inimicitiæ capitales dicebantur, quando quis accusabat eum de aliquo crimine, quod inferebat pœnam capitis, idest, status, vel quod ingerebat pœnam sanguinis, vel quia insidiabatur morti ipsius, gl. 1. ibid.

Reliqua verbo, Legatum, 104.105. Institutio, 3.

INIMICVS capitalis dicitur ille, qui accusat de crimine capitali, l. pen. de adim. leg.

Inimicus alicuius dicitur, qui amicitiam contrahit cum illius inimicis, l. liberi, 28. C. de inoff. testam.

in Inimici sui manibus committens se, intelligitur committere se boni viri arbitrio, gl. fi. in l. 3. C. de dotis promis.

Inimicus domesticus, & familiaris est peior omni peste, gloss. pen. in l. data iam, 27. C. de donat.

Inimici noti repelluntur à testimonio, sed inimici ignoti non repelluntur, & admittuntur ad testimonium saluo iure tempore disputationis, §. si verò quis, in auth. de testib. col. 7.

Inimicus si post testimonium datum de facto reconciliauit se, non valet testimonium, nec ratihabitio illa tacita potest facere, quo minùs tanquàm inimicus fuerit testificatus, glo. non adsit, ibi.

5 Inimicus capitalis dicitur quis duob. modis, vno modo propter criminalem accusationem; alio, quia ad mortem se oderunt, gl. de crimine, ibid.

Inimici, & Barbari, vt deprædentur Romanos operam dans, vel prædam factam diuidens cum eis, viuus comburitur, l. si quis Barbaris, C. de re milit. lib. 12.

Reliqua verbo, familiaris, Hostis.

INIQVITAS quandoque sustinetur, glo. fi. in l. cùm in eo, de pactis, gl. valet, in l. eleganter, 23. §. si quis, de condictione indeb. & glo. quoniam, si emptor in l. damni, 18. §. emptor, de damno infecto.

sine Iniquitate quoties nihil potest inuestigari, eligendum est, quod minimum est iniquitatis, l. quoties nihil, 200. de reg. iur.

Reliqua verbo, Ius, 14.

INITIVM spectandum est, l. quid ergo, & ibi glo. 1. de his, qui notantur infam. l. 1. & ibi add. marg. de pœnis, gl. penul. in l. minorib. C. de his, quib. vt indig.

ab Initio quod est voluntarium, ex post facto efficitur necessarium, glo. 1. in c. 1. de natura feudi, in vsib. feud.

Initium gestionis inspiciendum est, vbi est quasi contractus, vbi sunt plures, cuiusque per se initium inspicimus, l. Pomponius, de negot. gestis.

Initium inspicimus in delictis quoad conditionem personæ, item in negotiorum gestione, vt quamuis pupillus pubes factus sit, tamen de negotiis gestis, vt pupillus condamnatur, scilicet inquantùm locupletior inueniatur, item filiusfamilias factus sui iuris, condamnatur inquantùm facere potest, gl. 2. ibi.

Initium inspicimus, quando finis habet necessariam quandam consequentiam ad initium, sed si non habeat necessariam quandam consequentiam ad principium, inspicimus finem, l. 3. §. si quis, & ibi gl. restituendum, de minorib.

ab Initio quod fit aliquid, an ex postfacto, nihil refert, sed refert in vsucapione, in qua ab initio requiritur bona fides, & per superuenientem malam fidem non interrumpitur de iure ciuili, gl. parui, in l. sed & si, §. de eo autem, de pet. heredit.

ab Initio quod non valet, solò tractu temporis non confirmatur, sed bene aliquo alio interueniente, gl. fi. in l. per fundum, 11. de seruit. rustic. l, stipulationem, 22. in add. mar de iure dotium.

ab Initio aliquid esse tale, vel ex pòst facto deuenire ad tale, paria sunt, l. pen. de condictione sine causa.

Initium contractus inspiciendum est, l. si tamen, & ibi gl. 1. ad Macedoni. & l. si procuratorem, 8. mandati.

Initium contractus inspicimus in deposito, l. 1. §. non solùm, depositi.

Initium spectatur in societate, & in aliis contractibus factis à filiofamilias, qui post emancipationem in eis durauit, quia vsque dum durat contractus, idest, vsque ad emancipationem, pater tenetur de peculio, de societate, vel contracta à filio in potestate celebrato, ipse tamen filius tenetur insolidum pro socio, vel alia actione, tam respectu temporis, quo erat in potestate, quàm, quo erat emancipatus, l. si id, quod, 58. §. si filiusfamilias & ibi gl. de vtroque, pro socio.

ab Initio quod non valet tractu temporis conualescit, l. si quis, 27. & ibi gl. fi. de ritu nuptiarum, & l. si autem, & ibi gl. interesse, de aqua pluuia, gl. fi. in l. pignori, 26. qui & à quib.

ab Initio literæ si non valent, ex pòst facto conualescunt, l. cùm in secundo, in add. marg. de iniusto rupto, l. pe. §. pater peculij, & ibi gl fi. de castren. pecul.

ab Initio quod non valet, non potest posteà valere, licèt recidat in eum casum, à quo incipere potest, gl. inutiliter, in l. si alienum, 49. de hered. inst.

Initium spectatur quoad vsucapionem, vel præscriptionem, secus quoad adquirendum per liberum hominem bona fide possessum, quia tunc singula spectamus momenta, quoad perceptionem fructuum per bonæ fidei possessorem superueniens mala fides nocet, l. qui bona, 23. & ibi additio. margin. de adquiren. rerum dominio.

Initium possessoris spectandum est, an quis clàm possideat, vel non, gl. obtinendæ, in l. clàm possidere, 6. de adqui. posses.

ab Initio quod non valuit, solo tractu temporis non superueniente aliqua iusta causa non confirmatur, de æquitate tamen confirmatur superueniente aliqua iusta causa, gl. conuenit, in add. marg. in l. cùm vir, 42. de vsucapio.

Initium possessionis inspicitur, quale fuerit, vt competat interdictum de itinere, actúque, ei, qui hoc anno vsus est itinere 30. dieb. glos. pe. in l. 1. §. fi. de itinere actúque pri.

Initium stipulationis inspicitur in adquisitione per stipulationem factam à seruo, vel filiofam. l. fin & ibi gloss. nostra, de stipul. seruorum.

Initium inspicitur in contractibus, quando per contractum relinquitur aliquid filiofamilias secus in vltimis voluntatib. gl. fi. in l. si vxorē, C. de condit. insert.

Initium considerari sufficit quandoque, glo. euentus, in §. quia verò hactenus, in auth. de nuptiis, col. 4.

Initium spectandum est in obligationibus, l. 1. §. fi. & ibi gl. pen. C. de imponend. lucrat. descript. lib. 10.

Reliqua verbo, Principium, Stipulans, 4. Origo, Debitor, 1.2.

Iniuncta ædibus possunt transferri in aliam domum remanente eodem domino insolidum vtriusque domus, secus si dominium mutetur etiam in parte, tunc enim sola æstimatio debetur, l. cætera, 41. §. item, de legat. 1.

Iniuncta domui communi èxportare, & transferre in domum meam propriam non possunt, d. §. item quæri, vers. si duob.

Iniuncta ædibus possunt legari ad opus publicum eiusdem ciuitatis, sed non alterius ciuitatis, sed bene ad opus alterius domus eiusdem domini sitæ in alia ciuitate, d. l. cætera, §. sed & si quis.

Iniuncta in vna domo, quam habet in vna ciuitate, potest quis remouere, vt transferantur in domum, quam habet etiam in alia ciuitate, d. §. sed & si quis.

Iniuncta, & affixa ædibus negotiandi causa prohibentur extrahi, prohibentur etiam legari, cùm legatum quodammodò sit quædam negotiatio, gl. non conuersis, ibi.

Iniuncta ædibus prohibentur extrahi, quod habet locum tamen in ædibus sitis Romæ, quàm in domibus sitis alibi, d. l. cætera, §. hoc Senatusconsultum.

Iniuncta ædibus non debent extrahi etiam pro debito publico, idest, pro pecunia debita reipub. ibi.

Iniuncta, & affixa ædibus, vel balneis, vel alij cuilibet ædificio, vel porticibus, vel tabernis, vel popinis, euelli prohibentur per Senatusconsultum, d. §. hoc Senatusconsultum.

Iniuncta, & affixa ædibus legari prohibentur, quæ non aliàs præstari possunt, quàm vt ædibus detrahantur, & subducantur, ibi.

Iniuncta, & affixa ædibus veluti tegulæ, tigná, ostia, armaria, parietatibus inhærentia, euelli, vel legari, non possunt, ibi.

Iniuncta & affixa ædibus poterit separare quis quasi translaturus ad aliam domum, & sic separata poterit alicui legare, extinguitur tamen legatum, si posteà affigantur per testatorem, secus si per heredem etiam ignorantem, ibi.

Iniunctæ res ædibus vendicari possunt, non respectu earum rerum, cùm non possideantur, sed vt consequatur vendicans earum æstimationem, † glo. 1. in add. marg. in l. qui vniuersas, 30. de adquir. possess.

Reliqua verbo, Domus, 14.15.16. Legare, 2.3. Tignum, Legatum, 11.

Iniuria, num. 1. vsque 9.

Iniuriarum actio, nu. 10. vsque 15.

INIVRIA grauissima est, flagellare aliquē, l. sed si, §. prætor, de in ius vocando. 1

Iniuriæ occasio non debet nasci inde, vnde iura nasci debent, gl. 1. in l. ex hoc iure, de iustitia, & iure, l. meminerint, 6. C. vnde vi.

Iniuria procuratori facta nocet domino, non si alteri fiat, gl. pe. in l. non cogendum, §. si. de procuratorib.

Iniuriam qui dissimulat, callidissimus est, gl. seruant, in l. 1. de dolo malo.

Iniuria quandoque pro cōtumelia cum damno, vel sine damno accipitur, & pro ea datur actio iniuriarum, l. sed & si, §. iniuriam, & ibi gloss. contumeliam, ad leg. Aquil.

Iniuria quandoque pro non iure facto accipitur, hoc est, quod fit contra ius, vt si contra ius, & culpa quis occiderit, & tunc datur actio legis Aquiliæ, ibi.

9 Iniuria si facta fuerit seruo, cuius vsufructus est vnius, & proprietas alterius, magis intelligitur facta proprietario, quàm vsufructuario, nisi in contumeliam vsufructuarij esset facta, d. §. si communi, & ibi gl. fi.

pro Iniuria facta libero homini, & seruo alieno, qui bona fide nobis seruiunt, si fuerit facta in contumeliam possessoris, etiam possessori competit actio iniuriarum, §. sed si libero, Insti. eod.

Iniuriarum pœna, quæ ex lege 12. tab. introducta erat, in desuetudinem abiit, §. pœna autem, Insti. de iniuriis.

Iniuriarum pœna pecuniaria est, quanti fuerit æstimata, & per iudicem taxata; quæ æstimatio, & taxatio crescit, vel diminuitur, secundùm personarum dignitatem, vitæque honestatem, ac conditionem, ibid.

ex Iniuria qualibet potest agi ciuiliter ad æstimationem, & criminaliter ad condemnationem extra ordinem, & vnum iudicium tollitur per aliud, cùm vtrumque sit proditum ad vindictam, secus si alterum esset de re familiari, §. in summa, & ibi gl. 1. Inst. eod.

per Iniuriam quando agitur criminaliter contra aliquem, non potest procurator eius interuenire, nisi sit illustris persona, ibid.

Iniuriam quamuis quis remiserit in confessione sacramentali, potest nihilominùs agere actione iniuriarum, quia rancor est remissus, non interesse, gl. fin. in add. in §. si Inst. eod.

Iniuriam fecisse animal non potest dici, cùm sensu careat, quandoque tamen res inanimata dicitur impropriè iniuriam facere, in principio, & ibi gl. sensu, §. ait prætor, Instit. si quadrupes pauperiem.

Iniuriam propulsare cum moderamine inculpatæ tutelæ, est de iure gentium, ratiòne formæ ipsius moderationis, sed ipsamet repulsio iniuriæ illatæ est de iure naturali, scilicet instinctu percussione naturæ, gl. bella, & ibi add. marg. in §. ius autem gentium, Inst. de iure naturali.

Reliqua verbo, Atrox, Conuitium, Filius, 131. Lex, 31. Seruus, 155. 156. Barbam, Contumelia.

10 INIVRIARVM actio ante litis contestationem potest vendi, sed post non, quia litigiosa est, † gl. 1. in l. 4. de heredit. vel actione.

Iniuriarum actio dicitur, quòd non est in bonis, vt transmittatur ad heredes; dicitur tamen esse in bonis, quoad dominos, qui eam intentamus, & per nos, & per alios, † ibid.

ex Iniuria facta filio competit actio iniuriarum patri, & etiam auo, qui eum habet in potestate, & etiam ipsi filio; tamen patri, vel auo competit quantùm ad exercitium, l. si sine, 22. §. fi. & ibi gl. ad filium, rem ratam habe.

Iniuria facta liberis nostris vsque adeò perstringit, vt etiam si volentem filium quis vendiderit, nihilominùs patri suo competit actio iniuriarum, filij verò nomine non competat, l. 1. §. vsque adeò, de iniuriis.

Iniuria si fuerit facta defuncto, vel cadaueri testatoris post aditam hereditatem actio iniuriarum directò competit heredi, sed si fuit facta ante aditam hereditatem, tunc hereditati adquiritur ea actio, & per hereditatem adquiritur heredi futuro, d. l. 1. §. quoties, & § & si fortè, & ibi gl. habebimus.

Iniuriarum actio adquiritur hereditati, quando corpus testatoris ante aditam hereditatem detinetur, vel quando seruo hereditario ante aditam hereditatem fit iniuria, d. l. 1. §. denique.

Iniuria si fuerit facta filio meo, vel vxori meæ, contra iniuriantem mihi competit actio iniuriarum nomine meo, d. l. 1. §. pe.

Iniuriarum actio quandoque competit tribus personis ex vna iniuria, nec vnius actio consumitur per aliam, vt si vxori meæ, filiæfam. sit iniuria facta, & mihi & patri eius, & ipsi competit; quandoque competit etiam quatuor, vel quinque personis, vt si habeat patrem, & auum, item si nurum, & socrum, d. l. 1. §. fi. & ibi gl. fi. gl. 1. in l. 2. C. eod.

Iniuriarum actione non tenetur ille, qui hominem liberum cecidit, putans esse seruum suum, secus si putet alienum, l. 3. §. fin. & ibi gl. fi. de iniuriis.

Iniuriarum actione non tenetur ille, qui per iocum aliquem percussit, aut dum certabat, d. l. 3. §. 1.

11 Iniuriarum actione non tenetur, qui cùm extenderet manum causa dandi pugnum seruo suo, percussit inuitus aliquem stantem in proximo, tenetur tamen Aquilia, l. 4. & ibi gl. 1. eod.

in Iniuriarum actione prætoria non debet iudicare is, qui in ea cognatione, vel affinitate est, qua est is, qui passus est iniuriam, quia cùm vni de cognatione fit, toti fieri videatur, veluti actoris gener, vitricus, socer, priuignus, sobrinus, patruus, auunculus, & alij, qui sunt intra sextum gradum, † gl. eorum, in l. lex Cornelia, de iniuriis.

Iniuriarum actione tenetur librum componens, vel edens, aut dolo malo faciens ad infamiam alicuius, etiam si alterius nomine ediderit, vel sine suo nomine, vel eius, cui fiebat iniuria ediderit, & si condemnatus sit, qui id fecit, etiam ciuiliter intestabilis est, potest etiam criminaliter accusari, & imponitur pœna capitalis, d. l. lex Cornelia, §. fi. & ibi gl. fine, & gl. qui id.

Iniuriarum actione tenetur ille, qui epithesim, vel aliud quid, aut scripturam in notam aliquorum produxit, & si condemnatus sit ciuiliter, intestabilis est; potest etiam criminaliter accusari, & punitur pœna capitali, d. §. fi.

Iniuriarum actione tenetur ille, qui librum compositum ad infamiam alicuius, emendum, vel vendendum curauit, ibid.

Iniuriarum actione agens debet nominare personam, de qua quæritur, & quam iniuriam sit passus, l. prætor, 7. eod.

Iniuriarum actione agens debet nominare personam, de qua quæritur, & quam iniuriam sit passus, l. prætor, 7. eod.

Iniuriarum actione ciuili, quæ ad vindictam competit, si sit actum, tollitur criminalis accusatio legis Corneliæ, secus si actum est iniuriarum actione, quæ ad rem familiarem pertinet, d. l. prætor, §. 1. & ibi gl. principaliter.

Iniuriarum actione, eò quòd caput serui sui percusserit quis, non potest dominus contra eum agere, si priùs eum accusasset lege Cornelia, d. l. prætor, §. quid ergo, & ibi gl. non est.

Iniuriarum actione agens debet exprimere iniuriam, quam passus est, vt ex qualitate iniuriæ sciatur, an contra patronum liberto dandum sit iudicium iniuriarum, d. l. prætor, §. prætereà.

Iniuriarum actio liberto aduersùs patronum datur, si atrox sit iniuria, quam passus sit, aliàs non, d. §. prætereà.

Iniuriarum actio non datur filio in potestate aduersùs patrem, etiam si iniuria sit atrox, d. l. prætor, §. sed & si quis, gl. 1. in l. fi. si à principe quis manumissus.

Iniuriarum actione agens debet exprimere iniuriam, quam passus est, nec debet exprimere alternatiuè, scilicet illam, aut illam se passum, d. l. prætor, §. quod autem.

Iniuriarum actio non competit domino, quando quis eius seruo conuicium fecit, aut pugno eum percussit, §. seruus, Inst. de iniuriis.

Iniuriarum actione tenetur ille, qui tam masculum, quàm fœminam siue ingenuos, siue libertinos, impudicos facere attentauerit, l. sed est quæstionis, §. fin. de iniuriis. 12

Iniuriarum actione prætoria tenetur non solùm is, qui iniuriam fecit, idest, qui percussit, sed etiam, qui dolo fecit, vel curauit, vt aliquis percuteretur, vel aliqua iniuria fieret, non tamen tenetur lege Cornelia, l. non solùm, 11. & ibi gl. 1. eodem.

Iniuriarum actio ex bono, & æquo est, tam ex parte actoris, quàm ex parte rei, cùm æquum sit eum puniri, d. l. non solùm, §. 1. & ibi gl. 2.

Iniuriarum actio dissimulatione aboletur, vnde si quis iniuriam dereliquerit, hoc est, statim passus ad animum suum non reuocauerit, posteà ex pœnitentia iniuriam remissam non poterit recolere, d. §. 1.

Iniuriarum actio cessat, vbi pactum de iniuria intercessit, aut si transactum, aut iusiurandum exactum est, d. §. 1.

Iniuriarum actione potest quis agere ciuiliter, & per se, & per alium, putà per procuratorem, tutorem, cæterósque, qui per alios solent interuenire, criminaliter autem non potest, nisi in vno casu, d. §. 1. & ibi gl. agere.

pro Iniuria facta mandato alicuius, tam mandans, quàm is, qui mandatum suscepit, tenetur actione iniuriarum, d. l. non solùm, §. si mandato.

Iniuriarum actione tenetur tam is, qui condùxit te, vt iniuriam faceres, quàm tu, qui ad hoc pretium recepisti, ibid.

Iniuriarum actio ratione incertitudinis competit ei, qui ex seruitute in libertatem, proclamet, vel ex libertate in seruitutem, petitur aduersùs dicentem se dominum, d. l. non solùm, §. fi.

Iniuriarum actio neque heredi, neque in heredem datur, nisi site super ea priùs contestata, l. iniuriarum, 13. eod.

Iniuriarum actio non est in bonis nostris ante litem contestatam, & quando ad vindictam datur, & ideò non transit ad heredem, gl. 1. ibid.

Iniuriarum actione non tenetur ille, qui ductus est ex eo, quòd decreto prætoris non obtemperauerit, d. l. iniuriarum, §. 1.

Iniuriarum actione tenetur ille, qui facto facit iniuriam, non ille, qui probibet, ne quis ad honorem aliquem promoueatur, d. l. iniuriarum, §. si quis in honorib.

Iniuriarum actio non competit pro muneribus, & honoribus, quæ per iniuriam iniunguntur, quia aliud est onus, vel laborem iniungere, & aliud iniuriam facere, d. l. iniuriarum, §. idem Labeo.

Iniuriarum actio, quæ ex conuicio nascitur, non datur in heredes, neque heredi, l. item apud, 15. §. iniuriarum, eod. 13

Iniuriarum actione tenetur ille, qui aliquod medicamentum dedit alicui, vt à mente alienaret, vel alio modo hoc fecit, tenetur etiam criminaliter, d. l. item apud, & ibi gl. 1.

pro Iniuria facto seruo an competat actio iniuriarum, debet prætor cognoscere, & rationem habere tam iniuriæ, quæ facta dicitur, quàm personæ serui, in quem admissa est, vt quia sit bonæ frugi ordinarius dispensator, etiam & sic aut permittet, aut denegabit, d. l. item apud, §. prætor, ait, si quid.

Iniuriarum actione pro seruo verberato postquàm quis egit, potest adhuc agere Aquilia ad damnum, sed si primò egit ciuiliter ad damnum, non potest posteà agere criminaliter, d. l. item apud, §. si quis, & ibi gl. altera.

Iniuriarum actione potest agere dominus pro iniuria facta vassallo, si in eius contumeliam facta sit iniuria, d. l. item apud, §. pen. in add. marg.

Iniuriarum actio magis competit proprietario, quam vsufructuario pro iniuria facta seruo, in quo vnus proprietatem, alius vsumfructum habet, nisi facta sit in contumeliam fructuarij, d. §. pe.

Iniuriarum actio mihi competit pro iniuria facta libero homini, qui mihi bona fide seruiabat, si in meam contumeliam is pulsatus sit, d. l. item apud, §. fin.

Iniuriarum actio noxalis datur passo pro iniuria facta à seruo, & in electione domini est, tradere seruum verberandum, vel dare seruum pro noxa, vel emendare iniuriam, & iudicis arbitrio imponitur modus verberum, quando seruus verberandus traditur, l. sed si vnius, 17. §. cùm seruus, eod.

Iniuriarum actio non minùs extinguitur, quando iniuriam passus nuda voluntate, idest, per abolitionem remisit eam, quàm si tempore, idest, anno iniuria fuerit abolita, d. l. sed si vnius, §. si cùm ante.

pro Iniuria facta alicui existenti in alterius potestate si is, qui habet eum in potestate, non sit præsens, neque procurator aliquis existat, qui velit agere pro eo, passus iniuriam causa cognita permittetur à prætore agere actione iniuriarum, d. l. sed si vnius, §. ait prætor.

Iniuriarum actio competit pro iniuria facta filio potiùs eius patri præsenti, quàm ipsi filio, si eius auus erat absens, d. l. sed si vnius, §. quod deinde.

Iniuriarum actione tenetur apprehendens scienter liberum pro fugitiuo causa inferendæ iniuriæ, l. si liber, 22. & ibi gl. 1. eod.

Iniuriarum actio antequàm litem contestemur non computatur in bonis nostris quoad hoc, vt transmittamus ad heredes nostros, quia ad solam vindictam datur, l. iniuriarum, 28. & ibi gl. 1. eod.

Iniuriarum actio dum viuimus dicitur esse in bonis nostris, vt tam per nos, quàm per alios exerceamus, gl. 1. ibid. 14

Iniuriarum actionem potest quis vendere, † ibid.

Iniuriarum actione conuentus ille, qui fecit iniuriam atrocem, si nihil habeat, vnde possit pecuniariter satisfacere iniuriam passo, corporaliter debet puniri, l. si quis iniuriam, 35. eod.

Iniuriarum accusationem per calumniam instituens extra ordinem condemnatur criminaliter, idest, exilium, aut relegationem, aut amonitionem patitur, l. qui iniuriarum, 43. eod.

tituo

debeat, gloss. fin. in add. marg. in l. pen. de donat. caus. mort.

contra Inquilinum prohibentem dominum volentem reficere domum competit domino interdictum vti possidetis, tenetur tamen protestari, quòd cum inquilinum dimittet habitare domum refectione factæ, l. 3. §. cùm inquilinus, vti possideris.

Inquilinum reddere pensionem si quis prohibuerit, prohibens tenetur reficere damnum, quod inquilinus passus est cum vsuris tertiæ centensimæ, auth. sed iam, C. depositi.

Inquilinus soluens insolidum pensionem domino inuitus non potest per dominum durante locatione expelli, l. 3. C. de locato.

Inquilinus, qui soluit insolidum pensionem domino, potest etiam inuitus expelli à domo conducta, si dominus ipse suis propriis vsibus eam necessariam probauerit, aut reficere voluerit, vel si inquilinus in domo locata malè versatus sit, ibi.

Inquilinus, qui soluit pensionem in pecunia consistentem, vt non expellatur à re locata, agit locati, & conducti, sed si in alia re consistat merces, vel sit partiarius, tunc agit pro socio, vel præscriptis verbis, gl. 2.

Inquilinus non debet soluere pensionem particulariter, d. gl. 3.

Inquilinus, qui soluere paratus est, cùm sit proximus danti, non potest expelli à domino durante locatione, gl. 4. ibi.

Inquilinus, quando est actum, vt non expellatur, vt expellatur oportet cessare in solutione pensionis per biennium, gl. 4. & fi. ibi.

Inquilinus etiam soluta pensione potest expelli, quando post locationem ex inopinato superuenit necessitas domino, vt quia alia domus, quam habitabat corruit, vel quia vxorem duxit, secus si tempore contractus hoc prouidere potuit, ibi.

Inquilino, qui ob necessariam refectionem domus fuit expulsus, pro rata temporis remittitur merces, vel pensio, vel restituitur, aliàs ad omne interesse inquilini tenetur locator, imò & poterit inquilinus resistere, gl. pen. & ibi add. marg. ibidem.

Inquilinus sine damno expelli debet, quando à domino expellitur ob non solutionem pensionis, vel ob refectionem domus ad vsum suum necessariam, d. gl. pen. in d. l. 3.

Inquilinus si malè versatus sit in domo, potest conueniri à domino actione locati, & etiam actione legis Aquiliæ pro damno dato in re locata, gl. fi. ibid.

Inquilinus si malè versatus sit, potest ei pensio diminui habito respectu destructionis domus, † ibid.

Inquilinus, vel colonus potest resistere domino volenti expellere à re locata, nisi cessauerit in solutione, aut malè versatus sit, vel dominus velit eam habitare, vel reficere, gl. fi. in l. 3. C. de locato.

Inquilinus si inferat in domum conductam res alienas domino illarum sciente, & non contradicente, illa sunt tacite obligata domino domus, gl. fi. in l. certi iuris, 5. C. eod.

Inquilini sæpe talia inferunt in domum conductam, quæ non vult conductor sciri à locatore, & ideò illa sunt domino tacitè obligata, etsi domino ignorante sint inuecta, ibid.

ab Inquilino inuecta, & illata in domum conductam sunt tacitè obligata, siue dominus ea inuecta sciuit, siue ignorauit, colono autem inuecta non aliter sunt tacitè obligata, quàm si sciat dominus ea inuecta, d. l. certi iuris.

Inquilinus non dicitur, qui est in ciuitate, nec respectu ciuitatis, sed dicitur respectu prædij, quod colitur, & ita colonus dicitur, qui prædium rusticum colit; inquilinus, qui prædium vrbanum, † reprob. gl. coloni, in add. in §. item Seruiana, Inst. de actio.

Reliqua verbo, Colonus, Locator, 1. 2. 3. Interdictum, 49. Conductor.

INQVIRERE seruum fugitiuum de licentia iudicis si quis prohibuerit apud se, & in domo sua, mulctatur in centum solidos, l. 1. vers. hoc autem, de seruis fugit.

Inquirere si quis velit seruum fugitiuum in prædiis alienis, potest adire præsidem, qui debet ei literas dare, & si res exegerit etiam apparitorem, vt ei permittatur ingredi, & inquirere, pœnam constituendo in eum, qui inquirere non permisit l. Diuus, eod.

Inquire[illegible]ruum fugitiuum etiam in prædiis Cæsaris, & Senatorum, ac alterius cui[illegible]que, domino licet, ibid.

Inqu[illegible]otest iudex ex officio principaliter in causa suspecti tutoris, sicut & [illegible]iniis, & in quibusdam aliis, gl. si prætori, in l. 3. §. prætereà, & gl. mouit, in §. si tutor, de suspect. tutor.

Inquirere veritatem debet iudex ex officio suo, l. 2. C. de edendo.

Inquirere quando vult iudex contra singulares personas, oportet quòd fama specialiter sit contra eos, nec admittuntur per procuratorem, si causa exigit detentionem, seu carcerem personæ, gloss. ab vniuersitate, in §. vassalli, de pace Constantiæ.

pro Inquirendo seruo fugitiuo de licentia iudicis licitum est ingredi in domum, vel prædium alicuius etiam eo inuito, sed non licet ingredi pro inuestiganda aliqua re subtracta, l. 1. & ibi gl. in prædia, & gl. dentur, de seruis fugit.

pro Inquirendo seruo fugitiuo dari debent literæ à præsidib. dirigendo illas magistratib. vt facultatem inuestigandi seruum præstari faciant, qui si adiuuare recusauerint, puniuntur in centum solidos applicandos fisco, d. l. §. hoc autem.

Inquirente iudice ex officio, vel per denunciationem in crimine læsæ maiestatis, si superueniat accusator, non debet recedere ab inquisitione, gl. per denunciationem, in extrauag. ad reprimendum, quomodo in læsæ maiest. crim.

INQVISITIO cùm non offeratur iudici, sed ipse inquirit, non est necesse, quod priùs formetur in scriptis, & postea redigatur in scriptis, gl. per inquisitionem, in d. extrauag. ad reprimendum.

per Inquisitionem regulariter non potest procedi de iure communi, fallit in quibusdam casib. ibid.

per Inquisitionem potest iudex de iure communi procedere, primò per officiales denunciantes, secundò propter incidentem cognitionem iuris, quia vbicunque iudex cognoscendo principaliter reperit incidenter delictum, esse commissum, potest de illo cognoscere, tertiò propter præcedentem generalem inquisitionem, quia vbicunque iudex generaliter inquirendo de malefactoribus reperit aliquem deliquisse, potest ad inquisitionem specialem descendere, quartò propter magnam offensionem vbicunque crimen committitur, coram iudice potest iudex super illo procedere per inquisitionem, ibidem.

per Inquisitionem potest iudex cognoscere de iure communi, speciali iure de crimine læsæ maiestatis, etiam fama non præcedente, ibid.

in Inquisitione eadem forma, & eadem solemnitas requiritur, quæ in accusatione, præterquàm in inscriptione ad pœnam talionis, quia cùm locum accusatoris subeat iudex, & inquisitio loco accusati eiusdem debet esse naturæ, ibid.

in Inquisitione etiam si dies non appareat, non tamen ob id vitiatur processus, d. gl. per inquisitionem, in fi.

per Inquisitionem etiam in ciuilib. procedi potest propter publicam vtilitatem, l. fi. C. de bonis vacantib. lib. 10.

per Inquisitionem quando officio iudicis proceditur super aliquo maleficio ad instruendum iudicem, & quoad iuuandum officium iudicis, possunt admitti etiam personæ, quæ aliàs essent prohibitæ, vt serui, pueri, & similes, l. ad instruendam, 34. in addit. marg. de administr. tutorum.

per Inquisitionem iudicis damnatus non efficitur infamis, gl. debeat, in l. 3. §. prætereà, de suspectis tutorib.

Inquisitio iudicis in decreti interpositione ad alienationem rerum minoris in multis consistit, gl. 4. in l. lex, quæ tutores, 22. C. de administr. tutorum.

Inquisitor fidei si quempiam esse hæreticum astruat mortuum, id necesse habet probare, perinde ac si viueret, l. res, quæ, §. res autem, in addit. margin. de iure fisci.

Reliqua verbo, Iudex, 45. Seruus, 160. vsque 164.

INSCRIBERE titulos prædiis suis, vel alienis, vel vela, vel vexilla regia suspendere, nulli priuato permittitur, rubr. & l. 1. C. vt nemo priuatus.

Inscribens suum nomen prædio suo, vel alicui rei perdit eam, & publico iuri videtur deputari velle, cùm proprium sit regiæ maiestatis, sua patrimonia tali inscriptione gaudere, gl. 3. ibid.

Inscribens rei suæ nomen Imperatoris, vel suum, perdit eam; si verò rei, vel possessioni alienæ inscribat, non confiscatur illa possessio: sed omnia bona inscribentis, gl. 4. ibi.

Inscribens titulum, vel vela regia suspendens rebus suis, vel alienis, si plebeius sit, vltimo supplicio punitur; si autem nobilis deportatur, l. 2. C. eod.

Inscriptiones titulorum principis rebus suis non debet quis imponere, quia inscribens titulum principis super re sua, eam perdit, & facit eam iuris publici, l. 1. C. eod.

Inscriptiones imponere prædiis, vel rebus, proprium est regiæ maiestatis, gl. 3. ibidem.

Inscriptiones rebus suis imponere licitum est cum licentia, vel præceptione iudicis competentis, l. 1. C. vt nemo priuatus titulos.

Inscriptiones à priuatis prædiis suis impositas frangere, & tollere vnicuique licet, de quo non poterit accusari, & iudex recipiens talem accusationem, punitur, trecentis libris auri, ibid.

Inscriptio, & subscriptio differunt, illa enim fit in principio, hæc in fine, quandoque tamen vnum pro alio sumitur, gl. 1. in l. si cui, de accus.

Inscriptiones debent fieri ab accusatoribus obligando se ad pœnam talionis, nisi probauerint apud iudicem, gl. pagina, in l. fi. C. de fide instrum.

Reliqua verbo, Titulus, Iudex, 48.

INSINVATIO licèt debeat interuenire vbicunque aliquid remittitur, quia remissio est donatio, tamen hoc est verum, vbi fit per modum donationis, secus si fiat per modum transactionis, glos. 1. & ibi add. marg. in l. si quis obligatione, 115. de regul. iuris.

Insinuatio, vel publicatio testamentorum pertinet ad magistratum census, vel ad defensorem ciuitatis, l. repetita, & ibi gloss. 3. C. de Episcop. & cler.

Insinuatio requiritur non solùm inter coniunctos, sed etiam inter extraneas personas, quando donatio excedit legitimam summam, l. data iam, 27. & ibi gl. 2. C. de donat.

Reliqua verbo, Donatio, 12. 13. 14. Dos, 14. Sponsalitia.

INSPECTOR quandoque appellatur ille, qui est rerum probator, valorisque rei explorator, ac licitator, l. eum, qui, §. 1. in addi. marg. commodati.

Inspector dicitur, qui ad prædia prouincialia inspicienda debet accedere, fortè vt referat, quæ essent deserta, vel malè æquata, gloss. 2. in rub. C. de censib. lib. 11.

INSPICI debet illud, ad quod res principaliter paratur, non ad quod secundariò, l. quamuis, de aur. & argento lega.

Inspicitur quãdoque id, quod prodest, nõ id, quod nocet, l. 3. §. si quis, de iure fisci.

Reliqua verbo, Testamentum. 31. vsque 34.

INSTANTIA iudicij transit ad heredem, l. seruus, de his, qui notantur, infam. l. sciendum, 58. & ibi addit. marg. de actio. & obligat.

Instantia litis si dolo tuo periit, mihi succurritur per actionem de dolo ad interesse contra te, non tamen datur mihi restitutio ad caussam, vel litis instantiam, l. arbiter, §. pe. de dolo.

Instantiam per triennium durat in caussa criminali, sed in ciuili per biennium, gl. dolo, ibi.

Instantia, idest, biennium, si currat dolo aduersarij, contra eum datur mihi actio de dolo, non vt restituatur intra biennium, sed ad interesse, neque prima actio fuit perempta, quia illa adhuc mihi competit, sed ago actione doli ad damna, † ibi.

Instantia, & caussa si dolo tuo periit, idest, tempus decem dierum datum ad appellandum, vel vnius anni, vel biennij datum ad exercendam appellationem, si dolo tuo currit, mihi contra te datur actio doli, non vt restituar ad tempus prædictum, sed ad interesse; sed si tu de dolo conuentus soluendo non sis, restituor ad litem, ibid.

Instantiæ primæ caussæ cursum non impedit compromissum, licèt aliud sit in caussa appellationis, glo. fi. in addit. marg. in l. si quis, 30. de arbitris.

Instantia transit in successorem, quæ debet terminari in eodem loco, l. si is, qui, 34. de iudiciis.

Inſtantia inchoata cum filiofamilia,eo mortuo,tranſit ad patrem, licèt actionis qualitas alteretur,l.tam ex contractibus,57.eod.

Inſtantia iudicij tranſit in ſingularem ſucceſſorem ex neceſſitate,l.in iudicio,47. famil.ercisc.

Inſtantia iudicij cœpta non tranſit in fiſcum, l.ſi, conſtante, 24.§. ſi.ſoluto matrimon.

Inſtantia finitur finita cauſſa litis,l.pen.de ſuſpectis tutorib.

Inſtantia cœpta cum defuncto tranſit in fideicommiſſarium facta reſtitutione fideicommiſſi,ſecus facta cum herede,l.1.& ibi gl.iudicia, & ibi add. marg.ad Trebel.

Inſtantia cœpta cum herede facta reſtitutione durat contra ipſum, & heredem eius,l.Lucius Titius,78.§.pe.eod.

Inſtantia cauſſæ tranſit ad heredem,quo non defendente,committitur ſtipulatio contra fideiuſſores datos à defuncto de iudicatum ſoluendo, niſi heres fuerit ſeruus petitoris,l.ſi cùm hominem,33.de fideiuſſ.

Inſtantia finita triennio non valent acta prima, intellige pertinentia ad litis æſtimationem, vt libelli oblatio, fideiuſſorum datio,ſed pertinentia ad deciſionem cauſſæ valent,nec pereunt,l.2.& ibi glo.1.iudicatum ſolui.

Inſtantia cauſſarum ſcilicet triennij prorogari non poteſt conſenſu partium, cùm publica vtilitate ſit inductum, gl.triennij, in l. properandum, 11. C. de iudiciis.

Inſtantia cauſſarũ de iure canonico nõ expirat triennio, ſicut de iure ciuili, ibi.

Inſtantia triennij ſuper cauſſis ciuilibus habet locum coram quocunque iudice ordinario,vel delegato,d.l.properandum.

2 Inſtantia triennij durat à tempore litis conteſtationis,& non ante,d.l.properandum, §. etſi quidem.

Inſtantia perempta per ſententiam abſolutoriam latam actore abſente tollitur etiam litis conteſtatio, non tamen perimunt effectus inducti per litis conteſtationem, vt quòd fiat res litigioſa per litis conteſtationem, gl. iudicij, ibid.

Inſtantia perempta per abſolutoriam an perimat fides actorum illius inſtantiæ, ibidem.

Inſtantia triennij ſi per negligentiam iudicis ſit tranſacta,perit,ſed reſtituitur,† gloſ.1.in d.l.properandum,§.ſi nautem vtraque,C.eod.

Inſtantia triennij vltra triennium durat etiam coram quibuſcunque iudicibus, quando iudice mortuo, vel mutato ad litem terminandam ſupereſſet minus annos,quia tunc ſuppletur annus integer,gl.fi.in d.§.fin autem.

Inſtantia triennij ſi per negligentiam aduocati ſit elapſa, aduocatus punitur in duobus libris auri, & fertur abſolutoria ab obſeruatione iudicij propter lapſum inſtantiæ cauſſa expreſſa in ſententia, d.l.properandum, §.illo procul.

Inſtantia triennij ſi propter non ſolutionem ſalarij aduocati ſit lapſa, aduocatus compellitur,vt promiſſum patrocinium præſtet,& ſimiliter litigator,vt ſoluat debitum ſalarium,d.§.illo.

Inſtantia tantum periit, & non actio propter lapſum triennij, vnde de nouo poterit agi,glo.nihilominùs,& gloſ.vignorem,in d.l.properandum, §.fin.

Inſtantia finita, in qua teſtes producti fuerunt, debent iterum produci in nouo iudicio agendo prima actione, niſi teſtes ſint mortui, d.gloſſ.vigorem.

Inſtantia finitur anno ſuper bona opinione teſtium adhibitorum in conficiendo inuentario,& ſuper iuramento de calumnia,quod debet heres præſtare,& ſuper ſeruis quæſtioni ſubiiciendis, auth. ſed cùm teſtator, & ibi gl.fi.C. ad legem Falc.

Inſtantia perempta adhuc ſupereſt iudicis officium ad condemnandum partem in expenſis.l.2.C. vt intra certum tempus criminalis.

Inſtantia cauſæ principalis, quæ in ciuili triennio, in criminali biennio finitur, etiam ſi per iudicem ſtetit, quominùs intra illud tempus expediatur, nihilominùs tempus currit, neque durat aliquo modo vltra illud tempus, glo.ſi quando lis,in §.1.in auth.de appellat.& intra quæ tempora,col.4.

Inſtantia quandoque finitur ante triennium, regulariter tamen triennio durat ciuilis,gloſ.proferre,in §.pe.in auth.de litigioſis,col.8.

Inſtantia quandoque finitur tribus menſibus,l.generali, 54.& ibi glo. tres menſes,C.de decurion.lib. 10.

Inſtantiæ cauſſæ criminalis eſt biennium, vnde iudex non cogitur ſententiare, niſi prope finem biennij, gl. procedatur, in extrauag. ad reprim. quomod.in læſæ Maieſt.

Reliqua verbo, Iudex, 47.prorogare,Cauſſa, 6. 10.Eremodicium.

1 INSTIGATIO non releuat accuſatorem à pœna, intellige, niſi accuſaret ex neceſſitate officij,l.Aithales,24. de fal.

INSTITOR ex promiſſione inſtituti tenetur, quando inſtitutor contraxiſſet,& idem promiſiſſet, aliàs non, gloſſ. pen. in l.ſi procurator meus, de procuratorib.

Inſtitor ſi mutuam pecuniam accepit in eam rem, in qua fuit præpoſitus,mutuatum condici poteſt ab illius domino,l.ſi inſtitorem, 29.& ibi glo.1.ſi certum pet.

Inſtitor heres inſtitutus ſi ignorans mortem domini exegit,actio famil.erciſ.aduersùs eum non competit coheredibus,bene tamen competit eis actio negotiorum geſtorum ratihabitione, quia nomine eorum videtur feciſſe,cùm fecit nomine defuncti, cuius ſunt heredes, vel quia in ſubſidium habetur illud ratum,quia debito res liberati ſunt,l.eius,qui in prouincia, & ibi glo. negotiorum, eod.

Inſtitorem ſeruum ſuum præponens ex ipſius contractu poteſt agere, ſecus ſi ſeruum alienum, vel liberum hominem inſtitorem præpoſuit, qúia tunc non poteſt agere ex contractu inſtitoris, poteſt tamen agere contra inſtitorem liberum,vel contra dominum ſerui inſtitoris,mandati,vel negotiorum geſtorum,vt ſibi cedant actiones,vel ſine ceſſione poteſt etiam agere, ſi aliter rem ſuam ſeruare non poteſt,vt quia inſtitor ſoluendo non ſit,l.1.& ibi glo. poterit,& l.2.& ibi gl.fi.de inſtitor.actione.

Inſtitor appellatur ex eo, quòd negotio gerendo inſtet, nec differt, an tabernæ, an alicui alij negotiationi ſit præpoſitus,l.3.eod.

Inſtitor dicitur etiam ille,qui præpoſitus eſt, vt afferat merces ad homines honeſtos, & ibi vendicat, neque locus emendi, vel vendendi mutat cauſſam actionis,l.4.eod.

Inſtitor appellatur quicunque præpoſitus eſt alicui negotio quæſtuario, l. 5. eodem.

Inſtitorem præponens frumento emendo,vel ædificio tenetur inſolidum ex contractu geſto cum tali inſtitore,vel inſulario,ibid.

Inſtitores dicuntur etiam illi,quibus veſtiarij, vel lintearij dant veſtem circumferendam, & vendendam,quos vulgò circuitores appellat,d.l.5.§.ſed & eos.

Inſtitores dicuntur etiam muliones, ſtabularij, item fullonum, ſarcinatoríſque præpoſiti,ibid.

Inſtitoris loco habetur ſeruus,quem tabernarius eius dominus miſit peregrè ad merces comparandas,& ſibi mittendas,d.l.5.§.ſed & ſi tabernarius.

Inſtitor obligat dominum contrahendo tantùm ſuper eo, ad quod præpoſitus fuit,non verò obligat contrahendo ſuper eo,ad quod non fuit præpoſitus,d.l. 5.§.non tamen.

Inſtitorem præponens ad merces diſtrahendas eius nomine tenetur actione ex empto,ſi ad vendendum tenetur ex vendito,ibid.

Inſtitor præpoſitus à defuncto ſi ſit præpoſitus, etiam ab eius herede ex contractu cum eo facto etiam ante aditam hereditatem tenetur heres inſtitoria contrahenti cum eo maximè ignoranter,d.l.5.§.fin.

Inſtitorem ſi præpoſuit procurator,tutor,vel curator,tenetur dominus pupillus, 2
vel adultus eius nomine inſtitoria, & etiam procurator, maximè ſi omnium rerum ſit conſtitutus,d.§.fin.cum l.ſeq.& ibi gl.1.

Inſtitor an ſit maſculus,an fœmina,an liber,vel ſeruus proprius,vel alienus,nihil refert,l.ſed & ſi,§.parui,eod.& gl.cuius,in l.1.§.1.de exercito.actione.

Inſtitorem præponens an ſit fœmina, vel maſculus nihil refert, & ideò ſi mulier præpoſuit,tenetur inſtitoria, exemplo exercitoriæ actionis, & ſi mulier præpoſita,tenebitur etiam ipſa,d.§.parui.

Inſtitor formam,& conditionem præpoſitis ſeruare debet ad hoc,vt obliget dominum,alioquin non obligat dominum,l.ſed & ſi pupillus,§.conditio,de inſtit. actione.

Inſtitores plures habens ſi denunciauit alicui, ne contraheret cum quodam ex inſtitutoribus,non tenetur inſtitoria,l.ſed & ſi pupillus,§.item ſi, de inſtitor. actione.

Inſtitores plures habens poteſt certam perſonam inſtitorum prohibere contrahere,& quibuſdam eorum permittere,d.§.item ſi plures.

Inſtitorem habens ſi eum prohibuit certis horis diei contrahere, & certis horis non prohibeat, propter variationem continuam tenetur inſtitoria, ne decipiantur contrahentes,ibid.

Inſtitorem præponens ſi in totum prohibuit contrahere cum eo, ille inſtitor non habetur loco inſtitoris,quia is magis loco cuſtodis,quàm inſtitoris eſt,& ideò nec vendere poteſt,ibid.

Inſtitorem eundem ſi plures habeant,quilibet tenetur inſolidum,ſi inter eos pro ſocio,vel communi diuidundo agatur ad repetendum ſolutum ab vno eorum, illis tamen iudiciis ceſſantib.quilibet tenetur pro parte,l.habebat,§. fin. cum ſeq.eod.

Inſtitor ſi ad emendum, vel vendendum ſit præpoſitus ex eius contractu aduersùs dominum præponentem non ſolùm competit inſtitoria,ſed etiam redhibitoria,vel ex ſtipulatu duplæ,vel ſimplæ inſolidum,l. ſi quis mancipiis, & ibi gl. 2. eodem.

Inſtitor ſi ſit præpoſitus ad merces emendas,ſeruus Titij,ex eius contractu obligatur præponens inſtitoria, vel Titius eius dominus de peculio, quod iuſſu,vel de in rem verſo, ſed ſi præponens cum eo contrahi vetuit, cum Titio duntaxat agi poteſt,non cum præponente, d. l.ſi quis mancipiis, & ibi gl.ex inferiorib.

Inſtitor à defuncto præpoſitus obligat heredem etiam impuberem ex contractu celebrato poſt mortem defuncti propter vtilitatem promiſcui vſus, vt quia vſus inſtitoris poſt mortem patris defuncti erat coniunctus, & vicinus vſui ante mortem,& ſic eſt mixtus,d.l.ſi quis mancipiis,§.1.

Inſtitor cum authoritate tutoris præpoſitus ex contractu etiam poſt mortem tutoris celebrato obligat pupillum,ibid.

Inſtitor impropriè ponitur quandoque pro eo,qui domino patiente in peculiari merce negotiatur,gl.inſtitorum,in l.1.§.ſi is,qui nauem,de exercit.actione.

Inſtitor à defuncto præpoſitus ex contractu ante aditam hereditat[illegible] celebrato 3
obligat heredem etiam furioſum, & datur contra eum inſtito[illegible]ia, ſi quis mancipiis, §.1.de inſtitor. actione.

cum Inſtitore contrahens poteſt condicere ex ea cauſa, ex qua agi poterat inſtitoria,d.l.ſi quis mancipiis,§.fi.

Inſtitor is eſt,qui tabernę locóve ad emendum,vel vendendum cuilibet negotiationi præponitur,quíve ſine loco ad eundem actum præponitur, l. inſtitor, & ibi gl.1, eod.

Inſtitor non obligat dominum,niſi ad id,ad quod eſt præpoſitus,l.pen,§. fi. eod.

Inſtitor ſcribens nomine officij ſe debere videtur ſcripſiſſe, vt oſtenderet ſibi fidem menſæ commiſſam,non vt conſtitueret ſe debere,l.fi.& ibi gl.fi.eod.

Inſtitor præpoſitus menſæ numularię ſi miſit epiſtolam creditori,quia ſignificabat ei, quòd apud menſam habebat mille, & quòd ad certum tempus illa ei numerare deberet, domino defuncto etiam non ſoluendo ſine herede inſtitor ex epiſtola ſua non poteſt conueniri,d.l.fi.

Inſtitor differt à procuratore tripliciter,quia inſtitor rei,& maximè generaliter præficitur,quòd ſi vni tantùm rei non dicitur inſtitor,& tunc habet locum inſtitoria vtilis;procurator verò dicitur facto,vt ad emendum,&c.item inſtitor dominum obligat etiam non nominato domino,ſed procurator non,niſi procuratorio nomine,niſi contrahens exiſtimaret dominum obligare nego. geſto.actione,item ex ſpecie actionis,quia procurator ex contractu,vel vtili inſtitoria,ſed inſtitor directa inſtitoria dominum obligat,l.Iulianus,§.ſi procurator,& ibi add.marg.de actio.empti.

Inſtitor ſi dominus non ſit ſoluendo conuenitur, ſi homo liber ſit,gl.fi.in l.2. C. de inſtitor. actione.

Reliqua verbo, Præpoſitus,Præponere,Præponens,Seruus, 37.38.39.*Actio*,78.79.*Creditor*, 80. 81.

INSTITVERE quis non videtur eum, quem legando grauauit, l. hereditas, 65. de hered. inſtituend.

Reliqua verbo, Auus,Informare, Seruus,47.vsque 90. Ciuitas, 9.

Institutio heredis in genere, nu.1.vsque 6.

Institutio certæ.vel incertæ personæ , nu. 7. 8.

Quoad institutionem sub conditione, nu. 9.

Institutionum liber,num.10.

conditio

Institutio si sit ita facta, instituo te heredem, si tu me instituisses, aut aliquid legasses,& sic in præteritum,nihil interest, quo gradu ego sim institutus, aut quid sit legatum mihi,l.mulier,20.§. fin.eod.

Institutio heredis non recipit diem, licèt conditionem sic,gl.1.in l. actus legitimi,77.de regul.iur.

Institutio sub conditione per se sine exheredatione non valet, neque econtrà, sed simul sic,gl.fi.in l.1.C.qui numero tutelarum.

Institutio facta sub die incerta mortis tertij valet, & eius euentus tanquàm conditionem inducens expectandus est, l. extraneum, 9. Codic. de hered. institut.

Institutio facta sub conditione emancipationis purificatur non solùm emancipatione, sed etiam per mortem patris naturalem, vel eius deportationem,l.3. C.de instit. & substit.

Institutio facta sub conditione, vel modo inferiùs exprimendis à testatore non vitiatur, licèt posteà non exprimantur, imò dicitur pura institutio, l.pen.C.eod.

Institutio facta sub conditione inferiùs exprimenda à testatore, si exprimatur etiam in fine testamenti, reddit institutionem conditionalem, ac si à principio fuisset apposita, ibi.

Reliqua verbo, Conditio,14. vsque 21. Heres,18. vsque 23. Institutus,4.vsque 7. Filius,154.vsque 158. Heres,18. vsque 23. Testamentum, 43.

10 INSTITVTIONVM liber primò debet legi scholaribus,§.itaque cùm in dubio, in procem. Digestorum.

Institutionum liber ex omni penè veterum institutionum corpore est elimatus, & ab omnibus turbidis fontibus in vnum liquidum stagnum corriuatus, §. & primò,in eod. procem.

Institutiones in quatuor libros mandat fieri Iustinianus Imperator,& post factas habere vicem constitutionum Imperialium iubet, l.2. §. sed cùm, C.de veteri iure enucl.

Institutionum liber fuit anteà compositus, quàm liber Codicis vnde per Codicem corrigitur quandoque illud,quod dicitur in institutionibus,veluti de anno vtili, qui secundum institutiones obtinet, & in restitutione minorum, & maiorum, secus est per Codicem in dictis restitutionibus, §. adimpleuimus, in procem. Institutio.

Institutiones ideò dicũtur,quia in statum Romani iuris nostram exigunt intelligentiam, dictæ ab instituendo, glo. institutiones, & ibi add.in §.cumque,in eod. procem.

Institutiones sunt principia legum,ibi.

Institutionum liber sumptus est ex volumine Digestorum, gloss. easdem, in §. igitur post libros,in dicto procem.Instit.

Institutus in genere,num.1.2.3.
Institutus in re certa,vel sub conditione, num. 4.vsque 7.
Quoad substitutum,& relicta ab instituto,num.7.8.9.

1 INSTITVTVS quandoque admittitur, vt fideicommissarius, vt est, quando propter solennitatem capere non potest directò, vt quia in codicillis directò est institutus,gloss.fi.in l.verbis,7.de vulgari.

Institutorum primus gradus, qui iure militari, & speciali valebat, si rumpatur, non rumpitur secundus gradus, qui iure communi valebat, ac dependebat ex eo,l.nam & si,7.de iniusto rupto.

Instituti plures in re certa diuidunt sibi hereditatem æqualiter,nisi testator manifestissime aliud voluit,l.quoties,§.si duo,de heredib.instituend.

Instituto heredi non nocet medium tempus,l.seruum,50.eod.

ad Institutum primo loco præsumitur testator habere maiorem affectionem, quàm ad institutum secundo loco,gloss. 2. in l.qui soluendo,60.eod.

Institutus ex eo,quòd possit petere ex testamento bonorum possessionem secundùm tabulas, non sequitur, quòd possit esse heres, glossa pe.in l.si quis eum, 16.§.fi.de vulgari.

Institutus heres bonis propriis grauari non potest, sed tantùm de bonis testantis,nisi tantum percepit de fructibus relictorum,quantum alij dare est grauatus,gloss.tenebuntur,in l.coheredi,41. §. quòd si eod.

Instituti sub conditione si inuicem cauissent se legata ab eis relicta præstituros, non tenentur se inuicem cauere,quando legatarij sunt incapaces, ac per legem capere non possint,& si vnus ex institutis cauisset legatario de soluendis legatis,si legatarius incapax exigat ab eo legatum,habet exceptionem contra eum, l.si quis sub conditione,& ibi glossa fin.de cond. instit.

Institutus simpliciter sine partibus, à testatore asse toto distributo aliis heredib. consequuntur dimidiam hereditatis,& alteram dimidiam consequuntur primi heredes scripti,gloss.pen.in l.3. C.de in offi.test.

Institutus à lege si in certa parte hereditatis asse distributo à testatore vocatur cum aliis heredibus, gloss.pen. in l.3. C.eod.

Institutus à milite in paganicis non habet ius adcrescendi in castrensibus, nisi instituto in castrensibus substituatur,l.1.C.de testam.milit.l.si certarum,& ibi gloss.1.de milit.testam.

Institutus à milite in paganicis non potest iure adcrescendi vendicare bona castrensia, siue in illis fuerit aliquis institutus, & repudiauerit, siue nullus sit institutus,quia tunc illa bona vadunt ad venientes ab intestato,ibi l.si certarum,& ibi gloss.1.& dict.l. 1.

Institutus à milite in paganicis non habet ius adcrescendi in castrensibus,nisi alterutra pars bonorum æri alieno non sufficiat, & propter hoc alter institutus partem suam non adiuit,gl.fi.in d.l.1.ibid.

2 Institutus à milite in paganicis non habet ius adcrescendi in castrensibus, nisi ab intestato primum locum obtineat, sed tunc non vendicat iure adcrescendi, sed tanquam ab intestato, ibi.

Institutus heres ex residua parte, quam alter heres capere non poterat propter incapacitatem, ex toto asse heres esse censetur, l. 2. Codic. de hered. instituend.

Institutus si sit quis, cùm ipse heres moriatur, adiectio temporis reiicitur, & non suspendit institutionem, secus tamen est in legato, † gloss.1.in l. extraneum, 9.C.eod.

Institutus in certa parte hereditatis, vel sine parte simpliciter, omnibus hereditariis actionibus vti, vel conueniri potest, l.penult.C.eodem.

Institutus heres in diuersis partibus non potest vnam partem adire, & aliam repudiare,imò vnam adeundo alias partes censetur adire,l.quidam elogio, 20. C. de iure delib.

Institutus heres si suam partem adiuit, & coheres posteà repudiet aliam partem, qui primò adiuit, & poterit posteà non solùm partem coheredis repudiantis, sed etiam suam repudiare beneficio prætoris, quando creditores cõtenti sunt sua parte,gloss.fi.ibi.

Institutis filiis ex æquis partibus, si fratrem instituat in duabus vnciis, hereditas non in duos asses, sed in vnum diuidi debet, ita quòd filij habebunt decem vncias, frater verò duas,l. qui non militabat, 78. §. filiis, de hered. instit.

Institutus cogitur adire propter fideicommissum substituto pupillari pupillo mortuo,& non viuente, & aditio facta ex vi restitutionis in integrum firmat substitutionem pupillarem,l.2.§.interdum,de vulgari.

Institutus extraneus si incipiat esse suus, vt quia post institutionem testator eum arrogauerit, non vitiatur institutio, secus est in extraneo exheredato, quem testator post exheredationem arrogauit, quia tunc exheredatio nulla est, & habetur pro præterito, l. si quis heres, 18. & ibi glossa 1. de iniusto rupto.

Institutus extraneus solus, & substitutus filio impuberi exheredato repudiando hereditatem paternam, non potest agnoscere pupillarem, l.sed si plures,10.§. si ex asse, de vulgari.

Institutus filius tanquam extraneus à testatore admittitur ad hereditatem, gl.1. in l.4.C.de hered.institut.

Institutus si sit quis tanquam filius à testatore errante, errore comperto aufertur ab eo hereditas tanquam indigno, & applicatur venientibus ab intestato, & illis deficientibus fisco, d.l.4. & ibi gl.fi.ibi.

Institutus vt frater ille, qui fuit adoptatus in fratrem ab aliquo,cùm non valeat adoptio,nihil debet habere de hereditate, l nec apud, 20. C.eod.

Institutus filius potest contratabulare beneficio præteriti, siue apertum fuerit edictum de contratab. quia emancipatus sit præteritus, & suus sit institutus, vel è contrà, emancipatus sit institutus, & suus sit præteritus,siue vnus emancipatus præteritus, & alter institutus, siue suus & emancipatus instituti, & venter præteritus nec tenetur expectare, quòd præteritus intentet, glossa exheredati, & ibi additione in §. emancipatos, Institut. de exhered. liberorum.

Institutus seruus cum libertate si à testatore venditus sit ei, cum quo non est testamenti factio, & posteà ab eodem a testatore redemptus, est heres ex testamento ipsi testatori, nec medium tempus, quo apud non capacem fuit, vitiat institutionem,cùm tempore testamenti faciendi,& mortis fuerit testatoris,sed si eo tempore apud emptorem illam remansisset, vitiaret institutionem,l.seruum,50.de heredib. instit.

Institutus seruus cum libertate si à testatore venditus sit ei, cum quo est testamenti factio, si tempore testamenti, vel mortis testatoris fuit apud emptorem iussu emptoris adeundo adquirit eam hereditatem, ibi.

Institutus his verbis,Stichus si meus erit,cum moriar,liber,& heres esto,alienatus posteà non poterit iussu emptoris adire, quia licèt non dixisset testator, si meus erit,non aliter liber,& heres esse poterit,quàm si mansisset eius,l.talem institutionem,51.§.fin. eodem.

Institutus his verbis,Stichus si meus erit,cùm moriar,liber & heres esto,si posteà manumissus sit a testatore dicitur arbitrio suo heres testatori, quia palàm est testatorem nolle excludere eum ab hereditare in eum casum,quo posteà manumisit,nec verba dictę conditionis repugnant,quia quamuis non sit eius seruus,eius tamen libertus est,ibi.

Instituto primo deliberante si substitutus decedat,is, qui tertio gradu est,succedit,si primus repudiat, vel non adit intra statutum tempus,l. quamdiu, 68.de adqui. hered.

Institutus si sit seruus sub appellatione liberti, benigna interpretatione fauore libertatis valet institutio, perinde ac si liber, & heres fuisset institutus, secus verò est in legato,l.2.C.de necessar.seruis hered.

Institutus si sit seruus non sub appellatione liberti,vel serui,sed simpliciter,valet institutio,gl.1.ibi.

Institutus si sit seruus sub appellatione liberti à sciente,valet institutio, secus verò si sit institutus ab errante,ibi.

Institutis simul patre & filio si tertius adiiciatur in institutione,tunc pater,& filius,qui loco vnius habentur,vnam tantùm portionem habebunt, alteram ille tertius,l.fi. C. de impuberum.

Reliqua verbo, Ecclesia, 7. Gradus, Grauatus, Heres, vsque 16. Substitutus, 14.

INSTITVTVS in re certa, vel certis rebus pro sua Institutione iussus esse contentus dato coherede habetur loco legatarij,quoad hoc,vt actionibus hereditariis actiuè & passiuè vti non possit,l.pen.C.de hered. instit.

Institutus in re certa non est heres vniuersalis, neque est legatarius, sed est tertia species per se,quæ vocatur ex re certa,gloss.1.in add.ibid.

Institutus in re certa partim capit de natura instituti vniuersaliter, partim de natura legatarij,ibi.

Institutus in re certa loco vniuersalis heredis habetur, quando non sunt alij instituti, & datur ei tota hereditas, ne testator decedat partim testatus, & partim intestatus,† gl.fi.ibi.

Instituti duo si reperiantur,quorum vnus in re certa,alius in quota hereditatis, & de residuo nihil testator disposuerit,residuum adcrescit instituto in quota, d.l.penult.

Instituto in re certa non minuitur eius portio propter creditores,vel onera hereditaria,ad quæ legatarij non tenentur,d.l pe.

Institutus ex parte purè,& ex parte sub conditione, si habet coheredem, adeundo ex pura pro parte conditionalis institutionis est heres conditione pendente, sed ea existente in totum sine noua aditione, & decedens interim non transmittit,l.liber homo, 59.§. pe.de hered.instit.

Institutus si sit quis sub conditione, deinde in eodem testamento sit purè

Institutus si accepta pecunia à substituto repudiet hereditatem in fraudem legatorum, tenetur ad legata relicta à se, & substitutus ad legata relicta ab ipso substituto, glo. fin. ibid.
Institutus, qui omisit adire ex testamento in fraudem legatorum, & adiit ab intestato, legata, & libertates tenetur præstare, secus si hereditas non potest adiri ex defectu testamenti, vel heredis instituti, l. 2. C. si omissa sit causa testamen.
Institutus repudiando hereditatem ex testamento, ex cuius defectu non poterat adire, vel petere bonorum possessionem, si adiit ab intestato, non tenetur ad legata, neque illa peti possunt, ibid.
Institutus si repudiet hereditatem in fraudem legatorum, & adiit ab intestato, legata peti possunt ab eo, ipse tamen heres detrahit Falcidiam, l. fi. C. eodem.
Institutus testamento rectè facto si nolit adire hereditatem propter laborem vitandum, & alius ab intestato succedat, legata, & libertates ex testamento non debebuntur, l. 2. & ibi gl. fi. C. eod.

Reliqua verbo, Legatum, 120. 121. 122. Prædictum, Substitutus, 4.

INSTRVERE alios qui debet, non debet ab aliis instrui, l. si quis, §. fi. de edendo, gl. fi. in l. quod per manus, de iure codicillorum.
Instructus esse non potest, qui præter spem ad alienum iudicium trahitur, l. 2. C. de dilationib.

Reliqua verbo, Informans.

Instrumentum in genere, nu. 1. [illegible] ue ad num. 11.
Qu[illegible] ad instrumentorum edition[illegible]m, & exhibitionem, nu. 12.
Quoad pr[illegible] & in[illegible] prou[illegible], nu. 13.
Quoad fals[illegible] nu. 14.
Quoad cancellatum [illegible] rasum instrumentum, num. 15.
Quoad am[illegible] num. 16.
Quoad in[illegible] aut redditionem, nu. 17.
Quoad instrumenta [illegible] nu. 18. [illegible] 22.

1 INSTRVMENTVM mei causa confectum quodammodo meum est, l. prætor ait, de edendo.
Instrumentum meum possum rei vendicare, commune verò possum petere iure actionis, gl. meum ibid.
Instrumentum, quando concernit vtilitatem vnius contrahentium tantùm, vt donationis instrumentum, & tunc licet notarius fuerit rogatus ab vtraque parte, tamen non debet tradere instrumentum, nisi ei, cuius vtilitatem continet, ibidem.
ad Instrum[illegible] dandum non potest cogi notarius ab eo, qui non fuit rogatus tempore [illegible] ibid.
Instrumentum licet non contineat vtilitatem, nisi vnius partis, tamen requiritur, quod notarius [illegible] vtriusque partis, ibid.
Instrumenta d[illegible] non valent, non tamen exhibet[illegible] [illegible] falsum fabricandi, gl. mag. in l. 1. §. editionis, eod.
Instrumentorum, & [illegible] maxima est similitudo, d. gloss. mag. ad fi.
Instrument[illegible] notarius parti, non [illegible], cum illud debeat remanere [illegible] notarium, qui debet esse instructus instrumento suæ perfectionis, l. [illegible] §. fi. eod.
Instrumentum in aliquo defectiuum, vel minùs plenè, si mihi dederit notarius, possum agere, vt iterum mihi det perfectum, l. veluti, de edendo.
in Instrumentorum exemplis, quæ non fiunt ad probationem, non est necessaria subscriptio, l. exemplo, & ibi gl. 1. eod.
contra Instrumentum occultantem datur actio legis Corneliæ de falsis, & de dolo, l. & eleganter, §. non solùm, de edendo.
in Instrumento per notarium publicum confecto necesse est, quod apponatur locus etiam loci ipsius, & consuetudo, quæ admittit instrumenta sine mentione loci, non valent, l. lecta, in additio. marg. si certum petatur.
Instrumenta dicuntur esse species inartificialis probationis, quæ tamen instrumenta artem omnino non reiiciunt, rub. de fide instrum. in add. marg.
Instrumentorum nomine ea omnia accipienda sunt, quibus causa instrui potest, & ideò tam testimonia, idest, chartæ, quàm personæ, loco instrumentorum habentur, l. 1. eod.
Instrumentum quandoque ponitur pro charta, quandoque pro instrumento feudi, quandoque pro cautione, gl. 1. & 2. eod.
Instrumentum dicitur ex eo quòd causam instruat, d. l. 1. in addit. marg.
ex Instrumento authentico, & non ex indice, vel exemplo alicuius scripturæ conueniri debet quis ita, vt contractus fides possit ostendi, l. 2. eod.
2 Instrumentorum tria sunt originalia nomina, Originale, authenticum, & exemplar, & sunt etiam alia tria nomina inde extracta, scilicet iudex, exemplum, & sumptum, & etiam memoria, glo. 1. ibid.
Instrumentum originale appellatur protocollum, vel scriptura matrix, d. gl. 1. in add. marg.
Instrumento sumpto, vel exemplato non creditur, etiam si sit publicum, & faciat mentionem alterius, quia ad hoc creditur sumpto, sic continetur in alio, sed potest esse, quòd in originali erant aliæ literæ, & cancellationes, quæ non continentur in exemplo, † d. gl. 1.
Instrumentum exemplare, vel sumptum plenè non probat, nisi fuerit officio iudicis publicatum, ibid.
Instrumentum exemplatum sine iudice valet, quoad hoc, vt per illud probetur, quòd scriptum intercessit, quod est necesse maximè, quando est necesse fieri contractum in scriptis, item per illud probatur, quòd intercesserit bona fides, item inducitur præsumptio, quod etiam fit ex priuato instrumento, d. gloss. 1.
Instrumenta duo habens si petit vnum exequi ex alio, ex quo non se fundauit, non potest in eadem instantia obtinere, sed alia instantia opus est, l. Bæbius, 30. de pact. dotal.
Instrumentum ad probandum in eo contentum non sufficit probare esse amissum casu, vel esse combustum, nisi contra eum qui causam amissionis præstitit, glo. 1. in l. chirographis, & ibi glo. 1. de admin. tutorum.
Instrumenta exemplata in inuentario authoritate iudicis ordinarij, & parte citata confecto continente totam seriem instrumenti faciunt fidem aduersùs debitores, quorum nomina in inuentarium sunt relata, d. glo. 1. in princ. & ibi in fi. & ibi add. marg.
Instrumento vnius tabellionis non creditur magis, quàm septem testib. bonæ opinionis, gl. 1. in l. heredes palàm, de testam.
Instrumenti appellatio generalis est, & ideò refertur etiam ad testamentum, l. 2. & ibi gl. 2. quemadmod. testam. aper.
Instrumenta possunt fieri in chartis rasis, gl. 1. in l. 3. de bon. poss. secundum tabu.
in Instrumentis priuatis obligationis realis non requiritur dies, & consul, glo. & consulem, & ibi add. marg. in l. 2. §. idem Labeo, de aqua pluuia.
Instrumentum verificatur ex actu vero, nō ficto, l. prædia, 48. de adq. possessione.
Instrumentum non probat, nisi ea, de quib. notarius fuit rogatus, & quibus interfuit, d. l. prædia, in add. marg. 3
Instrumentum guarentigiatum habens conditionem reuerà purificatam, non tamen potest obtinere in iudicio exceptionem facti, donec pars notum faciat iudici purificatam conditionem esse argumento, l. hoc iure vtimur, 10. de verbor. oblig.
Instrumentum publicum præsumitur in dubio factum de partium voluntate, quia hæc est solemnitas intrinseca, glo. 1. ad fi. & ibi add. marg. in l. sciendum, 30. eodem.
Instrumentum promissionis qui non vult facere, tenetur ad interesse, & ita si aliquis mihi vend[illegible], cogitur ad faciendum mihi instrumentum venditionis, † l. ex ea parte, 121. & ibi add. [illegible] prob. gl. interponendæ, eod.
Instrumentum confect[illegible] in tabulis de ligno, vel cera facit fidem, l. qui tabulas, 27. & ib. gl. [illegible] atam haberi.
Instrumentum alicuius prodens, ex quo dominus instrumenti damnum passus est, punitur extraordinem, l. pen. §. 1. de extraordin. crimin.
Instrumentorum vnius partis copiam notarius, aduocatus, vel procurator faciens alteri parti, vel [illegible] tenentur criminaliter, l. 1. §. is, qui deposita, & ibi addit. marg. de falsis.
Instrumenta duorum penes se deposita à duobus, si depositarius alteri altero absente reddidit, aut aduersario prodidit, pro qualitate personæ, aut in metallum damnatur, aut in insulam deportatur, l. si quis aliquid, 38. §. instrumenta, de pœnis.
Instrumenta & acta sunt diuersa, tametsi laxa significatione nomine actorum instrumenta omnia comprehendantur, quib. causa instituitur, l. in fraudem, 45. §. neque, & ibi add. marg. de iure fisc.
Instrumentorum appellatione, quæ comprehendantur, per quam difficile [illegible] parare, l. notionem, 99. §. instrumentorum de verb. significatione.
Instrumenta quædam verè & propriè [illegible] instrumenta, vt chartæ, in quib. redigitur aliquid in scriptis, quædam dicuntur non verè, [illegible] ex interpretatione, vt puta testib. & isti, qui ex interpretatione, dicuntur instrumenta, [illegible] le, idest, nullo modo possunt separari ab instrumentis; tertiò dicitur instrumentum apparatus fundi, gl. separare, ibid. & gl. 1. in rub. in auth. de instrum. cautela, coll. 6.
Instrumenta communia debent esse penes digniorem, & ita penes fiscum, quando sunt communia fisco, & priuato; alteri tamen parti debet fieri copia, l. procurator, 7. de edendo. 4
Instrumenta communia, quæ fiunt penes fiscum, vel digniorem, altera parte poscente ad fidem probandam apud alium iudicem exhiberi debebunt, ibid.
Instrumenta communia fisco, & priuato dicuntur, quando sunt confecta super contractu facto ex parte fisci ex vna, & ex parte priuati ex alia, vel quando fiscus successit fratri alicuius priuati, gl. 2. ibid.
Instrumenta communia debet esse penes digniorem, qui debet præbere aliis instrumenti authentici copiam ad scribendum gl. 3. ibid.
Instrumentis authenticis, & originalibus tantum creditur, vel exemplis, vel rescriptis, gl. pe. ibid.
Instrumentum exemplare faciens mentionem alterius non probat, nisi producatur originale, aut alia probatio secundum leges debitæ quantitatis exhibeatur, a[illegible] l. si quis, C. eod.
Instrumentorum communium copia sine aliqua cognitione causæ debet pacti fieri, d. l. procurator.
Instrumentum exemplare, siue publicum, siue priuatum non facit fidem, nisi sit iudicis authoritate originale exemplatum, † gl. 1. in d. auth. si quis.
Instrumentum totum non solùm [illegible] probationem, sed etiam & quælibet pars instrumenti, l. ex conuentione, 11. C. de pactis.
Instrumenta potest quis subtrahere per se, ita vt non cadat in nomen furti, vt si apud eum sint, & non contrectet, sed celet, datur contra eum actio de dolo, si tamen contrectet, fieret furtum, & daretur actio furti ad duplum eius, quod continetur in instrumento, & sic non daretur actio de dolo, gl. 2. in l. sub prætextu, 19. C. de transact.
Instrumenta subtrahit quis per alium, quando ipse mandauit, vt acciperet ea, qui putans esse mandantis ea accepit, quo casu ipse mandator non committit furtum, quia non contrectauit, neque fuit præsens, nec accipiens committit furtum, quia non fuit in dolo, ibid.
Instrumenta subtrahens per se, vel per alium non tenetur furti cum actione de dolo, licèt ambæ sint famosæ, ibid.
Instrumentum venditionis licèt non sit factum, adhuc per hoc non impeditur, translatio dominij rei venditæ, & traditæ, l. quoties, 15. & ibi gl. non datorum C. de reiuend.
Instrumenta licèt non interueniant in contractib. & traditionib. non ideò minùs valent contractus, & traditiones, gl. non patietur, ibid.
Instrumenta ad me pertinentia si quis detineat, ego debeo iurare in litem, pro quanto nollem illum non exhibuisse, & in tantum condemnabitur, l. 4. & ibi gl. fi. C. ad exhibend.
Instrumenta alicuius inuadens accusari potest criminaliter solemnib. accusationib. potest etiam ad exhibendum ciuiliter cogi, l. instrumenta, 6. C. eod. 5
Instrumento si quis confiteatur se accepisse oleum, cùm accepisset pecuniam, non tenetur ad oleum, sed ad pecuniam, quam verè accepit, nisi in stipulationem oleum fuerit deductum, l. si non singuli, C. si certum petatur.

Inſtrumentum licèt non probet contra fiſcum, ex eo, quòd non fuit ſubſcriptum per notarium deputatum, probat tamen contra officialem, l.2.& ibi gloſſ.1.C. de conueniend. fiſcij debitorib.lib.10.

Inſtrumenta quitationum debent continere cauſam, quod intellige, quando ſunt facta ab eo, qui donare non poteſt, l.1.C. de apochis publi.lib.10.

Inſtrumentum ſolutionis ſolemniter factum habens non debet ampliùs moleſtari, l.2.C.eod.

11 Inſtrumenta, & priuilegia antiqua, poteſt quis petere, vt reparentur, gloſ.fin.in add.marg.in l.2.C.de diſcuſſorib. lib. 10.

Inſtrumenta & priuilegia vetuſtate corrupta, & obliterata tenentur concedentes ea renouare, & talis renouatio petitur officio iudicis, l.pe.in add. marg. C. de excuſa.muner.lib.10.

Inſtrumentorum conficiendorum ordo eſt quòd primò nomen Imperatoris, & annus imperij, item nomen conſulis & annorum conſulatus, item menſis, & dies, item dies ciuitatis factæ, ſi hoc ſit de conſuetudine, quintò ſeries, ſextò locus, ſeptimò ſubſcriptio teſtium & contrahentium, octauò ſubſcriptio tabellionis inſeratur, in Italia tamen anni Domini præponuntur, ſed in his loci conſuetudo ſuſpicitur, gl.2.in l.pen. C.de tabulariis, lib.10.

Inſtrumenta non valent, quæ non ſunt ſubnixa appoſitione diei, conſulis, & loci, neque valebunt, ſi ea, quæ de conſuetudine apponuntur, omittantur, niſi probentur ea ineſſe protocollo, atque breui tabellionis, gloſſ.acta, in addit.marg. in §.acta, in extrauag.de pace Conſtañtiæ.

Inſtrumento ſi contineatur partes fuiſſe præſentes, vel ſtipulationi interfuiſſe, ſtatur illi, niſi contrarium probetur, §.item verborum, Inſt.de inutilib.ſtipu.

Inſtrumentum non ſolùm per aliud inſtrumentum, quod eſt melius, ſed etiam per teſtes idoneos omni exceptione maiores poteſt reprobari, d. §. item verborum, & ibi gl. idoneos.

Inſtrumenta duo ſi ſint eiuſdem diei, ſed diuerſi loci, ſtatur ei inſtrumento, cui potiùs credendum ſit bonus iudex animaduerterit, aliàs neutri ſtandum eſt, † gl.ſcripturas, ibid.

in Inſtrumento debet inſeri dies & etiã alia ſunt neceſſaria inſeri, gl.eo die, ibid.

Inſtrumentum vacillare faciunt duo teſtes probantes per indirectum contra inſtrumentum, d.gl.eo die, in add.

Inſtrumentum per ſe vicem duorum teſtium habet, dicta gloſſa eo die.

contra Inſtrumentum quando agitur directè, tunc plures, quàm duo teſtes exiguntur, vt vincant illud, ſed quando contradicitur inſtrumento non directè, ſed per obliquum, tunc duo teſtes faciunt vacillare illud, ibid.

Inſtrumenta, & ſcripturas alienas habens in cuſtodiam ſi oſtendat aliis, & recitet, & copiam faciat, incidit in falſum, gloſſa recitauerit, in additione, in §. item lex Cornelia, Inſtitut. de publicis iudiciis.

Reliqua verbo, Chirographum, Depoſitum, 4. Documenta, Hereditaria, Imbreuiatura, Legatum, 66 Scriptura, Monumenta, Originale, Tabellio, 1. Tenor, Tranſactio, 21.22. Veritas, Ceſſio, 2.3, Creditor, 49. Debitor, 19. Dies, 1.

12 INSTRVMENTA edit debent ſine die, & conſule ne detur materia falſum fabricandi, vel cogitandi, ſed bene debet edi dies deſtinatæ ſolutionis, l.1.§.editione, de edendo.

Inſtrumenta communia, quæ petuntur edi, ſunt edenda in totum cum die, & conſule, gl.magna, ibid.

Inſtrumenta propria tanquàm ſua propria quando quis petit edi, ſunt edenda ei cum die & conſule, ibid.

Inſtrumentum quando parti à parte editur, licèt non teneatur edere cum die, & conſule, tamen tenetur edere nomina teſtium, & notarij, ibid.

Inſtrumentorum copia legendi, & deſcribendi facienda eſt ei, cui illa eduntur, gl. ſunt, in d.l.1.§. fi.

Inſtrumenta poſſunt edi etiam poſt publicatas atteſtationes, ib.

Inſtrumentum quando quis tenetur edere, non tenetur edere originale, ſed copiam, vel exemplum, l.ſi legatum, & ibi gl.1.eod.

Inſtrumenta edere cogitur quis contra ſe fiſco ſpeciali iure ad ſuam fundandam intentionem, l.ne quiſquam, eod.

Inſtrumentum in forma publica ille, cui notarius ſemel dedit, non poteſt petere, quod iterum à notario edatur, l.ſi quis, §.fi.eod.

Inſtrumentum exhiberi cogi poteſt quis actione ad exhibendum ratione dominij, quia inſtrumentum vel charta eſt ipſius, ſi is non habeat dominium, ſed debet agere actione in factum ex edicto de edendo, ſi ſua interſit exhiberi, gl. iudicio, in l.quædam, eod.

Inſtrumentorum exempla, quæ fiunt ad deliberationem, vel inſtructionem, & non ad probationem, edi poſſunt ſine ſubſcriptione, & ſine die, & conſule, l. exempla, & ibi gl.1.eod.

Inſtrumenta toties ſunt edenda fiſco, quoties de iure capiendi, vel de iure dominij, vel de alia ſimili re numaria quæritur, non ſi de capitali cauſa agatur, l.2. §.item Diui, de iure fiſci.

Inſtrumenta criminalia non eduntur fiſco, ciuilia autem ſic; vel ciuilia, & criminalia debent edi fiſco, ſed in ciuili, eo ipſo quòd non exhibentur, finguntur fiſco ſubtracta, vt poſſit agere furti pro ipſis inſtrumentis, quod non eſt in criminali, gl.fi.in l.2.C.de edendo.

Inſtrumenta ſi ſunt communia, debent edi vtrique parti, ſecus verò, ſi non ſint communia, gl.1.in l.fi.C.eod.

Inſtrumentum edere cogitur vterque ſiue actor, ſiue reus, ad hoc, vt videatur an ſit talis charta, cui iudex debeat dare fidem, vel non, & vt veritas conſtet, non tamen cogitur reus ad hoc, vt actor inſtruatur ad probationem per ſe præſtandam, ibidem.

Inſtrumentum commune vt exhibeat ſocius, poſſum ego conuenire ipſum condictione ob cauſam, vel ad exhibendum, vel vt exhibeat, vel ad intereſſe actione præſcriptis verbis poſſum agere, l.pacto ſucceſſorum, 26.& ibi glo.6. & fin. C.de pactis.

Inſtrumentum poteſt peti edi, vt reus conuentus fundet exceptionem ex inſtrumento actoris, ſed è contrà, vt ex inſtrumento rei actor poſſit fundare, peti non poteſt, † reprob.gl.eo die, in §.item verborum, Inſt.de inutili.ſtip.

Inſtrumentum poteſt peti edi, quando aduerſarius vtitur eo, quia tunc editur, vt videatur, an aliquid poſsit ei opponi, & tunc exhibetur, ſed ſine die & conſule, ne detur materia falſum fabricandi, ibidem.

Inſtrumentum poteſt peti edi, etiam vt de falſo accuſetur, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter, & contra quancumque partem inſtrumenti falſitas opponatur, ſi alio bono modo probari non poſsit, aliàs illa tantùm pars editur, contra quam opponitur, & debet exhiberi cum die, & conſule, d.gloſſ. eo die, & ibi add.marg.

Inſtrumenta poſſunt etiam peti edi, vel tradi per varia genera actionum, d.gloſ. eo die.

Reliqua verbo, Edere, 2.3. Editio, Heres, 105. Campſor, Argentarius.

INSTRVMENTVM ſi quis produxerit in iudicio pro ſe, ſi in eo aliquid contineatur, quod ſit ad fauorem alterius partis, poteſt aduerſarius eodem inſtrumento vti, gl.mag.ad fi.in l.1.§.editiones, de edendo. 1

Inſtrumentum producens intelligitur approbare illud, tam pro ſe, quàm contra ſe, ibidem.

Inſtrumentum producens videtur fateri vera omnia contenta in eo, adeò quòd contra illud aliquid ducere non poteſt, ibid.

Inſtrumenta, quæ producuntur de verbo ac verbum, ſi inſerantur in actis faciunt fidem perpetuò, licèt originale perdatur, l.chirographis, 57.& ibi glo.1.de adminiſtr.tutorum.

Inſtrumenta ſuſpecta producens ſi non poteſt probare ea eſſe vera, punitur iudicis arbitrio, qui quandoque multùm, quandoque parum, vel modicè punitur, & ſi produxit per errorem, & deſiſtat vti, probando ſuam innocentiam, ignoſcitur ei, l.diuus, 31.& ibi gl.fi. de falſis.

Inſtrumenta falſa ſcienter producens ſi ante accuſationem deſtitit vti, & tunc pœnam falſi euitat, ſed ſi ante accuſationem non deſtitit vti, tunc ſi teſtamentum falſum productum ſit, pœna falſi punitur, ſed ſi eſſet productum aliud inſtrumentum, tunc pro modo delicti puniri debet, gloſſ.fi.& ibi addit. margi. ibidem.

Inſtrumentum minùs legitimum à producente ſi ſit ſubſcriptum, vel etiam approbatum, probat contra ipſum, l.1.& ibi gl.3. C.ſi minor ſe maiorem dix.

Inſtrumentum producens eius fidem negatam probare debet priùs, deinde de falſo poteſt inſtitui accuſatio, l.fi.C.de falſis.

Inſtrumenta ſibi contradicentia ab eadem parte quando ſunt producta, nulli eorum creditur, ſecus eſt, quando teſtes contrarij ſibi producti ſunt ab eadem parte, quia tunc ſtatur veriora proferentibus, & dignioribus, & ratio eſt, quia ſcripturas inducens potuit prouidere, ne contrarias induceret, non tamen ille, qui teſtes contrarios induxit, gloſſ.contraria, in §.ſi verò quidam, in auth. de teſtibus, col.7.

Inſtrumentum tradendo videor debitum in eo contentum remiſit, glo.pen.in l. poſtquam, 7.C.de hered. inſtit.

Inſtrumentum ſemel in iudicio productum, & copiatum in actis facit plenam fidem, licèt authenticum non reperiatur, niſi redarguatur de falſo, l.fin. C.de fide inſtrum.

Inſtrumentum ſemel producens ſi condemnetur iterum producere, excuſatur, ſi iuret ſibi caſu, & non ſua culpa, vel dolo fuiſſe deperditum, & ſi noluerit iurare, inſtrumento nulla fides in cauſa adhibenda erit, ibid.

Inſtrumenta poſſunt produci poſt aperturam teſtium, cùm ibi non ſit ſuſpicio ſubornationis, & ita conſuetudo obſeruat, gl.productione, in authen.atqui ſemel, C.de probatio.

Inſtrumentum ſemel producere, vel exhibere ſufficit, niſi aduerſarius iuret non calumniandi cauſa ſe poſtulare, vt iterum producat, gl.exiſtimans, in l.fi. C.de fide inſtrum.

Inſtrumentum non poteſt denuò producere, qui renunciauit vſui illius inſtrumenti, quod in dubium reuocabatur, ſecus ſi in dubium non reuocabatur, ſed tantùm dixit ſe non vſurum illo inſtrumento, quia poteſt denuò producere, l. 3.& ibi gl.1.C.de fide inſtrumentorum.

Reliqua ſuprà nu.6.12.

INSTRVMENTVM non redarguitur de falſo per hoc, quòd probetur non fuiſſe ſtipulationem in illo inſtrumento, in quo erat ſcriptum, quod Titius interrogauit, & Mæuius ſpopondit, quia potuit quòd reſponſio fuiſſet ſequuta ex interuallo, gl.probetur, in l.iuris gentium, §.quod ferè, de pactis. 1

Inſtrumentum non redarguitur de falſo, per hoc, quòd licèt probetur contra id, quod reſultat ex præſumptione inſtrumenti, dict. §. quod ferè, & ibi gloſſa probetur.

Inſtrumenti verba quando poſſunt trahi ad falſum, & non falſum in dubio fit interpretatio, quòd non continent falſum, ibid.

Inſtrumentum ſi aduerſarius retinet, quod credo, vel dico falſum, poſſum ipſum vi eripere de manibus, & ad principem illud referre, l.2.& ibi gloſſ. 1. C.de paganis.

Inſtrumentum ratione partis falſæ dicitur falſum, ſi ſit indiuiduum, ſecus ſi verò ſi ſit indiuiduum, gl.firmes, in l.ſi ex falſis, 42.C.de tranſactio.

Inſtrumentum licèt ſit pronunciatum falſum contra vnum, non nocet pronunciatio alteri eo vtenti, ſed rectè ipſe poteſt accuſari, l.2.C. de fide inſtr.

Inſtrumento, de quo alius accuſatus falſi victus eſt, ſi vtatur alter contra aliquem, poteſt ipſe vtentem tali inſtrumento accuſare criminaliter lege Cornelia, vel agere ciuiliter excipiendo, vel actione in factum, gl.4.ibid.

Inſtrumento, de quo vnus accuſatus falſi victus eſt, vtens contra aliquem, accuſari poteſt, eò quòd falſo vtitur, gl.facere, ibid.

Inſtrumento falſo vtens licèt ipſe illud non fecerit, punitur tantùm relegatione per decennium, niſi deſiſtat, † gl.periculi, ibid.

Inſtrumentum tacitè videtur fateri falſum, qui renunciat vſui inſtrumenti, quod in dubium reuocabatur, ſcilicèt quòd valeret inſtrumentũ, vel non, l.3.C.eod.

Inſtrumentum licèt tacitè videatur fateri falſum, qui dicit ſe non vſurum eo inſtrumento, quod in dubium reuocabatur, accuſari tamen de falſo non poteſt, gl.fin. ibidem.

Inſtrumentum falſum per errorem approbans poteſt poſteà illud inſtrumentum reprobare, l.3.C.de falſis.

in Inſtrumenti confectione omiſsio ſolemnitatis inducit falſi ſuſpicionem, aduersùs quam præſumptionem iuris, & de iure non videtur probatio admitti poſſe, §.fi.& ibi add.marg.in auth.de tabellion.col.4.

uorum cultorum fundi paratum,& etiam frumentum, quod ſerendi causâ in fundo paratum,ac ſuppoſitum eſt,ibidem.

Inſtrumenta gratiâ conſeruandorum fructuum dicuntur granaria, quia in his fructus cuſtodiuntur,vrceoli, capſellæ, in quibus fructus componuntur, d. l. quæſitum,§.conſeruandi.

Inſtrumenti appellatione continentur etiam ea, quæ exportandorum fructuum causâ parata ſunt, veluti iumenta, vehicula, naues, & cuppæ, & culei,ibidem.

Inſtrumento fundi legato,ſi aliquos ex ſeruis,qui in fundo ſunt,legauit quis alij, reliqui ſerui,qui gratiâ fundi ſunt,legato inſtrumento continentur,d. l. quæſitum,§.Alphenus.

19 Inſtrumento fundi legato,non continetur ſeruus,qui quaſi colonus,& extraneus eſt in agro,putà mercede certa conſtituta,ibid.

Inſtrumento fundi legato, continentur etiam omnes ſerui ſalutarij, qui ſunt in agro, tam gratia conſeruandorum fructuum, quàm finium cuſtodiendorum cauſa,d.l.quæſitum,§.ſaltuarium.

Inſtrumento fundi legato,continetur ſeruus piſtor, tonſor, qui familiæ ruſticæ cauſſa ſunt parati,& faber villæ reficiendæ cauſſa paratus,& mulieres,quæ panem coquunt, & quæ villam ſeruant, & molitores ad vſum ruſticum parati, item ancilla forcaria,& villica,& lanificæ,quæ familiam ruſticam veſtiunt, & quæ coquunt pulmentaria,d.l.quæſitum,§.Trebatius.

Inſtrumento fundi legato, continetur etiam inſtrumentum inſtrumenti, veluti ancillæ focariæ, ſerui tonſores,& alij, qui ſeruorum operantium in agro causâ parati ſunt, item textores, & infantes ſeruorum, qui ſunt in agro agri gratiâ, ibid.

Inſtrumento fundi legato,continentur etiam pecora, quæ aliqua parte anni paſcuntur in fundo,in reliqua parte anni pabulum conducitur his aliunde,continentur etiam ſerui, qui aliqua parte anni colunt fundum, & in alia parte mittuntur ad locandum alibi,d.l.quæſitum,§.ſi aliqua.

Inſtrumento fundi legato,continetur etiam ſeruus cellarius præpoſitus,vt rationes ſaluæ ſint,item oſtiarius,mulio,molæ,& machinæ,fenum,& ſtipulæ, aſinus machinarius,& machina frumentaria,vas æneum, in quo ſapa coquitur, vt defrutum fieret, & aqua, quæ ad bibendum, & lauandum familiam paratur, item cribra, & plauſtra, quibus ſtercus vehitur, d. l. quæſitum, §. cellarium.

Inſtrumento fundi legato,non continentur ea,quæ ſolo cohærent, veluti arundineta,& ſalicta,antequàm ceſſa ſint, ſed ſi ceſſa ſint, continentur, cùm quærendo fructui deſeruiant,& idem dictum eſt in palis, ibid.

Inſtrumento fundi legato.continentur etiam venatores,& veſtigatores,& canes, & cætera,quæ ad venationem,quæ fit in agro,neceſſaria ſunt,maximè ſi ager ex hoc reditum habeat, continentur etiam aucupes, & plagæ, & huiuſmodi res agri,ſi in eo ex aucupio reditus fiat,ibid.

Inſtrumento fundi legato,continentur etiam aues,ſicut & apes, ſi ex his reditus fiat,ibid.

Inſtrumentum fundi non poteſt eſſe fundus,d.§.cellarium.

Inſtrumento fundi legato,non continentur ſupellex,& cætera, quæ in agro fuerunt,quò inſtructior eſſet teſtator,& non,quò inſtructior eſſet fundus,d.l.quęſitum, §. ſupellex.

Inſtrumento patrisfamilias legato,continentur etiam illa,quæ ſunt in agro,quò inſtructior eſſet paterfamilias,gl.fundi,ibid.

Inſtrumento domus legato,continentur etiam ea, quæ tempeſtatis arcendæ, vel incendij arcendi causâ, & non quæ voluptatis gratiâ parata ſunt, d. l. quæſitum,§.ſi domus.

Inſtrumenta domus dicuntur ea, quæ ad tutelam domus pertinent, & non quæ ad voluptatem,ſicut tabulæ depictæ,ibid.

20 Inſtrumento domus legato,non continentur ſpeculiaria,neque vela,quæ frigoris,vel vmbræ causâ,& ad voluptatem in domo ſunt,continentur tamen vela, cilicia,quæ ideò parantur,ne ædificia pluuia,vel vento laborent,d.§.ſi domus, & ibi gloſſa laborent.

Inſtrumenta domus non dicuntur ornamenta, quæ ad voluptatem parata ſunt; veluti tabulæ depictæ, quæ dici poſſunt inſtrumenta perſonæ, cùm ex his domus non perficiatur,d.§.ſi domus,& ibi gl.ad voluptatem.

Inſtrumento domus continentur centones,ſiphones,funes,perticæ, ſcalæ, phormiones, ſpongiæ, amæ & ſcopæ,& acetum, quod incendij extinguendi causâ paratur,item tegulæ non affixę,& tignum ad huiuſmodi effectum paratum,& ad alios vſus non deſeruiens,& etiam fulcimenta huic rei neceſſaria,d.l.quæſitum,§.acetum.

Inſtrumento domus non continentur vela,quæ in hypethris, vel apothecis, vel ſtationibus extenduntur,nec quæ ſunt circa columnas,quia illa magis ſunt ſupellectili annumeranda, rectè tamen continentur inſtrumento patrisfamilias,d.l.quæſitum,§.de velis,& ibi gl.ſupellectili.

Inſtrumento domus continentur canales,harpagones,& amæ,item perticæ,quibus araneæ deterguntur, item ſpongiæ, quibus columnæ, pauimenta, & ſpodia exterguntur,& ſcalæ,quæ ad lacunaria admoueantur,d.l. quæſitum, §. canales, eod.

Inſtrumento domus non continentur ſigilla, & ſtatuæ domui affixæ, quia illa domus portio ſunt,d.l.quæſitum,§.Papinianus.

Inſtrumento domus non continentur ſigilla,& ſtatuæ domui affixæ,quia illa ſupellectili annumerantur,excepto horologio æreo,quòd non eſt affixum,quia illud inſtrumento domus continetur,ſicut prothyrum domus, ſi velamen eſt, ibidem.

Inſtrumenta domus non dicuntur fiſtulæ,canales,crateres, & illa, quæ ſunt neceſſaria ad aquas ſalientes,item ſeræ, & claues, quæ omnia magis ſunt portio domus,d.l.quæſitum,§ fiſtulæ.

Inſtrumento domus continentur cancelli,ſed non ſpecularia affixa,quia illa domus pars ſunt, ſecus ſi non ſint repoſita ad hoc, tamen ſint de nouo facta & parata,vt ſuppleantur,ſi qua deſint,ibid.

Inſtrumentò tabernæ cauponiæ legato,etiam inſtitores continentur, l. tabernæ, eod.tit.

Inſtrumentum tabernæ differt ab inſtrumento cauponæ, quia tabernæ non ſunt, niſi,loci inſtrumenta veluti doliaria vaſa,ancones,calices,& trullæ, quæ circa cœnam ſolent traiici,item,vrnæ areæ,& congiaria,& ſextaria, & ſimilia, ſed cauponæ dicuntur etiam inſtitores,ibid.

Inſtrumento villæ legatorum continetur ſupellex, ſecus ſi legata eſſet villa in- 2
ſtructa,l.villæ,& ibi gl.2.eod.

Inſtrumento vineæ legato, continentur pali, perticæ, raſtri, & ligones, d. l. villæ.

Inſtrumento fundi continentur ancillæ lanificæ ad veſtiendum familiam ruſticam,ſed non continentur ancillæ lanificæ,quæ ſunt in fundo,vt inſtructus eſſet dominus, quia tunc dicuntur illæ eſſe inſtrumenta patrisfamilias, & non fundi,quæ continentur ſub inſtructo fundo,d.l.villæ,& ibi gl.fi.

Inſtrumento pictoris legato,continentur ceræ,colores,& ſimilia,item peniculi, cauteria,& conchæ,l.item pictoris,17 eod.

Inſtrumento piſcatorio legato, continentur nauiculæ, quæ piſcium capiendorum causâ paratæ ſunt, & ſerui piſcatores, quos in eo miniſterio habebat paterfamilias,qui & ipſe erat piſcator,ibid.

Inſtrumento balneatorio legato,continetur etiam ſeruus balneator,& cùm balneæ ſine balneatoribus vſum ſuum præbere non poſſint, & etiam fornacator, ibi.& l.tabernæ,§.fin.cum leg.ſeq.eod.

Inſtrumento lanionis legato, continentur ſemota carne, menſæ, ſuper quibus venditur caro,pondera, ferramenta, & etiam alia, quæ laniandæ carnis cauſa parata ſunt,item trutinæ,cultri,& dolabræ,l.cùm de lanionis, eod.

Inſtrumento fundi non continetur mola, nec aſina molendinaria, quæ molam ducit,niſi ſit ruſtico operi deputata,d.l.cum de lanionis,§.aſinam,& ibi gloſſ. negar.

Inſtrumento piſtorio legato, continentur etiam ſerui piſtores, ſi paterfamilias piſtrinum exercuerit per ſe, ſecus ſi per ſe non exercuerit,quia primo caſu piſtores ſerui ſunt inſtrumentum dominis piſtoribus per ſe exercentibus,ſed in ſecundo piſtrinum dicitur paratum ipſis ſeruis piſtoribus, l. cùm de lanionis, §. 1.& ibi gl.piſtrinum,de fund.inſtruct.

Inſtrumento fundi continentur caçabi, & patinæ, & vas æneum, quid ſupra focum pendet,in quo calefit aqua ad potandum,& vrcei, quibus aqua infunditur in dictum vas ahenum,& etiam vaſa, quibus aqua infunditur in dictos vrceos,& ſic in infinitum,ſi conſtet de voluntate teſtatoris,ſed ſi non conſtet, inſpicitur in his conſuetudo regionis,vnde erat teſtator,d.l.cùm de lanionis, §.aſinam.

Inſtrumento fundi continentur ſerui villici,qui non penſionis certa quantitate, vt extraneus colonus,ſed fide domino debita colit, item meta molendinaria, ideſt,inferior pars villæ,ſi ruſticis eius fundi operariis moleretur,item bubulcus, ſiue araret fundum bobus,ſiue paſceret boues aratorios,d.l.cùm de lanionis,§.cùm de villico.

Inſtrumento fundi continentur putatores vineæ, qui eius fundi causâ habentur, 2
item paſtores,& foſſores,ibid.

Inſtrumento medici continentur collyria,& emplaſtra,& cætera huiuſmodi generis,d.l.cùm de lanionis,§.in inſtrumento

Inſtrumenti legatum eſt vniuerſale, & ideò recipit augmentum vſque ad mortem teſtatoris,l. ſi mancipia.

Inſtrumento fundi continentur etiam mancipia colendi agri causâ inducta, vt ibi ſint perpetuò,ibid.

Inſtrumento villæ non continentur fructus repoſiti, neque equitium, neque ſupellex, quando legatur villa cum inſtrumento, ſed quando legatur villa inſtructa,continetur ſupellex,† d.l.ſi mancipia,§.fi.& ibi gl. pen.

Inſtrumento villæ non continetur ſeruus peritus arte, vel fabrica, qui annuam mercedem præſtabat domino,& laborabat,cui volebat, d. §. fin. & ibi gloſſ.fin.

Inſtrumento domus, vel ædificij legato, non continentur ſerui parati operæ, vel alij rei,quia illi non ſunt inſtrumentum domus,l.Seiæ,§.Caio,& ibi gloſſ. paratos,eod.

Inſtrumento domus continetur etiam id, quod alibi causâ cuſtodiæ repoſitum eſt,d.l.Seiæ,§.fi.

Inſtrumento tabernæ continetur illud, quo exercetur negotiatio, quæ fit in taberna,licèt magis loci,quàm negotiationis ſit nomen tabernæ,l.cùm quæratur,& ibi gl.2.eod.

Inſtrumento fundi legato,continentur omnia pecora parata ad ſtercorandum,licèt ſint vltra numerum, qui neceſſarius erat, & ita licèt mille oues ſufficiant ad ſtercorandum fundum,nihilominùs tamen duo millia, quæ ſunt in fundo ad ſtercorandum,continentur inſtrumento fundi,l.fundi inſtrumento,eod.

Inſtrumento fundi,vbi eſt fornax,legato,non videtur legare fornaces,d.l. fundi, §.quidam,& ibi gl.figulorum.

Inſtrumento omni fundi legato,excepto pecore, non continentur legatores,paſtores,ouiliones,nec ouilia,d.l.fundi,§.fi.

Inſtrumento fundi legato,continentur etiam molæ manuariæ, ideſt, quæ manu hominum ducebantur,item molæ iumentariæ, ideſt, quæ iumento ducebantur,l.dolia,§.fi.eod.

Inſtrumento fundi legato, continentur molæ, quæ ſunt paratæ ad vſum prædij ruſtici, ſed non molæ ad vſum quotidianum paratæ, in quibus fit falſa, quia illæ magis continentur appellatione ſupellectilis, quàm appellatione inſtrumenti,gl.molas,in add.in d.§.fin.

Inſtrumento fundi maritimi legato,non continentur ſerui piſcatores, qui ſolebant in miniſterio teſtatoris eſſe, & quocunque eum ſequi, etiam ſi tempore mortis teſtatoris in prædiis legatis deprehenſi fuerint,l.prædia,eod.

Inſtrumentum cuiuſque rei neceſſe eſt quòd ſit alterius generis, atque ea res, cuius inſtrumentum eſſe,l.fi.eod.

Inſtrumento nauis non continetur ſcapha nauis, quia mediocritate non genere differt ab ea, ibid.

Inſtrumenta fundi dicuntur boues,aratrum,ligones,falces meſſoriæ, putatoriæ, & ſimilia,gl.4.in l.2.C.de verbor.ſignific.

Inſtrumentum fundi eſt apparatus rerum diutiùs permanſurarum,ſine quib.non poſſet exerceri poſſeſſio, & ſunt inſtrumenta fundi colendi ſeruandi gratiâ comparata,gl.inſtrumento,in §.ſi quis ancillas,Inſt.de legatis.

Inſtrumen

Instrumentum si faber fregerit, non imputatur ei, qui locavit opus, l. 2. §. 1. ad leg. Rhodiam.

Instrumentum cauponarum dicuntur personæ; quas habet quis pro exercenda caupona, l. palàm, 43. §. non est ignoscendum, & ibi gl. 1. in add. marg. de ritu nuptiarum.

Reliqua verbo, Domus, 14. Legatum, 67. usque 70. Supellex. Legans, 8. 9.

1 INSVLA dicitur impropriè domus, quæ non est circumdata communib. parietib. propriè tamen significat terram aqua circumdatam, glos. insulis, in l. 3. de officio præfect. vigil.

Insulæ Italiæ pars Italiæ sunt, & insulæ cuiuscunque provinciæ sunt pars eiusdem provinciæ, l. insula, de iudiciis.

in Insula Italiæ existens debet respondere in Italia, gl. 1. ibid.

Insula quandoque dicitur domus, quæ non coniungitur communibus parietib. cum vicinis, circuitúque, aut publico, aut privato cincta, à similitudine earum terrarum, quæ fluminibus, aut mari eminent suntque in salo, unde litera, a, mutata in u, dicitur insula l. 4. in add. marg. de impensis, & gl. insula, & ibi add. in §. insula, Inst. de rerum diuis.

Insulæ nasci frequenter accidit in fluminib. sed raro in mari, gl. 1. in l. etiam ea, 17. de legatis, 3.

Insula, quæ in mari nascitur, occupantis fit, l. adeo, 7. §. insula, de adqui. rerum dominio, & l. 1. & ibi gl. in mari, de adqui. poss.

Insula nata in mari nullius esse creditur, & etiam nata in flumine, si agri undique sint limitati, d. leg. adeò, 7. §. insula, & ibi gloss. nullius, de adqui. rerum dominio.

Insula nata in medio fluminis communis est eorum, qui ab utraque parte fluminis prope ripam prædia possident, pro modo latitudinis cuiusque prædij, quæ latitudo prope ripam sit, d. §. insula & l. inter eos, 29. eod. & §. insula, Inst. de rerum diuis.

Insula nata in flumine, si proximior sit alteri parti, eorum tantùm est, qui ab ea parte prope ripam prædia possident, d. §. insula, & dict. l. inter eos.

Insula nata si accreuerit fundo illius, qui inferiorem partem fundi vēdiderat, ad emptorem nihil pertinet ex ea insula, si ea frontem venditæ partis nihil respiciat, l. ergo, 30. de adqui. rer. dominio.

Insula tribus modis fit in flumine, uno modo cùm agrum, qui aluei non fuit, circumfluit fluuius, altero cùm locum, qui aluei esset, siccum relinquit, & circumfluere cœpit, tertio cùm paulatim coalluendo locum eminentem supra alueum facit, & eum alluendo auxit, d. l. ergo, § tribus.

Insula, quam facit flumen circumfluendo aluei locum, qui exsiccatus fuit, vel paulatim coalluendo de terra, & facit locum eminentem supra alueum fluminis, dicitur esse eius, cuius ager propior fuerat, cum primum extitit, ibi. & l. pe. & ibi gl. tua, eod.

2 Insula, quam facit flumen circumfluendo agrum, qui aluei non fuit, dicitur esse eius, cuius erat ille ager, d. §. tribus.

Insula nata in flumine ante faciem agri mei, eiusdem longitudinis, cuius est ager meus, & sic tota mea facta est, etiam sit meum, quod postea per alluuionem adcreuit insulæ, etiam si illud augmentum sit ante faciem agri vicini, quia illud augmentum cedit insulæ iam factæ meæ, l. si insula, 56. eod.

Insula nata in flumine eiusdem generis est, cuius ripæ fluminum, quæ quoad usum sunt publicæ, quoad proprietatem sunt eorum, qui possident prope ripam, l. pe. & ibi gl. ripæ, eod.

Insula, quæ non ipsi alueo fluminis cohæret, sed virgultis, aut alia qualibet leui materia ita sustinetur in flumine, ut solum eius non tangat, atque ipsa mouetur, eius proprietas non est publica, sed huic eius vsus, d. l. pe. & ibi gl. prope modum.

Insula nata iuxta fundi mei ripam si inter eam, & contrariam ripam, alia insula nata sit, illa eius illius, qui magis propinquus ... & mensurari debet ab insula, quæ mea est, & non ab agro meo, dict. l. pen. §. pen.

Insula in mari nata eius fit, qui priùs eius possessionem nactus fuerit: secus est in insula in flumine nata, nisi sint ibi agri limitati, l. 1. & ibi gl. in mari, de adqui. possess.

Insula si in flumine publico nata sit, & in ea aliquid fiat, non videtur aliquid fieri in publico, l. 1. §. si insula, de fluminib.

Insula in flumine publico nata, aut occupantis est, si limitati, ac certis finibus determinati fuerint agri, ut nulla occasione dominium eorum possit augeri, aut eius, cuius ripam contingit, aut si in medio aluei nata sit, eorum est, qui prope utrasque ripas prædia possident d. § si insula, & ibi gl limitati.

Insula nata in flumine accrescit prædio, quod prope ripam est, & ita petens insulam, videtur petere prædium ... agri limitati, vbi non habet locum alluuio, gl. in l. eǵi, 26. §. n. de except. rei iudi.

Insulam ædificari idem est, quod domum ædificari in mari, quæ est quasi insula, gl. 1. in l. si insulam 84. de verb. oblig.

Insula dicitur quasi in salo, id est, in salo posita, ibid.

Insularum alia est naturalis, ut Corsica, Sardinia, alia casualis, vel accidentalis, quæ in flumine sæpe nascitur, in mari, perraro, gl. insula, in add. in §. insula, Inst. de rerum diuis.

Insulæ naturales sunt principis, non in dominio patrimoniali, sed in iurisdictionali, ibidem.

Insularius dicitur præpositus ad refectionem insulæ, vel dicitur inquilinus, qui præpositus est domui conducendæ, vel dicitur custos domus ab aliis seiunctæ, gl. 5. & ibi add. marg. in l. 5. de instit. actione.

Reliqua verbo, ... Deportatus, Fructuarius, 7. 8.

Locam., 1. Relegare. Relegatus.

INTELLIGERE, & intelligere debere paria sunt, gl. fi. in l. quod te, si certum petatur.

Intelligere dicitur quis in 12. vel 14. annos, nisi sit furiosus, & ideò sola ea ætas sufficit ad contrahendum matrimonium, gloss. 1. in l. in sponsalibus, 14. de sponsalib.

Intelligi aliquid sic non debet, ut sit superuacuum, si aliquis intellectus sanus possit ei dari, gl. fi. in l. 1. §. fi. ad municipalem.

INTELLECTVS, qui vitiet, non subintelligitur, gloss. fin. in l. fin. de fideicommiss. libertat. gl. vt non, in l. Titia, 134. §. 1. de verb. oblig.

Intellectus subauditus si est prauus, non est obseruandus, gl. fi. in l. 2. C. de conditio. insertis.

Reliqua verbo, Prodigus, Mens.

INTENTIO, & oratio differunt, quia intentio ad actorem, oratio ad eum refertur, gl. 1. in l. si quis intentione, 66. de iudiciis.

Intentio intrinseca in corde retenta repetitionem non parit, l. quod quis, 50. de condictione indeb.

Reliqua verbo, Exceptio, 36. Mens.

INTERAGENTES dicuntur, qui sunt inter eos, qui res Imperiales administrant, vel qui morantur circa latus principis, gl. inter agentes, in l. 1. §. 1. C. de nouo Codice facien.

INTERCEDENDI pro aliquo quinque sunt modi, scilicet mandando, constituendo, fideiubendo, alienando, obligationem ab initio suscipiendo, & alienam iam natam animo nouandi in se transferendo, gloss. putat, in l. in personam, §. 1. de pactis.

Intercessio dicitur officium, l. 3 §. si filiusfamilias, de peculio.

Reliqua verbo, Fideiubere, Fideiussio, Mulier, 58. usque 63.

INTERDICERE potest quis aliquem ea prouincia, quam regit, sed alia interdicere non potest, l. relegatorum, §. interdicere, de interdictis.

Interdici potest quis ea prouincia, vnde oriundus est, ab eo, qui regit eam prouinciam, in qua domicilium habet, ibid.

INTERDICTIO aquæ & ignis fiebat, his qui commercium societasque hominum, ne quis eos vrbe, mensa, tecto, aut lare reciperet, l. 2. in add. marg. de publ. iudi.

Interdictionis aquæ & ignis loco habetur hodiè deportatio, gl. fin. in l. qui dolo, ad leg Iul. de vi publi. gl. 1. in l. 1. C. de repud.

Interdictio aquæ & ignis extinguit iura ciuilia, & sic patriam potestatem, quæ est de iure ciuili, l. Gallus, §. & quid si tantum, de liber. & posthu.

Interdictio bonorum facta ei, qui prodigus non est, valet, cùm sit facta contra ius litigatoris, non contra ius legis, † gl. ratum, & ibi add. in §. item prodigus, Inst. quib. non est permissum facere testam.

Reliqua verbo, Aqua, 19 Deportatus, Bannitus, Deportatio, Prohibere, Deportare.

Interdictum in genere nu. 1. usque 6.

Interdictum adipiscendæ, nu. 7.

Interdictum quorum bonorum, nu. 8.

Interdictum quorum legatorum, num. 9.

Interdictum Saluianum, nu. 10.

Interdictum retinendæ, nu. 11.

Interdictum vti possidetis, & vtrobi, 12. vsque nu. 15.

Interdictum recuperandæ, nu. 16.

Interdictum vnde vi, nu. 17. vsque 22.

Interdictum quod vi aut clàm, nu. 23. vsque 29.

Interdictum nunciationis & demolitorium, num 30.

Interdictum ne vis fiat ædificanti, vel alij, nu 31.

Interdictum de itinere actuque, nu. 33. 34. 35.

Interdictum de aqua quotidiana, nu. 36. 37 38.

Interdictum de fonte, nu. 39.

Interdictum de riuis, nu. 40.

Interdictum de cloacis purgandis, nu. 41.

Interdictum de superioribus glandibus legendis & de arboribus cædendis, nu. 41.

Interdictum de precario, nu 43.

Interdictum de mortuo inferendo, nu. 44.

Interdictum ne quid in loco sacro, nu. 45. 46.

Interdictum ne quid in flumine publico, nu. 47. 48.

Interdictum de migrando, nu 49.

Interdictum de tabulis exhibend nu. 50. 51 52.

Interdictum de libero homine exhibendo, nu. 53.

Interdictum de liberis exhibendis nu. 54.

INTERDICTVM si sit alicui minoribus, non censetur interdictus maioribus, sed interdictum maioribus, videtur interdictum etiam minoribus, l. cui pacto, & ibi gl. fi. de seruis exportand l. relegatorum, §. constitutum, & ibi gl. vrbe, & §. potest, & ibi add. marg. de interdictis. 1

Interdicta si sit alicui patria sua, vel ciuitas aliqua, etiam vrbs interdicta videtur ei, sed non econtrà, gl. fi. in d. l. cui pacto, de seruis export. & d. §. constitutum, & ibi gl. vrbe, & ibi add.

Interdicta hodiè dicuntur actiones in factum, gloss. etiam, in l. 1. §. non fuit, de dolo.

Interdicta instar possessionis obtinent; quædam tamen interdicta sunt, quæ instar proprietatis obtinent, vt de libero exhibendo, in quo probat quis se datum, & alia quædam, gl. ad instar, in l. eum, qui, § 1 de Publiciana.

Interdictum ecclesiasticum, cùm ad certum tempus, vel diem suspenditur, intereà valet interdictum, sed eius effectus differtur, l. cum hic status, 32. §. siue, in addit. marg. de donat. inter virum.

Interdicta restitutoria respiciunt opera præterita, sed interdicta prohibitoria respiciunt futura, l. 1. §. 1. de noui operis nunciat.

Interdicta non sunt actiones, sed vim actionum habent, & continentur actionis verbo, l. actionis, & ibi gloss. pen. de actio. & oblig. gloss. in rub. Inst. de interdictis.

Interdicta dicuntur, quia inter duos reddita sunt, d. gl. pe. & gloss. 1. in rub. & ibi add. marg. C. de interdictis.

Interdicto alicui loco incolatus videtur ei interdictus locus originis, sed non econtrà l. relegatorum, §. constitutum, & ibi gl. vrbe, & §. potest, in add. marg. de interdictis.

Interdictum si sit alicui vno honore, non solùm eum honorem non potest petere, sed nec eos honores, qui eo honore maiores sunt, d. l. relegatorum, §. final.

Interdictum cui est minoribus, non debet ille frui maioribus, gl. 1. in l. fi. C. de seruis exportand.

Interdictum cui est pomœrium, & ciuitas videtur interdicta, gl. fi. ibid.

Interdictum cui eſt maioribus,poteſt vti minoribus,ibid.
Interdicta olim certa forma, & conceptione verborum à prætore introducta erant,quæ verba hodiè non ſunt in vſu,authoritas tamen,& vis interdicti hodiè,ſicut olim eſt in in vſu,gl.1.in rub.C.de interdictis.
Interdicta in albo prætoris erant propoſita, vel in libro prætoris, vel in aliqua alba materia,vt chartula,ebore,vel marmore,l.1.& ibi gl.2.C.eod.
Interdictorum cognitio leuior eſt,quàm aliarum cauſarum,gl.1.in l.2.C.eod.
Interdicta,licèt in extraordinariis iudiciis propriè locum non habent, tamen ad exemplum eorum res agitur,l.3.C.eod.
Interdicta cum ſolemnitate, cum qua olim proponebantur, hodiè non habent locum; hodiè tamen ſine illa ſolemnitate antiquorum verborum habent locum,ſicut quælibet actio,gl.fi.ibid.
Interdictorum natura eſt,quòd poſſeſſorium priùs,quàm petitorium intentetur: item quòd ſub eodem iudice,ibid.
Interdicta omnia ſunt perſonalia,licèt ſint in rem ſcripta,ibid.
ex Interdicto omni oritur vtilis actio in factum, & veniunt fructus poſt litis conteſtationem,in nullo tamen interdicto veniunt ante litis conteſtationem, niſi in interdicto vnde vi,in quo veniunt à die expulſionis,ibid.
Interdictum omne poteſt vtiliter proponi directis verbis deficientibus,ibid.
Interdictum nullum reperitur,quod infamet,& in nullo interdicto iudex ſe interponit,niſi in homine ſuæ prouinciæ,ibi.& gl.fi.in l.ſi quis in tantam, 7. C. vnde vi,gl.fi.in l.3.de interdictis.
Interdictum quodlibet poteſt proponi hodiè ſine ſolemnitate,gl.fi.in l. 3. C. de interdictis,§.fi.& ibi gl.2.Inſt.de interdictis,& gl.fi.in l.3.eod.
Interdictum qui proponit in limine iudicij,tenetur actionem exprimere,l.fi.C. de interdictis.
Interdictum reſtitutorium ſcilicet retinendæ, vel recuperandæ poſſeſſionis naturalem in ſe habet æquitatem,gl.in rubric.C.de precario.
inter Interdicta,& actiones eſt differentia,ſicut inter matrem,& filiam, cùm ex interdicto oriatur actio in factum,item interdicta tanquàm à prætore inducta ſunt prætoria,ſed actiones pro maiore parte à iure ciuili ſunt inductæ, † reprob.gl.nihil aliud,in add.in principio,Inſt.de actio.
3 Interdicta vtplurimùm verſantur,quando circa poſſeſſionem,vel quaſi poſſeſſionem rerum inter aliquos contendebatur,in princ.Inſt.de interdictis.
Interdicta,& actiones olim differebant,quia interdicta à prætorib. ſed actiones à cæteris Magiſtratibus formabantur,† gl.conceptiones,ibid.
Interdicta omnia ſunt prætoria,ibid.
Interdicta prætoris olim cum certis ſolemnitatibus proponebantur, & ex formulis agebatur, quæ ſolemnitates hodiè receſſerunt, & ita hodiè interdicta non proponuntur ſolemniter verbis exquiſitis, ſed in locum interdictorum proponitur actio in factum,quæ actio accommodata eſt interdictis,d.gl.conceptiones,& ibi add.marg.& gl.fi.in l.3.de interdictis.
Interdicta omnia ſiue prohibitoria, ſiue reſtitutoria, ſiue exhibitoria, dicuntur interdicta,licèt vltima duo non interdicant,§.in ſumma,Inſt.de interdictis.
Interdictum fraudatorium dabatur etiam ad reuocanda alienata in fraudem creditorum,cuius loco hodiè eſt edictum,quæ in fraudem creditorum, gl. periculum,in l.ſi,poſtulante,67.ad Trebel.
Interdictum fraudatorium datur, vbi quis in fraudem creditoris ſui res alienat alteri creditori ſuo, nam ſi ille alter fraudem participet, hoc interdicto ſcilicet de his,quæ in fraudem,tenetur, l. pupilli debitor,96. & ibi addit. marg. de ſolutio.
Interdictorum fraudatorium eſt ſpeciale interdictum, & non accipitur pro interdicto de his,quæ in fraudem creditorum,† gl.interdicto,in l.pupilli debitor,96.eod.
Interdictorum quædam ſunt prohibitoria, quibus prætor vetat aliquid fieri, vt interdictum, ne vis fiat,& de mortuo inferendo; quædam ſunt reſtitutoria, quibus prætor iubet reſtitui aliquid,vt interdictum quorum bonorum, & vnde vi;quædam ſunt exhibitoria,per quæ prætor iubet exhiberi,veluti interdictum de libero homine exhibendo,§.in ſumma,Inſt.de interdictis,& l.1.§.interdictorum,& ibi gl.exhibitoria,& gl.ſeq.de interdictis.
Interdicta quædam ſunt mixta,ſcilicet tam prohibitoria,quàm exhibitoria,nam petitur exhiberi,& prohibetur inuitus retineri,gl.reſtitutoria,in d. §. in ſumma,& d.§.interdictorum,& ibi gl.miſta.
4 Interdicta quædam ſunt ſimplicia,quędam duplicia,§.tertia diuiſio,Inſt.de interdictis,l.2.& ibi gl.1.& 2.de interdictis.
Interdicta ſimplicia dicuntur,in quib.alter actor,alter reus cognoſcitur, qualia ſunt omnia reſtitutoria,& exhibitoria,& quædam prohibitoria,vt ne quid in loco ſacro,vel in flumine publico,vel ripa fiat,nam & in illis actor eſt,qui deſiderat,ne quid fiat,reus eſt,qui aliquid facere conatur,ibid.
Interdicta duplicia dicantur, in quib. actor à reo diſcerni non poteſt, ſed vnuſquiſque ſuſtinet partem tam rei,quàm actoris,veluti interdictum vti poſſidetis,& vtrobi,ibid.
Interdictum nihil aliud eſt, quàm actio prætoria, & quodcunque proponatur, non eſt ius,ſcilicet an actio prætoria,quæ pro interdicto competit,an interdictum proponatur,† gl.2.in rub.de interd.
Interdicta ſunt certæ formæ,verborúmque conceptiones, quib. prætor cùm de poſſeſſione contendebatur,iubebat aliquid fieri,aut fieri prohibebat, in principio Inſti.de interdictis,l.1. in add.marg.de interdictis.
Interdicta competunt pro diuinis rebus,aut pro humanis,d.l.1.
Interdicta pro diuinis rebus competunt, vt pro rebus ſacris, vel religioſis locis, ibidem.
Interdicta pro humanis rebus dupliciter competunt,aut pro rebus,quæ ſunt alicuius,aut pro rebus,quæ liberæ,ac nullius ſunt,ibid.
Interdicta competunt de liberis perſonis exhibendis,& deducendis, vt de libero homine exhibendo,& de liberis exhibendis,d.l.1.& ibi gl.2.
Interdicta,quæ competunt pro rebus alicuius,quædam ſunt publica,quædam ſingulorum;publica ſunt,quæ tractant de locis publicis,de viis, & fluminib. publicis,d.l.1.
Interdicta ſingulorum,ideſt,ad ſingulorum vtilitatem ſpectantia, quædam pertinent ad vniuerſitatem bonorum, veluti interdictum quorum bonorum, quod ſolum eſt vniuerſale, quædam pertinent ad res ſingulas, vt interdictum vti poſſidetis,& interdictum de itinere,actúque priuato,ibid.
Interdictum,ne vis fiat ei,dicitur miſtum, quia prohibitorium, & reſtitutorium eſt, nam prohibet prætor vim fieri poſſidenti, & amiſſam poſſeſſionem iubet reſtitui,gl.miſta,in l.1.§.interdictorum, de interdict.
Interdicta quædam ad præſens tempus referuntur,veluti vti poſſidetis, nam qui præſentialiter,ideſt,tempore litis conteſtationis poſſidet, non vi, non clàm, non precariò obtinet,quædam verò referuntur ad præteritum, vt de itinere, actúque,& de aqua æſtiua,d.l.1.§.pe.& ibi gl.vti poſſidetis.
Interdicta omnia licèt in rem videantur concepta, quandoque, vt quod vi, aut clàm, & interdictum, de noui operis nunciatione, vi tamen ipſa perſonalia ſunt,quia obligatus eſt,qui tenetur interdicto ad id quod venit in interdicto, d.l.1.§.penult.& ibi gl.concepta,& gl penult.
Interdicta quædam ſunt annalia,quædam ſunt perpetua,d.l.1.§.fin.
Interdictis annalibus pœnam non rem perſequimur,ſed perpetuis rem ipſam, d. §.fin.in addit.marg.
Interdicta ea perpetuò dantur,quæ continent rei perſequutionem,nec ex maleficio dantur, ſed quæ ſunt ex maleficio, aut non continent rei perſequutionem,terminantur anno,niſi de eo, quod peruenit ad maleficum, vel heredem eius,de quo perpetuò agitur,gl.fin.ibid.
Interdictum annale dicitur,vnde vi, & de eo, quod non peruenit ad violentum, interdictum de tabulis exhibendis perpetuum eſt,ibid.
Interdicta duplicia dicuntur vtrobi, & de ſuperficiebus, & quandoque de aqua quotidiana,& æſtiua,vt quando proponitur inter emptores & heredes, & bonorum poſſeſſores,gl.vti poſſidetis,in l.2.eod.
Interdicta prohibitoria dicuntur de arboribus cædendis, & de itinere actúque priuato,gl.prohibitoria,in d.l.2.eod.
Interdicta omnia prohibitoria non ſunt ſimplicia, quia quædam duplicia ſunt, vt vti poſſidetis,& vtrobi,ibid.
Interdicta quędam competunt diuini iuris cauſa,& de religione,ſicut eſt,ne quid in loco ſacro fiat,vel quod factum eſt reſtituatur,& de mortuo inferendo,vel ſepulcro ædificando,d.l.2.§.fi.
Interdicta hominum cauſa dicuntur competere illa,quæ ad publicam vtilitatem pertinent,vel quæ ſui iuris tuendi gratia,vel cauſa tuendi officij,vel rei familiaris pertinent,d.l.2.§.hominum.
Interdicta,quæ publicæ vtilitatis cauſa competunt,ſunt,vt via publica vti liceat, & flumine publico,& ne quid fiat in via publica,ibid.
Interdicta,quæ iuris ſui tuendi cauſa competunt,ſunt de liberis exhibendis,& de liberto exhibendo,& de vxore exhibenda,d.l.2.§.iuris,& ibi gl. liberis.
Interdictum,quod officij tuendi cauſſa competit,dicitur de libero homine exhibendo,ſimiliter de vaſſallo exhibendo,ſeu ciue,ſeu monacho,vel pupillo,quis ius habet,d.§.iuris,& ibi add.marg.
Interdicta quædam rei, ideſt, proprietatis perſequutionem continent, veluti de itinere actuque priuato,ſecundùm quod datur volenti reficere iter,vnde probat dominium ſeruitutis, & idem in interdicto, quod datur pro aqua ex caſtello ducenda,& in interdicto de arboribus cædendis,d.l.2.§.quædam, & ibi gl. priuato.
Interdicta,quæ de locis ſacris & religioſis proponuntur, quaſi proprietatis cauſam continent,& agens debet probare rem ſacram,& religioſam,d.§.quędam, & ibi gl.de liberis.
in Interdictis,quæ dantur pro re familiari,non eſt mirum,quòd probatur quandoque cauſa proprietatis,cùm & in interdictis de religioſis,& ſacris,& de his, quæ ſunt iuris ſui tuendi cauſa inuenta,prohibetur cauſa quaſi proprietatis,d. §.quædam,& ibi gl.vt non ſit.
Interdicta, quæ ad rem familiarem pertinent, aut ſunt adipiſcendæ poſſeſſionis aut recuperandæ,aut retinendæ,d.l.2.§.hæc autem,eod.
Interdicta duplicia dicuntur tam recuperandæ,quàm adipiſcendæ poſſeſſionis,vt eſt interdictum,ne vis fiat ei,d.l.2.§.fin.& ibi gl.fin.
Interdicta omnia ſunt perſonalia,gl.fi.in l.3.eod.
in Interdictis omnibus habetur ratio fructuum ex die litis conteſtationis, fallit in interdicto,vnde vi,in quo veniunt à die expulſionis,& quandoque in interdicto,vnde vi, in quo veniunt à die expulſionis, & quandoque in interdicto, quod vi aut clàm,ibid.
per Interdicta quæſtio debet præcedere, cùm ſint de poſſeſſione,ibid.
Interdicta,quæ ſunt annalia,fiunt perpetua de eo,quod perueniunt ad eum,cum quo agitur,ibi.& l.4.eod.
Interdicta,quæ ſunt annua ad agendum,ſunt perpetua ad excipiendum, gl. fi. in d.l.3.eodem.
Interdicta omnia non dantur noxaliter,ſed ea tantùm dantur noxaliter, quæ ex maleficio ſunt,non alia,† ibid.
in Interdicto nullo habetur ratio fructuum ante litis conteſtationem,niſi in interdicto,vnde vi,ibid.
Interdictum nullum redditur,niſi inter non ſubiectos,ibid.
Interdictum nullum pœnaliter,ibid.
Interdicta noxalia ſunt ea,quæ ob delictum eorum,quos in poteſtate habemus, dantur,veluti cùm vi deiecerunt,aut vi,aut clàm opus fecerunt,l. fin. eod.
Interdicta licèt perſonalia ſint,in rem tamen ſunt ſcripta, & tranſeunt aduersùs quemlibet ſucceſſorem rei peruentione,† gl.ſiue in rem,in add.marg.in l.1.§. prodeſt,quorum legatorum.
Interdictum nullum infamat infamia iuris,l.neque vnde,de vi,& vi armata, gl. fi.in l.3.de interdictis.

Reliqua verbo,Seruitus,48.49.Actio,90.215.216.217.Fructus,12.Fraus.

INTERDICTA adipiſcendæ poſſeſſionis dicuntur,quæ competunt, qui poſſeſſionem antè non ſunt nacti,l.2.§.hæc autem,de interdictis.
Interdicta adipiſcendæ poſſeſſionis ſunt, quorum bonorum, & Saluianum interdictum,quod eſt de pignoribus, ideſt, de poſſeſſione rerum coloni tacitè obligatarum,& interdictum,quo itinere venditor vſus eſt,quo minùs emptor vtatur,ibidem.
Interdictorum quædam ſunt adipiſcendæ, quædam retinendæ, quædam recuperandæ,§.ſequens,Inſt.de interdictis.

dominantis, quæ inquietatur,eò quòd seruitute debita vti non permittitur, ibidem.

Interdictum, vti possidetis, datur pro rebus immobilibus, & ideò ad exhibendum in eo agi non potest,† gl.interest,in l.3.§.sciendum,ad exhibend.

Interdictum,vti possidetis,datur naturaliter possidenti, gloss. non possessionem, in additione margin.in l.3.fina.de adquir. possessione.

Interdictum,vti possidetis,datur pro ciuili possessione, quæ turbatur per retentionem naturalis possessionis clandestinè occupatæ, gloss. fin.in l.clàm possidere,6.§.qui ad nundinas,eodem.

Interdictum,vti possidetis,quandoque habet effectum recuperandæ possessionis, licet aliàs solùm consueuerit tueri possessionem,ibidem.

Interdictum,vti possidetis, etiã post amissam possessionem competit,si in amissione cœpit interesse amittentis, ibi.

Interdictum, vti possidetis, prohibitorium est ad retinendam possessionem, & competit pro immobili,nam pro mobili datur vtrobi,l.1.§.1.& ibi gl.hoc interdictum,vti possidetis.

Interdictum,vti possidetis, datur inter vsumfructuarium,& proprietarium,quorum vnus ciuiliter,alter naturaliter possidet, licèt quilibet de altero negaret, vnde pro vtroque datur sententia,gloss. 1.ibi.& l.fi.& ibi gl.1.eod.

Interdictum vtile, vti possidetis, datur pro rebus incorporalibus, vt pro quasi possessione vsus, & vsusfructus, & cæterarum seruitutum, licèt propriè non possideantur,d.glo.1.in add.marg.in d.§.1.& gl.2.in l.1.C.eod.

Interdictum,vti possidetis, non competit pro cloacis,quia in illis est specialiter prouisum per tria interdicta, d.l. 1.& ibi gl.non dabo,vti possidetis.

Interdictum,vti possidetis,datur,ne me inquietes in possessione, & ad interesse præteritæ inquietationis, ideſt, quanti mea interest possedisse retrò ab anno citrà,non vltrà,sed ad prohibendam vim,& possessionem tuendam datur perpetuò,d.l.1.& ibi gloss.neque pluris.

in Interdicto, vti possidetis, currit annus à die redditi interdicti retrò, d. gl. neque pluris.

13 in Interdicto,vti possidetis,obtinebit ille, qui in soli possessione habet potiorem causam, d. l.1.§.1.

Interdicti, vti possidetis, proponendi causa fuit, vt in iudicio rei vendicationis separata esset possessio à proprietate, dicta l.1.§. huius.

Interdictum, vti possidetis, datur inter eos, inter quos contenditur vter possideat, quia alteruter se magis possidere affirmat, ibid.

Interdictum,vti possidetis, datur etiam contra inquietantem,licèt non contendat se possidere,gl.affirmat,ibi.& glo.multis,in d.l.1.§.restituendæ, & gl.1.in l.3. eodem.

Interdictum,vti possidetis,retinendæ possessionis est,cuius rei causa redditur,ne vis fiat ei,qui possidet,& consequenter proponitur post interdictum vnde vi, d.l. 1.§.est igitur.

Interdictum,vti possidetis,tuetur, ne amittatur possessio, sed interdictum, vnde vi,amissam possessionem restituit,ibid.

Interdictum vti possidetis,defendit possessorem,sed interdictum,vnde vi,oppugnat violentum possessorem,& cogit restituere possessionem, quam per vim occupauit, ibid.

per Interdictum,vti possidetis,defenditur ille,qui non vi,non clàm, non precariò possidet ab aduersario,sed si vi,clàm, vel precariò possideat ab aduersario,succumberet in hoc interdicto, sed quoad extraneum obtineret, d.l. 1.§. perpetuò,& ibi glossa perpetuò,& §. fin.& ibi gl.fin.

Interdictum,vti possidetis, datur possessori, sed actio, hoc est, rei vendicatio, nunquàm datur possessori,ibidem.

Interdictum,vti possidetis, habet locum, siue contendatur de possessione totius fundi, siue certæ partis fundi,siue pro indiuiso contendat quis se possidere,d. l.1.§.pe.

Interdictum,vti possidetis,habet locum in omnibus possessionibus,quæ sunt soli,& sic rei immobilis,dummodò possideri possint,ibid.

Interdictum,vti possidetis,non datur pro Ecclesia,foro, basilica, theatro, re sacra,vel religiosa,cùm hæc non possideantur,gl. possint,ibid.

in Interdicto,vti possidetis,nihil refert aduersùs extraneos an iusta, vel iniusta sit possessio,quia qualiscunque possessor,eo ipso quòd possessor est, plus iuris habet,quàm ille,qui nec naturaliter,nec etiam iniustè possidet quoad alios,l. 2.& ibi gl.fi.eod.

Interdictum,vti possidetis,duplex est,& hi, quibus competit illud,sunt actores, & rei,l.3.§. 1.vti possidetis.

14 Interdictum,vti possidetis, competit etiam ei, qui in suo ædificare prohibetur, quando prohibens facit possessiones controuersiam ei,quem prohibet vti sua possessione, secus si prohiberet non faciendo ei possessionis controuersiam, sed dicendo se habere seruitutem, ne altiùs tolleret, quo casu competit ei actio negatoria,vel vtile interdictum vti possidetis, dicta l.3.§.1.& ibi glossa vti mea.

Interdictumvtile,vti possidetis,datur mihi contra turbantem me in possessione mea iure seruitutis,quam asserit se habere,gl.1.in d.l.3.in prin.

Interdictum,vti possidetis,datur quasi possessori iuris,ne turbetur in eo, d.l.3.§. sed si suprà,in add.marg.

in Interdicto, vti possidetis, fit condemnatio ad ipsius rei æstimationem, ideſt, quanti vniuscuiusque interest, possessionem retinere liberè, & in ea non esse turbatum,d.l.3.§.in hoc interdicto.

in Interdicto,vti possidetis,æstimatur habito respectu ad possessionem, non ad ipsam rem,d.l.3.§.fi.& ibi add.marg.

Interdictum,vti possidetis,datur etiam inter duos fructuarios asserentes se possidere,& quilibet de alio negat,& potest esse,quòd alter,vel ambo vincerent, vel neuter eorum,l.fin.& ibi gl.1 eod.

Interdictum,vti possidetis, datur ciuiliter tantùm possidenti, & etiam naturaliter tantùm possidenti,d.l.fi.& ibi gl.2.

Interdictum,vti possidetis,datur vsufructuario pro possessione rei,in qua habet vsumfructum,† gl.defendat,ibid.

Interdictum,vti possidetis, datur inter vsuarium, & fructuarium, quia vterque habet naturalem possessionem,d.l.fi.& ibi gl. fi.

Interdictum,vti possidetis, non datur possidenti alieno nomine, etiam si non vi,non clàm,non precariò possideat ab aduersario,l.1.§.si tibi fundum,de itin. actúque priu.

Interdictum,vti possidetis,competit illi,qui turbatur in iuribus,& iurisdictionibus suis,l.sanè si maris,14.de iniuriis.

Interdictum,vti possidetis, vtrobi, & alia multa sunt accommodata ad priuatas caussas,non ad publicas,introducta tamen sunt caussa publici iuris,d.l.sanè,& ibi glo.fin.

Interdicto,vti possidetis,prohibetur quis in possessione sua turbari, nisi à turbante possideat vi,clàm,vel precariò,& in petitorio intentato,si non satisdat, possessio in agentem transfertur,l.1.C.vti possidetis.

Interdictum,vti possidetis,non habet locum in cloaca,quamuis sit res immobilis,quia speciale interdictum de ea datur,gl.2.in l.1.C.eod. 15

Interdictum,vti possidetis,vt habeat locum,requiritur,vt quis possideat tempore litis contestationis,gl.3.ibid.

Interdictum,vti possidetis,vt mihi competat contra aliquem,non est necesse, vt & se contendat possidere,sed sufficit,quòd me possidentem inquietet,& tenetur ille etiam actione iniuriarum,gloss.nec vi,ibid.

in Interdictum,vti possidetis, competit mihi contra eum, qui clàm à me possidet,hoc est,me absente clàm intrat possessionem meam,gl.nec clàm, ibid.

Interdictum,vti possidetis,competit mihi contra eum,cui concessi precariò, vt possideret naturaliter tantùm,& ille me turbat in mea ciuili, sed si ciuilem,& naturalem concesserim, non competit mihi interdictum, cùm non possideam,gl.nec precariò,ibid.

Interdicta,vti possidetis, & vtrobi, dantur quando est contentio de possessione, quis scilicet possideat,§.retinendæ,Inst.de interdictis.

inter Interdicta,vti possidetis,& vtrobi,olim erat differentia, quia in vti possidetis, ille vincebat, qui interdicti tempore possidebat, si verò nõn vi, non clàm, non precariò nactus fuerit possessionem ab aduersario, etiam si alium vi expulerat,aut clàm arripuerat alienam possessionem,aut precariò rogauerat aliquem,vt sibi possidere liceret,sed in vtrobi vincebat, qui maiore parte eius anni,nec vi,nec clàm,nec precariò possidebat ab aduersario,ibid.

Interdicto,vti possidetis,& vtrobi, hodiè exæquata sunt quantùm ad possessionem,& ita in illis vincit is, qui tempore litis contestationis possidebat, non vi,non clàm, non precariò ab aduersario, tamen hodiè etiam remanet differentia,vt olim,quoad hoc,vt vti possidetis in rebus immobilibus, sed vtrobi in mobilibus locum habeat,d.§.retinendæ,& ibi glo.quantum,glo.1.in l.1.C. vti possid.

per Interdictum, vti possidetis, non vinco illum, qui habet à me precariò,omnem possessionem, sed vinco eum, qui habet precariò possessionem tantùm naturalem, aut nullam habet à me,etiam si ego habeam possessionem ab alio vi,clàm,vel precariò,gl.nec clàm in fi.ibi in d.§.retinendæ.

Interdictum vtrobi datur tantùm pro mobilibus,& dicitur ab vtrum, & vbi, ita, vt vtrum ponatur pro apud,vel pro penes,& vbi pro quem, ideſt, penes quem est res mobilis,ibi sit, gl.1.in l.1.C.vti possidetis.

Interdicto vtrobi prohibetur quis, ne vis fiat ei, quominùs ducat hominem, quem possidet maiore parte anni, l.1.vtrobi.

Interdictum vtrobi habet locum in possessione rerum mobilium, & adæquatur interdicto,vti possidetis,quod datur pro rebus immobilibus,ibid.

in Interdicto vtrobi obtinet ille, qui nec vi,nec clàm, nec precariò, dum super hoc ab aduersario inquietatur,possessionem habet,ibid.

in Interdicto vtrobi is ex duobus potior erat, qui maiore parte anni possideat, sed hodiè inspicitur qui tempore litis contestationis possedit,gl.1.ibid.

Reliqua verbo, Tectoria, Vtrobi.

INTERDICTA recuperandæ possessionis proponuntur sub rubrica, vnde vi, scilicet interdictum directum,& vtile vt vsufructuario,& vsuario,alia etiam interdicta recuperandæ sunt in aliis titulis,l.2.§.pen.de interdictis. 1

Interdicto recuperandæ possessionis agenti si opponatur exceptio dominij,priùs debet agi de violenta possessione,quàm de dominio,l.5.§.si de vi, & ibi gl.de vi,& ibi add.marg.ad leg.Iul.de vi publica.

Interdictum recuperandæ possessionis dicitur vnde vi, §. recuperandæ, Inst. de interdictis.

Reliqua verbo, Possessor, 16, Possessorium, Recuperanda, Possessio, 19.20. Spoliatus, & inf.nu.seq.

INTERDICTVM vnde vi,non habet locum, quando audito quòd quis veniret cum armis,fundum suum dereliquit,quia non videtur deiectus, qui deiici non expectauit,l.metum,9.quod met.cau. 17

Interdictum,vnde vi,habet locum in rebus tantùm soli,ideſt, in ipso solo, & rebus eidem cohærentibus, etiam si mobiles sint, & etiam habet locum de eo, quod ad violentum peruenit perpetuò, & pro alio, quod non peruenit intra annum,& habet locum vbi,neque coacta,neque spontanea voluntas intercessit,gl.fi.in l.extat,eodem.

in Interdicto, vnde vi,tenetur quis indistinctè de causa, secus in actione, quod metus causa, quia arbitraria est, gloss. itaque,in l.si cum exceptione, §.quatenus, eodem.

Interdicto, vnde vi, potest quis agere pro rebus mobilibus occasione immobilium,gl.omnium,in l.cuiuscunque,60.de vsufructu.

Interdictum,vnde vi,licèt de iure non infamet,tamen de facto infamat,cum nomine doli detur,gl.1.in l.licèt,de obsequiis à liberis.

Interdicto, vnde vi, agere non potest quis pro ciuili recuperanda,quam absens perdidit,& posteà agit interdicto vti possidetis,pro naturali,glo.fi.ad fi.in l clàm,6.§.qui ad nundinas,de adqui.possessione.

Interdictum,vnde vi,ex eo,quòd competat contra dominum serui,qui ignorante domino vi possedit,non sequitur,quòd domino sit quæsita possessio,l.quod seruus,24.& ibi gl.2.eod.

Interdictum,vnde vi,datur nomine partium fundi,glo.non singulæ,in l.2.§.cum Stichum,pro emptore.

Interdictum,vnde vi,vel lex,si quis in tantam,non habet locum contra eum,qui prohibet per vim venire in possessionem,eum, qui iussus erat venire à prætore, cùm is missus, vel mitti iussus non possideat, † glossa vt vim, in l.1.§

l.1.§.hæc actio,ne vis fiat ei.

Interdictum,vnde vi,datur pro vi facta cum armis,vel ſine armis,dolo malo,vel pro re immobili tantùm;ſed lex,ſi quis in tantam,datur etiam ſine dolo, et detur contra eum,qui credidit ſibi licere, & competit etiam ad mobilia; ſed lex extat,quod metus cauſa,habet locum,quando non eſt facta vis,ſed ſua authoritate alienam rem temere apprehendit etiam c[illegible] g[illegible] conſtitutionibus in l.1.§.1.de vi, & vi armata.

Interdictum,vnde vi,concurrit cum lege,ſi quis in tantam,ibid.

Interdictum,vnde vi,non pertinet ad omnem vim,ſed ad [illegible] atrocem,ideſt, in qua dolus ineſt,& ad eos tantùm,qui de ſolo,vel poſſeſſione deiiciuntur,puta de fundo,vel area,vel de ædificio,ad alium autem non pertinet, d.l.1.§ hoc interdictum.

Interdictum,vnde vi,non habet locum pro violentia compulſiua, ſed pro expulſiua,d.§.hoc interdictum,& ibi gl.deiiciuntur,& l.ſi rerum,eod.

Interdictum, vnde vi, pertinet generaliter ad omnes, qui de re ſolo cohærent. deiiciuntur,& ita competit,qualiſcunque ſit locus,vnde vi deiectus eſt, etiam ſi fuerit inſula ſuperficiaria, de qua quis vi deiectus fuit, d.l.1.§.& generaliter.

Interdictum,vnde vi,datur vſufructuario,vel vſurario,ſi vi deiecti fuerint,gloſſ. ſuperficiaria,ibid.

Interdictum, vnde vi, non pertinet ad res mobiles principaliter, nam pro illis agitur ex cauſa furti,vel vi bonorum raptorum,aut actione ad exhibendum, d.l.1.illud vtique.

Interdictum,vnde vi,datur etiam nomine earum rerum, quæ ſunt in fundo, vel in ædibus,vnde quis vi deiectus eſt,d.l.1.§.planè ſi quæ.

Interdictum,vnde vi,non datur ei,qui de naui deiectus eſt,ſicut nec ei,qui de vehiculo deiectus eſt,ibid.

Interdictum, vnde vi, datur eiecto de ligneis ædibus, quia habet interdictum quale quale ſit illud, quod ſolo cohæreat, vt ei cedat, vnde quis vi deiectus fuit,ſecus ſi ſolo non cohæreat ita,vt ei cederet,d.l.1.§.plane ſi quis,& ibi gl. cohæreat.

Interdictum, vnde vi, habet locum, quando quis vi deiectus eſt de arbore, qui cohærebat ſolo, ſecus ſi non cohæreret ſolo, d. gloſſa cohæreat, in additio. margin.

Interdictum,vnde vi,habet locum,quando deiicitur,quis per vim, ſiue à poſſeſſione naturali,ſiue à ciuili,d.l.1.§.deiicitur.

Interdictum, vnde vi, competit vxori deiectæ à poſſeſſione rei, quam vir ei donauit,ibidem.

Interdictio, vnde vi, ſi vtatur deiectus aduersùs eum,qui in libertatem ex ſeruitute,vel contrà petitur poſt inchoatum liberare iudicium litem conteſtando, ac is liber iudicatus fuerit, & apparuerit ignorante eo ab eius ſeruis agentem vi deiectum,in poſſeſsionem reſtituitur,d.l.1.§.ſi aduersùs.

Interdictum,vnde vi, competit domino, ſi deiectus fuerit de poſſeſſione ſeruus vel procurator,aut colonus, aut quiuis alius, per quam ipſe poſſidebat, d.l.1., §. quod ſeruus.

Interdictum,vnde vi,nulli competi,niſi ei,qui tunc cùm deiiceretur, poſſidebat, nec alius deiici de poſſeſſione videtur,quàm,qui poſſidet,d.l.1.§.interdictum autem.

Interdictum, vnde vi, vt competat duo ſunt neceſſaria; primum, quòd deiectus tempore deiectionis verè corpore,vel animo poſſideat, ſecundum, quod vere poſſeſſioné amittat non tamen eſt neceſſe, quòd poſſeſſio quæratur violento, cùm etiam de eo,quod non peruenit competat intra annum,gloſſ.poſſidebat, ibidem.

Interdictum vtile, vnde vi, datur ei, qui ſuſpicatus eſt ſe poſſe repelli ab eo, qui ingreſſus eſt poſſeſſionem ſuam ipſo abſente,† gl.poſſeſſionem,in d.l.1.§.ſiue autem.

Interdictum vtile, vnde vi, datur contra dominum, quando familia,vel mercenarius expulerunt aliquem de prædio, & eius poſſeſſio peruenit ad dominum. ex delicto eorum,ibi.

Interdictum,vnde vi,datur etiam ei,qui deiici de prædio non expectauit,ſed vi dit homines venire, & ſi illi veniebant licèt non fuerint ingreſſi in prædium ibidem.

Interdictum,vnde vi, competit illi, qui à me vi poſſidens ab alio vi deiectus eſt, d.l.1.§.qui à me,eod.

Interdictum, vnde vi, competit contra me ei, qui à me per vim poſſidens à me ipſo poſteà ex interuallo deiectus eſt, & ita teneor ego,& poſteà agere debeo contra eum,† gl.habet,ibi.

Interdictum, vnde vi, competit directò non ſolùm pro rebus ſuis propriis, ſed etiam pro rebus,quæ apud eum depoſitæ,vel pigneratæ,aut commodatæ ſunt, quarum vſum,vel cuſtodiam, aut vſumfructum habuit, & etiam pro his, quæ locatæ ei fuerunt,d l.1.§.quod autem,& ibi.gl.commodatæ.

Interdictum,vnde vi,veniunt res,quæ tempore deiectionis, & poſt deiectionem mortuæ ſunt,etiam ſine eius culpa,d.l.1.§. rectiſſimè.

In Interdicto,vnde vi,annus vtilis, qui datur pro re immobili ablata,ac pro eius fructibus, & pro rebus mobilibus, duæ illic erant, ac pro earum fructibus, & vtilitatibus, computatur ex die, quo quis deiectus eſt, ſed in aliis interdictis ex die,quo edita ſunt,computatur annus, & non retrò,d.l.1.§.annus.

Interdicto,vnde vi, tenetur deiiciens reſtituere omnia, quæcunque deiectus habiturus,& aſſequututus erat,ſi vi deiectus non eſſet,d.l.1.§.annus,eod.

Interdicto,vnde vi, deiiciens etiam ſi non poſſideat, cogitur nihilominùs reſtituere,ſcilicet æſtimationem,d.l.1.§.ex interdicto.

Interdictum,vnde vi,atrocitatem facinoris in ſe continet, & ideò non datur liberto in patronum, nec liberis in parentes, ſed loco illius interdicti datur actio in factum, niſi liberi, vel liberti ſint expulſi vi armata, aut econtrà parentes, vel patroni, quo caſu datur interdictum vnde vi, d.l.1.§. interdictum hoc,quia.

Interdictum,vnde vi,competit heredi, cæteriſque ſucceſſoribus, & econtrà, non datur in heredem,niſi peruenerit,d.l.1.§.hoc interdictum,& ibi gl.competit.

Interdictum, vnde vi, non competit retinenti poſſeſſionem per ſuos, licèt ipſe deiectus fuerit, niſi hi, qui remanſerunt in fundo, cœperint à deiiciente poſſideri,d.l.1.§.non alij.

Interdictum,vnde vi,vel actio in factum loco illius interdicti datur etiam in heredem, & cæteros ſucceſſores in id, quod ad eos peruenit, aut dolo malo eorum factum eſt,quominùs perueniret,& datur perpetuò,d.l.1.§.fin.& ibi gloſ. penult.& fin.& l.2.& 3.eodem.

Interdictum, vnde vi, non competit fugienti, & reliquenti poſſeſſionem ſuam vano metu,l.3.§.ſi quis,eod.

Interdictum,vnde vi, datur etiam aduersùs eum, qui dolo malo fecit, quo quis armis deiiceretur,vt quia ſuaſerit ei,d.l.3.§.cùm procurator.

Interdictum,vnde vi,datur contra deiicientem perpetuò in id,quod ad eum peruenit,ibi.

Interdictum,vnde vi,datur fructuario, vſuario, & etiam habitationem habenti, ſi prohibeantur vti frui,d.l.3.§.vti frui,& §.vnde vi,& ibi gl.fructuario.

Interdictum,vnde vi,non datur deiecto à quaſi poſſeſſione iuris incorporalis, d. gl fructuario,& ibi add.marg.

Interdictum,vnde vi,non datur ei, qui prohibitus eſt vti frui re mobili, niſi res mobiles cedebant rei ſoli,nam ſi fuerint in ædificio,vel prædio, in quo habebat vſumfructum,datur interdictum etiam pro rebus mobilibus ibi exiſtentibus,d.§. vti frui.

Interdictum,vnde vi,datur etiam ei, qui fundo, vel ædificiis vti frui prohibitus eſt,ibidem.

Interdictum, vnde vi,datur fructuario contra eum, qui prohibet frui fructuarium,qui iam vti frui inceperat, ſed non contra eum, qui ab initio volentem incipere vti frui prohibuit, ibid.

Interdictum directum, vnde vi, non datur deiecto à iuriſdictionis quaſi poſſeſſione,ſed bene vtile interdictum,† gl.fructuario,& ibi add.marg.

Interdictum, vnde vi, competit contra municipes in id, quod ad eos peruenit, quando quis deiicit nomine municipum,l.ſi vi me,eod.

Interdicto,vnde vi,teneor,quatenus ad me peruenit ex deiectione,vel expulſione facta ab eo,cuius factum reputatur meum,licèt non mandauerim, nec ratum habuerim, nec nomine meo geſtum fuerit, ſecus ſi ab eo, cuius factum non reputatur meum,quia tunc non teneor ex aliquo,gl.ſi.in additione margin.ibidem.

Interdictum,vnde vi,pro vi compulſiua non habet locúm, ſed bene actio, quod metus cauſa,l.ſi rerum,& ibi gl.ſi.eod.tit.

in Interdicto, vnde vi, fit condemnatio quanti actoris intereſt poſsidere, quod vltra rei pretium extenditur, quandoque in maiorem ſummam, quandoque in minorem, & hoc intereſſe probatur iuramento in litem contra doloſum, vel contumacem reſtituere,l.in interdicto,& ibi glo.1.eod.

Interdictum,vnde vi,non competit mihi contra tertium deiicientem eum, qui me deiecit,niſi deiiciens me fuerit non ſoluendo,l.cum à te,& ibi gloſſ. non poſſum, eodem. 21

Interdictum,vnde vi,non datur pro ſola rei immobilis detentione,quinimo vera exigitur poſſeſsio, ob idque non datur colono, ſed in rebus mobilibus rei immobilis acceſſoriis,in quibus ex conſequenti locum habet hoc interdictum,non eſt neceſſaria poſſeſsio,ſed ſufficit ſola detentio,gl. 1.in add.marg. 1. l.Falcinius,eod.

Interdictum,vnde vi, non datur pro violentia inquietatiua, vel turbatiua, l.vim facit,& ibi gl.1.eod.

Interdictum, vnde vi, competit aduersùs filiumfamilias deiicientem, & etiam eius patrem in id, quod ad eos peruenit,l.in interdicto, 16. & ibi gloſſa 1. eodem.

Interdictum recuperandæ poſſeſsionis, veluti, vnde vi,concurrit cum petitorio, l.cùm fundum,18.§.ſi.& ibi gl.fin.eod.

Interdicto,vnde vi, agenti poteſt aduerſarius obiicere exceptionem, vnde vi, ſi excipiens patiebatur magnum damnum,aut copiam iudicis non haberet,†reprob gl.dari,in l.ſi alius,§.belliſsimè,quod vi,aut clàm.

Interdictum,vndé vi,non datur in heredem etiam in id, quod ad eum peruenit, ſed bene actiones in factum,gl.ſi.in l.2.§ ſi,vi bonorum raptorum, gl.ſi.in l.1. C.ex delicto defunctorum;& gl.non competere,in §.non autem, Inſt.de perpetuis,& temporalibus actio.

Interdictum,vnde vi,non infamat,l.ſi præſes,32.& ibi gl.pe.de pœnis.

Interdictum,vnde vi,etiam ad mobilia occaſione immobilium datur, glo.cogetur, in l.ſi maritus, 10.C.de donatio.inter virum,gl.ſi.in l.4.C. de teſtamen. manumiſ.

Interdictum, vnde vi, eſt annale, & non datur contra heredes ſpoliatoris, niſi quatenus ad eos peruenit,ſed poſt litem conteſtatam contra defunctum inſolidum tenentur heredes,l.2.& ibi gl.ſi C vnde vi.

Interdictum,vnde vi,eſt momentariæ poſſeſsionis ſua origine, ſicut & illa, quæ pro poſſeſsione competunt,gl.1.& 2 in l.momentariæ,8.C.eod.

Interdictum, vnde vi, interdum naſcitur ex vi publica,interdum ex vi priuata, d.l.momentariæ,& ibi gl.1.& 2.

Interdicto,vnde vi,qui vult vti,habet neceſſe inſcribere, ibid.

in Interdicto,vnde vi,veniunt omnes acceſsiones,lucra, & damna, ac ex conſtitutione,ſi quis in tantam,non proſequitur,niſi duplum,d.gl.1.

Interdicto,vnde vi,quando agitur,dicitur iudicium momentariæ poſſeſsionis,& ideò non poteſt appellari,ſecus ſi agitur ex lege,ſi quis in tantam, quia tunc dicitur eſſe iudicium proprietatis,& non poſſeſsionis,ibid. 22

Interdictum, vnde vi, non habet locum contra occupantem poſſeſsionem rei alienæ,l.ſi.& ibi gl.2.C.eod.

in Interdicto,vnde vi,ad recuperandam poſſeſsionem eius rei,quæ non peruenit ad violentum,ſtatum eſt tempus vnius anni,gl.elapſa,in l.1. C.ſi per vim, vel alio modo,& l.licèt,5.& ibi gl. 1.C de exceptio.

Interdictum,vnde vi,ratione naturalis poſſeſsionis clandeſtinæ non datur mihi, quia ciuilem retineo,quæ mihi ignoranti auferri non poteſt,& tempore, quo accepit clàm,non fuit natum interdictum, vnde vi,nunc ex eo, quòd non admittor in poſſeſsione naturali,non naſcitur, quia olim fuit amiſſa poſſeſsio, gl.nec clàm,in l.1.C.vti poſsidetis.

Interdictum, vnde vi, locum habet intra annum pro his, quæ peruenerunt ad violentum, pro aliis perpetuò, & hoc ſi ciuiliter & naturaliter poſsideat deiectus,

iectus, si autem naturaliter tantùm, vtile tantùm habet, vt fructuarius, glo. restitui, in §. in summa, Instit. de interdictis.

Interdictum recuperandæ possessionis dicitur vnde vi, §. recuperandæ, Inst. eod.

Interdictum vnde vi, datur pro rebus mobilibus, sed pro mobilibus datur vi bonorum raptorum actio, nisi mobilia cum immobilib. perantur, quia tunc datur vnde vi, gl. 1. ibid.

Interdictum, vnde vi, dicitur ideò, quia talia erant verba prætoris, vnde in illum deiecisti, & ita sumpsit denominationem à principio verborum prætoris, glo. 2. ibidem.

Interdictum, vnde vi, competit vi deiecto pro recuperanda possessione contra deiectorem, licèt deiectus haberet illam possessionem vi, aut clàm ab eo, qui vi deiecit ex interuallo tamen, secus si is deiecisset incontinenti, d. §. recuperandæ, & ibi gl. 3.

Reliqua verbo, Edictum, 10. *Deiectus, Deiiciens, Inuadere, Prædo, Spoliatus, Vis.* 1. 2. 3. 5. *Violentia, Possessor,* 16. *infrà num.* 23. *vsque* 29. *Possidere,* 6. *Appellatio,* 23. *Constitutio, Absens,* 5.

23 INTERDICTVM quod vi, aut clàm, competit domino soli, vel ei, qui ius in solo habet aduersùs eum, qui domino inuito, vel coacto fecit, vel per vim, id est, post prohibitionem aliquid in solo fecit, vt destruat sua impensa, quod fecit, & restituat rem in pristinam caussam, & damnetur ad interesse, gl. fin. in l. extat, quod metus causa.

Interdictum, quod vi, aut clàm, datur tantùm pro opere facto, siue præcesserit nunciatio, siue non, dummodò clàm sit factum, pro futuro autem opere datur operis noui nunciatio, gl. quod vi, in l. & si fortè, §. 1. si seruitus vendicetur.

Interdictum, quod vi, aut clàm vnum, interdictum est, & non duo, & ideò datur etiam si factum sit tantùm clàm, gl. 2. in l. 3. de mortuo inferendo, gl. 1. in rub. quod vi, aut clàm.

Interdictum, quod vi, aut clàm, datur ad destruendum, quod vi expulsiua, aut clàm factum est in ea re, de qua agitur, l. 1. eod.

Interdictum, quod vi, aut clàm, restitutorium est, & per hoc occursum est calliditati eorum, qui vi, aut clam quædam ædificant, & iubentur ea restituere, nec refert, an habuerint ius faciendi, vel non, quia indistinctè tenentur interdicto propter hoc, quod vi, aut clàm fecerunt, d. l. 1. §. 1.

Interdictum, quod vi, aut clàm, concurrit cum interdicto vti possidetis, sed interdictum, quod vi, est generaliùs, & expedit potiùs agi illo, gl. restituere, ibid.

Interdicto, quod vi, aut clàm, vtenti non potest quis obiicere exceptionem, quòd in suo fundo fecerit, d. l. 1. §. denique.

Interdictum, quod vi, aut clàm, ad ea sola opera pertinet, quæ in solo vi, aut clàm facta sunt, ibidem.

Interdictum, quod vi, aut clàm, habet locum pro omnibus operibus, quæ fiunt in solo vi, aut clàm, vt restituantur, exceptis illis casibus, in quibus impunè contemnitur nunciatio, & exceptis etiam illis casibus, in quibus competit exceptio contra hoc interdictum, gl. definitio, in d. l. 1. §. quid sit.

ab Interdicti, quod vi, aut clàm, pœna excusat amicitia nolentis prohibere quem opus facere, l. 1. §. pen. eod.

Interdictum, quod vi, aut clàm, vt habeat locum, non est opus, quod omnibus momentis vis fiat, sed sufficit, quòd semel inter vitia vis facta perseueret inter easdem personas, secus in diuersis, l. 3. §. illud, & ibi gl. perseuerat, eod.

24 Interdicto, quod vi, aut clàm, vtenti potest obiici exceptio conuentionis, si post prohibitionem ipse, vel procurator, aut tutor, aut curator furiosi, aut adulti permisit opus fieri, d. l. 3. §. sed si permiserit.

Interdicto, quod vi, aut clàm, tenetur ille, qui prohibitus ædificat in loco publico etiam permissu præsidis, vel procuratoris reipubl. nec potest opponere exceptionem, quòd præses, vel procurator reipub. sibi permiserit ædificare, nisi præsidi, vel procuratori reipubli. hoc fuerit concessum, dict. l. 3. §. planè, & seq.

Interdictum, quod vi, aut clàm, competit mihi contra eum, qui putans locum tuum esse, cùm esset meus, celandi tui non mei caussa opus fecit, l. aut qui aliter, §. si quis dum, eod.

Interdictum, quod vi aut clàm, mihi competit pro opere, quod factum est caussa celandi serui mei, vel procuratoris, d. l. aut qui aliter, §. item dicit, eod.

Interdicto, quod vi, aut clàm, tenetur quis non solùm pro opere, quod ipse vi, aut clàm fecit, sed etiam pro eo, quod aliquis suorum, aut alius eius iussu fecit, tenentur etiam eius heredes pro tali opere ad patientiam tantùm, d. l. aut qui aliter, §. hæc verba, & ibi gl. heredes, & gl. seq.

Interdicto, quod vi, aut clàm, non tenetur quis pro opere, quod eius seruus fecit vi, aut clàm, nisi fecerit nomine domini, aut peculiari nomine, ibid.

Interdicto, quod vi, aut clàm, tenetur quis pro opere serui alicui, quem mercenarium habebat, si is seruus fecit opus vi, aut clàm eius nomine, aut iussu, ibi.

Interdicto, quod vi, aut clàm, tenetur non solùm ille, qui fecit, sed etiam, qui fieri iussit, d. l. aut qui aliter, §. si.

Interdicto, quod vi, aut clàm, teneor præstare patientiam, vt tollatur opus vi, aut clàm me inuito factum à tertio in meo fundo, per quem debebam seruitutem agenti interdicto, l. si alius, eod.

Interdicto, quod vi, aut clàm, tenetur dominus suis expensis destruere opus vi, aut clàm factum à seruo suo eius voluntate, secus si opus fuisset factum sine domini voluntate, quia tunc tenetur tantùm præstare patientiam, vt destruatur, & seruum pro noxa dare, sed si vendidit seruum, præstabit patientiam destruendi, & emptor præstabit expensas in distruēdo opere, aut seruum dabit pro noxa, d. l. si alius, §. primo, & ibi gloss. impensa, & glo. seq. & l. nam & si seruus, eodem.

Interdicto, quod vi, aut clàm, tenetur dominus præstare impensas, & patientia destruendi opus vi, aut clàm factum à seruo eius volūtate, etiam si posteà eum seruum vendiderit, & liberatur emptor, si dominus impensas, & patientiam præstiterit, & idem econtrà, venditor liberatur, si emptor præstiterit impensas, & patientiam destruendi, secus si præstitisset emptor seruum pro noxa, quia tunc non liberatur venditor, quia tenetur adhuc interdicto, quod vi, aut clàm, d. §. 1. & ibi gl. impensa.

Interdicto, quod vi, aut clàm, & interdicto, de noui operis nunciatione, tenetur ille, qui ante remissionem nunciationis factæ post prohibitionem opus fecit; remissiuè autem facta non intelligitur vi, aut clàm facere opus, etiamsi iterum prohibeatur, d. l. si alius, §. ait Iulianus, eod.

Interdicto, quod vi, aut clàm, agenti potest aduersarius obiicere exceptionem, quod non vi, non clàm fecerit opus, d. l. si alius, §. bellissimè.

Interdicto, quod vi, aut clàm, si egerit ædificans contra eum, qui opus, aut ædificium destruxit, vi, aut clàm, potest conuentus obiicere exceptionem, quòd vi, aut clàm ædificauerit actor, si enorme damnum pateretur destruens opus, aut si iudicis copiam non habuit, cuius authoritate opus destrueretur, alioquin non posset opponere talem exceptionem, cùm non debuisset destruere sua authoritate, sed iudicis, d. §. bellissimè, & ibi gl. ex magna.

Interdicto, quod vi, aut clam, agenti pro destructione domus potest conuentus obiicere exceptionem eam destruxisse occasione incendij extinguendi, si illud vsque illuc peruenit, sed si vsque illuc non peruenit, non potest obiicere, imò tenetur ad eius æstimationem, nisi à Magistratu iure destrueretur, quo casu nec Magistratus tenetur, secus si non iure destruxisset, d. l. si alius, §. est & alia.

Interdictum, quod vi, aut clàm, pertinet tantum ad illa opera, quæ in solo fiunt, d. l. si alius, §. notauimus.

Interdictum, quod vi, aut clàm, non datur contra eum, qui fructus colligit, sed rectè contra eum, qui arbores, arundinem, vineas, vel salictum succidit, vel aliquid facit circa arbores, quia manus infert terræ, & quodammodò ipsi solo corrumpendo, ibid.

Interdicto, quod vi, aut clàm, non tenetur ille, qui quamuis prohibitus vi, aut clàm fecit aliquid agri sui colendi caussa, si melior facta sit caussa agri vicini, d. l. si alius, §. pen.

Interdicto, quod vi, aut clàm, tenetur ædificium destruens, quamuis non destruat vsque ad solum, imò & qui tegulas de ædificio sustulit, tenebitur, d. l. si alius, §. final.

Interdicto, quod vi, aut clàm, non tenetur ille, qui abstulit feram domus, aut clauem, aut specularium non affixum, aut cancellum, l. nam & si ramos, eod.

Interdicto, quod vi, aut clàm, tenetur ille, qui aliquid ædibus affixum auulsit, velut statuam, aut quid aliud, d. l. nam & si ramos, §. 1.

Interdicto, quod vi, aut clàm, tenetur ille, qui vi, aut clàm agrum vicini, quo facto deterior sit ager, arauit, aut fossam fecit, d. l. nam & si ramos, §. fin.

Interdicto, quod vi, aut clàm, non tenetur ille, qui acerum lignorum, vel alterius materiæ succendit, vel dispersit extra fundum, vel agrum, secus si succendit, vel dispersit ad vsum prauum agri, putà dispergendo per ipsum agrum, quia tunc teneretur interdicto, cùm per id competit solum, d. §. final. & ibi gloss. final.

Interdictum, quod vi, aut clàm, speciali iure fauore religionis datur contra auferentem statuam, licèt domui non sit affixa, gl. affixum, in d. l. nam & si, §. 1.

Interdictum, quod vi, aut clàm, ad præsens tempus refertur, quando opus, ex quo datur damnum, extat, sed quando extare desiit, vt quia operis dominus, aut damnum extrinsecùs opus demolitus est, & tunc datur interdictum æquitate inspecta, ad impensas, & cætera damna, & refertur ad tempus præteritum, l. is, qui in puteum, §. quod ait, & ibi add. eod.

Interdictum, quod vi, aut clàm, competit pro eo, quod tantùm vi, aut tantùm clàm factum est, & etiam pro eo, quod vi aut clàm, aut partim vi, & partim clàm id opus factum est, velut, cùm prohiberem te, fundamenta posueris, posteà cùm conuenisset, ne reliquum opus fieret, absente & ignorante me opus perfecisti, vel econtrà, si fundamenta clàm fecisti, deinde cætera me prohibente ædificaueris, d. l. is, qui in puteum, §. hoc interdictum, & ibi gloss. sufficiat.

Interdictum, quod vi, aut clàm, competit venditori pro opere, quod vi, aut clàm factum est in fundo, antequàm eum vendidisset, nec tenetur aliquid præstare emptori ex his, quæ consequutus est per interdictum, d. l. is, qui in puteum, §. si posteà quàm.

Interdictum, quod vi, aut clàm, competit venditori pro opere, quod post venditionem fundi, ante tamen traditionem vi, aut clàm in eo factum est, tenebitur tamen emptori ad id, quod consequutus est per interdictum, vel ad cedendam actionem, d. §. si posteaquàm, & ibi gl. tenebitur.

Interdictum, quod vi, aut clàm, competit emptori post traditionem fundi pro opere, quod in eo post eius venditionem, etiam ante traditionem vi, aut clàm factum est, gl. nondum, ibid.

Interdictum, vnde vi, datur etiam successori in rem, ibid.

Interdictum, quod vi, aut clàm, competit etiam ei, cuius interfuit opus non fieri, vel quia suafit res, vel quia in ea habeat ius, vel quia possideat, vel teneat quoquo modo, vel etiam non possideat, vel teneat quandoque, l. is, qui in puteum, §. si fundum, & ibi gl. interfuit, eod. tit.

Interdictum vtile, quod vi, aut clàm, competit emptori pro opere, quod in fundo in diem addicto, & tradito factum est, antequàm conditio melior fuerit allata, sed si posteà & conditio melior fuerit allata, & ita venditori restitutus fuerit fundus, cogitur emptor cedere interdictum ei venditori iudicio venditi, sicut & fructus medio tempore perceptos, ibid.

Interdictum, quod vi, aut clàm, vt ædificans in fundo possit euitare, non semper debet denunciare possessori fundi se velle ædificare in fundo, veluti si fundum tibi vendidi, & tradidi precario, sufficit, quòd ædificare volens in eo tibi denunciet, d. l. is, qui in puteum, §. Aristo.

Interdictum, quod vi, aut clàm, competit emptori pro opere, quod in fundo in diem addicto, ac precariò tradito factum est, sed venditori competit pro opere, quod factum est in fundo in diem addicto, nondum tradito, licèt precarij rogatio interuenisset, ibid.

Interdictum, quod vi, aut clàm, licèt competat colono, & fructuario pro interesse fructuum, qui de fundo percipi potuerunt, competit etiam domino pro eo, quod eius interest, vt quia circa solum aliquid factum sit, ex quo ipse læditur in fructibus, & in aliis, l. quanquàm, & ibi gl. 1. & add. marg. eod.

Interdictum, quod vi, aut clàm, competit venditori pro opere, quod in fundo in diem addicto, & tradito, sed posteà meliore conditione allata resoluta venditione, factum est, d. l. is, qui in puteum, §. planè.

Interdictum, quod vi, aut clàm, competit emptori pro opere, quod pendente

Interdictum, vel actio in factum ex edicto, ne vis fiat ei, datur intra annum, & non posteà, fallit in eo, qui missus in possessionem legatorum nomine vel damni infecti prohibitus fuit, d.l.1.§.fi.gl.missione.

Interdictum, vel actio in factum ex edicto, ne vis fiat ei, pœnalis est ex parte eius, qui conuenitur, vbi extraneus est, sed respectu debitoris in nullo est pœnalis, soluit enim debitor, quod debet, & actor, quod sibi abest consequitur, debitorque liberatur, d.§.fi.& ibi gl.pœnalis, & ibi add.marg.

Interdictum, ne vis fiat ei, non datur in heredes, similesque personas nisi in id, quod ad eos peruenit, rectè tamen datur heredib.similibusque personis, d.§.fi.

Interdictum, ne vis fiat ei, competit legatario, vel fideicommissario perpetuo, & datur etiam in heredem, quia si prohibens, vel eius heres possunt euitare interdictum, & liberari ab eo interdicto, si satisdationem de legato soluendo adueniente die, vel conditione offerant, & ita cùm in hoc releuentur, meritò grauantur in alio, quod hoc interdictum perpetuò, & in heredes detur, d. §.fi. & ibi gl.fi.

Interdictum, ne vis fiat ei, competit ei, qui missus in possessionem suo nomine, siue alieno, prohibitus est, ingredi, & venit id, quod domini interfuit prohibitum esse in possessionem, l. 2.eod.

Interdictum, ne vis fiat ei, competit contra prohibentem suo, vel alieno nomine, tenetur etiam ille, pro quo fuit facta prohibitio, vno tamen eorum soluente alter liberatur, d.l.2.& ibi gl.fi.

Interdicto, ne vis fiat ei, vt non prohibeatur, potest agere mulier, quæ iussa mitti in possessionem ventris nomine non fuit admissa, vel si post missionem fuit deiecta, vt restituatur, poterit etiam si malit agere actione in factum ad interesse, sicut creditores prohibiti possidere agunt, l.3.§.cum prætor, & ibi glo. prohibitorium, ne vis fiat.

Interdictum, ne vis fiat conducenti à repub.quominùs vtatur re conducta, publicæ vtilitatis causa proponitur, & tuetur publica vectigalia, dum prohibetur quis vim fieri ei, qui ad fruendum conduxerit, l. 1. de loco publico fruendo.

Reliqua verbo, Edictum, 11. Opus, Missus, 4. Legatarius, 15, 16.

33 INTERDICTVM, de itinere, actúque priuato, duo capita habet: primum, quo quæritur solùm, an eo anno fuerit vsus modico tempore, idest, 30. vicibus, vel diebus. Secundùm est, quo agitur de itinere reficiendo; & differt secundum caput à primo, quia in secundo actor debet probare duo, scilicet seruitutem sibi competere, & se vsum 30.diebus, gl.interdicto, in l.2.§.fi.& gl.de itinere, in l.loci, §.si quis, si seruitus vendicetur.

Interdictum, de itinere, actúque priuato, competit heredi, vel emptori, & ex secundo capite interdicti, si vsus fuit testator, vel venditor, d.§.fi.& ibi gl.fi.

Interdictum directum de itinere, actúque priuato, competit alicui pro facto suo, sed vtile datur heredi, vel emptori pro facto authoris, vel defuncti, gloss. de iure, ibid.

Interdictum vtile, de itinere, actúque, competit ementi partem fundi, cui fundo seruitus itineris erat debita, l.3.eod.

in Interdicto, de itinere, actúque, vincit ille, qui hoc anno iuit, gl. vt de itinere, in l. 1.§.pe. vti possidetis.

Interdictum, de itinere, actúque priuato, est simplex, & non duplex, gl.2.in l.1.de itin.actúque priu.

Interdictum, de itinere, actúque, prohibitorium est pertinens ad tuendas tantummodò seruitutes rusticas, d.l.1.§.1.

Interdictum vtile, de itinere, actúque, competit pro seruitute vrbana habente caussam discontinuam ei, qui in ea turbatur, sed pro vrbana habente causam continuam datur vtile interdictum, vti possidetis, † gloss. rusticas, & ibi add. marg.ibidem.

Interdictum, de itinere, actúque, non habet locum pro omni seruitute rustica, veluti pro aquæ ductu, d.gl.rusticas.

Interdictum, de itinere, actúque, vt competat, non inquiritur, vtrùm is, qui impeditus est, habuerit seruitutem impositam, an non, sed tantùm sufficit, quòd hoc anno vsus sit, saltem triginta diebus, & computatur annus ex die litis contestationis in hoc interdicto, d.l.1.§.hoc interdicto.

Interdictum, de itinere, actúque, vt competat, debet quis iuisse iure seruitutis, ad quod debet probari aliquid, propter quod ipse motus sit ad credendum sibi seruitutem competere, vt quia erat fama, per contratam, vel quia erant signa viæ, vel itineris, quod autem sit vsus iure seruitutis probatur ex actibus, † dd. reprob.gl.casus, ibid.

Interdicto, de itinere, actúque, vt quis vtatur, & obtineat, sufficit alterutrum probare, vel iter, vel actum in vsu habuisse, & vsque ad quem locum fundi vicini iuit, vsque ibi competit interdictum, d.l. 1.§.si quis hoc.

Interdictum, de itinere, actúque, vt competat, duo sunt necessaria, & quòd intra annum, & quòd triginta diebus vsus sit itinere, quorum si quod defuerit, cessat interdictum, d.l.1.§.hoc interdicto, & ibi gl.3.

34 Interdictum, de itinere, actúque, vt competat, quando talis erat locus, ad quem ibatur, vt non nisi semel in anno, vel bis fuerit necesse ire, duplicatur tempus, vt per biennium, vel maius tempus sufficiat iuisse per 30.dies, gloss.conclusit, ibidem.

Interdictum, de itinere, actúque, repetito die, vel tempore per restitutionem in integrum ex clausula, si qua mihi iusta caussa esse videbitur, competit illi, qui hoc anno non est vsus itinere, vel actu propter inundationem, vel propter vim, aut quia erat in vinculis, aut propter aliam caussam, ex qua solet dari restitutio, cùm superiori anno 30.diebus vsus fuisset, d.l. 1. §. si quis propter inundationem, eod.tit.

Interdictum, de itinere, actúque, competit domino, & etiam ei, qui precariò rogauit fundum dominantem, non tamen rogauit viam, † gl.interdictum, in d. l.1.§.si tibi.

Interdictum, de itinere, actúque, datur etiam ei, qui alieno nomine vsus est itinere, non vi, non clàm, non precariò, si modò is, cuius nomine vsus est, non possit hoc interdictum habere, gl.poteris, ibid.

Interdictum, de itinere, actúque datur ei, qui solùm triginta diebus absque vitio hoc anno vsus est itinere non vi, non clàm, non precariò, licèt posteà cœperit vi, clàm, vel precariò, l.pe.eod.& d.l.1.§.fin.& gl.pen.

Interdictum, de itinere, actúque, non competit ei, qui primò vsus est itinere, vi, clàm, aut precariò, licèt posteà cœperit habere bonam fidem, quia inspicitur initium, gl.pen.ibid.

Interdictum, de itinere, actúque, annale est, & emptor fundi victus in eo agit ex empto contra venditorem, gl.2.in l.3.eod.

in Interdicto, de itinere, actúque, æstimatur quanti interesset eius via non prohiberi siue itinere, d. l.3.§. in hoc.

in Interdicto, de itinere, actúque, fit condemnatio, ne prohibeatur vti itinere tunc, nec in futurum, & erit præstanda cautio, ne in futurum prohibeatur, donec constet debeatur seruitus, nécne; item debet condemnari ad damnum, quod hic passus est propter prohibitionem præteritam, veluti si circa fructus damnum passus sit, quia colligere eos non potuit, eo quia vti non potuit, glo. quanti, ibid.

Interdictum, de itinere, actúque, competit tam fructuario, quàm proprietario, si quilibet eorum hoc anno vsus sit itinere triginta diebus, non vi, non clàm, non precariò, d.l.3.§.idem Iulianus.

Interdictum, de itinere, actúque, competit etiam ei, qui donationis caussa adeptus est fundum, & vacuam eius possessionem, nomine cuius eundo sibi interdictum quæsierat, d.l.3.§.hoc interdictum.

Interdictum, de itinere, actúque, competit ei, cuius mandato emit quis fundum, si is mandatarius vsus sit itinere hoc anno 30.dieb.d.§.hoc interdictum.

Interdictum, de itinere, actúque, competit ei, qui emit vsumfructũ, vel vsum fundi dominantis, vel etiam ei, cui legatus est fundus dominans, & traditus est, aut dotis caussa traditus est, aut ei, ad quem ex aliquo contractu peruenit, ibid.

Interdicto, de itinere, actúque, subuenitur ille, qui prohibetur reficere iter, vel actum adquisitum hoc anno 30.diebus non vi, non clàm, nec precariò, quominùs reficiat, prout sibi ius est, l.3.§.ait prætor, eod.

Interdicto, de itinere, actúque, quando prohibitus reficere vult vti, debet cauere aduersario de damno infecto occasione refectionis, ibi.& l.apparet, §.fi.eod.

Interdictũ, de itinere, actúq; pro refectione itineris, vel actu valdè vtile est, quia qualiter posset quis vti itinere, vel actu, nisi ei liceret reficere, d. §. ait prætor.

Interdictum, de itinere, actúque, pro itinere, vel actu differt ab interdicto de itinere, vel actu pro refectione itineris, quia illo interdicto possunt vti omnes, qui hoc anno vsi sunt, sed pro refectione itineris is demùm vti debet, qui hoc anno vsus est, & sibi ius esse reficiendi doceat, & ius reficiendi videtur habere ille, cui seruitus debetur, d.l.3.§.hoc autem.

Interdicto, de itinere, actúque, vtens pro refectione debet docere duas res, scilicet se hoc anno vsum, & seruitutem sibi competere, quorum alterum si desit, deficit interdictum, ibid.

Interdicto, de itinere, actúque, vtens pro refectione, duo debet necessariò probare, quia incipit probationem, quod ipse vsus sit itinere hoc anno, quia debet etiam probare sibi seruitutem competere, sed quando incepit probationem, quòd sibi competebat seruitus, tunc illud sufficit probare, nec habet necesse probare se vsum hoc anno, † gl.competere, ibid.

Interdictum de itinere, actúque, pro refectione itineris obtinet instar proprietatis, ibid.

Interdictum, de itinere, actúque, competit non solùm prohibito vti, vel reficere, sed etiam eius successoribus, competit etiam emptori fundi dominantis, & in emptorem fundi seruientis, l.apparet, §.fin.eod.

Interdictum, de itinere, actuque, competit habentibus seruitutem itineris, vel actus iure pacti, vel testamenti, vel iure præscriptionis longissimæ, cuius non extat memoria, d.l.apparet, §.pen.& ibi gl.seruitutem, & gl.seq.

Interdictum de itinere, actúque datur heredi, vel emptori fundi dominantis, licèt hoc anno ipsi vitiosè, idest, in clàm, vel precariò vtantur illo itinere, si tamen testator, vel venditor eodem anno rectè vsi fuerint illo itinere, l. pen.eodem.

Interdictum, de itinere, actúque, non competit ei, qui per fundum vicini vsus est itinere non vi, non clàm, non precariò, eo vtens non iure seruitutis, sed habens tantùm animam discedendi statim, cùm vicinus eum prohibuerit, l. fin. eodem.

Interdictum, de itinere, actúque, vt competat, requiritur, quòd itinere vsus sit iure seruitutis, aut quòd sit vsus pro iure suo, ibid.

Interdictum, de itinere, actúque, sicut successoribus datur, ita & datur etiam interdictum de aqua quotidiana, & æstiua, l. 1. §. ait prætor, inter, de aqua quotid.

Interdictum, de itinere, actúque, & de aqua quotidiana, & æstiua, videntur in rem scripta, vnde dantur in quemlibet prohibentem, dantur etiam emptoribus, licèt non sint successores iuris, quod in aliis actionibus non est ita, nec in aliis interdictis quandoque, gl.emptori, ibid.

Reliqua verbo, Seruitus, 27. vsque 33. Actus, 5. Iter, 2. Facultas.

INTERDICTVM, de aqua quotidiana, prohibitorium est, & interdum restitutorium, vt cogatur quis destruere, quod fecit, si fortè aliquid fecit, quo minùs aliquis possit aquam ducere vti hoc anno duxit, l.1. & ibi gl. restitutorium, de aqua quotidiana & æstiua.

Interdictum, de aqua quotidiana, competit ad aquam quotidianam, ibid.

Interdictum, de aqua quotidiana, competit ei, qui duxit aquam hoc anno, non quotidiè, sed vel vna die, vel vna nocte, d.l.1.§.quod autem.

Interdictum, de aqua quotidiana, habet locum in aqua perenni, quæ tamen duci possit, d.l.1.§.loquitur.

Interdictum, de aqua, item de fonte, competit ei, qui ducebat aquam ex càpite aquæ: caput autem aquæ dicitur locus, vnde aqua nascitur, vt si ex fonte nascitur, fons dicitur caput, si ex flumine, vel lacu prima incilia, aut principia fossarum, quibus aquæ ex flumine, vel lacu in primum riuum compelli solent, d.l. 1.§.hæc interdicta.

Interdictum, de aqua, competit ei, qui ducebat aquam, quæ sudoribus manando, in aliquem locum primum confluere, atque ibi apparere incipit, ibidem.

Interdictum, de aqua, competit ei, qui putans se ducere iure seruitutis, vel alterius iuris, bona fide duxit aquam, quæ sibi iure non debebatur, cùm non in iure, sed in facto errauerit, d.§.hæc interdicta, & ibi gl.iure.

Interdictũ, de aqua, & de fonte, habet locũ nõ solũ in aqua, quę ad agros irrigãdos

pertinet,

fides desideratur, vt restituatur sicut actum est, non tamen est bonæ fidei, nisi in duobus casibus, d.§.1.& ibi gl.bona.

Interdicto, de precario, tenetur ille, qui precariò habet, non ille, qui precariò rogauit, vnde si seruus meus, vel alius, qui iuri meo subiectus est, rogauerit à te precariò rem aliquam, & concessisti, non adquisierunt precarium, & ego teneor interdicto de precario, non illi, l.4.eod.

Interdictum, de precario, competit ei, à quo quis precariò rogauit, non ei, cuius res est, l.quæsitum, eod.

ex Interdicto, de precario, res precariò concessa restitui debet in pristinam caussam, & si non fiat ita restitutio, condemnatio in tantum fiet, quanti interfuit actoris ei rem restitui ex tempore, ex quo interdictum editum est, & ita fructus tenebitur præstare, ex eo tempore, idest, ex libelli oblatione, & litis contestatione, d.l.quæsitum, §.ex hoc, & ibi add.marg.

Interdictum, de precario, post annum competit, quia est rei persecutorium, tum etiam, quia nonnunquàm in longum tempus si concedatur precarium, absurdum esset dicere interdictum non habere locum post annum, d.l.quæsitum, §.pen.& ibi gl.post annum.

Interdicto, de precario, tenetur heres eius, qui precariò rogauit; sicut & ipse defunctus, vt siue habeat, siue dolo fecerit, quominùs haberet, vel ad se perueniret, teneatur, sed ex dolo defuncti tenetur, quatenus ad eum peruenit, l.quæsitum, §.fin.de precario.

Interdicto, de precario, plerunque potest conueniri heres eius, qui rogauit, licèt ad eum non transeat precarium, l.cùm precariò, §.fi.& ibi gl.fi.eod.

Interdictum, de precario, introductum est, quia nulla actio ciuilis nominata eo nomine datur, sed bene datur eo nomine actio ciuilis innominata, vt est præscriptis verbis, † l.interdictum, & ibi gl.1.& add.marg. eod.

Interdictum, de precario, concurrit cum actione præscriptis verbis, † d. gl. 1. in add. marg.

Interdictum, de precario, habet summam æquitatem, vt eatenus quisque nostro vtatur, quatenus ei tribuere velimus, l.& habet, eod.

Interdictum, de precario, non competit ei, qui precariò concessit, si per stipulationem cauit sibi reddi, quia tunc competit sibi auxilium ciuile, tum etiam, quia stipulando videtur renunciare interdicto, tum etiam, quia stipulando videtur agi, vt ex donatione non oriatur actio, d.l.& habet, §.cùm quis, & ibi gl.non competit.

Interdictum, de precario, vt competat, nihil refert, quo loco an in villa, vel in vrbe, an in præsentia, vel in absentia rei possideat precarium, aut cœperit possidere, d.l.& habet, §.fi.& ibi gl.fi.

Reliqua verbo, Precarium, Actio, 202.

44 INTERDICTVM, de mortuo inferendo, prohibitorium est, l.1. de mortuo inferendo.

Interdicto, de mortuo inferendo, vti potest dominus proprietatis, quod interdictum datur etiam pro loco puro, non religioso, nec sacro, idid.

Interdictum, de mortuo inferendo, competit ei, cui via sibi debita ad fundum, in quem inferre vult, prohibeatur, quia tunc inferre prohibetur, qui via vti prohibetur, d.l.1.§.item si mihi.

Interdictum, de mortuo inferendo, competit ei, cùm seruitus sibi debita ad fundum, in quem inferre vult, prohibeatur, ibid.

Interdictum, de mortuo inferendo, propositum est, quia interest religionis monumenta extrui, & exornari, d.l.1.§.interdictum.

Interdictum de mortuo inferendo, competit contra prohibentem ædificare, vel materiam ædificationi necessariam conuehi ad eum locum, in quo alicui ius est ædificandi, d.l.1.§.facere.

Interdictum, de mortuo inferendo, competit contra prohibentem operi necessarios homines venire, vel machinam ædificationi necessariam alligare in eo loco, in quo ius est alicui ædificandi sepulcrum domini, ibid.

Interdictum, de mortuo inferendo, non datur contra prohibentem alligare machinam ædificationi necessariam in loco suo, in quo alter ius non habet, d.l.1.§.pen.

Interdicto, de mortuo inferendo, tenetur ille, qui aliquid agit, vt labatur sepulcrum, potest etiam accusari de sepulcro violato, d.l.1.§.fi.& ibi gl.fi.

Interdicto, de mortuo inferendo, vtiliter agere possunt quædam personæ, etiamsi religiosum locum facere non possint, veluti proprietarius, l. sunt personæ, 43. de religiosis.

Reliqua verbo, Mortuus, 2.3.4. Inferri.

45 INTERDICTVM, ne quid in loco sacro fiat competit de loco sacro, non de sacrario, idest, de eo, in quo sacra reponuntur, l.1.ne quid in loco sacro.

Interdictum, ne quid in loco sacro fiat, non pertinet ad hoc, quod ornamenti causa fit, sed ad id, quod deformitatis, vel incommodi est, ibid.

Interdictum, ne quid in loco sacro, competit non solùm æditiuis, sed etiam cuilibet de populo, gloss. fin. & ibi additio. margina. ibidem.

Interdicto, ne quid in loco publico, prohibitorium est, & tam publicis vtilitatibus, quàm priuatorum, per hoc prospicitur, & ita pro opere facto in loco publico, etiam si ad priuati damnum redundet, datur hoc interdictum prohibitorium, l.2.§.1. ne quid in loco publico.

Interdictum, ne quid in loco publico, non habet locum in locis, quæ sunt in fisci patrimonio, quia in his, neque facere, neque prohibere potest priuatus, d.l.2.§. hoc interdictum.

Interdictum, ne quid in loco publico, pertinet ad illa loca, quæ publico vsui destinata sunt, vt si quid ibi fiat, quod priuato noceret prætor interdiceret interdicto, ne quid in loco publico, ibid.

Interdictum vtile, ne quid in loco publico, datur contra eum, qui velum in Mœniano immissum habet, quod vicini luminibus officiat, d.l.2.§.cùm quidam.

Interdictum, ne quid in loco publico, datur etiam contra eum, qui in loco publico positum reficere vult, ad prohibendum reficere, d.l.2. §. si quis.

Interdictum, ne quid in loco publico, contra eum, qui molem in mare proiecit, competit ei, cui hæc res nocitura est, sed si nemo damnum sentiat, tueri debet is, qui in litore ædificat, vel molem in mare iacit, d.l.2.§.aduersùs eum.

Interdicto directo, ne quid in loco publico, non potest prohiberi ille, qui in mari piscatur, vel nauigat, aut in campo publico ludit, aut in publico balneo lauat, vel in theatro non opere facto spectat, sed in his omnibus casibus vtendum est iniuriarum actione, vel interdicto vtili, ne quid in loco publico, † d. l.2.§.si quis, & ibi gl.spectare, & gl.seq.

Interdictum, ne quid in loco publico, competit ei, cui prospectus, vel aditus deterior, vel angustior est, contra eum, qui etiam principis permissu in loco publico aliquid fecit, vel ædificauit, d.l.2.§.meritò.

Interdictum, ne quid in loco publico, non competit tibi contra eum, qui in publico ædificat, & nocet ædificio, quod feceras in eodem loco publico, cùm & tu illicitè ædifices ibi, secus si licitè, & permissu principis ædificaueris, d.l.2.§. idem ait.

Interdictum, ne quid in via publica, vel in itinere publico quid fiat, pertinet tantum ad vias rusticas, idest, in rure constitutas, non ad vrbicas, ad quas pertinet interdictum, ne quid in loco publico, d. l. 2. § hoc interdictum, & ibi gloss. publicas.

Interdicto, ne quid in via publica fiat, tenetur ille, qui fossam in suo fundo fecit, vt ibi aqua collecta in viam decurrat, d.l.2.§.si quis cloacam.

Interdicto, ne quid in via publica fiat, tenetur immittens aquam in viam publicam, item & qui ædificat in suo ita, vt aqua in via collecta restagnet, si priùs liberè currebat aqua per viam, nec damno erat isti, secus si ideò ædificat, quia ibi priùs aqua incommodum afferebat, d. l. 2. §. idem Labeo, & ibi gloss. vtrumque.

Interdicto, ne quid in via publica fiat, tenetur ille, qui in suo iuxta viam sulphurariam, vel quid aliud fecit ita, quòd fœtore via publica pestilentiosa efficitur, d. l. 2.§.idem ait.

Interdicto, ne quid in via publica fiat tenetur ille, qui animalia ducit pascendo in via publica, veluti per eos, qui terram fodiunt, ne deteriorem faciant viam, d.§.idem ait, si, & ibi gl.adeò.

Interdictum, ne quid in via publica fiat, habet locum siue per illud opus, vel factum statim, vel posteà deterior fiat via, d.l.2.§.deinde.

Interdicto, ne quid in via publica fiat, tenetur ille, qui pontem, vel specus per viam publicam fecit, d.l.2.§.scio tractatum.

Interdictum, ne quid in via publica fiat, perpetuum est, & populare, & condemnatio facienda est quanti actoris interest, d.l.2.§.scio tractatum, & §.pen.

Interdictum, quod in via publica, itineréque publico factum immissúmve est, quo ea via, vel illud iter deterius fit, destrui debeat, proficiscitur ex eadem causa, qua interdictum, ne quid in via publica fiat, scilicet propter publicam vtilitatem, d.l.2.§.prætor ait, quod in via.

Interdictum, quod in via publica factum, vel immissum destrui debeat, restitutorium est, sed interdictum, ne quid in via publica fiat, prohibitorium est; ibid.

Interdicto, quod in via publica, itineréque publico factum, immissúmve destrui debeat, non solùm tenetur, quia in via publica fecit, sed etiam is, qui factum habet, vnde si vnus fecit, alius factum habet, tenetur, qui factum habet, & est hoc vtilius, quia is potest restituere in pristinum statum, qui factum immissúmve habet, ad hoc tamen non tenetur, sed tantùm ad patientiam, d. §. prætor, & ibi gl.potest.

Interdicto vtili, quod in via publica factum est, destrui debeat, tenetur ad destruendum ille, qui in via publica opus fecit, & illud posteà pro derelicto habuit, d.l.2.§.vnde.

Interdicto, ne quid in via publica factum habeatur, tenetur, qui fecit opus in via publica, siue adhuc illud opus possideat, siue dolo desiit possidere, ibid.

Interdicto, ne vis fiat, quominùs quis vtatur via publica, vel itinere publico, tenetur ille, qui vim facit, quominùs quis vtatur, d. l. 2. §. finali.

Interdictum, ne quid in loco publico fiat, potest quis intentare pro damno priuato, etiam per procuratorem, l. penul. eod. tit.

Reliqua verbo, Actio, 222. Via, Publicum.

INTERDICTVM ne quid in flumine publico fiat, vel immitatur, quo peiùs nauigetur, pertinet ad flumina publica, non ad priuata, l. 1. de loco publico fruendo. 4

Interdictum, ne quid in flumine publico fiat, non pertinet ad omne, quod in flumine publico, ripáve eius fit, sed ad id, quod fit, quo deterior statio, vel nauigatio fiat, l. 1. §. non autem, de fluminibus.

Interdictum directum, ne quid in flumine publico fiat, pertinet ad ea tantùm flumina, quæ sunt nauigabilia, ad cætera non pertinet directum, sed vtile sic, vt si opus fiat in flumine non nauigabili ita, quòd exarescat, vel aquæ cursus impediatur, competit interdictum vtile, ne vis ei fiat, quominùs id opus, quod in alueó fluminis ripáve eius factum sit ita, vt cursus fluminis deterior sit, fiat, possit tollere, demoliri, purgare, & restituere boni viri arbitrio, d. l. 1.§. non autem.

Interdictum, ne quid in flumine publico fiat, competit pro eo, quod factum est in flumine publico, quo iter nauigij, id est, ipsa nauigatio deterior sit, fiat, l. 1. §. ait prætor, eod.

Interdictum, ne quid in flumine publico fiat, habet locum etiam si iter pedestre, quod est iuxta aquam, quo iter quandoque funibus trahendo, quia & tunc iter nauigij deterius fit, & idem si per opus factum vsus nauigij corrumpatur, vel difficilior, aut minor, aut rarior, aut in totum auferatur, ibi.

Interdictum vtile, ne quid in mari, vel in litore, quo portus statio, itérve nauigio deterius fiat, competit pro opere quod fit in mari, per quod portus, vel iter nauigij, aut statio impeditur, & idem datur, quando opus erat factum in flumine publico non nauigabili, d. l. 1. §. Labeo.

Interdicto, ne quid in flumine publico fiat, quo iter nauigij deterius fiat, tenetur, qui possidet opus in flumine publico, per quod impeditur nauigium, licèt ipse non fecerit ad destruendum illud opus, d.l. 1.§. fin.

Interdictum, ne quid in flumine, publico fiat, quo deterius iter nauigij fiat, prohibitorium est; sed interdictum, ne quid in flumine publico, vel ripa eius factum, vel immissum quis habeat, quo deterius iter nauigij fiat, restitutorium est, ibi.

Interdictum, ne quid in flumine publico fiat, quo deterius iter nauigij fiat, differt ab interdicto, ne quid in flumine publico fiat, quo aliter fluat aqua, quàm priore æstate fluxit, quia illud propter nauigij vtilitatem, & in flumine publico locum habet, sed istud vltimum propter agrorum, vel aliam

Flauiæ,& è contrà, qui agit lege Flauia, poterit nihilominus, & hoc interdictum habere,l.3.eod.

Interdicto, de libero homine exhibendo,tenetur detinens quemlibet liberum, siue puberem siue impuberem, masculum, siue fœminam, siue vnum, siue plures, siue sui iuris, siue alieni, quia in hoc inspicitur tantùm, an liber sit, d.l. 3.§. 1.

Interdicto,de libero homine exhibendo,non tenetur,qui detinet eum,qui in potestate habet,d.l.3. §.is tamen.

Interdicto,de libero homine exhib. non tenetur ille, qui detinet eum, quem ab hostib.redemit, nisi detineat, pretio sibi oblato,aut à se pretio remisso ei,d.l. 3.§. si quis eum.

Interdicto,de libero hom.exhib.non tenetur pater,qui detinet filium emancipatum,quia pietas paterna efficit sine dolo malo videri retineri,nisi euidens dolus malus intercedat, ibid.

Interdicto, de libero hom. exhibendo, non tenetur detinens liberum suum,aut alumnum , vel noxæ sibi datum adhuc impuberem , quem credebat seruum, cùm liber esset,d.l.3.§.proinde,& ibi gloss. deditum.

Interdictum,de libero hom.exhib.habet locum, quoties quis pro certo liberum detinet, secus si detinens ignoret eum esse liberum, aut dubitet, aut faciat ei status quæstionem,d.l.3.§.is,qui nescit.

Interdictum,de libero homine exhibendo, competit omnibus volentibus id intentare remouentur tamen ex causa suspectæ personæ, si velint intentare , vt quia fortè sit talis persona,quam verisimile est,colludere, aut calumniari,d.l. 3.§. hoc interdictum.

Interdictum,de libero homi.exhib.competit etiam mulieri, aut pupillo pro parente,vel affine,aut cognato suo detento,ibid.

Interdictum,de libero hom.exhiben. si plures voluerint intentare, eligi debet à prætore is,ad quem maximè res pertinet, vel qui idoneior est, quod æstimabitur ex fide, & coniunctione cũ detento,& dignitate, d.l.3.§.si tamen plures.

Interdicto,de libero homine exhibendo, si quis egit, non potest alius posteà intentare illud interdictum, nisi doceatur de præuaricatione, aut perfidia prioris, ibidem.

ad Interdictum,de libero homine exhib.quando plures concurrunt idonei,tunc gratificationi locus est,gl.eligendum,ibid.

Interdicto,de libero hom.exhib. condemnatus, si malit litis æstimationem,hoc est, quinquaginta aureos , vel quanti arbitrabitur bonus vir, vel quanti in litem iurauerit soluere,quàm hominem exhibere,potest adhuc interdictum intentare,sine exceptione rei iudicatæ,vel ab eo,qui primò egit, vel ab alio,d.l. 3.§.pen. & ibi gl. æstimationem.

Interdictum, de libero homine exhibendo, datur etiam in absentem, qui si non defendatur, fit missio in eius bonis, d.l.3.§.fi.

Interdictum,de libero hom.exhib. perpetuum est,idest,sine fine,& hoc est contra naturam popularium actionum,dicto §.finali, & ibi gloss.fina.

Reliqua verbo, Actio, 80.*vsque* 89.*Liber,* 4. §.11.

54 INTERDICTVM, de liberis exhibendis,competit tantùm patri aduersùs detinentem filium suum in potestate eius constitutum , vt eum exhibeat ipsi agenti interdicto,l. 1. de lib.exhib.

in Interdicto, de liberis exhibendis, non admittitur, ex qua causa sit apud detinentem is,qui exhiberi debet,sed omnimodò cogitur restituere eum patri,ex quo est in eius, potestate, nisi sit mater , quæ tenet filium in potestate patris constitutum,cùm interdum expediat apud eam esse filium magis,quàm apud patrem ex iusta causa,vt quia lactabat eum,d.l.1.§.1.

Interdicto,de liberis exhibendis,agenti potest obiici exceptio rei iudicatæ,si iudicatum sit etiam per iniuriam detentum non esse in potestate, d.l. 1. §. pari.

Interdicta,de lib.homi.exhib.& liberis exhibendis,exhibitoria sunt, hoc est,pertinentia ad exhibitionem filiorum, cæterorúmque liberorum hominum , qui non sunt filij,l.deinde,§.1.eod.

Interdictum,de liberis deducendis, pertinet ad ductionem, vt ducere quis possit eos,in quos habet ius ductionis, ibid.

Interdictum,de liberis exhibendis,præparatorium est,interdicti de liberis deducendis,quia quò magis quis duci possit,exhibendus fuit,ibidem.

Interdictum de liberis deducendis,competit ex his causis, ex quib. competit interdictum de liberis exhibendis,& quæ dicuntur in interdicto , de exhibendis liberis,eadem quoque dicta accipienda sunt in interdicto,de liberis deducendis,d.§.1.

Interdictum , de liberis deducendis , non competit patri aduersùs ipsum filium per se stantem, & negantem se in eius potestate esse, quem ducere vult, habet tamen locum officium iudicis , vt coram eo cognoscatur de hoc, an sit in patris potestate,vel non,d.l.deinde,§.2.& ibi gl.cessat.

in Interdicto,de liberis deducendis,donec iudicetur puella impubes, & ille, qui proximè prætextari ætatem accedit , debet interim apud matremfam. notæ authoritatis deponi,d.l.deinde, §.fi.

Interdictum,de liberis deducendis,non competit patri,quando filius sua sponte apud aliquem est,quia filius tunc magis apud se est,quàm apud eum,in quem interdicetur,nisi controuersia esset inter duos, qui se patres dicerent,& alter ab altero exhiberi eum peteret,quia tunc habet locum interdictum,leg.final. eodem.

Interdicta,de liberis exhibendis,& de liberto exhibendo,continent causam quasi proprietatis , quia illi non sunt in nostro dominio , & agens eo debet probare filiationem, vel libertinitatem, l.2.§.quædam, & ibi gl.de liberis, de interdictis.

*Reliqua verbo, Actio, nu.*80.*vsque* 89. *Filius,*127.

INTERDVM, dictio, ponit regulam in contrarium, §.interdum, Inst.de heredit. quæ ab intestato.

Interesse in genere,nu. 1. 2.3.4.

Interesse commune conuentionale, & singulare, num. 5.

Interesse circa rem, idest, extrinsecum vel intrinsecum,numero 6.

1 INTERESSE est damnum emergens,& lucrum cessans ex eo,quod aliquid fieri cessatur, † glos possibile, in l.1.C.de sententiis, quæ pro eo quod,l.si commissa, & ibi additio. marginal. rem ratam haberi.

Interesse appellatur quælibet vtilitas , l.sed & loci,§.post litem,in add.marg. finium regundorum.

Interesse æstimabile consideratur quandoque in damno tantùm , quandoque in lucro,quandoque propter affectionem, quandoque propter instinctum naturæ,quandoque quia res fuit maiorum suorum,quandoque quia vicinia est,gl. & reipubl.in l.1. soluto matrim.

Interesse inæstimabile consideratur in liberis personis, ibid.

Interesse venit,quoties factum stipulamur,gl.fi.in l.eum,qui,43.de iudiciis.

Interesse pro fructu computatur,quia aliàs æstimari non potest,gl.non prohiberi,in l.loci corpus,§.in confessoria, si seruitus vendicetur.

Interesse, quod non est causatum ex rationabili causa, non dicitur interesse, l.3. §.si mecum, ad exhibend.

Interesse est in obligatione, gl.euanescit, in l.cùm fundus, 31. §.seruum tuum,si certum petatur.

in Interesse,quod prouenit rationem loci propter moram,vel culpam debitoris, habetur ratio interesse actoris , creditoris , & debitor condamnatur in illud, secus si culpa debitoris non sit , quia tunc habetur ratio interesse ipsius debitoris,glossa 1.in l. 2.de eo, quod certo loco.

Interesse loci solutioni destinati excedi potest vltra legitimum modum vsurarum,& in eo venit etiam interesse extra rem, l.non vtique, §. fi.& ibi gl.legitimum,& add.marg.eod.

Interesse quando venit ex mora tradendi rem , formatur libellus ita , Peto rem tradi,& si non tradi,peto interesse,† glossa 2.in l.1.de actio. empti.

Interesse si fit in quinque ante litis contestationem , & à litis contestatione vsque ad sententiam in aliis quinque ob moram non tradendi rem, & interesse in centum sit, eò quòd rem non habet ille, cui tradi debet, primum interesse venit in petitione , secundum in officio iudicis , tertium in condemnatione tantùm,& etiam illud peti potest, ibid.

Interesse principale licèt veniat in obligatione , venit etiam officio iudicis post litis contestationem,cùm incipit esse in mora,vt si quis agat ad rem nulla mora præcedente, si tamen incipiat mora post litis contestationem, & sic incipit interesse deberi quod venit officio iudicis,ibid.

Interesse potest excedere duplum,l.Titius, 43.& ibi add. margi. de actio.empti.

Interesse expensarum non debet excedere duplum pretij conuenti , vel communis contra venditorem ignorantem, sed bene contra venditorem scientem,l. idque & Iulianum,45.eod.

Interesse sufficit ab initio licèt ex pòst facto desierit, fallit tamen inter virum,& vxorem,& fingitur non interfuisse, † glo. fi.in l.4.de impensis.

in Interesse æstimando non debet inspici , quòd vnus potest ad successionem alterius venire,l.post emancipationem,§.fin.de liberat.legat.

Interesse venit in obligatione faciendi à tempore moræ , & sic à tempore , quo debuit fieri,l.si calendis,11.de re iudicata.

Interesse æstimatio à tempore moræ in obligationibus faciendi non recipit augmentum,nec diminutionem vsque ad sententiam,sed bene interesse,quod venit officio iudicis,& non iure obligationis,† Doct. reprob.gl. 1.ibid.

Interesse regulariter non est in obligatione dandi,fallit quandoque, gl. nec pecuniam,in l.si seruum Stichum,91.§. fi. de verborum obligationib.

Interesse nostrum aliquando consideratur ratione lucri, quod facit aduersarius; l.3. §. qui de sepulchro violato.

Interesse cuiusque secundùm varietatem terminorum, vel maius, vel minus intuenitur,gl.1.in l.quatenus, 24. de regulis iuris.

Interesse cuiusque quatenus sit in facto, non in iure consistit, fallit quandoque, d.l.quatenus, & ibi gl.1.

Interesse incertum est,quando factum est in obligatione,gl.in casus possessione, in l.1.C.de sententiis, quæ pro eod.

Interesse æstimandum tam in lucro, quàm in damno in omnib. casibus, qui certam habent quantitatem, vel naturam,veluti in venditionibus, locationibus & in omnib.contractib.non excedi duplum pretij conuenti,d.l.1.

Interesse æstimandum tam in lucro , quàm in damno in casib. incertis , non excedit quantitatem ex legitimis probationib.per iudicem declarandam,ibi.

Interesse rei æstimatur semper,quando conuenitur in alio loco,sed non æstimatur interesse actoris, nisi reus fuisset in mora, vel causa,gl. promissori,in ad. in §.plus autem, Inst.de action.

Interesse contra dolosum æstimatur secundùm iuramentum in litem, l.non à iudice,64.de iudiciis.

Interesse contra dolosum in actionib. bonæ fidei , & in arbitrariis non æstimatur quanti mea interest , sed quanti in litem iurauero, secus contra committentem culpam, gl. 1.ibid. 3

Interesse affectionis æstimatur contra dolosum,quod probatur etiam per solum iuramentum in litem partis , sed contra culposum tantùm æstimatur solùm verum interesse , & istud non probatur per iuramentum , sed per testes debet probari,l.2.& ibi gl.2.de in litem iurando.

in Interesse affectionis punitur dolosus,quantùm actor iurauerit in litem, sine taxatione à iudice,d.l. 2.& ibi gl.fi.

Interesse lucri cessantis non debet attendi , sed bene damni emergentis , quod fallit in multis casib. gl. æstimandum , in l.si sterilis, §. si per venditorem de actio. empti.

Interesse in contractib. bonæ fidei inspicitur vsque ad sententiam,& ideò in interdicto de edendo venit interesse quod consideratur tempore decreti , gl. fi. l. vbi exigitur,de edendo.

Interesse in cõtractibus stricti iuris cõsideratur vsque ad litis contestationem.

Interesse ratione affectionis,consanguinitatis, vel amicitiæ consideratur ipnæ fidei iudiciis,non tamen in paciscendo alteri,gl. neque in l.fideiussor de pactis.

Interesse affectionis ratio habetur in stricti iuris iudiciis , & super hoc interesse præstatur iuramentum,cum taxatione tamen,gl.officio.in l.vt tantùm de seruo corrupto.

Interesse speciali iure in actione empti ob moram tradendi rem referad singularem vtilitatem ipsius emptoris:in aliis autem inspicitur communitùm interesse,glossa intersit,in l.1.de actio.empti.

Oo 4

gatione,glos.2.& gloss.interpretationem, in l.1.de origine iuris.
Interpretatio plena in contractibus, plenior in vltimis voluntatibus, in rescriptis,& beneficiis plenissima fieri debet, glo.1.in l.beneficium, de constitutio. princip.& gl.1.in l.princeps,21.de verbor.signific.
Interpretatio dicitur benigna, & fauorabilis, quæ excludit odium, etiam cum annullatione actus,l.2.de liber. & postum.
Interpretatio fit in partem fauorabiliorem, quando duo in eodem puncto concurrunt,l.si post mortem,68.vers.probabiliùs,de legat.1.
Interpretatio canonum competit Episcoporum conuentui,& ad conditores eorum,l.omni,6.C.de sacrosanctis Eccles.
Interpretatio generalis,& necessaria, & in scriptis redigenda solum fieri debet à principe inter æquitatem,& ius scriptum,gl.1.& 2.in l.2.C.de legib.
Interpretatio generalis, & necessaria, & in scriptis redigenda inter æquitatem,iusque scriptum potest fieri à Senatoribus,à præfectis prætoriis,quia faciunt authoritate principis,d.gl.1.
Interpretatio legum,siue in principibus, siue in iudiciis, siue alio quocunq; modo facta à principe,rata,& indubitata haberi debet,l.fi.C.de legibus.
Interpretatio benignior est admittenda, vt valeat testamentùm, & vltima voluntas defuncti,gl.fi.in l.3. C.de inofficioso testamen.
Interpretatio verborum à mente aliena non debet fieri, vbi manifestissimus est sensus testatoris,l.3.C.de liberis præteritis.
INTERPRETARI in iudicio permittitur ei, qui dicit, vel asserit in iudicio, gl.1.in l.si quis intentione,66.de iudiciis.
Interpretari permittitur principi,iudici,actori, & etiam reo asserētibus aliquod ambiguum in iudiciis, in contractibus autem non licet interpretari asserentibus aliquod ambiguum, ibid.
Interpretor verbum idem est,quod corrigo,quandoque idem quod apertiùs exprimo,item idem,quod prorogo,gl.interpretatione,in l.1.§.filio, ad Tertyll.
Interpretari eius est,cuius est condere,l.fi.C.de legibus,& l.in prætoriis,9. & ibi add.marg.de prætor.stipul.
Interpretandi potestatem habens non potest interpretari nisi semel tantùm, l. quidquid astringendæ,49.& ibi add.marg.de verb.oblig.

Reliqua verbo,Declaratio,Lex,18.Obscurum,Sententia,56.Incertitudo.

INTERROGARI potest quis non solùm à iudice, sed etiam ab aduersario, vel patrono,aut aduocato aduersarij, cui fortè tenetur aduersarius respondere,l.si sine,9.& ibi gl.2.de interro.actio.
Interrogari,vel interrogare non potest seruus in iure,extra ius tamen potest interrogare,& interrogari,d.l.si sine,& ibi gl.3.de interrog.actio.
Interrogari debet quis in iudicio de se tantùm,idest, cùm ipse conuenitur, nec cogi potest pro alio respondere an heres sit, nisi ratione officij aliud contingat,d.l.si sine,& ibi gl.fi.
Interrogari non debet quis in tortura de aliquo nominatim, nisi præcedant indicia de illo,gl.1.& gl.fi.in l.priùs,ad Syllanian.
Interrogari potest quis sæpiùs de eodem,potest enim esse, quod priùs non credebat,nunc apertis testibus credat,glo.existimat,in l.fin.§.quod obseruari, C. de iureiuran.
Interrogandus toties est heres ante litis contestationem, ex quo parte sit heres, quoties aduersùs eum est instituenda actio,l.1.& ibi glo.instituitur,de interrog.actio.
Interrogans si habeat interrogatum loco heredis pro se, ego & contra se debet etiam habere,ne sibi ipsi sit contrarius,& sic repellatur,gl.fi.in l.si filius,14.§. fin.eodem.
Interrogante procuratore fisci ob debitum fiscale,si vnus ex filiis,qui nec bonorum possessionem acceperat,nec heres erat,respondit se heredem esse à cæteris creditoribus,qui in iure non interrogarunt, ex responsione sua conueniri non potest, l.fi.eod.
Interroganti non tenetur quis respondere, ne incidat in periurium, vel detegat suam turpitudinem,nisi aliter esset ab alio detecta,† glo.nihil,in l.si ante hereditatem,de excep.rei iudic.
ex Interrogantibus,vel interrogatis duobus vnus,qui respondet,obligatur,& cui respondetur,quæritur obligatio,& ab vno tantùm ex correis potest accipi fideiussor,l.duos reos,de duobus reis.

Reliqua verbo,Respondere,Testis,15.

1 INTERROGATIO posita in oratione quandoque raritatem,non impossibilitatem notat,sicut ibi,si sacerdos peccauerit,quis orabit pro eo? gl.facere,in l. sed & ex dolo,de dolo.
Interrogationes fiunt ante litis contestationem,glo.interrogationibus, in l.non solùm,de procuratorib.
Interrogationes tam realium, quàm personalium actionum sunt præparatoriæ, gl.in rub.de interrog.actio.
Interrogationes,quæ fiebant per titulum de interrogatoriis actionibus, fiebant olim actionibus propositis,sed hodiè non fiunt,& ideò non est necessarius libellus,sed per officium iudicis fiunt,ibid.
Interrogationes sunt faciendæ, secundùm quòd necessitas proponendæ actionis exigit, l.1.eod.
Interrogationes fiunt officio iudicis,non iure actionis,ibid.
Interrogatio,quæ fit heredi,ex qua parte sit heres, est præparatoria actionis instituendæ, & ante litis contestationem est proponenda, d. l. 1. & ibi glossa instituitur.
Interrogatio,pro qua parte sit heres, potest proponi simul cum actione principali,† d.gl.instituitur.
Interrogatio, pro qua parte sit heres, vt locum habeat, requiritur, quòd actio proponenda sit personalis, & quòd per eam sit certum petendum, & quòd actio sit hereditaria,d.l.1.& ibi gl. actio.
Interrogatio non fit heredi,ex qua parte sit heres,quando actio proponenda est in rem, vel in rem scripta, quia tunc debet fieri interrogatio, pro qua parte possideat,ibid.
Interrogatio, pro qua parte sit heres, fit ei, quando possidet post litis contestationem, vel dolo desiit possidere, quia tunc datur pro hereditariis portionibus tantùm,ibid.
Interrogatio,pro qua parte sit heres,non fit heredi, quando incertum est petendum,veluti factum,cuius nomine contra singulos heredes datur actio insolidum, quia tunc non est opus interrogatione illa, cùm ab vno petatur insolidum,interrogari tamen potest,an sit heres, licèt agatur ad factum, dict.glossa actio.
Interrogatio an sit heres,vel pro qua parte sit heres, non fit heredi, quando incertum,veluti factum est petendum actione in rem,sed si agatur ad interesse, tunc fit vtraque interrogatio, quia ex persona defuncti ad certam quantitatem agitur, ibid.
Interrogationes, quæ sunt ad litis ordinationem faciendæ ante litis contestationem,sunt vndecim;scilicet an sit heres,pro qua parte,qualiter sit heres, an seruum noxium possideat,quando noxaliter conuenitur,an sua sit quadrupes, an possideat ædes,quarum nomine petitur caueri de dāno infecto, & pro qua parte,& an penes se,habeat peculium,item de ætate,& an possideat ille, contra quem agitur actione in rem, & pro qua parte, item vltimò generaliter quandocunque æquitas iudicem mouerit, potest fieri interrogatio ante litis contestationem,gl.damni, ibid.
Interrogationes ad hoc vt fiant,duo censentur esse negotia, vnum principalis,& hereditariæ actionis,aliud interrogationis in iure officio iudicis faciendæ,in qua etiam de calumnia iuratur,ibid. 2
ad Interrogationes non cogitur quis post contestationem respondere iure actionis, sed tantùm officio iudicis, etiam si iudex esset delegatus, quia sine hoc officio frequens iudicium explicari non potest, & ideò hoc etiam mandatum videtur ei,† ibi.& glo.fi.in fi.in l.1.C.de confessis.
Interrogationes,quæ fiunt ante litis contestationem,introductæ sunt ad releuationem oneris probandi,vnde non valet responsio,quæ fit per verbum credo, vel simile,quia non releuat ab onere probandi, l.2. & ibi add.marg.de interrog.actio.
Interrogationes dicuntur fieri in iure vbicunque fiunt coram iudice etiam domi,vel in itinere,quod est verum in his,& similibus, quæ causæ cognitionem non requirunt,l.4.§.quod ait,& ibi glo.fi.eod.
Interrogationem ex confessione præcessisse iudex præsumit, gloss. 1. in l.si sine, 9.eodem.
sine Interrogatione si quis responderit se heredem, pro interrogato habetur, quia non agitur ex stipulatione,sed ex prima causa scilicet confessione, d.l.si sine,& ibi glo. 1.
Interrogationes debet facere iudex,vbicunque est æquum,l.pen.eod.
Interrogationi facta de vna specie si sequuta sit responsio de duabus copulatiuè, adiectio alterius speciei habetur pro superuacua, l. 1.§.sed & si mihi, de verb. oblig.
Interrogationes, & iuramentum super eis introductum est propter exonerationem probationis,gl.existimet,in l.fi.§.quod obseruari, C. de iureiur. propter cal.dando.
Interrogationes possunt fieri ante litis contestationem,gl.interrogetur,in auth. offeratur,C.de litis contestat.
Interrogationes quomodo debeant fieri in petitione hereditatis,vide glo.fi.in l. cogi,11.C.de petitione hered.
ad Interrogationes cogitur aduersarius respondere officio iudicis,gl. fi. in fi.l.1. C.de confessis.

Reliqua verbo,Edictum,11.Responsio.

INTERROGATORIAE actiones hodie non frequentantur, imò in desuetudinem abierunt,officio tamen iudicis hodie fiunt,l.1.de interrog. actio. 1
Interrogatoriæ actiones olim vocabantur in factum actiones, quarum nomina hodie non habemus,gl.interrogatoriis.
per Interrogatorias actiones olim compellebatur aduersarius respondere ad interrogationes,quæ fiunt ante litis contestationem,hodiè tamen nemo actionis iure cogitur respondere ante iudicium principalis negotij,sed rectè cogitur quis hodiè officio iudicis respondere, ibid.
INTERROGATVS de duobus si vni respondet affirmatiuè,videtur alteri negatiuè respondere,& econtrà,l.& si sine,§ sed quod Papinianus,de minorib.
Interrogatus in actione de pauperie an quadrupes, quæ damnum dedit, sit sua, responderit non esse,si posteà constiterit eius esse, insolidum condemnatur,l. 1.§.& cùm etiam,si quadrupes paup.
Interrogatus in iure si falsum dixerit,perdit beneficium,& punitur, d.§. & cùm etiam,& ibi gl.esset.
Interrogatus,an heres,vel quota parte sit,vel an in potestate habeat eum, cuius nomine noxaliter agitur,debet impetrare tempus ad deliberandum,l.qui interrogatur,de interrog.actio.
Interrogato non solùm de facto alterius, sed etiam de suo etiam post litis contestationem dandum est tempus ad deliberandum, & hoc consuetudine approbatur,† gl.fi.ibid.
Interrogatus quis,an heres sit,non cogitur respondere,si controuersiam hereditatis ab alio patiatur,ne aut negando se heredem præiudicet sibi, aut dicendo se heredem illigetur etiam ablata sibi hereditate,l.& quia,eod.
Interrogatus possessor,an possideat hereditatem, cogitur respondere, licet controuersiam hereditatis ab alio patiatur, quia possessor hodiè ex contractibus defuncti potest conueniri,licèt sit controuersia de hereditate cum alio, gloss. fin. ibidem.
Interrogatus quis,an quadrupes,quæ pauperiem fecit,eius sit, respondere tenetur,& si mentiatur suam non esse,cùm esset sua,non ad noxæ deditionem,sed insolidum ad totum damnum tenetur,l.si quis in iure,& ibi gl.1.eod.
Interrogatus de seruo,qui damnum dedit, si responderit suum esse, cùm non esset,tenetur lege Aquilia,quasi dominus, & si ab eo damnum exactum sit, domino verus liberatur,d.l.si quis in iure.
Interrogatus defensor, an is, quem defendit, sit heres, vel quota ex parte sit, si falsò responderit, ipse defensor tenetur aduersario vtili ex confessione, quasi contractu,non ex cautione iudicatum solui, cùm interrogatio ante illam cautionem fiat,l.si defensor,& ibi gl.1.& add.marg.eo.
Interrogator defensor,an is,quem defendit sit heres,si falsò responderit,nullum præiudiciū facit ei,quē defendit,nisi is ratū habeat,d.l.si defensor, & ibi gl.

Inteſtatus tunc dicitur decedere impubes,cui pater ſecundas tab.fecit, cùm ſubſtituti omiſerint hereditatem eius,l.2.§.impuberem,ad Tertyllian.

Inteſtatus decedit quis ſex modis,gl.1.in l.teſtatus,64.de verbor.ſignifi.

2 Inteſtatus defunctus fit, quando bonorum poſſeſſio contra tab. intentatur, antequàm heres ſcriptus adeat,ſed ſi intentatur poſt aditionem,decedit teſtatus de iure ciuili, licèt non de æquitate prætoria, gloſſ. 1. in l. vt liberis, C. de collatio.

Inteſtatus decedit quis ſeptem modis,quinque modis ante aditionem,& duobus modis poſt aditionem,ibid.

Inteſtata dicitur decedere pupilla etiam, quæ non poteſt teſtamentum facere, l. in teſtamento,C.de teſtam.militis.

Inteſtatum,vel ſine teſtamento mori quem,idem eſt dicere,gl.1.in l.generaliter, 6.C.de inſtitutio.& ſubſtitut.

Inteſtatus propriè dicitur,qui potuit teſtari,aliàs dicitur inteſtabilis,gl.ſi omninò,in add.in §.quod autem,Inſt.de legit.agnat.tutel.

Inteſtatus dici poteſt quis,etiam quoad ſingularem rem,cauſam, aut ſpeciem, in qua teſtator nequaquàm aut inefficaciter prouiderit,ſed in hereditate prouiſio particularis ad ſe totum trahit, ſuper quo prouiſum non eſt, d. §. quod autem,in add.marg.

Inteſtatus pro parte,& teſtatus pro parte ab initio non poteſt quis decedere, ſed bene poteſt ex pòſt facto,ibid.

Inteſtatus pro parte,& teſtatus pro parte poteſt decedere miles,filius, arrogatus, item filius teſtans ad pias cauſas,ibid.

Inteſtatus decedere dicitur pupillus,& furioſus non propriè,ſed impropriè, quia etſi vellent,non poſſent teſtari, gl.1. & ibi add. in principio, Inſt. de heredit. quæ ab inteſ.

Inteſtatus decedere dicitur ille,qui non habens factionem teſtamenti, de facto tamen fecit, & etiam ille, cuius teſtamentum caruit ſolemnitate teſtium, & etiam ille,qui præterijt filios in poteſtate,gl.2.in add. ibid.

Inteſtatus decedere dicitur quis,quandoque per querelam,vel per contra tab.teſtamentum reſciſſum eſt,quod verum eſt,quando mora fit ante aditam hereditatem,ſecus ſi poſt,gl.extiterit,& ibi add.ibid.

ab Inteſtato ſucceſſio non habet locum,donec habet locum contra tab. quando pendet,vtrùm ſecundùm tab.peti poſſit,ſed quando certum eſt ſecundùm tab. peti non poſſe,tunc procedit contra tabulas,& ab inteſtato,l. pen. & ibi gl.filius,de bon.poſſ.contra tab.

ab Inteſtato ſuccedendi gradus primo loco eſt liberorum , ſecundo legitimorum,tertio cognatorum,quarto vnde vir,& vxor,l.1.ſi tabulæ teſtam.nullæ extab.

ab Inteſtato ſuccedunt primo loco illi liberi,qui ad contra tab. admittuntur,tam naturales,quàm adoptiui,ſed adoptiui,dummodò ſint in poteſtate, ſed ſi ſui iuris fuerint,non inuitantur ad bonorum poſſeſſionem,d.l.1.§. liberos.

*Reliqua verbo,Fideicommitti,Fideicommiſſum,*12.*Heres,*24. *vſque* 30. *Hereditas,* 19.*vſque* 22.*Legatum,*74.75.*Succedens,Succedendi,Succeſſio,Agnatio,*4.

INTRANS conclaue cauſſa furandi,vel aliàs, tenetur actione iniuriarum, aut de vi,ſi per vim intrauerit,l.vulgaris,21.§.qui furti,de furtis.

Reliqua verbo, Ingrediens.

INTRICARE dicitur,quando quis intricat aliquid,putà, obligando, donando,vel conſummando,hinc intricatio loco alienationis fraudulentæ ſumitur, l.ſumma,& ibi gl.intricare,& ibi add.marg.de peculio.

INVADERE idem eſt,quod rapere,gl.pen.in l.2.C.de actio.empti.

Inuadere poteſt creditor impunè rem debitoris aufugientis, vel exiſtentis in præparatione fugæ,vt iudici oſtendat,non vt ſibi haberet,glo.fi.verſ.ſeptimo, in l.ſi quis in tantam,C.vnde vi.

Inuadens bona,quæ ſciebat ad ſe non pertinere,etiam ſi ante litem conteſtatam fecerit,quominùs poſſideret,perinde eſt condemnandus, ac ſi poſſideret,l.ſed & ſi,25.§.quod ait Senatus,de petitione heredit.

Inuadens hereditatem ad alium pertinentem ſiue poſſideat, ſiue dolo , vel per culpam deſierit poſſidere,vel non recepit,quod potuit, tenetur petitione hereditatis ad omnem hereditatem,& ſic de dolo,& culpa tenetur,d.l. ſed & ſi, 25.§.quod ait Senatus,eod.

Inuadens,aut vi deiiciens, in plus eſt debitor, quàm ille, qui eſt fruſtrator, quia inuadens tenetur indiſtinctè de interitu, ſed fruſtrator, licèt differat, & fruſtretur ſolutionem,non tenetur de interitu,niſi poſt interpellationem, l. pen. & ibi gl.fin.de vi,& vi armata.

Inuadens poſſeſſionem tenetur interdicto vnde vi,& tenetur de fructibus perceptis,& percipiendis à tempore deiectionis,l.4.& ibi gl.fi.C.vnde vi.

Inuadens poſſeſſionem dolo tenetur pœna legitima, inuadens verò poſſeſſionem per errorem credens eſſe ſuam, vel poſſeſſionem vacantem , vel per iniuriam domini non tenetur,niſi ad reſtitutionem,non tamen tenetur criminaliter, l. inuaſor,C.eod.

Inuadens quaſi poſſeſſionem iurium prædiorum & præbendæ alicuius clerici mero iure non tenetur pœna directa legis , ſi quis in tantam, tenetur tamen vtili condictione illius legis,gl.fi.in l.ſi quis in tantam, C.eod.

Inuadens dominus,vel alius poſſeſſionem, quam habent vſufructuarius, ſuperficiarius,feudatarius,vel emphyteota, tenetur pœna & conſtitutione directa, ſi quis in tantam,cùm hi habeant vtile dominium,ibid.

Inuadens ſuperficiarius,feudatarius,& emphyteota, ſufficit quòd ſuo iure priuetur,ibidem.

Inuadens rem,quam alij commodauit,locauit,vel depoſuit, non tenetur lege, ſi quis in tantam ; cùm neminem poſſeſſione priuare voluerit, niſi conſtituerit ſibi poſſidere,& ſic inuerterit poſſeſſionem, ſed ſi extraneus inuaſerit, tenetur ille locanti,commodanti,vel deponenti,gl.fi.ibid.

Inuadens rem ſibi debitam , vel alligatam tenetur lege, ſi quis in tantam , ita quòd perdit ius,quod habet in re,vel pignus,vt ſi amodò egerit , exceptione repellitur,ibid.

Inuadens rem alterius vt eam haberet pro pignore,vel in ſolutum,tenetur lege, ſi quis in tantam,niſi debitor aufugerit, vel ex pacto , vel iudicis authoritate inuaſerit,ibid.

Inuadens debitor rem , quam creditori dedit in pignus, tenetur pœna legis , ſi quis in tantam,ibid.

Inuadens ſine permiſſione iudicis , ſiue ante litis conteſtationem , ſiue poſt ſententiam , tenetur lege , ſi quis in tantam, ſecus ſi cum ſententia iuſta iudicis, quia tunc non punitur,niſi ſit non rectè lata,d.gl.fi.verſ.ſuper.

Inuadens clàm tenetur lege, ſi quis in tantam, ſi habuit animum , vt etiam vim inferret,ſi poſſeſſorem inuaſiſſet,ibid.

Inuadens incidit per ſententiam,& non ipſo iure in pœnam legis,ſi quis in tantam,† d.gl.fi.verſ.ſuper quarto.

Inuadens rem ſibi , & alteri communem , quam ſocius poſſidebat , tenetur pro parte ſocij,& etiam pro ſua parte,diuerſimodè tamen, d. gloſſ. fin. verſ. ſuper vltimo.

Inuadens dominus mancipium Chriſtianum poſſeſſum à Iudæo , non applicatur Iudæo,ibid.

Inuadens per vim rem ab alio poſſeſſam,ſi ea occaſione interuenit homicidium, ſiue ex parte inuadentis per vim,ſiue ex parte defendentis,condemnandus eſt ad mortem,& non poteſt appellari,l.quoniam,C.ad legem Iul.de vi.

*Reliqua verbo,Mobilia,Poſſeſſio,*19.20.*Prædo,Interdictum,* 17. *vſque* 22. *Creditor,* 72.73.76.*Debitor,nu.*73.*Inuaſor.*

INVALIDVM poſteà quandoque validatur, ſic etiam validum quandoque per inualidum vitiatur,gl.fin.& ibi add.marg.in l.qui ſoluendo,42.de hered. inſtit.

Inualidum ab initio ex pòſt facto nòn conualeſcit,cap.1.§.naturales,& ibi gl.legitimi,ſi de feudo defuncti contentio ſit inter domi.§.pen. & ibi gl. in noua, Inſt.de milit.teſtam.

Inualidum ab initio ex diuturnitate temporis non conualeſcit,cap.1.in principio, & ibi gl.conualeſcere,de prohibita feudi alien.per Frederic.

Inualidum teſtamentum ab initio tractu temporis non conualeſcit, ſi defectus ſit in perſona heredis , vel teſtantis , vt quia ſit inteſtabilis , ſecus ſi oneratus creditoribus ſeruos inſtituere nequeat,gl. inutile, & ibi add. in §. præter hos, Inſt.quibus non eſt permiſſum.

Inualidum teſtamentum propter defectum ſolemnitatis , vt in numero ſeptem teſtium rogatorum ex pòſt facto confirmari non poteſt , ſecus ſi defectus reſpiciat fauorem priuatum,ibid.

*Reliqua verbo,Teſtamentum,*15.16.*Inutilis,Legatum,*78.*Pactum,* 10. 11. *Stipulatio,* 13. *vſque* 17. *Teſtamentum,* 15.16.

INVASOR tenetur de interitu rei,etiam ſi res interiiſſet eo modo penes eum, quo eſſet interitura penes poſſeſſorem,gl.fi.in l.4.C. vnde vi.

Inuaſor tenetur ad reſtitutionem , & ad æſtimationem proprietatis rei inuaſæ, gl.fi.in principio,in l.ſi quis in tantam,C.eod.

Inuaſor poſt ſententiam poteſt appellare,d.gl.fi.verſ.ſuper vltimo.

Inuaſor ante litem conteſtatam, vel ante ſententiam reſtituens non liberatur à pœna legis,ſi quis in tantam,etiam ſi ſponte expulſus acceperit,cùm non ſuccedat illa pœna loco rei,ibid.

Inuaſor rei alienæ vacantis credens iuſtis rationibus eſſe ſuam,non tenetur condictione ex lege ſi.C.vnde vi,gl.per ignorantiam,in d.l.fin.

Inuaſor rei alienæ vacantis ſciens eſſe alienam, ignorans tamen cuius ſit, tenetur eam reſtituere domino,ibid.

Inuaſor rei alienæ vacantis tutus eſt præſcriptione 30.annorum,gl. fi.

Inuaſus poteſt inuaſorem primò percutere,nec debet expectare ſe primò percuti,quàm ipſe percutiat,gl.fi.in §.recuperandæ,Inſt. de interdictis.

*Reliqua verbo, Inuadere,Periculum,*2.3.

INVECTA, & illata per ſecundum conductorem tenentur pro penſione ipſius ſecundæ conductionis tantum,& non vltra,l.ſolutam,de pignerat.actione.

Inuecta in prædium vrbanum pro penſione ſunt tacitè obligata domino etiam ignoranti,ſed inuecta in prædium ruſticum ſunt obligata , ſi ſcientia domini interuenerit,non aliàs,gl.tenebuntur,ibi.& l.4. & ibi gl. 1. & gl.obſeruantur, quibus modis pignus tacitè contr.& gl.quaſi,in l.vtique,de damno infecto.

Inuecta,& illata in domum tacitè ſunt pignori obligata non ſolùm pro penſionibus , ſed etiam pro eo , in quo inquilinus deteriorem fecit habitationem, quo nomine ex locato cum eo agendum eſt,creditor tamen tenetur pigneratitia,l.2.& ibi gl.fi.in quibus cauſis pignus tacitè contr.

Inuecta in horreum conductum,vel aream iunctam domui,& ibi illata, ſunt tacitè obligata pro penſione,l.3.eod.

Inuecta,& illata à me in domum,cuius habitationem gratuitam conductor mihi præſtitit,non ſunt domino domus , vel locatori ſuo pro penſione obligata, ſed bene pro deterioratione,l.5.& ibi gl.1.eod.

Inuecta,& illata à me in domum , cuius habitationem non gratuitam conductor mihi præſtitit, tacitè videntur obligata domino , ſecus eſt in prædio ruſtico, gl.1.ibid.

Inuecta, & illata in prædium vrbanum videntur obligata, ac ſi ſpecialiter eſſent obligata , tamen tale pignus tacitum non impedit manumiſſionem ſerui ob habitationem tacitè obligati,fallit tamen quandoque,l.licèt,& ibi gl.fi.eod.

Inuecta , & illata omnia non cenſentur obligata pro penſione , ſed tantùm illa, quæ inducta & illata ſunt,vt ibi perpetuò ſint,& non temporis cauſa,in l.prædiis,& ibi gl.fi.eod.

Inuecta & illata à colono in fundum vt pignori eſſent , donec merces ſoluta eſſet locatori,aut eſſet ſatisfactum,ſi mercedis nomine fideiuſſorem à colono accipiat , locator videtur ei ſatisfactum , & ideò illata pignori eſſe deſinunt, leg.pen.quibus modis pignus.

*Reliqua verbo,Inducta,Colonus,*16.*Conductor,*7.*Locator,*6.*Stabularius,Penſio,Minor,*21.*Interdictum,*10.*Inquilinus,*3.

INVENIENS theſaurum in re empta,tenetur illum reddere emptori,ſi pecuniam reddat venditori,l.à tutore,67.de rei vend.

Inueniens rem alienam iacentem in terra ſi ſuſtulit lucri faciendi cauſa , committit furtum,ſiue ſcierit,cuius ſit,ſiue ignorauerit,niſi dominus eam dereliquit,quo caſu non committit furtum,etiam ſi animo furandi ſuſtuliſſet,l.falſus,43.§.qui alienum,& §.ſi quis ſponte,de furtis.

Inueniens rem alienam iacentem in terra,ſi ſuſtulit putans derelictam,cùm non eſſet,non committit furtum,ibid.

Inueniens rem alienam iacentem in terra , ſi ſuſtulit , non vt lucraretur , ſed vt redderet

modò ſint maſculi,non fœminæ,ibi.& c.1. qui teſtes ſunt neceſſarij,vt fiat inueſtitura.

Inueſtitura veteris feudi etiam à minore fieri poteſt,& tunc non intelligitur facta de omni poſſeſſione vaſſalli,ſed de iuſta tantùm,niſi nominatim aliud dicatur,c.1.in principio,per quos fiat inueſtitura.

Inueſtitura noui feudi non poteſt fieri ab alio,quàm ab eo, qui habet legitimam ſuorum bonorum adminiſtrationem,ibid.

Inueſtituram veterem faciens non intelligitur alienare de bonis ſuis,quia in bonis computatur ius feudi,gl.ſuorum,ibid.

Inueſtituram feudi quilibet poteſt accipere,etiam ſeruus,niſi prætendatur ignorantia,quia ſi dominus putat liberum,qui poſteà ſeruus apparet,tunc non valet inueſtitura,d.c. 1.§.ſed etiam,& ibi gl.ignorantia.

Inueſtituram quis faciat,vel ſuſcipiat,vel alius pro illo nihil intereſt,d.c. 1.§. 1. verſ.ſed vtrùm.

Inueſtitura poteſt fieri,vel accipi per procuratorem,ibid.

Inueſtitura nulla fieri debet ei,qui fidelitatem ſe facturum domino negat,niſi eo pacto adquieſceret,vt ſine iuramento fidelitatis habere poſſit,c. 1. §. fi. & ibi gl.pe.per quos fiat inueſtit.

Inueſtitura debet præcedere fidelitatem,ibi.gl.pe. & c. 1.quid præcedere debeat, an inueſtitura.

Inueſtitura veteri, vel noua facta vaſſallo tenetur ipſe ſtatim exhibere fidelitatem,ſed ſi dominus nondum fecerit inueſtituram,tunc dominus debet vaſſallum interpellare,eidemque inueſtituram polliceri, ſed in antiquo feudo, & renouatione inueſtituræ vaſſallus miles, tunc debet ſe offerre domino infra annum, & menſem,priuatús intra annum & diem, alioquin priuatur, nec eſt opus interpellatione,gloſſ.fi.in addit.marg.in d.c.1.quid præcedere debeat.

in Inueſtitura facienda,vel petenda ita vaſſallus debet adire dominum honorificè,& præſentibus curiæ paribus,ſi dominus habeat pares,aliàs præſentibus extraneis & inueſtituram petere,& eam polliceri,d.gl.fi.

Inueſtituram vaſſallus debet ita petere, Ego inueſtituram talis feudi, quam à te poſſideo,vel poſſidere debeo,poſtulo,& fidelitatem contra omnem hominem (exceptis anterioribus meis dominis,& Imperatore) volo,& paratus ſum facere, vel ſufficit, quòd dicat, poſtulo inueſtituram mei recti feudi, quo facto dominus ſtatim debet eam facere,& ſacramentum ſuſcipere, ſi ſibi placuerit, ſin autem poterit deferre,ibid.

4 Inueſtituram facere ſi dominus ſteterit vltra annum & diem, petita inueſtitura intra annum à vaſſallo non obeſt hoc vaſſallo, ſufficit enim, quòd inueſtituram petierit, ſecundùm quod debuit, imò intra illud tempus dominus non præſtans priuari debet proprietate feudi,ibid.

Inueſtitura facta, & fidelitate ſubſequuta omnimodò cogitur dominus inueſtitum in vacuam poſſeſſionem mittere, quòd ſi differat, debet præſtare ei omnem vtilitatem,quæ fit circa rem,c.1.§.fi.de noua forma fidei.

de Inueſtitura inter dominum, & vaſſallum facta contentione illi, qui fuerunt pares tempore inueſtituræ non remouentur poſteà à teſtimonio, licèt deſierint eſſe pares,niſi deſierint ex ea cauſſa,quæ infamiam irroget, c. 1. & ibi gl. fi.& add.marg.an remoueri debeant teſtes,qui pares.

Inueſtitura, quæ fit ante tres liberos homines, ſeruari debet, niſi iuri contraria ſit,& ſi domino & fideli placuit, vt paciſcantur de filiabus, quatenus ipſæ ſuccedant,hoc etiam eſt ſeruandum,gl.1.in c.1.in quib.cauſ.feud. amit.

Inueſtitura de feudo vaſſalli viuentis facta à domino alicui ſumit effectum,cùm feudum ſibi, vel heredi ſuo fuerit apertum, ſed inueſtitura facta à prælato eodem modo non capit effectum,niſi inueſtitori aperiatur feudum,c.1.§.moribus, ſi de feudo defuncti contentio ſit inter dom.

in Inueſtitura de feudo vaſſalli viuentis facta alicui à domino non exigitur conſenſus eius,de cuius feudo procedit,ibid.

Inueſtitura nulla generaliter eſt facienda ei,qui fidelitatem recuſat,gl.ſi minori, in d.c.1.§.naturalis,& glo. 2.in c.1.de capitulis Corradi.

Inueſtitura abuſiua de feudo à domino facta cogitur dominus vaſſallum mitte- in poſſeſſionem feudi,nec liberatur præſtando intereſſe,d.c.1.§.ſi facta, & ibi gl.dominum,eod.

Inueſtitura noua probari debet per teſtes pares curiæ, aut per breue teſtatum à paribus confirmatum,ſed ſecundùm Mediolanenſes probatur per breue etiam non à paribus,ſed ab aliis confirmatum,ſiue dominus ſit clericus, ſiue laicus, nec aliter facta valet, etiam ſi dominus confiteatur factam, & alij contrà teſtentur,c.1.qui teſtes ſunt neceſſarij ad nouam.

de Inueſtituræ ſubſtantia ſunt teſtes,† reprob.gl.1.& ibi add.marg.ibid.

Inueſtitura ſine paribus facta, eò quòd tunc temporis aberant pares, non valet, quia etiam ſi abſint,expectandi ſunt,d.c.1.

Inueſtituræ gratis fieri debent,§.priuilegia,in extrauagan.de pace Conſtantiæ.

pro Inueſtitura baculum,vel ſtipitem paleæ debent vnus alteri,vt fit in Marchia, ſed in Longobardia bibuna,alibi per mantellum inueſtiunt,gl.fi.in prin.Inſti. de verb.obli.

Inueſtitura per baculum,vel per mantellum de iure ciuili non eſt neceſſaria,ſed bene de conſuetudine,d.gl.fi.in add.

Reliqua verbo, Feudum, 5.6. Prælatus, Succeſſor, 2. Vaſſallus, 4.5.

INVICEM rogati heredes dicuntur,ideſt,viciſſim rogati,gl.1.in l.iubemus,C. ad Trebell.

INVIDIA circa pares eſſe ſolet ſæpe,gl.teneri,in l.ſi, cùm exceptione, §. eum, qui,quod metus cauſa.

Inuidia reprobatur,in prin.& ibi gl.inuidiam,Inſt.de lege Fuſia.

Inuidia remouenda eſt,§.fi.Inſti.de donat.

Inuidus non maiori,vel minori ſtatu,ſed ſibi pari inuidet, gloſſ. pen. in l. 2. C. de dolo.

INVITVS procurator non ſolet dari,l. filiusfamilias, §. inuitus, de procuratoribus.

Inuitus dicitur ille,qui non tantùm contradicit, ſed etiam ille, qui conſentire non probatur,ibid.

Inuito te ſi poteſt aliquid fieri,multò magis te abſente & ignorante,gl. fi. in l. ſi in tres,20.de arbitris.

Inuitus in ſeruitutibus conſtituendis dicitur non ſolùm, qui contrà dicit, ſed etiam & qui non conſentit,l.4.de ſeruit.vrban.

Inuitus dicitur quis,eo ipſo,quod non conſentit expreſſim,gl.contradicit, & gl. pen.ibid.

Inuitus dicitur infans, vel furioſus in conſtituenda ſeruitute, cùm non habeant conſenſum verum,d.l.4 & ibi gl.pen.

Inuitus, & ignorans poteſt quis liberari ab alio ſoluendo pro eo creditori, ſed non obligari,l.ſolutionem,23.& ibi add.marg.de ſolutio.

Inuitum debitorem liberare non poteſt ille, qui ſuſcipit iudicium pro eo nomine procuratorio, non animo nouandi, quia ille debitor poteſt alium conſtituere,& illum non habere etiam inuito creditore,gl.1.ibid.

Inuitum debitorem liberat ſuſcipiens iudicium pro eo animo nouandi volens eſſe procurator in rem ſuam,d.l.ſolutionem,& ibi gl.1.

Inuito priuilegium,vel beneficium non confertur directò, ſed bene ex obliquo, d.gl.1.& ibi add.marg gl.1.in l.ſoluere,53.eod.

Inuiti, & etiam ignorantis conditionem meliorem facere vnicuique licet, d. l. ſoluere,53.eod.

pro Inuito & ignorante vnicuique licet ſoluere,ibid.

Inuito conferendo operas ſuas quis ſuſpectus exiſtimatur,gl. pen. in l. ſi quemquam,31.C.de Epiſ.& cler.

Inuitus dicitur quis,niſi probetur eum conſenſiſſe,& voluiſſe,gl. 1. in l.inuitus, 17.C.de procuratorib.

Reliqua verbo, Vendere.

INVNDATIO ſpeciem fundi non mutat, quantùm ad proprietatem, ſed poſſeſſio amittitur,l.adeò,7.§.inſula,verſi.aliud, & ibi gl. ſpeciem, de adq. rerum dominio.

Inundatio fluminis,vel maris non mutat faciem fundi, & ideò ſi receſſerit aqua, fundus eius manet,cuius & fuit, niſi inundatio ſit perpetua, vel ſit talis, quæ faciat alueum,§.quòd ſi naturali,in fin. & ibi add. marg. Inſtit. de rerum diuiſione.

Inundatio ſola poſſeſſione abdicat dominum, & per eam interrumpitur præſcriptio,d.§.quòd ſi naturali,& ibi gl.manere,& add.marg.

Reliqua verbo, Alluuio, Fundus, 2.

INVOCATIO diuini nominis fieri debet, in quolibet principiò, rub. in proœm.Digeſtor.

INVTILIS adiectio poſita in conſtituto vitiatur,& non vitiat conſtitutum,l. hactenus,§.1.& ibi gl.fi.de conſtit.pecun.l.placuit,29.& ibi gl. 2. de vſuris, & gl.1.in l.actus legitimus,77.de reg.iuris.

Inutilis actus, & inualidus operatur ademptionem actus validi in his, quæ pendent à mera voluntate vnius,l.planè,33. de legat.1.

Reliqua verbo, Inualidus, Legatum, 78. Stipulatio, 54. vſque 71. Vtile.

IOCVLATORES omnes infames ſunt ipſo iure,quia quæſtus cauſa,vel mercedis omnibus faciunt ſpectaculum ſui,licèt non faciant ſemper cum obumbratione cortinarum,qui verò ludit cum cythara, licèt coram omnibus cauſa amœnitatis,non mercedis,vt Dauid,non eſt infamis,gl.definit, in l. 2.§. fi. de his,qui notantur infam.

Reliqua verbo, Gladiatores, Mimiculator.

IPSO iure,vel ipſo facto in effectu idem eſt dicere, gl. in poteſtate, in l. 1. de his, qui notantur infam.

Reliqua verbo, Oeconomus, 1.

IRACVNDIA excuſat à culpa, & minuit delictum, & contractum reſcindit, gl.1.in l.3.de diuortiis,gl.1.in l.quidquid calore,49.de reg.iur.

Iracundiæ calore quidquid fit,vel dicitur,non prius eſt ratum, quàm ſi perſeuerantia apparuerit fuiſſe iudicium animi,l.quidquid in calore,48.de reg.iur.

IRE, vel agere per agrum alienum,qui ſeruitutem non debet,nemini licet inuito domino,l.per agrum,11.C.de ſeruitutib.

Ire,& non agere dicitur ille,qui ſella,aut lectica vehitur,l. qui ſella, 7. de ſeruitutib.ruſticorum.

IRENARCHAE dicuntur, qui corrigendis moribus, & publicæ diſciplinæ præficiuntur,gl.de irenarchis,in l.Diuus Adrianus,de cuſt.reo.gl.in rub.C.de irenarchis,lib.10.

Irenarchæ dicuntur pacis principes, & cuſtodes, ac veluti pacificatores, & pacis reconciliatores,gl.in rub.in add.marg.C.de irenarchis,lib.10.§.ad maiorem, in add.marg.in auth.vt nulli iudicum liceat habere.

Irenarchæ dicuntur,qui præficiuntur maximè in ſedandis diſcordiis, & in comprehendendis latronibus,gl.in rub.C.de irenarchis,lib.10.

Irenarchæ dicuntur, quaſi arcentes iram, quia iræ ſumendæ inturbatores publicæ quietis,& pacis gerunt monarchiam, ibid.

Irenarcharum munus perſonale eſt,d. gl. in rub. in add. marg. C. de irenarchis, lib.10.

Irenarchæ, qui ad prouinciarum tutelam quietis, & pacis per ſingula territoria faciunt ſtare concordiam, debent nominari idonei à decurionibus iudicio præſidum,prouinciarum,d.l.1.C.eod.

ISAVRI dicuntur latrones perfidiores aliis,gloſſ. 2. in l.fin. C. ad legem Iul. de vi.

ISRAELITAE accipiebant ſpicas alienas transferentes per alienam meſſem, gl.2.in l.neminem,11.C.de ſacroſanctis Eccleſ.

ISTHMVS appellatur terra,quæ eſt inter duo maria,gloſſ.1. in l.pe. de ſeruit. ruſticorum.

ITALIA extenditur vſque in Galliam,& Siciliam,gl.1. in l.1. de officio præfecti vrb.

Italia appellatur prouincia,l.relegatorum,§.dubitatum,& ibi gl. præter Italiam, de interdictis.

Italia dicitur Gallia togata,gl.2.in l.Diuus,31.de iure fiſci.

Italia non eſt prouincia,ſed prouinciarum domina,gl.in prouincia,in auth.quia in prouincia,C.vbi de crimine agi oportet,gl.in prouincia, in §. hæc conſiderantes,in auth.vt omnes obediant iudicib.col.5.

Italia erat princeps,& domina prouinciarum,& abſit,quod dicamus eam dominam aliarum eſſe ſub tributo,ſicut in Lamentationib. dicitur de Hieruſalem, gl.1.in l.fi.C.ſine cenſu,vel reliquis.

Iudæus cum Christiana muliere contrahens matrimonium, vel econuerso, quocunque accusatur sine inscriptione, regulariter tamen non fit accusatio sine inscriptione, gl.fi.ibi.

a Iudæi sua lege cessante non debent contrahere matrimonium cum coniunctis personis, ob quorum coniunctionem, & inter Christianos non licèt matrimonium celebrare, neque coniugia diuersa habere sub vno tempore, l.nemo, C.eodem.

Iudæis licebat vxorem suam dimittere, & aliam ducere, at nunc non licèt dimittere, ibidem.

Iudæi habent iura quæ sunt ciuium Romanorum, & coram iudicibus Christianis debent litigare, l.Iudæi, 8.C.eod.

Iudæi possunt eligere arbitros, apud Iudæos, in ciuili negotio duntaxat, eorúmque sententias iudices exequuntur, ibi.

Iudæi non possunt compromittere caussam criminalem, glos.3.ibi.

Iudæi non debet quis statuere pretia, cùm venalia proponunt, cùm iustum sit, sua cuique committere, l.nemo, 9.C.eod.

Iudæi inter se, nec Christiani non compelluntur, nisi ex causa vendere res proprias ad modum alicuius, d.l.nemo, & ibi gl.1.

Iudæi obnoxij curiæ vendicantur à curia, l.quicunque, 10.C.eod.

Iudæi, quando celebrant sua solemnia, non debent aliquid agere Christianæ fidei, aliàs puniuntur, l.Iudæos, 11.C.eod.

Iudæi in Sabbato, & in aliis festiuitatibus eorum non possunt conueniri, neque conuenire, l.die Sabbati, 13.C.eod.

Iudæos offendere, vel bona eorum inuadere propria auhoritate non licet cuiquam, l.nullas, 14. C.eod.

Iudæus, siue actor, siue reus, debet sequi forum Christiani, l.si qua, 15. C.eod.

Iudæi bona Christianum circumcidentis, vel circumcidendum mandantis publicantur, & ipse perpetuo exilio damnatur, l.Iudæi, 16.C.eod.

Iudęis omnes administrationes, & dignitates interdictæ sunt, neque possunt defensoris ciuitatis officio fungi, neque aliquem honorem habere, l.fi. C.eod.

Iudęus officio vetita, vel insulas accipiens, quæsitis dignitatibus non debet potiri, & ab illis penitus est repellendus, ibid.

Iudæus extruens synagogam compendio Catholicæ Ecclesiæ nouerit se laborasse, & honores, & dignitates arripiens habetur, vt anteà conditionis extremæ, ibidem.

Iudæus si synagogæ fabricam cœperit, non studio reparandi, punitur in 50. libris auri, & bona sua publicantur, & pœna capitis punitur, l.fi.C.eod.

Iudæus seruum Christianum non debet comparare, neque aliquo largitatis titulo potest consequi, l.1.C. ne Christianum mancipium.

Iudæus seruum Christianum, vel alterius sectæ circumcidens punitur pœna capitali, & ipsi seruo donatur libertas pro præmio, ibid.

Iudæi debitis, vel aliquo delicto fatigati simulantes se velle fieri Christianos, si confugerint ad Ecclesias, vt euitare possint crimina, & debitorum pondera, extrahendi sunt ab ea, l.1.C.de his, qui ad Eccles.confug.

Iudæi debitis, vel aliquo delicto fatigati si voluerint fieri Christiani, debent priusquàm suscipiantur ab Ecclesia, omnia debita soluere, & suspicione criminis se purgare, ibid.

Iudæi nolunt recedere à verbis legis, gl. 2. in l. non dubium, C.de legibus,

Iudæus non potest habere administrationem, vel potestatem, nec potest esse iudex, auth. iusiurandum, quod præstatur, in principio, & ibi gl.2.

Iudaicam superstitionem sequentes poterant iure Digestorum habere, honores inter nos, sed hodiè non possunt habere inter nos, sed bene inter se, l.3.§.fi.& ibi gl. permiserunt, de decurionib.

Reliqua verbo, Circumcidere, Paganus.

Iudex, in genere, nu.1. vsque 12.

Quoad cognitionem an sit iudex, vel non, nu.13.

Quoad imperium, & iurisdictionem vltra metas, & extra territorium, nu.14.15.

Quoad faciendum aliquem iudicem, & consentientes in non suum iudicem, nu.16.

Quoad eos qui impediuntur, vel non possunt esse iudices, numero 17.

Quoad iudicem ordinarium, vel delegatum, delegationem, & dationem iudicis, nu. 18. 19.20.

Quoad Iudices pedaneos, nu.21.

Quoad iudicandum, & ferendam sententiam, num.22. vsque 26.

Quoad sententiam iniustam, & inualidam, num.27.

Quoad iussum, præceptum, & authoritatem iudicis, num.28.

Quoad emendandam, vel mutandam, aut reuocandam suam, vel prædecessoris sententiam, & quoad punitionem, & pœnæ augmentum, vel diminutionem, num. 29. 30.

Quoad condemnationem, & absolutionem, num.31.

Quoad malè procedentem, & iudicantem, & facientem litem suam, nu.32.33.34.

Quoad Iudicem corruptum, & accipientem pecunias, & dona, nu. 35.36.37.

Quoad supplementum faciendum à iudice de facto, vel de iure, nu.38.

Quoad exequentem, & exequutionem sententiæ, num.39.40.

Quoad appellationem, & iudicem appellationis, & iudicis à quo, num.41.42.

Quoad Iudicem maleficiorum, delicta & delinquẽtes, & eorum punitionem, nu.43.

Quoad suspectum iudicem, & eius recusationem, nu.44.

Quoad plenam vel summariam causæ cognitionem, reconuentionem, & procedendum per inquisitionem, num.45.

Quoad mansionem in loco, in quo princeps destinauit, & contractus ab eo factos ibi, & faciendam pacem inter partes & ocularem visum.46.

Quoad iudicem protulantem, & instantiam triennalem, & dationem termini, & & negligentem, & non præstantem iustitiam, & conueniendos eos, nu.47.

Quoad dandas vel prorogandas aut minuendas dilationes, & exceptiones, & opus publicum, & nominationem tutoris, 58.

Quoad iuramentum de rectè iudicando, num.49.

Quoad causam referendam vel scribendam principi, & remissionem causæ, & requisitionem iudicis alterius territory, nu.50.

Quoad iurisdictionem, cognitionem & sententiã plurium iudicũ discordantium, 51.

Quoad Iudicem post latam sententiam & iudicem finito officio & eius syndicatum, & remotionem ab officio, num.52.53.

IVDEX dicitur habere dignitatem, l.qui furere, & ibi gl. dignitatem, de statu homin. 1

Iudices, & aduocati sacerdotes rectè appellari possunt, l.1. de iustitia & iure.

Iudex alimenta præstari filio poterit decernere reseruando causam incidentem filiationis ad cognoscendum pleniùs, l.pen.de his, qui sunt sui.

Iudex, coram quo causa est mota, si infirmatur, coram eius collega causa potest agitari, l.1. de officio proconsulis.

Iudicis potestati quicquid permittitur, non subiicitur iuris necessitati, glo. necessitatem, in l.sæpe, de officio præsidis, l.1.C. quomodo & quando, gloss. in causis, in extrauag. de pace Constantiæ, §.in causis.

Iudex in adeundo facilis debet se præbere, contemni tamen se non patiatur, l. obseruandum, de officio præsidis.

Iudex in cognoscendo, neque excandescere aduersùs eos, quos malos putat, neque precibus calamitosorum debet illacrymari, ibid.

Iudex summatim debet ius reddere, ita, vt authoritatem dignitatis ingenio suo augeat, ibid.

Iudicis recti, & constantis non est, cuius animi motum vultus detegit, ibid.

Iudices debent aliud gerere in corde, & aliud gerere in vultu, gloss. detegit, ibid.

Iudex debet reo conuicto absenti dare vnum diem pro singulis 20. milliaribus ad comparendum, gl.stipulatoris, in l.de die, qui satisdare cogantur.

Iudex debet facere id, quod partib.non sit onerosum, gl.fi.in l.1.si quis caution.

Iudex debet se intromittere in transactione alimentorum, quamuis partes sint concordes, regulariter tamen nullæ sunt partes iudicis, vbi partes sunt concordes, l.cùm hi, de transactio.

Iudex non potest cogere partes ad transigendum, hortari tamen potest, glo.qui iussu, in l.furti, §.qui iussu, de his, qui notantur infam.

Iudex arbitrari non debet in determinatis à lege, gloss.2.in l.omnium, de procuratoribus.

Iudex si causam consulendam commisit, consilium datur successori, si officium consulentis expirauit, l.verum, § ex facto, de minoribus.

Iudicis, vel arbitri officium cessat dilatione pendente, nisi dilatio reuocetur, vel mutetur, gl diem, & ibi add.in l.qualem, 19.§. dicere, de arbitris.

Iudicis verbum quandoque impropriè ponitur, gl.fi.in l.si duo, 34.eod.

Iudex si scit se iudicem esse, sed in modo qualiter sit iudex, errat, valet quod factum est per eum, l.2.§. conuenire, de iudiciis.

Iudex in iudiciis non est diutiùs expectandus, sed alius loco eius est sumendus, l.si longius, 18.eod.

Iudex si incidente infirmitate, vel necessaria profectione, vel rei suæ familiaris periculo non possit iudicare causam intra tempus, ad quod fuit datus, iste iudex mutatur, & alius loco eius substituitur, ibid.

Iudicis præsentia, vel scientia in adiiciendo alij non est necessaria, l.cùm furiosus, 39. eodem.

Iudex, non omne, quod potest, necesse habet facere, l.non quicquid, 40.eod.

Iudex absentem damnare potest, sed non habet necesse, hodiè tamen compellitur procedere, & damnare, vel absoluere absentem, gl. 1.ibid.

in Iudicis nomine, vel prænomine si erratum sit, ille erit iudex, in quem litigatores consenserunt, licèt in nomine, vel agnomine erratum sit, l.si in iudicis, 80 eodem.

Iudex ex officio potest differre quæstionem libertatis, ne fiat præiudicium, l.si quis libertatem, 7. de petitione heredit.

Iudex potest aliquem interrogare, & comminari, quòd nisi verum respondeat, tali pœna eum puniet, l.fi.de rei vend.

Iudex debet iubere, vt quis abstineat ab alieno, & stet contentus suo, & potest imponere partibus silentium, l.si irruptione, finium regundorum.

ad Iudicis officium pertinet lites dirimere, aut diminuere, l. quidam exstimauerunt, 21.si certum petatur.

Iudex debet in causis habere summam æquitatem ante oculos, quod intellige de ea, quæ de iure colligi potest, l.quod si Ephesi, & ibi add.marg.de eo, quod certo loco.

Iudex in causis Deum solum debet habere ob oculos, velut & timorem ipsius Dei, ibidem.

Iudicis, & testatoris authoritas par est, vnde valet argumentum ab actu iudiciali ad actum testamentarium, gl.1.in add.marg.in l.non est mirum, 26, de pigne. actione.

Iudicis, & testatoris quælibet vox non habet vim sententiæ, vel legis, gl. fi.in l. Caius, 39.eodem, l.ex stipulatione, 7.C.de sententiis & interloq.

Iudices debent omnia reddere partibus, nihil lucrando de eorum bonis, gl, 1.in l.ex mandato, 20.mandati.

Iudici statim, atque iudex factus est, omnium rerum officium incumbit, quęcunque in iudicio versantur, ea autem quæ ante iudicium contingunt, non valdè ad eum pertinent, nisi fuerint ei nominatim iniuncta à lege, vt de eis fiat ius, vel si vt petita per libellum, leg. ædiles, 25. §. item & ibi gloss.iniuncta, de ædilit. edict.

Iudex quandoque à voluntate partis recedit ex causa in statuendo locum, vbi pupillus educari debeat, l.1.§.fi.& ibi add.marg. vbi pupillus educari.

Iudex debet inquirere de conditione testis, gl.de nominib. in l. 1. §.si præses, de Magistrat. conueni.

Iudex non debet habere consilium cum aduocatis litis, ita vt eis credatur, gl.remotis, in l.3.de his, quæ in testamento delen.

Iudex debet imponere finem dictis aduocatorum, quando sibi videtur, ibidem.

Iudex nõ debet festinare, gl.indulturum, in l.si.finita, §.si fortè, de damno infecto.

Iudices possunt ex causa festinare, vel differre causas, l.Diui fratres, 27.& ibi gl. 1.de liberali causa.

Iudex potest concedere parti licentiam ingrediendi possessionem propria authoritate, & valet concessio, nisi inueniat resistentem, gl. 1.& ibi add.marg.in l.iustè possidet, 11.de adqui. possess.

Iudicis authoritas facit, vt etiam in eo, quod nobis adiudicatur tanquàm nostrum, transferatur vsucapiendi conditio, l.si. per errorem, 17. de vsucapio.

Iudici liquere de causa non potest, antequàm in causa conclusum sit, cùm in ea vsque ad conclusionem possint fieri probationes, siue testimoniis vocalibus, siue instru-

Iudici nul

Iudici nulli licet regulariter per prouincias loci mittere seruatores, seu vicarios, pœna amissionis administrationis contra facientibus inserta, nisi Imperator tempore concessionis, vel necessitaris sibi concesserit, §. nulli quoque, & §. interdicimus, eod. & in principio, in auth. vt nulli iudicum, col. 9.

10 Iudices debent omnibus iustitiam seruare, & superior inferioribus oppressionem inferre non debet, §. illud videlicet, eod. tit.

Iudices cum omni æquitate lites audire debēt, & breues lites, & vilium personarum ex non scripto cognoscere, & iudicare, & prouidere, ne occasione iudicialium expensarum damnificentur subditi, & ne subditi propter eorum negligentiam ad principis curiam accedant, l. sit tibi quoque, in auth. de mandatis princip. collat. 4.

Iudex debet gratis lites audire, quando litigantes sunt pauperes, d. §. sit tibi quoque, & ibi gl. gratis.

Iudices, & milites, siue de vna prouincia ad aliam proficiscantur, siue ciuitates suæ prouinciæ circumeant, non debent tributa gratis expendere, nec angariis affligere collatores, sed suo salario debent viuere, §. illud, eod. tit.

Iudices digni honorandi sunt, gl. dignos, in §. pen. in auth. de consulib. col. 4.

Iudex non potest cognoscere de causa, in qua anteà fuit aduocatus, nec potest cognoscere, si sit cognatus agentis actione iniuriarum, gloss. causæ, in §. si verò, in auth. vt clerici apud proprios Episcopos.

Iudex, qui examinat testes, debet eorum dicta sub proprio sigillo sigillata remittere, quia si aperta venirent, non posset amplius fieri probatio per testes, §. & quoniam, & ibi gl. non editis, & glo. editione, in auth. de testib.

Iudex debet omnem calumniam, & tergiuersationem aduersari, auth. de executorib. in princ. col. 7.

Iudex prouidere debet libellum pulsato, non porrigi, nisi priùs actor per se, vel per tabellarios in libello subscripserit, & actis interuenientibus fideiussoriam cautionem præstiterit de lite prosequenda per se, vel per procuratorem legitimum, & de soluendo decimam partem litis, si litem iniustè mouisse contigerit, & si actor cautionem fideiussoriam non possit præstare, præstabit iuratoriam, §. ad excludendas, in auth. de litigiosis, col. 8.

11 Iudici nulli, licet circuire prouinciam sine causa necessaria, sed bene cum causa necessaria, expensis tamen suis, nec debet angariis, aut expensis, aut aliquo dispendio subditos aggrauare, quamuis esset consuetudo, §. nulli verò liceat, in d. auth. vt nulli iudicum liceat habere, col. 9.

Iudex occasione lucrorum non debet facere iniquitates, & iniustitias & pœna contrà facientibus imponi debet, §. & hoc peruenit, eod. tit.

Iudex non potest esse arbiter illius causæ, in qua est iudex, potest tamen esse arbitrator, gl. conuentum. in §. si verò contigerit, in auth. vt differentes iudi.

Iudices omnes per se requirere debent delinquentes, & non per latronum insequutores, pœna contrà facientibus imminente, §. iubemus, in auth. de collatorib. col. 9.

Iudices debent per prouinciam proficisci, nec debent angariis, aut descriptionibus, aut aliis expensis collatores grauare, sed tantùm ex deputatis sibi de fisco annonis expensas debent facere, §. pen. eodem.

per Iudicem faciendum est, quod non potest per notarium expediri, gl. 1. in fi. in l. 2. C. de iure fisci, lib. 10.

Iudex ordinarius potest esse illiteratus, sed delegatus non, nisi sciente principe, l. expertes, in additione margin. C. de Decurionibus, lib. 10.

Iudex ciuitatis facit officiales suos fugientes ad curiam reuocari expensis ipsius fugientis, l. Circensium, 20. C. eod. tit. & lib.

Iudices, & rectores prouinciarum debent abstinere à consuetudine temerariæ vsurpationis, l. omnes, 33. C. eod.

Iudicis copia vbi non potest haberi, potest quis obligatum capere propria authoritate, non tamen debet eum retinere, sed iudici debet præsentare, l. generali, 54. C. eod.

Iudicis præsentia facit, quòd acta coram eo facta præsumantur iustè facta, quò fit, vt iudicis decretum facit, ne quis de dolo, aut metu conqueri possit, l. 1. in additione marg. C. de locatione prædiorum, lib. 10.

Iudices in officio furta, & scelera committentes ablatis dignitatum insignibus, & honore exuti inter pessimos, & plebeios habentur, nec pòst possunt ad honores ascendere, l. iudices, C. de dignitatib. lib. 12.

Iudex, & potestas potest compellere iurisperitos, & aduocatos, vt dent sibi consilium in causis etiam criminalibus, gl. concessum, in additione marg. in l. 2. C. de proxim. sacri scrinij, lib. 12.

Iudicibus præsentibus, qui de causa cognoscendi potestatem habent, non debent eorum iudices ordinarij adiri, l. 3. & ibi gloss. 1. C. de metatis, lib. 10.

Iudex non potest se ipsum arbitrum facere, nec cogere, vt partes in se compromittant, gl. fi. in l. 4. de tutorib. datis.

12 Iudex ad causæ decisionem non solùm rationibus, & suasionibus partium, & aduocatorum, sed etiam propriis à parte non inductis moueri potest, c. 1. §. 1. in additione marg. qui testes sint necess. in vsib. feud.

Iudices debent constitui in ciuitatibus, scilicet qui iura reddere possint, glo. constitui, in §. iudices, in extrauag. de pace tenenda inter subditos.

Iudices, & defensores locorum, & alij Magistratus ad Imperatore, vel eius voluntate debent constitui, sed Lombardi habent priuilegium, quòd per se faciant iudices, dum tamen ab eo confirmentur, d. §. iudices.

Iudex, qui cognoscit causam sine strepitu, cogitur audire partem volentem sibi aliquid in occulto dicere, gl. per denunciationem ad principium, in extrauagan. ad reprimendum, quomodo in læsæ maiestat.

Iudex, qui habet procedere, prout sibi videbitur, vna via electa potest ad aliam redire, gl. prout, ibid.

Iudici, vel potestati quando datur arbitrium liberum, non potest per hoc parti facere iniustitiam, quia hoc est contra naturalem æquitatem, rectè tamen potest omittere solemnitates iuris ciuilis, glo. videbitur, ibid.

Iudex procedens sine figura iudicij non potest reiicere exceptionem præscriptionis, d. gl. videbitur, in fi.

Iudex debet perquirere veritatem pro vtraque parte, glos. receptionem, ibi.

sine Iudice, qui potest facere aliquid, multò magis cum eius minùs legitima authoritate facere licebit ei, §. serui, & ibi gl. trāsitu, & add. mar. Inst. de libertinis.

Iudex non potest esse ille, qui est inimicus, gl. 1. in §. inimicitiæ, Instit. de excusat. tutorum.

Iudex si proponentem inceptam actionem reiecit, debet inserere causam, & si non inseruit, nihilominus non nocet actori volenti proponere aliam actionem, quia ab obseruatione iudicij absoluere dicitur iudex, gloss. tenere, in l. 1. si mensor falsum modum dixer.

Iudex in inopia probationum non ita facilè decurrit ad delationem iuramenti necessarij in causa criminali, sicut in pecuniaria, glos. agatur, in l. ait prætor, de iureiurand.

Iudex non debet admittere probationes super articulo impertinenti, vel iam deciso per iuramentum, l. si duo patroni, §. item Iulianus, de iureiuran.

Iudex potest ex causa denegare audientiam, vel iurisdictionem alicui, l. iusiurandum, 34. §. ait. prætor, eod.

Iudex, cuius officium extraordinarium imploratur, cognoscit etiam de mutuis petitionibus, & sic cognoscit etiam de reconuentione, l. 1. §. fi. de variis, & extraordin.

Iudex non debet recedere à iure scripto propter æquitatem non scriptam, nisi intersit authoritas principis, l. 1. C. de legib.

Iudex non potest citare aliquem, vt personaliter compareat in causa ciuili, nisi ex iusta causa, l. fi. C. de procuratorib.

Reliqua verbo, Contemnere, Illiterati, Magistratus, per tot. Officialis, Officium, 7. 8. 9. Pars, 3. Præses, Prætura, Proconsul, 3. Prouincia, Relatio, Sacerdos, Amicitia, Administrator, 6. 7. Arbiter, per tot. Comminatio.

IVDEX, vbi res exigit plenam causæ cognitionem, locum consuetum debet obseruare in examinando negotio, l. ius plurib. & ibi gl. fi. & add. marg. de inst. & iur.

Iudex potest cognoscere, an quis sit de sua iurisdictione, & non dicitur, quòd cognoscit de sua propria causa, quia ipse non agit, sed ille, qui vocat in ius eum, agere videtur, cùm ex eo emolumentum, vel damnum non habeatur, glo. sciatur, in l. 2. si quis in ius vocatus.

Iudex, licèt possit cognoscere an causa iurisdictionis suæ sit, non tamen potest cognoscere de causa suspicionis, ob quam ipse recusatur, an sit sufficiens, vel non d. gl. sciatur.

Iudex citans dicitur compotens citati, licèt citatus non sit de iurisdictione citantis, gl. ex causa, ibid.

Iudex an sit quis, si dubitetur, ipse iudex debet cognoscere, l. 2. §. sed & si dubitetur, de iudiciis, & gloss. fina. in l. 1. C. qui dare tutores.

Iudex, qui cognoscit super declinatoria, non est necesse, quòd ferat interloquutoriam, sed sufficit, quòd procedat ad vlteriora, glo. intueri, in add. in l. 2. §. sed & si dubitetur, de iudiciis.

Iudex an habeat iurisdictionem in citatum, quando est dubium inter partes, ad ipsum iudicem spectat cognitio super eo, secus quando est dubium inter partem, & iudicem, l. si quis ex aliena, & ibi gl. 1. & add. marg. eod.

Iudex cognoscit, an sit sua iurisdictio, quando non sentit ex illa aliquam vtilitatem, sed iurisdictio sua ampliatur pronunciando, sed si sentiret aliquam vtilitatem cognoscere, non posset, d. gl. 1.

Iudex, qui cognoscit an sit sua iurisdictio, debet pronunciare seu iudicem esse, vel non esse, d. gl. 1.

Iudex aduersùs citatum si declarauerit iniustè se iudicem esse, poterit citatus ab huiusmodi iurisdictionis attributione appellare, d. gl. 1. in add. marg.

Iudex potest cognoscere, an habeat iurisdictionem in citatum, nisi aduersùs eum obiiciatur excommunicatio, infamia, aut seruitus, aut simile, quod ab eius iurisdictione eum eximat, ibi.

Iudex, vel rector, licèt deputetur quis ad regendum castrum, quod de nouo est adiunctum ciuitatis territorio, nihilominùs generalis iudex, vel potestas habet in illo castro iurisdictionem, quia quæ possunt insolidum esse apud plures per concessionem eorum vni factam, non videntur alij adempta, l. quoties, 10. §. fin. in add. marg. de administr. tutorum.

Iudex reperiens se incompetentem potest causam ad iudicem competentem remittere, & acta apud se habita circumducere, l. ad principem, 22. & ibi glo. 1. de appellat.

Iudex, cui applicatur decima litis, non potest cognoscere an ipse sit iudex competens, sed alius debet cognoscere, gl. 2. in l. pen. ad municipalem.

Iudex, qui non erat competens de iure Codicis per reconuentionem fit competens, neque potest ei obiici exceptio incompetentiæ iudicis, l. cùm Papinianus, & ibi gl. 3. C. de sententiis, & interloquut.

Reliqua verbo, Iurisdictio, 2. 3. Sententia, 50. Appellatio, 20. Exceptio, 19. Delegatus, 4.

IVDICIS officium habentis Imperium merum latissimum est, nam & bonorum possessionem dare potest, & in possessionem mittere, pupillus non habentibus tutores constituere, & iudices litigantibus dare, l. 1. & ibi gl. 1. de iurisdictione omnium iud.

Iudices merum Imperium non habentes non possunt bona alicuius confiscare, nisi principe specialiter concipiente, l. 1. C. ne sine iussu principis.

Iudex ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, potest facere etiam non sedente pro tribunali in via, domi, aut villa, etiam sine lictoris præsentia, sed non ea, quæ sunt contentiosæ iurisdictionis, l. non est omninò, & & ibi gloss. fi. cum lege seq. & gl. fi. in l. etiam conditionis, §. fi. de manumiss. vindict.

Iudex, qui non potest cognoscere vltra 300. aureos poterit cognoscere ex pluribus summis ex diuersis respectibus, licèt cumulatæ excedant 300. aureos, neque ob id impeditur eius iurisdictio, l. si idem, & ibi gloss. 2. de iurisdict. omnium iudi.

Iudices ordinarij habentes iurisdictionem ad limitatum tempus hodiè solent deponere Imperium ante aduentum successoris per duos dies, quando successor venit, gl. 2. in l. eum, qui, eod.

Iudex maior, vel æqualis potest se subiicere iurisdictioni minoris, vel æqualis, l. est receptum, eod.

Iudex maior, vel æqualis non potest se subiicere iurisdictioni voluntariæ minoris, vel æqualis, potest tamen se subiicere iurisdictioni contentiosæ minoris, vel æqualis, gl. 1. ibid.

19 Iudici à superiore delegato non potest dari tempus ad finiendam causam, etiam vltra triennium,† d.gl.2.

Iudex ordinarius subrogatus in locum mortui de tempore instantiæ tantùm habet,quantum prior iudex, quando superest de tempore instantiæ annus, vel ampliùs,sed si minùs anno supersit,datur tempus vsque ad supplementum anni, quod secus est in delegato, qui subrogatus simpliciter in locum delegati mortui ex integro tempus datum priori delegato censetur repetitum huic secundo delegato,† d.gl.2.

Iudex non debet dari ille,quem altera pars nominatim petiit,quia videtur suspectus,nisi specialiter à principe permittatur ex iusta causa, veluti vt iudex non verecundetur,l.obseruandum,47.eod.

Iudex petitus ab vna parte dari non debet,si ambæ partes sint præsentes, sed vna tantùm parte præsente iudex petitus à præsente rectè dari potest,& ita seruatur in curia Romana,† gl.1.ibid.

Iudex à præside datus lite contestata dicitur etiam iudex successoris præsidis, & potest cogi pronunciare,secus si lis non esset contestata,l.venditor,49.§.fi. & ibi gl.fi.eod.

Iudex si tulit sententiam non præcedente delegatione,iudex, qui potuit causam delegare,non potest ratificare illam,gl.fi.in l.licet,56.eod.

Iudex delegatus de ea re,de qua cognouit principaliter, lite contestata, sententiam dicere cogi debet,l.de qua re,74.& ibi gl.1.eod.

Iudex delegatus de quæstione incidenti opposita, & nata ante litis contestationem,vt pacti,& iurisiurandi,& similium,quæ verè dicitur incidens,non debet sententiam dicere, cùm satis videatur pronunciare, quando pronunciatur de principali,† gl.1.ibid.

Iudex delegatus de quæstione incidenti opposita, & nata post litis contestationem,videlicet an quis possit testificari,vel debeat interrogari,vel an sit hodiè in possessione libertatis, quæ dicuntur emergentes, debet sententiam dicere, † ibidem.

Iudex datus à lege, vel à delegante ad cognoscendum, & sententiandum vsque ad certam summam consensu partium, vel si incidenter crescat lis, de maiori potest iudicare,d.l.de qua,§.1.& ibi gl.iussus,& gl.conueniat.

Iudex aliquando ex necessitate committit nuncio,vt caussam dirimat,l.fi.eod.

Iudex,cui caussa simpliciter est commissa,potest,& debet ferre sententiam,etiam si in commissione non sit dictum,quòd decidat,ac terminet,l. à Diuo Pio,15. de re iudic.

20 Iudex à lege datus dicitur ordinarius,gl.fi.in l.2.C.si contra ius,vel vtilitatem.

Iudex delegatus punitur in decem libris auri, quando contra rescriptum non vult admittere exceptionem falsitatis,l.3.C.eod.

Iudices ordinarij prouinciarum eis,quos culpa reddit obnoxios mulctam imponere non possunt vltra summam duarum vnciarum auri, l. fi. C. de modo mulct.

Iudices delegati non habent propriam iurisdictionem cum administratione, & imperio,sicut illi,qui à principe impetrant,vt sint ordinarij,gl.non habent,in l.fi.C.vbi,& apud quem.

Iudices delegati non possunt dare restitutionem,ibid.

Iudex ordinarius habet potestatem delegandi,l.à iudice,5.C.de iudiciis.

Iudices inferiores,& eodem modo delegati possunt citare per se, vel etiam mediantibus publicis nunciis, citare autem per edicta in albo proposita non possunt,cùm ipsi non habeant album,sed debent requirere per se,vel per nuncium,l.sancimus,13.& ibi gl.fi.C.eod.

Iudex delegatus à principe potest esse etiam illiteratus, & potestates terrarum, vel præsides possunt esse illiterati, alij verò non, cùm in scriptis sit ferenda sententia,gl.Magistratus,in l.certi iuris,15.C.eod.

Iudex potest dari ad petitionem partis præsentis,quando generaliter petiit,secus quando hominem certum peteret,gl.petitus,in §.suscepto,in auth. de exhib. reis,col.5.

Iudex ordinarius publicis occupationibus impeditus potest caussam delegare consiliariis sententia sibi seruata,dummodò ter caussam audiat,& sententiam proferat,& appellationem interpositam suscipiat,§.illud etiam, in authen. vt defuncti,seu funera eorum,col.5.

Iudex appellationis,& delegatus non possunt delegare,§. fi. & ibi gloss. iudices, eod.tit.

Iudices à principe delegati in ciuitate Romana erant 12.octo erant minores, & quatuor maiores,& quilibet sedebant in suo prætorio in basilica, gl. in rubr. & in §.vetus,in authent.de iudicibus,collat.6.

Iudices delegati à principe in ciuitate Romana debent esse periti, & in negotiis experti,vt caussas per se iudicent,& cognoscant,& si voluerint delegare, possunt eorum consiliariis rei examinationem committere,ipsi verò debent ferre sententiam,d.§.vetus,& §.iudices,eod.

Iudex delegatus à principe sedere debet manè,meridie,& vespere,sed ordinarius in vesperis non debet indicare,§.sedebunt,& ibi gl.mox, eod.

Reliqua verbo, Delegatus, Ordinarius.

21 IVDEX pedaneus dicitur,qui humiliora negotia ex delegatione disceptat, gl. 2.in l.3.ne quis eum,qui in ius vocab.& gl.iudices,in l.si quis,38.§.penult.de pœnis,& gl.pedaneis,in §.ne autem,in auth.de iudicibus.

Iudices carthularij nullam habent iurisdictionem,nisi inter consentientes, gl. 2. in l.1.de iudiciis.

Iudex pedaneus appellatur delegatus,aliter etiam sumitur pro iudice cognoscente de minimis,gl.1.in l.4.de tutorib.datis.

Iudices pedanei,& maiores æquales sunt quoad cognoscendam,& concedendam restitutionem in integrum,& etiam in aliis quibusdam,gl.3.in l.fi. C. vbi, & apud quem.

Iudex pedaneus dicitur delegatus,cui committuntur caussæ mediæ, & minimæ, gl.fi.in l.fi.C.de pedaneis iudicibus,& l.2.& ibi gl.pedaneos,C.de liberis.

Iudex pedaneus dicitur etiã ordinarius,qui tantùm cognoscit de caussis vtilibus, & humilioribus,scilicet vsque ad 300.solidos,vt est defensor ciuitatis,d.glo.fi.

Iudices pedanei non possunt cognoscere de statu, quando status est dubius, possunt tamen de statu cognoscere,quando est certus, & agitur, vt reuocetur in alium,gl.pedaneis,in l.2.C.eod.

Iudex pedaneus interdum dicitur ordinarius,vt defensor ciuitatis, & iste poteri cognoscere de tota caussa suo iure sine commissione alicuius,gl. ab illis, in § illud,in authent.vt defuncti,seu funera.

Iudices pedanei debent per se caussas audire,ad hoc,vt litigantes à circuitu liberentur, & debent terminum præfigere partibus, in quo velint ferre sententiam,§.audient,in auth.de iudicib.

Iudex pedaneus de causa liberali non potest cognoscere,gl.causæ,in §.si verò, in auth.vt clerici apud proprios Episcopos,col.6.

Iudex minor non potest restituere contra sententiam maioris, neque potest de appellatione sententiæ maioris iudicis cognoscere,gl.1.in l.minor,de minor.

Iudex contra sententiam paris restituere potest,cùm contra suam possit restituere,nõ tamen potest de appellatione sentẽtiæ latæ à iudice pari cognoscere,ib.

Iudex parem,vel superiorem cogere non potest, cùm in eos non habeat imperium,l.nam Magistratus,& ibi gl.1.de arbitris.

Iudex maior minorib.consulentib.de iure respondet,non de facto,l.eum, quem, 79.§.fi.de iudiciis.

Iudex minor non debet consulere maiorem de facto,& si consuluerit,non debet maior impartiri consilium, sed debet iubere eum, vt prout religio suggerit, sententiam proferat, quia si consuleret, materiam gratiæ, & ambitionis tribueret ei,ibid.

Iudex minor si dubitaret,an plenè esset probatum,vel non, vel an sit res, vt dicit actor,non debet consulere super his maiorem,nam magis potes scire,&c.glo. impartiri,ibid.

Iudices inferiores competentem reuerentiam debent tribuere iudicibus maioris gradus,l.potioris,C.de officio rectoris prouinciæ.

Iudices minores veritatem inuestigando, vbi publica vtilitas tractatur, nullam iniuriam maiorib.iudicib.irrogant,ibid.

Iudices maiores,qui insignia dignitatis ad hoc exercent,vt indignis iniuriis existiment afficiendos minores iudices, qui officia cum potestate moderantur, non declinabunt indignationem principis,ibid.

Iudices superiores non possunt conueniri sub inferioribus,ratione tamen delicti possunt conueniri,gl pen.in l.1.C.ne liceat potentior.

Iudex minor non amittit iurisdictionem suam propter præsentiam maioris iudicis,gl.fi.in l.in hac sacratissima,30.C.de donation.

Reliqua verbo, Pedaneus.

IVDEX debet iudicare secundùm allegata, & probata, & non secundùm conscientiam,† gl.veritas,in l.illicitas,§.veritas,de officio præsidis,† gl.fi.in l. fi. de petitione hered.& gl.fi.in l.2.de in litem iurando, gl.2. in l.si soror, C.de collatio.† gl.æquitate,in §.sit tibi quoque,in auth.de mandatis princip. † gl. in eodem,in §.si minùs.Inst.de actio.

Iudex debet ferre sententiam de facto sibi, vt iudici cognito, idest, secundùm quod sibi est probatum per testes,& instrumenta,& præsumptiones,gl.pe.in l. 2.de feriis,& l.si irruptione,§.fi.& ibi gl.pe.finium regund.

Iudex non potest ferre sententiam de facto sibi cognito,vt priuato,& non vt iudici,† ibi & gl.fi.in l.2.de in litem iurand.

Iudex iudicare potest per rei euidentiam informatam secundùm conscientiam, quam habet vt iudex,non verò secundùm conscientiam,quam habet vt priuatus,gl.1.in l.minor,32.de minoribus,gl.æquitate,in §.sit tibi quoque,in auth. de mandatis principum.

Iudices plures si fuerint,& ad inuicem se discordant, quilibet eorum debet sententiam ferre,& stabitur ei,in qua plures concordarunt,gl. sed aut omnes, in l.item si vnus,§.1.de arbitris.

Iudex in sententia debet habere animum definiendi, non tamen debet fatuè loqui,gl.1.in l.qualem,19.§.dicere,eod.

Iudex debet iudicare secundùm conscientiam,l.iudicium cœptum, 30. in addit. marg.de iudiciis,gl.1.in l.apud eos,C.de fide instrument.glossa testificatione, in l.lex,quæ tutores,22.C.de admin.tutorum.

Iudex de re,de qua cognoscit,si desiit esse iudex,non potest pronunciare, vel, si habeat iustam excusationem,non cogitur pronunciare,l.de qua re, 74. & ibi gl.1.de iudic.

Iudex ordinarius de re,de qua cognouit, cogi potest à superiore suo vt pronunciet,d.gl.1.

Iudex in personali actione,sufficit,quòd dicat, quem debere, licèt non condemnet,l.si prætor,75.eod.

Iudicem ex falsis allegationibus iudicasse probatur, eò quòd obiecta erat præscriptio agenti,& iudex dixit,quòd absentem absolueret, nisi aliud videret, & ideò præsens falsum probauit, quod fuerat debitum per interruptionem, & hoc probauit per eos qui interfuerunt iudicio,gl.approbatum,ibid.

Iudex, qui in causa principali tulit sententiam, si succedat iudici appellationis, potest iudicare de eadem causa,gl.fi.in l.filius,22.de inofficioso testam.

Iudex debet sententiare in fauorem eius,qui iurauit iuramentum necessarium,l. admonendi,& ibi gl.exacto,de iureiur.

Iudex in sententia non tenetur exprimere causam, nam si exprimat falsam causam, non tenet sententia, secus si simpliciter tulit, quia tunc creditur tulisse sententiam vera inserta causa,l.qui testamento,37.de excusat.tutorum.

Iudex de tractu futuro potest iudicare, quando aliter de eo iure, quod in iudi- 2
cium deductum est,nequit iudicare,l.sed interdum, in add. marg. de damno infecto.

Iudex debet sequi partium voluntatem,quando partes concordant,qualiter sententia feratur,l.si conuenerit,26.de re iudicata.

Iudex nihil debet agere,quàm,vt partes conueniant,ac secundùm earum concordiam litem dirimat,d.l.si conuenerit,in add.marg.

Iudex,qui certam sententiam fecit super sorte,si super vsuris dixit sic,quòd vsuræ,si quæ competant, præstentur, non tenet sententia, quia de vsuris quoque debet cognoscere,& facere condemnationem certam, l. in summa, 59. §. 1. eodem.

Iudex, qui tulit sententiam contra minorem indefensum, non potest ex eisdem actis iudicare,sed bene potest iudicare de nouo iterum procedendo, & agnoscendo,gl.fi.in l.cùm quærebatur,62.eod.

Iudex si partibus terminum præstitit ad audiendam sententiam, putà hodiè

apud Labeonem,quæ in fraudem creditorum.

Iudices debent præcepta,& edicta sua tueri,l.3.ne vis fiat ei.

Iudicis præceptum,vel imperium inane esse non debet,l.fi.& ibi gl. fi. ne quid in loco publico.

Iudicis authoritas vbi necessariò non exigitur, sed ad cautelam duntaxat, tunc non imponitur pœna agenti sine iudicis authoritate, si autem iudicis authoritas necessariò requiritur in dubio,agens sine permissu punitur, gl. sine permissu,& ibi add.marg.in l.3.§.non perpetuæ,de sepulcro viol.

Iudicis iussu faciens aliquid non videtur dolo malo facere, quia parêre necesse habet,l.non iubentur,167.de regul.iuris.

Iudici percipienti aliquid exercendo suum officium,ille, qui paret, neque est in dolo, neque in culpa,vt in domo diruenda,& similibus, quamuis iniustum sit præceptum iudicis, & hoc propter rerum iudicatarum authoritatem, & propter publicam vtilitatem,quæ est,vt maleficia,puniantur,glo.2.ibid.

Iudicis authoritas tantum præstat,quantum tutoris,gloss.fi.in l.bonorum,C.qui admitti.

Iudicis simplex præceptum vt adesset sententiæ,habet vim peremptorij, & constituit iussum in vera contumacia,gloss.2.& ibi addit.marg.in l.2.C.quomodo & quando.

Iudicis authoritas non debet esse ludibrio, gloss. admonitus,in §.si quis autem, in auth.de heredib.& Falcid.col.1.

Iudicis præceptum faciens ad causam finiendam dicitur interloquutoria sententia,glò.interloquutionib.in §.ad excludendas,in auth.de litigiosis, col.8.

Iudex successor alterius iudicis iussionem prædecessori factam adimplere debet, nisi sit contra ius,vel publicam vtilitatem, quo casu secundam iussionem debet expectare,§.& hoc verò,in authen.vt nulli iudicum liceat.

Iudicis potestati quidquid permittitur, id iuris necessitati subiicitur, glossa in causis,in extrauagan.de pace Constantiæ,§.in causis.

Iudicis decretum facit cessare restitutionem in integrum, quando illud decretum interponitur pro minore recipiente sibi debitum,secus quando decretum interponitur pro minore alienante,quia tunc non facit cessare,gl.fi.in l.si quidem,11.de prædiis minorum.

Iudex potest reuocare decretum interpositum ad alienationem rei pupilli ab antecessore suo,nisi transiisset in contractum, l. quamuis, & ibi gl. fi. & add. marg.de reb.eorum,qui sub tutela.

Iudex quando interponit decretum super venditione rerum minoris,non est necesse,quòd taxet pretium,gloss.auditurum,in l. ait prætor, §. permittitur, de minorib.

Reliqua verbo, Iussus,1.2.3.Praceptum,Sententia, 52. 53.

29 Iudex non potest suam, vel prædecessoris sententiam reuocare, nisi propter restitutionem in integrum,gl.1.in l.præses,42.de minorib.

Iudex ordinarius,qui simul de plurib.quæstionib.est aditus,de vna si tulerit sententiam,posteà eam non potest mutare,secus est in arbitrio, gl. mutare, in l. quid tamen,21.de arbitris.

Iudex,qui pluris,vel minoris condemnauit,ampliùs non potest suam sententiam corrigere,fallit in quibusdam casib.l.iudex,posteaquàm,55. & ibi gl. 1. de re iudic.

Iudex licèt suam sententiam diffinitiuam non possit reuocare,tamen eam potest interpretari,& declarare,l.ab exequutore,& ibi add.marg.de appellat.

Iudex,qui semel detulit appellationi,non potest reuocare delationem, l. constitutiones,16.in add.marg.eod.

Iudex postquàm recitauit sententiam, functus est officio suo, & ideò eam non poterit mutare,vel corrigere,neque interpretari,nisi sit præses prouinciæ, vel procurator Cæsaris,l.2.& ibi gl.pe.C.de sententiis ex peric.

Iudex sententiam à se recitatam poterit emendare in his,quæ pertinent ad consequentiam statutorum, quæ possunt suppleri, non minui, eadem scilicet die, ibidem.

Iudex poterit emendare suam sententiam iam recitatam, quando absens fuit damnatus,sed venit iudice sedente pro tribunali,ibid.

Iudices aliqui,putà præses,vel procurator Cæsaris, possunt suam sententiam iam latam interpretari in meliùs,† gl.1.in l.si vt proponis,6.C.de exequu.rei iud.

Iudex verbum dubium sententiæ definitiuæ à se latæ potest interpretari, gl. fi.in l.3.C.comminationes,epistolas & program.

Iudex grammaticam,& verba tenore sententiæ diffinitiuæ perseuerante mutuare potest,non tamen potest eam reuocare, d. l.3.& ibi gl.fin.& gl.pe.in l.2.de sententiis ex peric.

Iudex potest multam à se impositam reuocare vel minuere,gl.1.in l.pœnam,15. C.de pœnis.

Iudex ratione restitutionis reuocare potest suã sententiam,d.gl.1. in d.l.pœnam.

Iudex post sententiam non reuocat,nec minuit pœnam temporalem, vel perpetuam,d.l.pœnam.

Iudex debet punire ita proximum,& magnum,sicut extraneum,& paruum,gloss. pen.in l.fi.de rerum diuisione.

Iudex,qui cognoscit de crimine ciuiliter, eo comperto, potest ex officio suo criminaliter punire,l.pe.de calumniat.

Iudex potest mulctam à se impositam remittere,gl.1.& ibi add.marg. in l.iudex, posteaquàm,55.de re iudicat.gl.pe.in l.2. C.de sententiis ex peric.

in Iudicis arbitrio est facti quæstio, sed pœnæ persequutio post sententiam non eius voluntati mandatur,sed legis authoritate reseruatur,l. 1. §. sed non vtique,ad Turpil.

Iudex loci,vnde quis est incola,potest quem punire de delicto alibi commisso,l. relegatorum,§.interdicere,de interdictis & relegatis.

Iudex originis potest punire subditum suum ratione delicti perpetrati extra territorium,glossa ex rescripti,& ibi add.in d.§.interdicere.

Iudex cùm in sententia pœnam minuit causa cognita, censetur remittere infamiam post effectum talis sententiæ,secus verò si princeps post pœnæ impositionem fecerit pœnæ gratiam,quo casu non censetur concedere infamiæ gratiam,gl.fi.in l.3.C.ex quibus causis infamia irrog.

50 Iudex poterit pœnam ordinariam mitigare propter ætatem paruam,vel magnã, vel propter aliam iustam causam cum causæ cognitione,gl.4.ibid.

Iudex poterit minuere,pœnam delinquenti sine dolo,ibid.

Iudex augere, vel minuere potest pœnam ex causa cognita ante, vel in ipsa sententia,secus verò causa non cognita,vel etiam post sententiam,gl.fi. ibid.

Iudex potest augere,vel minuere pœnam ex causa tam in publicis iudiciis,quàm etiam in extraordinariis criminib.ibid.

Iudex licèt in sententia pœnam non imponat, tamen sufficit, quòd pronunciet delictum esse commissum,ad hoc,vt exilio sit infamis,l. si te expilasse. 12. C. eodem.

Iudices maleficia dissimulatione non punientes acriter sunt puniendi,l.fi. C.publicæ lætitiæ & consul.lib.10.

Iudex,qui facinus compertum non vindicat,tegere,vt conscius,crimina festinat, gl.certiorare,in c.1.§.item qui dominum,quæ fuit prima causa benefi.

Iudici conceditur arbitrium,vt possit pœnam augere,& imponere,quando multi sunt,qui ingrassantur,gl.2.in extrauag. ad reprimendum, quomod. in læsæ maiestat.

Iudex,qui punit in criminalibus, punit & in ciuilibus,& in expensis, & in viatico,glossa per legitimos,in principio,in proœm.Instit.

Iudex in cognoscendo, & iudicando circa crimina debet respicere, ne quid duriùs,aut remissiùs constituat,quàm causa deposcit, neque seueritatis, aut clementiæ gloria affectanda est,sed perpenso iudicio,prout quæque res expostulat,statuendum est,l.respiciendum,de pœnis.

Iudices in leuiorib.causis debent esse proniores ad lenitatem, in grauiorib. pœnis seueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi debent,ibid.

Iudicem reprehendi de misericordia melius est, quàm reprehendi de seueritate, d.l.respiciendum,in add.marg.

Iudex,qui vim illatam differt vindicare,vel remittit,vel imponit mitiorem pœnam,quàm debet imponere,graui infamia notandus est,l.seruos, 8. C. ad leg. Iul.de vi.

Iudex non debet concedere criminosum puellæ petenti eum in virum, quia solus princeps remittit pœnam,d.l.seruos,in add.marg.

Iudex non potest facere gratiam de tempore, nec de pœna imposita per suam sententiam,l.si operis,14.C.de pœnis.

Iudex nimium in officio aduersùs criminosum sæuiens puniri potest,& sicut dominus seruo priuatur propter eius sæuitiam in eum, ita Iudex debet priuari officio,quando nimis sæuit in criminosum,gl.cogantur,in add. marg. in §. fi. Inst.de iure person.

Iudex iniquitatem committit,quando æquitatem pronunciat,iniustitiam tamen committit, quando contra strictum ius; sed iniquitatem & iniustitiam committit,quando contra vtrumque pronunciat, glo. iniustitia, in princ. Inst.de iniuriis.

Reliqua verbo,Sententia,52.vsque 55.& 56.

Iudex primus si malè erat condemnaturus, non debet secundus in eius locum subrogatus condemnare,vel è contrà,sed ex suo animo dicet sententiam, gl.1.in l.mortuo,60.de iudiciis.

Iudex potest in probatione deficientem ad metallum damnare,l.si quis dicat, 5. in add.marg.de manumissio.

Iudex si condemnet aliquem in sententia vt restituat illud, quod habet ex testamento,vel codicillis Mæuij,valet eius sententia,quia videtur quasi nominasse quantitatem,quæ in testamento,vel codicillis continetur,l.ait prætor, 5.§. fi.de re iudicata.

Iudex potest condemnare alteram partium,vt alteram non turbet,nec inquietet, in quod etiam potest cogi cauere,gl.fi.& ibi add.marg.in l.fi. vti possidetis.

Iudex in quantum potest,minùs condemnare debet, & sequi,quod minùs est, gl. fi.in l.fi.de prætor.stipulat.

in Iudicis potestate est absoluere,vel condemnare reum etiam contra ius litigatoris,& valet sententia,sed ipse posset puniri,si dolo faceret,gl.facti,in l.1.§.1. ad Turpillian.

Iudices, & præsides non habent liberam mortis facultatem concedendi reis, & multò magis non habent facultatem veneno necandi reos, l. aut damnum, §. 1.de pœnis.

Iudex potest aliquem condemnare, ne de domo procedat, l.fi. de interdictis.

Iudex ille fatuus est,qui,cùm res petitur,in æstimatione condemnat, si res præstari potest,& debet,l.fi.C.de fideicommiss.libert.

Iudex absoluens reum, & non condemnans accusatorem de calumnia, videtur eum absoluere à culpa,gl.4.in l.si tibi,C.de liberali causa.

Iudex,qui condemnationem expensarum omisit,parti tenetur,gloss.1. in l.fi. C. quando prouocare non est necesse.

Iudex debet rationem expensarum examinare, & post præstitum iuramentum per partem super expensis factis non potest in minore quantitate condemnare,nisi propter negotij varietatem sibi aliter visum fuerit, §. oportet, in auth. de Iudicib.col.6.

Iudex potest absentem etiam absoluere, gl. receptionem, in extrauag. ad reprimendum,quomodo in læsæ maiest.crimi.

Iudex in actionibus realib. reum ad restitutionem rei cum fructibus condemnat,in quo statim fit exequutio,nisi reus non habeat facultatem rei restituendæ,nam tunc datis fideiussorib.exequutio differtur,§.1.Inst.de officio iudicis.

Reliqua verbo, Sententia, 57.

Iudex, qui noluit admittere probationes rationabiles, facit litem suam, & tenetur parti ad interesse,l.argentarius,§.fi.& ibi gl.iudice,de edendo.

Iudex vim iniustè inferens veluti pecuniam extorquendo terrore mortis, vel verborum finito officio,conuenitur per actionem,quod metus causa,l.3.§.fi.& ibi gl.fi.quod metus caus.

Iudice negligente circa imponenda vel exigenda lucra ærarij principis totum salarium,quod in administratione positi perceperunt,coguntur reddere, l.pe. C.de annonis & tributis,lib.10.

Iudex dolo malo sententiam dicere dicitur, quando euidens arguitur eius gratia,vel inimicitia,veluti etiam sordes,l.si filiusfamilias, 15. de iudiciis.

Iudex litem suam facere intelligitur, cùm dolo malo in fraudem legis sententiam dixit,& veram æstimationem litis præstare cogitur,ibid.

nam infligi remiserit, durante administratione, & etiam postea poterit accusari, & accusans si probauerit, victoriam, & gloriam reportabit, l.4.C. eod.
Iudex, qui contra suum iuramentum pecuniam, vel aliquid aliud acceperit, in quadruplum tenetur restituere, nec solus dans, sed & accipiens poterit à quolibet accusari, l.fi.C.eod.
Iudex vltra salarium suum non debet, neque dare poterit, gl.2.ibid.
Iudices, qui tempore administrationis pecuniam publicam, vel sacram, vel fisci, vel populi Romani subtrahunt, & qui iudici ministerium tunc, vel postea præbuerint, lege peculatus pœna capitali, idest, deportationis, puniuntur, l.1.& ibi gl. 1. C. de crimine peculatus, §. item lex Iulia peculatus, Instit. de publicis iudiciis.
Iudices, & ciuitatum defensores pro administratione nihil debent dare, neque accipere à subditis ex administratione, nisi in defectum salarij iureiurando ab eis præstando, §. scriptum est exemplar, in auth. vt iudices sine quoquo suffragio, col. 2.
Iudex duos aureos in principio, & duos in fine debet accipere pro causa, gl. sacra, in §. sit tibi quoque, in authentica de mandatis principum.
Iudices prouidere debent, ne exequutores sportularum nomine exigant, vel suscipiant à litigatoribus amplius, quàm à legibus definitum est, & si inuenerint aliquem amplius exigentem, debent condemnare eum in quadruplum eius, quod plus accepit, ita vt simplum damnum passo reddatur, triplum verò fisco, vel ærario inferatur, §. & hoc quoque, in auth. vt litigantes iurent, col. 9.
Iudices accipientes aliquid vt male agerent, tenentur in quadruplum præter salarium acceptum, quod reddere tenentur, gl.fi.in l.pe.C.de annonis, lib. 10.
Iudex non debet recipere sportulas, quando proceditur extraordinariè, gl.ex dispositione, in l.sacris, 12.§.hoc, si prolata, C.de proximis sacro.scrinio.lib.12.
Iudex iure veteri poterat accipere esculenta, dummodò non nimis magna, sed nouo iure non potest accipere, nisi quando deficeret salarium, gl. lex Iulia, in §.pen.Instit.de publicis iudiciis, gl. auaritia, in §. scriptum est exemplar, in authen.vt iudices sine quoquo suffragio, collat.2.gl.fi.in l.1.& l.eadem, §. fi.& ibi gl.fi.ad leg.Iul.repetun.
Iudex pretio ferens sententiam accusari potest lege Iulia repetundarum, & litem facit suam, & qui corrupit, amittit causam, gl.fi.in l.venales, 7.C. quando prouocare non est necesse.
Reliqua verbo, Actor, 6. 7. Corrumpere, Corrumpens, Sententia, 44. Dans, Datum, 11. Collusio, Arbiter, 10. & suprà, 32. 33. 34. Officialis, 6. Assessor, 2. Lex, 26. Conclusio.

38 IVDEX supplere non debet de facto, sed bene de iure, † gl.fi.in l.fin.de petitione heredit.gl.iudicij, in l.3.C.de transactio.
Iudex supplere potest de iure, sed non de facto ea, quæ desunt aduocatis, rubrica & gl. 1.C.vt quæ desunt aduocatis partium.
Iudex supplet, & profert de iure, quando actor dixit mutuari decem, vnde de equitate faciatis mihi restitui, licèt non sim mihi stipulatus, & nescit, debitorem re esse obligatum, iudex in hoc supplet, ibid.
Iudex supplet, quando pars dicit re obligatum, sed non dicit per quam legem, supplet illam inducendo, vel quando pars inducit minùs bonam legem, iudex supplet bonam, ibid.
Iudex supplet, quando pars dicit aliquem obligatum aliqua actione, sed non dicit ius, idest, non inducit aliquam legem, vel si dicit factum, & ius, idest, legem, sed non bonam, tunc supplet meliorem, ibid.
Iudex de facto supplere, vel proferre non debet, quod est ei notum, vt priuato, sed sic, vt iudici velati ex inspectione instrumenti vel testium, † gl. pen. in l.1.C. eodem, gl.iudicij, in l.3.C.de transactio.
Iudex si quid à litigatorib. vel ab his, qui negotiis assistunt, minùs fuerit dictum, id poterit supplere, quod sciat legib.& iuri publico conuenire, l. 1.C. vt quæ desunt aduocatis.
Iudex supplet de iure inducendo legem, vel arguendo ad causam, sedendo non stando, vel inducendo casum similem, vel inducendo ad inconueniens, gloss. pe. ibidem.
Iudex poterit corrigere libellum non recipiendo eum, si non potest conuenire causæ aliquo modo actio, aliàs actor amittit causam recipiendo libellum in quo ponitur actio, quæ non potest conuenire causæ, ibid.
Iudex potest de iure, & de facto supplere pro parte absente, non solùm in caussa appellationis, sed etiam vbicunque contra absentem potest peruenire ad diffinitiuam, l.fi.& ibi gl.2.& ibi add.C.de appellat.
Iudex potest quandoque supplere de facto, quòd notum est ei, non, vt iudici, † gl.fi.in l.2.C.de temporib.& reparatio.
Iudici pro absente respondere, & supplere non licèt, gl. 1.in l.fi. C.si per vim, vel alio modo.
Iudex potest supplere in iure, & facto, quando factum est sibi notum, vt quia apparet ex actibus, c.1.§.1. qui testes sunt necessarij ad nouam inuestit.
Iudex potest ferre sententiam de facto sibi, vt iudici cognito, l.si irruptione, §.fi. & ibi gl.pe.finium regund.
Iudex supplet id, quod scit vt iudex, nec potest malignari, † gl. solum, in l. quoties, 18.§.fi.de probatio.
Iudex potest supplere partis defectum de iure & de facto, & opponere partibus, & silentium imponere, l.Ofidius, 97.& ibi gl.suum, de leg. 3.
Iudex supplet etiam parte non opponente in aliis, in quibus iudicio vel iurisdictioni pararetur præiudicium, l.si quis vbertatem, 7.de petit.heredit.
Reliqua verbo, Sententia, 51. & suprà, nu. 22.

39 IVDEX, in cuius territorio sita sunt bona, non potest sententiam primi iudicis executioni mandare in illis sine literis illius, gl.generaliter, in l.pe.de iurisdictione omnium iud.
Iudex, qui tulit sententiam, potest mittere literas ad iudicem, in cuius territorio sita sunt bona condemnati, vt ipsa in illis executionem faciat, & cum illis literis potest iste iudex facere executionem in eis, ibid.
Iudex ordinarius si tulit sententiam contra subditum suum habentem bona in alieno territorio, in illis non potest executionem facere, gl.1.in l.fi. eod.
Iudex exequens sententiam non debet de iniquitate sententiæ cognoscere, sed sufficit pronunciatum esse, l.si prætor, 75.de iudiciis.
Iudex exequens licèt non possit de iniquitate sententiæ cognoscere, debet tamen cognoscere, an sit lata parte præsente, vel contumaciter absente, ibid.
Iudex in sententia potest tempus executionis à lege indultum ex causa prorogare, vel abbreuiare, l.2.de re iudicata.
Iudex ordinarius potest exequi suam sententiam, & sui delegati, sed delegatus non, cùm sit mixti imperij, gl. 1.ibid.
Iudex in executione sententiæ debet adhibere causæ cognitionem, ibid.
Iudex licèt non possit abbreuiare sine causa tempus executionis à lege indultum, potest tamen sine causa prorogare, gl.coarctat, ibid.
Iudices ordinarij exequuntur sententias suorum delegatorum à sedatorum, & etiam arbitrorum, l.à diuo Pio, 15.eod.
Iudex vnius iurisdictionis potest requirere iudicem alterius territorij, vt eius sententiam exequatur, d.l.à diuo Pio, §.1.eod.
Iudex vnius iurisdictionis non potest exequi sententiam super delicto latam à iudice alterius territorij, quàm executio debet remitti, & fieri in loco commissi delicti, si iudex delicti petierit remissionem, gl.in prouinciis, & ibi add. marg. ibid.
Iudicis declaratio facta post sententiam diffinitiuam super eius executione dicitur interlocutoria, d.l.à diuo Pio, §.in venditione.
Iudex exequens sententiam habet cognitionem de emergentibus super reb. pignori captis in causam iudicati non solùm inter easdem personas, inter quas fit executio, sed etiam inter tertium se opponentem, cuius aliàs non fuisset iudex competens, d.l.à diuo Pio, §.si super rebus.
Iudex exequens debet causas coram eo mergentes summatim cognoscere, & expedire, ibid.
Iudex quando vendit pignora pro executione sententiæ, tunc victori non competit actio contra emptorem ad pretium, d.l.à diuo, §.sed si emptor.
Iudicis factum licèt censeatur partis quoque factum, si tamen ex contractu venditionis factæ per iudicem exequentem sententiam victor aduersùs emptorem agere non possit ad pretium, nec emptor aduersùs victorem secuta euictione vicissim agere posset, d.§.sed si emptor, in add.marg. 40
Iudex condemnatis quando dat sine causa minus tempus, quàm à lege sit statutum, tunc lex prorogat, & supplet illud, gl. prorogandi, & gl. pro facultate, in l. debitorib.31.eod.
Iudex, qui cognoscit de executione, potest cognoscere de errore, qui potest in executione opponi, l.pen.de confessis.
Iudex, qui habet cognitionem de exequutione, nihil potest pronunciare contra sententiam, & de exceptione nullitatis non cognoscit, sed remittit ad superiorem, ibid.
Iudex faciendo exequutionem corporalem in eum, qui appellauit ante tempora appellationis, vel durante tempore appellationis, est puniendus pœna mortis, l.lege Iulia, 7.& §.fi.& ibi add.marg.ad leg.Iul.repetund.
Iudex non potest exequi suam sententiam intra tempus datum ad appellandum, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, licèt aliud seruetur de consuetudine, gl. 1.in l. 1.nihil innouari appellat.
Iudex appellationis etiam in criminalibus suam sententiam exequitur, l. addictos, 29.C.de appellat.
Iudex si intra tempus quadrimestre præcepit sententiam exequutioni mandari, vel comminatur, quòd mandabit, si appellet, potest à tali iniuriosa exequutione appellari, l.si quis, 30.& ibi gl. 1.C.eod.
Iudex, ad quem, mandat sententiam exequutioni, non iudex à quo, l. præcipimus, 32.C.eodem.
Iudex debet habere duos exequutores locupletes, & idoneos, per quos suo officio diligenter seruiatur, & si viderit talem exequutorem malignari in aliquo, debet eum ab officio remouere, & curare, vt alius in eius locum subrogetur, §. his, qui causas, in auth.de iudicib.col.6.
Iudicis præceptum debet exequi, licèt iudex præcipiens remoueatur, antequàm præceptum exequeretur, nisi contra legem, aut publicam vtilitatem sit tale præceptum, §.& hoc verò, in authent.vt nulli iudicum liceat habere, col.9.
Iudex nullam conuentionem partium coram se factam potest exequi, l. tale pactum, §.qui prouocauit, de pactis.
Iudex appellationis si sit delegans, potest exequi sententiam suorum delegatorum post appellationem desertam, gl.sequetur, ibid.
Iudex appellationis non potest exequi sententiam primi iudicis, qui fuit ordinarius, ibidem.
Iudices duo quando de eadem causa cognoscunt, sententiam exequutioni debet mandare ille, qui est maior illorum, l. præcipimus, 32. vers. officiis, C. de appellat.
Reliqua verbo, Sententia, 31.32.43. Exequutio, per tot.

IVDEX appellationis debet sequi conuentionem partium, l.tale pactum, §.qui prouocauit, de pactis. 4
Iudex à quo appellatur, apostolos sine petitione dare debet, gl.fi.in l.4.§.fi.de lege commissor.& l.eos, qui, 6.§.apostolos, C.de appellat.
Iudex appellationis debet tantùm pronunciare iustam, vel iniustam, & non debet dicere, condemno, vel absoluo, sicut primus iudex fecit, † reprob.gl.quantùm, & ibi add.marg.in l.in summa, 59.de re iudicat.
Iudex appellationis non habet necesse semper pronunciare ita, iudicatum malè, & bene appellatum, aut è diuerso, nam satis habet, quòd per æquipollens expediat, l.creditor, 102.§.1.& ibi add.marg.de solutio.
Iudex appellationis reo absoluto, & actore appellante, qui fouet causam iniustam, debet actorem condemnare, & non simpliciter dicere, bene iudicatum, & malè appellatum, l.pen.iudicatum solui.
Iudex si non vult appellationem recipere, potest appellari coram vicinis, l. cùm quidam, 7.in add.marg.de appellat.
Iudex appellationis non facit reum iterum iurare de calumnia, poterit tamen taxare, si viderit nimis taxatum, l.creditor, 28.§.1.eod.
Iudex non recipiens appellationem non punitur, si patenter appareat non recipienda, imò appellans in 50.libras argenti, & in corpore, & infamia punitur, & sic potest talis iudex exequi sententia statim, si aliàs potest, l.1.nihil innouari.

46 IVDICES debent permanere,& stare in loco,in quo princeps destinauit sub pœna 50.librarum argenti ab eo,& ab eius officiali centum,l.ciuitas, 6.C.de officio rectoris prouin.

Iudices prouinciales sine iussione principis non debent adire vrbem,in qua existunt,aliàs congrua condemnatione puniuntur,l.nullus,9.C. eod.

Iudices,qui prouincias regunt in ciuitatibus, in quib.sacra palatia, aut prætoria sunt,non debent habitare illis relictis in priuatis domibus,l.pe.C. eod.

Iudices,& prouinciarum rectores in loco,in quo administrationem gerunt, non possunt emere res mobiles, vel immobiles, neque domus extruere sine licentia principis,l.1.C.de contractib.iudicum.

Iudicib. interdicuntur in prouinciis non solùm donationes , sed etiam emptiones quorumcunque rerum mobilium,& immobilium,& ædificationes præter emptiones,quæ ad alimoniam,& vestes pertinent,ibid.

Iudicib. prouinciarum factæ donationes, vel venditiones ratæ non sunt , licèt quinquennale tempus excesserit , vel consensus donatoris adiectus sit post eandem administrationem,ibid.

Iudices,assessores,& domestici non solùm per se,sed nec per interpositam personam possunt emere aliquid, vel titulo donationis accipere in loco ipsis commisso,nisi pro necessitate victus & vestitus,ibid.

Iudex non debet pati, quòd partes veniant ad arma , vnde potest cogere eos ad pacem ante factas iniurias,sed pòst vlcisci debet,l.æquissimum, 17. & ibi glo. iurisdictione,de vsufructu.

Iudex in criminosis ante factas iniurias potest cogere partes ad pacem, & transactionem causa dirimendarum litium, sed in ciuili non,ibid.

Iudex quando est controuersia de vna possessione inter duos , potest prohibere vtrique parti ingressum,ne veniant ad arma,& rixas,d.l.æquissimum.

Iudici creditur in eo,quod videt,vt iudex,l.si irruptione,§.fi. finium regundorũ.

Iudex quando expedit,debet personaliter accedere ad fundos , de quorum finib. cognoscit,aut debet mittere agrimensores,ibid.

Iudex quando expedit , debet personaliter accedere ad locum , de cuius finibus est controuersia expensis illorum,inter quos est lis contestata, d. §. fin. & ibi gl. fi.

Reliqua verbo,Finis,per tot.Sententia,8. Potestas,2.

47 IVDICES omnes non possunt extendere vlterius lites,quàm triennij spatio, l. properandum,11.de iudiciis.

Iudices si noluerint protelare causam,nullus tam audax reperitur, qui possit inuito iudice protelare litem,ibid.

Iudex,qui propter amicitias,vel inimicitias, vel turpissimi lucri gratia litem vltra triennium protelauit,si sit de maioribus,punitur in decem libris auri,si de maioribus,in tribus fisco applicandis,& ab officio remouetur,d. l. properandum,§.sin autem vtraque.

Iudice mortuo,vel aliàs mutato intra triennium,si ad litem terminãdam supererat minùs anno suppletur annus , si autem supererat annale tempus, vel ampliùs,intra reliquum tempus finiri debet,ibid.

Iudex ex causa potest terminum statuere alicui ad agendum,vel accusandum,ita quòd posteà non audietur,gl.1.in l.1.C.vt nemo inuitus.

Iudex poterit statuere terminum procuratori ad faciendum comparere principalem,quòd veniat ad iurandum,vel respondendum positionibus, l. generaliter,12.§.his de præsentib.C.de rebus creditis.

Iudex terminum potest præfigere ad agendum , denegando posteà potestatem agendi,& etiam pœnalem potest indicere multam,gl.pe.in l.diffamari, C. de ingenuis man.

Iudex,qui debet à prouincialibus principis tributa percipere,non potest dilationem concedere,nec terminum soluendi prorogare,§.oportet,iuncto vers.causa,in auth.vt Iudices sine quoquo.

Iudex puniri debet ad verum interesse , si suum officium non exercuerit petenti illud,l.dies cautioni,§.in eum,& §.seq.de damno infecto.

Iudex in his, quæ pertinent ad partis vtilitatem , non debet impartiri officium suum,nisi parte petente,l.iam tamen,§.pen.desiderante,&c.iudicatum solui.

Iudex iustitiam denegans amittit iurisdictionem,auth.statuimus, C. de Episcopis,& cler.

Iudex non concedens facere testamenta , neque facta insinuare , nec concedens aliquas nuptias facere, aut super nuptialibus donationibus monumenta facere,neque defunctorum corpora sepulturæ tradi, priuatur administratione , & in exilium mitti debet, ac de sua substantia damnum læsis restitui debet in duplum,§.& hoc peruenit,in auth.vt nulli iudicum,col.9.

Iudex deferens discernere negotium,& non seruans iustitiam litigantibus,debet ab Episcopo compelli ad iustitiam faciendam , aut per se , aut per literas ad principem directas,auth.vt differentes iudices audire, in princ.

Iudex negligens quandoque criminaliter punitur,l.pe.C.de exactorib.lib.10.

Iudices, & locorum defensores, & quicunque Magistratus , qui iustitiam facere neglexerint,& pacem violatam vindicare supersederint, compelluntur resarcire omne damnum iniuriam passo , & si iudex sit maior, punitur etiam fisco in decem libris auri,sed si minor sit,mulctatur in tribus libris auri, sed si non habeant,vnde dictam pœnam soluere possint, corporis sui correctionem cum verberibus pati debent , & procul ab eo loco , quem inhabitant 50. milliaria per quinquennium vitam agere , l. hac edictali , §. iudices , de pace tenenda.

Iudices minores etiam durante officio possunt conuenire,& conueniri, † gl. ciuili,in l.pars literarum,48.de iudiciis.

Iudices maiores conueniri possunt etiam durante officio , si in suo officio deliquerint,ibid.

Iudices maiores durante officio conuenire,vel conueniri non possunt,sed finito officio ipsis aduersùs reos , & reis aduersùs eos actiones dantur , & introducuntur in iudicio,ibid.

Reliqua verbo,Lis,1.2.3.4. Magistratus, 3.4. Instantia.

48 IVDEX ex causa potest dilationes prorogare,l.interdum,36.de iudiciis.

Iudex quandoque potest dilationes minuere ex causa,vt quia fortè feriæ appropinquant,augere tamen non potest,l.nonnunquàm,72.& ibi gl. vel temporis, eodem.

Iudex ad instantiam creditorum hereditatis potest intra tempora primi heredis dare dilationem secundo , vel tertio ad deliberandum , an velit esse heres, gloss. in rub.C.de successo.edicto.

Iudex debet vtrique parti dare dilationes necessarias,non superuacuas,l.2. C. vt intra certum tempus criminalis.

Iudex potest partes vrgere, vt causas in iudicis notionem deducant, & sic potest dare dilationes etiam partibus inuitis,ibid.

Iudex potest comminari exceptiones friuolas proponenti,nisi in probet se in expensis damnaturum,l.si quis dicat,in add.marg. de manumissio.

Iudex non potest nouum opus inchoare sumptu publico sine principis licentia, potest tamen antiqua restaurare,l.5.& l.nemo,13.C.de operib.publi.

Iudex potest nouum opus construere ex suis pecuniis,ibid.

Iudex principis maiestatem lædit, qui nomen suum siue principis mentione in opere publico inscribi fecit,l.si qui,10.C.eod.

Iudices non possunt ornamenta , & marmora ædium de suo loco eripere , vel transferre sub pœna sex librarum auri,l.nemo,13.C.eod.

Iudices arbitratu suo horrea,vel stabula possunt fabricare,ibid.

Iudex non debet noua opera inchoare priùs , quàm inchoata perficiat , l. fi. C. eodem.

Iudex nominans aliquem ad tutelam in ipsius iniuriam,vt eum lite fatigaret,ad expensas ei reficiendas ciuiliter tenetur,l.seueriter,14.C.de excusa. tuto.

Iudex nominans aliquem ad tutelam,vel curam,aut ad aliud munus in ipsius iniuriam,vt eum redimi faciat,criminaliter punitur lege Iulia repetundarum,vel crimine concussionis,vel condictione ob turpem causam,quando iudex accepisset pecuniam,vt eum à tutela redimeret,d.l.seueriter,& ibi gl.1.

Iudices , qui minus idoneum tutorem dederunt , vel idoneam cautionem non exegerunt,si aliàs pupillo satisfieri non potest,pro virili portione tenentur, si ambo soluendo sint,l.3.C.de Magistr.conuen.

Iudices, qui minùs idoneum tutorem dederunt , vel minùs idoneam cautionem receperunt lata culpa, vel dolo , & non leui tenentur insolidum cum effectu, gl.1 ibidem.

Iudex,qui minus idoneum tutorem dedit, vel minùs idoneam cautionem recepit,priùs debet conueniri,quàm alij iudices collegæ, qui non dederunt,gloss. pen. ibidem.

Iudex,qui pactus est cum suo collega , vt ipsius collegæ periculo darentur tutores,vt si collega tantùm dedit minùs idoneos,non liberatur ob id actione pupillo competenti,ipse tamen collega priùs est conueniendus,d.gl.pe.

Reliqua verbo, Magistratus,11.12.13.Tutor,27.vsque 30.& 31.Dilatio.

IVDICES , tam ordinarij, vel delegati, quàm arbitri compromissarij post iuramentum,quod debent præstare,quod omnia secundùm veritatem,& legum obseruationem decident,sancta Euangelia coram se debent tenere,l.rem non nouam,12.C.de iudiciis,& ibi gl.sacramentum.

Iudex,qui omisit iuramentum de iudicando cum veritate, & legum obseruatione,si tulit sententiam,valet sententia,gloss.prætereatur,ibid

Iudices maiores olim iurabant iudicare cum veritate , & legum obseruatione, sed hodiè iurant secundùm quòd eis visum fuerit iustiùs, & meliùs, exceptis defensoribus ciuitatum,qui iurant iudicare secundùm leges , auth hodiè, C. eod.& ibi gl.1.

Iudices inferiores, & omnes hodiè iurant iudicare secundùm leges, glo.1.ibi.& gloss.visum, in §.fin.in auth. iusiurandum, quod præstatur.

Iudices accedentes ad prouincias regendas non per pretium , vel ambitionem, sed per probatam suam vitam debent vocari , qui debent iurare , se nihil dedisse, nec per se , nec per interpositam personam, nec quod aliquid accipient præter constitutum sibi salarium,l.fi.C.ad legem Iul.repetund.

Iudices & Magistratus debent præstare iusiurandum secundùm formam à lege traditam , & si deliquerint, sunt puniendi, §.sic igitur, in auth.vt nulli iudicum. col. 2.

Iudices, & potestates debent præstare publicè iuramentum pro fidei defensione, quòd de terris suæ iurisdictionis subiectis omnes hæreticos ab Ecclesia denotatos , pro viribus exterminare studebunt, alioquin non sunt habendi pro iudicibus , nec pro potestatibus, c.nos Fridericus, §.statuimus, de statutis, & consuetud.contra libert. Eccles.

Reliqua verbo, Potestas,2.

IVDICES,quando de facto dubitant,non possunt consulere principem, gl.dubiunt,in §.omnis autem,in authent. de iudicibus, col.6. 49

Iudici causa iurandi odij non licèt principem consulere,nisi faciat,quia non habet potestatem iudicandi,licèt cognouerit de causa,ibidem.

Iudex causa exonerandi se , vel odij. vitandi non debet facere relationem ad principem,sed ipse per se debet secundùm iustitiam pronunciare,§. iubemus, & ibi gl.1. auth. vt iudices non expectent sacras iussiones.

Iudices possunt facere relationem ad principem propter defectum iurisdictionis , vel propter dubitationem iuris , sed non propter dubitationem facti,d. gloss. prima.

Iudex debet scribere principi , quando post sententiam latam apparet de innocentia accusati,gl. receptionem, in extrauag.ad reprimendum, quomodo in læsæ maiest.crim.

Iudex debet suum processum expedire,antequàm eum etiam pro maiore crimine ad alium iudicem remittat, l. si cui crimen, §.fin.de accusatio.

Iudex loci , in quo criminosus deprehenditur,tenetur ex necessitate eundem remittere ad locum delicti ad huius loci iudicis instantiam de crimine vlteriùs non discusso,d.§.fin.& ibi gl.fin. & ibi addit. marg.

Iudex vnius prouinciæ potest scribere ad iudicem alterius prouinciæ , vt remittat sibi cum fidis custodibus eum , qui in sua prouincia deliquit, vt ibi puniatur,l.solent,de custo.reorum.

Iudex vnius territorij non potest mittere in possessionem alterius territorij, gl. 2.in l.relegatorum,de interdictis,& relegat.

Iudex alterius territorij non potest mittere exequutioni sententiam ab alio iudice latam,nisi ad literas,& requisitionem illius iudicis, qui sententiam tulit, aliàs exequutio facta non valet,l.properãdum,§.fin autem reus,C.de iudiciis.

Iudex exequutionem sententiæ suæ super rebus in alio territorio existentibus

debet

Iudiciorum euentus incertus est gl.dicentur,in l.1.de dolo malo,gl.hereditatis, in l.1.§.1.si pars heredit.

Iudiciorum exitus durior nobis constituitur, quando nobis opponitur alius aduersarius,& fortior,l.1. de alien.iudicij.

Iudicium maius est,quàm compromissum,& ideò maiori etiam authoritate firmandum est,glos.2. in l.Labeo, de arbit.

Iudicium est actus legitimus trium personarum, scilicet actoris, rei, & iudicis, in rub.de iudiciis,in addit. marg.

Iudicium recipere si quis non cogatur in aliquo loco, si tamen ipse ibi agat, ibi cogitur respondere,& se defendere, nisi agens prosequeretur iniuriam suam, vel suorum,vel furtum,l.qui non cogitur,22.& ibi gloss.fin.de iudiciis.

in Iudicium deductum non videtur id, quod post iudicium acceptum accidit, idest, incepit esse debitum,ideóque alia interpellatio,vt libelli porrectio,est necessaria, l.non potest,23.eod.

in Iudicium non venit debitum futurum, quod ego petij, si illud neque purè, neque conditionaliter,neque vllo modo debetur,sed incepit deberi lite pendente,secus quando petij debitum verum, & circa id accidit aliquid lite contestata, quia illud euenit propter præsens, cui accedit, quod est principale, gloss.1. ibid.

ad Iudicium, qui priùs prouocat,ille debet agere priùs, l.qui prior,29.eod.

2 in Iudicio si ego peto à te decem, tu deinde petas à me equum, iste,secundus pendente lite prioris potest proponere suam petitioné,& inducere probationes, & sic de causa cognoscetur, licèt alter primò probet, & priùs facti qualitatem enarrabit, vna tamen charta poterit vtraque sententia scribi, vel duabus,incontinenti tamen, gl.1.ibi.

Iudicium super futuro non potest esse, si de præsenti aliquid non debetur; sed si aliquid debetur de præsenti,eius ratione possunt etiam futura venire in iudicium,l.non quemadmodum,35.& ibi gl.fi.eod.

Iudicium in pendenti esse nõ potest,neque de futuris rebus,quæ posteà in obligationem aduenturæ sunt, vt si nunc conuenio te, quia spero te aditurum hereditatem Titij, ibi.gl.marg.in l.in lege Aquilia,40.ad legem Aquil.

Iudicium est nullum quacunque parte iudicij litigator detegitur seruus, l. non idcircò, 44.§.fi. de iudic.

Iudicium si fuerit agitatum contra aliquem prosequente falso, vel illegitimo procuratore, debet reus absolui ab obseruatione iudicij, & sic ab ipsa instantia,non autem diffinitiuè, d.§ fi. & ibi gl.absolui,& add.marg.

Iudicium vnum dicitur agitatum coram prædecessore,& successore,licèt successor sit substitutus, gloss.1.in l.edictum,55.eodem.

Iudicium suscipere dicitur per litis contestationem,& non aliàs,gl.1.in l. sed & si suscepit, 52. eod.

Iudicium agitatum cum eo,qui non erat procurator, esse tamen potuit, valet,si dominus ratum habuit,l.licèt,56.eod.

Iudicium agitatum cum eo,qui non erat procurator, necesse potuit,vt quia erat pupillus,vel seruus,non valet, etiam si dominus ratum habuerit, gl.1.ibid.

Iudicij translatione potest qualitas actionis alterari,vt si filiusfamilias cõueniri cœpit nomine proprio,qui insolidum tenebatur,quod alteratur, quãdo iudicium illud,vel actio transfertur in patrem,quia de peculio tantùm, vel de in rem verso tenetur,l.tam ex contractib.57.& ibi gl. 2.eod.

Iudicium soluitur vetante delegante, & etiam si vetauerit alius maior eo, qui delegauerat, soluitur etiam, si delegatus eiusdem Imperij cœperit esse, cuius erat delegans,l.iudicium,58. eod.

3 in Iudicio venit omne id,quod sub petitione proposita potest comprehendi,nisi contrarium actum sit, l.solemus,61.eod.

in Iudicium,quòd id tantùm veniat,de quo est inter eos actum,non procedit in iudiciis,quando est dubium inter litigatores,sed bene in arbitris, & compromissis, † gl. 1.ibi.

in Iudicium id demùm non venit, de quo nominatim exceptum est, ne veniat, si tamen sub petitione facta potest comprehendi, quod actor dicit venisse in iudicium,illud omne venit,vt si petit rem, continentur etiam fructus, † ibi.

in Iudicio oportet,quòd sit vnus actor,vel petitor,alius reus,& possessor, l.inter litigantes,62.eod.

Iudicium agitatum nomine mortui, qui viuere putabatur, quantum ad eum est nullum, sed nomine eius solutum poterit ab herede, cui proficit, repeti, l.de qua re,74.§.fi.eod.

Iudicium, quòd mortuo debitore per defensorem accipitur, nullum est, & ideò heres eius non liberatur,si tamen defensor ex causa iudicati soluerit,repetere ab eo, cui soluit,non potest, potest tamen agere actione negotiorum gestorum aduersùs heredem,cùm ipse heres,si conueniatur à creditore,habeat exceptionem contra dictum creditorem,ibi.

Iudicium idem,quod anteà erat,permanet non solùm,quando vnus,aut alter iudex,sed & si omnes iudices mutati sint,& loco eorum alij dati sunt, l. proponebatur, 76.eod.

Iudicium idem dicitur mutato iudice, licèt mutari credatur, quia transit in alium iudicem causa,sicut cùm transeo de loco ad locum dicor mutari,tamen idem homo sum,glo.promouere,ibid.

in Iudicium vocans temerè aduersarium, tenetur ei reddere viatica, litisque sumptus,l.eum,quem temerè,79. eod.

Iudicium non vitiat falsa demonstratio,l.si in iudiciis,80.eod.

4 Iudicium ponitur pro instantia,glos.pen.in l.Diuus,§.fi. de petitione heredit.

Iudicio antequàm experiatur, ciuiliter agendum est cum aduersario, præmonitione facta,l.quidam Iberus,12.& ibi add.marg. de seruitut.vrban.

Iudicium de futuris non potest esse,glos. mag.in l.in lege Aquilia, 40.ad legem Aquil.

Iudicium pro parte potest esse condemnatorium,& pro parte absolutorium,l.sed & si,11.fi.ad exhibend.

Iudicium datur in inuitum,gl.fi.in l.qui iurasse,26.§. fi. de iureiurando, l. inter stipulantem,82.§.1.de verb. oblig.

in Iudicio quasi contrahitur,& ita iudicia dicuntur quasi contractus,l.3. §. idem scribit,de peculio.

Iudicia,& stipulationes æquiparantur,ibid.

Iudiciorum dilatio nonnullas moras habet,gl.2.in l.quod debetur,51.eod.

in Iudicium non veniunt,quæ principaliter in modum actionis deducuntur, sed in accessoriis dictum est,quòd si competunt ante litis contestationem, & illa debent peti per libellum,aut post litis contestationem,& petuntur sine libello,nonnunquàm etiam per modum excipiendi,& tunc libellus non est necessarius,gloss.iniuncta,in additione margin.in l.ædiles, 25. §. item, de ædilitio edicto.

in Iudicium non veniunt ea, quæ sub libello, & petitione facta claudi non possunt,sed quæ sub petitione claudi possunt, veniunt,d.gl. iniuncta. 5

Iudiciorum solemnitas hodie recessit ab aula, gl.1.in l.si pignora,50.de euictio.

Iudicium expirat,si pendente iudicio expirat ius agendi, l. si mulier, 19. soluto matrim.

Iudicium quando tenet pro parte,sufficit sententiam fieri pro parte,l.si constante,24.§.fi.eod.

in Iudiciis æqualitas est seruanda,gl.sola,in l.4. de vulgari.& gl. 1. in l. fi. C. de fructib.& litium expen.l.in sacris,§.fi.& ibi gl.custodiri, C. de proxim. sacro. scrin.lib. 12.& l.fi.§.vt autem,& ibi gl.forma,C.de re militari,lib.12.

Iudicium confertur in preteritum,non in futurum,gl.fi.in l.si ita legatum sit,12. de condit.& demonst.

in Iudicio alius pro aliò esse non debet, nisi in quibusdam casibus, l.ergo, in l. seruus,de bonorum posses.

Iudicium præparare dicitur ille, qui protestatur, quòd est paratus agere pro suo iure,l.3.§.si seruus,quem,de adqu.posses.

de Iudicio vno ad aliud vocari non potest quis nisi sit vocatus ad maius auditorium,gl.fi.in l.contra pupillum,54.de re iudicata.

Iudicia duo quando sic se habent,quòd absolutoria lata in primo parit exceptionem rei iudicatæ in secundo,& condemnatoria lata in secundo parit reo præiudicium in primo,non admittitur concursus,aliàs secus,l.fundum,cum duabus legibus seqq.de exceptio.l.singulis,& ibi add.marg.de exceptio rei iud.& l.1.§.fi si familia furtum fecisse dicetur.

Iudicium non vitiatur ex eo, quòd reus in litigando senserit de alia re, quàm senserit litigator,l.inter stipulantem,82.§.1.& ibi gloss. existimauit, de verb. oblig.

in Iudicio vno tractatum etiam per viam exceptionis non potest in alio iudicio refricari,l.qui Romæ,122.§.duo fratres,eod. 6

in Iudiciis etiam realibus, tam in litis contestatione, quàm in sententia quasi contrahitur, gloss mag. in princ. & ibi add. marg.in l. 2.§.fi. de prætor.stip.

Iudicium profiteri est vltrò sese consortésque criminis deferre, glos. iudicium, in additione margin.in leg.1.ad legem Cornel.de sicariis.

ad Iudicium prouocans se defendendo sine dolo malo non videtur moram facere,l.qui sine dolo malo,63.de regul.iur.

Iudicium factum à falso procuratore est nullum, nisi dominus ratum habeat, quod etiam appellando ratum habere videtur, glo. fi.in l. licet in princ. 24. C. de procurator.b.

Iudicium regulari debet secundùm Deum, glo.prædiuisio,in l.rem non nouam, 13. C. de iudiciis.

Iudicium subire sub iudice suspecto est res periculosa, & tristissimos solet sortiri euentus,gloss libello,in l.apertissimi, 14.C. eod.

Iudicium est duplex,quoddam possessorium,quoddã petitorium, gl.1.in l.fi.C. qui legitimam personam.

Iudicia diuersa cumulari non possunt,quando absolutoria lata in vno, parit exceptionem rei iudicatæ in alio,glos.pen.in l.2.C. de petitione heredit.

Iudicium quandoque validatur ratione incertitudinis,gloss.3. in l.si putas, 5.C. eodem.

Iudicium actum contra fideiussorem non discusso debitore principali valet, si non obiiciatur à fideiussore exceptio præposterationis, gl. 2.in l. 2. C.communi.diuid.

Iudicio exhibitorio,& restitutorio simul potest agi.glo,fi.in l.fi.C.ad exhibend.

in Iudicio vno dictum,valet in alio,gl.pe.in l.fi.C.de testib.

Iudicium defuncti lege repræsentari dicitur quando testator grauat heredem ad aliquid faciendũ intra certũ tempus,quod si non faciat, lex exequitur,& implet voluntaté defuncti,auth.hoc amplius,& ibi glo.2.C.de fideicommis.

Iudicium defuncti lege repræsentatum dicitur, si heres grauatus manumittere, seruum testatoris intra certum tempus transacto tempore si non manumisit, lex facit ipso iure eum liberum, dicta glo.2. 7

Iudicium dicitur, quando quis etiam inuitus ad illud trahi potest; secus verò quando consensu vtriusque partis agitatur aliquid coram aliquo,glo.1.in l.1. C. de vindict. liberr.

post Iudicium absolutum dimissumque nefas est litem alteram consurgere ex primæ litis materia,l.3.C. de fructibus & litium expens.

Iudicium possessionis priùs debet expediri, quàm iudicium proprietatis, l. momentariæ,8.& ibi gl.1.C. vnde vi

in Iudicio alio possunt fieri quædam, quæ in eodem fieri non possunt, vel productio testium non potest fieri post publicationem, fit tamen in alio iudicio,putà appellationis,glo.& legem,in §.illud quoque, in auth. de trien. & semis. col.3.

Iudicium quandoque accipitur pro actu examinationis, & decisionis caussæ, & figura,in extrauag.ad reprimendum quomodo in læsæ Maiest.crimi.

Iudicij figura est, quòd partes iudicij sint factæ secundùm ordinem debitum,& debitam probationem, seu proportionem, & excisa figura iudicium accit suum esse,& suam substantiam,ibid.

in Iudicio agendo sine figura iudicij pars citari debet,& requiritur quòd personæ legitimentur,requiritur etiam petitio,licèt non solemnis,& sufficit,quòd contineat factum,& in actis redigatur,nec requiritur conclusio,& ideò clausula inepta non vitiat processum,& sufficit generalis petitio,dummodò ius reddatur certus,d.gl & figura,col.2.

in Iudicio agitando sine figura iudicij exceptiones rei iudicatæ,& finitæ,vel aliæ ad processum impediendum apponi possunt, ibid.

in Iudicio agitando sine figura iudicij potest procedi tempore feriato indicto ob necessitatem hominum, secùs si ob honorem Dei, ibidem.

institutuntur, item in ciuilibus probat actor, sed in criminalibus actor, & reus quandoque, in aliis tamen sunt similia, nec differunt, nam in vtrisque iuratur de calumnia, & fit libellus, gl. nec omninò, ibi.

Iudicia publica sunt quædam, in quibus non competit ius accusandi cuilibet de populo, vt in crimine suppositi partus, vbi accusant soli parentes, & in crimine adulterij, cuius accusatio primò defertur certis personis, gl. plerumque, ibi.

Iudicia publica non capitalia dicuntur, quæ aliquam infamiam irrogant cum damno pecuniario, §. publicorum, Institu. de publicis iudicijs.

Reliqua verbo, Crimen, 1. Condemnatus, 2. 3. Lex, 25.

13 IVDICIA duo vniuersalia respectu eiusdem hereditatis rectè possunt concurrere, l. 1. §. proinde, si pars hereditatis.

in Iudicio vniuersali veniunt ea, quæ post litis contestationem reus cœpit possidere, secus in iudicio particulari, l. si hereditatem, 4. & ibi glo. fin. de peti. hered.

Iudicia particularia, per quæ fit præiudicium petitioni hereditatis, vel præparatoriis eius, debent differri vsquequò iudicium vniuersale finem accipiat, ad quod certus terminus à iudice debet statui, secus in iudiciis particularibus, quæ vniuersali præiudicium non pariunt, l. si quis libertatem, 7. eod.

in Iudicio vniuersali vniuersaliter designanda est res, vt peto hereditatem talis, cuius heres sum, gl. mag. in l. 1. de edendo.

in Iudicio generali sufficit generaliter petere rationem administrationis, in iudicio particulari debet res particulariter in libello exprimi, ibidem.

per Iudicium vniuersale finitum non prohibetur singularia iudicia moueri, vel inter eosdem, vel inter alios, l. si post litem, de exceptio.

Reliqua verbo, Petitio, 9.

IVDICIVM familiæ habet locum inter heredem scriptum in testamento, & heredem ab intestato, l. nam & si, §. fi. & ibi add. marg. de inoff. test.

Iudicium familiæ erciscundæ datur inter heredes, qui se non diffitentur heredes, sed non datur, vbi de hereditate est quæstio inter eos, vt quia vnus alterum negat coheredem, l. 1. §. proinde, & ibi gl. non faciunt, de peti. hered.

in Iudiciis familiæ erciscundæ, communi diuidundo, finium regundorum, quilibet est actor, & reus quoad satisdationem, & similia, sed non quoad ordinem iudiciarium, quia qui prouocauit priùs de calumnia iurat, l. iudicium, eo. & ibi gloss. 1. finium regund.

Iudicium vniuersale familiæ erciscundæ ampliùs, quàm semel non potest intentari, gloss. penultima, in l. 3. C. de neg. gest.

Iudicio familiæ erciscundæ aduersùs coheredes debet quis experiri, si quid ab hereditate sublatum sit alicui, l. 3. C. familiæ erciscundæ.

Iudicium familiæ erciscundæ concurrere potest cum criminali iudicio expilatæ hereditatis, si constat de dolo coheredis subtrahentis, gl. 2. in addit. ibi.

Iudicium vnum familiæ erciscundæ in vno libello potest intentari pro pluribus hereditatibus diuidendis, putà pro hereditate paterna, & materna, l. bona, 8. C. eodem.

Iudicio familiæ erciscũdæ non veniunt nomina defuncto, vel à defuncto debita, mala medicamenta iniustè quæsita, & libri improbatæ lectionis, gl. 1. ibid

Iudicium communi diuidundo aliquando datur non ad faciendam diuisionem, sed ad iudicandum apud quem debeant esse communia instrumenta, gl. 1. in l. 1. de instrumentis, C. communia vtriusque iu.

Iudicium familiæ erciscundæ, & communi diuidundo, ita demùm competit, si corpora maneant communia, l. familiæ, 9. C. eod.

Iudicio directo familiæ erciscundæ, vel communi diuidundo non potest agi post interitum rei communis, rectè tamen potest agi vtili familiæ erciscundæ, vel communi diuid. glo. 1. ibid.

Iudicio vtili famil. ercisc. vel communi diuid. potest agi pro præstationibus & sumptibus factis, antequàm res esset communis, directa verò non potest, ibi.

in Iudiciis finium regun. famil. ercisc. & communi diuid. si adiudicata sit alicui aliqua res, statim ille nanciscitur dominium illius rei, §. final. in fin. Instit. de officio iudicis.

Iudicio finium regundorum agitur, vt agris confinibus ponantur termini, sed pro domibus vicinis hoc iudicio non agitur, sed si domus sit in prædium rusticum, agitur vtili finium regundorum iudicio, non directo, gl. 1. ibid.

in Iudiciis communibus quando ambæ partes ad iudicium prouocant, nec apparet quis primò prouocauit, sorte, idest, per taxillos discerni debet, l. sed cùm, 14. & ibi glos. 1. de iudiciis.

Reliqua verbo, Actor, 9. Adiudicatio, Actio, 101. vsque 105. Communi diuidundo, Diuidere, Diuisio, Familia, 5. vsque 11. Fines, 1. 2. 3. Heres, 14. vsque 48. Prælegationes, Socius 5. Fundus, 1.

IVMENTVM potest errare, vel fugere, non tamen dicitur erro, vel fugitiuum, leg. pen. de ædilitio edicto.

Iumenta castrata non ideò dicuntur vitiosa, vel morbosa, & ideò, ex eo quòd sint castrata, non habet locum ædilitium edictum, glo. fin. in l. fin. autem, eod.

Iumentorum appellatione non continetur omne pecus, nec omne animal, nam aliud significat iumentum, aliud pecus, l. ædiles, 38. §. iumentorum, & ibi glo. idcircò, eod.

Iumentum dicitur à iungendo, quòd currui iungeretur, vt equi, muli, &c. vel, vt alij volunt, à iuuando, dicto §. iumentorum, in additione marg.

Iumentis legatis, non continentur boues, nec econtrà, leg. legatis, 65. §. pen. de legatis 3.

Reliqua verbo, Redhibere.

IVNIORES, idest, moderniores, tantò perspicaciores sunt, gloss. si filius, in l. Gallus Aquilius, de liberis & postum.

Reliqua verbo, Moderni, Senior.

Iuramentum, in genere, num. 1. vsque ad 12.

Iuramentum voluntarium, necessarium & iudiciale, num. 12. vsque ad 28.

Iuramentum calumniæ, num. 28. vsque ad 35.

Iuramentum in litem, num. 35. vsque ad num. 39.

1 IVRAMENTVM potest remittere lex ciuilis, & sic princeps secularis, gl. 1. in l. fin. qui satisdare cog.

Iuramentum præstitum qui non obseruat ex causa concessa à iure, dicitur periurus, licèt absolui debeat interim, ibid.

in Iuramento excepta videtur authoritas legis, vel superioris, d. l. fi. & ibi addit. marg. ad municipal.

Iuramentum testis, quod de necessitate præstatur, potest de consensu partium remitti, glo. sententia, in l. 1. de feriis, gloss. pen. in l. fin. §. sed quia, C. de iureiur. propter cal.

Iuramento alicuius statur etiam pro se quandoque, gloss. iurare, in l. prætor, de edendo.

Iuramentum contra ius commune, vel publicum non est seruandum, l. iurisgentium, §. & generaliter, & ibi glossa de hoc, de pactis.

Iuramentum contra ea, quæ respiciunt principaliter vtilitatem publicam, non valet, ibid.

Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis, glo. dolus, in additione, in l. si vnus, §. illud nulla, eod.

Iuramento si quis promiserit se non denunciaturum maleficium, non valet iuramentum, quia aperiret aliàs viam iniquitati ad delinquendum, ibid.

Iuramentum siue si præstitum per partes propria voce, & sit positum in actis, siue partes scripserunt, vel scribi fecerunt se iurasse, idem sunt, l. 4. C. de receptis arbitris.

Iuramentum habet vim transactionis, non tamen quoad infamiam, l. furti, §. qui iussu, & ibi glo. notatus, de his, qui notantur infam. & glo. pen. in l. fin. C. de transactio.

Iuramentum non continetur in generali mandato, l. quoties, 21. §. si tutor, de noxalibus.

Iuramentum testis operarum purgationis iudicis, & aduocati, & ratione ætatis, dicitur iuramentum de veritate, gl. 1. in rub. de iureiur.

Iuramentũ est affirmatio, vel negatio cuiuspiam assertione rei sacræ, vel attestatione firmata, d. glos. 1. in addit. marg.

Iuramentum non est propriè probatio, l. non erit, §. dato, ibi quasi, de iureiuran.

Iuramentum de veritate excusat à calumnia, l. ait prætor, 3. & ibi gl. in possessione, eodem.

Iuramenti species est, si iuro per crede mihi, vt faciunt monachi, gl. religionis, in dict. l. non erit, §. dato, eodem, glossa ad superstitionem, in leg. quæ sub conditione, 8. de conditio. instit.

ex Iuramento adiecta caussa præstito oritur actio ciuilis ex ea causa, veluti iurans actor in reali, si verè erat dominus, habet rei vendicationem, & actionem in factum, vtilémque rei vendicationem, l. sed si, 11. §. fin. & ibi glo. vtilis, de iureiurando.

ex Iuramento oritur actio in factum, siue iuretur formiter, siue informiter, dict. gl. vtilis, & glo. 1. versic. superat, in l. 2. eod.

ex Iuramento formiter præstito datur actio vtilis ex eo contractu, cuius forma continet iuramentum, l. si duo patroni, 13. §. si quis iurauerit, eod.

Iuramentum habet vim pacti obligatorij, gl. teneri, ibid.

ex Iuramento contra eum, qui iurauit oritur actio propter connexitatem in omnibus contractibus, in quibus vltrò citróque obligatio oritur, si iuratur ex vna parte, ex alia etiam iurare videtur, d. §. si quis, & ibi gl. teneri.

ex Iuramento formiter præstito tam super pignore, quàm super dote, vtrique parti datur actio, sicut si verè probatum esset, d. l. si duo, §. Marcellus, eod.

Iuramentum alterius alteri prodest, gl. nam & hîc, ibid.

Iuramentum veritatis non potest per procuratorem præstari, sed debet quis per se iurare, gl. fi. in l. ad personas, 15. eod. 3

Iuramentum veritatis, quo actor sibi dari, reus verò se non dari oportere iurat, non remittitur patrono, vel parenti, l. si patronus, 16. in add. marg. eod.

Iuramentum affectionis, vt iuramentum in litem, quo quis se carere nolle pro tanto affirmat, non remittitur patrono, vel liberto, ibid.

Iuramento posteriori vnius est standum, etiamsi sit contrarium primo alterius, nec ex hoc arguitur alterius periurium, l. in duobus, 28. §. fi. eod.

Iuramento contra aliud iuramentum per alium præstitum valet, ibid.

per Iuramentum non potest deberi res, quæ non est in rerum natura, nisi ratione delicti, vel moræ præcedentis fingatur extare odio morosi, l. eum, qui, 30. §. 1. & ibi gl. ex causa, eod.

Iuramentum licèt habeat vim nouationis, & nouatio moram iam contractam tollat, iuramentum tamen eam non tollit, quin eandem conseruat, dict. §. 1. in addi. marg.

Iuramentum pro veritate accipitur, gl. præstandum, in d. l. eum, qui, §. si mulier, & gl. nec operarum, in dic. l. eum, qui, §. pen. eod. l. sed si possessori, 11. §. item si iurauero, & ibi gl. eod. tit.

Iuramentum actoris tollit exceptionem contrariam iuramento, sed non tollit exceptionem sibi competentem, dict. §. si mulier, & gloss. præstanda, & gloss. præstandum.

per Iuramentum non tollitur exceptio, quæ non est contraria iuramento, d. l. eum, qui, §. fin.

Iuramentum de veritate præstandum non sufficit, si iurans dicit se credere, nam debet continere præcisè, sic esse, vel non esse, secus tamen est in iuramento, quod præstat tutor, vel curator, & in iuramento calumniæ, gl. certioretur, & ibi add. marg. in l. iusiurandum, 34. eod.

de Iuramenti forma, vel qualitate quando inter partes dubitatur, recurritur ad arbitrium iudicantis, vtrùm in præsentia iudicis, vel alibi, vel in libro, vel in Ecclesia, vel alibi sit iurandum, d. l. iusiurandum, §. si de qualitate, & ibi gloss. in arbitrio.

Iuramentum cedit in locum pacti in ciuili obligatione, quia sicut pactum non tollit ciuilem obligationem, ita iusiurandum in locum solutionis cedit in naturali obligatione, quia sicut naturalis obligatio tollitur ipso iure per solutionem, ita & per iusiurandum, gl. iudicio, in l. tutor, 35. §. 1. eod.

Iuramentum cedit in locum iudicij, quia sicut iudicium parit actionem in factum, idest, ex sententia, ita & iuramentum, ibid. 4

Iuramentum cedit in locum acceptilationis, ibid.

Iuramentum præstare non compelluntur illi, qui non possunt compelli iudicium accipere, veluti Romæ legati prouinciales, dic. l. tutor, §. fin.

Iuramentum restringitur ad eam caussam, super qua iuratur, nec ad aliam porrigitur, l. si actor, 36. eod.

Iuramentum tolerabilius est non implere, quàm turpiter facere, ibid.

Iuramentum debet tria continere, iudicium, veritatem, & iustitiam, quorum si quod defecerit, periurus est, qui facit, glo.fin.ibid.

Iuramentum facit iurantem haberi maiorem, gl.2.in l.si prædium, 23. C.de iure dotium.

in Iuramentis promissoriis licèt insint certæ conditiones, nullæ tamē insunt in iuramentis assertoriis, l.si mulier, 25.in add.marg.C.eod.

10 Iuramentum est species probationis, gl.fi.in l.2.C. de in litem iurando.

Iuramentum præstitum non obseruans non incidit in crimen læsæ maiestatis, quia alio modo punitur, l.2.& ibi gl.fin.C. ad legem Iul.maiest.

Iuramentum factum super quolibet libro de consuetudine valet, gl. 3. in princ. auth.iusiurandum, quod præstatur.

in Iuramento continetur possibile, §.1. eod.tit.

Iuramentum super re illicita seruandum non est, §. 1. in auth. Scenicas non solùm si fideiussores, col. 5.

Iuramentum licitum seruandum est, non tamen punitur non seruans, nisi quantùm ad mundum valet, & firmat, quod agitur, vt si fiat à minore 25.annorum super aliquo contractu, item quando libertus post manumissionem iurat se operas præstare, glos.Deo, ibid.

de Iuramento licito solo vbicunque quis non tenetur, intelligitur iure ordinario, & ciuiliter, sed extra ordinem potest accusari crimine stellionatus, vt extra ordinem puniatur, ibid.

Iuramentum testis, vel de se non debet fieri per verbum credulitatis, nisi quando testis deponit super eo, de quo non potest per veritatem habere notitiam, nisi per credulitatem, veluti si deponat an mulier prægnans sit, nam tunc de credulitate iurat, nec cogitur aliter iurando anceps periurium subire, glo.credens, & ibi add.marg.in §.vt autem non, in auth.vbi, qui obligatas se habere.

Iuramentum, quod præstat tutor, vel curator datus ad se excusandum, quando est incertum, nec testib.potest probare, sufficit, quoad præstet per verbum credulitatis, & ita dicitur illud iuramentum quasi calumniæ, sicut quando quis iurat, quod credit se habere falsum, & quando vult inuenire pecuniam suam in alieno solo absconditam, ibid.

Iuramentum testis potest, & alibi præstari ex caussa, & non in loco, in quo iudicium agitatur, sic etiam potest alibi præstari iuramentum calumniæ, vel iuramentum iudiciale, vel necessarium, glo.abundantiam, in §.quoniam, in auth. de testib.col. 7.

Iuramentum reuocatur metu periurij, regulariter tamen contra est, gl.testimonium, in §.si autem qui, in auth.vt liceat matri & auiæ, col.9.

11 Iuramentum loco probationis succedit, & appellatur quasi probatio, glo.pen.in cap.1.de feudi cognitione.

Iuramentum puberum super contractibus rerum suarum vt valeat, oportet, quòd puberes fidem, & mentem suam super sacro iuramento adstringant, putà, super altari, vel libro continente sacra Euangelia, vel super alio libro, vel lapide, sed hodiè non obseruatur, glo.item sacramenta, in extrauag hac edictali, §.item sacramenta, de pace tenenda inter subd.

Iuramentum verbo tenus factum à minore, putà, per Deum, non veniam contra contractum à me celebratum, non valet, sed bene de iure canonico, d. gloss. item sacramenta, & ibi add.marg.

Iuramentum ab aliquo factum pro alio, & in eius animam valet, & idem est, ac si ille iurasset, si iuratum sit illo mandante, ibid.

Iuramentum impuberis, vt contractus cum eo habitus valeat, non tenet, ibid.

Iuramentum de non veniendo contra testamentum factum à se, non valet, quia testamenti factio iuris publici est, & ius publicum pactis priuatorum tolli non potest, sed contra testamentum alienum valet eo casu, quo pactum de iure communi tenere potest, aliàs non, gloss.super contractibus, ad medium, ibidem.

in Iuramento omni sufficit dicere verum secundùm conscientiam, ad hoc, vt saluetur quis de periurio, gloss. volumus, in extrauag.de pace Constantiæ, §. nos Romanorum.

Iuramentum in contractibus non habet vim probationis, si non vult aduersarius, glo.obligetur, in §.potest, Inst.de literarum obligat.

Iuramentum fidelitatis non debet præstare omnis domestica persona, præsertim in quos nulla cadit suspicio, veluti pater filio, vel filius patri, vxor marito, vel econtrà, quamuis non desint coniuges, qui consortes mortem exoptent, nec alij carentes suspicione, exceptis his, omnes reliqui domestici præstare tenentur iuramentum, cap.1.& ibi glo.fin.& addit.margin. qualiter iurare debeat vassallus.

in Iuramento omni fidelitatis excipi debet nominatim Imperator, ca. 1.§.fi.de prohibita feudi alienat.per Fredericum.

Iuramentum fidelitatis præstandum est à vassallo Imperatori, & eius forma, §. in Christi nomine, in extrauag. de pace Constantiæ.

Iuramentum maioris est efficaciæ, quàm pactum, gl.1.in l.in duobus reis, 28. de iureiurand.

Iuramentum heredis multùm differt à iuramento defuncti principalis, l.generaliter, 12.C.de rebus creditis.

Reliqua verbo, Credere, Iusiurandum, Iudex, 49. Minor, 30.31. Sacramentum, sententia, 45.46. 56. Testis, 10.11. Vassallus, 67. Iurare, Heres, 10.11.12.

12 IVRAMENTVM triplex est, voluntarium, necessarium, & iudiciale, & dicuntur de veritate, rub.& ibi gl.1.de iureiuran.& gl.fi.in l.1.C.de rebus creditis, & gl.fi.in §.item si quis postulante, Inst.de actio.

Iuramentum voluntarium, siue conuentionale est, quando extra iudicium absente iudice pars parti defert iuramentum, quod solet id dici ex pactione, d. gl.1.in add.marg. de iureiurand.

Iuramentum iudiciale dicitur, quando pars parti coram iudice, eóque approbante, iuramentum defert, & ibi gl.2.in l.1.eod.

Iuramentum necessarium triplex est; quoddam est suppletiuum, siue in supplementum, vel in defectum probationis; aliud purgatiuum, quo se quis purgat de conscientia; aliud necessarium in litem, quando æstimatur lis ex affectione iurantis, ibid.

Iuramentum est maximum remedium ad finiendas lites, ad quod iuramentum peruenitur, vel ex pactione litigantium, vel per iudicem, l.1.& ibi gloss.2.de iureiurando.

Iuramentum circa finiendas lites de consuetudine est inuentum, ibi.

Iuramentum quoad finiendas lites ex pactione, & extra iudicium à litigantibus est inductum, & dicitur conuentionale, & exceptio talis iuramenti dicitur exceptio litis finitæ, d.l.1.& ibi glo.2.

Iuramentum iudiciale, quod à parte parti defertur in iudicio, iudice approbante, dicitur necessarium, quia ipse iudex defert, & etiam constringit ad iurandum, nisi iustam causam viderit recusandi, † d.gl.2.

Iuramentum speciem transactionis continet, maiorémque habet authoritatem, quàm res iudicata, l.2.de iureiurand.

Iuramentum transactionem excedit, quia ex eo agitur, sed non ex transactione, glo. 1.ibid.

Iuramentum, & transactio æquiparantur in naturali obligatione, quam vtrumque tollit, ibid.

Iuramentum & res iudicata pares sunt in agendo, ibid.

Iuramentum tollit naturalem obligationem ipso iure, sed non sententia, gl.1.ad fin.ibidem.

à Iuramento non prouocatur nec receditur, nisi in vno casu, sed bene à sententia, ibidem.

Iuramentum ad hoc vt proficiat siue in personam, siue in rem, siue in factum, siue actione pœnali, vel quauis alia agatur, vel interdicto, requiritur, quòd sit præstitum aduersario deferente, & non propria authoritate, l. ait prætor, 3.eodem.

Iuramentum iudiciale alicuius alteri neque prodest, neque nocet, d.l.ait prætor, vers. sed & si.

Iuramentum iudiciale mulieri iuranti se prægnantem proderit, ne conueniatur quasi calumniæ causa ventris nomine fuerit in possessione, vel ne vim patiatur in possessione, ibid.

Iuramentum aduersario deferente super conditione, vel statu personæ præstitum valet, ibid.

Iuramento sibi delato si quis iurauerit se in potestate deferentis non esse, valet iuramentum, ibid.

Iuramentum super possessione danda mulieri ventris nomine aduersario deferente potest præstari, itaque si mulier iurauerit se prægnantem ibit in possessionem sine metu, si verò contra eam sit iuratum, non ibit, quamuis verè prægnans fuerit, ibid.

Iuramentum iudiciale præstitum à muliere iurante se prægnantem, non prodest quoad hoc, vt post editum partum non quæratur, an partus ex eo editus sit, vel non, cuius esse dicitur, debet enim non obstante iuramento inuestigari veritas, ibid.

Iuramentum iudiciale matris partui non proficit, neque nocebit, si mater detulerit, & iuretur ex eo prægnans non esse, d.l.ait prætor, 3.ad fi.

Iuramentum nemine deferente præstitum nihil proficit iuranti, alioquin enim facillimè quisque ad iusiurandum decurrens nomine sibi deferente iusiurandum se liberaret oneribus actionum, quod fieri non debet, d. l. ait prætor.

Iuramento præstito aduersario deferente super pleraque actione standum est in omnibus quoad ipsos litigantes, non autem quoad alios etiam filios, ibidem.

Iuramentum voluntarium, vel iudiciale potest deferri in causa criminali, secus tamen est in iuramento necessario, gl.agatur, & ibi add.marg.ibid.

Iuramentum voluntarium, vel iudiciale potest deferri in causa matrimoniali, ita tamen, quòd is, cui delatum est, si iurauit maritum non esse, non statur iuramento, si posteà veritas inueniatur, quòd sit maritus, ibid.

Iuramentum voluntarium, vel iudiciale potest deferri in causa monachationis, & conuersionis, ita tamen, quòd is, cui delatum est, si iurauerit se conuersum, vel monachum non esse, non statur eius iuramento, si posteà veritas inueniatur, quòd sit monachus, vel conuersus, † ibid.

Iuramentum vnius alij non nocet, neque prodest, fallit quando alius fingitur, non alius, quod euenit ratione patriæ potestatis, vel dominicæ, vel ratione societatis, contractus, vel procurationis, gl.nocet, ibid.

Iuramentum si sit delatum, vt iuraret per Deum, & is per caput suum, vel filiorum iurauerit, non valet tale iuramentum, d.l.ait prætor, 3.§. fi. cum duabus legibus seq.eod.

Iuramentum si sit delatum, vt per salutem iuraret, & is iurauerit, stabitur tali iuramento, l.non erit, 5.eod.

Iuramentum omne licitum, per quod quis vult sibi iurare, idoneum est, & ex eo si fuerit iuratum, tali iuramento stabitur, nisi specialiter à iure prohibeatur, glo.2.ibid.

Iuramento, quod propria superstitione iuratum est, standum est, vt si iuret Iudæus, vel Sarracenus per Deum suum, valet iuramentum, & standum est ei, d. l.non erit, & ibi gl.propria, in add.marg.

Iuramento delato nihil aliud quæritur, quàm an iuramentum delatum sit reuocatum, vel sit delatum ab eo, qui potuit deferre, vel an iuratum sit, d.l.non erit, §.dato, & ibi gl.dato.

Iuramento delato præstito non quæritur vltrà, an debeatur, quasi satis probatum sit iureiurando, fit tamen debiti quæstio, quandoque in quibusdam casibus speciali iure, ibid.

Iuramentum illicitum, scilicet improbatæ publicæ religionis, veluti Dianæ, vel Apollinis, si quis detulerit, & is iurauerit, habetur, ac si iuratum non esset, secus si non esset publicè reprobata, d.§.dato, & ibi gl.religiosus.

Iuramentum delatum si non sit præstitum, neque à deferente remissum, habetur ac si res in iusiurandum admissa non esset, d.l.non erit, §. si neque.

Iuramentum delatum incōtinenti debet præstari, sed si is, cui delatum est, posteà ex interuallo, & ad alium actum diuertendo præstiterit, nihil proficit ei iuramentum, nisi acceptanti daretur tempus ad deliberandum, quod iuraret, d.§.si neque, & ibi gl.si posteà, & ibi add.marg.

Iuramentum quando defertur inest conditio, vt incontinenti iuretur, d.§.si neque, cum l.seq.

iuramentum referre deferenti,ibidem.

in Iuramento veritatis deferendo poteſt quis petere tempus, ſeu dilationem ad deliberandum,ibid.

Iuramentum deferre poteſt defenſor municipij,vel ciuitatis,vel cuiuſlibet corporis,ſi ſuper hoc mandatum habeat à ſyndico,d.l.iuſiurandum,§.1.

Iuramentum deferre poteſt defenſor municipij habens adminiſtrationem,ſicut & tutor, quoties ſibi videtur deficientibus probationibus, ſecus eſt in defenſore electo à ſyndico,d.§.1.& ibi gl.mandatum.

Iuramentum delatum præſtare nõ coguntur procurator,neque defenſor,ne ſubeant pro alio anceps periurium,d.l.iuſiurandum,34.§.pupillo, & ibi glo. non compelli.

Iuramentum de veritate deferens priùs de calumnia iurare debet, ſi hoc ab eo exigatur,deinde ſic ei iurandum eſt,d.l.iuſiurandum, §.qui iuſiurandum.

20 Iuramentum ſi deferatur reo,cogitur iurare,vel referre,aut ſoluere,ſed ſi actor, cui iuramentum refertur,non iurat,ei denegatur iudicium, nec referens cogitur iurare de calumnia,d.l.iuſiurandum.§.ait Prætor.

Iuramentum aliquando ex cauſſa poteſt referri aliter, quàm delatum ſit, ibidem.

Iuramentum ſi deferatur reo,habet electionem,aut iurandi,aut referendi illud, aut ſoluendi,vel ex cauſſa recuſandi,quia alternatiuè tenetur, l.iuſiurandum, 34.§.ait Prætor,& ibi gl.eligat.eod.

Iuramentum deferens tenetur iurare de calumnia, ſed non iuramentum referens,d.§. ait Prætor.

Iuramentum delatum referri, vel recuſari non poteſt in actione rerum amotarum,& in aliis actionibus turpibus,ſi tantùm reus conuentus,cui delatum eſt iuramentum,ſciat factum, ſecus ſi vterque æquè ſciret veritatem, quia tunc poteſt recuſari,& referri,† gl.ſi malit,& ibi add. marg.ibi.

Iuramentum ſi delatum ſit reo,ſi reus iuret,abſolui debet,ſi non vult iurare, ſed referre,audiri debet,ſed ſi nolit iurare,neque referre,tunc ſi vult ſoluere, antequàm condemnetur,abſolui debet,ſed ſi nolit etiam ſoluere,tunc condemnari debet,d.l.iuſiurandum, 34.§.fi.eod.

Iuramentum delatum ſi referatur actori,& actor iurauerit, condemnatur reus, ſed ſi nolit iurare,reus debet abſolui ab obſeruatione iudicij,d.§.fi.& ibi glo. cùm res.

Iuramentum deferre poteſt tutor deficientibus probationibus, & denegatur actio pupillo contra tale iuramentum,niſi inueniatur læſus,l.tutor, 35.& ibi glo. 2.eod.

Iuramentum delatum à tutore non poteſt recuſari ex eo,quòd ſuperueniens pupillus poſſit reſtitui,& ſic eius periurium detegi, neque profuturum eſſet ei iuramentum ſuum,quia mero iure ſibi prodeſt iuramentum,nec debet inſpici,quod iure ciuili euenire poteſt,d.l.tutor,in add.marg.

Iuramentum deferre non poſſunt prodigus,& alij ſimiles,d.l.tutor,§.1.

Iuramentum iudiciale, vel neceſſarium loco iudicij ſuccedit, non autem iuramentum voluntarium,gl.fi.& ibi add.marg.in d.l.tutor, §.fi.

Iuramẽtum delatum reus ſi acceptauerit,poteſt poſt acceptationem, quòd actor afferens iuret de calumnia,qui ſi recuſauerit, habetur iuramentum pro remiſſo,l.ſi non fuerit,37.eod.

Iuramentum deferens,ſi iuramentum de calumnia priùs nolit iurare,remittenti ſimilis eſt,quia actio ſibi denegatur,ibid.

Iuramentum delatum etiam antequàm acceptetur, non poteſt recuſari, niſi ex cauſſa,† gl.1.& ibi add.marg.in l.manifeſtæ, 38.eod.

Iuramentum delatum etiam abſenti, & ignoranti per nuncium, & per epiſtolam remitti,& gratiam fieri poteſt,l.Labeo,41.& ibi gl.1.eod.

21 Iuramento voluntario, & iudiciali tollitur naturalis obligatio, ſed non iuramento neceſſario,gl.tollitur,& ibi addit.marg. in l.fi. eodem.

Iuramentũ aduerſario deferente præſtitum præſumitur in dubio in rem,vel ſuper contractu potiùs,quàm in perſonam,d.l.fi.verſ.ſin autem.

Iuramentum ſi præſtiterit fideiuſſor aduerſario deferente ſe dare non oportere, vt quia non fuit contractum,vel fuit ſolutum,reus principalis exceptione iuramenti tutus erit, ſed ſi iurauerit,ſe dare non oportere, vt quia non fideiuſſerit,hoc iuramentum reo non proderit,d.l.fi.§.ſi fideiuſſor.

Iuramentum fideiuſſoris ſuper facto vel principali contractu prodeſt reo, ſecus ſi ſuper perſona iurantis, ibid.

Iuramentum ſi præſtiterit defenſor actore deferente reum dare non oportere, exceptio iuriſiurandi quæritur defenſo, cuius nomine iuratum eſt, d. l.final. §.final.

Iuramentum ſi præſtiterit defenſoris fideiuſſor,actore deferente,reum dare non oportere,exceptio datur reo principali,ibid.

Iuramento ſi præſtiterit reus principalis actore deferente ſe dare non oportere, exceptione iuramenti tutus eſt eius fideiuſſor,ibid.

ex Iuramento delato, vel relato agi poteſt de conſtituta, ſi iuratum ſit conſtitutum interueniſſe,l.illud, § ſi de conſtit.pec.

Iuramentum delatum referens quid modeſtiùs agit, quàm ſi ipſe iuraret, d. §. final.

Iuramentum deferens compellitur iurare,ſi ei referatur illud,l.25.§.1. & ibi gl. compulſus.

Iuramentum deferre poteſt ille,qui agit actione rerum amotarum,ſi priùs iurauit de calumnia, & cogitur iurare nihil cauſſa diuortij amotum eſſe, niſi patronus ſit à liberta conuentus actione rerum amotarum,l.Marcellus, §.fin.& ibi gl.iurare,rerum amotarum.

Iuramentum delatum ſibi in actione rerum amotarum non poteſt quis deferenti referre,d.§.fi.

Iuramentum veritatis dicitur illud, quod conuento actione rerum amotarum delatum eſt,glo.de alieno,ibid.

Iuramentum delatum ſuper aliquo delicto non poteſt referri, quando illud delictum, de quo quæritur, non cadit in ſcientiam eius, cui refertur, ſicut in ſcientiam eius,cui ab initio defertur; ſed quando æqualiter caderet in ſcientiam vtriuſque,vt cùm aliquis eſt verberatus ab aliquo,tunc indiſtinctè locus eſt relationi,gl.fi.in add.ibid.

22 Iuramentum furi delatum, an furtum commiſerit,non poteſt referri deferenti, l.non magis,eodem.

Iuramentum de veritate ſemel tantùm præſtatur, quia quod ſemel eſt verum, ſemper eſt verum, quòd ſecus eſt in iuramento calumniæ, quod poteſt fieri, quod tunc vel nunc quis calumnietur,l.qui bona,13.§.ſi quis, & ibi gl.iurandum,de dam.infe.

per Iuramenti præſtationem non quæritur an id,de quo iuratum eſt, ſit verum, vel non,l.1.§.pari,in add.marg de lib.exhib.

Iuramento delato,& præſtito non debet quæri an iuſtè, vel iniuſtè ſit iuratum, ſed ſolùm quæritur,an ſit iuratum, niſi in caſibus, in quibus quæritur, iuſtè, nécne ſit iuratum,gl.fi.in l.aduersùs,de exceptio.

Iuramentum deferens aduerſario facit eum quaſi iudicem in cauſa ſua, l.1.quarum rerum actio.

per Iuramentum voluntarium parti delatum tollitur naturalis, & ciuilis elidituf,ſed in neceſſario iuramento tollitur ciuilis, & remanet naturalis, †.gl.1. in l.vbicunque,60. de fideiuſ.

Iuramentum in ſupplementum probationis non habet locum in cauſis criminalibus,† gl.1.in l.maritus,de quæſtio.

Iuramentum defertur teſtibus etiam abſente altera parte per contumaciam,glo. abſente,in l.fin.§.ſin autem fuerit,C.de iureiuran.propter calum.

Iuramentum quandoque ex delatione,quandoque ex ſpontanea voluntate præſtatur,glo.2.in l.ſi cum patruo,6.C.communia vtriuſque.

Iuramentum inferre,idem eſt,quod referre,nam qui refert, infert gl. 2.in l.1.C. de rebus creditis.

Iuramentum neceſſarium defert iudex,ibi.

Iuramentum cui remiſſum eſt,habetur ille pro iurato.gloſſ.3. ibidem.

Iuramentum voluntarium,quod à parte parti defertur,prætextu periurij non retractatur,gl. fi. ibid.

Iuramentum iudiciale regulariter prætextu periurij non retractatur,niſi ſit præſtitum in cauſa vltimæ voluntatis, quia tunc retractatur reperta poſteà veritate,fauore vltimæ voluntatis,ibid.

Iuramentum neceſſarium prætextu inſtrumentorum nouiter repertorum retractatur, ibidem.

Iuramentum voluntarium ſuper vallando contractu inualido prætextu nouorum inſtrumentorum,& falſitatis retractatur,ſed iuramentum ſuper lite non retractatur prætextu periurij,† ibid.

Iuramentum voluntarium extra iudicium defertur, & ſic dicitur, quod ſponte ſuſcipitur,& refertur,& recuſatur,ibi. 2

Iuramentum iudiciale defertur in iudicio à parte parti, iudice approbante, & confortante,& hoc poteſt recuſari, & referri, olim tamen non poterat recuſari, ibidem.

Iuramentum neceſſarium defert iudex, & neceſſitatem imponit, nec excuſatur, niſi iuſta cauſa,ibid.

Iuramentum neceſſarium defertur alteri partium per iudicem, vel per aliam partem, vbi ſemiplenè probatum eſt, tam in contractibus bonæ fidei, quàm etiam in cæteris cauſis,l.3. C. de rebus credit.

Iuramentum neceſſarium deferri poteſt alteri partium per iudicem, vel per aliam partem ob inopiam probationũ,tam in contractibus bonę fidei,& ſtricti iuris,quàm in delictis,& quaſi delictis,quando agitur ciuiliter, gl. 2.ibid.

Iuramentum delatum ſi ſit alteri partium cauſa ſecundùm eum, qui iurauit,poteſt decidi,gl.fi. ibid.

Iuramentum defertur reo à lege ad purgationem ſui in multis caſibus,ibi.

Iuramentum defertur reo,vbi actor ſemiplenè probauit, quando vterque actor, & reus dicit,quòd ſciat veritatem,& vterque eſt æqualis honeſtatis, ibid.

Iuramentum defertur actori,vbi actor ſemiplenè probauit, quando vterque ſcilicet actor,& reus dicit,quòd ſciat veritatem,& actor eſt dignior reo, ibid.

Iuramentum quando eſt deferendum,vbi actor ſemiplenè probauit, debet priùs iudex inſpicere perſonam actoris,& rei,ſi ſit alias honeſta, vel non, & perſonam teſtis indocti, & cauſæ magnitudinem, vel modicitatem, ita quòd pro qualitate perſonarum actoris,& rei,& teſtium deferat iuramentum huic,vel illi,vel nulli, ibid.

Iuramentum ſemper defertur actori in quibuſdam caſibus in odiũ rei, vbi actor ſemiplenè probauit,d.gl.fi.in fi.

Iuramentum regulariter non eſt deferendum actori, qui ſemiplenè probauit per vnum teſtem,quia ſic teneret vicem alterius teſtis,ſicque in re ſua teſtificaretur,quod eſſe non debet,niſi ſit legalior reo,ibid.

Iuramentum non defertur actori, vbi ſemiplenè probauit, quando actor dicit neſcire veritatem per veram ſcientiam,ſed dicit ſcire per famam,† ibi.

Iuramentum ſi pupillus detulerit ad excludendam tutelæ actionem, nihilominùs poſteà litem exercere non prohibetur,l.4.C.de rebus creditis.

Iuramentum deferre non poteſt pupillus tutori, quia defert ſine tutoris authoritate, neque poteſt dici, quòd tutor iurans in hoc authoretur pupillo in re ſua,glo.fi.ibid.

Iuramentum poteſt deferri tutori in cauſa pupilli,l.cùm etiam, 5.C.eod.

Iuramentum poteſt deferri,vel referri ſuper quæſtione, vel cauſa ſtatus, l.cùm proponas,6.C.eod.

Iuramento partium conſenſu præſtito cauſa ſtatus deciſa, iudex eam obſeruare partes cogere debet,l.cùm proponas,6.C.eod.

Iuramentum,vel delatio vnius non præiudicat alteri ratum non habenti, l. nec filius,7.C.eod.

Iuramentum deferre non poteſt filius in cauſam patris, vel alia coniuncta perſona in cauſam coniuncti, niſi habeat mandatum, vel pater, vel coniunctus ratificet,ibid.

Iuramentum deferre non poteſt filius, vel coniunctus debitori patris, vel coniuncti ſine mandato,d.l.nec filius,& ibi gl.fi.

Iuramentum producit actionem in factum ad inſtar iudicati, l. actori, 8.C. eodem.

Iuramentum ſi ſit delatum,vel relatum actori,& ſi iurauerit, vel ei remiſſum ſit iuramentum, ad ſimilitudinem iudicati, in factum actio oritur ex illo iuramento,ibidem.

Iuramentum remiſſum dicitur poſtquàm fuit delatum, & ſuſceptum ab eo, cui delatum

ibi gloss.quanti,de constituta pecun.

Iuramentum in litem præstatur in depositi actione directa, sed non in contraria,l.1.§.in deposit.& l.ei,apud quem,& gl.1.depos.

Iuramentũ in litem non præstatur,nisi propter dolũ,gl.fi.in l.dolus, 44.mãdati.

Iuramentum in litem præstatur plerunque in actione mandati,ibid.

Iuramentum in litem præstatur in actionibus in rem,l.si fundus, 16.§.in vindicatione,& ibi gl.in rem,de pignorib.

Iuramentum in litem præstatur in actionibus rerum amotarum, sicut in arbitrariis, licèt verè non sit arbitraria, imò in omni actione, in qua quis contemnit restituere ad præceptum iudicis,in litem iurare potest,l.si cùm dos,§.fi.& ibi gl.fi.& add.marg.rerum amotarum.

Iuramentum in litem præstatur in actione tutelæ contra tutorem, vel eius heredem, sed non contra eius fideiussorem, glo.1.in l. sine herede, 32.de admin.tutor.

39 Iuramentum in litem præstatur in actione in rem, sed non in actione ex testamento,nisi quando res legata non extaret, glo.fin.in l.cùm pater,60.§.fin.ad leg.Falcid.

Iuramentum in litem solemniter defertur à iudice in rei vindicatione,& in cæteris actionibus arbitrariis,glo.iurisiurandi,in l.à possidentibus, 21.C.de rei vindicatione.

Iuramentum in litem præstatur contra heredem tutoris, etiam propter leuem culpam,quando lis cum testatore defuncto contestata est,l.pen.& ibi gl. 2.& 3.C.de in litem iuran.

Iuramentum in litem non præstatur contra heredem pro dolo defuncti, sed communi interesse petitur,gl.pen.ibid.

Iuramentum in litem cùm præstatur propter dolum, latam, & leuem culpam, venit commune interesse in facti cognitione iudiciaria, sine alia probatione,ibidem.

Iuramentum in litem licèt non deferatur contra heredem tutoris ob non factum inuentarium à tutore, conueniri tamen potest heres ad commune interesse de dolo defuncti,l.fin.& ibi gl.1.C.eod.

Iuramentum in litem ob dolum præstatur contra tutorem dolosum,non tamen contra eius heredes,nisi ipsi heredes sint etiam in dolo, † gl.1.ibid.

Iuramentum in litem præstatur in hypothecaria,& in petitione hereditatis,cùm altera arbitraria,altera bonæ fidei sit,gloss.fin.in l.scimus,22.§.pen.C.de iure deliberand.

Iuramentum in litem præstatur in actionibus realibus,non iure actionis,sed officio iudicis,gl.in rem,in §.appellamus,Inst.de actio.

Iuramentum in litem non tenetur præstare tutor,vel alius administrator legitimus,sed bene iuramentum calumniæ,gl.3.in l.fin.§.quod obseruari, C.de iureiur.propter cal.

Reliqua verbo,Tutor,151.Curator,8.Commodatum,3.

Iurans in genere,num.1.& 2.

Iurans delato iuramento,num.3.4.

1 IVRANS se patronum non habetur pro patrono quoad succedendum,secus si sententia proferatur pro eo,& ita sententia superat iuramentum, gl.1.in l.2. de iureiur.

Iurans negatiuè de facto suo,scilicet se furtum non fecisse, potest cõueniri condictione furtiua,tanquàm heres ex facto,vel furto defuncti, neque potest repellere aduersarium exceptione iuraméti,l.si duo,§.item Iulianus,de iureiur.

Iurans mulierem,quæ vxor sua fuerat, rem sibi in dotem dedisse, tenetur vxori ex suo iuramento actione vtili de dote,d.l.si duo patroni,§.Marcellus.

Iurans in pecuniaria per principem dare se non oportere,vel sibi dare oportere, & peierauerit,fustib.debet cædi,l.si duo patroni,§.fi.eod.

Iurans intra certum tempus se soluturum si non soluerit,fustibus debet castigari,ibidem.

Iurans per Deum,si peierauerit,maiorem, & duriorem habet vltorem, quàm si iuraret per Imperatorem,vel per principem,gl.fin.

Iurans ex ea actione,quæ per inficiationem crescit, aliquid sibi deberi, non adquirit dupli,sed simpli persequutionem,l.eum,qui,30.eod.

Iurans per salutem suam, per Deum iurare videtur, respectu enim diuini numinis ita iurare dicitur,l.qui per salutem, 33.eod.

Iurans per salutem suam non videtur præstare iuramentum sibi delatum, nisi ita specialiter sit ei delatum, ibid.

Iurans rem valere centum,quæ valebat plus,non est periurus, licèt non dicat, & plus,l.cùm furti, de in litem iurando.

Iurans se non interfuturum consilio, si eligitur posteà decurio, aut consul iustitiæ,qui habet necesse interesse consilio, remittitur ei iuramentum,l.fin.& ibi gl.creatus,ad municipalem.

Iurans si veniat contra iuramentum, efficitur infamis, & ab actione cadit, l.si quis maior,41. C.de transactio.

2 Iurans soluere decem per metum,posteà si spontè soluit,non repetit,quia soluere non tenebatur,tum etiam, quia sublata est per solutionem proxima caussa turpitudinis,idest, metus,sed de iure canonico soluere tenetur, sed posteà repetet,gl.4.in l.2.C.de his, quæ vi.

Iurans quis dare decem per dispositionem authenticæ sacramenta puberum non tenetur,gl.fi.in auth.sacramenta,C.si aduersùs venditorem.

Iurans testator non contrauenire testamento à se facto, potest contrauenire, non obstante iuramento,citra etiam metum periurij,ibid.

Iurans non comedere carnes si contraueniat tali iuramentum, Satis Deum vltorem habet,secus quando suum iuramentum prauum alij noceret,quia tunc punitur,gl.1.in l.2. C.de rebus credit.

Iurans per Deum,Deum habet vltorem,gl.fi.in l.2.C.ad legem Iul. maiest.

Iurans per Euangelia debet tangere,quod est verum,nisi à iudice iudicante,& in Episcopo testificante, & in alienante rem Ecclesiæ in emphyteosim, glo.4.in princ.in auth.iusiurandum,quod præstatur,collat. 2.

Iurans per aliquod membrum Dei,dicitur blasphemare, auth. vt non luxurientur homines contra natur.& ne iurent per capillos,per tot.col.6.

Iurans per aliquod membrum Dei, aut per capillos Dei, aut blasphemãs Deum, vltimo damnatur supplicio,ibid.

Iurans simpliciter videtur iurare in omnem causam, ex qua iurare tenetur, gl. vassalli,in §.in causis,de pace Constantiæ.

Iurans in alicuius animam debet iurare,non,quod ipsi videtur, sed quod illi,pro quo iurat,gl.in animam,& ibi add.marg.in §.nomina, eod.tit.

Reliqua verbo,Iuramentum,1.vsque 12.Iurare, Iusiurandum.

IVRANS aduersario deferente vsumfructum alicuius rei suum esse,vel sibi dari oportere,de cætero habetur pro vsufructuario,& eisdem modis habetur,quibus si ei per veritatem vsusfructus esset adquisitus, l. sed si possessori, 11.§.item si iurauero, de iureiuran. 3

Iurans aduersario deferente sibi deberi vsumfructum alicuius rei, in qua non potest esse vsusfructus,præstita cautione de restituenda æstimatione, habebitur pro vero vsufructuario, ibid.

Iurans aduersario deferente hereditatem suam esse,id consequi debet,qui haberet, si secundùm eum de hereditate pronunciatum esset, & aduersarius non solum eas res,quas tunc possidebat, tenetur ei restituere, sed & si quas posteà cœpit possidere,dict.l.sed si possessori, 11.§.fin.

Iuranti hereditatem suam esse competit vtilis actio petitionis hereditatis contra deferentem, qui possidet res hereditarias, sed si iurans cùm possideret, sit conuentus petitione hereditatis à deferente, habet exceptionem iuramenti contra ipsum deferentem, ibid.

Iuranti hereditatem suam esse, prodest iuramentum contra ipsum deferentem, sed non contra alium,qui ab eo hereditatem petierit,ibid.

Iurans in actione furti aduersario deferente se furtum non fecisse,de toto facto videtur iurasse,& ideò non tenebitur actione furti,neque condictione furtiua, l.si duo,§.item Iulianus, eod.

Iurans deferentem iuramentum sibi vendidisse rem, poterit agere contra deferentem, vt & ei res tradatur, & de euictione caueatur, & per consequens ipse deferens habet actionem ad pretium, nisi iurans etiam iurasset, quòd pretium soluisset,d.l.si duos,§.si quis iurauerit.

Iurans se socium esse, poterit agere pro socio cum deferente,& etiam ab eo potest conueniri,ac si socius fuisset in veritate,ibid.

Iurans se ob decem pignori dedisse fundum, non aliàs contra deferentem poterit agere pigneratitia,quàm si decem soluat, vel offerat, & potest etiam conueniri ex suo iuramento actione in factum ad illa decem,d.l.si duo,§.Marcellus,& ibi gl.soluerit, & glo.conueniri.

Iurans se obligasse rem pro decem quæ accepit, potest conueniri ex suo iuramento, neque tenetur probare deferens se numerasse, nisi iuramentum simpliciter præstitisset se pro decem obligasse,quia tunc creditor tenetur probare se numerasse,d.gl. soluerit.

Iurans ille, cui delatum est,nihil refert, cuius sexus, vel ætatis sit, l. qui iurasse, 26.eodem. 4

Iurans mulier aduersario deferente se non amouisse rem caussa diuortij,non defenditur per exceptionem iuramenti,si cum ea in rem agatur,& si contundat rem suam esse,alio iuramento opus est,l.in duob.28.§.quæ iurauit,eo.

Iurans mulier aduersario deferẽte rem suam esse posteà in actione rerum amotarum defenditur per exceptionem iuramenti, licèt eadem quæstio per aliam actionem moueatur,ibid.

Iurans aduersario deferente se non rapuisse, non adiuuatur exceptione iuramenti in actione furti,& in condictione, d.l.in duobus, §.si quis iurauerit.

Iurans aduersario deferente se non esse condamnatum, etiam si ex stipulatu iudicatum, solui ob rem iudicatam conueniatur, defenditur per exceptionem, d.l.in duobus,§.igitur si quis.

Iurans aduersario deferẽte,se dare non oportere,ex stipulatione iudicatum soluit, conuentus posteà actione in factum ex re iudicata defendi non potest per exceptionem iuramenti,ibid.

Iurans aduersario deferente furtum sibi fuisse factum, non semper habet condictionem furtiuam,quia condictio soli domino competit, d.l.in duob.§. fi. & ibi gl.condictioni.

Iurans aduersarium deferentem sibi dare oportere Stichum, qui non erat in rerum natura tempore iuramenti, sed esse credebatur, vel sperabatur, nullam habet actionem ad æstimationem contra deferentem, nisi ex caussa furtiua, vel propter moram,l.eum,qui,30.§.1.& ibi gl.ex caussa,eod.

Iurans reus deferente actore de constituta pecunia se non teneri, vtetur exceptione si de constituta conueniatur,sed si de sorte, idest, de priore obligatione conueniatur, exceptio cessabit, nisi de hac quoque obligatione iurauerit, l.si actor,36.eod.

Iurans aduersario deferente se liberatum,quia Stichum,quem promiserat, putat decessisse, vel remitti debet iuramentum, aut dari debet dilatio, intra quam certioretur,& iuret,l.iurisiurandum,34.eod.

Iurans delato sibi iuramento pro se, sibi tantùm parit exceptionem, secus si in rem iuret,l.1.§.si fideiussor, quarum rerum actio.

Iurans delato sibi iuramento,in dubio videtur iurare in rem,ibid.

Iurans filiusfamilias delato sibi iuramento patrem suum dare non oportere,patri datur exceptio iurisiurandi,idem econtrà, si pater iurat filium dare non oportere,quia datur exceptio filio,l.fin.& ibi glo.1.eod.

Iurans delato sibi iuramento se furtum non fecisse, non tenetur furti actione, nisi deinde contrectet, tenetur tamen rei persecutione, idest, rei vindicatione,l.si quis vxori,52.§.si quis iurauerit,& ibi gloss.contractet, & ibi gloss.seq. de furtis.

Reliqua verbo,Iuramentum,12.vsque 28.Patroni,21.22.Pupillus,34.

IVRARE videtur ille,qui per eum non remanet iurare,gl.1.in l.remittit,6.de iureiurand.

Iurare videtur vassallus offerens iuramentum domino, si per dominum, vel alium steterit,quominùs iuraret,d.glo.1.in add.marg.

Iurari debet eo modo,quo delatum est iuramentùm,l.ait prætor,3.§.fin.eodem.

Iurare non debet quis importunè;& si iurauerit,puniri debet,gl.fi.in l.si duo patroni,§.fin.eod.

Iurare non cogitur quis super actione,quæ contra eum proponi non potest, l.si patronus, 16.eod.

Iurare non cogitur quis,vbi non potest conueniri,l.tutor,35 § fin.eod.

Iu-

Iurisdictionem ordinariam dant rectorib. suis illi,qui fiunt de collegio alicuius professionis,ita vt non possint posteà declinare,glo.pertinet,in l.fin.C.de iurisdictione omnium iud.

Iurisdictio ordinaria recusari potest propter miserabilitatem personarum , l. 1. C. quando Imperator inter pupillos.

Reliqua verbo,Nouatio,7.§.Potestas.

5 IVRISDICTIO mandata,& delegata idem est,gl.qui mandatam , in l. 1.§. qui mandatam,de officio eius,cui mandata est iurisdictio.

Iurisdictio delegata potest transferri in delegatum,sed non merum imperium, quod lege datur, d.§.qui mandatam.

Iurisdictio mandari dicitur,quando vniuersitas caussarum,sed delegari dicitur, quando vna species committitur,gl.qui mandatam,ibid.

Iurisdictio transferri conceditur ei,qui habet merum imperium ex se iure Magistratus,non qui habet specialiter à lege,vt de maioribus,gl.transire,ibid.

Iurisdictione mandata non transferuntur ea,quæ specialiter , & in vim priuilegij lege vel Senatusconsulto,vel constitutione principum tribuuntur,d.l.1.in princ.& ibi gl.2.

Iurisdictio etsi mandetur per legem,imò quia per legem demandatur,alteri delegari potest,quia non specialiter mandatur alicui,gl.1.ibid.

Iurisdictione mandata non censetur data potestas delegato interponendi decretum super alienatione rerum minoris,l.mandata,eod.

in Iurisdictione generali mandata legato suo à præside venit etiam cognitio de suspectis tutorib.l.pen.eod.

Iurisdictione delegata alicui priuato,etiam imperium,quod non est merum,idest , modica coërctio censetur delegari , l.1.§.qui mandatam,& ibi gl.imperium,& gl.fi.& l.fi.& ibi gl. fi.eod.

Iurisdictio delegata morte delegantis re integra expirat , l.& quia, de iurisdictione omnium iud.

Iurisdictio , quæ à principe non est data,neque lex defert, mortuo delegante re integra extinguitur, ibid.

Iurisdictione specialiter si deferat lex alicui in priuilegium , vt maiori , & tunc non delegat,aut generaliter defert,& tunc delegare potest.gl.2.ibid.

Iurisdictionem delegatam dare potest omnis,qui potest dare ordinariam, item quilibet ordinarius, item delegatus à principe , vel ad vniuersitatem caussarum,vel legatus proconsulis,ibid.gl.2.

Iurisdictionem delegatam non potest dare delegatus , nisi fortè lite contestata coram se ad instar procuratoris,ibid.

Iurisdictio delegata mortuo delegato re non integra non expirat , glossa antequàm,ibidem.

Iurisdictio delegata vt perpetuetur, & non expiret re non integra, per mortem delegantis,requiritur litis contestatio,tunc enim dicitur lis res non integra, † ibidem.

Iurisdictio morte delegantis re integra non expirat per mortem habentis dignitatem,quando dignitati non expresso proprio nomine committitur,aliàs secus,ibi.& gl.fi.in l.tale pactum, §.fi.de pactis.

Iurisdictio potest delegari in totum vel in partem,l.solet, de iurisdictione omnium iud.

Iurisdictio iudicis delegati reuocatur etiam post litis contestationem , quod non est ita in cæteris mandatis , quia in isto non vertitur damnum pecuniarium,sicut in illis,gl.1.in l.iudicium,58.de iudiciis.

Iurisdictio delegari finitur,si delegetur alij,gl.fin.in l.venditor,50.§.fin.eod.

Iurisdictio sicut lite contestata non expirat morte delegantis , ita quando non moritur delegans , sed remouetur , expirat iurisdictio , si lite non contestata mortuus,vel remotus sit delegans,d.§.fi.& ibi gl.fi.

Iurisdictionem ordinariam delegatam , vel ex lege non habens , non potest esse iudex,l.pen.de iudiciis.

Reliqua verbo,Delegari,per tot.Delegata,Delegatio.

6 IVRISDICTIONIS prorogationem impedit error litigantium cùm impediat consensum,quo mediante,fit prorogatio,l.si per errorem,de iurisdict. om.iud.

Iurisdictio iudicis non sui pacto litigantium si sit prorogata , vsque ad litis contestationem admittitur pœnitentia, sed si ille erat iudex , tamen poterat ex priuilegio declinari,si pactum sit,quod non possit declinari, tunc non admittitur pœnitentia,etiam ante litis contestationem , † l.fin.& ibi gloss.1.& fin.eodem.

Iurisdictio iudicis pacto litigantium si sit prorogata , post litis contestationem non habet locum pœnitentia,d.l.si conuenerit,& ibi gl.1.

Iurisdictioni iudicis non sui præsentis , & acceptantis , si duo se summiserint spontè litigando,talis iudex habet in eos iurisdictionem,d.l.1.& ibi glo.1.de iudiciis.

Iurisdictio iudicis non sui prorogatur , si partes se subiiciant , & consentiant in talem iudicem præsentem,& litem ipsi contestentur, sed si eo tempore iudex erat absens,potest quilibet eorum ante litis contestationem pœnitere,ibid.

Iurisdictionem iudicis non sui prorogant partes , si spontè litigent coram eo, nec possunt posteà pœnitere , si tamen pacto in non suum iudicem consentiant ante contestationem,rectè possunt pœnitere,d.gl.1.

in Iurisdictionem non sui iudicis hodiè non possunt clerici consentire coram eo litigando , cùm nec possint etiam spontè litigare sine expresso consensu Episcopi,ibidem.

Iurisdictio non sui iudicis potest prorogari consentiendo in eum tanquàm in iudicem , sed non tanquàm in arbitrum , quòd si tanquam in arbitrum consenserint partes,in eos non habet iurisdictionem,sed notionem,ibid.

Iurisdictio iudicis habentis non solùm dignitatem , & administrationem , sed etiam solam administrationem,vt iudice carnelarij,consensu partium prorogari potest,† ibi.2.ibi.

Iurisdictio prorogari potest consensu partium in criminalibus , & in aliis quibuscunque in eum,qui habet aliàs iurisdictionem de illis causis,† gl.fi.ibid.

Iurisdictionis prorogatio vt fiat consensu partium,requiritur,quòd partes consentiant in iudicem , scientes se non esse subiectos eius iurisdictioni , secus si consenserint errantes in iure, vel in facto credentes se esse subiectos eius iurisdictioni,cùm non essent,quia tunc non fit prorogatio , † d.l.2. & ibi gloss. alium esse,eod.& glo.scientes,in l.1.C.de iurisdictione omnium iudicum.

Iurisdictionem non sui iudicis non prorogat ille,qui iudicis compulsu consensit in eum,quia tunc nulla est iurisdictio ipso iure,d.l.2.& ibi gl.nulla.

ad Iurisdictionem prorogandam sufficit consensus partium,nec requiritur consensus,nec scientia iudicis,d.l.2.

Iurisdictio delegati vt prorogetur de tempore ad tempus , requiritur consensus etiam iudicis,gl.inhibita,in d.l.2.§.sed & iudex.

Iurisdictio iudicis potest prorogari consensu partium de quantitate ad quantitatem,l.de qua re,74.§.1.eod.

Iurisdictionem prorogare possunt principales personæ , sed non procuratores eorum simpliciter constituti,l. si ita legatum , in additio. margin. de auro & argen.lega.

Iurisdictionem Episcopi prorogare possunt non subditi spontè , & postquàm consentiunt in eum,ex necessitate compelluntur,† glo. spontè, in l.si qui ex consensu,7.C.de Episcop.audi.

Iurisdictionem non sui iudicis prorogans , præsumitur consensum præstare potiùs tanquàm in iudicem,quàm in arbitrum, vt sententia valeat,& actionem pariat,nisi pœna vel simile quid sit appositum , quòd declaret esse arbitrum, gl.1.in l.Episcopale,8.C.eod.& gl.1.in l.1.de iudiciis.

Iurisdictio prorogari non potest per pactum,nisi lite contestata , euitare autem prorogationem iurisdictionis potest per pactum,fallit tamen in multis, glo. pen.in l.si quis in conscribendo,29.C.de pactis.

Iurisdictio eius, qui aliàs iurisdictionem habet , potest inter non subditos consensu partium prorogari,l.1.C. de iurisdictione omnium iud.l. 1.de iudiciis.

Iurisdictio ei,qui aliàs nullam habet iurisdictionem, consensu partium de nouo dari non potest,secus si aliàs haberet,glo.personas, in l.1.C. de iurisdictione omnium iud.

Iurisdictio iudicis inter non subditos consentiendo partes in eum , vt possit esse iudex,prorogatur, non verò si partes consenserint, vt sic iudicaret ille iudex, qui fieri non potest,† gl.ex consensu, ibid.

Iurisdictionem non possunt conferre priuati ei , qui nullam habet iurisdictionem,l.3.C.eod.

Iurisdictio illa tantùm potest prorogari ab his,qui aduenæ sunt,quam habet ille iudex in subditos suos, l.testamenta,18.C.de testam.

Iurisdictio specialiter concessa alicui in certo genere caussarum non videtur posse prorogari ad alterum iudicem eiusdem loci,ibid.

Reliqua verbo, Prorogatio,Iudex, 16. Arbiter, 5.

IVRISPERITI sæpe sub dubio,fortè, respondent in iure,glo.fortasse, in l.si duo,34.de arbitris,& gl.fortè,in l.ab executione.C.quorum appellat.

Iurisperiti assumpti in consilium principis dicuntur sedere circa latus principis,& non ad pedes,l.iurisperitos,30.de excusationib.tutorum.

Iurisperiti in cõsilium principis assumpti excusantur etiam à tutela suscepta,ibi.

Reliqua verbo, Iurisconsultus,Consultor.

IVRISPRVDENTIA est diuinarum,atque humanarum rerum notitia,iusti, atque iniusti scientia,in princip.Inst.de iust.& iure,l.iustitia,de iustit.& iure.

Ius in genere,num.1.vsque 9.
Ius naturale & diuinum,num.9.
Ius gentium,num.10.
Ius ciuile,num.11.12.
Ius publicum,vel priuatum,num.13.
Ius nouum,vel iniquum impetratum, num.14.
Iuris renunciatio,& ius tertij,num.15.
Ius offerendi,& pascendi,& stillicidij,num.16.
Ius adeundi & deliberandi,num.17.
Ius adcrescendi, num.18.19.20.

IVS appellatur à iustitia,sicut à matre sua,l.1.& ibi gl.iustitia,de iustitia & iure. 1

Ius est ars boni,& æqui,idest,eius,quod est æquum,& vtile,d.l.1.& ibi gl.ius est, & gl.cuique,in l.iustitia,eod.

Ius pluribus modis dicitur:vno modo, cùm id, quod semper bonum , & æquum est,ius dicitur;vt est ius naturale : alio modo , quod omnibus,aut pluribus in quaque ciuitate vtile est, vt est ius ciuile:item etiam dicitur ius honorarium: dicitur etiam ius locus in quo ius redditur,l.ius plurib.eod.

Ius reddere dicitur prætor, etiam cùm iniquè decernit , relatione scilicet facta, non ad id,quòd prætor ita fecerit;sed ad illud,quòd prætorem facere conuenit,ibidem.

Ius iniquum iniquitatem habet matrem,& non iustitiam,quia ius est iustum, gl. decernit,ibidem.

Ius quandoque sumitur pro necessitudine,idest,iure sanguinis, vt ius cognationis,vel affinitatis,l.fi & ibi gl.1.eod.

Ius,in quo versatur,patritio, & nobili viro caussas ex oranti ignorare turpe est, l.2.§.Seruius autem,de origine iuris,l.ius singulare,& ibi gl.1.de legib.

Ius singulare est, quod contra tenorem rationis propter vtilitatem aliquam authoritate constituentium est introductum , vt quòd mulieres intercedentes non teneantur,d.l.ius singulare,& ibi gl.de legib.

Ius omne aut consensus fecit,aut necessitas constituit,aut consuetudo firmauit, l.ergo,eod.

Ius facit consensus,vt lex,Senatusconsultum,Plebiscitum,quæ fiunt per consensum populi, & etiam necessitas facit ius, vt principum leges , quas necessariò scire debemus,gl.fi.ibid.

Ius omne vel ad personas pertinet, idest,qualiter serui adquirantur, alienentur, amittantur,conseruentur,& de conditionib.eorum;vel pertinet ad res, idest, qualiter adquirantur,conseruentur,amittantur, vel alienentur, vel ad actiones qualiter nobis competant,& qualiter eos proponere debeamus,l.1.& ibi gl.1.de statu homin.& gl.1.in rub.de verb.sign.

Ius omne hominum caussa statutum est,& ideò priùs de iure personarum , I. C. dixit esse agendum,l.2.eod. 2

Ius suum auferri non debet alicui,nisi consuetudo aliud inducat,glo. detrahi,in l.2.de his,qui sunt sui,§.fin.Inst.de iure personarum.

Ius,quod in liberos habemus,propriũ ciuium Romanorũ est,gl.2.in l.1.de adop.

Ius

dam,in l.1.de authorit.tutorum,& gl.fi.in l.pupillo, 15. de ſolutio.
Iuribus pluribus qui poteſt vti,vno caſſato,poteſt ex alio vocare,l.ſed & milites, de excuſat.tutorum.
Iuris ratio non eſt priùs quærenda,quàm perſona eius,cui relinquitur, & à quo relinquitur,& ipſius relinquentis,l.quidam referunt,& ibi gl.perſona, de iure codicillorum.
Iura ſepulcrorum non tranſeunt in fideicommiſſarium cum vniuerſitate,gl.2.in l.quædam,62.de adquir.rerum dominio.
ad Iura ſua recuſanda per ſingula momenta non debet quis arctari coërcerique, l.peregrè,44 §.1.& ibi add.marg.de adquir. poſſeſſ.
in Iuribus incorporalibus habentibus cauſam diſcontinuam dicitur quis eſſe in quaſi poſſeſſione,ſi illo anno vſus ſit 30.diebus, adeò quòd ſi me turbas, poſſum contra te de facto reſiſtere,l.1.§.hoc interdicto,& ibi gl.an non, ad fi.de itinere actúque priuato.
8 Iuri luendi poteſt præſcribi,l.in bello,§.ſi quis ſeruum, & ibi gl.intelligi, de captiuis.
ad Iuris ſignificationem pertinet paries,murus,maceria, iter, via, vel ſemita, l. quantùm,157.de verb.ſign.
contra Iuris rationem quod eſt receptum, non debet trahi ad conſequentiam, l. quod contra iuris,141.de regulis iuris.
Iuris appellatione non ſolùm venit ius commune, ſed etiam ius conſuetudinarium, gloſſ.3.in l.2.C.ſi contra ius'vel vtilit.
Iura ſubueniunt errantibus minoribus non decipientibus, l. 2. C. ſi minor ſe maiorem.
Iura minorum intacta ſeruari,melius eſt, quàm poſt cauſam vulneratam remedium quærere,l.fi.C. in quibus cauſis in integrum reſtit.
Iura in fiſco ſtatuta,& in priuatis obtinent,gl.3.in leg. 1. C.de petitione heredit.
Iuris idem eſt de toto quoad totum,quod de parte quoad partem,gl.fi.in l. 2. C. de non numerata.
Iure communi quod conceditur,fruſtrà petitur,l.cùm interdictæ,& ibi gl. à nobis,C.arbitrium tutelæ.
Iura naſcuntur à principe,quæ habent omnia iura in ſcrinio pectoris ſui,gl.naſcuntur,& gl.præcepta,in l.meminerint,C.vnde vi.
Iuri veteri,& antiquo relinquitur id,quod non mutatur,gl.firma,in §.finimus,in auth.de non alienand.col.2.
Iura communiter, & generaliter in omnium vtilitatem ſancita potiùs debent valere,quàm ea, quæ circa aliquos videntur agi ad corruptionem cõmunium legum,§.quia verò,verſ.oportet.eod.titulo.
Iura ſpecialia faciliùs tolluntur,quàm communia,d.verſ.oportet.in add.marg.
Iuri quod poteſt derogari pacto,vel renunciatione,poteſt derogari per ſtatutum, gl.1.in rub.C.de decretis decurion.lib.10.
de Iuris apicibus non conuenit interdum diſputare, gl. ſi qua verò,in extrauag. de pace Conſtantiæ,§.ſententiæ.
Iura eſſe in ciuitate parum valeret,niſi eſſent qui ea exequutioni mandarent, gl. per legitimos,in princip.in prooemio Inſtitutionum.
Iuris ſcientia habet principium, & finem, licèt in aliis artibus hoc non ſit,gloſſ. principale,in §.cúmque,in procem.Inſtitutio.
Iuris interpretes olim publica authoritate conceſſa à principe deputabantur, quibus à Cæſare Auguſto ius reſpondendi datum eſt, & illi appellabantur Iuriſconſulti,à quorum ſententia recedere non licebat iudici,§.reſponſa, Inſtit. de iure naturali,gentium,& ciuili.
Iura iurib.debent concordari;§. ſed cùm paulatim, ibi, in vnam conſonantiam, Inſt.de teſtam.
Iura exhibent negotiis,quod medicamenta exhibent morbis,gl.neceſſarium, in §.ſed iſte quidem,Inſt.de actio.
Iuris appellatione venit ius ciuile,§.non autem,& ibi gl.ipſo iure,Inſt.de perpetuis & temporal.
in Iure nullum inutile,nullum deſuetum reperitur,§.2. in procem. Digeſtorum.
Iure ſuo quis vti non debet principaliter in damnum alterius, glo. fi.& ibi add. marg.in l.quia,redhibito,de alienatione iudicij.
*Reliqua verbo,Error,*11.12.13.*Diſpenſatio,Domus,Filiatio,Ignorantia,*3.4.5.*Ignorare,Iuſtitia,Pactum,*12.*Peritia,Poſſeſſio,Regula,Sanguines,Sententia,*10.11.12.45.46.*Seruitus,*1.2.*Solemnitas,Strictum.*
9 Ivs naturale eſt,quod natura,ideſt,Deus,omnia animalia docuit,l.1.§. ius naturale,de iuſti.& iure,in princ.Inſt.de iure naturali,gent.& ciu.
Ius naturale non humani generis ſolùm proprium eſt, ſed omnium animalium, quæ terra,marique naſcuntur,auium quoque commune eſt, d. §.ius'naturale, & in d.princ.Inſt.
Ius naturale quatuor modis dicitur.Primò,lex Moſaïca,ſecundò, inſtinctus naturæ,tertiò,ius gentium,quartò,ius prætorium,gl.quod natura,in d.§. ius naturale,& gl.1.in d.princ Inſt.
ex Iure naturali deſcendit maris,& fœminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus,d.§.ius naturale.
Iuris naturalis primus motus impunitus eſt,gl.coniugatio,ibid.
Ius naturale eſt commune omnibus animalibus, ſed ius gentium proprium eſt hominum,d.l.1.§.fi.
Ius naturale quamuis ſit immutabile,quandoque tamen in parte mutatur,l. manumiſſiones,& ibi gl.3.eod.
Ius naturale quoddam eſt quoad omnia animalia, quoddam verò quoad omnes homines,& hoc dicitur etiam ius gentium,gl.obligationes,ibid.
Ius naturale ſemper eſt bonum,& æquum,gl.1.in l.ius ciuile,eod.
Ius commune dicitur primò ius naturale, quia eſt commune omnibus animalibus,ſecundò ius commune dicitur ius gentium, quia omnibus hominibus eſt commune,gl.1.ibid.
Ius naturale ſemper eſt immutabile in ſuo genere, mutatur tamen in certis caſibus,vel licèt mutetur in aliquo, quoad obſeruantiam ipſam, tamen ſemper bonum,& æquum ſeruatur,ibid.
Iuri naturali detrahitur in vſucapione à iure ciuili,additur in matrimonio dando ei formam,additur etiam in materia,& forma,vt in tutela,quæ à iure ciuili formam,& materiam accepit,ibid.
Iuri naturali in ſua corporis vniuerſitate non poteſt detrahi, ſed bene poteſt in caſibus ſpecialibus, vnde ferè totum corpus iuris eſt ius ciuile, cùm illi vel in forma,vel in materia iuri communi ſit additum, vel detractum,ibid.
Ius naturale quoddam à naturali ingenio, vel induſtria hominum eſt introductum,quod dicitur ius gentium,propriè tamen eſt,quod commune eſt omnibus animantibus,gloſ.1.in l.1.de pactis.
Ius naturale ponitur quandoque pro naturali obligatione, glo. ſummoueatur, in l.ſcribit,34.§.fin.de auro & argento.
Ius Diuinum dicitur dupliciter;primò,quia à Deo eſt conſtitutum,vt Euangelia; alio modo ab effectu,ſiue materia,& quod ipſi Deo factum eſt,gloſſ. 1.in l.vt inter diuinum, 19.C. de ſacroſanctis Eccleſ.
Ius naturale ſecundùm canones dicitur, quod in lege Moſaïca, & in Euangelio continetur,quod intellige in præceptis moralibus, ſecus in myſticis, & figuratis,quia illa ſunt mutabilia,gloſ.1.& ibi addit.in princ.Inſt.de iure naturali, gentium,& ciu.
Ius naturale primæuum, quo mouentur omnia animalia ad aliquid faciendum, ſemper permanet immutabile in ſui totalitate, hoc eſt, quantùm in ſe eſt,ſcilicet in abſtracto, ſed quantùm eſt in concreto, poteſt in aliquo caſu mutari, vt in ſeruitute & vſucapione,§.ſed naturalia,& ibi gloſ. 1.& addit. marg.Inſt. eodem.
Iura naturalia & ciuilia poſſunt concurrere in vna perſona, §.ſed hodiè, Inſt.de adoptio.
Ius naturale capitur pro illa ratione & dictamine rationis, quod à natura inſitum eſt hominibus,§.fin.Inſt.de Attiliano tutore.
Reliqua verbo,Obligatio,9. vſque 14.
Ivs gentium eſt,quo gentes humanæ ſolæ vtuntur,l.1.§.fin.& ibi gl.humanæ, de iuſt.& iure,& §.in poteſtate, Inſt. de iur.perſonarum.
Ius gentium dicitur religio erga Deum,& vt parentibus & patriæ obediamus,& vt vim,atque iniuriam propulſemus,l.2.& l.vt vim,de iuſtitia & iure, & gloſ. vtuntur,in §.ius autem ciuile,Inſt. de iure naturali.
Ius gentium dicitur quandoque ius naturale,glo. fin.in l. omnes populi, eod. & glo.1.in l.nam hoc natura,14.de condictione indebiti,& §.1.& ibi gloſ.1.& §. ſingulorum.Inſt.de rerum diuiſione.
Ius gentium per hominum neceſſitatem eſt introductum, gloſ. fi. in l. ergo, de legibus,& glo.1.in l. libertas, de ſtatu hominum.
Ius gentium appellatur quandoque ius ciuile, eò quòd,ab omnibus gentibus ſit receptum, glo.fin. in l.rerum quòd amotarum,25.rerum amotarum.
Iure gentium condicit quis res ſuas, reddita tamen actione de iure ciuili, ibid.
Ius gentium cum ipſo genere humano proditum eſt,l.1.de adquir.rerum dominio,& §. ſingulorum,Inſt.de rerum diuiſ.
Ius gentium dicitur illud,quod ratione naturali inter omnes homines peræquè ſeruatur,dict.l.1.§.& in poteſtate, Inſt. de iure perſonarum.
Ius gentium vetuſtius eſt iure ciuili, d.l.1.& ibi gl. omnia, de adqui.rerum dominio,& d.§. ſingulos.
Ius gentium dicitur,& naturale,quia inſtinctu naturę eſt inductum,gl.iure gentium,in l.qua ratione,9.§.hæ quoque,eod.
Ius commune appellatur ius gentium,& dicitur illud, quod apud omnes gentes peræquè obſeruatur, §.ius autem ciuile,Inſt.de iure naturali, gentium & ciu.
Ius gentium introducitur ratione naturali,vnde eſt ius immutabile,d.§. ius autem ciuile,& ibi gl. malis.
Ius gentium commune eſt omni humano generi,§.ius autem gentium,Inſt.eod.
Iuris gentium conſtitutiones, vel ex commoditate, vel ex neceſſitate gentium ſunt introductæ,ibi.
Iure gentium orta ſunt bella,captiuitates ſequutæ & ſeruitutes, ibi.
ex Iure gentium omnes contractus introducti ſunt,vt emptio,venditio,locatio, conductio,ſocietas,mutuum, & alij innumerabiles contractus, exceptis quatuor,ſcilicet ſtipulatione,literarum obligatione, contractu emphyteotico, & donatione propter nuptias, d.§.ius autem gentium,& ibi glo.pen.
Ius gentium derogat iure naturali,ibi.
Ius gentium,quod apud omnes gentes peræquè obſeruatur, diuina quadam prouidentia conſtitutum totaliter ſemper firmum, atque immutabile permanet, §.ſed naturalia,& ibi gl.1.Inſt.eod.
Reliqua verbo,Obligatio,9. vſque 14.
Ivs ciuile percipere ſine præceptore difficile eſt,& ſic priùs diſcere, quàm intelligere oportet,§.& anteà,& ibi add.marg.in procem. Digeſtorum.
Ius ciuile dicitur, quod eſt ars, quia implicat alias, §. & quod iam primis,& ibi gl.finem,in d.procem.Digeſtorum.
Ius ciuile habet caput,& finem, caput habet, Inſtitutiones, & finem, Codicem, ibidem.
Ius Ciuile compoſuit Iuſtinianus,§.hæc autem,in d. procem. Digeſtorum.
Ius ciuile debet legi in ciuitatib Romana, Conſtantinopolitana, & Berytenſi, & aliis locis non poteſt legi,ſub pœna 20.librarum auri imponendi legenti, ibi.
Ius,quando nobis traditur in libris Pandectarum,per ſimilitudinem vocatur ius enucleatum,gl.enucleatæ,in rub.ſuper titulo,de iuſtit & iure.
Ius ciuile eſt, quod neque in totum à naturali, vel gentium recedit, neque per omnia ei ſeruit, & cùm aliquid detrahimus, vel addimus huic iuri naturali, vel gentium,efficimus ius proprium,ideſt,ciuile,l.ius ciuile,& l.9. eod.
Ius ciuile conſtat aut ex iure ſcripto,aut ex non ſcripto,ibid.
Ius ciuile ponitur quandoque pro lege 12.tab.gl.fi.in d.l.ius ciuile.
Ius ciuile eſt,quod ex legibus,plebiſcitis, Senatuſconſultis, decretis principum, authoritate prudentum venit,l.ius autem,eod.
Iuris ciuilis ſcripti partes ſunt ſex,ſcilicet leges,plebiſcita,Senatuſconſulta,principum placita,Magiſtratuum edicta,& reſponſa prudentum,& ex his quinque faciunt ius ciuile, & ſextum ſcilicet Magiſtratuum edicta faciunt ius prætorium,gl.1.ibid.
Ius ciuile quandoque ponitur pro ſtatutis ciuitatum, quandoque pro lege 12. tab.quandoque ponitur ad differentiam prætorij,quandoque pro diſputatione prudentum,ibid.
Ius ciuile dicitur lex, ideſt, ius ſcriptum, vel mores, ideſt, ius non ſcriptum, l. omnes populi,& ibi gl.1.& 2.eod.

Iuri vendendi pignus, quod creditor habet ſpeciali iure non poteſt per pactum renunciare,gl.fi.in l.ſi conuenerit,4.de pignerat.actione.

Reliqua verbo, Renuncians, Remunerari, Pactum, 12. & ſuprà, 6.7.

16 Ivs offerendi,& implendi conditionem tacitam,quæ denominatur per ablatiuos abſolutos in contractibus, mortuo promiſſore tranſit ad eius heredes, l. epiſtola,§.ſi inter debitorem,de pactis.

Ius offerendi ad heredem non tranſit,l.à teſtatore,109.& ibi gl.fi.de conditio.& demonſtr.

Ius offerendi poteſt præſcribi,quia ius offerendi non dicitur mera facultas naturalis,ſed quoddam ius,cui poteſt præſcribi,prout dicitur de actu,& facultate aditionis hereditatis,† gl.finis,& ibi add.marg.in l.ſi finita, §. ſi poſteà, de dam.infect.

Ius offerendi habet quilibet poſſeſſor,gl.debitum paratus,in l.cùm notiſſimi, §. eodem iure,C.de præſc.30.ann.

Ius offerendi tollitur triennio in ſeruo bona fide redempto ab hoſtibus, ibid.

Ius offerendi tollitur 30.annis,† d.§.eodem iure,& ibi gl.opponere.

Ius eundi ad Eccleſiam,vel per viam publicam,vel ad ſanctum Iacobum,non poteſt tolli per 30.nec per 40.annos,ibid.

Ius offerendi,quod competit per modum iuris, vtputà ſecundus creditor habet ius offerendi, & conformandi ſibi pignus, & hoc ius tollitur per 30. aut 40. annos,d.gl.opponere,& ibi addit. & gl. pigneratitia, & ibi add. marg. in l.ſi rem,§.omnis,de pigneratitia actio.

Ius offerendi,quod competit per modum facultatis,veluti debitor poteſt quandocunque vult offerre debitum,& pignus luere, iſta facultas nunquàm poteſt præſcribi, ſicut nec facultas eundi per viam publicam, quia licèt per mille annos non iueris,ſemper poteris ire, ibi.& gl. pigneratitia, & ibi addit.marg. in l.ſi rem,§.omnis,de pign.actio.

Ius paſcendi quando conceditur non habenti prædium, non eſt ſeruitus prædialis,vel perſonalis, ſed eſt ius quoddam ex promiſſione, vel ex alio contractu quæſitum,† gl quod perſonæ,in l.ſi quis binas,32.de vſufructu.

Ius paſcendi ſi eſt ſeruitus,ſemper eſt realis, vel prædialis, & quandoque dicitur perſonalis,vt cum certa perſona, quantùm ad commodum, finiatur ſeruitus, non ſui natura,quia poſteà obſtabit exceptio,† ibid.

Ius ſtillicidij immittendi habens in aream meam ſi mihi permiſerit ædificare in illa area,amittit ius ſtillicidij,l.ſi ſtillicidij,quemadmod.ſeruitutes.

Iura prædiorum ruſticorum & vrbanorum dicuntur ſeruitutes,l.1.in fi.de rerum diuiſione.

Reliqua verbo,Creditor,82.83.84.Seruitus,8.42.Conſuetudo,10.

17 Ivri adeundi non præſcribitur longi temporis præſcriptione,l.licèt, 8. C. de iure delib.

Iure adeundi præſcribitur longiſſimo tempore,quia tanto tempore omnis actio præſcribitur,gl.1.ibid.

Ius deliberandi vnuſquiſque tranſmittit.in quoſcunque heredes, ita quòd ſi decedat intra annum à die ſcientiæ, aut heres poſſit adire intra reſiduum temporis,quo elapſo excludetur heres à iure adeundi,l.cùm in antiquioribus, 19. C.eodem.

Ius deliberandi currit ſolùm ſcienti, & hodiè à quocunque tranſmittitur in quemcunque,quod olim in filiis erat ſpeciali,ibid.

Ius deliberandi vt quis tranſmittat, quatuor ſunt neceſſaria copulatiuè. Primò, quòd alicuius hereditas ſit delata;itémque heres ſciat ſibi delatam;item quòd heres non adiuerit, nec repudiauerit, ſed ſit in deliberatione vtrùm debeat adire,vel non; item quòd deceſſerit intra annum ad deliberandum, nam reſiduum talis anni tranſmittit,ibid.

Ius deliberandi ſemel tantùm poteſt concedi,intra tamen tempus anni, vel nouem menſium poteſt ſæpiùs concedi tempus ad deliberandum,ita tamen,quòd illud tempus non excedat,glo.non ſæpiùs,in l.ſcimus, 22.§. & hæ quidem,C. eodem.

Ius deliberandi poteſt tranſmitti ad heredem extraneum, non tamen poteſt tranſmitti hereditas non adita,l.vnica.§.in nouiſſimo,C.de caducis.

Reliqua verbo,Deliberandum,Heres,49.

18 Ivri adcreſcendi locus eſt inter vſufructuarios, quibus coniunctim vſusfructus relictus eſt,non verò,ſi diſiunctim totaliter relinqueretur,l.1. de vſufructu adcreſcendo.

Ius adcreſcendi pleniùs eſt in vſufructu, quàm in proprietate, quia vſusfructus, ſiue vſufructuarius repudiet eum,antequàm habeat,ſiue poſteà amittat aliquo modo,adcreſcit alteri parti,ſed proprietas ita demùm, ſi à domino tradita ſit res,d.l.1.§.fi.

Ius adcreſcendi locum habet etiam in vſufructu conſtituto inter viuos duobus, vel pluribus,gl.quotidiè,in l.1.§.fi.eod.

Ius adcreſcendi toties admitti debet,quoties in duobus, qui inſolidum habuerunt,concurſu dimiſſus eſt,in l.idem Neratius,eod.

Ius adcreſcendi non habent illi,qui vocantur ad vſumfructum ex verbis teſtatoris,l.ſi duobus,cum l.ſeq.eod.

Ius adcreſcendi non habent heredes,ſi teſtator illis heredibus inſtitutis deducto vſufructu proprietatem legauerit alicui, & ideò repudiata pars vſusfructus ab vno herede pertinet ad proprietarium,eundémque legatarium, & non ad coheredem,ibid.

Iuri adcreſcendi non eſt locus inter legatarium plenę proprietatis,& legatarium vſusfructus,l.idem,3.§.fi.eod.

Ius adcreſcendi eſt ratione coniunctionis verbalis inter habentem vſumfructum cauſalem,& inter habentem vſumfructum formalem,l.ſi tibi,4.eod.

Iuri adcreſcendi non eſt locus ex teſtamento diuerſorum,l.ſi ſub conditione, 16. quibus modis vſusfructus.

Iuri non decreſcendi eſt locus in contractibus, l. proprium, communia prædiorum.

Iuri non decreſcendi eſt locus in ſeruitutibus, non autem eſt locus iuri adcreſcendi,l.aquam,quæ, & ibi gl.pen.quemadmodum ſeruitutes.

Ius adcreſcendi non habet locum, quando ſeruitium, vel aliud quodcunque ius inter viuos quocunque genere coniunctionis coniunctos conſtituitur, gl fi.in add.marg.ibidem.

Ius adcreſcendi habet locum in legato vſus,& vſusfructus,vel alterius iuris perſonalis, ibidem.

Ius adcreſcendi non habet locum in legato iuris,vel ſeruitutis realis,ſi illud ius reale ſit iam quæſitum, quod pòſt amittitur, ſecus ſi illud ius eſſet adquirendum,ibidem.

Ius adcreſcendi habet locum generaliter inter collegatarios, niſi legata ſit ſeruitus aquæductus ad prædia illorum, & per non vſum vnius collegatarij præſcripſit dominus proprietatis ſibi libertatem ſeruitutis pro illa parte, quæ debebatur prædio illius, quia illa pars adcreſcit domino ſeruientis prædij, & non collegatariis,gl.pen.ibid.

Ius adcreſcendi fingit retrò, ſicut aditio hereditatis etiam ſuper re perempta, l. quia retrò,35.& ibi add.marg. cum l.ſequent. ad legem Aquil.

Iuri adcreſcendi vt ſit locus, requiritur, quòd portio deficiat ipſo iure,ſecus tamen eſſet,ſi deficeret ope exceptionis,quia tunc non adcreſcit,l. ſi duo, & ibi add.marg.& ibi gl.iuraſſet,de iureiurando.

Ius adcreſcendi pariformiter competit inſtituto in re certa, ſicut inſtituto in quota,& ſic in certa hereditatis parte non dato coherede,vel ipſo repudiante, l.cùm quidam,19.de liber.& poſtu.

per Ius adcreſcendi,quod obuenit, licèt dicatur obuenire immediatè per legem, tamen obuenit ex lege mediante perſona teſtatoris,& habetur ac ſi proueniret ex mente & diſpoſitione ipſius teſtatoris,l.ſi in teſtamento,& ibi gl.legem, de vulgari.

Ius adcreſcendi tranſit ad heredes, ſed non ius ſubſtitutionis reciprocæ, l. qui plures,23.& ibi gl.an ſuperſtites,eod.

Ius adcreſcendi tranſit ad illum, ad quem tranſit portio iure ſubſtitutionis, l. cùm ex filio,39.§.fi.eod.

Iuris adcreſcendi locus eſt inter heredes diſiunctos,gl.fi.in add.marg.ibid.

Ius adcreſcendi tranſit ad heredem, & ſi eſt vnitum cum pupillari ſubſtitutione, trahitur ad eam,vt locum habeat poſt aditam hereditatem,& trahatur ad bona impuberis,l.qui patri,59.& ibi gl.1.de adquir.heredit.

Ius adcreſcendi non inducitur ex coniunctione legali in legato proprietatis,ſecus in legato vſusfructus,gl.fi.in l.ſeruus communis,67.eod.

Ius adcreſcendi inducit coniunctio legalis in hereditate,ne teſtator decedat pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus,ibid.

Ius adcreſcendi perdit perdens portionem,licèt nomen heredis retineat,non tamen perdit ius ſubſtitutionis,l.ſi totam,83.& ibi gl fi. eod.

Iure adcreſcendi,quod quis conſequitur, dicitur is habere illud ex iure ſuo, l. ſi mihi & tibi,12.& ibi gl.1 de lega.1.

Ius adcreſcendi ceſſat,quando coniunctus non eſt in rerum natura, ſed eſſe ſperatur,l.ſi duobus,16.eod.

Ius adcreſcendi habet locum,quando teſtator res alienas legat,l.huiuſmodi, 84. §.ſi Titio & Mæuio,eod.

Ius adcreſcendi inductum eſt per legem 12.tab.l.pater,29.§.fi.& ibi gloſſ. fin. de legat. 2.

Iuri adcreſcendi non eſt locus inter eos,inter quos nulla eſt coniunctio,ſed bene inter coniunctos verbis tantùm,gl.1.in l.Mæuio,41.eod.

Iuri adcreſcendi eſt locus inter duos reos promittendi, quibus liberatio legata eſt,l.ſi is,qui duos,29.de liberatione legata.

Ius adcreſcendi tranſmittitur ad heredes,l.hæc ſcriptura,26.§.fi. de conditio. & demonſtr.

Ius adcreſcendi non habet ille,qui admittitur ad legatum de iure ſpeciali contra voluntatem defuncti, l.mulieri,74.eod.

Ius adcreſcendi habet locum inter bonorum poſſeſſores,l.ſi duob. 12.de bon.poſſ. contra tabulas,l.2.§.fi.de ſecundùm tabul.

Ius adcreſcendi in vſufructu ceſſat poſt ius adquiſitum,gl.fi.in l.vtrùm,de aſſign. libert.

Ius adcreſcendi ſequitur rem,& ideò ad heredes tranſit,l.ſi ex pluribus,de ſuis,& legitimis.

Iuri adcreſcendi locus eſt in contractibus, ſiue tractetur de iure adcreſcendi à contractus exordio,ſiue de iure adcreſcendi ex contractu facto pòſt, l.per ſeruum,37.§.ſicut,in add.marg.de adquir.rerum dominio.

Ius adcreſcendi regulariter non habet locum in contractibus,gl.2.in add. marg. in l.eum,qui ita,56.de verb.oblig.

Ius adcreſcendi non habet locum in contractib. etiam inter coniunctos re, & verbis,fallit in quibuſdam caſib.l.ſi mihi & Titio,120.& ibi add.marg.eod.

Ius adcreſcendi habet locum in contractib.inter coniunctos coniunctione legali,vt ſi ſtipulor decem mihi,& ei,in cuius poteſtate ſum,& ita ſum ei coniunctus coniunctione legali,d.l.ſi mihi,ibi,extraneo à contrario ſenſu.

Ius adcreſcendi habet locum in contractibus, quando intereſt concedentis, vel venditoris volentis totum vendere emptori,gl.2.ibid.

Ius adcreſcendi tranſit cum ſuo onere ad debitorem, l. ex parte heres, 25.& ibi add.marg.de ſolutio.

Iura adcreſcendi inter heredes locus eſt de iure ciuili ipſo iure,vt non ſit neceſſe iterum adire,ſi eodem iure admittebantur,gl.fi.in l.1. C. quando non petentium partes.

per Ius adcreſcendi bonorum poſſeſſio alterius adcreſcit ipſo iure ei,qui eodem iure ſuccedit,ita vt non habeat neceſſe plus petere, ſecus verò ſi diuerſo iure ſuccederet,ibid.

per Ius adcreſcendi adcreſcit portio pro ea parte, pro qua in prima admittebantur ſinguli, ibid.

per Ius adcreſcendi adcreſcit portio etiam inuitis,ibid.

per Ius adcreſcendi portio coheredum repudiantium adcreſcit inſtitutis etiam inuitis, ſi & ſuam partem velint,l.teſtamento,6.& ibi gl.1.C.de impuberum.

Ius adcreſcendi ad hoc vt locum habeat,oportet, quòd teſtamentum ſit iure factum,ibid.

Ius adcreſcendi ad hoc vt locum habeat,oportet, quòd multi ſint inſtituti, ibid.

Ius adcreſcendi non impedit ſubſtitutio facta ad inuicem inter coheredes, ibid.

Ius adcreſcendi habet locum in donatione cauſa mortis, l. vnica. §. fin. C. de caducis.

Iuſſus iudicis non eſt efficax,nec valet,ſi non appareat in ſcriptis,veluti nec præceptum in ſtipulatione,ſi non eſt cauſſa adiecta,ſed nec valebunt præcepta, ſi cauſſæ non adiiciantur,vt ſi dicatur,condemno te ad decem, ſi non addidero, ex cauſſa mutui,vel ex alia cauſſa.l.filius emancipatus, 14. in add. margin. de falſis.

Iuſſus propriè eſt quando præcipitur habenti iuriſdictionem eam excitando, gl. iuſſione,in §.pen.Inſtit. de Atiliano tutore.

Iuſſus patris excipitur etiam hodiè in profectitiis, ſed non in aduentitiis,gl.iuſſu, & ibi addit.in principio,Inſtitu. de Senatuſconſ. Tertulliano.

Iuſſus facere cum conſilio alicuius, ſi quidem ille eſt particeps officij, tenetur eum requirere,& ſequi,aliàs non l.Titium,47.& ibi gl.dediſſet,de admin.tut.

Iuſſus ego à te opus facere vi,aut clàm,ſi iuſſerim alium,& ille fecerit, ego & tu & etiam ille,qui fecit,interdicto quod vi aut clàm tenemur,ſed iuſſiſti me iubere facere,& ego alium iuſſerim,& ille fecerit,tenetur,qui fecit, & etiam tu teneris, ſed non ego, quia non videor facere, cùm non fuerim iuſſus facere, ſecus tamen eſt in atrocioribus,in quibus ſi iubeo te,vt iubeas aliquem,vt calumnioſam accuſationem moueat, tenemur ego,& tu, & etiam ille, qui mouit accuſationem,† gl.non tecum,& ibi add. marg. in l.aut qui aliter, §.pen. & l.ſeq.quod vi,aut clàm.

Iuſſus dare ſeruo, ſi dederit domino, non videtur impleſſe conditionem, niſi ex voluntate ſerui domino dedit,l.Stichum aut Pamphilum,95. §.vſumfructum, de ſolutio.

quod Iuſſu vt teneatur dominus, vel pater,requiritur,quòd ſciat ſpeciem cõtractus,quem filius vel ſeruus voluntate, & iuſſu patris, vel domini gerit, ſed vt teneatur tributoria,vel exercitoria,ſufficit quòd ſciat ſeruum vel filiumfamilias negotiari,licèt ſpeciem contractus ignoret,gl.ſi is,qui,in add. marg.in l. 1.§.ſi is,qui, de exercitoria act.

quod Iuſſu tenetur ex contractu ſerui ille, qui vſumfructum habet in ſeruo, vel ille,cui bona fide ſeruit,ſi eorum iuſſu contractum eſt,l.1.§.ſi iuſſu,quod iuſſu.

Reliqua verbo, Actio, 133. Iudex, 28. Mandatum, 8. Permiſſio, Scientia, Titulus, Dominus, 25.26. Seruus, 41.42.43.

IVSTE idem importat,quod ritè,& rectè † reprob.gl.1. in l. iuſtè poſſidet, 11. de adquir. poſſeſſ. & gl.iuſtè, in §.exheredatos, in auth. de heredib. & Falcid. colum. 1.

Reliqua verbo, Litigare.

IVSTINIANVS fuit ita dictus à patre adoptiuo, vel à iuſtitia, quam ſemper coluit,& colendam ſubditis iniunxit, glo. Iuſtinianus,in rub. procemij Digeſtorum.

Iuſtinianus quandoque appellatur filius Conſtantini, quia ſucceſſit ei in regno, † ibidem.

Iuſtinianus ex multitudine antiquorum librorum compilauit primò Codicem, deinde Digeſta,tertiò Inſtitutiones,gl. fi.ibid.

Iuſtinianus omnem reipubl. ſanctionem expurgauit, & compoſuit in quatuor Inſtitutionum libros Digeſtorum, & in xij. libros Imperialium conſtitutionum,in procem.Digeſtorum, in principio.

Iuſtinianus fuit filius Iuſtini per adoptionem, quia reuerà nepos eius ex ſorore fuit,gl.collecti,ſuper rub.libri primi Digeſtorum.

Iuſtinianus bella Parthica æterna pace ſopierat, Vandalicam gentem eripuerat, Carthaginem,& omnem Libyam Romano Imperio ſociauerat,l.2. C.de vetere iure enuc.

Iuſtinianus omnem ſanctionem Romanam ab Vrbe condita vſque ad tempora ſua,& conſtitutiones Imperiales reduxit ad vnam conſonantiam, ibid.

Iuſtinianus incuſatur per Placentinum bibiſſe, & ideò non recordatum fuiſſe de quibuſdam legibus,gl.pen.in l.fi.C.in quibus cauſis in integrum reſti.

Iuſtinianus per vnam de conſtitutionibus vltimis ſuis approbando quatuor Conciliageneralia, in quorum vno erant prohibitæ vſuræ, quaſi pœnituiſſe videtur de eo,quod permiſerat vſuras,gl.fin.in auth.adhæc,C.de vſuris.

Iuſtinianus fuit Chriſtianus,gl.1. in ſuperſcriptione Inſtitutionum.

Iuſtinianus appellatur Alemanicus,Gothicus,Francus, &c. ab euentu, quia vicit Alemanicos,Gothicos, &c.ibid.

Iuſtinianus appellatur pius,à pietate animi,quam habere debet Imperator, glo. Pius, ibidem.

Iuſtinianus in procemio Inſtitutionum reddit lectorem attentum, docilem, & beneuolum,gl.incipit,ibid.

IVSTINVS. Imperator fuit pater Iuſtini,glo.1.in l.iubemus, 6. C.de naturalibus liberis.

Iuſtitia tribuit vnicuique ius ſuum quantùm ad propoſitum,gl.Auguſtus,in rub. ſuper procem. Digeſtorum.

Iuſtitiam colere,& boni, & æqui notitiam profiteri debemus, æquum ab iniquo ſeparantes,licitum ab illicito diſcernentes,bonos non ſolùm metu pœnarum, verùm etiam præmiorum exhortatione efficere cupientes, veram philoſophiam,non ſimulatam affectantes,l.1.de iuſtit.& iure.

Iuſtitia eſt conſtans,& perpetua voluntas ius ſuum vnicuique tribuendi,intellige de diuina iuſtitia,& non de humana,† l.iuſtitia,& ibi gl. 1.eod. & in principio Inſt.de iuſtitia & iure.

Iuſtitia eſt habitus animi communi vtilitate ſeruata, ſuam cuique tribuens dignitatem,ſecundum Ciceronem,d.gloſſ.1.in d.l.in d.l.iuſtitia,& gl.1. in add. in d. principio.

Iuſtitia eſt virtus,quæ plurimùm poteſt in his,quæ minimum poſſunt,ſecundùm Platonem,d.gl.1.in d.l.iuſtitia,& d.gl.1.in add.in d.principio.

Iuſtitia eſt congrua diſpoſitio in ſingulis rebus rectè diiudicans,d.gl.1.in d.l.iuſtitia,& gl.1.in add.in d.principio.

Iuſtitia differt à iure,vel iuriſprudentia,quia iuſtitia eſt virtus,ius eſt eius virtutis exequutio,Iuriſprudentia eſt ſcientia illius iuris,gl.notitia,in d.l. iuſtitia, ibidem.

Iuſtitia eſt ſummum bonum, ius medium, Iuriſprudentia infimum, vel iuſtitia eſt,tribuere ius ſuum cuique,ius coadiuuat,Iuriſprudentia docet qualiter fiat illud, ibid.

per Iuſtitiam habemus ne fallamus, per Iuriſprudentiam ne fallamur,gloſſ. fin. ibidem.

Iuſtitia locum ſibi non inuenit,vbi non eſt fides,l.ſcire,13.§.conſequens, in add. marg. de excuſat.tutorum.

Iuſtitia, vel iniuſtitia poſſeſſionis ſignificat qualitatem poſſeſſionis, non autem ſubſtantiam, vel ſpeciem poſſeſſionis, l. 3. §. ex contrario, de adquir. poſſeſſione.

Iuſtitia,& veritas ſeruari debet ceſſando omnem violentiam,& auaritiam, & ita Deus placatur,l.1.§.ergo iubemus,C.de offic.præfecti Aphricæ.

Iuſtitia eſt maior inter ceteras virtutes,gl.iuſtitia,in §. 1. in auth. de referendariis ſacri palatij,col.2.

Iuſtitia eſt omnium virtutum perfectiſſima, authen. vt omnes obediant iudicibus, in principio, col. 5.

Iuſtitia eſt mater iuris,gl.1.in rub.Inſt.de iuſtit.& iure.

Iuſtitia tanquam in abſtracto eſt prima, ius prout eſt in concreto eſt ſecundum, Iuriſprudentia eſt tertium,ſicut ſcientia poſt ſcibile,gl.notitia,in add.in principio Inſt.eod.

IVSTVS in die ſepties cadit,& ille nunquàm in eodem ſtatu permanet,nam & ſanctus Petrus cecidit, gloſſ.1.in l.iuſtitia, de iuſtitia & iure, gloſſ.vera, in l. 4.C.de ſumma Trinit. gl. inter homines, in §. vt autem lex, in auth. de non alienand. col.1.

Iuſta quandoque ſumitur pro vera,quandoque vera pro iuſta,gl.1. in l.libertini, de ſtatu hominum.

Iuſtum dicitur interdum id,quod æquitati, rationíque conſentaneum innixúmque eſt,interdum dicitur & id,quod ex lege & ſecundùm legis ſolemnem ritum ſtatutum,atque receptum eſt,l.pupillus,24.in addit. marg. quæ in fraud. cred.

Iuſtum aliquid poteſt dici,cuius contrarium eſt iuſtius,gl. non iniuſtè, in l.exigendi,12.C.de procuratoribus.

Reliqua verbo, Litigare.

IVVARE aliquem quis non tenetur gratis,cùm accipere poſſit pretium,l. metum,9.§.ſed licèt,quod metus cauſſa.

Reliqua verbo, Offenſus, Vaſſallus, 16. Subueniri.

IVVENIS quilibet dicitur,qui adoleſcentium exceſſerit ætatem, quoad incipiat inter ſeniores connumerari,l.non aliter,69.§.1.de legat.3.

Iuuenis non poteſt feruori naturæ reſiſtere,§.ſin autem,in auth. de non eligendo ſecundò nubentes,col.1.

Iuueniles calores coarctandi ſunt, ne cupidini dediti triſtem exitum ſentiant, qui eos poſt diſperſum patrimonium expectat,l.fi.§. filiis autem, C. de bonis, quæ liberis.

Finis literæ I, & incipit litera L.

SECVNDA PARS INDICIS, ET SVMMAE, OMNIVM, QVAE CONTINENTVR IN TEXTV, ET GLOSSA IVRIS CIVILIS.

Authore Stephano Daoyz Pampilonensi.

quæ non renaſcuntur,l.diuortio,§.ſi vir,& ibi gl.1. ſolut. matr.

Lapis quilibet deſignabat vnum milliare,vnde intra centeſimum lapidem, idem eſt,quod intra centiſimum milliare,gl.centeſimum,in l. ſcire,13.§.1.de excuſat.tutorum.

Lapides pònentes in aliquo fundo,qui per hoc dant intelligere, quòd ſi quis colat illum,quòd occidetur ab eis,puniri poſſunt vſque ad pœnam capitis,l. pe.§. ſunt quædam,de variis & extraor.

Lapidem proiiciens in locum prohibitum, qui caſu pertranſeuntem feriat, de culpa ſolum,non de dolo eſt puniendus, & ſi proiiciendi actus non ſit prohibitus,in neutro punitur,niſi quid contingens reum culpæ obnoxium reddat. l, 5. & ibi add.marg.ad leg.Iuliam, maieſtat.

de Lapidib.qui fodiuntur in prædiis priuatorum, fiſcus debet habere vnam decimam præter vnum canonem in ſcrupulis præſtandum, ſed fodiens in prædiis fiſci, debet ſoluere fiſco duas decimas,l.cuncti,& ibi gl.fin. C. de metallariis, lib.11.

Lapides perquirere in alieno de iure licitum eſt alicui. niſi dominus per hoc habeat damnum,vel ædificia deſtruantur,gl.1.in l.quoſdam, C. eod.

Lapidicinæ dicuntur illæ,quæ apparent,& cæduntur,ſed non quæ non apparent, l.in lege,77. de contrahend. emptione.

Lapidicinæ marmoreæ ſunt in Gallia,& in Aſia,in quib.lapides renaſcuntur,l.diuortio,§.ſi vir,& ibi gl.1.ſoluto matrim.

Reliqua verbo,Effodere,Eximere,Creta,Prædium,1.Suus,1.Telum.

LAPILLVM album veteres ſolebant ponere pro bono die, ſed pro malo ponebant nigrum,gl.1.in l.vnica.C.de errore calcu.

Reliqua verbo, Gemma.

LAQVEOS ponens in loco,in quo ius ponendi non habet, ſi in eos pecus vicini incidit,tenetur vtili Aquilia,aut interdicto quod vi,aut clam,niſi denunciauerit,l.quemadmodum,29.ad leg.Aquil.

in Laqueum ſi incidat aper,aut aliqua fera,aut auis,non eſt apponentis laqueum, niſi apprehenderit, vel apprehendẽdi poteſtatem habeat per oculorum inſpectionem,aut affectionem poſſidendi, l. in laqueum,55. & ibi gl.meam poteſtatem. de acquir. rerum dominio.

Reliqua verbo,Venari,aues.

LARES dicuntur,vbi quis ſedes,& tabulas,& res ſuas conſtituit,gl.larem,in l. 1. §.permittitur,de liberis agnoſ.

Reliqua verbo, Domicilium.

LARGITIONES dicũtur ea, quæ prouinciales fiſco largiuntur, & dependunt, gl.in rub.C.de canone largitionib.lib.10.

Largitionum ſacrarum vel priuatarum officium nullus poteſt aſſumere, niſi mediante principis authoritate,l.non aliter,C.de Palatinis,lib. 2.

in Largitionib.& expenſis medium tenendum eſt,§.ſcriptum eſt,in auth.vt iudices ſine quoquo ſuffragio,col.1.

Reliqua verbo, Donatiuum.

LATERCVLI ſunt cameræ deputatæ ad theſaurum principis recipiendum, gl. 1.C.de Quæſtorib.

LATICLAVVS eſt genus veſtis, & inſigne Senatorij ordinis, velut & limatus calceus, qui tamen poſterior tum Senatorio ordini, tum nobilitati cõmunis erat: dicitur & latus clauus, & laticlauium, quod pro dignitate Senatoria ſumitur, gloſſ. laticlaui, & ibi add. marg. in l. nuper, 42. de donatio. inter virum.

Laticlauus eſt nonmen dignitatis, & dicebatur ille, qui recuperabat clauam de metallo, quam proiiciebat tribunus inter confertiſſimos hoſtes, vt ſic cæteri omnes fortiter pugnarent,gl.2.in l.4.C.de teſtam.milit.

LATINA verba dicuntur legitima.gl.fi.in l.fi.C.de teſtam.tutel.

LATITARE, & turpiter ſe occultare nõ videtur, qui præſens non compellitur iudicium ſuſcipere,cùm ſuo iure vtatur,l.3.& ibi gl. 1. de iudiciis.

Latitare non videtur ille,qui in ius vocari non poteſt,& de hoc conſtat,alioquin ire tenetur,d.gl.1.

Latitare dicitur ille,qui turpiter ſe occultat.gl.latitare, in l.eo tẽpore,50.de peculio,& l.Fulcinius,§.quid ſit,ex quib.cauſ.in poſſ.

Latitare non dicitur ille, qui contemnit venire. l. ſi eum ſeruum, 28. & ibi add. marg.de fideicommiſ.libert.

Latitare poteſt quis non turpi de cauſa,veluti propter crudelitatem tyranni, aut propter vim hoſtium,aut propter ſeditiones domeſticas. d.l.Fulcinius, §.quid ſit,ex quib.cauſ.in poſſeſſionem.

Latitare eſt cum tractu aliquo latere,quemadmodum & factitare eſt frequenter facere,d.l.Fulcinius, §.latitare.

Latitare etiam dicitur ille,qui in eodem foro agit, ſi circa columnas,aut ſtationes ſe occultet,d.l.Fulcinius,§.illud ſciendum.

Latitare dicitur hodiè quis,ſiue eodem loco,ſiue peregrè agat, ſi tantùm occurſum creditoris euitet, ibi.

Latitare poteſt quis aduerſus vnũ, & aduerſus alium non,& eius bona poteſt ſolus ille vendere,aduerſus quem latitat, & non alius, aduerſus quem non latitas,ibi.

Latitare poteſt quis etiam exiſtens in eadem ciuitate, & exiſtens in eadem ciuitate poteſt non latitare.ibi.

Latitare debet quis tempore primi, & ſecundi decreti, aliàs, miſſus non poteſt vendere. d.§.illud ſciendum,in add.marg.

Latitare vt quis dicatur nihil intereſt,vtrùm profugerit, an Romæ agens copiam ſui non faciat,l.eum,qui circa,20.de priui. cred.

Latitare dicitur is,qui circa columnas ſe occultat,vt creditorem euitet, & etiam is,qui recedit,hoc eſt,qui ſubterfugit, ne ſecum aliqua actio moueatur tanquã & qui ab vrbe profugit fraudandi cauſa. ibid.

Latitantis animus inſpicitur quoad hoc,vt bona latitantis vendi poſſint, l. Fulcinius,§.latitare,ex quib.cauſ.in poſſ.eatur.

Reliqua,verbo, Animus,Bona,2.4Occultans,Abeſſe,1,

LATRO hoſtium ſi capiat aliquem de noſtris, & ad hoſtes deducat, ſeruus fit hoſtium, & habet locum poſtliminium, gl. vel prædones,in l. hoſtes, 24. de captiuis.

a Latronib. ſeruus alicuius ſurreptus ſi peruenerit ad hoſtes, à quib. pòſt bello victis ſi aliquis recuperauerit eundem ſeruum, & vendiderit, non poteſt emptor vſucapere eum ſeruum,l.latrones,27.eod.

Latrones,qui furca ſuſpenduntur,poſſunt redimere ſanguinem ſuum.gl.2. in l. 2. de bonis eorum, qui ante ſententiam.

Latrones famoſi in his locis, vbi graſſati ſunt, ac frequenter obſederunt itinera publica,furca ſunt ſuſpendendi, vt & conſpectu deterreantur alij ab iiſdem facinoribus,ſed qui ſemel obſederunt,veniam merentur à furca,l. capitalium. §.famoſos,& ibi gl.graſſati,de pœnis.

Latrones furcis ſuſpenduntur, deinde beſtiis ſubiiciuntur, gl. 1. in l.2. arborum furtim cæſarum.

per Latrones nõ minùs in villa,quam in mari poſſumus inquietari,vel moleſtari, l.3.§.Labeo,& ibi gl.nec minùs,de incendio,ruina.

Latrones dimittentes pecunia accepta, vel parte rerum ſubtractarum recepta, cùm eos apprehendere poterant, in pari cauſa habentur, l. 1. de receptat.

Latrones dicuntur à latendo in ſyluis, vel alibi, publicè tamen poſtmodùm rapiunt, qui & prædones etiam dicuntur, gloſſ. fin. in l. hoſtes, 118.de verb. ſig.

Latrones inſignes torqueri, & etiam mitti ad furcas poſſunt in diebus feriatis, etiam in honorem Dei indictis,l. prouinciarum,C.de feriis.

Latrones,qui palàm homines ſpoliant,dicuntur aggreſſores,gl.1.in l.quæ fortuitis,5.C.de pignerat. actione.

Latrones,qui violenter aggrediuntur,aut cum armis,aut ſine armis in domibus, aut in itineribus,aut in mari, pœnis legalibus ſubiiciuntur.auth. ſed nouo, C. de ſeruis fugit.

Latro publicus,qui conſueuit furari,debet furcis ſuſpendi.gl.fi.ibi.

Latro publicus non dicitur famoſus latro, ſed famoſus fur. d. gloſſ. fin. in ad. marg.

Latronem nullus caſus excuſat à periculo rei ſubtractæ,gl.pen.in add.marg. in l. ſubtracto,9.C.de furtis,

Latrones publici antiqua damnantur ſententia,& his non prodeſt appellatio, vel reclamatio,ſicut nec cæteris,qui appellare non poſſunt.c.1.§. publici, de pace tenenda inter ſub.

Reliqua verbo,Buccelarij,Fur,Graſſatores,Horreum,Iſauri,Raptor.

LATROCINIVM connumeratur inter caſus fortuitos, & plerunque fit ſine culpa.gl.ſurreptum, in l. cum duobus, 52.§.damna, pro ſocio.gl.1. in l. 1. C. depoſiti.

Latrocinium palàm,maximè in ſyluis,furtum verò clàm.d.gl.1.

Reliqua verbo,Furtum.

LATRVNCVLATOR, id eſt, iudex, qui iudicat tantùm de latronibus, non poteſt iudicare de re pecuniaria, & ciuili. l. ſolemus, 61. §. fi. & ibi gl. fi. de iudiciis.

LATRVNCVLATORVM nomine comprehenditur, quando ciuitas de noſtris contra ciuitatem aliam de noſtris, vel ſi eiuſdem ciuitatis ciues inter ſe, vt Fauentia, & Aretium, vel ſi caſtrum cum caſtro de noſtris, vel aliquis tyrannus caperet aliquem, captus non efficitur capientium, nec poſtliminium eſt neceſſarium, & idem ſi non de noſtris ſimilia inter ſe faciant,& idem ſi ciuitas de noſtris cum alia ciuitate non de noſtris, cùm non ſit de licentia publica.gl.vel prædones,in l.hoſtes, 24. de captiuis.

Reliqua verbo,Repræſaliæ,Pignorationes.

LATVMIAE dicuntur loca latentia,& dicitur carcer, quia ibi latitant.gl. fi. in l.1.de aleæ luſu.

Latumiæ ſunt lapidicinæ, & loca lapidib. exſciſſis exectiſque excauata, ad quæ mitti ſolebant,qui in metallum damnabantur:ſunt etiam Syracuſis carcer lingua Siculorum,d.l.1.in add.mar.

Reliqua verbo,Carcer.

LAVACRA rei militaris comitib. vel tribunis præſtari non debent à ciuitatib. rub.& l.1. C.ne rei militaris comitib.

Lauacra illuſtrib. tantummodò comitib. & magiſtris militum (ſi tamen id voluerint) præſtari debent ſub pœna dupl.d.l.1.

LAVDARE quandoque ſignificat nominatim citare, & ad ſui defenſionem accerſere, & appellare, quod vulgò ſummare dicimus.l.tenetur, §.ſi tibi,in add. mar.de actio. empti.

Reliqua verbo,Commendare.

LAVDES & gratias,quas Domino Deo exhibere debemus, nec mens noſtra popoteſt concipere,nec lingua proferre, l. 1. C.de officio præfecti Aphricæ.

LAZARVS reſuſcitatus rumpere debuit teſtamentum,quod fecerat,& bona auferre heredib.quia non videtur mortuus,qui tam citò reſuſcitatus eſt, gl. 1. in l.ex his,de legibus.

LECTICARII ſerui dicuntur,qui lecticas, vel lectos domini faciunt, vel qui portãt dominos in lectica,gl.lecticarij,in l.item legato,49.de legat.3.& gloſ. lecticarios,in l.ſi ex toto,8.§.fi.de leg. 1.& gl.lecticarij,in l.1.C.de excuſatio. artificum.

LEGARE à principio partem, vel legare totum cum modificatione habendi partem,paria ſunt,l.planè,34.§.fi.de legat. 1.

Legare Titio & Mæuio,& legare Titio cum Mæuio,paria ſunt,& vtroque modo coniunctim legatum videtur,l. Titiæ textores,36.§.1.eod.

Legare non rem, ſed æſtimationem eius videtur ille, qui teſtamento iubet rem alteri cõparari,& ideò re habita à legante ex cauſa lucratiua, actio legati non extinguitur,l.Titia,87.& ibi gl.1.de leg.2.

Legari,& teſtari parificantur,facilius tamen legatum, ſeu fideicommiſſum, quã teſtamentum confirmatur,gl.1.in l.2. de legat.1.

Legare volens veſtem,ſi ſupellectilem legauerit,putans appellatione ſupellectilis veſtem contineri,& ſic errando in nomine appellatiuo,non debetur veſtis, quia veſtem non ſcripſit teſtator,nec debetur ſupellectilis,quia de ea non ſenſit,l.ſi quis in fundi vocabulo,4.& ibi gl.non deberi, de legat.1.

forum, theatrum, vel stadium, ibid.
Legari potest postumo alieno, l. pe. de legat. 1.
Legare non potest heres statulibero, nisi sub conditione libertatis, vel nisi quando moriente herede seruus est liber, l. statuliberum, 11. de legat. 2.
Legari heredi à semetipso non potest, quando vnus tantum est heres, sed quando plures heredes sunt, vni ab altero legari potest, & tenet, vt percipiat. gl. non sit interpretandum, in l. Titia, 34. §. Lucius, eod.
7 Legari potest filio naturali extantib. legitimis vltra vnciam, quam sibi permittitur capere, si rogatus sit restituere alij, l. cùm ei, 42. & ibi gl. 1. eod.
Legari potest omnib. heredib. vna res æquis portionib. etsi vnus eorum heredum repudiet legati partem suam, l. fin. §. quatenus, & ibi gloss. fundum, eodem.
Legare, vel fideicommissum relinquere potest quis regulariter ab herede heredis, vel legatarij, fallit, si reliquerit, priùs ab herede heredis, quàm heredi reliquerit. vel si relinquat à Titio, qui posteà extitit heres heredis, quia ab initio nullum fuit fideicommissum, etiam si priùs sciuisset, † l. si fuerit, 5. & ibi gl. fi. de leg.
Legari non potest seruo deportati, quia videtur incapaci legari, cùm seruus domino adquirat. & dominus hoc casu sit incapax. l. si deportati, 7. in add. marg. eod.
Legari potest seruo id, quod eidem facto libero potest legari, sed non omne id, quod facto libero potest relinqui, gl. denegari, in l. fideicommissa, 11. §. si si seruo, eod.
Legari non potest seruo, nec libero id, quod ratione rei legatæ, vel personæ legatarij impeditur, ibid.
Legari potest creditori putatiuo ita, ne ab eo, indebitum solutum repetat heres, l. creditori, 24. & ibi gl. 1. de legat. §.
Legari potest tam legatario, quàm donatario causa mortis, glos. 1. in l. cùm quis decedens, 37. §. pater, eod.
Legari potest, & à debitore, & à donatorio causa mortis, & etiam à donatario inter viuos, si ei inter viuos donatum fuit sub modo secus si purè, & simpliciter. d. §. pater, & ibi gl. 1. & fi.
Legari non potest seruo sine libertate, glos. seruo, in l. item legato, 49. §. fin. eodem.
Legari filio, vel filiæ liberto, & libertæ, vel seruo cum libertate possunt ea, quæ eius gratia parata sunt, & continentur, quæ ipsis attributa, vel destinata sunt, d. §. fi.
Legare non potest incertæ personæ, gl. fi. in l. qui plures, 18. de vsufr. legat.
Legari non potest illi, cum qua quis habet matrimonium illicitum. l. vxori, 27. eodem.
Legari potest ei, qui est testis in testamento, nec dicitur testis principaliter in re sua, sed testamenti, licèt secundariò sit in re sua, l. si quis ita, 13. & ibi gl. 1. de reb. dub.
Legari non potest scribenti testamentum propter timorem falsitatis, quia per eum facilè posset committi, quod secus est in teste testamentario, gl. 1. & fin. ibidem.
Legari potest alicui res sua propria sub conditione, si viuo testatore eam alienauit, l. 1. & ibi gl. fi. de regula Catoniana.
Legari potest mihi res mea sub conditione, quia tunc inspicitur tempus conditionis impletæ, & non tempus facti testamenti, l. mea res, 98. de conditio, & demonst.
Legare potest quis ab exheredato, cui ipse legauerat, sed nõ potest legare à substituto exheredati, legatum tamen relictum ab exheredato, præstandum est etiam ab eius substituto, gl. ne plus, in l. qui fundum, 87. §. qui filios, ad legem Falcid.
Legari potest collegio licito, item singulis de collegio, sed non collegio illicito, gl. collegio, in l. recusare, 6. §. item si, ad Trebell.
Legari potest alicui dimidia hereditatis portio. l. mulier, 22. §. fi. ad Treb.
8 Legari potest etiam purè ab extraneo patri, & fratri heredis filio herede instituto, l. cum legato, 17. & ibi gl. fi. quando dies legat. cedat.
Legari potest domino etiam purè à seruo instituto, sed filio, vel seruo non potest legari pure à domino vel patre instituto, sed bene sub conditione, ibid.
Legari potest seruis etiam sine libertate nomine alimentorum, glos. fin. in l. filiofamilias. 27. §. 1. eod.
Legare is tantùm potest, qui testari potest, gl. possit, in l. filiusfamilias, 7. §. fi. de don.
Legare potest quis seruo, & domino, & econuerso, non tamen in eandem personam, vt seruitutem, gl. etiamsi reus, in auth. clericus, C. de Episcopis.
Legari res propria domino non potest, l. proprias, 13. C. de legatis.
Legari potest res propria domino sub conditione, vel quando tenator habet aliquod ius in ea, vt quia sit sibi obligata, gl. 1. ibid.
Legare non potest quis vltra facultates, & vires patrimonij sui, l. si vniuersæ, 15. C. de legatis.
Legari ab eo potest, qui habet aliquod lucrum, scilicet pecuniarium, gl. aliquid lucri, in l. 1. C. communia de legatis.
Legari à legatario olim non poterat, sed bene poterat fideicommitti à fideicõmissario, gl. legatorum, in l. 2. C. eod.
Legari potest quis à seipso quandoque, l. 2. & ibi glo. 3. C. de communi seruo manumisso.
9 LEGARI non potest vsus, vel vsusfructus itineris, vel viæ, vel aquæductus, quia seruitus seruitutis esse non potest, l. 1. de vsufructu legato.
Legari potest vsusfructus serui, qui sub conditione liber iussus erat, & interim valet legatum, l. si seruum, 20. eod.
Legari potest vsusfructus etiam partis bonorum, & si non fiat specialiter mentio partis, de dimidia parte intelligitur, l. etiam partis, 50. de vsufr.
Legare fructus annuos, vel mẽstruos perinde est, ac si singulis annis legetur vsusfructus gl. aliter, in l. 1. quando dies vsusfr. legati cedat.
Legare vsumfructum pure non est pro eodem, ac si singulis annis legaret vsumfructum, quia primo casu semel cedit, & vnum est legatum; at quando in annos singulos, vel plures annos pluries cedit, & plura legata sunt, ibid.

Reliqua verbo, Vsusfructus, 13, vsque 22. Legans, 2. 3. 4. 5.
Legans in genere, & diuersas res, nu. 1. vsque 4.
Legans proprietatem, vsumfructum, fructus, vel reditus, nu. 5.
Legans domum, & quæ in ea sunt, vel quæ in arca habet, vel in vrbe sunt, nu. 6. 7.
Legans fundum, nu. 8. 9.
Legans seruos, alimenta, & quæ viuus præstare solebat, nu. 9. 10.
Legans vinum, oleum, rem pigneratam, vel sibi debitam, aut chirographum debitori, num, 10.
Legans vxori, num. 12.
LEGANS corpus Homeri, si non habeat integrum, & plenum, quantæcunque partes illius corporis inueniantur in bonis defuncti tempore mortis, debentur, l. librorum, 52. §. si Homeri, de legat. 3.
Legans centum libros, intelligitur legare centum volumina, & non centum libros, quos quis ingenio suo metitus est, quo magis ad libri scripturam sufficeret, vt putà Homeri totum volumen pro vno libro accipi debet, licèt in 48. libros diuidatur, d. l. librorum, §. 1.
Legans hereditatem sibi quæsitam, non videtur legare fructus, quos ipse consumpsit, vel in suum patrimonium conuertit, l. cum pater, 77. §. filia, de legat. 2.
Legans libertatem communi seruo, iure digestorum amittebat sum partem, & alteri adcrescebat, sed iure nouo efficitur liber, gl. sine libertate, in l. verum, 63. §. si seruo, pro socio.
Legans iter ad fontem, censetur legare etiam haustum aquæ, gl. fin. in l. quamuis, 15. C. de fideicommiss.
Legans lances duas leues, quas de sigillarib. emerat, intelligitur legare eas duas lances, quas de sigillarib. emerat. licèt non essent leues, sed graues, l. pe. §. paterfam. de legat. 3.
Legans aliquid supra dotem, intelligitur legare etiam dotem, l. Seia, & ibi gl. 2. de dote prælegat.
Legans fundum instructum, in quo ipse habitabat, intelligitur legare etiam ancillas, & cæteras res, quib. ipse in eo fundo esset instructus, secus si legasset fundum cum instrumento, l. villæ, §. fin. & gl. pen. de fundo instructo.
Legans rem alienam si in ea habeat aliquid ius, videtur legare solum illud ius, quod habet in ea, vel ad eam, l. seruum filij, 44. & ibi gl. 1. de legat. 1.
Legans mensam non videtur legare locum, in quo sita est mensa, gl. mensæ. in l. cum pater, 77. §. mensæ, de legat. 2.
Legans vniuersaliter mensam vel calendarium, censetur legare etiam nomina debitorum, l. Caius, 86, & ibi gl. nomina, in add. eod.
Legans alicui duas statuas, item eidem omne marmor, non intelligitur legare plures statuas quam duas, omne tamen aliud marmor intelligitur legare, l. heres meus, 100. §. 1. & ibi gl. præter, de legat. 3.
Legans tesseram, vel corbem, frumenti, intelligitur legare frumentum, nõ ipsum corbem, vel vas, sed si legaret corbem, vel tesseram frumentariam, tunc esset dubium an frumentum, an ipsum vas sit legatum, ex diuersitate lecturarum patet, l. Titia, 87. & ibi gl. 1. de legat. 2.
Legans duos mulos, qui sui erunt, cùm moreretur, si non habeat tempore mortis duos mulos, sed duas mulas, illæ duæ mulæ debentur, l. qui duos, 62. de legat. 3.
Legans testudinea intelligitur legare lectos testudineos, etiam habentes pedes argenteos, l. heres meus, 100. §. fi. eod.
Legans saltum æstiuum, & hoc ampliùs etiam eas res, quæ ibi esse solent, non videtur legasse pecora, quæ hyeme in hybernis, æstate in æstiuis ibi esse solent, sed tantùm videtur legasse ea, quæ perpetuò ibi sunt, l. qui saltum, 67. eod.
Legans vestem suam, mundum, ornamentáque muliebria, intelligitur legare omnem vestem tam virilem, quàm muliebrem, & omnem mundum, non autem omne ornamentum, sed tantùm muliebre. † l. Plautius, 8. & ibi gl. tantum, de auro & argento.
Legans militiam, quam ipse habebat, intelligitur legare non solùm militiam, quam habebat testator, sed etiam illud, quod solet erogari pro habenda militia, l. pe. §. fi. de legat. 3.
Legans omne aurum, quod suum esset, cum moreretur, intelligitur legare omne id, quod legans potuit vindicare, cùm moreretur, l. Quintus, 27. §. cui legatum, de auro & argento legat.
Legans omne aurum, quod suum erat cùm moreretur, intelligitur legare omne aurum, quod suum est tempore mortis, non quòd medio tempore alienauit, sed si legauit omne aurum, quòd suum est, non intelligitur legare illud, quòd madio tempore sponte alienauit, sed bene si ex necessitate. † distributio. ibidem.
Legans villam ita, vt ipse possedit, cum supellectili, mensis, & mancipiis, quæ ibi deputabuntur, vrbanis, & rusticis, vinisque quæ in diem mortis eius ibi erunt, intelligitur de supellectili legare tantum illa, quæ specialiter, & expresse legata sunt in fundo tempore mortis inuenta, sed non libros, vitreamina, & alia quæ expressa non fuerunt in legato, licèt in fundo tempore mortis ibi fuerint, l. cùm de lanionis, §. pen. de fundo instructo.
Legans cognationi, idem est ac si legasset cognatis, l. cognatis, de rebus dubiis.
Legans cognatis intelligitur legare his, qui sunt cognati tempore testamenti, vel tempore mortis, ibid.
Legans nucem vel viam, videtur legasse & solum & viam. gl. cogitasse, in l. si fundum, delegat. 1.
Legans argentarias tabernas, & cætera quæ in loco publico sunt non censetur legare solum, vel proprietatem, sed ius, quod in eis habebat, gl. fin. in l. qui tabernas, 32. de contrahen. empt.
Legans dactylothecam, idest, vas, vbi annuli reponuntur, censetur legare illud vas, & etiam annulos in eo repositos, si testator ita sensit, vt si dixit, lego dactylothecam meam, & si quos prætereà annulos habeo, l. librorũ, 52. §. quòd in bibliotheca, de legat. 3.
Legans pocula oleaginea paria duo, censetur legare duo pocula tantum, quæ sunt paria, & æqualia, sed si ita legasset, bina paria, vel poculorum paria duo, tunc quatuor pocula censetur legasse, l. qui concubinam, 29. §. si Stichus, de legat. 3.

domum structam propter copulam illam, nisi heres manifestè doceat testatorem aliud sensisse, l. Seiæ, §. Caio, eodem.

Legans fundum vti possidet, intelligitur legare fundum, sicuti instructus est in diem mortis, id est, cum mancipiis, pecoribus & instrumento rustico, non tamen videtur legare tantummodo ius, quod habebat ipse in dicto fundo, d. l. Seiæ. §. fi.

Legans fundum non videtur legare iter ad eum fundum per aliũ testatoris fundum, vel alterius redimendum, † glos. adimendo, in l. 3. §. si loci, de adimend. legatis.

Legans fundum instructum dicitur legare seruum, villicum, hominésque, & omnia, quæ vel ipse paterfam. cùm ibi ageret, vel vt fundus esset instructus, in eo habuit, ea etiam omnia, quæ fructuum colligẽdorum, seruandorúmque, item pecora stercorandi, vel pascendi causa ibi constituta sunt, l. 2. Cod. de ver. sig.

Legans fundum instructum dicitur legare etiam libros, quos in fundo habet, in quibus solatiabatur, cum ibi erat, gl. 3. ibi.

Legans fundum instructum, vel fundum, & instrumentum, dicitur legare non solum ea, quæ sunt ibi gratia colendi, sed etiam instrumenta, quæ habet ibi paterfam. sui causa, vt libros, vinum, & frumentum causa sui, & familiæ suæ, gl. 4. ibi.

Legans fundum cum instrumento, dicitur legare ea tantum, quæ ibi sunt, vt ager colatur, vt boues, aratrum, ligones, falces, messoriæ, dasputatoriæ, & similia, ibi.

Legans fundum Seianum, quem vt faciliùs cõductorem inueniret, diuisit in duas partes appellando superiorem partem fundi Seianum superiorem, & inferiorem partem appellando Seianum inferiorem, totum fundum Seianum intelligitur legare, nisi heres, de qua parte testator senserit, euidenter probauerit, l. Caius, 86. §. fi. de leg. 2.

Legans fundum Seianum, si duos fundos eiusdem nominis habeat, videtur in dubio legare minorem fundum, gl. pe. ibi.

Legans omnia prædia, quæ sunt vsque ad prædium, quod vocatur Gazza sub finitus Galatiæ, sub cura cuiusdam villici, censetur legare etiam prædium, quod est vsque ad prædium Gazzæ positum in finibus Cappadociæ, & non Galatiæ, sub cura eiusdem villici, l. patronus, 35. §. 1. de leg. 3.

Legans prædium, & quæ eius prædij colendi causa empta, paratáque sunt, non censetur legare seruum topiarium, vel saltuarium, qui tuendi, custodiendi, ornandique causa empti sunt, rectè tamen censetur legare asinum machinarium, & oues, quæ stercorandi causa emptæ, & paratæ sunt, & earum seruum custodem, l. cùm quæreretur, 60. §. fi. eod.

Legans prædium cum reliquis actorum, & colonorum, intelligitur legare illa reliqua actorum, & colonorum, quæ de reditu dicti prædij penes eos permanserunt, non autem illa, quæ exegit à dictis colonis, vel actoribus, l. prædiis, 91. eod.

Legans prædium sicut ab eo possessum erit tẽpore mortis suæ, intelligitur legare etiam instrumentum rusticum, & omnia, quæ ibi fuerunt, quo ipse esset instructior, non tamen intelligitur legare colonorum reliqua, d. l. prædiis, §. ex his.

Legans prædia Seiana sicuti emerat, intelligitur legare etiam Gabiniana, quæ simul cum Seianis vno pretio emerat, si in rationibus suis, quas habebat cum colonis dictorum prædiorum, semper intelligebat Gabiniana Seianorum appellatione, & vtriusque prædij reditus miscebat, secus si in rationibus suis appellatione Seianorum non intelligebat Gabiniana, licèt vno pretio emisset Seiana & Gabiniana, d. l. prædiis, §. Titio.

Legans prædia vti ea possessa sunt, & quæcunque sibi erunt, cùm moreretur, intelligitur legare etiam mãcipia, quæ in illis prædiis tempore mortis eius fuerunt causa operis rustici, vel alterius officij, & alias res, quæ ibi fuerunt, l. Lucius Titius, 91. §. quidam, eod.

Legans fundum cum syluis, quæ ei cedere solent, vt optimus, maximusque est, non intelligitur legare, quæ in die mortis suæ ibi fuerunt, scilicet fœnum, pabulum, palea, machinæ, vasa vinaria, & dolia, quæ in cella defixa sunt, & granaria, d. l. Lucius, §. collegio.

Legans omnia prædia quæcunque habet, non intelligitur legare prædia ob debitum sibi pignori data, nisi ex cessione debitoris ea habeat vt propria, l. qui habebat, 101. eod.

Legans fundum, excepto ædificio, si intellexit de superficie, simul cum solo seruitus itineris, vel actus, quæ venit tacitè in cõsequentiam ædificij exceptuati, debetur heredi ipso iure, l. si fundum, 81. §. qui fundum, de legatis 1.

Reliqua verbo, Legatum, 66. & 67. vsque 70. Fundus, 4. 5. Heres, 117. 118. 119. Instrumentum, 18. vsque 22.

10 LEGANS omnes seruos textores, qui sui essent, cùm moreretur, censetur legasse etiam eum, quem posteà ex his ostiarium fecit, quia non fecit illum transire ad aliud artificium, sed ad aliud officium, l. textoribus, 61. de legat. 3.

Legans omnes seruos cocos, pistores, muliones, & omnes alios, qui dicuntur habere officium, non censetur legare eos qui post testamentum, voluntate testatoris, ex officio ad artificium, veluti ad lecticarium, vel aliud, transierunt, secus econtrà, si legauerit artifices, veluti lecticarios, quorum aliqui posteà facti sunt pistores, vel ad aliquod officium transierunt, l. legatis seruis, 65. §. 1. eodem.

Legãs seruos omnes cum peculio cuiusque eorum, intelligitur legare etiam eos, quibus nihil est peculij, quia talis adiectio nihil nisi augmentum significare potest, l. cui vinum, & ibi gl. fi. de tritico, vino.

Legans seruo ordinario manumisso seruum eius vicarium, videtur etiam legasse peculium illius vicarij, nisi aduersetur voluntas testatoris, l. si peculium, §. vicario, de peculio legato.

Legans Stichum, quem ex venditione Titij emit, intelligitur legare Stichum, etiam si non emisset ex venditione Titij, vel alterius, & valet legatum, quia illa demonstratio falsa *quem ex venditione*, &c. non vitiat legatum Stichi, cùm de corpore constat, l. Quintus Mutius, o. de auro & argento.

Legans Stichum, & Pamphilum, si mortis tempore eius erunt, intelligitur, ac si separatim legasset Stichum, si mortis tẽpore eius erit, & Pamphilum, si mortis tempore eius erit, & ideò altero eorum alienato à testatore, alter debetur legatario, l. falsa demonstratio, 33. §. fi. de condit. & demonstr.

Legans alicui ea, quæ ipse viuus præstare solebat ei, censetur legare ea, quæ certam formam erogationis annuæ, non incertam liberalitatis volũtatem habuerunt, l. Seio amico, 10. §. 1. de annuis legatis.

Legans alicui ea, quæ viuus ipse præstare solebat ei, non censetur legare vnam comestionem, vel vnum par gallinarum, & similia, quæ incertam liberalitatis voluntatem habuerunt, gl. habuerunt, ibidem.

Legans alicui ea, quæ ipse viuus præstare solebat, censetur legare ea, quæ legatarij causa præstabat, non quæ aliorum causa præstabat, d. l. Seio, §. fi.

Legans libertis suis ea, quæ ipse viuus præstabat eis, intelligitur legare eis etiam habitationem, si cum patrono tempore mortis habitabat, l. Sempronio, 33. & ibi gl. non debeatur, de vsufructu legat.

Reliqua verbo, Legatum, 12. 111. 112. Seruus, 65. vsque 70. Alimenta.

LEGANS vinum, frumentum, oleum, acetum, mela, salsamenta, intelligitur legare quantum testator reliquit in hereditate de omnibus illis, l. quidam, de tritico, vino. 11

Legans centum modios tritici, qui singuli modij ponderent centum pondera, intelligitur nihil legare, quòd in rerum natura non sit aliquod triticum, quod tantum ponderet, d. l. quidam, §. fi.

Legans vina, quæ in vrbe habet, seu in portu, intelligitur legasse vina, quæ sunt in vrbe, & quæ sunt in portu, l. si quis ita, 30. de auro & argento legat.

Legans vina, & vasa, videtur legare sine quib. vina stare non possunt, secus quando quis vendit vinum, gl. 1. in l. in testamentis, 12. de regulis iuris.

Legans amphorarium vinum, & ducia omnia inter dulcia, non intelligitur legare, nisi quod potari potest, l. fin. §. fi. de tritico, vino, oleoque.

Legans dulcia simpliciter, non facta mentione vini, intelligitur legare mulsum, passum, de frutum, & similes potiones, item vuas, ficus, palmas, & caricas, ibid.

Legans rem sibi debitam debitori, licèt videatur relinquere liberationem eo casu, quo nondum tradiderat testatori, non tamen est per omnia, ac si liberationem legasset, l. cùm seruus, 39. §. si Titius, & ibi gl. fi. de legat. 1.

Legans fundum simpliciter, & sic rem sibi debitam à tertio ex contractu, videtur solùm legare ius ad rem sibi competens, id est, actionem personalem, ibid.

Legans chirographum debitori, videtur etiam legare debitum contentum in chirographo, l. seruum filij, 46. §. eum qui chirographum, & ibi gl. de legat. 1.

Legans rem pignori obligatam à seruo procuratore, præsumitur ignorare [illegible] obligatam, secus si ipse obligasset, gl. si nesciat, in l. si res obligata, 57. eod.

Legans rem pignori obligatam, si non expressit, quod ab herede luatur, sed ex coniecturis lex præsumitur, vt est, quando sciens rem obligatam legauit, vel quando ignorans legauit, verisimiliter legaturus illam, vel aliam, si sciuisset, vel quando aliquid superest ex soluto legatario, in his casib. si legatarius luat rem, cedendæ sunt actiones à creditorib. contra heredem, vel via exceptionis, vel officio iudicis, l. si res obligata, 57. & ibi gl. fi. de legatis, 1.

Legans mihi rem meam alteri obligatam vel pignoratam, censetur grauare heredem, vt illud pignus liberet soluendo debitum principale, l. si tibi homo, 86. eod.

Legans illud, quod sibi alius debet, videtur legare actiones, quas præstando heres liberatur, l. legatum ita erat, 105. eod.

Legans pretium rei à se debitæ, videtur legare animo compensando cum re, l. cum pater, 77. §. qui dotale de legat. 2.

Reliqua verbo, Vinum, 2. Chirographum, Creditor, 77. 78. Legatum, 1.

LEGANS vxori ea, quæ eius causa parata sunt, censetur legare ea, quæ ad eius vsum proprium, siue antequàm eam duceret, siue pòst, destinata sunt, sed non ea, quæ ad vsum communem eius, & alterius parata sunt, l. hoc legatum, 45. de legat. 3. 12

Legans vxori ea, quæ eius causa parata sunt, censetur legare etiam ea, quæ antequàm eam duceret comparauit, & posteà ei tradidit ad vtendum, & etiam ea, quæ prioris vxoris, vel filiæ, vel neptis, vel nurus fuerunt, dum tamen illa vxoris causa parauit, l. si quid earum, 47. eod.

Legans vxori ea, quæ eius causa parata sunt, cẽsetur legare ea, quæ tradidit vxori ad vtendum, & posteà abstulit ei, l. nam ne, 48. eod.

Legans vxori ea, quæ eius causa parata sunt, censetur legare etiam mancipia, putà lecticarios, qui solam eam portabant in lectica, & ancillas, quæ deseruiunt in camera, quæ exornant, & iuuant eam exornare caput, & etiam iumenta, quæ vxorem portabant, vel trahebant, & lecticam, & sellam, & burdones, l. item legato, 49. eod.

Legans vxori ea quæ eius causa parata sunt, censetur legare etiam virilia, quæ ad eius vsum tradita sunt, licèt sint illa promiscui vsus, dum tamen vir sit solitus ab ea quasi ad vsum mutuari, ibid.

Legans vxori ea, quæ eius causa empta sunt, non censetur legare ea, quæ sine emptione ad eius vsum sunt destinata, d. l. item legato, §. item interest.

Legans vxori quicquid ipse viuus donauit ei, dedit, vsibúsque eius comparauit, & sic per verbum præteriti temporis, non censetur legasse quicquid post testamentum factum ei dedit vel donauit, l. vxori, 33. §. vxori, & ibi gl. proponerentur, de legatis 3.

Legans vxori ea, quæ eius causa parata sunt intelligitur legare etiam purpuras, quas in prouincia eius causa comparauit, licèt nondum aduexerit eas ad mulierem, & sic nec assignauerit, assignaturus tamen esset, si viueret, l. cum vxori, 58. & ibi gl. fi. eod.

Legans vxori linum, lanam, purpuram, quæ eius causa parata sunt, non censetur legare totam, & omnis generis lanam, purpuram, vel linum, quæ reliquit, sed solùm in tanta quantitate, quanta mulieri esset opus ad annuum vsum, l. cum quæreretur, 60. §. 1. eodem.

Legans vxori penum, non censetur legare vniuersas res relictas in suis bonis,

quæ

cessat Falcidia,l.3.§ quod autem,& ibi gl.dictum est, ad Trebellian.

Legatarij cùm hodie habeant tacitam hypothecam,præferuntur creditorib.chirographariis,gl.non habebitur , in l.is, cui legatorum,§.qui prior ; vt in possessio.legatorum.

Legatarius non est creditor , habet tamen tacitam hypothecam pro legato , etiam iure digestorum , gl. fi. & ibi add. marg. eod. & l. 4. & ibi add. mar. de separatio.

Legatarij non præferúntur creditorib. chirographariis,nisi in eo , quod remanet priùs satisfactis creditorib. d. l.4. in add.marg.

Legatarius, ex quo habuit æstimationem ab herede per interdictum de tabulis exhibendis,non poterit ampliùs petere illud ab eodem, sed si eius æstimationem habuit ab alio, bene poterit petere legatum ab herede , l.3.§.inde quæritur,de tabul. exhib.

5 Legatarius agens contra heredem eius , qui filium prætetiit, si excludatur à legari petitione per exceptionem, quòd emancipatus contra tab.agebat emancipato omittente contra tab.restituitur in integrum,vt possit adhuc petere legatum ab herede,l.2.de exceptione rei iud.

Legatarius,cùm omnis vestis esset sibi legata,si putans argentum tantùm sibi legatum , si illud duntaxat petiit generali proposita actione ex testamento ac succubuit , posteà sciens vestem sibi legatam , potest petere eam , nec obstat sibi exceptio rei iudicatæ , cum aliud priùs petitum fuerit , l. si cum , de excep.rei iu.

Legatarius , & fideicommissarius dicuntur creditores hereditarij , quando inter eos est controuersia de legatis sibi soluendis , sed si inter creditores , & eos sit controuersia,tunc potiores sunt creditores, l. hereditariarum, 39.& ibi gl.loco,de actio.& oblig.& gl.2.in l.fi.C.de hered.vel actio.

Legatarius si post motam legati quæstionem transegit , vt nomine debitoris cõtentus legatum non peteret , quamuis nulla delegatio facta , nec liberatio sequuta sit , periculum tamen nominis ad legatarium pertinet, & ita ei petenti legatum contra transactionem obstat exceptio transactionis, l. pupilli , 96. §. soror,de solutio.

Legatarius , qui codicillos ante testamentum factos , in quibus legatum ei erat adscriptum , confirmat, incidit in pœnam falsi, l.impuberem , 22.§. qui codicillos,de falsis.

Legatarij si dubitant de fide heredis,possunt in prima causa, in qua de testamenti inofficiosi querela agitur,assistere , & testamentum defendere, l.si perlusorio, de appell.

Legatarius quandoque habet vicem heredis, vt si conducens fundum vestigalem ea lege,vt ad eius heredes perueniret,potest legare suum ius,& legatarius succedit in ea conditione,l.in conuentionibus,219.& ibi gl.fi. de verb. sig.

Legatarium habere plus iuris in re legata,quam heredem , aut ipsum testatorem, si viueret,absurdum est,l.aliud est,160.§. fin.de regulis iu.

6 Legatarij cum herede,& non cum defuncto videntur contrahere,† gl.fi.in l.1.C. vbi fideicommis.peti.

Legatarij possunt agere contra heredem scriptum , & consequuntur legata præstita cautione,vel possunt expectare litis euentum,quando est controuersia de hereditate,l.fi. C.de petitione hered.

Legatarij,quãdo est controuersia de hereditate, consequi possunt ab herede scripto legata,præstita cautione de restituendis legatis , si contingat hereditatem ab eo peti euinci,ita vt , si legatum consistat in domo , eam restituat cum pensionib.si in pecunia, eam restituat cum vsuris crescentibus ex quarta centesimæ,deductis tamen necessariis , & vtilib. expensis , quas fecit legatarius in re legata,d.l.fi. & ibi gl.cautione.

Legatarius non solum legatum , sed etiam id quod expendit in infirmitate & funere testatoris,potest repetere,l.3.C.de religiosis,

Legatarij non possunt petere vltra vires hereditatis,creditores autem rectè possunt petere ab hered.g.pe.in l.in testamento,12.C. de testam.milit.

Legatarij,& fideicommissarij possunt esse testes in testamento,l.dictantibus , 22. C.de testam.

Legatarius primus si legatum agnoscat,substitutio vulgaris ei facta euanescit,l.si legata,6.C.de legatis.

Legatario contra substitutum competit ad legatum actio vtilis , & non directa, quando legatum est relictum ab instituto , qui repudiauit hereditatem, & deuenit ad substitutum,l.1.C. si omissa sit causa test.

Legatarij & fideicommissarij vnam naturam habent , l. 1. C. communia de legat.

Legatarius in seruo legato nullum ius habet ante aditam hereditatem , & ideò legatum relictum eidem seruo ab eodem testatore nullo modo quæritur legatario eiusdem serui , g.aliis legatis,in l.vnica.§.libertatib.C.de caducis,

7 Legatarius potest esse testis in testamento ,† quamuis de eius commodo agatur, qui non debet interrogari directò super legato , sed in consequentiam , §.legatariis,& ibi gl.damus,in add.Instit.de testam.

Legatarij particulares non possunt cogere heredem adire,§.quantitas, Inst.de lege Falcid.

Legatarius admittitur ad legatum alimentorum,vel habitationis,etiam si non sit capax,vel etiamsi maximam capitis diminutionem passus sit,& hoc est speciale fauore alimentorum,gl.fi. in l.pe.de capitis diminutione.

Legatarius,cui ædes legatæ sunt,habet omne ædificium,quod supra solum earum ædium erit,nisi testator habens binas ædes,aliquod conclaue,quod supra concamerationem,legatarum ædium habet,in vsum aliarum ædium conuerteret, atque ita his vsus sit,l.si cui ædes,31.de legatis 3.

Legatarius,cui gratuita habitatio legata est,potest agere contra heredem,vt eum liberet à pensione,l.Cassius 19.de liberatione legata.

Legatarius tenetur ex legato funerari defunctum, si non sit vnde funeretur , repetit tamen ab herede, si potest legatum indemnis præstari ab herede , secus si non potest,l.& si quis,14. §. sed & si,de religiosis.

Legatarius,cui aliena res, vel alij obligata legata est,tenetur probare sciuisse defunctum alienam rem vel alij obligatam sibi legare , nec tenetur defunctum ignorasse,l.verius 21.de probatio.

Legatarius , cui legatum est peculium , non deducto ære alieno , si nanciscatur possessioné rerum peculiarium,potest vti exceptione doli mali aduersus heredem vendicantem corporum peculiarium partem pro debiti rata , l. si peculium, 6. §.& si fuerit,& ibi gl.vindicantem,de peculio legato.

Legatarius non potest diuidere legatum acceptando pro parte,& repudiando pro parte,heredes tamen eius recte possunt,l.legatarius,38.de legat. 1.

Legatarij periculo res vna ex tribus reb.alternatiuè relictis,quando post electionem de ea factam perijt,& perinde habetur, ac si illa sola fuisset legata , l. huiusmodi,84. §. Stichum,eod.

Legatarius emens proprietatem fundi sibi legati detracto vsufructu , ad quem vsusfructus postea peruenit per mortem , vel capitis diminutionem venditoris , potest in tantum , quantum dedit pro pretio , proprietatis vero domino , petere legatum actione ex testamento , sed æstimationem vsusfructus non potest , quia habet ex causa lucratiua , l. non quocunque , 82. §. fundus,eod.

Legatarius,cui fundus pignori obligatus legatus est , potest agere contra heredem actione ex testamento ad ipsum fundum , & idem, quando fundi sibi legati possessio , alienata est, secus quando fundus legatus debebat seruitutem prædialem alij, nisi vti optimus , & maximus legatus sit , quia tunc liber sibi tradi debet,l. Mæuius, 66.§.pe.& ibi gl.seruitutib.de legatis,2. 8

Legatarius,cui legatus est fundus alienus,vel heredis,in quo quis habebat vsumfructum , potest petere ab herede non solùm proprietatem fundi , sed etiam vsumfructum , vel æstimationem eius,d.l. Mæuius, §. fundo , & ibi gl.non in parte.

Legatarius,eò quòd accepit ex testamento legatum , non prohibetur petere hereditatem ab intestato , tenetur tamen restituere legatum cautione sibi obligata de reddendo illud,nisi legatarius fuerit in euidenti calumnia,l.postquàm legatum,43. de petitione hered.

Legatarius postquam legatum accepit ex testamento,si dicat illud testamentum falsum,& persistat vsque ad sententiam , legatum amittit,secus si dicat minùs solemne,gl.1.ibid.

Legatarius,qui ex testamento accepit legatum ab herede scripto , poterit ab intestato petere hereditatem , & si obtinuerit , non reddito legato iudicis officio,restituetur hereditas ei deducto legato, quod accepit,l.cum is,44.eod.

Legatarius timens de collusione inter heredem scriptum, & eum, qui de inofficioso testamento agit,potest adesse causæ , & producere testes, etiam nolente herede scripto,etiam in causa appellationis , & potest appellare, & omnia facere, quæ fiunt,ne colludatur, † gl.2.in l.si suspecta,29,de inofficios.testam.

Legatarius timens de collusione inter heredem scriptum,& eum , qui de inofficioso agit,potest adesse causæ,& voluntatem defuncti tueri,& etiam licet eis appellare,si contra testamentum pronunciatum sit,d.l.si suspecta,

Legatarius testamento datus tutor , si rogatus sit restituere omne legatum alij, etiamsi se excusauerit à tutela,nihilominùs legatum consequitur , quia penes eum non remanet, cùm debeat restituere fideicommissario, secus si non esset rogatus restituere , quia tunc amittit legatum, & assignatur pupillo,l.legatarius,17.& ibi gl.2.de excusat.tutor.

Legatarius testamento datus tutor, si rogatus sit restituere legatum alij , etiamsi accuset testamẽtum de falso,& succumbat, nihilominùs legatum consequitur propter fideicommissum, cùm penes eum nihil de eo debeat remanere, sed si non fuit rogatus restituere,amittit legatum,& fisco applicatur,ibid. 9

Legatarius,cui propter gerendam tutelam aliquid relictum est, si à tutela se excusauerit,amittit legatum,& retinent illud heredes etiam extranei, nisi legatarius excusans se tutela fratris impuberis, esset filius testatoris , quia tunc vt filio,& non vt tutori videtur sibi legatum à patre,l. tutor petitus, 28.§.1. & l. Nesennius,32.in princ.& in §. fi.cum l.seq. eod.

Legatarius, cui propter gerendam tutelam aliquid relictum est, non amittit legatum,si non remansit per eum, quo minùs esset tutor , gl. remunerandæ , in d. §.1.

Legatarius tutor testamento datus,cui legatum fuit expresse relictum à testatore , etiamsi tutelam non gereret , vel aliàs ei testator erat relicturus , non amittit legatum,etiamsi se excusauerit à tutela,ibid.

Legatarius , cui propter gerendam tutelam aliquid relictum est , si non subierit tutelam,ei aufertur legatum,& assignatur pupillo,l.pe. C. de legatis.

Legatarius , cui seruitus ad suum fundum legata est , amittit eam non vtendo , si adita hereditate per constitutum tempus ad amittendam seruitutem , etiam ignorans sibi esse legatam , non fuerit vsus ea , l. si communem, §.fin. quemadm. seruitut.

Legatarius,cui seruitus ad suum fundum legata est, si adita hereditate intra constitutum tempus ad amittendam seruitutem , antequam sciret sibi legatam seruitutem , fundum vendiderit , ad emptorem pertinebit seruitus , si reliquo tempore ea vsus fuerit,ibid.

Legatario , cui vsusfructus fundi legatus est , debetur via per alium fundum testatoris etiam alteri legatum,l.damnas,15. §. fi. de vsufructu legat.

Legatario solui debet species legata ibi, vbi est , siue agat actione ex testamento, siue rei venditione,si verò genus sit legatum , vel aliquid incertum ex certis, tunc debet ei solui ibi , vbi est maior pars hereditatis , vel vbi heres habet domicilium,l.quod legatur, 38. & ibi gl.Dolio, de iudiciis,

Legatarius , cui certa species legata est , si agit personali actione , poterit petere in duob.locis, scilicet vbi heres domicilium habet , & vbi maior pars hereditatis est , si verò agit rei venditione poterit petere , vbi heres habet domicilium,& vbi est maior pars hereditatis , & etiam vbi res est,& hoc quantum ad conuentionem, nam quacunque actione agat , quantum ad præstationem, ibi præstari debet,vbi est res,gl.fi.ibi,

Legatarius , cui legatum est in genere , si agit personali actione , poterit petere vbi heres habet domicilium , & vbi maior pars hereditatis est , sed quando agit rei venditione , vltra prædictos modos , poterit agere , vbi legata res in genere est , præstari tamen debet vbi petitur , & non alibi, ibid. 10

Legatarius , cui legata est res in testamentis prorsus diuersorum , si ex vnius testamento habuit rem, non poterit posteà ex alterius testamento petere æstimationem,secus si prius ex vno æstimationem,quia tunc potest ex altero rem petere,

rit duobus heredibus relictis, & ipſi ſimul petant legatum, non poteſt alter agere rei vendicatione, alter ex teſtamento, ſed cogi debent ambo concordare, qua actione agant, ſecus ſi ſeparatim petant legatum, l. huiuſmodi, 84. §. fi. cum l. ſeq. de leg. 1.

Legatarius tranſmittit ad heredes optionem ſibi legatam, ſi deceſſerit poſt diem legati cedentem nulla facta optione, l. illud, de optione le.

Legatarius, cui fundus relictus eſt, ſi duobus heredibus inſtitutis decem dederit, eò quòd alteri heredi dederit quinque, non poterit fundi partem vendicare, niſi alteri heredi, vel eidem heredi reliqua quinque dederit, quo caſu totum vendicabit, l. qui duobus. 23. de cond. & demonſtr.

Legatarius, cui legatum relictum eſt poſt decem annos, ſi ſatis ab hærede non exegerit, decedendo intra decimum annum, ad hæredem ſuum tranſmittit, l. ſi ita legatum, 103. eod.

Legatarius decedens poſt diem legati cedentem tranſmittit legatum ad heredem ſuum, l. 5. quando dies legat. cedat.

Legatarius tranſmittit legatum ad heredem ſuum, ſi heres purè inſtitutus tardiùs adeat, vel ſub conditione, nec per conditionem impeditur, & interim deceſſerit legatarius, l. heredis aditio, 7. eod.

Legatarius tranſmittit legatum ad heredem ſuum, ſi nondum natus, vel qui apud hoſtes eſt, ſit heres inſtitutus, & interim legatarius deceſſerit, ibi.

Legatarius tranſmittit ad heredem ſuum legatum à ſubſtituto ſibi relictum, ſi interim dum inſtitutus deliberabat, deceſſerit legatarius, & poſteà repudiante inſtituto, ad ſubſtitutum, à quo legatum fuit relictum, peruenit hereditas, & idem eſt in legato relicto à ſubſtituto pupilli, ibid.

Legatarius ad heredem ſuum tranſmittit legatum ſibi relictum à ſubſtituto pupillari ſub conditione, ſi intra pubertatem filius deceſſerit, ſi legatarius viuo pupillo deceſſerit, quia dicta conditio per teſtatorem expreſſa inerat, etiamſi non fuiſſet expreſſa, ib.

Legatarius, cui generaliter legatus eſt ſeruus, transfert legatum ad heredem ſuum, ſi antequam vendicaret, deceſſerit, l. nec ſemel, 12. §. fi. e.

Legatarius ſi ſtipulatus ſit ab herede de ſoluendo ſibi legato aduenienſte conditione, ſub qua fuit ſibi relictum, ſi pendente conditione deceſſerit, ſtipulatio prædicta euaneſcit, vt non tranſeat ad heredem legatarij, quia nec dictum legatum conditionale tranſit ad heredem legatarij, qui pendente conditione deceſſit, l. 1. §. ſi quis ſub conditione, vt legatorum, ſeu fideic.

Legatarius ſi mortuo teſtatore deceſſerit, legatum trāſmittit ad heredem ſuum, gl. viuo, in §. ſi eadem res, Inſt. de legatis.

Legatarius ſi ante conditionem, vel diem venientem deceſſerit, non tranſmittitur legatum, niſi in tribus caſibus, gl. cedere, in §. ſi peculium, Inſt. eod.

Reliqua verbo, Tranſmiſſio, Legatum, 123. vſque 126.

15 LEGATARIVS propria authoritate poteſt legatum occupare quando legata res à nemine poſſidetur, ſecus quando poſſideretur ab aliquo, gl. à iudice, in l. extat, quod metus cauſa.

Legatarius licèt rem legatam occupet, & heredi reſtituat, actio tamen ſibi durat contra hæredem, ſi hereditate iacente occupauit, ſecus ſi poſt aditam hereditatem, quia tunc cadit à iure ſuo, l. 1. & ibi gl. vt proinde, & ibi add. marg quorum legatorum.

Legatarius duas res legatas ſibi ſi ambas occupauerit, & heres poſt aditam hereditatem in vna re voluntatem ſuam accommodauerit legatario, vt poſſideret eam, in alia autem re non accommodauit heres, per interdictum quorum legatorum reuocat rem, in qua non accommodauit, ſed aliam non, & idem dicēdum eſt in vna re legata, & in parte eius accommodauit voluntatem, & in alia parte non, d. l. 1. §. ſi duæ res.

Legatarius occupans legatum ante aditam hereditatem, magis à defuncto, quàm ab herede videtur occupare, g. pe. in l. 1. C. quorum legatorum.

Legatarius occupans legatum propria authoritate, poſt aditionem amittit ius, ſecus quando ante aditionem, gl. fi. ibid.

Legatarius propria authoritate occupans rem legatam ante aditam hereditatem, tenetur interdicto quorum legatorum reſtituere eam heredi, vt Falcidiam ex ea detrahat, d. l. 1. & ibi gl. 1.

Legatarius poteſt petere ſe mitti in poſſeſſionem rei, quam teſtator legatorum in annos ſingulos relictorum nomine pignori eſſe voluit, & etiam aliarum rerum hereditariarum cauſa rei ſeruandæ, id eſt, legatorum ſeruandorum, ſi non ſatiſdetur ei, imò in res heredis poſt ſex menſes poteſt petere ſe mitti, l. in annos ſingulos, 9. & ibi gl. fi. de annuis legat.

Legatarij ſi legatorum conſeruandorum cauſa in poſſeſſionem miſſi, iuberi debent de poſſeſſione diſcedere, ſi procurator hæredis, vel alius eius nomine ſatiſdederit eis delegatis ſoluendis, l. ſi legatarij, vt legat. ſeu fideic.

Legatarij miſſi in poſſeſſionem legatorum ex ſecundo decreto quaſi in ſolutum non debent iuberi de poſſeſſione diſcedere, etiamſi caueatur eis de legatis ſoluendis, niſi per reſtitutionem in integrum, g. diſcedere, ib.

Legatarius vt in poſſeſſionem legatorum ſeruandorum cauſa mittatur, non requiritur tantùm quòd per heredem ſteterit, quominùs ipſe cauerit legatario, imò ſufficit, quòd non ſteterit per legatarium, quominùs ei caueretur, cum non eſt heres, qui interpelletur cautionis nomine, quo caſu cùm non ſit heres, qui interpelletur ad præſtandam cautionem, ſufficit, quòd deſideret, quaſi ipſa hereditas debeat tunc ſatiſdare, d. l. 1. §. j. vt in poſſeſ. legatorum.

16 Legatarius vt non mittatur in poſſeſſionem legatorum ſeruandorum cauſa, ſatiſdatio non debet ei offerri, ſed ſufficit, vt fiat miſſio, quòd legatarius deſiderauerit, & ei non caueatur, ſiue quòd non habeat, à quo ſatiſdationem deſideret, ibid.

Legatarius miſſus in poſſeſſionem ſeruandorum legatorum nomine ob non præſtitam cautionem ſibi ab herede, nunquam incipit eſſe pro domino, nec datur ei poſſeſſio, ſed cuſtodia, nec datur ius expellendi heredem, quia vter poſſidet ſimul, quia heres verè poſſidet, & vſucapit, ſed legatarius iure pignoris eſt in poſſeſſione, niſi detur poſſeſſio ei inſolutum, quod dicitur ex ſecundo decreto, quia tunc fit dominus, l. 15, cui legatorum, & ibi g. j. & 2. eod.

Legatarius prior miſſus in poſſeſſionem legatorum ſeruandorum cauſa non præfertur collegatario, qui poſtea mittitur, quia inter legatarios quoad hoc nullus ordo ſeruatur, cum ſint eiuſdem tituli, & ex eadem cauſa miſſi, ſecus ſi non eſſent eiuſdem tituli, d. l. is, cui legatorum, §. qui prior, & ibi gloſſ. ordinem.

Legatarius mittitur in poſſeſſionem legatorum ſeruandorum cauſa earū rerum hereditariarum, quarum proprietas ad heredem pertinet, & etiam vectigalis agri, vel pignorum teſtatori datorum, ſi illa in hereditate ſint, item in partus ancillarum, & fœtus pecorum, & in fructus mittitur, & etiam in poſſeſſionem rei alienæ, quam bona fide defunctus poſſidebat, d. l. is, cui. §. bonorum.

Legatarius legatorum ſeruandorum cauſa non mittitur in poſſeſſionem rerum apud defunctum depoſitarum, vel commodatarum, quia illæ non ſunt hereditariæ, ibid.

Legatarius, cui à ſubſtituto impuberis relicta ſunt, mortuo impubere eorum legatorum ſeruandorum cauſa, poteſt mitti in poſſeſſionem earum rerum, quæ fuerunt teſtatoris, & etiam earum, quas impubes adquiſiuit, viuo autem impubere, neque miſſio, neque ſatiſdatio habet locum, d. l. is, cui, §. ſi ab impuberis.

Legatarius non ſolum heres, vel fideicommiſſarius, ſed etiam bonorum poſſeſſor tenetur præſtare ſatiſdationem legatorum ſeruandorum cauſa, aliàs legatarius mittitur in poſſeſſionem rerum, vel bonorum defuncti, & in hac miſſione æſtimatur dolus talis ſucceſſoris, vel eius heredis, per quem deſinit aliqua res eſſe hereditaria, d. l. is, cui, §. ſi heres.

Legatarius, à quo relictum eſt fideicommiſſum, ſi non cauet fideicommiſſario ſuo, fit miſſio in ea re, vel iure, quod habet pro legato, vel eius occaſione, d. l. is, cui, §. fi.

Legatarius, cui nomine legati ſibi relicti ab herede non ſatiſdatur per fideicommiſſarium, mitti debet in poſſeſſionem etiam earum rerum quæ deſierunt eſſe in cauſa hereditaria dolo malo fideicommiſſarij, cui reſtituta fuit hereditas, l. ſi legatorum, eod.

Legatarius poteſt petere ſe mitti in poſſeſſionem legati ſeruandi cauſa, etiamſi heres fuerit condemnatus legatario in pecunia legata, nec eam ſoluat, l. etiam ſi, eod.

Legatarij quando mitti debent in poſſeſſionem rerum hereditariarum, & res hereditariæ ſunt inutiles, & nullæ, ita, vt in earum poſſeſſionem venire non poſſint, in rem heredis ante ſex menſes mitti non poſſunt, ſed per prætorem denegantur heredi hereditariæ actiones, & eas perſequi poſſunt legatarij, l. ſi inutiles, eo.

Legatarius, vel fideicommiſſarius mittitur in poſſeſſionem omnium rerum hereditariarum etiam pro re minima ſibi legata, vel per fideicommiſſum relicta, ſi heres non ſoluat ei, aut non ſatiſdederit, l. quamuis, eo.

Legatarij extranei miſſi in poſſeſſionem rerum hereditariarum legatorum ſer- 17
uandorum cauſa omnia debent ſeruare, & nihil diminuere etiam cauſa veſcendi, vel in legatis, & vſuris computat ex conſtitutione Imperatoris Antonini, gl. fi. in l. pe. eod.

Legatarius, eò quòd heres non ſatiſdederit ſibi de legato ſoluendo, non mittitur in poſſeſſionem rerum hereditariarum, licèt dolo malo fecerit heres, quominùs res hereditariæ maneant in his tribus caſibus ſcilicet quando heres locum religioſum fecit, aut quid publicè conſecrauit permiſſu principis, aut quando aliquem ſeruum manumiſit non in fraudem creditorum, l. fi. e.

Legatarius licèt mittatur in poſſeſſionem rei hereditariæ cauſa legatorum ſeruandorum, nihilominus heres procedit in vſucapione pro emptore rerum hereditariarum, l. miſſo, pro emptore, & l. 2. pro herede.

Legatarius dicitur ingredi ſine vitio non traditam poſſeſſionem rei legatæ, quādo heres non ſatiſdedit, vel quando heres accommodauit voluntatem, licet non tradiderit, vel quando vacantem & nondum apprehenſam per heredem occupauit, & poteſt vſucapere eam pro legato, l. pe. & ibi gl. 1. pro legato.

Legatarius conditionalis legatorum ſeruandorum cauſa mitti iuſſus, ſi prohibitus fuit ingredi in poſſeſſionem, habet actionem in factum contra prohibentem, quanti eius intereſt, id eſt, quanti erat legatum, licèt nondum venerit conditio, l. ſi quis creditorem, 14. & ibi gl. pe. quib. ex cauſis in poſſeſſionem.

Legatarius mittitur in poſſeſſionem legati ſeruandi cauſa, quando heres non ſatiſdat præſtari legatum exiſtente die, vel conditione, gl. cuſtodit, in l. 1. §. quoſitum, quod legatorum.

Legatarij miſſi in poſſeſſionem legatorum ſeruandorum cauſa debent diſcedere ab ea, ſi eis legata fuerint ſoluta, alioquin naſcitur heredi interdictum quorum legatorum, vt eos deiicere poſſit, l. ſi pro me, 40. de ſolutio.

Legatariis, vel fideicommiſſariis olim dabatur miſſio in rem, vt agerent rei vendicatione, hodie ſublata eſt talis miſſio, l. 3. §. ſed quia, C. communia de lega.

Legatario heres conſentiens ante aditam hereditatem in accipiendo legato, non amittit interdictum, quorum legatorum, g. mag. in l. j. C. de pactis.

Legatarius priùs inductus in poſſeſſionem rerum hereditariarum ſeruandi legati, vel fideicommiſſi gratia, potior eſt quam emptor, vel creditor poſterior, l. 3. C. vt in poſſeſſionem, legat.

Legatario hodiè pro legato omnia bona hereditaria ſunt tacitè obligata, & ideò etiam ſine inductione in poſſeſſionem rerum hereditariarum potior eſt in illis, quàm emptor, vel creditor poſterior, gloſſ. 1. ibid.

Legatarij, vel fideicommiſſarij inducti in poſſeſſionem rerum hæreditariarum ſeruandi legati, vel fideicommiſſi cauſa, non nanciſcuntur proprietatem, ſed tantum ius, pignoris, l. qui legati, 5. C. e.

Legatarius miſſus in poſſeſſionem rerum hereditariarum cauſa legati ſeruandi, debet adire iudicem, qui ad ſoluendum compellat heredem, ib.

Legatarius, vel fideicommiſſarius mittitur in poſſeſſionem rerum hereditariarum etiam dolo [illegible], ſi heres interpellatus non ſatiſdet ei de legato, vel fideicommiſſo, d. l. qui legati, & ibi g. j.

Legatarius, vel fideicommiſſarius mittitur in poſſeſſionem rerum hæredis, ſi hæres ei non ſatiſdet poſt ſex menſes connumeratos à tempore, quo ipſe legatarius vel fideicommiſſarius cepit petere ſatiſdationem, l. certa eſt, 6. C. eod.

Legatarius, vel fideicommiſſarius debet interpellare heredem, vel per eum non debet remanere, quominùs interpellat, vt ſatiſdet ei delegato, ad hoc, vt eo nō ſatiſdante, mittatur in poſſeſſionem rerum hereditariarum, gl. 1. ibid.

Reliqua verbo, [illegible] Interdictum, 9. Heres, 120.

LEGATARIO, cui centum in teſtamento relicta ſunt, ſi in codicillis eidem 18
ita

mortem suam restitueret fundum alicui, tenetur statim centum dare Titio, etiam antequam aliquos fructus percepisset ex fundo, priùs recipiendo cautionem à dicto Titio de restituendo sibi id, quod deest de fructibus fundi ad integra centum eidem Titio soluta in casum, quo legatarius priùs decessisset, quàm ex fructibus centum percepisset. d. §. apud Marcellum. vers. sed si Titij.

Legatarius, cui fundus legatus est, si grauatus sit, vt post mortem suam restitueret eum alicui, & vt Titio daret centum, si dubium sit, vtrum fideicommissum illorum centum sit factum in tempus mortis, an non, tunc non tenetur legatarius de suo præstare Titio illa statim antequàm ex fructibus fundi perciperet.d.§.apud. vers.sed vix.

Legatarius, cui fundus legatus fuit, si grauatus sit, vt post mortem suam daret Titio centum, & vt restitueret eum alicui, potest, si vult, præstare Titio totum fundum, vt teneat, donec integra centum ex fructibus eius percipiat, ipse tamen Titius cauebit legatario de restituendo sibi eum fundum, cùm ex eius fructibus percepisset integra centum.ibi.

Legatarius, cui legatus est fundus, si rogatus sit, vt liberos suos emancipet, non cogitur eos emancipare de iure stricto, ac iure actionis ex testamento, cogitur tamen officio iudicis, si legatum agnouit. d.l.filiusfamilias, 114. §. secundùm, & ibi gl.secundum.

Legatarius, cui relicta sunt centum in quantitate, si rogatus sit, vt restitueret domum valentem ducenta, non cogitur accipere legatum, cùm nullum commodum habeat, sed tantùm cogitur cedere actiones, sed si accipiat tenetur alteri dare domum.glo.fin.in l.ciuitatib.122.§.fi.eod.

Legatarius, & eius substituti, quibus restituere legatum legatarius erat rogatus, si sibi concurrant in petendo legatum, & tam legatarius, quàm substituti velint præstare cautionem heredi de indemnitate, potest heres eligere, cui soluat ab eo cautionem prædictam recipiendo, sed si nullus petitorum sit in calumnia, vel solum substituti sint in calumnia, solui debet potius ei, cui primum legatum est.l.si quis seruum.8.§.pen.& ibi glo.neutrius.de legat.2.

Legatarius rogatus restituere Mæuio decem, quæ sibi legata fuerant, mortuo Mæuio ante diem legati cedentem habebit illa decem, & non heres, nisi legatarius ille, vt nudus minister, fuisset electus.l.si quis Titio.17.eod.

31 Legatarius rogatus restituere Titio vsumfructum sibi legatum mortuo Titio ante diem legati cedentem habebit vsumfructum, & nõ heres, nisi legatarius, vt nudus, minister sit electus.gl.1.in d.l.si quis Titio.17.de legat.2.

Legatarius grauatus restituere legatum Titio, si viuo testatore decessit, legatum relictum apud heredem remanet, qui cogitur illud fideicommissum restituere Titio.l.Celsus prætor.29.de le.2.

Legatarius à quo fideicommissum relictum est, si decessit post sponte agnitum legatum, heres legatarij tenetur illud præstare, sed si decesserit ante agnitum legatum, heres legantis, & non heres legatarij tenetur ad illud, siue illud sit caducum, siue in caussam caduci.l.cum ita legatur. 32.§.1.& ibi gl. decedant. de leg.2.

Legatarius, qui nihil ex legato accepit, tenetur tantùm cedere actiones suas ei, cui debet per fideicommissum restituere, si legatum agnouit, secus si non agnouit.l.Imperator.70.vt ibi gl.1.eod.

Legatarius grauatus non totum, sed partem legati restituere alicui si differat agere pro legato, cogitur cedere actiones suas vsque ad quantitatem, quæ fideicommisso continetur.ibi.

Legatarius grauatus restituere partem legati si repudiet legatum quantùm ad legatarium nullum est legatum, heres tamen, ad quem redit cum onere tenetur fideicommissario.gl.2.ibi.

Legatarius, cui centum legata sunt, si duplum restituere grauatus sit, vsq; ad summam tantum legati tenetur, nisi grauatus sit post aliquod tempus restituere duplum, quo casu tenetur ad duplum, si tantum ex legato, & vsuris interim habuit, vel vltra centum eatenus, quatenus interim de vsuris habuit vsque ad summam centum, & non in plus.d.l.Imperator.§.si centum.

Legatarius, cui centum legata sunt, grauatus rem propriam legatarij restituere alij, tenetur ipsam rem præstare, quamuis plusquam centum valeret, nec potest cum legato percepto computare ibi.

Legatarius, cui legata sunt centum, non potest grauari vltra centum, etiam si legato percepto magnum commodum ex aliquo negotio consequutus sit, vt quia emit ex centum legatis domum optimam, vel pœnam stipulationis imminentem euasit, & sic euitauit damnum.ibid.

Legatarius rogatus per fideicommissum restituere legatum ancillæ testatoris, non potest petere ab herede, sed soluto eo habet potestatem instituendi illud, nec tenetur restituere ancillæ, nec heredi, cuius est ancilla. l.pen. & ibi gl. petere, de legat.2.

32 Legatario iniunctum onus fideicommissi est nullum ab initio mixta consideratione legantis, & fideicommissarij, tunc legatum est nullum quoad petitionem, sed non quoad retentionem.ibid.

Legatariis pluribus post eorum mortem simul rogatis restituere duobus heredibus vno legatariorum mortuo, fideicommissi petitio competit superstiti heredi altero mortuo.l.fi.§.pen.eod.

Legatarius legatum agnoscens, à quo fideicommissum relictum est, non tenetur fideicommissario, nisi quatenus ad eum peruenit, vel nisi per ipsum factum est, quatenus ad eum perueniret, & nisi ad cedendum actionem, quam habet ad legatum.l.si legatarius.8.de leg.3.

Legatarius, à quo fideicommissum relictum est, si non agnoscat legatum, non cogitur agere, nec cedere actionem.gl.1.ibid.

Legatarius restituere legatum rogatus tenetur, si culpa legatarij lis legati, id est, caussa periit, vt quia heres absolutus sit, si aliquod commodum remansit sibi, secus si nihil commodi remansisset, quia tunc de dolo tantum tenetur. glo. si non culpa.ibi.

Legatarius rogatus per fideicommissum restituere legatum collegio cuiusdam templi, potest petere legatum, etiam dissoluto collegio, & apud ipsum, & non apud heredem remanet illud, nisi relictum sit legatum ei, vt ministro. l. pater filium.§.38 Tusculanus.& ibi gl.non stetit.de legat.3.

Legatarius post mortem suam grauatus restituere alicui mancipia legata, non censetur grauatus restituere mancipia ex illis post mortem testatoris & ante mortem legatarij, & sic ante moram nata, aliàs secus.l.vxorem.41.§. sorori.& ibi gl.non contineri.eod.

Legatarius vnus ex trib.quib.legatus fuit fundus sub fideicommisso, ne extra familiam exiret, potest partem suam dicti fundi relinquere alicui de familia, & non illis duobus superstitibus, qui erant sibi coniuncti in legato, vel vni eorum.l.is qui complures.94.eod.

Legatarius vnus ex tribus quibus legatus fuit fundus sub fideicommisso, ne extra familiam exiret, si partem suam reliquerit alicui extraneo, vel nulli reliquerit, omnes de familia pariter proximi admittuntur ad fideicommissi petitionem, etiam hi, qui ad legatum nominati non sunt.ibi.

Legatarius onere fideicommissi extrinseco grauatus non detrahit Falcidiam cõtra fideicommissarium de illo fideicommisso, licèt ipsi legatario detracta fuerit de legato per heredem, secus si grauatus fuisset onere intrinseco, vt quia partem rei legatæ grauatus est dare alicui, quo casu detracta sibi Falcidia de legato, detrahit etiam ipse Falcidiam de fideicommisso illo.l.liberto. 21.§.1. & ibi gl.minutum.de annuis legatis. 33

Legatarij, quibus fundus instructus legatus est, si sint rogati per fideicommissum, vt morientes restituerent partes suas fundi superstitibus, etiamsi nulla sit facta mentio instrumenti, tamen in fideicommisso continentur, & fundus instructus, qualis legatus fuit, & etiam medij temporis augmenta fœtuum, & partuum, & etiam detrimenta fatalium.l.3.de fundo instructo.

Legatarius rogatus restituere Titio rem legatam non tenetur ei restituere, si postea testator rogauerit Titium, vt dicto legatario restitueret eandem rem, nisi denuò rogauerit eundem legatarium restituere alij.l.si tibi certam. 28.de adimend.legat.

Legatarius si rogatus sit Titio restituere legatum, legatum non pertinet ad legatarium, etiam si fideicommissario à testatore adimatur fideicommissum l. penult.&.de adimend.legat.

Legatarius scribens sibi legatum si rogatus sit restituere id legatum alicui, legatum cum onere fideicommissi remanet apud heredem, quamuis pro non scripto sit.l.fin de regula Catoniana.

Legatarius, cui dimidia pars hereditatis legata est, si sit rogatus eam dimidiam restituere alicui, tenetur illam dare fideicommissario, sed non ex Trebelliano, cùm vt heres non sit rogatus, & ideò non poterit quartam detrahere. l. mulier.22.§.fin.& ibi gl.fin.ad Trebell.

Legatarius, cui res aliena legata fuit, si instituit heredem dominum rei sibi legatæ, ac rogauit hereditatem restituere, fideicommissarius non potest petere rem legatam ab herede, quia res legata non peruenit ad eum tanquam heredem, & sua res alicui legari non potuit, & sic peruenit in eum casum, à quo incipere non potuit.l.si res aliena.52.& ibi gl.legatum.ad Trebell.

Legatarius, cui legata sunt centum ita, vt seruum alienum redimat, & manumittat, bonis testatoris venditis propter æs alienum ita, vt totum legatum sibi solui non possit, nihilominùs potest partem legati petere præstita cautione de emendo, & manumittendo, si de illa parte potest seruum emere, quòd si cautione non præstita petierit, repellitur doli mali exceptione. l.si cui legata. 7.de fideicommis.libert.

Legatarius non cogitur subire onus sibi iniunctum à testatore, nisi soluto sibi legato.l.eum, cui mille.8.eod. 34

Legatarius grauatus ne serui sibi legati seruirent alicui alij, publicatis bonis legatarij propter eius delictum serui sunt manumittendi à republica. l.Imperator.12.eod.

Legatarius non minus, quàm heres potest rogari seruum manumittere, & si ante manumissum decesserit, eius successores tenentur manumittere.ibi.

Legatarius, cui fundus, & decem pretij nomine legata sunt, vt seruum suum manumitteret, cogitur etiam inuitus pecuniæ legatum accipere, etiam detracta Falcidia, & seruo fideicommissariam libertatem præstare, si legatum fundi agnouerit.l.si legatario.22.eod.

Legatarius, qui agnouit legatum, quamuis illud sit modicum, vel propter Falcidiam præcedentem, vel aliàs, cogitur manumittere ancillam, de qua rogatus fuit, vt eam manumitteret.l.si debitor.45.§.1.eod.

Legatarius agnoscens legatum sibi relictum, vt seruum suum manumitteret, licèt minus sit in legato, quàm seruus valeat, cogitur tamen eum manumittere, secus est, si fuit rogatus seruum alienum manumittere, quia tunc non cogitur, si pluris sit emendus seruus, quàm legatum valeat.l.generaliter. 24. §.si quis alienum.eod. 35

Legatarius rogatus seruum alienum manumittere, etiam si minus sit ei relictum, dummodò creuerit legatum ex aliqua caussa, putà vel fructibus, vel iure adcrescendi, cogitur seruum redimere, & manumittere, si hoc legatum cum fructibus, vel accessione sufficiat ad emendum seruum.d. l. generaliter. §. proinde.

Legatarius rogatus de manumittendo seruum alienum, si legatum ab initio sibi relictum sit imminutum in tantum, vt non possit emi seruus, non cogitur eum emere, si illud legatum velit reddere, sed si illud, quod remansit de legato, valet tantum, quantum seruus cogitur emere.ibi.

Legatarius rogatus manumittere plures seruos alienos, si legatum non sufficiat ad omnium seruorum pretium, potest tamen cogi emere, & manumittere saltem eos, qui sufficiant ad pretium legati, primò emendo eos, qui primò sunt scripti, quòd si ordo scripturæ non appareat, tunc sorte, vel meritis decernetur, qui proximo sint manumittendi.d.l.generaliter.§.quid ergo.

Legatarius rogatus manumittere seruum proprium, eique facto libero, quod legatum est, præstare, non cogitur repudiato legato manumittere. d.l.generaliter.§.si cui legatum.

Legatarius rogatus restituere legatum alicui, & seruum proprium manumittere, non cogitur manumittere, cùm nihil pretij nomine accepisse videatur, secus si post tempus sit rogatus restituere legatum sibi relictum, quia tunc cogitur manumittere, propter medij temporis fructus, qui sufficiant ad pretium serui. l.generaliter.24.§.si cui.de fideicommissa.libertat.

Legatarius rogatus restituere fundum legatum, & centum post mortem suam, tenetur ex fideicommisso ad illa centum, si interim tantum lucri percepit ex eo fundo,

Quoad

Quoad capacitatem & incapacitatem legatarij,nu.21.
Legata codicillis relicta.nu.22.
Legatum ciuitati,vel reipup.relictum.nu.23.
Legata pura conditionalia incerto die vel ad diem.nu.24.vsque 31.
Legatum relictum cùm in suam tutelam,vel ad 14.ann.peruenerit,vel cùm liberos habuerit,vel cùm moriatur.nu.32.33.34.
Legatum relictum cùm nupserit,vel vxorem duxerit,vel non.35.vsque 38.
Legata caduca.39.
Legati præstandi satisdatio vel cautio.nu.40.
Legatum relictum ob caussam,vel contemplatione sui vel alterius,num.41.
Legatum relictum in voluntatem vel arbitrium alterius.42.43.
Legati compensatio vel computatio cum debito.nu.44.
Legatum relictum coniunctim vel disiunctim,45.vsque 48.
Legatum debiti,nu.49.
Legatum certæ quantitatis cum demonstratione, quam habet in archa vel domi aut in fundo,vel quod meum erit,nu.50.
Legato adiecta demonstratio,vel causa vera,vel falsa.51.
Quando dies legati cedat,& à quo tempore debeatur.nu.52.53.
Legati dominium.nu.54.
Legatum domus,num.55.& seq.
Legatum domus vel fundi cum his quæ ibi sunt.nu.56.
Legatum dotis & rerum dotalium,nu.57.
Legatum relictum errando in nomine rei legatæ,& legati euictio,58.
Legati extinctio,num.59.
à Legato Falcidia detrahenda.n.60.
Legata & fideicommissa.n.61.62.
Legata relicta filiis à patre vel ab aliis aut econtra.n.63.
Forma relicta & verba cum quibus olim & hodiè legata relinquuntur.n.64.
Fructus & fœtus rei legatæ.n.65.
Legatum prædium vel fundus & eius redditus,n.66.
Legatus fundus instructus vel caupona instructa,n.67.vsque.70.
Legatum generis,& legatum relictum simpliciter & in genere,n.71.72.73.
Legatum relictum ab herede,à coherede vel legatario,& relictum ab heredibus ab intestato,& relictum ab vno vel duobus heredibus,n.74.75.
Legatum incertum.76.77.
Legata relicta ex testamento inualido,falso,rupto,vel non solemni,80.
Legatum liberationis,81.
Legatum libertatis,82.
Legata materia,vel materiatum legatum,nu.83.
Legatum nomen debitoris,84.
Legatum relictum alicui vt ministro vel exequutori,85
Legatum sub modo,86.
Legatum relictum nutu,vel cum onere aut grauamine,87.
Legati optio vel electio,nu.88.
Legatum obscurum vel ambiguum,89.
Legatæ rei interitus & periculum,90.
Legatum ad pias causas,nu.91.92.
Legatum pœnale,vel pœnæ nomine,& legata penu,93.
Legatum proprietatis,94.
Legatum quantitatis,95.
Legati soluti repetitio,96.
Legati aditio vel repudiatio,97.
Legatum rei Ecclesiæ,vel quæ non est in commercio vel in rerum natura,98.
Legata eadem res vel quantitas bis vel sæpiùs in eodem testamento,99.& 109.
Legata res communis vel aliena aut heredis,100.101.102.
Legatæ rei ademptio vel reuocatio,103.vsque 106.
Legatum vel fideicommissum sibi adscribens,nu.107.108.
Legatum relictum in nouissima scriptura,109.
Legatus seruus suus vel alienus,110.111.112.
Legatum relictum seruo proprio,communi vel alieno,nu.113.114.& 115.
Legatum peculium,& quando censeatur,nu.116.
Legata vniuersitas vel vti grex,& legatum speciei,117.
Legati solutio,præstatio,petitio,& actio,nu.118.119.
Legata relicta ab instituto quando dicantur repetita à substituto, & quoad relicta à substituto,num.120.121.122.
Legati translatio vel transmissio,nu.123.vsque 126.
Legatum vsusfructus,127.128.
Legatum vxori relictum simpliciter vel cum adiectione quod eius causa paratum est,num.129.

1 LEGATVM est delibatio,id est,diminutio hereditatis,qua testator ex eo,quod vniuersum heredis foret,alicui quid collatum velit. l. legatum est. 116. & ibi gl.1.de lega.1.

Legatum est donatio quædam testamento à defuncto relicta ab herede præstanda.l.legatum.36.& ibi gl.fi.de legat.2.& §.legatum est.Inst.de legatis.

Legatum differt à donatione causa mortis,contrà legatum præstatur ab herede, sed donatio quandoque à defuncto,& quandoque ab herede.d.gl.fi.ibi.

Legatum quandoque præstatur à defuncto.ibi.

Legata non debebantur,nisi in testamento relicta,& post heredis institutionem, sed hodie in vtroque est contra.gl.sequenti.in princ.Inst.de legatis.

Legatum differt à donatione inter viuos,contrà, legatum potest reuocari vsque ad mortem, sed donatio inter viuos non, gl. donatio.in §. legatum est.Inst. eod.

Legatum differt ab hereditate,cùm legatum sit singulare,& sine onere, sed hereditas sit ius vniuersale,& cum onere. ibi gl.adquirendis.in l. cùm furiosus. 7. §.tali itaque.de curat.furioso.

Legatorum omnium ius pendet ab herede, sed non econtrà. gl. non valent. in l. Papinianus.§.fi.de inoffi.testam.

Legatum siue relinquatur alicui directò,siue per consequentiam, nulla est differentia,quandoque tamen differt.l.nihil interest.eodem.& ibi gl.2.

Legatum agnoscendo dicitur comprobare iudicium defuncti,& non potest contra illud posteà venire.d.l.nihil interest.& ibi gl.summouebitur.

Legatum vinum,quod in doliis erat,non potest heres effundere per corbes,etiam si per legatarium steterit,quominùs acciperet,& si effundat, suo periculo effundit,quod secus est in venditore,qui postquàm per emptorem stetit, accipere,potest effundere per corbes periculo emptoris.l.si heres.& ibi gl.final.de tritico,vino,oleóque.

2 Legata si sit res sub appellatione certa,vt fundus,vel domus, tunc habet à forma appellationem,vnde vbi res destruitur, non habet ampliùs appellationem à forma,quia forma non remanet,at vbi omnium bonorum vsusfructus legatur citra certam appellationem,non solùm ea,quæ habent formas distinctas, veniunt,sed etiam omnis substantia, vnde tunc sumit area etiam domo destructa, quia est in substantia bonorum.gl.fin.& ibi add. marg.in l.quoties.34.§.fi. de vsufruct.

in Legato quocunque inspicitur persona domini, an habeat testamenti factionem,vel non.sed in legato vsusfructus inspicitur etiam, vt tunc cedat, cùm heres,id est,dominus adierit.gl.expectari,in l.1.§. dies. quando dies legati vsusfru.cedat.

Legatum restringit, & arctat causa finalis. l.si habitatio. §. 1. de vsu & habitatione.

Legatum pro non legato habetur quandoque.glo.non esset.in l.nam sicut.36.ad legem Aquil.

Legata aliter valere non possunt, quàm testamentum valere constet. l.3. de pignoribus.

Legata nunquàm præstantur ex alicuius testamento,nisi ære alieno deducto aliquid supersit.gl.1.in l.patronus.de probatio.& gl.legatis.in l.1.si quid in fraudem patro.l.circa legem.66.ad legem Falcid.

Legata relicta à liberto dolo, vel sine dolo, nunquam præstantur, nisi deducto, quod debetur patrono.d.gl.1.

Legatum habere est honor.l.amicissimos.36.de excusat.tutor.

Legata quandoque valent etiam vitiata institutione,l.fi.de hered.instituend.

Legatum dimidiæ partis hereditatis à nepote in potestate retento alteri nepoti emancipato in tempus pubertatis relictum,habet vim institutionis, & substitutionis pupillaris,l.cùm ex filio.39.de vulgari.

Legata relicta in secundis tabulis contribuuntur cum relictis à substituto primis tabulis,non cum relictis ab alio.l.coheredi,41.§.coheres,eodem.

Legatum substituto relictum,etiam in institutionis defectum, conseruatur per edictum,si quis omissa causa testamenti,l.si in testamento, §. fi. si quis omissa causa testa.

Legata sunt accessoria testamenti.gl.in rub.de legatis 1.

de Legatis titulus diuiditur in Digestis,in tres libros, propter prolixitatem vitandam,item quia in primo agitur de rebus legatis,in secundo de personis legantium,& legatorum,in tertio de significatione verborum; frequenter tamen quod vni attribuitur,in aliis ponitur.ibi.& gl.in rub.de legat.1.

3 Legatum adstringit modus adiectus legato.l.planè.34.§.fin.de legat.1.

Legatum,quod à principio valet respectu vnius iuris,potest ex euentu conuerti, vt valeat,tanquàm aliud legatum respectu alterius iuris.l.cùm seruus. 39. §. si Titius,& ibi gl.fi,eod.

Legatum dicitur quodammodò,& impropriè commercium, & quædam negotiatio.gl.non commercij.in l.cætera.41.§.sed si quis.eod.

Legatum esse directum facit verbum do,in prima persona prolatum.l.si ita legatum.65.eod.

Legatum ita relictum,heres meus Titio damnas esto, licèt non sit scriptum dare,valet.l.si in testamento.106.eod.

Legatum hoc,lego tibi tantam pecuniam,quantam heres meus exegerit à Titio, in dubio videtur purum,& ideò legatarius potest statim agere contra heredem,vt heres præstet sibi actiones contra Titium, sed si aliàs constet in vim conditionis fuisse positum,non potest legatarius agere pro legato, antequàm exacta pecunia sit.l.vt heredibus.50.§.fi.& ibi gl.fi.de legat.2.

Legatum per hæc verba,illi lego quantum plurimum per legem accipere potest, vel quantam maximam partem dare possum, videtur relictum quandocunque etiam in futurum id accipere potest legatarius.l.si ita quis testamento. 51 eodem.

Legatum datum non potest diuidi in partes.l.cum filius.76.§.variis.eod.

Legatum,cui relinquatur,quando ignoratur,debebitur ei,cui testator verisimiliter dare voluerit.l.cùm pater.77.§.surdo.in add.marg.eod.

Legatum valet,licèt qualitas non fuerit adiecta,quam testator se adiecturum dixit.d.l.cùm pater.§.fi.

Legatum quando ita relictum est,Titius tantam partem habeat, quantam vnus heres,si heredes non habeant æquales partes,censetur minima pars, quæ vni ex heredib.data fuit.l.qui concubinam.29.§.2.de legatis 3.

Legatum relictum alicui,si negotiis filiorum testatoris interuenire voluerit, interueniendo mortuis duobus ex tribus filiis pro parte hereditaria superstitis filij debetur, & non pro parte morientium. l. Seio amico.10. de annuis legatis.

4 Legatum ne rationes exigantur,intelligitur, quatenus iudex æstimabit ex qualitate disceptationis,& probationis,id est,secundùm ea, quæ legatarius euidenter probauerit,testatorem sensisse,in dubio autem non continentur in tali legato ea,in quibus dolum commisit legatarius,& quæ penes se remanserunt. l.Aurelius.28.§.filias.& ibi gl.disceptationis.de liberat.legata.

Legatum si non valet propter rem principalem,nec valet propter litis sumptus.l. pe.eod.

ad Legata,quæ diuisionem non recipiunt,veluti legatum viæ, itineris,vel actus, singuli heredes tenentur insolidum,& tota legata pertinent ad legatarium,& non pro parte,heredi tamen succurritur,vt æstimatione eorum legatorum facta denuntiet legatario,vt quartam partem æstimationis sibi inferat legatarius propter Falcidiam,aliàs contra dictum legatarium possit vti exceptione doli mali.l.si is,qui quadringenta.80.§.fi.ad leg.Falc.

Legata potest quis relinquere ab herede heredis, generaliter non nominando aliquem,secus si à Titio nominatim, qui licèt posteà sit heres heredis, non tenetur.

deficiente conditione adcreſcit etiam heredi eius, cui purè legatum relictum eſt.l.hæc ſcriptura.26.§.fi.de conditio.& demonſtr.

Legatus ſi ſit fundus totus, vni purè, alteri ſub conditione, ſi is, antequàm conditio extiterit, deceſſerit, pars eius adcreſcit alteri, neque tenetur implere conditionem, cùm etiam ea deficiente poſſet vendicare eius partem. l. ſi ſeparatim. 30.

Reliqua verbo, Ius, num.18. Coniuncti, 1. vſque 4. & inf. nu. 45, vſque 48.

10 LEGATA ea quæ ædibus ſunt affixa, licèt non poſſint capi, tamen eorum æſtimatio rectè poteſt capi, & ideò valebit tale legatum.† glo.2.& ibi add.marg. in l.qui dotem.46.ſolut.matrim.

Legatum purum marmorum, & columnarum, & aliorum, quæ ędibus affixa ſunt, non valet ab initio, nec conualeſcit, etiam ſi poſteà ab ædibus ſeparentur, l.cætera.41.§.1.de legat. 1.

Legatum ſub conditione factum de marmoribus, columnis, & aliis, quæ ædibus affixa ſunt, valet, ſi tempore exiſtentis conditionis non ſint affixa ædibus. d. §. 1.

Legatum factum de iniunctis, & affixis domui, non valet, quoad hoc, vt illa poſſint detrahi de domo, ſed bene quoad hoc, vt poſſit peti eorum æſtimatio. d.l.cætera. §. item quæri.

Legatum de iniunctis, & affixis domui, factum ad opus publicum eiuſdem ciuitatis, valet, etiam quoad extractionem illorum, ſed non ad opus publicum alterius ciuitatis.d.l.cætera.§. ſed ſi quis.

Legatis columnis, & tignis, ea tantùm præſtanda ſunt, nulla facta mentione æſtimationis, quæ ſine domus iniuria auferri poſſunt, non tamen ſunt præſtanda, quæ ſine domus iniuria auferri non poſſunt, ſed tantum præſtabitur tunc eorum æſtimatio.l.nutu.21.§.fi.& ibi gl.pen.de legat.3.

Legatum domus deductis marmoribus, vel aliis rebus iniunctis domui, licèt non valet quoad detractionem eorum, valet tamen quoad eorum æſtimationem. l.cætera.41.§.ſi duobus. de legatis 1.

Legata ſi fuerit domus duobus, & alteri eorum marmora, & alia iniuncta illi domui legata ſint ad conſtructionem domus Seianæ, quam ipſi ſoli legauerat, licèt legatum marmorum, vel iniunctorum non valeat, vt ea poſſint euelli, valet tamen, vt ex tali legato poſſit peti æſtimatio illorum.ibid.

Legata res alicui, ſi per heredem iniungatur domui etiam ignoranter, per hoc non extinguitur legatum, ſed eius æſtimatio præſtari debet ab herede.d.l.cætera.§.fi.cum l.ſeq.

in Legata area ſi poſt teſtamentum ædificetur, legatarius & aream & ædificium poteſt conſequi.l.ſi areæ.39.de legat.2.

Reliqua verbo, Legare, 23. Domus, 4, 15. 16. & inf. nu. 55. 56. Area, Iniuncta.

11 LEGATIS anulis, vas, vbi anuli reponuntur, non cenſetur legatum, niſi mens teſtatoris ſic voluit.gl.dactylotheca, in l.librorum.52.§. quod in bibliotheca. & l.argento.53. & ibi gl.fi.de leg. 3.

Legato lecto, cenſentur legata ornamenta lecti.d.l.librorum.§.fi.

Legatum ſequũtur quædam acceſſionis iure potiùs, quàm ex ſignificationis verbi natura, licèt non ſit certa mens teſtatoris. d.§.fi.& ibi gl. fi.

Legatis armariis, & vinculis ferreis, in quibus mittuntur homines capti, continentur clauſtra, & claues.d.§.fi.& ibi gl.pe.

Legato argento, non cenſetur legata arcula, in qua reponitur argentum, niſi ex mente teſtatoris aliud appareat, l.argento.53.& ibi gl.fi.eod.

Legatis vaſis, non cenſentur legatæ abaces, & caſulæ æneæ, & pretioſæ, in quibus reponuntur illa, ſecus ſi caſulæ eſſent de vili materia, putà de palea, vel herba paluſtri, quales vendũtur Bononiæ, cum vitris ex modiolis.l.heres meus. 100. §.pen.& ibi gl.æneæ.eod,

Legato horreo inſtructo, continentur etiam vina, quæ ibi fuerunt, quo dominus eſſet inſtructior, ſecus ſi horreum ibi habuit, vnde inſtruebatur, vel in vrbe, vel in aliis prædiis.l.quæſitum.§.idem reſpondit.de fundo inſtr.

Legatum ſtatuæ non minuit additamentum brachij illi ſtatuæ factum à teſtatore.l.ſi ſtatuam.de auro, & argento legat.

Legata ſi fuerit gemma ex anulo, vel alij materiæ iuncta, valet legatum, & ſeparari debet gemma per actionem ad exhibendum.l. ſi gemma. & ibi gl.fin.eodem.

Legata ſi fuerint ornamenta adiuncta vaſis argenteis, vel alij materiæ, valet legatum, & actione ad exhibendum ea ornamenta debent ſeparari & præſtari. ibidem.

Legati ſi fuerint inaures, in quibus erant duæ margaritæ, vel duo ſmaragdi, etiam ſi poſteà de illis detraxerit ſmaragdos, intelliguntur legati, ſi exiſtant, etiam detractis ſmaragdis.l.pediculis.32.§.pe. eod.

Legata ſi fuerint ornamenta quædam mamillarum ex cylindris 34. & ex tympanis margaritis 34. etiam ſi poſteà teſtator detraxerit quatuor ex cylindris, & ſex de margaritis, reliqua debentur.ead.l.§.fin.

Reliqua verbo, Legatarius, 11. Emptus, 1. Venditus, 8. Acceſſio, Acceſſorium.

12 LEGATVM alimentorum relictum in annos ſingulos, vel menſes, vel relicta habitatio, extinguuntur morte legatarij, capitis tamen diminutione ipſius legatarij non pereunt.l.pen.& ibi gl.1.de capit. dimi.

Legatum ſi ſit relictum in cauſam alimentorum, in illam rem legatam non poteſt quis vti iure creditoris, cùm illud legatum cohærere videatur perſonæ. d. l.pe.& ibi add.marg.

Legatum alimentorum magis conſiſtit in facto, id eſt, ſi legatarius poſſit comedere, bibere, vel habitare, vel non, quàm in iure, id eſt, an ſit capax, vel non. d. l. pe.& ibi gl. fi.

Legatum alimentorum deſinit deberi, ſi legatarius amiſit ciuitatem, & tamẽ poſt amiſſionem ciuitatis poteſt relinqui.† gl. ferre debet.& ibi add.marg. in l. nõ diſtinguemus.32.§.ſacerdotio.de arbitris.

Legatum relictum in alimenta pauperum, videtur relinqui in honorem ciuitatis.l.ſi quid.117.& ibi gl.fi.de leg.1.

Legatum incertum relictum in his, quæ alimenta reſpiciunt, valet fauore alimẽtorum.l.Stichus lib. 12. & ibi gloſſ.fin.de legat.3.

Legatum alimentorum relictum libertis per deportationem libertorum non extinguitur, deſinit tamen poſſe præſtari. gl. deſierit. in l.ſolent. de aliment. vel cibar.

Legatum alimentorum relictum ab inſtituto debetur à ſubſtituto.l.libertis.§.fi. & ibi gl.pen. eod.

Legatum relictum alicui cum onere præſtandorum alimentorum, ſi à teſtatore in codicillis auferatur eidem, & relinquatur illud ſimpliciter alij, videtur huic ſecundo relictum cum onere, quo erat relictũ proximo.l. Caio Seio.eo.

Legatum alimentorum relictum ſeruis, qui erant legati ad cuſtodiam templi, etiam nondum templum extructo, debetur, & cogitur heres officio iudicis alimenta præſtare, etiam donec templum extrueretur, ne dum poſteà.l.ſeruos. eodem.

Legata alimenta Titio, ſi cum filio moraretur, debentur etiam poſt mortem filij, ſi Titius ſtetit cum filio, donec ipſe vixit, niſi gratia filij fuiſſet aliud dictum. l.Stichus.§.fin.& ibi gl.fi. eod.

Legatum alimentorum, & legatum, vt educes, & legatum victus paria ſunt, vt non ſolùm cibus, ſed etiam veſtiarium, & habitatio debeatur, ſecus eſt in legato verbo cibi, & diarij facto, quia tunc cibus tãtùm debetur.l.fi.& ibi gl.fi.eo.

Legatum alimentorum vel ad alimenta ſingulis annis relictum in principio cuiuſque anni eſt ſoluendum, quia tunc incipit egere.glo.voluntatis.in l.nec ſemel.§.1.quando dies legato. cedat.

Legatum alimentorum relictum in minùs ſolemni teſtamento, heres obligatur ſoluere ex triennali præſtatione, concurrente fauore alimentorum. gloſſ. fin. in addit.in l.4. C. ne vxor pro marito.

Legatum alimentorum conditio mixta deficiens per caſum non facit deficere, gl. fi. in l.1.C. de legatis.

Legata alimentorum ex minùs ſolemni voluntate vltima peti poſſunt, non ſolum pro præterito tempore, ſed etiam pro futuro propter triennalem præſtationem.l.1.C.de fideicommiſſis.

Reliqua verbo, Alimenta, 1. 2. 5. 6. 7, 9. Legans, 10. & inf. nu. 15. 110. Diarium.

LEGATVM quando debetur alicui annua, bima, trima die, & ſic per plures terminos, debet ſolui in fine cuiuſlibet termini. l.ſi cui legetur.45.de leg.1. 13

Legata tot ſunt, quot ſunt anni.glo.audiendus.in l.etiam ſi patre.§.1.de minorib.

Legatum ſi ſit relictum alicui ſingulis annis dum eſſet in Italia, & is reipub.cauſa abeſſet, vel captus eſſet, reſtituitur, vt perinde legatum percipiat, ac ſi non affuiſſet, non tamen reſtituitur, vt actionem habeat ad legatum petendum, cùm eam nunquàm habuerit l. Iulianus. §. fin. & ibi glo.fin. ex quibus cauſis maiores.

Legatum ſi ſit relictum alicui ſingulis annis, dum eſſet in Italia, ſi impediebatur eſſe in Italia, non debet habere legatum, quia alterius fauore eſt hoc adiectum, ſi tamen miles eſſet is, cui fuit relictum, propter militis priuilegium reſtituitur ad capiendum legatum. d. gl.fi.in add.

Legatum annuum relictum vxori, quoad ipſa cum filio moraretur, ſemper debetur, ſi per filium ſtat, quominùs ipſa cum eo moraretur, ſed ſi per caſum ſtat, debetur pro toto eo anno tantum, quo morari incœpit, non pro futuris. l.qui concubinam.19.§.pen.de leg. 3.

Legatum annuum relictum alicui, quoad cum filio meo morabitur, vel erit, intelligitur, quòd debeat morari in eadem terra, & in eadem domo, id eſt, quòd ſimul habitet, ſed ſi ita relictum ſit, quoad cum filio moretur, vel erit Capuæ, & ſic exprimendo locum, tunc ſufficit, quòd ſtent in eadem ciuitate, licèt ſimul non habitent. † d. §. pe. & ibi gl.non habitaſſent.

Legatum quando alicui relictum eſt, ita vt moraretur cum aliquo, vt illud habeat, debet morari tanto tempore, quantum bonus vir arbitrabitur, ſed in legato annuo relicto, quoad cum aliquo moraretur, habebit pro toto anno, quo morari incœpit, etiam ſi in minima parte illius anni moraretur.gl.quanto.ibid.

Legatum in ſingulos annos relictum, ſi non ſit ſcriptum, quo loco dari debeat, quocunque loco iure petatur, dari debet.l.1.de annuis legatis.

Legatum annuum veluti vſusfructus, vel diurnarum operarum primi anni, vel diei ſolui debet, aliàs heres tenetur ad totale intereſſe.l.1.& ibi gl.2. & glo. 1. in l.5. eod.

Legatum relictum annua, bima, trima die, debet præſtari per annuas præſtationes æquales, niſi alia mens teſtatoris ſit.l.3. eod.

Legatum relictum trima die, perinde eſt, ac ſi relictum eſſet annua, bima, trima die.d.l.3.§. ſed ſi ita. 14

Legatum annuum dicitur continere plura legata.l.4.eod.

Legatum annuum ad heredem legatarij non tranſit, niſi, cùm vnum legatum eſſet, exonerandi heredis gratia, præſtatio eius fuit diuiſa à teſtatore per annos. † gl. fi. ibi.

Legatum annuum vt tranſmittatur ad heredem legatarij integrè pro vltimo anno, ſufficit, quòd ille vltimus annus ſit cœptus.l.5.eod.

Legatum annuum non extinguitur propter mortem exequutoris.l.annuam.6.e.

Legatum annuum ad ludos ciuitatis ſacros, quibus honeſtas, & verecundia moribus caſtis ſeruata perſeuerat, valet, ſed ad impudicos ludos nullo modo valet, vel in aliud opus reipu. expendi debet.gl.1. ibi.

Legatum annuum perpetuò debetur, & ideò in eo plus eſt, quam in vſufructu legato, quod tempore finitur.gl.fi.ibid.

Legatum annuum, vel in ſingulos annos, ſimile eſt legato vſusfructus ſimpliciter relicto, quia legatum annuum morte legatarij finitur, ſicut legatum vſusfructus morte vſufructuarij.l.in ſingulos.8.eod.

Legatum annuum differt à legato vſusfructus, quia vſusfructus capitis diminutione maxima, vel media finitur, ſed non legatum annuum, item vſusfructus poteſt legari ita, lego tibi vſumfructum fundi, & quotieſcunque capite diminutus fueris, eundem vſumfructum lego tibi, quæ adiectio in annuo legato nihil operatur. ibi.

Legatum annuum differt à legato vſufructu, quia vſufructuarius, etiam ſi, maturis fructibus nondum tamen perceptis deceſſerit, ad heredem ſuum eos fructus non tranſmittit, ſed ſi ille, qui habet legatum annuum, deceſſerit, in ingreſſu cuiuſlibet anni totum legatum illius anni ad heredem ſuum tranſmittit. ibid.

Legatum annuum, vel in ſingulos annos relictum dicitur plura eſſe legata, & in primo cuiuſlibet anni inſpicitur, an legatarius ſit capax, vel non.l. cum in annos.11.eod.

Lega-

Legata ſicut per contra tab.patroni minuuntur,ita & per perceptiones heredum. l.ſi heres.125. eod.

Legatum peculium augeri ,& diminui poteſt etiam viuo teſtatore , & ideò res, quæ poſteà peculij eſſe incœperant,ad legatarium pertinent , ſicut & diminutio earum rerum quæ deſierant.l.peculium.65.de legat.2.

in Legato vniuerſitati augmentum , & diminutio contingens , etiam viuo teſtatore , ad legatarium pertinet.ibi.& §.ſi grex.& §.ſic peculium.Inſt.de legatis.

Legatum inſtrumenti fundi recipit augmentum,& diminutionem , & ideò venit cum reſtitutione fundi.l. 3. de fundo inſtructo.

in Legato peculij,vel equitij, vel in omni vniuerſitate ſub nomine collectiuo legata dicitur eſſe augmétum,& diminutio,& ita mora etiam non commiſſa venit augmentum, gl.contineri.ibi.& d.§.ſi peculium.Inſt de legat.

20 Legatum generis non minuitur per enumerationem ſpeciei contentiæ ſub genere , ſed per numerationem rei indiuiduæ , quæ continebatur ſub quadam ſpecie non nominata,ſed contenta ſub illo genere rectè minuitur in aliis rebus indiuiduis,quæ continebantur ſub illa ſpecie †.glo.non videri. in l. quæſitum. §.fi.de fundo inſtructo.

Legatum generis minuitur per numerationem ſpecierum , quando enumeratio ſpecierum reſpicit verbum,quod ſignificat actum legandi.d.§.fi.

Legatum generis, per numerationem ſpeciei ſcienter ab eodem factam non minuitur,quando numeratio facta eſt cauſa remouendæ dubitationis,vel ad maiorem abundantiam,ſi verò facta ſit cauſa taxationis,vel limitationis , & hoc conſtat,tunc minuitur.† d. gl. non videri.

Legatorum in teſtamento relictorum diminutio non pertinet ad legata , nec ad alimenta relicta in codicillis,vel in tabulis pupillaribus:l.libertis.§.poſtumis. de aliment.vel cibariis legat.

Legatum quando ſcinditur per contra tab. vel alia lege , ſcinditur onus per modum conditionis iniunctum,ſecus ſi per Facidiam minuatur , item ſecus in onere in vim modi adiecto.l.Plautius.43.de condit.& demonſt.

Legato diminuto per vſucapionem , viuo teſtatore , diminuitur etiam conditio dandi dicto legato adiecta.l.qui heredi.44.§.pen.eod.

Legata relicta in militia cum legatis poſteà relictis contribuuntur quoad diminutionem propter defectum patrimonij faciendam , ſed non quoad diminutionem faciendam ratione Falcidiæ.l.ſi poſt miſſionem. 17.ad legem Falcid.

Legato diminuto per Falcidiam non diminuitur fideicommiſſum à legatario relictum , ſi legatum remanſit ſufficiens ad onus , niſi alia mens teſtatoris probetur l.maritum.25.§.fin.eod.

Legata relicta à pupillo herede inſtituto , licèt non augeantur propter partem coheredis ſuccedentis pupillariter,tamen augentur ea,quæ à ſubſtituto in pupillari ſubſtitutione ſunt relicta.gl.pe.in l.quòd ſi,alterutro, 78.eod.

Legata relicta à pupillo , vel eius ſubſtituto , non minuuntur , nec augentur per augmentum,vel diminutionem bonorum contingentem penes pupillum , & omnium legatorum ſit contributio,l.in duplicib.79. eod.

Legatum ſi ſit relictum teſtatoris filiæ, nepti,pronepti , vel aliæ fœminæ remotiori deſcendenti , vel vxori , & eis non ſatiſdetur per heredem de ſoluendo legato , atque ideò mittantur in poſſeſſionem rerum hereditariarum, poſſunt diminuere aliquas de illis rebus cauſa veſcendi,ſi non habent quidquam vnde ſe alij poſſint:ſecùs eſt in maribus deſcendentibus à teſtatore:l. pe. & ibi gl. fi. vt in poſſeſſionem legatorum.

Legata,& fideicommiſſa ſpecialia non minuuntur per Trebellianum : ſed bene vniuerſalia relicta,gl. 1.in rub.C.ad Trebel.

Legata non minuuntur licèt hereditas expiletur,l.pe. C.de crimine expilatæ hered.

Legati peculij augmentum ſeruo contingens poſt mortem teſtatoris ante aditam hereditatem,cedit lucro ſerui.§.ſi peculium. Inſtit.de legatis.

Legati peculij augmentum contingens ex reb. peculiarib. poſt mortem teſtatoris ante aditam hereditatem,ſpectat ad legatarium:aliter non , ibid.

Legata ſi fuerit vniuerſa familia ſeruorum , vel certa familia; veluti ruſtica , vel vrbana,ſi poſteà illa familia augeatur,vel diminuatur , ad legatarium pertinet augmentum,vel diminutio,l.peculium,67.de legat. 2.

Legata pars à legatario eatenùs minuitur , quatenùs ſibi diminutum eſt legatũ; ſecùs ſi in totum rogatus ſit reſtituere , vel ſeruum manumittere , l. pœnales, 32.§.ſi Titio,ad legem Falcid.

Reliqua verbo, Augmentum , Legatarius,10.18.

21 LEGATVM non capaci tempore teſtamenti poteſt relinqui , cum capere poterit : ſimpliciter tamen non capaci relictum non valet, l. in tempus , 62. & ibi gl.1.de hered.inſt.

Legatum quando relinquitur Titio,& cuidam alij,qui capere non poterat , ſola medietas legati debetur Titio:ſed ei,qui capere non poteſt, aufertur alia medietas tanquàm ab indigno.& applicatur fiſco,& ideò illa non accreſcit Titio coniuncto,l.ſi Titio,7. & ibi gl. 1.de legat.2.

Legatum militiæ relictum ſcienter ſeruo alieno valet , & eius æſtimatio debetur domino ſerui , cùm ſeruus eam habere non poſſit,ſecùs ſi ignoranter legatum eſſet ſeruo alieno;quia tunc non valet legatum,quia non eſt veriſimile , quòd teſtator reliquiſſet militiam ei , ſi ſciuiſſet eum eſſe ſeruum, l. fideicommiſſa, 11.§.ſi ſeruo.& ibi gl.apparet.de legatis,3.

Legatum,quod ratione rei legatæ,vel perſonæ legatarij impeditur,non valet,gl. denegari.ibid.

Legatum militiæ quando relinquitur ignoranter ſeruo alieno , non impeditur omnino ratione rei, nec perſonæ ; ſed ex coniecturata mente teſtatoris ; quia præſumitur,quòd cùm ſerui non conſueuerint habere militiam,ſi ſciiſſet eum ſeruum eſſe, quòd nihil eſſet relicturus , ibid.

Legatum relictum damnato in metallum,vel alij incapaci extra cauſam alimentorum pro non ſcripto habetur,nec quæritur fiſco,l.3.de reg.Catoniana.

Legatum,vel hereditas non quæritur fiſco poſt teſtamentum herede , vel legatario damnato in metallum,ibid.

Legatum relictum incapaci,non vindicatur à fiſco:ſed apud eum,à quo relictum eſt , remanet,ſi viuo teſtatore legatarius incapax deceſſit, l.fi.de his , quib. vt indign.

Legatum , ſeu fideicommiſſum ſiue palam , ſiue tacitè quando relinquitur indignis,tunc confiſcatur tale relictum; ſi verò incapacib.& palam non valet relictum : ſed remanet apud relinquentem;ſed ſi tacitè relinquitur, illud quoque confiſcatur,intellige id tacitum, quando non in teſtamentis,vel codicilis , vel publico inſtrumento quis fidem teſtatori accommodauit de reſtituendo incapaci.gl.1.in add.marg.in l. 1.C.de delatorib.lib.1.

Legata ſi fuerit militia cantoris muto , vel militia curſoris debili , vel militia liberi ſeruo à teſtatore hoc ſciente valet legatum , & debetur æſtimatio , ſecus ſi ignorans vitium legaſſet , gl. 1. in l. ſed ſi res,42.de legatis , 1.& gl.vitium, in l.filiusfa. 117.§.ſi quid alicui , de legat.1.

Legata ſi fuerit militia ei,qui capere non poteſt propter delictum ſuum, non valet legatum, nec debetur æſtimatio ; ſed ſi non propter delictum ſuũ:ſed propter aliã cauſam capere non potuit,debetur ei æſtimatio,ſi teſtator ſciens militiã capere nõ poſſe,legauit,ſecùs ſi ignorãter,l.mortuo boue,50.§.1.de leg.2.

Reliqua verbo, Capacitas, Fideicommiſſum 25.26.Monachus 4.Legatarius,12.Heres , 88.inf.nu.107. 108.

LEGATVM codicillis relictum ei , qui tempore codicillorum non eſt in rebus humanis , non valet , licèt tempore teſtamenti fuerit , l. quidam referunt. de iure codicillorum. 22

Legata in codicillis relicta,vel adempta ab inſtitutis in teſtamento non valent,ſi omnes inſtituti erant mortui tempore codicillorum : ſecùs ſi aliquis eorum ſupereſſet tempore codicillorum, gl.inſtitutus,in d. l. quidam.in principio,& in §.fi. eod.

Legata in codicillis relicta à duobus inſtitutis , quib. datus erat ſuus ſubſtitutus: vno eorum mortuo ante codicillos, alter ſuperſtes ſolus tenetur integra legata ſoluere , neque tenetur ſubſtitutus cohæredis mortui,niſi teſtatoris voluntas fuiſſet , vt ex vniuerſa hereditate ſolueretur , quia tunc heres ſuperſtes , & cohæredis ſubſtitutus tenentur ſoluere pro hereditaria portione,d. l. quidam. §.fi.cum l.ſeq.

Legatum relictum in codicillis nullo facto teſtamento debetur à poſtumo præterito nato, vel alio quocumque ſuccedente ab inteſtato,l.ab inteſtato,eod.

Legatum relictum in codicillis facto teſtamento ante , vel poſt codicillos , non debetur à poſthumo præterito nato ab inteſtato ſuccedente ; quia cùm teſtamentum non valeat, nec codicilli ex eo capientes vires, d.l.ab inteſtato. & ibi gl.pe. & vlt.

Legatum codicillis relictum ab vno ex duob. ſuperſtitib.filiis , quorum alterum putabat pater deceſſiſſe: debetur tamen pro parte dimidia ab eo filio, ad quem codicilli ſcripti ſunt, niſi pro parte dimidia præſtari non poſſit : quia in nihilum debetur,l.pen. eod.

Legatum indiuiduum codicillis relictum à filio, quem pater putabat in ſolidum ſibi ſucceſſurum,in partem tantum dimidiam debetur,& non inſolidum,gl.fi. in l.qui graui.& l.pen.de iure cod.

Legatum indiuiduum codicillis relictum à filio, quem pater putabat in ſolidum ſibi ſucceſſurum in nihilum debetur,ſi filia præterita cum ea ſucceſſerit , fallit in legato libertatis,quia in totum debetur a dicto filio , qui a ſorore debet redimere aliam partem,d.l.qui graui.& ibi gl.fi.cum l. ſeq.

Legatum ſerui relictum ſpecialiter ab vno ex heredib.in teſtamento,ſi relinquatur vniuerſaliter ab omnibus heredib. in codicillis , legatarius ſemel tantum debet habere legatum : non enim tenentur heredes inſolidum , niſi teſtator ſpecialiter expreſſiſſet, quòd quilibet teneretur in ſolidum , † l. ſi tibi homo. 88.§.1.& ibi gl.ab omnib. de leg.1.

per Legatum generale iniunctum omnib.heredib. in codicillis , non videtur receſſum à ſpeciali legato iniuncto in teſtamento,vni ex heredib. d.§.1.

Legatum relictum libertis,qui in codicillis nominabuntur , redditur nullum , ſi nulli liberti in codicillis fuerint nominati,l.qui plures , 18.de vſufruct.leg.

Legatum relictum in teſtamento cum aliquo onere,ſi in codicillis eidem relinquatur ſimpliciter,& non expreſſo onere,intelligitur relictum ſine illo onere, gl. 1.in add.in l.Caio Seio,de alimen.& ciba.

Legatorum,quæ in codicillis relicta ſunt,dies perinde cedit , atque cedit dies legatorum relictorum in teſtamento,l.quod purè , §. fi. quando dies legati cedat.

Legata ſicut non debentur ex teſtamento non adita hereditate : ita in codicillis ab inteſtato relicta non debentur non adita hereditate, l. 2. de fideicomm. liberta.

Reliqua verbo, Codicilli, Teſtator.9.21.

LEGATVM reſpiciens honorem.& vtilitatem publicam factum parti ciuitatis valet, l.ſi quis à filio,32.§.fi.de leg. 1. 23

Legatum relictum ciuitatib.valet,ſiue relinquatur in diſtributionem , ſiue in opus,ſiue in alimenta,ſiue in eruditionem puerorum , ſiue in aliud quodcumque , l.ſi quid. 120.eod.

Legatum relictum imaginib,in ciuitate depictis valet, & debetur legatum loco, vel domino loci,in quo depictæ ſunt,d.l.ſi quid.in add. marg.

Legatum relictum ciuitatibus etiam ſine iuſta cauſa valet;ſed non donatio inter viuos facta ſine cauſa,niſi quando donans cepit ſoluere,† gl. fi.ibid.

Legatum relictum ciuitati ſub modo ita, quòd non adimpleto modo remaneret apud heredem,ſi ſoluatur ante modum,reuocatur,ſi poſteà legatarius non adimplet modum,l.liberto,21.§.Lucius,de annuis leg.

Legatum relictum ſimpliciter ciuitati ad celebrandas feſtiuitates poteſt conuerti in alios vſus ciuitatis,putà in reparandos muros,niſi teſtator expreſſè dixerit , quod ſi ciuitas nollet feſtiuitates celebrare,remaneret penes heredem , d. §.Lucius,& ibi gl. vtili.

Legatum annuum ciuitati relictum durat ſolùm centum annis , & non plus , † gl. 1.in l.ſi vſusfructus,8. de vſufructu legato.

Legatum relictũ ciuitati ad opus illicitum adhibitis hered.& primatib.ciuitatis, debet conuerti ad opus licitum, ſecùs ſi ad opus licitum fuiſſet relictum,l. legatum,16.cum l.ſeq.eod.

Legatum ſi ſit relictum reipub.vt ex eorum reditu ludi liciti celebrentur,reſpub. ſi pro aliquib. annis ceſſauit facere ludos , tenetur reditus perceptos pro illis annis reſtituere heredibus vel compenſare in aliam ſpeciem legati ex eodem teſtamento relicti,l.quidam reipub.17.eod.

Legatum , per quod quæritur ciuitati aliquod ornamentum,valet,licèt nondum ſit in

cuiuſcumque rei ſub conditione legatæ,l.ſi fundum,104.& ibi gl.fi.eod.

Legatum ſub conditione relictum quandoque intelligitur purum quoad tranſmiſſionem; veluti ſi legatum relictum ſit ſub eadem conditione alicui, ſub qua erat alius heres inſtitutus; item quãdo relinquitur legatum ſub conditione,ſi heres hereditatem adierit, & tunc legatarius ſi decedat ante conditionem tranſmittit,l.aliquando, 106.& ibi gl. 1.eod.

Legatum purum quandoque intelligitur conditionale;veluti legatum purè relictum, ſi ſub conditione ademptum ſit; quia ſub contraria conditione datum intelligitur,ibid.

in Legatis conditionalib.& in diem tantò minùs dicitur eſſe in legato, quantum facit ratio interuſurij,& medij temporis,l.circa legem,66.ad leg.Falcid.

Legatum quando relinquitur ſub conditionem, quæ de iure impleri non poteſt, ſufficit, quod impleatur de facto, quamuis factum ſit inutile;legatum tamen erit vtile,gl.ſtatim,in add.marg. in l.5.quando dies legati.

Legatum ſi relictum ſit alcui ſub eadem conditione,ſub qua heres inſtitutus fuit, dies huius legati cedit, atque ſi purè relictum eſſet, quia certum eſt herede exiſtente debitum iri relictum legatum legatario,l.ſi dies,21.§.fi.quando dies legati ced.

Legata relicta ſub conditione deficiunt deficiente conditione, ſub qua relicta ſunt,gl.habiturus,in l.ſi peculium,20.§.is,cui.de ſtatuliberis.

Legata mihi res ſub conditione, ſi per heredem ſub eadem conditione mihi legetur,exiſtente conditione efficitur res mea ex vna cauſa tantum; ſcilicet ex prima,& non ex duab d.gl.mag. verſ.ſexto,in l.3.§.ex plurib.de acq.poſſ.

Legatum relictum militi ſub conditione,ſi tutor fuerit,talis conditio eſt impoſſibilis de iure in milite,vnde reiicitur conditio,& valet legatum; ſecùs tamen eſt in alio,gl.fi.in l.ab adminiſtratione, C.de legatis.

29 Legata,& fideicommiſſa pura habentur loco actionum hereditariarũ, quib.tenetur hereditas, vel heres, quamuis hereditas non teneretur; conditionalia tamen non habentur loco illarum,l. hereditariarum 39.& ibi gl. loco,& gl. pe. de actio.& oblig.

Legatum poteſt eſſe in pendenti,antequam eius dies cedat;ſed ſtipulatio pura: id eſt ſubſtantia ſtipulationis non poteſt eſſe in pedenti; ſed acquiſitio: id eſt cui acquiratur,bene poteſt eſſe in pendenti, l.vſusfructus,26. de ſtipulatione ſeruorum.

Legatum relictum mulieri,ſi aliquid pariat, habebit ipſa,licèt aliquid monſtroſum pariat,niſi ex delicto mulieris id contigiſſet,vt quia habuit rem cum aliquo animali irrationali,l.quærat aliquis,135.& ibi gl.fi.de verb. ſign.

Legatum relictum ad tempus certum, vel incertum valet, quo finito ad heredem reuertitur,l.fi.C.de legatis.

Legatum relictum mulieri ſi vidua erit, vel cùm vidua fuerit, vel quoties fuerit vidua,ſi efficiatur vidua, ſtanti conſequetur illud, licet in viduitate non durauerit, l.fi.C. de indicta viduit.

Legatum ſi ſit relictum Titio,ſi Sempronio dederit decem, Sempronius Secundus iſto caſu nullam habet actionem nec olim, nec hodie: & ideò petere non poteſt,† gl.j.& ibi adim.l.fi.C.de his,quæ ſub mo.

Legatum relictum ſub conditione,non poteſt peti,niſi impleta conditione,d.l.fi. & ibi gl. 1.

Legatum conditionale eſt, quando quis legat aliquam rem,ſi Capitolium aſcenderit vel ſi nauis ex Aſia venerit:& hæc eſt ſimplex conditio, gl.2.ibid.

Legatum ſi ſit relictum ſub conditione, ſi cum Titio moraretur legatarius, non poteſt petere,ſi per eum ſtetit,quominùs moraretur, ſecus ſi per eum non ſtetit,l.3.& ibi gl.fi.C.de cond.inſert.

Legatum ſi ſit relictum ſub incerta die in perſona legatarij; veluti cùm morieris, lego tibi decem, perinde eſt ac ſi in diem certum relictum ſit,gl.pe.in l.1.§.1. C.de caducis.

30 Legatum,vel fideicommiſſum relictum ſub conditione caſuali, poteſtatiua, vel mixta,aut in diem incertum, non cedit, niſi adueniente conditione, vel die certo:etſi interim legatarius,vel fideicommiſſarius deceſſerit,non tranſmittitur;ſed vadit ad ſubſtitutum,vel coniunctum,vel remanet penes heredem,d.l. 1.§. ſin autem.

Legatum ſub conditione relictum ante euentum conditionis non cedit,vt tranſmittatur, niſi ſit talis conditio, quæ omnino eſt extitura incontinenti adita hereditate,vt des decem,ſi heres eris,gl.conditio.in d.l.1.§.ſin autem.Cod.de caducis tollen.

Legatum ſi ſit relictum ſub conditione,quæ omnino eſt extitura, vt lego tibi decem,cùm morieris,vel ſi morieris,ſtatim à morte teſtatoris cedit,& tranſmittitur, ibid.

Legatum ſit ſit relictum ſub conditione, quæ tacitè ineſt, vt lego Titio decem à primo legatario,tacitè intelligitur, ſi primus legatarius ſuum legatum agnouerit, ſtatim à morte teſtatoris cedit,& tranſmittitur,ibid.

Legatum ſi ſit relictum ſub conditione, ſi interim legatarius moriatur ciuiliter: vt quia ſit factus ſeruus, non tranſmittitur; ſed ſi non ſit factus ſeruus, tranſmittitur ad heredes,gl.ſuperſtite, ibid.

Legatum ſi ſit relictum ſub conditione, ſi cum liberis deceſſerit, ſi liberos habuerit legatarius:ſed eo viuo ſint mortui,deficit conditio,gl.fi.in l.4.C.quando dies legati.

Legato ſi ſit adiectum tempus, tunc facit legatum conditionale ita; quòd interim decedens legatarius non tranſmittit ad heredes:ſed ſi præſtationi ſit adiectum,tunc non facit legatum conditionale,& legatarius interim decedens nõ tranſmittit ad heredes;expectabitur tamen dies,l.pe.C. eod.

Legata res ſub conditione,interim pendente conditione dicitur eſſe hereditatis, l.& poſt litem,12,§.j. famil.erciſc.

31 Legata res ſub conditione etiam hodie poteſt pendente conditione alienari ab herede,& poſteà exiſtente conditione reuocatur alienatio,& eam vendicat legatarius,† l.ſeruo legato,71.§.j.& ibi gl.alienauerit,† de legat. j.

Legatus ſeruus ſub conditione non poteſt manumitti pendente conditione, per heredem, ibid.

Legatus fundus ſub conditione ſi debeat ſeruitutem fundo heredis, vel fundus heredis fundo legato,licèt cõfuſione dominij vtriuſque fundi extincta ſit ſeruitus,priſtinum ius reſtituendum eſt fundo heredis in fundo legato;& ſi legatarius non patiatur ſeruitutem imponi; poteſt opponi exceptio legatario petenti legatum,l.legatum,119.§.fi.eod.

Legato fundo ſub conditione,ſi fundus heredis ſeruitutem debeat, quæ extincta eſt per dominij confuſionem, reſtitui debet illa ſeruitus, cum fundus legatus præſtatur legatario,& ſi ſeruitus non reſtituatur illi fundo per heredem,legatarius adhuc poteſt agere actione ex teſtamento pro illa ſeruitute, ibid.

Legatus ſi ſit fundus alicui ſub conditione,ſi daret centum heredi,valet legatum, licèt non ſint centum in legato;quia poteſt intereſſe legatarij eum habere, licèt non valeat plus;ſi verò non intereſſet,non valet:vt quia centum ſunt legata,ſi centum det heredi,gl.fi.in l.ciuitatib.his.§.fi.eod.

Legatus ſi ſit fundus valens centum ſub conditione,ſi centum dederit heredi, vel cuilibet alij,valet legatum: quia aliàs poteſt intereſſe legatarij fundum potius habere,quàm centum,l.ſi cui fundus,56.de lega.2.

Legata pœnus ſub conditione ante moram eſt in obligatione ciuili,& naturali,l. 1.& ibi gl.1.de penu legata.

Legatus ſi ſit fundus Titio, ſi decem dederit,nec partem fundi poteſt conſequi, niſi totaliter decem dederit,ſecùs ſi legatum ſit duob.ſub conditione,ſi decem dent,quia vnus dando quinque,conſequitur partem fundi,gl.pe.in l. ſi plures, 6.C. de conditio. & demonſtr.

in Legato appoſita iuriſiurandi conditio,veluti ſi iuraueris non aſcendere Capitoliũ,nõ valet,niſi in duob.caſib.gl. fi.in l.ſi quis inquilinos, 119.§.fi.de leg. 1.

Legatum relictum ſub conditione iuriſiurandi de præterito, vel de præſenti valet,& adimpleri debet conditio; ſecus quando conditio iuriſiurandi eſt de futuro;quia tunc conditio iuriſiurandi remittitur legatario,gl.fi.in l.municipib. 96.de cond.demonſtr.

Legatum ſub conditione iuriſiurandi ſi fuerit relictum alicui, conditio hominis: id eſt teſtantis:dicitur tantum iuriſiurãdi conditio, quæ remittitur; ſed legis tacita eſt de dando, vel faciendo id, quod venit in iuramento, non facit rem conditionalem,quæ tacita conditio quantum ad tranſmittendum non facit rẽ contionalem, gl.fi.in l.quæ ſub conditione,8,§.fi.de cond.inſt.

Reliqua verbo,Conditio,14. vſque 21.34.Conditionalis, Fideicommiſſum, 28.29. 30.*Legatarius*,24.25.26.36,*Dies*,6.*Heres*,109.*inf.nu.*52. 53.

32 LEGATVM relictum alicui,cum 14.annorum erit,tunc is legatarius conſequitur,cum 14.annos impleuerit, nec ſufficit,quod tantum eos inchoauerit, l. ſi cui legatum,51.& ibi gl...de legat. 1.

Legatum ſi ſit relictum,cùm ad 14 annos peruenerit legatarius,annua,bima,trima die,ſi is mortis teſtatoris tempore fuerit decem,& ſeptem annorum, conſequetur totum legatum tanquam purum; ſed ſi quindecim annorum fuiſſet, partem legati pro primo anno tanquam puram ſtatim conſequetur; ſed aliæ duæ partes remanentes debent ſolui ei poſt biennium completum; ſed ſi eſſet ſexdecim annorum,conſequetur ſtatim duas partes,& tertiam poſt annum, ſi tres menſes deſint ad 17.annum complendum, & hoc ſi teſtator ignorans legatarium eſſe maiorem 14.an.ſic legauit; ſed ſi ſciuit, tunc triennium ex die teſtamenti facti numeratur,d.l.ſi cui leg.

Legatum factum alicui,cum ad 14. annum peruenerit, etiam ſi tempore teſtamenti eſſet maior. 14.annorum,valet, ibid.

Legatum factum, cùm 14.annorum erit, conſequetur legatarius cùm vltimum annum incœperit,gl. 1.ibid.

Legatum relictum cum peruenerit ad 14. annos; conſequetur legatarius in fine anni,& ſic annus cœptus non habetur pro completo; fallit in filio minore agente de hereditate paterna,& ad conſequendum officium in repub.ibid.

Legatum relictum,cum ad 14.annum peruenerit,annua bima trima die, conditionale,& in diem eſt,conditionale eſt quamdiu 14.annus completus ſit: poſteà verò in diem,d.l.ſi cui.§.hoc autem.

Legatum ſi ſit relictum, cùm ad 14.annum peruenerit, annua bima trima die, ſi is ante 14. annũ deceſſerit,ad heredem nihil transfert,ſed ſi poſt, ad heredem transfert,ibid.

Legatum relictum filiofa.minori 14.an.cùm is in ſuam tutelam peruenerit, intelligitur relictum,cùm pubes erit,nec expectatur,quod fiat ſui iuris,niſi mater habens mariti vitã ſuſpectã legauerit filio cõmuni minori, vel maiori 14. an.cùm is in ſuã tutelam peruenerit; quia tunc vt legatũ cõſequatur,expectatur nõ ſol,ũquòd fiat pubes;ſed etiã quòd fiat ſui iuris,l.cũ filiofa.48.de leg.3.

Legatum relictum patrif.impuberi,cùm in ſuam tutelam peruenerit,intelligitur relictum,cùm ad pubertatem peruenerit, niſi mens teſtatoris appareat velle relinqui,cùm ad 25.annos perueniſſet,d.l.cum filiofa. verſ.quòd ſi quis.

33 Legatum relictum patrifa.puberi: minori tamen 25.an. cum is in ſuam tutelam peruenerit,intelligitur relictum,cum is ad 25.annos peruenerit,ibid.

Legatum maiori 25.an.furioſo,vel prodigo, vel ei,cui prætor ex cauſa curatorẽ dedit,ita relictum,cùm in ſuam tutelam peruenerit,intelligitur relictum, cũ liberabuntur cura; id eſt quando furioſus ſanam mentem; & prodigus bonos mores recuperabunt,d.verſ.quòd ſi quis.& ibi gl.tutela.

Legatum relictum filiofa.puberi,vel maiori 25.an.cùm peruenerit ad ſuam tutelam,intelligitur relictum,cùm is ſui iuris factus fuerit l.cum filiofa. 48. verſ. ex his,de legatis, 3.

Legatũ relictum ſeruo,vel filiof.puberi cùm ſui iuris factus fuerit,intelligitur,cũ ad poteſtatem propriam peruenerit,& idem, cùm mater odiens patrem legauit filiofa.impuberi cùm ſui iuris factus fuerit; quia cenſetur legaſſe, cùm ad ſuam poteſtatem perueniſſet,d.l.cum filiofa.

Legatum relictum patrif. impuberi, cum ſui iuris factus fuerit,intelligitur,cùm ad pubertatem peruenerit, ſed legatum relictum patrifa. puberi,cùm ſui iuris factus fuerit,intelligitur relictum cùm ad 25.an.deueniſſet,ibid.

Legatum relictum alicui,cùm ſuæ ætatis fuerit factus,vel legitimæ ætatis,vel cũ iuſtæ ætatis ſit factus,vel cùm maturæ ætatis ſit, vel cũ adoleuerit, intelligitur relictum quandoque,cũ factus fuerit pubes;quandoque,cùm habuerit 25. an. in dubio tamen intelligitur de 25.annis,d.l.cum filiofa.§.fi.& ibi gl. fi.

Legatum relictum filiæfa.impuberi, cùm in ſuam tutelam peruenerit, intelligitur,relictum,cum viri potens facta fuerit:id eſt cum 12.annos habebit, l. ſi filiafa.49.& ibi gl. 1.eod.

Legatum relictũ Titio, cùm is 14.annorum eſſet factus,mortuo eo ante 14.annum,non tranſit ad heredem Titij legatarij: quoniam tale legatum continet

in ſe

matrimonia fieri ad sobolem procreandam, item valet legatum, vt nuberet certæ personæ,si illi certæ personæ honestè nubere possit,non aliàs,gl.quæ verò, ibid.

Reliqua verbo,Conditio,16.Conditio,31.32.33.Fideicommissum,29,30.Institutus,5.6.Legatarius,16.inf. nu. 60.

39 LEGATA caduca remanent apud heredem cum onere suo etiam iure Digestorum, l. Celsus pater,29.de lega.2.g.ei rei.in l.Titia,19.de annuis leg.& l.si ab eo,cui,9.de vsufruct. leg.

Legatum caducum dicitur, quando legatarius post mortem testatoris repudiat, gl.fi.in l.ab eo,cui.9.de vsufruct.legat.

Legatum quando relinquitur ei,qui nunquam fuit in rerum natura,vel fuit, sed mortuus est ante tempus testamenti, dicitur caducum, l. 1.§. & cum triplici. C. de caducis tollend.

Legatum si sit relictum alicui,& ille postea decessit viuo testatore,illud legatum dicebatur esse in causa caduci,ibid.& gl.fi.in l.si ab eo,cui,9. de vsufructu leg.

Legatum quando expirabat, forte quadam conditione, sub qua relictum fuerat, deficiente, illud appellabatur esse in causa caduci.d. l. 1. §. & cum triplici.C. de caducis.

Legatum quando relinquebatur alicui, & ille, si mortuo testatore repudiabat, vel decedebat ante aperturam tabularum,vel si desinebat legata res esse in humanis,dicebatur propriè caducum,d.§.& cum triplici.& ibi gl. fi.

Legatum si sit relictum ei,qui ab hostibus captus sit, & ibi decessit legatarius ante tempus testamenti, dicitur caducum,gl. non fuerat,ibid.

Legatum caducum, quod pro non scriptum appellabatur,debet remanere penes hæredem,nisi in eo legatarius habuerit substitutum, vel re coniunctum, quia tunc ei debetur,& regulariter sine aliquo onere,d.l.1. §.in primo.

Legatum caducum,quod pro non scriptum appellatur, quandoque vadit ad non coniunctum potius,quàm ad eum redeat,à quo est relictum, gl.ad illos,ibid.

Legata quasi caduca deuoluebantur olim ad fiscum, quod hodie correctum est, d. l. 1.§.pro secundo.& ibi gl.1.

Legatum,quod efficitur quasi caducum,primò deuoluitur ad substitutum, deinde ad coniunctum, & his non volentib. vel non extātib. remanet apud eum, à quo relictum est, & à quocunque eorum debetur onus ei adiectum, d. §. pro secundo.

Legatum pro non scriptum ideò transit sine suo onere ad substitutum, vel remanet penes heredem illis nolentib.vel non extantib. quia à principio tale legatum non teneret,& ideò neque onus,g.sentire,ibid.

Legatum caducum transit cum suo onere ad substitutum, vel coniunctum, vel illis non extantibus remanet apud heredem cum suo onere, quia in principio cœpit valere legatum,ibid.

Legatum caducum vadit ad substitutos,vel coniunctos cum onere suo pro virili, vel illis non extantibus ad heredes cum onere suo pro hereditaria portione, nisi testator reliquerit ab vno herede,tunc remanet solùm penes grauatum.d. l.1.§.sed vt manifestetur.

Legatum caducum,vel quasi caducum transit cum onere suo, si onus consistit in dando, vel in faciendo, si per alium onus potest fieri, secùs si per alium non posset fieri,quia tunc transit sine onere,d.l.1.§.ne autem hoc.

in Legatis caducis, vel quasi caducis, quæ transeunt ad substitutos, vel coniunctos, vel remanent penes heredes cum suo onere, ipsi pro simili parte lucrum debent sentire,& onus subire,ibid.

Reliqua verbo,Caduca,Lex.24.

40 LEGATORVM præstandorum satisdatio per heredem pacto legatarij potest remitti:sicut potest à testatore remitti,l. pactum inter heredem,de pactis.

Legata,si quis mota sibi controuersia hereditatis sine cautionibus dederit, dolo carere non videtur,l.dolo,41. ad legem Fal.

Legatorum nomine satisdari prætor putauit, vt detur, vel fiat eisdem, quibus testator voluit dari,vel fieri, & legatarij stipulentur dolum malum absuturum, l.1.vt legatorum, seu fideicommiss.

Legatum quando relinquitur ei,qui in potestate est, tenetur heres cauere ei, cuius iuri subiectus est sub conditione, scilicet si die legati cedente erit in potestate, sed & ipsi filio in potestate erit cauendum sub conditione, si tunc esset sui iuris,d.l.1.§.planè si ei.& §.fi.& l.sed & ipsi.& ibi gl.1. eod.

Legatum quando relinquitur filio sui iuris,non compellitur heres satisdare patri,d.l.1.§.fi.

Legatū quando relinquitur ei,qui in potestate est,& heres cauerit patri, vel domino simpliciter de legato soluendo sibi,exceptione remouetur pater,vel dominus,si tempore existentis conditionis filium,vel seruum legatarios non habeant in potestate,& ita tunc cautum eis non videtur,ibid.

Legatorum nomine quando satisdatum est,simul atque dies legatorum cessit, id est venit dies,protinus eodem die ex testamento, & etiam ex stipulatione debentur legata, non tamen ita, vt statim peti possint cum effectu. l. cùm legatorum,cum leg. seq. vt legatorum nomine.

Legatum sub conditione si sit relictum ab herede, qui post aditam hereditatem, & satisdationem legati nomine præstitam mortuus fuit,fideiussores, & etiam heres heredis tenentur ex satisdationis stipulatione, quæ non tantùm in personam,sed etiam in rem concepta fuit,l.si à te herede,& ibi gl. fi. eod.

pro Legato etiam purè relicto locum habet satisdatio de soluendo legato, quia susceptio iudicij pro legato petendo habet non nullas moras,l.etiam, eod.

Legati satisdatio locum non habet in liberatione legata,gl.fi.in l. 1. C. vt in possessionem legatorum.

Legata res si dubitetur,an sit in rerum natura, heres debet cauere de persequendo,& de restituendo,si eam inuenerit,l.seruo legato,72.§.fi.de legat.1.

Reliqua verbo,Heres,128.129.Satisdatio,3.Testator,29.Legatarius,26.27. 28.

41 LEGATVM relictum ob causam determinatur secundum causam sibi annexam,l.Seio amico, 10.de annuis. leg.

Legatum non arctat causa,quæ respicit fauorem legatarij,l.libertis, de aliment. & cibariis.

Legatum relictum militi propter gerendam tutelam,quamuis non gerat:nihilominùs debetur ei,& speciale est in milite,gl.fi.in l.pen. C. de legatis.

Legatum relictum tutori, licet tutelam non gerat, debetur ei, quando aliàs testator ei legaturus erat,ibid.

Legatum relictum alicui propter gerendam tutelam, licèt tutelam non gerat, debetur ei,quando paratus est subire tutelam:sed non inuenitur idoneus, quia est minor, ibid.

Legatum in dubio videtur factum non solùm contemplatione eius, cuius principaliter interest,sed etiam contemplatione eius,cuius minus interest, l. si legetur,51.§.fi.de legat. 1.

Legatum si est factum vni, & actio ex eo competit alteri non nominato, tunc dicitur factum contemplatione non nominati, & eius respectu valet, secùs quando non competit actio alteri non nominato,d.§.fi. & ibi gl. non valet.

Legatum annuum relictum alicui eius cōtemplatione,quousque cum Titio moraretur,etiam mortuo Titio debetur ei,g.fi.in l. 1.C.de legatis.

Legatum annuum relictum alicui contemplatione heredum, quousque cum heredib. moraretur, deficit pro parte, si pro parte moriuntur,vel ex toto, si non habitet cum eis, ibid.

Reliqua verbo,Datum, 1. vsque 7.

LEGATVM non potest conferri in voluntatem liberam heredis,sed bene in voluntatem legatarij,l.Senatus,45.§.legatum,& ibi gl.legatum, & l. si ita legatum, 68.§.1.& ibi gl.heredem,de legat.1. 42

Legatum potest conferri in voluntatem tacitam tertij,sed non in expressum, gl. legatum, ibid.

Legatum non potest conferri in liberam voluntatem heredis,putà,si volet, vel si libuerit: sed rectè potest in non liberam voluntatem, & quasi in boni viri arbitrium: veluti si iustum putauerit heres, ibid.& l. si sit legatum,79.eod. & l. fideicommissaria,46.de fideicommiss.libertat.& gl.2.in l. 1.de leg.2.

Legatum ita factum, cùm voluerit heres,vel nisi voluerit, valet,d. gl. legatum, in l.Senatus,45.§.legatum,de legatis,1.

Legatum potest conferri in arbitrium alterius, quod intelligitur de boni viri arbitrio,sed non in liberam voluntatem tertij,gl.1.in l.captatorias,67.eod.

Legatum libertatis speciali iure potest conferri in voluntatem tertij, quamuis sit captatoria dispositio, gl.1. ibid.

Legatum relictum in voluntatem legatarij est conditionale, & ideò si decedat, antequàm declaret se velle, non transmittit ad heredem,licèt simpliciter, & sine adiectione voluntatis legatarij relictum transmitteret, l. si ita legatum, 68.§.1.eo.& gl.libertas, in l.fideicommissaria,46.de fideicommissa. libert.

Legatum in alterius arbitrium, si conditionaliter conferatur, suspenditur, sicut per quamlibet aliam conditionem,sed si conferatur non conditionaliter, non suspenditur, l. 1. de legat.2.

Legatum potest relinqui alicui sub conditione, si Titius arbitratus fuerit, sicut & potest relinqui sub conditione,si Titius Capitolium ascenderit, vel sub alia qualibet cond.d.l. 1.& ibi gl. 1, & 2.

Legatum quando confertur in alterius arbitrium, is, in cuius arbitrium confertur,non cogitur arbitrari, & si is non arbitretur, nihilominùs valet legatum, quia committitur in alterius arbitrium non conditionaliter,secùs si committatur conditionaliter, † d.gl.2.

Legatum quando in alterius arbitrium confertur, si is non arbitretur, vel malè sit arbitratus, potest recurri ad alium, sed in contractibus non arbitrante eo, non recurritur ad alium,secùs quando is malè arbitratur, quia tunc recurritur ad alium,ibid. 43

Legatum quando in alterius arbitrium confertur,si is arbitretur, debet arbitrari illud pro viribus patrimonij testatoris secundum merita legatarij, & charitatem, ibid.

Legatum relictum arbitrio legatarij valet, siue dicatur ad arbitrium, siue si voluerit,ibid.

Legatum potest conferri in arbitrium tertij, si arbitrium illius ponatur in vim conditionis, veluti si Titius arbitratus sit secùs si non ponatur in vim conditionis:veluti lego arbitrio Titij,quia tunc non valet, d. l. 1. & ibi gloss. 2. in fin.

Legatum valet,etiam si conferatur in conditionem,quæ in alterius potestate cōsistit,veluti si in Capitolium non ascenderit,vel si ascenderit, l. 3. eod. & l.fideicommissaria. 46.de fideic. lib.

Legatum potest relinqui sub conditione, si heres in Capitolium non ascenderit, & tunc est locus Mutianæ cautioni, ibid.

Legatum si sit relictum Titio, aut Seio, cui eorum heres velit dare,heres alteri dando liberatur ab vtroque,sed si neutri dederit,vterque potest petere, ac si sibi soli esset legatum, & priùs occupantis sit melior conditio, l. si Titio, aut Seio, 16.& ibi gl.fi. de leg.2.

Legatum relictum, cùm heres volet,intelligitur legatum deberi post mortē heredis,secùs si relictum sit,si heres vellet: quia tunc moriendo non intelligitur velle,l. vxorem, 39.§.pe.& ibi gl.Sæuola.& ibi add.marg.de leg. 3.

Legati, vel fideicommissi substantia, & essentia non potest conferri in alterius voluntatem, sed bene potest committi electio personæ de certis, l. vtrùm, §. 1.de reb.dubiis.

Legatum non potest conferri in alionam voluntatem expressam simplicem, & nudam,veluti lego si Titius voluerit,sed bene in voluntatem tacitam, & velatam: veluti lego Titio,si Meuius Capitolium ascenderit, l. nonnunquam, 5 1.& ibi gl. de conditio,& demonstr.& gl.2.in l.1. de leg.2.

Reliqua verbo,Arbitrium,2.3.4.Captatoria.Fideicommissum,27. Heres,154. 155. 156.157.

LEGATVM relictum ab vno herede animo compensandi cum debito, si deficiat, ille heres illius debiti onus sustinet, & debitum, quod quis in solidum sustinet, in totum computat in imponenda ratione Falcidiæ, l.cum ab vno,55.de leg.2. 44

Legatum si sit relictum simpliciter, & non animo compensandi cum dote, potest vxor consequi vtrumque sublato interdicto de alterutro, gl. 1. ibidem.

Legatum relictum videtur relictum in dubio animo compensandi inde debitum necessarium,l. si cùm dotem,23.si pater.soluto matrim.

Legatum relictum vxori si non potest capi, non potest in dotem compensari, l. qui dotem,47.eod.

in Legato

re ante diem dicitur esse in legato,& non vsura, vel commodum medij temporis,quoad hoc,vt peti possit post mortem testatoris ante diem, quoad hoc autem,vt detrahi possit Falcidia, commodum medij temporis dicitur esse in legato,l.debitor,84.& ibi gl.nec pecunia.de leg.2.

Legato pignore debitori in dubio non videtur ei remissum debitum,† gl.fuit, in l...de liberatione legata.

Legatum debiti factum creditori ad eius vtilitatem non valet, sed ad vtilitatem tertij debitoris valet,l.Aurelius,29.§.eum,qui de liberat.legat.

Legatum debiti factum creditori à debitore inutile est,si nullum sit commodum in eo,vtile tamen erit,si propter repræsentationem versetur aliquod commodum, & in commodo habet locum Falcidia, l. 1. §. si quis creditori, ad leg. Falcid.

Legatum factum à debitore creditori non valet,si nihil plus sit in legato, quàm in debito,sed si debitum in diem, vel sub conditione legetur creditori purè, valet legatum propter repræsentationem,etiamsi conditio, vel dies viuo testatore extiterit,§.si quis debitori suo.Inst.de legatis.

Legatum debiti factum creditori ab aliquo, non à debitore valet, gl. si debitor. ibid.

Legatum rei debitæ factum à debitore creditori propter dominij translationem, quæ fit ex legato,valet, † reprob.gl.nihil amplius,& ibi add.ibid.

Legatum rei debitæ factum à debitore creditori propter hypothecariam, quæ datur ex legato in aliis reb.defuncti,non valet.ibidem.

Reliqua verbo,Creditor,66.67.Debitor,91. vsque 94.Debitum,11.Legans,11.Hæres,114.115.infr.num.50.

50 LEGATVM ita factum;lego decem,quæ in arca habeo, cùm sola quinque haberet in arca,in illis tantùm quinque valet legatum in reliquis quinque, quæ non sunt in arca,non valet,l.si seruus,111.§.qui quinque.de legat.1.

Legatum huiusmodi,lego decem,quæ in arca habeo,si tempore mortis sint integra decem in arca,valet in tota decem,etiam si aliquid de illis perierit culpa heredis:non alias.d.§.qui quinque.& ibi gl.deperierit.

Legatum ita relictum,decem amphoras ex illo dolio lego,non extinguitur,licèt non decem,sed pauciores inueniantur,& valet tantùm in eo, quod inuenitur, & non in eo,quod deest,l.si quis seruum,8.§.si quis ita.de legatis, 2.

Legatum certæ quantitatis ita relictum, lego decem,quæ tibi debeo, valet, licèt nihil tibi debeam,sed si ita relictum sit,lego tibi decem, quæ Titius mihi debet, non valet legatum,si Titius nihil debet, gl. tantummodò, in d. §. si quis ita.

Legatum ita relictum, lego vxori quadraginta,quæ nomine dotis debeo, valet, si testator sciens dotem iam redditam ita legauit, l. cùm quidam, 22. de legat.1.

Legatum ita relictum,lego quicquid mihi debetur,valet,& ad principium debiti fit relatio,ne pereat legatum,gloss.fi.in l.Mæuio,42.§.fin.eod.

Legatum si sit alicui,quantum heres meus habebit, intelligitur legatum quantum omnes heredes habebunt,sed quando legatur quantum vnus heres habebit,tunc intelligitur legare tantum,quantum vnus ex heredibus qui minorem partem habet,l.si ita relictum.44.eo.

sub Legato isto,lego tibi quicquid mihi Titius dare,facere debet, non comprehenditur id,quod debet mihi Titius in diem,vel sub conditione,etiam si dies, vel conditio euenisset tempore mortis, non autem tempore testamenti, nisi testator id etiam exprimat,l.si ita scripsisset,47.& ibi gl.fi.eod.

Legatum certæ quantitatis dotis in genere,veluti centum, quæ in dotem habui, valet,nec falsa demonstratio nocet,sicut nec in corpore certo, sed quando legans se retulit ad certum corpus,& certam speciem,veluti centum,quæ in arca habeo,lego,non valet legatum,si non reperiantur in arca, † gl. deberi,in l. 2.§.adeò.de dote prælegata.

Legatum factum cum demonstratione præsentis temporis,non extinguitur alienatione rei ipso iure, sed ope exceptionis,si alienatio est voluntaria, secus si necessaria,quo casu ipso iure debetur legatum,l.scribit, 36. §. idem scribit. de auro,& argento.

Legatum factum cum demonstratione futuri temporis, veluti quod meum erit, intelligitur legatum tãtum,quod in bonis testatoris inuenitur tempore mortis testatoris nulla adhibita distinctione,an testator aliquid alienauerit sponte,vel ex necessitate,d.§.item scribet.vers.fi.& ibi gl.pen.& fi.

Legatis seruis,quæ in fundo morarentur,non continentur vicarij eorum,nisi appareat testatorem & de vicariis sensisse,l.quæsitum, §.sed & ipse de fundo instructo.

Legato argento,quod ipse testator in fundo, cùm moreretur,habuisset, debetur etiam argentum, quod antequàm moreretur,ex vrbe in dictum fundum iussu testatoris translatum est, sed non, quòd iniussu testatoris translatum est, l. pe.§.fi.eod.

Legatum quantitatis quando in eodem testamento relinquitur bis, videtur duplicatum legatum,si testator voluit,secùs si noluit,in dubio tamen non intelligitur duplicatum,nisi in testamento, vel codicillis diuersæ quantitatis legatæ essent,quia tunc intelligitur duplicatum legatum,nisi aliud appareat, † l. cùm centum,& ibi gl.fi.de adim.lega.

Legata re,quæ tempore mortis erit,neque æstimatio eius videtur legata, si nec eo tempore eius inueniatur, l. falsa demonstratio, 33. §. fi. de condit. & demonst.

Legatus si sit certus numerus amphorarum vini ex eo,quod in tali fundo natum esset,si minus natum esset,non debetur ampliùs,quàm natum sit, quia illa verba,quod natum esset,quasi taxationis vicem obtinent, vt ita demùm petatur tantum, si tantum natum erit, glo. pe. in l. cùm certus, de tritico, vino, & oleo.

Legatus si sit certus numerus amphorarum vini nasciturí ex tali fundo, vel si singulis annis aliquid relinquitur ex tali fundo, etiam si primo anno tantùm non sit natum in illo fundo,nihilominùs tamen debetur illud ex sequentibus annis,ibid.

Reliqua verbo,Legatarius,2.Quantitas, Legans, 2. 6.9. Debitum,11. Debitor,91. vsque 94.Legans.

51 LEGATO quandoque adiicitur causa, quandoque demonstratio, quandoque modus,quandoque conditio,gl.in rub.C.de falsa cau.adiecta.

Legatum vitiatur.si falsa causa in eo adiecta conditionaliter sit apposita,secùs si non sit causa adiecta conditionaliter,ibid.

Legatum non vitiat falsa causa,nisi testator errauerit,l.1.C.eod.

Legatum vitiat falsa demonstratio,si fiat in secunda, vel tertia persona, vt lego tibi,quod mihi debes,vel lego tibi,quod Sempronius debet,si nihil sit in debito,non valet legatum,gl.1.in l.2.C.eo.

Legatum vera demonstratione factum siue in prima,vel secunda, vel tertia persona de certa quantitate valet,& heres tenetur ad liberationem,quando testator dixit,lego tibi,quod mihi debes,vel ad cessionem,quando fit ita,lego tibi, quod Sempronius debet,gl.1.ibid.

Legatum non vitiat falsa demonstratio,quando in legato ponitur quantitas certa in genere,vt decem,quæ in dotem dedisti, vxori lego, & tunc valet, licet non sit datum,gloss.fi.in l.3.C.eodem.

Legatum vitiat falsa demonstratio,quando in legato ponitur quantitas, vt corpus,veluti lego tibi centum,quæ in arca habeo, non valet legatum, si nulla corpora ibi sint,d.gl.fi.

Legatus si sit Stichus coquus,vel sutor,licèt is,neque coquus,neque sutor sit, ad legatarium pertinebit,si de eo sensit testator,l.demonstratio falsa,15.de condit.& demonstr.

Reliqua verbo,Demonstratio falsa,per tot.

LEGATA omnia,quæ in testamentis sine die,vel conditione relicta sunt, debentur ab adita hereditate,cum quodam temperamento temporis, quod magis intellectu percipi,quam eloquutione potest exprimi,l.omnia,32.& ibi gl. 2.de legat.2. 52

Legata simpliciter relicta debentur ab adita hereditate,nisi talia sint, quæ in se tacitam conditionem habent,dict.l.omnia.& ibi gloss.1.

Legatum censetur fuisse legatarij à die aditæ hereditatis,si fuit agnitum, sed repudiatum nunquam fuisse eius censetur,& idem seruetur in accessoriis rei legatæ,l.si tibi homo,88.1.cum seruos,de legat.

Legatorum omnium diem proferens testator dicitur in eum diem prolongare legata tam diem habentia, quàm non habentia, nisi specialiter protulisset eum diem pro legatis tantum sine die relictis,l. Titio centum, 76. & ibi gl. 1. de legat.

Legatum relictum seruo legato non cedit,nisi ab adita hereditate, gl. ipsi in l. si seruus legatus,de adimend.lega.

Legatum quando purè relinquitur,eius dies cedit ex die mortis testatoris, l. 5. quando dies legati cedat. glos.fin. in l. quæ sub conditione, §. fi. de cond. inst.

Legatum vsusfructus,vsus,vel habitationis,vel aliarum seruitutum personalium non cedit ante aditam hereditatem,etiam si purè relictum sit, nec quoad petitionem,nec quoad transmissionem,si decedat legatarius, adita verò hereditate cedit quoad petitionem,sed non quoad transmissionem, cùm non transeat ad heredes,nisi sit relictum alicui,& eius heredi, cæterarum autem rerum legatum cedit à morte testatoris quoad transmissionem,licèt non possit peti, nisi adita hereditate,l.1.& ibi gl.1.quando dies legati.

Legatum seruitutis personalis,vt vsusfructus ex die certo,vel sub conditione relictum non cedit,id est non transmittitur ante diem etiam certum, cætera tamen legata cedunt ex die certo,ibidem.

Legatum vsusfructus cùm ad heredem legatarij non transferatur, frustra dicet quis ante aditam hereditatem cedere diem eius vsusfructus, qui legatus est, l. 3.eod.

Legatum post vnum diem relictum quoad transmissionem, cedit à morte testatoris,nisi legetur id post diem,quod non transit ad heredem, quia huiusmodi legati dies non cedit ante diem, neque etiam post diem ante aditam hereditatem,veluti si vsusfructus sit relictus post annum, l.5. quando dies legati cedat.

Legatum sub conditione si sit relictum, non priùs dies legati cedit, quàm conditio fuerit impleta, etiam si sit illa conditio, quæ sit in potestate legatarij, ibid.

Legatum quando relinquitur sub conditione,quam prætor remittit, vel sub impossibili,statim à die mortis testatoris cedit dies legati,ibid.

Legatum quando relictum est sub conditione,quæ per legatarium non stat,quominùs impleatur,sed per heredem, aut per eius personam, in cuius persona iussus est parere conditioni,tunc dies legati statim cedit, quia habetur conditio pro impleta, vt si legatarius iussus sit decem dare heredi, & ille accipere nolit,d.l.5.§.item si qua.

Legati dies si cesserit legatario existente sui iuris, si posteà legatarius in ius alienum peruenerit, quia se dedit in arrogationem, legatum potiùs debetur ei,in cuius ius ipse peruenit,l.si vsusfructus,14.§.fi.eod. 53

Legatum si sub conditione sit relictum,& pendente conditione legatarius in ius alienum perueniat,non transit legatum statim, sed expectatur conditio eius, cui acquiritur,cuius iuris erit tempore existentis conditionis, quòd si sui iuris fuerit eo tempore,sibi potiùs acquiret.ibid

Legatum si ita relinquatur,Stichum,vel quod ex Pamphila natum erit,lego,dies talis legati alternatiui non ante cedit,quàm aliquid ex Pamphila natum fuerit,aut verum fuerit nasci non posse, vt quia mortua sit, antequàm pariat, l. cùm ita legatum, 6.eodem.

Legatum conditionale cedit à die conditionis impletæ, purum verò à die mortis testatoris, gl. 1. & ibi add.marg. in l.non est dubium, 15.C.de iure deliber.

Legata,vel fideicommissa purè, vel in diem certum relicta, hodie cedunt quoad transmissionem à morte testatoris,l.1.§.1. & ibi gl. pen.& vlt. Cod. de caducis.

Legata,vel fideicommissa relicta sub conditione, vel sub die incerta non cedunt quoad transmissionem à morte testatoris,sed adueniente conditione cedunt, gl.pen.ibid.

Legatorum dies cedit quoad transmissionem ante apertas tabulas,sicut & potest adiri hereditas ante apertas tabulas,gl.fi.ibi.

Legatum libertatis purum,vel in diem certum relictum cedit non à morte testatoris

ine

ſine ratione deductionis impenſarum mulieri debetur: ſed ſi vxori legauerit quis ſimpliciter dotem,tunc debetur dos deductis impenſis; quia videtur legari tunc ſolum id,quod in iudicio mulier conſequuta eſt,d.§.ſi.

pro Legato nomine dotis facto genero,vel ſponſo, non agit gener, vel ſponſus; ſed filia;quia intereſt filiæ,ne remaneat indotata , niſi contemplatione vtriuſque factum eſſet ; quia tunc & gener,vel ſponſus,& filia poſſunt agere,l.ſeruo legato,72.§ ſi teſtator,& ibi gl.non enim gener,de leg. 1. & l. Titio centum, 70.§.Titio genero,& ibi gl.debeat.de condit.& demonſt.

Legatum tenet,quando legatur pro dote aliquid adiecta certa quantitate , ſiue dos nulla fuerit,ſiue fuerit minor quantitate legata,l. cùm ſcriptum, de dote prælegata.

Legatum dotis ſi ſit factum genero contemplatione vtriuſque : ſcilicet filiæ , & generis,heres ignorans etiam poſt diuortium ſoluendo illud genero liberatur,ſed conſtante matrimonio etiam prohibente muliere poteſt ſolui genero, l. Titio centum. 70. §. Titio genero. verſ. ſi poſt. de conditio. & demonſt.

Legatum dotis factum genero manet apud heredem, genero, & muliere defunctis ante nuptias,d.l.Titio centum,§.ante nuptias.

Legatum dotis factum genero poteſt petere filia,ſi gener eam in vxorem ducere nolit;ſed gener non poterit petere , ex quo remanſit per eum , imò repellitur exceptione doli per heredem,ibidem.

Legatum dotis factum genero præſtare tenetur heres dicto genero , qui matrimonio contracto non tenetur cauere de reddendo ; quia legata res efficitur dotis ; ſed ſi ante matrimonium contractum gener petierit legatum , heres non debet præſtare illud,niſi præſtita cautione de reddendo legato mulieri, ibid.

Legata ſi fuerit res dotalis , nec eius æſtimatio debetur , cum eius non ſit commercium,gl. nec æſtimatione , in add. marg. in §.non ſolùm , Inſtit. de legatis.

Legatum dotis factum à marito vxori valet, etiam ſi maritus nullam dotem habuit,dummodò legato exprimatur certa pecunia,vel certum corpus, §. ſed ſi vxori.& ibi gl.1.Inſt.eod.

Legatum dotis factum à marito vxori debetur in ſolidum etiam ab herede communi filio,niſi in Falcidia per beneficium inuentarij.ibidem.

per Legatum dotis à marito vxori factum tolluntur pacta , quæ in præiudicium mulieris erant facta,ibid.

Legatum dotis per Falcidiam,& filij legitimam minuitur , ſicuti & per alia credita,vbi defuncti bona non ſufficiunt,& ideò vtilius foret mulieri agere actione de dote,quàm ex teſtamento,d.§.ſed ſi vxori,in add.marg.

Reliqua verbo,Dos,53.Maritus,51.vſque 54.Heres,65.Socer.

58 LEGATVM non vitiatur propter errorem in nomine proprio rei legatæ , ſi de corpore conſtat;ſed bene per errorem in corpore rei legatæ , vel in eius nomine appellatiuo,l.ſi quis in fundi vocabulo,4.de lega.1.

Legata res extra iudicium præſtita ſi euincatur , poteſt legatarius agere actione ex teſtamento ad ipſam rem,vt cautio de euictione ſibi præſtetur, l.ſi domus, 74.§.1.de legat.1.

Legatam rem quando legatarius petit in iudicio actione ex teſtamento , heres per officium iudicis illi actioni deſeruiens compellitur cauere de euictione per ſtipulationem,& ea ſequuta actio ex ſtipulatu competit ei,d.§.1.

Legatum rei certæ alicui relictum nomine legitimæ ſi euincatur ei, poterit ipſe agere de euictione,ne intentet querelam: ſecùs tamen eſt in legatis ſimpliciter relictis , in illis non debetur euictio, gl. amittat. in l.ſcimus, 36. C. de inoff.

Legata res in ſpecie ſi fuerit euicta,non debet teneri heres defuncti de euictione;quia legata ſpecies talis præſtari debet,qualis eſt,gl.ignorabat.& ibi add.in §.non ſolum.Inſt.de legatis.

Legata res in genere ſi fuerit euicta ſiue in iudicio , ſiue extra iudicium fuerit tradita legatario non ſtipulanti,nihilominùs legatarius agit de euictione , ac ſi nihil ſibi datum eſſet;quia in legato generis cum heres habeat latas habenas,debet eligere talem,qua liceat legatario effectualiter vti,ibid.

Reliqua verbo,Teſtator,20.vſque 26.Heres,111.

59 LEGATVM quadrigæ factæ extinguitur,ſi vnus de equis quadrigæ viuo teſtatore mortuus ſit:ſecùs ſi poſt mortem teſtatoris,l.peculium, 67. §. 1. & ibi gl. mortuus,& gloſſ.ſeq.delegat.2.

Legatum quadrigæ factæ extinguitur vno ex equis mortuo viuo teſtatore : quia deſinit quadriga:quod ſecus eſt in legato peculij,vel areæ; quia ſemper remanet legatum,licèt aliquæ res de peculio perierint,vel domus in area ſit ædificata,gloſ.demonſtrabat,ibid.

Legatum quadrigæ conficiendæ ex equis teſtatoris non nominatis non extinguitur,licèt viuo teſtatore equus mortuus ſit:quia genus perire non poteſt, ibid.

Legatum quadrigæ factæ non extinguitur eò,quòd vnus de equis quadrigæ viuo teſtatore mortuus ſit,ſi ab eodem teſtatore alius equus pro eo adiunctus ſit quadrigæ,dict.§.1.& ibi gloſſ.mortuo.

Legatum rei ex plurib.corporib.conſiſtentis periit , ſi extinguatur , quod ibi eſt principale.d.§.1.& ibi gl.demonſtrabat.

Legatum non extinguitur per tranſlationem , & ſic per mutationem dominij rei legatæ factam ab alio in teſtatorem,l. Aphricanus, 40. §. ſi Titius, de legat.1.

Legatum ſi ſit prædium ſeruiens prædio meo, & illud repudiauero,non cenſetur extincta ſeruitus,nec dicetur confuſa:quia perinde eſt , ac ſi nunquam fuiſſet mihi legatum:ſecus ſi acceptando legatum factus ſim vtriuſque prædij dominus, l.legatarius,38.& ibi gl.3.de legat.1.

Legatum extinguitur, quando res legata facto teſtatoris deſiit extare , ita quòd non eſt amplius in prima ſubſtantia , l. cætera , 43. §. ſi. & ibi gl. ſi. in add. eod.

Legatum extinguitur,quatenùs res legata efficitur legatarij ex alia cauſa lucratiua,l.non quocunque,84.§.fundus,eod.

Legatum extinguitur ſinita cauſa finali in legato,niſi aliud conſtet de mente teſtatoris,l.generali,32.§.duas,de vſuf.legato.

Legatum per alienationem ſequentem extinctum non reſtauratur per redemptionem ſuperuenientem,niſi tantum fauore libertatis,gloſ.ſi.in additio.margin.in l.ſi cui fundum,de fundo inſtructo.

Legato finito finitur etiam onus legato adiectum,niſi aliud de mente teſtatoris appareat,l.Stichus,§.Titia,de aliment.& cib.

Legato finito,finitur & cauſa,propter quam eſt præſtitum legatum: fallit fauore alimentorum,vt ſi dedi tibi domum,vel eccleſiæ,vt me alimentaret,etiam domo incendio,vel aliter perempta,nihilominùs mihi debentur alimenta , d. l. Stichus,§.Titia,in add.marg.

Legatum extinguitur alienatione rei legatæ facta à teſtatore, puta donatione, l. rem legatam.de adimend.legat.

Legatum non extinguitur eò, quòd ex pecunia legata per teſtatorem aliquid ematur : quo caſu legatario præſtatur legatum ex re empta, l.pater inter filios,eod.

Legatum relictum ſeruo alieno extinguitur,poſteà ſeruo redempto à teſtatore, l.3,de regula Catoniana.

Legatum non extinguitur per augmentum dignitatis, legatarij. l. falſa demonſtratio,31.§.1.de condition.& demonſt.

Legatum non deficit,licèt deficiat onus legatario iniunctum,l. ſi quis eum, 37 eod.

Legatum viæ extinguitur,ſi tantum eſt in Falcidia,vel plus,quàm via,quando legatur fundus,& via ad ipſum.l.Plautius,49.§.ſi.ad legem Falcid.

Legatum,quod perſonæ cohæret,extinguitur mortuo legatario ante aditam hereditatem,l.ſi habitatio,9.quandò dies legati cedat.

Legatum ex voluntate teſtatoris finiri poteſt certo tempore,gl.4.in l.ſi.C.de legatis.

Legato ſeruo alienato extinguitur,quod ei relictum eſt; tamen non erit inutilis ademptio illius legati facta in codicillis teſtatoris,ſi ſeruus redimatur à teſtatore,l.ſi ſeruus legatus,de adimen.legat.

Legatus ſeruus cum peculio, ſi fuerit viuo teſtatore mortuus, vel manumiſſus, vel alienatus , extinguitur peculij legatum , §. ſi quis ancillas. Inſtit.de legatis.

Legatus ſi fuerit fundus cum inſtrumento,poſteà fundo alienato & inſtrumenti legatum extinguitur,ibid.

Legata res ſi efficiatur legatarij ex alia cauſa lucratiua:ſed reuocabiliter,non extinguitur legatum:ſecus ſi irreuocabiliter fuiſſet effecta ſua , l. non quocumque,84.& ibi gl.1.de leg.1.

Reliqua verbo,Legatarius,14.

LEGATA plura quando ſunt facta in diuerſis locis teſtamenti , propter vltimum legatum habet locum Falcidia in omnib.gl.dimidia,in l.Titia,89.§.Imperator,de legat.2. 60

Legatum indiuiduum quando relinquitur,& imminet Falcidia , debet æſtimari legatum,& de eius æſtimatione debet detrahi Falcidia,l.in lege Falcidia,7.ad leg.Falcid.

Legata,& fideicommiſſa dicuntur contribúi in deductione Falcidiæ : fallit in trib.gl.per alia,in l.Neſennius,12.§.ſi.eod.

Legatum ne pereat,vna res defalcatur,l.ſi fundus,26.eod.

Legata per Falcidiam ipſo iure reſecantur,l.lineam,26.eod.

pro Legata re,quæ tempore mortis teſtatoris apud legatarium erat, poteſt heres agere contra legatarium , vt ſibi reſtituatur illa interdicto quorum legatorum,vt ex ea detrahere poſſit Falcidiam,vel ſi malit,poteſt agere rei vend.contra legatarium,& petere tantum eam partem, quam nomine Falcidiæ ex ea detraheret,ſi eſſet apud eum,ibid.

Legatum,vel fideicommiſſum relictum heredi à ſemetipſo , vel eius ſeruo non valet,& ideò in contributione cum aliis legatis non venit , quando de detrahenda Falcidia agitur,l.in ratione,30.§.ſi.& ibi gl.1.& 2.eod.

Legatum libertatis,vel ſerui,vt manumittatur,non defalcatur per Falcidiam,niſi cum illo legato alia res defalcabilis ſit legata:legatum verò pecuniæ , vt ſeruus manumittatur,non defalcatur,ſi per hoc manumiſſio impediatur, l.ſi ſeruus,33.cum duab.ſeq.eod.

Legatum annuum quando relinquitur , non defalcatur , antequam veniat dies ſoluendi legatum, per quod Falcidia interuenit, l. lex Falcidia, 47. ad leg. Falcid.

Legata inutilia minuunt,vel excludunt Falcidiam,ſiue ſint inutilia à principio, ſiue ex poſtfacto,l.non eſt dubium,50.cum leg.ſequ. eod.

Legatum inutile propter incapacitatem legatarij in detractione Falcidię prodeſt aliis,ne ipſis minuantur legata,l.ex aſſe,51.& ibi gl.1.eod.

Legatum annuum viuente legatario in detractione Falcidiæ inter heredem , & alios legatarios æſtimatur in quantum vendi poteſt poſito pro incerto quandiu victurus ſit legatarius:ſed eo mortuo ſpectatur tantum id,quod ex ea cauſa tempore mortis legatarij debuit heres:ſed inter heredem, & eum , cui annuum legatum relictum eſt,defalcatur illud per Falcidiam , antequàm dies ſoluendi legatum veniat,l.lex Falcidia,47.& ibi gl.integra,& l.cum Titio, 55. eod.

Legatum domini,quando non eſt defalcabile,de legato ſerui detrahitur Falcidia pro vtroque,& idem econtrà,l.cum quo.56.§.Stichum.eod.

Legato fundo ſub conditione,ſi heredi pecunia ſoluatur per legatarium , totus fundus dicitur eſſe in legato quoad computationem Falcidiæ, l. fundus , 65. eodem.

Legatum ſi ſit alicui amplius,quàm de iure capere liceret,& Falcidia locum habet,priùs detrahi debet Falcidia,ita quòd detracto eo,quod lex Falcidia excipit,reliquum,ſi non excedat portionem à iure ſibi ſtatutam,debeatur, l. quoties,67.eod.

Legatum alimentorum ad vitam relictum;& etiam legatum vſusfructus ſubiiciuntur Falcidiæ,& reputantur aſcendere ad tantam quantitatem , quantam comprehendere poteſt tempus vitæ habita ratione ætatis,l.hæreditatem, 68. eodem.

Legata,quæ apud heredem remanent,efficiunt,vt ex cæteris legatis , aut nihil, aut minus detrahatur per Falcidiam,l.quòd ſi alterutro,77.eod.

Legata facta à milite tempore militiæ non defalcantur per Falcidiam, ſi decedat

Legatum fundi in genere non valet;secus si illius fundi adiecto nomine. gl. 1.in l.si sic,13.de leg.3.

Legato fundo non cedit pars,quam defunctus alij actione personali dare debebat.l.qui concubinam,23.§.qui fundum.eo.

Legatis prædiis non videtur testator legare prædia, quæ sibi ob debitum sibi pignori data sunt,nisi ex cessione debitoris in proprium patrimonium sint redacta.l.qui habebat,99.& ibi gl.2.eod.

Legatum certæ quantitatis salicis,vel arundinis ex quodam prædio,quando relinquitur alicui, illud prædium non censetur obligatum ob talem præstationem,nisi sit relictum pro alimentis.gl.neque in rem.in l.Caius, 12. de annuis legatis.

Legati si fuerint reditus fundi de manu heredis dandi vxori,quoad viuet, potest tutor heredis eum fundum vendere, & vxori legatariæ offerre quantitatem annuam,quam testator viuus ex locatione fundi redigere consueuerat. l.fundi Trebatiani,38.de vsufructu legato.

ex Legato redituum fundi dandorum de manu heredis non tenetur heres præstare legatario habitationem in domo,quæ est in eo fundo,tenetur tamen reficere domum,quæ est in eo fundo,si destructa sit eius culpa ita, quòd fundus minores reditus præstet,quàm consueuerit.ibi.

Legatum redituum præstandorum de manu heredis differt à legato vsusfructus, quia vsufructuarius fundi nō de manu heredis singulis annis;sed ipsemet percipit omne commodum,nec potest ab herede vendi in sui præiudicium, nec potest prohiberi habitare,cùm omnis fructus rei ad eum pertinet; sed legatarius reditus fundi de manu hæredis percipit,& potest fundus ab herede vendi, & potest prohiberi habitare.d.l.fundi Trebatiani.& ibi gl.1.& fi.

Legato fundo debetur seruitus habens causam continuam, & permanentem ex alio fundo legantis,ex quo legans,vel vendens vtebatur, nisi contrarium de voluntate legantis appareat.l.1.& ibi gl.fi.de seruit.lega.

Legato fundo pluribus vt alimenta percipiant ipsi, videtur plena proprietas eis relicta,& si vnus ex legatariis decesserit ante diem legati cedentem, pars ad cæteros legatarios coniunctos pertinet; sed si post diem legati decesserit, transmittit ad suos heredes.l.libertis.de alimen.& cibar.

Legata si sit pecunia ex reditu prædiorum futuri anni: scilicet proximi, non videtur per illa verba ex reditu prædiorum etiam apposita conditio;sed tantùm videtur prolatum tempus soluendæ pecuniæ, & sic legatarius interim decedens transmittit,etsi ex fructibus prædiorum primi futuri anni percipiantur tot reditus, quot sufficiant, pecuniæ legatæ ex vbertate secundi anni percipientur. l.Firmio, 26.& ibi gl.posteà. & gl. ex fructibus quando dies legati cedat.

Legatus si sit tibi fundus ita, vt eum pro parte habeas,sola dimidia pars fundi videtur legata ei, reliqua dimidia pars apud heredem remanet.l.planè. 34. §. fi. & ibi gl.pro parte.de leg.1.

Legatus fundus si seruitutem debeat talis,qualis est,debet dari,nisi ita legatus sit vti optimus,& maximus est,præstetur;quia tunc liber præstari debet. l. seruo. 72.§.pe.eod.

Legatus si sit fundus seruiens fundo heredis, heres adita hereditate non tenetur præstare fundum legatum aliter,quàm ipse legatarius constituat heredi in eo fundó de nouo seruitutem.l.si seruus Titij.73.eod.

Legatus si sit fundus Cornelianus exceptis vineis,quæ tempore mortis ibi erunt, si nullæ vineæ erunt,totus fundus erit legatarij. l. si quis legauerit. 55. de .legat.1.

Legatus fundus talis dari debet, qualis relictus est. l. legatum est. 119. §. fi. eod.

Legata si fuerit qainquagesima fructuum alicuius fundi,etiam vendito fundo ab herede debetur quinquagesima fructuum illius fundi, quæ per æstimationem potest præstari absque reditibus, non tamen debebitur quinquagesima fructuum pretij: id est vsurarum.l.liberto. 21. & ibi gloss. dumtaxat. de annuis legatis.

Legato fuado debentur etiam pascua semper in vsibus illius fundi deputata, & prata,quæ ita à testatore sunt coniuncta, vt sub vna fundi appellatione habeantur.l.Seiæ.§.pe.de fund.instru.

Legato simpliciter fundo absque mentione instrumenti continentur dolia, molæ oliuariæ,& prælum,& alia,si affixa; & inædificata sint, nec moueri possint: sed dolia,& alia, quæ non sunt affixa, & moueri possunt non continentur.l. cùm fundus.eodem.

Legato fundo continentur etiam fossata,& debent mensurari cum fundo; secus est in via.gl.aggeres.in l.prædia.§.fi.eod.

Legato fundo vti optimus,& maximus est,continentur retia apraria, & cætera venationis instrumenta.l.fundo legato.eo.

Legato fundo non tenetur heres præstare legatario instrumentum emptionis fundi:tenetur tamen cauere de exhibendo,& præstando,quando opus fuerit.† l.quæsitum.§.Papinianus,& ibi gl.emptiones.eod.

Legato fundo si aliquid post testamentum adiectum sit,etiam id,quod adiectum est,pertinet ad legatarium,si testor eam partem non separatim possedit; sed vniuersitati prioris fundi adiunxit.l.item fundus.9.de le.2.

*Reliqua verbo, Area, Fundus,*4.5.*Legans,*5.*& sup. num.* 6. *Heres,* 117. 118. 119. *Legatarius,*7.

67 LEGATA duo intelliguntur esse,quando legatur fundus cum instrumento, vel fundus instructus,in primo est accessorium instrumentum, in secundo verò vtrumque:scilicet fundus,& instrumentum est principale.l.1.& ibi gl.1.de fundo instructo.

Legato fundo cum instrumento si voluntariè fundus à testatore alienatus sit, & sic reuocetur fundi legatum, non potest vendicari, nec stari fundi legatum; quia instrumentum est accessorium,secùs si legaretur fundus, & instrumentum,vel fundus instructus;quia tunc legato fundi reuocato non reuocatur legatum instrumenti.d.l.1.& ibi gl.fi.& ibi add.marg.

Legato alicui vno fundo cum instrumento,si legetur alij alius fundus etiam cum instrumento, boues tanquam instrumentum fundi debentur legatario fundi, in quo illi boues opus faciebant,non verò legatario, cui legatus fuit fundus, in quo illi boues morabantur,ac manere consueuerunt.l.cùm quidam.eod.

Legato fundo instructo,& posteà alienato extinguitur instrumentum fundi; sed non instrumentum patrisfa.quod continetur, vbi fundus instructus legatus est.glo.fi.in l.si cui fundum.eod.

Legatum fundi cum instrumento differt à legato fundi, & instrumenti; quia in primo alienatione fundi postea facta à testatore,neque fundus, neque instrumentum debetur;sed in secundo, licèt legatum fundi propter alienationem sequentem extinguatur;non tamen legatum instrumenti fundi. d.l.si cui fundum.& ibi gl.1.& fi.

Legatum fundi cum instrumento, & legatum fundi, & instrumenti, vel fundi instructi parificantur in coniungendo, vt semper vtrumque & fundus, & instrumentum videatur legatum; sed differunt quoad modum extinctionis legati.ibi.

Legato fundo cum instrumento non continetur grex comparatus, vt ex eo fructus caperetur; continetur tamen grex comparatus,ideò,quia aliter ex fundo, vel saltu fructus percipi non poterant, nisi grex ibi esset, quo casu veniunt etiam pastores,& serui saltuarij.l.instrumenta.in fi.cum l.seq.eod.

in Legato fundi instructi plus continetur,quàm in legato fundi cum instrumento; quia in legato fundi instructi continetur non solùm instrumentum eiusdem fundi;sed etiam instrumentum ipsius legantis;idest omnia,quæ in eo habuit,vt ipse instructior esset;sed in legato fundi cum instrumento continetur tantùm instrumentum ipsius fundi.l.quæsitum.§.sed si fundus.eod.

in Legato fundi instructi continetur etiam instrumentum ipsius legantis, vt est supellex,quæ illic fuit vsus ipsius gratia,item vestes eius,lecti,& menses eboreæ,vel si quæ aliæ sint,item vitrea vasa,& aurum,& argentum,& vina,& omnia alia vtensilia,quæ ibi sunt gratia vsus ipsius legantis.ibi.

in Legato fundi instructi non continentur ea, quæ testator congesserat in eo fundo non vsus sui causa;sed gratia custodiæ,nec continentur vina, quæ in apothecis non vsus sui causa; sed causa custodiæ, quasi in horreo illic habuit, nec fructus,quos ibi reposuit,vt venderentur,vel in alium vsum, quàm fundi conuerterentur.d.§.sed si fundus.

Legato fundo instructo continentur serui supellecticarij,& cæteri huius generis serui,id est ministeria,quibus erat testator instructus in eo fundo præter eos, qui libertatem acceperunt à testatore, & eos,qui in rure id est in villa morari solebant, non tamen in fundo legato.d.l.quæsitum.§.idem Celsus. & ibi gl. & qui. 68

Legato fundo instructo continentur etiam pædagogia,quæ testator ibi habebat, vt cùm eo venisset, præsto essent in triclinio, putà ad tenendum stripedium, & calcaria, & eum sequendum, continentur etiam contubernales seruorum, id est vxores,& filij seruorum;item bibliotheca,& libri quos illic testator habebat,vt quoties veniret in fundum,vteretur,nisi quasi in apotheca causa custodiæ,ibi haberet bibliothecam.d.l.quæsitum.§.si instructum.

Legato fundo instructo continentur supellex,& vina,& mancipia non solùm ad cultum,custodiamve villæ;sed etiam quæ ipsi testatori in ministerio ibi essent,item imagines,quæ tantùm sunt in ornatum fundi. d.l. quæsitum.§. Neratius.

Legato fundo instructo non continentur mancipia, quæ temporis causa illic fuerint,nec eo animo testator illic transtulit,vt aut fundi, aut suum instrumentum faceret.ibi.

Legato fundo instructo continetur etiam actor, qui stabat in fundo missus in prouinciam,vt ordinatis negotiis ad pristinum actum rediret, quamuis nondum redierit.d.l.quæsitum.§.idem respondit prædiis.

Legato fundo instructo continetur theriaca,& cætera medicamenta, quæ secessus causa testator ibi habuit,& vestis propter secessum ibi deposita. d.l.quæsitum.§.idem respondit theriacam.

Legatis hortis instructis filio si legauerit mater argentum muliebre filiæ, intelligitur legasse filiæ etiam argentum muliebre, quod in hortis habuit, vt ibi esset instructior.d.l.quæsitum.§.fi.

Legatis his,quæ tabernarum exercendarum,& instruendarum pistrinis cauponæ causa facta,paratáque sunt,continentur etiam caballi, qui in pristinis sunt, & focaria,& merces, quæ in his tabernis sunt, & pistores, & institores, si testator per se exercet,& imponit illos institores, secùs si ipsis principaliter hoc committatur;quia tunc non sunt ipsi instrumentum.l. si ita testamento. & ibi gl.2.eod.

Legato fundo instructo, vel cum instrumento continetur etiam mulier custos villæ perpetua in fundo,sicut saltuarius,qui est in dicto fundo. d. l.si ita testamento.§.mulier.

Legato fundo ita, vt optimus,& maximus est,cum omni instrumento rustico,& mancipiis,quæ ibi sunt,debentur,& etiam semina, quæ in fundo sunt, & frumentum repositum ibi pro pascendis mancipiis, quæ sunt in fundo, nisi hæres probet aliud testatorem sensisse.l.cùm de lanionis. §.item cùm fundus. eodem.

Legato fundo instructo si nominatim etiam legauerit eidem quædam mancipia eiusdem fundi,illa tantùm mancipia, quæ nominata erant, intelliguntur legata, sed non illa,quæ non fuerunt nominata.d.l.cum de lanionis. §. vni fundum.

ad Legatum villæ non pertinet seruus missus in villam non perpetuò;sed ad tempus illic futurus,vt quia dominum offenderit,quasi ad tempus relegatus,secùs si fuit missus, vt ibi perpetuò esset. l. ex facto. 35. §. pe. ver. & est. de hered. instit.

Legato fundo instructo non continetur seruus, qui vt extraneus colonus data mercede colit, secùs si fide domino debita colit. l. Seiæ. §. 1. de fundo instructo.

Legato fundo instructo cum reliquis colonorum,& villicorum,non continentur reliqua,& debita colonorum in nouationem deducta descendentibus illis de colonia post finitam locationem.d.l.Seiæ.§.prædia.

Legato fundo instructo cum actore non continentur vxor, & filia actoris, si is actor nnn in fundo; sed in ciuitate moratus sit; sicùs si in fundo moraretur; quia tunc tanquam instrumentum fundi deberentur etiam eius vxor,& filia.d. §.prædia.& ibi glo.cedant.

Legato fundo instructo cum mancipiis non continentur mancipia, quæ post-

demʼ;quo casu ipse habebit partem legati iure hereditario,& aliam partem iure legati.dict.gloss.non potest.

Legata si fuerit eadem res duobus heredibus à quodam legatario, quorum alter in vndecim vnciis,alter in vna sit institutus, institutus in vndecim vnciis habebit vndecim partes:& alter coheres solùm vnam partem.l.planè. 34.§. inde dicitur.& ibi gl.heredis.eod.

Legatus si sit fundus vni ex duobus heredibus,& duobus extraneis, duo extranei possunt petere totum assem fundi,quem habet heres legatarius: scilicet duas tertias iure suo,aliam iure accrescendi; quia cùm non valeat iure legati, accrescit collegatariis;sed in alio fundi semisse,quem habet coheres, non legatarius,quilibet tam heres legatarius,quàm duo extranei petent tertiam, & sic sextam tantum partem habebit heres legatarius.l.legatum.119.§.1.& ibi glo. potest.& gl.trientem.eod.

Legata,& fideicommissa,quòd darentur,si iurauit testator, debentur illa ab heredibus ab intestato,etiam si testamentum sit ipso iure nullum; secùs si iuramentum heredi sit delatum per testatorem. l.cùm pater. 79. §. filius matrem. & ibi gl.1.de lega.2.

Legata relicta ab heredibus vt ab scriptis non debentur ab illis succedentibus ab intestato.l.si quis testamento.83.eod.

Legata debentur tantum ex testamento solenni, nisi essent repetita ab intestato. gl. nec obtinuit. & ibi add. marg.in l.post legatum. de his, quibus vt indignis.

Legata ex non solenni testamento debentur in odium mentientis, qui negauit relicta esse,& posteà delato iuramento dicebat non iure relicta, secùs si ab initio fuisset confessus relicta;sed non iure.ibi.

Legata,& fideicommissa relicta in testamenro valent,& peti possunt, etiamsi testator cancellauerit institutiones heredum.gl.traditur.in l.eam, quam. 14.C. de fideicommiss.

Legata, & fideicommissa relicta in testamento etiam non adita hereditate per heredem scriptum debentur ab heredibus ab intestato,si sint fauore libertatis, pietatis,vel affectionis relicta.ibi.

75 Legata,& fideicommissa debentur, quando hereditas indigni applicatur fisco. ibid.

Legata,& fideicommissa relicta in testamento, in quo institutio est nulla propter errorem testatoris,censentur repetita à succedentibus ab intestato, & ab eis peti possunt.gl.traditur.& gl.hereditas.& gl.successorib.ibi.

Legata,& fideicommissa relicta in testamento non valent non adita hereditate per heredem scriptum propter defectum solennitatis testamenti, neque debentur à venientibus ab intestato.d.l.hereditas.

Legata ab intestato relicta iure antiquiori non valebant;hodie vero valent relicta ab intestato.§.prætereà.& ibi gl. valeant. & ibi add. Inst. de fideicommiss. heredit.& glo.hereditatem.in l. 1.§.hoc autem ad Trebellianum.

Legatum qui accepit,non prohibetur petere hereditatem ab intestato; tenetur tamen restituere legatum cautione sibi oblata,nisi fuerit in euidenti calumnia l.postquàm legatum.46.de petit.hereditatis.

Legatum relictum insolidum ab vnoquoque ex duobus heredibus, perinde est, ac si in duorum testamentis relinqueretur; distinguitur tamen, an legatarius priùs petiit rem, an testamentum,l. quid ergo. 46.§.1. & ibi gl. legatum. de legat.1.

Legatum,quod à pluribus heredibus relictum est, si vnus ex his iussus sit accipere,& præstare legatariis,in potestate legatariorum est petere legatum ab omnibus heredibus pro hereditaria portione,vel ab eo,qui iussus est accipere, & præstare.l,si à pluribus.110.eod.

Legatum si sit relictum Titio à duobus heredibus, si vnus ex his non extiterit heres,alter totum legatum tenetur præstare Titio.l.ciuitatibus.125.§.Lucius Titius.eo.

Legatum,vel fideicommissum si sit relictum ab vno ex heredibus proprio nomine eius expresso,si is heres non extiterit,ille,cui portio eius accreuit, non tenetur præstare legatum,vel fideicommissum, secùs si esset relictum legatum verbis appellatiuis,putà ab heredibus;quia tunc nō existente herede eius portio accrescit aliis cum onere suo.l.Celsus pater.29. §.fi. & ibi gl. extitisset. de legat.2.

Legata si fuerit quantitas:putà decem vni à duobus heredibus in diuersis orationibus,vterque heres tenetur præstare quinos aureos,nisi vnus eorum ostenderit adimendi causa id fuisse legatum ab alio herede.l.si pluribus. 45. §. final. eodem.

Legata si fuerit eadem quantitas bis alicui ab vno herede, non debetur, nisi semel, nisi contrarium probet legatarius; sed si eadem quantitas legetur à diuersis heredibus,& in diuersis orationibus,quilibet tenetur in solidum.d.§.fi. & ibi gl.fi.

Legata si fuerit bis eadem species, siue à diuersis heredibus in vno testamento, debetur tantùm semel,nisi testator dicat ab vnoquoque rem præstari insolidum.gl.fi.ibi.

Legata relicta ab herede etiam proprio nomine expresso, debentur etiam ab herede heredis.l.alimenta.16.de aliment.& cibar.

Legata etiam ab intestato non debentur rupto testamento per querelam inofficiosi.l.patronus.34.§.fi.de legat.3.

Legata ab eo,quem quis putabat in solidum sibi successurum, debentur in partem,& non in totum,si aliquis cum eo succedat;fallit in legato libertatis,quę in totum debetur.l.qui graui.de iure codicill.

Reliqua verbo,Fideicommissum,18.19.20.22.23.Legare,5.6.

76 LEGATVM incertum propter incertitudinem personarum,quibus relinquitur, valet: sed impeditur præstari, donec probetur, de quo testator senserit, & probanti hoc præstari debet,alioquin non.gl.debet.in l.seruum.§.si inter. de leg.2.

Legatum incertum propter incertitudinem rerum valet, & præstari debet res, quæ est minoris pretij,nisi probetur contra.ibi.

Legatum ad viam reficiendam factum valet, etiam si certa summa scripta non sit,& tanta summa videtur legata, quanta ei rei sufficiat, nisi appareat fuisse defuncti voluntatem,aut ex magnitudine eius pecuniæ, aut ex mediocritate facultatum testatoris,quo casu officio iudicis secundum æstimationem patrimonij debet iudex definire quantitatem legati.l.quidam.30.eod.

Legatum incertum non designata certa summa regulariter non valet, nisi in refectionem viæ,vel in alimenta,aut in causam dotis relinquatur, vel in arbitrium alicuius conferatur.†.gl.final.ibi.

Legatum incertum ad reficiendas vias valet,& speciali iure incertitudo non vitiat legatum.glo.neque legati.in l.legatorum.34.de legat.2.gl.pe.in l.priuilegia.12.C.de sacrosanct.

Legatum non valet quando corpus ignotum legatur.gl.deberi. in l.1.§. adeò. de dote prælegata.gloss.fi.in l.3.C.de falsa causa adiecta.

Legatum etiam incertum in piam causam valet. glo. 1. in l. si cui annum. 14. de annuis legat.

Legatum ratione incertitudinis non valet.gl.nullus. in l.quæsitum. §. si quis. de fundo instructo.

Legatum incertæ personæ relictum non valet. glo. fi. & ibi add. marg. in l. 4. de reb.dubiis.

Legatum relictum incertæ personæ de certis,vel incertis valet,si incertitudo venit declaranda ex futuro euentu,vt si relegatus legauerit decem ei, qui restitutionem impetrauerit,debetur legatum impetranti restitutionem. l. quidam relegatus.eodem.

Legatum relictum pauperibus nulla specificata persona speciali iure fauore piæ causæ valet,nec incertitudo personarum vitiat tale legatum.gl.1. ibi.& glo.1. in §.incertis.Instit.de legatis.

Legatum factum ei,qui ex cognatis primus in Capitolium ascenderit,vel ei,qui monumentum fecerit,vel ei,qui maximus natu est,vitiatur propter incertitudinem,si duo simul ascenderint,vel plures fecerint monumentum, vel si duo pares ætate sint.l.si ita fuerit.de reb.dubiis.

Legatum relictum Sempronio amico non valet,si duo sint eiusdem nominis, & æqua charitate coniuncti;potest tamen heres,si vult,præstare ei, cui voluerit, non tamen cogitur.d.l.si ita legatum.& ibi gloss.1.& d.l.si quis seruum. 8. §.si inter.& ibi gl.1.de legat.2.

Legatum generaliter relictum ei,qui ascenderit in Capitolium, valet,& inspicitur euentus. glo. 1. & ibi add. margin. in d. l. si ita fuerit legatum. de rebus dubiis.

Legatum si relinquatur incertæ personæ de certis certificandæ ex aliquo futuro euentu,censetur cuilibet eorum relictum sub conditione, si ille futurus euentus in personam suam eueniat.l quoties.12.& ibi gl.1.eod.

Legatum relictum cognatis intelligitur relictum etiam his, qui per deportationem desierunt esse cognati,si tempore mortis fuerint cognati:quia sunt restituti:secùs si non fuissent restituti;quia tunc non caperent.gl.1.in l.si cognatis. eodem.

Legatum annuum,quātumuis sit incertum,valet;secùs in aliis legatis,& contractibus inter viuos.gl.pe.in l.priuilegia.12.C.de sacrosanctis.

Legata domus pro parte ratione incertitudinis debetur tota gl.cum familia.in l. vxori.32.de legat.3. 77

Legatus si sit fundus Sattianus, qui est in regione Niphana, ille fundus videtur legatus,si certum sit de eo testatorem sensisse,licèt non inueniatur in regione Niphana:sed in alia.l.patronus.34.§.libertis.de legatis,3.

Legatum si sit incertum de certis,& tunc si testator sensit de certo, vt quia in legando expressit proprium nomen; sed non constat de quo, tunc heres habet electionem:si verò testator non sensit de certo, vt quia legauit vnum de seruis,& tunc legatarij est electio, gl.consentiendo. in l.heredes. 26. §. non tantùm.famil.ercis.& gl.1.in §.si generaliter.Instit.de legatis.

Legatum incertum fauore alimentorum valet. gl.constaret. in l. cùm post. 79.§. gener.de iure dotium.

Legatum incertum rei,quæ habet fines facto hominis, valet, si in patrimonio testatoris reperiatur,aliàs secus.l.si domus.74.de legat.1.

Legatum si sit relictum vni ex certis libertis, quem heres elegerit, eo non eligente omnes simul admittuntur ad legatum. l. si quis Titio. 17. §. fi. de legat. 2.

Legato poculo aureo,quod elegerit legatarius, si nullum poculum aureum inueniatur in hereditate;sed tantum trullæ,scyphi,modioli,& phialæ,nihilominùs poterit is eligere vnum ex his,licèt sint alterius materiæ.l.Seiæ.38.& ibi gl.1.de auro,& argent.legat.

Legatum relictum Titio,si plures Titij sint, & sit controuersia inter eos, cui relictum sit,debebitur illi,qui probauerit defunctum sensisse de se. l. falsa demonstratio.33.de cond.& demon.

Legatum an relinquatur alicui nominatim, veluti Lucio Titio, an per demonstrationem corporis,vel artificij,vel officij, vel necessitudinis, vel affinitatis nihil interest.l.nominatim.34.eodem.

Legatum relictum incertæ personæ,etiam à milite,iure antiquo non valebat. §. incertis verò personis.Inst.de legatis.

Legatum relictum incertæ personæ etiam de incertis valet, si venit certificanda ex aliquo futuro euentu,vel si certificatur per legem.d.gl.1.in addit.

Legata,& fideicommissa relicta incertis personis, & per errorem soluta repeti non possunt.§.incertis.Inst.eod.

Legatum relictum incertæ personæ ex certis:veluti vni ex cognatis meis, qui nunc sunt, si quis filiam meam vxorem duxerit,ei heres meus illam rem dato, valet.ibi.

Legatus si sit fundus Seianus, si testator duos fundos eiusdem nominis habeat, minor fundus debetur,nisi legatarius ostendat testatorem sensisse de maiori. glo.pen.in l.Caius.88.§.fi.de legat.2.

Reliqua verbo,Incertitudo,Incertum,infrà 91.

LEGATVM non valet, si quis legat campum Martium, vel columnas domus. gl.legatum.in l.iurisgentium.§.& generaliter.de pactis. 7

Legata pura,quæ tempore testamenti non valerent, si testator tunc decederet, per regulam Catonianam non confirmantur impedimento cessante; sed institutio,quæ tempore testamenti non valet,impedimento cessante confirmatur. gl.fin.in l.qui soluendo.42.de hered.instit.

Legatum iam mortuo relictum etiam in codicillis testamento confirmatis, pro

teſta[illegible]ri ſolutum:extenditur tamen ad debitum ante teſtamentum, ſi per verbum præteriti temporis legatum relictum fuit, putà lego debitori id, quod mihi debuit:& teſtator hoc ignorauit.l.fi.eod.

Legatum liberationis extenditur ad debitum acceſſoriè poſt teſtamentum contractum,& etiam ad nouum debitum,quod primo loco ſuccedit.d.l.fi.§. fi.

Legatum quando filio debitoris factum eſt cum his verbis, & plus tibi reliquiſſem,ſi pater tuus mihi ſoluiſſet id,in quo mihi tenetur, per hoc inducitur liberatio paterni debiti ipſo ei exiſtente hærede.l.fi.§.1.& ibi add.marg.de doli mali exceptione.

ex Legato liberationis facto,debitori non datur actio hypothecaria,vel alia cautio,cùm habeat exceptionem:ſed & actionem ex teſtamento habet debitor,vt liberetur.gl.ſuper his.in l.1,C.communia de legatis.& gl.actione.in l.2. Cod. eodem.

Legatum liberationis factum à creditore debitori valet, & poteſt fieri in perpetuum, & ad tempus.§.ſi quis debitori ſuo.Inſt.de leg.

Legatum liberationis ſi ita factum ſit debitori:ſcilicet peti nolo,vel,quod debet, relinquo, vel actionem remitto, legatarius liberandus eſt ab omni debito; non tamen à dolo. † reprob.gl.1. in add. ibi in §.ſi quis debitori ſuo. Inſt. de legatis.

Legatum liberationis ſi ei,qui negotium teſtatoris geſſit, ita factum ſit,rationes te reddere nolo,talis debitor ab omni debito liberatur, niſi ab eo,quod penes eum eſt,& ab eo,quod dolo fecit.d.gl.1.

Legatum liberationis ſi ita fiat,damno heredem,ne exerceat actiones,tunc ſi teſtator habeat bonam cauſam, litis euentus, & ſumptus facti ab aduerſario legari videntur,ſi malam,nihil videtur legare.ibid.

Legata liberatione ad tempus, ſufficit quòd legatarius officio iudicis conſequatur, quod heredi imponatur ſilentium vſque ad illud tempus.gl.vt liberet.in add. ibid.

Legata liberatione in perpetuum competit legatario non ſolum exceptio, ſi ab eo petatur:ſed etiam actio ad petendum, vt creditoris heres liberet eum per acceptilationem.d.§.ſi quis debitori ſuo.& ibi gl.vt liberet. & ibi add.

Reliqua verbo,Fideiuſſor,48.49.50.Debitum,13.14.Liberatio,1.2.3.Tutor,124.125,126,Debitor,17.vſque 26.62,Heres,114.115.Creditor,66.

82 LEGATVM libertatis ſicut non cedit,niſi ab adita hereditate:ita & legatum peculij ſeruo cum libertate relictum.l.pe.& ibi add.marg. de peculio.

Legatũ libertatis regulariter præualet legato ipſius ſerui alteri facto,fallit quando in fraudem creditoris data eſt libertas,vel ſi is ſeruus ſit, qui in perpetuam ſeruitutem venerit,vel ſit ſeruus,qui pignori ſpecialiter datus eſt.l.ſeruum filij.41.§.ſi idem.& ibi gl. iuſſus.de leg.1.

Legatum libertatis relictum ſeruo pignori ſpecialiter obligato non valet, ſecùs ſi generaliter erat ſeruus pignori obligatus. d.§. ſi idem. & ibi gloſſ. pignori.

Legatum libertatis relictum ſeruo pignori etiam ſpecialiter obligato valet, ſi ſeruus ſe luerit.d. gl. pignori.

Legatum libertatis in fraudem creditoris factum non præualet legato ipſius ſerui facto alicui ſub conditione,ſi decem daret heredi. d.§. ſi idem. & ibi gl. in fraudem.

Legatum libertatis relictum ſeruo,ita,vt filiis teſtatoris rationes reddat, non intelligitur relictum ſub conditione: ſed ſub modo, & poteſt is compelli ad illum modum implendum. l. libertas, 17.§. hæc ſcriptura. de manumiſſ. teſtamen.

Legatum libertatis ſi ſit relictum ſeruo ita,vt alternis menſibus monumento lucernam accendat, vt ſolennia mortis peragat, ſeruo competit libertas ſtatim adita hereditate,& compellitur officio iudicis teſtatoris iuſſioni parere.l.Meuia.44. eodem.

Legatum, neque libertas conceditur ex verbis enunciatiuis prolatis à pagano, veluti lego fundum Fortunato meo, cùm eſſet ſeruus, & non libertus. l. ex his verbis.7.& ibi.gl.3.C.de teſta.militis.

Legatum, & libertas cenſentur conceſſa ex verbis enunciatiuis prolatis à milite non errante,veluti lego fundum Fortunato meo liberto,cùm ſciiſſet eum eſſe ſeruum;ſecùs ſi ignoraſſet, quia tunc neque legatum, neque libertas conceſſa cenſetur. ibid.

Legata libertatum non minuuntur per Falcidiam:ſed bene legata pecuniaria. gl. fi.in l.ſi vniuerſæ.15. C.de leg.

Legatum libertatis relictum per vim modi valebat olim,veluti vt ſeruum manumittas,lego decem.l.fi.C.de his,quæ ſub modo.

Legatum libertatis relictum in teſtamento eius, cuius memoria poſt mortem damnata eſt propter crimen,quod morte non extinguitur,non valet.l.2. C.de teſtam. manumiſſione.

Legatum libertatis poteſt relinqui in heredis placito,& voluntate.l.cùm proponas.8.& ibi.gl.fi. C.de fideicomm. libertat.

Legatum libertatis poteſt relinqui poſtumo alieno; alia autem legata non poterant relinqui.l.cùm inter.14.& ibi.gl.2. C. eod.

Legatum libertatis relictum ſeruo alieno ab ignorante teſtatore valet. gl. ignorabat.in §.non ſolùm.Inſt.de leg.

Legata libertate ſeruo non intelligitur legatum peculium, niſi expreſſè legetur ei,vel niſi legata ſit libertas ſeruo ſub conditione,ſi rationes reddiderit. §. peculium.Inſt.eod.

Legata libertate ſeruo,ſi teſtator vetauerit eundem reddere rationes, non intelligitur legatum peculium ſibi.gl.cùm rationibus. ibid.

Legata libertate,ſi pro parte adimatur,non valet ademptio.gl. fin. in l.legata. de adimendis legatis.

Legata libertas ſi fuerit ſeruo,quem teſtator credebat ſuum,illa libertas indiſtinctè debetur ei.gl.fi.in l.cùm alienam.10. C.de leg.

Reliqua verbo,Heres,123.124.125.Seruus,77.vſque,81.Libertas.

83 LEGATO materiato non intelligitur legata materia.l.librorum 50.§. chartis, de leg.1.

Legata materia non intelligitur legatum armarium, vel aliud materiatum factũ de materia illa.l.Seruius.55.eod.

ex Legatis poculis ſi maſſa facta ſit,vel contrà, valet legatum in illis, & debetur id, quod extat,niſi teſtator mutauerit voluntem.l.ſeruum filij. 46.§. ſi pocula. de leg. 1.

ex Legata lance ſi maſſa fiat,& poſteà ex maſſa poculum,valet legatum, & legatario poculum debetur,ibid.

ex Legata lana veſtimentum ſi factum ſit,debetur legatario veſtimentum ex legato,ſi conſtat clarè teſtatorem non mutaſſe voluntatem; ſecùs quando dubium eſt,an teſtator mutauerit voluntatem: quia tunc non debetur veſtimentum.d.† §.ſi pocula.& ibi gl.conſiſtere.

Legatis duobus ſtatuis marmoreis vni, ſi alij legetur omne marmor, legatarius ſtatuarij nihil aliud habebit, quàm duas ſtatuas marmoreas: reliquum autem marmor habebit alter.l.1.de auro,& argento.

ex Legata lana ſi veſtimentum factum ſit,in eo legato non continetur veſtimentum.gl.aliud nauis.in l.ſi conuenerit.18.§.pe.de pigno. actione.

ex Legato lanæ purpureæ vxori relicto continetur lana purpurea, quam libertus mandato teſtatoris eo viuo emit.l.4.de auro,& argento.

Legata ſpecialiter nauis poteſt vindicari à legatario, etiam ſi poſtea per partes tota refecta fuerit à teſtatore,eadem carina manente.l.quod ſi rerum.24.§. fi. de legatis. 1.

Legatum nauis ſimpliciter factum valet, ſi poſteà de nouo facta, vel per partes tota refecta fuerit à teſtatore.gl. vel ſpecialiter. ibid.

Legata inſula ſi combuſta fuerit, nihilominùs legatarius poteſt vendicare aream, cùm area ſit pars inſulæ, & quidem maxima.l. ſi grege.22.& ibi gl. fin. eodem.

Legatæ inſulæ, etiam inſula combuſta caſu, adhuc durat legatum in area, ſed legatum domus cenſetur reuocatum etiam quoad aream:quando domus eſt deſtructa à teſtatore, & ſic interueniente facto teſtatoris, per quod videtur mutare voluntatem.gl.fin.in l.ſi ita legatum.68.§.ſi domus.eod. titulo.

Legata inſula,ac poſteà exuſta,& à teſtatore noua facta non debetur legatario. l. tabernam & ibi gl.fi.de fundo inſtructo.

Reliqua verbo,Maſſa,Argentum,2.3.Aurum,1.2.4. Lana, Linum, Materia, Species,1.2.Argentum,ſup.73.Heres,111.112.

LEGATVM ſi ſit nomen debitori, debitor habet exceptionem. gl. cedantur. in 84
l.ſeruum filij.46.§.eum,qui chirographum.de leg. 1.

Legatum ſi ſit nomen alicui non debitori,ſufficit, quòd heres cedat legatario actiones aduerſus debitorem;quia id,quod debetur,legatum eſſe cenſetur. d.§. eum,qui.& ibi gl.leg.

Legatum nominis per exactionem à teſtatore factam extinctum videtur; niſi aliud appareat.l.pe.§.fi.de adimend.leg.

Legatis nominibus debitorum, ſi vnus ex debitoribus viuente teſtatore condemnatus non ſoluit, etiam illud debitum pertinet ad legatarium, niſi teſtator exactione facta deceſſerit. l. nepoti. & ibi gloſſ. fi. de fundo inſtructo.

Legato inſtrumento continentur nomina debitorum in eo contenta. l. qui chirographum. 57.de leg. 3.

Reliqua verbo,Nomen,6.Legatarius,12.Debitor,96. Heres.113. Legans,3.4.

LEGATVM relictum alicui, vt miniſtro, non poteſt patere is, niſi ſit relictum 85
ei pro anima, aut ad pias cauſas, vel ad alimenta,vel niſi aliquod commodum ſit ipſe habiturus, quod ſibi remanere debet, vel alij reſtituere.gl.1.in l.ſi quis Titio.17.de leg.2.

Legatum,quod deficit per deportationem, vel per mortem legatarij, non remanet apud nudum exequutorem.gl.deſierit.in l.ſolent.de adimen.leg.

Legatum relictum ab eo,cui teſtator nihil reliquit,valet, ſi vt ab exequutore reliquit.l.alio herede.& ibi gl. 1.eod.

Reliqua verbo,Exequutor,4.5.Commiſſarius,Legatarius,32.ſup.nu.ſeq.

LEGATVM debetur, etiam ſi modus mixtus adiectus legato deficiat per factũ 86
alienum,vel caſum fortuitum.l.ſi Titio.95. de leg. 1.

Legatum, vel fideicommiſſum relictum ſub modo, veluti vt aliquid legatarius faceret, non poteſt peti, niſi caueatur de implendo modo,etiam ſi non interſit heredis id fieri,niſi quando legatarius eſt effectus,vt nudus miniſter.l.ſi tibi legatum.19.& ibi gl.fi.de leg. 3.

Legatum relictum ſub modo ſolui debet ante completum modum cautione exacta.l.liberto.21.§.Lucius.& ibi gl.non prohibendos. de annuis leg.

Legatum ſub modo intelligitur relictum,quoties alicui legatur aliquid, vt ex eo aliquid faceret,putà vt monumentum teſtatori, vel opus, aut epulum alicui faceret, aut ex eo partem reſtituerit.l.demonſtratio falſa.14.§.fi.de conditio. & demonſtrat.

Legatum ſub modo non poteſt effectualiter peti, niſi præſtita cautione de implendo modo.l.quibus diebus.40.§. fi.eod.

Legata, vel fideicommiſſa relicta in vim modi olim non valebant, nec naſcebatur actio: hodie verò valent, & naſcitur actio. l. fin. Cod. de his, quæ ſub modo.

Legata ſi ſit aliqua res Caio ſub modo: ſcilicet vt det Titio quinque: iſto caſu olim non dabatur actio ſecundò, niſi in libertate, hodie tamen datur ei.glo. 1.ibid.

Legatum modale eſt,quando quis legat aliquid Titio,vt det Caio decem, vel vt Capitolium aſcendat,& tunc eſt ſimplex modus.gl.fi.ibid.

Reliqua verbo,Modus ſuprà num.82.

LEGATVM nutu poteſt relinquere teſtator, quando articulatè non potuit 87
loqui propter infirmitatem. gloſſ. vocabula. in l. ſi quis infundi. 4. de leg. 1.

Legatum,vel fideicommiſſum nutu poteſt relinqui: non tamen poteſt fieri nutũ heredis inſtitutio.gl.4.in l.iubemus.29.C.de teſtamen.& gl.pe.in l. & in epiſtola.22.C.de fideicommiſ.

Legatum relictum cum onere à principio impoſſibili non poteſt peti; ſi tamen onus tenuit à principio;ſed ex poſtfacto eſt impoſſibile,tunc tale legatum poteſt peti.gl.ſentire.in d.l.1.§. pro ſecundo.

Legatum relictum cum onere,quod à principio erat nullum;ſi tamẽ teſtator voluit ad legatarium aliquod commodum pertinere, putà interuſurum medij temporis,& tunc non annullatur legatum,licet annulletur onus. ibid.

Legatum ſi teſtator reliquit vni, & eundem fideicommiſſo eiuſdem rei grauauerit.

d. gl, distulerint. & ibi add.

Legata relicta piis locis si heres non neget: sed dicat non valere, vel aliam proponat rationabilem causam, non punitur in duplum. †. d. gl. distulerint.

Legatum generale, siue speciale relictum piis locis differens heres sine causa, & fraude præstare, punitur in duplum, si in iudicio conuentus sit: & si duplum non potest soluere, luet in corpore: sed si in iudicium vocatus non fuerit, non tenetur ad duplum, etiamsi alias sit in mora, nisi negauerit: quia tunc etiam non vocatus tenetur ad duplum. d. gl. distulerint. & gl. in iudicium. & ibi add. marg. ibid.

Legatum relictum piis locis differens heres prestare, si non sit vocatus in iudicium: sed aliàs sit in mora, tunc currunt vsuræ, & fructus debentur ex mora, & ipsa re; id est, sine interpellatione. d. gl. in iudicium.

Legata relicta in redemptionem captiuorum heres differens præstare sine causa, & fraude tenetur ad duplum, si conuentus fuit in iudicio †. d. gl. in iudicium. & ibi add.

Legata relicta Deo, vel alicui Sancto præstare, differens heres sine causa, & fraude tenetur ad duplum, si conuentus fuit in iudicio. ibid.

in Legato relicto Ecclesiis ciuitatis non comprehenduntur Ecclesiæ posteà constructæ. l. qui filiabus. 17. de leg. 1.

Reliqua verbo, Anima, Ecclesia, 2. 3. Pia, Actio, 142. Heres, 114.

93 LEGATVM pœnale si incipit à præcedenti dispositione, ipsum legatum est in præstatione, & non in petitione quoad exequutionis effectum. l. 1. & ibi gloss. dumtaxat. de pænu legata.

Legatum pœnæ nomine dicitur, quod coercendi heredis gratia relinquitur, quo magis aliquid faciat, vel non faciat. §. fi. Inst. de leg.

Legatum pœnæ nomine factum hodie valet etiam in hereditatibus, & potest etiã legatum pœnæ nomine factum in alium transferri, vel adimi, nisi aliquid impossibile, vel legibus interdictum, vel probrosum præcipiatur. ibi.

Legata penu, & si non detur, & aliquid legetur nomine pœnæ, dicuntur duo legata, primum penoris, & purum, sequens conditionale, & forsan pœnale; quia legatum pœnale incipit à præcedenti dispositione; sed si incœpisset à præcedenti conditione, veluti si penum non dederis decem dato, tunc vnum tantum est legatum. l. 1. & ibi gl. nummos. de penu legata.

Reliqua verbo, Penus, Legans, 12. Heres, 114.

94 LEGATA proprietate non accedunt instrumenta, nisi infixa: legato tamen vsufructu accedunt instrumenta, cum aliàs non possit vti frui instrumentis. l. sed etsi. 19. & ibi gl. contineri. de vsufructu.

in Legato vsusfructus latior est interpretatio, quàm in legato proprietatis. glos. pe. in add. in d. l. sed & si. §. fi.

Legata si sit proprietas mihi, & tibi, & posteà egi pro mea parte actione in rem, vel ex testamento, & amisi, si deinde tu repudias tuam partem, illa non accrescit mihi; quia portio, vel pars proprietatis, vel vt alluuio, accrescit alteri parti. l. si Titio. 40. & ibi gl. vsumfructum. eod.

Legatum proprietatis seruo communi si sit relictum, vno dominorum repudiante, alteri non accrescit eius pars: secùs est in legato vsusfructus relicto seruo communi; quia vno dominorum repudiante accrescit eius pars alteri; quia sicut vsusfructus facilius accrescit, ita faciliùs etiam ius coniunctionis recipit †. gl. non proprietati. in l. 1. §. 1. & gloss. ex sociis. in §. idem ait. de vsufruct. accrescen.

Legata si fuerint mihi decem millia in plena proprietate, & tibi vsumfructum eorumdem decem millium, tota decem millia sunt mea; sed tibi debeo numerare quinque millia priùs mihi præstando cautionem de restituendo, vsufructu finito morte tua, vel capitis diminutione. l. si tibi decem. 6. de vsufructu earum rerum.

Legatus si sit mihi fundus in plena proprietate, & tibi vsusfructus eiusdem fundi, proprietas totius fundi mihi competit: sed vsusfructus totius non: sed tantùm dimidiæ; & alterius dimidiæ partem tibi dare debeo, priùs mihi præstita cautione de restituendo finito vsufructu morte tua, vel capitis diminutione. ibid.

Legata proprietate rei hoc modo, vt vsusfructus maneat apud heredem, talis vsusfructus vna cum herede finitur, & consolidatur cum proprietate. l. antiquitas. 14. C. de vsufructu.

Legata si sit plena proprietas fundi duobus, & vsusfructus sit relictus vni, semissem duo proprietarij habebunt, & alium semissem fructuarius. l. si proprietas. 10. de vsufruct. accres.

Legata proprietas quòd reuerteretur ad heredem, si testator dixit, intelligitur post mortem legatarij. l. filios. 39. & ibi gl. filias. de vsufructu legato.

Legata proprietate fundi non videntur instrumenta legata: quia fundi nihil est, nisi quod terra se tenet paucis exceptis. l. 2. §. fin. & ibi gl. fin. de fundo instructo.

Legatorum nominè videtur possidere is, cui legatum est à non domino, & quandoque à domino, aliàs statim fit dominus etiam sine traditione. l. 1. & ibi gl. 1. pro legato.

pro Legato possessio, & vsucapio nulli alij competit, quàm ei, cui legatum est, d. l. 1.

Legatorum nomine possidere dicitur non solùm ille, cui legatum est: sed etiam heres eius, cæterique successores. l. 1. §. quæsitum. quorum legatorum.

Reliqua verbo, Proprietas, Legans, 5. Vsusfructus, 13. vsque 23. & inf. 127. 128.

95 LEGATVM certæ quantitatis ad pondus, veluti lego olei quinquaginta pondo, dicitur vnum legatum propter vnum nomen numerale: scilicet quinquaginta, quod comprehendit hæc pondera. l. si ex toto. 8. §. fi. de leg. 1.

in Legato quantitatis non habet locum regula de duabus causis lucratiuis. l. Titia, 89. de leg. 2.

Legatum quantitatis relictum per modum hodie valet, siue consistat in dando, vt lego tibi decem, vt des Titio quinque; siue consistat in faciendo, vt lego tibi decem, vt ascendas Capitolium: & oritur actio ex tali legato. l. fi. C. de his, quæ sub modo.

Legata si fuerint diuersæ quantitates in duabus scripturis principalibus eiusdem testamenti, illa tantùm, quæ minor fuerit, debetur. l. Sempronius. 48. de leg. 2.

Legata si fuerit eadem quantitas in duabus scripturis duarum voluntatum, veluti in codicillis, & in testamento, tunc vtraque quantitas debetur, secùs quando legata est in duabus scripturis vnius tantùm voluntatis, quarum vna alterã non patitur: sed seorsum censetur. gl. fin. ibi.

Reliqua verbo, Quantitas. & inf. num. 99. 100.

LEGATA soluta ex testamento repetuntur, si posteà appareat æs alienum, propter quod legata non debentur. l. 2. §. 1. & ibi gl. æs alienum. de condit. indebit.

Legata soluta ex testamento repetuntur, si posteà apparuerint codicilli, qui contineant ademptionem, seu diminutionem legatorum solutorum. ibid.

Legatis solutis ex testamento si heredi auferatur hereditas ex noua causa: vt quia posthumus natus sit, quem heres in vtero fuisse ignorabat, vel quia filius ab hostibus captus reuersus sit, quem pater obiisse falsò præsumpserat, posthumo, vel filio, qui hereditatem euicit, aduersus legatarios, quibus legata soluta sunt, dantur vtiles actiones, in quantum locupletiores facti sunt, & periculum nominum ad eum, qui sine culpa soluit; non pertinet. l. 3. eod.

Legata soluta ex primo testamento repetuntur, si posteà appareat secundum testamentum. l. 4. eod.

Legatum si solutum sit per iuris ignorantiam non detracta Falcidia, non repetitur. gl. locum esse circa principium. in l. interdum. 28. eod.

Legatum indebitum propter Falcidiam, vel inofficiosum, vel ruptum, vel irritum testamentum, si soluitur fideiussor, repetit solutum. l. frater à fratre. §. fi. & ibi gl. fi. eod.

Legata soluta de hereditate repetuntur à fisco damnata posteà memoria testatoris ob crimen perduellionis illatum: sed soluta de pecunia heredis ipse heres repetit. l. cùm filius. 78. §. fi. & ibi gl. danda. de leg. 2.

Legata si fuerint soluta de hereditate per heredem post damnatam memoriam testatoris ob crimen perduellionis illatum, heres soluens non repetit illa; sed magis tenetur fisco. gl. pe. ibi.

Legata relicta in minus solenni testamento soluta non possunt repeti, cùm iuris ignorantia soluta sint, secùs vero si facti. gl. 1. in l. cùm quis. 10. C. de iuris, & facti igno.

Legata soluta possunt repeti, vt detrahatur Falcidia, nisi sint legata relicta incertis personis, quia tunc soluta quocumque errore non repetuntur. §. sed quia stipulationes. in additio. marg. Inst. de fideicommiss. hereditat.

Reliqua verbo, Repetitio, Heres, 111. 116. 117.

LEGATVM non potest quis repudiare ad incommodum alterius. l. si partem. quemadmodum seruitutes. 97

Legatum habetur pro non relicto, si legatarius repudiat illud. gl. non esset. in l. non erit. 5. §. fi. de iureiur. l. legatarius. 38. §. fi. de leg. 1.

Legatum ante diem, vel conditionem repudiari non potest. gl. 1. in l. si seruus. 14. de condictione furtiua.

Legatum vnius rei non potest pro parte adiri, & pro parte repudiari à legatario; potest tamen ab herede legatarij. gl. fi. in l. 1. de acq. hered.

Legatum repudiare non videtur quis, nisi sit certus, saltem vehementi opinione, de iure suo. l. in repudienda. 23. eod.

Legatum delatum seruo potest eius dominus repudiare; intellige post aditam hereditatem ab herede. l. legatum seruo. 7. de leg. 1.

Legatum relictum tantùm ab vno ex heredibus proprio nomine eius expresso, illo repudiante, alij cohæredes non tenentur præstare, licèt eius pars illis accreuerit †. gl. totum. in l. si duobus. 16. §. 1. eod.

Legatum relictum filio, vel seruo alieno potest eius dominus, vel pater repudiare. gl. 1. in l. legatum nulli. 21. de adimend. leg.

Legatum non potest repudiari ante aditam hereditatem, quasi non possit tolli ius de futuro. gl. legatum. & ibi add. marg. in l. qui autem. quæ in fraud. creditorum.

Legatam rem seruo in testamento, quæ in codicillis legata fuit eius domino, potest dominus repudiare ex serui persona, & agnoscere ex sua. l. si seruo meo. 104. de leg. 1.

Legata si fuerit eadem res domino purè, & eius seruo purè, vel sub conditione, potest dominus repudiare suam partem, & aliam partem adueniente conditione, sub qua seruo legata fuit, agnoscere ex persona serui, & ita pars repudiata non pertinet ad dominum, nisi per ius accrescendi. l. si mihi purè. 61. & ibi gl. 2. de leg. 2.

Legata si fuerit eadem res duobus seruis meis, possum repudiare partem legati ex vnius serui persona, & ex alterius agnoscere, & ideò pars repudiata nõ pertinet ad dominum ex persona serui, ex qua repudiauit: sed bene per ius accrescendi ex alterius serui persona, ex qua partem eius agnouit. ibid.

Legata si sint ducenta à Titio herede, & posteà centum legata sint ita, quisquis mihi heres erit, det centum, si Mæuius cohæres repudiauerit hereditatem, trecenta Titius debebit; quia 250. iure suo: sed quinquaginta iure accrescendi; idem econtrà si Titio repudiante Mæuius adierit, Mæuius debebit 300. ita quòd quinquaginta iure suo, & 250. per ius accrescendi. l. si Titio. 63. & ibi gl. 2. de leg. 2.

Reliqua verbo, Legatarius, 7. 13. Repudiatio, sup. nu. 25. inf. nu. 116.

LEGATVM factum de rebus publicis, vel de his, quæ sunt destinatæ ad vsum publicum principis, vt magna palatia, horti publici, & similia, non valet etiam quoad æstimationem. l. idem Iulianus. 41. §. constat. de legat. 1. 98

Legatum factum de re, cuius commercium nullius est: vt quia sacra, vel religiosa, vel liber homo, non valet etiam quoad æstimationem. gl. 1. in l. sed si res. 42. eod.

Legatum factum de re, quæ est in commercio cum magna difficultate, non valet, neque debetur æstimatio: secùs si cum difficultate; sed non cum magna. ibidem.

Legatum factum de re, quæ est in commercio legatarij: sed non heredis valet. ibidem.

Legatum rei, quæ non est in commercio nostro, non valet, vt si quis legauerit Campum Martium, basilicas, vel templa, aut quæ vsui publico destinata sunt. §. non solùm. Inst. de leg.

Legatum

Legatum mihi factum de re mea, quæ liberè, & irreuocabiliter non est mea: sed est debita testatori ex contractu emptionis, valet, secus si res esset mea liberè, & irreuocabiliter.l.Aphricanus.40.§.si Titius.de legatis.2.

102 Legatum purum de re mea mihi factum non valet, nec conualescit, etiam si post testamentum fuerit alienata à me.l. cætera.43.§.1. de leg.1.§. sed si rem. Inst. de leg.

Legatum factum mihi sub conditione de re mea valet, si tempore existentis conditionis mea non sit. ibid.

Legatum rei meæ, in qua alius habet ius, valet. gloss.luatur. in l.si tibi homo. 88. eodem.

Legatum rei valet, quando quis mihi legauit rem à Titio, quam ipse Titius mihi per stipulationem anteà promiserat, si illa stipulatio non intercessit ex lucratiua causa, secùs si stipulatio, sicut & legatum intercessisset ex lucratiua causa, vt quia mihi legatario de re legata nihil abest, quo casu non potest mihi præstari bis eadem res.l.si seruus legatus.111.§. Stichum. & ibi gl. ex duabus.eod.

Legatum rei valet, quando quis mihi legauit à te herede rem, quam tu ex testamento Titij mihi debebas, si legans fidei meæ commiserit, vt alicui restituerem eamdem rem, vel tantam pecuniam, quantam valebat res; quia nihil de tali legato sum habiturus.ibi.

Legatum rei valet, quando primus testator mihi in suo testamento legauit à te herede rem, & fidei meæ commisit, vt eam restituerem alicui, & eandem rem mihi alius testator legauit in suo testamento.ibid.

Legatum rei meæ propter seruitutem personalem, vel prædialem, quæ debetur leganti, vel alij in re mea, non valet †.l.Mæuius.68.§.pen.& ibi gloss.istas. de leg. 2.

Legatum rei meæ, in qua legans habet vsumfructum, non valet; quia etiam sine legato sum habiturus plenam proprietatem eo mortuo. ibid.

Legatum rei meæ, pro qua legans habet ius, vt quia legatarius debet eam leganti ex venditione, vel ex alia causa, valet.gl.istas.ibi.

Legatum certæ rei, vel speciei purè debitæ factum creditori, licet valeat propter commodum translationis dominij; sed à tali legatario non potest fideicommissum relinquere, etiam si commodum sentiat propter sumptus litis, quos faceret, si ex stipulatione litigaret.l.3.§.1. de leg.3.

Legatum rei propriæ ipsius legatarij valet ratione iuris, quod habet testator, vt quia habebat in ea actionem personalem, vel hypothecariam.l.1.& ibi gl.valere.de liberat.legata.gl.istas.in l.Mæuius.68.§.pe.de leg.2.

Legatum factum de re testatori debita non extinguitur, licèt testator post testamentum rem à debitore exegerit. l. Aphricanus. 40. §. idem Iulianus. de legat.1.

Legata si fuerit vna res ex duabus alternatiuè debitis, euentus solutionis declarabit an legatum valeat.l.si Titius mihi.52.de leg.2.

Reliqua verbo, Testator, 27. Heres, 121.122.158. Legatarius, 7.

103 LEGATVM ob impignerationem rei legatæ posteà factam à testatore non censetur reuocatum; secùs est in re vxori donata à marito, & posteà ab eo pignorata. l. cum hic status. 33. §. si maritus.& ibi add. marg. de donatio. inter virum.

Legata in testamento relicta possunt codicillis reuocari, cùm tacita etiam volũtate possint reuocari †.gl.omnia.in l.heredes 21.§. 1. de testam.

Legata si sit eadem res vni in testamento paterno, & alij in testamento pupillari, per secundum legatum relictum in testamento pupillari non censetur ademptum legatum relictum in testamento paterno, & duo faciunt sibi partes per concursum. l. cohæredi. 4. §. cohæres. & ibi gloss. nam & cùm. de vulgari.

Legatum factum seruo non potest testator adimere eius domino.gl.in l.legatum seruo.7.de leg.1.

Legati ademptio facta in eodem testamento, siue præcedat, siue sequatur, legatum perimit ipso iure, & quod minimum est, debetur. l. si ita sit scriptum. 14. eodem.

Legata plura si alicui fuerint relicta, & testator, siue ante, siue post in eodem testamento dicat, si bis, vel pluries legauero, semel tantum deberi volo, ipso iure omnia legata præter vnum adempta videntur, & si non appareat, quæ legata adimantur, tunc illud legatum, quod minimum est, præstari debet.d.l. si ita scriptum. & ibi gl.ipso iure.

ex Legato facta detractio à testatore habetur loco ademptionis.l.quod in rerum. 24.§.si quis.& ibi gl.& domus.eod.

Legatum reuocare videtur testator eo ipso, quòd rem legatam ipse affixit, vel iniunxit ædibus.l.cætera.43.§.fi.eod.

Legatum ademptum sub conditione non videtur datum in euentum contrariæ conditionis, quando contraria conditio est impossibilis cum ipso legato. l. si fundum.83.§.Stichum. eod.

104 Legatam rem, quam testator alienauit ex necessitate, potest legatarius petere, secus si ex voluntate alienasset; quia tunc censetur reuocasse legatum.gl.reliqui. in l.Lucius.23.de leg. 2.

Legata si fuerit res, vel pecunia ex eius venditione redacta, si posteà testator eam vendiderit, ac pretium consumpserit in vsus suos, ac aliam pecuniam soluerit legatario, tunc testator videtur duplicare velle legatum, & sic poterit petere rem legatam, vel pretium eius, non obstante quòd fuerit à testatore sibi soluta gl.voluisse.ibi.

Legatum relictum in testamento solenni intelligitur tacitè reuocatum per testamentum minus solenne.l.si iure.18.de leg. 3.

Legatum filiæ relictum in testamento non reuocatur per legatum factum patri in codicillis.l.Paulo Callimacho.27.eod.

Legato reuocato videtur reuocatum onus legato appositum.l.Pamphilo, 37.§.fi. eodem.

ex Legato reuocato, vel cui renunciatum est, nihil petitur.l.vxorem.39.§. testamento, quo.eod.

Legatum videtur reuocatum in eo, in quo apparet esse mutata voluntas testatoris, non in alio.l.tabernam. de fundo instructo.

Legatum relictum duobus Titiis, si vni ademptum sit, nec apparet, cui ademptũ sit, non valet ademptio, & neutri debetur legatum, quemadmodum & in dando, si non appareat, cui datum sit, neutri dicitur legatum relictum.l. 3. §. si quis duob.de adim.legatis.l.si ita fuerit legatum.& ibi gl.1.de rebus dub.

Legata, vel fideicommissa reuocantur nuda voluntate, vel tacita, vt ex grauissimis inimicitiis, quibus cessantibus restaurantur, & redintegrantur.d.l.3.§. fi. cum l.seq.de adimend.lega.& l.si inimicitiæ.de his, quibus vt indignis.

Legata, & fideicommissa reuocantur sine voluntate, & sine facto: sed in heredis institutione requiritur factum, quod deleat, vel cancellet testamentum, aut linum concidat, & tunc ipso iure rumpitur.d.§.fi. & ibi gl.nuda.

Legatum sicut potest adimi, ita & ad alium potest transferri, veluti, quod Titio legaui, id Seio lego: in persona Titij tacitam ademptionem continet tale legatum.l.5.de adimen.leg.

Legata quando fuit alicui eadem res, quæ alij fuit legata sine tamen commemoratione primi legati, ambo legatarij concurrunt, sed quando legatur res alteri legata sub commemoratione primi, tunc censetur facta ademptio primo legatario.gl.fi.& ibi add.ibid.

Legtum simpliciter ademptum manet apud heredem cum onere suo. l. si adimendo.eod.

Legatum nulli alij potest adimi, quàm cui datum est.l.legatum nulli.21. eod.

Legatum relictum filio, vel seruo alieno non potest adimi patri, vel eius domino.ibid.

Legatum relictum liberto videtur ei adimere testator, eo ipso, quod eum appellet ingratum in testamento, in legatum ei reliquerat.l.libertus.eod.

Legatum videtur ademptum per ademptionem oneris adiecti in vim modi.l. alumnæ.§. Seia.eod.

Legatum relictum in testamento potest adimi in codicillis, nisi filio iure institutionis legatum certæ rei esset factum. glo. codicillis & ibi add.in l.pen.§.1. eodem.

Legatum purè relictum sub conditione ademptum mortuo legatario pendente conditione ad heredem legatarij non pertinet, etiam si conditio defecerit.l. si legatum purè. de adim. leg.

Legatum, vel fideicommissum relictum videtur tacitè reuocatum, si legatarius palam, & aperte testatori maledixerit, & infaustas voces aduersus eum iactauerit.l.si inimicitiæ.de his, quibus vt indignis.

Legatum relictum cum onere in vim conditionis apposito non videtur ademptum, eò quòd onus impositum sit ademptum, secus quando legatum erat relictum propter onus iniunctum. l. si quis seruum. 52.& ibi glo. 1. de cond. & demonstr.

Legata per secundum testamentum videntur reuocata, licèt in eo non fiat mentio primi, secùs in tacito fideicommisso.gl.scriptus in l.3.§. item si ipse. si cui plùs, quàm per leg. Falcid.

Legatum ademptũ non habetur omnino perinde, ac si legatum non fuisset, cum hoc inducat iustam causam errandi, ob quam vsucapere pro legato possit. l. 4. & ibi gl.1. pro legato:

Legata reuocari possunt propter æs alienum, & debitum bonorum subsidium, vt sint nulla.gl.pe.in l.1.C.si certum petatur.

Legatum non reuocatur per sequentem obligationem, vel alienationem; donatio tamen inter coniuges reuocatur.gl.1.in l.si maritus.12.C. de donatio. inter virum.

Legatũ non potest reuocari ex leui culpa legatarij. gloss.2. in l. 2. C. de libertis.

Legatum datum alicui potest ei purè, & sub conditione adimi.l. datum legatum. 17. C.de legatis.

Legatum datum in eodem testamento, videtur non fuisse datum, si in alio testaméto solenni ipso iure adimitur: sed si adimatur in alio testamento minus solenni, ipso iure debetur; sed obstat exceptio.gl.1.ibi.& l. si ita scriptum. 14. & ibi gl.ipso iure. de leg. 1. 1

Legatum si adimatur per inductionem; si quidem fiat ante consummationem testamenti, ipso iure adimitur, alioquin per exceptionem. gl. 1. in l.datum legatum, 17.C.de leg.

Legatum in testamento relictum potest codicillis adimi: licèt testamento non sint confirmati, gl. 1.in princ.in auth.de rest.fideicom.col. 9.

Legatorum ademptio siue in eadem voluntate, siue in diuersa quibuscunque verbis facta valet. in princ.Inst. de ademptione legatorum.

Legatam rem vni si in secundum legatarium transtulerit testator volens adimere priori, non debetur legatum priori, licèt in secundi legatarij personam non possit consistere legatum.l.planè. 34. de leg.1.

Legata res cum fructibus potest reuocari à legatario pendente conditione legati.l.omnia.32.§.1.de leg.2.

Legato horreo vinario cum vino, si testator vendiderit horreum, venditionem autem vini distulit, vt carius venderet, posteà decedens videtur reuocasse legatum horrei, sed non legatum vini, & vasorum, quæ legatario debentur.l.tabernam.& ibi gl.fi.de fundo instructo.

Legato fundo potest testator adimere legatario proprietatem eiusdem fundi, & relinquere ei vsumfructum, & econtra, adimere vsumfructum, & relinquere ei proprietatem, & etiam potest adimere ei partem fundi, & partem relinquere.l.2.de adimen. leg.

pro Legata re si alia res legetur, prius legatum videtur ademptum.l.trãslatio. eo.

Legato homine in genere, si Stichus adimatur, non perimitur legatum; sed tantũ extenuatur, ita, quod legatarius non possit eligere Stichum, quod aliàs posset. l.qui hominem.cum l.seq.& ibi gl.non possit.eod.

Legata si fuerit alicui vna res de rebus specialiter alij legatis, & sub generali confirmatis, in totum videtur esse legata, & legatario primo adempta. l. alumnæ §.Titia.eod.

Legatum purè relictum vni, si alij legetur sub conditione, non videtur à primo legato recessum, nisi conditio sequentis extiterit.l.quod si alij.eod.

Legatum, quod sub conditione adimitur, sub contraria conditione videtur relictum: id est non adimitur.gl.fi.ibi.& l.si legatum purè. & l.legata eod.

Legatam rem vni legando, posteà alteri, videtur primo legatario ademptum legatum, & secundo datum fuisse, si probetur testatorem hoc voluisse, aliàs secus.gl.do lego.in §.si eadem res.Inst. de leg.

Legatus seruus à testatore ex voluntate alienatus non debetur legatario, etiam si testator eum redemerit, nisi legatarius probet nouam voluntatem testatoris.l.cum seruus de adime.legat.

Legatus seruus si ante aditam hereditatem furtum fecerit heredi, & posteà adita hereditate legatarius habuit seruum legatum, potest heres seruus nomine agere actione furti contra legatarium; quia tempore furti heredis non erat seruus legatus, sed erat legatarij à tempore mortis testatoris fictè. l. à Titio. 66.& ibi gl.fi. de furtis.

Legatus si sit seruus alicui, vt manumittat, cùm testator non posset manumittere, legatarius licèt non manumittat ex voluntate testatoris, nihilominùs tamen valet legatum,& apud legatarium remanet.gloss.apud eos. in l. 1. §. in primo. C.de cadu cis tollend.

Legatus seruus alicui, vt manumittatur, si habeatur pro non scripto, remanet penes heredum cum suo onere,& ita debet ei dare libertatem. gloss. perrarò. ibidem.

Legatus seruus alienus si sine facto heredis à domino fuerit manumissus, non tenetur heres, secùs si heres sit in culpa, vt quia non certificauerit domino, qui si sciuisset se posse vendere, non manumisisset, vel si fuisset in mora in emendo: nam his casibus tenetur heres. §.si res legata. & ibi gl. sicut facto. Inst. de legatis.

Legato statulibero expedit heredi ipsum statuliberum præstari magis, quàm æstimationem.l.seruum filij.46.§.si statuliberum.de legat.1.

Reliqua verbo, Ancilla, 2. Heres, 123.124, Legans, 19. Seruus, 65. vsque 70. Suus, 2. Chorus.

113 LEGATVM factum per vnum ex sociis communi seruo sine libertate non debet conferri inter socios, & heredes legantis.l. verum.64. §.si seruo. pro socio.

Legatum relictum seruo proprio sine libertate non valet, nisi sit miles; sed bene seruo communi.gl.sine libertate.ibi. & gloss. pe.in l. & si transferam.de adimendis legatis.

Legatum relictum seruo pœnæ, veluti damnato ad bestias, vel ad gladium, aut in metallum, pro non scripto habetur, nisi relinqueretur ad alimenta.glo. pro non scripto. in l.si quis mihi.25.§.de acqui.heredit.

Legatum relictum seruo priuati ad alimenta tenet.d.§.1.

Legatum relictum in testamento seruo proprio valet, si codicillis posteà libertas sit data ei; quia semèl dedisse legatum, & libertatem videtur, cùm adhuc penderet legatum vsque ad mortem.l.conficiuntur.§.pe.& ibi gl. vtile.de iure codicillorum.

Legatum relictum seruo communi acquiritur dominis pro dominica portione. l.si seruus plurium.53.de legat. 1.

Legatum relictum mihi,& seruo meo, vel filio meo in solidum in eodem testamento valet legatum vtriusque.l.quid ergo.§.1.& ibi gl.legatum,eod.

Legatum factum ab extraneo seruo alicuius post mortem domini sui, mortuo domino pertinet ad heredes domini, nisi dominus illi seruo libertatem puram directò reliquerit, & fuerit institutus heres suus, vel necessarius, quia tunc quando cedit dies legati, reperitur liber,& sic legatum acquirit sibi. l. si post mortem.81.eod.

Legatum quando à domino suo relinquitur seruo proprio alteri legato, dies rei legatæ cedit ab adita hereditate, sed quando ab extraneo relinquitur tali seruo legato, inspicitur tempus, quo cedit dies legati, & si ante aditam hereditatem cedelet tunc hereditati,& per eam heredi futuro; si autem post, tunc legatario,l.seruo legato.72.& ibi gl. 2. eod.

114 Legatum factum seruo cõmuni potest vnus ex dominis repudiare, & alter agnoscere.l.si fundum.83.§. 1.eod.

Legatum serui Titij factum eidem Titio, & Mæuio, non valet quantùm ad Titium; quia res sua sibi legari non potest; facit tamen partẽ dictus Titius quoad hoc, vt Mæuius totum seruum habere non possit ex testamento: sed tantùm medietatem.l.huiusmodi. 38.§.si Titio.& ibi gl.pars eod.

Legatum factum seruo valet, si libertatis,& legati dies cedit simul, vel libertatis priùs, secus si dies legati priùs cedit.l.quæsitum.93.§.1.eod.

Legatum relictum pure seruo non iustè manumisso non valet, nec confirmatur, si posteà manumittatur,l.si minor.10.eod.

Legatum mihi fundum si quis seruo meo donauerit, adhuc actio ex testamento indistinctè mihi remanet pro legato.l.si seruus legatus.111.§. 1. eod.

Legatum serui alieni rectè factum per inutilem libertatis dationem eidem seruo factam non vitiatur.d.l.si seruus legatus.§. si seruus.

Legatum relictum seruo alieno sine libertate acquiritur, si antequàm dies legati cedat, peruenerit ad libertatem, nisi dominus quondam repudiet illud l.filiusfamil.117.§.si fideicommissum,& ibi gl.posse.eod.

Legatum, vel fideicommissum relictum seruo libero iusso vitiatur, si aliquo casu libertas impeditur tempore, quo cedit dies legati. l.cùm filius.78.§.seruus. de legat.1.

Legatum relictum seruo deportati non valet,& fisco acquiritur, nisi deportatus viuo testatore eum alienauerit, vel ipse restitutus fuerit; quia tunc ad ipsum restitutum, vel nouum dominum pertinet; quia tempore mortis, quo cedit dies legati, dominus serui capere potest ex testamento aliàs non quæreretur ei.l.si deportati.7.& ibi gl. de legat.3.

Legatum relictum seruo vt valeat, non sufficit, quòd tempore testamenti eius dominus sit capax; sufficit tamen, quòd tempore mortis sit capax, licèt nõ fuisset tempore testamenti. ibid.

Legatum si ita relinquatur, si Stichus, & Dama serui mei in potestate mea erunt, cùm moriar, illi liberi sint,& fundum Titianum sibi habeant: si testator facto testamento alienasset, vel manumisit vnum ex eis, alter, qui remanet in potestate, erit liber, & habebit legatum, cùm non sit verisimile testatorem voluisse adimere legatum ei, cui libertatem donare festinauit.l. qui concubinã: 29.§.si Stichus.& ibi gl.& legatum,eod.

Legatum si quis purè legauerit seruo suo, & si is seruus per biennum seruierit hæredi suo, quòd esset liber, legatum post biennium debetur, non ante; quia in id tempus & legatum, & libertas referri debent.d.l.qui concubinam.§.cum in testamento.

Legatum relictum seruo meo sicut mihi relinquitur: ita legatũ relictum rei meæ mihi videtur relictum.l. Caius.12.de annuis legat.

Legatum relictum seruo vt valeat, duo requiruntur: primum quòd dominus eius sit capax, & quòd talis res sit legata, quæ possit legari ei facto libero, quorum vnum si deficiat, legatum est nullum. l. & si maximè. & ibi gl. 2. de seruitute. legata.

Legatum factum seruo proprio sine libertate herede voluntario instituto conualescit, si optione serui legata alicui, omnes serui hæreditarij præter eum, cui legatum fuit relictum, decesserit ante aditam hereditatem; quia tunc legatarius optionis sine optione aliqua habebit dictum seruum superstitem, & etiam legatum illi seruo relictum; secùs si heres necessarius fuisset institutus; quia tunc legatum seruo proprio relictum non valet propter regulam Catonianam.l. si optio.de optione legata.

à Legato relicto specialiter libertis testamento manumissis non videtur recessum per legatum in codicillis generaliter omnibus libertis relictum, non ab eodem herede: sed à diuersis gl.relicta in l.libertis. de alimentis.

à Legato relicto specialiter libertis testamẽto manumissis non videtur recessum per legatum in codicillis generaliter omnibus libertis relictum ab eodem herede, nisi legatarij liberti testamento manumissi probent contrarium. d. l. libertis.& ibi gl.recessum.de aliment.& cibar.

Legatum relictum seruo duorum sub conditione dandi potest per partes conditioni parere.l.qui heredi.44.§.si duorum. de condit. & demonst. 11

Legatum relictum ancillæ alienæ, cùm ea nupsisset, valet, quia videtur cogitatum de eo tempore, quo manumissa possit nubere.l. si ancillæ. 57. & ibi gl. fi. eod.

Legatum relictum filio, vel seruo debetur domino, vel patri, si filius, vel seruus, cùm dies legati cedere incipit, sui iuris non sit: aliud est in contractibus, vt si fiat sui iuris etiam ante conditionem obligationis, ddmino, vel patri queritur. l.5.§.fi.& ibi gl.pe.quando dies legati cedat.

Legatum relictum pure seruo debetur eius domino, si post diem legati cedẽtem liber factus sit. d.§.fi.

Legatum relictum seruo, si heres alienauerit eum, non valet quoad ipsum seruum: sed bene quoad redemptorem eius, cui acquiritur illud. l. Stichus. 39. & ibi gl.pe.de manumi.testam.

Legatum si sit relictum seruo proprio sub appellatione liberti, non ob hoc relinquitur libertas. l.2.C. de necessar. seruis.

Legatum seruo proprio factum sine libertate non valet de rigore iuris, nec vlla actio pro illo competit: impius tamen est heres, qui illud soluere negat. l.pen. §.illo.C.eo.l.plane.34.§.si coniunctim. & ibi gl.proprio.de leg. 1.

Legatum seruo proprio factum sine libertate nõ valet, nec cogi potest heres soluere, licèt non soluendo opinionem suam aggrauet.gl.2.in d. §. illo.

Legatum seruo proprio factum sine libertate non valet, etiam relictum ad alimenta: relictum tamen ad alimenta seruo alieno, & non testatoris, vel heredis, valet. ibid.

Legatum seruo proprio si sit factum relinquendo ei libertatem sub conditione; si conditionem exituram certum est, tenet legatum: si verò est incertum legatum, est in suspenso, si verò libertas propter conditionem est inutiliter data, neque tenet legatum. ibidem.

Legatum relictum seruo sine libertate valet si consequatur libertatem viuo domino testatore, vel si ipse seruus alij legetur.gl.1.& fi.in l.4. C. de legatis.& l. quæsitum.93.§.duobus.de legat.1.

Legatum, vel fideicommissum relictum seruis testamento dominorum sine libertate non valet, nec potest conualescere, licèt post mortem testatoris aliqua ratione libertatem consequuti fuerint, d.l.4.

Legatum, vel fideicommissum relictum seruo proprio, cui fideicommissaria libertas relicta est, valet. l. qui fideicommissariam. 8. Cod. de fideicommiss.

Legatam rem seruo si heredes venientes ab intestato diuiserint æqualiter, dominus serui, etiam si diuisioni fuisset adhibitus, vt testis potest petere rem legatam, nisi appareat interfuisse causa repudiandi legatum.l.Titia.35.§. Lucia, de legat. 1.

Reliqua verbo, Seruus, 61. vsque 64.

LEGATI si fuerint serui omnes cum peculio, etiam hi serui debentur, qui nullum peculium habent; quia illa verba, cum peculio, causa augendi, non minuẽdi sunt dicta. l. si cui serui.55.& ibi gl.1.de leg.1. 1

Legatum serui castrensis peculij filij sui factum à patre valet, si viuo patre filius moriatur sine testamento, secùs si pater præmoriatur, vel filius testetur; quia tunc non valet legatum.l.seruum filij.4^.& ibi gl.1.eod.

Legato seruo non censetur legatum peculium eius, nisi legetur expresse: fallit tamen hoc quandoque.l.si legatus.& ibi gl.1.de peculio legato.gl.fi. in l.fin. de supellectili legata.

Legatum peculij seruo relictum non cedit, nisi ab adita hereditate; sed extraneo relictum, cedit ex die mortis testatoris. l. pe. & ibi add. marg. de peculio.

Legatum vnum dicitur, quando legatur supellex, peculium, vel instrumentum, quo casu non potest legatarius vnam rem spernere,& aliam petere; sed quando plures res nominatim in legato exprimuntur, plura legata dicũtur, & ideò potest vnam spernere,& aliam petere.l.1.& ibi gl.1,de leg. 1.

in Legato peculij seruo facto in dubio non continentur debita à domino ipsi seruo ratione peculij.§.peculium.Inst. de legatis.

Reliqua verbo, Heres, 124. Peculium, 12.13. Legatarius, 2.3.7.

LEGATVM eius, quòd in pondere, numero, vel mensura consistit, si fiat, pro vt est in certo loco, iudicatur vt species,& non vt quantitas, veluti si legetur pecunia existẽs in sacculo, vel in arca, censetur legata vt species, & non vt quantitas.l.talis scriptura.30.de legat.1.& l.sed si certos.34. eod.

Legatum speciei non recipit permutationem, vt aliud pro illa speciẽ soluatur. d. l.sed si certos,& ibi gl. pe.

Legatis certis speciebus vestis, vel argenti specialiter demonstrando singulas species suis designationib. fugientib. vice proprij nominis dictarum specierum, debentur illæ tantùm, quæ in hereditate inueniũtur,& non aliæ: tenetur

tamen

dem Caio,ac poſteà repetita ſint legata generaliter,trecenta videntur repetita,ita ſcilicet,quod centum debeat ſoluere Titius,& ducenta Mæuius. l.ſeruo alieno.116.§.ſi quis à primo.& ibi gl.ſi quis.de legat.1.

Legata relicta à pupillo ſi fuerint relicta ab eius ſubſtituto pupillariter, non debentur ex repetitione;ſed tantùm debentur ex primis tabulis,ſi pupillus heres extitit,& intra pupillarem ætatem deceſſiſſet priùs,quàm eſſet heres, tunc legata deberentur ex ſecundis tabulis,ſiue ex expreſſà,ſiue ex tacita repetitione. d.§.ſi quis à primo.& ibi gl.debeantur.

Legata relicta ſub conditione ab inſtituto pupillo ſi fuerint repetita purè à ſubſtituto pupillari,debentur illa ex ſecundis tabulis ex repetitione. gl. debeantur.ibid.

Legata ſi fuerint Titio centum,& eidem à ſubſtituto ducenta, illa centum videntur ineſſe in ducentis,ac ſi eadem legata repetita eſſent.ibid.

Legatum relictum à pupillo ſub conditione,ſi ad pubertatem peruenerit,ſi fuerit repetitum ſimpliciter ab eius ſubſtituto, pupillo in pupillari ætate decedente debetur à ſubſtituto,nec videtur repetita illa conditio in repetitione legati à ſubſtituto;quia vitiaret legatum,niſi expreſsè repetatur. d.l.ſeruo. §. ſi ab impubere.& ibi gl.repetita.

Legatum ſub conditione relictum ab inſtituto videtur repetitum à ſubſtituto per legem ſub eadem conditione.l.cùm pater.79.§.ab inſtituto.de legat.2.

ex Legatorum repetitione facta in ſubſtitutione debentur etiam libertates; quia appellatione legatorum continentur libertates. gl. 1. in l. cùm in ſubſtitutione.7?.de legat.3.

Legatum relictum nominatim ab vno,à ſequentibus in gradu non debetur, ſecùs ſi relictum ſit ab herede,& ſic indefinitè:quia tunc etiam à ſequentibus in gradu debetur.l.ſi plures.96.de legat.3.

122 Legata relicta à pupillo in primis tabulis,& ab eius ſubſtituto in pupillari ſubſtitutione ſi relinquũtur,fit eorum contributio ſiue ſubſtitutus eſſet coheres pupillo, ſiue non. l.in ratione. 21. §. quæſitum. & ibi gl.non oportere. ad leg. Falcid.

Legata quando relinquuntur à coherede impuberis, & ab impubere in inſtitutione,non fit contributio eorum,ſi portio impuberis, quæ aduenit ſubſtituto, fuit grauata;ſecus ſi fuiſſet grauata ſuccedentis portio.ibid.

Legata quando relinquuntur à coherede impuberis in inſtitutione, & ab eodem coherede in pupillari ſubſtitutione,fit contributio eorum legatorum ab herede ſubſtituto,& ſic fit confuſio bonorum.ibid.

Legata relicta ab inſtituto ex primis tabulis,& ab eodem in ſecundis factis filio exheredato debent contribui.d.l.in ratione.§.fin.

Legatum,vel fideicommiſſum relinqui non poteſt à ſubſtituto impuberis exheredati, etiam ſi impuberi aliquid legatum ſit. l. cùm quidam. 24. Cod. de legatis.

Legata à ſubſtituto relicta non debentur ab inſtituto adeunte.l.quoties.13. C.de fideicommiſ.

Legata aliqua quando relinquuntur ex ſubſtitutione, vel in conditionis euentum,legata prima:ſcilicet ex inſtitutione,vel purè relicta præſtantur cautione recepta,quanto ampliùs, quàm per legem Falcidiam legatarius cœperit, reddi.l.1.§.interdum.ad legem Falcid.

Legatum relictum à ſubſtituto pupillari non euaneſcit, quando legatarius interim emit à pupillo inſtituto, & poſteà alienauit. l. ſi à ſubſtituto.47. de legat.1.

Legatum non poteſt relinqui à ſubſtituto exheredati,nec à legitimo exheredati, neque ab ipſo exheredato;ſecùs in inſtituto, qui beneficio prætoris ſuccedit per contra tabulas.l.ab exheredati.126.& ibi gl.1.de lega.1.

Legata relicta à poſthumo inſtituto debentur à ſubſtituto,nato poſthumo.d.l.ab exheredati.§.fi.

Legata relicta à poſthumo inſtituto ſub conditione,ſi heres erit, non ſunt conditionalia,ac proinde habentur,ac ſi purè relicta eſſent. d.§.fi.& ibi gl.fi.

Legata relicta à ſubſtituto filij exheredati non valent, etiam ſi ad eum bona defuncti perueniant per mediam perſonam.l.fin. de legat.3.

Reliqua verbo,Inſtitutus,7.8.9.Relictum,& ſup.num. 74. Repetitio, Legatarius, 1.6.

123 LEGATVM conditionale non tranſmittitur.gloſ. fin.in l.123. quæ ſub conditione.8.§.fi.de condit.inſtit.§.optionis.Inſt.de legatis.

Legatum quoad tranſmiſſionem cedit à die mortis teſtatoris.gl.2.in l.ſi mihi,& tibi.12.de legat.1.

Legatum,quod liceat alicui cædere lapidem,non tranſit ad heredes legatarij,niſi nomen heredis adiectum ſit tali legato. l.idem Iulianus.41. §.ſi quis alicui. eod.

Legatum, quando continet merum factum explicandum per legatarium, cenſetur merè perſonale,ideò non tranſit ad heredem, niſi de eo ſit facta mentio. ibid.

Legata conditionalia non tranſeunt ad legatarij heredes eo mortuo ante conditionem.l.ſi pecunia.12.§.fi.de legat.2.

Legatum eius,cuius æſtimatio debetur,ita ad heredem tranſmittitur,ſicut quando res legata debetur.l.mortuo boue.50.§.1.eodem.

Legatum relictum principi ſub nomine dignitatis tranſit ad ſucceſſorem in dignitate,etiam ſi decederet,antequàm dies legati cederet, quando dignitatem habebat per ſe;ſecùs ſi haberet per conſequentiam alterius, l. quod principi. 58.cum leg.ſeq.eodem.

Legatum relictum principi ſub nomine proprio eius,ſpeciali iure tranſit ad eius ſucceſſorem,etiam ſi deceſſerit,princeps poſt teſtamentum, antequàm decederet teſtator:ſecùs tamen eſt in legato relicto priuato.gl.1.ibid.

Legatum relictum ab vno ſub conditione,quæ ex eius perſona pendet, ſi transferatur ad alium,non transfertur conditio.l.peculium.67.§.fi.eod.

Legatumredituum patrimonij ſui omnibus annis vxori relictum non tranſit ad hæredem vxori;quia ſimile eſt legato vſusfructus, vel in annos ſingulos relicto, quoad hoc, vt morte finiatur.l.patrimonij.22. & ibi gl. 1. de vſufructu legato.

Legatum in diem quoad tranſmiſſionem ſtatim cedit à die mortis; ſed quoad dominij acquiſitionem,non cedit,niſi adueniente die.l.Sempronius.26.eod.

Legatum,quod cohæret perſonæ legatarij, veluti perſonalis ſeruitus ad coheredem legatarij non tranſit;ſecùs ſi non cohæret eius perſonæ.l.non ſolùm.8.§.tale.de liberatio.legat.

Legatum ſi ita factum ſit,heres dato Titio, aut ſi Titius ante deceſſerit, quàm accipiat,Sempronio dato,mora ab herede Titio facta ſi deceſſerit Titius, legati exactio ad heredes Titij transfertur,Sempronium repellendo:ſed ſi nulla mora facta,vel ante diem legati cedentem deceſſerit Titius,legatum pertinet ad Sempronium,& non ad heredes Titij.l.3.§.ſi quis Titio.de adim.legat.

Legati translatio fit quatuor modis:ſcilicet de perſona in perſonam, aut ab eo, 12
qui dare iuſſus eſt,transfertur,vt alius, putà coheres det, aut cùm res pro re datur,aut quod purè datum eſt,transfertur ſub conditione.l.tranſlatio.de adimen.legatis.

Legatum transfertur de perſona in perſonam:veluti quod Titio legaui, Seio lego;& continet tacitam ademptionem in perſona Seij.ibid.

Legatum quando transfertur ab herede,qui dare iuſſus eſt, vt alius putà coheres det,continet ademptionem in perſona prioris:veluti quod Titium dare damnaui,Seius dare damnas eſto,videlicet ne Titius det.ibid.

Legatam rem ſi teſtator transferat in incapacem, non valet legatum in perſona eius, in quem tranſlatum eſt, neque in eum, cui primò legatum fuit ademptum:l.cùm ſeruus.eod.

Legatum ſub conditione relictum ſi transfertur in alium, ſub eadem conditione videtur tranſlatum,niſi conditio priori legatario cohæreat.l.legatum ſub conditione.eod.

Legatum relictum vxori ſub conditione, ſi liberos ſuſceperit, ſi transferatur in Seium,non intelligitur tranſlatum ſub eadem conditione: quia illa conditio vxori tantùm perſonæ coheret.ibidem.

Legati tranſlatio facta de vno in eundem non videtur facta cum onere. l. ſi tibi certam.28.eod.

Legatum relictum ſi transferatur in alium à legatario occaſione mortis ſperatæ ex inſtante infirmitate legatarij,transfertur in alium, ſi legatarius deceſſerit ex eadem infirmitate,ſecus ſi deceſſerit ex alia.l.alumnæ.§.fi.eod.

Legatum relictum,cum heres morietur,conditionale eſt, & ideò ſi viuo herede legatarius deceſſerit,non tranſmittit ad heredes.l.4.quando dies legati.

Legatum relictum,cùm legatarius morietur, tranſmittitur ad heredes legatarij; quia conditio viuente legatario extitit; quia viuens moritur; mortuus verò non moritur;fallit in libertate relicta ſeruo ſuo,cùm morietur,dict.l.4. & ibi gloſ.pen.& fin.

Legatum ſub conditione relictum, ea pendente non tranſmittitur ad heredem legatarij,gl.heredi.in l.5.§.item ſi qua.eod.

Legatum purè datum ſi ſub conditione adimatur, quaſi ſub contraria conditione videtur legatum, & ideò ea pendente legatarius non tranſmittit. l.quod purè.& ibi gl.1.eod.

Legatum,quod extrinſecus ſuſpenditur,non ex ipſo teſtamento, ad heredem le- 12
gatarij tranſmittitur,licèt legatarius antè deceſſerit,veluti ſi maritus legauit alicui extraneo rem dotalem, & pro illa re dotali vxori legauerit pecuniam, ſi vxore deliberante vtrùm velit rem dotalem, vel pecuniam legatam legatarius deceſſerit,& poſteà vxor elegerit pecuniam legatam,legatarius tranſmittit legatum ad heredem ſuum. dict.l.quod purè.

Legatum huiuſmodi,ſi illud factum fuerit,vel non fuerit, lego, non tranſit ad heredem legatarij, niſi alteruter caſus viuo legatario extiterit. l. huiuſmodi. 13.eod.

Legatum relictum alicui,cùm heres morietur,non tranſit ad heredem legatarij, ſi viuo herede legatarius deceſſerit;quia conditionale eſt.ibid.

Legatum purum primum in ſequens legatum transfunditur demùm poſt moram heredis ad heredem legatarij non tranſmittitur transfuſione non facta. l. ſi penum.24.eod.

Legatum conditionale non tranſmittitur ad heredes mortuo legatario ante mortem teſtatoris,vel euentum conditionis; fallit in legato facto liberis.gl. 1.& ibi add.marg.in l.is,cui ſub conditione.4 .de actio.& oblig.

Legatum etiam ab ignorante legatario tranſmittitur.gl.fi.in l.ſi auia.6.C.de iure deliber.

Legatum poteſt relinqui ex die,vel ad diem,vel poteſt tranſmitti hereditate non adita,quod ſecus eſt in hereditate.gl.fi.in l.1.§.?.C.de caducis.

Legata,vel fideicommiſſa pura,vel in diem certum cedunt à die mortis teſtato- 12
ris,& ita non adita hereditate tranſmitti poſſunt. l.1.§. in nouiſſimo. C. de caducis.

Legatum etiam ab extraneo relictum, etiam ante apertas tabulas tranſmittitur ad liberos legatarij.gl.fi.in l.1.C.de his,qui ante apertas.

Legatum,vel fideicommiſſum relictum filiis, vel nepotibus, vel pronepotibus tranſmittitur etiam ante apertas tabulas,vel antè aditionem ad liberos eorum cuiuſcumque ſexus,niſi repudiatum fuerit.d.l.1.

in Legato pluribus relicto ſi apponatur grauamen, vt ad ſuperuiuentem redeat, ſuperuiuens,ad quem redit legatum,ad heredem ſuum in ſolidum tranſmittit, nec ad heredes collegatariorum reuertitur.l.2.& ibi gloſ.1. Cod.quando dies legati cedat.

Legatum ab inſtituto relictum à legatario ignorante tranſmittitur. l.fi.C.quando dies legati cedat.

Legatum poteſt transferri ab vno ad alium in eodem teſtamento, vel in alia ſcriptura,in princip.Inſtit.de adempt.legatorum.

Legatum per non ſcriptum non tranſit in ſubſtitutum,vel coniunctim cum onere iniuncto legato; portio tamen hereditatis deficiens vadit ad coheredem cum onere ſuo. gl. nullo grauamine. in l.1.§.in primo. C. de caducis tollen.

Legatum ſub conditione alicui relictum etiam ſi ſimpliciter, & non repetita conditione transferatur in alium; nihilominùs ſub eadem conditione videtur tranſlatum;quod ſecus eſt in ſubſtitutione non repetita conditione, quæ adiecta erat in inſtitutione. l.ſub conditione.?3. & ibi gl. fi.de hered.inſtit.

Reliqua verbo,Tranſlatio,Tranſmiſſio,Legatarius,14.

LEGATVM vſusfructus factum ab vſufructuario non valet; conualidatur ta- 1
men ſuperueniente proprietate,vt quia ab eo empta ſit proprietas. l.quod in

gio suo vti non potest, cùm in Italia contractum. fit l.cum furiosus.39.§.fi. de Iudiciis.

Reliqua vide verbo, Legatus, Ambasciator, Syndicus.

LEGATVS non potest conueniri de debito ante legationem contracto. l.2.§. legatis.& ibi gl.legatis.de Iudiciis.

Legati si in legatione contraxerint, vel deliquerint; ipsi, vel eorum serui tenentur iudicium pati in illo loco, secùs si quasi contraxerint in loco legationis, vel si dies est extitura; quia tunc lis contestatur ibi, licèt anteà contraxerint. gl.dummodò.ibid.

Legatus si in legatione contraxit, ibi rectè potest conueniri, neque habet exceptionem reuocandi domum, secùs si ante legationem ibi contraxisset. glo.non compellantur.ibid.

Legatus in legatione contraxisse videtur, qui in id tempus se obligauit. ibid.

Legatus perfecta, ac completa legatione si ibi subsistat per aliquod tempus arbitrio iudicis præstituendum, conueniri potest ibi de contractu ante legationem gesto: secùs si per momentum steterit conueniri. d.l.2. §.planè.& ibi gl.si perfecta.& ibi add.eodem.

Legatus si durante legatione agat de contractu anteà gesto, compellitur se defendere, nisi iniuriam suam, vel furtum, aut damnum, quod nunc passus est, prosequatur. d.leg.ij.§.sed & si agant.

Legati in legatione interim dum agunt ciuiliter contra aliquos, contra omnes compelluntur se defendere, cùm tantum pro omnibus, quantum pro vno audcentur. † gloss.compelluntur.ibidem.

Legati in legationis loco possunt emere domum, aliàs neque negotiis propriis, neque alienis debent se interponere. gloss.contumeliis.ibidem.

Legati, eò quòd in legatione se vindicant experiundo, & conquerendo de iniuriis sibi illatis, non compelluntur se defendere contra eosdem. d.§.sed & si agant.& ibi.gl.vendicant.

Legatus tempore legationis cogitur litigare coram arbitro illis casibus, quibus coram iudice ordinario cogeretur, & non aliter. l. non distinguemus. 37.§. item si quis.de arbitris.

Legatis municipiorum causa absentibus succurritur ex constitutione Marci, & Commodi.l.legatis.ex quibus caus.maior.

Legati vnius municipij missi ad aliud municipium non censentur abesse causa reipub. vnde ipsi non restituuntur ex edicto ex quibus causis maiores: sed ex constitutione diui Marci, & Commodi.d.l.legatis.& ibi gl.1.& 2.

Legati missi de municipio ad principem, vel ciuitatem Romanam, vel econtrà, censentur abesse causa reipub. & ideò restituuntur exedicto ex quibus caus. maiores.d.gl.1.

Legatus villæ, vel ciuitatis ad aliam ciuitatem, vel castrum, vel baronem missi nõ censetur abesse causa reipub.nec restituitur ex edicto, ex quibus caus.maiores. sed bene ex constitutione Diui Marci.d.gl.1.& 2.ibid.

Legatus an habeat ius reuocandi domum, si dubitetur, ipsemet iudex debet cognoscere, & si constiterit habere, debet remittere ad suam prouinciam cum cautione: id est promissione pœnali de iudicio sistendo, nisi suspecta sit persona: quia tunc cum fideiussore tenetur cauere. l.2.§.sed si dubitetur. & ibi gl.sola.de iudiciis.

2 Legatus, eò quòd cogatur cauere cum promissione legali de iudicio sistendo in prouincia sua, non censetur grauari in officio suo.d.gl.sola.

Legatus si ante legationem expressè constituit se soluturum Romæ, vbi nunc est legatus, tunc ibi conueniri potest; secùs quando constituit se soluturum non dicendo in quo loco. gloss.1.in addit.marg.in l.si quis in legatione.eod.

Legati ex delictis in legatione commissis coguntur iudicium suscipere Romæ, siue serui eorum, siue ipsi commiserint.l.non alias.24.de iudiciis.

Legatus non potest conueniri etiam actione in rem ratione præsentis possessionis; quam etiam ante legationem habuit, secus si tempore legationis cœpit possidere.d.l.non alias.§.sed & si.

Legatus si tempore legationis seruum, vel aliam rem emit, aut ex alia causa possidere cœpit, potest ibi de his rebus conueniri; aliàs daretur legatis materia auferendi, & furandi res alienas.l.si legationis.25.eod.

Legatus Romæ tempore legationis contrahens ibi conueniri debet, nec dicitur contrahere ibi, vt aduena, cùm nemo sit aduena Romæ.gl.2.ibid.

Legatus, qui legationem gerit ratione contractus, qui solo animo fit, non potest legationis tempore conueniri.l.de eo.26.eod.

Legatus anteà heres institutus, si durante legatione adiuit hereditatem, durante legatione conueniri non potest à legatariis, vel creditoribus; tenetur tamen satisdare de legatis præstandis, & satisfaciendis creditoribus hereditariis, aliàs creditores, & legatarij mittuntur in possessionem rerum hereditariarum. l. de eo.26.de iudiciis.

Legatus si durante legatione quasi contrahit cum certa, & definita persona, & tunc potest conueniri ex illo quasi contractu; si verò quasi contrahit cum incerta persona, vt cùm adit hereditatem & tunc non conuenitur. gl. actionem. & ibi ad.marg.ibid.

Legatus, qui durante legatione adiuit hereditatem, si non satisdederit legatariis, vel creditorib.non fit missio, nisi in reb.hereditariis, etiamsi post sex menses non satisdedit; quod secùs esset in aliis heredib.gl.pe.ibid.

Legatus, qui durante legatione adiuit hereditatem, si satisdedit de legato, vel debito hereditatis, conueniri non potest, aliàs sic.ibidem.

Legatus si durante legatione adiens hereditatem non satisdat legatariis, vel creditoribus, ipsi mittuntur in possessionem rerum hereditariarum: quia non satisdat; item quia officio legationis non impeditur per id.l.quid enim. 27.& ibi gl.fi.eod.

3 Legato si tempore legationis restituatur hereditas ex Trebelliano, ipse pro illa hereditate tunc non poterit conueniri à creditoribus hereditariis. l.sed & si. 28.eod.

Legatus si tempore legationis adierit, & restituerit, datur actio in fideicommissarium, nec ille poterit ex persona legati se defendere, quominùs respondere compellatur.ibid.

Legati priuilegium, & beneficium, quòd durante legatione non conueniatur, personale est, & ideò non transit in alium.ibi.

Legatus si agat contra heredem petendo, vt compellatur adire, & sibi restituere: non ex eo, quòd agit potest conueniri; quia illud magis expeditur iudicis officio, quàm iure actionis.glo.2.ibid.

Legatus ex his causis, ex quibus non cogitur iudicium suscipere, neque cogitur iuramentum præstare, si ei delatum sit; quia tale iuramentum succedit in locum litis contestationis.l.sed & si.8.§.1.eod.

Legatus nomine ædium Romæ, vel in prouincia positarum tenetur satisdare vicino de damno infecto, aliàs vicinus mittitur in possessionem ædium ex primo decreto; si verò fuerit ex secundo decreto, tenet missio; sed restituitur. d.§. 1.& ibi glos.in possessionem.

Legatus, quando dies actionis exitura est, & actio peritura ipso iure, tenetur causa cognita iudicium suscipere, vt lis contesteur, & ita in prouinciam transferatur.d.l.sed & si.6.sed & si.

Legatus, quando actio de dolo peritura est, tenetur non solùm litem contestari; sed etiam se defendere vsque ad definitionem, causæ, cùm illa non perpetuetur per contestationem.glos.contestatur.ibid.

Legatus Romæ contrahens non habet ius reuocandi domum, cum dicatur tunc in Italia contrahere, secùs si non Romæ; sed in alia parte Italiæ contraxisset; quia tunc habet ius reuocandi domum.l.cùm furiosus. 30.§.fi.& ibi gl. fi. eod.

Legatus, qui Romæ acceperat vxorem, & ipsa ab eo diuerterat, potest conueniri ab vxore ibi, cum ibi contraxerit.l.si vxor.& ibi gl.fin.eod.

Legatus, cuius vxor Romæ diuerterat ab eo, actione de dote potest ibi conueniri ab vxore, & speciale est in dote.ibid.

Legatus, qui defendit semel publicum negotium, intra biennium ad idem officium non cogitur.l.legato.de vacatione muner.

Legatus municipalis si deseruerit legationem, pœna extraordinaria afficietur remotus ordine, in quo erat, l.1.de legatio.

Legatus contra rempub. cuius legatus est, potest petere aliquid à principe per alium; sed non per se.l.2.eod.

Legatus vnus ex duobus, eò, quòd deseruerit legationem, non nocet alteri legato, 4 quominùs, vt oportet, peragat.ibid.

Legatis suscipientibus legationem etiam non gratuitam datur legatitium; id est salarium, vel viaticum ex forma legationis, vel consuetudine loci.d.l.2. & ibi gl.fi.

in Legatum existentem in legatione vt detur actio, oportet quod in legatione sit debitum contractum, & quod actum sit, quod & legationis tempore solueretur, nec sufficit alterum, quod ante legationem debitum, licèt tunc soluendum, non potest peti, nec potest tunc peti debitum tunc, sed soluendum extra legationem.l.3.& ibi gl.fi.eod.

Legatus plures, quàm tres, mittere non possunt ciuitates.d.l.4.§.fi.de legatio.

Legato tempus, ex quo legatus creatus est, non ex quo Romam venit, prodest, vt ab eo tempore reipub.causa videatur abesse, & non tantum, quando iter incœpit arripere.l.5.& ibi gl.7.eod.

Legatus an sit quis, vel non, si dubitatur, prætor Romæ de hoc cognoscit.ibid.

Legatus de eo damno, quod legationis tempore passus est, potest etiam legationis tempore experiri.l.Paulus.9.de legatio.

Legatus antequam legationis officio functus sit in rem suam, nihil potest agere, si damnum sit reipub.exceptis his, quæ ad iniuriam eius, vel damnum peracta sunt.l.legatus.10.eod.

Legatus si in munere legationis, antequàm ad patriam reuerteretur, decesserit, sumptus ei dati etiam, qui supersunt, non restituuntur ab eius heredibus, & si dati non fuerint, possunt nihilominùs legati eius heredes petere; quia videtur defunctus legatione perfunctus.d.l.legatus.& ibi gl.fi.

Legatus creatus à patria sua non prohibetur etiam durante legatione emere domum in patria sua; prohibetur tamen alias res emere.l.legatus. 11.& ibi gl. 1.eod.

Legato durante legatione non potest moueri causa, & si moueatur, & feratur sententia in eum, vel procedatur in eum in aliquo, per quod ius suum lædatur, restituitur; in alio denegatur restitutio.l.pe.& ibi gl.fi.eod.

Legatus, cui ante legationem susceptam, vel etiam post, causa mota est, debet se defendere per se, vel per alium; & si non sit, qui eum defendat, mittitur aduersarius in possessionem, vel restituitur aduersus ipsum legatum.d.gl.fi.

Legati hostium dicuntur sancti, & inuiolabiles.l.fi.de legatio.

Legati hostium liberi debent manere apud nos; & contra ius gentium est, quòd pulsentur, imò pulsans eos dari debet hostibus quorum erant legati: etsi hostes eum non receperint, manet ciuis Romanus, ac præturam quoque gerere potest.ibid.

Legatus dicitur, qui à ciuitate, vel prouincia mittitur ad principem, vel ad alium gl.1.in rub.C.de legatio.lib.10.

Legatus quandoque dicitur proconsulis, quandoque legatus Ecclesiæ ad Papam, quandoque is, qui mittitur à principe, vel a Papa: priuatorum autem, licèt nobilium dicuntur nuncij, vel missi ad causam diffiniendam.ibid.

Legati non possunt dare vicarios, nisi filios suos, & quando absenti est iniuncta legatio, quam gratuitò suscepit.ibid.& l.4.ff.de legatio.

Legatus libellum principi dare non potest, nisi de his, quæ ad iniuriam, vel damnum eius pertinent, vel pupillæ suæ.glos.1.in rub.C.de legat.lib.10.

Legatus ordinatim eligi debet, nisi necessitas sit.ibid.

per Legati superuenientiam episcopus non perdit suam iurisdictionem. gl.1.in l. 3.C.de metatis.lib.12.

Legati, & caduceatores, quib.salarium datur, non debent petere expensas itineris.l.idémque.10.§.idem Labeo.in add.marg.mandati.

Legati ad hostes missi possunt facere testamentum, etiamsi sint ibi capti, cùm capi ibi non debuerint.l.qui à latronibus.8.& ibi gl.funguntur.de testam.

Legati Persarum tempore suę legationis poterunt merces commutare cum mercatoribus Romanis.l.4.C.de commerciis.

Legatus si existens in loco legationis constituit se soluturum in loco legationis, tenetur ibi soluere: sed si non existens in loco legationis constituit se soluturum in loco legationis futuræ, non valet constitutum, nec ibi potest conueniri.† l.eum, qui.§.1.& ibi gl.quod & verum.de constit.pecunia.

Legitima,

Legitima,quæ debetur filiis , & deſcendentibus erat olim quarta eius , quod ab inteſtato debetur;ſed hodie eſt tertia,vel ſemis,ſecundum numerum filiorum, niſi in caſu vbi eſt dodrans , vt in filio naturali curiæ dato , & in filio arrogato,cui debetur quarta eius, quod habiturus eſſet ab inteſtato. d. gloſſ. quale eſt.

Legitima,quæ à filio parentibus relinquenda eſt,hodie eſt tertia pars hereditatis filij.glo.1.in authent.licèt.C.de naturalibus liberis.

Legitima debetur tam filiis primi matrimonij,quàm ſecundi.§.fi.in auth.de nuptiis.col.4.

Legitima debetur fratribus, quando frater inſtituit turpem , & notatam perſonam,& non aliàs;& tunc ita demùm,ſi non ſint ingrati,& non aliàs.gl.fratribus.in §.primum.in auth.de hered.& Falcid.col.1.

Legitima debetur tam liberis primi,quàm ſecundi matrimonij. §. fi. in auth. de nuptiis.col.4.

Legitima hodie relinquenda eſt filiis titulo inſtitutionis; quod introductum eſt tam reſpectu honoris; quia eſt titulus honorabilior ; quam vtilitatis propter ius accreſcendi.glo.2.& ibi add.in §.fi.Inſt.de inofficio.teſtam.

Legitima,quæ debetur parentibus,relinquenda eſt titulo inſtitutionis.ibid.

Legitima debetur filiis ex bonis,quæ reperiuntur tempore mortis.gl.inter viuos. in add.ibid.

in Legitimam computatur donatio inter viuos facta filio ea conditione,vt computaretur in legitimam;quod ſatis videtur exprimere,ſi dixit pater, dono tibi hoc pro parte tua.ibid.

Reliqua verbo,Acceptans,Auaritia,Conditio,29.Filius,179.180.215.216. Hereditas,19.vſque 22.Pater,28.vſque 3.Patronus,24.25.Quarta, Tutela, 6. vſque 9.

LEGITIMA ætas dicitur minor;quia lege iuuatur.gl.1.in l.2. C.de tempor. in int egrum.

Reliqua verbo,Aetas,3.4.5.

LEGITIMARE poteſt pater filium naturalem per oblationem curiæ , etiam exiſtentibus legitimis;non tamen poteſt ampliùs relinquere ei,quàm vni filio legitimo.l.communium.§.fi.C.de naturalib.liber.

Legitimare non poteſt vaſallus baſtardum ſine conſenſu domini directi,& legitimorum heredum.in auth.præterea.in ad.marg.C.de naturalib.liber.

LEGITIMATIO nihil aliud eſt,quàm reſtitutio natalium. §. ſit igitur licentia.in auth.quib.modis naturales efficiantur legit.col.6.

Legitimatio trahitur retrò ad tempus natiuitatis,vel conceptionis.ibid.

Legitimatio filiorum per reſcriptum habet locum , ſi filij per matrimonium legitimari non poſſunt.ibid.& §.generaliter.verſic. hoc dicimus. in auth. quib. mod.naturales effici.ſui.col.6.

Legitimatio per ſubſequens matrimonium retrotrahitur, & perinde habetur legitimatus,ac ſi ab initio eſſet natus legitimus.§.reliqui.in add. marg. in auth. quibus modis naturales effic.ſui.col.6.

Legitimatio voluntariæ iuriſdictionis eſt.gl.non eſt.& ibi add. marg. in §.generaliter.eod.

ad Legitimationem liberorum principem inducunt diuturnitas temporis, & iuris ignorantia cum numero liberorum.l.qui in prouincia. 57. §.fi.de ritu nuptiarum.

LEGITIMATVS per oblationem curiæ efficitur legitimus, & patri ſoli ſuccedet.l.communium.9.C.de naturalibus liberis.

Legitimatus à patre per oblationem curiæ,ſi deceſſerit ſine liberis, ſuccedit mater in tertium:in reliquis autem duabus partibus ſuccedit curia , cui à patre oblatus eſt.d.l.communium.§.ſi verò.

Legitimatus per oblationem curiæ ſi deceſſerit ſine filiis matre non ſubſiſtente, ſuccedit in paternis curia:in reliquis vel à matre, vel aliunde acquiſitis ſuccedunt proximi cognati materni.ibid.

Legitimato per oblationem curiæ decedente ab inteſtato ſine filiis, matre ſubſiſtente,vel mortua,cognatus,qui curiæ ſe obtulit,habebit omnia etiam paterna ad curiam deuoluendam.ibid.

Legitimatus per reſcriptum principis ſuccedit fratribus agnatis, & cognatis patris,& econtrà.§.adoptio.verſ.nam ſicut. in auth.quib.modis naturales effici. ſui.col.6.

Legitimatus per oblationem curiæ efficitur legitimus etiam ad ſuccedendum ab inteſtato.l.fi.in fi.C.de his,qui ſponte publica munera.li.10.

Reliqua verbo,Filius,10.vſque 20.22.23.39.vſque 42.Concubina.

LEGITIMVS, & conſanguineus poteſt quis eſſe.† gl.conſanguineum.in l.cùm quidam.10.§.1.de acquir.heredit.

Legitimis matrimoniis parentes ſuam legitimam poſteritatem debent quærere, neque per arrogationem,vel adoptionem poſſunt legitimare filios naturales. l.legem Anaſtaſij.7.C.de naturalibus liber.

Legitimi dicuntur agnati,& etiam quidam cognati,qui in loco agnatorum ſunt, vt filij ſororis,item vterini,& ex Orficiano & Tertuliano admittuntur. gl. in rub.C.vnde legitimi.

Legitimum dicitur aliquid quandoque,quod pœnam meretur, gloſſ. fi.in §. fi.in auth.de reſtitutione.& ea,quæ parit.col.4.

Reliqua verbo,Acutus,4.Heres,24.vſque 30.Partus,Tutor,39.40.

LENÆ appellatione continetur illa; quæ cauponam exercens in ea quæſtuaria corpora habet.l.palam.43.§.non eſt.de ritu nuptiarum.

Lenæ dicuntur illæ,quæ mulieres quæſtuarias proſtituunt accipiendo pecunias à ſtupratoribus,vel paciſcendo vt aliquam ſibi ſupponant,vel etiam ſi ſine pecunia hoc faciant ex conſuetudine;dicitur etiam lena illa, quæ alterius nomine hoc genus vitæ exercet.d.§.non eſt.& ibi gl.proſtituent.

LENONES,qui iuuenculas decipiunt,& ad vitam miſeram ducunt,vltimo ſupplicio ſunt puniendi,pœna librarum decem auri , & domus publicatione domino domus imminente,nulla contra eam legem valitura cautione,vel fideiuſſione.auth.de lenonibus.per totum.

Lenones ſolent iuuenculas miſerandas decipere promittentes calceamenta, & veſtimenta quædam, & his veſtimentis , & ſimilibus venantur eas, & habent conſtitutas in ſuis habitationibus, & tradunt ad luxuriam eas volentibus , & accipiunt omnem quæſtum ex corpore earum.ibid.

Lenones quidam ſic ſceleſti exiſtunt,vt puellas nec decimum agentes annum ad periculoſam deponant corruptionem.ibid.

Vide verbo,Lena,Lenocinium.

LENOCINIVM committit maritus,qui retinet vxorem in adulterio deprehenſam;infamis tamen non eſt ipſo iure;ſed per ſententiam.gl.ait prætor.in l. athletas.de his,qui notantur infa.

Lenocinium facit,qui quæſtuaria mancipia habet,& qui in liberis fœminis quæſtum exercet,ſiue principaliter hoc negotium gerat , ſiue alterius negotiationis acceſſione vtatur,vt caupo habens mancipia quæſtuaria occaſione miniſterij,& eſt infamis ipſo iure.d.l.athletas.& ibi gl.ait prætor.

Lenocinium facere non minus eſt,quàm quæſtum corpore exercere ; quia duo delicta videtur facere:ſcilicet in ſe,& in alio.l.palam.43.§.non eſt.& ibi gloſſ. non minus.de ritu nuptiarum.

de Lenocinio excipiens extraneus accuſatus à marito de adulterio, & inter reos receptus non auditur.gl.fi.in l.cùm mulier.49.ſoluto matrim.& l. 2. §. extraneus.de adulteriis.

Lenocinij exceptio antequàm nomen accuſatæ vxoris ſit receptum inter reos, repellit maritum accuſantem vxorem de adulterio ; ſed non poſt nomen eius receptum inter reos:ſed ambo puniuntur. d.l. cùm mulier. & ibi gl. fi.& l.2.§. qui hoc.& ibi gl.delatus.& §.ſi publico.& §.extraneus.de adulteriis.

Lenocinium ipſo iure infamat.gl.lenocinium.in l.qui iudicio.de accuſatio.

Lenocinium punitur eadem pœna,qua & adulterium. gl.nomine. in l.inter liberas.& l.ſi quis adulterium.33.§.fi.& ibi gl.fi.& add.marg.de adulteriis.

Lenocinij exceptio aggrauat maritum,nec mulierem releuat poſt nomen rei receptum inter reos ; ſed ante nomen receptum inter reos exceptio lenocinij repellit maritum ab accuſando ; non tamen liberat mulierem. l.ſi vxor. 13.§. iudex.& ibi gl.non exhibeat.eod.

Lenocinij exceptio dilatoria eſt,& non peremptoria , cùm accuſatam mulierem non releuet.† reprob.gl.tractari.in addit.marg.in l.ſi maritus. §. præſcriptiones.eod.

Lenocinij crimen multis modis committitur;& punitur,vt adulterium. gl. 1. in l.2.C.de adulteriis.

Lenocinij crimen præſcribitur per quinquennium.gl.1.in l.adulter.5.C.eod.

Reliqua verbo,Lena,Lenones,Maritus,13.vſque 29.Mulier,29.Promiſſione.

LEO imperator fuit catholicus,& multum auxit ſtatum Eccleſiæ,gl.catholicæ. in l.probatorias.C.de diuerſis officiis.lib.12.

LEONES occidere licitum eſt cuicumque. l. 1. Cod. de venatione ferarum. lib.11.

LEVIR dicitur frater vxoris tuæ;glos dicitur ſoror viri, & nateres dicuntur vxores duorum fratrum.gl.1.in l.ſi ſuper.9.C.de tranſactio.

LEVE dicitur, quod eſt valoris quinque aureorum. l. diuus. de bonis damnatorum.

Reliqua verbo,Fideiuſſor,32.Paruum,Modicum.

Lex in genere.nu.1.vſque 14.
Legis facienda poteſtas.nu.15.
Leges priores,& poſteriores,16.
Lex abrogata,correcta,aut ſublata per non vſum.nu.17.
Legis interpretatio,vel diſtinctio.nu.18.
Legis extenſio,vel reſtrictio ad præterita,& pendentia,& caſus ſimiles.nu.19.
Legis mens,& verba.20.
Lex pœnalis.21.
Lex 12.tabularum,& alia diuerſa leges iuris.22.
Lex Iulia de fundo dotali,de adulteriis & de ambitu.23.
Lex Falcidia,Aelia Sentia,Papia,Rhodia.24.
Lex Iulia peculatus,& de reſiduis.25.
Lex Iulia repetundarum.26.
Lex Iulia de vi publica,vel priuata.27.
Lex Aquilia.28.
Lex Flauia de plagiariis.29.
Lex Cornelia,& eius fictio.30.
Lex Cornelia de iniuriis.31.
Lex Cornelia de ſicariis.32.

LEX eſt commune præceptum, virorum prudentum conſultum , delictorum, quæ ſponte,vel ignorantia contrahuntur,coertio, communis reipub. reſponſio.l.1.de legibus.

Lex eſt commune præceptum:id eſt communiter toti vniuerſitati factum,& præceptum intelligitur pro quatuor legis virtutibus.gl.1.ibid.

Lex dicitur conſtitutum cum deliberatione prudentum.ibid.

Lex coercet delicta puniendo,vt vnius pœna ſit metus aliorum.ibid.

Lex coercet delicta ignoranter commiſſa puniendo , vt in eo, qui proiecit lapidem,& prætereuntem caſu percuſſit.ibid.

Lex aliqua dicitur,quæ non eſt communis.ibid.

Lex eſt,cui communes homines decet obedire , quædam inuentio , & donum Dei,decretum tamen hominum ſapientum,correctio voluntariorum, & non voluntariorum peccatorum,ciuitatis autem compoſitio communis,ſecundum quam omnes decet viuere,qui in ciuitate ſunt.l.1.de legib.

Lex ideò dicitur donum Dei ; quia nutu diuino principes faciunt leges. glo.1. ibid.

Lex eſt ſapientum dogma,& doctrina per os ſapientum promulgata.ibid.

Lex eſt diuinarum,atque humanarum rerum regina.d.l.2.

Lex eſt regula iuſtorum,& iniuſtorum,& eorum , quæ natura ciuilia ſunt, animantium præceptrix faciendorum,prohibitrix non faciendorum d.l.2. & ibi gl.malis.

Lex eſt ſanctio ſancta præcipiens honeſta,& prohibens contraria.g.fi.ib.& gl.lex eſt.in §.conſtat.Inſt.de iure naturali,gent.

Lex dicitur id,quod Populus Romanus Senatorio magiſtratu interrogante , veluti conſule,conſtituebat.d.§.conſtat.

ad Legis ſubſtantiam non eſt neceſſaria ſcriptura ; ſed tantùm ad eius probationem ſic.gl.ex reſcripto in add.ib.

Leges à Græcis habuerunt originem,compoſitio tamen legum in 50. libros Di-

ge

ſecùs ſi non fuerint.gl.ponendus.ibid.

Leges indigent armis, & econtrà.glo.3.in l.1.C.de Iuſtiniano Codice confir.

Legem quando non intelligis,tibi inſidiatur.gl.inſidiantem.ibid.

Leges contra canones eccleſiaſticos interuentu gratiæ,vel ambitionis factæ ſunt nullæ.l.priuilegia.12.C.de ſacroſanctis.

Lex ciuilis ſuccumbit iuri canonico,vbi eſt ei contraria. gloſ. ambitionis.ibid.

Lex generalis eſt,quæ vbique eſt ſeruanda.gl.1.in l.generali.13.C.eod.

Leges,& iura contra libertatem eccleſiaſticam condita à tyrannis, & Imperatoribus ante Leonem Imperatorem ſunt caſſata.l.decernimus.C.eod.

Lex cenſetur eſſe in viridi obſeruantia, & ſuas vires emittit quantumcumque pœnalis,ſi diſponit in futurum, & non in præteritum. l. Arrianis. C. de hereticis.

Legem quilibet iudex facit trahendo de ſimilibus ad ſimilia. gloſ. 1. in l. 1.C. de legib.

Lex generalis æqualiter in poſterum obſeruari debet.l.3.C.eod.

Lex dicitur generalis ſi edicti vocabulo nuncupatur, vel venerabili cœtui mittatur,vel dicitur ibi generalis lex ,vel iubetur expreſsè ad omnes pertinere.ibi.

Leges ſunt prolatæ diuino nutu.gl.4.in l.digna vox.C.eod.

8 Legi fraudem facere dicitur,quando quis non venit contra verba legis,imò verba legis obſeruando venit contra mentem legis;contra legem facere dicitur, qui contra verba,& mentem legis directò facit ; committere verò in legem dicitur ſiue quando venit directò contra verba legis,ſiue quando venit contra mentem legis.gl.1.in l.non dubium.C.eod.

Legi fraudem faciens dicitur in legem committere ; contra legem facit quando contra mentem,& verba, vt quando lex aliquid prohibet , & quis contrarium facit.gl.2.ibid.

Lege prohibente contractus factus,pactum,vel conuentio nullius eſt momenti. d.l.non dubium.

Lege prohibente aliquid factum non ſolùm eſt inutile; ſed pro infecto habetur, licèt legiſlator non dixerit expreſsè contrarium factum eſſe inutile.l.non dubium.5.C.de legib.

Leges ſe neſcire,& ignorare nemo poteſt diſſimulare. l. pe. C.de iuris, & facti igno.

Lex vbi dicit debere cuſtodiri,& obſeruari aliquid,intelligitur ad dandam actionem,vel exceptionem.gl.4.in auth.ſacramenta.C.ſi aduerſus vend.

Lex declaratoria,vel interpretatiua extenditur etiam ad præteritas leges , & ad nouas.l.non dubium.C.de legibus.

Lex prohibitiua ſimpliciter loquens ſemper intelligitur habere clauſulam derogatoriam,& annullationem actus.ibid.

Leges futuris dant formam negotiis,nec reuocantur ad facta præterita,niſi cautum ſit in ea,quòd extendatur ad præterita,vel pendentia. l.leges & conſtitutiones.7.C.eod.

Lex,quæ reſpicit litis ordinationem,extenditur etiam ad præteritas lites;ſi verò reſpiciat deciſionem cauſarum,non extenditur ad præteritas ; quia ſecundum veteres leges ſunt decidendæ.gl.fi.ibid.

Leges veteres correctæ poſſunt allegari ad deciſionem præteritorum negotiorum,cùm ſecundum eas debeat iudicari,non ſecundùm nouas.d.gl.fi.

Lex quando eſt condenda debet priùs examinari à proceribus principis,ſecundò debet ſcribi à notario,tertiò debet recitari in conſiſtorio principis,vt vniuerſorum conſenſus datus ſuper illa lege authoritate principis firmetur.l.humanum.8.C.eod.

Legi fit fraus quandóque de perſona ad perſonam,de re ad eandem rem , vel diuerſam,de contractu ad contractũ,de nomine ad nomen.gl.vniuerſorum.ibi.

Lex promulganda examinatur,deinde ſcribitur,& poſteà recitatur,qui ordo non eſt neceſſitatis;ſed voluntatis;vnde eius omiſſio non vitiat.gl.pe.ibid.

Leges conſtringunt hominum vitas.l.leges ſacratiſſimæ.9.C.eod.

9 Leges ab omnibus debent intelligi,vt cognito illarum dicto vel inhibita omnes declinent,vel permiſſa ſectentur.ibid.

Legum obſcuritas,& duritia à principe eſt interpretanda,vel emendanda,aut modificanda.ibid.

Legis intellectus vbi à conſuetudine,vel alia lege non eſt declaratus , debet declarari à principe,vel conditore.l.cùm de nouo.10.C.eod.

Legum ænigmata ſoluere nullus idoneus videtur , niſi ſolus princeps , qui habet authoritatem condendi.l fi.C.eod.

Legum authoritas diuinas,& humanas res bene diſponit,& omnem iniquitatem expellit,nihilque tam ſtudioſum in omnibus rebus inuenitur. l. . §. cùm itaque.C.de veteri iure.

Legum trames,& multitudo ita erat confuſus, & in infinitum extendebatur , vt nullius humanæ naturæ capacitate concluderetur.d.l.1.§.cùm itaque.

Leges omnes Romani Imperij colligere , & emendare, & tot authorum diſperſa volumina ad vnum codicem oſtendere, eſt difficillimum; imò impoſſibile.ibid.

Leges antiquas eligere,& elimare fuit data facultas ab Imperatore Triboniano, vt ex his omnibus materia colligatur nulla ſimilitudine,neque diſcordia derelicta.d.l.1.§.iubemus.

Leges,quæ per deſuetudinem ſunt abrogatæ,non permittitur compilare compilatoribus:ſed tantùm illas, quas iudiciorum frequentiſſimus ordo exercuit, vel conſuetudo comprobauit.d.l.1.§.ſed etſi.

Legum ex antiquis legibus collectarum volumina habent nomen Digeſtorum, vel Pandectarum.d.l.1.§.ideoque.

Legibus compilatis ab Imperatore Iuſtiniano non licet alicui iuriſperito commentarios applicare,& ſua verboſitate compendium Codicis legum confundere.d.l.1.§.noſtram.

Leges Codicis non debent ſcribi per ſignorum captiones,& compendioſa ænigmata,quæ multas per ſe,& ſuum vitium antinomias induxerunt.ibid.

Legum contrarietas in iure nulla datur, neque idem , neque ſimile in iure inuenitur,ne geminæ leges pro rebus ſingulis poſitæ appareant.l.2.C.de veteri iure enucle.

Legum antiquarum libri erant penè duo millia , & plus tricies centena millia verſuum,ex quibus quod optimum eſſet,Tribonianus elegit.d.l.2. §.ſed cùm.

& in §.& anteà.in procemio Digeſtorum.

Leges antiquæ iuris prudentum ſunt redactæ in libros 50. quibus impoſitum eſt nomen Digeſtorum , & Pandectarum. d. l.2. §. quod cœleſti. C.de veteri iure enucl.

Leges compilatæ in Digeſtis, Codice,& in Inſtitutionibus ſunt obſeruandæ,neque alias quis conetur allegare ſub pœna falſi.& aliis grauiſſimis pœnis. d.l.2. §.has itaque.

Legibus commentarios annectere non eſt licitum ſub pœna falſi,& corrumpendi eorum volumina.d.l.2.§.hoc autem.

Leges ſi quis conſcripſerit per ſignorum obſcuritates ; ſed nomina prudentum & titulos,& librorum numeros per literarum conſequentiam debent manifeſtari ſub pœna falſi.ibid.

Leges Digeſtorum,Inſtitutionis,& Codicis ſuum robur habere cœperunt in tertio Iuſtiniani conſulatu duodecimæ indictionis.d.l.2.§.fi.

Lex ciuilis poteſt reprobare iuramentum.auth.decernit.C.de receptis arbitris.

Leges legibus concordare promptum eſt.l.1.C.de inoffic.dotibus.

Leges dicuntur ſacræ.auth.habita.& ibi gloſ.2.C.ne filius pro patre.

Lex ſolennis dicetur,quando cum examine epiſcoporum,abbatum, ducum, omniúmque iudicum,& procerum principis fuerit facta.gl.1.ibid.

Leges non debent eſſe ludibrio.gl.pe.in l.ſi quando.C.de teſtibus & l.fi.§.vbi autem. & ibi gl.non autem.C.de bonis,quæ liberis.gl.fin.in l. adoptare. Cod. de adoptio.

Leges volunt ius ſuum vnicuique tribui. glo. 1. in auth. ſed & ſi quis.C.de teſtibus.

Lex quandoque dat formam non ſolùm futuris negotiis; ſed etiam præteritis,& perfectis,niſi cauſa ſit ſopita tranſactione , vel ſententia. l. contractus. C. fide inſtrum.

Lex ſeruari debet vbique ſuper futuris negotiis,non ſuper præteritis.l.comparationes.C.eod.

Lex pro parte poteſt ſeruari,& pro parte non ſeruari.gl.2.in l.pe.C.de vſuris.

Lex noua trahitur ad præterita,quatenùs tractum habet pro tempore futuro.d.l.pe.

Lex declaratiua licèt de rigore debeat retrotrahi,niſi exprimat,quod non retrotrahatur,ſed tantùm ad futura porrigatur.l.fi.C.mandati.

Legi in claritate nihil eſt proprius.l.lege Leonis.10.& ibi gl.pe. C.de pactis conuentis.

Lex vnius Principis per approbationem alterius poteſt eſſe approbantis. gl. 3. in fi.C.de repudiis.

Legi,vel rubricæ,quæ prohibitoria eſt,renunciari non poteſt.gl.2.in l.1. C.ne fideiuſſ.dotium.

Lex quando ſtat in finibus prohibitionis , nec vltra procedit ad aliam ſpecialem pœnam,illud,quod fit contra legem,eſt nullum , neque acceſſorium tenet. gl. fi.in l.& ſi is,quem.9.C.de prædiis minorum.

ſine Lege loquentes erubeſcimus.l.illam.19.C.de collatio.§.conſideremus.in authent.de triente,& ſem iſſe col.3.

Legis auxilio carere debet,qui in illam peccat. l.ſcimus. 22. §. ſi verò poſtquàm. & ibi gloſ.fin.C.de iure delib.

Lex trahitur ad futura tantùm,non ad præterita.l.fi.C.de ſuis,& legit.

Leges diuinitùs factæ,& promulgatæ dicuntur per ora principum. gl. diuino. in l.fin.C.de præſcript.longi tempor.

Lex dubia debet intelligi ſecundum rubricam,ſub qua ponitur.gloſ.3.& ibi add. marg.in l.1.C.ne liceat in vna,& eadem cauſa.

Leges ſicut ſtringunt,& regunt vitas hominum,ita & conſuetudo retinet ius eorum.gl.2.in l.fin.C.quæ ſit longa conſuetudo.

Legis diuinæ ſanctitatem neſciendo qui omittit;id eſt errando in articulis fidei vel rebaptizando per errorem,vel negligentiam,vt ſacrilegus debet puniri.l. 1.& ibi gl.2.C.de crimine ſacrilegij.

Legem diuinam qui per negligentiam violat,vt ſacrilegus punitur.ibid.

Leges debent adaptari ad poſſibilia.§.quæcumque in auth.de heredib. & Falcid col.1.

Leges neglectæ per deſuetudinem, reprobandæ ſunt per principem. §. ſed quoniam.eod.

Lex eſt moralis ſcientia.glo.3.in authen.de nuptiis.in principio.col.4.

Leges ignorare nemini eſt licitum,imò etiam quilibet tenetur ſcire. glo. neceſſarium.in authen.de appellat.& intra quæ tempore.col.4.

Lex omnis dicitur aperta ad clementiam,nec mirum cùm ſit ſancta. §.quoniam & ibi gloſ.aperta.in authent.de exhibend.reis.

Lex, aut conſtitutio noua poſt publicationem ſtatim ligat in ciuitate Conſtantinopolitana; in Prouinciis tamen poſt duos menſes à tempore publicationis authen.vt factæ nouæ conſtitutio.per tot.

Lex noua quandoque ſpeciali iure poſt tres menſes à tempore publicationi quandoque poſt 30.dies ligat.glo.huiuſmodi.ibid.

Legis nouæ ignorantiam poſt tempus publicationis ſtatutum quis non poteſ allegare.§.tempore namque.eodem.

Leges, & Senatuſconſulta ab initio non ſufficiunt ad omnia; ſed multa indigen correctione,vt ad naturæ varietatem,& ad eius machinationes ſufficiant co rectæ.auth.quib.mod.naturales filij effici.legit.in princ.col.6.

Lex ad futura trahitur,niſi caueatur expreſsè , vt ad præterita trahatur. authe hæc conſtitutio interpretatur priorem. ad fin. & ibi glo.pe. col. 6. & §.ſup hoc.& ibi glo.1.in auth.in medio litis non fieri ſacras iuſſiones.

Leges ciuiles debent ſeruari in foro eccleſiaſtico,& epiſcopus debet eas ſcire §.propterea.& ibi add.marg.in auth.vt liberti de cætero.col.6.

Lex ſufficit in eo,in quo homo deficit.glo.à lege. in §. ſi quis autem. in authe quibus modis naturales effi.ſui.col.6.

à Lege datum alicui non poteſt priuatus auferre. d. §.ſi quis autem. & ibi glo minus.

Lex derideri non debet.§.hoc igitur.& ibi gl. vndique.in auth.de æqualitate d tis.col.7.

Lex debet eſſe clara,& ideò debet fieri cum magna deliberatione. authen. de t ſtam.imperfectis.in princip.& ibi gl.clara.col.8.

Lex sequens tollit consuetudinem præcedentem. l. 2. Cod. quæ ſit longa conſuetudo.

Legem correctam vbi non inuenimus expreſsè,antiquæ dimittimus figuræ.gl. fi. in auth.de adminiſtrantibus officia. col. 3.

Legem in dubio non debemus corrigere , niſi quando expreſsè id cautum eſt. gl. deſtruere.in §.tribus.in auth.quibus modis naturales effici.ſui.col,6.

Lex bona,& æqua , & quæ in idem ſemper permanet , non poteſt conſuetudine cõtraria tolli,& è diuerſo,quæ mutationẽ , vel ex loco,vel ex tempore,vel naturæ varietate,aut patriæ vtilitate recipit,contraria conſuetudine tolli poteſt, talis lex indiget gubernatoria ſcientia. auth. neque virum quod ex dote. §. 1, in add.marg.col. 8.

Lex tollitur,vel inumbratur per deſuetudinem. §.igitur poſt libros. & ibi gl. deſuetudine.in proœmio Inſtitutio.

Legem non tollit non vſus,niſi habeat in ſe actum contrarium.glo.deſuetudine. in add. ibid.

Lex remanet,etiam correcta vna ex rationibus leg.gl.vel contra.in additione. in §.minima.Inſtit.de capitis diminutione.

Lex noua corrigens vnum ex parificatis à lege veteri , cenſetur etiam corrigere aliud.gl.pe.in addit.in §.fin.Inſt.eod.

Lex tollitur per non vſum.in princ.Inſt.de teſtam.

Leges correctæ poſſunt allegari ad cognoſcendum, in quo ſit correctio ſequuta. ibidem.

Lex conſuetudine approbata non tollitur reſcripto.gl.2.in l. 1.C. de collatio.donatorum.lib.10.

Lex,quæ caſſatur,intelligitur caſſari quoad futura; non quoad præterita. l.legem Anaſtaſij.7. C.de naturalibus liberis.

Lex noua corrigens in vno caſu,non trahitur ad alium, ſimilem rationem habẽtem,vel æquiparatum.gl.impleuerit.in add. in §. cùm ergo. Inſtit. quibus ex cauſ.manumittere.

Reliqua verbo,Teſtator, 8, Conſuetudo,1.5.7.8.10,

18 LEGES benignius interpretandæ ſunt,quò voluntas earum conſeruetur.l. benignius,de legib.

in Legis ambigua voce ea potiùs accipienda eſt ſignificatio,quæ vitio caret:præſertim cùm etiam voluntas legis ex hoc colligi poſſit. l.in ambigua. eod.

Lex vtilis reipub.debet adiuuari interpretatione.l.hoc modo.63.de conditio. & demonſtr.

Leges interpretari interdum permittitur iudici.glo.fin, in l. 1.de doli mali exceptione.

Legibus interpretationes , imò magis peruerſiones , vel commentarios facere nulli licet , ne opus moderatè factum huc , atque illuc in diuerſas ſententias producentes in infinitum diſtrahant. l. 2. §. hoc autem. Cod. de veteri iure enucl.

Lex vna,licèt generaliter loquatur;tamen per alias leges patitur limitationes, & reſtrictiones , & ſic lex patitur interpretationem paſſiuam.gl.actione. in fi. in add.in §.hæc autem. Inſt. de pœna temerè litig.

Lege quoties aliquid vnum,vel alterum introductum eſt,bona occaſio eſt,& cætera,quæ tendunt ad eamdem vtilitatem,vel interpretatione,vel iuriſdictione ſuppleri.l.nam vt ait.de legibus.

Legis defectum interpretatione poteſt Iuriſconſultus ſupplere, l. cùm hic ſtatus. 33.§.ſi ambo & ibi add.marg. de donat. inter virum.

Legis interpretatio principali culmine competit. authen. de rapt. mul. in princ. col.9.

Lex noua veterem interpretatur.§.quia enim tale.& ibi gl.cenſuimus.eod,

Lex ſequens poteſt declarare præcedentem.§.quod autem.Inſtit.de capitis diminutione.

Lex vbi non diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus.gl.fin.in l. 3.de officio præſidis.gl.fin.in l. 2.de officio aſſeſſoris.gl.2.in l.quamuis. de in ius vocando.gl. prætor.in l.ab hoſtib.§.fi.ex quibus cauſis maiores.gl.à quo.in l. item veniut. 22.§.petitam. de petitione hæredit.gl.ſimpliciter.in l.1.de aleæ luſu, & aleat, gl.accepiſſet.in l. 3.§.ſi liber homo.de condictio.cauſa data.gl. non erit. in l.ſi verò.65.§,de viro.ſolut.matri.gl.intelligendum.in l. adigere. de iure patr. gl. lex.in l.proſpexit.12.qui,& à quibus.gl.1.in l. 1.C.ſi aduerſus vend.glo.fin.in auth.ex teſtamento.C. de collatio.

Lex vbi non diſtinguit:nos tamen quandoque poſſumus diſtinguere.glo. fin.in l. pater inſtituto.§.fi.de captiuis.

Lex vbi non diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus,vbi lex eſt generalis, nec ſit aliqua ſpecialis,quæ de materia illa loquatur:ſed ſi ſit aliqua ſpecialis lex;quæ plus dicit in aliquo,quàm generalis , tunc quod omiſſum eſt à lege generali, non eſt omittendum , quod à lege ſpeciali traditur , iuxta quam poſſumus diſtinguere legem generalem.l.de pretio, 10.& ibi.gl.1.de Publiciana,

Lex vbi non diſtinguit ipſa,neque ipſius ratio,neque alia vlla ſiue in ſe,ſiue in ratione ſua,ſine dubio obſeruanda eſt lex.d.gl.1.in add. marg.

Lex humana legem diuinam diſtinguere poteſt,vt in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum:nam diſtinguitur teſtamentum ab aliis.gl.fin.in l, 7. de conſtit. principum,

Lex,vel ſtatutum quando nullum caſum excipit,non debet iudex excipere. gl, 2, & ibi add.in l. quamuis.de in ius vocando.

Lex generaliter, vel indiſtinctè loquens recipit diſtinctionem per aliam legem. d.l.quamuis.& ibi gl.2,

Lex quando indiſtinctè loquitur , debet indiſtinctè intelligi.l. prætor. 20. §, ait prætor. de noui operis nunciatione.

Reliqua verbo,Interpretatio.

19 LEX loquens ſuper vno,& certo caſu,ad ſimiles pertrahi poteſt.l.ſi ei,cui.41, & ibi gl.his igitur.& in addit. marg. de euictio.

Legibus,aut Senatuſconſultis omnes articuli ſingulatim non poſſunt comprehẽdi:ſed cum in aliquo caſu ſententia legum manifeſta eſt,iudex ad ſimilia procedere,& ius dicere debet.l.non poſſunt.de legibus.

Legem ad caſum ſimilem extendere licitum eſt , niſi contra reperiatur diſpoſitum, & idem eſt in ſtatutis , & conſuetudinibus.d.l.ſi ei , cui.41.& ibi glo. his igitur.

Legis extenſio debet fieri cauſa euitandæ abſurditatis ad caſum non expreſſum habentem ſimilem rationem.l.quæſitum.13.de teſtibus.

Lex ſcripta trahitur ad ius non ſcriptum de ſimilibus ad ſimilia,vt ſi vſufructuario alluuionis incrementum cedit,ſic cedit emphyteuticario.gl. 1. in l.de quibus.de legibus.

Legis prouiſio contra ius commune non extenditur vltra illud , quod lex exprimit , licèt eadem ſi ratio.l.ſi verò,65.§.de viro.ſoluto matrim.

Lex ibi debet extendi ad vlteriores caſus,vbi eſt eadem ratio,l. 1. §. quod vulgò. de vi,& vi armat.

Lex extenditur ad pendentes lites,ſi hoc exprimatur ſimpliciter ; non tamen ad pendentes per appellationem.gl.fi.in l.ſancimus.17.C. de ſacroſanctis.

Legis diſpoſitio ad futura,non ad præterita debet extendi.l.cùm furioſus.7. §. fi. C.de curato.furioſ.gl.pe.in l.fi.C.de pact.pignor.gl.initium.in §.fi.in authen. nullum credentem agricolæ.col.4.

Lex loquens in auunculo non extenditur ad patruos,amitas,vel materteras.l. illam.19.C.de collatio.

Legis ratio non minus attenditur,quàm ipſa lex.gl.fi.in l.1.& gl.fi.in l.2.C. quæ ſit longa conſuetudo.

Lex noua,licèt dictum ſit , quòd trahatur ad præterita ; tamen non trahitur ad pendentia,ſi in cauſa principali renunciatum ſit omnibus allegationibus , & relationibus principi factis , authent. vt cùm de appell. cogn. in princip. col. 8.

Lex noua non trahitur ad pendentia per appellationem , licèt ſit dictum , quòd trahatur ad præterita : quia iudex appellationis debet ſententiare ſententiam iuſtam,vel iniuſtam , ſeu eſſe bene , vel malè iudicatum , atque ita neceſſariò debet iudicare ſecundum legem ; quæ erat tempore latæ ſententiæ , aliàs non eſſet ſententiam primi iudicis emendare,vel confirmare ; ſed eſſet promulgare nouam ſententiam.auth.vt cùm de appellat.cogn.in principio. & ibi addit. marg.

Lex noua non trahitur ad præterita negotia pendentia,& in quibus iudicium inchoatum eſt,licèt expreſſe ſit dictum,quòd trahatur ad præterita:trahitur tamen ad præterita in quibus iudicium non eſt inchoatum. in d. princip. & ibi gl.referentem.

Lex trahitur ad præterita facta.§.fi.& ibi gloſſ.fin.in auth. de raptis mulieribus. col.9.

Lex licèt tantùm dicat de venditione:nihilominùs tamen poteſt pater filiũ obligare pro fame. gl. 1.in l. non poſſunt de legibus.

Lex aliqua quãdo habet plura capitula,in quibus eſt impoſita certa pœna,& poſteà in fine ſit appoſita clauſula generalis, illa clauſula non porrigitur ad ſpecificata †.l.ſanctio legum.41.reprob.gl.1.ibid.de pœnis.

Legis dictum reſtringitur per aliam rationem. l. quod autem.de pactis.

Lex generaliter loquens reſtringitur,ne quis ad lucrum indebite admittatur.l.3, ad Trebel.

Lex generaliter loquens reſtringitur per rationem , vt ibi locum habeat , vbi eſt ratio.l.adigere.de iure patron.

Lex generaliter loquens ex defectu rationis non reſtringitur , vt lucri amiſſio euitetur. l.proſpexit qui , & à quibus.

Lex generaliter loquens recipit reſtrictionem de habilitate.l. de quibuſcumque. & ibi addit.in §.noſtra autem. Inſt. de legat.

Reliqua ſup.num.11,13.14,

LEGIS verba offendere licitum eſt,dummodò non offendatur mens. gl. 1. in l. contra legem.de legibus. 2

Legis mentem potiùs debemus inſpicere,quàm verba.gl.fi.in l.item ei.ex quibus cauſis maiores.gl.imitari.in l.at ſi quis.§. idem Labeo. de religioſis. & gl.pen. in l. 1,C.de interdictis.

Lex rebus,& non verbis imponi debet.gloſſ.& non puto,in l.necnon. §.ſi quis.ex quib.cauſ.maiores,l,2,C.communia de legatis.§.noſtra autem.Inſt.de legatis. gl,1,in l,cùm allegas,15.& l. fi.C.de vſuris.gl.legitimo.in l,fi.C. de edicto diui Adrian.

Legis ratio,& mens idem eſt.l.cùm mulier,49.ſolut. matrim.

ex Lege dicitur,quòd ex mente legis eiuſdem colligitur,licèt verba deficiant.l.3. de legit.tutorib.

Legis verbis ſtandum eſt,nec licet alicui offendere verba legis.gloſſ.lex.in l.proſpexit.12.qui,& à quibus,

ex Lege dicitur eſſe quod eſt ex ſententia legis.l,3.ad leg.Cornel.de ſicariis.

Legis appellatione continentur verba legis,& ipſa legis ſententia tenetur ceſſantibus verbis.l.nominis,6,& ibi gl. verbum, de verborum ſignific.

contra Legis ſententiam faciens punitur eadem pœna, qua faciens contra verba, & ſententiam legis.d.gl.verbum.

Legis verba non ſunt amplectenda ſemper , vt ab eis tanquàm Iudæus recedere non poſſit , quando venit contra mentem legis obſeruando verba.gl.2.in l.nõ dubium.C.de legibus.

Legis mentem non licet offendere , ſiue eadem ſit cum ſenſu verborum , ſiue non. ibid.

Legis verba licitum eſt offendere,quando mens,vel æquitas patet in contrarium in ſcriptis redacta,vel ex alia lege;ſecus ſi non conſtat.ibid.

ex Lege dicitur eſſe aliquid,quando id eſt ex ratione ipſius.in princ,& ibi gloſ.1. Inſt.de legit.patr.tutela.

ex Legis ratione quod ſumitur,dicitur venire per interpretationem, ibid,

à Legis verbis licitum eſt recedere propter iniquitatem inſurgentem, item propter legis rationem repugnantem , item propter eorum vſum loquendi contrarietatem.gl.legitima.in add.marg.in §.1.Inſt.eod.

Legis mentem,& verba offendens incidit in pœnas legum,l.non dubium.Cod.de legibus,

Legis verbis, vel menti actus contrarius eſt nullus , & quidquid ex eo ſequitur, ſiue ſequatur mediatè,ſiue immediatè. ibid.

Reliqua verbo,Mens,Ratio,1.2,

LEX puniens facientem delictum comprehendit etiam mandantem.l.ſi quis. de iuriſdictione omnium iud. 2

Lex pœnalis ſemper intelligitur habere clauſulam in ſe,ſi delicta dolo commiſſa ſint.

ptione fundi reipub.penes se retinet.l.4.§.1.eod.

Legis Iuliæ peculatus crimen ante quinquennium commissum obiici non potest. l.peculatus.eod.

Lege Iulia peculatus tenetur, qui tabulam æneam leges, formámve agrorum, aut quid aliud continentem refixerit, aut quid inde mutauerit.l. qui tabulam. eodem.

Lege Iulia peculatus tenetur, qui aliquid in tabulis publicis deleuit, vel induxit.ibid.

Legis Iulię peculatus crimen committit quandoque etiam ille, qui priuatam pecuniam surripit, vt si quis quod fisco debetur, simulans se fisci creditorem accepit, quamuis priuatam pecuniam abstulerit.l.sacrilegi.9.§.1.eod.

Legis Iuliæ peculatus crimen non committit ille, qui pecuniam publicam tractandam suscepit in vsus suos, vel quilibet alius custos pecuniæ publicæ, ad cuius periculum pecunia pertinet: tenetur tamen lege Iulia de residuis.d.l.sacrilegi.§. pe. & ibi gl.non committit.

Lege Iulia peculatus tenetur, qui fecit potestatem tabularum publicarum inspiciendarum, & describendarum sine iussu eius, qui ei rei præ erat.d.§. pe.

Lege Iulia peculatus tenetur administrator rerum publicarum, qui cùm venderet, vel locaret fundum reipub. certo pretio, scripsit in libro rationum se minoris vendidisse, vel locasse.l.hac lege.& ibi gl.1. eod.

Lex Iulia peculatus inuenta est ad puniendos eos, qui publicam pecuniam, aut rē sacram, aut religiosam furati fuerint. §. item lex Iulia peculatus. Inst.de publ. iudiciis.

Lex Iulia de residuis habet locum, quando aliquid superfuit ex aliqua administratione publica, & ipse in vsus suos cōuertit, cui erat illa administratio commissa.gl.lex Iulia de residuis.in §.pe.Inst. eod.

Legis Iuliæ de residuis pœna est amplius tertia parte; quia punitur in simplum, & in tertia parte simpli.†.gl.3. ibid.

in Legem Iuliam de residuis incidunt officiales, siue camerarij, qui habent ex administratione publicas pecunias, & finito officio retinent aliquid, & puniūtur in simplo, & in tertia parte simpli.gl.lege Iulia de residuis.in add.ibid.

Lege Iulia de residuis tenentur officiales, qui habent vnam collectam impositam in communi destinatam pro vsu, & necessitate communis, & ipsi conuertunt dictam pecuniam in alium vsum, etiam si esset pro necessitate communis, & puniuntur; aliàs in simplo, & in tertia parte eius.ibid.

Reliqua verbo, Peculatus, Publicum, 3. *Sacrarium, Magistratus*, 7. *Iudicium*, 11. 12.

26 LEX Iulia repetundarum pertinet ad eas pecunias, quas quis in magistratu, vel officio publico accepit ab aliquo, vel aliquis de eius familia.l.1.ad leg. Iul.repetund.

Legis Iuliæ repetund.actio in factum datur in heredes iudicis intra annum duntaxat à morte ipsius iudicis, vel à tempore dispositionis officij de eo, quod peruenit, & etiam de eo, quod non peruenit, vt sicut est speciale, vt teneatur de eo, quod ad eum non peruenit, ita sit speciale, vt intra annum dumtaxat teneatur de eo, quod ad eum peruenit, non autem teneatur post annum. †. l. 2. & ibi gl. 1.& in addit.marg. eod.

Legis Iuliæ repetundarum actio datur etiam in comites, & socios iudicum, qui illud crimen commiserunt.l.in comites. eod.

Lege Iulia repetundarum tenentur, qui ob denunciandum, vel non denunciandū testimonium pecuniam acceperunt.l.eadem.eod.

Lege Iulia repetundarum damnatus prohibetur esse iudex, & testimonium dicere, & etiam prohibetur postulare.ibid.

Lege Iulia repetundarum tenetur, ne quis ob militem eligendum, vel mittendū in aliquam legionem pecuniam accipiat, nec ob sententiam in Senatu, vel in Consilio publico dicendam, vel ob accusandum, vel non accusandum quis accipiat pecuniam, d.l.eadem.§.fi.

Lege Iulia repetundarum tenetur accipiens pecuniam, vt arenget in Consilio publico, putà Bononiensi. gl.pe. ibi.

Lege Iulia rep.tenetur ille, qui accepit aliquid ob iudicem, vel delegatum dandum, vel mutandum, vel iubendum, vt iudicet, vel ob non dandum, vel nō mutandum, vel non iubendum, vt iudicet, aut ob hominem in publica vincula coniiciendum, vel vinciendum, vincirive iubendum, vel ob ex vinculis dimittendum.l.lege Iulia.eod.

Lege Iulia repetundarum tenetur, qui accipit aliquid ob hominem condemnandum, vel absoluendum, ob litem æstimandam, iudiciúmve capitis, pecuniæve faciendum, vel non faciendum.ibid.

Lege Iulia repetundarum damnati hodie extra ordinem puniuntur, & plerúmque vel exilio puniuntur, & quandoque duriùs; & quandoque mitiùs pro delicti admissi qualitate puniuntur.d.l.lege Iulia.7.§.fi.

Lege Iulia repetundarum tenetur, qui munus, vel officium publicum accepta pecunia rupit, ac malè se in eo habuit.d.l.fi.eod.

Lex Iulia repetundarū habet locum, quando iudex per pecuniam facit aliquid, vel omittit.gl.lex Iulia.in §.pen.Instit.de publicis iudiciis.

Legis Iuliæ repetundarum pœna est ciuilis in quadruplum: criminalis verò extra ordinem. ibi.

Reliqua verbo, Calumnia, 1. 2. 3. *Iudex*, 35. *Officialis*, 6. *Concussio, Iudicium*, 11. 12. *Pœna*, 9.

27 LEGE Iulia de vi publica tenetur, qui per vim aliquem sibi obligauit.l. qui cœtu.ad legem Iul. de vi publ.

Lege Iulia de vi publica tenetur, qui hominem dolo malo incluserit, obsederit, aut qui fecerit, quominùs sepeliatur, quò magis funus diripiatur, vel distrahatur.ibid.

Lege Iulia de vi publica tenetur, qui reum accusatum vincit, impeditve, quominùs Romam vadat ad excusandum, vel se defendendum.l.lege Iulia.8. eod.

Lege Iulia de vi publica tenetur ille, qui per iniuriam exegit ab aliquo, polliceri ludos faciendos, vel pecuniam.l.qui dolo.eod.

Lege Iulia de vi publica tenetur ille, qui in conuentu hominum fuit, aut vbi iudicium exercebitur, nisi homines haberet propter venationem, qui cum bestiis pugnant. ibid.

Lege Iulia de vi publica tenetur, qui conuocatis hominib. vim facit, quò quis verberetur, & pulsetur, etiam si homo aliquis non sit occisus.ibid.

Lege Iulia de vi publica damnato interdicitur ei aqua, & igni.ib.

ex Lege Iulia de vi publica, vel etiam de vi priuata condemnatus infamis est. †. gl. pe.in l.si præses. de pœnis.

Legis Iuliæ de vi priuata pœna est tertiæ partis bonorum publicatio; sed legis Iuliæ de vi publica; id est cum armis vltra publicationem dictæ tertiæ partis bonorum est relegatio.gl.de vi.in §.recuperandæ.Inst.de interdictis.

Lege Iulia de vi priuata damnato publicatur tertia pars bonorum per sententiā. l.1.& ibi gl.publicatur.ad leg.Iul.de vi priuat.

Lege Iulia de vi priuata damnatus non potest esse senator, aut decurio, nec potest aliquem honorem capere, nec in eum ordinem sedere, nec esse iudex: & debet carere omni honore, quasi infamis.ibid.

Lege Iulia de vi priuata condemnatur inferens vim sine armis, in amissione dignitatis, & infamiæ: item potest relegari, & si humilis sit, forte deportatur, quandoque punitur pœna capitis, si homicidium occasione violentiæ sit commissum.gl. 1. ibid.

Lege Iulia de vi priuata tenetur, qui conuocatis liberis hominibus, vel seruis suis, vel alienis vim fecit sine armis, quò quis verberaretur, ac pulsaretur, nec homo sit occisus, tenentur etiam eadem lege hi, qui conuocati sunt. l. 2. cum l. seq. eodem.

Lege Iulia de vi priuata tenetur ille, qui nullis conuocatis hominibus, nullisque pulsatis per iniuriam ex bonis alienis quid abstulit.l.3.eod.

Lege Iulia de vi priuata tenetur ille, qui cœtum, concursúmque fecit, quominùs quis in ius produceretur.l.4. eod.

Reliqua verbo, Iudicium, 11, 12.

LEX Aquilia omnibus legibus, quæ ante eam de damno, atque iniuria tractauerunt, derogauit.l.1.ad legem Aquil. 28

Lex Aquilia Plebiscitum est, cùm eam Aquilius Tribunus plebis à plebe rogauerit.ibid.

in Lege Aquilia principaliter agitur ad damnum, & non ad vindictam, & ideò non est publicum iudicium.gl.publica.in l.licet.§.si plures. de procuratorib.

Legis Aquiliæ capite primo cauetur, vt qui seruum alienum, vel quadrupedem iniuria occiderit, quanti id in eo anno plurimi fuit, tantùm æs domino dare debet.l.2.ad legem Aquil.

Legis Aquiliæ capita, siue capitula olim tria erant; hodie sunt duo tantùm; scilicet primum, & tertium; sed secundum in desuetudinem abiit: tertio in eius loco posito.gl.1.ibid.

in Legis Aquiliæ primo capite ideò fit computatio damni retro per annum, & in tertio intra 30.dies tantùm: quia is, qui occidit, magis delinquit, & magis dat damnum, quàm is, qui dumtaxat vulnerat, & ideò acriùs punitur, & fit maioris temporis repetitio.gl.anno.ibid.

in Lege Aquilia venit etiam culpa leuissima. gloss.iniuria. in l.sed & si. 5. ad leg. Aquil.

Lege Aquilia, vel in factum legis Aquiliæ tenetur ille, qui seruum ægrotum leuiter percussit, & is obiit.l.qua actione.§.sed & si quis. eod.

in Lege Aquilia quandoque solus dolus venit, non culpa, vt si quidam in campo iaculatorio iaculantes seruum per eum locum transeuntem occiderunt, non tenentur Aquilia, nisi data opera in eum iaculati sunt.l.item si obstetrix.§. fin. & ibi gl.fi.eod.

Legis Aquiliæ tertium caput continebat, quod vrens, frangens, vel rumpens iniuria, quanti ea res erit, in diebus 40. proximis tantum æs tenetur præstare. l. si seruus.27.§.tertio autem.eod.

Lex Aquilia habet multa specialia; videlicet quòd possit agi de futuro iure, & quòd pœna crescat per inficiationem, & quòd solutum indebitum ex hac causa non repetatur, & quòd teneatur de leuissima culpa. gl. debebo.vers.vel dic. in l. in lege Aquilia.41.eod.

in Lege Aquilia venit damnum datum etiam hereditate iacente.l.ob id. 44. eodem.

Lex Aquilia vbi deficit, suppletur actione in factum. l. quia actionum. de præscript.verbis.

in Lege Aquilia venit leuissima culpa: quandoque tamen venit ex lata tantùm culpa.gl.grauiorem, in l.liber homo.54.de acquir. rerum dominio.

Legis Aquiliæ secundum caput non est in vsu.§.liberum.Instit.per quas personas nobis acquiritur.

Lege Aquilia non tenetur miles, qui dum iaculis ludit, vel exercitatur in campo, vbi solutum est exercitari, traiecit, vel transfigit seruum transeuntem; secùs si id admisit in alio loco, quàm in eo qui ad exercitandum militibus est destinatus: item secùs si in loco ad id destinato alius, quàm miles id admisit.§. 1.Inst. eodem.

ex Legis Aquiliæ tertio capite datur actio pro alio damno, quàm mortis illatione, & pro omni re, in qua citra mortem damnum datum est. §. capite tertio. Inst.eod.

Lex Aquilia, & eius dispositio, qua cautum est, vt negans damnetur in duplum, confirmata est à Iustiniano, & ad eundem ordinem plures sunt actiones inductæ.§.studium.in auth.de triente, & semisse.col.3.

Reliqua verbo, Actio, 134. *vsque* 144. *Bona fidei possessor*, 3.8. *Canis, Carrucarius, Consumens, Damnum, Effundens, Emittens, Equa, Equitare, Excutiens, Frumentum*, 1. *Fouea, Ignis, Impulsus, Infans*, 1. *Iniuria*, 1. *Medicamentum, Venenum, Medicus*, 1. 2. *Mulio, Mulus, Obstetrix, Occidens, Occisus, Oneratus, Pecus, Percussus, Percutiens, Pila, Præcipitans Pugna, Putator, Quadrupes, Ruptum, Salictum, Seges, Spolians, Surripiens, Sutor, Trabs, Vacca, Vinum*, 1. *Vua, Æstimatio*, 3. *Debitum* 14.

LEX Flauia de plagiariis habet locum cùm quis dolo seruum, aut pecus domino, vel filium patri subtrahit: & olim erat pœna pecuniaria, quæ hodie cessat.l. lege Flauia. & ibi gloss. 1.& add.marg.de manumissio.& gl.1.in §.est & inter. Inst.de publicis iudiciis. 29

Lege Flauia tenetur bonæ fidei possessor serui alieni.l. 3. ad legem Flaui.de plagiar.

Legis Flauiæ de plagiariis accusatio publica est.gl.fi.in l.fi.eod.

Legis Flauiæ de plagiariis pœna olim erat pecuniaria: hodie tamen pró

modo

ſeruitutem eidem fundo debitam.gl.fi.& ibi.add. marg. in l.rei appellatione. 23.de verb. ſig.

Libellus ſubſcriptus ab actore inducit conductionem ex lege:aut fit ad hoc, vt iudicis officium interueniat in decima parte exigenda,quando actor non proſequitur, vel iniuſtè proſequutus eſt.auth.generaliter.& ibi gl.4.Cod.de epiſcopis.

Libellus ſupplicationis, & impetrato reſcripto habetur pro litis conteſtatione in prætoriis,& annalibus actionibus:ſecùs in perpetuis,l.1. & 2. Cod. quando libellus Principi.

Libellus cùm offertur coram Principe,& impetratur reſcriptum,exequutor non eſt mittendus; ſecus vero quando coram aliquo iudice: quia tunc exequutor mittitur.gl.2.in d.l. 1.

Libellus eſt offerendus vocato in iudicium ciuile,vel criminale, & danda dilatio 20.dierum ad deliberandum,an cedat, vel contendat; in iudicem an conſentiat,vel diſſentiat,vel contradicat, vel fideiuſſorem præſtet, & ſine his conteſtatio non tenet.auth.offeratur.C. de litis conteſtatione.

Libellus eſt offerendus vocato ad arbitrium;& danda dilatio 20.dierum ad deliberandum. gl.3.ibid.

Libellus in ſcriptis neceſſariò debet dari hodie;olim ſecus,niſi in caſibus,in quibus neceſſarium non eſt dari ſententiam in ſcriptis.ibid.

Libellus eſt efferendus vocato ad iudicium,vel ad arbitrium à iudice,vel ab arbitro,vel ab actore,vel aliquo alio mandato iudicis.gl.1. ibid.

3 Libellus eſt offerendus vocato ad iudicium ſolutis ſportulis, & data fideiuſſione de iudicio ſiſti, niſi poſſideat immobilia, neque ſufficit dare pignora, niſi in clericis. gl.4.ibid.

Libellus debet cõtinere in principio annos Domini; hodie non ſeruatur;ſed ſcribitur in libello terminus ad reſpondendum.gl.pen. ibid.

Libelli productio tacitè conſenſu partium poteſt omitti; ſed expreſſè ei non poteſt renuntiari.gl. fi.ibid.

Libellum antequàm dirigat actor,debet ſatiſdare reo de omni damno reſarciendo in duplum;dum tamen non excedat ſummam 36.aureorum, & reus de lite conteſtanda intra duos menſes caueat.auth.libellus.C.eod.

Libello,aut aſſertioni in libello factæ non creditur; ſed neceſſe eſt probari cauſam. glo. 1. in l.minorum.6. C.de prædiis minorum.

Libello ſupplicatorio Principi oblato ſtatur.l.2.C.de inſtit.& ſubſtit.

Libellus quandoque ſignificat delegatum, vt quando rector ſedet per libellum id eſt per delegatum.gl.4.in l.2.C.quemadm. teſt.

Libellum porrigens ſi dicat aliquid contra ſe, ſtatur dicto ſuo. l. cùm precum.& ibi gl.1.C.de liberali cauſa.

Libellus incertus non debet amitti, niſi ſponte reus recipiat confiſus de iuſtitia ſua.d.gl.1. in l.fi. C. de annali exceptione.

Libellus cõditionalis admittitur,vbi commiſſio pœnæ dependet à proceſſu cauſæ.gl.ordine.in fi.& ibi add.marg.in l.pen.C.vnde vi.

Libellus hodie dari debet vbique, & in ſcriptis; fallit in illis caſibus, in quibus ſententia poteſt dari ſine ſcriptis,qui ſunt quatuor, item in teſte falſo,& in inſtrumento falſo, & in leuibus criminibus, & in crimine notorio, & in omni crimine,in quo proceditur ſine accuſatore; in quibus omnibus poteſt procedi ſine libello, ſi tamen ſuper illis velit quis accuſationem ſolennem inſtituere, neceſſe habet dare libellum. in §. illud quoque. in auth. de exhibend, reis,

ex Libelli ſubſcriptione facta ab actore non quæritur aliqua actio reo; ſed vt iudicis officium in exigenda decimà litis interueniat; licèt ſtipulatio non fuerit interpoſita; ſed quando fuit ſtipulatio interpoſita,tunc reo quæritur vtilis actio ex ſtipulatione,& promiſſione facta ipſis executoribus ab actore.gloſ.& actis.& glo.præſtiterit.& ibi add.marg. in §. ad excludendas. in auth. de litigioſis.col. 8,

Libellus primò offertur iudici,deinde per iudicem reo. auth. de exequutorib. in princ.& ibi gl.duos.col.7.

4 Libellus continens actionem ſicut dicitur libellus: item & chartula continens exceptionem dicitur libellus.l.1.C.de his,qui potentiorum nomine.

Libellus apud Feudiſtas ſignificat emphyteoſim,hinc libellarium ius dicitur emphyteuticum, per quod dominus certam quotannis ab emphyteuta recipit penſionem,qua ſibi dominium directum in feudo, ſeu emphyteuſi retinet. gl. inde.in add.marg.in c.1.§.1.de alienatione feudi.

Libellus poteſt fieri ita;conqueror de domino meo, qui me ſpoliauit tali feudo, & huiuſmodi querela habetur pro libello.cap.1.& ibi add.marg.de milite vaſallo, qui contum,

Libellus in cauſa primò eſt dandus, & cauſæ examinatio debet præcedere obſeruationem,quæ circa ſententiam adhibetur.gl.2.in princ.Inſt.de offi.iudicis.

Libelli conuentionalis datio ſola non facit,vt videatur vocari in ius,niſi nuncius mittatur.gl.1.in l.libertus.2. de ius vocando.

Libellus Principi oblatus inducit perpetuitatem actionis interrumpendo præſcriptorem,& tunc talis libellus habet vim citationis.gl.fi.& ibi add.ibi.

Libelli oblatio non habetur pro occaſione.gl.1.in l.1.de in ius vocando.

Libellus dicitur quandò quis emit ab eo,qui habet precariam.gloſſ.2.,in auth.ingreſſi.C.de ſacroſanctis.

Libellus debet dari etiam in arbitris.gl.oblata.in §.illud quoque. in auth. de exhibend.reis.

Libellum dari in crimine falſi neceſſe eſt.† gl.libellum.ibid.

Libellus coram arbitro debet dari in ſcriptis,ſiue coram iudice. gl. conuentum. in l.cùm antea.C.de recept.arbitris.

Libellus ſuſpicionis iudicis delegati debet offerri coram delegato etiam ante litis conteſtationem.l.apertiſſimi. C. de iudiciis.

Libellum famoſum faciens etiam contra incertam perſonam tenetur lege Cornelia,& actione iniuriarum,ac ſi certæ perſonæ fieret.gl. nulla.in l.item apud Labeonem. de iniuriis.

Libellum infamatorium dans Principi, vel alij, in quo continetur alicuius iniuria,tenetur iniuriarum actione.d.l.item apud Labeonem.§.ſi quis libello.

Reliqua verbo, Appellatorius,Carmen, Cumulari,Declaratio,Deprecatio, Famoſi, Petens, Petitio, 2.Recuſatio,Supplicatorius, Vendicare, Aurum, 1. Cauſa, 9.Liber,12.Accuſatio,15.Agens, 1. 2.

LIBELLVS quando venditor eſt in mora tradendi,ita debet formari,Peto rem 5
tradi,& ſi non tradas peto intereſſe.† gl.2.in l. 1.de actio.empt.

Libellus ad intereſſe poteſt formari,quando intereſſe eſt in obligatione rem tradi,& venit iure actionis,vt quia fuit interrogatus reus,an velit rem tradere,& ille negauit. ibid.

Libellus in actione hypothecaria ita concipietur, nempe peto aduerſarium poſſidentem condemnandum ad tradendam, & relaxandam poſſeſsionem rei, & ad ipſam rem detinendam in cauſam pignoris,donec relaxetur. l. ſi cùm venditor,66.in add.marg. de euictio.

Libellus in actione tutelæ poteſt formari exprimendo certam quantitatem, ad quam quis dicit tutorem ſibi teneri.leg.1. & ibi gloſſ. 1. Cod. ſi aduerſus rem iudic.

Libellus etiam in actione perſonali debet continere rem certam.gl.decimam. in §.ad exhibendas.in auth.de litigioſis.colum.8.

ex Libelli conceptione apparet vtrum quis prouocet ex poſſeſsione ſeruitutis in libertatem,an prouocetur ex poſſeſsione libertatis in ſeruitutem.l. eam, quæ. 21.C.de liberali cauſa.

Libellus criminaliter rectè concipitur per verbum, conqueror de iniuria illata à Titio.gl.vendicant.in add.marg.in l.2. §. ſed ſi agant.de iudiciis.

Libellus ineptus,& malè conceptus debet à iudice reiici, imò debet lacerare eũ. gl.nec tenere.in l.1. ſi menſor falſum modum.

Libellus formatur ſuper obſequiis;& reuerentia exhibenda.gl.alteri.in add.mar. in l.ſi duo patroni.de iureiuran.

Reliqua verbo,Petens, Actor, 1.

LIBELLVS generalis procedit in libello producto in iudicio vniuerſali, nec 6
eſt neceſſe ſpecificare res.gl.mag.in l.1. de edendo.

Libellus in petitione hereditatis procedit ita,Peto hereditatem talis cuius heres ſum,& poſteà in exequutione examinabitur de ipſis rebus.ibi.

Libellus generalis procedit in iudicio generali,vt peto rationem adminiſtrationis. ibid.

Libellus particularis exprimendo in eo ſingulariter rem,procedit in iudicio particulari.ibid.

Libellus in actione perſonali generaliter, & nulla cauſa expreſſa ſi proponatur, procedit iudicium:ſi non apponatur,ſicut in reali. ibid.

Libellum generaliter producens in perſonali videtur omne ius ſuum in iudicio deduxiſſe.l.fi.C. de annali exceptione.

Libellus generalis non eſt admittendus.l.1.& ibi add. marg. Cod. de veteranis. lib.12.

Libellus debet continere cauſam habilem, ex qua inferatur concluſio ad condẽnationem, vnde ſi peterem decem, quia rex eſt in Francia, vel quia ego ſum hic,eſt in ipſa cauſa.d.gl.mag. in l.1.de edendo.

in Libello,quando actione reali agitur,non requiritur, quòd exprimatur aliqua cauſa;ſed bene requiritur,quando agitur actione perſonali.ibi.

in Libello, agendo actione perſonali etiam ſi exprimatur actio, & ſpecificetur res,non tamen per hoc intelligitur cauſa,niſi exprimatur.† ibi.

in Libello ſufficit, quòd exprimatur res, & cauſa, ita quòd ex eo reſultet actio, quamuis non exprimatur.† de gl.mag.

in Libello proponi debet actio, vbi ex vna cauſa oriuntur plures actiones, quæ electione tolluntur. ibi.

in Libello quando reſultant plures actiones vnam tenetur eligere. ibi.

in Libello actione debent edi ad hoc, vt iudicium procedat:conſuetudine tamen Bononiæ,& in aliis locis non requiritur, quòd exprimatur: ſed ſufficit, quòd exprimatur res,& cauſa,ita quòd ex eo reſultet actio.ibi.

Libellus vitiatur,ſi in eo cauſa,& res rectè exprimantur; ſed actio ineptè exprimatur.d.gl.mag. ad fi.

in Libello perſonalis actionis debet exprimi cauſa: ſed non in realis actionis libello.† gl.per nunciationem.& ibi add.in l.1. de noui operis.

in Libello debet poni res cauſa,& actio:fallit in libello generali. gl. loco. & ibi add.marg.in l.de pupillo. §.qui nunciat.eod.

Libellus iſte,Peto decem,quia promiſiſti,non debet admitti,cùm in promiſſione non ſit cauſa ſufficiens:ſed debet adiicere, quia promiſiſti ex cauſa mutui, vel ſimili.gl.ſine cauſa l.2.§.circa ſpeciem.de doli mali excep.

Libellus iſte,peto par caponum ſingulis annis;quia tui maiores promiſerunt, nõ debet admitti,ſed debet adiici pro poſſeſſionibus,quas maiores tui habuerũt à maioribus meis,& probata diuturna præſtatione præſumitur promiſſio; & cauſa.ibi.

Libellus procedit ſi exprimatur quantitas,licèt non exprimatur cauſa.l.fin.C. de annali exceptione.

Libellus procedit,licèt non exprimatur quantitas, neque cauſa,dum tamẽ dicam ſimpliciter aduerſarium mihi eſſe obnoxium.ibid,

Reliqua verbo,Petitio,1. 2.Generalis,Actor.1.

LIBELLVM poteſt quis mutare pendente eodem iudicio, & ſic poſt litis con- 7
teſtationem addendo, vel diminuendo priori actioni qualitatem; ſed mutando rem,vel cauſam,aut actionem.gl.fi.in l.4.§.fi. de noxalib.

Libellus,in quo primò petebam minus,poteſt concordari plùs petendo, vel ecõtrà.gl.emendare.in l.3.C.de edendo.

Libellus poteſt emendari vſque ad diffinitiuam ſententiam in iudiciis vniuerſalibus: ſed in ſingularibus, vſque ad litis conteſtationem, & non poſt. ibid.

Libellus emendari non poteſt, quando vna de concomitantiis mutatur; ſcilicet res mutatur,& ideò mutatur & actio.ibid.

Libellus rectè poteſt emendari vſque ad ſententiam, quando emendatio fit circa aliquam qualitatem,non circa actionem, vel circa rem petitam. ibid.

Libellus poteſt emendari vſque ad ſententiam coram eodem iudice: in alio tamen iudicio,ſiue inſtantia. ibid.

Libellus poſt litis conteſtationem mutari non poteſt;cumulari autem poteſt;ſcilicet agendo via veteri,& noua.ibid.

Libellus hodie nec ante litis conteſtationem poteſt mutari,ſi reus ſit conuentus, & libellus oblatus:ſi verò non ſit conuentus reus, neque libellus oblatus, impunè actor poteſt deſiſtere.ibid.

Liberum hominem sciens eum liberum si inuadat animo,& corpore; non tamen dicitur possidere.) gl.mag.vers.sed secundum Ioannem.in l.3.§.ex contrario. eodem.

Liber homo non potest possideri à sciente,licèt eum vinxerit.l.cùm heredes. 23. §.fi. eod.

Liberum hominem dolo malo retinens tenetur eum exhibere per interdictum de libero homine exhibendo.l.7.de libero homine exhib.

Liber homo potest quocumque velit ire, & qui fugare potest, habet libertatis quandam speciem; & contrà,qui loco se mouere non potest, custoditúrque, vt inde abscedere nequeat,vinctus,ac in carcere esse dicitur.l.2.& ibi add.mar. eodem.

Liberum hominem ex iusta causa detinens apud se,non videtur dolo malo facere;& ideò non tenetur interdicto de libero homine exhibendo,l.3. §.proinde, eodem.

Liberum hominem volentem retinens,non videtur dolo malo retinere, nisi volentem retineat calliditate circumuētum, aut seductum,aut solicitatum, quia tunc dicitur dolo malo retinere.d.l.3.§. si quis volentem.

Liberum hominem detinens ignorans eum liberum,dolo malo caret: sed si certioratus detinet,dolo malo non caret.d.l.3.§. is, qui nescit.

Liberum hominum detinens si dubitat,an is esset liber, vel seruus,aut si facit status controuersiam, non debet agi de libero homine exhibendo; sed de causa libertatis agi debet. ibi.

Liberum hominem ignorantem suum statum retinens dolo malo, cogitur exhibere,l.fi. eod.

Liberum hominem scienter retinens statim cogitur exhibere, nec dari debet ei dilatio etiam modici temporis ad eum exhibendum, nisi posset eum statim exhibere, vt quia erat absens:quia tunc dabitur tempus:putà 10.dierum. d.l. fi.& ibi gl.2.

Liberum hominem creditor pro debitó retinens perdit debitum, & tantumdem debito, ei, vel eius parentibus, aut extraneis successorib. ipsius retenti reddere debet, & etiam punitur. auth. imò. & ibi gl. fi. C. de actio. & oblig.

Liberum hominem si creditor retineat, aut compellat fieri seruum pro debito, perdit debitum, & tantumdem tenetur reddere retento, vel retentus si velit remittere, parentes eius possunt petere: quia eis videtur fieri iniuria.gl. fi. ibi.

Liber homo bona fide possessus,& seruus paria sunt quoad quid,l.qui fundum. 7. §.fin.& ib gl.solemus.pro emptore.

Liber homo bona fide possessus promittendo per stipulationem, bonæ fidei possessori obligatur,etiam ex re ipsa ei efficaciter,& sic naturaliter, & ciuiliter. l. liber homo.118. de verborum oblig.

Liber homo bona fide possessus si stipuletur sibi à bonæ fidei possessore, non tenetur ei bonæ fidei possessor:quia ex qua causa liber homo possessus bone fide stipulando ab alio acquirit possessori, ex eadem promittendo non obligatur possessori.ibid.

Liber homo vt seruus si possidetur,& si manumissus de facto,elapso quinquennio ad ingenuitatem proclamare potest hodie:sed olim erat secùs.l.fi. C. vbi causæ status.

5 Liber homo quandoque bona fide possidetur,& quandoque possessor credit eum esse seruum,& suum;quandoque mala fide, veluti quando credo eum seruum esse,& socio meum non esse,quandoque nullo modo possidetur,licet detineatur,vt quando scit liberum esse.gl.1.in §.1.Inst.per quas personas.

Liber homo bona fide seruiens potest possessori obligari per stipulationem promittendo ei, vel emendo,aut vendendo,aut locando ab eo.l.liber homo. 54 de acquir.rerum domin.

Liber homo bona fide seruiens dando damnum lata culpa possessori, tenetur ei lege Aquilia ad illud.ibid.

Liber homo bona fide seruiens si iussu possessoris aliquid male gesserit in re eius, aut quasi eius procurator aliquid malè egit,datur actio possessori contra eum, siue possessor eum possideret ex titulo emptionis, vel donationis, aut legati, vel hereditatis.ibid.

Liber homo bona fide mihi seruiens si mutuam pecuniam accepit, eámque in rē meā verterit actione negotiorum gestorum., teneor ei,& creditori teneor de in rem verso.l.si liber homo,& ibi gl.actio danda.de negot.gestis.

Liber homo bona fide mihi seruiens si mutuam pecuniam,quam accepit,verterit in rem meam,& ego creditori suo tantumdem soluero actione, qua ei tenebar,ipso iure liberatus sum.ibi.

Liber homo,qui mihi bona fide seruiebat, si damnum dederit,tenetur mihi lege Aquilia; non tamen tenetur de leui culpa. l. liber homo. 13.& ibi gl. mihi. ad legem Aquil.

Libero homini,qui mihi bona fide seruiebat, quasi seruo si rem commodauero, competit mihi vtilis actio commodati, & non directa: si verò eum iussi vtilis mandati, vel præscriptis verbis. l. si is, qui. §. fi. & ibi gl. vel mandati. commodati.

Liber homo bona fide seruiens si propriam pecuniam ministrans mandaui Titio, vt eum redimeret,& manumitteret,si is ingenuus posteà sit pronunciatus, aduersus mandatarium habet mandati actionem,vt sibi cedat actiones ex empto nomine euictionis,vel ex stipulatu,si fuit stipulatus nomine euictionis, quas habet aduersus eum, à quo emit ipsum. l. si procuratorem. §. si liber homo. mandati.

Liber homo bona fide seruiens,si pecuniam, quæ erat ex peculio bonæ fidei possessoris ministrauit Titio,& mandauit,vt eum redimeret, & manumitteret; si postea is ingenuus pronunciatus sit, Titius nullam habet actionem aduersus venditorem: quia soluit venditori suos nummos.ibid.

Liber homo bona fide seruiens si se emendum mandauit alicui, mandatarius emens siue eum manumiserit de facto, vel non manumiserit, habet contra eū mandati actionem ad consequendum,quod soluit,ita, vt mandatarius ipse cedat mandati actionem ex empto, vel condictionem indebiti aduersus venditorem.l.cum seruus.54.§.fi.& ibi gl.fi.mandati.

Reliqua verbo, Bonæ fidei possessor, 4.6. Filius, 127. Interdictum, 53.54. Creditor, 72. 74. & inf.nu.6.7.

Liber homo bona fide possessus ex re alicuius extranei si stipuletur simpliciter,vel sibi,iussu possessoris, sibi acquirit de æquitate:sed non de rigore iuris. l.si liber homo.33.de stipulat.seruorum. 6

Liber homo bona fide possessus quod non potest quærere sibi, quærit possessori, & quidquid non potest quærere possessori,quærit sibi.l.liber homo.20.de stipul.seruorum.

Liber homo stipulando non quærit malæ fidei possessori. l. si seruus testamento. 34.eod.

Liber homo emptus bona fide seruiens stipulando acquirit bonæ fidei possessori.ibid.

Liber homo,ex quo cœpit mala fide possideri,acquirit; sed id, quod per seruum mala fide possessum acquiritur,acquisitionis tempore,ipsi etiā malæ fidei possessori acquiritur,ex quo fuit à princ. bonæ fidei:domino tamen tenetur restituere.gl.fi.& ibi add.marg.ibid.

Liber homo bona fide possessus si sciens suam conditionem vult quærere possessori,& sic adeundo possessore iubente quærit possessori, quia concurrerat voluntas serui,& possessoris.gl.1.in l.si quis mihi bona.25.de acquir.hered.

Liber homo bona fide possessus,vt acquirat possidenti requiritur,quòd possidens habeat bonam fidem in princ.possetessionis,& continuatam.gl.bona.in princ. Inst.per quas person.nobis acquiritur.

per Liberum hominem bona fide possessum hereditas non acquiritur possidenti, nisi concurrant sex: scilicet quod possidentis contemplatione instituatur, & quòd sciat condictionem suam institutus, & quòd iussu possidentis adeat, & quod volens adeat,& quòd velit possidenti acquirere, & quòd possidens possideat eum bona fide.gl.si liber esse.ibi.& gl.sciens in l.liber homo.54.de acq. rerum dominio.

Liber homo mihi bona fidei seruiens stipulando, & per traditionem accipiendo ex re mea mihi acquirit.l.aditio.45.de acquir. heredit.

Liber homo mihi bona fide seruiens heres institutus præsumitur heres institutus propter me,si dicat testator, instituto seruum talis.gl. propter me.ibi.

Liber homo bona fide seruiens heres institutus si quasi iussu domini adierit, non obligatur hereditati, etiam si sui contemplatione fuisset institutus: quia non libera voluntate adierit.l.qui putat.73.§.1.& ibi gl.non obligabitur.eod.

Liber homo bona fide seruiens ex re possessoris, & opera sua acquirit possessori dominium,& vsucapiendi conditionem:sicut & seruus potest acquirere domino.l.qui fundum.7.§.fi.pro emptore.

Liber homo bona fide possessus quod ex operis suis, aut ex re possessoris acquirit,pertinet ad possessorem:quod verò ei donatum est, vel legatum, aut quod ex negotio gesto est acquisitum ab eo,id ad ipsum pertinet quantum ad dominium,& obligationem,& actionem:sed non quantum ad possessionem.§.item placet.Inst.per quas personas cuique acqui.§.1. Inst. per quas personas nobis acqui.oblig.& l.si seruus.21.& ibi gl.ipsius.& l.liber homo.19.& ibi gl.1.& l. quod fructuarius.49.& l.liber homo.54.§.fi & ib gl.pe.de acq.rerū dominio.

Liber homo bona fide possessus id,quod sibi donatum, vel legatum est contemplatione possessoris, acquirit possessori,etiam si possessus nolit.d.l.liber.19. & ibi gl.acquiri.

Liber homo bona fide possessus heres institutus sponte adeundo, si nolit hereditatem acquirere possessori, non acquirit possessori, etiam si contemplatione possessoris hereditas sit sibi relicta, licet eo casu teneatur restituere eam possessori per condictionem sine causa.l.liber homo.19.& ibi glo. non acquiri.& gl.esse.de acqui.rerum dominio.

Liber homo bona fide possessus si necessitate ductus à possessore adierit hereditatem, in qua ipse erat institutus, possessori acquirit, sed si sponte adierit sibi acquirit.ibi.

Liber homo bona fide seruiens tamdiu acquirit possidenti,quandiu possidens habet bonam fidem: superueniens tamen mala fides nocet ei: quia singula momenta in eo spectare debemus:quòd secus est in possidente seruum alienū bona fide;quia eo casu non nocet ipsi possessori superueniens mala fides. l. qui bona.23.& ibi gl. expectemus. eod.

Liber homo bona fide seruiens acquirit possessori id, quod possessor donauit ei, quamuis donauerit ei operas suas.l. quod fructuarius.49.eod.

Liber homo non potest acquirere hereditatem alicui: sed bona fide seruiens acquirit possessori, si sciens suam conditionem adiit:sed si iussu possessoris imponendo ei necessitatem adierit, neque sibi,neque possessori acquirit, si non habuit animum sibi acquirendi; sed si habuit, sibi acquirit. l. liber homo.54. eodem.

Liber homo bona fide seruiens heres institutus si ignorans suam conditionem adiuit,nulli acquirit:quia sibi non: quia se noluit obligare possessori, etiam si iussus interueniat:quia seruili necessitate fecisse videtur.gl.sciens.ibid.

Liber homo bona fide seruiens si ignorans suam conditionem iussu possessoris adierit hereditatem volens sibi acquirere,sibi acquirit; sed restituit possessori condictione sine causa, si contemplatione illius institutus sit, aliàs secùs,ibid. & l.aditio.45.de acquir.heredit.

Liber homo,vel seruus alienus,qui bona fide seruit,quidquid acquirit extra rem, & operam suam non acquirit possessori: sed sibi,si liber homo sit:sed si sit seruus alienus domino suo acquirit excepta possessione. l. liber homo.§. fin. de acquirend.rerum dominio.

Liber homo bona fide seruiens potest possideri:sed non,vt acquirat possessori extra rém,& operam ratione possessionis,vel proprietatis,nisi hoc gerat, & tunc non vt possessus;sed vt eius procurator quærit ei.gl.pe.in l.cùm heredes.23.§. fi.de acq.possessio.

Reliqua verbo, Homo, 2. Seruus, 126. vsque 129.

Liber homo & ingenuus potest promittere operas pro liberto.gl.fi.in l.pe. de operis libertorum. 7

Liberi hominis opera potest legari,& locari:non tamen potest iureiurando obligari.ibid.

Liber homo non tenetur ad operas. gloss. 3. in l. Titius, 9. Cod. de operis libertorum.

Liber homo potest operas suas in perpetuum locare cùm possit per substitutum seruire: periculo tamen suo, etiam si fuerit à iudice approbatus prout

requiritur

diuitibus,& etiam pauperibus;sed hodie falsum est hoc. l.2.§. omni. & ibi gl. 1.C.de veteri iure enucl.

Libros,& vestes doctorales,& alia,quæ doctori conueniunt,si pater dat filio doctori,statim efficiuntur quasi castrensis peculij,& statim valet donatio, neque potest reuocari, neque communicantur cum fratribus in diuisione hereditatis paternæ,neque computantur in portionem suam;sed reliqua communicantur.gloss.in casus positione.in l.4.C.famil.erciscund.

Libros,quos pater emit nomine filij,habet filius pręcipuos,& videtur pater,quòd per vltimum iudicium ipsius conferat eos in eum.gl.1.in l.filiæ,cuius. 18.C. eod.

Librum allegare licitum est absque eo,quòd allegetur titulus. §.item si de dote. Inst.de actio.

Librum ad alicuius infamiam si quis ediderit,fecerit, vel composuerit, & eum quis accusauerit,vel indicauerit, & indicanti, vel accusanti siue sit liber, siue seruus pro modo substantiæ accusatæ personæ æstimatione iudicis præmium constituitur,& si seruus fuerit, habebit libertatem dando pretium domino à fisco.l.lex Cornelia.§.fi.& ibi gl.fi.de iniuriis.

Librum ad alicuius infamiam componens,vel faciens potest accusari à quolibet de populo,quando non est expressum nomen eius, in quem factus est l. quod Senatus.6.& ibi gloss.publica.eodem.

Librum ad alicuius infamiam componens,vel faciens, si nomen infamati adiectum sit,potest conueniri criminaliter, & etiam ciuiliter actione iniuriarum; & si agatur vna,tollitur altera. d.l. quod Senatusconsultum. & ibi gl. iure. & gl.pe.

Librum,vel testimonium,vel quid aliud conquirens, vel ordinans, vel in iudicium proferens in fraudem alicuius punitur calumniæ causa.l.ab accusatione. §.fi.ad Turpilian.

Reliqua verbo,Bibliopola,Charta,Institutio,10.Librarius,Membrana.

31 LIBER rationum noster probat in his,quæ pendent ex mera voluntate nostra. l.Nensennius.in fi.de nego.gest.

Libri rationum copia edi debet cum die,& consule; quod secùs est in copia instrumentorum.l.1.§.editiones,de edendo.

Libri rationum copia debet edi aduersario cum die,& consule;quia data,& accepta non possunt aliter apparere,nisi dies,& consul fuisset editus.ibid.

Libri mercatorum,vel campsorum non faciunt idem pro scribente : sed solùm contra scribentem.gloss decurritur.in l.quædam.§.fi.eod.

Libris nummulariorum dabatur olim fides etiam pro scribente : quia ipsi olim constituebantur publica authoritate : hodie autem pro voluntate sua quilibet est,& ideò pro se non datur fides.ibid.

in Libro rationum licèt pater,vel dominus referat se seruo,aut filio debere, non propter hoc efficitur debitor serui,vel filij, nisi subsit aliqua causa debendi. l. non solùm.50.§.fi.& ibi glo.fi.& add.marg.de peculio.

Librum rationum tenetur quis edere alicui actione descendente ex eo contractu,vel quasi ex cuius contractus necessitate confecit,veluti tutor non exhibens librum rationum tenetur exhibere actione tutelæ,socius pro socio, procurator verò mandati. gloss.officio.in l.1.§.officio.de tutelis,& rationibus distrahen.

Librum rationum tenetur quis edere alicui officio iudicis,vel actione in factum ex edicto de edendo,quando ab initio non fuit contractum ; sed tantum dixit argentario,vt scriberet rationibus.ibid.

Liber rationum defuncti non probat sibi deberi. l.rationes. 6. C.de probatio.

Liber solus rationum defuncti in ipsius bonis inuentus ad probationem sibi debitæ quantitatis non sufficit.ibid.

Reliqua verbo,Breuiarium,Calendarium,Debitor,3.48.Edere 2. 3. Inuentarium, Ratio,3.4.5.Mercator,Ratio,3.4.5.Scriptor, Argentarius, Exhibere, Consuetudo, 3.

LIBERALIS in necessitatib.nemo existit.gl.2. l.si vsusfructus. 67. de iure dotium.l.rem legatam.de adimen.leg.

Liberalis causa ólim exercebatur per quosdam,qui assertores dicebantur,eò quòd asserebant eum liberum, qui dicebatur seruus. gl. in rub. Cod. de assertione tollend.

in Liberali causa solebat is,cui mouebatur quæstio status facere assertorem, qui ei assereret libertatem.ibid.

in Liberali causa etiam altera parte absente,siue reo,siue etiam actore potest procedi,& diffinitiuè pronunciari.l.iuxta edicti.& ibi gl.2. C.de liberali causa. & l.1.§.scientes.& ibi gl.obnoxij.C.de assertione tollend.

Liberalis causa dicitur causa ingenuitatis,vel libertinitatis.d.l.iuxta edicti. & ibi gl.2.C.de liberali causa.

Liberalis causa dicitur per similitudinem causa adscriptitiæ,vel similis conditionis ibid.

in Liberali causa non iuratur de calumnia;nam illud iuramentum præstatur,cùm vterque est liber:non aliàs.gloss.pen.in l.si tibi.31.C.eodem.

in Liberali causa matris conditio, & non patris inspicitur,l,aui paterni, 28.C. eodem.

Liberali causa pendente is,qui petit, ex seruitute in libertatem, vel ex libertate in seruitutem vocatur,loco liberi habetur, & potest intentare actiones temporales,quas habet contra eum,qui se dominum dicit,contra alios;& econtrà, potest is,qui dicit se dominum intentare actiones temporales contra eum,qui petit se in libertatem, & ex euentu liberalis iudicij apparebit, an iudicium super actione temporali sit validum, an nullum. l. ordinata. 24. de liberali causa.

in Liberali causa ordinata siue per directam,quam dominus mouet, siue per vtilem in rem præiudicialem,quam ille,qui prouocat ad libertatem,mouet,cùm nemo sit dominus sui,seruus potest esse in iudicio cum eo,qui etiam de libertate litigat,& cum aliis agendo,vel defendendo.gloss.iudicium.ibid.

Liberali iudicio pendente is,de cuius statu fit controuersia,loco liberi dicitur;ita tamen,quòd si seruus sit, quod interim acquisiuit vel per stipulationem, vel per traditionem,domino videtur acquirere perinde,ac si non de libertate eius quæreretur, & idem si interim possessionem alicuius rei acquisiuit, domino videtur acquirere.l.si cui.25.§.1.eod.

in Liberali causa si obtinuit dominus proclamantem in libertatem esse seruum suum,non cogitur litis æstimationem pro eo suscipere, si velit eum inuitum abducere.l.dominus.36.eod.

Liberalis causa quando est in obscuro,vt quia dubitatur an quis sit in possessione seruitutis,libertatis,si is velit probare se esse in possessione libertatis,prior audiendus est,quàm procedat causa liberalis.l.liberali causa. 41. & ibi gloss. audiendus.eod.

de Liberali causa quando cognoscitur, debet iudex cognoscere de rapina, & de furto,si quod fecit,vel de aliquo alio magno damno.ibid.

in Liberali causa data sententia pro libertate,dominus immediatè perdit possessionem serui.l.3.§.si seruus,quem.de acquirend.possessione.

Liberalis causa multum est priuilegiata;quandoque tamen est deterioris, quàm aliæ.gl.centum annorum.in l.vt inter diuinum.19.D.de sacrosanctis.

Liberalis causa interim dum pendet,pro libero habetur ille, cui status quæstio mouetur.l.1.C.qui dare tutores.

Liberalis causa postquàm est ordinata vsque ad sententiam habetur pro libero fi. is,cui mouetur quæstio status,quoad plura : sed non quoad quædam. gloss. ibidem.

Liberalis causa ratione dubij tenet inter seruum,& dominum.ibid.

Reliqua verbo, Assertores,Causa,46.Necessitas.

LIBERALITAS dicitur donatio;quia liberè,& remota necessitate fit. gl. non potest.in l.hoc iure.19.§.non potest.de donatio.

ex Liberalitate sua conuentus in id,quod facere potest,condemnandus est. l.Diuus Pius.29.de reg.iur.

Liberalitatem accipiens non est verisimile,quòd crimen commiserit in donantem.gl.fi.in l.si maritus.10.C.de donat.inter virum.

Liberalitas imperialis si fuerit concessa in duobus communiter, vno eorum decedente sine herede,eius pars pertinet ad socium:secùs si cum herede decessisset.l.1.& ibi gl.2.C.si liberalitatis imperialis socius.li.10.

Reliqua verbo,Donatio.

LIBERARE potest quis aliquem inuitum,& etiam ignorantem ; sed non potest ei inuito actionem auferre,neque eum obligare.l.si Stichum. 8.§.fi. & ibi add.marg.de nouatio.

Liberare potest quis aliquem inuitum, & etiam ignorantem soluendo pro eo, vel iudicium suscipiendo animo nouandi.l.solutionem.23.de solutio.

Liberamur ferè iisdem modis;quibus obligamur.l.ferè quibuscumque. 196. de regul.iur.

ad Liberandum promptiores esse debemus,quàm ad obligandum.l.Arrianus.46. de actio.& oblig.

Reliqua verbo,Debitor,1.Seruus,45.46.Soluens,8.

LIBERATIO generalis dicitur captiosa,& ideò non valet.l.cum Aquiliana.de transactio. 1

Liberatio semel competens alicui perpetua est, nisi liberatus iterum velit obligari.gl.fi.in l.fi.de pactis.

Liberationis debitoris causa fauorabilior est,quàm obligationis. l. eius, qui in prouincia.versic.neque enim.si certum petatur.

Liberatio debitæ pecuniæ si fuerit facta ob causam, non sequuta causa repetitur pecunia,ac si soluta non fuisset.l.si mulier.de condictione causa data.

Liberatio generalis restringi debet ad cogitata;non autem ad penitùs ignorata. l.final.§.penult.in addit.marg.de condictione indebiti.

Liberatio per vocationem facta vni ex debitoribus prodest aliis omnibus. gloss. ei soli.in l.quamuis.8.§.quamquam.ad Velleianum.

Liberatio habet vim solutionis etiam quoad implendam conditionem. l.si fundum.83.§.Titio.de legat.1.

in Liberationis legato generali non venit pecunia ipsius legantis, quæ apud legatarium remansit,& ideò heres potest eam condicere.l. fi.§. Titia. de liberatione legat.

Liberatio rationum tutelæ,quam Titius cum Mæuio egit, si legata sit Mæuio, non intelligitur facta contutori.ibid.

in Liberatione generali non videntur remissa,quæ possunt vendicari: sed ea,quæ sunt ei debita,nec possunt vendicari,videntur remissa.l.Aurelius.§.Mæuia. & ibi gl.pupillæ.eod.

Liberatio generalis patri relicta continet liberationem etiam reliquorum speciali iure in patre propter naturalem affectum, nisi aliud sensisse testatorem probetur ab heredibus.d.l.Aurelius.§.Titius.& ibi gl.præsumptio.

Liberationis effectus relictæ pupillis non extenditur ad tutorem.d.l.Aurelius.

Liberatione legata debitori,qui erat solus,vel habenti correum socium per acceptilationem debitor liberatur ; secùs si haberet correum non socium ; quia tunc pacto,& non acceptilatione debet liberari.l.4.§.nunc de effectu de liberatione legata.

Liberatione legata relicta debitori habenti correum non socium fit liberatio dicto debitori pacto,quæ de æquitate prodest alteri correo non socio pro parte,neque tenetur in solidum,si debitum est conuersum in communem causam ne aliàs si in solidum conueniretur,haberet regressum contra alium. † gl.socij.ibidem.

Liberatio quando relinquitur ei,qui duobus iuribus tenetur,in dubio ab vtroque est liberandus,nisi aliter sit actum.l.si quis reum.§.fin.eod. 2

Liberatione legata ab vna re ex duabus alternatiuè debitis, per acceptilationem vnius sequitur liberatio ab altera.l.non solùm.§.1.eod.

Liberatio debitori legata habet effectum,si dum vixit testator, debitum non fuit exactum à debitore;sed si eo viuo exactum esset,vel alia ratione debitum fuit extinctum,euanescit legatum.l.non solùm.8.§.liberatio. & ibi gloss. exactum esset.eodem.

Liberatio legata debitori à substituto pupillari non extinguitur eò, quòd pupillus heres interim debitum exegerit à debitore, vel solummodò litem sit contestatus contra debitorem;quia mortuo impubere in pupillari ætate substitutus pupillaris tenetur actione ex testamento restituere debitori pecuniam exactam à pupillo,vel remittere instantiam petendi.d.l.non solùm.§.fin.

Liberatione sub conditione relicta debitori,si pendente conditione debitum sit exactum,vel lis contra eum sit contestata,existente conditione debitori com-

petit

Libertatis fauor non impedit, quin in contractu innominato datum ex capite pœnitentiæ repeti possit.l.3.§.idem est,de condictione causa data.

Libertas non est res hereditaria.gl.fi. in l.sed & si conditioni. §. fi.de hered. institut.

Libertas licèt non sit propriè in hereditate, neque in bonis testatoris: est tamen occasionaliter; quia testator eam potest dare testamento, sicut vsusfructus formalis non est in bonis domini, tamen potest alteri constitui.d.gl.fi.in add. marg.

Libertatis fauor præfertur fauori nuptiarum.l.Titio vsusfructus.95.§.fi.de cond. & demonst.

Libertas in testamento potest relinqui infanti,& etiam non nato. l. pe. & ibi gl. 2.de manumissio.

Libertate nihil gratius.l.Paulus.39.§.final.de fideicommissar.libertatib.

Libertas non potest committi in liberam voluntatem heredis : sed bene in boni viri arbitrium.l.Lucius.14.& ibi add.marg.eod.

pro Libertate multa contra iuris rigorem sunt constituta. l. generaliter. 24. §. si quis seruo.eod.

2 Libertati mora facta siue sponte,siue fortuito casu,non debet obesse partui, nisi testator hoc voluisse appareat;vt si testator reliquit libertatem dandam ancillæ à substituto impuberis,& interim viuente impubere ancilla peperit, partus erit seruus,& idem si ancilla data sibi libertate sub conditione,vel post tempus interim peperit,& sic talis partus erit seruus.l.cùm verò. 26. §. idem imperator.eod.

Libertatibus subuentum est Senatusconsulto Rubriano,cuius tenor est,si hi,qui erant rogati manumittere seruos,citati à iudice,vt veniant, & manumittant, nolint venire,& iudex pronunciet libertatem his deberi,amodò erunt liberi, & vocantur Orcini.d.l.cùm verò.§.fi.

Libertas collata in nimis longum tempus, vel in conditionem impossibilem, declarat voluntatem domini contrariam esse libertati. l. 4. §. 1. de statuliberis.

in Libertate sine dolo malo dicitur esse quis,quoties iustis rationibus ductus,vel non iustis:sine calliditate tamen putauit se liberum, & tunc possessoris commodo fruitur vt sic onus probandi incumbat aduersario. l. igitur. 12. de liberali causa.

de Libertate quando mater,& filius litigant coram diuersis iudicibus, priùs est agitanda causa matris:posteà filij : sed si litigent coram eodem iudice, ambæ causæ sunt coniungendæ.l.si vsumfructum.23.eod.

de Libertate litigans non potest interim effici miles, & si fiat de facto, etiamsi posteà liber pronuncietur,reuocabitur à militia,nisi per calumniam peteretur in seruitutem.l.qui libertate.29.eod.

in Libertatis possessione existenti non incumbit onus probandi de sua libertate; si tamen ipse se offerat sponte ad probandum de sua libertate, auditur. l. cui necessitas.39.eod.

Libertatis fauore nemo est prohibendus. l. 3. §. is, qui nescit. de libero homine exhib.

Libertatis onerandæ causa liberto imposita onera peti non possunt. l.1.§. quæ onerandæ.quarum rerum actio.

Libertatis onerandæ causa promissum dicitur, quando patronus stipulatur aliquid non animo exigendi; sed vt libertus timeat, & obtemperet. l. fi. §. fi. eodem.

Libertatis interpretatio quoties est dubia, secundum libertatem respondendum est.l.quoties.21.de regu.iur.

3 Libertatem seruus adipiscitur iudicio patronorum apud prætorem.l.1.C.de officio prætoris.

Libertas,quamuis sit fauorabilis;quandoque tamen dicitur deterioris conditionis. gl.2.in l.3.C.de condictione ob causam.& glo.2.in l.1.§.illa etiam. C. de Latina libertat.

Libertas non probatur per productionem instrumenti subtracti.l.si de possessione.20.C.de probatio.

Libertatis species est seruum esse fugitiuum.glos.3.in l.1.C.de ædilitiis actio.

Libertatis fauore,maximè in ambiguis, humanior sententia est amplectenda. l. cùm inter.14.C.de fideicommis.libert.

Libertas dedititia sublata est:Vanum enim erat nomen libertatis.l.1. C.de dedititia libertate.& l.1.Cod.de Latina libertate.

Libertas Latina sublata est.dict.l.1.C.de Latina libertate tol.

Libertatem Latinam quis patietur,ex qua ipso tempore mortis in eandem personam simul & libertas,& seruitus concurrant,& qui quasi liber moratus est, eripiatur non solùm in mortem:sed etiam in seruitutem.d.l.1.

Libertatem Latinam olim consequebatur seruus etiam absens per scripturam, vel epistolam quinque testibus subscriptam,& ab ipso patrono scriptam, vel subscriptam;hodie tamen plenam consequitur libertatem, etiam viuente patrono.d.l.1.§.sancimus.& ibi gl.1.C.eod.

Libertas Latina olim etiam inter amicos seruo præsenti in præsentia quinque testium dabatur tam in iudicio apud acta,quàm extra,dummodò fiat scriptura;hodie tamen ex tali datione plenam consequitur libertatem, quasi ex codicillis adipiscens.d.l.1.§.sed etsi quis.& ibi gl.testium.

Libertatis mentio vbi fit,intelligitur de libertate Romana, & non de Latina, cùm illa in totum sit sublata,etiam quoad nomen.d.l.1.in princ.& in §.fi.

Libertatis probatio fit ex matre,neque sufficit sola libertas aui materni;sed bene cum aliis indiciis;sed libertas patris, vel aui paterni nec sola, nec cum aliis operatur aliquid.gloss.fi.in l.multis.17.C.de libera caus.

Libertas non probatur per hoc,quòd seruus conduxerat rem à domino.l.ad probationem.18.de liberal.causa.

Libertatem non tribuit actus præstandæ libertatis iocosus,vel factus causa ostēdendi,qualiter fiat manumissio.l.sicut semel.20.& ibi gl.1.C.eod.

Libertatem dolosè possidens in possessione seruitutis esse non videtur.ibid.

4 Libertas non probatur ex eo,quòd auus paternus dignitate magistratus functus fuerit.l.aui paterni.18.C.eod.

ad Libertatem probandam non sufficit sola dignitas aui materni, neque quòd auia materna fuisset libera.ibid.

Libertati nihil potest addere apposita subscriptio filiorum manumittentis, nec omissa potest aliquid detrahere l.subscriptio.32.C.eod.

Libertas amittitur, si citatus in causa liberali per annum sit contumax. l. 1. §. scientes.& ibi gloss.obnoxij.C.de assertione tollend.

Libertas acquiritur alicui, si ille, qui seruum suum dicit, cum conuenit coram vno,& posteà conuenit coram alio.gl.fi.ibid.

de Libertate,& hereditate si sint principaliter controuersia, priùs debet agi de causa libertatis;secùs si de hereditate principaliter,& de liberali incidenter. l. 2.& ibi gl.1.C.de ordine cognitio.

Libertas magna res est. gl. fi.in l.pen.C.de longi tempo. præscript. quæ pro libertate.

Libertatem amittunt hostes per captiuitatem;ex quo tamen desinunt esse rebelles,recipiunt primam libertatem;id est quam de iure naturali habent. gl.antiquam.in principio.in auth.de heredib.& Falcid.col.1.

Libertatem plenam olim serui multis modis consequebantur, quibus posteà additi sunt alij nouem modi,vt quando dominus seruum suum ægrotantem deiecit,item quando ancillam vendidit,ne præstituatur,& posteà prostituta fuit, vel si venditor sibi retinuit manus iniectionem, & eam ad ipsum reuertentem posteà prostituit,item quando serui pileati defuncti funus præcesserunt, vel quando dominus expresserit eum velle esse Latinum, vel quando sub conditione relicta libertate heres ante conditionem manumisit, item si in iudicio liberali nominauerit seruum suum,item si instrumenta seruitutis reddiderit coram testib.gl.additis.in §.fi.Inst.de libertinis.

Libertatis impedimenta tolli debent.in prin.Inst.de lege Fusia.

Libertatis fauore multa contra regulas iuris statuta sunt,vt quòd per legem Falcidiam non minuantur libertates,item quòd libertates non reuocentur, vbi non valet testamentum, & multa alia. §.fi. & ibi gloss.communes.Inst.de donatio.

Libertas incertæ personæ legari non poterat,veluti ei,qui primò Capitolium ascenderit,vel simile fecerit.§.libertas.& ibi gl.libèrtas.Inst.de legatis.

Libertati hodie potest onus adiici.§.fi.Inst.eod.

Libertas potest peti,etiamsi coheres,in cuius voluntate, & placito est apposita, hereditatem non adeat,dummodò iustè non contradicat.l.cùm proponas.8.& ibi gl.fi.C. de fideic.libert.

Reliqua verbo, Assertores, Codicilli, 2.3. Homo, 2. Ingenuitas, Ius patronatus, Legatum, 82. Liberalis, Libertinus, Manumissio, Prædium, 9. Sententia, 15. Seruitus, Seruus, 74.75.76.77. vsque 89. Status.

LIBERTAS directa fauorabilior,& dignior est, quàm fideicommissaria : quia eam statim consequitur. gl. manumissus. in l. qui tutelam. 28. §. 1. de testam. tutela. gloss.1.in l.fi.Cod.qui manum. non possunt. gl.in rub. Cod.de testam. manumissi. 5

Libertas directa nec testamento,nec codicillis potest dari seruo alieno: sed bene fideicommissaria.l.2.§.1.& ibi gl.directa.de iure codicillorum.

Libertas directa non potest dari codicillis seruo, qui tempore testamenti erat testatoris,& tempore codicillorum alienus.ibid.

Libertas directa non potest dari testamento seruo, qui tempore testamenti erat alienus,& tempore codicillorum testatoris.l.2.§.1.& ibi gl. si cùm testamentum.de iure codicillorum.

Libertas directa potest dari codicillis etiam testamento non confirmatis, seruo, qui tempore testamenti erat alienus;sed codicillorum erat testatoris. gl.directa.ibid.

Libertas data directò seruo alieno non valet,nec trahitur ad fideicommissum.l.si seruus legatus.111.§.si seruus.de legat.1.

Libertas per fideicommissum debita si retardetur,nihilominùs ipsa, & fideicommissum pecuniarium debebitur.l.si quis seruo.36.de legat.2.

Libertas directa etiam seruo heredis relinqui non potest, nec ita relicta potest trahi ad fideicommissariam;quandoque tamen trahitur, vt non pereat hereditatis restitutio fienda illi seruo propter fideicommissum sibi ita relictum. gl.directa.l.cogi.16.§.sed si seruo,ad Trebel.l.seruo tuo.9.& ibi gl.1. C.de testam.manumissione.

Libertas directa relicta seruo debitoris à creditore trahitur ad fideicommissariam propter ius,quod habet in eo seruo sibi pignorato.d.gl.directa.ibid.

in Libertatib. directis leuissima scriptura spectanda est, vt si plures scripturæ sint, qua manumissio facilior sit, ea leuissima intelligatur. l. 5. de manumis. testam.

in Libertatib.fideicommissariis nouissima scriptura spectatur.

Libertas directa à fideicommissariis multum differt;quia directa proprio; sed fideicommissaria etiam alieno seruo relinquitur;item directa statim adita hereditate competit;sed fideicommissaria non,nisi præstetur;item directa etiam non petita ipso iure competit ; sed fideicommissaria non, & differt etiam in aliis.glos.datis.in l.Iulianus.40.de manumis.testa.

Libertates directæ & testamento,& codicillis testamento confirmatis rectè possunt dari:fideicommissariæ autem & ab intestato, & codicillis non confirmatis possunt relinqui.l.libertates.43.eod.

Libertas directa iure militari statim adita hereditate competit ei,qui testamento militis manumissus est,ita,Stichum in libertate esse iussi, vel liberum esse volo:nec reuocatur libertas,si pòst testator ex interuallo adiecerit, ita quòd volebat,vt cum herede suo esset,quousque iuuenis esset; quòd si noluerit, aut contempserit,iure seruitutis teneatur.l.testamento.49.& l.imperatores. 52.de manumissi.testam.

Libertates directæ purè datæ addictis bonis statim competunt ex die datæ, cùm dies venerit:conditionalis verò,cùm conditio extiterit.l.4.§.addictis.de fideicommis.liber.

Libertates directæ,& per fideicommissum relictæ debentur etiam hereditate à fisco vendicata,eò quòd quis rogatus fuit restituere eam ei, qui capere non poterat.l.imperator.12.§.final.eod.

Libertates etiam per fideicommissum dari possunt,& largiùs dantur,quàm si relinquerentur directò.l.libertates.16.de fideicommis.libert.

Libertates per fideicommissum non solùm propriis seruis;sed & alienis dari possunt:dum tamen vulgaribus verbis aptis, & quibus euidenter voluntas testa-

toris

reb.

Reliqua

eo inuito.l.filio.48.§.1.eod.

Libertam ſuam,quam ex fideicommiſſi cauſa manumiſit,ſi vxorem duxit, illa liberta inuito eo poteſt cum alio matrimonium contrahere:quia eam impedire non poteſt,qui ex neceſſitate eam manumiſit,& non ex voluntate,vel arbitrio ſuo.l.proxime.50.eod.

Liberta,quæ manumiſſa fuit matrimonij cauſa, non poteſt alij , quàm patrono nubere,niſi patronus matrimonio eius renunciauerit.l.matrimonij.51.eod.

Liberta,quaſi ingenua ſi Senatorem deceperit,& ei nupta ſit , datur in eam actio iniuriarum,vel de dolo,& ex dote,quæ nulla fuit , nullum lucrum habet. l. à Diuo Pio.58.eod.

Liberta,quæ diſceſſit voluntate patroni,cui nupta erat,poteſt ab eo repetere : ſecùs ſi eo inuito diſceſſiſſet.l.liberta.37.& ibi gl.1.ſoluto matrim.

Liberta concubina patroni ſui non poteſt ab inuito patrono diſcedere, & alij nubere, licèt poſſit alteri in concubinam dare.† l.1.& ibi gl.connubium.de concubinis.

Liberta concubina non deſerit patronum inuitum pro alio viro, vel non viro. d. gl.connubium.

Liberta vxor non poteſt diuertere à patrono. d. gl. connubium. in l. 1.de concubinis.

Liberta,quæ non conſenſit patrono ſuo nolenti eam recipere in concubinam, excuſatur,ſi patronus habeat aliam concubinam : ſecùs ſi aliam non haberet. gl.denegabitur.in l.cùm ſecundis.§.1.de his,quib.vt indignis.

Liberta non eſt ingrata,eò quòd arte ſua contra voluntatem patronæ vtatur.l fi. de obſequiis.

Liberta non videtur nupta voluntate patroni impuberis,quoad hoc, vt ipſe perdat operas,niſi tutoris authoritas voluntati acceſſerit: ratihabitio tamen obeſt patrono in nuptiis libertæ.l.ſi quis.13.§.fi.de operis libertorum.

à Liberta,quæ nupta eſſe deſiit,poſſunt peti operæ.l.planè.eod.

Liberta communis duorum, ſi vnius patroni voluntate nupſerit alteri patrono, ius operarum manet.l.ſi duorum.28.eod.

Liberta maior 50.annis operas impoſitas præſtare patrono non cogitur , nec ei imponi poſſunt.l.liberta maior.& ibi gl.1.eodem.

Liberta,quæ in concubinatu patroni eſt, perinde ac ſi ei nupta eſſet , liberatur à præſtatione operarum.l.liberta.46.eod.

Liberta ſi ab inuito patrono diuertit , lex Iulia de maritandis ordinib. retinet iſtam in matrimonio,dum eam prohibet alij nubere inuito patrono. l. 1. vnde vir,& vxor.

Libertæ fœminæ ius aureorum annulorum impetrare poſſunt quoad matrimonia,licèt non quoad honores;item poſſunt impetrare iura ingenuitatis , & etiam natalib.reſtitui.l.4.& ibi gl.1.de iure aureorum annulorum.

Liberta de voluntate patroni, vel iure permittente nupta non tenetur patrono officium,vel operas præſtare.l.2.& ibi gl.fi.C.de obſequiis.

Liberta nupta ſine voluntate patroni non præiudicat ei in iure patronatus. gl.1. ibidem.

Libertæ permittitur à iure nubere etiam ſine voluntate patroni,ſi patronus compulit eam iurare non nubere.gl.2.ibid.

Liberta etiam de voluntate patroni nupta adhuc patrono debet reuerentiam, adeò vt poſſit in ſeruitutem reuocari;vt ingrata.gl.fi.ibidem.

Libertæ hereditas ab inteſtato defertur patronis,vel manumiſſoribus:licèt ex neceſſitate eam manumiſerint.l.3.Cod.de fideicommiſſ.

Liberta non poteſt in ius vocare ſine venia filium ex patrono ſuſceptum , neque filius matrem libertam.l.ſed ſi.§.liberta.de in ius vocando.

Liberta , quam patronus duxit in vxorem,non tenetur ei præſtare operas, etiam ſi diuortium ſit factum.l.libertæ tuæ.8.& ibi gl.fi.C.de operis libert.

Reliqua verbo,Patronus,Patrono rapiens.

LIBERTINI ſunt, qui ex iuſta:id eſt vera ſeruitute manumiſſi ſunt : qui verò ex non vera:ſed putatiua non dicuntur libertini.in princ.& ibi gl.1.& add.mar. Inſt.de libertini.l.libertini.& ibi gl.1.de ſtatu homin.

Libertinum aſſerentem eſſe , nec adoptando patronus ingenuum facere potuit quoad omnia;ſed quoad familiam patroni iura ingenuitatis conſequitur. l. fi. & ibi gl.fi.eod.

Libertinus libertinam matrem,vel vxorem ducere non poteſt:quia hoc ius morib.non legib.eſt introductum.l.libertinus.de ritu nuptiarum.

Libertino ſi detur tutor ingenuus,poteſt ipſe ſe excuſare,niſi ſit patronus. gloſ.fi. in l.pupillo.27.§.fi.de tutorib.datis.

Libertino tutores libertini dari debent, & ſi detur ingenuus , nec ſe excuſauerit, tutor remanet.d.§.fi.& l.1.& ibi gl.dabitur.de excuſat.tutorum.

Libertinis pupillis non poſſunt dari tutores,vel curatores ingenui,niſi libertinorum penuria ſecundum illum locum ſit.l.1.de excuſat.tutorum.

Libertinis pupillis dari debent tutores ſoli libertini , qui ex eodem loco ſunt. ibidem.

Libertini,& eorum deſcendentes ſequuntur originem , & domicilium patronorum,ſi patroni ibi habeant domicilium:vbi eſt eorum origo : alioquin non. l. aſſumptio.§.fi.& ibi gl.fin.ad municipal.

Libertini per manumiſſionem tantùm , vel etiam per ſententiam conſtituuntur: ingenui verò naſcuntur.l.ingenui.& ibi gl.2.C.de ingenuis manumiſ.

Libertinus per pactum non efficitur ingenuus, & detegens colluſionem efficitur eius patronus.l.2.C.de colluſione detegenda.

Libertini non habent excuſationem à munerib.etiam in ea ciuitate , in qua domicilium habent.l.1.C.de libertinis.li.10.

Libertinus,& libertus olim differebant:nam libertinus dicebatur non manumiſſus:hodie tamen pro eodem ponuntur:differunt tamen reſpectu differentiæ: nam libertus dicitur reſpectu patroni:libertinus verò reſpectu ingenui.gl.ſeruitute.in add.in princ.Inſt.de libertinis.

Libertini filius dicitur ingenuus.d.gl.ſeruitute.

Libertinorum ſtatus olim tripartitus erat:nam manumiſſi quandoque conſequebantur maiorem,& iuſtam libertatem , & fiebant ciues Romani : quandoque minorem,& fiebant Latini ex lege Iunia quoad priuilegia tantùm,quales erãt Latini:non tamen quoad honores,& magiſtratus conſequendos : quandoque inferiorem,& fiebant illi ex lege Ælia Sentia de numero dedititiorum.§. libertinorum.& ibi add.marg.Inſt.eod.

Libertini dedititij minus habebant,quàm Latini.gl.dedititij.ibid.

Libertini dedititij erant inducti lege Ælia Sentia, & erant illi in toto tempore vitæ ſuæ ſerui,& fiebant liberi,cum moriebantur,quod proderat;quia bona,vt peculium,à domino non occupabantur:ſed in Latinis aliter fiebat.ibid.

Libertinorum conditio hodie vna eſt ſublatis antiquis differentiis Latinorum,& Dedititiorum.d.§.libertinorum.& ibi add.marg.

Libertinorum dedititiorum conditio peſſima erat.ibid.

Libertinus debet præſtare patrono operas obſequiales : ſcilicet quæ ſunt in faciendo,vt de aſſurgendo,& de ſeruiendo, ſiue in non faciendo , vt de non vocando in ius,quæ ipſa natura debentur patrono etiam ſine impoſitione. gl. de libertinis.ibid.

Libertinus ſi patronum vocauerit in ius ſine venia,punitur in 50.aureis.ibid.

Libertinus reuocari poteſt in ſeruitutem à patrono propter offenſam ſibi factam ibidem.

Libertini hodie plenam conſequuntur libertatem nulla differentia habita nec ætatis manumiſſi,nec domini manumiſſoris, nec in modo manumiſſionis ſcilicet in teſtamento,vel inter viuos,quomodocumque.§.fi.& ibi gl.diſcrimine Inſt.de libertinis.

Reliqua verbo,libertus,5.

Libertus in genere.num.1.vſquè 4.

Liberti diuerſi.num.5.

à Liberto præſtanda obſequia,& ius reuerentiale.6.

Libertus quando vocat in ius.7.8.9.

Libertus promittens,iurans,vel præſtans operas,10.vſque 13.

Libertus quando fiat ingenuus,vel conſequitur ius aureorum annulorum.num.14.

Libertus quoad tutelam filiorum patroni.15.16.

à Liberto relicta legata,& fideicommiſſa,& inſtitutio ab eo facta,& de eius ſucceſſione,17.18.

Liberti aſſignatio facta vni ex filiis patroni.19.

Libertus donans,vel alienans in fraudem patroni.20.21.

Liberti ingratitudo,& reuocatio eius in ſeruitutem.22.23.24.

Libertus an accuſare,vel occidere poſſit patronum.25.

LIBERTVS dicitur is,qui ex ſeruitute ad ciuitatem Romanam perduxit , ſiue 1
ſponte,ſiue ex neceſſitate:vt quia rogatus fuit eum manumittere , & ad huius liberti legitimam hereditatem admittitur patronus non extantib.ſuis. l. 3. de ſuis,& legit.

Libertus quamdiu patroni filius naſci poſſit , eo iure eſt libertus eius , quo iure ſunt,qui patronos habent.l.pe.de ſtatu homin.

Liberti poſſunt eſſe aſſeſſores,vel aduocati.l.2.& ibi gloſ.1.de officio aſſeſſor.

Libertus fideiuſſor de iudicio ſiſti etiam non idoneus admitti debet pro patrono:quia patronus cogitabat,quòd ſi libertus haberet damnum pro ſe,hoc eſſe ſuum , cum bona liberti ad patronum pertineant. gl. 1. in l. 2. in ius vocati vt eant.

pro Liberto admittitur patronus fideiuſſor de iudicio ſiſti etiam non idoneus: quia ſaltem timore patroni ſe præſentabit.ibid.

Libertus an ingenuus ſit quis non refert quoad compromittendum in eum , neque quoad alia maximè hodie.l.Pædius.7.& ibi gl.1.de receptis arbitris.

Libertus deferente patrono ſi iurauerit ſe libertum non eſſe , valet iuramentum, ita,vt nec operarum petitio,nec bonorum poſſeſſio contra tab.dari debeat patrono.l.eum,qui.30.§.pe.de iureiurand.

Liberti eiuſdem patroni ſi coierint ſocietatem lucri, quæſtus , compendij , vnus eorum à patrono heres inſtitutus ſi fuerit,alteri verò legatum ſit, neuter eorum iſta acquiſita debet conferre in medium.l auo.72.§.fi.pro ſocio.

Liberti factum non nocet patrono gl.authorem.in l.ſi per imprudentiam. 51. de euictio.

Libertus non debet vxorem ducere eam pupillam , cuius patronus res pupillæ adminiſtrat tanquàm tutor.l.non eſt.66.de ritu nuptiarum.

Libertus liberti mei non dicitur libertus meus propriè.l.ſi quis à liberis. §. fi. de liberis agnoſc.

Libertus patronus dicitur noſter libertus:ſed non econtrà. gl.fin.in l. ſi quis non quaſi.72.de acquir.heredit.

Liberti etiam illi,qui acceperunt ius aureorum annulorum,eò quòd non præſtiterunt auxilium patrono,cùm occideretur, torquentur , & vltimo ſupplicio puniuntur.l.ſi exheredatum.§.fi.cum l.ſeq.ad Syllan.

Liberti,qui acceperunt ius aureorum annulorum regulariter habentur ingenui . ſed quoad quædam non habentur.gl.1.in l.idémque.ad Syllanianum.

Libertum habens non dicitur locupletior. gl.pe.in l.planè.97.§.fi.de legat.1.

Libertus liberti non continetur appellatione libertorum:ſed bene libertus filij.l. pater filium.36.§.duob.& ibi gl.non contineri.de legat.3.

Libertorum ſuorum appellatione continentur etiam ſerui legati , vt manumittantur.l.2.de alimentis legatis.

Liberti,quib.alimenta erant relicta,poterant petere à iudice , vt ab vno ex heredib.alerentur data pecunia ei à coheredib.vt ex vſuris eius alat eos:ipſe tamen heres,cui pecunia datur,cauet coheredib.de reddendo , vt quiſque ex libertis deceſſerit,vel cùm aliàs erit reddenda.l.ſolent.& ibi gl.exemplum.eod.

Libertus,qui menſtruum , vel annuum percipiebat , in dubio videtur alimenta percipere.l.alio herede.eod.

Libertorum appellatione continetur libertus liberti,quem teſtator,vt ſuum tractabat.l.alimenta.§.1.eod.

Libertorum ſuorum appellatione continentur communes liberti pro ea parte, quam quis habet in eis.d.l.alimenta.§.fi.

Liberti à negotiatione licita prohiberi non debent à patronis:ſed bene ab illicita.l.1.& ibi gl.1.de iure patronatus.

Libertus ſi delato ſibi iuramento iurauerit ſe libertum non eſſe, ſtatur eius iuramento:ſecùs quando patronus iurauit ſe patronum eſſe : quia tunc eius iuramento non ſtatur quantum ad ſucceſſionem liberti,niſi & per ſententiam declaretur patronus.l.ſi iurauero.& ibi gl.1.de iure patronatus.

Libertus non poteſt prohiberi à patrono in eadem colonia,in qua ipſe negotiatur,idem genus negotij exercere.l.quæro.eod.

Reliqua verbo, Patronus, 3. vsque 6. Venia, Libertus, 3. vsque 6. Libertini.

ne suis quidem negotiis sufficiat, à tutela patroni, & filiorum eius de iure cõmuni potest se excusare.l.pe.§.fi. eod.

Libertus egenus à pupillo, eodémque patrono ali debet : etiam si tutor eius non sit. l.1.§.si pupillis.& ibi gl.quia aliter.de tutelis, & rationibus.

Liberti Senatorum, qui negotia patronorum gerunt, à tutela aliorum excusantur.l.libertus,17,ad municipalem.

Libertus non petens tutores dari filiis patroni subit periculum deserti obsequij: hoc est emendari debet verberibus, & etiam in seruitutem reuocari. l. 2. & ibi gl.fi.C.qui petant tutores.gl.1.in l.fi.§.personis.C.de admin.tutoris.

Libertus tutor si pecuniam pupilli sui non deposuerit, vel in emptionem prædiorum non collocauerit: sed conuerterit in vsus suos, remitti debet puniendus ad præfectum vrbis arbitrio suo.l.4. C.de administ. tutorum.

Libertus tutor non deponens, vel non collocans in emptionem prædiorum modicam summam pecuniæ pupilli, non debet remitti puniendus præfecto vrbis.gl.2, ibi.

Liberti curatores culpa, vel fraude si curam malè administrauerint damnum ab eo, qui dedit minori, resarciri debet, & remouêtur, & pro modo commissi delicti puniuntur in corpore.l.si liberti.10.C. eod.

Libertus curator fraudulenter manumittens seruum adulti eo consulente, vel aliquid malè gerens, de culpa tenetur actione vtili nego.gestorum iure communi: de dolo etiam criminaliter extraordinariè. gl. 7. ibi.

Libertus tutor, qui non potest patronum contutorem accusare de suspecto, non prohibetur officium iudicis implorare.l.1.§.1.C.si tutor, vel curator nõ gesser.

Libertus tutor contra patronum contutorem actionem pecuniariam etiam famosam nomine pupilli potest intentare: suo tamen, non potest, nisi ex magna causa.† gl.pe.ibid.

Liberti sponte manumissi, à tutela, vel cura filiorum patroni nullam habent excusationem; liberti tamen necessitate manumissi possunt se excusare. l. libertos.5.& ibi gl.v.C.de excusa.tutorum.

Libertus speciali iure non potest se excusare à cura filiorum patroni, quorum tutelam administrauerit, vel etiam propter numerum liberorum; his tamen causis alius potuisset se excusare.d.l.libertos.& gl.2.& fi.

Liberti non excusantur à muneribus ciuilibus; veluti à tutela, eò quòd patronorum negotia gerant, nisi sit libertus senatoris, cuius negotia gerit. l.nec senatorum,13.& ibi gl. 1.C.eod.

Libertus à tutela patroni, & muneribus municipalibus non excusatur. l. 1, C, ad legem Viscelliam.

Libertus, qui fraudulenter tutelam filiorum, vel nepotum patroni gessisse probetur, ad præfectum vrbis puniendus debet remitti, §. pen. Inst. de suspect.tutorib.

Reliqua verbo, Patronus, 7.8.

17 LIBERTVS decedens ab intestato potest fideicommissum relinquere à patrono vsque ad partem sibi debitam exclusiuè.l.filiusfam. 117.& ibi gl. vsque de legat. 1.

Libertus faciens testamentum, quo partem debitam relinquat patrono, in qua non potest eum onerare. ibid.

Liberti hereditas tota patrono est debita eo decedente ab intestato sine herede suo: sed si decesserit ex testamento, olim dimidia; hodie tertia debetur. gloss. vsque ibid.

Liberti si consentiunt heredi patroni alienanti rem eis relictam, præsumitur animo donandi, nisi aliud appareat.l.pe.§.insulam.de leg.2.

Libertus potest relinquere legata, & fideicommissa vltra legitimam à patrono successuro sibi ab intestato, & debentur illa etiam à filio patroni, si filius ille mortuo patrono ante aditam hereditatem liberti admissus. sit ex sua persona ad bonorum possessionem vnde legitimi. l.1.§.fin.& ibi glo. à patrono. de legat.3.

Libertorum ius habent filij patronorum non à patribus iure successionis: sedquia filij sunt, quibus exclusis veniunt cognati patroni per ordinem vsque ad quintum gradum gl.fuisse.in l.de iure patronat.

Liberti filius heres institutus si bona repudiauerit, excludit patronum, cùm non videatur esse filius, cùm ei non succedat.l.siue libertus.§.fi.& ibi gl. fi. eod.

Libertus si instituit heredem patronum suum sub conditione, si filius suus viuo se moriatur, valet institutio: quia poterit esse, quòd filio decedente patronus possit accipere secundum tabulas.l.3.§.libertus. de bonis libertorum.

Libertus habens patronum, & patroni filios, debet instituere patronum ex parte debita, & ei substituere liberos suos in eandem portionem, vt si patronus viuo liberto mortuus fuerit, satisfactum videatur eius liberis, l.libertinis.5. eod.

Libertus si habeat patroni filium emancipatum, & ex eo nepotem, qui in aui potestate remansit, debet relinquere debitam partem filio tantùm, non nepoti. ibidem.

Liberti filius institutus ab eo si abstinuit, vel adiit, & posteà per restitutionem in integrum abstinuit, eius patronus ad eam hereditatem admittitur. l. etiam si, 6.§.si filius. eod.

Liberto sine liberis mortuo patronus, & patrona possunt accipere bonorum possessionem, & quidem simul etiam ante patrem, & fratrem liberti; sed hodie nõ accipiunt ante fratrem, & patrem.† l.liberto.17.& ibi gl.1. eod.

Liberto sine liberis mortuo ad eius bon. possess. admittuntur, qui sunt proximi patrono, vel patronæ mortuis: hoc est eorum cognati vsque ad quintum gradum. d.l.liberto.& ibi gl.fi.

Libertus si legauit alicui, & is rogatus sit restituere illud patrono, denegatur legatario petitio illius legati, si patrono ex debita portione fuerit satisfactum.l. si libertus.20.§.1.eod.

Libertus si filium suum emancipatum heredem instituat sub conditione, & in eius defectum substituat alium, si deficiente conditione ad substitutum pertinet hereditas, vel pendente conditione filius decessit, patrono partis debitæ bonorum possessio aduersus substitutum competit. d. l. si libertus. §. si ibertinus.

Libertus si decesserit relictis patroni filio, & ex altero filio duobus nepotibus, nepotes non admittuntur in bonis eius, quandiu filius est; sed si ex duobus patronis alter vnum filium, alter duos filios reliquisset, viriles partes inter eos debent fieri.l. si libertus.23.§. fi. de bonis libertorum.

Libertus si condemnatus sit de crimine capitali, illud ius, quod patronus habiturus esset in bonis liberti, auferri ei non debet: reliqua pars bonorum, quæ patrono non pertinet, fisco applicatur.l.si in libertum.28. eod. 18

Libertus meus in seruitutem redactus si posteà ab eo, cuius seruus factus est, liberatus sit, & eius cœperit esse libertus, is, qui eum manumisit, præfertur mihi in contra tabulas.l.si libertus. 32.eod.

Libertus habens duos patronos si vnum eorum præterijt, & alterum ex semisse heredem instituit, & alium extraneum ex alio semisse, scriptus patronus debitam sibi partem nimirum habet: de reliqua autem parte, quæ ei supra debitam relicta est, & de alio semisse extraneo relicto patronus præteritus debitã portionem auocare potest.l.si libertus.34.eod.

Liberti filius si hereditatem patris sui omiserit, hoc proficiet patrono.l.quæritur. 38.eod.

Libertus, cui patroni filius scripserat literas, quibus concedebat sibi liberam testamenti factionem ob merita sua, non videtur consequutus liberam testamẽti factionem.l.Paulus. 47.§.patroni.eod.

Liberto ab intestato mortuo eius hereditas primò suis defertur, & si hi non fuerint, defertur tunc patrono.l.3.de suis, & legitimis.

Liberto ab intestato mortuo sine filiis eius hereditas defertur patrono, qui eum, cùm seruus dotalis esset, manumisit, vel qui eum seruum hac lege emit, vt manumitteret, & ipse ex constitutione Diui Marci ad libertatem peruenit. ibidem.

Liberti intestati hereditas defertur municipibus patronis, si eum manumiserint. ibid.

Libertis, libertabúsque meis legatum relictum non censetur relictum liberto libertæ testatoris.l.Modestinus.105.& ibi gl.1.de verb. signif.

Liberti ius succedendi non transit ad extraneum heredem.gl. 1. in l.libertorum. 11, C.de testibus.

Libertus minor centenario potest exheredare, vel præterire patronum.gloss.1.in add.marg.in leg. 1.C.de contra tab. liberti.

Libertus minor, vel maior centenario si decedat intestatus, succedunt ei liberi, si quos habet, quibus non extantibus admittitur patronus.d.l.gl.1.ibid.

Libertus maior centenario si extraneo instituto exheredet: id est præterierit patronum, datur patrono bonorum possessio contra tabul. ibid.

Libertus filium in sua potestate habere potest, & ideò is filius ad eius successionem, vt legitimus admittitur.l.filium.7.C. de suis, & legitimis.

Liberto ob præteritum statum; id est seruitutem non impeditur ad exemplum ingenuorum contrahere matrimonium, & filios habere in potestate. ibidem.

Liberto olim lege 12. tab. licebat patronum suum testamento præterire sine timore testamenti rumpendi.in princ. Inst. de successione libertorum.

Liberto succedunt omnes descendentes patroni vsque in infinitum: sed transuersales vsque ad quintum gradum.gl. vsque ad quintum. & ibi add. in §.multis. Inst.eod.

Libertus condemnatus si bona perdat, patrono eius id, quod ex bonis eius habiturus esset, si is, in quem animaduersum est, sua morte decessisset, auferri non debet, reliqua pars ad fiscum pertinet. l. cùm ratio. §. 1, de bonis damnatorum.

Libertus meus si sit alterius seruus factus, & ab eo manumissus, secundus manumissor præfertur in contra tabulas. gloss. 1. in l. si mulier, 29. de religios.

Liberto manumisso per fideicommissum succedit manumissor.gl.fin.in l.nequaquam.27.de excusat.tutorum.

Reliqua verbo, Patronus, 14.15.16, vsque 25.

LIBERTVM vnum, vel plures potest pater assignare vni, vel pluribus liberis testamento, vel inter viuos.l.1.de assignat. libert. 19

Libertus, qui apud hostes est, potest assignari, vel legari, & vendi, & promitti.d. l. 1.§.quemque.& ibi gl. assignari.

Libertum potest quis assignare quibuscumque verbis, vel nutu, vel testamento, vel codicillis, vel viuus, & assignationem potest adimere etiam nuda voluntate.d.l.1.§.assignare.

Liberti assignationem sibi factam potest quis repudiare.ibid.

Libertum assignare potest quis filio exhæredato. sed si post assignationem fuerit exhæredatus, non censetur exhæredatus animo adimendi assignationem, nisi hoc animo facta sit. ibid.

Libertus si sit assignatus vni ex duobus filiis vnius patroni existente filio ex altero patrono; is, cui assignatus est, cùm fratrem excludat, habebit bessem in hereditate liberti, quamdiu frater eius viuit, vel admitti potuit ad legitimam hereditatem: sed si fuerit capite minutus etiam minima, æquales partes habebit. d.l.1.§.fi.

Libertus si sit assignatus alicui, & is decesserit relicto filio, & fratre, & alterius patroni filio, nepos habebit semissem, quem esset habiturus frater defuncti, si ei libertus non fuisset assignatus.l.2.eod.

Libertus potest assignari nepoti, & nepos assignatoris præfertur filio. l. 3. §. 1. eodem.

Libertus potest assignari etiam ei, qui in potestatem recasurus est. ibid.

Libertũ si quis assignauerit duobus, quorum vnus etiam cum liberis in ciuitate esse desiit, vel repudiauit, portio eius accrescit alteri; sed eo etiam defuncto liberi alterius succedunt liberto, nec in familiam assignatoris redit libertus.l. vtrùm.& ibi gl.fi.eod.

Libertum si quis assignauerit duobus, quorum vnus filios, alter nepotes reliquit. ordo etiam inter eos seruandus est.d.l.vtrùm.

Libertus potest assignari purè, & sub conditione, & per epistolam, vel testationẽ, vel per chirographum.l.assignare. eod.

Liberti assignatio, neque quasi legatum, neque quasi fideicommissum percipitur, neque fideicommisso potest onerari. ibid.

Libertus soli ei, qui in potestate est, potest assignari: sed non filio emancipato. † l.vtrùm.9.& ibi gl.pe.& fi.eod.

Liberto sub conditione, vel in diem assignato, interim pendente die, vel con-

ditione

Libertus, cui ius patronatus remissum est, à manumissore ex voluntate propter graues offensas potest reuocari in seruitutem: sed non propter leues. ibi.

Libertus si faciat iniuriam verbis manumissori ex necessitate, damnatur in exilium: si verò fecerit factis, damnatur in metallum ibid.

Liberti si fuerint ingrati heredibus patronorum: ipsis heredibus sicut manumissoribus competit contra eos actio ingrati, & ius reuocandi in seruitutem. l. 3. C. eod.

Libertum ingratum solus filius hæres patroni potest reuocare in seruitutem: non autem heres extraneus, vel suus vltra filium. † gl. pen. ibi.

Libertus propter ingratitudinem potest reuocari in seruitutem etiam per procuratorem. gl. fi. ibid.

Libertus propter ingratitudinem potest reuocari in seruitutem officio iudicis. ibidem.

Liberti, & eorum liberi etiam militantes propter ingratitudinem reuocari possunt in seruitutem. l. fi. C. de libertis. gl. ratione. in cap. 1. §. fin. quæ fuit prima causa.

Liberti filius propter ingratitudinem, vel delictum suum potest reuocari in seruitutem; sed non propter ingratitudinem patris. gl. fi. in d. l. fi.

Libertus etiam municipum sine iusta causa non reuocatur in seruitutem, & non est iusta causa tabellionatus officium, licèt tabellio seruus publicus appelletur. l. fi. C. de seruis reipub.

Libertus etiam si non præstet patrono operas obsequiales: non propterea potest redigi in seruitutem. l. solo obsequij. 30. C. de liberali causa.

Libertus potest in seruitutem redigi ratione obsequij necessarij non præstiti, vt si captus esset patronus, vel fame laboraret. gl. 1. ibi.

Libertus sicut propter ingratitudinem potest reuocari in seruitutem; ita & liberti filius posito etiam, quòd natus fuerit ingenuus. glos. filios. & ibi add. marg. marg. in §. si verò decretum. in auth. de nuptiis. col. 4.

Libertus etiam si ei remiserit patronus ius patronatus, etiam reuocatur in seruitutem ex his causis, ex quibus reuocatur donatio; sed si patronus non remiserit ei, tunc etiam pro leui culpa, quæ consistit in faciendo reuocatur: sed non pro ea, quæ consistit in non faciendo. §. illud. & ibi gl. restituimus. in auth. vt liberti de cætero. col. 6.

Libertus non alendo patronum in paupertate positum punitur à patrono, & in eius potestatem redigitur, & econtrà patronus non præstans alimenta liberto carebit operis impositis causa libertatis, & ab eius hereditate excluditur, vbi heres institutus fuerit, & ius patronatus amittit. glo. 1. in c. 1. de forma fidelitatis.

Libertus ingratus reuocatur in seruitutem accusatione, vel actione extraordinaria, per quam officium iudicis imploratur. † gl. libertis. in §. maxima. Inst. de capitis diminutione.

Libertus vt ingratus reuocari in seruitutem propter omnem offensam etiam leuem: non autem potest reuocari propter omissionem obsequij, nisi in casu: vt cum denegat alimenta: & hoc verum est, quando quis ex propria volũtate manumisit; secùs si non ex voluntate; sed ex necessitate manumisit; quia tunc nõ reuocaret. ibid.

Libertus manus iniiciens in patronum damnatur in metallũ: si verò dixerit conuitia, mittitur in exilium. ibi. & gl. fi. in l. 2. C. de libertis.

Libertus ingratus potest reuocari in seruitutem, etiam si ei iura patronatus remiserit patronus: quia quoad talem reuocationem talis remissio non valet: sed bene quoad alia iura. † d. gl. libertis. & ibi add. in d. §. maxima.

Reliqua verbo, Ingratitudo, Libertas, 20. Seruus, 118. Alimenta, 4. 5. 6.

25 LIBERTVS nõ potest occidere patronum deprehensum in adulterio cum vxore sua. l. si adulterium. 38. §. liberto. de adulteriis.

Libertus, qui ius aureorum annulorum impetrauit, si adulterium commisit cum patroni vxore, vel cum patrona deprehensus est in adulterio, potest occidi, vt libertus, & vilis persona à marito. l. si is, qui ius. 42. eod.

Libertus contra patronum non potest torqueri. l. 1. §. si seruus. de quæstio.

Libertus famosam excusationem nomine alterius contra patronum potest proponere etiam sine veniæ impetratione: non tamen potest accusare etiam si suã iniuriam prosequatur. gl. suum. in l. 3. §. 1. de suspectis tutor.

Libertis, vel filiis non datur actio de calumniatoribus aduersus patronum, vel parentes suos, eò quòd acceperint pecuniam, vt negotium facerent per calumniam, vel non facerent. l. 5. de obsequiis.

Libertũ accusans ille, cui erat assignatus, non potest succedere illi liberto, nec petere contra tab. etiam si frater ipsius accusantis omiserit contra tab. petere. l. 3. §. si capitis. de bonis libertor.

Liberto aduersus patronum non datur iniuriarum actio pro non atroci iniuria. l. non solùm. 11. §. quamquam. de iniuriis.

Liberti non possunt accusare patronos: imò pœna eis imponitur: sic in seruis, & familiaribus, qui non possunt dominos suos accusare, & si contrà fecerint, puniuntur. gl. 2. in l. qui accusare. de accusat.

Liberto non licet accusare patronum de adulterio, nisi de adulterio, quod commisit cum eius vxore. l. si adulterium. 38. §. liberto. de adulteriis.

Libertus potest accusare patronum de atroci iniuria sibi facta. ibid.

Libertus non solùm sponte: sed nec vocatus, vel inuitus ad testimonium contra patronum admitti potest. l. libertorum. 12. C. de testibus.

Libertus nec sponte, nec inuitus aduersus patroni extraneum heredem admittitur ad testimonium. gl. 1. ibid.

Libertus etiam nolentibus patronis contra eos non debet examinari, sed contra alios, aut pro aliis liberè potest examinari. ibid.

Libertus contra patronum famosam actionem instituere non potest. l. 1. Cod. de obsequiis.

Libertus non potest accusare patronum suum per libertum: potest tamen implorando iudicis officium. gl. pe. & fi. ibi. in l. 1. C. si tutor, vel curator non gessit.

Libertus contra patronum suum alieno nomine poterit instituere accusationem; putà suspecti tutoris; non tamen poterit instituere actionem famosam. gl. 1. in l. 1. C. de obsequiis.

Libertus contra patronum non potest intẽtare famosam actionem nomine alieno, id est facto, quod pendet ex alterius persona, si suo nomine in iudicio agit: secùs si alieno nomine agit, vt procurator, vel curator. d. gloss. 1. in additione.

Libertus contra patronum non potest intentare furti actionem, nec etiam actionem turpem, vt condictionem furtiuam; neque honestam, nisi cum venia, & cum honestate verborum. gl. fi. ibi.

Liberto contra patronum permittitur agere actione, etiam famosa, si patronus grauissimis iniuriis eum affecit, vel flagellis fortè cecidit. ibid.

Libertum ille tantum potest accusare de ingratitudine, qui sponte manumisit; nõ verò, qui ex necessitate vt ex causa si fideicommissi manumisit. l. 1. Cod. de libertis.

Reliqua verbo, Accusatio, 7. 8. Patronus, 3. vsque 6. & sup. 7. 8. 9. Actio, 100. Condictio, 1.

LIBITINA dicitur sepulchrum nobile, vel nobilium; feretrum verò plebeiorum, & damnatorum, & subgradatum sepulchrum infantium; qui necdum decem dies impleuerunt, sendapila dicitur. gl. libitinarius. in l. 5. §. idem ait. de institoria actione.

LIBITINARIVS dicitur ille, qui habet lauellos, siue suas conchas, vbi funera lauantur. gl. libitanarius. in l. 5. §. idem ait. de instit. actione.

Libitinarius dicitur à libitina, & dicitur præfectus funeribus sepeliendis. d. glo. libitinarius. in add. marg.

Libitinarius si seruum præposuit curandis, ac sepeliendis mortuis, & is mortuspoliauerit, tenetur quasi institoria: quamuis actio furti, & iniuriarum competat. d. §. idem ait. de instit. act.

LIBRA auri, vel argenti condemnatus si sit, etiam species comprehenditur. glo. memoratam. in l. cum clericis. 25. C. de episcopis.

Libram auri faciunt 72. auri. gl. aureos. in l. fi. de in ius vocando. & gl. 2. in l. 4. C. de seruis fugitiuis. & gl. ad trecentos. in §. & iudicare. in auth. de defensor. ciuitatum, col. 3.

Reliqua verbo, As, Pondo, Pondus.

LIBRARIVS dicitur scriptor librorum. gl. 1. in l. forte. 29. de rei vendic. gl. neque librarios. in l. spadonem. 17. de excusat tutor.

Librarius, vel impressor si vendat libros corruptos, & inutiles, conueniri potest redhibitoria, ac si vẽderet animal morbosum. gl. quæ mobilis. & ibi add. mar. in l. 1. in princ. de ædilitio edicto.

Librarius, vel notarius si in transcribendis stipulationis verbis errasset, nihil nocet, quominus & reus, & fideiussor teneretur. l. si librarius. 93. & ibi gl. 1. de reg. iur.

Reliqua verbo, Liber, 12. Bibliotheca.

LIBVM libi est panis subcineritius, & eius diminutiuum est libellus, vnde dicitur, Puer fugitiuus noluit libum à Sacerdote accipere. gl. 3. in l. iudices. 10. C. de episcop. audien.

LICENTIANS, & licentiatus contra legem æquè puniuntur. l. 1. & ibi gl. fi. C. de commeatu. lib. 12.

si LICET alicui, quod est plus, multò magis, quod est minus, l. in actionibus. verb. licuit. de in litem iurand.

Reliqua verbo, Plus, Minus.

LICITVM est, quod minus est, ei, cui licet, quod plus est. l. non debet. 22. de reg. iuris.

Licitum omne non dicitur esse honestum. l. non omne. 187. de reg. iuris.

Liciti prætextu non debet committi illicitum. gl. concutiendos. in l. illicitas. §. ne potẽtiores. de officio præsidis. gl. 3. in l. qui sub prætextu, C. de sacrosanctis.

Licita sunt omnia, nisi contrà agatur. gl. 2. in l. si conuenerit, 4. de pign. actione.

intra Licitum valet illud, quod fit vltra licitum. l. in pupillari. 14. de vulgari.

Licita sunt omnia, quæ expressè prohibita non sunt. gl. participium. in §. fin. in authent. quibus modis naturales effici. sui, co. 6.

Licitum ratione loci deprehenditur, quod aliàs non liceret. gl. sciens. in c. 1. §. item si fidelis. quib. modis feudum amittatur.

Licitum est aliquid ante, quod posteà non licebit. gl. 1. in c. 1. de natura feudi.

Licitum est illud expressum, quod tacitum non esset licitum. gl. succedant. in c. 1. §. fi. de success. feudi.

Licitum aliquid deprehenditur ex rei qualitate, & differentia, quod aliàs non liceret. gl. 1. in c. 1. de feudo marchiæ, ducatus, vel comitatus. glos. 1. in cap. 1. de natura feudi. c. 1. & ibi gl. in clericorum. si inuestitu. inter domin. & vassal.

Licitum est sine pretio, quod cum pretio non liceret, & quandoque non licet gratis, quod pretio non liceret. gloss. 1. in c. 1. de beneficio fratris, & qualiter frater.

Licitum est pretio, quod gratis non liceret. ibid.

Licitum deprehenditur aliquid ex inopia probationum, quod aliàs erat illicitũ. gl. in clericorum. in c. 1. si de inuestitura inter dom. & vasal.

Licitum est per alium, quod per seipsum non licet. gloss. putamus. in c. 1. §. 1. per quos fiat inuestitura.

Licitum fit per pactum quandoque, quod aliàs non liceret. gl. 1. in c. 1. de fratribus de nouo beneficio.

Licitum est in solidum, quod pro parte non liceret. gl. feudum. in c. 1. §. 1. de lege Corradi.

Licitum est mihi per alium, quod per meipsum licebat: dum tamen sit peræquè bonum illud: sicut aliud vinum eiusdem generis, & bonitatis rectè potest solui. gl. aut æquali. in d. §. 1.

Licitum est aliquid quandoque in specie, quod in genere non licet. glo. à decimo octauo. in l. hac edictali. de pace tenenda inter subditos.

Liciti occasione nõ debet committi illicitum. gl. suis pecuniis in §. multum. Inst. de literarum obligat.

Reliqua verbo, illicitum.

LICTOR dicitur ille, qui magistratus insignia defert. gl. 1. in l. ego cùm in villa. 7. de manumissis vindicta.

LIGNVM aliud dicitur materia, quæ ad ædificandum, fulciendúmque necessaria est: aliud verò dicitur lignum, quod comburendi causa paratum est. l. ligni. 55. de leg. 3.

Ligni appellatio nomen generale est. ibid.

Ligni legati appellatione continetur lignum comburendi causa paratum à terra separatum,

separatum, speciali nomine non submissum, nisi voluntas testatoris, vel eius co nditio aliud induceret.ibid.

Ligni legati appellatione continentur etiam arbores, quæ comburendi causa nõdum sunt concisæ ad concidendum sunt destinatæ. ibid.

Ligni legati appellatione continetur, quod comburendi causa paratum est, siue ad balnei calefactionem, siue diætarum, siue ad calcem, vel aliam rem coquendam.ibid.

Ligni legati appellatione continentur arbores concisæ facto hominis, vel vi ventorum, vel alio modo deiectæ in sylua, quam testator ad incidendam habebat; sed non continetur ipsa sylua, nisi testator aliud senserit.d.l.ligni. 53. & ibi gl.deiectæ.de leg. 3.

Ligni legati appellatione continentur etiam virgulæ, germina, & sarmenta, & superamenta, materiarum & vitium stirpes, atque radices, si sit consuetudo illius regionis, vt eis vtantur pro lignis, non alias.d.l.ligni, §.Offilius.& ibi glo. non refragatur.

Lignorum appellatione in quibusdam regionibus continentur etiam herbulæ quædam, spinæ, & vepres, vt in Ægypto arundine pro ligno vtuntur, & arundines, & papirum: id est iuncum comburunt: & in quibusdam regionibus stercora boum, quib. ad comburendum vtuntur, continentur ligni appellatione. ibidem.

Lignorum appellatione non continentur carbones, nec ligna, ad carbones coquendos, conficiendosque parata, nec titiones, & alia ligna cocta, nec sulphurata de ligno, nec illa, quæ sunt parata ad faces, nisi testator expresserit. d. l. ligni. §. fi.& l.carbonum. 167 de verb. sign.

Ligni appellatione continentur de pinu etiam integri strobyli; id est pineæ, quãdo nuclei sunt extracti.d.§. fi.d.l.carbonum.

Ligni appellatione continentur pali, & perticæ: quia sunt in numero materiæ. l. pali. 54.de leg.3.& l.pali. 168.de verbor.significatione.

Ligni appellatione non continetur materia carbonum.l.carbonum. 167.de verb. signific.

Ligni appellatione non continentur nuclei oliuarum, & alij nuclei, & balani. ibidem.

Reliqua verbo, Carbones, Titiones.

LIMENARCHA est liminis, seu limitis, velut portus præfectus, vel custos. gl. in rub.in add. mar.C.de fundis limitrophis.lib. 11.

Limenarcha dicitur, qui militibus præest, qui permanet in limine causa custodię, ne hostes irruant: item dicitur Irenarcha.gl. fi.in l.non idcirco. 37. C. de liberali causa.& gl. 1.in l. pe. de seruis fugitiuis.

Limenarchæ sunt custodes ad portuum custodiam destinati: qui etiam limenophilacæ dicuntur, sub quibus limitanei agunt in finitimis locis constituti aduersus hostium subitas, & repentinas incursiones. gl. 1.in add. marg.ibid.

LIMITANEI milites sunt, qui sub limenarcha prouinciæ limites tutantur. gl. in rub.in add.mar.C.de fundis limitrophis.lib. 11.gl.1.in l.viros.C.de diuersis officiis.lib. 12.

Limitanei agri à principe ducibus, & militibus limitaneis donabantur ita, vt si eorum hæredes militarent, nunquàm ad priuatos pertinerent.ibid.

Reliqua verbo, Ager.

LIMITROPHI agri dicuntur à limitaneis militibus, quod horum possessores annonam inde prouenientem ad militum castra ducere tenerentur, qui in imperij limitibus aduersus barbaros excubarent.gl.in rubr. in add. marg.Cod.de fundis limitrophis.lib. 11.

LINEA quandoque sumitur pro lino, vel filo, siue funiculo, qui per medios vniones pertusos transfigi solet.l.fina. §. fi. in addit. marg.de auro, & argento legat.

Reliqua verbo, Margarita, Gemma, Aurum, Lapilli.

LINGVA Græca magis communis est, quàm Latina: nam Græcam sciunt Græci, item etiam Latini debent scire propter interpretationem, & translationem multarum legum translatarum, item quando Sacra scriptura lingua Hebraica in Græcam priùs transferebatur, vt in Latinam transferretur, vt faciliùs ex Græca sumeretur in Latinam, glo. voce.in §.alienationis.in auth.de non alienandis.col.1.

Linguam abscissam habens sanus non est, & ideò in eo habet locum ædilitum edictum.l.si cui de ædilitio edicto.

Linguæ lubricum ad pœnam facile non est trahendum.l.famosi. ad leg. Iul. maiestat.

Linguis radicitùs abscissis pro fide Christi multos venerabiles viros loqui miserabiliter pœnas suas viderat Iustinianus.l.1.C.de offic. præfecti Aphricæ.

LINTRARIAE dicuntur paruæ naues, vt buti, busi, & scaphæ, quæ lucrariæ, aliàs lyntrariæ dicuntur.gl.lyntrariis.in l. 1.§.1.nautæ, caupones.

LINTRARII dicuntur, qui paruas naues habent, & exercent.ibid.

Lintarij dicuntur à lyntribus: id est oblongis nauibus, & cauatis arboribus confectis.d.gl.lyntariis.in add.marg.

LINO legato continetur etiam linum tinctum: secùs tamen est in legato lanæ: quia tunc non continetur lana tincta.l.si cui lana.68. in princ. & in §. lino. & ibi gl.in rela.de leg. 3.

Lino legato continetur tam linum factum, quod non restat, nisi vt ponatur in tela, quàm infectum, & etiam filatum, quod in tela est, dummodò non sit detextum, quod secus est in lana filata, quæ est in tela, quæ non continetur appellatione lanæ.d.§.lino.& ibi gl.in tela.

Reliqua verbo, Lana.

LIQVIDVM cedit arido, si ei vniatur.l.in rem.§. sed & id.de rei vendicatione.

Lis 1.vsque 4.

Lites æstimatio.5.

Litis contestatio, 6.vsque 10.

1 LIS, & causa differunt: quia propriè causa est res, quæ habet controuersiam in dicendo positam cum certarum personarum interpositione: sed lis est ante litem contestatam, vel post.† gl.litibus.in l. 1. de testibus. & gl.1. & ibi addit. marg.in l. lites.numen. 36.de verb.sing.

Lis est actio, siue in rem, siue in personam, quę in iudicium est dedicta, idque propriè post litis contestationem: causa verò receptiori vocabulo, & magis generico tam ad ciuilia, quam ad criminalia pertinet, siue ante litis contestationẽ, siue post.d.l.gl. litibus. in addit.marg.

Litis nomen significat omnem actionem intentatã, siue in rem, siue in personã, siue mistam, siue officium iudicis. l. litis nomen. 36. & ibi gl.fi. de verb.sign.

Lis dicitur post litis contestationem: causa verò dicitur ante litis contestationẽ: post controuersiam tamen.gl. 1.in l.causas. 16.C.de transactio.

Lis dicitur super rebus ciuilibus: causa super rebus criminalibus: vel lis est genus, & dicitur ante, & post litis contestationem: causa verò est species, & dicitur post litis contest.ibid.

Lis dicitur ciuilis: causa verò dicitur criminalis: impropriè tamen quandoque ponitur lis etiam pro causa criminali.gl.inter eos.in 9.si verò quis.in auth.de testib.col.7.gl.si litem. in auth.habita.C. ne filius pro patre.

Litis, vel causæ initium dicitur contestatio litis, vel ante, vel circa.gloss. 1.in l.exceptionem. 19. C.de probatio.

Lites sine suspicione procedere principibus debet esse cordi. gl. fi.in l.prætor. de iurisdictione omnium iudicum.

Litem si calumniosè instruit dominus, qui posteà procuratorem ordinauit, cum speciali, vel generali mandato cum libera, & procurator transegit, valet transactio potiùs inspecta bona fide procuratoris, quàm mala fide domini.gl. litẽ. in l. 1.§.fin.de calumniatoribus.

Litem si calumniosè ordinauerit quis, ac posteà super ea transegerit, non valet 2 transactio, & punitur is in quadruplum per edictum de calumniatoribus.ibi.

Liti in totum renuntiasse dicitur ille, qui destitit: non ille, qui distulit.l.destitisse. de minoribus.

Lis inchoata dicitur quando est ordinata per libellum, & satisdationem: licèt nõ sit lis contestata. gl.inchoata.in l.Is autem. ex quibus causis maiores.

Lites execrans non est vituperandus.l.item si res.§.fi.de alienatione iudicij.

Litem super vna re si quis mouit coram vno iudice: deinde super ea compromiserit in arbitrum, & posteà ad iudicẽ redit, iurisdictionem suam non potest iudex denegare, nisi instantia sit perempta.gl.fi. & ibi add.marg. in l.si quis.35. de arbitris.

Lis non potest expediri aliter, quàm alter sit petitor, alter possessor: id est quòd alter onera possessoris, & alter onera petitoris sustineat. l. inter litigantes. 61 & ibi gl.1.de iudiciis.

Lite pendente si partes concordauerint se, statur concordiæ, nisi beneficio minoris ætatis retractetur, vel alia causa.l.fi.& ibi add.marg. familiæ erciscundæ.

Lites minui, & dirimi ad iudicis officium pertinet.l.quidam existimauerunt. 21. & ibi gl.fi. si certum petatur.

Litium finiendarum remedium triplex est: scilicet sententia, transactio, & iuramentum, quod inter alia remedia est maximum.gl.1.in l.1. de iureiur.

Litis dominus dicitur ille, qui litem suo nomine contestatus est.l.vulgò.de in litem iurando.

Litem contestari, ac libello præcisè respondere cogitur quis; quia iudicium redditur in inuitum.l.summa. §. fi.in add marg. de peculio. 3

Litis, & executionis euentus dubius est, & incertus. l. quod debetur. 52. de peculio.

Lis si oriatur inter collegium, & prælatum, debet adiri superior, cuius officium cessabit lite finita.l.3.§.si pupillus. in add. marg.de tutelis.

Liti se offerre non dicitur ille, qui se obtulit ex necessitate. gl. obtulit. in l.2. de administr. tutor.

Lites sunt dirimendæ, & celeriter expediendæ.l.2.& ibi add. mar. de aqua pluuia arcend.

Liti si quis renunciauerit, is posteà repellitur.l.2.§. fi.& ibi gl fi. de statu defunctorum.

Liti non videtur renunciare ille, qui renunciauit instantiæ. † reprob.gl.fi.ibid.

Litis pendentia sola in causa liberali non facit seruum haberi pro libero, nec priuat dominum possessione.l.3.§.si seruus, quem.de acquir. possess.

Litium finis explicabilis esset, si proposita vna actione, & sententia lata non obstaret condemnato agenti alia actione ex eadem causa.gloss.inexplicabilem.in l. singulis.de exceptio.rei iud.

in Litem alienam coeuntes improbè, vt quidquid ex condemnatione innocentiũ habuerint, inter eos communicetur, tenentur lege Iulia de vi priuata crimine falsi, item lege Corlia de sicariis, & crimine concussionis, nec accusantur omnibus, sed vna.l.ex Senatusconsulto, & ibi gl.fi.ad leg.Iul. de vi priuat.

Lis instruitur duobus: scilicet aduocato, & testibus.gloss.fi.in l.falsi pœna. 20. de falsis.

Litis dominus dicitur etiam is, qui nunquàm fuit in iudicio: intellige causæ, & eorum, super quibus litigatur.gl.fin.in l.ab executore.§.fi.de appellat.

Litium prolixitatem amputare conuenit ad publicam vtilitatem.l. 1.C. de nouo Codice faciendo.

Litibus finis imponitur per sententiam, transactionem, & iuramentum: sed si recedere liceret a transactione, sententia, vel iuramento nullus remaneret finis. gl.pe.in l.fratris. 10. C. de transactio. 4

Lites ne fiant immortales, & vitæ hominum terminum excedant, principes, & iudices debent intendere.l.properandum. 11.C. de iudiciis.

Lites omnes debent procedere, & diffiniri sine vlla suspicione.l.apertissimi.16.C. eodem.

Lites in infinitum extendi non debent.d.l.apertissimi.& ibi gl. quòd esse.

Lis aliter æstimatur, & consideratur aduersus extraneum possessorem, & aliter aduersus debitorem, vel eius heredem.gl.numero.in l.cùm notissimi.7.§.1.C. de præscrip.30. vel 40.

Litem contestans in actione ad exhibendum non videtur contestari in rei vendic.gl.1.in l. fi. C.de annali exceptione.

Lite pendente per appellationem, vel consultationem non debet aliquid innouari etiam ex rescripto principis.l. ex illo tempore.13.C.de appellat.

Lis quousque finiatur magna est contritio in animo eorum, qui litigant.gl. contritione.in §.audient.in auth.de iudicib. col. 6.

Lis sumit initium per litis contestationem.§.si verò apud.& ibi gloss. initium.in auth.de litigiosis.col.8.

Lite pendente non licet supplicare, nec supplicatio, nec sacra iussio impetrata

valet,niſi contineat,quòd iudicium procedat,aut vt acta edantur , aut vt ſententiam det iudex,aut vt aſſocietur iudex, quibus caſibus valet iuſſio lite pendente...ſuper hoc. & ibi gl.legitimo.in authen, in medio litis non fieri ſacras iuſſio col.2.

Lites non ſunt protrahendæ. §.fi.Inſt.de exceptionibus,

Lites ſunt amputandæ, ac dirimendæ.§.item verborum. Inſt.de inutilibus ſtipul.

Reliqua verbo,Cauſa,per tot,Conſors,Controuerſia,Curator,30. Exceptio , 2, Expenſa,7.8.9, Iudex,32,33.34.47. Iuramentum,35,vſque 39.Iurare , Procurator, 13,14.15,Quæſtio,1,Renuncians,Ruſticus,Tranſactio , per tot. Offerre , Offerens, Bonorum poſſeſſ.6,9. 14.

5 LITIS æſtimatio ſimilis eſt venditioni,l.ſed etſi res. 7. de Publiciana.

Litis æſtimatio ſimilis eſt emptioni:vnde ſoluens litis æſtimationem , videtur emere ius actoris,& tanquàm emptor habet vtilem in rem.† gl.pe.in l.ſi culpa. 63.de rei vendic.

Litis æſtimationem ſoluens ſimilis eſt emptori.gl.2.in l.ſi vt certo.5.§.1.& gl.fi. in l.in commodato.§.fi.commodati.

Litis æſtimationem recipiens facit ſtatim rem , pro qua litis æſtimatio ſoluitur, eſſe ſoluentis,ſi res erat præſens : aliàs cùm conſecutus fuerit poſſeſſionem ex voluntate actoris,fiet ſoluentis.d.§.1.& ibi gl.2.

Litis æſtimationem recipiens tenetur ſoluenti victo cauere de reſtituenda re,pro qua ſibi ſoluta eſt litis æſtimatio,ſi ad eius manus peruenerit.gl.2. ibid,

Litis æſtimationem recipiens tenetur ſoluenti cedere actionem,quamuis dolum commiſerit.ibid.

Litis æſtimatio ſimilis eſt emptioni,quoad hoc vt ſoluens fiat dominus,ſi res eſt præſens,vel vt detur ei cauſa vſucapiendi,& vt competat Publiciana.l. litis æſtimatio.& ibi gl. pro emptore.

Litis æſtimationem recipiens:ſicut & venditor, tenetur de euictione ſoluenti. † d.gl.1,ibi,& reprob.gl.tenuit.in l. fi. ex quibus cauſ.in poſſ.eatur.

Litis æſtimationem recipiens tenetur cauere de euictione in caſibus , in quibus venditor tenetur de euictione. † ibid,

Reliqua verbo,Æſtimatio,1.2,Petitor,Poſſeſſio,18.Soluens,1.

6 LITIS conteſtatio non dicitur facta per reſponſionem factam interrogationi an quis poſſideat.† reprob.gl.& legem.& ibi add.marg. in §. illud quoque. in auth,de triente , & ſemiſſe.

Litis conteſtatio fit narratione propoſita,& ſequuta reſponſione animo procedédi in cauſa.gl.litis conteſtatione.in §.ſuſcepto.in auth.de exhiben,reis.

Litis conteſtatio fit per reſponſionem factam narrationi propoſitæ per verbum ſic;& tunc nullæ ſunt iudicis partes in cognoſcendo; ſed in iudicando tantùm; vnde euenit vt hæc reſponſio obtineat vicem conteſtationis quaſi ſententiæ; aliàs non valeret ſententia:& hoc cùm libellus datus fuit;ſed ſi iudex extra ordinem fecit reum interrogari,& fuit confeſſus, tunc fit præceptum de ſoluendo ſecundum conſuetudinem generalem.ibid.

Litis conteſtatio fit per reſponſionem narrationi propoſitæ factam per verbum, non;item per verbum dubium ; putà oppoſita exceptione; nam eo ipſo , quòd reus obiicit exceptionem, innuit ſe debitorem ; vnde æquiparatur illi reſponſioni,ac ſi diceret ſic, niſi probet exceptionem, ibid.

Litis conteſtatio fit per procuratorem, licèt non iuret de calumnia , quando dominus non eſt præſens,& actor affirmat tractu temporis futurum , vt res , vel actio pereat.l.ſeditionem.& ibi gl.1.& gl.2.in l.per procuratorem.71.de procuratorib.

poſt Litis conteſtationem ſi accidit aliquid,quod eſt acceſſorium ad primum iudicium,illud venit in primo iudicio:ſecùs quando ambo ſunt principalia.gl.1. in add.marg.in l.non poteſt, 23. de iudiciis.

Litis conteſtatio poteſt fieri per confeſſionem,negationem,vel dubitationem, l. ſi debitor. 45.& ibi gl. 1. de petitione heredit.

poſt Litis conteſtationem ſi ſeruus petitus exhiberi ſine culpa poſſeſſoris mortuus ſit , poſſeſſor cùm ſciebat , vel ſcire debebat ſe debere reſtituere , tenetur adhuc ad exhibendum , quanti interfuit actoris exhibitum eſſe, l. de eo. §. ſi poſt. ad exhibend.

ante Litis conteſtationem quæ contingunt,non veniunt in iudicium, niſi ea ſpeciatim in libello petantur.l. ædiles. 25. §, item, & ibi add. marg. de ædilitio edicto,

7 poſt Litis conteſtationem ſi aliqua deducuntur in iudicio principaliter per modum actionis,tunc illa in id iudicium non veniunt: ſed ſi acceſſoriè aliquà accidunt poſt litis conteſtationem,& illa petuntur etiam ſine libello, & nonnúquam per modum excipiendi,nec eſt tunc neceſſarius libellus : ſed ſi illa accidunt ante litis conteſtationem, ita peti debent per libellum. † gl. iniuncta. & ibi add.marg.ibid,

poſt Litis conteſtationem quæ contingunt in cauſa, in arbitrium iudicis veniunt illa.l.quòd ſi nolit. 31.§.ſi mancipium.eod.

Litis conteſtatio expectatur quoad hoc;vt conteſtantis cõditio ſit melior, quàm non conteſtantis:quandoque tamen vt ſit melior conditio expectatur ſententia.gl.fi.in l.ſi plurib.33.de leg.1.

Litis conteſtatione regulariter perpetuatur actio:fallit tamen quandoque ne fiat tranſitoria contra heredes.gl.cœpta.in l.1.& ibi gl.fi.& l.2. ne de ſtatu defunctorum,

Litis conteſtationis effectus durat perempta inſtantia,d.l.2,§,fi.& ibi gl.fi.

per Litis conteſtationem inducitur quaſi contractus : non tamen inducitur ex ſententia.gl.niſi actor.& ibi add.marg.in l.1.de diuerſis,& temporalibus.

Lite conteſtata ſuper aliqua re inter primum,& ſecundum,ſi emero à tertio, qui nullam controuerſiam patiebatur,non dicor emere rem litigioſam.l.1.§.1. de litigioſis.

Litis conteſtatione non efficitur deterius ius actoris:per eam tamen præcluditur potentia variandi.l.ſi quis ſtipulatus ſit.112.& ibi add.mar.de verb.oblig.

Litis conteſtatio habetur pro electione. ibid,

Litis conteſtatione non fit deterius ius agentis;imò fit melius,vt cõſtat in actionibus,quæ tempore,vel morte finiri poſſunt , quæ perpetuantur per litis conteſtationem. l. aliam. 29, de nouatio.l.non ſolet.87. de reg.iur.

Litis conteſtatio tollit facultatem ſoluendi circa rem adiectam ad ſolutionem, & circa perſonam.l.ſi quis ſtipulatus.57. de ſolutio.

Litis conteſtatio poteſt fieri cum procuratore.gloſſ.cogitatione. in l.præſenti.§. cùm autem.C.de his,qui ad Eccleſiam confug.

Litis conteſtatio regulariter perpetuat actionem:fallit in actione de dolo , & in retractatione ſtatus defuncti, quæ fieri debet vſque ad quinquennium.gl.fi. in l.fi,C.de dolo,

Litis conteſtatio fit per reſponſionem affirmatiuam,vel negatiuam.gl.reſponſionem.in l,2. C.de iureiurando propter cal, 8

Litis conteſtatio fit per narrationem propoſitam, & contradictionem obiectam. l.rem non nouam. 11.§.patroni.& ibi gl.1.C.de iudiciis.

Litis conteſtatio multum differt ab edita actione,l.1. C. de litis conteſtatione.

Litis conteſtationem non faciunt poſtulatio,vel libelli oblatio,d.l. 1.& ibi gl. 1.

Litis conteſtatio fit per narrationem negotij principalis,& reſponſionem, vt debet mihi Titius decem,& Titius dicit, nego,vel non eſt verum,vel ſimile. d.l. 1.& ibi gl. 3.& fi.

Litis conteſtatio non fit,ſi reus dicat,reſpondeo narrationi actoris : ſed non animo litem conteſtandi. d.gl.fi.

Litis conteſtatio inducitur per exceptionem pacti,vel iuriſiurandi:ſecùs ſi opponatur declinatoria iudicij ex perſona iudicis,actoris,vel temporis.ibid.

Litis conteſtatio cum fiat per reſponſionem narrationi actoris, illa reſponſio debet fieri de credulitate,vel non de veritate:aliàs ille,qui conueniretur ex facto alieno,numquàm poſſet conteſtari litem. ibid.

Litis conteſtatio inducitur per confeſſionem rei,quando libellus actoris præceſſit:ſecùs autem ſi actor ſimpliciter petit ſine libello: quia tunc per confeſſionẽ rei non fit litis conteſtatio, nec datur diffinitiua:ſed fit ſimpliciter præceptum de ſoluendo.ibid.

Litis conteſtatio regulariter non poteſt fieri in feriis repentinis, vel ſolennibus. gl.1.in l.1.C.de feriis.

Litis conteſtatio poteſt fieri in feriis ſolennibus,quando res eſt peritura. ibid.

Lite non conteſtata peruenitur ad diffinitiuam,quando mandatario cõuento datur dilatio ad denunciandam domino,quo non comparente vterque condemnatur,ſi ſint culpabiles.gl.illic.in auth.qua in prouincia.C.vbi de crimine agi. 9

Litis conteſtatio quantum operatur in actionibus petitionis hereditatis,& familiæ erciſcundæ quoad vſuras,& fructus;tantum operatur controuerſiæ motio: ſecùs in rei vendicatione,& communi diuidundo.gl.pen.in l. 1. C. de petitione heredit.

Litis conteſtatio non iure facta pro non facta habetur , neque prodeſt ad interrumpendam præſcriptionem , ſicut nec ab alio facta.l.pe.& ibi gl.fin. C.ne de ſtatu defunctorum.

Litis conteſtatione efficitur quis malæ fidei poſſeſſor quoad hoc , vt teneatur de fructibus perceptis , & percipiendis ; quoad implendam tamen vſucapionem, vel longi temporis præſcriptionem,& quoad hoc vt non teneatur de fatalitate; id eſt interitu rei , permanet in bona fide.gl. pen.in l.2.C.de fructibus , & litium expenſ.

Litis conteſtatio non poteſt fieri ſuper pacto nudo , cuius nomine non eſt actio. gl.magna.in l.nuda.5.C.de pollicitatio.

per Litis conteſtationem obligatur quis,& ita per eam quaſi contrahitur.§. illud quoque.in auth.de exhibend.reis.

Lite non conteſtata quandoque diffinitiuè pronunciatur.gl.ſed.ad fi.in cap. 1. de milite vaſallo,qui contumax.

Lis dicitur conteſtata quando pœnitet.gl.condemnatur.in l.qui ſe liti.48.de petitione heredit.

poſt Litis conteſtationem quæ accidunt,veniunt in actione depoſiti,& in rei vendicatione,& in actione ad exhibendum.l.1.§.inde Neratius.& ibi gl.compelli,depoſiti,

poſt Litis conteſtationem factam in actione depoſiti,vel in rei vendicatione, vel in actione ad exhibendum , ſi reus recuperauerit rem , tenetur ad eius reſtitutionem,nec aliàs debet abſolui.ibid.

per Litis conteſtationem factum intra quinquennium non perpetuatur cauſa reſtitutionis in integrum.gl.fi.in l.Pomponius,§.fi. de minorib.

per Litis conteſtationem non perpetuatur petitio reſtitutionis in integrum , nec actio de dolo.gl.vnum.in l.ſed etſi.§.quoties.ex quibus cauſis maior.gl.finiendam.in l.fi.C.de temp.in integrum.gl.fi.in l. 1.C.ex delictis defunct.

Litis conteſtatione poteſt perpetuari petitio reſtitutionis in integrum propoſita actione reſciſſoria.d.gl.finiendam. 10

Litis conteſtationis tempore inſpicitur in præteritum an ſit finita præſcriptio, vel non ; ſi non eſt finita,non finietur modò. gl. 1.in l.moræ litis. 26. C. de rei vendicatione.

Litis conteſtatione ceſſat præſcriptio x.vel xx.ann. vſucapio tamen triennij currit etiam poſt litis conteſtationem,licèt non cum effectu. gl. 1. ibid.

Litis conteſtatio interrumpit præſcriptionem x. vel xx. an. ſi fiat lis contra præſcribentem;ſecus verò ſi contra alium:quia tunc non nocet; cùm ſit ciuilis interruptio:ſecùs verò in naturali interruptione.ibid.

Litis conteſtatio non interrumpit vſucapionem triennalem,niſi in quatuor caſibus:ſcilicet quãdo aduerſarius eſt furioſus,infans,abſens,vel ſub poteſtate poſitus. † gl. cœpit.in l.ſed & ſi lege.§.etiam ſi ante, de petitione heredit.l.ſi poſt acceptum.18.& ibi gl. 1. de rei vindicatione,

Litis conteſtatio interrumpit præſcriptionem 30.vel 40.ann.d.gl.cœpit.ibid.

Litis conteſtatione perpetuatur rei vendicatio.l.ſi poſt acceptam. 18. & ibi gl. 1. de rei vendic.

Litis conteſtatio facta quoad vnum non interrumpit præſcriptionem quoad alium:ſed bene quoad illum. l. 2.pro donato.

Litis conteſtatio coram arbitro facta interrumpit præſcriptionem. l. cùm anteà. 5.§.fi.C.de receptis arbitris.

Litis conteſtatione non perpetuatur in heredem actio repetundarum , niſi vſque ad annum à morte eius,qui arguebatur.gl.fi.in l, 1, C. ex delict.defunctor.

Litis conteſtatione non perpetuatur actio competens alicui ad retractandã ſententiam latam de ingenuitate alicuius præmortui. ibid.

Reliqua verbo , Feriata, 1. Citatio,Cauſa,per tot.

LITANIA qualis erit,in qua ſacerdotes non inueniuntur,& ſolennes orationes non faciunt.§.omnibus.in auth.de ſanctiſſimis Epiſcopis: col.9.

Litigiosa res non fit, quando quæstio mouetur per actionem personalem : quod verum est indistinctè, quando actio personalis non competit ad rem alienatam; sed ad id, quod interest, vt in actione in factum ex edicto de damno infecto, & in stipulatione: si verò competat ad rem, tunc licèt per solam citationem non fiat litigiosa; per contestationem tamen fieri videtur. ibid.

Litigiosa res non fit per actionem aquæ pluuiæ arcendæ; quia de re alienata non quæritur reali, vel personali actione; sed de opere facto. gl. iudicium. in l. 4. de aqua pluuia arcen.

Litigiosa res est, quando de dominio fit quæstio, vel de re actione personali : sed si de opere facto in re, vel de aliquo iure reali, tunc non dicitur res litigiosa. d. gl. iudicium. & ibi add. marg.

Litigiosa res fit in iudiciis vniuersalibus per solam citationem. l. Diuus Pius. 5. & ibi additio marg. de petitione heredit.

Litigiosæ rei alienatio non valet. glo. fin. in l. si post acceptum. 18. de rei vendicatione.

Litigiosa res si pignori data sit, habet locum exceptio rei litigiosæ. l. 1. §. fi. quæ res pignori.

Litigiosa res emi non potest, nec pignorari. d. §. fi. & ibi glos. acciperet.

Litigiosam rem non facit denunciatio, quæ impediendæ venditionis causa facta est venditori. l. 1. de litigiosis.

Litigiosam rem emens si cecidit à possessione, & eam petat ab aliquo, obstat ei exceptio rei litigiosæ. gl. exceptioni. in d. l. 1. §. 1.

Litigiosa res vt dicatur, non sufficit iure Digestorum denunciationem intercedere: quia litis contestatio desideratur, siue in actione personali, siue in reali: sed hodie in actione personali nihil omnino est immutatum: in reali verò secùs; nam in ea non requiritur litis contestatio: sed sufficit libelli oblatio. glo. contestata. & ibi add. marg. ibid.

contra Litigiosam rem ementem iure veteri nulla alia pœna sancita erat, quàm ille agens repelleretur, excepto casu, quo etiam eo iure statuta est alia pœna; sed hodie alia quoque pœna tam contra scientem, quam contra ementem statuta est. ibid.

Litigiosæ rei exceptio ex parte agentis in personam est: sed ex parte opponentis realis est, sicut & est in doli exceptione. ibid.

Litigiosa res vt fiat, inspicitur scientia, vel ignorantia eius, qui emit, & non eius, cui acquiritur. l. 2. de litigiosis.

Litigiosam rem consecrare, vel dedicare in sacrum prohibitum est: alioquin consecrans patitur pœnam dupli, & applicatur illa aduersario. l. fi. eod.

Litigiosam rem si quis consecrauerit, vel in sacrum dedicari fecit; ea res non fit litigiosa, si aliena erat. gl. nec immeritò. ibid.

Litigiosam rem veluti tignum adiungens ædibus dicitur facere duriorem conditionem aduersarij, & etiam quando litigiosam rem vendit in potentiorem: non tamen tenetur dupli pœna ob id. gl. facere. ibid.

Litigiosam rem, vel alij obligatam non potest vendere procurator Cæsaris; sed bene rem sibi obligatam. l. res, quæ. 22. de iure fisci.

Litigiosa res fit per litis contestationem in iudicio communi diuidundo. † l. 1. & ibi gl. fin. C. communi diuidundo.

Litigiosa res non esse vitiosa vitio rei. gl. j. in l. vitia. 11. de acq. poss.

Litigiosa res olim non poterat alienari. glos. ea. in l. 1. Cod. de præscript. longi tempor.

Litigiosa res est, de cuius dominio, vel quasi quæstio mouetur inter possessorem, & petitorem iudiciaria conuentione coram ordinario, vel delegato. auth. litigiosa. & ibi gl. 2. C. de litigiosis.

Litigiosa res non efficitur quando non contenditur de dominio: sed de confessoria, negatoria, & hypothecaria: ipsa tamen actio efficitur litigiosa per litis contestationem. gl. 2. ibid.

Litigiosa res nunquam efficitur quando contenditur, & agitur de actione personali; sed ipsa actio personalis efficitur litigiosa per litis contestationem. † ibidem.

Litigiosa res, vel actio litigiosa non potest transferri aliquo titulo in coniunctam, nec in extraneam personam lite pendente. l. 2. C. de litigiosis.

Litigiosa res, vel actio litigiosa si legetur, debetur æstimatio, litigiosa re apud heredem remanente. l. 3. C. eod.

Litigiosam rem scienter emens tenetur illam restituere, nec pretium repetit: sed illud, & tantumdem venditor fisco soluet. l. 4. C. eod.

Litigiosam rem ignoranter emens tenetur eam restituere, pretium tamen recuperabit, & vltra illud tertiam partem æstimationis, rei vendicatione irrita remanente. ibid.

Litigiosam rem si quis donauerit, donatarius tenetur donatori eam restituere, & donator mulctatur in tertia parte æstimationis rei præstanda donatario, ibidem.

Litigiosa res potest dari in dotem, & in donationem ante nuptias, vel ex causa transactionis. ibid.

Litigiosa res legari, vel fideicommitti potest, vel dari ex causa communi diuidundo. ibid.

Litigiosam rem emens præsumitur in dubio ignoranter emisse, in donatore certum est de eius scientia. gl. 2. ibid.

Litigiosam rem vendens punitur in tertia parte pretij rei venditæ præstanda emptori restituenti rem, & ipse emptor ad illam tertiam partem, & venditor ad rem venditam possunt agere condictione ex lege. gloss. recipiat. in l. fi. C. eodem.

Litigiosa res hodie si legetur, solùm debetur litis euentus, ita quidem, quòd si hæres vincat, rem restituet legatariis; si nihil consequitur per illas actiones, nihil tenetur dare legatariis. auth. nunc si heres. C. eod.

Litigiosa re legata heres pro ea litigabit sumptibus suis, quando cum legabatur res erat litigiosa; sed si posteà viuo, vel mortuo testatore cœpit esse litigiosa, tunc sumptibus legatarij, nisi postquàm cœpit heres esse in mora. gloss. fi. ibidem.

Litigiosa res efficitur mobilis, vel immobilis, cùm inter petitorem, & possessorem de eius dominio causa mouetur per iudicialem conuentionem, aut per preces Principi oblatas, & insinuatas iudici, & per eum aduersario interpellationes cognitas. §. 1. in auth. de litigiosis. col. 8.

Litigiosam rem non facit simplex interdictio. gl. mouetur. ibid.

Litigiosa res vt fiat, non est necesse litem contestari : sed sufficit libellum dari. ibid.

Litigiosa efficitur actio personalis per litis contestationem dumtaxat: non priùs: sed nunquàm ipsa res efficitur litigiosa in actione personali. † gl. & possidentem. in add. marg. ibid.

Litigiosa efficitur actio realis per litis contestationem dumtaxat : non prius; sed ipsa res efficitur litigiosa per iudiciariam conuentionem, & ita potest actio realis cedi ante litis contestationem: licèt non ipsa res. ibid.

Litigiosam rem scienter emens tenetur illam restituere, nec pretium repetit; sed venditor illud, & tantumdem tenetur soluere fisco: sed ignoranter emens pretium repetit, & vltra illud, tertiam partem, alienatione irrita manente. gl. discernimus. ibid.

Litigiosæ res quando per successionem ad heredes perueniunt, diuisione earum inter coheredes facta non debet intelligi alienatio, & ideò heredes eius, qui conuentus de re litigiosa pendente decessit, possunt sine aliquo obstaculo inter se diuidere. §. 1. eod. tit.

Litigiosam rem potest quis sine metu pœnæ dare, & accipere causa dotis, vel donationis propter nuptias, vel transactionis, vel legati, vel fideicommissi. glo. diuisio. ibid.

Litigiosam rem nomine legati potest quis cuicumque relinquere in vltima voluntate, & heres iudiciali sententia dominus illius demonstratus si fuerit, tunc legatarius, quod sibi relictum est, modis omnibus consequitur : quòd si heres agere nolit, compellet eum legatarius. d. §. 1. & ibi gl. consequatur.

Litigiosa res quando legatur, potest legatarius adesse liti exercendæ, ac fieri litis particeps, ne aliquam negligentiam, seu proditionem possit obiicere. d. §. 1.

Litigiosa res quando legata est, iure veteri agebat heres, & in omnem euentum tenebatur legatario : sed posteà iure nouo per Iustinianum agebat legatarius suo periculo; sed iure nouissimo heres agit: sed periculo legatarij. gl. consequatur. ibid.

Litigiosa non efficitur res à debitore hypothecata per litem super hypotheca intentatam; & potest debitor eam vendere etiam pendente lite super hypothecaria: ita tamen vt ex pretio eius vsque ad debiti quantitatem satisfaciat creditori: quod si non satisfecerit, potest creditor rem hypothecatam venditam vendicare, donec ei pro debito satisfiat. §. ab hoc. eodem tit.

Litigiosam actionem, vel dubiam ex causa donationis res pub. vel fiscus suscipere non potest. l. 2. C. ne fiscus, vel respub. procurationem.

Litigiosa, vel dubia actio non potest dari in solutum fisco, vel reipub. sponte recipienti. l. 1. C. eod.

Litigiosi vitium non afficit rem, aliàs noceret cuilibet, vt vitium furti. gl. non poterant. in l. 1. §. 1. de litigiosis.

Litigiosi vitium licèt obstet intuitu alienationis: non tamen obstat confirmationi alienationis præcedentis litis contestationi. l. si post acceptum. 18. & ibi add. marg. de rei vend.

Reliqua verbo, Alienatio, 13. Vitium.

LITORA maris omnium communia sunt quoad vsum, & dominium: sed quoad protectionem sunt populi Romani. gl. fi. in l. 2. de rerum diuisione. glos. & per hoc. in §. 1. Inst. eod. tit.

in Litore maris lapilli, gemmæ, & cætera, quæ inueniuntur, iure naturali occupantis fiunt. l. item lapilli. de rerum diuis. §. item lapilli. & ibi gl. inueniuntur. Inst. eod.

ad Litus maris accedere nemo prohibetur piscandi causa: dum tamen monumentis, & ædificiis abstineat. l. nemo. eod. & §. 1. Inst. de rerum diuis.

in Litore maris si quis velit siccare retia ex arbore; alius verò velit arborem incidere præferri debet, qui vult siccare. gl. fi. in l. riparum. de rerum diuisione.

Litora maris communia sunt : fluminis vero publica. gloss. 1. in l. littora. 51. de contrahend. emptione. gl. non ita. in l. quod in litore. 14. de acquir. rerum dominio.

Litora fundi venditi in modum, vel mensuram agri non computantur, cùm nullius sint, nisi conueniat ab initio d. l. litora.

Litora maris non sunt ita publica, vt ea, quæ sunt in patrimonio populi : sed sunt vt ea, quæ primùm natura prodita sunt, & in nullius adhuc dominium peruenerunt. l. quod in litore. 14. de acquir. rerum dominio.

Litora maris sunt publica: id est publicè communia. l. pe. & ibi gloss. continenti eodem.

Litora maris in quo populus Romanus imperium habet, populi Romani esse dicuntur quoad iurisdictionem. l. 3. & ibi gl. pe. ne quid in loco publico.

Litora quædam maris à Sarracenis possidentur. gl. 2. ibid.

in Litore maris cuilibet iure gentium ædificare licet, nisi impediretur vsus publicus: quia tunc vel à magistratu est prohibendum, vel vtili interdicto, ne quid in loco publico fiat, agendum. l. 4. & ibi gl. 1. eod.

Litus maris dicitur quousque maximus fluctus hybernus à mari peruenit. l. litus. 96. & l. litus. 112. de verb. sig. §. flumina. Inst. de rerum diuis.

Litorum vsus publicus est de iure gentium: sed eorum proprietas nullius est : sicut & ipsius maris. §. litorum vsus. Inst. de rerum diuisione.

Reliqua verbo, Mare.

LOCARE potest quis operas suas in perpetuum, nec potest dici, quòd libertas sit inutilis: quia præstando operas per substitutum, vel dando interesse, liberatur. † glos. pe. in l. 3. de vsufructu.

Locare, vel conducere potest mutus. gl. non verbis. in l. 1. locati.

Locare seruitutem realem nemo potest, siue sit dominus rei, vel non sit, cui debetur seruitus prædialis. l. locare. 47. & ibi gloss. 1. eod.

Locare potest quis seruitutem personalem, veluti vsumfructum, & similia. gl. 1. ibidem.

Locari possunt iura cohærentia solo; non tamen ad soli vtilitatem pertinentia, vt ius percipiendi pedagium, portorium, tributa, vel viatoria. d. gl. 1. in add. margin.

Locare potest dominus rem alteri; cùm fuerit finita locatio primi, nec primus

condu

uire,

uire,poteſt agere ex conducto cum locatore ad intereſſe. l. merces. 28. §. 1. eodem.

Locans fundum,ſi locauit ea lege, vt etiam ſi quid vi maiore aliquid accidiſſet, hoc ei præſtaret conductor,valet tale pactum.l.ſi quis fundum.10.eod.

Locans fundum in plures annos ſi deceſſit illo fundo legato alicui , heres eius non poteſt agere contra colonum,vt colat,cùm ſua non interſit;legatarius tamen poterit deiicere colonum, & tunc colonus aget contra heredem ad intereſſe.l.qui fundum.35.eod.

Locans fundum,in quo erat colonus ſeruus ſi illum dedit conductori æſtimatum,ſi perit etiam ſine dolo conductoris , nihilominùs tenetur ad pretium ſerui:ſed non ad plus.l.quæro.56.§.fi.& ibi gl.fi.eod.

Locans agrum ſulphurarium poterit agere actione furti contra ex illo agro ſurripientem terram,ex qua ſulphur extrahitur, & quicquid conſequutus fuerit, tenetur præſtare conductori actione conducti.l.ſi quis vxori.53.§.ſi ſulphurariæ.de furtis.

Locans fructus fundi certa olei ponderatione, non poteſt recedere de contractu bona fide habito propter hoc ſolum;quia alter maiorem ponderationem olei obtulerit.l.ſi olei.21.C.de locato.

Locans ſiue ſcienter, ſiue ignoranter vaſa vitioſa indiſtinctè tenetur , ſi oleum, vel vinum infuſum corruptum , effuſúmve ſit : ſed ſecùs eſt in commodante ignoranter,& in aliis.gl.item qui.in l.in rebus.§.pe.commodati.& l.ſed addes.21.§.1.locati.

Locans ſeruum ſcienter vitioſum tenetur conductori de damno ab eo; dato ; ſecùs ſi ignorans vitioſum locauerit.d.gloſſ.item qui.ibid.

Locans ſcienter ſaltum paſcuum,in quo herba mala naſcebatur , ſi pecora mortua,vel deteriorata ſint,tenetur ad omne intereſſe : ſi verò ignorabat herbam malam ibi naſci;non tenetur ad intereſſe,neque poteſt petere penſionem.l.ſed addes.§.1.& ibi gl.in quo locati.

6 LOCANS operas ſuas vt artifex videtur aſſerere ſe peritum eſſe in illa arte. l.ſi quis fundum.10.§.pe.locati.

Locans operas ſuas,vel rem,& operas; ſi per eum non ſtetit , quominùs ſolueret eas:ſed ſtetit per conductorem,licèt caſu fortuito impeditum , totam mercedem totius temporis conſequetur,vt de ſcriptore,& de eo, qui mancipia vehenda conduxit,dicitur,& etiam de herede aduocati,à quo non repetitur ſalarium,cùm per eum non ſtetit,quominùs cauſam ageret.gl.perſonis.in l.ſi vno.17.§.item cùm quidam.eod.

Locans operas ſuas,vel rem,& operas,ſi per eum ſtetit,quominùs operas præſtaret,tenetur ad intereſſe;ſed ſi ſtetit per caſum fortuitum contingentem in ſua perſona , tenetur vel penſionem remittere , vel reddere pro rata temporis , quo eas non præſtitit, vt dicitur de eo, qui munere vehendi functus non eſt. † ibid.

Locans operas ſi ſit impeditus certo tempore præſtare, poteſt ſupplere alio tempore,& totam mercedem conſequitur,niſi operæ deberentur ex contractu nominato ,& pœniteret eum,cui operæ præſtandæ ſunt.d.gl.perſonis.in add.

Locans operas ſuas non tenetur de damno contingenti ex culpa leuiſſima illius, vel illorum,quorum opera vtitur:ſed de leui culpa tenetur. l. ſi merces. 28. §. pe.& ibi gl.diligentiſſimus.eodem.

Locans operas duob. tenetur præſtare priùs illi,cui priùs locauerat. l. in operis 29.eod.

Locans operas totius temporis mercedem accipere debet, ſi per eum non ſteterit,quominùs eas præſtaret;ſecùs ſi per eum ſtetiſſet.l.qui operas.41.eod.

Locans operas ſuas vt certum opus faceret,tenetur,de operis vitio, ſiue vna penſio,ſiue in ſingulos dies fuerit præſtita: qui autem operas ſuas ſingulis dieb. locat,neque ad certum tempus ſe adſtringit, non tenetur de operis vitio. l. ea lege.53.§.fi.eodem.

Locans operas ſuas ſcriptor per annum,ſi deceſſerit in medio anni, ſalarium totius anni non tranſmittit ad heredes;ſecùs eſt in aduocato.gl.fi.in l.poſt duos.15.C.de aduocat.diuer.iudic.

Locans operans certa mercede conſtituta poteſt petere ante opus finitum,quando ſuo periculo non conduxit;ſed ſi ſuo periculo conduxit , ante opus finitum non poterit petere.gl.fi.in l.2.C.de locato.

Locans operas ſuas ad faciendam totam domum vna mercede , ſi ſit pauper ita, quòd non poſſit totam domum perficere , niſi minutatim ſibi detur pecunia, poterit petere minutatim etiam non perfecto ædificio , cùm tacitè videatur ita fuiſſe actum.gl.fi.in add.ibid.

Locans operas ad faciendam totam domum vna mercede , ſi ſit ita conſuetudo , poterit petere mercedem minutatim,etiam non perfecto ædificio.ibid.

Locans operas ad vehendum frumentum,vel hordeum,ex locato conuenitur, ſi accepta pecunia eas non præſtat.l.ſi ij,qui.14.C.de locato.

Locans operas ad vehendum frumentum , dicitur locare , & conducere. gloſſ.1. ibidem.

Locans operas vſque ad certum tempus , tenetur bona fide ſeruare conuentionem.l.ſi ij,contra.21.C.de locato.

Locans operas ſi fuerit contumax,cùm præcisè ad factum agitur,iurabitur in litem.gl.2.ibid.

Locans operas præcisè poteſt cogi ad factum, vel ad intereſſe prout voluerit actor,ſi æquitas hoc ſuadeat ; quia fortè neſciret , vel non poſſet tales operas præſtare;aliàs ſoluendo intereſſe,vel pœnam,ſi erat promiſſa, liberatur. d. gl. 2.& ibi additio.marg.

Reliqua verbo, Artifex, Aurifex.

1 LOCATIO non poteſt eſſe ſine mercede in pecunia conſtituta : vnde contra partiarium colonum præſcriptis verbis, vel actione pro ſocio agitur. gloſſ. non dabatur. in l.1. §. ſi quis ſeruum.depoſiti. & gloſſ.1.in l. ſi olei. 21. C. de locato.

Locatio licèt ſui natura hinc inde pariat obligationem:tamen quandoque ex vna tantùm parte parit.glo.1.in l.poteſt.41.mandati.

Locatio poteſt fieri hac lege,vt opus arbitrio locatoris fiat,& eius arbitrium reducitur ad arbitrium boni viri.l.veluti.78.pro ſocio.

Locatio,& conductio alicuius rei toties dicitur, quoties materia , in qua aliquid præſtatur,in eodem ſtatu manet:at quoties mutatur , & alienatur , dici magis emptio,quam locatio.l.emptio.65.de contrahend.emptione.

Locationis,& conductionis verbo veteres promiſcuè vtebantur.l.veteres.cum l. ſeq.de actio.empti.

in Locatione,vel venditione vaſis,vel dolij in dubio intelligitur,vt integrum, & incorruptum præſtetur.l.tenetur.§.ſed ſi vas.eod.

Locatio,& conductio iuris naturalis eſt:hoc eſt iuris gentium.l.1.locati.

Locatio,& conductio non verbis : ſed conſenſu fit ; ſicut emptio , & venditio. ibidem.

Locatio,& conductio quoad tractatum,& ſenſum proxima eſt emptioni,& venditioni, & eiuſdem iuris regulis conſiſtit. l.2.eod.& in princ. Inſt. de locat. & cond.

Locatio,& conductio adeò habet familiaritatem aliquam cum emptione,& venditione,vt in quibuſdam caſibus quæri ſoleat , an ſit emptio , vel venditio, an locatio vel conductio.d.l.2.§.fi.locati.

Locatio,precariive rogatio ita facta,quoad is,qui locauit,vel dedit,vellet,morte eius,qui locauit,vel dedit tollitur.l.4.eod.

Locatio differt ab emptione,quando vendita res euicta eſt, tunc præſtando æquè bonam non liberatur, venditor: ſed ſi locata domus euicta ſit , præſtando ei æquè bonam habitationem , liberatur. gl. locatorem. in l. ſi quis domum. 9. eodem.

Locatio,ſicut emptio poteſt fieri ſub conditione; ſed donationis cauſa contrahi 2
non poteſt,ſicut nec emptio.l.ſicut emptio.23.& ibi gl.1.eod.

Locatio eſt,quando principaliter venit datio,ſecundariò autem factum.l.item ſi pretio.25.& ibi add.marg.eod.

Locatio dicitur,& non emptio,quando quis locat opus ædificandum in ſolo ſuo de materia conductoris : licèt in eum transferat conductor dominium ſuæ materiæ.dict.l.item ſi pretio.§.1.

Locatio,& conductio non contrahitur vbi merces contrahitur arbitrio incertæ perſonæ;ſed vbi committitur arbitrio certæ perſonæ rectè contrahitur, veluti quanti Titius æſtimauerit;& valet ſi is,qui nominatus eſt,mercedem definierit:ſecùs ſi voluerit definire,vel non potuerit.l.ſi merces.28.eod.

Locatio facta in arbitrium eius,quem contrahentes elegerint,non valet: quia in aſſumenda perſona poſſent diſſentire.gl.1.ibid.

Locatio non poteſt fieri in arbitrium vnius ex contrahentibus; ſed bene in arbitrium tertij.gl.Titius.ibid.

Locatio propriè no dicitur inter dominum,& colonum partiarium : ſed dicitur ſocietas.dict.l.ſi merces.§.vis maior.

Locatio facta vno nummo non valet:quia hoc donationis inſtar inducit.l.ſi quis conduxerit.46.eod.

Locatio,vel conductio poteſt fieri vno nummo ex neceſſitate , cum res non eſt digna maiori mercede non aliàs.gl.1.ibi.& gl. pe. in l.ſi quis ante. 10. de acq. poſſeſ.

Locatio ad hoc vt ſit,quando ego do , vt tu facias, duo copulatiuè requiruntur; ſcilicet quòd interueniat pecunia,& quòd ſi ſit tale factum quòd locari conſueuit;& ſi alterum eorum deficiat,non erit locatio.l.naturalis.§.at cùm do,& ibi gl.ſi res.& gl.præſcriptis.de præſcriptis verbis.

Locatio non eſt,quando ego do tibi pecuniam,vt tu aliquid faceres,ſi factum illud ſit tale,quod non conſueuit locari ; dicitur tamen contractus innominatus,do vt facias.ibid.

Locatio quandoque naturam ſuam immutat. gloſ. præſtes.in d.l.naturalis.§. ſed ſi facio.

Locatio non fit ſimiliter vt venditio : quia in locatione non transfertur dominium ſicut in emptione.l.ſciendum.63.& ibi gl.fi.de ædilitio edicto.

in Locatione vectigalium non admittitur plus offerens, niſi præſtet fideiuſſores idoneos.l.locatio.9.de publicanis.

Locatio agrorum publicorum facta per officiales in perpetuum : id eſt quandiu ſoluatur vectigal,non poteſt ſine cauſa reuocari per officiales ſequentes ſine authoritate principis.l.cotem.11.§.1.eod.

Locatio ſtationum publicarum,vel domuum cùm ad aliquē pertineret;ſi duum- 3
uiri alij onus eas locandi iniunxerint, non poteſt agi actione iniuriarum ob laborum iniunctum.l.iniuriarum.15.§.ſi quis in honorib.de iniuriis.

Locationis contractus ſoluitur finito tempore locationis. l.3.§. cùm quinquennium.de iure fiſci.

in Locationib.futuris non ſpectantur pacta,quæ ſunt appoſita in locationib.præteritis.l.2.de adminiſtrat.rerum ad ciuit.

Locatio,& non depoſitum dicitur, quando dominus horreorum data ſibi mercede retinet merces in horreis ſuis;quo caſu tenetur de culpa præſumpta. gl. fi.in l.1.C.de locato.

in Locationib.& conductionib. maximè fides contractus ſeruanda eſt , ſi nihil ſpecialiter exprimatur contra conſuetudinem regionis.l. circa locationis.19. C.eod.

in Locationib.& conductionibus quædam non dicta ſeruantur quandoque,ſi bonum,& æquum ſit.gl.1.ibid.

Locatio fundi pro certa quantitate licèt ſit contractus innominatus : tamen eſt bonæ fidei:quia fundus erat expoſitus locationi ; & ideò habet ſimilitudinem cum contractu bonæ fidei:aliàs non eſſet contractus bonæ fidei. d. gl. 1. in add.

Locatio operarum in perpetuum facta valet,cùm ſaltem dieb.feriatis interpelletur,& ſic non ſit ſeruus:tum etiam quia per ſubſtitutum poteſt ſeruire. † glo. 1.in l.ſi ij contra.22.C.eod.

Locatio,& conductio etiam non interuenientibus inſtrumentis valet. l. contractus.14.C.de locato.

Locatio,& conductio cùm nudo conſenſu contrahatur,neque verba, neque ſcriptura deſiderantur.gl.1.ibid.

in Locatione,& conductione veniunt dolus,& cuſtodia:non verò caſus,cui reſiſti non poteſt.l.in iudicio.28.C.eod.

Locatio rerum ciuitatis perfecta non reuocatur: licèt alius maiorem penſionem offerat.l.2.C.de vendend.reb.ciuita.lib.11.

Locatio prædij fiſci,vel patrimonialis perfectè facta in perpetuum , non reuocatur,etiam ſi alius offerat maiorem penſionem:ſecùs ſi fuiſſet facta ad tempus. † gl.

ſueuerunt præſtare locatores colonis. l. ſi conuenerit. & ibi gloſſ. fin.de pactis.

Locator ſi rem locatam ex neceſſitate demolitus ſit, vel propriis vſib. probauerit neceſſariam, vel frui prohibeatur conductor ab eo, quem locator propter vim maiorem, aut potentiam eius prohibere non poteſt, remittitur penſio conductori pro rata, aut reddetur ſoluta.gl.perſonis.in l.ſi vno.17.§.cùm quidam.locat.

Locator tenetur exonerare colonum à præſtatione mercedis propter omnem vim, cui reſiſti non poteſt, veluti fluminum, graculorum, ſturnorum, & ſi quid ſimile acciderit, aut incurſus hoſtium fiat.l.ex conducto.15.§.1.locati.

Locatoribus, & conductorib. licitum eſt in penſione ſe inuicem decipere ſine dolo: & ideò prætextu minoris penſionis locatione facta ſi nullus dolus aduerſarij probari poſſit, reſcindi non poteſt locatio. l. item ſi pretio.25. §. ſi.cum l. ſeq.locati.

Locatori, & conductori non eſt licitum ſe inuicem decipere in penſione vltra dimidiam iuſti pretij, vel iuſtæ mercedis.d.§.ſi.& ibi add.marg.

Locator ſi impediat habitationem conductoris propter refectionem neceſſariam domus, tenetur conductori remittere penſionem domus pro rata temporis; ſed ſi impediat ob refectionem non neceſſariam, tenetur ad intereſſe.l.qui inſulam.33.eodem.

Locator ſi parum impediat conductorem frui: putà in reficiendo domum indigentem refectione, non tenetur remittere penſionem: ſecùs ſi ex voluntate, quo caſu ſit deductio de mercede ſi conductor vult pati, ſi tamen vult, poteſt reſtituere.l.habitatores.30.& ibi gl.demoliri.eod.

Locator non tenetur remittere mercedem conductori, vel colono, quando damnum quomodocumque illatum contingit in reb.propriis coloni: ſecùs verò ſi in re locata; quia tunc debet fieri remiſſio. gl.1.in add.in l.damnum.12. C.de locato.

Locator in priuatis locationib. non poteſt penſionum nomine amplius, quàm conuenit petere: in publicis tamen locationib. poteſt.gl.2.in l.legem. 18.C. eodem.

Locatores duo ſi fundum locauerint colono, & vnus eorum penſionem remiſerit contra legem contractus, atque conſuetudinem regionis, hoc alij præiudicium afferre non poteſt.l.circa locationes.19.C.eod.

Reliqua verbo, Merces, Penſio, Colonus, 14.15. Conductor, 10.11. Decipere, Arbitrium, 2.

6 LOCATORI inuecta vt illata in vrbanis habitationib. ſunt obligata pro penſione; quamuis nihil nominatim ſit conuentum.l.4.de pactis.

Locatori inuecta, & illata in ruſticis prædiis non ſunt tacitè obligata, niſi dominus ſciuerit, quæ inuecta, & inducta ſunt.gl.vrbanis.in d.l.4.

Locatori vt inuecta, & illata tacitè ſint hypothecata, requiritur primò, quòd, prædium conductum ſit vrbanum, & non ruſticum, & quòd bona illata, ſint ipſius conductoris, & non aliena, & quòd illata ſint eo animo, vt ibi perpetuò ſint, quamdiu conductor ibi manebit, & quòd conductor ſit perſona, quæ poſſit obligari, & non ſit minor.l.item quia.& ibi gl.illata.eod.

Locatori inuecta, & illata in prædium alienum, etiam aliena ſunt tacitè obligata, ſi dominus conſentiat illationi: quia tunc cenſetur tacitè conſentire obligationi.d.gl.illata.

Locatori non ſunt tacitè obligata bona illata in prædium vrbanum à pupillo, quæ non poſſunt ſine decreto obligari, niſi interueniſſet tutor illationi. ibidem.

Locatori ſecundo res inuectæ per inquilinum tacitè videntur traditæ, cùm illas locator poſſit includere pro penſione.gloſſ. experiri. in l.ſolutum, 11.§.ſolutam.de pign.actione.

Locator ſecundus, qui prior conduxerat, non poteſt dici res inuectas, & illatas in domum poſſidere, cùm illas nec viderit, nec tetigerit. d.gloſſ. experiri. in add.marg.

Locator domus inuecta, & illata non poſſidet, niſi vbi illa incluſerit pignoris iure.l.vtique.34. & ibi add.marg.de damno infecto.

Locator poteſt propria authoritate inuecta, & illata in domum conductam retinere, ſi conductor migrauerit non ſoluta penſione, neque incidit in edictum Diui Marci, neque in leg.ſi quis in tantam.ex quo ius ſibi permittit. d. l. vtique.& ibi gl.fieri.& gl.ſi.in l.pignoris.10.C.de pignor.action.

Reliqua verbo, Inducta, Inuecta, Colonus, 16. Conductor. 7.

LOCATA re quo minùs vtamur, ſi per conductorem ſtetit, vel per caſum fortuitum ex eius parte contingentem, conductor tenetur præſtare ſolidam penſionem.gl.perſonis.in l.ſi vno.17.§.item cùm quidam.locati.

Locata mihi ſi fuerit domus aliena, quæ poſteà mihi donata, vel legata fuit, non teneor locanti ad penſionem futuri temporis: teneor tamen ad penſionem præteriti temporis, ſi aliquid penſionis ante diem legati, vel donationis deberem.l.ſi quis fundum.10.§.ſi.eod.

Locatarum rerum duo ſunt genera; vnum, vt idem redderetur, veluti cùm veſtimenta fulloni curanda locantur, & tunc res domini manet; aliud vt eiuſdem generis reddatur; veluti cùm argentum purgatum fabro datur vt vaſa fierent, aut aurum, vt annuli fierent, & tunc tranſit dominium in conductorem. l. in naue.34.eod.

Locata, vel vendita ſi fuerit res duobus: etiamſi ambo ſoluendo ſunt, tenentur in ſolidum iure Digeſtorum, neque habent beneficium diuiſionis: iure tamen Authenticorum habent beneficium diuiſionis. l.cùm apparebit.50. & ibi glo. pe.eod.

Locato fundo ſi conuenit, vt fructus fundi ſint obligati pro mercede, colonus clam exportans fructus, tenetur locati actione furti, & idem ſi colonus fructus vendiderit, & emptor eos exportauerit: quia fructus efficiuntur furtiui. l. ſi ſeruus communis.63.& ibi gl.locaui.de furtis.

Locata villa cum territorio, & terreno non cenſentur locata loca ſylueſtria ad culturam penitùs inhabilia.l.1.& ibi gl.1.C.de mancip.& colon.patrim.

Locata res in perpetuum videtur dari in emphyteoſim, nec de nouo poteſt ei adiici.gl.retrahenda.in l.ſi.C.de locatione prædiorum ciu.lib.11.

in Locato, & conducto culpa præſtatur.l.3.§.ex hoc edicto nautæ, caupones, & ſtab.

in Locato verbum quandoque promiſcuè ponitur & pro conducto, & etiam pro locato.gl.ex locato.in l.2.ad legem Rhodiam.

Locati actione non poteſt agere ante acceptam pecuniam, qui locauerat operas ſuas.gl.ſi.in l.filij, qui.14.C.de locato.

Reliqua verbo, Actio.144.

LOCVPLES eſt, qui ſatis, & idoneè habet pro magnitudine rei, quam actor reſtituendam eſſe petit.l.quos nos.234.§.1.de verb.ſig.

Locupletem eſſe aliquem, quando eſt cauſa dandæ, vel denegandæ aditionis, inſpicitur tempus litis conteſtationis.l.in pupillo.47.& ibi gl.2.de ſolutio.

Locupletior dicitur ille, qui non eſt pauperior.ibid.

Locupletior an ſit quis inſpicitur tempus litis conteſtationis. l. ſi maior. 33. de minorib.

Locupletior an ſit quis inſpicitur tempus rei iudicatæ, etiam ſi tempore litis cõteſtationis non fuerit locupletior.l.ſi à patre.39.§. quo tempore. & ibi gl. rei iudicatæ.de petitione heredit.

Locupletior nemo debet fieri cum alterius detrimento: quod producit ex æquitate. l.nam hoc natura. & ibi add.marg.de condict. indebiti. & l. iure naturæ. 207.de regulis iuris. & gloſſ.lucrum.& ibi add.marg. in l. ſi quis mancipiis.§. ſi.de inſtitoria actione.

Locupletiorem aliquem fieri, & dolum committere paria ſunt, & vterque pariter tenetur.gl.1.in l.3.commodati.

Locupletior factus videtur quis eo ipſo, quòd non ſit effectus pauperior. † gl. 1.ibid.

Locupletior ſi fiat ex alterius facto ex re mea, neque aduerſus illum ſubſit remedium, in ſubſidium habeo aduerſus te actionem ex æquitate, niſi in tantumdem ſit debitor tibi, vel ex poſtfacto incipiat eſſe.l.ſi pro parte.§.ſi domini.& ibi add.marg.de in rem verſo.

Locupletior ſi factus ſit quis, ex re mea, poſſum ab eo condicere, & ipſe à me, quod expendit, repetit.l.ſi ſeruus.25.§.1.de actio.empti.

Locupletior an ſit facta vxor ex donatione facta ſibi à viro, vel econtrà vir; inſpicitur tempus litis conteſtationis.l.quod autem.8.de donat.inter virum.

Locupletiorem eſſe inſpicitur tempus litis conteſtationis quando præſtat occaſionem dandæ actionis: ſed quando præſtat cauſam condemnationis moderandæ, tunc inſpicitur tempus rei iudicatæ.d.l.quod autem.in add.marg.l.litis conteſtatio.39, de neg.geſtis.

Locupletior dicitur mulier, vel vir, eo ipſo, quòd ab obligatione ſit liberatus: non autem eo ipſo, quòd ſibi pecunia datur, niſi ex ea pecunia appareat aliquid apud eum remanſiſſe.l.ſi cùm mulier.51.de donat.inter virum.

Locupletior non dicitur quis habens ius adeundi hereditatem.l.pretia rerum.63. ad legem Falcid.

Locupletior an ſit effectus agens cùm quæritur inſpicitur tempus litis conteſtationis, & rei iudicatæ.l.4.& ibi gloſſ. .de exceptio.

Locupletior factus ſolutione debiti ſibi facta ſi iterum petat, repellitur exceptione doli.l.apud Celſum.§.ſi quis pupillo.de doli mali exceptione.

Locupletior factus non videtur, qui libertum acquiſiuit. l. nemo prædo. 126. de regul.iuris.

Locupletior pupillus, vel minor an ſit factus iure ſpeciali, conſideratur tempus litis conteſtationis; regulariter tamen ſufficit vtiliter negotium à princ. geſtum.gl.2.in l.1.C.de neg.geſtis.

Locupletior quis ex pecunia recepta tribus modis efficitur, vel quando habet eam pecuniam, vel aliud emptum ex ea, vel quando talem rem emit, quam de ſuo emiſſet neceſſariò; ſed modò periit.gl.2.in l.ſi.C.pro emptore.

Locupletari non debet quis ex alienis laborib. §. 1. Inſtit.per quas perſonas nobis.

Locupletari poteſt dominus negotiorum cum alterius iactura propter ſuam cõtradictionem factam geſtori ita, vt ei non teneatur, licèt bene geſſerit. gl.2.in l.ſi.C de neg.geſtis.

Locupletatur Eccleſia cum alterius iactura propter delictum iacturam patientis gl.ſi.in auth.qui rem.C.de ſacroſanctis.

Locupletari non debet quis regulariter ex aliena iactura: fallit in filiof.in odium mutuantis: quia licèt filiusfa.ex mutuata pecunia libros, vel fundum emerit, quæ etiamſi penes ſe habeat, nihilominùs creditorem agentem repellit per exceptionem Macedoniani.† l.ſed & ſi. §. hoc ſenatuſconſultum. & ibi gl. an extent.& ibi add.marg.ad Macedon.

Reliqua verbo, Diues, Pauper, Idoneus, Æquitas, 1.

LOCVS ſolutionis debet exprimi in libello, quando eius omiſſio debitori eſt nociua.l.2.§.ſi.& ibi gl.fin.de eo, quod certo loco. 1

Locus contractus inſpicitur quoad ſolennitatem: quia ad eam ſpectanda ſunt loci ſtatuta, & conſuetudines: ad aliud autem ſpectatur locus, in quem collata eſt ſolutio.gl.quod verum.in add.marg.in l.eum, qui.§.1.eod.

de Loco, per quem, ſicut de loco, ad quem eſt idem iudicium.gl.deſtinati. in add. mar.in l.2.§.legatis.de iudiciis.

in Loco non videtur eſſe illud, quod dolo legatarij illatum eſt. l. cùm ita legatum.33.de legat.2.

in Loco non videntur eſſe illa, quæ ibi ad tempus ſunt: ſed tantum dicitur illud, quod ibi perpetuò eſt.l.ſi fundus.42.de legat.3. l.qui ſaltum.65. & ibi gl. 1. de legat.3.

Locus loci in teſtamento debet poni, & ſi non ponatur, ſubintelligitur locus, vbi teſtator domicilium habuit.l.quæ conditio.39.§.ſi.& ibi add. marg. de condit. & demonſ.

Locus loci in libello accuſatorio non eſt inſerendus. l.1.§. ibi autem. de vi, & vi armata.

Locus eſt, non fundus totus, & integer: ſed portio aliqua fundi; quandoque tamen locus dicitur etiam fundus.l.locus.60.& ibi gl.1.de verb.ſig.

Loci appellatio non ſolùm ad ruſtica: ſed etiam ad vrbana prædia pertinet. ibidem.

Locum à fundo non ſeparat magnitudo: ſed noſtra affectio. & ideò quælibet portio fundi poteſt dici fundus, ſi iam hoc conſtituerimus.ibid.

Locus ſine ædificio in vrbe area dicitur: rus verò appellatur ager.l.fundi appellatione.211.eod.

§. fi.folut.matr.
Lucri ac damni non eft par ratio.glo.affuerit.in l.poft legatum.§.his verò.de his, quib.vt indignis.
Lucrum non facere,& damnum fentire differunt.l.Proculus. 26. & ibi gl. pe. de damno infecto.
Lucrum capere non dicitur ille,qui damnum, vel fraudem fugit. l. fi fraudator. 24.& ibi gl.faciat.quæ in fraud.credit.
Lucrum ex qua perfona quis capit,ex eadem & damnum fentire debet. gl.adminiftret in l.apud Celfum.§.illa etiam.de doli mali exceptio.
Lucra turpia funt extorquenda ab heredibus.gl.1.ad fin.in l.in honorariis.34.de actio.& obligatio.l.4.& ibi gl.1.& l.cùm falfi.12.de falfis.& gloff.final. in l.1. C.ex delictis defunctorum.
Lucrum pecuniarium non eft præferendum honeftæ vindictæ.l.miles.11.§.focer de adulteriis.
ad Lucrum quilibet anhelat.gloff.fi ex voto.in l.4.§.1.de muneribus.
Lucri ratio quoties in vtriufque caufa vertitur,is præferendus eft, cuius in lucro caufa tempore præcedit.l.quoties in vtriufque.99.de reg.iur.
Lucrum etiam eft ex alieno largiri,& beneficij debitorem fibi acquirere. gl. fi.in l.1.C.de heredib.tutorum.
Lucrum qui perdit,non dicitur damnum pati.l.fi.C.de codicillis.
Lucrum qui fentit,debet etiam fentire grauamen. l. fin. Cod. de legitimis heredibus.
Lucrum non capere aliud eft,& aliud damnum fentire.glof.2.in l.2. C. de vfuris rei iudi.
Lucrum affumit naturam illam,quam habet capitale, l. fi.in ad.marg. C. de frumento vrb.lib.11.
Lucrum dicitur, quod fupereft, omni damno deducto. §. 1. Inftitut. de focietate.
in Lucro adiecta particula tacitè videtur adiecta in damno, & econtrà. §. illud expeditum.Inft.eod.
Lucrum non poteft dici,nifi deducta oneris æftimatione,quod quis fubiit. gl.lucrum.in l.pe.C.de collatio.

Reliqua verbo,Intereffe,1.4.Onus,Poffeffor,9.vfque 14. Societas,8,Socius,7.8.9.

LVCVBRATIO à verbo lucubro,quod eft ad lucernam vigilo,& aliquid compono;ftudium eft ipfum nocturnum.gl.1.& ibi add. marg.in princip. in auth. vt iudices fine quoquo fuffragio.col.2.

1 LVDERE in pecunia vetat Senatufconfultum,nifi in quibufdam cafibus.gl.Senatufconfulta.in l.iurifgentium.§.prætor ait.de pactis.
Ludere ad calculos,vel tabulas non poteft vnus fecummet:quia non reperiretur, quis effet victus,& quis vincens.l.licet.§.fi plures.de procuratoribus.
Ludere in pecuniam virtutis caufa licitum eft.l.2.de aleæ lufu.
Ludere in pecuniam prohibitum eft,præterquàm quando certatur hafta,vel pilo iaciendo,currendo,faliendo,luctando,& pugnando.ibid
Ludere permittitur in eam rem,quæ in menfa vefcendi caufa appofita eft. l. fin. eodem.
Ludere permittitur,vt fi tu pauciora puncta habueris, amittas portionem tuam; fic vt ex pecunia,quam vnus,vel plures amiferint,emantur aliqua,vt communiter vefcantur.d.l.fi.& ibi gl.fin.
Ludere non eft licitum clericis ad tabulas, aut aliis ludentibus participes effe, aut infpectores effe;aliàs fufpenduntur officio per triennium. auth. interdicimus.C.de epifcopis.
Ludere etiam gratis ad tabulas non licet clerico : fed bene ad fchacos. gloff. 4. ibidem.
in Ludendo commiffum non præfumitur animo nocẽdi factum,nifi contrarium appareat ex cõiecturis de induftria admiffum effe.l.fi ex plagiis.54.§.cùm pila.in add.marg.ad leg.Aquil.
ad Ludendum alea fi quis feruo mutuauerit pecuniam, datur contra dominum actio de peculio ; fed non ad plus, quàm ex ea re in peculio eft. l. fi. de aleæ lufu.

Reliqua verbo,Lufor,Clericus,2.

2 LVDENS pila fi vehementiùs pila percuffa in tonforis manum eam deiecerit, & fic ferui,quam tonfor radebat, gula fit præcifa; ille, qui percuffit, tenetur Aquilia,nifi tonfor fit in culpa tondens vbi ex confuetudine ludebatur,vel vbi tranfitus frequens erat.l.item Mela.11.ad leg.Aquiliam.
Ludentes adinuicem fi fe impellant, & impulfus in terram percutit caput, vel crus frangit,impellens non tenetur,nifi ftudiosè feciffet extra naturam ludi.l. fi ex plagiis.54.§.cùm pila.& ibi gl.fi.ad leg.Aquil.
Ludens ad taxillos,fi perdiderit aliquid,poteft illud repetere vfque ad quinquaginta annos,hoc addito, quòd poteft auferre vel furari id, quod amifit in eo ludo,vel æquiualens.gl.fin.in add.marg.in l.fi.de aleæ lufu.
Ludens cum filiofam.vel feruo ludo prohibito,fi amifit, illud amiffum repetere poteft à domino,vel patre,fi dominus manumifit, vel pater emancipauit retento, quod vicerat feruus, vel filius. d. l. fin.& ibi gloff. fin. de aleæ lufu, & aleat.
Ludens ludo alearum poteft amiffum non foluere, & folutum repetere.gl.fi.in l. in exceptionibus.de probatio.
Ludens rem inæftimatam, vel eius æftimationem ludo prohibito non tenetur de euictione:& fi euictione conueniatur,exceptione repellitur emptor. l. fin. & ibi gl.aut ludam.quarum rerum actio.
Ludens ludo prohibito,fi vendat tibi rem,& eius pretium fibi folutum perdiderit,non tenetur tibi de euictione, nec tu vfucapies : fecùs fi in ludo permiffo vendidiffet.† reprob.gl.vendam.& ibi ad.marg.in d.l.fi.

Reliqua verbo,Lufor,Pactum,10.Actio.109.

LVDVS eft crimen, cùm ex eo crimen oriatur. §. illud. in proœmio Digeftorum.
Ludos indignos,peffimos,imò feruiles, & quorum effectus iniuria eft,vel in ipfos doctores,vel focios exercere prohibetur fcholaribus.ibid.
Ludus noxius in culpa eft,imò non eft ludus,ex quo crimen oritur. l.nam ludus. 10.& ibi gl.1.ad legem Aquil.gl.luferit.in c. 1. §. item fi fidelis. quib. modis feudum amit.
per Ludum fi fit nocitum ei,qui eft in ludo,ludo imputatur.d.gl.1.
in Ludo haftæ,pili iaciendi,currendi,faliendi, luctandi, pugnandi licitum eft facere fponfionem:id eft facere conftitutionem præmij victuro: fed alio ludo; vbi pro virtute certamen non fit,non licet.l.3.de aleæ lufu.
in Ludo quod amifit feruus,vel filiusfam. poteft repetere pater, vel dominus. l. fi.eodem.
in Ludo prohibito fi aliquid fit amiffum,datur illius repetitio vfque ad 50. annos.† gl.fi.ibid
in Ludo alearum ludens fi vendat aliquam rem, & poftea euincatur illa ab emptore,non tenetur de euictione.gl.fi.in l.in exceptionibus.de probatio.
Ludo prohibito fi tu vendis mihi fundum Titianum, & fi viceris vendam tibi fundum Sempronianum pro decem,fi fuerit euictus fundus, venditor non tenetur de euictione:& fi conueniatur,repellitur emptor exceptione, nifi fuerit venditio facta in ludo permiffo,l.fin.& ibi glo.vendam. & ibi add. marg. quarum rerum actio.
Ludus fchacorum confiftit in ingenio naturali : tabularum verò confiftit in rebus fortunæ.glof.4.in auth.interdicimus.C.de epifcopis,& cleri.& gl.aut fchematis.in §.interdicimus.in auth.de fanctif.epifc.
Ludi quinque funt permiffi,in quibus tamen non licet ludere vltra vnum folidum,etiamfi fit multum diues,vt fi quem vinci contigerit:cafum grauem non fuftineat.l.final.C.de religiofis.
Ludus comonouolon dicitur ludus, vbi lapis in longum proiicitur. gloff. 1. ibidem.
Ludus comodaulomolo dicitur ludus,vbi lapis,vel palus in breue fpatium proiicitur.gl.2.ibid.
Ludus regindalia dicitur ludus,in quo equites currendo in certam rem proiiciunt. gl.3.ibid.
Ludus reypufara dicitur ludus, in quo pondus dentibus eleuatur. gloff. fina. ibidem.
Ludus equorum ligneorum prohibitus eft.l.fin.C.de religiofis.
Ludus alearum fi in aliqua domo exerceatur,domus,in qua ludus ille reperitur, publicatur.ibid.
Ludo alearum perdens fi foluerit,folutum repetit.qui fi noluerit repetere, fifcus repetet,& conuertet in opus publicum.ibid.
Ludus fchacorum clericis non eft prohibitus:tabularum verò prohibitus eft eis, cùm etiam prohibeatur infpicere eum ludum.§.interdicimus. & ibi gl. fchematis.in authen.de fanctif.epifcopis.col.9.
Ludis facris deferuientes,& agitatores non funt infames.glo.1.in l. 2. C. de fpectaculis.lib.1.
Ludis facris deferuientes propter hoc,quòd fint agitatores, cum id non fit delictum,nullo afficiuntur fupplicio.d.l.2.

Reliqua verbo,Alea,Circenfes,Schachi,Alea,Sponfio,Clericus,1.Filius,117.125.

LVES nomen fignificat quamdam peftem, fiue corruptionem ex aliquo elemento prouenientem.gl.lue.in l.licet.8.C.de locato.

Reliqua verbo,Peftis.

LVGERE tenetur vxor maritum:fed non econtra. l. vxores. & ibi gl.1.de his, qui notan.
Lugere non tenetur filius patrem,nec pater filium : quia matrimonium contrahere poffunt.l.liberorum.eod.
Lugeri non folent hoftes perduellionis damnati, neque fufpendiofi, neque qui manus fibi intulerunt,non tædio vitæ:fed mala confcientia commiffi criminis:eorum tamen vxores intra annum non debent nubere,& fi nupferint, tam ipfæ,quàm qui fcientes ducunt eas,funt infames : fed fi ignorantes ignorantia facti eas ducunt,non funt infames.d.l.liberorum.§.1.
Lugendus non eft ille,qui veniens ad patriam delendam, & parentes, & liberos interficiendos ipfe interfectus eft.l.minimè.34.de religiof.

Reliqua verbo,Mulier,33.vfque 41.Vir,Vidua,Sponfa,1.

LVNATICVS is eft, qui certis lunæ temporibus aut ab infania, aut morbo grauatur.l.qui tertiana.53.in add.marg.de ædilitio edicto.

Reliqua verbo, Demens.

LVO verbum habet multas fignificationes:vnde verfus;Crux luit,æs,trepo, lux mala,pignus,quem,tenebrafque:Ære luo pignus, cruce pœnas, luce tenebras. gloff.lue.in l. licet.8.C.de locato.
Luo verbum fignificat quandóque quando falitur ouis.ibid.
LVPANARIA exercentur in multorum honeftorum virorum prædiis vrbanis, & domibus,& ideò penfiones ex illis perceptæ veniunt in petitione hereditatis.l.ancillarum.§.fi.de petitione heredit.
Lupanar dicitur locus meretricibus deftinatus ad hoc folum,vt fui formam venalem exhibeant.gl.lupanario.in l.palam.43.de ritu nuptiarum.

Reliqua verbo, Meretrix,Proftituere.

LVPVS, aut alia beftia fera fi rapiat paftori meo oues,aut porcos,& aliquis eripiat eos,vel canes eius extorferint,illi porci, vel oues remanent mei tamdiu, quamdiu confumpti non funt;quod fecus eft in auibus,pifcibus, ac feris meis, quæ fi ore lupi,vel beftiæ fuerint liberatæ,fiunt occupantis. l.Pomponius.44. de acqui.rerum dominio,
à Lupo,vel à beftia fera fi eripiat quis porcos meos, vel oues, aut alias res meas, illæ res remanent meæ,& aduerfus eripientem mihi competit actio furti, ad exhibendum,& rei vendicatio,licèt is furandi animo non eripuerit, fi modò repofcenti mihi non reddiderit.d.l.Pomponius.§.fi.
Lupus ex vento viuit.gl.fin.in l.2.C.de aliment.pupillo præftand.

Reliqua verbo,Beftia,Fera.

LVSCIOSVS dicitur ille,qui lumine adhibito ante oculos nihil videt. l. idem Offilius.§.pen.de ædilio edicto.
LVSCVS dicitur,qui lumine adhibito ante oculos nihil videt.gl.lufcus. in l.inter ftuprum.101.§.penulti.de verbor.fignific.
LVSITANI erant hoftes Populi Romani. glof.2. in l.nam & Seruius. de nego.geft.
LVSOR fi contraxerit,vel mutuauerit collufori pecuniam, illámque amiferit, non poteft eam ab eo repetere:fecùs fi extraneus lufori mutuaffet,vel contra-

xiſſet cum eo : quia tunc talis extraneus poteſt eam repetere : licèt luſor eam perdiderit.gl.non omnimodo. in l.quòd ſi minor.§. reſtitutio. de minoribus.

Vide verbo, Ludens.

LVXVRIA dicitur cuiuſque rei abundantia, vel profuſa impenſa,& rerum ſuperuacua abũdantia:nonnumquam tamen pro effreni tum factorum, tum dictorum laſciuia:Theologi verò aliter vſurpant.gl.per luxuriam.in l.1.§. fi. de ædilitio edicto.

Luxuria idem eſt,quod prodigalitas.gl.2.in l.ex damni.40.de damno infecto.

Luxuria quandoque plus habet, quàm caſtitas. gl.fi.in l.ſi ea, quæ. 22. Cod. de adulteriis.

Luxuria non debet habere plus, quàm caſtitas. † gloſſ.caſtitate.in §.ſi in auth.de reſtitutio.& ea,quæ parit.col.4.

ob Luxuriam contra naturam fiunt fames,terræmotus,& peſtilentiæ. authent.vt non luxurientur homines contra natur.per tot.co. 6.

ob Luxuriam contra naturam grauiſſimè offenditur Deus,& in diuinis Scripturis legitur,quòd ex huiuſmodi impiis, & contra naturam actibus ciuitates cũ hominibus pariter perierunt. ibid.

LVXVRIANS contra naturam vltimo ſupplicio damnatur. auth. vt non luxurientur homines contra natur.per tot.col. 6.

Reliqua verbo,Sodomia.

M

MACEDONIANI Senatuſconſulti author fuit Veſpaſianus Romanus imperator.in rub. in add.marg.ad Maced.

Macedo inter multa mala,quæ faciebat, conſueuit mutuare filiisfam. pecuniam ſoluendam poſt mortem patris, & inde ſumpta occaſione filiifam. interficiebant patres, & propter hoc ſtatuit Senatus, vt creditori mutuanti filiofam. nec in vita patris,nec poſt daretur actio, & quòd obſtaret ei exceptio Macedoniani. l.1.& ibi gl.petitio. ad Macedon.

Macedonianum non eſt factum in fauorem filiorum: ſed in odium fœneratorũ. d.l.1.in princip.gl.1.in l.ſi tamen.eod.& gl.fi.in l.fi. C. ad Macedon.

Macedonianum non tollit actionem ipſo iure:ſed oppoſita exceptione.l.1. & ibi gl.exceptio.ad Macedon.

Macedonianum competit arrogato,etiamſi accepta mutua pecunia ſit reſtitutus, vt emanciparetur.d.l.1.§.1.

Macedonianum habet locum etiamſi filiusfa. cui mutuatum eſt,ſit conſul, vel epiſcopus,vel cuiuſlibet dignitatis:hodie non habet locum; quia per huiuſmodi dignitates efficiuntur ſui iuris.d.l.1.§.fi.& ibi gl.fi.

Macedonianum ceſſat vſque ad quantitatem caſtrenſis peculij, vbi filiofam. habenti caſtrenſe peculium mutuatum eſt.d §.fi.cum leg. ſeq.

Macedonianum habet locum vbi filiofa.mutuatum eſt:non vbi vendita,vel locata eſt res.l.4.eod.

Macedonianum vt ceſſet, inſpicitur,an accipiens mutuum ſit filiusfam. tempore numerationis,non tempore ſtipulationis,ſeu mutui.d.l.4.§. fi.

Macedonianum habet locum, ſi quis ſtipuletur à patrefam. quod ei mutuaturus eſt,ac poſteà mutuauerit illi patrifam. arrogato.l.contra. eod.

Macedonianum vt habeat locũ, requiritur,quod mutui datio ſit in pecunia, niſi fraus interueniat,veluti ſi mutuo datum ſit filiofam. oleum, frumentum, vel vinum,vt inde diſtractis fructibus vteretur pecunia,quo caſu habet locũ Macedonianum.l.ſed Iulianus.9.§.mutui datio.eod.

Macedoniani exceptio non ſolùm datur contra mutuantem : ſed etiam contra eius ſucceſſores:& ideò ſi vnus mutuauerit pecuniam, & alius ſtipuletur contra vtrumque dabitur exceptio.d.l.Iulianus.§.non ſolum.

Macedoniani exceptio eſt in rem ex parte eius, cui opponitur. quod ſecùs eſt in exceptione doli.gl. vtrique. ibid.

Macedonianum habet locum ſiue mutuum datum ſit ſub vſuris, ſiue ſine vſuris. d.l.Iulianus. §.item ſi duos.

Macedoniani exceptio datur filij heredibus, ſi pater deceſſerit: vel patri, ſi filius deceſſerit.d.l.Iulianus.§.quamquam.

Macedoniani exceptio competit filij fideiuſſoribus, niſi animo donandi fideiuſſerint.d.§.quamquam.& ibi gl.datur actio.

Macedonianum ceſſat,ſi pater ſoluere cœpit,quod filiusfa.mutuũ accepit, quaſi ratum habuerit.d.l.Iulianus.§.fi.

Macedonianum ceſſat in reſiduo, ſi filius factus paterfa. vel ſui iuris debiti partem ſoluerit.d.§.fi.& ibi gl.

Macedonianum competit filiis vtriuſque ſexus etiam pecunia extante.l.ſed & ſi. §.hoc Senatuſconſultum.eod.

Macedonianum competit non ſolùm filiofam.ſed etiam eius patri, vel eius fideiuſſori,vel mandatori filij accipientis mutuam pecuniam, niſi animo donandi interceſſerint.l.ſed etſi.§.non ſolùm.eod.

Macedonianum non competit voluntate patris intercedentis pro filiofam. accipiente mutuam pecuniam:quia talis contractus à patre videtur comprobatus. ibidem.

Macedoniano non poteſt filiusfam.renunciare, niſi paterfam. factus remitteret exceptionem Macedoniani. gl. fi. in l. fi. C. ad Macedonian.gl.1.in l. tamen. ad Macedon.

Macedonianum habet locum non ſolùm, quando filiofam. mutuatum eſt:ſed etiam ſi iuſſu patris ſui hic nepos acciperet pecuniam.l.filium.16. eod. & l.ſi filius.6.C. ad Macedo.

Macedonianum habet locum ſiue priuatus, ſiue ciuitas mutuauerit pecuniam filiofam. reſtituitur tamen ciuitas. l. nihil intereſt. & ibi gloſſ. 1. eodem ad Macedon.

Macedoniani exceptio nulli obſtat,niſi ei,qui ſciebat, vel ſcire potuit filiumfam. eum eſſe,cui mutuabat.l.pe. eod.

Macedoniani exceptioni locus eſt, vbi mutuans interrogando ſcire poteſt eum eſſe filiumfam.cui mutuabat,niſi mutuans eſſet minor, vel inquirendo, ac interrogando non poteſt certum reddi.gl.1. & ibi add.marg. ibid.

Macedonianum ſtatutum in filiis trahitur etiam ad nepotes, & Macedonianum ſtatutum in pecunia trahitur etiam ad alia ſimilia,ſi in fraudem dentur. gl. 1. in l.ideò.de legib.

Macedonianum ceſſat,vbi datur filiofam.reſtitutio, vel aliud auxilium propter minorem ætatem.gl. litis conteſtatæ.in l.ſi minor.35.de minoribus.

per Macedonianum non tollitur filiofam.debitori ciuilis, nec naturalis obligatio.† reprob.gl.1.in add.marg.in l.ſi pœnæ.26.de condictione indeb.

Macedonianum ceſſat vbi filiusfam.mutuam pecuniam in vſus neceſſarios accepit, licèt poſteà eam perdiderit.l.in pupillo.47.de ſolutio.

Macedonianum licet loquatur in filiofamil. porrigitur tamen etiam ad filiamfam.gl.fi.in l.ſi filius.6.C.ad Maced.

Macedonianum eſt lex prohibitiua.§.illud.Inſtitut. de eo, per quem factum.

Macedonianum introductum fuit: quia ſæpe filiifamil. onerati ære alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam conſumebant,vitæ parentum inſidiabantur.ibid.

Macedonianum prohibuit mutuas pecunias dari eis, qui in poteſtate parentis erant,& ei,qui crediderit,denegatur actio tam contra ipſum filiumfamil. quã filiam,aut nepotem ſiue adhuc ſint in poteſtate, ſiue morte parentis, vel emãcipatione ſuæ poteſtatis eſſe cœperint, quàm aduerſus patrem, vel auum. ibidem.

Macedonianum non habet locum,quando filiusfamil.mutuum recipiens fit miles,vel dixit ſe patremfamiliam,vel, publicè paterfamil.videbatur, vel fuit in ſcholis; vel quando alij creditori ſoluit, vel quando factus paterfam. debitum primò contractum quocumque modo agnouit, vel quando vertit in rem patris, etiamſi non accepiſſet, vt verteretur in rem patris, item quando pater conſenſit, vel præſens non contradixit, item quando factus paterfam.ſoluere cœpit, vel quando poſteà pater ratum habuit expreſſè,vel tacitè, vt quia receperat literas a filio continentes, quod pecunias mutuò acceptas ſolueret, & non eſt ſtatim proteſtatus de contraria ſua voluntate.gl.Senatus. & ibi add. ibidem.

Reliqua verbo,Exceptio,37.Filius,110.vſque 120.Mutuans,6. 7.Mutuum.

MACERIA, ſiue maceries eſt paries,vel murus de lapidib.ſine cemento.glo. 2. in l.penultim.communia prædiorum.& gl.intrà. in l.æde ſacra.73. de contrahend.emptione.

Reliqua verbo, Murus.

MACHINA dicitur omne artificioſè factum.gl.& machinas. in l. quæſitum.§. cellarium.de fundo inſtructo.

Machina frumentaria dicitur arca,vel aliud artificium artificioſè factum ad frumentum tenendum.gl.machinam. ibid.

Reliqua verbo, Actuarij. Automata.

MACHINATIO fit arte verborum. gloſſ. machinationem. in l.1. §.1.de dolò malo.

Machinatio propriè conſiſtit in arte verborum,vt faciendo ciuitates,vel domini inter ſe ligam,& ſocietates prohibitas ſub aliquo colore licito.gl. machinantur.in extrauag.quoniam,qui ſint rebelles.

MAGICA ars non poteſt diſci, neque doceri.l.culpa.8.C.de maleficis.

Magicis artibus multi vtentes elementa turbare, vitam inſontium labefactare non dubitant,qui vltimo ſupplicio puniri debent.l.multi.C.eod.

Magica ars eſt prohibita.§.item lex Cornelia. & ibi gl.ſuſurris.Inſt.de publicis iudiciis.

Magica arte, & ſacrificiis ſceleratis vti prohibitum eſt. l. 1. Cod. de theſauris. lib. 10.

Reliqua verbo,Incantatio,Malefici, Mathematica.

MAGIS:dictio ponitur quandoque electiuè,vt illud,magis volo eſſe diues, quã pauper:quandoque tamen ponitur comparatiuè.gl.1.in l. 1.communi diuid.& l.ſi decem cùm petiero. 48.de verb.oblig.& gl. 1. in l. iubere. de iuriſdictione omnium iud.

MAGIS magidis idem eſt,quod tabularium, ſiue ſcacherium; vel eſt genus lancis.gl 1.& ibi add.marg.in l.ſeruus.36.de condictione indebiti.

Reliqua verbo,Scachorum.

Magiſter in genere. 1.

Magiſter nauis. 2.

Magiſter militum, & officiorum.num.3.

MAGISTER ſuper crimine ſcholaris hodie non cognoſcit : ſed epiſcopus, vel poteſtas.gl.profeſſores.in §.pe.in proœmio Digeſtorum. 1

Magiſtro hodie competit iuriſdictio ſuper ſcholarib.iure magiſtratus, cùm cuilibet magiſtratui cuiuſlibet facultatis idem concedatur, vnde poteſt delegare in ciuili,non in criminali.ibid.

Magiſtro eſt honor bonos habere ſcholares.§.fi.& ibi gl. maximum.in proœmio Digeſtorum.

Magiſter ſutor,vel cerdo,qui diſcipulum in diſciplina eluſcauit: id eſt eruerit oculum,tenetur lege Aquilia,& multò magis qui occidit. l. ſed etſi. §. ſi magiſter.ad leg. Aquil.

Magiſter ſi puero ingenuo diſcenti non benefacienti quod demonſtrauerat, forma calcei ita ceruicem percuſſerit,vt oculus puero perfoderetur, non tenetur actione iniuriarum : quia non faciendæ iniuriæ cauſa percuſſit: ſed monendi, & docendi cauſa,lege tamen Aquilia tenetur, & etiam ex locato. d.§.ſi magiſter.& ibi gl.pe.

Magiſtro docenti conceſſa eſt leuis caſtigatio.d.l.ſed etſi.§.fi. cum l.ſeq.

Magiſtri,qui ciuilium munerum vacationem habent, item grammatici, oratores,medici,& philoſophi habent immunitatem ne recipiant hoſpites.l.fi. §. fi. de muneribus,& honor.

Magiſtri nimia ſæuitia,vel negligentia culpæ aſſignatur.l. præceptores & ibi gl. 1.ad leg.Aquil.

Magiſter ludi verberare poteſt diſcipulum clericum etiam in ſacris conſtitutũ, erga quem debet eſſe humilis doctrina,& modica caſtigatio.gl. 1. add. marg. ibidem

Magiſter, qui filiumfamil. diſcentem in diſciplina vitiauit oculo, tenetur eius patri lege Aquilia ad omne illud, quod minus ex operis filij propter vitiatum oculum pater habiturus eſt,& ad impendia, quæ pro eius curatione fecit.

l. qua actione. 7. eod.
Magistris leuis castigatio concessa est: sed non grauis, & ideò si excesserit in modo castigandi, tenetur ex locato, & lege Aquilia. l. item quæritur. 14. §. Iulianus. locati.
Magistris pro dignitate natalium merces præstari debet. glos. 1. in l. quæro. 61. de iure dotium.
Magistri appellantur etiam cuiuslibet mechanicæ artis præceptores monendo, vel monstrando, l. quibus præcipua. 57. & ibi gl. appellantur. de verb. sig.
Magistri appellantur hi, quib. præcipua cura rerum incumbit, & qui maiorem, quàm discipuli, diligentiam, & solicitudinem rebus, quibus præsunt, debent, vt sunt magistri societatum, & etiam legum, & liberalium studiorum. ibid.
Magister nobilitatur per scholarem, & præses per subiectos, gl. & nobiliores. in §. generaliter. in auth. constitutio, quæ dignitatibus, & episcopa. col. 6.
Magistri liberalium artium excusantur ab oneribus; sed non eorum filij descendentes ex curiali stirpe. l. in filiis. 35. & ibi gl. fi. C. de decurio. lib. 10.
Magistri liberalium studiorum debent excellere primùm moribus: deinde facũdia. l. magistros. C. de professoribus. lib. 10.
in Magistri defuncti locum non debet quis subrogari, nisi fuerit approbatus ad minus à septem doctoribus, & iuratis, & licèt subrogetur in numerum: non tamen subrogatur in gradum. l. si quis in archiatri. C. eod.
Magistri scientiarum, qui fuerint Palatini, habent perpetuam immunitatem ab omnibus muneribus, & ipsi, & eorum filij, & coniuges. l. fi. C. eod.
Magistri legentes in aliquibus locis ad hoc, vt ibi staret multitudo populi, vel in locis priuatis conuocantes homines vndique, vt viderentur habere multos scholares: & sic magis ad pompam, quàm ad vtilitatem, debent prohiberi à dicta ostentatione, & si prohibiti non cessauerint, expellendi sunt à ciuitate, & sunt infames. l. 1. C. de studiis. lib. 11.
Magister non debet facere scholarem legere pro se, cùm quoad docendum personæ industria sit electa. l. 1. & ibi gl. vsurpantes. Cod. de mancipiis, & colon. lib. 11.
Magister eligendus est, qui in se laudabilem vitam probis moribus demonstrabit, & docendi peritiam, dicendi facundiam, & interpretandi subtilitatem, & copiam disserendi se habere patefecerit. gl. quorum. in §. cúmque. in procœmio Institutionum.
Magistri debent primò docere leuia, deinde difficiliora, ne cholares aut studium deserant cùm magno labore ad scientiam diffidenter, ac tardiùs perducantur. §. his igitur. Institu. de Iustitia, & iure.
Magister cæremoniarum: vide verb. designator.
Reliqua verbo, Discipulus, Docere, Doctor, Furere, Scholaris, Sutor, Præceptor, Castigare,
2 MAGISTER nauis dicitur ille, cui totius nauis anchora, & gubernatio commissa, & mandata est. l. 1. §. 1. & ibi gl. anchora. de exercitor. actione. & gl. quæstus, in §. si igitur. Inst. quod cum eo, qui.
ex Magistri facto tenetur dominus, etiamsi ignorantes conditionem, & qualitatem magistri nauis cum eo contrahamus. d. l. 1. de exercitor. actione.
Magistri præpositi naui, vt eam locent ad merces emendas, vel vendendas, aut vt peregrinos veherent, vel ad armenta emenda, obligant exercitorem, & tenetur exercitoria. d. l. 1. §. 1.
Magister naui præpositus, cuius conditionis sit, an liber, an seruus, an exercitoris, an alterius, vel cuius ætatis nihil interest ad hoc, vt exercitoria detur contra dominum: quia præponenti imputatur hoc. ibid.
Magister nauis dicitur non solùm, quem exercitor præposuit: sed etiam ille, quẽ magister præposuit etiam ignorante exercitore, & ex facto tam magistri, quã ex facto illius substituti tenetur exercitor. dict. l. 1. §. magistrum. & ibi gloss. magistrum.
Magistri omnia facta interuenientia gratia eius rei, in qua præpositus est, debet præstare ille, qui eum præposuit, alioquin contrahentes deciperentur. d. §. magistrum.
Magister nauis expressim prohibitus ne Titio magistro vteretur, si eum præposuit, nihilominùs ex facto Titij substituti tenetur exercitor. ibid.
Magister nauis semper intelligitur etiam præpositus ad reficiendam nauem, nisi contrarium exprimatur, gl. impensum. in d. l. 1. §. non autem.
Magister ad vsum eius rei, in quam præpositus est, mutuam pecuniam accipiens obligat dominum; id est exercitorem. dict. §. non autem.
Magister si creditore sciente pecuniam refectioni necessariam acceperit ab eo mutuam quasi in nauem impensurus, licèt mox mutauerit voluntatem, & in vsus suos conuerterit, obligat dominum, & tenetur exercitoria mutuanti. d. §. non autem. & ibi gl. voluntatem.
Magister si ab initio animo fraudandi creditorem ab eo mutuam pecuniam accipiat, non obligat dominum, nisi specialiter expresserit tunc, quod ad nauis causam accipiebat. d. §. non autem.
Magister licèt ab initio accipiendo mutuam pecuniam habuit consilium fraudandi creditorem: tamen obligat exercitorem, si creditor expressit à principio sibi mutuare in causam nauis, & ipse sciebat pecuniam refectioni nauis esse necessariam. d. §. non autem. & ibi gl. non expresserit.
Magister si decepit creditorem in emendo aliquas res necessarias ad nauem, dãnum spectat ad exercitorem, non ad creditorem. d. §. non autem. in fi.
Magister accipiens mutuam pecuniam ad soluendum ei, qui in refectionem nauis crediderat, obligat dominum, & tenetur exercitoria huic secundo creditori, quasi in nauem crediderit. ibid.
Magister naui præpositus ad hoc tantum, vt vecturas exigat, non vt locet: quia fortè ipse dominus locauerat, non obligat dominum, si magister locauerit. d. l. 1. §. igitur
Magister naui præpositus ad locandum tantùm, non ad exigendum, vel ad hoc vt vectoribus locet, non vt mercibus nauem præstet, vel cõtra modum egressus fuerit, non obligat exercitorem. ibid.
Magister naui præpositus vt certis mercibus leuibus nauem locet; veluti legumini, vel cannabi; si marmoribus, vel aliis materiis ponderosis locauit, non obligat exercitorem. ibid.
Magistri quandoque præponuntur nauibus, vt certa regione, & certo mari negotientur, veluti nauibus, quæ Brundusium, vel à Capua, vel à Dyrrachio vectores traiiciunt, & illæ sunt ad onera inhabiles. d. §. igitur.
Magistri plures simpliciter, & non diuisis officiis si fuerint præpositi, etiam sicũ vno eorum fuerit gestum, tenetur exercitor ad illud: secùs si diuisis officiis: veluti vt alter locaret, alter exigeret: quia tunc pro cuiusque officio tantum obligatur. d. l. 1. §. si plures.
Magistri plures præpositi ne alter sine altero quid gerat; si quis cum vno tantùm contraxit, ad illum contractum non tenetur exercitor. ibid.
cum Magistro contrahens habet electionem, vtrùm velit conuenire exercitorẽ per exercitorem, vel magistrum per actionem ciuilem, putà ex empto, vel simili, d. l. 1. §. est autem. & ibi gl. exercitorem. & gl. seq.
Magistro mortuo nihilominùs tenetur exercitor. l. si tamen. §. fin. de exercitoria actione.
Magister nauis non tenetur excutere fortunas vniuscuiusque vectoris ad hoc, vt pro damno iactarum mercium non teneatur pro eo vectore, qui soluendo non est. l. 2. §. si nauis. & ibi gl. non sint. ad legem Rhodiam.
Reliqua verbo, Caupo, Nauta, 2. Exercitor, Actio, 208. Creditor, 80. 81.
MAGISTER militum dare non potest sententias. gl. militarib. in l. 1. C. de Iustinianeo Codice confirm.
Magistri militum, & alij, qui habent experientiam negotiorum, licèt illiterati, possunt causas dirimere, & sententias proferre. l. certi iuris. 15. C. de iudiciis.
Magister militum literarum peritus, non tamen iuris, potest causas dirimere, & sententiare inter milites tantùm, & non inter alios. gl. magistratus. ibid.
Magistri militum habent iurisdictionem inter milites, vel priuatum actorem, & reum militarem etiam in ciuilibus quæstionibus. l. pe. C. de iurisdictione omnium iud.
Magister militum solus inter milites habet coertionem in militari crimine, veluti si vendidit arma. gl. 2. ibid.
Magister militum non potest pronunciare contra non militem: si non habet cõmissionem ab eo, sub cuius iurisdictione ille est. l. 2. C. si à non competenti.
Magister militum etiam si sit datus ab eo, à quo dari non potest contra non militum, non potest pronunciare: etsi pronuntiet, non valet sententia, neque est necesse appellari. d. l. 2. & ibi gl. j.
Magister militum dicitur habere dignitatem. in princ. in auth. vt ab illustrib. & qui super eam dignit. col. 1.
Magistri militum suos domesticos senatores, ducenarios, vel centenarios facere non possunt. l. j. C. de priuileg. scolarum. lib. 12.
Magistri militum milites senatores suos scholares verberare, aut degradare non possunt: sed istud spectat ad magistrum officiorum. ibid.
Magistri sacrorum scriniorum sunt, quos Cicero pecuniæ principalis custodes vocat, & obseruatores sunt, & proximi sacrorum scriniorum, qui seruant principis libellos, quos candidatus quæstor legebat, veluti & scrinarij rursus, qui cuiusque præsidis, ac iudicis acta seruabant, ac quæstoris ærarij quoque. in rub. in add. marg. C. de magistris sacror. scrinio. lib. 12.
Magistri sacrorum scriniorum etiam dignitate finita vnà cum eorum filiis à grauamine priuato, & publico sunt immunes, & pœna 50. aureorum imponitur contra eos, qui compellunt eos munus subire. l. 1. C. eod.
Magistri officiorum dicebantur, quibus cura erat procurare, vt milites cæteros in acie antecederent, quibus meliora stipendia darentur, vel labor prolixior anteire faceret: his etiam incumbebat quotannis Cæsaribus referre, quemadmodum militum numerus se haberet; castrorum, ac clausularum iura procederent. in rub. in add. marg. l. de quæstorib. lib. 12.
coram Magistro officiorum conueniri debent duces, & apparitores, & limitanei castrorum præpositi, nec per hoc derogatur iurisdictioni militum Thraciæ, & Illyrici, qui consuetudine contra eos iurisdictionem habent. l. eos. C. de diuersis officiis.
Magister militum non habet iurisdictionem inter priuatos. l. qui restituere. 67. de rei vendic.
Magistratus in genere. nu. 1. vsque 10.
Magistratus municipalis. 10.
Magistratus dantes tutores, & recipientes fideiussores, & an possint esse tutores 11. 12. 13.
MAGISTRATVS dicitur: quia magis instat vtilitati publicæ. gl. 2. in l. qui accusare. de accusat.
Magistratus sunt quadruplices: scilicet princeps, qui est primus, illustres, spectabiles, & clarissimi. gl. 1. in l. præcipimus. 32. C. de appellation.
Magistratuum ordines sunt tres: quidam sunt maiores, quidam medij, quidam minores. §. illud etiam. & ibi gl. veneranda. in auth. de appella. & intra quæ.
Magistratuum habentium ordinariam iurisdictionem quinque sunt genera; quidam sunt superillustres, alij illustres, & hi litigant per procuratorem tantùm, & sunt illustres, vt præfectus prætorio Orientis, & Illyrici, item vrbis Romæ; alij sunt spectabiles, qui post illustres sunt, vt proconsules, præfectus Ægypti, qui dicitur Augustalis; item alij sunt minores, ut clarissimi, & præsides prouinciarum; alij sunt minimi, vt nec nomen habeant, vt pedanei; ordinarij tamen sunt, vt defensores ciuitatum, & municipiorum, & de minimis causis iudicant. gl. post magnificẽtissimos. in §. fi. in auth. vt ab illustrib. & qui super eam. col. 1.
Magistratus vt sint in repub. cuilibet interest: parum enim prodesset iura esse in ciuitate, nisi sint homines, qui iura reddere possint. gl. in sacris. in l. 1. § huius. de iusti. & iure.
ad Magistratum decemuiri constituti sunt: hi cùm magistratum prorogarent, & rem iniuriosè tractarent, neque vellent deinceps alios magistratus loco sui constituere, vt ipsi, & factio sua perpetuò rempub. occupatam retinerent, à Virginio sumpta occasione populus secessit in montem Auentinum, populique consensu partim magistratus in carcere necati, partim in exilium acti, respub. suum statum accepit, quem habebat ante legem 12. tab. l. 2. §. deinde cùm ærarium. de orig. iuris.
Magistratibus vespertinis temporibus in publicum exire inconueniens erat, & ideò quinque viri constituti sunt, qui possent pro magistratib. fungi. d. l. 2. §. constituti.
Magistratus, ac dignitates postulare de iure licitum est. l. Barbarius. de officio prætoris.

officium, tunc vnus non conuenitur propter administrationem alterius, nisi demùm excusso nominatore, & demùm cum & collegam debuit suspectum facere, & idem in tutoribus dicendum est. ibid.

Magistratus reipub. quib. officium indiuiduum fuit commissum, si diuisim gesserunt, diuisione facta ab ipsis, & non à iudice: tunc non conuenitur vnus propter administrationem alterius, nisi demùm nominatore excusso: sed tunc secus est in tutorib. sed si vnus tantum esset, cum omnibus indiuisim esset iniunctum: tunc non conuenitur vnus propter administrationem alterius, nisi excusso nominatore. d. glos. nominauit. & d. gl. fi. in l. 3. C. de conueni. fisci debit. lib. 10. & l. quid ergo. 13. ad municipalem.

Magistratus nominans sibi successorem tenetur pro mala administratione sui successoris: sed non fideiussor ipsius nominantis. l. libertus. §. pe. & ibi gl. nominauit. ad municipalem.

Magistratuum fideiussores, qui saluam rempubl. fore spoponderunt, item magistratuum nominatores tenentur emendare damnum ciuitati illatum per eum: non tamen tenentur ad pœnam. d. l. libertus. §. fi.

Magistratus quilibet hodie iure magistratus potest restituere in integrum fauore minorum, cùm generaliter etiam possit delegari. gl. fi. in l. ea, quæ. 26. eod.

ad Magistratuum officium pertinet exigere legata reipub. relicta, & si non exegerint, ipsi magistratus, & eorum heredes tenentur, & si soluendo non fuerint, tenentur fideiussores eorum. l. fi. §. Imperatores. eod.

Magistratus coactus agnoscens officium non minus cauere debet de indemnitate reipub. quàm qui sponte agnouit. d. l. fin. §. fi.

ad Magistratus non sunt eligendi illi, qui sunt tenues, & exhausti, & inopes. l. rescripto. de munerib. & honorib.

7 in Magistratum creatus in municipio à præside debet cogi agnoscere illud munus remediis, quibus tutores cogi solent. l. si quis magistratus eod.

Magistratum subire non cogitur quis ampliùs, quàm semel, nisi necessitas id fieri postulet: vt quia non inueniantur alij idonei. l. æstimationem. eod.

Magistratus vnus ex duobus habentibus administrationem rei ad ciuitatem pertinentis, si malè gesserit, tenetur alter ciuitati, & quod vnus soluit ciuitati pro mala gestione alterius, recuperat ab eo, pro quo soluit, & ab eius heredib. l. 2. §. ius reipub. de administrat. rerum ad ciuit.

Magistratus finito officio non tenetur. gl. mag. in l. 4. eod.

Magistratus reipub. non solùm dolum: sed & latam negligentiam, & etiam diligentiam tenentur præstare. l. magistratus. eod.

Magistratus, qui pecuniam publicam tempore sui magistratus, & etiam post non pauco tempore apud se detinet, tenetur præstare eam cum vsuris, nisi aliquid allegare possit, ex qua causa tardius intulerit. l. fi. §. fi. eod.

Magistratus non debet cogere piscatores, nec rusticos, vt deferant ad ciuitatem vtensilia: scilicet frumentum, & gallinas, & pisces, & similia, & vendant ciuibus minutatim, cùm per hoc relinquerent agros incultos, cùm debeant ea summatim vendere, & statim reuerti ad agros. l. 1. de nundinis.

Magistratu potest quis resistere in illicitis. gl. fi. in l. toties. de pollicitatio.

per Magistratum quod publicè fieri potest, non est singulis concedendum, ne occasio sit maioris tumultus. l. non est singulis. 137. de regulis iuris.

Magistratus vniuersitatem repræsentat. gl. 3. in rubr. C de contractibus iudicum.

Magistratus, vel defensores plebis possunt volentibus donationis instrumenta reseruare: eisdémque robur adiiciat series gestorum apud vnum eorum confecta. l. 1. C. de officio iuridici Alex.

Magistratus iure competit, ergo est mixti imperij, non est bona consequentia. gl. 5. in l. fi. C. vbi, & apud quem.

8 Magistratui, vel alicui personæ publicæ si prohibeat quis, ne soluant alicui præbendam, quam ex publico debet habere, prohibens tenetur ad quodcumque damnum cum vsuris, quod passus est ille, qui debuit habere illam præbendam. gl. fi. in auth. sed iam. C. depositi.

Magistratus minores possunt conueniri durante officio, aliud est in ordinariis. gl. examinare. in §. volumus. in auth. vt iudices sine quoquo suffragio. col. 2.

Magistratus durante offic. conueniri non potest. gl. eum, qui. in §. si tamen contigerit. in auth. vt differentes iudices. col. 9.

ad Magistratus: putà ad defensoris ciuitatis, vel præsidis officium pertinet conuocare consilium, & facere eligi officiales, & eis electis nunciare, vt possint, si velint, appellare, & qui malè nominat, tenetur ad sumptus. l. 2. C. de curionib. lib. 10.

9 ad Magistratum nominatus si fuerit contumax, loco eius alius eligitur, & is interim bona contumacis habebit, & contumax duplicato tempore debet officium exercere. l. si ad magistratum. C. eod.

ad Magistratum nominatus cogi debet suscipere, & exercere remediis prætoriis, & interim si quod damnum habet ciuitas, tenetur emendare illud. d. l. ad magistratum. & ibi gl. 2.

Magistratuum nominatio debet fieri ante per tres menses, quàm incipiat administratio, vt si nominatus se excuset, possit alius eligi. gl. 1. ibi.

Magistratus sunt eligendi ex decurionibus tantùm. gl. duumuiratus. ibi.

Magistratus nominatus antequàm suscipiat magistratum, cogitur suscipere, & inchoatum perficere, etiam si iurauerit se non suscepturum. gl. 1. in l. Circensium. 10. C. eod. tit. & lib.

Magistratus deserens magistratum inchoatum cogitur perficere, ac refundere expensas, quas ciuitas fecit pro eo. d. l. Circensium.

ad Magistratum pertinet sibi nominare successorem; sed electio pertinet ad cõsilium ciuitatis. l. fi. & ibi gl. 1. C. de periculo nominatorum. lib. 11.

Magistratuum fideiussores tenentur reipub. ad interesse, non ad pœnam, in quam magistratus delinquendo incurrunt. l. j. C. de periculo eorum, qui per magistr. lib. 11.

Magistratu appellationis vacante, ad populum, non ad successorem appellari debet. gl. ad Imperatorem. in c. 1. si de inuestitura inter dom. & vasal.

Magistratu negligente administrare iustitiam licitum est ad populum eius loci recurrere, qui iustitiam, ac iurisdictionem exerceat. ibi.

ob Magistratus inopiam non debet quis sibi ius dicere: nam si aberat, debet expectari. gl. expectandi. in c. 1. in princ. de consuetud. recti feudi.

Magistratus dicuntur gerere honores. §. prætorum. Inst. de iure naturali.

Magistratui minori quod licet, licitum est etiam maiori. gl. magistratus. in l. 2. de adoptio.

Magistratus maior si coercetur propter dolum, vel negligentiam, à fortiori minor magistratus. l. ne custod. reor.

Reliqua verbo, Ædiles, Conuenire, 2. Delegare, per tot. Filius, 68. 69. 70. Lictor, Matrimonium, 21. Minor, 13. Officiales, Ordinare, Præses, Tramites, Iudex, per tot. Defensor, 6. Immunis.

MAGISTRATVS municipalis potest exercere iurisdictionem voluntariam, vt emancipationes, & manumissiones. gl. 1. in l. magistratum. de adoptio. 1

Magistratus municipales non possunt ad mortem damnare. l. magistratibus. de iurisdict. omn. iud.

Magistratus municipales habent modicam coertionem, sine qua iurisdictio esse non potest. d. l. magistratus. & ibi gl. fi.

Magistratus municipales si damnum iniuria dederint, tenentur de damno dato lege Aquilia. l. quemadmodum. 29. §. magistratus. ad legem Aquil.

Magistratus municipalis dicuntur ciuitatum decuriones. l. si quis. 12. §. fi. in add. marg. de religiosis.

Magistratus municipales iure magistratus possunt iubere cauere, cùm à prætore mortuo speciali iure in causa damni infecti propter celeritatem, quæ in ea requiritur, sit delegata. l. 1. & ibi gl. fi. de damno infecto.

per Magistratus municipales possunt expediri, & delegari causæ damni infecti, & aliæ, quæ celeritatem desiderant. d. l. 1. & ibi add. marg.

Magistratibus municipalibus in causa damni infecti prætor, vel præses delegauerat cautionem: scilicet quòd possent iubere cauere, item quòd possent diem protelare, & mittere in possessionem ex primo decreto, & quòd possent cognoscere super actione in factum: sed non delegauit eis missionem ex secundo decreto. l. dies cautioni. §. 1. & ibi gloss. actionem. & gloss. possessionem. eodem.

Magistratus municipalis in causa damni infecti non faciens ea, quæ sibi ex edicto prætoris delegata sunt, tenetur actione in factum ad verum interesse. d. l. dies. §. in eum.

Magistratus municipij existentis prope vrbem, vel prope locum, vbi est præses, non debet se interponere in causa damni infecti: sed debet recurri ad prætorem, vel præsidem, & ideò etiam si requisitus se non interposuerit, non tenetur actione in factum ad interesse. d. l. dies. §. pe. & ibi gl. potuerit. & ibi add. marg.

Magistratus municipalis necessariò munus subit, vt tutor. gl. fi. in l. in honorariis. 34. §. fi. de actio. & oblig.

Magistratus municipales perpetuò, etiam finito officio, tenentur ex contractu nomine municipij facto de eo, quod non est versum in vtilitatem municipij: secus de eo, quod est versum in vtilitatem municipij: quia tunc non ipse magistratus: sed ipsa ciuitas, vel municipium tenetur. d. § fi. & ibi gl. fi.

Magistratus municipalis non potest seruum ad mortem damnare. gl. deportandi. in l. 2. §. 1. de pœnis.

Magistratus municipales licèt sint duo: tamen cùm vnum magistratum administrent, vicem vnius hominis sustinent. l. magistratus. 25. ad municipal.

Magistratus municipales non possunt facere ea, quæ sunt meri, & mixti imperij. l. ea, quæ. 26. eod.

Magistratus municipales non possunt in integrum restituere, nec mittere in possessionem causa rei, vel dotis, vel legatorum seruandorum. d. l. ea, quæ.

Magistratus municipalis potest consensu partium cognoscere, & iudicare de re maiori pecuniaria, quàm sibi liceat ratione iurisdictionis. l. inter cõuenientes. 28. eod.

in Magistratum municipalem non potest quis consentire de causis meri, & mixti imperij, vt de illis possit cognoscere, & iudicare, cùm tales causæ exigant maximos iudices. gl. 1. ibid.

Magistratus municipalis, vel defensor ciuitatis ratificare non potest emptiones, & donationes iudicibus factas in suis prouinciis. gl. 3. in l. 1. C. de contractibus iudicum.

Magistratus municipalis, & defensor ciuitatis non habent merum imperium: sed modicam iurisdictionem, & coertionem. ibid.

Magistratus ciuitatum dicuntur ciuitatum defensores: magistratus municipales dicuntur municipiorum, villarum, vel burgorum. gl. in rubr. C. de magistrat. municip.

Magistratus municipales conficiendorum actorum habent potestatem. l. 2. C. eodem.

Magistratus municipalis non potest accipere aliquam administrationem extra suos terminos, & exire municipium, nisi publica vtilitas adsit. l. duumviri. 53. & ibi gl. fi. C. de decu. lib. 10.

Magistratus municipalis non potest exercere suum officium extra suos terminos, nisi publica adsit vtilitas. ibid.

Magistratus ciuitatis dicitur esse membrum ciuitatis. l. 2. Cod. de apparitoribus proconsulis. lib. 12.

Magistratus municipales dicuntur potestates, qui hodie eliguntur, vel defensores ciuitatum. gl. in criminalibus. in extrauag. de pace Constantiæ. §. nos.

Magistratus municipalis potest agere pro sua ciuitate, vel municipio. gl. personæ. & ibi add. in §. fin autem. Inst. de satisd.

Reliqua verbo, Duumviri.

MAGISTRATVS iussu præsidum dant tutores. gloss. 2. in l. fi. de tutoribus datis.

Magistratus dans tutores non debet conueniri pro tutore non idoneo, priusquã contutores conueniantur etiam nomine illius. gl. administraret. in l. Lucius. 47. §. 1. de administr. tut.

Magistratus si dedit curatores reipublic. ad administrandam hereditatem sui debitoris, curatore vno facto non soluendo tenetur nomine eius magistratus legitimo heredi, ad quem illa pertinet, nec cæteri administratores tenentur pro eo, etiam si administrationem diuiserint. d. §. 1. & ibi gl. administrant.

Magistratus, qui dedit curatores reipub. ad administrandam hereditatem sui debitoris,

Maior 18. an. minor verò 25. non restituitur à contractu inito pro redimendo patre, vel consanguineo captiuo. gloss. 4. in auth. si captiui. C. de episcopis, & cler.

Maior factus si ratificat ea, quæ in minori ætate gessit, restitutionem perdit. l. 1. C. si maior factus ratum.

Maior factus non potest ratihabitione confirmare contractum dolo in minori ætate initum, si tempore ratihabitionis etiam lateret dolus. gl. 1. ibi.

Maior factus potest ratificare contractum dolo in minori ætate initum, si tempore ratihabitionis sciret. ibid.

Maior factus frustrà rescissionem eorum postulat, quæ in minori ætate gesta sunt, siue à minoribus, siue à tutoribus. l. 2. C. eod.

Maior succendens minori habet annum vtilem: hodie quadriennium continuū ad petendam restitutionem ex persona defuncti. l. ea, quæ. 5. §. cùm verò. C. de temp. in integ. restit.

Maior succedens minori iure ciuili ab intestato, vel ex testamento, ab adita hereditate habet annum vtilem ad petendam restitutionem ex persona defuncti; si succedat iure prætorio, à tempore bonorum possessionis occupatæ. ibidem.

Maior succedens maiori decedenti intra quadriennium restituitur tantùm intra illud tempus, quod supererat defuncto, neque habebit tempus minoris ætatis. gl. fi. in d. l. ea, quæ. §. si verò.

Maior si succedat minori, iacente hereditate tempora restitutionis, quæ competebant minori defuncto, non currunt: quia tempus necessariæ, & iustæ absentiæ subducitur de medio; nisi dolo, vel fraude heres aditionem differat. d. gloss. fi.

Maior succedens minori, ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis nō habet, nisi annū ex persona illius, etiam si plus illi supererat, vel minus de xij. anis. aliàs ex persona defuncti habet annum vtilem, vel quod ei supererat de anno vtili. gl. pe. in auth. si minor. C. eod.

Maiores in restitutionibus propter absentiam causa reipub. iudicis officio iuuari possunt: sed maiores ex aliis causis iure actionis, vel de dolo, vel quod metus causa, vel simili restitui possunt. gl. in maiorem. in l. fi. C. eod.

Maiores restituuntur si propter officium legationis factum ad Principem, absentes, & indefensi condemnati fuerint. l. 1. C. quibus ex causis maiores.

3 Maiores, qui legationis officio ad Principem à ciuitate funguntur, in eo priuilegio sunt, in quo absentes causa reipub. l. 1. C. quibus ex causis maiores.

Maior absens propter legationis officium ad Principem à ciuitate, vel à Principe factæ, si nullo modo fuerit defensus, vel minus legitimè defensus, restituitur ad totam causam: sed si legitimè fuit defensus, tunc ad appellandum. gl. j. & 2. ibidem.

Maiori detento in carcere succurritur, si proptereà non potuit comparere, & restituitur in integrum ad totam causam. l. 2. C. eod.

Maioribus in contractibus bonæ fidei enormiter læsis officio iudicis subuenitur. l. 3. C eod.

Maior potest petere restitutionem intrà quadriennium. gl. 2. in l. cùm te. 9. Cod. de probat.

Maior rectè poterit pacto, vel nouatione gratis remittere sibi debitum, gl. fi. in l. 3. C. de in litem iurando.

Maiores 55. annorum excusantur à muneribus personalibus: sed non à patrimonialibus. gl. 1. in l. 1. C. qui morbo se excusant.

Maior, & honestior reputatur, quanto præest melioribus. §. nos igitur. in auth. de defensor. ciuitat. col. 3.

Maior si punitur, multò fortiùs punietur & minor. l. fi. C. de petitio. bonor. sublat. lib. 10.

Maiores quandoque puniuntur, vt terreantur minores. d. l. fin. & ibi gl. cæterisque.

Maior si vendidit, & iurauit deceptus vltra dimidiam, non potest agere remedio leg. 2. C. de rescin. venditione. gl. super contractibus. in extrauag. hac edictali. §. cùm sacramenta de pace tenend. inter subd.

Maior potest renuntiare iuri reuocandæ donationis. d. gloss. super contractibus. post med. & ibi add. marg.

Maior 17. annorum potest postulare, allegare, & aduocare pro alio: non tamen potest pro se esse in iure: sententia tamen contra eum lata valet: sed rescinditur. §. fin. & ibi gl. pe. & add. marg. Inst. quibus ex caus. manumittere.

Maioris authoritas excusat. glos. propter prætoris. in l. iniuriarum 13. §. 1. de iniuriis.

Reliqua verbo, Minor, per tot. Pubes, Restitutio, 10. vsque 13.

4 MAIOR pars creditorum in remittenda quota parte debiti consideratur primò respectu cumuli debiti: secundò respectu numeri personarum: tertiò respectu dignitatis. l. maiorem. de pactis.

Maior pars quoad facit, omnes videntur facere, quod verum est in his, quæ pertinent, vt vniuersis, vt in rebus collegij: quandoque tamen requiruntur duæ partes. gl. parte. in l. & suum. §. fi. eod.

Maiori parti arbitrorum stari debet. l. item si vnus. §. fi. de arb.

Maior pars arbitrorum poterit sententiare aliis præsentibus, & tacentibus: secus tamen est in iudicibus ordinariis, vel delegatis: quia omnes debent loqui glo. sed aut omnes. in d. l. item si vnus. §. 1.

Maioris partis consensus præiudicat aliis in rebus communibus vt vniuersis: secùs verò in rebus communibus vt singulis. gl. fi. & ibi add. in l. per fundum. de seruit. rustic. & gl. maris. in auth. hoc ius. C. de sacrosanctis. & gl. maior. in §. sed si ex testamento. Inst. de satisdat. tut.

Maior pars heredum non ex numero personarum tantùm: sed ex magnitudine portionum hereditariarum intelligitur, & idem etiam dicitur in creditoribus. l. si plures. & ibi gl. 3. depositi.

Maior pars creditorum non præiudicat minori parti habenti pignus, vel hypothecam in remittendo partem debiti. glo. debitoris. in l. si præcedente. 58. §. si Lucius. mandati.

Maior pars creditorum in remittendo debitori partem debiti non præiudicat minori parti creditorum absentium contra fideiussorem, vel mandatorem, nisi ipsi etiam consenserint remissioni. d. §. si Lucius.

Maior pars decurionum præsentium debet conuenire in datione tutoris: quando eis competit datio propter absentiam eorum, qui dare possunt, & attenditur maior numero personarum, vel ætate, vel dignitate, vel authoritate. l. vbi absunt. 19. & ibi gl. 2. de tutoribus datis.

Maior parti standum est. gl. is autem. in l. 3. §. fi. de administrat. tutorem.

Maior pars iudicum intelligitur respectu numeri, & etiam dignitatis, quando iurisdictio competit plurib. vt singulis: secùs quando competit pluribus vt vniuersis. gl fi. & ibi add. marg. in l. si vni ex plurib. 36. de re iud.

Maior pars quandoque non potest præiudicare minori. gl. 1. in l. quod maior. ad municipal.

Maior pars consideratur non solùm respectu maioritatis numeri: sed etiam dignitatis, & sapientiæ. d. gl. 1. in add. marg.

à Maiori parte factum vt habeatur ab omnibus factum, debent vocari absentes, & esse præsentes duæ partes, & maior illarum duarum partium consentire. d. l. quod maior.

Maiore parte anni possedisse intelligitur quis, etiam si duobus mensibus tantum possederit, si modo aduersarius eius, aut paucioribus diebus, aut nullis possederit. l. maiore. 156. de verborum significatione.

Maior pars intelligitur considerando primò numerum, secundò dignitatem. gl. maiore. in auth hoc ius. C. de sacrosanct.

Maior pars intelligitur etiam si sit maior pars duarum partium præsentium tantùm, neque consideratur tertia pars absens, quo casu vocari debet. ibid.

Maior pars sufficit in debitore habente plures creditores, & potest inferri mortuum in locum communem: & si debitum, vel locus pertineat ad plures, vt ad singulos. gl. maioris. ibid.

Maioris partis iudicio quandoque non statur fauore libertatis. l. 1. & ibi gl. vno ex his. C. de communi seruo manumisso.

Maioris partis ratione quis consequitur maiorem potestatem. gl. ampliorem. in l. sancimus. 34. §. ne autem. C. de donatio.

Maior pars monachorum, vel collegij attenditur primò in numero: secundò in dignitate. gl. in eis. §. hoc etiam. in auth. de alienatione, & emphyteus.

Maioris partis iudicio in collegio standum est. gl. 1. & fi. in l. nominationum. 45. C. de decurionibus. lib. 10.

à Maiore parte collegiatorum factum, minore parte contradicente, ratum quoad omnes debet haberi: quia omnes collegiati rediguntur ad instar vnius corporis. gl. maior. in extrauag. de pace Constantiæ. §. in Christi nomine.

Reliqua verbo, Minor.

MAIORI summæ inest minor. gl. consenserunt. l. diem proferre. §. si plures. de arbitris. l. rogatus. 13. & ibi gl. fi. mandati. l. quoties. 9. §. sed si non. & ibi gloss. in semisse. de heredibus inst. l. qui concubinam. 29. & ibi gloss. minor. de leg. 3.

in Maiori summa etiam negatiuè prolata continetur minor. in l. si vnus. §. si cùm mihi. de pactis.

Maior causa minorem ad se trahit, vnde per minorem causam maiori cognitioni non fit præiudicium, l. per minorem. 54. de iudiciis.

in Maiori summa inest minor in summis affirmatiuè prolatis. l. cùm furti. de in litem iurando.

Maioris pretij res accedere potest ei, quæ est minoris pretij. gl. in l. iustissimè. 44. de edilitio edicto.

in Maiori summa inest minor intelligitur, nisi de maiori summa facta sit alia summa specialis, l. ex facto. 43. §. item quæro. de vulgari.

in Maiori summa inest minor, siue loquamur in summa quotitatiua, siue in quātitatiua. l. qui quartam. 15. de leg. 1.

in Maiori summa inest minor ex proprietate sermonis, nisi constet de voluntate partium, quòd in maiori quantite non sit minor. l. 1. §. si stipulanti. & ibi gl. non erit. & add. marg. de verb. obligat.

in Maiori summa inest minor in materia pœnali, & odiosa; nam promittens sub pœna non agere ad centum, si petat partem: putà quinquaginta, incidit in totam pœnam. l. 4. §. Cato. in fi. de verb. oblig.

Reliqua verbo, Minus.

MAIVMA Græce, Latinè dicitur ingressus. scilicet æstatis: quando herbæ, frondésque virentes lætificant prouinciales. gl. in rub. C. de maiuma. lib. 11.

Maiuma erat festiuitas, quæ Romæ mense Maio fiebat, cùm Romani maritimam vrbem adeuntes Hostiam inter aquas voluptatibus incumbebant sese inuicē inuadentes. gl. in d. rub. in add. marg.

Maiumæ lætitia, quæ ab Imperatoribus propter elationem prouincialium ablata fuit, nunc redditur eis, ita tamen, vt in ea seruetur honestas, & verecundia castis moribus perseueret. l. 1. C. de maiuma. lib. 11.

Maius cui interdicitur multò magis minus. gl. per consequentiam. in l. moris. §. 1. de pœnis.

Reliqua verbo, Minus.

Mala fides in genere, 1. 2.

Mala fidei possessor, 3. 4.

MALA fides venditoris, si emptor bonam fidem habeat, non nocet emptori ad vsucapionem illius rei. gl. 1. in l. item si res. de alienatione iudicij. 1

Malam fidem ab initio habere, vel ex postfacto superuenire quantum ad restitutionem fructuum paria sunt. l. sed & si lege. §. de eo autem. de petitione heredit.

Mala fides an ab initio, vel an ex postfacto superueniat, nihil refert quoad fructus: sed bene quoad fatalitatem, vel periculum interitus rei. gl. parui enim. ibidem.

Mala fides ab initio, an ex postfacto superueniat etiam quoad fructus, refert in eo, qui habet titulum: secus in eo, qui non habet titulum. ibid.

Mala fides ab initio, an ex postfacto superueniat, nihil refert quoad fructus in petitione hereditatis: secùs in petitione singulari. d. gl. parui. & ibi add. ibid.

Mala fides ab initio, an ex postfacto superueniat, refert in vsucapione: quia ad vsucapionem ab initio sufficit bona fides, & per superuenientem malam fidem de iure ciuili non interrumpitur: secus tamen est de iure canonico. ibidem.

Malam fidem non inducit iuris error, vt si heres scriptus putans testamentum

Reliqua verbo, Bonæ fidei poſſeſſor, 1. vſque 8. Emens, 16. vſque 21. Emptor, 26. Fructus, 8.9.10. Poſſeſſor, 5.6.7.8.

MALEDICENS Principi ex leuitate, vel inſania non punitur:ſed ſi per iniuriã maledixerit, Princeps debet æſtimare vtrùm, & qualiter puniatur, quod facit ex cauſis,& perſonis.l.1.C. ſi quis Imperatori maledix.

MALEFACTORES puniri ſpectat ad commoditatem ciuitatum; expedit enim reipub. vt maleficia puniantur, ne ad ea committenda temerè quiſquam proſiliat. gloſſ. in criminalibus in extrau. de pace Conſtantiæ. §. nos.

Reliqua verbo, Iudicare, Maleficium, Receptare, Receptatores, Semel.

MALEFICI dicuntur magici, & incantatores, gl.2.in l.2.C. quorum appella.

Maleficum, vel incantatorem licitum eſt cuique capere,& iudici præſentare; ſed nemini licet occidere.l.fi.C.de malefic.

Reliqua verbo, Magica, Incantatio.

MALEFICIVM, vel aliquod turpe vt fiat, ſi quid ſit promiſſum, nulla eſt promiſſio ipſo iure;ſolutum tamen promiſſum non repetitur.glo.nulla. in l. iuris gentium.§.1.de pactis.

Maleficium vt fiat, ſi pignus datum ſit, repeti poteſt per rei vendicationem; & nõ per condictionem ob turpem cauſam:& ſi ille non vendicauerit, filius hoc repetet, ibid.

Maleficium ne fiat, ſi quid ſit promiſſum, talis promiſſio dicitur eſſe aliqua:quia non dicitur turpiter promiſiſſe; ſolutum tamen repetitur.ibid.

Maleficia plura vbi ſunt,& plura reputantur ex iuris diſpoſitione, non ſufficit vna pœna;ſecùs ſi ſunt plura maleficia, & reputantur vnum.l. ſi familia.de iuriſd. omnium.

Maleficia non debent remanere impunita.l.ſi longiùs.§. ſi filiusfam. de iudiciis. l.ſi ita vulneratus.52.§.æſtimatio.& ibi gl.impunita.ad legem Aquil.& l.locatio. 9. §. quod illicitè.& ibi add.marg.de vectigalib.l.Stichum, aut Pamphilum.95.§.tametſi.& ibi add. marg. de ſolutio.& gl.1.in l.fi. C. de rebus alienis gl.ſalutis.in l.1.C. de famoſ. libellis.

Maleficiorum nulla debet eſſe ſocietas, nec debet eſſe iuſta communicatio damni ex maleficio.l,1,§.planè.de tutelis, & rationibus.

Maleficium meo nomine geſtum poteſt ratificari per me, ſi poteſt geri per aliũ: ſecus ſi non poteſt geri per alium, vt eſt adulterium. l. 1. §.ſed & ſi cum.& ibi gl.mandato.& ibi add.marg.de vi,& vi armat.

Maleficium, licèt literis, vel verbis committatur, nihilominùs tamen re contrahi dicitur.gl.conſiſtunt.l.4.de act.& oblig.

Maleficium committitur quatuor modis;ſcilicet facto, dicto, conſilio,& ſcriptura:& iſta quatuor genera diſtinguuntur ſeptem modis;ſcilicet cauſa, perſona, loco, tempore, qualitate, quantitate,& euentu. gl. maleficio. ibid.

in Maleficio vero locum non habet, quod ſolutio facta ab vno ex maleficiis, liberet alios, neque quod vnus ex maleficiis ſoluens agat contra eum, qui verè deliquit:ſed in quaſi maleficio ſolutio vnius liberat alios,& vnus ex illis ſoluens poteſt agere contra eum, qui verè deliquerit.gl.agendum.d.l.4.§.1,

in Maleficiis poteſt quis eſſe principalis,& etiam opem ferens, ſiue ſit vnus actus varios effectus producens, ſiue ſint diuerſi actus.l.hæres.22.§.pe.in add.marg. de fideiuſſ.

Maleficia diſtinguunt voluntas,& propoſitum delinquentis. l. verum eſt.30.& l. qui iniuriæ.53.de furtis.

in Maleficiis voluntas ſpectatur, non exitus.l.Diuus Adrianus.14.ad leg.Cornel. de ſicariis.gl.homicidium.in l.hac edictali.de pace tenenda inter ſubdit.

in Maleficio non debet quis perſeuerare.l. reprehendenda.5. C. de inſtitutio, & ſubſtit.

in Maleficiis negatiuis, quæ committũtur in non faciendo, ſufficit quod tantũ tempus prætereat, infra quod facere potuit, & non eſt neceſſe, quòd deſinat poſſe facere, vt maleficium dicatur perfectum:gl.2.in l.1. C. de his, quibus vt indignis.

de Maleficio, aut delicto vt quis teneatur, requiritur, quòd arguatur eius dolus.l. ſororem.C.de his, quib. vt indig.

in Maleficiis iam perpetratis inſpicitur voluntas, & animus eius, qui commiſit, ita, quòd ſi habuit animum delinquendi punitur: ſecùs ſi non habuit animum deliquendi.gl.feudum.in c.1.§.1.de capitaneo.

Maleficia fieri malum eſt propter exemplum aliorum, gl. tranſi.in extrauag. qui ſint rebelles.

Maleficia fiunt verbis, & literis.gloſſ. iniuria. in princ. Inſtit. de obligat.quæ ex delicto.

Reliqua verbo, Actio, 145. Beneficium, Iudex, 43. Obligatio, 28. Promiſſio, 7, Ratihabitio, Contemnere.

MALIGNANDI via non debet dari.gl.fi.in l.2.C.de indicta viduitate.

MALITIA ſua alicui non debet eſſe lucroſa l.1.de dolo malo.

Malitiis via aperiri non debet.gl.nec circumueniatur.in l.cùm ij.§.tranſactio.de tranſactio.gl.ratio.in l.magis.§.ſi pupillus.de rebus eorum, qui ſub tutel. glo. inuenta.in l.1.§.ſed & ſi quis. de Carbon.

Malitiis non eſt indulgendum.l.in fundo.39. de rei vend.

Malitiam committere dicitur ille, qui petit, quod alteri nocet, & ſibi non prodeſt, vt ſi picturas, quas fecit in alieno, corradere velit.l.in fundo. & ibi. gl. indulgendum eod.

Malitiis via tolli debet.gl.nam inſpectio.in l.2.§.diem.quemadmod.teſtam.

Malitia ſupplet ætatem.l.3.& ibi gl.4. C.ſi minor ſe maiorem.

ad Malitiam deditis homines nihil eſt, quod non inueniant. gl. reſpexerunt. in §. lex itaque.in auth.de non alienand.col.2.

Malitia non debet extolli laudibus.gloſſ.fin. in l.1. C. de mendicantibus validis. lib.11.

Reliqua verbo, Bonitas.

MALITIOSE non proſequi dicitur, qui ſcienter proſequi omiſit, de proſequendo cogitans:ſecùs tamen dictum eſt, ſi ignoranter, vt quia factum ignorabat, aut ius ſibi non competere. gloſſ. fin. in add. marg.in l.rebus. 48. de arbitriis.

Malitioſus homo quodlibet malum facilè excogitat. auth.vt hi qui obligatas ſe habere perhibent.in princ.col.1.

MALVM ſub velamine boni quandoque officiales ſolent facere.gl. mandari. in l.1.de officio eius, cui mand.

Malo abſtinere non ſufficit, niſi fiat, quod bonum eſt gloſſ.cuique. in l.iuſtitia.de iuſtit.& iure.l.in ſtipulatione.50.de verborum oblig.gl.† ius ſuum.in §. iuris. Inſt.de iuſt. & iure.

Malus non debet eſſe melioris conditionis, quàm bonus. gl. fi.in l.non ſolum. 13.de noxalib.

Malum facere videtur, qui ad bonum non ſtudet.gl.fi.in l.qui liberos. 29. de ritu nuptiarum.

Malus in vno, cenſetur malus in aliis.gl.verſatus.in l.3.§.item erit, de ſuſpectis tutorib.

Malum minus de duobus eſt eligendum.gl.iuſtius.in l. ſi procurator rei. de doli mali exceptione.

Malus ſemel, & poſteà præſumitur malus: & econtrà qui ſemel bonus eſt, & poſteà præſumitur bonus. gloſſ. admittendum. in l. ſi cui crimen. §. 1. de accuſatio.

Malum aliquid poteſt dici, cuius contrarium poteſt dici deterius. glo. non iniuſtæ.in l.exigendi.12.C. de procuratorib.

Malorum mores infirmitas animi non excuſat.l.1.C.ſi aduerſus delictum.

Malo inchoata principio vix peraguntur bono exitu.gl.illicito.in §.conſiderauimus.in auth.vt iudices ſine quoquo ſuffrag. col. 2,

Malo vno præcedente ſequuntur & alia mala:& ſic prouerbium, cùm aduenit vnum, non aduenit ſolum.ibid.

Malum eſſe aliquem dedecus eſt parentum.gl.generi.in §. 1 in auth. de inceſtis nuptiis.col.4.

Malo quando quis parcit, intelligitur nocere bono.gl.ſupplicium.in §.ſi quis autem.in auth.de mandatis Principum: gl.diſpenſationem: in extrauag. de pace Conſtantiæ.in princ.

Mali cauſa non debet oriri, vnde iura naſcuntur.gl.leges.in §. optimè.in auth.de nuptiis.col. 4.

Malum fugiendum eſt,& quod melius eſt, vndique inueniendum atque eligendum eſt.auth.quibus modis naturales effi.ſui.in princ.

Malorum acta praua potiùs, quàm verba ſententiarum ipſos faciunt pœna condignos.extrauag.quoniam: qui ſint rebelles.

Malus dicitur arbor nauis,& fixus, qui numquam remouetur, niſi quando paratur.gl.1.in l.malum.242.de verb. ſig.

Malum dicitur nauis pars:quia pleræque naues ſine malo inutiles eſſent ad nauigandum.d.l.malum,

Reliqua verbo, Bonum, Nummum.

MANCEPS dicitur conductor publicarũ ſalinarum; ſumi poteſt etiam pro publicano.gloſſ. 1. in l. qui fideiuſſor. 55.locati. & gloſſ.fin.l.1. Cod. de vſucap. transfor.

Mancipi dicebantur res, quæ dominio alicuius ſuppoſitæ erant. d.gl.fi.

MANCIPIA appellantur ex eo, quòd ab hoſtibus manu capiuntur.l. libertas. de ſtatu hom.

Mancipia, quæ rudia ſunt, ſimpliciora eſſe præſumuntur, & ad miniſteria aptiora & dociliora:contrà verò mancipia, quæ trita,& veterana ſunt, difficile reformari poſſunt.l.præcipiunt.37. de ædilitio edicto.

Mancipiorum appellatione non continentur poſtea nati ex eis. l. vxorem. 39. §. ſorori.de legat.3.

Mancipia, quæ prædiis morantur, dicuntur partes prædiorum. l.3. de diuerſis, & temporal.

Mancipia, quæ prædiis morantur, præſcribuntur longa poſſeſſione cum ipſis prędiis:imo etiam ſine prædiis.d.l.3.& ibi gl.1.

ex Mancipiis vrbanis natus, & miſſus in villam nutriendus conſtituitur in vrbanis ſeruis.l.is, qui natus, 210.de verb.ſig.

Mancipia non ſunt proſtituenda, gl.1.in l.1. C. ſi mancipium ita vænierit.

Mancipia vrbana totius ſupellectilis notitiam gerunt, & ideò in domo, & in hereditate ſemper retineri debent. l. lex, quæ tutores. 22. Cod. de adminiſt. tutor.

Mancipia adſcriptitia dicuntur pars ſoli.gl.mag.in l.1.C.de ſeruis fugit.

Mancipia adſcriptitia non poſſunt alienari ſine ſolo, nec præſcribi.ibi.

in Mancipio adſcripititio non habet locum vſucapio, ſi poſſideatur ab alio, nec præſcriptio, quando ipſemet vult ſe præſcribere in libertatem. † ibi.

Mancipia diuerſis artibus prædita, quæ ad rempub.pertinent, in eiſdem ciuitatibus permanere debent l.mancipia. 5. C. de ſeruis fugitiuis.

Mancipium dicitur ſeruus ab hoſtibus captus, qui etiam ſuper poſſeſſionibus ponitur,& inſcribitur, & ab eis non poterit ſeparari, cùm immobilis cenſeatur. gl.colonum.in §.vlt.in auth.de non alienand.

MANDARE aliud eſt, & aliud exhortari.l.ob hæc verba.& ibi gl.fi.de his, qui notantur.

Mandare non dicitur ille, qui exhortatur, monet, vel commendat, vel perſuadet, vel qui conſulit, vel permittit, vel qui demonſtrat, vt proxeneta. gl. pen. ibidem.

Mandare non videtur quis generaliter ea quæ ſpecialiter non erat mandaturus. gl.puto.in l.ſed ex dolo.§. 1.de dolo malo.

Mandare intelligitur is, qui patitur, quòd alius mandet alicui, vt ſibi credatur. l. qui patitur.18.mandati.

Mandare poſſum ego alicui, vt res meas, quas pignori dedi,& authoritate iudicis ſubhaſtantur, vt emat,& teneor mandati, licet quantum ad meram rationem mandatum non conſiſtat.l.ſi mandauero.22.§.1.eod.

Mandare poteſt alicui is, cuius bona publicata ſunt, vt ea emat,& ſi emerit, contra emptorem habet actionem mandati ad ſibi reſtituenda illa. d. l. ſi mandauero.§.is, cuius. 7

Mandari poteſt alicui, ita, vt ſi exiſtimauerit, petat, vel faciat aliquid.l.ſi quis alicui.48.& ibi gl.2.de acquir.heredit.

Mandare videtur ſemper, qui non prohibet pro ſe interuenire. l. ſemper qui non prohibet.61.de reg.iuris.

Mandare,& ſubſcribere paria ſunt.l.3.& ibi gl.pen.C.quod cum eo, qui in aliena poteſt.

emit,vtrinque naſcitur actio mandati.d.l.3.

Mandatarius excedens mandatum aliud facere videtur.l.5.eod.

Mandatarius non adimplens mandatum ſuſceptum tenetur mandati.ibi.

Mandatarius,cui mandaui,vt domum Seianam mihi emeret centum,ſi emit Titianam longè maioris pretij per illa centum,aut etiam minoris, non cenſetur adimpleſſe mandatum.ibid.

Mandatarius,cui mandaui,vt fundum meum centum venderet,ſi vendidit nonaginta,mihi petenti fundum non obſtabit exceptio mandati , niſi & reliquum, quod deeſt mandato meo,præſtetur mihi.ibi.

Mandatarius, cui mandaui, vt Stichum mihi emeret decem , ſi pluris emit, tenetur mihi mandati, etiam ſi longè plus ſeruo Sticho acceſſerit. gl. fin. in d. l.5.§.fi.

Mandatarius,cui mandatum eſt,vt negotia adminiſtret , mandati , & non negotiorum actione conueniri debet.l.ſi remunerandi.§.1.eodem.

Mandatarius,cui mandatum eſt,vt negotia gerat,non tenetur ex eo, quòd negotia geſſit;ſed ex eo,quòd mandatum ſuſcepit,& ideò tenetur mandati,etiam ſi non geſſiſſet.ibid.

Mandatarius,qui emit ſeruum mandato meo,tenetur mihi mandati ad reſtituẽdum eum;ſed ſi dolo emere neglexit,vt quia pecunia accepta alij ceſſerit , vt emeret, vel lata culpa , vt quia gratia ductus paſſus ſit alium emere , tenetur mandati.l.ſi procuratorem.8.§.fi.eod.

2 Mandatarius tenetur mandati,ſi ſeruus emptus à ſe,dolo,vel culpa eiuſdem mandatarij aufugit;ſecùs ſi aufugit ſine eius dolo,vel culpa:quia tunc non tenetur, niſi caueret ſe reſtituturum,ſi in ſuam poteſtatem perueniat.ibi.

Mandatario ementi ſeruum ſi cautum eſt de euictione, mandatarius debet mandanti cedere actionem ex empto nomine euictionis , & mandantem facere procuratorem in rem ſuam , & etiam debet cauere mandanti , quòd ſeruum emptum ante traditionem non obligauerit, nec manumiſerit. d. §. fi. cum l. ſeq.& ibi gl.1.

Mandatarius non tenetur ad amplius,quàm conſequutus ſit.dict.§.fin.

Mandatarius emens rem de ſuo, habet contra mandantem contrariam mandati ad recuperandum pretium,& ad id,quod bona fide ad emptionem rei impendit, etiam ſi mandans rem emptam nolit recipere.d.l.ſi verò non remunerandi.12.§.ſi mihi mandauit.mandati.

Mandatarius,qui ſumptus fecit in id, quod ſibi mandatum eſt , non tantùm id, quod impendit : ſed etiam vſuras poteſt conſequi per actionem contrariam mandati.ibi.

Mandatarius ſi ex mandato emit rem,& ſoluit pretium, illud exigendo à debitore ſuo , à quo vberrimas vſuras conſequebatur , habet actionem mandati ad pretium,& ad vſuras,quas à ſuo debitore conſequebatur.ibi.

Mandatarius ſi ex mandato emit rem , & ſoluit pretium recipiendo ad id mutuam pecuniam ſub vſuris,habet actionem ad pretium , & etiam ad illas vſuras.ibid.

Mandatarius ſi ad ſoluendum debitum mandatoris ſine vſuris, vel cum minoribus vſuris,mutuum accepit cum vſuris,vel cum maioribus , mandans tenetur ei actione mandati ad eaſdem vſuras.d.§.ſi mihi.verſ.ſed.

Mandatarius,cui mandatum eſt ab adoleſcente luxurioſo,vt pro meretrice fideiubeat,ſi ſciens mandatum ſuſceperit,non habet mandati actionem.d.l.ſi verò non.12.§.ſi adoleſcens.

Mandatarius,cui mandàtum eſt ab adoleſcente luxurioſo , vt meretrici crederet pecuniam,non habet mandati actionem,quaſi aduerſus bonam fidem mandatum ſit.ibi.

Mandatarius poteſt agere , vt ſibi detur pecunia pro exequutione mandati neceſſaria,maximè ſi iam quædam ad faciendum parauit.d.l.ſi verò non.§.fi.

Mandatarius ex mandato non debet ſentire lucrum,nec damnum. l.ex mandato. 20.eod.

Mandatarius,cui mandatum eſt,vt fideiubeat pro ſe in diem , ſi fideiuſſerit purè, & ſoluerit,interim non habet actionem mandati contra mandantem;ſed bene cùm dies venerit.l.ſi mandauero.22.ibid.

Mandatarius,cui mandauit debitor in diem,vt pro ſe in diem fideiuberet, ſi fideiuſſit in diem,& ſoluit ante diem,non habet interim actionem contra mandantem:ſed tantùm cùm dies venerit.ibid.

3 Mandatarius ſi ſoluit ante diem,actio,vel obligatio mandati non videtur nata ante diem.d.l.ſi mandauero.& ibi add.marg.

Mandatarius creditor,qui rogatu fideiuſſoris cum debitore ſuo egit , quamuis debitum ſuum perſequatur,nihilominùs fideiuſſoris mandantis negotium gerit,& ideò quod minus conſequutus fuerit,conſequetur à fideiuſſore mandantis.d.l.ſi mandauero.§.1.

Mandatarius,cui data eſt pecunia ad dandum alicui , ſi eam non dederit : ſed in vſus ſuos conuerterit,tenetur mandati,& furti;nec ſunt contrariæ:quia ſecundum domini voluntatem accepit pecuniam:ſed quia poſteà eam retinuit contra domini voluntatem,nec ei,cui debuit,ſoluit,tenetur mandati, & furti.d.l. ſi mandauero.§.ſi tibi.& ibi gl.cui.

Mandatarius,cui mandatum eſt,vt ſoluat creditori nomine ipſius mandantis , ſi is ſoluit accipiendo mutuam pecuniam nomine mandantis , liberatur mandans,& tenetur mandati:ſecùs ſi ſoluit accipiendo mutuam pecuniam nomine creditoris,& non vt daret ei nomine mandantis.d.l.ſi mandauero. §. ſi mandauerim.

Mandatarius,cui mandatum eſt,vt aliquid emat,ſi non emit , neque renuntiauit ſe non empturum,idque ſua,non alterius culpa fecerit,tenetur mandati. d. l.ſi mandauero.§.fi.

Mandatarius,cui mandatum eſt,vt aliquid emat,ſi eo tempore per fraudem renuntiauerit,cùm iam rectè emere non poſſet,tenetur mandati.ibi.

Mandatarius poſtquàm renuntiauit mandato,an poſſit poſteà aſſumere. d.§.fi.in add.m.

Mandatarius ſi aduerſæ valetudinis,vel inimicitiarum capitalium cauſa , vel ob immanes rei actiones;vel ob accuſationes capitalium criminum,vel ob aliam iuſtam cauſam mandatum adimplere non poteſt,non cogitur. l.ſanè. 23. cum duabus ll.ſeq.mandati.

Mandatarius impeditus circa funus non cogitur mandatum adimplere.gl.1 in l. ſeu ob immanes. 24.eodem.

Mandatarius mortuo mandante non tenetur adimplere mandatum,ſi tamen per ignorantiam adimpleuit,habet actionem mandati.ibi.

Mandatarius pro eo,quòd ſpoliatus eſt à latronibus , vel naufragio amiſit , vel quod ſuo, ſuorúmque langore apprehenſus erogauit , non habet mandati actionem.l.inter. 26. §.non omnia. eodem.

Mandatarius pro his , quæ caſu fortuito amiſit, vel ob caſum fortuitum expenſurus eſt , non habet mandati actionem. ibi.

Mandatarius pro his, quæ erat expenſurus habet mandati actionem: ſecùs ſi eſſet expenſurus, etiam ſi mandatum non ſuſcepiſſet. gl. mandato. ibid.

Mandatario ſi ſeruus à ſe emptus ex mandato furtum fecerit , habet mandati actionem contra mandantem,vt ſeruus ſibi noxæ dedatur, ſi ſine culpa mandatarij adhibita in emendo id acciderit;ſed ſi mandans ſciens, eum ſeruum eſſe furem non prædixerit mandatario, vt poſſit præcauere , tenetur mandatario in ſolidum , quanti eius intereſt. d. l. inter. §. non omnia. verſ. ſed cùm ſeruus.

Mandatario ſi ſeruus à ſe emptus ex mandato de certo ſeruo emendo furtum fe- 4
cit, mandans tenetur mandatario ad intereſſe : ſed ſi ſeruus emptus ex mandato de incerto ſeruo emendo furtum ſibi fecerit,ſi mandatarius fuit in culpa in illum emendo , mandans non tenetur ei : ſed ſi mandatarius non fuit in culpa , & mandans potuit certiorare illum ſeruum eſſe furem , & non certiorauit , tenetur mandati; ſecùs ſi non potuit certiorare. gl. culpa ſua. ibidem.

Mandatarius ſi ex mandato emit ſeruum pro decem, & artificium docuit,ac poſteà illum vendidit pro 20. quos ſoluit mandanti , & poſteà condemnatus ſit, actione redhibitoria ad pretium reddendum emptori , ſi in emendo illum ſeruum non fuit in quærendo diligens,an eſſet vitioſus, & ſic ſit in culpa, mandans illi non tenetur præſtare illa 20.niſi poſtquam emit ſine dolo malo, & culpa eius ſeruus habere cœpit vitium.d.l.inter.§.fi.

Mandatarius ſi ex mandato ſeruum emit pro decem , & mandatoris iuſſu eum docuerit artificium,& vendidit pro 20. quos ſoluit mandanti , ſi poſteà conuentus redhibitoria ab emptore,condemnatus ſit ad reddenda illa 20. habet actionem contra mandantem ad illa 20. ſibi reſtituenda, & ad ſeruum recipiendum,etiamſi ante emptionem ſeruus fuerit vitioſus , & fuerit in culpa in emendo,& tunc mercedem,& cibaria conſequitur mandatarius , niſi vt gratis doceret,rogatus ſit.d.§.fi.& ibi gl.fi.

Mandatarius mandatum ſuſceptum adimplere debet;alioquin tenetur mandanti ad intereſſe.l.ſi quis alicui.27.§.qui ſuſcepit.eo.

Mandatarius ſi intelligat ſuſceptum mandatum non poſſe adimplere , cùm primum poteſt,debet illud mandanti denunciare,vt is,ſi velit,alterius opera vtatur:ſed ſi non denunciauerit,cùm poſſet,tenetur mandanti ad intereſſe : ſecus ſi non poſſet denunciare ex aliqua cauſa.ibi.

Mandatarius ſi bona fide,& probabili ratione fecit impendia mandati exequendi gratia,habet mandati actionem contra mandantem , vt ſibi reſtituantur, etiamſi mandans potuiſſet , ſi ipſe negotium gereret , minus impendere. l. ſi quis alicui.27.§.morte.mandati.

Mandatarius adhuc integro mandato ſi deceſſerit, extinguitur mandatum, adeò quòd heres eius,etiamſi mandatum adimpleuerit,non habeat mandati actionem:ſed negotiorum geſtorum actionem tantùm, niſi mandatum inchoatum à defuncto perfeciſſet,quo caſu habet vtilem mandati. † dict. §. morte. & ibi gl.mandanti.

Mandatarius,qui ex mandato pecuniam credidit Titio , ſi agat contra mandantem,non aliter debet condemnari mandans,quàm ceſſis ſibi actionibus , quas contra Titium habet mandatarius.d.l.ſi quis alicui.§.fi.cum l.ſeq.

Mandatarius,qui ex mandato pecuniam credidit Titio , ſi agat contra eumdem Titium,non ob id liberatur mandans;ſed tenetur tantùm in id , quod à Titio non potuit conſequi.ibi.

Mandatarius,qui voluit adire hereditatem ſibi delatam aliter,quàm ſi ſibi caueretur damnum præſtari:ſi mandato alicuius adiuit , habet actionem mandati contra mandantem ad conſequendum damnum,quod paſſus eſt. l.ſi hereditatem.32.eodem.

Mandatarius,qui ex mandato alicuius ne legatum ſibi relictum à ſe repelleret, 5
acceptauit,non habet actionem mandati contra mandantem.ibid.

Mandatarius,qui emit domum Sempronianam,cùm eſſet ei mandatum,vt emeret Seianam,tenetur mandanti mandati:ſed non mandans ei.l.poteſt.41.& ibi gl.fi.eod.

Mandatarius decipiens mandantem tenetur mandati.l.ſi mandauero.42.eod.

Mandatarius,cui mandatum eſt,vt inquireret,an quis eſſet idoneus ad mutuandum ei, tenetur mandati,ſi denunciauit mandanti eſſe idoneum, cùm non eſſet.ibid.

Mandatarius ſi iuxta ſuſceptum mandatum ipſius mandantis pecuniam dedit mutuo in certam diem,poteſt conueniri mandati,vt actiones cedat mandanti cum dilatione temporis.l.qui mandatum.49.& ibi gl.fi.eod.

Mandatarius dicitur eſſe in dolo, ſi noluit perſequi , quod perſequi poteſt; vel non exigit,quod exigere poteſt; aut non ſoluit, quod ſoluere poteſt. l. dolus. 44.eod.

Mandatarius,qui iuxta mandatum emit rem , antequàm pretium ſoluat , poteſt agere contra mandantem,vt ſuſcipiat obligationem,quæ aduerſus eum competit venditori,cùm & mandans contra mandatarium poſſit agere mandati,vt præſtet ſibi actionem empti aduerſus venditorem.l.ſi mandato.45.eod.

Mandatarius emens rem ex mandato antequàm ſoluat pretium , poteſt agere mandati:ſed fideiuſſor regulariter non poteſt, antequàm ſoluat ; quia fideiuſſor de ſoluendo ſe obligaſſe videtur:quod non eſt in mandatario.gl.1.ibi.

Mandatarius,qui ex mandato iudicium ſuſcepit,manente iudicio ſine iuſta cauſa non poteſt agere contra mandantem, vt transferat in ſe iudicium ; quia nondum perfecit mandatum.d.l.ſi mandato.§.1.

Mandatarius,qui ex mandato creditori mandantis promiſit ſoluere animo nouandi:antequàm ſoluat,poteſt agere contra mandãtem, vt ſuſcipiat in ſe obligationem,& ſi creditor mutaret obligationem , mandans debet cauere mandatario ſe defenſurum eum.gl.gereres.ibi.

abfolu

absolutus fuerit, non ex eo cæteri mandatores liberantur; sed si vnus ex mandatoribus soluat totam pecuniam mutuatam, omnes liberantur. l. amissis. 53. §. fi. eod.

Mandator tenetur, siue mandatarius per se, siue per alium adimpleat mandatum de numerando alicui. l. Vranius. 72. §. fi. & ibi gl. fi. eod.

Mandatores illicitarum pactionum eadem pœna tenentur, qua & ipsi facientes. l. is, cuius ope. 14. de adulteriis.

Mandator ab eo, pro quo intercessit, non tantum quod soluit, repetit; sed etiam vsuras ex mora. l. post solutionem. 28. C. de mandato.

Mandator si alicui mandauit dari mutuo post solutionem à mandatore factam ab eo, pro quo intercessit, vel successoribus eius, quod soluit etiam cum vsuris post moram rectè postulat. ibid.

Mandator si soluit, rectè conuenit eum, cui mutuari mandauit, & eius heredes ad restituendum quod ei solutum est cum vsuris. gloss. 1. ibi.

Reliqua verbo, Fideiussor, 3. 4.

Mandatum in genere. nu. 1. vsque 9.
Mandatum generale, & cum libera. nu. 10.
Mandati contractus, & actio, 11. 12. 13.
Mandati reuocatio, 14.
Mandati extinctio, & quando finiatur, 15. 16.

1 MANDATVM obligatorium contrahitur pluribus modis, vt si sua tantum gratia aliquis tibi mandet; vel sua, & tua; vel aliena tantùm; vel sua, & aliena; vel tua, & aliena: vel sua gratia, & tua, & aliena. in princ. & ibi gl. 1. Instit. de mandato. l. 2. & gl. 1. mandati. ibid.

Mandatum, quod gratia tantum mandatarij fit, non est obligatorium, & ideò ex eo nec mandati actio inter eos nascitur, nisi dolus, & calliditas intercedant. d. princ. & ibi gl. fi. §. tua tantum. Inst. eod.

Mandatum est officium gratuitò ab eo, qui susceperit, exhibendum. gloss. 1. ibidem.

Mandatum si non fiat gratis, incipit esse locatio, si non erat aliàs facturus tale factum, ideóque locari consueuit. ibi.

Mandatum fit per verbum, mando, rogo, supplico, & similia. ibi.

Mandatum mandantis tantum gratia dicitur, quando quis mandauit tibi, vt negotia eius gereres, aut vt ei fundum emeres, aut vt pro eo spondeas. §. mandantis. Inst. eod. l. 2. eod.

Mandatum dicitur gratia mandantis, & mandatarij, vt si quis mandet tibi, vt pecuniam sub vsuris crederes ei, qui in rem ipsius mandantis mutuaretur, aut si quis volente te agere cum eo ex fideiussoria causa, mandet tibi, vt cum reo agas periculo ipsius mandantis. ibid.

Mandatum gratia tantùm aliena dicitur, quando aliquis tibi mandat, vt Titij negotia gereres, aut vt Titio fundum emeres. ibi.

Mandatum sua, & aliena gratia dicitur, quando quis de communibus suis, & Titij negotiis gerendis tibi mandat, vel quòd sibi, & Titio fundum emeres, aut vt pro eo, & Titio sponderes. ibi. & d. l. 2.

Mandatum tua, & aliena gratia dicitur, quando quis tibi mandat vt Titio sub vsuris crederes: sed si sine vsuris crederes, tunc gratia tantum aliena intercedit. ibi. & l. 2. §. tua, & aliena. mandati.

Mandatum gratia sua, tua, & aliena dicitur, quando quis mandat tibi vt emas fundum pro me, & pro te, & pro Titio, & quando tutor mandat contutori, vt seruum necessarium emat pupillo, & sic gratia mandantis, mandatarij, & pupilli. glos. quinque. & ibi add. ibi.

Mandatum & in diem differri, & sub conditione fieri potest. §. pen. Inst. eod.

Mandatum debet esse gratuitum, aliàs transit in alium contractum. §. fi. Inst. eodem.

2 Mandatum mercede constituta non mandatum; sed locatio, & conductio contrahi intelligitur: sed nulla mercede interueniente dicitur mandatum, & ideò si quis fulloni dedit vestimenta polienda, curandáve nulla mercede constituta, mandati competit actio: secùs si mercede constituta. ibi.

Mandatum non desinit esse mandatum, eò quòd salarium constituatur gratia remunerandi. gl. mercede. ibid.

Mandatum mercede interueniente dicitur locatio, & conductio: & regulariter agitur locati, nisi sit talis persona, quæ non consueuerat locare operas suas: vel sit res talis, quæ non consueuerat locari, quo casu non locati: sed præscriptis verbis agitur. gl. interueniente. ibid.

Mandatum vbi datur, non competit neg. gestorum actio. §. igitur cùm quis. & ibi gl sine mandato. in add. Inst. de oblig. quæ ex quasi contractu.

Mandatum si sit alicui, vt gerat negotium commune cum aliquo, & tunc quatenus est respectu sui, oritur actio mandati: respectu alterius dicitur negotiorum gestorum. d. gl. sine mandato. in add.

contra Mandatum factum penes acta non opponitur. §. sin autem. Inst. de satisdatio.

Mandatum suscipiens, & is, qui fidem, quam aduersarius sequutus est, non præstat, & ob id actione mandati condemnatus sit, infamis est. l. furti. §. mandati. de his, qui notantur infam.

sine Mandato si aliquis quædam in iudicium deduxit inuito domino, nec posteà dominus ea comprobauerit, illa non præiudicant domino. l. in causæ. de procuratorib.

Mandatum quando est dubium, in electione illius, qui tenetur cauere de rato, est, vel probare mandatum, vel cauere de rato. gl. debet. in l. non solùm. §. qui alieno. eod.

Mandatum non exigitur ab eo, qui cauet de rato. gl. debet. in l. non solùm. §. qui alieno. de procuratoribus.

Mandatum fit dubium, quotiescumque negatur illud, quo casu cautio de rato præstari debet necessariò. ibid.

iuxta Mandatum aliquid fieri, vel quid simile sufficit. glo. fi. in l. ad legatum. 62. eodem.

Mandatum habens ad certam personam si contrahit vt nuncius, tunc dominus tenetur ex illo contractu, ac si ipse contraxisset. gl. quia ex abundanti. in l. si pupilli. §. item si procuratori. de neg. gest.

Mandatum habens ad certam personam si contrahit vt procurator, vt vade ad talem, & accipe decem ab eo homine meo, tunc tenetur procurator ex contractu mutui, & dominus contraria mandati. ibi.

Mandatum habenti ad incertam personam si quis mutuauerit contemplatione domini tantùm, tunc ipse solus dominus tenetur mutuanti negotiorum gestorum actione: sed si contemplatione procuratoris, & domini mutuauit, tunc vterque tenetur, procurator ex mutuo, & dominus actione negotiorum gestorum, & vtili institoria. ibid.

Mandatum habenti ad incertam pecuniam si quis mutuauerit contemplatione 3
ipsius procuratoris tantùm, tunc ipse solus procurator tenetur. ibid.

Mandatum factum vt gererem, si ego renui, ideóque tu fuisti indignatus, & proptereà si posteà gessi, & tu ratum habuisti, propter primum mandatum agitur mandati. gl. negotiorum. in d. l. si pupilli. §. item quæritur.

Mandatum qui renuit, potest posteà acceptare. d. §. item quæritur.

Mandatum si sit factum libero homini, qui bona fide seruiebat, vt ageret aliquid, ex tali mandato non oritur actio mandati contra eum: sed actio nego. gestorum. l. at qui natura. §. libero. eod.

Mandatum si sit factum alicui, vt pecuniam mutuò acciperet, & eius contemplatione creditor recepto fideiussore si dedit mutuam pecuniam mandatario, etiam si illa pecunia non sit versa in rem mandantis, nihilominùs tamen damen datur actio neg. gestorum ipsi creditori, & fideiussori. scilicet ad exemplum institoriæ actionis. l. liberto. eod.

Mandatum si sit alicui vt emeret rem pro decem, & ipse emit rem pro quindecim, illud plus non potest repetere. † gloss. erogatur. in d. l. qui aliena. §. 1. eodem.

Mandatum serui non impedit actionem negotiorum gestorum contra dominum, licèt possit etiam ex persona serui conueniri. l. si serui. 44. eod.

Mandatum si sit alicui, vt emeret fundum; si ego contemplatione mandatarij emi, ne iudicio mandati teneretur, ille aduersus mandantem habet mandati actionem, & ego aduersus illum actionem nego. gestorum. l. mandasti. 48. eodem.

Mandatum si sit alicui, vt pro eo fideiuberet, & ego si contemplatione mandatarij fideiussi pro mandante, contra mandatarium habeo actionem nego. gestorum: & mandatarius contra mandantem, vel econtrà actionem mandati; sed si contemplatione mandantis pro eo fideiussi, ego contra mandantem habeo negotiorum gestorum actionem. ibid.

Mandatum potest coniici in tempus post mortem: quia tale mandatum non finitur morte. l. si heres. in add. marg. de condictione causa data.

Mandatum obligandi se si quis habeat, intelligitur etiam habere, quod soluat. l. indebitam. 47. & ibi add. marg. de condictione indebit.

Mandatum suscipere voluntatis est: at post susceptum necessitatis est consummare. l. in commodato. §. sicut. commodati.

Mandati verba clara, & facilia esse debent, & etiam in reuocatorio mandato verba debent esse clara. l. sed & si pupillus. in addit. margin. de instit. actione.

Mandatum inutile non impedit oriri actionem nego. gestorum. l. si fideiussores. 6. ad Vellcian.

Mandatum incertum non valet, gl. & Titio. in l. 2. mandati.

Mandatum, quod tu emeres aliquid incertum mandanti, valet. ibid.

ex Mandato gratia mandantis, & alterius tertij facto mandatario datur actio mandati contra mandantem, & negotiorum gestorum contra illum tertium. ibidem.

Mandatum gratia mandantis, & mandatarij fit, quando quis mandat tibi, vt sub vsuris credas ei, qui in rem eius mutuatur; est enim in hoc etiam mutuantis vtilitas propter lucrum vsurarum. d. l. 2.

Mandatum gratia mandatarij factum dicitur, quando quis tibi mandat, vt pecunias tuas potiùs in emptiones prædiorum colloces, quàm fœnereris, vel econtrà: & tale mandatum magis est consilium, quàm mandatum, & ideò non est obligatorium. d. l. 2. §. fin.

Mandatum postquàm est susceptum, oportet perfici: quod secus est in consilio. gl. fi. ibid. in d. §. fi. & l. Quintus. 48. §. fi. & ibi gl. fin. eod.

Mandati fines diligenter sunt custodiendi. l. 5. eod. gl. fi. in l. maritus. 21. C. de procuratorib.

Mandatum si fit factum procuratori suo, & seruis vt ita demum gesta ab eis rata essent, si interuentu Titij gererent, si pecunia malè credita sit, Titius non tenetur, si nihil dolo fecit: sed si dolo fecit, non mandati: sed de dolo tenetur. l. idemque. 10. §. si cui. mandati.

Mandatum si sit alicui post creditam pecuniam, vt crederet eam, nullum est mandatum. l. si verò non. 12. §. si post. eod.

Mandatum potest interuenire tantùm ante obligationem, non post, nisi mandaret creditori, vt daret interuallum suo periculo. gl. rectissimè. ibid.

Mandatum in re sua valet, quando fit pro vtilitate mandantis. gl. fi. in l. si quis. mihi. 16. eod.

Mandato tuo si quis fideiussit pro Titio, non potest agere mandati contra Titium: sed bene contra te. l. cum mandato. 21. eod.

Mandati tui intuitu quis si spopondit alicui nolens in se transferre obligationem, non habet contra illum mandati actionem: sed bene contra te. ibid.

Mandati formæ excessus secundum tempus obligationem mandati non vitiat, licèt excessus secundum rem vitiet. l. si mandauero. 22. & ibi add. margin. eodem.

Mandatum quando respicit commodum mandantis, & mandatarij valet, & ex eo oritur mandati actio. d. l. si mandauero. §. 1.

Mandatum de re mea emenda à tertio de iure vendente valet. d. l. si mandauero. §. si hi, quorum.

Mandatum de re emenda, quæ est pro parte mandatarij, valet. d. l. si mandauero. §. Iulianus.

Mandatum super re propria continens communem vtriusque mandantis, & mãdatarij vtilitatem, valet. d. §. Iulianus. in add. marg.

Mandatum non suscipere sicut est liberum vnicuique: ita post susceptum consummari oportet, nisi renunciatum sit à mandante, vel à mandatario. d. l. si mandauero. §. fi. & ibi gl. renunciatum.

per

per excellentiam,& aliàs dicitur rogatus quidam. gl. mandatis. in princ. in auth.de mandatis principum.col.3.

in Mandato regulariter venit dolus, lata, & leuis culpa in his, quæ mediocrem exigunt diligentiam:in his verò, quæ maximam etiam leuissima; in his, quæ modicam,venit tantùm dolus,& lata culpa, & hæc sunt vera in actione mandati directa:secùs in contraria:quia venit etiam leuissima. † gl. iusta causa. & additio in §.mandatum.Inst.de mandato.

Mandatum in delictis non obligat mandantem, nisi mandatarius exequutioni mandet, nisi maximum sequuturum esset delictum : vt homicidium. l. item apud Labeonem. 15.§.si quis curauerit.& ibi add.marg.de iniuriis.

Mandatum si fit tibi,vt committeres homicidium, & tu mandatarius mandasti alteri idem homicidium,& ille posteà perpetrauit homicidium, tam primus mandans,quàm secundus,tum etiam & is,qui fecit homicidium, tenentur de homicidio.l.si ego tibi.in addit.marg.quod vi,aut clam.

Mandatum flagitiosæ rei non valet. l.quod sæpè. 35.de contrahen.emptione.

Mandatum rei turpis nullum est.l.si mandauero.22.§.qui ædem mandati.§.illud quoque.& ibi gl.1.Institut.de mandato.

Mandatum contra bonos mores,vel inducens ad peccandum,vel continens turpitudinem,non valet,etiamsi iuramentum intercederet. d. §.illud quoque. & ibi gl.1.

Mandatum contra bonos mores non continens turpitudinem de iure ciuili valet.d.gl.1.in add.

Mandatum pluribus quando illud per vnum solum potest expediri,illi soli videtur mandatum.l.fideicommissaria.23.§.seruum. & ibi addit.margin. de fideicommis.liber.

Reliqua verbo,Contractus,10.Procurator,27.28.Procuratorium,Ratihabitio, Scientia,Dominus,25.Gerens,2.

MANDATVM generale includit debitum futurum. gl. mandati. in l.si remunerandi.7.§.si apud.mandati.

Mandatum generale de nuptiis contrahendis non sufficit,nisi mandantis ratihabitio subsequatur.l.generali.34.de ritu nuptiarum.

Mandatum generale regulariter sufficit:fallit in quibusdam casibus,in quibus requiritur speciale.gl.specialiter.in l.si quis mihi bona, 25. §. sed verùm. de acquirend.heredit.

in Mandato generali non continentur illicita.gl.non dominus. in l. fin.§.si procurator.quæ in fraud.cred.gl.quoties.in l.1.§.quoties.de vi,& vi armat.

in Mandato generali facto à repub.non venit alienatio rerum suarum.l.3.§.planè.in add.marg.quod vi,aut clam.

Mandatum generale de gerendo negotia non præiudicat domino, vt quod iussu teneatur,nisi & liberam concedat administrationem,vt dicitur in procuratore.gl.specialiter.in l.fi.C.quod cum eo,qui in aliena.

Mandatum vniuersale cum libera tantum operatur, quantum mandatum speciale.l.iusiurandum.§.procurator.de iureiur.

in Mandato generali dato procuratori intelligitur datum mandatum, quòd soluat creditorib.l.si procurator.de cond.indeb.

in Mandato generali nunquam intelligitur mandatum procuratori, quod indebitum recipiat,aut faciat illicitum.d.l.si procurator.& ibi add.marg.

in Mandato generali non videtur mandatum,quod fieri non potest de iure. glos. quoniam.ibid.

in Mandato, vel dispositione generali prohibitiua vtique censentur prohiberi, quæ illicita sunt:non autem quæ iuridica sunt:sic econtrà in generali mandato,vel dispositione permissiua,omnia censentur permitti,quæ licita sunt,non quæ sint illicita.d.gl.quoniam.in add.

in Mandato generali Papa non concedit ea,quæ sunt reseruata summo Pontifici in signum priuilegij.gl.1.in add.marg.in l.qui peculij.47.de peculio.

Mandatum cum libera reuocatur mutata conditione personæ in deterius.l.libera.49.eod.

Mandatum cum libera administratione videtur concedi, quando concessum est, quod faciat,vel emat aliquid,vt vult,vel quòd possit ipse facere,quidquid dominus ipse.l.creditor.60.§.Lucius.mandati.

Mandatum liberum,& plenum idem importat.ibid.

Mandatum quantumcunque liberum concedatur alicui intelligitur, quod dolus debeat abesse.ibid.

Mandatum speciale exigitur in quibusdam casibus, vt in interdicto de homine libero exhibendo,in causa suspecti tutoris, item quando quis mandat alicui, quòd inueniat maritum filiæ suæ, item quando quis fecit generaliter duos procuratores,nam neuter ab altero exiget, nisi habeat speciale mandatum, item in petenda restitutione in integrum,& in aliis multis casibus.gl.1.in §.fi. Inst.de his,per quos agere possumus.

Mandatum speciale requiritur ad defendendum tutorem accusatum de suspecto:quia tunc fideliùs litigat pro se. gl.fin. in l.non solùm. §. fi. de procuratoribus.

Mandatum speciale requiritur ad intentandum interdictum de liberis exhibendis,& deducendis,& quòd pater sit valetudine,vel alia iusta causa impeditus, ne agere possit.l.Pomponius,& ibi gl.1.eodem.

Mandatum speciale requiritur ad hoc,vt vnus procurator agat contra alium,qui si excipiat quòd sit procurator,sicut & ipse; sed habens mandatum replicabit de speciali mandato.l.qui duos.& l.seq.& ibi gl.1.eod.

Mandatum speciale regulariter nõ requiritur: fallit ad petendam restitutionem, ad quam requiritur speciale mandatum,& in aliis casibus.gl.non debet.in l.illud.§.fi.de minorib.

Mandatum speciale vbi requiritur in aliquo casu, ibi admittitur coniuncta persona, si proprium interesse prætendit; aliàs secùs. l. patri pro filio. de minor.

Mandatum generale regulariter tantum operatur quoad omnia, quantum speciale quoad speciem.gl.fi.in l.qui mihi donatum.13.de donatio.

Reliqua verbo,Procurator,47.vsque 50.

11 MANDATI contractus solo consensu contrahitur.glos.1.in l.mutus.de procuratoribus.

Mandati contractus est excellentior inter contractus eos,in quibus solo consensu nascitur obligatio.gl.in rub.C.mandati.

Mandati contractus trahit originem ex officio,& amicitia.ibid.

Mandati actione directa,non contraria condemnatus infamis est.l.furti.§.mandati.de his,qui notantur infam.

Mandati actione si fideiussor condemnauerit reum principalem eò quòd, cùm fideiussisset pro eo,& soluit,infamis est principalis.ibid.

Mandati actionem parit obligatio ex contractu mandati : quandoque tamen ex mandato non oritur actio mandati.l.licèt.§.ea obligatio.de procuratorib.

Mandati actionem parit obligatio ex contractu mandati,nisi ex necessitate præcedentis contractus mandatum fuit subsequutum.ibid.

Mandati actio non oritur ex contractu mandati,quando quis hereditatem vendidit tibi,& creditores hereditarij conueniunt te, & tu promisisti iudicatum solui,ac venditorem fideiussorem dedisti,ille fideiussor conuentus si satisfecerit pro te,aget contra te ex vendito,& non actione mandati.d.§. ea obligatio. & ibi gloss.parit.

Mandati actio non oritur ex contractu mandati, quando ego pro te fideiussi in decem,& cum conuenirer,feci te procuratorem, & fideiussi iterùm pro te tuo mandato,& satisdedi iudicatum solui, & solui, agam ex primo mandato, & non ex secundo.ibid.

ex Mandato testatoris suscepto de sepeliendo eum non oritur actio mandati:sed actio de dolo:quia mandatum fuit factum de re,quæ viuo testatore explicari non potuit:quia sepeliri non potest, nisi decedat; secùs est quando mandatum est, vt fieret monumentum, quia illud eo viuente fieri potest, & ideò tunc oritur actio mandati. † gl. compellendum. in l. at si quis. 14. §. si cui. de religiosis.

Mandato finito datur actio mandati.gl.etiam nulla.in l. solutum nonvidetur.§. 1.de pignor.acti.

Mandati actio quandoque cum depositi actione concurrit. † gl. custodiæ.in l.1. §.quòd si rem.depositi.

Mandati actio datur ex mandato facto per verbum, rogo, volo, vel similia, nisi aliud impediat, vt si de re turpi fiat mandatum per illa verba idonea ad mandatum,quo casu non datur actio mandati.† gl.3.in l.1.mandati.

Mandati actionem non impedit id,quod datum est mandatario remunerationis 1 causa:secùs si datum esset,vt merces,quia tunc locatio est. l.si remunerandi.& ibi gl.2.eod.

Mandati tenetur is,qui passus est aliquem pro se fideiubere, vel aliàs interuenire,nisi is animo donandi,vel pro inuito, aut eius negotia gerens intercessit. d. l.si remunerandi.§.si passus.

Mandatum rei turpis nullum est,& ideò mandati actione tunc non potest agi ab aliqua parte.ibid.

ex Mandato tantum gratia mandatarij facto nulla erit mandati actio,nisi & mãdantis intersit,vel aliàs mandatarius non esset facturus.d.l.si remunerandi.§.si tibi mandauero.

Mandati actio tunc competit,cùm cœpit interesse eius, qui mandauit : cæterùm si nihil interest,cessat mandati actio.l.si procuratorem.8.§.mandati.eod.

Mandati actio eatenùs,quatenùs interest, competit, veluti si mandaui tibi, vt fundum emeres,si intererit mea emi, teneberis; sed si eundem fundum ego ipse emi,vel alius mihi emit,vel aliàs non interest mea te emere, cessat mandati actio.ibid.

Mandati actio competit demùm,si interest;non tamen semper datur quando interest.gl.cessat.ibid.

Mandati actio nulla datur mandanti negotia sua gerere, si nihil de eis perierit, quamuis nec mandatarius,vel alius non gesserit.d.§.mandati.

Mandati actio nulla datur mandanti negotia sua gerere, quando alius, quàm mandatarius,idoneè gesserit.ibid.

in Mandati actione veniunt vsuræ,& etiam ea, quæ præter domini voluntatem acquisiuit procurator.l.idémque.10.§.1,in add.marg.eod.

Mandati actio etiam pro eo,quod mandatum non fuit,competit,maximè quando ei accessorium non est.ibid.

in Mandati actione veniunt etiam sumptus,& reputationes.d.l.idémque. §.idem Labeo.

Mandati contrario iudicio agunt illi, qui mandatum susceperunt : siue vnius rei, vel plurium procurationem susceperint. l. si verò non. 12.§. si filiofam. mandati.

Mandati actio vltro,citróque est;sed quandoque non.l.seruus meus.19. & ibi gl. 2.eodem.

Mandati,& furti actiones impediuntur ratione contrarietatis,quando actio furti intenditur dicendo,quòd mandatarius pecuniam ad dandum datam contra domini voluntatem contrectauerat; mandati verò actio intentatur dicendo, quòd secundum domini voluntatem;& sic sunt contrariæ, & non competunt ambæ.gl.vt cui.in l.si mandauero.22.§.si tibi.mandati.

Mandati, & furti tenetur, qui rem in suos vsus citra formam mandati conuertit.ibid.

Mandati actio consistere potest, vbi fideiussor potest obligari. l. si hereditatem. 31.eod.

Mandati, & negotiorum gestorum actionem impedit prohibitio. l. si pro te.40. eodem.

Mandati actio licèt sui natura pariat obligationem hinc inde; tamen quandoq; ex vna tantùm parte parit,veluti si mandatarius mandatum susceptum egressus fuerit,ipse tenetur mandanti actione mandati,& mandans non ei. l.potest. 41.& ibi gl.1.eod.

Mandati condemnatus plerumque infamatur.gl.fi.in l.dolus.44.eod.

in Mandati actione plerunque iuratur in litem.ibid.

Mandati actio vt competat, satis est mandatum ipsum, aut impleri iuxta formam, aut per æquipollens. l. si quis pro eo. 46. in add. marg. & l. fi. §. fin. eod.tit.

Mandati agi potest in omnib.in quib.interuentum est mandatum.gl.fi.in l.in familiæ.20.C.familiæ ercis.

Mandati actio non datur,vbi nullum fuit mandatum.gloss.fina.in l.3. C.de contrahend.stipulat.

Mandati

& po

& poteſtati ſuppoſitus eſt,& manumiſſus liberatur poteſtate.l.manumiſſiones. de iuſtitia,& iure.

Manumiſſiones iuriſgentium ſunt.ibid.

Manumiſſio iure naturali non erat nota,cùm ſeruitus eſſet incognita.ibid.

Manumiſſionis beneficium ſequutum eſt,poſteaquàm iure gentium ſeruitus libertatem inuaſit.ibid.

Manumiſſiones vt fiant,præcipuè non diſponit ius ; ſed diſpoſitum cuſtodit, & confirmat.gl.1.ibid.

Manumiſſio per omnia non continet reſtitutionem natalium,cùm iura quædam patrono ſeruentur.gl.fin.in l.homo liber.de ſtatu homin.

Manumiſſio ſeruos tantùm reſpicit : impropriè tamen quandoque ponitur pro emancipatione.l.liberum.& ibi gl.1.de adoptio.

Manumiſſioni debet authoritatem præſtare idem ipſe,qui cognouit cauſas,propter quas fit manumiſſio,& non alius. l.1. & ibi gl. manumiſſiones. de officio conſulis.

in Manumiſſione ſerui,quæ fit à minore 25.an. cauſa manumittendi probari debet, & ſic cognitio cauſæ requiritur ad interpoſitionem decreti, & illa non venit in generali delegatione. l. mandata.& ibi gloſſ.2.de iuriſdictione omnium.

Manumiſſio contra libertatem defuncti facta non valet : ſecùs quando præter eius voluntatem.gl.2.in l.filiusfamil.de dolo.

Manumiſſio ſerui ſcienter facta ab eo,à quo indebitè ſeruus ſolutus fuit, valet, quando in eum tranſlatum fuit dominium ſerui:quia fuit error in cauſa: ſed ſi fuiſſet error in perſona ſerui ſoluti, cùm dominium ſerui in eum non fuiſſet tunc tranſlatum,non tenet manumiſſio.glo.ad pretium.in l.in ſumma. 65. §.ſi ſeruum.de condict.indebiti.

Manumiſſio ad ſeruos,emancipatio ad filios pertinet.l.1.§.alienatio. quando de peculio actio annalis.

Manumiſſio non poteſt fieri per procuratorem. gloſ. j. in l. ſi hominem. 30. mandati.

Manumiſſio ſimilis eſt morti quoad quædam : ſed non quoad omnia. gloſ. 1.in l.ſi hominem.47.de ædilitio edicto.gl. ex hoc. in l. ſeruus communis. 63. de furtis.

2 Manumiſſio licèt inualida facta à teſtatore extinguit legatum ſerui.l. 3. §. fi. de fundo inſtruct.

Manumiſſi non eſt in adminiſtratione patrimonij.l.ſeruus furioſi. 13. de manumiſſ.& gl.fin.in l.3.C.de vindict.liberta.

Manumiſſionis iuſta cauſa eſt,ſi ſeruus liberauit dominum periculo vitæ,vel infamiæ.l.iuſta cauſa.9.de manumiſſis vindicta.

Manumiſſionis iuſta cauſa ſemel approbata coram iudice, non poteſt poſteà reuocari.ibid.

Manumiſſionis iuſta cauſa dicitur,quando manumittitur quis,vt procurator negotiorum extra ius ſit,vel quando virgo,vel mulier matrimonij cauſa manumittitur exactò priùs iureiurando,vt intra ſex mēſes vxorem duci eam oporteat.l.ſi collactaneus.13.eod.

Manumiſſionis iuſtæ cauſæ etiam de præterito poſſunt eſſe ; veluti quòd dominum in prælio adiuuerit,quòd contra latrones tuitus ſit, quòd eum ſanauerit, quòd inſidias detexerit,& alia multa incidere poſſunt,quibus honeſtum ſit libertatem cum decreto præſtare,quæ æſtimare debebit is, apud quem de ea re agitur.l.etiam conditionis.15.eod.

Manumiſſionis cauſam poteſt abſens probare per procuratorem, licèt non poſſit manumittere per procuratorem.d.l.etiam.§.plures. & ibi gl. per procuratorem.

in Manumiſſionis cauſa probanda debet iudex approbare cauſas deſcendentes ex affectu,& non ex luxuria:ſcilicet vt manumittens habeat pro concubina. l.illud.16.eod.

Manumiſſio poteſt fieri hodie domino tacente per literas:id eſt eos,qui deferunt inſignia magiſtratus,licèt ſolennitas,quæ olim erat neceſſaria,non fiat. l.manumiſſio.23.eod.

3 Manumiſſio reſpectu domini quoad aliqua eſt ſimilis morti : ſed non quoad omnia:ſed reſpectu ſerui,cùm ſeruitus ſit mors,manumiſſio,quæ aduerſus ſeruitutem pugnat,vita eſt,& non mors.l.ſi alienum.92.& ibi gloſſ.ſimilis. & ibi add.marg.de ſolutio.

Manumiſſio ſerui ſimilis eſt morti eius quoad ſubtrahendum domino eum ſeruum,item quoad actionem de peculio annalem,& quoad deductionem, quæ fit de peculio vtriuſque ſed quoad condictionem furtiuam,& quoad ratihabitionem manumiſſio non eſt ſimilis morti. l. inter omnes. 46. & ibi gloſ.2.de furtis.

Manumiſſio extinguit condictionem furtiuam;ſed non mors.dict.gloſ.2.

Manumiſſio ſerui in contractu venditionis eius ſi ſit prohibita, non poteſt emptor ſeruum manumittere ; quia apponens conditionem, ne manumittatur, non de actu manumittentis ; ſed de beneficio libertatis intellexiſſe cenſetur glo.2.in l.3 .C.de condictione ob cauſam.

Manumiſſionis prohibitio in contractu venditionis ſi ſit appoſita à venditore propter ſerui delictum, quod ne remaneat impunitum, emptor non poteſt. manumittere iuxta pactum.ibid.

Manumiſſio ſine inſtrumento poteſt probari. gloſſ. 1. in l.ſtatum. 6. C. de fide inſtrum.

Manumiſſio eſt iuris,niſi quando ſeruus hereditarius ſit manumiſſus de facto ab eo,qui nondum eſt heres,ſi poſteà ſit factus.gl.cauſam.in l.pe.C.ſi mancipium ita fuerit.

Manumiſſio cùm ſit iuris, non poſſumus ſeruum alienum manumittere. ibidem.

Manumiſſionibus ſerui fiunt liberti. gl. in rub. Cod. de dedititia libertate tollenda.

Manumiſſio poteſt fieri ſine ſcriptura, l. ſicut inſtrumenta. 25. Cod. de liberali cauſa.

Manumiſſionis inſtrumentum poteſt cogi patronus præſtare manumiſſo officio iudicis,vel condictione ex lege.l.ſicut datam.26.& ibi gl.fi.C.eod.

4 Manumiſſionis inſtrumentum ſi ſit amiſſum,vel ſit factum nullum,vel etiam eo non vult quis vti,poteſt probare per teſtes omni exceptione maiores. gl. inſtrumentum.in §.ſi verò dicatur.in auth.de teſtib.col.7.

Manumiſſione ſua propria,vel paterna efficitur quis ciuis ciuitatis manumiſſoris,& ſi plures fuerint manumiſſores,ſequitur omnium manumiſſorum originem.gl.1.in l.ciuis.C.de incolis.libro 10.

Manumiſſio facta de mancipio fundi patrimonialis, vel emphyteotici à non domino, reſcinditur per procuratorem Cæſaris. l.2. C. de mancip. & colon. lib.1).

Manumiſsio de facto facta non nocet ingenuitati. §.fi. & ibi glo. manumiſſum. Inſt.de ingenuis.

per Manumiſsionem ingenuus natus redditur ingenuus:natus ſeruus efficitur libertinus.gl.in ſeruitute.in add.ibid.

Manumiſsio eſt datio libertatis,quæ ideò dicitur manumiſsio,quia quamdiu aliquis eſt in ſeruitute,manu,& poteſtati ſuppoſitus eſt,& manumiſſus liberatur à domini poteſtate.in princ.Inſt.de libertinis.

Manumiſsio non erat cognita de iure naturali,cùm ſeruitus eſſet incognita : ſed poſtquam ſeruitus inuaſit ingenuitatem iure gentium, ſequutum eſt eodem iure beneficium manumiſsionis.ibid.

Manumiſsio quandoque fit ex ſacris conſtitutionibus in ſacroſanctis Eccleſiis: ſcilicet ſub aſpectu populi,& antiſtitis,& interueniente qualicumque ſcriptura.§.multis.& ibi gl.1.Inſt.eo.

Manumiſsio quandoque poteſt fieri vindicta:id eſt cauſa cognita;quandoque inter amicos præſentibus quinque teſtib.quandoque per epiſtolam; quandoque per teſtamentum;quandoque per aliam quamlibet voluntatem vltimam ; & poteſt etiam fieri aliis multis modis.d.§.multis.Inſt.de libertinis.

Manumiſsio,& datio libertatis poteſt fieri codicillis, vel in teſtamento minus ſolenni:quia valet inter patrem,& filios;& tunc vt facta inter viuos; non vt in teſtamento.gl.quamlibet.& ibi add.ibid.

Manumiſsio cùm poſsit fieri ſine prætore,vel iudice, multò magis poteſt fieri cum iudicis,vel minus legitima authoritate: ſecùs quando manumiſsio non poterat fieri ſine prætore.gl.tranſitu.in §.ſerui.Inſt.eod.

Manumiſsionis faciendæ à minore 20.ann.iuſtæ cauſæ ſunt,ſi quis patrem, aut matrem,filium,vel filiam,fratrem,vel ſororem naturalem, pædagogum, vel nutricem,aut educatorem,vel alumnum,aut collactaneum manumittat, aut ſeruum procuratoris habendi gratia,aut ancillam matrimonij cauſa : dum tamen intra ſex menſes in vxorem ducatur, niſi iuſta cauſa impediat. §. eadem lege.Inſt.quib.ex cauſis manumittere.& l.ſi minor.11.cum duabus ſeqq.& l.ſi rogatus.20.de manumiſsis vindicta.

Reliqua verbo, Conſul, 1. Pater, 5. Seruus, 71. 72. 73. 75. 94. vſque 97.98.99. 115.

MANVMISSOR alieni ſerui ſi extitit heres domino ſerui,licèt non confirmetur libertas:non tamen poteſtis venire contra ſuam manumiſsionem. gloſ. 1. in l.vendicantem.17.de euictio.

Manumiſſor ei,quem ex cauſa fideicommiſſi manumiſit, non poteſt imponere operas,niſi ſit filius teſtatoris, nec poteſt eum accuſare vt ingratum, nec in bonis talis liberti datur contra tab.gloſ.cauſa.in l.ſi quis à liberis. §.ſolent. de liberis agnoſ.gl.fi.in l.2.C.de operis libert.

Manumiſſor non poteſt vocari in ius ſine venia à manumiſſo ex cauſa fideicommiſſi.d.gl.cauſa.

Manumiſſor eum,quem propriis nummis ipſius ſerui redemit, non poteſt accuſare vt ingratum,nec habet in bonis eius bono. poſſeſſionem contra tab. nec operas poteſt imponere ei:non tamen poteſt libertus manumiſſorem in ius vocare ſine venia,niſi quando patronus fidem fregit.gl.ſuis nummis.ibid.

Manumiſſor lege 12.tab.tutor eſt liberti ſiue ſponte,ſiue compulſus ex cauſa fideicommiſſi manumiſerit.l.3.de legitimis tutoribus.

Manumiſſor filiæ accipitur pro emancipatore.gl.2.in l.ſi ſuperſtite.5.C.de dolo. l.2.& ibi gl.2.C.ad Trebellianum.

Manumiſſor,cui cauſa manumiſſionis ſeruus eſt traditus, non poteſt manumiſſum reducere in ſeruitutem ; licèt ſit ingenuus. l.2.& ibi gloſſ.2. C. de operis liber.

Manumiſſor operas impoſitas petere non poteſt ab eo,quem ex cauſa fideicommiſſi manumiſit.l.mater tua 5. C.eod.

Manumiſſor ſi ancillam,quam manumiſit ducat in vxorem, ac poſteà diuertat, non poteſt ille nubere alij,inuito primo marito: & ſi contrà fecerit, non erit matrimonium;ſed fornicatio.§.iucundum.in auth.de nuptiis.col.4.

Manumiſſor dat libertatem,quam non habet.† gl.2.in l. manumiſſiones. de iuſtitia,& iure.

MANVMISSVS à repub.petere debet veniam,ſi contra rempub.velit experiri quamuis actorem reipub.ſit vocaturus.l.ſed ſi. §. qui manumittitur. de in ius vocando.

Manumiſſus ab aliquo corpore,collegio, vel ciuitate ſingulos in ius vocare poteſt:quia non eſt eorum libertus:ſed reipubl.cui ius reuerentiale exhibere debet.d.gl.loco.in l.ſi cui.12.de verb.obligat.

Manumiſſus ab eo,qui habet cauſam à grauato de manumittendo,poteſt eligere in patronum ipſum grauatum,& euitare manumittentem, vel econtrà. l.Titius.44.iuncta l.idque Iulianum.46.in fi.de actio.empti.

Manumiſſus ex cauſa fideicommiſſi tutor filiorum manumittentis datus poteſt proponere excuſationem,ſi quam habet,quod alij non licet.l.nequaquam.27. & ibi gl.1.de excuſat.tutorum.

Manumiſſi ex cauſa fideicommiſſi continentur appellatione libertorum teſtatoris.l.cùm pater.79.§.fidei heredum.de legat.2.

Manumiſſus operis non impoſitis non poteſt cogi ad præſtandas operas,etiam ſi aliquo tempore ſua voluntate præſtiterit.l.operis.39.de operis libert.

Manumiſſus ex fideicommiſſo,& ſic ex neceſſitate non tenetur præſtare operas manumiſſori:& ſi promiſerit,non tenetur.l.cerdonem.42.eodem.

Manumiſſus ex fideicommiſſo dicitur libertus manumiſſoris, & tam contra tab. quàm ab inteſtato ad bona eius venire poteſt quaſi patronus:ſed operas ei imponere,& impoſitas ab eo petere non poteſt,niſi ſit filius rogatus ea intentione,vt pro patrono haberetur.l.qui ex cauſa. 29.de operis libert.& gl. 1.in l.hiſ quibus.C.de fideicom.liber.

sionis approbata siue iusta, siue iniusta non retractatur. §. eadem lege. & ibi gl. sine lege. Inst. eod.

in Manumittendo contumax priuatur hereditate liberti: sed non tutela, nisi totum ius patronatus perdat.l.3.§.1.de legitim. tutor.

Manumittendi onus transit ad heredem fideicommissarij, qui rogatus fuit manumittere.l.fideicommissaria.23.§.seruum.de fideicomm.libertat.

Manumittendi iusta causa est etiam quando dominum a periculo vitæ, vel infamiæ liberauit seruus.gl.iustæ.in §.eadem lege. Inst. quib. ex causis manumittere.

in Manumittendis seruis certum modum constituit lex Fusia Caninia,quæ quasi impediens libertates sublata est.in princ. Inst. de lege Fusia Caninia.

MANVMITTENS scienter seruum sibi indebitè solutum,tenetur ad eius pretium condictione indebiti; si ignoranter, ad nihil tenetur,nisi manumissionis causa aliquid consequutus fuerit:veluti hereditatem eius tanquàm patronus. l.in summa.65.§.si seruum.de condictione indeb.gl.nec interest. & ibi add. in §.si res legata.Inst.de leg.

Manumittens seruum alienum si post manumissionem heres extitit domino serui,per talem successionem non confirmatur manumissio. gl.1.in l.rem alienã. 41.de pig. act.

Manumittẽs ex causa fideicommissi dicitur ex necessitate manumittere,ac præstare debitam libertatem, nec vllum beneficium conferre in vllum. l. proxime. 50.de ritu nuptiar.& gl.1.in l.1.C.de oper.libert.

Manumittens ex causa fideicommissi admittitur etiam ad hereditatem liberti. gl.compulsus.in l.3.de legit.tutor.gl. fi. in l.nequaquam. 27.& ibi gl.1.de excusat.tutorum.

Manumittens quem ex causa fideicommissi, nihil iuris, vt patronus, aduersus personam liberti consequitur, excepto quòd in ius vocare non debeat patronum,nisi iussu prætoris, & ad successionem venit, & etiam petit contra tab.d. l.nequaquam.& ibi.gl.1.

Manumittens ex causa fideicommissi non potest imponere operas manumisso: fallit hoc quandoque.l.vt iurisiurandi.§.rescriptum. & ibi gl.perductus est. de operis libert.gl.1.in l.5.C.de operis libert.

Manumittens ex necessitate si ante tempus manumisit, sicut facit gratiam temporis,ita interim potest imponere operas.gl.fi.in l.2.& l.mater.5. C. de operis libert.

Manumittens seruum, gratis manumittere videtur: vnde operas imponere potest ei.ibid.

Manumittens gratis,& sponte,siue non gratis, habet ius succedendi liberto. ibidem.

Manumittens non habet bon. possessionem contra tab. liberti, vel ius succedendi,si emit seruum nummis ipsius serui,vt eum manumitteret,vel si accepit pecuniam ab extraneo pro manumittendo. ibid.

Manumittens, qui nummis acceptis extraneo seruum suum manumisit,vt indebitam solutam cogitur reddere liberto pecuniam, quam à liberto pro operis accepit,siue sint illæ impositæ,siue non.l.3 de operis libertorum.

Manumittens filius testatoris potest imponere operas ei,quem erat rogatus manumittere:regulariter tamen contrà.gl.1.in l. mater tua.5.C.eod.

Manumittens seruum emptum eius pecunia non potest ei operas imponere, nec vt ingratum in seruitutem reuocare, licèt quoad alia habeat iura patronatus. l.si tuis nummis.7.& ibi gl.fi. C.eod.

Manumittens seruum simpliciter videtur ei donare peculium, nisi expressè retineat.gl.sed nisi.in l.cùm oportet.6.cùm autem.C.de bonis, quæ liberis.

Manumittens seruum alienum cum iudicis decreto nullam pœnam patitur, cùm eum excuset authoritas iudicis; libertas tamen reuocatur à domino.l. fiet.ibi gl.2.C.de his, qui à non dominis.

Manumittens seruum alienum cum principis decreto, restituto seruo domino suo,duo mancipia eiusdem ætatis,sexus, & artis tenetur domino præstare, & alia tria similia fisco,nisi ille seruus libertatem præscripserit.d.l. fin. C.de his, qui à non dominis.

Manumittens seruum necessariò, non potest eum reuocare propter ingratitudinem:iudex tamen potest punire eum secundum delicti qualitatem.gl.libertis. & ibi add.in princ.Inst.de capitis diminutione.

Manumittens seruum ex voluntate si non remisit ius patronatus,potest libertum reuocare propter delictum commissum in eum quod consistit in faciendo,nisi patronus velit eum aliter punire:sed propter delictum, quod consistit in omittendo,ex leui,non potest reuocare:sed bene ex graui.ibid.

Manumittens seruum ex voluntate si remisit ius patronatus, remissio illa nihil valet quoad hoc, vt propter ingratitudinem libertus reuocari non possit: sed bene quoad alia iura.† d.gl. libertus.in add.

Reliqua verbo,Nominatim,Pupillus,5.Seruus,71.vsque,97.115,

MANVS dicitur membrum.§.fi.in auth.vt nulli iudicum.col.9.

Manus vna sola debet abscindi ei,qui commisit crimen,cuius qualitas exigit abscissionem membri.auth.sed nouo. C. de seruis fugit.

Manus vna debet amputari seruo fugienti ad hostes, & exactori tributorum, si non faciat apocham de susceptis:id est scripturam: in qua scribuntur ea, quæ suscipiunt exactores tributorum.gl.1.ibid.

Manus debet amputari tabellioni,si fecerit falsum instrumentum, & etiam quibusdam hereticis.ibid.

Manum aridam si quis habeat, illa est ei amputanda, quando pœna abscisionis manus ob delictum imponitur ei:quia deformitas etiam in hoc facit pœnam. gl.2.in add.ibid.

Maritus idem importat,quod potestas. Inst. de libertinis.

Manus militaris: id est executio militaris debet cessare in negotiis priuatorum, nisi in subsidium ex magna causa.gl.transfertur.in l. qui restituere. 67. de rei vend.

Manu militari: id est per suos exequutores, & familiam suam potest iudex possessionem transferre à condemnato nolente parere iudici. ibid.

Manum iniicere idem est,quòd non expectata iudicis authoritate rem nostram, aut nobis debitam vendicare.l.pe.in add.marg.de seruis exportand.

Manum eleuãs contra aliquem quasi ei alapam daturus, & ex hoc attonitus,& perterritus fuerit, licèt non dederit, tenetur vtili iniuriarum actione prætoria, non Cornelia,l.item apud Labeonem.15.§.1.& ibi add.marg.& gl. actione.de iniuriis.

Reliqua verbo,Membrum.

MARCHIA, ducatus, vel comitatus diuidi non possunt: sed aliud feudum, si consortes voluerint,rectè potest diuidi,ita,vt omnes,qui partem feudi habent iam diuisi, vel diuidendi, fidelitatem faciant, ita, vt vasallus pro vno feudo plures dominos habere non compellatur, nec dominus feudum sine voluntate vasalli ad alium transferat.c.1.§.prætereà.de prohibita feudi alienat. per Fridericum.

in Marchiæ comitatus,vel ducatus feudo nullus succedit; sed morte accipientis finitur, nisi iterum ab imperatore inuestiatur.gl.2. in c.1.de natura successio. feudi.

Marchio,& comes possunt dare feudum, qui regis, & regni capitanei dicuntur: sed qui ab illis feuda accipiunt, propriè dicuntur regis, vel regni valuasores: sed hodie dicuntur capitanei:sed illi,qui ab eis accipiunt feudum,dicũtur minores valuasores.c.1.in princ.de his,qui feudum dare possunt.& glo.1.in c.1. quis dicatur dux,&c.

Reliqua verbo,Feudum,18.

MARE, & litora maris naturali iure communia sunt omnium.l.2.de rerum diuis.l.iniuriarum.13.§.si quis me.de iniuriis.

Mare est commune omnium quoad vsum:sed proprietas est nullius, sicut aër est communis vsu: proprietas verò est nullius; sed iurisdictio est Cæsaris. gloss. fi.in add.in d.l.2.

in Maris litore piscantibus licitum est casam ponere, in quam se recipiant. l. riparum. de rerum diuis.

Mare occidentale in plenilunio æquinoctiorum tantum crescit, quòd quandoque cooperit prata, & ripas. gl. & per hoc.in add.in §.1.Inst.de rerum diuis.

Mare est congregatio aquarum multarum.gl.alioquin.in l.pe. ad leg. Pomp. de parricidiis.

Maris appellatione comprehenditur etiam amnis,& flumen. ibid.

Maris vsum habens per priuilegium,vel per longam consuetudinem,si impediatur suum vsum,vel ius suum exercere, competit ei interdictum vti possidetis. l.sanè.14.& ibi gl.1.de iniuriis.

Maris vsus communis est omnib.vt aëris,iactásque in id pilas eius esse,qui iecerit:quod tamen non est concedendum,quando deterior litoris,vel maris vsus quomodo futurus est.l.5. ne quid in loco publico.

ex Mari extractæ res non sunt extrahentis,antequàm dominus eas pro derelicto cœperit habere.l.quæcumque.58. de acquir.rerum dominio.

Mare natura omnibus patet.l.venditor.14.communia prædiorum.

Mari non potest seruitus imponi priuata lege, princeps tamen potest imponere seruitutem mari:scilicet quòd piscatio ibi non exerceatur.d.l. venditor.& ibi. gl.priuata.

Reliqua verbo,Iactare,Litora,Proiiciens,Deiiciens.

MARGARITAE non continentur appellatione gemmarum,& lapillorum.l. & si non sint.§.pe.de auro,& argento.

Margaritæ crescunt,& conualescunt apud rubrum mare, velut concha margarita.ibid.

Margaritarum nomine in larga significatione continẽtur etiam gemmæ: secus propria,& stricta l.pediculis.34.fi.& ibi gl.margaritæ,eod.

Margaritarum linea surrepta,dici debet numerus illarum.l.fi.quis vxori.5.2.§. si linea. de furtis.

Reliqua verbo,Gemma,Aurum,2.Lapilli,Linea.

Maritus in genere.num.1. vsque 9.
quoad matrimonium,& eius onera,& diuortium,ac repudium. 9. 10.
quoad filios,& partum post diuortium,vel absente marito.11.12.
quoad adulterium,& lenocinium,& accusationem de illis.13. vsque 20.
quoad bona paraphernalia.21,
quoad dotem,& eius periculum.22. vsque 29.
quoad æstimatam dotem.30.
quoad lucrum dotis,& fructuum. 31.32.
quoad dotis fructus,& vsuras. 33. 34.
quoad seruos dotales,& eorum manumissionem.35.36.
quoad expensas in rebus dotalibus,in infirmitate,vel funere vxoris,vel in alimenta.num.37.38.
quoad dotis repetitionem, restitutionem, & promissionem de reddendo. num. 39. 4 41.
quoad priuilegium ne condemnetur in plus,quàm facere potest.nu. 42.43.
quoad donationem,vel venditionem inter coniuges. nu. 44. vsque 50.
quoad legatum dotis,vel alterius rei relictum vxori,vel econtrà.51.vsque 54.

MARITVS licèt affinis non sit:sed causa affinitatis, sine mandato agere potest. 1
gl.& liberti.in l.sed & hæ.de procuratoribus.

Maritus potest cogere vxorem ad operandum.l.itemque.28.& ibi add. marg. de vsufr.

Maritus,si cùm posset vsucapioné rei vxoris interpellare, neglexit, tenetur vxori ad illius rei æstimationem.gl.fi.in l.1.vsusfructus quemadmod.

Marito concessa est leuis castigatio.gl.fi.in l.sed & si. §.fi.ad legem Aquil.

Maritus tenetur vxorem alere,& præbere vestimenta, quæ sunt de iure naturali. l.peculium.41.in add.marg.de peculio.

Maritus si paciscatur cum socero, vt ex vsuris dotis dandæ à patre marito, ipse maritus aleret vxorem:residuum, si quod est, non reddit patri: sed cùm pater deberet eam alere,si mandauit alendam marito:residuum, quod fuerit,reddet maritus patri:quia primo casu vt vir eam aluit,in secundo verò vt minister electus à patre.l.creditor.60.§.si inter.& ibi gl.1.mandati.

Maritus si dedit vsumfructum tertiæ partis bonorum vxori suæ,cui mortuo marito sine cautione de reddenda data est pecunia, quæ ex æstimatione tertiæ partis fiebat, potest illa pecunia repeti ab herede mulieris actione in factum subsidiaria,l. partis.de præscrip.verbis.

Maritus vxori si fundos vendiderit ita, vt si ipsa nupta esse ei desiisset, eos fundos, si ipse vellet,eodem pretio reuenderet, vel restitueret,viro actione in

Maritus,& vxoror ad imparia iudicari non debent.gl.æqualance.in l. fi. Cod. de repudiis.

Maritus potest vxorem malè morigeratam moderatè castigare gloss. fin. in add. ibidem.

Maritus res amotas quondam ab vxore,si extant, poterit vendicare ab heredibus vxoris.l.fi.C. rerum amotarum.

Maritus absens,& ignorans si sit constitutus curator vxori suæ,excusatur à pœna Senatusconsulti:dum tamen petat alium substitui.l. 4. Cod. de excusat. tutorum.

Maritus ignorans si sit constitutus curator,non euitat infamiam,nisi petat curatorem.gl.fi.ibid.

Maritus indifferenter vtitur rebus vxoris,& econuersò:est enim promiscuus vsus rerum mariti,& vxoris.l.quamuis.17.C.de furtis.

Maritus quod habet,dicitur habere vxor,& ecõuersò,& ratione huiusmodi promiscui vsus dicitur socia diuinæ,& humanæ vitæ.gl.1. ibid.

Maritus contra suam vxorem constante matrimonio non potest habere actionem furti.l.fi.C.eod.

Marito si res commodata subtrahatur ab vxore,in electione domini est,vel agere actione commodati contra maritum,vel furti contra vxorem,si vir soluendo non extiterit.ibid.

Maritus propter matrimonij pudorem non furti:sed in factum rerum amotarũ actionem habet contra vxorem.ibid.

Maritus,& vxor ab intestato inuicem excluso fisco,vel collegio succedunt deficiente liberorum,vel parentum,vel propinquorum legitima,vel naturali successione.l.1.& ibi gl.fi.C. vnde vir.& vx.

Marito morienti ab intestato non succedit vxor deficientibus coniunctis in liberalitate imperiali:sed socius liberalitatis imperialis, qui eam excludit in illa.gl.pe. ibid.

7 Maritus,& vxor vt ab intestato sibi inuicem succedant deficientibus coniunctis, intellige si matrimonium durauit inter eos vsque ad mortem. gl.1.ibid.

Maritus vxori succedit ab intestato cum filiis suis emancipatis in virilem vsumfructum.gl.fi ibid.

Maritus potest blando sermone prouocare vxorem, vt ipsum heredem instituat, & econtrà.l.fi.C.si quis aliquem testari.

Maritus si dedit pecuniam vxoris mutuo pro ea accipiendo pignus:vxor si marito non successit,nomine suo non potest pignus vendere.l.pe.C. de distractione pignorum.

Marito non potest solui,quod debetur vxori sine voluntate vxoris, etiam si vxor sit minor 25.ann.l.inuito.11.C.de solutio.

Maritus aliquid sibi ascribens in testamento vxoris incidit in pœnam legis Corneliæ,& pro non scripto habetur.l.4.C.de his , qui sibi ascribunt.

Mariti domus est domicilium vxoris:sed non econtrà.gl. affectus. in nuptias.in auth. de nuptiis.col.4.

Maritus non succedit vxori in feudo etiam fœmineo , nisi specialiter sit inuestitus.c.1.an maritus sucedat vxori.& c.1.de inuestitura, quam Titius.

Maritus etiam si se immiscuerit in cura vxoris suæ, potest nihilominus se excusare,imò & si vellet,non admittitur ad curam , quod verum est,quando curator datus fuit , postquàm fuit sponsus, vel maritus; sed si anteà fuit tutor , vel curator , non posset posteà esse maritus ; de iure tamen canonico rectè potest esse maritus. §. item rescripserunt. & ibi gl. se excusare, Inst. de excusat. tutorum.

Maritus potest esse procurator vxoris suæ.gl.curatorem.ibid.

Maritus potest esse curator in litem vxoris suæ.† d.gl.curatorem.in add.marg.

in Mariti bonis dicitur esse id,quod ab vxore consequi potest de iure,& de facto, vt quia pro muliere expendit,vel mandato eius præstitit, & ideò illud dicitur posse facere.l.facere.10.solut matrim.

Maritus si tertia bonorum parte lege Iulia de vi priuata fisco damnatus sit,fiscus pro ea parte creditoribus eius vxori tenetur satisfacere. l. si marito. 32. eodem.

Maritus si in tertia parte bonorum fisco damnatus sit:in ea parte nõ tenetur creditoribus,nec vxori.gl.2.ibid.

Maritus non potest improbare vxoris mores, quos ipse ante corrupit , aut posteà approbauit.l.cùm mulier.49.eod.

Maritus potest conueniri pro vxore, & tenetur de eius delicto , quando maritus officialis secum ducit vxorem ad locum, vbi est officialis:quia fuit in culpá in ducendo.l.obseruare.& ibi gl.exigitur.de officio proconsul.

8 Maritus potest esse fideiussor pro vxore in omni casu siue ciuili,siue criminali. l. 2.§.prætor ait.qui satisdare cog.

Mariti non compelluntur lugere vxores:vidua autem compellitur. l. vxores. de his,qui notantur.l.decreto.C.ex quibus causis infam.irrog.

Maritus corpore mulieris,& eius substantia,& omni vita sua potitur.l. assiduis.& ibi gl.mulierum.C qui potiores in pignore.

Maritus potest cædere vxorem fustib. & flagellis ex causa : alioquin moderatè debet adhibere castigationem.§.si quis autem. in add. marg.in auth. vt liceat matri,& auiæ.co.8.

Maritus,qui facto diuortio vxoris negotia gessit, tenetur ad dotis restitutionem non solùm actione doli:sed etiam nego.gestorum,si maritus, dum gessit,erat soluendo,& etiam nunc,sed non statim postquàm cœpit gerere.desiit esse soluendo,& imputatur sibi,eò quòd gerens negotia vxoris à se non exegerit dotem.l.diuortio.& ibi gl.1.& gl.non tenetur.de nego.gestis.

Maritus,qui cum soluendo non fuit, nec est,si gessit negotia vxoris non imputatur sibi,si à se non exegerit. ibid.

Maritus facto diuortio statim cùm cœpit gerere negotia vxoris , desiit esse soluendo,& potuit soluere dotem,& nunc potest:vel si potuit;sed nunc post moram non potest,tenetur in solidum actione nego.gestorum , eò quòd à se non exegit:sed si potuit, & statim non potuit , vel quando non potuit,non tenetur in solidum.ibid.

Maritus si mandat debitori suo,vt vxori soluat , talis solutio debitorem liberat: quia maritus intelligitur factus dominus nummorum solutorum , & traditio tacitè in vxorem facta pro nulla habetur:quia fingitur,maritum dedisse vxori.l.3.§.fi.& ibi gl. creditorem.de donatio.inter virum.

Maritus in successione bonorum intestatæ vxoris superstitib. consanguineis extraneus esse dicitur.l.fi.C.quorum bonorum.

Reliqua verbo,Hæres,65.Vxor,Mulier,Promissio,6.Stipulatio,29.30. Vestimenta,Vxor,Castigare, Absens,13.

MARITVS si delato sibi iuramento in causa matrimoniali iurauerit se maritum non esse,non præiudicat,si posteà veritas inueniatur,quòd sit maritus. gl. agatur.in l.ait prætor.3.de iureiura. 9

Maritus,qui non sustinuit onera matrimonij , pro illo tempore non potest petere vsuras.l.cùm post.70.§. in domum.de iure dotium.

Maritus tenetur alere,& sustentare vxorem:non vxor virum. gl. contra sexus. & ibi add.marg.in l.si stipulata.34.§.si vxor.de donatio.inter virum.

Maritus sustinet onera matrimonij,& pro illis fructus dotis ad eum pertinent.l. pro onerib.C. de iure dotium.

Maritus onus matrimonij debet sustinere post mortem patris , qui recepit vxoris dotem,& ideò præcipere debet eam.l.si maritus.47.famil.ercis.

Maritus si sine causa vxorem verberibus affecerit,ex alia substantia sua etiã constante matrimonio tantùm dabit vxori,quãtum tertia pars antenuptialis largitatis facit:matrimonium tamen ob id non soluitur. auth.sed nouo.& ibi gl. 1.C.de repudiis.

Maritus , vel mulier si post dissolutum matrimonium communi consensu causa castitatis contrahant nuptias,vel luxuriosè viuant , filij eorum debent habere omnem substantiam eorum:filiis tamen non extantibus fisco applicantur , & ipsi puniuntur.auth.quod hodie. C. eod.

Maritus , & mulier si communi consensu dissoluto matrimonio causa castitatis ingrediantur monasterium,eorum substantia non traditur continuè filiis: sed expectatur mors eorum.gl.fi.ibid.

Maritus propter suam impotentiam naturalem coeundi poterit dirimere matrimonium:quia si primò non cognouerat , nec conatus fuerit cognoscere mulierem,non imputatur ei,quia nemo peccare cogitur,& antequã haberet vxorem,non potuit scire,an esset potens,vel impotens.gl.fi.in l.in causis.10.Cod. eodem.

Maritus minor,qui dolo diuerterat,non restituitur aduersus pœnam diuortij;secùs si culpa tantùm:quia tunc restituitur.l.si ex causa.10.§.si mulier. & ibi gl. 1.de minor.

Maritus,& vxor si se inuicem accusant,& pronuncietur , causam repudij vtrumque dedisse , causa repudij data ab vno compensatur cum causa data ab altero ex coniugibus, quia paria delicta mutua compensatione tolluntur.l.viro, atque vxore.40.soluto matrim.

Maritus poterit vti auxilio repudij contra vxorem in omnibus casibus , in quibus mulier contra virum.l.consensu.8.§.vir quoque.C.de repudiis.

Maritus si aliquid de causis repudij obiecerit vxori, & probauerit, dotem lucratur,& donationem ante nuptias.ibid.

Maritus si sine causa vxorem dimittat,dotem redhibere,& donationem ante nuptias amittere debet. ibid. 10

Maritus causam repudij poterit probare per testes domesticos,& aliàs inhabiles. ibidem.

Maritus , vel mulier si temerè repudium miserit filio , vel filiæ, aut filiis ex matrimonio extantib. quicquid ex nuptiis lucratũ fuerit , vel per dotem, vel per donationem propter nuptias illud filiis post mortem parentis debet reseruare data electione , quem filiorum velit instituere in dote, vel in donatione.d. l.consensu.§.si verò.

Maritus vxorem suã foris pernoctantem poterit repudiare, nisi fuerit apud proprios parentes,vel alios,qui sunt sine suspicione,vel nisi vir eam de domo eiecerit.d.§.vir.& ibi gl.foris.

Marito non licet repellere à coniugio vxoré,quam sine dote acceperat,nisi causa legibus expressa interuenerit.l.fi.C. de repudiis.

Maritus si reiecerit sine culpa vxorem,quam receperat sine dote, vel ipse talem culpam contra innocentem mulierem iniecit , punitur in quarta parte bonorum mulieri applicanda , ita tamen quòd centum libras auri non excedat. ibidem.

Maritus poterit mittere repudium vxori indotatæ , quæ ope,vel industria abortum fecit, vel stuphas cum hominibus causa libidinis intrauit inuito marito, vel viuente marito alium maritum sibi fieri conata est ; & marito applicatur quarta pars bonorum mulieris.d.l. fi.

Maritus,vel mulier non poterit hodie diuertere à coniugio propter malos mores,& iudicium de moribus inter eos sublatum est.ibid.

Maritus solus potest repudiare vxorem : scilicet non furiosam , vel etiam furiosam,dummodò furor tantus sit , vt tolerari non possit.† gl.pe.in l.4. C.de curator furios.

Maritus secundum leges potest vxorem dimittere pro ingrediendo monasteriũ: sed secundum canones non potest,si cognouerit illam carnaliter , nisi & illa voueat castitatem;si autem non cognouerit,potest. gl.eam.in §.illud quoque. in auth.de monachis.col.1.& §.distrahuntur.& ibi gl.licentiam.in authen. de nuptiis. col.4.

Maritus solus , vel vxor sola si constante matrimonio intrauerit monasterium, soluitur matrimonium,quod intellige si copula non sit sequuta,ita, quòd si vir ingressus sit, restituet prius vxori dotem , & omnia , quæ ab ea recepit , & etiam ex nuptiali donatione tantam , quantam haberet mulier ex morte viri secundum pacta dotalia. §. sponsalibus in auth. de Sanctiss. episcopis.col.9.

Reliqua verbò,Mulier,42.Matrimonium,15.17.18.19.infrà 34.Absen.

MARITVS longo tempore absens, & reuersus si vxorem prægnantem inuenerit,& ante partum , cùm posset , non denunciauerit vxori ex se non esse prægnatem , cogitur agnoscere filium.gl.pen.in l.filium.de his,qui sunt sui. 11

Maritus denunciatus à muliere intra 30. dies post diuortium se esse prægnantem ex eo,debet ipse per se , vel per alium mittere custodes,aut eidem renunciare , quòd non sit ex eo prægnans : quod si facere non curauit, cogitur partum agnoscere aliàs extra ordinem punitur iudicis arbitrio , l. 1. §. mariti de liber.agnoscend.

Maritus

Maritus, & pater mulieris ſi dicant ſe nolle accuſare de adulterio, ſtatim currũt tempora extraneis accuſare volentibus, nec amodò pater, nec maritus admittuntur ad accuſandum. d.l. ſi maritus. §. ſi negauerint.

16 Maritus, qui vxorem in adulterio deprehenſam repudiauit, poteſt denunciare, ne alij nubat, & ſufficit quòd denunciauerit ei ſimpliciter ſe accuſaturum de adulterio, ad hoc vt poſſit incipere accuſationem adulterij, etiam ab ea ſi velit. l. qui vxori. 16. cum l. ſeq. eod.

Maritus, qui vxorem adulteram repudiauit, ſi non denunciauit, libellum tamen accuſationis de ea dederit antequàm ipſa nuberet, & hoc intellecto ipſa nupſit, nunquàm poterit incipere accuſationem ab ea. l. denunciaſſe. 18. eodem.

Maritus, qui vxorem adulteram repudiauit, ſi denunciauerit, ne alij nuberet, cùm vellet accuſare de adulterio, nec dixit pro quo adulterio, nec pro quo delicto, ſi ipſa poſtea nupſerit alij, poteſt maritus incipere accuſationem, etiam ab ea. ibid.

Marito non licet occidere vxorem in adulterio deprehenſam; ſubuenitur tamen ei, vt minus puniatur. † glo. omnem. in l. nec in ea. 22. & gloſſ. 1. in l. marito. 24. eod.

Marito adulterum vxoris ſuæ deprehenſum domi ſuæ, non ſoceri occidere permittitur, non quemlibet vt patri: ſed tantum vilem, putà eum, qui leno eſt, aut qui artem ludicram facit, vel qui in ſcænam ſaltandi, cantadive cauſa prodierit, & debet ſe diuertere ab vxore. d.l. marito.

Marito hodie quandoque licitum eſt occidere quemlibet adulterum, & etiam alibi, quàm in domo ſua. gl. occidere. & gl. domi ſuæ.

Maritus vxorem in adulterio deprehenſam retinens, adulterúmque dimittens vt leno tenetur: ſed hodie non: nam & damnatam, & in monaſterium immiſſam poteſt maritus reconciliare, nec tenetur vt leno. l. mariti lenocinium, 29. & ibi gl. 2. & add. marg. eod.

Maritus, qui duxit in vxorem fœminam de adulterio, aut de ſtupro damnatam, punitur lege Iul. de adulteriis: ſecùs ſi ob aliam cauſam fuit damnata. ibid.

Maritus quæſtum faciens ex adulterio vxoris ſuæ punitur lege Iul. de adulteriis, ſiue ſemel, ſiue ſæpiùs fecerit. d.l. mariti lenocinium. §. qui quæſtum.

Maritus quæſtum ex adulterio vxoris ſuæ facere dicitur, qui accepit aliquid, vt vxorem pateretur adulterari meretricio quodam genere. ibid.

Maritus, qui paſſus eſt vxorem delinquere, non ob quæſtum: ſed ob negligentiã, vel culpam, vel quantamcumque patientiam, vel nimiam credulitatem non tenetur lege Iul. de adulter. ibid.

17 Maritus, qui ſeparauit ſe ab vxore adultera, habet 60. dies vtiles, intra quos poſſit iure mariti accuſare: qui dies ſi cucurrerunt, & etiam quinquennium à die cõmiſſi criminis cucurrerit, amodò non poteſt eam accuſare de adulterio. d.l. mariti. §. prætereà,

Maritus accuſans vnum de adulteris non poteſt interim alium accuſare: poteſt tamen vnà cum adultero accuſare eum, qui præbuit domum, vt adulterium ibi fiat, vel qui conſilium in hoc dedit. l. nihil intereſt. 32. §. fi. eod.

Maritus dicens ſeruum ſuum adulterium commiſiſſe cum vxore ſua priùs debet accuſare vxorem de adulterio, quàm in præiudicium ſeruũ torquere. l. ſi quis adulterium, 33. eodem.

Maritus retinens filium, vel ſeruum, vel libertum, qui commiſerant adulterium cum vxore ſua, punitur lege Iulia quaſi leno, & ipſa vxor retenta punitur; ſed ſi eam dimiſſam poſteà reduxerit, punitur etiam ipſe. ibid.

Maritus occidens vxorem in adulterio deprehenſam non tenetur lege Cornelia de ſicariis: punitur tamen ſecundum conditionem perſonæ, vt ſi ſit humili loco in opus perpetuum traditur; ſi verò honeſtiore loco in inſulam relegatur. l. ſi adulterium cum inceſtu. 38. §. Imperatores. eod.

Maritus poteſt accuſare adulterum etiam vxore mortua in matrimonio. l. vim paſſam. 39. §. nupta, eod.

Maritus, qui poſt crimen adulterij intentatum eandem vxorem reduxit, deſtitiſſe videtur, & ideò non poteſt poſteà ex eadem lege eandem iterùm accuſare: maritus tamen ex legis mente poteſt accuſari, licèt non poſſit ex verbis, quod intellige ſi damnatam reduxit, vel ſi non poſſit ignorantiam obtendere gloſſ. quæſitum. 40. §. fi. & ibi add. marg. eod.

Maritus proponens ſe habere vxorem mercalem, ſi agat ad permiſſum cauſa lenocinij vxoris, excluditur ab agendo, nec ei datur actio ex tali cauſa, licèt acceptum ab eo repeti non poſſit, l. mercalem. C. de condict. ob turpem.

Maritus nullo modo poterit accuſare vxorem de adulterio, niſi ſe inſcribat; quo caſu lucratur dotem. gl. adulteram. & gl. ſibi habere. in l. conſenſu. §. vir. C. de repudiis.

Maritus poteſt accuſare vxorem de adulterio lege Iulia; ſed non vxor virum. l. 1. C. de adulteriis.

Maritus ſi acceſſerit ſolutæ non poteſt de adulterio accuſari. gl. 2. ibid.

18 Maritus ſi acceſſerit ad alterius vxorem non poteſt accuſari de adulterio ab vxore vxorio iure: quia thorum dictæ vxoris, vel viri non eſt violatum; ſed tantũ viri adulteræ. ibid.

Maritus ſi acceſſerit ad alterius vxorem nõ poteſt accuſari de adulterio ab vxore etiam iure extranei, cùm ea non poſſit proſequi ſuam iniuriam: poterit tamen dimittere virum, & lucrabitur dotem, & donationem. ibid.

Maritus accedens ad ſolutam, adulterium non committit, nec poteſt ab vxore accuſari ad quamcumque accedat: de iure tamen canonico dicitur maritus adulterium committere. gl. pen. ibid.

Maritus retinens vxorem in adulterio deprehenſam videtur adulterio conſiſſe, & ideò crimine lenocinij puniri poteſt. l. 2. C. eod.

Maritus retinens in matrimonio vxorem, quam habet ſuſpectam de adulterio, non punitur. ibid.

Maritus ſine accuſatore punitur de lenocinio, ſi vxore rea facta mariti lenociniũ detegatur. gl. fi. ibid.

Maritus ſi velit vxorem accuſare de adulterio; ſerui, & ancillæ vxoris, vel patris eius torqueri poſſunt, vt veritas eruatur, & ideò intra 60. dies à die diſſoluti matrimonij prohibentur manumitti, & diſtrahi: & maritus debet cauere de ipſorum emendatione totali, vel deteriorationis in caſu ſubſequutæ ſolutionis. l. 3. C. eod.

Maritus ad hoc vt inchoet accuſationem contra vxorem de adulterio, opus eſt vt priùs fiat diuortium. gl. ex diſſolutione. ibid.

Maritus per ſe vel filios poteſt impunè occidere adulterum vilem in adulterio nocte comprehenſum in domo ſua: ſcilicet mariti, non adulteri. l. 4. & ibi gl. 1. C. eod.

Maritus per ſe, vel filios occidens adulterum non vilem in adulterio deprehenſum, in totum non liberatur: ſed debet mitti in exilium. d.l. 4. & ibi gl. homicidium.

Maritus iure mariti poteſt accuſare adulteram intra 60. dies vtiles, quibus elapſis admittitur iure extranei intra quatuor menſes vtiles. l. iure mariti. & ibi gl. 1. C. eod.

Maritus perfertur omnibus in accuſando adulterium intra 60. dies vtiles: & ſine metu calumniæ, & etiam ex ſola ſuſpicione poteſt vxorem ream facere etiam ſine ſubſcriptione, niſi maritus ſit infamis. gl. 1. ibid.

Maritus ante alios etiam elapſis ſexaginta diebus admittitur iure extranei vſque ad quatuor menſes ad accuſandum, & quando plures venerunt ad accuſandũ, iuſtior præfertur. ibid.

Maritus, vel ſponſus ſi non eſt tempore, quo virgo ſtuprata fuit, nõ poteſt vt maritus, vel ſponſus accuſare, licèt ſit ſponſus, vel maritus; ſed ipſa puella cum authoritate curatoris accuſare poteſt ſtupratorem. l. propter violatam. 7. Cod. eodem.

Maritus de crimine adulterij cum adultero tranſigere non poteſt, & par eſt delictum vtriuſque: ſcilicet tranſigentis, aliquo accepto dato. l. de crimine. 10. C. eodem.

Maritus vxorem, quam retinet in matrimonio, non poteſt accuſare de adulterio; ſed hodie de iure nouo poteſt; & ſi accuſatio vera eſſe oſtendatur, repudium mittere debet, & in ſcriptis accuſare debet: & ſi non probet, ſimilitudine ſupplicij debet affici. l. crimen. & auth. ſed nouo. C. eod.

Maritus militiæ cauſa abſens ſi intra ſtatutum tempus non potuit vxorem de adulterio accuſare, non currit ei tempus. l. ſi quondam. 25. C. eod.

Maritus, qui cœpit accuſare vxorem de adulterio, ſi velit deſiſtere, debet impetrare à iudice; alioquin ſi ſimpliciter deſiſtat: ſcilicet nulla abolitione impetrata, pœnam deſertæ accuſationis non euitabit, nec de cætero admittitur ad accuſandum. l. abolitionem. 16. C. eod.

Maritus, qui vxorem in adulterio deprehenſam retinet, vel de adulterio damnatam reducit, crimen lenonicij committit: ſed non, qui vana indignatione libellum accuſationis ſolùm porrexit; nam tunc poteſt deſiſtere, & ſine metu legis Iuliæ in matrimonio retinere. l. ſine metu. 17. C. eod.

Maritus ſi reipub. cauſa abſens intra ſtatuta tempora non potuit vxorem accuſare de adulterio, ſibi reuerſo datur ex integro licentia accuſandi vt eam accuſare poſſit. l. ob commiſſa. 11. C. eod.

Maritus retinens vxorem more meretricio viuentem non poteſt eam accuſare de adulterio quaſi lenocinium exercens; poteſt tamen accuſare, ſi eam deſerat. gl. fi. in l. quæ adulterium. 29. C. eod.

Maritus in accuſatione adulterij præfertur cæteris. gloſſ. 4. in l. quamuis. 30. C. eodem.

Maritus hodie accuſans vxorem de adulterio ſiue iure mariti, ſiue iure extranei debet ſe ſubſcribere ad pœnam talionis. † gl. inſcribere. in §. quia verò. in authent. vt liceat matri, & auiæ. col. 8.

Maritus olim priùs dedebat repudiare vxorem, quàm accuſaret eam de adulterio; ſed hodie poteſt accuſare eam etiam non repudiata ea. gloſſ. repudio. ibidem.

Maritus accuſans de adulterio non tenetur ſe inſcribere; quia non tenetur de calumnia, niſi ſit euidens: hodie tamen ſe inſcribit, & amittit donationem propter nuptias. gl. conueniri. in l. quamuis. 30. C. de adulteriis.

Maritus ſi calumnietur accuſando vxorem de adulterio puniri debet illa pœna, quam ſubiret mulier conuicta: ſcilicet mitti in monaſterium. † gloſſ. fin. ibidem.

Maritus ſi ciuiliter agens probauerit adulterium vxoris, & ea ciuiliter ſit condemnata, lucratur dotem: ſed ſi criminaliter accuſauerit, & ea ſit damnata, eius ſubſtantia diuiditur. † gl. fi. in auth. ſed hodie. C. eod.

Maritus ei, quem habet de vxore ſuſpectum, debet denunciare ter in ſcriptis, ne cum ea loquatur: & ſi poſt inuenerit eum cum vxore in loco ſuſpecto, poterit eum interficere. auth. ſi quis. C. eod. & §. his quoque. in auth. vt liceat matri, & auiæ. col. 8.

Maritus poſt denunciationem factam alicui de vxore, ſuſpecto, ſi inuenerit eum cum vxore in loco, in quo non poſſunt carnaliter coniungi, licèt vellent, poteſt accuſare eum, & debet punire. ibid.

Maritus admittitur ad accuſandum vxorem quondam de ſtupro commiſſo, poſtquàm diuertit ab eo. l. pen. C. de adulteriis.

Maritus quando agit criminaliter contra vxorem adulteram, ad hoc vt mittatur in monaſterium, poteſt vir vxorem de adulterio damnatam intra biennium recipere, & tunc nuptiæ non læduntur, & pacta dotalia ſuis temporibus ſeruantur: ſed ſi vir vxorẽ intra biennium recipere recuſauerit, & mulier in monaſterio permaneat, tunc vir ex adulterio non lucratur dotem: ſed ex pacto. §. ſi quando. & ibi gloſſ. ſeruantur. in authent. vt nulli iudicum. collatione. 9.

Reliqua verbo, Lenocinium, Adulterium, Stuprum, Mulier, 29.

MARITVS in his rebus, quas mulier extra dotem habet, quæ parapherna dicũtur, nullam vxore prohibente communionem, nec aliquam neceſſitatem imponere poteſt ei. l. hac leg. 8. C. de pact. conuent. 21

Maritus poteſt mouere actiones paraphernales, quarum ſibi tradita ſunt inſtrumenta, & exigere debita, pro quibus reſtituendis bona ſua ſunt tacitè obligata. l. fi. C. eod.

Maritus poteſt mouere actiones paraphernales, & vſuras earum circa ſe, & vxorem expendere: pecuniam ſortis, quam exegerit, ſeruando mulieri. d.l. fi. & gl. factus in l. ſi ſtipulata, 34. §. ſi vxor de donat. inter vir.

Maritus pecunias paraphernales, quas exegerit, poterit diſtribuere in cauſas, ad quas ipſa mulier voluerit diſtribuere. d.l. fi.

Maritus in bonis paraphernalibus dicitur factus procurator ex eo, quòd tradidit

Maritus ex parte hæres institutus ab vxore sub conditione, si dotem sibi per vxorem promissam, & non datam non petierit, debet denunciare cohæredi se ratum accepto facere dotem, & debet cauere cohæredi suo de non petendo, vt ita adire possit hereditatem. l. Mutianæ, de condit. & demonstr.

Maritus ex asse institutus ab vxore sub conditione, si dotem sibi promissam ab ea, & non datam non petierit, non impeditur, quominùs adeat hereditatem, etiam si non caueat de non petendo: quia non est, cui caueat. ibi.

Maritus rem dotalem mobilem alienare potest, etiam quæ seruando seruari non potest. l. seruum dotalem. 21. in add. marg. de manumissio.

Maritus per seruum dotalem potest acquirere hereditatem. gl. non acquiri. in l. liber homo. 19. de acquirend. rerum dominio.

Maritus vtitur in re data in dotem vxori accessione ex eius persona, & econtrà vxor in re dotali restituta accessione mariti. l. Pomponius. 13. §. in dotem. de acquir. possess.

Maritus possidet rem dotalem, & non mulier: quia vir vsucapit, & fit ei accessio. gl. accepta. ibid.

Maritus si vendidit prædium dotale scienti, vel ignoranti illud dotale esse, non valet venditio: confirmatur tamen illa, si muliere decedente in matrimonio, ipse maritus lucretur totam dotem ex forma pacti initi inter eos. l. cùm vir. 42. de vsucapi.

Maritus in dote dicitur habere causam onerosam propter onera matrimonij, veluti creditor, cui æquiparatur. l. Nesennius. 41. & ibi add. marg. de re iud.

27 Maritus dotem accipiens à patre vxoris sciens eam sibi dari in fraudem creditorum ipsius patris, tenetur reuocatoria creditoribus eius: & si conuentus ab illis creditoribus restituerit, liberatur ab actione de dote, nec vxori tenetur diuortio facto; sed si antequàm à creditoribus conueniretur, restituat vxori, ab ea conuentus actione dotis tenetur nihilominùs creditoribus reuocatoria, eò quòd sciuit fraudem, nec habet vllum regressum ad vxorem. l. fi. §. si à socero. quæ in fraud. creditor.

Maritus dotem receptam à patre vxoris ignorans sibi datam in fraudem creditorum ipsius patris, si antequàm conueniretur à creditoribus, diuortio facto restituerit eam vxori: sed si neuter eorum sciuit fraudem, tunc vxor tenetur statim dare dotem, si sibi fuit restituta, vel si sibi non fuit restituta debet cauere de restituenda, cùm ad eam peruenerit: ipse tamen maritus non tenetur, ex quo fraudem ignorauit. ibi.

Maritus dotem accipiens videtur quodãmodo debitum accipere pro onere matrimonij, & sic similis est creditori. gl. indotatam. ibid.

Maritus non dicitur accipere dotem ex donatione, licèt dos dicatur donatio. gl. non dandam. ibid.

Marito agenti contra heredem soceri ad dotem, quam socer dolo inductus à filia sua marito promisit, potest ab herede soceri obiici exceptio de dolo vxoris suæ, & etiam de dolo ipsius mariti commisso in stipulando sibi dotem, vel etiam postea paciscendo de non petendo. l. apud Celsum. §. apud Iulianum. de doli mali except.

Maritus petens dotem ab eo, qui dolo inductus à muliere pro ea dotem promisit, non repellitur exceptione doli mulieris: poterit tamen promittens agere contra mulierem vt liberetur ab illa promissione: aut si soluit, poterit petere ab ea, quod soluit pro ea. l. purè. §. si eum, qui. eod.

Maritus, qui promisit constante matrimonio vxori stipulanti soluto matrimonio prædia, quæ erant obligata vxori pro dote reddenda dare in solutum, potest nihilominùs, si vult, reddere dotem, quam accepit. l. quamuis. 45. de solutio.

Marito competit furti actio pro re dotali inæstimata sibi surrepta, non mulieri, licèt illa periculo mulieris esset. l. interdum. 50. de furtis.

Maritus vsumfructum in dotem recipiens, proprietatem obligare non potest. l. interest. 6. C. de vsufructu.

28 Maritus proprietatem inæstimatam in dotem recipiens eam non potest obligare. d. l. interest. & ibi gl. 1.

Marito obliganti rem dotalem, aut vxori obligatam in dotem, quantumcumque generaliter, vel specialiter vxor remittat contrahenti ius hypothecæ, ea remissio ad illum tantum contractum, super quo interponitur, refertur. gl. inutilem. & ibi add. marg. in l. 1. §. 1. quibus modis pignus.

Mariti bona omnia sunt tacitè obligata pro dote, & sic etiam nomina sunt tacitè oblig. gl. 1. in l. 3. C. de hered. action.

Maritus constante matrimonio alienando res dotales, aut doti obligatas cum euictionis promissione, tenetur de euictione: non tamen mulieri præiudicat alienatio, cùm reuocare possit. gloss. mulier. in l. vbi adhuc. 29. Cod. de iure dotium.

Maritus per traditionem rerum dotalium dicitur dominus earum, & tanquàm dominus eas vendicare potest, & manumittere seruum dotalem, quod non posset, nisi fuisset dominus. gl. naturaliter. in l. in rebus. 30. C. eod.

Maritus dicitur dominus rerum dotalium æstimatarum de iure gentium, & ciuili; licèt etiam mulier in his habeat actionem in rem in subsidium. ibid.

Marito pro petenda dote, vel mulieri pro repetenda, olim duæ dabantur actiones: scilicet ex stipulatu, & rei vxoriæ: hodie tamen sublata rei vxoriæ actione datur ex stipulatu: & si aliquid vtilitatis illa habebat, hoc in actionem ex stipulatu translatum est. gl. in rub. C. de rei vxoriæ actione.

Maritus rebus dotalibus euictis potest agere de euictione quando stipulatio, vel pactum dotis præcedit donationem; secùs verò ibi dotis datio fuit facta sine stipulatione, vel pacto. † l. 1. & ibi gl. marito. C. de iure dotium. † gl. euictis. in l. 1. §. & vt pleniùs. C. de rei vxoriæ actione.

Maritus licèt habeat hypothecam tacitam pro dote sibi præstanda in aliis bonis mulieris, vel promissoris; non tamen præfertur cæteris creditoribus in illis, sicut mulier. gl. ex vtroque. in l. 1. §. & vt pleniùs. C. de rei vxoriæ.

Maritus si sibi seruauit electionem de præstando res sibi in dotem datas, vel earum æstimationem, poterit eligere res ipsas, vel si malit, æstimationem: quòd si non elegerit, transfertur electio in vxorem. gl. restituendis. in d. l. 1. §. cùm autem.

Maritus institutus herès cum aliis à patre, qui vxoris suæ dotem percepit, detrahere poterit dotem de hereditate dando cautionem cohæredibus de seruando eos indemnes scilicet quòd ab eius vxore non conuenientur. d. l. 1. §. cautione.

Marito, & eius heredibus, & cuilibet alij, qui dotem recepisse confessus est, licitum est exceptionem non numeratæ dotis opponere intra annum à die dissoluti matrimonij morte, vel repudio. l. fi. C. de dote cauta, non num.

Maritus non poterit retinere dotem, eò quòd probet vxorem adulteram esse, vbi 2
matrimonium soluitur ratione affinitatis, vel consanguinitatis: quia illa potest se excusare, quid non fuerit eius vxor. gl. sibi habere. in l. consensu. 8. §. vi. C. de repudiis.

Mariti mors facit dotem ad mulierem recurrere. l. fi. C. sol. matr.

Maritus pro conseruanda dote potest vxori dare pignus ex suis bonis; sed non potest dare pignori bona alicuius extranei amici pro dote; sicut non potest dare fideiussorem, vel aliam quamlibet satisdationem. l. 1. & ibi gl. 2. C. ne fideiussor. dotium dentur.

Maritus conuentus actione de dote in quantitate pro reb. amotis, potest obiicere compensationem: secùs verò in specie. † l. 1. & ibi gl. fi. Cod. rerum amotarum.

Maritus, qui fundum communem cum alio accepit in dote, ad commune diuidundo iudicium prouocare non potest illum, cum quo habet communionem: rectè tamen potest ipse prouocari ab illo. l. fi. C. de fundo dotali.

Maritus si mortua vxore in matrimonio tradidit dotem re vera patri vxoris, ipso iure liberatus est: sed si pater vxoris non soluta dote in testamento dixit, dotem filiæ meæ recepi à marito suo, & ab eo peti veto, tunc maritus per exceptionem secundum voluntatem defuncti potest se tueri. l. pe. C. de falsa causa adiecta.

Maritus accipiens in dotem res mobiles, etiam alienas: vitio tamen non affectas, vsucapere potest titulo pro dote. l. 1. C. pro dote.

Maritus accipiens in dotem rem alienam æstimatam ante matrimonium, non potest eam vsucapere pro emptore, neque pro suo: sed si inæstimatam accipiat, tunc vsucapere potest pro suo. gl. 1. ibid.

Maritus post contractum matrimonium accipiens rem alienam inæstimatam in dotem, vsucapiet eam pro dote; si æstimatam pro emptore. ibid.

Mariti bona omnia pro primipilari officio tacitè sunt obligata fisco, ita, quòd etiam mulieris dos sit obligata: res tamen paraphernales non sunt obligatæ, nec capiuntur pignori propter mariti debitum: sed separatæ restituuntur. † l. 1. & ibi gl. 1. & 2. C. de iure fisci.

Maritus constante matrimonio non potest alienare prædium dotale: confirmatur tamen mortua muliere, si dos cessit lucro mariti. gl. 1. in l. constante. [illegible] C. de donat.

Maritus pro rebus dotalibus onera realia soluere tenetur, vt collectas, & tributa: cum ex his fructus percipiat. sed personalia, quæ bonorum causa imponuntur, non tenetur præstare. gl. fi. & ibi add. marg. in l. 1. C. de mulieribus, in quo loco. lib. 10.

Maritus si fecerit pactum de non amittenda donatione propter nuptias, vel mulier de non amittenda dote, si in aliqua causa repudij inciderit tale pactum, nullum est. l. consensu. §. fi. C. de repudiis.

Maritus in rebus dotalibus tenetur de leui culpa siue in faciendo, siue in omittendo. † gl. culpanda. in l. si constante §. si maritus soluto matrim.

Maritus in suis quamuis sit negligens vltra naturam hominis, non sic debet esse in dotalibus. ibid.

Reliqua verbo, Dos, Mulier, 6. vsque 12.

MARITVS prædia æstimata in dotẽ accipiens, si constante matrimonio pactus 30
sit circumscribẽdæ mulieris causa, vt prædia inæstimata essent, ne periculo suo ea deteriora faceret, pactum constante matrimonio factum si mulieri sit vtile, valet, vt quia illa prædia deteriora non sint facta, nihilominus tamen si illa prædia sint deteriora, eo etiam nomine dotis tenetur maritus vxori. l. cum maritus. 19. de pactis dotalibus.

Maritus si res dotales donationis causa plusquam valebant æstimatas, accepit à muliere non aliàs datura eas res, nisi aucta æstimatione causa donationis, in arbitrio viri est an velit restituere res dotales deductis rationibus sumptuum vel an earum pretium: idem est quando mulier minoris æstimata res dedit viro, aliàs non accepturo. l. quod autem. 8. §. si maritus. & ibi gl. arbitrio. de donat. inter virum, & vxor.

Maritus si fundus æstimatus in dotem datus à priore creditore ex causa pignoris euictus sit, non debetur æstimatio mulieri. l. Mæuia. 50. §. fi. soluto matrim.

Maritus proprietatem æstimatam recipiens eam poterit obligare. l. interest. ibi. & gl. 1. C. de vsufructu.

Maritus proprietatem æstimatam in dotem si recipiat, soluto matrimonio restituere debet eius æstimationem. ibi.

Maritus si habet electionem an æstimationem dotis, an fundum dotalem velit restituere, tunc potest fundum dotalem obligare; secus quando mulier habet electionem. gl. fi. ibid.

ad Maritum spectat periculum, & augmentum rei æstimatæ in dotem datæ l. cùm dotem. 10. C. de iure dotium.

Maritus assimilatur fructuario in rebus inæstimatis in dotem datis. gl. acquisierunt. in l. 1. §. cùmque. C. de rei vxoriæ actione.

Marito, vel etiam vxori in rei dotalis æstimatione decepto succurritur. l. circùmscripta. 6. C. soluto matrim.

Maritus si in dotis æstimatione à muliere sit circumuentus vltra iustum pretiũ, extantibus, vel extinctis rebus dotalibus, non tenetur nisi ad veram æstimationem. d. l. si circumscripta. & ibi gl. pe. & fi.

Maritus rem dotalem æstimatam recipiendo in dotem consequitur eius dominium: alioquin non. l. qui balineum. 9. §. fin. in add. marg. qui potiores in pignore.

Reliqua verbo, Mulier, 13. Dos, 15. Dotalis, 6. 7. 8.

MARITVS lucrari videtur ex pacto de lucranda dote, quod præstaret mulieri, 31
si conueniretur. l. si pro rata. 28. §. fi. de religios.

Maritus quandoque lucratur dotis fructus, licèt non sustineat onera matrimonij, vt cum soluto matrimonio dotẽ in pecunia existentẽ non restituit, nisi post annum.

contra

missore tardante,& ex ea lucrum fecisse potuerit,potest petere id,quod interest vna cum dote.ibid.

Maritus si permisit vxori capere fructus dotis donationis causa, poterit agere contra eam eatenùs, quatenùs facta est locupletior. l. pro oneribus.20. C. de iure dotium.

Maritus si permisit vxori capere fructus dotis,& ex illis vxor sit sustentata, maritus non poterit repetere.gl.fi.ibi.

Reliqua verbo,Dos,14.15.Fructus,16.17.18.Mulier,14.

35 MARITVS si voluntate mulieris donantis seruos dotales manumisit,quidquid habuit ab eis de impositis operis causa libertatis, vel habere sperat de hereditate libertorum,non tenetur restituere soluto matrimonio. l.si constante. 25. §.si vis.soluto matrimonio.

Maritus si negotium mulieris gerens, vel cum pacto de reddendo vxori quidquid consequeretur à libertis, voluntate mulieris seruos dotales manumiserit,tenetur cauere mulieri se restituturum ei soluto matrimonio quidquid consequeretur ex bonis liberti,vel ex eorum obligatione.d.§.si vir.& ibi gloss. negotium.

Maritus si tantùm in seruos vxoris sæuus fuerit, ita quòd eos deteriorauerit: soluto matrimonio tenetur vxori eo nomine. d. l. si constante. §. si maritus.

Maritus propter immoderatam sæuitiam in seruos vxoris, soluto matrimonio tenetur vxori eo nomine actione de dote, etiam si in suos ita fuerit natura sua.ibid.

Maritus licèt teneatur vxori ad eam diligentiam, quam in rebus suis exhibet, nec in plus teneatur:tamen sæuitia immoderata,quæ in seruis propriis mariti culpanda est,in alienis coercenda est,& ita in alienis de ea tenetur.d.§.si maritus.& ibi glo.pen.

Marito modica castigatio in seruos dotales permittitur cum causa legitima, & etiam vsufructuario.gl.fuerit.& ibi addit.marg.ibid.

Maritus debet cauere se seruos dotales,qui culpa eius sunt in fuga, persequuturum,& restituturum:secùs si sine culpa mariti essent in fuga. l. si filiofa. 26. §. pe.& ibi glos.maritus.eod.

Maritus cibaria,quæ præstitit vxoris mancipiis tempore matrimonij, non repetit,si mancipia sint in vsu communi,neque repetit cibaria,quæ præstitit mancipiis vxoris tempore concubinatus. l. si prædia. 59. de donatio.inter virum.

36 Maritus,qui vxore inuita seruum dotalem manumisit,si à liberto solus sit institutus heres, portionem hereditatis,quam vt patronus consequi potuit, & debuit,retinet:alteram verò portionem,quam de impositis operis consequutus est,dotis iudicio debet restituere vxori.l.dotalem.62.soluto matrim.

Maritus si voluntate mulieris donantis seruos dotales,manumisit eos, de impositis operis libertatis causa sibi præstandis nihil tenetur restituere vxori. l. quòd si vir.63.eod.

Maritus gerens negotium vxoris volente vxore, si seruum dotalem manumiserit,debet vxori,vel eius heredi restituere quidquid ad eum tanquàm ad patronum peruenit, vel dolo fecit, quominùs perueniret: sed non illud, quod consequutus est,vt quilibet alius.l.si verò.65.eod.

Maritus gerens negotium vxoris, si ea ignorante seruum dotalem manumisit, dicitur manumisisse vxore contradicente.gl.1.ibid.

Maritus vestimenta data seruis dotalibus,facto diuortio,qualia sunt, recuperat, aliàs compensat in dotem.l.pen.§.1.eod.

Maritus tenetur vestire seruos dotales nudos,nisi vxor aliunde habeat, quo possit eos vestire:seruos tamen paraphernales ipsa vxor tenetur vestire. d. §.1. in add.marg.

Maritus soluto matrimonio tenetur restituere peculium serui dotalis: sicut ei ipsum seruum dotalem.l.fi.eod.

Maritus tenetur de dolo, & lata culpa in quærendo, & conseruando peculium serui dotalis.ibid.

Maritus habet liberam facultatem inter viuos constante matrimonio manumittendi mancipia dotalia,& etiam ex testamento tempore mortis. l.3.C.de iure dotium.

Maritus si soluendo est,seruum dotalem inæstimatum sibi datum manumittere potest:sed non inuita vxore,cui specialiter pignori dedit.l.1.& ibi gl. 1. C.de seruo pignori dato.

Maritus si non esset dominus rei dotalis,non posset manumittere seruum dotalem.gl.2.ibid.

Maritus tenetur de peculio serui dotalis simpliciter, siue ad se, siue ad vxorem pertineat.l.hinc quæritur.20.§.1.de peculio.

Reliqua verbo,Seruus,11.Mulier,14.Dotalis.9.

37 MARITVS expensas necessarias,& vtiles factas in fundo dotali potest recuperare à muliere.l.fi.de fundo dotali.

Maritus expensas,quas fecit in re dotali gratia quærendorum fructuum, soluto matrimonio non repetit,quando ipse retinet fructus totius anni, vt quia toto anno durauit matrimonium.l.diuortio.8.§.fi.solut.matr.

Maritus expensas,quas fecit in re dotali gratia quærendorum fructuum, ex fructibus,& non ex dote debet deducere,etsi in vno anno plus expendit, quàm collegit,de fructibus secundi anni,quo solutum est matrimonium,non deducet tales expensas.d.§.fin.& ibi gl.satisfaciendum.

Maritus si in re dotali fecerit expensas necessarias,vel vtiles, vt quia nouam villam in fundo dotali vtiliter, vel necessario extruxit; vel veterem totam sine culpa sua collapsam restituerit, repetit eas impensas à muliere soluto matrimonio actione mandati, vel negotiorum gestorum. d.§.fi.& ibi gl.fin.

Marito permittitur auferre ornamentum,quod posuit in re dotali,si profuturum est ei,quod abstulerit:aliàs non. l.pro voluptariis.de impensis.

Maritus non potest donare vxori expensas vtiles, & necessarias, quas repetere potest:fallit tamen quandoque.l.in voluptariis.& ibi gl.1.eod.

Maritus non potest exigere stipendium, vel tributum, quod soluit ob dotalem fundum.l.neque stipendium.eod.

Marito concessa est retentio dotis propter expensas factas in res dotales. §.item si de dote.Inst.de actio.

Maritus funeraria actione pro expensis in funere mulieris factis ad id tantum tenetur,quod facere potest.l.si pro rata.27.§.fi.de religios.

Maritus constante matrimonio potest reddere dotem vxori, vt se, suósque alat, vel vt patrem ab hostib.captum redimat;& tunc non tenetur ad impensas funeris vxoris.d.l.si pro rata.§.1.& ibi gl.2.

Maritus pro expensis funeris vxoris potest conueniri funeraria, vsque eo, quod lucratur ex pacto de lucranda dote, & non vltra.d.§.fi.& ibi gl.pen.

Maritus tenetur funerare vxorem,in quantum facere potest, quando pater mulieris non est soluendo,neque heredes habet.l.quòd si nulla.28.eod.

Maritus tenetur funerare vxorem,ne iniuria eius videatur, vxorem suam tempore mortis suæ insepultam relinquere.ibid.

Maritus prior,etiamsi lucratus sit dotem, non tenetur funerare mulierem, quæ post diuortium,secundo nupta decessit,gl.fin.ibi.& l.si mulier.29.eod.

Maritus, & vxor si eodem momento decesserint, actio funeraria pro portione dotis contra viri heredes datur,cùm ad eum peruenerit portio dotis ex pacto de lucranda media dote.l.si possessor.32.§.fi.eod.

Maritus,& vxor quando eodem momento moriuntur, præsumitur, mulierem primò decessisse:& ideò funeris mulieris sumptus ad viri heredes pertinent. gl.fi.ibi.

Maritus si ex forma statuti,pacti,vel consuetudinis tertiam partem dótis lucratur,si non adhibuit medicos,aut infirmam destituit,perdit eam partem dotis. gl. adhibuit.& ibi add.marg.in l.quòd si nolit.31.§.si mancipium. de ædilitio edicto.

Maritus pro rata temporis, quo alimenta præstat vxori, etiam iure canonico 3
licitè percipit vsuras. l. cùm post. 70. §. in domum. in add. margin. de iure dotium.

Maritus expensas,quas fecit in pueros ex ancillis dotalibus natos, aut in eorum doctrinam,aut alimenta non repetit ab vxore:quia ipse ministeriis eorum vtitur:repetit tamen id,quod nutrici dedit ad educandum eos.l.si id,quod donatum.29.§.1.eod.

Maritus id,quod pro redimendis seruis dotalibus à prædonibus expendit,repetere potest ab vxore.ibid.

Maritus cibaria,quæ vxoris familiæ,vel eius iumentis,quæ in vsu communi sunt præstitit,non potest repetere:sed quod expendit in alendo familiam vxoris domesticam,aut venalitiam,repetit ab vxore.l.sed si vir.32.§.fi.eod.

Maritus rectè potest expendere totam dotem, vel partem eius causa redimendi ab hostibus aliquas personas necessarias ipsi mulieri,aut vt extraheret de vinculis aliquem de necessariis mulieri,& habet exceptionem pro ea parte,quam in hanc causam expendit contra mulierem, vel eius patrem agentem de dote soluto matrimonio.l.sed etsi.22.soluto matrim.

Maritus rectè potest expendere totam,vel partem dotis in socerum pauperem, & in restitutione dotis habetur ratio eius, quod eo nomine expendit, ididem.

Maritus cogitur ad petitionem consanguineorum vxorem furiosam alimentare, & medicina ei succurrere,& alia necessaria impendere secundum quantitatem dotis:& si dotem dissipat,dos sequestrabitur.l.si cùm dotem. 23. §.si autem in sæuissimo.eod.

Maritus tenetur præstare alimenta vxori,etiam si vxor nullam dotem habeat. † gl.secundum dotis quantitatem.ibid.

Maritus non præstans alimenta vxori iure canonico excommunicatur.ibid.

Maritus funeris impensam,quam paterf. vxoris fecit, tenetur ei statim: dotales tamen res statuto tempore,soluere.l.si filiafa.61.eod.

Maritus tenetur subuenire vxori infirmæ de alimentis,& medicinis, & omnibus necessariis.l.quod in vxorem.13.C.de negotiis gestis.

Maritus si expellat vxorem de domo propter culpam vxoris, maritus non tenetur eam alimentare, secus si propter culpam mariti. glo. in casus positione. ibidem.

Maritus poterit conuenire patrem vxoris,ad quem dos rediit ad soluendas impensas à se factas in funere vxoris suæ,& etiam ipse vir tenebitur etiam conferre,si quid sibi de dote remanet.gl.fi.ibid.

Maritus,qui tenetur præstare alimenta vxori,tenebitur etiam seruientibus ei.gl. onera.in §.illud quoque.in auth.de non eligendo secundò nubentes.

Reliqua verbo,Funerari,1. Funus,3. Mulier, 72. Dos, 37.

Expensa, per tot.

MARITVS quando reddit dotem,debet repromittere, & præstare cautiones, quòd dolo suo,vel culpa dotis causam non fecerit deteriorem.gl.2.in l.redhibere.21.de ædilitio edict.

Maritus quando habet electionem ancillam dotalem, etiam deteriorem restituere,vel æstimationem, tunc emolumentum partus non spectat ad ipsum, cùm nec pertineat periculum deteriorationis:sed quando ad maritum spectat periculum,vt quia debet restituere aut æstimationem,aut ipsam ancillam non deteriorem, tunc ad ipsum pertinet partus. gl.1.in l. si mancipia. 19. de iure dotium.

Maritus licèt per decennium expectabundus dotem non acceperit; in ea tamen reddenda non potest ea temporis prorogatione vti aduersus definitum tempus.l.Attilicinus.17.& ibi add.marg.de pact.dota.

Maritus dotem,quam ex pacto filiæ communis nomine retinere potuit,si lapsus errore non retinuit:sed vxori,vel eius heredi restituit,filia,quæ patri sola,matri pro parte heres extitit,rectè petit dotem à patre matri solutam. l.inter socerum.26.§.vir.de pactis dotalibus.

Maritus ab initio cogitur promittere dotem alij, quàm mulieri, nisi quando aliquod incommodum suspectum habet.l.2.& ibi gl.suspectum. ad med. soluto matrim.

Maritus in donatione dotis potest cogi promittere se redditurum dotem extraneo danti.gl.nec cogitur.ibid.

Maritus non cogitur promittere dotem de reddenda dote soluto matrimonio alicui extraneo rixoso,vel potentiori.gl.suspectum.in l.2.soluto matrim.

Maritus quando tenetur restituere dotem alicui extraneo,tenetur ei in solidum; licèt mulieri teneatur in quantum facere possit.ibid.

Maritus cogi potest promittere de reddenda dote alicui extraneo soluto matrimonio,non obstante quod timeat incommodum ex eo, quòd mulier non potuerit

Maritus si sub conditione obligatus est, quantum ad hoc dicitur non posse facere; secùs quando purè est obligatus. l. facere. 29. & ibi gloss. fin. soluto matrim.

Maritus in id, quod facere potest, & non vltra debet condemnari, etiam si filius propter vxoris delictum successerit ei in dote. l. si maritus. 37. eod.

Maritus condemnatus in id, quod facere potest, non cogitur cedere mulieri nomina debitorum ad satisfaciendum doti sufficientia, si ampliùs non habeat præter illa nomina, quæ sunt ei necessaria pro victu. l. si maritus. 44. eod.

Maritus pro restitutione dotis tenetur cedere nomina debitorum, etiam si non habeat aliunde, vnde viuat, si ex sua persona possit sibi quærere victum, vt quia nouit artem, qua possit honestè victum quærere, quo casu non potest excipere, vt non exigatur ab eo, nisi in quantum facere potest. gloss. fin. & ibi add. marg. ibi. & §. item si de dote. & ibi glo. facultates. & ibi add, marg. Inst. de actio.

Mariti heredes extranei in solidum condemnantur in dotis restitutione: sui autem heredes in quantum facere possunt, & non vltrà. l. nec maritus. & ibi glos. fin. C. soluto matrim.

Maritus conuentus à muliere de dote non habet beneficium, quòd non teneatur nisi in quantum facere potest, quando mulier est pauper ita, quòd ad ipsius victum tota dos esset necessaria, vel quando res dotalis, vel alia acquisita ex re dotali extaret. gloss. facultates. in addit. in §. item si de dote. Instit. de actionibus.

Maritus primus ab vxore delegatus secundo viro non tenetur in solidum: sed solùm in quantum facere potest, si promisit quod mulieri deberet: secùs si promisisset certam quantitatem, quam sibi dedit vxor: quia tunc tenetur in solidum, nec habet exceptionem ne conueniatur vltrà, quàm facere potest contra secundum virum, cui delegatus fuit. gl. similis in l. Nesennius. 41. de re iudicat. & l. si prior. 33. & ibi gl. fi. soluto matrimonio.

Reliqua verbo, Beneficium, 2. 3. 4. Exceptio, 13. Pactum, 3. Condemnare.

44 MARITVS si donationis causa, & in fraudem legis rem viliori pretio vendiderit vxori, non valet venditio; sed si alij vendíturus eodem pretio non donationis causa, nec in fraudem legis vendat vxori, valet venditio. l. vir vxori. 17. & ibi gl. 1. & ibi add. marg. ad Velleian.

Maritus si nummos ab vxore sibi donatos sciens suos non esse factos consumpsit emendo rem, tenetur pro illis nummis actione ad exhibendum. l. si vir. ad exhibendum.

Maritus si iusserit aliquem donaturum sibi, vt vxori suæ illud det, traditio vxori facta non valet: quia perinde est, ac si maritus acceptam rē suam factam vxori suæ dedisset. l. 3. §. fi. de donat. inter virum.

Maritus si iusserit aliquem sibi traditurum mortis causa, vt vxori suæ illud tradat, traditio vxori facta non valet: quia perinde est; ac si maritus traditam rem suam factam vxori suæ tradidisset, nec refert an donator conualuerit, vel mortuus sit, l. idémque. 4. de donat. inter virum.

Marito si tu donaturus sis mortis causa, & tu eius iussu illud tradideris eius vxori, si tu conualueris, tenetur tibi maritus condictione; sed te decedente facta traditione vxori efficitur dominus rei traditæ, qua caret, & efficitur maritus pauperior, si valeret donatio vxori facta, & ideò non valet, quoad vxorem; secùs tamen est in legato, quod marito es relicturus, eius mandato vxori relicto, quia legatum tunc vires sumet, cùm tu decesseris. d. l. idémque. & ibi gl. fi. & add. marg.

Maritus si vxorem suam, & Titium reos debendi habeat, & mulieri accepto tulerit donationis causa, neuter liberatur: quia acceptilatio non valet: sed si Titio accepto tulerit, liberatur Titius: mulier verò manet obligata. l. si sponsus. §. 1. eod.

Maritus si donationis causa vendiderit vxori rem valentem quindecim proquinque, si nunc valet res decem, quinque tantum tenetur vxor præstare marito; quia in eo locupletior est facta. d. l. si sponsus. §. circa venditionem.

Maritus, vel vxor si donationis causa seruitute non vtatur, amittitur seruitus: sed post diuortium condici potest. d. l. si sponsus. §. si donationis.

Maritus si monumentum purum magni pretij donauerit vxori, tunc demùm valebit donatio, cùm corpus humabitur, & fiet locus religiosus, quod idem est, etiam si ipsa illò illata sit, licèt morte eius finitum sit matrimonium. d. l. si sponsus. §. concessa.

Maritus si vxori donauerit locum ad oblationem Dei, vel vt in eo opus publicum, quod promiserat, faceret, vel ædem publicam, valet donatio, & fiet locus sacer. ibid.

Maritus potest vxori donare aliquid, vt Deò detur, vel consecretur. ibid.

45 Maritus si oleum pro vxore in æde sacra posuerit, valet donatio. ibid.

Maritus heres institutus si donationis causa repudiat hereditatem, in qua vxor erat substituta, vel ab intestato heres futura est, valet donatio. d. l. si sponsus. §. si maritus.

Maritus si donationis causa repudiet legatum, in quo mulier substituta est, vel quando mulier erat heres instituta, valet donatio. ibid.

Maritus si certa quantitate deducta de hereditate rogatus sit restituere hereditatem vxori: potest illam restituere ei sine deductione: quia perfectiùs fidei debitum videtur impleuisse, quàm donasse, nisi per errorem calculi restituisset, quo casu indebiti fideicommissi datur repetitio. d. l. si sponsus. §. fi.

Maritus si vxori in vnguenta dederit pecuniam, & illa creditori suo eam pecuniam soluerit, & mox de sua pecunia emerit vnguenta, non reuocatur donatio, cùm tantumdem de suo erogauerit, & ideò nec videtur ipsa facta locupletior. l. quod autem. 8. §. 1. & ibi gl. mortua. & ibi add. marg. eod.

Maritus si lancem vxori in vnguenta dederit, & ipsa lancem retineat, & de sua pecunia emerit vnguenta: vendicatio lancis cessat, cùm illa mulier non videatur facta locupletior, cùm tantumdem de suo erogauerit, & ideò non reuocatur donatio. ibidem.

Maritus, & vxor si quid inuicem donauerint sibi, & vxor consumpserit: maritus verò seruauerit, compensatio donationum fit. matrim. soluto diuortio: secùs si morte. d. §. 1. & ibi gl. rectè.

Maritus vxori si donauerit pecuniam. & ipsa ex ea pecunia prædia comparauerit, æstimari debet in quantum locupletior sit facta mulier, vt in tanta pecunia condemnetur, si sit soluendo; aliàs non. d. l. quod autem. §. idémque.

Maritus si donauerit vxori mortis causa, & ea diuerterit, infirmatur donatio, licèt peruenerit ad eum casum, à quo incipere potest. l. sed inter. 12. §. fi. & ibi gl. pe. eod.

Maritus si donauerit pecuniam vxori ad refectionem ædium suarum, quæ incendio consumptæ erant, valet donatio, in quantum ædificij extructio postulat: quia non videtur accipiens locupletior, cùm de suo tantùm amiserit. l. quòd si vir. 15. & ibi gl. 1. eod.

Maritus sicut donare potest fructus dotis vxori, vt se, suósque alat, ita & de alio suo proprio donare potest vxori ad exhibitionem sui quatenus concurrit cum fructibus dotis, quos sibi retinet, & quod supererit facta computatione eius, quod donatum est, cum fructib. dotis reuocabitur. l. ex annuo. 16. & ibi gl. dotis, eod.

Maritus vxoris seruis, vel vestimentis si sit vsus, vel si in ædib. vxoris gratis habitauerit, vel econtra, valet donatio. l. si vir. 19. eodem.

Maritus si mortis causa donauit seruum vxori, & is seruus priusquàm maritus decederet, stipulatus sit, in pendenti est causa obligationis, donec maritus moriatur, aut conualuerit, ita quod si donatio aut confirmetur, aut perimatur: etiam causa stipulationis aut confirmatur, aut resoluitur. l. si is seruus. 21. eodem.

Maritus si pactus sit, quòd mulier dote sua fruatur, vt se, suósque alat, valet pactum, nec dicitur quasi donatum, quod compensandum est. l. si quis pro vxore. 22. §. fi. eod. 46

Maritus si seruum vxori suæ mortis causa anteà donatum cum libertate heredē scripserit hoc animo, quòd donationis se pœnituisse dixit, reuocata donatione valet institutio, secùs si postquam eum heredem instituit, donasset: quia tunc donatio præualebit. l. vxori suæ. 23. eod.

Maritus si seruum vxori mortis causa donatum heredem scripsit simpliciter, & non cum libertate, nec animo adimendi seruum, non censetur reuocare donationem: secus quando instituisset eum seruum cum libertate: quia tunc præsumitur animo adimendi eum instituisse. d. l. vxori suæ. & ibi gl. fi.

Maritus emptor si iusserit venditorem, vt daret vxori suæ rem emptam à se donationis causa, venditor liberatus erit, si possessionem rei vxori iussu mariti tradiderit: quia licèt vxor iure ciuili contradicente donationi possidere non intelligatur; ipse tamen venditor nihil habet, quid tradat. l. si eum, qui. 27. eodem.

Maritus si operas serui sui præstiterit vxori, vel vxor marito, valet talis donatio, nec habenda est ratio illarum operarum. l. si id, quod donatum. 29. §. 1. eodem.

Maritus vxori, vel econtrà si vendiderit donationis causa quinque solidis duo mancipia, quorum quilibet valebat quinque, & si decem: illa mancipia dicuntur esse communia vxoris, & mariti pro portione pretij. l. sed si vir. 32. §. si duo. eod.

à Marito, vel vxore minore emere licitum est, dummodò non sit animus donandi, & ideò vt vendicatio alicuius rei à marito facta infirmetur, non consideratur, quòd res maioris pretij sit sed solùm consideratur quantum ex pretio donationis causa sit remissum. ibid.

Maritus vxori, vel econtrà si vendiderit aliquid vero pretio: & incontinenti paciscatur donationis causa, ne aliquid ob eam rem venditor præstaret venditio valet: sed pactum tantum irritum est, siue ex interuallo, siue incontinenti fuisset positum. d. l. sed si vir. §. si vir vxori.

Maritus vxori quod in diem debet, sine metu donationis ad præsens soluere potest, nec æstimatur donatio remissione dilationis temporis, quamuis commodum temporis retenta pecunia sentire potuerit. d. l. sed si vir. §. quod vir. & ibi glo. potuerit. eod.

Maritus si defunctum sibi aliquid legaturum, vel hereditatis nomine relicturum iusserit, vt vxori suæ relinquat, non videtur illa esse donatio: quia nihil ex bonis mariti diminuitur, secùs est quando maritus aliquem donaturum sibi mortis causa iussit, vt vxori suæ traderet: quia in primo casu legatum non traditur statim: sed post aditam hereditatem; sed in secundo casu maritus fit dominus facta traditione vxori, & decedente donatore maritus caret re. l. idémque. 4. & ibi gl. fi. & l. sed si vir. 32. §. quòd legaturus. & ibi gl. donatio. eod.

Maritus vxori si munus immodicum, & vltra vires dotis dederit, dicitur donatio, & ideò reuocanda: secùs si daret vxori impensas, quas faceret mulier, quò honestiùs se haberet. d. l. sed si vir. §. pen.

Maritus rem dotalem donando vxori fructus eius poterit donare: licèt enim donatio ipsius rei dotalis non valeat: fructus tamen principaliter donare poterit. gl. fi. in l. pro onerib. 20. C. de iure dotium.

Maritus si vxori donauit, deinde eum pœnituit, & posteà desiit pœnitere, valet donatio: quia attenditur supremum eius iudicium. l. cùm hic status. 33. §. pœnitentiam. de donatio. inter virum. 47

Maritus si rem vxori donatam alicui obligauit, vel pignori dedit, videtur, eum pœnitere, ac reuocare donationem, licet dominium rei retinuerit, nisi non habuerit animum reuocandi, quo casu valet donatio, nec reuocatur. d. l. cùm hic status. §. si maritus.

Maritus si rem vxori donatam alicui obligauit non animo adimendi donationem, valet donatio, ita, quòd vxor parata satisfacere haberet doli exceptionem, imò si satisfecisset, per doli exceptionem consequetur, vt sibi mandentur actiones à creditoribus contra heredes mariti pro pecunia, quam soluit, & tunc ceditur actio contraria pignoratitia, & actio personalis, quæ pro debito dabatur. d. §. si maritus. & ibi gl. mandarentur.

Maritus, & vxor diu seorsum habitantes si honorem matrimonio inuicem habeant, donatio inter eos facta valet, si donator prior decesserit. d. l. cùm hic status. §. si mulier.

Maritus si quasdam res ex his, quas donauerat vxori, legat alicui, & quasdam non, quas legauit videtur ademisse vxori, nisi animo non adimendi legasset: sed quas non legauit, videtur voluisse ad vxorem pertinere. d. l. cùm hic status. §. qui quasdam.

Maritus vxori, vel econtrà si aliquid annuum promiserit, ab initio non tenet donatio: vtrobique tamen morte donatoris confirmatur. l. si stipulata. 34. & ibi

gl. non

de hered. instit.

Maritus paruam domunculam, quam fecit in hortis vxoris, sicut potest detrahere, ita potest legare.l.Senatus.45.§.1.de legat.1.

Maritus si simpliciter legauerit vxori centum, cùm centum habuisset in dotem in dubio non censetur legare animo compensandi cum dote: sed animo exercendi liberalitatem; vnde potest vxor vtrumque petere; secùs quando pater legauit filiæ dotem promissam genero: quia tunc si simul veniant maritus ex promissione sibi facta,& filia ex legato, debent inter se conuenire, vt sint alterutro contenti: quia pater in dubio videtur legasse animo compensandi. l. huiusmodi.86.§.cùm pater.& ibi gl.contenti.& gl.eadem.eod.tit.

Maritus si legauerit vxori ea, quæ viuus donauerat eidem vxori, hoc legatum non pertinet ad eas donationes, quæ de iure valebant; sed tantùm pertinet ad eas, quæ de iure non valuerunt.l.si quando.112.eod.

Maritus si donauerit vxori ea, quæ viuus manumissionis causa, vel iure donauerat eidem vxori, inutile legatum est, cùm nihil plus sit in legato.ibid.

Maritus, vel alius si legauerit vxori quidquid in dotem dedit, tunc non deducuntur impensæ dotis nomine factæ: secùs si simpliciter legasset dotem.l.Mæuio.41.§.fi.de leg.2.

Maritus si legauerit simpliciter vxori rem, quam æstimatam in dotem accepit, vxór habebit rem actione ex testamento, & actione de dote habebit æstimationem.glos.non etiam.in l.Licinius.49.eod.

Maritus mancipia, quæ æstimata sibi in dotem data fuerant, si legauerit vxori sub conditione, si vxor mallet ipsa mancipia, quàm æstimationem factam; si vxor malit mancipia, quàm æstimationem, debentur ei mancipia, non eorum partus, nisi à tempore quæsiti dominij ex causa legati.d.l.Licinius.& ibi glos. non etiam.

Maritus mancipia æstimata sibi in dotem data si legauerit vxori purè, vxor habebit mancipia,& etiam eorum æstimationem factam,& etiam partus editos post aditam hæreditatem.d.gl.non etiam.

Maritus si legauerit aliquid vxori pro dote animo compensandi ab vno herede, potest mulier agere ad dotem, vel ad legatum; quæ si malit dotem speciali iure in dote cauta vitandi circuitus, si vult habet actionem ex stipulatu pro dote,& contra eum solum, à quo legatum est, vsque ad concurrentem quantitatem legati,& non in omnes heredes:& si dos est plus, quàm legatum: ad illud plus cum coheredibus communiter tenetur.l.cùm ab vno.55.& ibi glo. putat. de legat.2.

52 Maritus, qui dotale prædium inæstimatum contra legem Iuliam vendidit, si vxori legatum reliquit, ac fidei emptoris commisit, vt restitueret vxori suæ id, quod minus iusto pretio soluit; emptor non tenetur fideicommisso, nisi minus dimidia iusti pretij vendidisset.l.cùm pater.79.§. qui dotale. & ibi gl. constat.eod.

Maritus, qui dotale prædium contra legem Iuliam vendidit, si vxori legatum reliquerit, mulier, quæ accepto legato venditionem irritam facere vult, potest summoueri exceptione doli mali oblato pretio ab emptore.ibid.

Maritus si legauerit vxori res, quas constante matrimonio donauerat eidem, debentur vxori illæ res, vel earum æstimatio,& ètiam earum, quæ ex eis natæ sunt.d.l.cùm pater.§.pater filiæ.

Maritus, vel socer si legauerit alicui dotem vxoris, vel nurus, ac rogauerit eum, vt restitueret eam vxori.vel nurui, heres poterit detrahere Falcidiam de legato dotis, & mulier quod minus de dote accepit à legatario ex fideicommisso, consequetur ab herede actione dotis. l.2. §. item quærit de dote prælegata.

Maritus, vel socer si legauerit vxori, vel nurui soluto matrimonio, eámque rogauerit; vt restitueret dotem legatam, heres non potest detrahere Falcidiam de tali legato: quia fideicommissum quoque non valet, nisi in commodo repræsentationis, in quo tenet legatum, & fideicommissum, & ex tali commodo etiam Falcidia potest detrahi vxori. d. l. 2. §. idem Iulianus. & ibi gl.negat.

Maritus, vel socer si soluto matrimonio legauerit vxori dotem & etiam centum, ac rogauerit eam, vt restitueret dotem, potest heres detrahere Falcidiam de dictis centum,& residuum de dictis centum tenetur mulier præstare fideicommissario pro fideicommisso dotis,d.§.idem Iulianus.

Maritus, vel socer si legauerit alicui dotem vxoris, vel nurus, & rogauerit eum, vt restitueret eam vxori: heres potest detrahere Falcidiam de commodo repræsentationis dotis, sicut & potest detrahere mulieri, cui dos legata fuit: mulier tamen non recuperabit ab herede id, quod heres detraxit nomine Falcidiæ de commodo repræsentationis dotis.d, l.2.§.item quærit si dos. & ibi gl. sic obseruentur.

Maritus si fundum æstimatum sibi in dotem datum legauerit specialiter vxori, deinde generaliter dotem legauerit eidem, fundus non bis: sed semel debebitur.d.l.2.§.fin. & ibi gl.in dotem.

Maritus si fundum dotalem locauerit ad certum tempus, & eum legauerit vxori, vxor non aliter consequetur fundum ab heredib. mariti, quàm si cauerit eis, se passuram colonum frui, dummodò ipsa percipiat pensiones dicti fundi.d.§.fin.

Maritus si fundum dotalem locauerit ad certum tempus, & eum legauit vxori: vxor legataria speciali iure dotis propter plenam administrationem dotis, quam habet maritus, tenetur stare colono, nec potest eum expellere. † gloss. fin.ibidem.

Maritus, qui dotem, vel aliquid aliud vxori pro dote, siue etiam simpliciter, & non adiecto pro dote: si tamen hoc animo legauit, potest eam grauare onere fideicommissi eatenùs, quatenùs legatum excedit quantitatem dotis saltem propter commodum repræsentationis, vel propter expensas necessarias in dote factas, quæ ipso iure dotem minuunt.l.3. §.legataria. & gl. conditionis. de dote prælegata.

53 Maritus legans ita vxori ampliùs, quàm dotem, aureos tot lego, videtur legare etiam dotem:& hoc propter illa verba, ampliùs, quàm dotem: secus si dixisset ampliùs decem aureis,& omisisset illa verba, quàm dotem.l.quæ ita. & ibi gl. 1.eódem.

Maritus si legauerit vxori pecuniam pro dote in mancipiis inæstimatis accepta, viuo viro, mortuis mancipiis mulier post virum vita decedens transmittit actionem legati ad heredem suum, cùm vir non dotem: sed aliud pro dote legauerit.l.vir vxori.& ibi gl.pe.& fi.eod.

Maritus si fundum inæstimatum, & quæ nuptura mulier sibi obtulit æstimata, legauerit eidem in specieb.intelligitur legare omnia prædia æstimata, & inæstimata,& etiam mobilia in specie:& qualia inueniuntur: non tamen pretium rerum æstimatarum.l.vxori.& ibi gl.pe.eod.

Maritus si dotem à matre vxoris receptam,& eidem matri stipulanti promissam legauit vxori, actio ex testamento pro legato non datur vxori contra heredem mariti, nisi caueat ipsa se defensuram dictum heredem contra matrem suam,& hoc nisi vxor probet maritum voluisse grauare heredem suum duplici dotis præstatione: quo casu habebit dotem vxor, & mater etiam habebit tantumdem.l.pen.& ibi gl.1.eod.

Maritus legans vxori quicquid ei comparauerat, & quod illa sibi dedit, intelligitur dotem prælegasse, nisi probent heredes testatorem aliud sensisse. l. fi. eodem.

Maritus legans vxori tantam pecuniam, quanta ad eum nomine dotis peruenit, intelligitur legare etiam eam quantitatem, quæ in duobus dotalibus instrumentis consignatis continetur.ibid.

Maritus si vxori heredi institutæ cum aliis prælegauerit dotem, vxore simul cum marito moriente non valet legatum, neque institutio, cùm ipsa non superuixerit l.item si dos.de rebus dubiis.

Maritus legans vxori quandocumque liberos habuerit, intelligitur quandocumque ex eo ipsa liberos habuerit,& ideò si mulier facto diuortio liberos habuerit ex alio marito,& postea soluto secundo matrimonio ad priorem maritum redierit, non intelligitur impleta conditio. l. cùm vir. 25. de condit. & demonst.

Maritus legando vxori videtur voluisse, vt ipsa vxor, & dotem, & legatum consequeretur, nisi specialiter pro dote ei legauerit, vt alterutra sit contenta. l.1. §.1.C.de rei vxoriæ actione.

Maritus si in vltima voluntate reliquerit vxori aliquid, antiquitùs edicto prætoris cauebatur, vt esset contenta alterutra scilicet vel dote, vel legato, quod in actione ex stipulatu pro dote non erat.gl.edictum.ibid.

Maritus testamento cauens de conseruanda vxori proprietate rerum priùs ei ab eo donatarum non censetur legare, vel fideicommissum relinquere; sed tantùm videtur donationem ei factam confirmare.gl.testamento. in l. ex verbis 14. C.de donat.inter virum.

Maritus, qui constante matrimonio, quædam iure, quædam non iure donauerat vxori, si posteà legauerit eidem ea, quæ viuus donauerat, tale legatum non ad illa, quæ iure donata sunt, pertinet: sed ad illa, quæ non iure donata sunt. ibid.

Maritus res donatas vxori constante matrimonio posteà testamento suo verbis ad legatum, vel fideicommissum aptis si relinquat, quantum ad æstimationem rerum non dicitur esse legatum, vel fideicommissum: sed bene ad easdem res, & habebit illas vxor iure legati, vel fideicommissi, & non iure donationis.gl. verborum.ibid.

Maritus res anteà vxori constanti matrimonio donatas si testamento suo verbis 5
ad confirmationem aptis vxori relinquat, veluti confirmo donata vxori: tunc donationem non reuocat, vnde vxor habebit eas res iure donationis. ibidem.

Maritus potest vxorem instituere heredem, vel legare, aut donare causa mortis, vel vxor marito, neque breuitas temporis, quo matrimonium durauit, impedit, quominùs valeat institutio, vel legatum, vel donatio. l.non tantùm. 19.C. de legatis.

Maritus si legauerit vxori certa quantitate non expressa quodcumque dotis nomine ad eum peruenisset, oportet vxorem probare numerationem, quod non habet necesse, si certa quantitas fuisset expressa: quia illa debetur.l.3.C.de falsa causa adiecta.

Maritus si legat vxori dotem, expressa quantitate, nondum sibi datam: sed promissam, tunc videtur legasse liberationem dotis.gl.1.ibid.

Maritus si legat vxori dotem sibi datam, valet legatum propter repræsentationem, cùm aliàs dos deberet restitui annua, bima, trima die olim: hodie post annum,& propter huiusmodi legatum debebitur incontinenti.glos. 2. in add. marg.in l.3.C.de falsa causa adiecta.

Maritus si legat vxori dotem exprimendo quantitatem, quam sibi dedit, valet: quia ob tale legatum non potest modò retineri dos ob res donatas vxori à viro.quod aliàs fieret.d.gl.2.

Maritus si legat vxori dotem, non videtur legare expensas: & heres mariti, qui tenetur restituere, poterit eas retinere, vel deducere de dote: secùs tamen est quando extraneus legat dotem: quia expensas etiam videtur legare. ibidem.

Maritus si legat vxori dotem exprimendo quantitatem, valet legatum: non tamen potest detrahi Falcidia de tali legato, licèt bene de commodo repræsentationis.d.gl.2.in add.marg.

Maritus si legat vxori dotem exprimendo quantitatem, non valet legatum, si sit petita contra tabulas;& licèt vera legata tunc debeantur quibusdam coniunctis personis: tamen huiusmodi legatum, quod falsa demonstratione relinquitur, non valet eo casu.gl.fi.ibi.

Maritus si leget vxori ita, volo, vt vxori meæ restituatur dos sua tunc, non expressa quantitate, non potest peti, nisi quod probatur nomine dotis fuisse datum.l.fi.C.eod.

Maritus si leget vxori ita, volo, vt vxori meæ restituatur dos, quæ instrumento dotali continetur; tunc quod significatur instrumento, peti potest, non obstante falsa demonstratione.ibid.

Reliqua verbo, Legatum, 57.129. Dos, 53.

MARMORA dicuntur saxa. l. quosdam. & ibi gloss. 1. Cod. de metallariis. lib.11.

Marmor non est fructus fundi: sicut nec thesaurus, quando vtrumque semel remotum non renascitur, secùs si renascitur.l.diuortio.8.§.si vir. & ibi gl. 1. & gl.qui.solut.matr.

eus poterit agere actione vtili ex empto contra matrem.gl.fi.ibid.

Mater etiam conſtante matrimonio poteſt donare filio emancipato, & non habenti patrem.l.ſi conſtante.11.& ibi gloſ.1.C.de donat.inter virum.

4 Mater conſtante matrimonio non poteſt donare filio exiſtenti in poteſtate mariti ſui,ne mutuo amore ſe ſpolient.d.gl.1.

Mater non poteſt adminiſtrare res filij furioſi,vel mente capti, nec filium obligare.l.4.C.de curatore furioſi.

Matri non competit defenſio filiæ,niſi ſit tutrix.dict.l.4.& ibi gloſſ.fin.

Mater poteſt facere codicillos abſente filio,l.4.C.de codicillis.

Mater filium ſuum inſidiantem vitæ ſuæ accuſare poteſt, niſi à tali intentione eam pietas materna reuocauerit.l.propter inſidias. C.de his, qui accuſare.

Mater accuſans aliquem de morte filij ſui,licèt non probet, excuſatur de calumnia.l.2.C.de calumniatorib.

Mater eſt omnib.ſiue tutoribus, ſiue agnatis fide dignior ad educationem filiorum,niſi tranſierit ad ſecundas nuptias. §. eiuſdem quoque.in auth.de nuptiis. col. 4.

Mater poteſt relinqui in teſtamento exequutrix teſtamenti.auth.vt liceat matri & auiæ.in princ.in add.marg.col.8.

Matris calamitas non debet nocere filiis,qui ſunt in vtero. in princ. Inſt. de ingenuis.

Mater pro filia ſi dotem dederit animo donandi, & mandante filia dotem ſibi ſtipulata ſit illicò,vel poſteà,ipſa mater tenetur filiæ actione mandati, licèt ipſa ſit,quæ dotem dederit.l.idémque.10.§.ſi cui.mandati.

Mater pro filia dans dotem ſemper præſumitur dare animo donandi,niſi contradicat.gl.dotem dederit.ibid.

Mater ſi ſit ſtipulata dotem pro filia datam ſibi reddi à marito, ſi filia in matrimonio deceſſerit viuente matre,filia ſimul cum matre decedente,ad heredem matris non competit actio ex ſtipulatu pro dote:quia mater filiæ non dicitur ſuperuixiſſe.l.quod de pariter. de rebus dubiis.

à Matre traditæ res extra dotem nomine filiæ videntur donatæ filiæ,quę præſens erat,& ab ea viro traditæ.l.donationes.32.§.1.de donatio.

Mater heretica cogitur dotare filiam orthodoxam. gloſ.1.in l.neque mater.14. C.de iure dotium.

Mater non cogitur dotare filiam niſi ex magna,& probabili cauſa,vel ſpecialiter in iure expreſſa.d.l.neque mater.

Reliqua verbo,Dotare,Filius,30.vſque 33.Pater.Confeſſio,13.

5 MATERFAM. dicitur illa, quæ ſuæ poteſtatis eſt. l.4.de his, qui ſunt ſui.

Materfa. quandoque dicitur illa,quæ honeſtè viuit,quandoque illa, quæ eſt notæ authoritatis fœmina.gl.1.ibid.

Materfa. intelligitur in lege Iulia de adulteriis non ſolùm nupta: ſed etiam vidua.l.mater autem.de adulteriis.

Materfa. dicitur illa, quæ non inhoneſtè viuit. l. pronunciatum. 46. de verborum ſig.

Matremfa.à cæteris fœminis mores diſcernunt,atque ſeparant, & nihil intereſt an nupta ſit,an vidua,ingenua,an libertina.ibid.

Matremfa.faciunt boni mores,non nuptiæ,neque natales.ibid.

Materfa.dicitur tribus modis:primò largè pro magnis,& paruis: ſecundò ſtrictè pro fœmina notæ authoritatis; tertiò largiſſimè pro omni fœmina, quæ ſit ſui iuris.gl.fi.ibidem.

Materfa.non debet realiter cogi,vt extrahatur de domo; aliàs extrahens punitur pœna capitali.l.1.C.de offic.diuerſ.iud.

Materfa.dicitur illa,quæ eſt honeſtæ vitæ in domo ſua, & authoritatis notæ.gl. matremfa.in §.1.Inſt.de iniuriis.

6 MATER, quæ de ſuo pietate vigente præſtitit filio, repetere non poteſt. l. Neſennius.& ibi gl.pietate.de negotiis geſtis.

Mater quando alit filium, præſumitur pietatis cauſa alere, niſi quando mater in contrarium fuit proteſtata, quòd vellet repetere, vel quando pater abfuit, & mater interim filium aluit, & proteſtata ſit: & his duob.caſib. repetet mater.ibid.

Mater modica alimenta, quæ filio præſtitit etiam cum proteſtatione, repetere non poteſt.gl.conueniret.in d.l.Neſennius.de neg.geſtis.

Mater,quæ ex neceſſitate tenetur alere filium,vt quia filius,& etiam pater erant inopes,non poteſt repetere alimentorum expenſas, etiam ſi fecerit eas cum proteſtatione.ibid.

Mater ſi alit filium de ſua ſubſtantia interim,dum pater abſens reuertitur, non repetit impenſa in alimentis,niſi proteſtaretur.d.l.Neſennius.& ibi gl. obiiſſe.& gl.habuiſſe.

Mater alimenta,quæ præſtitit filio, ſi dubitetur, an præſtiterit de ſuo, an de bonis filij, præſumitur tunc de bonis filij. d. l. Neſennius. & ibi gloſſ. exhibuiſſe.

Mater,quæ expendit pro filio in aliis cauſis, quàm alimentorum, & dubitetur, an expenderit de bonis filij,præſumitur de bonis filij,niſi ſit coniectura, quòd voluit donare.d.gloſ.exhibuiſſe.

Mater poteſt repetere alimenta,quæ præſtitit filio,qui à patre debuit ali.l.ſi quis. §.ſi mater.de liberis agnoſ.

Mater non poteſt repetere à patre alimenta etiam non modica materno affectu præſtita filio, in quem erogatura eſſet, etiam ſi à patre ſuo educaretur,niſi eſſet proteſtata.† l.ſi quis à liberis. §. ſi mater. & ibi gl. materno. de liberis agnoſ.

Mater non poteſt repetere à patre alimenta modica præſtita filio;vt lac, & caſtaneas,etiam ſi proteſtata ſit.d.gl.materno.

Mater non poteſt repetere à patre alimenta præſtita filio,etiam ſi ſit proteſtata, quando illa tenetur ei præſtare:quia pater eius eſt inops.ibid.

Mater expenſas factas pro faciendo repelli ſuſpectos tutores filij, & nouos petendo,non poterit repetere actione neg.geſtorum, imò denegatur ei talis actio in l.1.& ibi gl.1.de neg.geſt.

Mater quando expendit in alimentando filium,ab eo non repetit, cùm id exigente materna pietate cenſeatur factum.l.alimenta.11.C.eod.

Mater,quod expendit non alimentando filium:ſed circa res filij, ſi non materna liberalitate: ſed animo repetendi feciſſe oſtenderit, nego. geſtorum actione conſequi poterit.ibid.

Mater cùm alit filium patre viuente,tunc ea, quæ expendit in alimentando filium,non repetit à filio.gl.2.ibid.

Mater cùm alit filium patre mortuo intra triennium non repetit à filio,etiam ſi fuerit proteſtata,quòd eas expenſas animo repetendi, & non donandi facit. ibidem.

Mater ſi alit filium poſt tres annos mortuo patre, tunc iudex denegat matri repetitionem expenſarum ex qualitate facultatum matris, & filiorum, & impenſarum.ibid.

Mater ſi expendat non in alimentis filij:ſed in aliis reb. filij, eo ipſo quòd non monſtratur contrarium,cenſetur quòd animo repetendi expenderit: ſecùs tamen eſt in expenſis factis in alimentando filium:quia tunc ſi non ſit proteſtata,non poterit repetere.gl.fi.ibidem.

Mater tenetur alere filium vſque ad triennium,ſi modò habeat lac, & matrem lactare deceat. gl. filios. & ibi add. marg. in §.illud quoque. in auth. vt liceat matri,& auiæ.

Reliqua verbo,Filius,78.79.92.93.Materna.

MATER nouo iure omnib.venientib.ex latere præponitur exceptis fratrib. ex vtroque parente coniunctis,qui cum eo admittuntur. gl.potiorem. in l. 1. de iuris,& facti. 7

Mater & cum ſolis fratrib.& cum ſolis ſororib.& cum permixtis in virilem portionem ſuccedit.§.quoniam mater.in auth.de nuptiis.col.4.

Mater,quæ filio impuberi pupillariter ſubſtituta fuit,ſi mortuo filio in pupillari ætate omiſerit hereditatem ex ſubſtitutione, & ab inteſtato tanquam hereditatem filij poſſidet,tenetur ad legata relicta à ſe.l.mater.27.ſi quis omiſſa cauſa teſtam.

Mater,quæ filio impuberi coheres data fuit,& eidem pupillariter ſubſtituta, ſi mortuo filio in pupillari ætate omiſſa ſubſtitutione ab inteſtato hereditatem filij pupilli poſſidet,tenetur ad legata relicta ex ſubſtitutione.ibid.

Mater ſi facto teſtamento vnum filium heredem ſcripſerit ſub conditione, cùm plures filios haberet,ſi is pendente conditione ſecundum tabulas petierit, poſtea defecta conditione cæteri etiam filij admittuntur ad legitimam matris hereditatem.l.1.§.ſed ſi mater.ad Tertyllianum.

Mater ſiue ſit ingenua,ſiue ſit liberta habet commodum S.C.Tertylliani, & ſuccedit filio,vel filiæ etiam vulgò quæſitis.l.2.eod.

Mater non poteſt vendicare legitimam hereditatem filij libertini effecti: quia mater huiuſmodi filij deſinit eſſe.ibid.

Mater ad legitimam hereditatem filij concepti in ſeruitute, quem manumiſſa edidit,admittitur.ibid.

Mater,quæ ſerua pœnæ concepit,& reſtituta edidit,vel quæ libera concepit, & in ſeruitutem redacta edidit,& mox manumiſſa fuit,vel quæ libera concepit, & edidit ſerua pœnæ,& mox reſtituta fuit,admittitur ad hereditatem filij inteſtati ex Tertylliano.ibid.

Mater,quæ prægnans manumiſſa eſt ad legitimam hereditatem filij admittitur ibidem.

Mater ex Tertylliano admittitur ad legitimam hereditatem filij in ſeruitute editi,quando ipſa poſt moram factam in libertate fideicommiſſaria peperit, vel apud hoſtes,& cum eo rediit,vel ſi redempta edidit.ibid.

Mater etiam famoſa:id eſt infamis ad legitimam hereditatem filiorum admittitur.d.l.2.§.ſi mulier.

Mater ad filij arrogati legitimam hereditatem admittitur,etiam ſi impuberi filio pater ſecundas tabulas fecerit: quia ipſa arrogatione irritatur teſtamentum pupillare,& hoc ſi factus ſui iuris deceſſit.d.l.2.§.impuberem.

Mater ad legitimam hereditatem filij defuncti admittitur,etiam quando defunctus ſuos heredes reliquit,ad quos hereditas non pertinet, vt quia abſtinuerunt.d.l.2.§.ſed ſi ſint.

Mater ita demùm excluditur à Tertylliano, ſi filius adiit legitimam hereditatem:ſed ſi omiſerit filius,admittitur mater,niſi ſint alij filij, qui cum eo admittantur;quia quamdiu vnus eorum vult,mater non admittitur. d.l.2. §. ita demùm.& ibi gl.admittantur.

Matri in bonis tam filij,quàm filiæ inteſtatæ obſtat pater,ſiue exiſtat heres, ſiue bonorum poſſeſſor.ibid.

Matri in Tertylliano non nocet auus, nec proauus, quamuis emancipauerint contracta fiducia.d.l.2.§.ſed neque.

Mater in Tertylliano excludit patrem adoptiuum poſt emancipationem filij cum pater eſſe deſierit, & ita neque admittitur ad bon. poſſeſſionem contra tab.ibi.

Mater admittitur ex Tertylliano ad ſucceſſionem filij, quando filius deceſſit relicto agnato,ac patre naturali in adoptiua familia, & matre. d. l. 2. §. ſi ſit agnatus.

Mater vnà cum ſorore conſanguinea filij defuncti admittitur ad legitimam hæreditatem filij,quando filius deceſſit relicta ſorore conſanguinea,& matre,& patre adoptato,vel emancipato,& excluditur pater, cùm ſit extra familiam. ibidem.

Mater ſi nō adierit ex Tertylliano filij hereditatem legitimam,proximior agnatus admittitur ex lege 12.tab.d.l.2.§.ſi mater hereditatem.

Mater ſi repudiauerit bo.poſſeſſionem filij: de adeunda autem hereditate filij ex Tertylliano deliberet,agnatus interim non ſuccedet.ibi.

Mater ſi tutorem idoneum non petierit apud prætorem,vel præſidem, vel apud magiſtratum filio impuberi,vel priorib.excuſatis, reiectiſve confeſtim aliorum nomina non ediderit, repellitur à ſucceſſione filij,& idem ſi petiit compulſa; ſecùs ſi cum petere non cunctaretur, petiit admonita. d. l.2. §. ſi mater non.

Mater ſi tutorem non petiit filio impuberi eò,quòd pater prohibuit eam petere, repellitur à ſucceſſione filij;ſecùs ſi mater eſſet abſens,& non fruſtraretur, vel ſi filij eſſent egeni.d.l.2.§.quòd ſi pater.

Mater filiis,vel filiab.aut nepotib.non petendo tutores punitur, vt non admittatur ad ſucceſſionem filij ex Tertylliano.ibid.

Mater filio impuberi ſi non petierit curatores ex Tertylliano, non admittitur

ad ...

priùs ipsa declaret se esse tutricem.gl.1.in add.in l.3.C. ad Tertullian.

Mater hodie,si vult, præfertur omnib.tutoribus legitimis,& datiuis.ibid.

Mater in testamento non potest dari tutrix filiorũ. gl.fi.in l.omnem, C. ad Tertullian.

Mater iure Digestorum non poterat esse tutrix, nisi imperator confirmaret: sed iure Codicis rectè potest esse.gl.secundum veteres.in §.1.in auth.vt sine prohibitione matres. col.7.

Matres debitrices, & creditrices, ad tutelam, vel curam filiorum admittuntur, nec exigitur iuramentum de non fiendis secundis nuptiis, dummodò renuncient Velleiano,& omni auxilio, & omnia alia impleuerint, quæ alij tutores facere tenentur.d.auth.vt sine prohibitione matres. per tot.

Mater tutrix quandoque iurat de non contrahendo secundas nuptias, & seruat illud iuramentum.§.quia verò.& ibi gl. docet.eod.

Mater quando admittitur ad tutelam, vel curam, & obligat se, vt teneatur pro pupillo,debet renunciare Velleiano, & omni auxilio:aliàs non contraherent homines secum,quod pupillo noceret,& ita ex hac renunciatione datur exceptio contrahentibus, licet exequutorib. vel iudici facta fuerit.§. præterea. & ibi gl.Senatusconsulto.eod.

Mater tutrix statim vt secundas nuptias contraxerit, debet expelli à tutela. ibidem.

Mater priùs,deinde auia admittuntur ad legitimam tutelam, vel curam bonorum filij,vel nepotis,si coram iudice secundis nuptiis, & Velleiano, & omni auxilio renunciauerint: talis renunciatio non valet quoad matrimonium: sed bene quoad Velleianum.§.fi.& ibi gloss.renunciant. & gl.ordinem.in auth. de hæredib.ab intesta.venien. col. 7. & gl.pe. in auth.matri. C. quando mulier tutelæ offic.

Mater tutrix filiorum, dicitur verè tutrix legitima: & si non per omnia legitimorum naturam sortiatur.d.gl.ordinem.& ibi add. marg.

Mater,vel auia non cogitur inuita tutelam filiorum acceptare. ibid.

Reliqua verbo,Pater,40.Tutor,9.11.& infr.nu.16.

14 MATER ex necessitate tenetur filiis impuberib.tutores petere: sed non curatores, nisi in casu, quo impuberi curator peti debet: l.1. & 2. qui petant tutores.

Mater expellitur legitima hereditate filij, si neglexit petere tutorem constitui eidem filio:vel si petierit eum,qui ob mores prauos dimitti poterat, & eo dimisso,vel abiecto rursus alium non petiit, vel si studiosè malos petiit.d. l. 2.

Mater tenetur petere tutores filiis ex necessitate: & ideò periculum administrationis eorum tutorum non pertinet ad eam; non tamen tenetur ex necessitate curatores petere:sed ex voluntate petit, & ideò periculum administrationis illorum curatorum pertinet ad eam.l.curatorem.& ibi gl.fi. eod.

Mater, quæ tutorem à patre non legitimè testamento datum filiis impuberibus non petiit confirmari,vel in locum excusati non petiit alium dari, cùm alius non superesset,perdit successionem filij,non id, quod sibi debetur ex testamento mariti,nec sibi imputatur,si vt suspectum non petiit remoueri.l.fi. eod.

Mater,quę mortuo vno ex tutorib.idoneis datis à patre in locum mortui,vel excusati non petiit alium, vt quia numerus aliorum sufficiebat administrationi tutelæ,non perdit successionem filij: secus si non sufficiebant reliqui tutores. d.l.fi.& ibi gl.2.

Mater si non petierit eos tutores, quos decretum est adiungi tutori coniuncto accusato de suspecto, repellitur ab omni bonorum vendicatione intestati filij.d. l. fi.

Mater ex eo, quòd non petierit tutorem filio, à quo fideicommissum sibi reliquerat maritus, si sine liberis decederet, vel intestatus mortuus esset, non perdit fideicommissi petitionem, cùm ex alieno iudicio: scilicet mariti descendat.ibid.

Mater ex eo,quòd tutorem filij suspectum non fecerit,non amittit successionem filij:quia huiusmodi facta diiudicare,& æstimare virilis animi est.ibid.

ad Matrem non pertinet diiudicare,& estimare an tutor datus à iudice sit suspectus:quia illa potuit hoc ignorare:satis enim est eam petiisse talem,qui inquisitione habita à iudice idoneus apparuit. ibid.

Mater non potest dare tutorem filio,quem non instit.gl.dato.in l.cùm filius.78. §.non iure. de leg. 2.

Mater si legauerit tutori non iure dato à se, potest tutor petere legatum, si per eum non stat,quominùs esset tutor: secùs si per eum stetit.d.§.non iure. & ibi gl.consentiat.

Mater si legauerit Titio,vt esset tutor filij, non potest habere legatum, etiam si per eum non stetisset,quominùs esset tutor: secùs quando simpliciter esset legatum:quia tunc habebit,si per eum non stetit.d.gl.consentiat.

Mater poterit detegere tutores, & curatores filiorum accusando eos de suspecto,& probando.gl.1.in l.1. C.de nego. gest.

Mater non tenetur suspectum tutorem filij remouere,neque ob id perdit successionem filij.† ibid.

Mater tenetur petere,non suspectum tutorem facere. ibid.

Mater maior non petens intra annum tutorem filio impuberi,priuatur successione impuberis.l.2.& ibi gl.fi. C.si aduersus delictum.

15 Matres minores non petentes intra annum tutores filiis suis impuberibus, tutæ sunt à priuatione successionis impuberum, nec eis opus est restitutione.gl.fi. ibidem.

Matre negligente filiis tutorem petere, creditor, vel alius coniunctus admittitur ad petendum,& iudex debet dare eis tutores, vel nomina mittere.l. quos dicis,6.C.qui dare tutores.

Mater maior tunc habet ius petendæ tutelæ filiorum, cum testamentarius, vel legitimus defuerit,vel priuilegio à tutela excusatur,vel suspecti genere summouetur,vel ne suis quidem pro animi, vel corporis valetudine administrandis facultatib.idoneus inuenitur.l.2.C.quando mulier tutelæ officio.

Mater tenetur pupillis petere tutores,vel curatores,& vt tutores,& curatores suscipiant defensiones,vel si fuerint remoti,vt alij idonei constituantur. l. fin.§, personis,C.de administ.tutorum.

Mater tenetur de sua propria substantia,si petiit minus idoneum tutorem,& decreto fuerit comprehensum eius periculo dari.† gl.2.ibid.

Mater non cogitur accusare tutorem, vel curatorem vt suspectum. gl. præparare.ibid.

ad Matris officium spectat non solùm, quòd dentur tutores filiis suis: sed quòd dati legitimè administrent:hoc est, quòd inuentarium faciant, & quòd iurēt: & similia.ibid.

Mater,quæ tutorem petiit suo periculo dari filio, ex facto illius tutoris magis tenetur iudex,qui talem tutorem dedit, quàm mater contra sexus conditionē obligata.l.1.C.si mater indemnit.

Mater dolosè petens suo periculo tutorem non idoneum filio, tenetur ex tutoris illius facto.gl.pe.ibid.

Mater petens tutorem suo periculo dari filio tenetur ex eius facto, si decreto tempore dationis hoc esset comprehensum.gl. fi. ibid.

Mater non tenetur ex facto tutoris non idonei a se petiti,nisi specialiter eius periculo dari decreto iudicis ipsa consentiente sit comprehensum.d. fi.& ibi gl. 1.C.eod.

Mater non petens tutorem dari filio impuberi non excluditur à successione eius, si filius sit factus pubes,vel quando interesse pupilli erat, non petere tutorem; vel quando alius præuenit eam petere volentem, vel quando mater esset minor.gl.1.in l.3.C.ad Tertullian.

Mater,quæ non petiit tutorem filio habenti alium tutorem:putà legitimum, nō excluditur ab eius successione:hodie tamen excluderetur.d.gl.1.in add.

Mater non perdit hereditatem filij, si procurator, quem miserat ad petendum tutorem,decessit,antequàm peteret.gl.fi.in l.præses. C. de appellat.

Mater tenetur petere tutorem filio intra annum, vel petere suspectum remoueri,alias repellitur ab eiusdem filij morientis successione.in §.pe.& ibi gl. consulere.in add.Inst.de S.C.Tertulliano.

Mater vt perdat legitimam filij successionem, eò quòd fuerit negligens in petēdo ei tutorē,requiritur quòd sit maior 25. annorum, & quòd filius moriatur impubes,& quòd esset vtile pupillo tutorem habere. gl.scituris.in add. ibid.

Reliqua verbo, Tutor,9.27.vsque 30.31.32.

MATER secundò nubens totum vsumfructum donationis antenuptialis perdit. glo. & vsum. in §. 1. & §. antenuptiali. in auth. de non eligendo secundò nubentes. 1

Mater transiens ad secunda vota, si lucra donationis ante nuptias donauerit, vel aliàs alienauerit extraneo, alienatio valet in suspenso ita, vt ea moriente superstitib.filiis in totum euacuetur;sed filiis ante matrem mortuis confirmatur non in totum:sed ex parte non existentium filiorum: aliàs si ipsa mater filiis in totum successerit.alienatio in totum confirmatur,& his pariter obtinentibus in patre,& in matre.§. hoc autem.eod.

Mater transiens ad secunda vota succedit ex testamento filio in proprietate, si nullus alius filius superstit.d.§.hoc autem. & §. cùm igitur.& ibi gl.succedens. eodem.

Mater siue conuolet ad secunda vota,siue non conuolet, filio succedit in omnibus excepta donatione ante nuptias, antiquis constitutionib. non obstantib. d.§.cùm igitur.

Mater ad secundas nuptias transiens ex causa ingratitudinis,non potest reuocare donationem antea collatam in filium, nisi apertè filius aut circa vitam ipsam insidians matri,aut manus inferens matri, aut agens circa totius substantiæ ablationem aduersus eam aliquid declaretur. §. mater tantùm.in auth. de nuptiis.col.4.

Mater filiorum legitimorum,& naturalium tutela deserta transiens ad secundas nuptias contra sacramentum ante redditas rationes, patitur easdem pœnas, quas mulier nubens intra tempus luctus, & pœnarum dissolutionem eisdem modis consequitur.§.si ante tutelam.in auth.de nuptiis.col.4.

Mater deserta tutela filiorum cōtra sacramentum transiens ad secundas nuptias, dicitur negligere tria: scilicet Deum, defuncti memoriam, & charitatem filiorum.ibid.

Mater ad secundas nuptias transiens quandocumque liberis ex testamento succedit, sicut extraneorum quilibet; ab intestato tamen cum fratrib. defuncti succedit,& in bonis à patre prouenientib.in vsufructū tantùm:sed in aliis bonis filio extrinsecùs quæsitis succedit in totum,excepta antenuptiali donatione, in quam succedit in vsufructu tantùm, ingratitudinis ratione seruata. §. hinc nos. eod.

Mater transiens ad secundas nuptias non succedit filio primi matrimonij in lucro, aut in donat.antenuptiali,nisi in vsufructu.§.& illud.eod.

Mater,quæ succedit filio ex testamento, vel ab intestato, si secundò non nubat, hæreditatem pleno iure acquirit,si verò secūdò nubat,in bonis à marito prouenientibus solum habet vsumfructum: in aliis autem bonis filij plenum ius habet.l.mater.5.C.ad Tertullian.

Mater si secundò nubat ante mortem filij,succedit filio ab intestato,vel ex testamento in totum;scilicèt aliis filiis seruare debeat.gl.1.ibid.

Mater si secundò nubat post mortem filij succedit ei in bonis paternis quoad vsumfructum tantū:proprietas tamen ad fratres, vel sorores transmittitur: in aliis tamen bonis acquisitis extra bona patris succedet pleno iure.d. l. mater. & ibi.gl.1.

Mater si secundò nubat antè,vel post mortē filij, indistinctè succedebat filio in bonis vndecumque quæsitis, etiam in proprietatem in paternis: sed hodie non.d.gl.1.

Mater,quæ assumpta filij tutela ad secunda vota transiuit,antequàm alium tutorem ordinari fecerit,& rationem tutelæ reddiderit,omni successione filij priuatur.l.omnem.6.C.eod.

Mater quando assumebat tutelam filij iurabat, non transire ad secunda vota; hodie tamen non iurat. gloss. pen. ibi. gloss. 1. in l. pen. Cod. in quib. caus.pignus.

Mater, quæ ab intestato succedit filio, si ineat secunda vota punitur, etiam in successione,vt paternorum tantum habeat vsumfructum.gl.fi in d.l.omnem.

Mater, quæ ex testamento succedit filio, in nullo punitur, licet contrahat secunda vota.d.l.omnem. 6.C.ad Tertullianum.

Mater, quæ ex lege,vel etiam ex testamento vocatur ad tutelam filij,si ineat secunda vota,statim desinit esse tutrix.† ibid.

Mater

Matrimonium non facit coitus : ſed maritalis affectus.l.cùm hic ſtatus. 33.§. ſi mulier.de donatio.inter virum.

poſt Matrimonium contractum quandoque fiunt tabulæ matrimoniales. l. pen. & ibi gl.2.eod.

Matrimonium poteſt eſſe ſine dote;ſed non econtrà .gl.cauſa. in l. 1. ſoluto matrim.l.imperialis.23.§.præſenti. C. de nuptiis.gl.nuptiæ.in §.ſic itaque. auth. de nuptiis.col.4.

Matrimonium idem intelligitur,quando mulier, quæ diuerterat., ſtatim , & incontinenti reuerſa eſt in matrimonium:ſecùs ſi ex interuallo : quia tunc duo eſſe intelliguntur.gl. 1.in l.ſi mulier. 30. ſoluto matrim.

Matrimonium præſumitur ſecundum leges, quãdo quis retinet in domo mulierem ingenuam,& honeſtè natam : ſecus tamen eſt de iure canonico:l.3. & ibi gl.eam. de concubinis.

Matrimonium primus inuenit Cecrops rex Athenenſium,quod ſit ex ſola animi deſtinatione etiam ſine concubitu.d.gl.1.in add.marg.in l.pe.eod.

ad Matrimonium non requiritur ductio vxoris ad mariti domum, ſi conſtat anteà contractum fuiſſe matrimonium:ſed ſi non conſtat,facit præſumi.gl.1. in l.cùm fuerit.14.de condit.& demo.

Matrimonium non faciunt ſolæ tabulæ.l.donationes.32.de donatio.

ad Matrimonij ſubſtantiam licèt non requiratur inſtrumentum;quoad prolis tamen legitimationem in quibuſdam caſib.requiritur,& hoc de iure ciuili. glo. tabulas.& ibi add.marg.ibid.

Matrimonia bene concordantia iure patriæ poteſtatis non debent turbari.l. 1. §. ſi.de liberis exhibend.

Matrimonia debent eſſe libera nõ ſolum à vi,quæ incuteret metum conſtanti viro:ſed etiam à quacumque pœna pecuniaria : etiam ſi non eſſet talis , quæ incuteret metum conſtanti viro.l.Titia.134.de verborum obligat.

Matrimonia futura poſſunt obſtringi vinculo arrharum:ſed non vinculo pœnæ. gl.matrimonia.& ibi add.marg.ibid.

Matrimonia inter extraneos , non eſt neceſſe , quòd ſint libera à metu pœnæ, & ideò ſi extraneus promiſit mihi ſub pœna ſe facturum,& curaturum quòd Titia contraheret matrimonium mecum , talis adiectio pœnæ factæ per extraneum valet,& tenet , & poteſt talis pœna ab eo efficaciter peti, ſi matrimoniũ non ſequatur.d. gl.matrimonia.

pro Matrimonio contrahendo poteſt dari pignus , non pro pœna:ſed vt loco arrharum ſit,vt pignus ipſum ſit principale,ſeu acceſſorum matrimonij. ibid.

Matrimonium,nec ſpem matrimonij violare non permittitur.l.ſi vxor. 13.§.Diuus,de adulteriis.

Matrimonij onera poſt mortem patris ſtatim ſequuntur filium ; ſicut liberi , & vxor.l.ſi is,qui.57. §. poſt mortem. de iure dotium.

Matrimonij onus penes virum eſt.gl.indebita. in l. 2. §. idem Iulianus. de dote prælegata ,

Matrimonium quieſcens,& vxorem probatam à marito turbare,atque inquietare non debet quis.l.conſtante.26.de adulteriis.

in Matrimonio exigitur conſenſus,non vt perficiat matrimonium: ſed quia ſine eo eſſe non poſſit.l.nuptias. 31.& ibi gl.1. de regul iuris.

Matrimonium vt fiat,non exigitur concubitus: nam & ſine eo poteſt eſſe matrimonium:& econtrà ſæpè eſt concubitus:ſed non matrimonium. ibid.

Matrimonium,& ſponſalia poſſunt recipere diem,& conditionem,cùm fiant cõſenſu.gl.1.in l.actus legitimi.78.eod.

Matrimonium non tranſit ad heredem,neque eius acceſſio ; id eſt dos , neque de dote pactum.gl.non poteſt. in l:ex conuentione.11.C. de pactis.

Matrimonij nimia feſtinatio punitur:ſed matrimonium non caſſatur.gloſſ. 2.in auth.decernit.C.de receptis arbitris.

Matrimonia debent eſſe libera ab obſeruatione pœnæ.gl.ſi.in l.ſi.C. de ſponſalibus l.2.C.de inutilib.ſtipulat.

in Matrimoniis ius canonicum ſeruandum eſt,& præualet iuri ciuili.gl.ſi.in add. in l. 1,C.ſi rector prouinciæ.

Matrimonium poteſt eſſe ſine traductione ſecundum vtrumque ius.† gl. ſi. in l. cùm in te.C.de donatio.ante nuptias.

Matrimonium non eſt affinitas : ſed eſt cauſa affinitatis. gl.3.in l. cùm veterum, C.eod.

Matrimonium poteſt eſſe ſine dote, vel etiam ſine donatione propter nuptias. l. cùm multæ.20.& ibi gl.celebrari.C.eod.

ad Matrimonium præſumendum non ſunt neceſſaria inſtrumenta nuptiarum. l. ſi vicinis.9.C.de nuptiis.

Matrimonium contrahitur ſolo affectu,niſi legib. contrarium contrahatur. l. ſi quis alumnam.16.C. eod.

Matrimonium omne etiam tertium , vel quartum poteſt dici ſecundum , ex eo quòd primum ſequitur. glo. ſecundo.in l. ſi quis prioris, 8. §.talem. C.de ſecund.nuptiis.

Matrimonia non dotibus;ſed affectu contrahuntur.l.ſi.C.de repudiis.

Matrimonio ſine dote contracta ſi mulier inops viro diuite moriente ſuperuiuat,ad quartam partem hereditatis mariti admittitur, ſi tres,vel pauciores filij communes , vel alterius matrimonij fuerint:ſi plures in virilem: proprietas tamen reſeruatur liberis,auth. præterea. C. vnde vir. §. quoniam.in auth, de exhib.reis. col.5.

Matrimonia augent rempub.l.2.&,ibi gl.p.C.de indicta viduitate,

in Matrimonio priori dicitur ſtare ille, qui non tranſit ad ſecunda vota.l.ſi.C.de bonis maternis.

Matrimonium fit per ſolum conſenſum,& etiam requiruntur verba.gloſ.4. in l. cùm notiſſimi.7.C.de præſcript.30.vel 40.

Matrimonium ſicut non eſt violandum, ſic nec ſpes matrimonij.gl. 2. in l.propter violatam.7.C de adulteriis.

in Matrimonio priori perdurare, & procreatam ſobolem ſequentibus matrimoniis non contriſtare ſatis fœlix , beatúmque eſt vtrique contrahentium.§.ſoluto igitur.in auth.de nuptiis.col.4.

Matrimonium dicitur pendere vno coniungum tantùm ſuperſtite.§.præterea.& ibi gl.pendente.in auth.neque virum quod ex dote eſt ,neque mulieré.col. 8.

Matrimonium poteſt conſiſtere ex ſolo affectu ſine dote, & ſine inſtrumento. §. hoc quoque.& ibi gl.conſiſtere.in auth.vt liceat matri,& auiæ.col.8.gl.2.in l. neque ſine.13. C.de nuptiis.

Matrimonium regulariter etiam ſolo affectu ſine ſcriptura, & dote contractum valet:fallit in tribus caſibus.Primus in illuſtribus,& qui ſupra eos ſunt.Secundus, quando in dignitate poſitus libertam in vxorem accipit. Tertius quando quis concubinam in vxorem accipit:item quando ſcænicam,vel aliquam meretricem accipit : & in his caſibus matrimonium ſine inſtrumentis dotalibus non valet ad legitimationem filiorum : valet tamen matrimonium ipſum inter eos,etiam ſine dotalibus inſtrumentis:ſed hodie in vtroque foro corrigitur : quia ſine inſtrumento valet matrimonium , & filij efficiuntur legitimi. gl.iubemus. in d.§. hoc quoque.& gl. inſtrumentis. & ibi add. in §.ſi. Inſt. de nuptiis.

in Matrimoniis ſeruatur publica honeſtas.§.ſi vxor. Inſtit.de nuptiis.

Matrimonium , vbi non eſt legitimum,non eſt dos.§.ſi aduerſus. Inſt. eod.

Matrimonium perficitur nudo conſenſu etiam ſine ſcriptura.gl.pe.in §.ſi. Inſtit. eodem.

Matrimonia contracta per ſacerdotes dicuntur contubernia.l.3.in add.marg. C. de inceſtis nuptiis.& gl.1.in add.marg.in princ.Inſt.de nuptiis.

Matrimonium non legitimum habetur pro legitimo quoad duo: ſcilicet quoad committendum adulterium, & quoad hoc vt patri detur ius occidendi. gl. ſi. in l incola.34.ad municip.

Matrimonium dicitur contractus perſonarum:quia in eo perſona perſonæ obligatur, non ea ratione,qua in contractu venditionis,& locationis,& ſimilium, in quibus perſona perſonæ ligatur reſpectu rerum , de quibus contrahitur. gl. 1.& ibi add.marg.in rub. de ſponſalibus.

Matrimonij contractus dicitur contractus mutui debiti , & perſona perſonæ ſic ligatur, vt ex duabus perſona vna quodammodo fiat. ibid.

Matrimonium contrahitur inter abſentes ; quia non verbis : ſed nudo conſenſu contrahitur;non tacito ; quia neceſſariò exprimi debet.gl.3.in l.4.eod. gloſſ. affectus.in §.nuptias.in auth.de nuptiis. col. 4. & gloſſ.in l.nuptias.31.de reg. iur.

Matrimonium inter abſentes contrahitur,& in diem,& ſub conditione.† d.gl.3. in l.4.de ſponſalibus.

Matrimonium poteſt contrahi per procuratorem , & fundatur in perſona domini.d.gl.3.in add.

in Matrimoniis contrahendis naturale ius,& pudor inſpiciendus eſt : contra pudorem enim eſt filiam ſuam ducere in vxorem. l. adoptiuus.de ritu nuptiarũ.

Matrimonium inter inuitos non contrahitur.l.ſi patre.22.eod.

Matrimonium ſicut ab initio citra dotem contrahi poteſt: ita & ex conſequenti matrimonio,& facto pòſt de non petenda dote paciſci poteſt.l.ſi. §. ſi.in add. marg.de pactis dotal.

Matrimonium de præſenti contractum vt videatur , multum operatur mulieris itio,vel deductio in domũ mariti.gl.1.in add.marg.in l.inter eos. 28. de don. inter virum.

Matrimonium contrahi non poteſt ad certum tempus. l. hereditas.34.in addit. marg.de heredib. inſtit.

Matrimonium contractum eſſe non probatur per inſtrumenta facta ſuper dote. l.neque ſine.13.C.de nuptiis.

Matrimonium ab initio contrahere,vel diſſociatum reconciliare quiſquam cogi non poteſt.l.neque ab initio.14.C.eod.

Matrimonium contrahendi, atque diſtrahendi liberam facultatem transferri ad neceſſitatem non oportet.ibid.

Matrimonium hodie poteſt contrahi ſine ſolennitate ſcripturæ , & aliorum : & eſt ius generale.gl.2.in l.à caligato.21.C.eod.

Matrimonium contractum eſſe cenſetur inter contrahentes , licèt nulla copula fuerit.l.pe.C.de inceſtis.

Matrimonium contrahere non tenetur inuita mulier per reſcriptum principis; ſi tamen occaſione reſcripti ſit contractum matrimonium, impetrantis bona publicantur ſine ſpe veniæ:& filij nati ex tali coniunctione ſunt illegitimi.l. 1. C.ſi nuptiæ ex reſcripto petantur.

Matrimonium etiam cum conſenſu,non inducit exiſtentia annorum , ſi non adſit poteſtas coeundi,gl. 1.in add.marg.in l.ſi.C.quando tutor,vel curator.

Matrimonium ſine ſcriptura,& dote cum concubina contractum etiam de iure canonico valet:ſed de iure ciuili in illuſtribus non requiruntur inſtrumenta dotalia,ſiue nuptialia:in libertatibus autem communiter requiruntur. gl. inſtrumenta.& ibi add.in §.inteſtatorum.de hæreditat.quæ ab inteſtato.

in Matrimonio contrahendo prior debet interrogari ſponſus,quàm ſponſa. glo. matrimonium.in add.in princ.Inſt. de iure naturali.

Matrimonium contrahere ita eſt res honeſta,ſicut & intrare monaſterium.gl. in princ.Inſt.de nuptiis.

in Matrimoniiis contrahendis præualet ius canonicum, cùm agatur de animarũ periculo.§. ſi verò ab initio.in add.marg.in auth.de nuptiis.col.4.

Matrimonia non ſolùm in futurum contrahenda:ſed etiam cõtracta debent eſſe libera à pœna,vt liberè diſſolui poſſint.l.Titia.134.de verb.oblig.

ad Matrimonium contrahendum licèt non poſſit quis adſtringi metu pœnæ tamen ſpe præmij , & lucri poteſt quis inuitari. d.l. Titia. & ibi gloſſ. ob ſtaturam.

ad Matrimonium ſpirituale contrahendum ſub ſe præmij non debet quis induci,vt ſi fiat alicui abbati promiſſio de recipiendo aliquem in monachum:quia tunc eſſet ſimonia.d. gl. ob ſtaturam.in add.marg.

Matrimonium non poteſt contrahi in diem,& ſub conditione: quia eſt actus legitimus iure canonico introductus.gl.1.in l.nuptias.31.de regulis iuris.

Matrimonium non poſſunt contrahere illuſtres,& ſuperilluſtres,niſi interueniãt dotalia inſtrumenta,& ſolennitates,quæ ſolent in nuptiis interuenire,ſed hodie poſſunt etiam nulla ſcriptura interueniente.§.illud quoque.& ibi gl. illuſtres. in fin. & gloſſ.diſpenſationem. in addit.in auth. quibus modis nat. effic. legit.

Matrimonium contrahere poſſunt ſolo affectu ſine inſtrumentis dotalibus abiectæ perſonæ , vt ſunt agricolæ , & milites caligati.ibid.l.à caligato. 21. C. de nuptiis.

talis filia,neque naturali,neque ciuili iure illi iungitur.§.fratris. Inſt. eod.
Matrimonium contrahere prohibitus cum filia alicuius,cenſetur etiam prohibitus cum eius nepte. ibid.
Matrimonium contrahi poteſt de iure ciuili inter filios duorum fratrum naturalium.ſecus tamen eſt de iure canonico.§.duorum.& ibi gloſſ.duorum. & ibi add.Inſt,eod.
Matrimonium contrahere non poteſt quis cum amita , nec cum matera etiam magna,quamuis ſint adoptiuæ.d.§. duorum.
Matrimonium contrahi non poteſt cum ſocru,vel nouerca præſenti , vel præterita.§.ſocrum.Inſt.eod.
Matrimonium contrahere poteſt filius mariti ex alia vxore cum filia vxoris ex alio marito,vel econtra:licèt habeant fratres,& ſorores ex matrimonio poſteà contracto communes.§ mariti.Inſt. eod.
Matrimonium contrahere non poteſt quis cum filia quondam vxoris ſuæ nata poſt diuortium,nec cum ſponſa patris,vel filij.§.ſi vxor. Inſt.de nuptiis.
Matrimonium contrahendum impediunt conſanguinitates , & affinitates , quæ ſunt inter ſeruos etiam manumiſſos.§.illud.Inſt.eod.
Matrimonium contrahi prohibetur per conſtitutionem principis,vt cum ea,quã quis de ſacro fonte leuauit , vel cum commatre, & idem eſt de iure canonico. gl.enumerari.& ibi ad. ibid.
Matrimonium ſi contraxerit vxor olim mea à me repudiata cum Seio,quẽ poſtea arrogaui,valet matrimonium,nec dicuntur inceſtæ nuptiæ. l. ſi qua. 12. de ritu nuptiarum.
Matrimonium contrahi cum ſorore adoptiua durante adoptione prohibitum eſt de iure ciuili.gl.fi.in l.ſi quis poſthumos.§.fi.de liberis,& poſthum. l. ſi ſtipuler. 35.de verbo.oblig.
Matrimonium poteſt contrahi cum conſobrina ſecundum leges: ſecus eſt de iure canonico.gl. 1. in l. inter fratres. 23.de conditio inſtitutio.
Matrimonium contrahi non poteſt cum ſorore naturali , nec valet ſtipulatio de contrahendo cum ea.l. ſi ſtipuler.35.de verborum obligat.
Matrimonium non poteſt contrahi cum ſorore adoptiua durante adoptione,nec valet ſtipulatio de contrahendo cum ea : ſed finita adoptione poteſt contrahi. d.l.ſi ſtipuler.& ibi gl.adoptiua.
Matrimonium contrahens mulier contra ius gentium non excuſatur : ſed bene contrahens contra ius ciuile.l.ſi adulterium cum inceſtu.38.§. 1.& ibi addit. marg.de adulteriis.
Matrimonium iuregentium dicitur interdictum , cùm iure ſanguinis,vel affinitatis prohibetur:ſed iure ciuili tunc interdicitur,cùm ius ciuile dumtaxat interdicit,vt in tutore cum pupilla interdicitur matrimonium iure ciuili,idem in fratre adoptiuo reſpectu ſororis adoptiuæ, & priuigno nouercam ducente. ibidem.

Reliqua verbo,Coniugium,Nuptiæ.

13 MATRIMONIVM contrahendum multa impediunt , quæ non dirimunt iam contractum.gl.retinere.in l.patre furioſo.de his,qui ſunt ſui.
Matrimonium impediens cauſa ſi reſpicit cauſam finalem , & tunc ſicut impedit à principio faciendum,ita impedit iam factum: ſi verò cauſa impediens reſpicit cauſam efficientem,vt conſenſum,qui eſt cauſa efficens matrimonium , & licet ab initio aliquid impediat faciendum , non tamen tollit iam factum. d. gl.retinere.& ibi add.
ad Matrimonium impediendum adſcriptum in fraudem legis nullam vim habet.l.heres meus.78.& ibi gl.fi.de conditio. & demonſtr.
Matrimonium impeditur propter illicitam coniunctionem , ſicut per affinitatẽ. gl.2.in l.4.C.de nuptiis.
Matrimonij impedimenta , quæ de iure canonico impediunt contrahendum, & dirimunt contractum,his verſibus continentur,*Error , conditio, votum, cognatio,crimen,Cultus diſparitas,vis,ordo , ligamen, honeſtas , ſi ſis affinis , vel ſi fortè coire nequibis, hæc ſocianda vetant , connubia facta retractant*.gl.enumerari,in add.in §.illud Inſt.de nuptiis.
Matrimonij impedimenta,quæ de iure canonico impediunt contrahendum : ſed non dirimunt contractum his verſibus continentur,*Inceſtus,raptus,ſponſalia*, &c.ibid.
Matrimonium contrahi non ſinit furor:quia conſenſu opus eſt:ſed rectè contractum non impedit.l.oratione.de ritu nuptiar.

Reliqua verbo, Affinitas,1.2.

14 MATRIMONIVM non vitiatur, licèt perueniatur ad eum caſum,à quo incipere non potuit.l.ſi qua.12.de ritu nuptiarum.
Matrimonium factum cum ſoluta,quam credo ligatam,non tenet.gl.fi. in l. qui teſtamento. 4. de teſtam.
Matrimonium iure contractum non irritatur,ex eo quòd inſtrumenta donationum propter nuptias , vel dotis defuerint , vel omittatur pompa, vel alia nuptiarum celebritas.l.ſi.donationum.22.C.de nuptiis.
Matrimonium olim inter impares honeſtate non aliter valebat , niſi dotalia inſtrumenta interuenirent: hodie etiam illis non interuenientibus valet ſine diſtinctione perſonarum , dummodò ſint liberæ , & ingenuæ. l. imperialis. 23. §.imò.C. eod.
Matrimonium , quod non valet, facit valere infœlicitas alterius coniugis : non verò patris.gl.2.in l fi.C.eod.
Matrimonium contractum à caſtrato , vel à naturaliter impotente ad coeundũ, non tenet ; ſecùs vero ab impotente ex caſu ſuperuenientis infirmitatis , vel alio.gl.fi.in l.in cauſis.10.C.de repudiis.
Matrimonium incidente errore ſuper ſtatu vnius ex contrahentibus non tenet. gl.ignorantia.in c.1.§ ..verſic.perſonam.per quos fiat inueſtitura.
Matrimonium ſi contrahat cum quadam credens eſſe filiam talis,cum eſſet alia, non tenet matrimonium:quia non conſenſit in illam.gl.abſentem. in l,in vẽditionibus.8.de contrahend.emptione.
15 MATRIMONII onera ſuſtinens debet dotem percipere.l.ſi filia.10.§.1.familiæ erciſ.
Matrimonium facit,vt non alienetur fundus dotalis, & etiam vt donationes inter coniuges non valeant.gl. in rub.de donatio.inter virum.
Matrimonium vbi præceſſit , & ſequitur traditio dotis : ex die traditionis dotis computatur,ad diſcernendum pro quota parte fructus pertineant ad virum,& pro quota ad vxorem l.ſi de diuiſione.5.ſoluto matrim.
Matrimonio redintegrato redintegratur quoque dos.gl. fi. in l.redintegrato rerum amotarum.
Matrimonio redintegrato manet actio marito ob impenſas , & donationes inter virum,& vxorem in priori matrimonio factas.d.l.redintegrato.
Matrimonio ſoluto morte,diuortio , vel bona gratia,lucrum dotis,vel donationis propter nuptias debet ſeruari liberis illius matrimonij quoad proprietatem vſufructu ſolo à lucrante retento , & quod ab altero coniugum quæritur, retinetur:quæ obtinent , ſiue coniuges tranſierint ad ſecunda vota , ſiue non. auth.neque virum,quod ex dote eſt.per totum.col.8.
Matrimonium ſi contraxerit mulier cum auunculo credens ſibi licere de iure ex conſilio auiæ,filij ex eo nati ſunt legitimi propter temporis diuturnitatem,& iuris ignorantiam,& fauore liberorum:matrimonium tamen non tenet.l. qui in prouincia. 57.§.fi.& ibi gl.fi.de ritu nuptiarum.
Matrimonium ſi contractum ſit in facie Eccleſiæ inter perſonas prohibitas,liberi legitimi declarantur:ſed matrimonium non declaratur legitimum.d. gl. fi. in add.marg.& gl.errore.in add.in l.4.C.de inceſtis.
Matrimonium intermedium impedit legitimationem filiorum , quæ fit ex ſequenti matrimonio.† l.matrimonij.21.qui , & à quibus manum.
ex Matrimonio natus dicitur quandoque ſpurius. gloſſ.fi. in l.Diuus. 26. de captiuis.
Matrimoniumſi eſt clandeſtinè contractum , licèt vterque ignorauerit impedimentum,filij non ſunt legitimi.gl.errore.in add.in l.4.C.de inceſtis.

Reliqua verbo,Maritus, 9.10.11.12.

MATRIMONIVM ſi ſit contractum de facto,cùm de iure non potuit contrahi , fortè ob defectũ ætatis,pecunia data pro dote interim repeti non poteſt, quaſi cauſa non ſequuta.l.quod ſeruus.de condictione cauſa data. 16
Matrimonium inter maſculum minorem 14.an.& fœminam 12.an.contractum dicitur de iure ciuili contractum de facto:ſecus eſt de iure canonico:quia nec de facto poteſt contrahi.gl.1.& ibi add. ibid.
Matrimonium de præſenti contractum inter puberem , & impuberem valet , vt ſponſalia.gl.2.& ibi add. marg.
Matrimonium ſi ſit contractum cum minore 12. an. & illa ſit habita loco vxoris,ipſa legitimo tempore impleto fit vxor etiam ſine nouo conſenſu. gl. 3 in l.& ſi contra.C.de nuptiis.& l.4. de ritu nuptiarum.
Matrimonium ſi contraxit minor 12.an.etiamſi ante 12.ann.poſſit cognoſci, nõ tamen efficitur vxor.d.l.4.& ibi gl.1.de ritu nuptiarum.
Matrimonium abſque conſenſu patris contractum non valet ; & filij ex eo nati non ſunt iuſti:de iure tamen canonico valet,& filij ſunt legitimi.l. Paulus.& ibi gl.1.de ſtatu homi.
Matrimonium contrahere ſi vult nepos auo furente , omnino neceſſaria eſt patris auhoritas de iure ciuili:ſed ſi pater ſit furioſus,ſufficit aui voluntas.l.ſi nepos.8.de ritu nupti.
Matrimonium contrahere poteſt filius, vel filia, cuius pater ab hoſtibus captus eſt,vel ita abeſt,vt ignoretur vbi ſit,vel an ſit, ſi triennium effluxerit.d.l.ſi nepos.§.fi.cum l.ſeq.
Matrimonium ſi contraxerit filius vel filia, cuius pater ab hoſtibus captus eſt, vel abeſt:ante triennium captiuitatis,vel abſentiæ patris tenet matrimonium, ſi filius duxit eam, vel filia nupſit tali,vt eius conditionem veriſimile eſt patrẽ non repudiaturum.l.ſi filius.11.eod.
Matrimonium contrahere non poſſunt filij cum concubinis parentum,& ſi contraxerint committunt crimen ſtupri.l. 4.C.de nuptiis.
Matrimonium ſicut ſine conſenſu patris filia in poteſtate conſtituta non poteſt contrahere, ſic diſſoluto matrimonio reconciliari non poterit ſine patris cõſenſu.l.ſi vt proponis.7.C.eo.
Matrimonium de iure canonico etiam ſine conſenſu parentum valet.gloſſ. 1. in add.ibid.
Matrimonium cõtrahere inuitus non cogitur filiusfam. ſed poterit ducere eam, quam velit,dum tamen adſit conſenſus patris.l.nec filium.12. C. eod.
Matrimonium contrahere ſine patris cõſenſu non debent viduæ intra 25. annos degentes,etiamſi emancipationis libertate gaudeant,& hoc de honeſtate, ſecus de neceſſitate.l.viduæ.18.C.eod.
Matrimonium debet contrahere filia in poteſtate patris conſtituta cum conſenſu patris,imò emancipata,ſi fuerit intra 25.annos.l.in coniunctione.20.Cod. eodem.
Matrimonium contrahere debet filia ſui iuris conſtituta mortuo patre cum conſenſu patris,& propinquorum.ibid.
Matrimonium contractum à filia conſenſu parentum,aut ſua volũtate non exiſtentibus parentibus valet, etiamſi inſtrumenta dotalia nõ interceſſerint, nec dos data fuerit.l. fi. C. de repudiis.
Matrimonium contrahere poſſunt filij,vel filiæ furioſi,vel mente capti ſine conſenſu patris:& dos,& donatio propter nuptias à curatore præſtanda præſentibus curatoribus furioſi, vel dementis, vel propinquis conſtitui debet arbitrio rectoris prouinciæ,vel epiſcopi loci:& pro iſto conſilio furioſus nõ debet aliquid dare.l.ſi furioſi.25.C.de nuptiis.
Matrimonium contrahere non poteſt quis cum ea , quam loco filiæ habuit , & educauit : ſed cum ea,quam educauit, non vt filiam,poteſt contrahere,& creditur viro dicenti , quòd eam ab initio non vt filiam educauit.l. ſi quis alumnam.C.de nuptiis.
Matrimonium contrahere non poteſt cum alumna , vel cum non alumna,quam ex ſacro baptiſmate ſuſcepit.ibid.
Matrimonium contrahere poſſunt filij furioſorum ſine conſenſu parentum. in princip.Inſt. de nuptiis.
ad Matrimonium contrahendum à filiofam. requiritur conſenſus paternus ex ciuili,& naturali ratione in tantum , vt iuſſus parentum debeat præcedere. ibidem.
Matrimonium contrahere debet filius emancipatus cum conſenſu patris , quod

Matrimonium non prohibetur inter filiam tutoris,vel curatoris,& pupillum.gl. 1.ibid.

Matrimonium contrahere non poteſt filius tutoris , vel curatoris cum pupilla, vel adulta nondum reddita ratione tutelæ,vel poſt redditam nondum exacto anno 25.nec vtili anno,& ſi ſit contractum,erit nullum. l.ſi patris.6.eod.

Matrimonium poteſt contrahere filius tutoris,vel curatoris cum pupilla , vel adulta pòſt lapſum tempus 25. annorum , & anni vtilis:dum tamen ratio adminiſtrationis ſit reddita. ibid.

Matrimonium,vel ſponſalia poteſt contrahere filius tutoris cum pupilla,ſi pater pupillæ,cùm deceſſit,ita diſpoſuit;vel ſi impetrauit reſcriptum à principe. d.l. ſi patris.& ibi.gl.fi.& l.ſi tutor.C. eod.

Matrimonium contrahens tutor , vel curator cum pupilla, vel adulta nullo impetrato reſcripto à principe, eſt infamis ipſo iure ex dolo præſumpto. l. ſi tutor.C.eod.

Matrimonium poteſt contrahere negotiorum geſtor, & eius filius cum pupilla. l.fi.C.eod.

Matrimonium licitè poteſt contrahere quis cum ea,cuius tutelam,vel curam vſurpando ipſe pro tutore,vel curatore, aut negotiorum geſtore adminiſtrauit. ibidem.

Matrimonium contractum à pupilla cum filio tutoris voluntate patris ſui valet, quod aliàs non valeret,niſi caſualiter. gl. 2. in l.ſi ex voluntate.Cod.de donat. inter.

Matrimonium contractum à tutore cum pupilla non tenet.l.4.ibi.gl. 1. Cod.de excuſat.tutor.

Matrimonij certamen ſi oriatur inter competitores honeſtos , exiſtente puella ſine vtroque parente ſub curatoris defenſione conſtituta, & ſi puella cultu verecundiæ noluerit propriam voluntatem depromere, curatore, & propinquis eius aſſiſtentibus,iudici eſt permiſſum deliberare , cui meliùs adulta ſocietur. l.in coniunctione.20. C. de nupt.

Reliqua verbo,Tutor, 156.Curator,12.

21 MATRIMONIVM muliere conſentiente ſi cõtrahat præſes prouinciæ in prouincia contra principum mandata; ſi tamen poſt depoſitum officium in eadé voluntate perſeuerauerit mulier,iuſtæ nuptiæ efficiuntur,& ideò poſteà liberi ſuſcepti,& nati ſunt legitimi.l. & ſi contra.6. C. de nuptiis.

Matrimonium contrahere prohibetur adminiſtrator in prouincia ; à qua oriundus eſt.gl. 2. ibid.

Matrimonium contrahere non prohibetur adminiſtrator , vel militans in ſua patria.ibid.

Matrimoniũ contrahere licèt ſit prohibitum adminiſtratorib.in prouincia, qua adminiſtrant: non tamen eſt prohibitum habere concubinam. ibid.

Matrimonium contrahens mulier cum adminiſtratore prouinciæ , poſt depoſitum officium ab adminiſtratore,debet de nouo conſenſum ſuum præſtare. gl. 5.gl.fi.ibid.

Matrimonium contrahere debent maximis dignitatibus præditi vſque ad illuſtres dotalibus inſtrumentis confectis,& non aliàs ; exceptis Barbaris. §. quia verò.in auth.vt liceat matri,& auiæ 8.& auth.maximis.C.de nuptiis.

Matrimonium contrahere regulariter vnuſquiſque poteſt ſolo affectu etiam nõ interuenientibus inſtrumentis. d. auth. maximis. & ibi gloſſ. 1. & d. §. quia verò.

Matrimonium contrahere ſolo affectu etiam interuenientibus dotalibus inſtrumentis poſſunt Barbari,etiam maximis dignitatibus præditi.d.auth.maximis. & ibi, gl.pe.

Matrimoniũ contrahere poſſunt ſenatores,& alij ampliſſimis dignitatibus præditi cum filiabus ex ingenuis parentibus natis , & ſi pauperibus.l.humilem.7. C.de inceſt.nupt.

Matrimonium contrahere non poſſunt ſenatores cum vilibus, & humilibus perſonis,vt cum ancilla,vel ancillæ filia,cum tabernaria,vel tabernariæ filia,cum ſcenica,vel ſcenicæ filia,tabernarij , lenonis, aut arenarij filia:d.l.humilem.& ibi.gl. 1.C.de inceſtis nupt.

Matrimonium contrahere licitum eſt Senatoribus cum libertatibus dotalibus inſtrumentis factis:hodie tamen generaliter eis permittitur etiam cum humilibus.gl.1.ibid.

Matrimonium contrahere ſi nititur iudex cum virgine,vel vidua inuita ſibi ſubiecta ratione iuriſdictionis per metum, vel terrorem aut minacem feruorem, punitur in decem libris auri,& perdet officium ſine ſpe recuperationis : quam ſi denuò vſurpat,expellitur de prouincia.l. 1.C.ſi quacumque dignit.

ob Matrimonium contractum cum ſibi ſubiecta , ratione iuriſdictionis per metum,iudex expulſus à prouincia , ſi reuerſus fuerit , tam mulier, quàm alij de domo mulieris, ab eius iuriſdictione eximuntur in omnibus cauſis ciuilibus, & criminalibus,& alium iudicem ſortiuntur.ibid.

Matrimonium ſi contrahat præſes prouinciæ cum inuita ſibi ſubiecta reſcripto principis obreptitio impetrato , præſidis impetrantis bona confiſcantur ſine ſpe veniæ,& filij ex ea coniunctione nati,ſunt illegitimi.gl.1.& 2.in l. 1. C. ſi nuptiæ ex reſcripto princip.petantur.

Matrimonium ſi contrahant Senatores,& alij in dignitate conſtituti cum ancilla,vel ancillæ filia ; cum liberta , vel eius filia ; cum tabernaria , vel eius filia; cum lenonis, vel arenarij filia ſunt infames : & filij ex eis ſuſcepti ſunt ſpurij, quibus non poſſunt donare parentes.l. 1.C.de naturalib.liberis.

Matrimonium contrahentes Senatores, & in dignitate conſtituti cum viliſſimis perſonis,ſi filiis ex eis ſuſceptis donent,vel relinquant,illud, quod eis donatũ, vel relictum eſt,reddi debet legitimæ ſoboli,fratri , aut ſorori, patri, vel matri;& illis renitentibus,vel non exiſtentibus filiæ reddi debet.l. 1.

Matrimonium hodie rectè poſſunt contrahere Senatores,& alij in dignitate cõſtituti cum ancillis,& viliſſimis perſonis, & valet matrimonium , dum tamen conficiantur dotalia inſtrumenta. gl. fi. ibi. auth. ſed nouo. Cod de naturalib.lib.

Matrimonium ſolo affectu poſſunt contrahere omnes citra eos , qui in maioribus dignitatibus ſunt conſtituti , cum viliſſimis mulieribus , dum tamen ſint liberæ. ibi.§. quia verò.in auth.vt liceat matri, & auiæ.

Matrimoniũ contrahi prohibetur per legem Papiam,& Iuliam interSenatores & eorum libertas,& alias vilis conditionis fœminas : quod hodie correctum eſt etiam de iure canonico. gloſſ. enumerari. & ibi. add. in §. illud. Inſtit. de nuptiis.

Matrimonium contrahi prohibetur inter præſidem , & ſibi ſubiectam ratione iuriſdictionis.ibid.

Reliqua verbo,Adminiſtrator,6 7.Officialis,1.2.3.Filia,3.5. Filius,39.

MATRIMONIVM non eſt inter ſeruos:ſed contubernium:ſed de iure canonico dicitur matrimonium etiam inter eos , & rectè poſſunt contrahere etiam inuitis dominis.gl. 1.& ibi add. in principio.& gl.cognationis.in add. in §.illud,Inſt.de nuptiis.gl. interuenit. in l.quæ ſub conditione. 8.de condit. inſt. & gl.1.in l.4.C.de dolo. 22

Matrimonium contractum à libera ignoranter cum ſeruo,quem putabat liberũ, non tenet.gl. 1.in l.Lucius.75.depoſiti.gl.fi.in l.3. C. ſolut.matr.

Matrimonium nullum eſt inter ſeruum , & liberam: ſed dicitur illud contubernium.gl.quaſi priuilegium.in l.ſi cùm dotem.§.fi.ſoluto matr.gl.ancillam. in l.ſi neget.de liberis agnoſc.gl. 1.in l.inter liberas.de adulter.l.3.C. de inceſtis. gl.3.in l.fi.C.de ſeruis fugit.

Matrimonium non verum ignoranter ſi liber homo contraxerit cum ancilla, in bonis viri in rebus quaſi dotalibus habet priuilegium inter perſonales actiones &, hypothecam tacitam etiam priuilegiatam. gloſſ. actionem. ibidem.

Matrimonium contrahens decurio cum ſerua deportatur in inſulam , ſi fuerit ſui iuris , & eius bona curiæ confiſcantur, ſi non habeat propinquos.l.3.Cod. de inceſt. nupt.

Matrimonium contrahens decurio cum ſerua,procuratoribus vel actoribus loci ſcientibus , ipſi in metallum damnantur ; ſi autem ſciente domino fundi , vel domus ſi patitur dominus fieri tale matrimonium in fundo ruſtico, quæ ſunt in illo prædio,confiſcantur:ſi verò patiatur fieri in ciuitate in prædio vrbano, confiſcatur dimidia ſuorum bonorum pars. ibi.

Matrimonium inter decurionem,& ſeruam non poteſt contrahi de iure fori:ſed bene de iure poli.gl.2.ibid.

Matrimonium inter liberum , & ancillam de iure canonico tenet , ſi hoc ſciatur inter coniuges : ſecus ſi neſciatur. gloſ.fin. in authen. ad hoc. Cod. de Latina libert.

Matrimonium cum ſeruo domino ignorante nullum eſt ab ipſo initio , & ideò non poteſt diſſolui:ſed contractum cum ſeruo , vel ancilla , domino expreſſè, vel tacitè conſentiente , vel cum ſeruo à domino eo languente derelicto, valet,nec diſſoluitur.§.ſi verò decretum.in auth.de nupt. col.4.

Matrimonium contrahens cum ancilla liberam eam facit, & natos ex ea producto .§.ſi quis autem.in auth.vt liberti de cætero aureo,&c. col. 6.

Matrimonium contrahere non poteſt libertus cum patrona,vel patroni filia, vel cum coniuge , nepte, pro nepte patroni , & contrahenti imponitur pœna arbitraria. l. 3. Cod. de nuptiis.

Matrimonium ſi contraxerit libertus cum patrona , aut cum filia , vel coniuge nepte,vel pronepte patroni , poteſt accuſari à quocumque de ſtupro , adulterio, ſacrilegio : niſi vilis eſſet talis fœmina:& extra ordinem punitur.gl. 2. & 3.ibid.

Matrimonium inter libertum,& patronam,filiam, neptem,proneptem,vel coniugem patroni de iure ciuili eſt odioſum propter reuerentiam perſonarum: ſed non iure naturali.gl.pen.& fi.ibid.

Matrimonium cõtrahere poterit manumiſſor cum liberta,& filij nati ex eo matrimonio ſunt legitimi, niſi manumiſſor ſit de his,qui expreſſè prohibentur. l.vxorem.C.de nupt.

Matrimonium contractum cum liberta à conſtituto in maximis dignitatib. neceſſario requiritur ad eius validationem quid precedat inſtrumenta dotalia: ſecùs tamen eſt regulariter.gl.fi.in l.neque ſine.13.&gl.fi.in authen.ſed nouo iure. C. de nuptiis.

Matrimonium contrahere poteſt Senator , vel filius ſenatoris manumiſſor cum liberta:ſed libertus cum patrona non poteſt.gl. 1.in l.vxorem.15.C.eod.

Matrimonium contrahere poterit libertus cum filia ſenatoris , dotalibus inſtrumentis confectis.gl.1.ibid.

Matrimonium contrahere poterit manumiſſor cum alumna ſua data libertate. l.ſi quis alumnam.26. C.eod.

Reliqua verbo,Seruus,117.

MAVRI ſubiugati fuerunt à Iuſtiniano.in princip.& ibi add. marg.in auth. de heredibus,& Falcid.

MAXIME,dictio quando præcedit genus,& additur ſpecies,non ponitur implicatiue,cùm totum ſit expreſſum : ſed quando non præcedit genus, & tunc aut per dictionem *maximè* additur conditio , & tunc innuit idem eſſe in caſu cõtrario : ſcilicet conditione non exiſtente , niſi ratione contrarietatis euitandæ oportet dici , quod dictio *maximè*, abundet : ſed ſi per eam dictionem adiiciatur ratio , tunc indicat illam eſſe potiſſimam rationem , licèt alia ſit ratio. gloſſ. & maximè. in extrauag. ad reprimendum. quomodo in læſæ maieſt. crimin.

Maximè aduerbium quotieſcumque ponitur in lege,idem dicendum eſt vtrobique.gl.in venditione.in l.quòd ſi minor.§. reſtitutio.de minoribus.

Reliqua verbo,Optimus.

MECHANICVS nomen generalius eſt,quàm architectus: nam mechanica eſt ſcientia adulterina , ſiue non liberalis , vt pelliparioruṁ , fabrorum, & ſimilium;vnde mechanici dicuntur magiſtri harum artium : ſed architectus dicitur tantum magiſter tectorum,vel domuũ:& maior ab archos, quod eſt princeps, & tectum:quaſi dicat princeps magiſtrorũ,& tectorum, & domuum.gl. mechanicis in §.quod autem.auth.de non alienand.col. 2.

Mechanicarum artium artifices non excuſantur à muneribus perſonalibus : fallit in quibuſdam artificibus. glo. literarum.in l.medicos.C.de profeſſoribus. lib. 10.

MEDIATORES, ſeu proxenetæ vtraque parte conſentiente compelluntur teſtimonium dicere etiam inuiti:ſed alterâ tantùm parte conſentiente volentes tantummodò admittuntur , & non aliàs , §. quoniam verò , & ibi gloſſ. legem

membris animalium eripitur.gl.pe.in l.pe.de diuersis rescript.

Reliquà verbo, Charta, Legatum, 5.

MEMBRVM : id est pes abscinditur seruo fugienti ad hostes, hodie verò abscinditur manus.gl.1.in auth.sed nouo.C.de seruis fugiti.

Membri abscissionem si exigat criminis qualitas, vna sola manus debet abscindi. d.auth.sed nouo.

de Membro abscindendo si statuto caueatur, licèt vi vitali sit defectum, nihilominùs satisfit statuto, si abscindatur illud: quoniam membrum esse apparet illud, licèt apud physicos non foret idem.l.3.& ibid.add. marg. arborum furtim cæsarum.

Membri abscissionem vbicumque crimen requirit, vna sola manus debet amputari, & sinistra, & non dextra.§.fi.& ibi gl.abscissionem. in auth. vt nulli iudicum.

Membri abscissio æquiparatur morti.§.ad hæc.in auth.de collat.col.9.

Membrum appellatur pes, vel manus.gl.1.in §.pœna autem.Inst.de iniuriis.

Membrorum suorum dominus nemo est.l.liber homo.ad legem Aquil. gl.deberet.in l.depositi.39.§.Stichus.de peculio.

Reliqua verbo, Manus.

MEMINISSE videtur, qui non apparet dememinisse.l.seruos legauit.20. & l testamento.51.de manumis.test.

MEMOR præsumitur quis eorum, quæ iam sciuit. l.pen. de adimend. legatis.

MEMORIA, & nomen rei extare potest, licèt non extet res.gl.fi.in l.sicut. §.fi. quod cuiusque vniuersit.

Memoriam extare, qui vult probare, non habet necesse probare diem, & consulem: sed sufficit testimonium de auditu. l.2.§. idem Labeo.de aqua pluuia. l. si arbiter.28.de probatio.

Memoriam non extare, qui vult probare, debet probare, quòd hæc est omnium opinio, nec audisse, nec vidisse, neque audisse ex his, qui vidissent, vel audissent, & hoc infinitè similiter sursum versum acciderit.d.l.si arbiter.

Memoriam extare volens probare non habet necesse, quo tempore opus sit factum: sed sufficit, quòd supersint hi, qui fieri viderunt. vel etiam audierunt eos, qui viderunt fieri id, & ad hoc sufficiunt duo testes asserentes se vidisse illum, qui vidit.gl.1.ibid.

Memoria non probatur nunc extare ex eo, quòd aliquando extitit.ibid.

Memoriam non extare ita probatur per testes, qui asserunt omnium esse opinionem, nec se audisse, vel vidisse, quando opus sit factum, nec eos vidisse, vel audisse qui id viderunt, vel audierunt.ibid.

Memoria retinetur per auditum.ibid.

Memoria hominis est labilis.l.peregrè.44.de acquirenda possessio.

Memoriæ infirmitas non facit perdere possessionem, quam alius inuasit, intellige quando is non adhibuit diligentem inquisitionem, aliàs faceret perdere. d.l. peregrè.& ibi gl.infirmitatem.

Memoriæ infirmitas adest, vbi adest diligens inquisitio, quæ si adesset, recordaretur.d.gl.infirmitatem.in d.l.peregrè.

Memoriam omnium habere, & in nullo penitùs peccare diuinitatis magis, quàm mortalitatis est.l.2.§.si quid autem.C.de veteri iure enuclean.

Reliqua verbo, Immemoriale, Testis, 16. Aqua, 4.6.7.14.17.

MEMORIALES dicuntur notarij, qui scribunt memoriæ causa.gl.memoria lib.in l.fi.C.de offic.testament.

Reliqua verbo, Notarius, Tabellio, Scriniarius.

MENDACIVM simplex, non præsumitur dolosè dictum, & ideò non inducit actionem de dolo, nisi causa sui lucri quis mentiatur.l.& eleganter.§.fi.cum l. de dolo malo.

Mendacium defuncti non nocet heredi, nec sibi, si reuocat mendacium ante litis contestationem.l.electio.26.§.neque heredi.de noxalib.

Mendacium est falsa significatio vocis cum intentione fallendi. gl. mendacij. in l.de ætate.§.si cùm esset.de interrogat.actio.

ob Mendacium punitur quis in plus.gl.in duplum.in l.inde Neratius.§.hęc actio. ad legem Aquil.

Mendacium puniri debet.gl.propter mendacium.in l. 4. §. interdum. quod cum eo, qui in aliena.gl.indulgendum.& ibi add.marg.in l.si dubitet. 11.§.ita demum.de fideiussor.

Mendacium non punitur, cùm alium non afficit damno.gl.fi.in l. fundum. 46. §. fi.de euictio.

Mendacium extraordinariè puniri debet.gl.remouebitur. in l.3. §. tutor. de suspect.tutor.

propter Mendacium non agitur ad duplum, nisi promissum sit.gl.fi.in l.si decem 10.de statuliberis.

propter Mendacium amittit quis priuilegium, quod aliàs sibi indulgebatur. l. si dubitet.11.§.ita demùm.& ibi add.marg.de fideiussor.

propter Mendacium priuatur quis quandóque iure suo, quandoque non priuatur: sed premitur onere probandi.ibid.

propter Mendacium regulariter non punitur quis, nisi in expensis: fallit in quibusdam casibus. ibid.

Mendaciorum etiam secundum iura canonica multa sunt genera.glo.fi.in l.quid sit falsum.23.de falsis.

Mendacium non nocet: quia per hoc non mutatur veritas: sed bene nocet mentienti: quia ipse punitur.glos.mutare. & ibi add.in l. assumptio. ad municipalem.

Mendacium ita potest committi tacendo veritatem: sicut exprimendo falsitatem.l.2.C.si contra ius, vel vtilit.

Mendacium supplicantis delegatum cognoscere, & pronuntiare non impedit pro tenore veritatis.ibid.

Mendacium in tacendo fraude committitur, vt quia dicebat se appellasse, & in veritate appellauerat: sed non exprimit super qua causa, cùm talis fuisset causa, super qua non potuit appellari.gl.tacendi.ibid.

Mendacium fraudulenter fit tantum à sciente. glos.2.in l.2.Cod.si minor se maiorem.

ob mendacium quis punitur, & priuatur in translatione possessionis.§.illud quoque in iudiciis.in auth.de triente, & semisse. & authent. cùm possessor. & ibi glo.fi.C.qui potiores in pign.

Reliqua verbo, Mentiri, Obrepere.

MENDAX omnis non incidit in pœnam falsi.gl.fi.in l. quid sit falsum. 23. de falsis.

Mendax precator prorsus non caret impetratis: quia saltem iudicem habet ex rescripto per mendacium impetrato.gl.fi.in l.2.C.si contra ius, vel vtilit.

MENDICARE non debent robusti, & validi, ne miseris, vel verè debilibus panem auferant.gl.in rub.C.de mendicantibus validis.lib.11.

Mendicantes publicè sine necessitate possunt inspici, & qui eos inspexerit, & prodiderit, & esse probauerit, dominium eorum consequitur, si sunt serui, vel ius colonatus, si sunt liberi salua dominis actione serui corrupti. l.1.C. eodem titul.& lib.

Reliqua verbo, Pauperes.

MENIANVM est locus proiectus, & propendens, ex quo ludi spectabantur: qualia Romæ in foro fuisse notum est.l.seruitutes.19.in addit.marg. de seruitu.vrban.

Menianum dicitur à menibus; & idem est, quod solarium. gl.in meniano. in l. 2. §.si quis id.ne quid in loco publico.gl.1.in l.pe.C.de ædificiis priuat.

inter Menianum, & Menianum debet esse spatium decem pedum, quando ambo sunt priuatorum: sed inter menianum publicum, & priuatum debet esse spatium quindecim pedum, qui modus intercapedine seruari debet: & si quis intra dicta spatia menianum fecerit, non solùm demoliri; sed etiam ipsa domus fisco debet applicari.d.l.pen.

MENS, & propositum facientis aliquid seruandum est.l.de arboribus.13.§.fi.& gl.fin.de vsufructu.

Mens magis est inspicienda, quàm verba.l. promittendo. 41. de iure dotium. gl. 1.in l.pen.de confirman.tutore.§.cum non sit. Inst. quibus ex caus. manumittere non licet.

ex Mente legis quod est, dicitur esse ex lege: non tamen ex verbis legis. l.3.& ibi. gl.1.& 2.de legit.tutor.

Reliqua verbo, Coniectura, Lex, 20. Intentio, Perplexitas, Testator, 7.

MENTECAPTVS, cui bonis interdictum est, nullum negotium, vel contractum potest gerere.gl.1.in §.item inutilis.Inst.de inutilibus.stip.

Mente captus non potest donare: quia non potest consentire, & ideò nihil alienat.l.Modestinus.23.& ibi gl.fi.de donatio.

Reliqua verbo, Demens.

MENSA quandoque ponitur pro vniuersitate debitorum, & creditorum in eadem statione.l.cum pater.79.§.mensæ.de legatis.2.

Reliqua verbo, Mensularius, Nummularius, Campsor, Pergula.

MENSIS quilibet diuiditur in tres partes, scilicet in Idus, nonas, & Calendas. gl.1.& 2.in l.bissextus.98.de verb.sign.

Mense quolibet antiquitùs fiebat Romæ forum, & illud forum quolibet mense durabat per octo dies, & quantum ad hoc erat conformitas inter menses, ac propter hoc denominantur menses per nonas, id est, per nundinas: quia nundinæ fiebant in quolibet mense: sed in hoc differebant, quòd in Maio, Iulio, Octobri, & Martio, incipiebant nundinæ septimo die intrante eo mense, & ob id dicuntur isti menses habere sex nonas: sed reliqui menses habent quatuor nonas.ibid.

Mensis intercalaris constat ex diebus.29.l.cùm bis sextus.98.eod.

Mensium duorum mentionem quando lex facit, & qui sexagesimo primo die venerit audiendus est: secùs tamen est in contractibus, & testamentis l.vbi lex. 102.& ibi gl.1.de regulis iuris.

Reliqua verbo, Forum, Nundine.

MENSOR etsi mercedem accipiat; non tenetur tamen omnem culpam præstare.l.1.in fi.si mensor falsum modum.

contra Mensores agrorum datur actio in factum: quia inter mensores non datur locatio, neque conductio: sed dicuntur præstare operam beneficij gratia. d.l. 1.in princ.

Mensoribus quod datur, dicitur dari ad remunerandum, & inde honorarium appellatur.ibid.

à Mensoribus non oportet partes falli in modi renuntiatione, quando de finibus est contentio, vel emptor, vel venditor scire vult, quantæ mensuræ sit ager.ibid.

contra Mensorem agrorum ex locato, & conducto si fuerit actum, non habet locum actoris intentio, nec cautio præstita actori vna actione committitur, cùm altera agitur.d.l.1.& ibi gl.tenere.

contra Mensorem agrorum non datur actio mandati: quia agrorum mensura plerumque fit mercede.ibid.

Mensor tenetur tantum de dolo, & lata culpa: si tamen imperitè, vel negligenter versatus sit, non tenetur; sibi enim imputare debet, qui talem mensorem adhibuit.d.l.1.§.hæc actio.

Mensor falsum modum renuncians, & dicens, tenetur actione in factum, etiam si per alium renunciauerit, vel per literas.d.l.1.§.fi.cum l.seq.

Mensor, cui mensura agri mandata fuit, si alicui posteà commiserit, & is dolo malo in ea quid fecerit, tenetur actione in factum.l.2.eod.

Mensoribus duobus si mandatum sit, vt metirentur agrum, & ambo dolosè fecerint, aduersus singulos in solidum agi potest: sed vno conuento si satisfactum sit, in alterum actio denegatur.d.l.2.

Mensor adhibitus à iudice si dolo malo fraudauerit aliquem in mensuræ renunciatione, tenetur ei, si ob suam renunciationem de iudicio minus sibi assignatum est.l.3.§.pe.eod.

Mensor si falsum modum non renunciauit: sed tantum distulit dolo malo, & ob hoc euenit vt venditor liberetur, non tenetur actione in factum, si mensor falsum, &c. tenetur tamen actione de dolo malo.l.si mensori.eod.

cum Mensore, qui falsum modum renunciauit, poterit agere emptor, qui cum venditore ex empto egit, & solidum non erat consequutus, vt quia non erat soluendo.d.l.si mensor.§.si cùm falsus.& ibi gl.egisset.

cum Mensore, qui falsum modum dixit, non poterit agere emptor, si solidum consequutus est à venditore: sed si non egit cum venditore de toto, quia vidit

quod

quod ab eo ſolidum non poterat extorquere,de reſiduo cum menſore poterit agere.d.§.ſi cùm falſus.& ibi gl.fin.

Menſor non tenetur nomine leuis culpæ:id eſt deſidiæ,& negligentiæ:quia adhibens parum diligentem menſorem,ſibi id debet imputare.glo. fin.in l. ſocius. 73.pro ſocio.

Menſores ſunt,qui loca tentoriis figendis apta metiuntur , & qui hoſpitia in ciuitatibus præſtant, & hi habent immunitatem à muneribus grauioribus. l. fi. de iure immunitatum.add.marg.ſuper rub.C.de menſoribus.lib.12.

Menſorum primicerius biennio expleto agentis in rebus militiam ſortitur. l.vn. C.de menſorib.lib.12.

Menſores dicuntur,qui habent curam metiendi,& menſurandi frumentum, qui ad hoc præponuntur:quandoque tamen tempore ædilitatis, & tempore expeditionis,vel ſimili de cauſa , & hi excuſantur à tutela.l.menſores.29. & ibi gl. 1.de excuſat.tutor.

Reliqua verbo, Agrimenſor, Actiò,94.95.

MENSVLARIVS dicitur,qui præeſt menſæ,in qua ſunt debita, & credita. gl. menſæ.in l.cùm pater.79.§.menſæ.de leg.2.

Menſularij dicuntur nummularij à fiſco præpoſiti ad menſam publicam. gloſ.in bonis.in l.ſi ventri.8.§.in bonis.de priuileg.credito.

Reliqua verbo, Menſa, Nummularius, Argentarius, Campſor.

MENSVRA falſa ſi menſor ſit deceptus ab emptore ignoranter , emptor nulla actione tenetur,niſi vltra dimidiam iuſti pretij ſit deceptio.gl.traderetur. in l. arbitrio.§.de eo,qui,de dolo malo.

Menſuras maiores,vel falſa pondera ſi quis mihi commodauerit, id, quod amplius mercis dedi,repetere poſſum condictione furtiua,ſi venditor hoc ſciuit: vel indebiti:& etiam habet actionem ex vendito, vt ne decipiat , ſicut emptor ex empto.d.l.arbitrio.§.de eo,qui.de dolo malo.

Menſuras minores, vel minora pondera ſi quis mihi commodauit , ad id , quod minus mercis dedi , emptor poteſt agere ex empto contra me venditorem. ibidem.

Menſuris,vel ponderibus certis ſe velle menſurare merces ſi quis dixerit,& vendiderit affirmando decipiendi cauſa illa æqua pondera eſſe , emptor contra eum habet actionem de dolo.ibid.

Menſuras falſas ſi quis commodauit venditori , commodans tenetur ei actione doli in id,quod amplius mercis dedit,ſi emptor conuentus actione ex vendito non eſt ſoluendo,& idem datur emptori in id,quod minus recepit, quando venditor conuentus ex empto ſoluendo non eſt.d.§.de eo, qui. & ibi glo. traderetur.

Menſura falſa,vel pondere ſi venditor metitur, & contrahentes ſcientes de hoc conuenerunt; tunc ei ſtare tenentur:aut non;& tunc conſuetudo attenditur.d. gl.traderetur.

Menſura falſa ſi emptor ſit deceptus à venditore,tenetur venditor,ſiue ſciens,ſiue ignorans,niſi conuenit,vt certis menſuris ſtaretur: quia tunc ſi ſciens fuit venditor,& emptor ignorans,tenetur venditor.ibid.

Menſura falſa ſi venditor ſit deceptus ab emptore ſciēter,in venditorē non tranſit dominium,cùm erret in pondere,ideóque ſemper actio furti , & condictio furtiua,& rei vendicatio datur.†.d.gl.traderetur.

Menſuras falſas ſi tertius commodauit, & contrahentes conuenerunt illis menſuris ſtare,venditor deceptus conueniet commodantem contraria commodati,& ſi commodator non ſit ſoluendo, dabitur contra emptorem ſcientem in ſubſidium actio de dolo.ibid.

Menſuras falſas ſi tertius commodauit,& contrahentes non conuenerunt ſtare illis menſuris, venditor deceptus ex vendito , & emptor deceptus ex empto conuenitur,& etiam condictione indebiti:& ſi emptor fuerit ſciens , condictione furtiua.ibid.

Menſuras falſas ſi tertius commodauit , & contrahentes conuenerunt ſtare illis menſuris,ſi emptor ſit deceptus,non habet contrariam commodati:quia non fuit ei commodatum, quare agitur de dolo contra commodantem , ſi ſciens fuit.ibid.

Menſuras falſas habens criminaliter poteſt accuſari , & in inſulam relegari. ibidem.

de Menſura quando eſt dubium,recurritur ad arbitrum. l.qui luminibus. de ſeruitutibus vrbanorum.

Menſura in emptione non proficit emptori ad hoc,vt maiori, vel minori pretio res vendatur:ſed vt appareat quantum vendatur:ſed guſtus proficit ad hoc, vt improbare liceat,& ideò poſt guſtum ante menſuram poteſt improbare ; ſed poſt menſuram non poteſt.l.ſi in emptione.34.§.alia.& ibi gloſ.vt improbare. de contrahend.emptione.

Menſuris,quibus debeat menſurari in contrahentium voluntate eſt.l.Imperatores.71.de contrahend.emptione.

in Menſura quod deficit,æſtimatur reſpectu quantitatis menſuræ , non reſpectu bonitatis loci.l.ſi ſeruum.§.fi.de act.empt.

Menſuras iniquas ſcienter ſi quis conduxerit,& eas magiſtratus frangi iuſſerit, tenetur ex locato ad eas , niſi ignoranter conduxiſſet : ſed ſi æquas menſuras conduxit,ita demùm tenetur, ſi magiſtratus culpa ipſius conductoris frangi iuſſerit,non aliàs,l.item quæritur. 14.§.ſi quis menſuras.locati.

Menſuram falſam habens in inſulam relegatur. l, annonam.§.fin.de extraordin, crimin.

Menſuras,& pondera falſificantes puniri debent. l, modio. C. de ſuſceptoribus. lib.10.

Menſuris,& ponderibus falſis ne quis vtatur,pertinet ad præſidem , & loci moderatorem:& poſſunt ea infringere,alioquin deceptus, & incommodatus ex talibus menſuris,& ponderibus habet recurſum contra eos , & etiam contra vtentem illis menſuris.l.fi.& ibi add.marg.C.eod.tit.& lib.

Reliqua verbo, Dardanary, Modius, Pondus, Statera, Teſſera, Commodans, Æſtimatio,9.

MENTIRI permiſſum eſt quando mendacium non eſt alij pernicioſum:ſed ſuæ ſalutis præſeruatiuum.gloſ. 1.& ibi add. margin. in l.qui totam. 45. ad Trebel.

Mentiri nemo poteſt impunè.l.fi.C.de calumniator.

Mentiens in ſumma maiori tenetur:ſecùs ſi in ſumma minori.gl.fi.in l.fundum 46.§.fin.de euictio.

Mentientis pœna eſt,vt ſi primò tenebatur pro parte;poſteà teneatur in ſolidum, niſi iuſtè errauerit.l.de ætate.§.ſi cùm eſſet.de interrog.actio.

contra Mentientem de ſubſtantia hereditatis datur actio ex eo contractu , ſi interceſſit,aliàs de dolo.l.ſi quis affirmauerit.de dolo.

Rel qua verbo, Mendacium.

MENYTRVM græcè idem eſt, quod pretium inuentionis, vel pretium indicij, vel ipſum indicium.gloſ.menytra.& ibi add. marg.in l.falſus. §. qui alienum, de furtis.

MERCATOR debet habere libros in loco,in quo exercet artem ; & ſi habeat in alio loco,eſt in dolo præſumpto.l.prætor.§.fi.de edendo.

Mercatores quando recipiuntur in matricula,debent iurare omnia legaliter agere.gl.decurritur.in l.quædam.§.fin.eod.

Mercator non dicitur,qui ſemel mercatur,vel vnicam mercantiam ducit. gloſſ. omnes.& ibi add.marg.in l.1.de tributoria.

Mercatores, vt præferantur aliis mercatoribus in mercibus venditis tempore venditionis,faciant,quòd pro pretio ſint illæ obligatæ expreſsè. l. procuratoris.§.mercis.eod.

Mercatoribus licitum eſt ſe inuicem decipere.gl.menſæ. & ibi add. margin.in l. cùm pater.79.§.menſæ.de legat.2.

Mercatores redimendo ſeruos Chriſtianos nihil debent exigere vltra pretium & quinquennalem operam.gl.1.in l.1.C.de epiſcop.audien.

Mercatores ſubiecti Romano Imperio non poſſunt mercari à Perſis,vel econtrà, aut nundinas exercere vltra loca ad id deputata, ne alieni regni ſcrutentur arcana.l.4,C.de commerciis.

Mercatoribus non eſt licitum cum gentibus populo Romano non gratis conuerſari mercationis cauſa ſub pœna confiſcationis rerum venditarum, & pretij,& perpetui exilij.ibid.

Mercatores ad domum Principis pertinentes debent eſſe 563. nullique his addendi,mutandi,vel in defuncti locum ſubſtituendi vltra dictum numerum: ſed tantum ſubrogentur in defunctorū locum alij vſque ad dictum numerum. l.pen.C.eod.

Mercatores pertinentes ad domum Principis ſunt immunes à muneribus perſonalibus;alij autem non ſunt immunes.ibid.

Mercatores cuiuſcumque ſint dignitatis,ſi mercimonium exercuerint vltra ciuitates,in quibus mercari permittitur,vel ſuſceperint negotiationes prohibitas,puniuntur pœna exilij,& publicatione bonorum.l.fi.C.eod.

Mercatori dantes pecuniam exercendam in periculum commune damni, & lucri:ante annum finitum non poſſunt petere edi ſibi rationes,quòd procedit in totius ratione:ſed non in ratione certi nominis , & capitis , & negotiationis particularis.l.neminem.& ibi add.marg.C.de ſuſcepto.lib.10.

Mercator negotiandi cauſa per prouinciam pertranſiens gladium ſuum ſuæ ſellæ alligatum,vel ſuper vehiculum ſuum poſitum portare poteſt , non vt aliquem innocentem lædat:ſed vt à prædone ſe defendat.c.1.§.mercator.de Pace tenenda.

Reliqua verbo, Aduena, Negotiator, Conſuetudo,3. Merces.

MERCEDEM accipiens pro cuſtodia ſerui,ſi coniecerit eum ſeruum in piſtrinum,tenetur domino ſerui ex conducto:ſed ſi dominus ſerui accipiebat mercedem pro ſeruo illo,ex locato contra piſtrinarium agit ; ſi verò operæ ſerui cum cuſtodia compenſentur,agetur præſcriptis verbis contra piſtrinarium, qui tenetur de dolo , lata, & leui culpa,ſiue agatur contra eum ex locato,ſiue præſcriptis verbis.l.1.§.ſi quis ſeruum.& ibi gl.culpam.depoſiti.

de Mercedibus conſtituendis ſtudiorum liberalium præceptoribus , & magiſtris extra ordinem ſolet cognoſcere præſes Prouinciæ. l.1. de variis , & extraordinar.

de Mercedibus conſtituendis medicis , qui ſalutis hominum curam agunt , & etiam his medicis,qui curam ſtudiorum agunt, præſes cognoſcit extra ordinem.ibid.

de Mercede conſtituenda etiam medico , qui alicuius partis corporis , vel certi doloris ſanitatem pollicetur, putà auricularum , dentium , vel fiſtulæ , cognoſcit præſes; ſed non debet conſtituere mercedem ei, qui incantauit , vel imprecatus eſt, vel exorciſauit : quia hæc non ſunt medicinæ genera. d.l.1.§. medicos.

Mercedem ſibi conſtitui à diſcipulis petere non poſſunt philoſophi , cùm ipſi mercedem ex opere capere ſpernant.& idem eſt in poeta. d. l. 1.§.an philoſophi.& ibi gl.mercenarium.

Mercedem ſibi conſtitui petere non poſſunt iuris ciuilis profeſſores ; ſi tamen diſcipuli eis velint dare aliquid ſponte,poſſunt ipſi recipere. d.l.1.§.proinde,

de Mercede conſtituenda à diſcipulis magiſtris ludi literarij , qui dicuntur iſti Satyri,qui ludendo,& ſaltando recitabant,præſes cognoſcit.d,l.1.§. ludi.& ibi gl.quoque.

de Mercede conſtituenda librariis,notariis,calculatoribus, tabulariis,& aliarum artium opificibus,ſiue artificibus,quæ ſunt extra literas,vel notas poſitæ,præſes non debet cognoſcere extra ordinem.ibi.

Merces certa quando conſtituitur,tunc agitur locati ; ſi incerta præſcriptis verbis ; quando nulla interuenit,tunc eſt mandatum. glo. fi. & ibi add. in princ. Inſt.de locat.

Merces,quæ præſtatur ad menſuram tantum pro rata operis facta peti poteſt. gl. mora.in l.ſi in lege.17.§.colonus.locati.

Merces in locatione debet conſiſtere in pecunia numerata. gl.ſolùm. in l. ſi quis ante. C.de acqui.poſſ.

Merces in fine anni debet ſolui. gloſſ.fin.in l. pen. §.fin. Cod. de præſcript. 30. vel 40.

Reliqua verbo, Penſio, Locator, 5. Sterilitas.

MERCENARIO ſerò venienti eò,quòd Chriſtus dederit tantum,quantum illi,qui manè venerat in vineam,nullam iniuſtitiam fecit : Primò quia paterfa. tanquàm moderator rei ſuæ rectè potuit in eo talem legem conſtituere. Secundò quia ſic fuerat conuentum:dixit enim, *Amice,non facio tibi iniuriam:*

nónne

nómne ex denario conuenisti mecum.gl.1.& ibi add. marg.in princ. Inst. de iust. & iure.& gl. 1.in l.iustitia.de iustitia,& iure.

MERVISSE videtur,qui non apparet demeruisse.l.seruos legauit. 20. & l. testamento.de manumis.testam.

MERETRIX aliqua si sit,quæ velit venire ad habitandum in aliquo vico,vicini possunt repellere eam,ne alias inficiat.glos. honestè.in l.iustitia. de iust. & iure.

Meretrix turpiter facit in eo, quòd meretrix sit : sed non recipit turpiter , cùm meretrix sit.l.4.§.sed & quod meretrici.de condict.ob turpem.

Meretrici datum repeti non potest: quia dans turpiter dat ; sed ipsa non turpiter recipit.ibid.

Meretrici datum,vt non sit meretrix,repeti potest.† gl. non potest. ibid. in d. §. sed & quod.

Meretrix sibi promissum non potest petere : quia turpis causa fuit promissionis, & quædam honestè accipiuntur:non tamen honestè petuntur. gl.sed noua ratione.ibid.

Meretrici bonis interdici potest:quia prodiga est suæ personæ , per quod præsumitur & rerum.l.& mulieri.& ibi gl.1.de curatore furios.

Meretrix testari non potest,& aufertur ei libera testandi facultas, si bonis interdicta sit à iudice.d.gl.1.in add.marg.

Meretrix est turpis persona,non tamen est infamis,nisi in adulterio esset deprehensa.l.3.& ibi gl.1.si quis à parente fuerit manumis.

Meretricem ancillam alienam celans libidinis causa non tenetur lege Flauia. l. verum.40.de furtis.

Meretrices,& mimæ : id est fœminæ ioculatrices non debent publicè vti habitu virginum,& Deo dedicatarum.l.mimæ.5.C.de episcop.audien.

Meretrix eò,quòd est meretrix,non facit contra ius recipiendo aliquid. glos.pro infectis.in l.non dubium.C.de legib.

Meretrix sibi donatum honestè recipit,quod petendo non honestè peteret. gl.fi. in l.2.C.de cond. ob turpem.

Meretrici promissum non tenet , nisi detur promissum , quo casu datum repeti non potest.gl.fin.in l.ea,quæ tibi.5.C.de donat.ante nupt.

Reliqua verbo, Adolescens, Concubina, Lena, Lupa naria, Prostituere, Raptus.

MERITORIA diuersoria, vel fullonica facere non licet fructuario in domo, cuius vsusfructus sibi pertinet. l. æquissimum. 17. §. item si demus. de vsufructu.

Meritoria diuersoria dicuntur loca,in quibus itinerantes diuertunt. gl. diuersoria.ibid.

Meritoria fullonica dici potest gualteria à fullone ; quia facit diuerticulum quoddam,vt ibi lauet telas;vel à folle,per quam trahitur aqua.ibid.

Meritoria dicuntur à statione à merendo:quia ibi operantes lucrantur: vel quia ipsæ merentur mercedem ab operantibus in eis,quæ domino datur. gl. meritoria. in l.lex Cornelia.§.si tamen.de iniuriis.

Reliqua verbo , Diuersorium, Fullonica.

MERVM officium iudicis dicitur, quod ab omni commissione abstractum, atque seiunctum est:vnde si statuto caueatur, ne à mera interloquutoria appelletur:à sententia,qua iudex declarauit instrumentum publicè receptum , vulgò guarentigiatum,exequendum esse,potest appellari, quòd ea mera interloquutoria non sit.l.5.in princ.in add.marg.de verb.oblig.

Merum imperium:id est gladij potestas mandari potest legato à proconsule:non tamen potest ab alio,quàm proconsule;nisi tantum modica coertio. l. solent. & ibi gl.coertionis.de officio proconsul.

Merum imperium habent omnes,qui prouincias regunt.l.illicitas.§.qui vniuersas.de offic.præsidis.

Merum imperium habent clarissimi,& multò magis spectabiles , & multò plus illustres,& superillustres præter præfectum Augustalem,qui licèt sit spectabilis,non tamen habet merum imperium.gl.ius gladij.ibi.

Reliqua verbo, Imperium, 1.2. Gladius.

1 MERCES illicitæ,vt victualia,& arma ad nationes Barbaricas non debent deferri;aliàs deferenti pœna capitis cum amissione bonorum imponitur. l. 1. & ibi gl. 1.C.de litorum,& itiner.lib.12.

Merces proiectas in mari causa vitandi periculi, dominorum permanent. l. qua ratione.9.§.fi.de acquir.rerum.

Merces suas si quis proiiciat in mare in tempestate causa leuandæ nauis , tenentur omnes ibi habentes merces,& etiam dominus nauis, & ipsemet dominus mercium proiectarum contribuere pro rebus iactatis , cùm pro omnibus factum sit.l.1.& ibi gl fi.ad leg.Rhodiam de iactu.

Mercium iactarum domini in mare causa leuandæ nauis habent actionem ex locato contra magistrum nauis,& magister contra alios habentes merces in naui,non solùm habet actionem ex conducto ; sed etiam retentionem mercium,vt pro portione competenti resarciatur damnum mercium iactarum,& fiat contributio ab eis.l.2.eod.

Mercium iactarum domini possunt agere ex locato cum magistro nauis , vt res aliorum vectorum in naui existentes retineat,donec portionem damni competentem præstent.ibid.

pro Mercib.iactatis vnius vectoris potest agere magister contra vectores aliarum mercium ex conducto ad illarum mercium retentionem , imò etiam , si non retinuerit,poterit agere ex conducto,vt fiat contributio mercium iactarum,ac damnum pro portione resarciatur.ibid.

Mercium iactarum detrimentum debet esse commune his,qui propter proiectas merces aliorum consequuti sunt,vt merces suas saluas haberent.ibid.

Merces alienas proiiciens in mare causa seruandarum suarum mercium actione legis Aquiliæ,vel simili non tenetur ei,cuius merces proiectæ sunt:sed de æquitate ratione contributionis tenetur in factum generali ad interesse,scilicet vt vector magistro,& magister damnum passo:meliùs tamen faceret damnum passus,si ageret recta via sublato circuitu magistro nolente agere , vel retinere.gl.agere.ibid.

Mercium proiectarum detrimentum debent etiam contribuere illi , quibus vehuntur margaritæ,gemmæ,annuli; licèt merces non dicantur neque onera. glos.si sint. ibidem.

Mercium domini non tenentur contribuere,& resarcire damnum,quod passa est nauis propter imperitiam magistri:secus si voluntate mercatorum , vel iusto metu damnum factum sit.d.l.2.§.1.

Mercium proiectarum damnum debent contribuere dominus nauis , & etiam domini omnium mercium,etiam margaritarum,& gemmarum in naui existentium pro portione æstimationis illarum,& non prout ponderant.d.l.2.§. cùm in eadem.

Mercium proiectarum damnum non contribuitur pro liberis capitibus : quia corpora libera æstimationem non recipiunt.ibid.

Mercium proiectarum damnum debet contribui pro pretio rerum , quæ saluæ sunt,& quæ proiectæ.d.§.cùm in eadem.& ibi gl.rerum.

Mercium proiectarum domini possunt agere cum nauta;id est magistro,ex conducto pro damno mercium.ibid.

Mercium proiectarum damni contributio fit etiam ratione vestimentorum , & annulorum in naui existentium pro portione æstimationis illarum. d. §. cùm in eadem.

Mercium proiectarum damni contributio non fit ratione earum rerum , quæ causa consumendi in naui positæ sunt , veluti cibaria , cùm si illa deficerent in nauigatione, teneantur domini cibariorum illa conferre non habentibus. ibidem.

Merces vnius si prædones à naui abstulerunt , damnum est solius domini illarum;& si illas redemerit,non fit contributio ei ab aliis mercatorib. d.l.2.§. si nauis.

Mercibus proiectis fit contributio pro portione æstimationis rerum , quæ saluæ sunt,& earum,quæ amissæ sunt ita,quòd æstimatio amissarum fit, quanti emptæ sint : non quanti vendi poterant:sed in rebus,quarum nomine fit contributio,debet fieri æstimatio,quanti illæ res vendi possunt tempore iactus mercium,non quanti emptæ sunt.d.§.si nauis.& ibi gl.non lucri.

Mercium proiectarum damnum non tenentur præstare magister nauis, nec vectores mercium pro aliquo ex vectoribus,qui soluendo non est, vt quia illius merces in naui existentes sunt aliis obligatæ , vt quia habuit tempore iactus; sed nunc nihil habet.d.§.si nauis.& ibi gl.non sint.

Merces proiectæ si reperiantur,exoneratur contributio,& si fuerit facta, hi , qui 2
soluerunt,habent actionem ex locato contra magistrum nauis , vt is ex conducto agat contra eum,cui solutum est,& quod exegerit , reddat vnicuique, quod soluit.d.l.2.§.fi.

Merces proiiciens non videtur illas habere pro derelicto: quia nemo suam pecuniam iactare præsumitur.d.§.fi.& ibi gl.fi.

Merces vnius ex pluribus habentibus merces in naui,si in scapham traiectæ sunt, ne nauis,aut extra flumen,aut in ipso ostio,vel portu pcriclitetur,vel eò,quòd intrare flumen,vel portum non poterat,scapha submersa est, scaphæ, & mercium submersarum contributio debet fieri à domino mercium existentium in naui:secùs si scapha cum parte mercium salua nauis periit:quia tunc dominus mercium,quæ saluæ sunt in scapha,non contribuit,neque tenetur resarcire damnum mercium cum naui perditarum.l.4.eod.

Merces proiectæ salua naue veniunt in contributionem:secùs si cum naui simul perierunt:quia tunc cessat contributio pro mercibus,quæ saluæ extiterunt. d. l.4.& ibi gl.venit.

Mercibus proiectis vnius mercatoris si nauis submersa sit cum aliorum mercibus,& per vrinatores data mercede aliquæ illarum recuperatæ sint , illarum domini debent conferre ei,qui merces suas proiecit causa nauis leuandæ; secùs si non recuperauerint. d.l.4.§. sed si nauis.& ibi gl. per vrinatores. & ibi addit.

Mercium proiectarum dominus etiam si recuperauerit illas per vrinatores, non tenetur conferre illas dominis mercium, quæ cum naui submersæ sunt. ibidem.

Merces submersæ cum naui non videntur proiectæ causa seruandæ nauis,& ideò in contributionem non veniunt.ibid.

Mercium proiectarum domino tenentur conferre illi, quorum merces in naui saluæ factæ sunt pro pretio , & æstimatione præsente , si illæ deteriores factæ sint.d.l.4.§.cùm autem.& ibi gl.cùm autem.

Mercium proiectarum contributio tunc debet fieri, cùm iactus remedio cæteris in communi periculo salua naue consultum est.l.5.ad legem Rhodiam.

Merces proiicientes nauis lauandæ causa non habent hanc mentem , vt eas pro derelicto habeant , & ideò si inuenerint eas, recuperare possunt. l. qui leuandæ.eod.

Mercis appellatione homines non continentur. l. 1. in addit. margi. de tributoria.

Merces , quæ illicitè emuntur , & venduntur , sunt fisci, & hæredi , & cuilibet alij auferuntur, etiam quolibet nunciante.gl. 1.in l.1.de his, quib. vt indignis.

Merces illicitas transuehens amittit illas, & efficiuntur fisci.gl.pe. in l.Imperatores.7.§.fi.de vectigalib.

Merces illicitas si quis portauerit confiscantur illæ , & eas poterit vendicare fiscus etiam ab herede portatoris. l.cotem. 11. §. dominus.& l. commissa.eodem.

Merces illicitas portans,confiscatas à fisco potest ipsemet portator per se,vel per alium emere à fisco.d.l.cotem.§.eam.

Merces iactatæ in mari causa vitandi periculi dominorum permanent. l.qua ratione.9.§.fi.de acq.rerum dominio.

Merces obligatas auertens,aut corrumpens,antequàm traderet,tenetur crimine stellionatus.l.3,§.1.de crimine stellio.

Merces malas supponens in locum earum,quas obligaturum se dixerat,& ostendat creditori futuro,tenetur crimine stellionatus.ibid.

Merces bonas postquàm quis obligauerat;sed non tradiderat , si posteà tradiderit malas dicens esse eas,quas obligauerat,tenetur crimine stellionatus.d.§.1. & ibi gl.auerterit.

Merces obligatas supprimens tenetur crimine stellionatus.l.3.§.fin.eodem.

Mercis appellatio ad res tantum mobiles pertinet.l.mercis.56.de verb.sign.

Metum passus si non sit restitutus in pristinam obligationem, metum inferens eò, quòd non reponit metum passum, condemnatur in quadruplum; qui si in aliquo non sit soluendo, in residuum fit quadruplatio contra eius fideiussores. d.gl.condemnandum.

3 Metum passus si per acceptilationem liberauit inferentem ab obligatione in diem, vel sub conditione, quem si nolit reponere inferens in pristinam obligationem, condemnatur in quadruplum eius, quod continetur in obligatione ex suo dolo.† ibid.

Metum passo restitui debet res ab eo tradita per metum cum fructib. perceptis, & qui percipi potuerunt à metum passo.l.sed & partus.eod.

Per metum pecora, vel ancillas, aut alias res auferens tenetur restituere illas cum omnibus fructib.partu, & fœtu perceptis, & percipiendis à metum passo. ibidem.

Metum passus compellens etiam per metum inferentem sibi restituere eamdem rem, vel liberari à promissione per vim facta, non tenetur actione quod metus causa.d.l.sed & partus.§.1.

per Metum, qui reddit id, quod actione quod metus causa, vel alia reddere tenetur, non habet actionem quod metus causa.ibid.

Metu si ego coegi aliquem, vt decem mihi promitteret, & tu me coegisti, vt eum liberarem, neque illi, neque tibi competit actio quod metus causa: quia neuter in damno versatur.ibid.

Metu si ego coegi te, vt mihi promitteres, deinde tu per metum coegisti, vt te liberarem: siue incontinenti, siue ex interuallo intuleris mihi metum, neuter nostrûm habet actionem quod metus causa: sed ab interdicto vnde vi non excusaberis, nisi incontinenti vim intulisti.† gl.mox ego.ibi.

Metu si ego coegi te mihi promittere: deinde tu per metum coegisti me vt te liberarem, non amittis exceptionem, quod metus causa, quæ tibi competebat: amittis tamen actionem quod metus causa, quæ tibi competebat, vt librereris. gl.mox ego.in l.sed & partus.§.1.de eo, quod metus causa.

Metum passus in re tradita damnum non habet habita contemplatione actionis quod metus causa: sed sublata illa actione remanet in damno, & ideò ipsa datur.gl.fi.ibid.

Metum passus etiam si ab inferente metum possit consequi nihilominùs potest agere actione quod metus causa, contra eum, ad quem res peruenit ex causa lucratiua: secùs si ex causa onerosa, quia tunc contra metum inferentem debet agere.gl.lucrum.in l.si cum exceptione.§.in hac actione.eod.

Metum passus non habet actionem quod metus causa contra eum, ad quem peruenit res per metum alicuius ex causa onerosa, & posteà ipse eamdem rem alienauit, & ex ea pretium, vel aliud habuit: quia nihil videtur habere: secùs si habens etiam causa lucratiua vendidisset.ibid.

4 Metum passus iustè ignorare potest, quis vim sibi fecerit, cùm talia fiant de nocte, & in multitudine hominum.gl.ignorantiam.ibid.

ex Metu illato per alium si mihi res peruenit, non teneor actione quod metus causa, si res apud me sine dolo malo periit: quia interitu rei liberor.d.l.si cum exceptione.§.aliquando.

Metus alicuius in alterius præmium verti non debet. d.l. si cum exceptione. §. Pædius.

per Metum si tibi aliquid ego promisi, & dederim fideiussorem, qui libenter illi obligationi accessit, tam ego, quàm fideiussor liberamur per actionem quod metus causa: sed si fideiussor solus metu accessit; non autem reus principalis: tunc solus fideiussor liberatur, & solùm contra reum principalem datur actio quod metus causa, in quadruplum. d.l. si cum exceptione. §. Labeo.

per Metum si promiserim iudicio sisti, & posteà fideiussorem etiam per metum dederim, tam ego, quàm fideiussor liberamur actione quod metus causa: secùs si fideiussorem sponte dedi; quia tunc comprobarem prius factum, & ideò nec liberarer.d.§.Labeo.& ibi.gl.adhibeat.

per Metum si mihi promisisti aliquid, & tu egisti contra me actione quod metus causa, vt te per acceptilationem liberarem, & iussus à iudice si te non liberaui, & ita in quadruplum sim condemnatus, compellar accepto ferre: id est quod liberem te ab omni obligatione, item triplum nomine pœnæ soluere.d.l.si cum exceptione.§.sed & si quis.

Metum passus si egit actione de dolo, non aget posteà actione, quod metus causa ad triplum.gl.alteram.in d.l.si cum exceptione.§.eum, qui.

Metum passus debens ex causa fideicommissi 40. si 300. promiserit per vim, & soluerit, consequetur actione quod metus causa, quadruplum ducentorum, & sexaginta: quia in his per metum passus est: alia autem per edictum Diui Marci consequetur. d.l. si cum exceptione. §.Iulianus.& ibi gl.cum effectu. eodem.

Metum passus si à plurib.inferentib.metum minus consequutus est, habet actionem quod metus causa contra cæteros ad id, quod minus consequutus est: scilicet quoad ipsam rem, vel interesse: non quoad pœnam, nisi essent contumaces.l.aut in id.& ibi gl.2.eod.

Metum passus si ab vno ex plurib.inferentib.metum rehabuit rem: sed plus sua intersit: ad illud interesse habet actionem quod metus causa contra cæteros. gl.1.ibi.

per Metum si duo abstulerint à me decem, & ego ab vno quinque tantum sim consequutus, vel per actionem de dolo, vel quod metus causa, aduersus alium alia quinque quadruplabuntur si sit contumax in restituendo; quia in illis non erat liberatus.gl.fi.ibi.

5 per Metum extorta res si perierit, possessor non videtur locupletior; si verò illa res in pecuniam, vel aliam rem conuersa sit, possessor videtur factus locupletior, licèt res empta ab illo perierit.l.si ipsa res.eod.

Metu iustè illato promissio facta non rescinditur.l.2.& ibi.glo. nulla. & ibi add. marg.de iudiciis.l.si mulier.quod metus causa.

Metus causa gestum nullo tempore prætor ratum habet, nisi consensus nouus interueniat, vel nisi præscriptio 30.vel 40.ann.currat. d.l.si mulier. & ibi gloss.2.

per Metum si mihi sit extorta res aliena, quam possidebam, contra inferentem metum, habeo actionem quod metus causa in quadruplum, vel in simplum eius, quod mihi interest possidere illam rem.d.l.si mulier.§.1.

Metu si dos sit promissa, obligatio nulla nascitur, cùm talis promissio nulla sit.d.l.si mulier.§.si dos.& l.2.& ibi.gl.nulla.& ibi add.marg.de iudiciis.

Metus quando dat causam contractui bonæfidei, ipso iure nullus est contractus. gl.vllam.in d.l.si mulier.§.si dos.quod metus causa.

Metu si quis contrahat matrimonium, nullum est matrimonium, vel si quis per metum in non suum iudicem consentiat, ipso iure non tenet.ibi.& d.l.2.& ibi gl.nulla.& add.marg.

per Metum si sim coactus discedere ab emptione, vel locatione, rescissa est venditio, vel locatio: sicut obligatio per acceptilationem, vnde mihi competit actio quod metus causa.d.l.si mulier.§.si metu.

Metu coactus si adiit hereditatem, efficitur heres: quia quamuis si liberum esset, noluisset: tamen coactus voluit: sed restituitur actione quod metus causa ad abstinendum ab ea.d.l.si mulier.§.pen.

Metu coactus adiens hereditatem, efficitur heres: secus quando quis noluit, & & apparet ex præambula protestatione; quia aliud agèbat, & aliud simulabat. gl.heredem.ibid.

Metu coactus si repudiaui hereditatem, prætor mihi succurrit duplici via, aut vtiles actiones quasi heredi dando, aut præstando actionem quod metus causa, & quam velim possum eligere.d.l.si mulier.§.fi.

Metus non præsumitur illatus ei, qui potuit vocare officiales de curia, vel potestatem, & ideò contra huiusmodi præsumptionem debet apertissimas probationes habere.l.fi.eod.

Metum illatum dicens debet probare: tamen si est præsumptio contra eum propter locum, requiruntur probationes luce clariores.ibid.

Metus, vel dolus non præsumitur illatus in vrbe Romana, vel vbi est iustitia. ibidem.

Metum posse sibi inferri quando quis dubitat, potest implorare officium iudicis, 6
vt prohibeat vim inferri.ibi.

Metu facta venditio à venditore, ne duceretur ad iudicem, non rescinditur per actionem quod metus causa: sed per officium iudicis.d.l.fi.§.1.

Metu alicuius verecundiæ modicæ factum officio iudicis rescinditur, non per actionem quod metus causa.d.l.fi.§.si fœnerator.

per Metum indebitè ab apparitore illatum si aliquid sit exactum, iudicis officio rescinditur, quatenùs quis damnum patitur, & non vltra.d.l.fi.§.fi.

Metum iustum faciunt minæ sufficientes illatæ à persona verisimiliter timenda, vt à quodam tyranno, vel homine pestilentioso. l. 3. ex quibus causis maiores.

Metus nullus est, vbi dolus interuenit.l.sed & qui data.eod.

Metu gesta mero iure valent regulariter; sed rescinduntur per actionem quod metus causa, vel alio iure restitutionis: quod fallit in authoritate à tutore per vim præstita, & in dote metu promissa, & in matrimonio metu contracto, & quando in iudicem non suum metu coactus consensit, in quibus casibus gesta per metum sunt ipso iure nulla.gl.non valet.in l.1.§.1.de author.tutorum. l.2.& ibi.gl.nulla.& ibi.add.marg.de iudiciis.l.si mulier.§.si dos.& ibi.glo.vllam.quod metus caus.

Metus verborum non est iustus metus.gl.pen.in l.qui in aliena. 6. §. fi. de acqu. heredit.

Metus quando inducitur ex nimia reuerentia, vt in muliere quoad virum, & in clerico quoad episcopum, ob id contractus rescinditur officio iudicis. l. 1. §. quæ onerandæ.& ibi.gl.metu.quarum rerum actio.

Metus mortis, vel cruciatus corporis requiritur, vt alicui competat actio directa quod metus causa.l.interpositas.13.C.de transactio.

Metu gesta rata non sunt quandoque per edictum perpetuum quod metus causa, quandoque per edicti sententiam, quandoque per officium iudicis, quandoque per constitutionem imperialem.gl.1.ibid.

Metus nomen generaliter prolatum ab edicto, quod metus causa, non comprehendit quemlibet metum.gl.3.ibi.

Metus mortis, vel cruciatus corporis est iustus, vt alicui competat actio quod metus causa, & an metus sit mortis, vel cruciatus corporis, iudicis relinquitur arbitrio.gl.3.& 4.ibi.gl.3.in l.pen.C.eod.

Metus interuenisse non censetur in contractu cum pœnitentia amicorum facto. l.transactionem.35.C.eod.

Metus non præsumitur in transactione, nisi probetur: & si qua suspicio fuerit, interuentus amicorum eam tollit.d.l.transactionem.& ibi.gl.fi.

Metus causa exceptio odiosa est.gl.4.in l.2.C.de his, quæ vi.

Metu facta, licèt sint turpiter facta: non tamen sunt turpia de se, neque veniunt 7
turpia in obligationem.ibid.

Metus dicitur quoad animum, vis quoad corpus.glo.1.in l.3.C.eod.

Metu gestis tria dantur auxilia: scilicet actio in rem vtilis, & actio personalis, quod metus causa: item exceptio metus.gl.quoque.ibi.

Metu gesta si sunt posteà per consensum expressum, vel tacitum corroborata, valent: quo casu cessat actio quod metus causa.l.4.C.eod.

Metus inferri, vel dolus non præsumitur ex sola dignitate contrahentis. l. ad inuidiam.6.C.eod.

Metum passo facit præsumptionem contra eum sua dignitas, scilicet quòd sibi non sit illatus metus.gl.pen.ibi.

Metum fuisse illatum ex dignitate contrahentis argutè probandum est. gloss. fi. ibidem.

Metum iustum inducunt minæ capitales, metus mortis, & cruciatus corporis.l.si donationis.7.C eod.

Metu iusto quilibet contractus celebratus siue hinc inde obligatorius, siue ex vna tantùm parte rescinditur.ibid.

Metum iustum inducunt minæ capitales: videlicet ne combureret instrumenta status, vel libertatis, cùm seruitus æquiparetur morti.gl.2.ibid.

Metum iustum non inducit capitalis accusatio, vnde nullo modo hoc casu competit actio quod metus causa.ibi.& l.accusationis.10.C.eod.

Metus non probatur ex solis minis, nisi fuerit deuentum ad actum. l. metum.6. C.de his, quæ vi metus.

Metus non probatur ex sola protestatione, vel acclamatione actoris.ibid.

*quoad eorum delicta, & pœnas imponendas eis.*15.16.17.
*quoad militem vaſallum.*18.
quoad priuilegia militum, & veteranorum. 19.20.
quoad priuilegia eorum in teſtando, & eorum teſtamenta, & codicillos. 21. *vſque* 26.
*quoad eorum heredes, & inſtitutionem, exheredationem, vel præteritionem filiorum.*27.28.29.
*quoad ſubſtitutionem, & fideicommiſſum.*30.
quoad legata, & Falcidiam, & donationem. 31.
*quoad excuſationem à tutela, & immunitatem ciuilium munerum.nu.*32.33.

1 Miles dicitur aduocatus,& officialis;item militat in ſyluis catulus.gl.pen.in l.1.de bonorum poſſeſſion.ex teſtam.milit.

Milites dicuntur in claſſib.omnes remiges,& nautæ,item vigiles:& iure militari teſtari poſſunt.d.l.1.§.pen.

Militum quidam ſunt armatæ militiæ,quidam inermis militiæ. gl.militiæ.in l.fi.C.de iuriſdict.omnium iudic.

Milites olim charactere, vel ſtigmate quodam notabantur in brachiis.ibid.

Militum varij ſunt numeri,vel ſigna: nam quidam dicuntur militia, alij cohors,alij vexillatio,manipulus,legio,cuneus, & ala. gl. fi. in l. milites. 31. C. de locat.

Milites dicuntur non ſolùm,qui ſub excelſis magiſtris militum tolerare noſcuntur militiam:ſed etiam qui in vndecim ſcholis taxati ſunt, & qui ſub diuerſis optionibus fœderatorum nomine decorati ſunt.l.fi.C.eod.

Milites protectores dicuntur pedites,qui tegunt, & protegunt armatos milites. gl.2.in l.à caligato.21.C.de nuptiis.

Miles caligatus dicitur,qui habet ocreas ferreas,vel miles infimus, & obſcurus. ibid.& gl.1.in l.2.de his,qui notantur.

Milites pedeſtres dicuntur, qui habent caligas de corio, & hi dicuntur caligati milites.d.gl.2.in d.l.à caligato.

Milites equeſtres dicuntur,qui in equis vadunt.ibid.

Miles vt ſit quis,ſex ſunt neceſſaria; ideò vt miles non ſit negotiator, & quòd examinetur, & quòd præſtet ſacramentum per genium principis, & Deum omnipotentem:& quòd mortem cauſa reipub.non euitabit, & quòd ei enſis cingatur,& quòd ſtigma:id eſt nota publica debet eius brachiis inſcribi, vel imponi,& in numero aliorum debet poni,& ſcribi:& iſti tales habent priuilegia à legib.militib.conceſſa.gl.1.in l.pe.de excuſat.tutorum.

Milites per antiphraſim appellantur à mollitia:id eſt duritia,eò quòd nihil molle: ſed aſperum pro nobis ſuſtineant.l.1.§.milites.& ibi.add. marg.de teſtam. milit.

Milites appellantur etiam vel à multitudine, vel à malo, quod arcere ſolent. ibidem.

Milites appellantur à mille hominum numero:quia de mille vnus ſtrenuus eligebatur.d.§.milites.& ibi.gl.fi.

Milites nondum ſunt illi,qui non ſunt ſcripti in numeris militum,licèt ſint ſcripti tyrones,& publicis expenſis iter faciant.l.antep.eod.

Milites dicuntur,qui in numero militum referuntur,& quib.ſtigmata:id eſt nota publica in brachiis eorum inſigitur.d.l.antepe.& ibi.gl.2.& gl.fi.

2 Miles tempore,quo admittitur,iurat, quòd non euitabit mortem cauſa reipub. à quo iuramento ſoluitur propter infamiam,qua afficitur.gl.ſacramento.in l.2. §.miles.de his,qui notan.

Milites dicuntur,qui ſunt in actu militiæ:veteranus verò miles eſt, qui eſt ſine actu.gl.veterani.in l.filiusf.§.veterani.de procuratoribus.

Miles quilibet Romæ militans habetur pro reipub.cauſa abſente. † l. milites & ibi.gl.1.ex quib.cauſis maiores.

Miles abſens eſſe fingitur:non autem magiſtratus: quia officium militiæ remotum,imò contrarium eſt cauſis, & legibus, vnde ſupereſſe non poteſt miles aliis negotiis:ſed magiſtratus poteſt cùm ad cauſas principaliter ſit præpoſitus.d.gl.1.

Milites de aliquib.prædiis ſibi aſſignatis ſtipendia habent.ibid.

Miles poteſt eſſe impubes.l.ſed & milites.10.§. veteranorum.& ibi.gl.impuberi. de excuſat.tutorum.

Militibus,qui militabant Romæ inter nocturnos cuſtodes, præfectus vigilum præerat.gl.qui autem.in d.l.ſed & mihi.§.qui autem.

Militum omni priuilegio fortior videtur coæqualitas honoris militiæ.d.l.ſed & milites.in principio.

Miles poteſt habere bona duplici iure;ſed paganus non. gloſſ.non viderentur. in add.in l.Iuriſperitos.35.§.1.eod.

Militum præfecti non dicuntur milites,niſi ſint commilitones; ſunt enim quidam ad pugnandum inepti:ſed ad diſponendum apti.gl.fi. in l. quod conſtitutum.22.de militari teſtam.

Miles præſumitur liberalis magis, quàm priuatus. gloſſ. 3. in l. Lucius. 42. eodem.

Milites:ſicut & omnes alij, obſequium debent præſtare parentib.l.1.de obſequiis à liberis.

Miles cingi iuſſus, perinde ac ſi cinctus foret, habetur. l. cum verò. 26. in add. marg.de fideicommiſſ.libert.

Miles poteſt petere in libertatem coniunctum etiam inuitum, conſtitutum in poſſeſſione ſeruitutis.l.3.de liberali cauſa.

Miles cœleſtis militiæ æquiparatur terreſtri militi. gl.2.& ibid. add. marg.in l. miles.6.de re iudicata.

per Milites cæleſtis militiæ ſummi numinis veniam ſperamus.d.gl.2.

3 Milites non poſſunt facere collegia.l.1.de collegiis illicitis.

Miles,qui in commeatu agit,vagando non videtur reipub.cauſa abeſſe. l. 1.de re militari.

Miles dicitur tam caligatus,quàm gregarius, quàm equo inſidens, ac militans. d.l.1.in add.marg.

Miles poteſt eſſe, qui vno teſticulo natus eſt, vel qui vnum teſticulum amiſit: nam fuerunt Sylla,& Cotta duces belli cum vno teſticulo.l.4.eod.

Miles effici non prohibetur omnis,qui litem habuit:ſed tantum ille,qui eo animo factus eſt miles,vt pretioſiorem ſe aduerſario faceret militem, & talis remouetur à militia,non tamen efficitur infamis: nam lite finita poteſt effici miles:ſed ſi transſigat,vel non animo malo factus ſit miles,parcitur ei. d. l.4. §.non omnis.& ibi. gl.extra ordinem.

Miles non poteſt effici quis interim,dum patitur controuerſiam ſtatus:licèt reuera ſit liber:maximè ſi lis fuerit ordinata.l.qui ſtatus.8.eod.

Miles non poteſt effici ille,qui ingenuus bona fide ſeruit,nec qui ab hoſtibus redemptus eſt,niſi priùs ſe luat,ibid.

Miles,qui non tueretur dominum,non ſolùm à tribuno,vel centurione: ſed etiã à principe coercendus eſt.l.milites.13.§.irreuerens.eod.

Miles ibi videtur habere domicilium,vbi inhæret:id eſt moratur,vel militat,etſi nihil poſſideat in patria,vel non habeat ibi,vbi militat,maiorem partem fortunarum.l.municeps.23.§.fi.& ibi.gl.fi.ad municipal.

Miles ibi fit ciuis,vbi ſtipendia meret.d.gl.fi.in add.marg.

Militibus ſuperuenientibus in ciuitate debent ciues præſtare hoſpitia, per vices id eſt quidam vna die,alij alia die.l.3.§.eos,de muneribus.

Milites debent ſe exercitare in armis,neque debent diuagari, vt quando neceſſitas contigerit,poſſint inimicis reſiſtere.l.2.§.pro limitaneis. Cod. de officio præfect.Aphri.

Milites non debent aliquam læſionem inferre collatoribus,& tributariis principis ſub pœna à ſuo Iudice pro arbitrio imponenda.d.l.2.§.poſtquàm.

Militum magiſtri nullam habent iuriſdictionem in prouinciales,neque præfecti in militares viros.l.1.C.de officio magiſt.milit.

Milites,qui ſunt vltra ſtatutum numerum,debent ſubiacere ſententiis iudicum ciuilium,& tributariis collationib.l.3.& ibi.gl.1.C.eod.

Milites de locis,in quibus conſiſtuut,ad alia loca ſine ſpeciali mandato principis transferri non debent.l.4.C.eod.

Milites iuſtis de cauſis,& neceſſariis,& vt ſecuritati,& vtilitati publicæ conſulatur, poſſunt de locis,in quibus conſiſtunt, ad alia loca transferri ſine ſpeciali mandato principis:ita tamen vt poſteà hoc debeat manifeſtari principi, & etiam cauſa manifeſtari quare transferendi ſunt,vt ipſe princeps poſſit ſuper eo dare ordinem.ibid.

Militum numerus quemadmodum ſe habeat debet principi ſignificari à magiſtro officiorum quotannis. l.4.C.de officio magiſtri officiorum.

Milites debent fieri cum reſcripto principis:aliàs qui ſine reſcripto eius ad militiam peruenerint,priuantur illa,& puniuntur 20.lib.auri.l.fi.C.eod

Militum ſcholarium notitia vt ſemper certa ſit,& publico damnum aliquod ne infligatur, quadrimenſtrui breues eorumdem militum debent fieri à magiſtro officiorum, & eos ſacro ſcrinio laterculi præſtari ibi deponendos. ibidem.

Militum duces,& magiſtri caſtrorum refectionis, luſtrationiſque curam debent habere.l.fin.C.de officio militar.iud.

Milites,& ipſorum duces debent commorari in ipſis limitibus: & debent magiſtri militum,& duces reducere milites ad proprium numerum.ibid.

Miles ſi negetur fuiſſe, tenetur probare ſe militem, quo probato præſumitur, quòd honeſtè fuerit miſſus.gl.pe.in l.ſi ſolennib.7.C.de fide inſtrum.

Miles ab hoſtib.rediens volens ad militiam admitti, eius ſacramento creditur quòd antea fuerit miles;ſi vero dicat,quòd honeſtè fuerit à militia miſſus, & per conſequens quòd habet veteranorum iura, non creditur ei, niſi probauerit.ibid.

Milites atrocitatem armorum debent oſtendere contra hoſtes:non contra vicinos,quos procurandos ſuſceperunt.l.fi.C.de locato.

Militum ſtipendia in ſolutum adiudicari,vel exequi non poſſunt, niſi in ſubſidium.l.4.& ibi gl.fi.C.de exequutione rei iudi.

Miles non poteſt obligare ſtipendia publica per pactionem priuatam. gloſſ. 2. ibidem.

Miles dicitur à militia:id eſt duritia,quam ſuſtinet pro nobis.gl.fi.in l.ab hoſtib. 12.C.de poſtliminio reuerſ.

Miles ſibi aſcribens præſumitur iuris errore,non malitia in legem incidiſſe: & ideò ſibi parcitur quoad pœnam:ſed relictum non poteſt petere,l.5.C.de his, qui ſibi aſcrib.

Milites non dicuntur priuatæ perſonæ. §.volumus. in auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio.col.2.auth.vt nullus mutuans agricolæ ad med.col.4.

Miles efficitur,& creatur quis per quamdam ſolennitatem,vt putà per examinationem,& ſacramenti præſtationem,quod mortem non euitabit reipub. cauſa,item per enſis additionem:item ſtigma: id eſt nota publica debet brachiis imponi,vt recognoſcantur:item in numero aliorum debet ſcribi, & talibus militibus dantur priuilegia militaria,non aliis.gl.ſi quidem.in §.fi.in auth.de mandatis princip.collat.4.

Milite ad militiam accedente ſi eius vxor literas ſoſpitatis ipſius non acceperit, & eum pro veritate à duce belli mortuum fuiſſe audierit, & per decem annos expectauerit,& à principe gratiam impetrauerit, licitè cum alio poterit contrahere matrimonium ſed hodie debet expectare donec ſit certa de morte viri.§.nouimus.& ibi.gl.decennij. in auth.de nuptiis.col.4.

Militi etiam vni ſoli quandoque creditur.gl.militiæ. in §. ſancimus. in auth. de teſtib.col.5.

Militem,vel fœderatum nullus debet retinere, vel occultare in domo propria, vel poſſeſſione,& contrafaciens ſua dignitate expellitur, & eius bona publicantur,& milites priuantur militia, & iudices negligentes puniuntur in decem libris auri, & exilio traduntur. auth. vt neque miles, neque fœderatus. col.8.

Milites non debent aſſumi ex vili officio.gl.2.in l.vnica.C.negotiatores ne militent.lib.12.

Miles ſtatim vt infamis eſt,deſinit eſſe miles:quia non poteſt ſtare, vbi eſt princeps,neque etiam factus veteranus.gl.1.in l.fruſtra veteris. C. de re militari. libro 12.

Miles,qui à principe meruit familiam ſuam ad ſe venire,poteſt coniugem, liberos,& ſeruos cenſibus non adſtrictos ad ſe facere venire: non tamen alios.l. quicunque.C.eod.

Milites, vel tribuni nullam habent facultatem euagandi per poſſeſſiones: ſed cum ſignis propriis in manſionibus ſolitis debent manere.& contrà facientes

inchoatam succurritur,non tamen militib.delicatis in domib.ipsorum manétibus l.fi.C.quib.non obiicitur longi.

Milites tela in vsum vomeris,& ligonis conuertere non debent,l.fi.C.de mancipiis,& colonis patrimonial.lib,11.

Reliqua verbo,Caligatus,Cohors,Desertor,Filius.80.vsque 83.Fossa, Magister, 3. Metatores,Magistratus, Negotiator, Paganus , Simplicitas , Stationary, Stipendium, Tyrones, Abesse,2.3.4. Accusatio,24.

11 MILES non potest emere prædia in prouincia , in qua militat , ne fortè studio culturæ militiam dimittat,nisi sibi vendantur à fisco,vel ab alio prędia paterna.l.qui officij.62. & ibi,gl. 1. de contrahend, emptione.& l.milites.9.de re militari.& l.milites.13. eod.

Miles post finitam militiam potest emere prædia in prouincia,in qua militabat, d.l.gl.1.

Miles non potest fabricare nauem , nec fabricatam emere in prouincia , in qua militat.ibid.

Miles si contra prohibitionem durante militia emit prædium , confiscatur tale prædium,& fiscus vendicat illud,si delatum sit;sed si nõdum de lata causa militia finita sit, non est locus delationi.d.l.milites.9.de re militari.

Miles iure successionis potest acquirere prædia in prouincia, in qua militat. d. l. milites.

Miles non debet exercere officia vilia, & mechanica , quibus possit à militia distrahi.l.officium.§.1.eod.

Milites possunt emere domum in prouincia , in qua militant. l. milites. 13. eodem.

Milites possunt emere agros extra prouinciam,in qua militant. ibid.

Miles si contra prohibitionem militarem durante militia emerit agros,ager ille defertur in fiscum ante missionem de militia:sed post missionem nõ defertur,nisi ignominiosè sit missus.d.l.milites.§.is etiam,qui,

Miles sui iuris existens si in militia , aut post missionem se dederit in arrogationem,habet administrationem omnium rerum,quas ante arrogationem in castris acquisiuit.l.4.§.miles. de castrensi peculio.

Milites alienarum rerum conductores,seu procuratores,aut fideiussores,seu mãdatores conductorum esse non possunt.l.milites.31. C. de locato.

Milites omisso armorum vsu ad opus rurestre se conferre non debent, ne vicinis graues præsumptione cinguli militaris existant.ibid.

Milites armis , & non priuatis negotiis debent se occupare,vt numeris, & signis suis iugiter inhærentes rempub. à qua aluntur , ab omni bellorum necessitate defendant.ibid.

Milites possunt conducere stabulum pro equis suis , vel alia ad militiam facientia,gl.1.ibid.

Milites non possunt conducere res alienas, aliàs puniuntur,tam ipsi,quàm locatores , nisi locatores fuerint ignorantes.ibid.

Milites non possunt conducere domum reficiendam : rectè tamen possunt conducere ad habitandum.ibid.

Milites non debet ad sordida ministeria venire,& relictis studiis publicis,signísque victricibus ad conductiones alienarum rerum prosilire.l.fi.C. eod.

Milites siue maiores , siue minores prohibentur à condictione alienarum rerum.ibid.

Miles si conduxerit res alienas ex ipso contractu ab initio sine aliquo facto , vel sententia,cadit à militia, & non est regressus ei ad pristinum gradum , neque beneficio imperiali,neque consensu,vel permissu iudicis. ibid.

Milites conducentes res alienas,stipendia.& alimenta,que post conductionem à publico susceperunt,sine aliqua mora, vel procrastinatione reddere compelluntur.ibid.

Militibus locantes res suas nullam habent exactionem contra eos , & à suis cadunt reditib, ibid.

Milites conducentes quilibet potest accusare,& talis accusator magis est laudãdus,quàm vituperandus.ibid.

Reliqua verbo,Procurator,61.62.

12 MILITES , qui causas alias defendere non possunt, admittuntur tamen ad accusationem legis Iuliæ maiestatis.l.famosi.ad legem Iul.maiest.

Milites , & qui per sacramentum iurant non euitare mortem causa reipub. possunt accusare prosequendo suam, vel suorum iniuriam.gl,2.in l.qui accusare. de accusatio.

Milites licèt ad accusandum aliquem non admittantur , admittuntur tamen ad accusandum de annona fraudata.l.mulierem.eod.

Miles in sua causa succumbens potest appellare intra tempus , quod priuatis datur;& si victus non appellauerit intra statutum tempus,postea non auditur. l qui suspectum.20.de appel,

Miles alienam causam agere non potest.gl.tempora.ibid.

Miles neque pro patre,neque pro matre,neque pro vxore, etiam ex sacro rescripto potest esse procurator.§.pen.& ibi.gl.fi. Inst. de exceptio.l. militem.7. & ibi.gl.1.& 3. C. de procurat.

Militi vtilitate publica non permittitur alienam suscipere defensionem iudicialem , vel redimere negotia,vel quasi suffragatorem accedere.ibid.

Miles veteranus potest esse procurator pro patre, vel matre:sed non miles militans.gl.1.ibid.

Miles potest esse procurator pro commilitone suo.gl.3.ibid.

Milites possunt iudicium deducere tam actiones proprias,quàm ex causa honesta sibi cessas.l.qui stipendia.9.C.eod.§.pe.& ibi.gl.fi.Inst.de exceptio.

Militibus absurdum,& iniquum est interdici per se litigare causas proprias,& sibi iusta de causa concessas.d.l.qui stipendia.

Miles eò , quòd agat per se negotia propria,non offenditur per hoc disciplina militari , & in criminalibus etiam ipse tenetur per se respondere.gl.1.ibid.

Milites non possunt per se deducere in iudicium causas ex non honesta causa sibi cessas.gl.& verecunda.ibid.

Milites veterani possunt fieri procuratores.l.filiusfa.§. veterani, de procuratoribus.

Miles debet multa habere in se , & talis non potest esse procurator,etiam vtroque consentiente.d.§.veterani.& ibi.gl. veterani.

Miles datus procurator si non sit repulsus ab initio,iudicium cum eo factum tenet.d.§.veterani.

Miles procurator esse potest,quando datur in rem suam,vel vt communem causam omnis sui numeri persequatur,vel suscipiat. ibid.

Militem procuratorem constitutum iudex ex officio poterit repellere, & si non sit ab eo repulsus,vel contra eum à partibus opposita exceptio , militiæ iudicium tenet.gl.prætermissum,ibid.

Miles procurator ad negotia fieri non potest. l. si militum.5.& ibi.gl.1.Cod.de conductione ob caus.

Miles procurator ad negotia admittitur,si non obiiciatur ei exceptio. glo. pen. ibidem.

Miles non potest esse procurator,nisi in rem suam,vel nisi pro necessariis in causa liberali,vel nisi in suo matrimonio.gl.2,in l.milites.31.C.de locato.

Miles ad accusandum admittitur, si suam , vel suorum iniuriam prosequatur ; se tamen inscribere tenetur.l.non prohibentur.8 & l.si crimen.9. C. de his , qui accusare possunt.

Miles interfectores consobrini sui potest accusare. ibid.

MILES caligatus,vel alius quicumque,etiam centurio,vel præfectus legionis, vel exercitus ignominiosè missus infamis est.l.1.de his,qui notantur.

Miles si ignominiosè non sit dimissus;sed circa indignitatem principis successor ei datus est,non notatur infamia.ibid.

Miles à legione,vel à cohorte ignominiosè missus infamis est , sicut ab exercitu missus.l.2.§.exercitum.& ibi.gl.sed hic.eod.

Miles qui ab exercitu dimittitur honesta de causa , quæ emeritis stipendiis per 20.annos,vel etiam ante à principe indulgetur,non est infamis.d.l.2.§.ignominia.

Miles ab exercitu mittitur causaria missione, quando causaria missio soluit eum laborib.militiæ propter valetudinem.ibid.

Miles ignominiosè missus dicitur toties,quoties is,qui mittit,addit nominatim ignominiæ causa se mittere:semper enim debet addere,cur mittatur.ibid.

Miles ignominiosè missus dicitur quoties est exauthoratus , eò quòd insignia militaria ei detracta sint,licet non addiderit exauthorans ignominiæ causa se exathorasse.ibid.

Miles missus ad hoc vt munera subeat , non est infamis, licèt ob eam causam sit exauthoratus.d.§.exercitum.& ibi.gl.lædit.

Militem ab exercitu mittens non est necesse,quòd dicat se mittere cum ignominia:sed debet dicere causam,quare mittit,vt quia prodidit, vel quia arma vendidit contra præceptum ducis belli:& hoc quoad eius infamiam,quoad cætera tamen non tenetur dicere.gl. cur miles.ibid.

Miles ab exercitu missus si non apparet,dolo,an culpa,tunc in mitiorem partem scilicet ob culpam præsumtam,& tunc non est infamis. ibid.

Miles exauthoratus ex causa non sufficienti ad infamiam, velut quia propter litem vitandam militiæ se dederat,non est infamis.gl.efficit.ibid.

Miles lege Iul.de adulteriis ex alio capite,quàm de adulterio damnatus,infamis est,ita vt etiam ipsa sententia eum sacramento ignominiæ causa soluat. d. l.2. § soluat.& ibi gl. infamis.

Milites ignominiosè missi tanquam infames remoti sunt à dignitatibus , & ab aliquib.officiis publicis.gl.sacramento.in d.l.2.§. miles.

Miles ignominiosè missus,neque in vrbe,neque alibi, vbi est imperator , morari potest.d.l.§.miles.

Miles ignominiosè missus ex hoc eodem facto pœnam patitur: quia non potest esse,vbi est princeps:& etiam præmium;quia à tutelis vrbicis excusatur. gl. in vrbe.ibid.

Milites ignominiosè missi similes sunt his,qui nequaquam militauerunt,& ideò non habent priuilegium ipsi , nec eorum filij.l.sed & milites.10.§.1. de excusat.tutor.

Militis non ignominiosè missi filius propter patrem non excusatur à tutela. † gl.neque eorum.ibid.

Militi quando datur missio propter ægritudinem dicitur causaria missio, & honesta est.d.l.sed & milites.§. qui autem.

Miles ignominiosè missus non habet immunitatem. ibid.

Miles ignominiosè missus potest vbique manere,& morari,nisi Romæ,vel in sacro comitatu,vel vbi est imperator,vel in locis,in quib.specialiter arcetur.gl. non habet.ibi.& l.3.C.de re militari. lib.12.

Miles quod habet honestè missus , & habet causariè missus : id est propter ęgritudinem.gl.ideò.in l.milites.13.§. is etiam,qui.de re militari.

Miles ignominiosè missus neque Romæ , neque in sacro comitatu agere potest. d.l.milites.§.missionum.

Miles sine ignominiæ mentione missus , nihilominùs intelligitur missus ignominiosè.ibid.

Miles ignominia ab exercitu missus ab vrbicis excusatur tutelis.gl.1.in l.1.C.de excusat.tutorum.

Milites , qui post 20. annorum stipendia causaria missione sacramento militari soluuntur,idem priuilegium habent , quod veterani,& ideò excusantur a tutela,sicut & illi.d.l. 1.

Miles honestè missus intra annum gaudet priuilegio militari ; secùs si sit ignominiosè missus.l.ex testamento.5.& ibi.gl.3. C.de testamento militis,gl.2.in l.veteranis.C.quando prouocare non.

Miles ignominiæ causa sacramento liberatus debet abstinere ab honoribus: non tamen excluditur à munerib.ciuilib.l.1. Cod.de his , qui non implet.stipend. lib.10.

Miles causa euitandorum munerum missus non excusatur à muneribus ciuilib. neque arcetur honore,cum non sit infamis.gl.fi. ibid,

Miles caussariè missus ante finem militiæ a muneribus excusatur:non tamen habet priuilegia veteranorum,licèt habeat vacationem.l.2.C. eod.

Miles missus a militia ex causa ægritudinis factus sanus instaurandus non est. l. simul causaria. C. de re militar.lib. 12.

Miles ex causa ægritudinis mitti non debet,nisi medicis hoc denunciantibus, & iudice hoc inquirente.ibid.

Miles causaria missus nulla existimationis macula notatur.l.causaria.C. eod.

remittere ad magistratum militum.gl.fi.in l.1.C.de exhibend.reis.

Miles committens crimen publicum in prouincia, à præside debet constitui sub custodia ita, vt vel causæ meritum, vel personæ qualitatem ad magistrum militum remittat.d.l.1.

Miles fabricans falsam monetam, ad magistrum militum puniendus est remittendus.l.1.C.de falsa moneta.

Miles de militari crimine damnatus si existat miles, non infamatur etiam factus veteranus.l.frustrà veteris.C.de re militari. lib. 12.

Miles aduersus militem pro pace violata, aut aliqua capitali causa non habet facultatem duellum faciendi, vel pugnandi cum eo, nisi probare possit, quòd antiquitùs ipse cum parentibus suis natione legitimus miles existat.c.1.§.si miles.de pace tenenda.in vsib. feudorum.

Reliqua verbo, Filius, 82.

18 MILES, vel alius vassallus non amittit feudum sine culpa cognita.c.1.de feudo sine culpa non amittendo.

Miles, vel alius vassallus si culpa cognita fuerit conuictus ex culpis, quas nominare in inuestitura vsi sunt, quando scilicet fidelitatem præstant dominis suis, vel per laudamentum parium suorum, vel dominis suis deseruire noluerint, dominus repetit illud, d.c.1.& ibi.gl.1.

Miles, vel alius vassallus etiam si steterit per 20.annos; & vltra, quòd non seruierit domino, nisi necesse fuerit domino, non amittit feudum.d.c. 1.

Miles, vel alius vassallus si feudum totum, vel partem vendiderit sine consensu, vel iussu domini amittit feudum totum, vel partem, quam alenauit, & ad dominum reuertitur, & idem si cum vxore domini sui eo viuente concubuerit, vel si in pugna dominum dimiserit, & cum eo non laborauit, cum potuit. c.2. & ibi.gl.1.eod.

Miles si intra annum, vel mensem post mortem domini non petat inuestituram ab eius herede, vel post mortem patris a domino, perdit feudum, nisi iusta causa interuenerit, quare non petierit, veluti mortis, vel capitalis inimicitiæ, vel infamiæ, vel iustæ absentiæ.c. 1. quo tempore miles inuestit.

Militem vassallum post annum, & diem a morte patris sui, vel domini receperit dominus, vel domini heres secundum vsum consuetum, videtur recipiens illi remittere talem quasi ingratitudinem.gl. 3.& fi. ibid.

Miles intra annum, & mensem à morte domini, vel patris statutum ad petendã inuestituram, si moriatur antequàm peteret, cùm superessent ei tantum duo vel tres dies de anno & mense, dabitur iterum heredi suo annus, & mensis. † gl.veluti.ibid.

Miles absens causa reipub. vel alia iusta causa etiam si intra annum, & mensem à morte patris sui, vel à morte domini non petierit inuestituram, non amittit feudum: quia non currit sibi illud tempus, nec tenetur per procuratorem adire dominum, nec refert an potuerit procuratorem relinquere, vel non. † reprob.gl.absentia.& ibi, add.marg. in d.c.1.

19 Miles, vel alius vassallus non potest deuestiri à domino sine culpa, & causa cognita, & conuicta per laudamenta parium.c.sancimus. eod.

Miles, vel alius vassallus condemnatus per laudamenta parium si appellet, & dicat, quòd sui pares iniquè iudicassent, in possessione feudi manebit per sex hebdomadas, & ad principis præsentiam debet venire cum illis, qui laudamẽtum fecerunt, vt princeps definiat, & hoc si ambo sint vassalli principis curiæ, alioquin ille, ad quem appellauerunt, causam appellationis sine debito terminabit.c.fi.& ibi gl. pe.eod.

Inter Militem vassallum, & dominum si sit contentio de inuestitura, domino deficiente in probatione, iuramentum defertur vassallo possidenti: domino autem possidente incumbit probatio militi vasallo, eo autem deficiente in probatione domino dabitur iusiurandum.c.1.de contentione inter dominum, & vassal.

Milite vassallo decedente succedit sibi filius, & nepos ex eo, & frater: quinimò & patruus, si feudum sit auitum. c. si quis miles. constitut. feud. domini Lotharij.

Reliqua verbo, Feudum, 15.16.17. Vassallus, 9.10.

30 MILITES veterani dicuntur, qui causariã, vel honestam missionem consequuti sunt, & dicuntur pagani iam non milites.gl.veterani.in l.filiusfam. §. veterani.de procurat.

Militib.honestè dimissis à militia consueuerũt principes dare veteranorum priuilegia in scriptis.l.si solennib.7.C.de fide instrum.

Miles si instrumentum priuilegij veteranorum sibi concessum amiserit, potest probare per testes se militia fuisse perfunctum, & sibi fuisse concessa veteranorum priuilegia. ibi.

Miles si sit in quasi possessione priuilegij veteranorũ, presumitur, quòd sit honeste missus à militia, & releuatur ab onere probandi; secùs si nõ sit in quasi possessione.gl.pe.ibi.

Militum veteranorum priuilegia multa sunt.gl.priuilegia. ibid.& l. veteranis.& ibid.gl.1.C.quando prouocare non est necesse.

Miles militans per 20.annos efficitur veteranus.d.l.veteranis.& ibi.gl. 1.

Miles, qui propter valetudinem solutus est à militia, habet veteranorum priuilegia.gl.2.ibi.

Milites etiam veterani à muneribus patrimonialibus non excusantur. gloss.pen, ibidem.

Militibus veteranis capitis præstatio remissa est à lege, item veteranis conceditur, ne fiant tributorum exactores.gl.1.in l.3.C. de munerib. patrimo lib.10.

Miles veteranorum priuilegia consequitur, si 20. annis militauerit in legione, vel vexillatione: & ideò, qui in cohorte militauit, non habet necesse hoc à principe impetrare.l.fi.& ibi.gl.fi.C.de his, qui non impl.stipend.lib.10.

Milites veterani ad quietem donati, rei rusticæ operam dare non debent.l. fi. C. de mancipiis, & colonis patrimo.lib.11.

Miles armatæ militiæ habet priuilegium, vt condemnatus simpliciter, vel in solidum, non exigatur ab eo, nisi quatenùs facere potest, deducto ne egeat.l.miles.6.de re iudicata.

Miles, qui non in castris: sed vagando per mundum, vel domi contraxit, non habet priuilegium, vt condemnatus non exigatur, nisi quatenus facere potest. gl.1.ibid.

Miles ignominiose missus non habet priuilegium, quòd non teneatur, nisi quatenus potest.ibid.

Miles celestis militiæ habet priuilegium, vt non teneatur vltra, quàm facere potest.gl.2. ibid.

Miles armatæ militiæ catenùs, quatenùs facere potest, cogitur soluere, & non vltra. l.item miles.18.eod.

Milites habent priuilegium, vt conueniantur tantum sub magistro militum.gl. 3.in l.si quis in conscribendo.29.C.de pactis.

Milites illis temporibus, per quæ citra expeditionis necessitatem in aliis locis, vel suis locis degunt, non gaudent priuilegio militari. l. fin. Cod. de testit. milit.

Milites si intra modicum tempus degunt citra expeditionis necessitatem in aliis locis: gaudent nihilominùs priuilegio militari.gl. fi.ibid.

Militis priuilegium est, quod ob omissam professionem vectigalis res non incidit in commissum: secus tamen est in priuato.gl.1.in l.3.C.de vectigalibus.

Miles eò, quòd omiserit profiteri se debere tantum fisco nomine vectigalis, non incidit in commissum: soluere tamen tenetur omissum vectigal.d. l. 3.

Miles, etiam si vellet tutelam administrare, prohibetur.l.ab administratione.8.& & ibi.gl.fi.C.de leg.

Miles non potest esse tutor testamentarius propter militiæ sacramentum, & legatum ob id relictum potest ipse nihilominus petere. ibid.

Militis priuilegium non tollit legem, in eius fauorem inductam ob imbecillitatem consilij.l.4. C.de testam. militis.

Miles in dubio non præsumitur vti priuilegio militis: sed iure cõmuni, nisi probetur eum voluisse vti priuilegio.l.in testi.6.C. eod.

Miles non militans non gaudet priuilegio militari l.pe.C.eod.

Militum priuilegio non gaudent adscripti in matricula militum, nisi exerceant artem [illegible].16.C. eod.

Milites propter simplicitatem militarem si adierint hereditatem, etiam non cõfecto inuentario, non tenentur creditoribus vltra vires hereditatis.l.scimus.22. § fi.C.de iure delib.

Milites etiam veterani, & eorum filij non possunt torqueri, nisi fuerint ignominiose [illegible] militia.l.milites.8 C.de quæstio.

Milites, & alij priuilegiati torquentur in crimine læsæ maiestatis. gloss. 1. ibidem.

Militum scholis: id est societatibus conceduntur priuilegia, quæ concessa sunt magistris sacrorum scriniorum, & agentibus in reb. & eorum principibus, & cohortalibus: scilicet circa forum, & circa fideiussionem de iudicio sisti, & circa solutionem sportularum, & similia tam in vrbe, quam in prouincia.l. fi. C. de priuileg.scholar [illegible].

Milites nostri temporis gaudent priuilegiis, dummodò in eis sit eadem ratio, & causa priuilegij concedendi.glo. idem.in §.idem & in milite.Inst. de excusat. tutorum.

Miles ad hoc vt habeat priuilegia militibus concessa, sex sunt necessaria: Primò quòd ense cingatur.2.quòd in numero aliórum ponatur, & quod in matricula scribatur, & quòd præter sacramentum quod mortem non euitabit pro repub.neque a signis recedet, & quòd stigma.i.nota publica brachiis suis scribatur, item quòd examinetur, & quòd non sit negotiator.gl.in rub.Inst.de militari testam.

Militis priuilegia tunc habent locum, quando constat militem voluisse testari, aliter non.§.plenè.Inst.eod.

Miles in re empta per debitorem ex ipsius militis pecunia præfertur anterioribus creditoribus, quatenùs est solutum ex eius pecunia.gl.2.in l.idemque.qui potiores in pign.

Miles in re empta per debitorem ex eius persona habet duo priuilegia; Primum quòd habet tacitam hypothecam in ea, aliud quòd præferatur aliis creditoribus.ibid.

Reliqua verbo, Priuilegium, 1. Torqueri, Veteranus.

MILITVM priuilegia circa testamenta tunc habent locum, cum constat militem testari voluisse: non aliter.l.Diuus.25.de militari testam. 21

Militibus datum priuilegium vt eorum testamenta valeant intra annum missionis, habet locum in testamentis eorum, qui honesta, & causaria missione non ignominiosa missi sunt.l.testam.27.eod.

Militibus iustam datum priuilegium testandi de castrensibus non pertinet ad filiumf.qui ignominiæ causa missus est.d.l.testamenta. 27.§. fin.

Militum priuilegium vt quoquomodo ab his facta testamenta valeant, ita intelligitur, quod prius constare debeat testamẽtum factum esse, quod & sine scriptura fieri potest.l.Diuus.25.eod.

Milites habent priuilegium testandi, qui aliàs non poterant testari, veluti surdus, & mutus & filiusf.miles, item possunt instituere illum, quem paganus non potest, vt deportatum; item possunt testari coram duobus testibus vocatis, vel quandoque nullo vocato. gloss. cum eodem. in l.1.§. fin.de bon.poss. ex testam. mil.

Miles, qui ex vno numero militum translatus est ad alium, quamuis ex eo numero sit exemptus, & in alium nondum peruenerit, nihilominùs potest testari iure militari: quia miles dicitur, quamuis non sit in numeris.d.§. fi.

Militis priuilegium scilicet quòd testetur is, qui aliàs non potest testari, veluti filiusf. vel mutus miles, durat etiam post reuersionem; sed alia. priuilegia, quæ habet miles in testando, finiuntur post reuersionem. gloss. 1. in §.sed hactenus.Inst.de mil.test.

Militis testamentum factum sine vllo teste, vel sine solenni numero testium, valet, multò magis vbi paterf. vel alius, licèt inutiliter adhibitus sit.gl.posse.in l. qui testam.20.de testam.

Miles potest decedere cum duob.testamentis: sed non paganus.l.1.& ibi.gl.alio. de inutilo rupto.

Miles si decesserit intestatus, eius bona deferuntur cognatis, quibus deficiẽtibus debentur legioni, in qua militabat.l.si quis filio.§.eius, qui.in fi.eod.

Miles si iure ciuili coram septem testibus fecit testamentum, instituendo primo gradu aliquem: putà deportatum, quem de iure militari poterat instituere, & secundo gradu eum, quem iure communi potest, si post annum

missionis

Militibus inter cætera, quæ eis concessa sunt, liberum arbitrium, quibus velint, relinquendi iudiciis supremis suis concessum est, nisi specialiter lex eos prohibeat. ibid.

26 Militibus damnatis ob flagitium militare non permittitur facere testamentum aliarum rerum, quàm castrensium: paganicis tamen ab intestato succedit fiscus. l. & militibus. 13. & ibi. gl. fi. C. eod.

Militi damnato propter crimen commune non licet testari. gl. fi. ibid.

Militi damnato propter crimen militare: vt de fide recepta non licet testari: sed non de fide rupta: sed aliàs damnato licitum est testari de castrensibus, si hoc sit ei concessum à iudice, qui eum condemnauit, de non castrensi non potest. dic. gloss. fin.

Militi damnato de crimine capitali permittitur facere testamẽtum de bonis castrensib. si hoc sit permissum à principe, vel à iudice. gl. 3. ibid.

Militi damnato de crimine ab intestato succedunt cognati vsque ad quintum gradum, & post admittitur fiscus etiam in castrensibus. gl. fi. ibid.

Militis testamentum minus solenne factum valet, & heres in eo scriptus præfertur succedenti ab intestato. l. si à fratre. 14. C. eod.

Milites in expeditione degentes possunt testari, quomodo volunt, & quomodo possunt. l. milites. 15 C. eod.

Milites in expeditione degentes quod in vagina, clypeo, vel puluere cum gladio scripserint sub ipso tempore, quo in prælio vitæ sortem derelinquunt, heres pro testamento solenni. ibid.

Militis in expeditione degentes testamentum factum in vagina, clypeo, aut puluere debet probari legitimis probationibus scilicet duobus testibus, licèt non rogatis, si voluntatem scripsit tempore, quo in prælio vitæ sortem dereliquit. gl. fi. ibid.

Miles quando non occupatur tanta necessitate, licèt sit in castris, debet testari conuocatis, & rogatis duobus testibus, vt voluntatem suam audiant. ibid.

Miles existens in domo sua, & non in expeditione, vel exercitu iure communi debet testari, & in eius testamento exigitur solennitas iuris communis. ibidem.

Militum notarij, & apparitores in testamentis coficiendis non gaudent priuilegio militum, licèt in matricula militum sint descripti. l. scriniarios. 16. C. eodem.

Militum notarij si sint in loco hostili, vel si iurauerint se non euitaturos mortem reipub. causa, gaudent priuilegio militum in testando, secùs si non fuerint in loco hostili. gl. fi. ibid.

Milites illi tantùm, qui in expeditionibus occupati sunt, habent priuilegium testandi, quomodo voluerint: sed non illi, qui non degunt in expeditionibus. l. pe. C. eod.

Militis in expeditione existentis voluntas vltima siue scripta, siue sine scriptura quoquomodo declarata habet vim testamenti. in princ. Inst. de milit. testam.

Miles extra expeditionem debet testari secundum ius commune. §. 1. Inst. eod. & gl. 1. in §. sed hactenùs. Inst. eod.

Miles conuocatis saltem duobus testibus debet testari in tentorio: sed domi, & extra castra debet testari iure communi; in conflictu autem belli nullo etiam teste vocato, debet tamen aliquomodo de voluntate cõstare, vel per duos testes, vel per comparationem literarum, vel alio modo. gl. hominib. & ibi. add. in §. planè. Inst. eod.

Miles de capitali crimine communi damnatus: putà de homicidio, vel simili testari non potest: sed si sit damnatus de capitali crimine militari, vt quia alienauit arma, vel de fide rupta, vel simili, non potest testari, nisi de castrensibus tantùm, & tunc si in sententia fuerit hoc permissum ei, non aliàs. gl. post missionem. in §. sed hactenùs. Inst. de milit. testam.

Militis voluntas solet attentiùs, quàm cæteræ obseruari. §. fi. Inst. de leg.

Miles, qui fecit testamentum in castrensibus, potest decedere intestatus in paganicis. §. hereditas. & ibi. gl. totus as. & gl. nisi. Instit. de hered. Inst.

Reliqua verbo, Testamentum, 38. 39. Filius, 80. vsque 83.

6 MILES, instituendo vnum pro parte non dato coherede, præsumitur in totum instituisse. † gl. totus as. in §. hereditas. Inst. de hered. instit.

Miles debet exprimere nomen heredis. §. planè. Inst. de mil. test.

Miles si vnum bonorum castrensium, alium cæterorum bonorum heredem fecerit, inter eos cessat iudicium familiæ ercisc. cùm patrimonium diuisum sit inter eos. l. heredes. §. 1. fam. erc.

Miles potest facere heredem aliquem ad tempus, vel post tempus. gl. 1. in l. hereditas. 34. de heredib. inst

Miles, qui vnum ex fundo heredem scripsit, censetur ex residuo patrimonio intestatus decessisse, si probetur militem hoc voluisse, aliàs in dubio præsumitur quòd heredi omnino dare voluerit. l. si miles. & ib. gl. 1. de mil. test.

Miles sciens patrem decessisse, si post scriptum quendam heredem in castrensibus, ac paternis cogitauit de mutando testamento, non quia adimere volebat castrensia heredi scripto: sed quia de paternis alium heredem facere voluerit, heres castrensium habebit tantum castrensia: paterna autem habebunt venientes ab intestato, nisi veteranus decessisset: quia tunc vniuersa bona, etiam paterna ad heredem castrensium debent pertinere. l. idem est. 13. eodem.

Milites possunt heredes facere deportatos, & ferè omnes, qui testamenti factionem passiuam non habent, & illi ex tali testamento capere possunt. l. neque enim. 14. §. 1. eod.

Miles seruum pœnæ heredem si instituerit, non valet institutio; si tamen tempore mortis militis inueniatur in ciuitate, testamentum incipit conualescere quasi nunc data hereditate, quod procedit etiam in omni alio non capace instituto à milite, & posteà capace inuento tempore mortis militis. d. §. 1.

Miles si instituit seruum proprium sine libertate, quem liberum esse credebat, non valet institutio. ibid.

Miles si libertatem dedit seruo, instituendo heredem quemdam, quem rogauit de restituendo dicto seruo, etiam si heres testatore defuncto ante aditam hereditatem decesserit, habebit seruus libertatem, & hereditatem, ac libertas, & hereditas data esset directò. d. l. neque enim. §. fi.

Miles sicut potest hereditatem nuda voluntate, ac sine solennitate verborum dare: ita & potest adimere. l. in fraudem. 16. §. 1. eod.

Miles potest quemdam facere heredem ad tempus, & alium post tempus, vel ex conditione, vel in conditionem: secus tamen est in pagano. d. l. in fraudem. §. miles. & ibi. gl. miles.

Miles si vnum instituat heredem bonorum castrensium, alium cæterorum: quasi duorum hominum hereditates intelliguntur esse, adeò quòd heres castrensium solus teneatur ad æs alienum, quod in castris contractum est, & heres cæterorum bonorum solus teneatur ad æs alienum, quod extra castra contractum est, quod idem dicendum est, quando militi debetur: vt si ex causa castrensi debeatur, pertineat exactio debiti ad heredem castrensium: si ex causa cæterorum, ad heredem cæterorum bonorum. l. si certarum. 18. §. Iulianus. eod.

Miles si instituit heredem vnum in castrensibus, alium in cæteris reb. si bona castrensia non sufficiant ad soluendum æs alienum, quod in castris contractum est, & propter hoc heres castrensium non adierit, alter heres cæterarum rerũ institutus, qui adiuit, cogitur aut defendere totam hereditatem, aut totam creditoribus tradere: & idem econtrà, quando cæteræ res extra castra non sufficiunt ad soluendum debitum contractum extra castra. ibid. 2

Miles potest hereditatem relinquere, & eandem adimere in eodem testamento, cùm hoc possit paganus. d. l. si certamen. §. fi. eodem. & ibi. gl. eod.

Miles potest instituere seruum cum libertate, & eidem in eodem testamento adimere hereditatem solam sine libertate: quod secus est in pagano. d. gl. eod.

Miles post instituere vnum ad tempus, & alium ex illo tempore, & vtriusque institutio valet: legata tamen à priore herede relicta secundus heres non tenetur soluere post tempus, nisi testator hoc voluisset: secùs tamen est in substituto pupillo, & in vulgari substituto, qui tenẽtur soluere legata relicta ab instituto. l. quærebatur. 10. §. fi. & ibi. gl. fi. eod.

Miles si testamento ex asse heredem scripsit, deinde in codicillis iuxta testamentum factis in dimidia parte hereditatis alium heredem instituit, dimidiam habebit scriptus in testamento, & aliam dimidiam scriptus in codicillis: legata vero testamento relicta communiter ab vtroque debebuntur quamuis non sint repetita. l. miles. 37. & ibi. gl. communiter. eod.

Miles in primo testamento si instituit vnum in castrensibus, & alium in paganicis, deinde in secundo testamento quosdam alios instituat in castrensibus: instituti in castrensibus in secundo testamento erunt heredes in castrensibus tãtùm, & non institutus in castrensibus in primo testam. d. l. militis. §. 1.

Miles potest heredem scribere, ita, quoad viuat Titius, heres esto Titius: post mortem eius, Septitius heres esto. l. miles ita. 42 eod.

Milites possunt heredes instituere ex certo tempore, & vsque ad certum tempus, & ita antequàm dies veniat, quo institutus admittatur, defertur hereditas venientibus ab intestato.

Miles sicut potest circa institutionum separare species bonorum, putà instituendo vnum in paganicis, alium in castrensibus: ita & per fideicommissum potest institutum in paganicis rogare illa restituere alicui, & institutum in castrensibus rogare restituere illa alicui alij, & dicti heredes possunt cogi à fideicõmissarijs ex Trebelliano adire, & restituere. l. l. cogi poterit. 15. §. sed & si miles. ad Trebel

Miles si instituerit aliquem, & rogauerit restituere res Italicas tantùm, vel prouinciales tantùm, potest cogi adire, & restituere. ibid.

Miles potest aliquem ex certa re heredem instituere, actionésque hereditariæ fideicommissario rei certæ dantur, & pari ratione ex Trebelliano facta restitutione hereditatis totius transeunt. ibid.

Miles instituendo vnum in paganicis, & alium in castrensibus, hoc ipso declarat se velle vti priuilegio militari. C. de testam. milit. 29

Miles quando vnum instituit in paganicis, & alium in castrensibus, non est ius accrescendi inter eos, quasi duarum hereditatum sint heredes, etiam si institutus in castrensibus non adiuit. gl. fi. ibid.

Miles si instituat vnum in vna re, alium in alia re, vel vnum ex vncia, alium ex castrensibus, & de residuo nihil disponat, est ius accrescendi inter eos, & censetur vti iure communi. ibid.

Miles si vnum ex fundo instituat, quantum ad residuum patrimonium intestatus decedere creditur à iure, si probetur militem hoc voluisse. ibid.

Miles si vnum instituat in paganicis, & neminem instituat in castrensibus, pertinent castrensia ad heredem ab intestato venientem: & idem econtrà si instituat in castrensibus aliquem, & nullum in paganicis. ibid.

Miles si vnum instituat vsque ad certum tempus, quoad residuum tempus intestatus decedit, & ad venientes ab intestato pertinent eius bona post illud tempus. ibid.

Miles si in castrensibus commilitonem instituat, & neminem in paganicis: mater eius tanquam ab intestato ad paganica vocabitur, proximioribus deficientibus. l. 2. C. eod.

Miles instituens filiam in duabus vnciis, vxorem in vna, nec de residuis portionibus quicquam dixit, in tres partes censetur hereditatem diuisisse, vt duas habeat filia, & vnam partem vxor. l. 3. C. de testam. milit.

Miles institutus potest repelli, si non obediat defuncto. gl. militari. §. fi. in auth. de heredib. & Falcid.

Miles heres institutus si non fecerit inuentarium, tenetur in solidum legatariis, fideicommissariis, & creditorib. ibid.

Militis præteritio facta de filio scienter, pro exheredatione habetur: secùs si ignoranter. l. sicut certi. 9. C. de testam. milit.

Miles ignorans posthumum, vel iam natum si preteriit, non censetur exheredasse, & ei ab intestato succedit; secùs verò si scienter preteriisset: quia tunc censetur exheredasse. d. l. sicut. & l. si cùm. 10. C. eod.

Miles sciens se filiam habere, appellando eam filiam in testamento ei reliquit legatum: non instituendo eam heredem, videtur exhæredasse: secùs est in priuato. gl. fi. in d. l. si cum. 10. C. eod.

Reliqua verbo, Testamentum, 38. 39. Codicilli, 6. Filius, 80. vsque 83.

MILES potest priuilegio militari directò substituere maiori, etiam post aditam hereditatem: sed paganus non potest. l. in testamento. 6. Cod. de test. militis.

Reliqua verbo, Manus.

MILITARES causas ciuiles, & criminales cognoscere possunt per se duces belli, vel etiam delegare principalib. l. fi. §. erit. C. de re milit. lib. 12.

ad Militares annonas deferendum, vel describendum constituti, si intra 30. dies annonam receptam, & militibus assignatam non ostẽderint per publicum instrumentum tam reipub. quam militibus, de suo inferre coguntur. l. actuarij. C. de erogatione milit. annonæ, lib. 12.

Militaris annonæ omnis erogatio per susceptores facta in scriptis est redigenda, & etiam quantitas annonæ susceptæ, quam declarare debent principi, & si quid vltra acceperint, quàm scripserint, in duplum tenentur. l. excellentia. C. eodem.

Militaris annonæ exactor cum prouincialibus nullum debet habere commerciũ ad hoc, vt communem summam intra annum conferre possit. l. opinatoribus. C. eod.

Militaris annonæ exactor debet præstare vnum solidum scholari ad numerum militum regendum deputato: sed deputato ad onus præstãdi equis annonam, salarium debitum dari debet vnà cum annona, & etiam suis heredibus ipso defuncto. l. his scholaribus, C. eod. tit. & lib.

Militaris annonæ exactores delegati, vt exigant annonam, & militibus soluant, à prouincialibus non debent petere panis excoctionem, nisi sit inter eos consuetudo contraria. l. 1. Cod. de excoctione, & translatione militaris anno. lib. 12.

Militaris disciplina armata est illa, quæ in armis consistit, & disciplina inermis dicitur legalis scientia. gl. 2. in l. pen. de feriis.

Militare delictum propriè dicitur illud, quod quis vti miles admittit. l. 2. de re militari.

Militare delictum, siue proprium augetur qualitate personæ: sicut communia delicta variantur qualitate personæ: illa minuuntur; hæc augentur. gloss. augetur. ibid.

Militare iudicium adire non debent, nec coguntur curiales, & priuatæ conditionis homines. l. 2. C. de officio militarium iudic.

Militare munus euitare delictum est. gl. fi. in l. cum te domus. 8, C. de his, quæ vi metus.

Militarem reum non esse coercendum, vel exhibendum, etiam si in culpa fuerit, nisi à magistro militum constat. l. pe. C. de iurisdictione omnium iud.

Militare delictum dicitur, quod committitur cõtra disciplinam militarem: veluti crimen pigritiæ, contumaciæ, vel desidiæ. l. omne delictum. 6. de re milita.

Reliqua verbo, Manus.

MILITIA multiplex est: quædam pedestris: quædam equestris: alia cælestis: vt clericorum: alia legalis; vt aduocatorum: alia remigum, & vigilum militum; vnde milites vigiles, & remiges dicuntur. gl. 1. in l. pe. de militari testam.

Militiæ ius alicui legare dicitur, quando quis legat aliquem reditum, ex quo ipse possit militare. gl. ius militiæ. in l. 3. §. si quid minori. de minor.

Militiæ ius filiofam. relictum censetur esse peculium castrense. gloss. sed ipse. ibidem.

Militia seruo relicta non potest ei dari, cùm seruus militare non possit: datur tamen ei æstimatio eius, si testator sciuit eum esse seruum: alias non. ibid.

Militia alicui si sit relicta, & ipse propter corporis vitium militare non possit, tunc debetur ei æstimatio. ibid.

Militiam, vel disciplinam militarem non contemnit, qui militem esse aliquem ignorauit, l. si ignorans. 52. locati.

Militia non liberat filium à patria potestate. l. filiusfamil. 26. de liberis, & posthum.

Militiam habere de iure vetitum est seruis, † gl. militia. in l. fideicommissa. 11. §. si seruo. de leg. 3.

Milita inermis gaudet priuilegiis armatæ militiæ. † gl. militare. in l. 1. §. fina. si quis à parente fuerit manum.

Militiam detrectare grauius delictum est, quàm nouam appetere etiam illicitè. gl. 4. in l. 3. C. de condictione ob turpem.

Miliæ cuiusdam scholaris locus, vel status si vacauerit in quacumque schola, nõ debet subrogari, nisi ille, qui per rescriptum princis subrogatur. l. fi. C. de officio magist. milit.

Militia nõ est dignitas, cum alternatiua, vel, sit posita tãquam in diuersa. l. si quis in conscribendo. 29. C. de pactis. §. 1, ibi. dignitatibus, & militiis. in auth. vt neque miles, neque fœderatus.

Militia sola non præbet beneficium restitutionis in integrum aduersus præscriptionem: sed occupatio circa res militares. l. fi. C. de rest. milit.

Militia inermi militare dicuntur apparitores, exequutores, scriptores, qui aufugientes possunt capi, vbicumque reperiuntur, vt ad iudicem deducantur; secus tamen est in militibus militantibus armata militia. gl. militare. in l. 1. Cod. vbi quis de curiali, vel cohortali.

Militia quædam vendi potest, & ad heredes transmitti. l. omnimodo. 30. §. imputari. C. de inoffic. test.

Militia quandoque dicitur reditus, siue officium, vnde reditus prouenit, quæ potest vendi. gl. 1. ibid.

Militia quædam dicitur, quæ certum quid heredi dari permittit, licèt vendi non possit, d. §. imputari. & ibi. gl. 1.

Militia empta ex pecunia patris computatur in legitimam, & confertur, quando militia sit officium, vnde reditus peruenit; vel sit militia, quæ heredi certum quid dari permittit. d. gl. 1.

Militia quædam dicitur, quæ cum persona finitur, & nihil transit ad heredem, & hæc non computatur in legitimam, neque confertur. ibid.

Militia simplex non est dignitas. gl. 1. in l. vnic. Cod. de equestri dignit. lib. 12.

Militiam appetens causa litis vitandæ, aduersariis postulantib. solui debet sacramento. l. 1. C. qui militare possunt. lib. 12.

Militiæ armatæ nomen nullus debet assumere in fraudem munerum ciuilium. l. 2. C. eod.

ad Militiam armatam non debent suscipi coloni, vel saltuenses volentes, aut inuiti. l. 3. C. eod.

Militias duas diuersi generis, aut dignitatem; & militiam eodem tempore quis habere non potest; secus si ad idem tendant. l. his quidem. C. eod.

ad Militiam nullus tyro vagus, aut veteranus, aut censibus obnoxius debet accedere. l. 1. C. de tyronib. lib. 12.

Militiis duabus quis non potest fungi. gl. 1. in l. fi. C. de assessorib.

Militia est quoddam officium, quod dabatur de publico, ex quo aliquid emolumentum annuatim percipiebatur. l. pe. C. de coll.

Militia non liberat quem à patria potestate. l. si maritus. 7. & ibi. gl. 1. C. de patria potest.

Militia solutus ob delictum non debet ob hoc quietem accipere, & bona talis delinquentis illi militiæ relinquuntur. l. ordinariorum. C. de cohortalibus. lib. 12.

Militia solutus ad eandem militiam aspirare non debet sine principis licentia: & impetrans contrarium per obreptionem punitur in quinque lib. auri. l. 2. Co. de diuers. officiis. lib. 12.

Militiam inferioris gradus postquàm perfecit quis, potest ipse ad maiorem accedere, dummodo faciat proposito honorem adipiscendi, non cupiditate lucri, aut vt possit delicta iam facta occultare, aut vt alia deinceps possit impunè committere. l. ad spendidiores. C. eod.

in Militia labor est, gl. 1. in l. si cum. 6. C. de restit. milit.

Reliqua verbo, Desertor, Labor, Missio, 5.

MILLE passus faciunt vnum milliare, & milliaria non à muro vrbis: sed à continentibus ædificiis numerãda sunt. l. mille passus. 154. & ibi gl. 1. de verb. signi.

Milliaria 20. dantur pro singulis dieb. ad veniendum. l. 1. si quis cautio.

Miliare vnum faciunt mille passus. gl. 1. ibid.

MIMI dicuntur gesticulatores, qui in scæna, vel extra, hominum mores, facta, dicta, naturásque gesticulatione, actioneque repræsentant à mimeomai, quod est imitor, quasi imitatores, atque effictores. l. ædiles. 38. §. fin. in add. marg. de ædilitio edicto.

Reliqua verbo, Pantomimi.

MINAE sufficientes faciunt iustum metum, quando minæ sunt illatæ à persona verisimiliter timenda: vt à quodam tyranno, vel ab alio homine pestilentioso. gl. fi. & ibi add. in l. 3. ex quib. causis maio.

Minæ elusoriæ filij exheredati dicentis se velle agere querela non sunt timendæ. gl. modicum, in l. si quis. 7. de petit. hæred.

Minæ capitales continentur in atrocitate. gl. fi. in l. metum 9. Cod. de his, quæ vi, metúsve.

Reliqua verbo, Metus.

MINICULATOR idem est, quòd ioculator, vel dicitur is, qui maiusculas: hoc est initiales, seu capitales literas ex minio libris ex atramento iam scriptis, aut impressis adhibet, gl. miniculator. & ibid. ad. marg. in l. vt iurisiurandi. §. pe. de operis libertorum.

MINIMVM dicitur secundum magnitudinem rei. l. Seio. & ibi gl. pe. de restit. in integrum.

de Minimis non curatur in his, quæ conceduntur secundum ius commune; secùs in his contra ius commune permittuntur ex priuilegio speciali. glo. 1. in add. ibidem.

de Minimis curare debemus. l. licet. 10. de petitione hereditatis.

Reliqua verbo, Magnum, Legatum.

MINISTER nudus dicitur, qui nullum commodum sentit, aliàs non dicitur quis nudus minister. l. Sulpicius. 50. de donatio. inter virũ. & l. Lucius Titius. 90. §. 1. & ibi gl. proficere. de leg. 2.

Minister electus ad distribuendum satisdare non debet, nisi pauper fiat post mortem testatoris, vel post eius mortem, vel ante ignorante testatore. l. liberto. 21. §. largiùs. & ibi gl. viuente. de annuis leg.

Minister electus ad distribuendum non satisdat triplici ratione: scilicet quia nihil dixit testator de satisdatione: tum quia testatoris testimonium eum excusat: tum etiam quia est publicus minister, & nullum commodum habet; aliàs secùs. gl. liberatos. ibid.

Minister nudus non potest bona defuncti distrahere: sed habet actionem contra heredes pro relictis in causa alimentorum vsque ad Falcidiam. l. alio herede. de alimen. & ciba.

Minister nudus regulariter non habet actionem contra heredes; speciale est in causa fauorabili alimentorum. d. l. alio herede. & ibi gl. perituru͂m.

Minister, qui non est, ministerium commodare non potest. gl. 4. in l. 2. C. de hereticis.

Ministerium est genus, continétque officium, & artificium, & ideò sumitur quãdoque pro artificio, quandoque pro officio. gl. si ex officio. & gl. locus. in l. legatis. 63. §. 1. de leg. 3.

Reliqua verbo, Legatum, 85. Exequutor.

Minor in genere. nu. 1. vsque 7.

quoad aduocationem, procurationem, accusationem, & admissionem in iudicio, 8. 9. 10, 11,

quoad fideiussorem minoris. 12.

quoad honores, & magistratus, 13.

quoad tutores, & curatores eorum, & iudices dantes eis minus idoneos. 14.

quoad emptionem, & venditionem, & alienationem rerum minorum, 15. vsque 20.

quoad obligationem ipsius, & rerum suarum. 21.

quoad deceptionem. 22.

quoad restitutionem in genere. 23. vsque 28.

quoad aditionem, & repudiationem, & restitutionem aduersus eam. 28. 29.

quoad contractus, & restitutionem aduersus eum, & contractum iuratum, & iuramentum de non contrauenendo, 30. 31,

quoad restitutionem aduersus emptionem, vel venditionem. 32. 33. 34.

quoad restitutionem aduersus dolum, vel culpam, & confessionem, vel assertionem, & restitutionem aduersus eam. 35.

quoad eius fideiussionem, & restitutionem aduersus eam. 36.

quoad donationem, & restitutionem aduersus eam. nu. 37,

quoad dationem dotis, & restitutionem ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis. 37.

facit maiores. gl.fi.ibid.

Minor volens liberari à curatorib.si asserat se maiorem, debet probare de ea ætate.ibid.

Minor non tenetur probare se minorem,quando tutores volunt finire tutelam, dicentes eum esse puberem:sed ipsi tutores debent probare maiorem.ibid.

Minor volens à tutela liberari contra assertionem tutorum,si dicat se minorem, tenetur ipse probare se minorem,& probat hoc, eò quòd tempore contractus fuit minor.ibid.

5 Minor habens fundum communem cum alio non potest prouocare illum ad diuisionem fundi:ipse tamen minor prouocari potest à maiore : & talis diuisio tenet etiam sine decreto.gl.fi.in l.fi.C.de fundo dotali.& l. pen. C. de prædiis minorum.gl.legitimæ.in l.ex duobus.28.de neg.gest.

Minor ciuitas, & Ecclesia æquiparantur. gloss. 1.in l. 3. Cod. quando ex facto tutor.

Minor poterit eligere,& petere vel rem ex pecunia sua emptam à curatore:licèt non nomine minoris,vel pecuniam ipsam cum vsuris centesimis.l.3.& ibi.gl. pe.C.arbitr.tutel.

Minor licèt consequi possit,vel consequutus sit damnum sibi illatum à tutore, eo ab hereditate paterna abstinente , non propterea ipse minor potest conueniri à creditoribus hereditariis.l.4.& ibi.gl.1.C.eod.

Minor,an maior quis esse censeatur,ætas,non aspectus corporis considerari debet quantum ad finiendam tutelam.l.fin.C.quando tutor,vel curator.

Minor,vel maior an quis sit quantum ad contrahendum matrimonium, corporis aspectus,& indagatio consideratur,si dubium sit,an sit pubes , vt generare possit.gl.1.in addit.ibid.

Minores non amittunt beneficium,quod eis debet esse perpetuum. gl. pen. in l. minorib.6.C.de his,quib.vt indignis.

Minor 25.an.etiam si sit fœmina,absente curatore , stipulari sibi potest. l. neque tutoris.7.C.de contrah.& commit.stipul.

Minor tenetur soluere tributa,cùm in hoc locupletior sit.gl.pœnas. C. de fundis patrimon.lib.11.

Minori quandoque licitum est aliquid , quod maiori non licet : regulariter tamen quod minori licet,multò fortiùs maiori licet.gl.1.in c.1.de feudo marchiæ,vel ducatus.

Minores sicut conseruantur illæsi ipso iure : ita maiores : & sicut tempora iustæ absentiæ, quæ dantur minoribus excipiuntur de quadriennio ; ita & de quadriennio, quod datur maioribus.gl. fi. in l.fi. C. de temporibus in integ. restit.

6 Minor impubes,cui feudum datum est , non cogitur fidelitatem facere , donec venerit in maiorem ætatem,in qua doli capax sit:potest tamen illud retinere: sed pubes per annum, & diem differens facere fidelitatem , priuatur feudo. c.1.§.si minori.& ibi.gl.si minori.si de feudo defuncti contentio sit.

Minor xviij.ann.non debet compelli iurare de pace tenenda. † gloss. à decimo octauo.in l.hac edictali.de pace tenenda inter subditos.

Minor xviij.an.non tenetur per se pugnare, cùm non compellatur in pugna iurare:ille enim,qui pugnam facit,debet iurare,quòd nullam rem habet,quæ ad maleficium pertineat.ibid.

Minor iurans siue super altari,siue super libro continente Euangelia , siue super alio libro,vel super ligno, vel lapide de non contraueniendo contractui à se facto,debet obseruare tale iuramentum. d. l. hac edictali. §. item sacramenta. & ibi. gloss. item sacramenta. authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vend.

Minor faciens rem non prohibitam non potest venire contra suum factum, nisi per restitutionem.gl.1.in auth.sacramenta.C.si aduersus venditionem.

Minoribus interdictus non debet frui maioribus. l. cui pacto. de seruis exportand.

Minoribus honoribus pœnæ causa prohibitus aspirare ad maiores honores ridiculum est:maioribus tamen prohibitus minores petere non prohibetur.l.relegatorum,§.fi.de interdict.& releg.

Minor ætas probari potest testibus,vel instrumentis, vel aspectu. gl.fi. in l. cùm te.9.C.de probat.

Minor ætas habet multa specialia. gloss. fin.in auth. quod locum. Cod. de dote cauta.

Minoris ætatis tempus attenditur tempore,quo celebratur actus , & non quòd maior ætas superuenerit.gl.pe.in l.maiorib.C.de his,quib.vt indign.

Minor ætas excusat matrem,quæ filiis suis tutorem non petiit , neque ob id est priuanda successione impuberis.l.2.C.si aduersus delictum.

Minor ætas regulariter in delictis neminem excusat.ibid.

Minor ætas inspicitur de momento ad momentum, & dies bissextilis cum præcedenti computatur pro vno.l.3.§.minore,de minoribus.

7 Minori parti præiudicat quod maior pars facit in his,quæ pertinent ad plures,vt ad singulos:& agitur de præiudicando non consentientibus,quo casu requiritur,quòd simul ad hoc sint congregati.l.& suum.§.fi.de pac.

Minorem lancem legans intelligitur legare mediam, si non appareat quam lancem ex lancibus maximam,minorem,vel mediam testator legare voluerit. l. qui lancem.53.de auro,& arg.

Minor intelligitur de media.ibid.

Minor agens contra mulierem ex fideiussione à se facta sibi nomine alieno repellitur per exceptionem Velleiani,si prior debitor sit soluendo:alioquin tenetur minori,nec iuuatur Velleiano.l.si apud minorem de minorib.

inter Minores duos melior est conditio conuenti,si vterque certat de damno vitando:secùs si alter certat de lucro captando.l.si minor.35.eod.

Minor dum est in minori ætate,non potest ratificare eius nomine gesta:sed bene potest tutor,vel ipse minor cum authoritate tutoris. gl.soluentes. in l. si procurator.de condictione indebiti.

Minor 25.an.de dote cauta,non numerata non opponet exceptionem intra legitima,& communia tempora,& eatenùs restituitur,vt non transcendat à tempore nuptiarum 12.annum.auth.si minor.C.de temp.in integr.

Reliqua verbo,Maior, 1. 2. 3. 4. 5. Postulare, Præscriptio, 11. 12. 13. Quadriennium , Renunciari, Sententia, 18.19.Torqueri, Ius, 8. Adolescens,Causa,Communis, 1. Dies,3.

MINOR 25. an.in causis,in quibus restitui potest,non est procurator idoneus, neque idoneus defensor:quia ei,& eius fideiussoribus succurritur per restitutionem in integrum.l.minor.51.de minorib.

Minor 25.an.etiam sine mandato defendens quandoque non restituitur,vt si pro patre,matre,vel similibus interueniat defensor in subsidium , cùm iure communi sit vsus his casibus.glo.potest.ibid.

Minor 25.an.non est idoneus defensor , vel procurator , licèt fideiussor animo donandi pro eo interueniat.d.gl.potest.ibid.

Minor 25.an. ad defendendum patrem post litem contestatam ab eo admittitur,quando contra patrem absentem ad diffinitiuam potest perueniri.gl. non est.ibid.

Minor quasi procurator volens defendere patrem absentem non debet admitti: quia non habet legitimam personam: tum quia ei, & eius fideiussoribus succurritur:ad allegandum tamen causas absentiæ rectè admittitur , cum tunc quilibet debeat admitti.ibidem.

Minor quando iure communi vtitur,admittitur,neque restituitur.ibid.

Minor non potest constitui procurator ad agendum:quia potest se restitui.gloss. succurritur.in fi.in l.minor.de procuratorib.

Minores 25.an. legitimè defensi, etiam contra rempub. restituuntur ad totam causam:absentes vero ex causa probabili , & necessaria legitimè defensi restituuntur ad appellandum.l.fin.de restitutione in integrum.

Minores non legitimè defensi si sint condemnati , iudicium nullum est. glos. 1. ibidem.

Minor legitimè defensus contra sententiam pro libertate datam non restituitur,nec contra patrem,vel patronum.gl.cognita.ibid.

Minores legitimè defensi possunt petere restitutionem , & nihilominùs possunt conuenire tutores,vel curatores.ibid.

Minor solus,& sine curatore sistere non potest in iudicio:sed rectè potest probata ætate.gl.1.in l.de ætate.44.de minorib.

Minorem si quis defendat ex sua voluntate,& sine mandato,& condemnatus sit, tenetur ex causa iudicati, nec ei prodest minoris ætas ad impetrandam restitutionem,cùm non sit læsus.l.eum,qui. 48.& ibi gl.1.& 2.eod.

Minorem cum mandato defendens si condemnatus sit , potest ex minoris persona impetrare restitutionem , nisi à procuratore res seruari possit. d.gloss. 1. ibidem.

Minorem ex necessitate defendens tutor , vel curator , si condemnatus sit , indistinctè restituitur minor, & ipsi nomine eius impetrabunt restitutionem. ibidem.

Minorem si quis defendat sine mandato,ac condemnatus sit , tenetur defensor ex causa iudicati , & minor defensori , si defensor bene gessit : si verò malè gessit,non tenetur,& sic non indiget restitutione, quamuis defensor teneatur victori. † gl.final. ibid.

Minor habens legitimam personam standi in iudicio per se,potest procuratorem 9
constituere sine tutore,vel curatore:quoniam neuter requiritur , aut non habet legitimam personam,& tunc necessarius est curator.† gloss.fin.& ibi add. marg.in l.3.§.fi.qui petant tutores.

Minor non potest procuratorem constituere,nisi authoritate tutoris,vel curatoris.gl.ætate.in l.Lucius.47.de administr.tutorum.

Minor accusans testamentum de falso , iure communi perdit legatum in eo sibi relictum; sed per restitutionem in integrum ignoscitur ei , & legatum non amittit. l. post legatum. §. ætati. & ibi gl. ignoscitur de his, quibus vt indign.

Minor sine curatore in iudicio habetur loco præsentis.gl.1.in l.furioso. 9. de re iudicata.

Minor non habens curatorem in iudicio non obligatur. l. acta. 45. §. fin. eodem.

Minor 25.an.indefensus patitur missionem in possessionem,& venditionem: sed restituitur.gl.1.in l.contra pupillum.54.eod.

Minor 25.an.vel non habens curatorem,si à nullo defendatur,patitur missionem in bona sua,& venditionem,siue latitet,siue non latitet.l.minor. & ibi gl. qui habet de bonis authorit.iud.poss.

Minor 25.an. curatorem non habens citatus debet sibi inuenire curatorem , nec creditores tenentur inuenire ei : possunt tamen , si volunt. gloss. inueniat. ibidem.

Minor citatus debet legitimè comparere:scilicet cum curatore , licèt in citatione hoc non dicatur : quia intelligitur ita citari minor , vt legitimè compareat.gl.inueniat.in add.marg.ib.

Minor non est idoneus defensor sui.d.l.si minor.

Minor latitans,licèt de iure non dicatur latitare:de facto tamen dicitur latitare gl.fi.ibid.

Minor 25.annorum non potest accusare de adulterio, nisi de commisso cum vxore sua,& in eo de facili non præsumitur calumnia.l.si maritus.15.§. lex Iulia.de adulteriis.

Minor 25.an admittitur ad accusandum in omnibus criminib. publicis excepto adulterio,etiam si non prosequatur suam iniuriam,non tamen admittitur pupillus.gl.specialiter.ibid.

Minor 25.an.accusanti de adulterio vxoris suæ,& sic prosequenti iniuriam suam non obiiciuntur exceptiones ætatis,& lenocinij:scilicet post nomen rei receptum inter reos,sicut nec maiori obiiciuntur:sed aliæ exceptiones,quæ obiici possunt maiori,& obiici possunt minori;veluti quod sit magistratus , item exceptio quinquennij , vel sex mensium, & sexaginta dierum. gloss. obiicitur.ibid.

Minor maior infante potest vel ipse conueniri authoritate tutoris,vel curatoris, nisi sit absens tutor,vel curator:sed si sit minor infante tunc conuenitur tutor gl.3.in auth.causa.C.de episcopis,& clericis.

Minor debet iurare de veritate dicenda,maximè cùm ad iudicem pertineat inquirere veritatem.gl.potest.in l.videamus.de in litem iurando.

Minor regulariter non est idoneus ad defendendum : idoneus tamen est ad de- 10
fendendum patrem absentem,quando contra eum absentem ad diffinitiuam

potest

neam

neum dedit excussis prius bonis tutorum,& fideiussorum.l.1.& pen.C.de magist.conueniend.

Minores in subsidium habent regressum contra iudices, qui eis tutores, vel curatores dederunt;& contra fideiussores, quos illi de indemnitate receperunt. ibid.

Minor licèt agat contra tutores,& fideiussores rem pupilli saluam fore,non tollitur actio contra magistratum:sed tenetur in subsidium:poterit tamen cedere actionem contra alios fideiussores,quos accepit de propria indemnitate.l.1.& ibi gl.1.

Minor habet vtilem actionem sine cessione excussis bonis tutorum contra eorum fideiussores,quos iudex recepit pupilli rem saluam fore, & interim non tenetur iudex.† gl.fi.ibid.

Minori non datur actio contra heredes magistratus,cuius leui culpa idoneè cautum pupillo non est,cùm dedit ei tutores.l.2.de magistr.conuen.

Minori contra magistratum lite contestata datur actio pro leui magistratus culpa in non idoneè cauendo pupillo.d.l.2.& ibi glos.1.

Minor non habet priuilegium ante alios creditores in bonis magistratus, qui minus idoneum tutorem sibi dedit, vel idoneam cautionem non recepit, quando magistratus non est soluendo.gl.pe.in l.3.C.eod.

Minor contra nominatorem tutoris,vel curatoris minus idonei non potest anteà agere,quàm excussis bonis nominati,& fideiussoris eius, & contutorum, cùm non sit indemnitati eius satisfactum.l.4.C.eod.

Minoribus competit vtilis actio constra magistratum, si tutores ab eo nominati finito tempore administrationis soluendo non sint, nec à fideiussoribus solidum exigi potest.l.penult.C.eod.

Minor poterit eligere an magistratum priùs debeat conuenire,an scribam, & æstimatorem,qui minorem æstimationem rerum in inuentario fecerunt. gl. fi. in l.fi.C.eod.

Minornonhabet vtilem actionem sine cessione contra fideiussores, quos iudex acceperat de propria indemnitate, quando iudex minori dedit tutorem. † l.1.& ibi gl.1.& fin.C.de magistr.conueniend.

Reliqua verbo, Curator,per tot. Magistratus,11.12.13.Fideiussor,18.

15 MINORVM prædia vendi possunt cum decreto si grauati sint ære alieno, vel quando plus incommodi,quàm commodi afferunt ipsi minori. l.mandata. & ibi gl.causa.de officio eius,cui mand.

Minor, vel Ecclesia si in causam non concessam vendat, valet venditio, si fecit meliorem suam conditionem. gl. alimentarius. in l. cùm ij.§. eam. de transactio.

Minoris res quando venditur,debet fieri subhastatio. l.& si fine. §. quæsitum. de minor.

Minoris res si vendatur,& existat,cui plus liceatur,minor propter lucrum in integrum restituitur,vt rursus admittatur licitatio.ibid.

Minoris res si sit vendita sub pacto addictionis in diem, & post diem offerat alius maiorem conditionem, restituitur minor, quasi paruum tempus fuerit appositum.gl.qui plus.ibid.

Minores restitui debent contra venditionem rerum suarum,quæ præcepto legis, vel testatoris erant seruandæ.d.§.quæsitum.

Minor 25.an.si vendat rem sine decreto, non valet venditio ipso iure, & ideò tunc habet opus restitutione.gl.j.in l.minor.39.de euictio.

Minor 25.ann.si vendat rem cum decreto mihi,& ego tibi,minore restituto aduersus me,& in ipsam rem aduersus te,tibi competit actio ex empto de euictione in simplum contra me.d.l.minor.& ibi gl.restitui.

Minor curatore authore si vendidit fundum sine decreto,non indiget restitutione in integrum aduersus venditionem.gl.vendidit.in l.si fine.33.§.interposito.de administ.tutor.

Minor curatorem habens si sine decreto vendiderit res mobiles, vel hodie quæ seruando seruari non possunt,nulla est venditio.gl.res.in l.3.de in integr. restit.min.

Minor si vendiderit res immobiles cum curatore, talis venditio non valet, nisi adsit etiam authoritas iudicis.ibid.

Minor filius si vendat prædium paternum sine decreto, venditio ipso iure non tenet,nisi quando pater permisisset,fideiussor tamen si accedat, semper tenetur.gl.3.in l.1.C.de fideiuss.min.

Minor filius si vendat prædium paternum cum decreto,valet venditio:sed restituitur prædium ipsi per restitutionem,neque tenetur de euictione: fideiussor tamen semper tenetur.ibid.

Minori vendenti prædium paternum cum decreto datur restitutio, vt de euictione non teneatur,vel ad ipsum prædium.d.gl.3.& 4.ibid.

Minor si vendiderit sine decreto iudicis possessiones, talis venditio est ipso iure nulla:sed si vendiderit cum decreto,restitui potest: & si accesserit fideiussor, obligatur.l.2.& ibi gl.2.C.de fideiussor.minor.

Minor quando vendit,vel alienat,requiritur in tali alienatione decretum iudicis,& authoritas tutoris.gl.2.ibid.

16 Minor vendens cum decreto iudicis possessiones,restituitur, si læsus sit tantùm sui facilitate:licèt non dolo aduersarij.gl.3.ibid.

Minor vendens rem cum decreto,facit rem non prohibitam: vnde tenet venditio ipso iure:sed restituitur,nisi iuramento confirmauerit. gl.1.in auth. sacramenta.C.si aduers.vendit.

Minor vendens rem sine decreto dicitur facere rem prohibitam: vnde venditio ipso iure est nulla,& potest minor iure suo vendicare.ibid.

Minor vendens rem cum decreto si iurauerit non contrauenire,valet venditio,si ipse minor fuerit pubes.ibid.

Minoris res pignoratæ possunt vendi ex pacto,vel lege à creditoribus, etiam sine decreto iudicis,si sint pignoratæ à prædecessore,gl.2.in l.1.C.si aduers.venditionem pignorum.

Minor poterit approbare venditionem inualidam factam à tutore, & pretium iustum,licèt viliori sit venditum,petere ab ipso vendente. l. cùm interdictæ. C.arbitr.tutel.

Minor sine decreto per transactionem si dedit fundum fratri suo, vel etiam si vendidit,poterit vendicare,restituto fratri, si quid minor ab eo percepit. l.4. C.de præd.mino.

Minor si sine decreto fundum,de quo litigabat, per transactionem diuisit cum fratre suo aliquo sibi dato nomine transactionis, poterit illum vendicare. † gl.pe.ibid.

Minoris venditio possessionis per procuratorem oblato libello ad iudicem fieri non potest.l.minorum.6.C.de prædiis minorum.

Minoris venditio possessionis fieri non potest, nisi apud acta causa alienationis probata, quæ venditionis necessitatem inferat, decretum solenniter interponatur.ibid.

Minorem locupletatum esse, vel pretium prædij venditi à tutore, vel curatore sine decreto conuersum esse in minoris vtilitatem, debet probare emptor, si pretium solutum sit tutori,vel curatori:secùs verò si pupillo: quia tunc pupillus probare debet non esse versum in suam vtilitatem.gl.1.in l.prædiorum. C. eodem.

Minorem locupletatum, vel pretium prædij minoris esse conuersum in ipsius vtilitatem debet probare emptor,si venditio non tenuit:sed si tenuit, & petitur rescindi,debet probare minor.ibid.

Minor si est deceptus in hoc ipso,quod vendidit;quia non expediebat sibi vendere,tunc restituitur ad rem ipsam: sed si sit deceptus in eo, quòd vendidit vili pretio,cùm cariore vendere deberet,tunc restituitur, vt pretium suppleatur.gl.fin.ibid.

Minorum prædia sterilia non possunt vendi,cùm non dicantur sterilia,quæ vendi possunt,nisi fortè nihil posset percipi gl.1.in l.ob æs.12.C.eod.

Minor curatore authore etiam sine decreto iure Digestorum poterat alienare prædia vrbana:sed hodie non.† gl.vendidit.in l.si sine herede.33.§.interposito.de administratione tutorum.

Minor si prædium rusticum vendiderit sine decreto,dominium eius, siue ius ab 17
eo discedere non potuit,& ideò poterit vendicare illud cum fructibus extantibus, vel illis consumptis condicere. l.si prædium. 16. Cod. de prædiis minorum.

Minor vendicans prædium à se venditum sine decreto,repellitur exceptione doli mali, si non soluat pretium cum vsuris emptori, & etiam sumptus, si quos fecit emptor in prædio, si priùs probet emptor pretium fuisse versum in ipsius minoris vtilitatem.ibid.

Minorum animalia superuacua,& vestes detritæ vendi possunt sine decreto. l. fi. C.quando decreto opus non est.

Minor maior factus si ratam habeat venditionem rei suæ à se, el à tutore, vel curatore factam sine decreto,tenet venditio.gloss.in rub.Cod. si maior factus alienatam.

Minor maior factus licèt ratam habeat venditionem prædij intra dimidiam iusti pretij factam, potest illud vendicare, nisi sibi suppleatur iustum pretium, vel in debito compensetur.l.1.C.eod.

Minor maior factus expresse ratam habens venditionem prædij non potest posteà eam reuocare,licèt sine decreto venditio fuerit facta.gl.4.ibid.

Minor maior factus si ratam habeat venditionem prædij,habetur,ac si in maiori ætate venderet illud.gl.si minore.ibid.

Minor venditionem rei immobilis sine decreto factam non potest retractare, si post 25.ann.quinquennium tacuerit,& ita tenet,ac si ab initio legitimè fuisset res alienata.l.fi.C.eod.& ibi gl.2.

Minor habens tutorem,vel curatorem,si vendiderit sine eo, non valet venditio. gl.2.ibid.

Minor si authoritate tutoris, vel curatoris rem immobilem vendiderit sine decreto,& tacuerit post 25.ann.per quinquennium,non potest posteà contrauenire venditioni.gl.2.ibid.

Minor statim maior factus poterit expressè confirmare venditionem factam à se sine decreto.gl.3.ibid.

Maiori 25.an.permissum est res immobiles,& mobiles captiui pro eius redemptione vendere,& obligare:& captiuus postquàm redierit, cogitur tales venditiones,& contractus ratos habere.§.si vnum de prædictis.in fi.& ibi gl. supponendi.in auth.de appellatio.cog.col.8.

Minores tam masculi,quàm fœminæ non possunt sine decreto alienare prædia, 18
licèt habuerint impetratam veniam ætatis,l.2.& ibi gl.ita tamen.& gloss.non alienent.C.de his,qui veniam.

Minor obtenta venia ætatis immobilia non solùm alienare:sed etiam hypothecam dare sine decreto non potest.l.3.C.de his,qui veniam ætatis.

Minores etiam obtenta venia ætatis similes sunt minoribus, qui non obtinuerunt veniam quoad alienationem,& hypothecam immobilium.ibid.

Minores impetrantes veniam ætatis mobilia possunt alienare sine decreto. gl.3. ibidem.

Minorum res sine decreto alienari prohibentur.gl.Senatusconsulti.in l.2.Cod.si aduersus donationem.gl.1.in l.de ætate.44.de minoribus.

Minoribus rectè potest committi rei suæ administratio:non tamen committitur eis,vt gestum ab illis,tanquàm gestum à patrefam.maiore ratum sit. l.1.& ibi gl.fi.de minor.

Minorum res mobiles omnes olim sine decreto poterant alienari: hodie autem tam mobiles,quàm immobiles sine decreto alienari non possunt.gl.penult.in l.2.C.si aduers.donationem.

Minorum res, quæ seruando seruari non possunt, sine decreto alienari possunt. ibidem.

Minori non obest consensus in re,quæ sine decreto alienari non potest:vnde nec est necessaria restitutio: in re autem, quæ potest alienari sine decreto, obest consensus:sed conceditur ei restitutio.d.l.2.

in Minoris rei alienatione maior solennitas requiritur, quàm quòd ei soluatur, gl.personam.in l.fi.C.si propter publicam pensitationem.

Minorum res alienari prohibentur per orationem Diui Adriani. gl.fi.in l.3.Cod. quibus non obiicitur longi tempor.

Minores prohibentur alienare prædia rustica,vel suburbana non solùm per venditionem:sed etiam per transactionem,per permutationem, & multò magis per donationem,vel alio modo.l.4.C.de præd.minor.

Minoris quodlibet prædium vrbanum olim poterat sine decreto alienari: hodie

non,

Minor non tenetur probare læsionem,quando creditor sponte in se suscipit onus probandi læsionem.gl.3.ibid.

Minor præsumitur læsus probando se minorem tempore contractus mutui, & pecunia non indiguisse,& acceptam amisisse, nisi creditor probet eam fuisse versam in eius vtilitatem.ibid.

Minor vbi semiplenè docuit de læsione,recurritur ad verisimilia:sed vbi constat de læsione,non attenduntur,verisimilia.l.1.C.qui,& aduersus quos.

Minorem fuisse læsum per eius sagacitatem,& industriam in publicis actibus approbatam vbi verisimile non est,non conceditur restitutio.ibid.

Minor si probat per vnum testem se deceptum,defertur ei iuramentum, nisi sit verisimile ipsum fuisse diligentem,& industriosum, quo casu non restituitur. gl.3.ibid.

Minorem in contractu fuisse læsum si sit certum, ipso iure ipse minor seruatur illæsus.gl.pe.in l.fin.C.in quibus caus.in integr.restitut.

Minor debet probare in contractu fuisse deceptum, & eo tempore fuisse minorem:quia præsumitur maior iure communi,& non per suam confessionem.gl. fi.in l.1.C.si minor se maiorem.

Minor ab aliis vel sui facilitate deceptus, aut quod habuit, amisit, aut quod potuerat acquirere emolumentum,omisit acquirere; aut oneri, quod suscipere non licuit,se obligauit,restitui omnino debet.l.non omnia.44. de minoribus.

Reliqua verbo, Deceptus,Restitutio,8.9.& inf.nu.23.vsque 27.

23 MINORI datur restitutio contra contrahentem etiam cum tutore, vel curatore, nisi contrahens sit pater, vel patronus, gl.fi.in l.& ideò.de dolo malo.

Minori contra seruum manumissum non datur restitutio, nisi ex causa impetretur à principe.gl.in integrum.in l.& eleganter.eod.

Minor contrahens iure maioris vt procurator non restituitur ad commodum maioris,neque datur restitutio,vbi alia actio competit contra alium, nisi dominus existat non soluendo.gl.poterit.in l.3.§.sed vtrùm.de minoribus.

Minor seruus non restituitur in his,quæ ad dominum spectant,etiamsi libera peculij administratio à domino sit ei concessa: qua sibi imputet:cur minori rem commiserit.d.l.3.§.fi.cum l. seq.

Minori si maior mandauerit aliquod negocium gerendum, & minor in ea re deceptus sit,non restituitur ipse, neque maior;quia sibi imputet, cur minori rem commiserit. ibid.

Minor restituitur non solùm,quando de bonis ipsius aliquid minuitur:sed etiam quando interest minorum litib.& sumptib.non vexari. l. minorib. 25. ann.6. de minorib.

Minor,si se circumuentum doceat,semper restituitur. l.ait prætor.§.non solùm. eodem.

Minor,qui allegationes in causa dimisit,vel exceptionem dimisit, quando conueniebatur,restituitur.gl.dum agit.in d.l.ait prætor.§.sed & in iudiciis.

Minorib.deceptis in eo,quod sunt lucrati,succurritur.d.l.ait prætor.§.fin.cum l. sequent.

Minorib. restitutio datur causa cognita: quia aliàs nullus cum illis contraheret,si indistinctè,& causa non cognita restituerentur.l. & si sine. §. quæsitum. eodem.

Minori datur restitutio non passim:sed causa cognita:hoc est si est minor, & læsus sui facilitate:secùs si casu fortuito.l.verum.§.sciendum.eod.

Minor non restituitur si sobriè rem suam administrans occasione damni non inconsultè accidentis:sed casu fortuito velit se restitui.ibid.

Minori casus fortuitus non concedit damni restitutionem,sed inconsulta facilitas.ibid.

Minor si restituatur,sufficit probare se læsum: & si aduersarius vult eum excludere,probet diligentiam,vel iure communi vsum.† d.gl.probentur.ibid.

Minor contra minorem non restituitur, nisi quando certat de damno vitando contra alium minorem agentem de lucro: sed si ambo certant de damno vitando,restituitur reus.l.verùm.§.item eodem.

Minor si mutuauerit pecuniam minori, & ille perdidit, melior est causa eius, qui accepit,& dilapidauit, vel perdidit,ad petendam restitutionem.ibid.

Minor si mutuauerit pecuniam minori,quem credebat esse maiorem, non restituitur,etiam si pecunia mutuata sit perdita.† gl.vel perdidit.ibid.

Minori tempus petendæ restitutionis durante minori ætate non currit ipso iure: sed demùm finitis 25.annis.† gl.fi.in l.interdum.de minoribus.

24 Minor in his,quæ facit, vt procurator non restituitur ad commodum domini maioris.l.cum mandato de minorib.

Minori denegatur restitutio,vbi datur aliqua actio contra alium: nisi ille alius existeret non soluendo.ibid.

Minor potest cedere procuratori in rem suam ius restitutionis,quod ipse habet: non tamen potest cedere ei ius tacitæ hypothecæ, quod habet ipse in priuilegium.gl.procuratorem.in l.quòd si minor.eod.

Minor non semper restituendus est, nisi quando sui facilitate sit deceptus. d.l. quòd si minor.§.non semper.

Minor deceptus à seruo,vel filiofam.restituitur ad omne id,quod ad patrem, vel dominum peruenit: quòd si nihil ad eos peruenit, tenentur nihilominùs de peculio petita restitutione.d.l.quòd si minor.§.si seruus.

Minori restitutio danda est ipso postulante,aut procuratore eius habente speciale mandatum,de quo si dubitetur,cum cautione de rato admittitur. l.illud. §. fi.& l.seq.eod.

Minor,vt sibi concedatur restitutio,debet petere per se illam authoritate tutoris,vel ad id procuratorem specialem debet constituere cum authoritate tutoris.d.§.fi.& ibi gl.postulante.

Minor aduersus eum,cum quo egit iudicio tutelæ,restituitur,nec ideò tutori restituendum est contrarium iudicium tutelæ.l.cùm minor.eod.

Minore restituto etiam aduersarius restituitur ad priorem actionem,vbi illa est coniuncta:secùs si non sit coniuncta.† gl.1.ibid.

Minori tollit restitutionem actus ille,qui tolleret illud,ad quod petitur restitutio.l.si filius.eod.

Minor propter interesse affectionis restituitur. l. si in emptionem. de minoribus.

Minor læsus si petiit restitutionem, & sit interloquutoriè pronunciatum eum esse minorem,à qua sententia aduersarius appellauit,& pendente appellatione sit factus maior,restituendus est post 25.an.ad totam causam principalem, & cognoscitur de tota causa,ac si intra ætatem esset. l. intra vtile. & ibi gloss. 1.eodem.

Minor si omittit auxilium ordinarium contra curatores,siue administratores,& intentat extraordinarium contra possessores,tenetur restituere omnes expensas possessoribus.d.l.intra.§.fi.

Minor in omnibus, quæ gerit, non debet restitui: sed in his,in quib. læsus est.l. non omnia.45.eod.

Minore restituto restituitur actio in pristinum debitorem in eo statu, in quo erat tempore nouationis.l.fi.eod.

Minori datur restitutio rerum,ergo & maiori: valet argumentum. l. nécnon. §. quod eis.ex quib.caus.maior.

Minor non debet restitui,eò quòd non probauerit intra præscriptum terminum: sed ob id,quòd probat se habuisse probationes,quas omiserat.gl.an captus. in add.marg.in l.nam & postea.§.si minor.de iureiurando.

Minor vt restituatur,non sufficit probare se minorem; sed debet probare etiam se læsum:quandoque tamen speciali iure odio creditoris minor videtur læsus probando tantum se minorem,nisi aduersarius probet eum locupletatum.d.§. si minor.& ibi gl.docuit.

Minor non restituitur ad lucrum,quod facere potuisset ex alterius delicto.l.cùm quidam.17.§.si pupillo.de vsuris.

Minore conuento nomine illius,contra quem potest in integrum restitutio postulari,illius iuris beneficium dicitur concedi,l.alterius.§.fi.de tutelis, & rationib.

Minore restituto restituuntur actiones confusæ.l.cum bonis, 86.§. fi. de acquir. heredit.

Minor post nunciationem iniustè ædificans non restituitur,nisi patiatur impensam:secùs si iustè ædificauit.gl.ignorantes.& ibi add.in l.1.§.nunciatio.de noui operis nunciat.

Minore restituto non tollitur naturalis obligatio, alioquin beneficium restitutionis ad fideiussorem porrigeretur,quod falsum est.l.Stichum.95.§.naturalis. in add.marg.de solutio.

Minore restituto ad rem,non restituitur aduersarius eius ad pecuniam, si fuit in dolo inducendo minorem ad dandam in solutum. l. qui res suas. 98. §. huic. eodem.

Minor paciscens de fideicommisso reciproco remittendo non restituitur.l.de fideicommisso.11.C. de transactio.

Minori olim ad petendam restitutionem ex gestis in minori ætate propter læsionem competebat restitutio post impletam ætatem vsque ad annum vtilem. hodie vsque ad quadriennium.gl.fi.C.si aduersus solutionem.

Minor ita restituitur aduersus fiscum,sicut aduersus priuatum. l.1.C.si aduersus fiscum.

Minori datur restitutio: maiori verò actio de dolo, quando dolus dat causam contractui,& processum sit ad traditionem.gl.2.ib.

Minor restituitur aduersus fœneratorem,nisi per eum probetur,pecuniam in eius vtilitatem fuisse versam.l.1.C.si aduersus creditor.

Minor vt restituatur, regulariter debet probare se læsum, nisi quando recipit mutuo pecuniam: nam tunc præsumitur læsus, & restituitur, nisi fœnerator probet pecuniam versam in minoris vtilitatem.gl.2.& 3.ib.

Minori non est necessaria restitutio,quando ea,quæ gesta sunt ab eo, qui legitimam administratoris personam sustinere non potuit,sunt irrita ipso iure. l.4. C.in quib.caus.in integr.

Minorem excludit à restitutione industria probata actib. publicis: non autem actus publici.gl.2.in l.1.C.qui.& aduersus quos.

Minor probans se deceptum restituitur,non attendendo sit diligens,vel non:sed 25 si non sit deceptus,non restituitur.gl.3.ib.

Minorem asserens se maiorem per errorem restituitur nihilominùs probata minori ætate ad omnia intra eam ætatem aduersus se gesta.l. 1.C.si minor se maiorem.

Minor aduersus erroneam confessionem non restituitur: quia talis confessio erronea est nulla, cùm sit erronea facti, & ideò sibi non præiudicat. gloss. fin.ib.

Minor fallaciter asserens se maiorem non poterit posteà petere restitutionem ratione minoritatis.l.2.C.eod.

Minor restituitur, quando circa probandum annorum numerum apud iudicem erratum esse dicit,l.fi.C.si minor se maiorem.

Minor quando restituitur, debet etiam restituere id, in quo locupletior est factus.gl.restituere.in l.1.C.de reputatio.

Minor non compellitur, si post impetratam restitutionem nolit ea vti. ibidem.

Minori datur restitutio,si adhuc minor sit, vel petit intra tempora petendæ restitutionis.gl.fi.in l.2.C.de in integ.rest.minor.

Minor curatorem non habens,in contractu si fuerit læsus sui facilitate, vel dolo aduersarij,restituitur:aliàs non.gl.fi.in l.3.C.eod.

Minor tempore contractus præsumitur maior, vnde debet probare ætatem, ad hoc vt restituatur.gl.fi.in l.4.C.eod.

Minoribus,in quibus se captos probare possunt,& si dolus aduersarij non probetur,competit restitutio.l.minorib.C.de in integ.rest.minor.

Minorib.etiam durante minori ætate,& posteà de his,in quib. se captos existimant,restitui possunt.ib.

Minor decipiens tutorem ignorantem non restituitur:secùs si scientem.glo.2.in 26 l.de tutela.7.C.eod.

Minores restituuntur in his,quæ vel prætermiserunt certa scientia,vel sine.l.pe. C.eod.

Minores omittendo scienter,vel ignoranter faciendo quod omittere,vel facere non debuerunt,restituuntur.gl.1.& 2.ib.

Minor læsus in iudicio,vel extra præsente tutore,vel curatore,restituitur. l.2.C. si tutor,vel curator interuen.

Minori corporaliter iurato de non contraueniendo non datur reſtitutio contra venditionem in ſe validam.d. l.1.

Minoris iuramento non confirmatur contractus perpetuò prohibitus: confirmatur tamen contractus aliquando permiſſus,& non perpetuò prohibitus.gl.1.ibidem.

Minor reſtituitur aduerſus venditionem de non contraueniendo verbò tenus,& non corporaliter iuratam.gl.3.ibid.

Minor contractum in minori ætate factum ſi maior factus ratum habuit, non reſtituitur.l.3.§.ſi quis.de minorib.

Minor ſi læditur in contractu, debet reſtitutionem proponere intra quadriennium.gl.finiendam.in l.fi.C.de temporib.in integr.reſt.

Minor contractum in minore ætate factum ſi maior factus ratum habuit expreſsè,vel tacitè,vt tacendo per quadriennium,quando contractus tenuit:vel per quinquennium,quando non tenuit,non reſtituitur. gl. comprobauerit. in in l.3.§.ſi quis.de minorib.

Minor 25. an.ſed maior 14. curatorem non habens reſtituitur contra minorem factum ex contractu locupletem, & conſequitur per reſtitutionem, vt totus contractus pro nihilo habeatur,& dilationes, & pactiones non ſeruentur, & data reſtitutione vendicat pecuniam,vel rem, ſi extat: quæ non conſequitur, ſi iure communi ageret.gl.vel perdidit.in l.verum §.item quæritur.eod.

Minor contra contractum celebratum cum filiofa. maiore reſtituitur: ſecùs ſi cum filiofam. minore contraxiſſet. d. l. verum. §. fin. & ibi gloſſ. cum filiofamil.

Minor contrahens mandato alterius,ſi aliqua expendit de ſuo, & illa non poſſit conſequi à mandatore,vt quia factus eſt non ſoluendò,reſtituitur: ſecus ſi ſit ſoluendo.l.cum mandato.eod.

Minor ſi mandauit maiori,vt contraheret,& ex illo contractu eſt læſus minor, ita demùm reſtituitur,ſi ille,cui mandauit,factus eſt non ſoluendo.ibid.

Minor aduerſus contractum factum à procuratore ſuo,qui erat minor, non reſtituitur,niſi ille eius mandato fecit contractum,& ſoluendo non ſit.ibid.

Minor ſi procuratorio nomine circumſcriptus ſit,reſtituitur minor: non tamen dominus:quia ſibi imputet,cùm tali commiſerit negotia. d. l. cum mandato. & ibi gl.ergo.

Minor ſine mandato maioris eo nomine ſi contraxerit,& ex eo contractu ſit læſus,reſtituitur.gl.res ſit.ib.

Minor læſus aduerſus contractum factum à tutore, vel curatore maiore reſtituitur:ſecùs tamen à procuratore:quia tutor gerit ex neceſſitate: procurator tamen ex voluntate.gl.audierit.ib.

Minor ſi ſua ſponte abſque mandato aliena negotia geſſit, reſtituitur aduerſus ſecum contrahentem in reb.domini,ne alius per eum damnificetur. l.quòd ſi minor.eod.

Minor abſque mandato gerens aliena negotia ſi nolit reſtitui, conueniendus eſt actione negotiorum geſtorum,& per illam conuentus compellitur cedere in integrum reſtitutioni,vt ſic damnum ſibi per minorem contingens poſſit reſarcire.ibid.

Minor curatorem habens ſi ſine eo cõtrahat,nullus eſt ipſo iure cõtractus: ſed ſi non habet curatorem,contractus valet:ſed reſtituitur. l.3. & ibi gl.non oportet.C.de in integ.reſtitut.minor.

31 Minor in pupillari ætate ſi contrahat, contractus eſt ipſo iure nullus. gloſſ. 3. ibidem.

Minor curatorem habens,ſi contrahit cum decreto iudicis; ſed ſine tutore, vel curatore,contractus valet,& tenet.† gl.abſimilis.ibid.

Minor aſſerens ſe maiorem in contractu, nihilominùs poteſt petere reſtitutionem minore ætate probata, niſi minor veniam ætatis impetraſſet: quia tunc non reſtituitur in eo,quod poſtea fecit,præterquàm in alienatione, vel hypotheca immobilium.gl.fi.in l.minorib.5.C.eod.

Minori læſo in contractu datur reſtitutio:ſed non maiori. gl.continuatio.in l.fi. C.de temporib.in integr.reſt.

Minor petens reſtitutionem aduerſus contractum debet probare ſe minorem,& læſum.gl.1.in l.prædiorum.10.C.de prædiis minor.

Minor ſi vendidit,& iurauit deceptus vltra dimidiam iuſti pretij, poteſt venire contra agendo, vt pretium iuſtum ſuppleatur, aut vt reſcindatur contractus. gl.ſuper contractibus.in l.hac edictali.§.item ſacramenta.de pace tenenda inter ſubditos.

Minor ſi iurauerit in genere ſe ſeruaturum omnes contractus, quos fecerit in minori ætate,& poſteà vendat,& non iuret:ſed dicat in eo contractu ſe velle teneri illo iuramento:& tunc tenet tàlis venditio.† ibid.

Minor ſi vendidit,& iurauit,& antequàm traderet,cecidit à poſſeſſione,ac poſteà ad eum rediit aliquo caſu, ſi non præſtet, vel non reſtituat emptori, videtur venire contra ſacramentum,etiam ſi ei iam tradidiſſet, vel non tradidiſſet.† ibidem.

Minor ſi vendidit,nec iurauit:ſed poſteà ex interuallo iurauit ſe ratum habiturum,& non contrauenturum,confirmatur præcedens contractus,vt teneat,licèt à principio nullus fuerit ipſo iure.† ibidem.

Minor maior factus poteſt ratum habere contractum in minori ætate factum: quamuis ipſo iure erat nullus.ibid.

Minor ſi iurauerit de non veniendo contra ſtipulationem, vel renunciationem, debet omnino ſeruare iuramentum.† ibid.

Minor ſi iurauerit ſe non venturum contra ſententiam,vel contra confeſſionem, vel contra arbitrium,tenet iuramentum,nec poteſt venire contra illud:poteſt tamen ſaltem appellare.ibid.

Minor iurando ſolùm perdit priuilegium ætatis, & ita iuramentum iurantem repræſentat maiorem.d. gl.ſuper contractib.poſt princ.& ad med.

Minor ſi ſit confeſſus ſe mutuo accepiſſe pecuniam, & renunciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ,& iurauit ſe non venturum contra, nihilominùs poteſt venire contra.d.gl.ſuper contractib.poſt med.& ibi add.marg.

Minor ſi donauerit ſimpliciter,& iurauerit ſe nullo modo reuocaturum,tenetur, nec poterit reuocare eam.† ibidem.

Minor ſi iurauerit tranſactionem,vel alium contractum ſimilem firmum habere,ſi de facto contrauenit,& peierat,omnes pœnas,quas peierans ſubit, cogitur ſubire.† d.gl.ſuper contractib.ad fin.

Minor pater ſi diuiſit bona ſua inter filios emancipatos, & iurauit de non contraueniendo,poterit nihilominùs contrauenire, ſi ea diuiſio habeat vim teſtamenti:aliàs non.d.gl.ſuper contractib.ad fin.& ibi add.

Minor ſi vendat rem alienam,& iurauit de non veniendo contra,tenet venditio, ſicut à quouis maiore facta.† gl.ſuatum.ibid.

Reliqua verbo, Contractus,9.13.

MINOR vendens rem cum decreto ſi ſit deceptus, & vult per officium iudicis 32
rem ſibi reſtitui,poteſt emptor,vel eius procurator petere pretium.gl.in venditione.in l.non ſolùm.§.fi.de procuratorib.

Minori ſi ego vendidi plures res certo pretio, & ipſe in minima quantitate pretij,vel in minima ſpecie dicit ſe deceptum, & in ea parte reſtitui petit, ego etiam econtrà poſſum petere,vt à toto contractu recedatur, cum maiori pretio totaliter non dediſſem,vel vnam rem ſine alia non vendidiſſem, vnde nẽ maiori rei fiat præiudicium,non poteſt reſtitui:ſecùs tamen eſſet, ſi ſeparati eſſent contractus.gl.fi.in l.Seio.de reſtitutione in integrum.

Minor ſi tempore minoris ætatis vendidit,& factus maior tradidit, non reſtituitur:ſi autem in minori ætate vendidit ſub conditione, vel aliàs contraxit, & conditio poſt 25.ann.extitit,reſtituitur.gl.an finem. in l.3. §. ſi quis. de minorib.

Minorum res,quæ ſeruando ſeruari non poſſunt,ſi vendantur, contra venditionem non reſtituitur,niſi ſordes,aut euidens gratia tutorum doceatur, vel enormè damnum patiatur:quia tunc per reſtitutionem reuocat illas. l. & ſi ſine.§.quæſitum.& ibi gl.doceatur.eod.

Minorum res,quæ ſeruari poſſunt,ſi vendantur,reſtituitur contra venditionem, etiam pro quolibet damno,dummodò non minimo, & pro leui negligentia, licèt fraus non interueniat.d.gl.doceatur.ibidem.

Minor reſtituitur in ſuis contractibus pro leui damno;veluti ſi creditor accepit à minore pignus conuentionale, & ipſum vendidit: quia tunc reſtituitur contra venditionem etiam pro leui damno. gloſſ.ſi grande. in l. ſi ex cauſa. 10.eod.

Minor non reſtituitur pro leui damno in pignore prætorio, vel iudiciali vendito,niſi grande damnum,vel fraudis conſilium interuenerit.ibid.

Minor non reſtituitur contra emptorem vllo modo, quando creditor accepit à prædeceſſore minoris pignus conuentionale, & illud vendit, etiam ſi grande damnum,vel fraudis conſilium interuenerit.† ibid.

Minor ſi mandato maioris rem pro decem vendidit, cùm valeret 20. non reſtituitur,niſi pro expenſis,ſi mandator non ſit ſoluendo.gloſſ.1.in l.cùm mandato.eodem.

Minor reſtituitur etiam mandatore exiſtente ſoluendo,quando maior ſimplicitèr mandauit ei,vt fundum venderet, & is vendidit pro decem, cùm valeret 20.ibid.

Minor ſi mandato maioris vendidit, vel alio modo contraxit, non reſtituitur, cùm eo modo potiùs conſuleretur maiori,niſi in euentu minor damnum eſſet paſſurus,vt quia mandans non ſit ſoluendo, & tunc reſtituitur. d. l. cum mandato.

Minoris procurator habens mandatum ſimpliciter vendendi fundum, ſi vendidit,contra venditionem non reſtituitur,niſi ſoluendo non ſit procurator: ſed ſi habens mandatum vendendi fundum pro 20.cùm valeret plus,vendidit ſecundum mandatum,non tenetur procurator actione mandati, etiam ſi ſoluẽdo non ſit,& ideò reſtituitur minor.gl.poſſet.ibid.

Minore reſtituto aduerſus venditionem facilius datur actio emptori pro pretio, quàm creditori ad mutuum ipſi minori factum:quia emptor æs alienum ſoluit ei,quod facere neceſſe eſt: creditori autem mutuare minori non eſt neceſſe: idem tamen eſt vtrobique: quia ſi ſaluam habeat minor pecuniam, reſtituitur, & repetetur: & ſi amiſit pretium, vel pecuniam ſibi mutuatam, eam non tenetur reddere.l.quòd ſi minor.§.reſtitutio.& ibi gl.non omnimodo. eodem.

Minor ſi mutuam pecuniam accepit,& ex ea pluris, quàm oportet, emerit prædium,reſtituitur minor ita,vt iubeatur venditor reddito pretio prædium recipere ita, vt ſine alterius damno etiam creditor mutuans à minore ſuum conſequatur.l.patri pro filio.§.1.de minorib.

Minor ſi vendiderit prædium minori pretio,quam oportuit,reſtituitur ita,quòd 33
emptor teneatur reddere prædium cum fructib.& minor ei catenùs ex pretio, quatenùs ex ea locupletior eſt.ibid.

Minor reſtitutus aduerſus venditionem recuperat pecuniam cum vſuris, & fructibus perceptis,& qui percipi potuerunt.ibidem.

Minor ſi ſua pecunia,vel ſibi mutuata pluris,quàm oportet,emerit prædium,reſtituitur ita,quod venditor tenetur reddere pretium,& etiam vſuras, quas ex pecunia percepit,& ſimiliter minor tenetur ei reddere prædium cum fructibus,quibus locupletior factus fuit.ibid.

Minor ſi ſit deceptus,eo ipſo quòd vendidit,vel emit, per reſtitutionem reſcinditur emptio, vel venditio: ſecùs ſi deceptus ſit in eo, quòd minori pretio vendidit: quia tunc reducendum eſt ad iuſtum pretium. † gloſſ. oporteat. ibidem.

Minor,qui emit rem maiorum ſuorum ſub pacto addictionis in diem, & alius poſteà obtulit plus,& obtinuit rem,poteſt reſtitui propter intereſſe affectionis, dum modò det venditori illud plus, quod alius dedit,vel obtulit.l.ſi in emptionem.36.eod.

Minor emens rem maiorum ſuorum ſub pacto addictionis in diem alio plus offerente cenſetur læſus in hoc, quòd potuit tantum offerre, quantum alius dare vult, quod facere recuſauit, & ideò reſtituitur. d. l. ſi in emptionem. & ibi gl.2.

Minor non reſtituitur contra ementes res ſuas à curatore eius,niſi priùs refectis expenſis vtilib.& neceſſariis,non voluptariis,quas fecit emptor in illis.l.intra vtile.30.§.fin.& ibi gl.pe.de minorib.

Minor læſus in venditione fundi reſtitutus à iudice,vt ſibi fundus reſtituatur reddito à ſe pretio emptori,ſi nolit ſtare ſentẽtiæ latæ pro ſe, nec vt reſtitueretur in integrum,emptor ſi eum compellat ad hoc actione in factum ex re iudicata,minor defendet ſe per vtilem exceptionem.l.ſi iudex circumuento.42.eod.

in l. 1. C. de reputationibus.

Minor vel pupillus ſi fideiuſſerit ita, vt non teneatur, niſi naturaliter, vt quia ſine tutore, vel curatore, cùm eum haberet, tunc non reſtituitur, & per conſequens nec creditor reſtituitur in priorem debitorem.† dict. gl. 1, in d. l. fi. & gl. 1. in dict. l. 1.

Minor ſi dolo creditoris fideiuſſit pro alio, reſtituto minore, non reſtituitur creditor in veterem debitorem. d. gl. 1, in d. l. fi. & d. gl. debet.

Minori filio fideiubenti pro patre ſuccurritur, non tamẽ ſuccurritur filio defendenti patrem: quia lex admittit filium defendentem patrem abſentem, vnde aduerſarius remaneret deceptus authoritate legis, ſi minor reſtitueretur, quod eſſe non debet. gl. pe. in l. exigendi. 12. C. de procuratorib.

Minor intercedens pro alio animo nouandi ſi ciuiliter, & naturaliter obligetur; quia cum tutore, vel curatore, reſtituitur ipſe, & etiam creditor reſtituitur in veterem debitorem, niſi dolo creditoris minor ſit inductus.† gl. debet. in l. 1. C. de reputatio.

Minor intercedens pro alio animo nouandi ſi naturaliter tantum ſit obligatus: quia ſine tutore, vel curatore interceſſit, non indiget reſtitutione, cùm conueniri non poſſit, & ſic aduerſarius eius reſtituitur. gl. 1. ibid.

Minor intercedens pro alio animo nouandi quando contra naturalem obligationem reſtituitur in vetererem debitorem. d. gl. debet.

Minor quandoque poteſt reſtitui aduerſus naturalem obligationem. d. gloſſ. debet.

Minor filiusfa. fideiubens pro extraneo reſtitui poteſt. l. 1. Cod. de filiofam. minore.

Minor, qui indebitè cautionem, vel fideiuſſionem præſtitit, non reſtituitur: ſed habet condictionem indebiti, vel ſine cauſa. l. cauſæ. 17. §. Pomponius. & ibidem.

Reliqua verbo, Filius, 124. 125. Fideiuſſor, 14. 15. Mulier, 58. vſque 68. & ſuprà 12. Adoleſcens.

37 MINOR non reſtituitur contra donationem ante, vel propter nuptias congruẽtem, & moderatè factam in ſponſam ſuam. l. 1. C. ſi aduerſus donationem.

Minor non reſtituitur aduerſus donationem, ſponſalitiam, ſiue ſimplicem ante matrimonium, dummodò non excedat, & ſit moderata. gl. 1. ibid.

Minor non poterit ſponſę donationem ante nuptias prædij, vel rei immobilis nomine ſponſaliorum ſine decreto facere: ſed bene poteſt rei mobilis. l. prædia. 8. & ibi gl. fi. C. de prædiis minor.

Minor poterit ſponſæ ſuæ donationem propter nuptias etiam rei immobilis ſine decreto facere. gl. fi. ibid.

Minor etiam poſt veniam ætatis impetratam ſi donauerit rem immobilem, non valet donatio, niſi poſt 25. an. per decennium inter præſentes, & vicennium inter abſentes tacuerit. l. fi. C. ſi maior factus aliena.

Minor non poteſt donare res immobiles etiam cum decreto. ibid.

Minoris heres admittitur contra donationem factam à minore intra 10. vel 20. annos poſt legitimam ætatem minoris, & ſi ipſe heres ſit, etiam minor tẽpus, quod ſupererat defuncto ex decennio, vel vicennio, non currit ei, niſi demum facto maiore. ibid.

Minor cum decreto, vel impetrata venia poterit donare propter nuptias res immobiles. d. l. fi. & ibi gl. excepta.

Minor poterit donare præceptorib. rem immobilem, tum & alimenta matri, & ſorori, & aliis perſonis neceſſariis. gl. celebrari. ibid.

Minor non poterit facere ſponſalitiam largitatem in rebus immobilibus: ſed bene in mobilibus. d. gl. celebrari.

Minor iure ſpeciali reſtituitur ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis intra 12. annos computandos à tempore nuptiarum contractarum, vel cõtrahendarum, cùm aliàs regulariter quadriennium cõputetur à tempore minoris ætatis completæ. gl. pe. in auth. ſi minor. C. de tempor. in integr.

Minori ſuccedenti maiori iure ſpeciali ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis currunt quinque anni etiam durante minori ætate, aliàs non, & adeò currunt, vt non reſtituatur. ibid.

Minor reſtituitur ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis eatenùs, vt non tranſcendat xij. an. à tempore contrahendarum nuptiarum: id eſt ex quo eſt habilis ætatis ad contrahendum, quod eſt in 15. anno, de tempore non ſolutæ pecuniæ de dote, & ſecundum hoc vſque ad 27. annum dabitur reſtitutio, ſi ponas finito 15. anno minorem contraxiſſe matrimonium, vel quandocumque poſt. gl. 2. ibid.

Minori ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis ſex, vel ſeptem ſunt ſpecialia. gl. ad præſentem. in §. fi. in auth. de tempore non ſolutæ pecun. col. 7. & gl. fi. in auth. ſi minor. C. de temporib. in integr.

Minoris prædia, & res poſſunt ſpeciali iure in dotem dari: regulariter tamen non poſſunt alienari.† gl. 3. in l. 1. C. ſi aduerſus dotem.

Minor circumuenta in datione dotis viro non digno tanta dote poteſt reſtitui, & etiam eius heres. d. l. 1.

Minor cum decreto poteſt rem ſuam immobilem dare in dotem, vel in donationem propter nuptias.† gl. 3. in l. lex, quæ tutores. 22. §. lex enim. C. de adminiſtra. tutorum.

Minor donationem propter nuptias poteſt dare mulieri conſentiente generali, vel ſpeciali curatore: licèt curator, vel fideiuſſor minus habeant in bonis, quã ſint res in donationem conſtitutæ. l. mulier. 28. C. de iure dotium.

Reliqua verbo, Exceptio, 38. vſque, 43. 52.

38 MINOR non tenetur creditori reddere pecuniam ſibi creditam, & mutuatam, quando illa ſibi conſumpturo mutuata eſt, ac poſteà conſumpta, vel perdita. l. quòd ſi minor. §. reſtitutio. & ibi gl. non ignoraret. de minor.

Minori conſumpturo ſiue in ludo perditionis, ſiue non ibi ſit mutuata pecunia, ſi illam ſaluam habeat minor, tenetur eam reſtituere mutuanti: ſecùs ſi ſalua ſibi non remanet: quia tunc nunquam eam tenetur minor reddere creditori † gl. non omni modo. ibid.

Minor ſi indebitum ſoluerit ex aliqua cauſa, ex qua iure ciuili non datur repetitio, putà ex cauſa, quæ per inficiationem creſcit, ſolutum repetet vtili actione: id eſt condictione indebiti petita priùs reſtitutione. l. illud. & ibi gloſ. 1. & 2. eodem.

Minor indebitum naturaliter tantum ex iuris ignorantia ſolutum condictione indebiti priùs petita reſtitutione repetet. ibid.

Minor mutuam, pecuniã quam accepit, ſi diſſipauit, denegare debet iudex creditori actionem aduerſus eum data priùs reſtitutione. l. patri pro filio. §. 1. eodem.

Minor mutuam, pecuniam quam accepit, ſi alicui egenti mutuauerit, non tenetur amplius, quàm actionib. ſuis, quas ipſe habet aduerſus eum, cui mutuauit, creditori ſuo cedere. ibid.

Minor ſi filiofa. minori mutuauerit pecuniam, ipſéque eam conſumpſerit, non tenetur: quia melior eſt cauſa conſumentis, niſi tempore litis conteſtationis fuiſſet inde locupletior. l. ſi minor. 35. de minorib.

Minor ſi mutuauerit pecuniam filiofa. minori, ipſéque eam conſumpſerit iam tempore litis conteſtationis, tenetur ad illam, ſi poſteà tempore ſententiæ, & rei iudicatæ recuperauerit. gl. litis conteſtatæ. ibid.

Minor ſi mutuauerit pecuniam filiofa. minori, ipſéque eam iuſſu patris accipiẽs conſumpſerit, vel dederit alicui, tenetur ad illam. gl. 1. ibid.

Minori filiofa. ſi mutuata ſit pecunia, eo exiſtente locupletiore tenetur pater eius de peculio. dict. gl. litis conteſtatæ. ibid.

Minor ſi mutuatam ſibi pecuniam conſumpſit in bonos vſus, vt in miniſtrando perſonis ſibi neceſſariis: tunc dicitur locupletior, & tenetur ex mutuo. ibidem.

Minor ſoluens indebitum ciuiliter; ſed naturaliter debitum, per errorem iuris, reſtituitur. l. fi. C. de ſolut.

Minor ſoluens legatum indebitum ciuiliter: ſed debitum naturaliter, vt quia nõ erat teſtamentum ſolenne, per errorem iuris, reſtituitur, gl. 1. & 2. ibid.

Minor ſi res, quæ debebatur, vtroque iure erat talis, quæ alienari non poterat ſine tutore, & decreto iudicis, non poterit ſoluere ſine decreto, niſi defunctus permiſerit: aliàs debet facere eum tutorem. gl. pe. ibid.

Minor ſoluens debitum ſine tutore, vel curatore liberatur per conſumptionem creditoris. non aliàs, cùm dominium in eum non ſit tranſlatum. ibid.

Minor ſoluens indebitum vtroque iure repetit ſolutum iure communi per conditionem indebiti. ibid.

Minor debitum naturaliter tantùm legitimè ſoluens: id eſt cum tutore, vel curatore, vel decreto, non repetit ſolutum, niſi per repetitionem, ſiue extet ſolutum, ſiue non. ibid.

Minor debitum naturaliter tantùm non legitimè ſoluens, ſi ſolutum extet; repetit illud, ſi eſt conſumptum, cedit in ſolutum, & ex iure communi patitur cõpenſationem, ſed ratione ætatis compenſationem euitat, & repetit illud. ibidem.

Minor ſi accipiat pecuniam fœnori, & ea non ſit verſa in rem ſuam, reſtituitur aduerſus cautionem, per quam eo nomine ſe obligauit. l. 2. Cod. ſi aduerſus credito.

Minor ſi accipiat pecuniam fœnori præſumitur, quòd non ſit verſa in rem ſuam, niſi creditor probet in eius odium. gl. fi. ibid.

Minori ſi quis numerauerit pecuniam, mutuans debet probare eam eſſe conuerſam in minoris vtilitatem. gl. 1. in l. prædiorum. 10. C. de prædiis minor.

Reliqua verbo, Debitor, 26. 27. Mutuans, 6. 7. Pupillus, 9. 10. 11.

MINOR filiusfa. reſtituitur aduerſus liberationem legati conditionalis, vel coherentis perſonæ. l. 3. §. ſi quid minori. de minorib.

Minori pecunia à debitore paterno, vel proprio ſi fuerit ſoluta, & hanc perdiderit ipſe, ſubuenitur ei, vt actio in debitorem reſtituatur. l. ait prætor. 7. eodem.

Minori res ſoluta à debitore etiam cum authoritate tutoris, ſi ſui facilitate periit, reſtituitur: ſecùs ſi ſit perempta caſu fortuito.† gl. item non reſtituetur. in l. verum §. ſciendum. eod.

Minor, qui debitorem ſuum liberauit per acceptilationem, & ſine cauſa, reſtituitur contra debitorem, vt reponat ſe in obligationem, & pignora, & fideiuſſores. l. patri. §. ſi minor. eod.

Minor, qui vnum ex duob. reis, quos habebat, acceptilatione liberauit ſine cauſa, reſtituitur contra vtrumque. ibid.

Minori probanti perfectam ætatem per authoritatem iudicis, ſi debitor ſoluerit debitam pecuniam, liberatur ipſo iure, etiamſi minor eam conſumpſerit: curatores tamen tenentur ei, ſi ſcientes eum minorem perſeuerauerunt in eodem officio, cùm non debuerint pati eum accipere pecunias: ſecùs ſi ignorantes adminiſtrare ceſſauerunt, vel rationes reddiderunt. l. minor. 33. eod.

Minori debitores ſoluentes, & ignorantes excuſat pronunciatio ætatis perfectæ à iudice facta. ibid.

Minor 25. an. debitum exigere non poteſt à debitore ſine curatore; ſed rectè poſſet exigere probata ætate maiore. gl. 1. in l. de ætate. 44. eod.

Minor cauſa cognita reſtituitur aduerſus ſolutionem factam ipſius curatori. l. 1. C. ſi aduerſus ſolutionem.

Minor reſtituitur contra ſolutionem debiti naturalis, quam fecit lapſus errore iuris. l. 2. C. eod.

Minor non poteſt pacto remittere condemnationem ſecutam iuramento in litem præſtito. l. 3. C. de in litem iurando.

Minor non poteſt pacto gratis remittere debitorib. quãtitatem ſibi debitam: neque etiam poteſt tranſigere, quando debitum eſt certum. gl. fi. ibid.

Reliqua verbo, Debitor, 26. 27. Pupillus, 9. 10. 11.

MINOR ſi à ſeruo dolo inductus vendidit illum cum peculio, & emptor poſteà eum manumiſerit, non datur reſtitutio ei contra libertatem: ſcilicet ad reuocandum in ſeruitutem: datur tamen ei actio de dolo contra manumiſſum, vt reſarciatur ſibi damnum præſtando pretium ſerui. gl. de dolo actionem. in l. & eleganter. de dolo malo. 40

Minor à ſeruo dolo inductus ſi vendidit eum ſeruum cum peculio, & emptor poſteà manumiſit, habet actionem de dolo cõtra manumiſſum, ſi emptor omnino caruit dolo. d. l. & eleganter.

Minori contra emptorem manumittentem ſeruum non datur reſtitutio, quando emptor manumittens erat pater, vel patronus, contra quem non poterat dari reſtitutio: datur tamen actio doli in manumiſſum. gl. in integrum. ibidem.

Reliqua verbo,Seruus, 71. vsque 76. Lex,24.

potest restitui:hodie tamen ipso iure seruatur illæsus.ibid.

Minor 25.an.ad arrogandum se datus,& in ipsa arrogatione sit deceptus,restitui debet.l.3.§.si quis minor.de minorib.

Minor locuples arrogatus à prædone restituitur aduersus arrogationem.ibid.

Minor, & mulier quando ex forma statuti non possunt se obligare, non possunt etiam se in arrogationem dare, vel quoquo modo se alterius potestati subiicere.in princ.in add.marg.Inst. quib. mod.ius patriæ.

Minor quocumque modo nouauerit obligationem suam,& deceptus sit,restituitur contra nouationem.l.patri pro filio.§.si minor.de minorib.

Minor si nouatione accipiat debitorem inopem pro diuite, restituitur minor in debitorem priorem liberatum.ibid.

Minor aduersus stipulationem, per quam nouauerat actionem habentem paratam exequutionem vt in officio iudicis ex causa iudicati, restitui potest. l. si minor.41.eod.

Minor si delegatus sit à debitore creditori animo nouandi.restituto minore, restituitur actio in veterem debitorem, & sic quod ad maiorem peruenit etiam extraneum,restituitur.gl.interuenit.& gl.debet.in l.1.C.de reputationib.

Minor vt restituatur aduersus delationem iuramenti, debet probare per testes, vel alias probationes se læsum delatione iuramenti.l. nam posteà, §. si minor. & ibi gl.an captus,de iureiur.

Minor aduersus delationem iuraméti à se factam restituitur etiam per viam exceptionis,vel replicationis,dummodò probet se minorem,& læsum, & tempore debito excipiet.d.§.si excipiat.

Minor quamuis aduersus iuramentum à se factum non restituatur:restituitur tamen aduersus,quod alteri detulit: quia in primo casu iuramentum eum facit maiorem:sed non in secundo,d.gl.an.captus.in add.marg.ibid.

Minor non restituitur in exequutorib.pœnarum,quas petit in necem alterius,& ad vindictam tantum:sed bene restituitur, quando iusta causa non excusationem;sed pœnæ relaxationem petit.l.auxilium.38.&ibi gl. pœnarum.de minoribus.

Minor restituitur aduersus pœnam conuentionalem, vt possit petere ipsam pœnam conuentionalem.ibid.

Minor aduersus pœnam competentem ex lege Iulia de adulteriis, eò quòd adulterij damnatam sciens vxorem duxerit,aut vxorem in adulterio deprehensam non dimiserit,quæstúmve de adulterio fecerit,vel pretium pro comperto stupro acceperit,aut domum præbuerit ad id stuprum, vel adulterium committendum,non restituitur.ibid.

Reliqua verbo,Restitutio,8.9.

45 MINOR quandoque succedit minori, quandoque minor maiori, quandoque maior minori, quandoque maior maiori.glo. ex anno,in l.interdum.de minoribus.

Minoris successor licèt sit maior,potest restitui intra annum ex persona minoris defuncti.l.minor.18.§.fi.& ibi gl.fi.eod.

Minoris successor si sit etiam minor, restitui potest toto tempore suæ ætatis, & etiam post suam legitimam ætatem intra annum ex persona defuncti.l. interdum.eod.

Minor si succedat maiori,cui restabat aliquid ex anno vtili,cùm decessit, succedens minor restituitur toto tempore suæ ætatis, & etiam factus maior intra illud tempus,quod restabat defuncto de vtili anno.d. l. interdum. & ibi gl.ex anno vtili.

Minori heredi non currit ipso iure durante minori ætate tempus ad petendam restitutionem,quod competebat minori defuncto: sed totum quadriennium, vel pars eius,quæ restabat defuncto,post 25. annum tantùm currit, & non ante.gl.fi.ibid.

Minori heredi tempus ad petendam restitutionem, quod cõpetebat minori defuncto,non currit etiam post 25.an.si finito 25.an.incipit reipub.causa abesse: sed currit illud statim eo reuerso,& non aliàs. ibid.

Minor hereditate materna non priuatur,licèt patris mortem non vlciscatur.l.1. & ibi gl.fi.C.in quib.caus.in integr.rest.

Minor heres maior factus post triduum, quàm adiit hereditatem, non tenetur vlcisci necem defuncti.gl. fi.ibid.

Minores,qui in iudicem compromiserunt,& stipulati sunt pœnam hinc inde tutore authore,aduersus obligationem stipulatione vallatam restitui possunt. l. si minor.35.§.1.de minorib.

Minor eo ipso,quòd compromittit,videtur læsus,cùm ab arbitrio compromissario appellari non possit.dict.§.1.ibi gl.fi.

Minor si compromiserit,& contra eum arbiter tulerit sententiam,non valet sententia,neque potest peti pœna, si posteà iterum agat;quia obstat exceptio petita restitutione in integrum.l.Labeo.& ibi gl. dari. de arbitris.

Minor si compromiserit,& arbiter sententiam tulerit pro minore, valet sententia.gl.1.ibid.

Minor 25.an.maior verò 20.an.restituitur,si temerè,& inconsultè passus est causam in se compromitti.l.cum lege.45.§. fi.de arbitris.

Minor 25.an.arbiter electus non cogitur sententiam dicere,& si tulerit,æquissimum est eam tueri,nisi sit minor 18.an.d.l. cum lege. & ibi gl. 1.

Reliqua verbo,Maior,2.Heres,79.vsque 83.

46 MINORI masculo probata ætate 20.an.fœminæ probata ætate 18.an.princeps quandoque solet concedere veniam ætatis.gl.perrarò. in l.1.de minorib.

Minores non restituuntur aduersus gesta post veniam ætatis impetratam, & iudici intimatam.l.1.C.de his, qui veniam ætatis.

Minores restituuntur aduersus gesta post veniam ætatis impetratam: sed non iudici intimatam:quia nec quadriennium imputatur,nisi à die intimationis. gl. 3. ibidem.

Minor in eo, quod impetrat veniam ætatis, est læsus,& restitui potest.glos. fin. ibidem.

Minor masculus debet esse maior 20.ann. & debet probare ætatem, & morum suorum instituta per se tantum apud iudicem competentem,vt veniam ætatis consequatur.l.1.C.eod.

Minor fœmina debet esse maior 18.an.& debet probare ætatem, & annorum numerum ad impetrandam veniam ætatis, nec cogitur per se: quia potest per procuratorem probare. ibidem.

Minor fœmina minori ætate impetrat veniam ætatis,quàm masculus:quia mala herba citò crescit, & citiùs est subdola mulier,& auara.gl. octauum, & decimum.ibid.

Minor masculus differt à fœmina in impetrando veniam ætatis in tribus: scilicet in numero annorum:secundò in probatione facienda per se tantùm in mare,quod non est fœmina; tertiò,quia fœmina de solo numero annorum debet probare;sed masculus etiam de aliis.gl.ita tamen.ibid.

Minor 25.an.impetrans veniam ætatis potest esse senator;si autem non impetrauerit,non potest esse senator,neque decurio.gl.pe.ibid.

Minor postquàm veniam ætatis impetrauerit,non restituitur in eo, quod posteà facit,nisi in alienatione,& hypotheca immobilium.gl.fi.in l.minorib.5. C. de in integrum restitutione min.

Minor renũcians beneficio ecclesiastico non restituitur:quia magis videtur exoneratus,quàm damnum passus.gl.1.in l.ait prætor.7. de minorib.

Minor non potest renunciare beneficio minoris ætatis:quia hoc ipso videtur deceptus.gl.quia vnicuique.in l.si iudex circumuento.41.eod.& gl.1.in l.si intra ætatem.C. de in integ.rest.mino.

Minor non potest renunciare beneficio restitutionis: l. doli mali.19.§. 1.de nouatio.

Minor deceptus dolo aduersarij non poterit renunciare beneficio minoris ætatis.gl. durabit.in l. 3. C. si minor se maiorem.

Minor læsus in renunciando querelæ inofficiosi testamenti tacitè, vel expressè, restituitur in integrum.l.1.C. de in integ.restitutione minorum.

Minor maior factus,expressè,vel tacitè potest renunciare restitutioni in integrũ sibi competenti.gl.1.in l.si intra ætatem. 6. C.eod.

Reliqua verbo,Restitutio,1.

MINOR contra eremodicium id est desertionem causæ per triennium restituitur, vt audiatur.l.& si fine. §.fi.de minorib. 4

Minores læsi propter negligentiam tutorum, vel curatorum in lapsu instantiæ triennij restituuntur in subsidium pro damno: quia saluam habent veterem actionem.gl.fi.in l.properandum.§.fi. C.de iudiciis.

Minor si primò appellauit,& tempus appellationis est lapsum,si petita restitutione fecit denegata,iterùm non restituitur nisi ad appellandum.gl.fi. in l. 1.C. si sæpiùs in integr.rest.

Minor non restituitur aduersus omissam allegationem,vt iterùm inducat.l.minor 25.ann.37.de minorib.

Minor restituitur aduersus omissam exceptionem dilatoriam,vel peremptoriam tam in ciuili,quàm in criminali causa,vt iterum inducat.gl.1.ibid.

Minor restituitur aduersus omiss[illegible]probationem ante aperturam testium,quòd maior non posset.ibid.

Minor restituitur aduersus omissam allegationem, & probationem legũ ad causam pertinentium,maximè legis municipalis,vel consuetudinis.d.gl. 1.& ibi add.marg.

Minori non datur restitutio contra semel omissum iudicium iniuriarum pacto, vel dissimulatione,vel etiam anni cursu l.auxilium.38.& ibi gl.omissum. eodem.

Minori non datur restitutio contra semel remissam actionem furti, pacti, vel conuenti.† d.gl.omissum.

Minor restituitur aduersus negligentiam in non denunciando adhibitam. l. 3.§. & si heres.de minorib.

Minori præscriptio annalis ad petendum bonorum possessionem contra tab.non currit ipso iure.gl.fi.in l.si filius.eod.

Minori currunt quædam præscriptiones:sed contra eas restituitur,vt præscriptio non numeratæ pecuniæ ex persona defuncti, & præscriptio 30. vel 40. ann.& appellationis faciendæ,& terminãdi iudicij,& faciendi inuentarij. gl.cessauit. in l.auxilium.38.eod.

Minori currunt quædam præscriptiones, & non restituuntur, vt est præscriptio 60.dierum,intra quos maritus poterat accusare vxorem de adulterio, item præscriptio quinquennij, quæ obiicitur minori ad tuendum statum defuncti; item non numeratæ dotis:& in his vltra tempora statuta non restituitur.ibid.

Minori omnes præscriptiones regulariter ipso iure non currunt,ibid.

Minori currit tempus ad conficiendum inuentarium,licèt possit restitui.ibid.

Minor non restituitur aduersus præscriptionem conuentionalem incœptam cũ maiore,quãdo nihil est gestum cum minore,vel aliquid interuenit, & ex quo etiam maior restitueretur.l. Æmilius.39. eod.

Minor si sit restitutus,vt actionem rei vendicationis x. vel xx.annorum præscriptione sublatam possit intentare, & aduersarius appellauit, ac obtinuit, minor etiamsi in causa appellationis factus sit maior,potest post 20.an. intentare rei vendicationem,& rem suam vendicare.† l.intra vtile. 39.& ibi gloss.1. eodem.

Minoris res alienata sine decreto potest vsucapi, postquàm cœpit esse maior.gl. 2.in l.vbi lex.24.de vsucapio.

Minor restituitur contra eos, qui res minoris tenent, si vsucapione dominium acquisierint.l.1.si aduersus vsucapionem.

Minores restituuntur non solùm aduersus vsucapionem;sed etiam aduersus præscriptionem longi temporis.gl.1. ibid.

Minorib. ipso iure non currit tempus quinquennij ad mouendam querelam inofficiosi testamenti. l.2.C.in quib.causis in integr.restit.min.

Minorib. fauore minoris ætatis exceptio non numeratæ pecuniæ ab initio non currit.l.fi.C.eod.

Minorib.præscriptiones temporales,quæ olim ipsis currebant cum beneficio restitutionis,hodie ipso iure non currunt.ibid.

Minorib.post pupillarem ætatem currunt præscriptiones 30. vel 40. annorum sed restituuntur:quia læsi.d.l.fi.& ibi gl.fi.

Minori currit exceptio non numeratæ dotis,vel etiam aliæ præscriptiones,quãdo fuerunt cœptæ à maiore,cui minor successit.gl.2.ibid.

Minorum res vsucapi non possunt.gl.pe.ibid.

Minores in præscriptionib.temporalib.ipso iure seruantur illæsi:quia certum est in illis esse deceptos: in contractibus autem ipso iure non seruantur illæsi sed

Reliqua verbo, Reſtitutio, 18. Reſtitutus.

Reliqua verbo, Sententia, 18. 19. Reſtitutio, 18.

minore,quæ non petiit tutorem filio impuberi: secundò in minore, qui exercuit artem ludicram:in his enim ipso iure non tenetur, neque opus habet restitutione.gl.ei subuenitur.in d.§. sed si eum ex causa. & ibi gl.si mulier.

Minor non restituitur aduersus pœnam diuortij,si diuortium fiat dolo. d. l. si ex causa.§ si mulier.

Minori non subuenitur in crimine adulterij, quod intellige si sit maior 14. ann. d.§.si mulier,& ibi gl. ei non subuenitur.

Minor in delictis, maximè atrocioribus non meretur restitutionem:poterit tamen iudex considerata fragilitate ætatis mitigare pœnam : & hoc ipsum etiã poterit in sene.l.auxilium.38.& ibi gl. miseratio.eod.

Minor aduersus dolum præsumptum in futurum non restituitur, nec aduersus dolum præteritum,nisi pœna minuatur.d.l.auxilium.§.in delictis.

Minor si fateatur adulterium se commisisse, vel incidisse in aliquod capitulum legis Iuliæ de adulteriis,non restituitur aduersus hanc confessionem.d. l. auxilium.§.fi.

Minor in delictis atrocib.quæ proueniunt ex animo,siue sint priuata,siue publica,non restituitur:sed potest ei mitigari pœna ex causa. d. §. fi. & ibi gl. atrociorib.

Minori in delictis atrocissimis; veluti in adulterio nullo modo subuenitur. ibidem.

Minor in delictis aduersus confessionem,quam fecit territus propter tormenta, restituitur:secùs quando perseuerans in confessione contra eam petit se restitui,tunc non restituitur.gl.fateatur. ibid.

Minorib.in delictis, quæ ex animo proueniunt non datur restitutio, nec venia, gl. 1.in l.pe.C.ex quib.causis infam.l. 1.C.si aduersus delict.

Minor, licèt non restituatur aduersus delictum dolo commissum : sed bene aduersus delictum culpa commissum.l.1. C.si aduersus delictum.

Minores non restituuntur in delictis ex animo prouenientib. vbi fuit voluntas nocendi;sed si illi non sint doli capaces, non possunt ex animo delinqui, quo casu non tenentur.gl. 1. & 3.ibdem.

Minor delinquẽs non ex animo:sed extra:id est culpa, non committit inexcusabile delictum, cùm per restitutionem in integrum excusetur. glo. non committitur.ibid.

Minori delinquenti ex animo,irrogatur pœna pecuniaria:quia tunc non subuenitur,nisi vt habeatur pro transacto,vel confesso.ibid.

Minores etiam in delictis tenentur.glo. 1. in l.si quis te.6.C.ad leg. Corn.de sicariis.

Minor 14.annorum excusatur à delicto carnis, gl. fi. in l. impunitas. 7. Cod. de pœnis.

Minores generaliter ampliùs puniuntur in simili delicto,quam maiores.gl. non in paruis.in §.sic igitur.in auth.vt iudices sine quoquo.col.2.

Minores de omnib.criminib.accusari possunt excepto crimine carnis. gl. 1. in l. 4. C.de authorit. præstand.

MINVS dicitur,quod nihil est:sed impropriè,& non verè. l. illud. §. si cuius.de tributoria actione. glo. ratio. in l.1.§. hoc verbum. si cui plus, quàm per legem.

Minus recipit etiam, qui nihil recipit. l. si ita à te stipulatus. 150.de verb.sig.

Minus dicere dicitur etiam ille,qui nihil dixit; quia minus dicit,qui nihil dixit. gl.2.& pe.in l...C. vt quæ desunt aduocatis.

Minus dare dicitur ille,qui nihil dedit.gl.diuidi.in l.hac edictali.6.C. de secũd. nuptiis.

Minus soluere dicitur,qui nihil soluit.gl. incurabile. in auth. de exequutoribus. in princ.col.1.

Reliqua verbo, Licet, Plus, Licitum, Maius, Soluere, 1.3. Tardiùs.

MISERIA cõtingit ex inopia,& ex peregrinatione inopia.gl. aguntur.in auth. de exhibend.reis.in princ.col. 5.

Reliqua verbo, Inopia. Mendicare.

MISSILIA dicuntur,quæ iactantur in vulgus, & fiunt occupantium.gl.missilium.in l.nec emptio.8.de contrahend.emptione.

Missilia dicuntur aurum,vel argentum,quod proiicitur:sic dicta,quia mittuntur in vulgus,vt facit Papa,vel Imperator quando coronantur.l.adeò.§.voluntas. de acquir.rerum dominio.

Missilia:hoc est aurum, vel argentum proiicere permittitur prætorib. consulib. vel magistratib.iure Codicis; hodie tamen sublata est illa constitutio per desuetudinem, & soli principi licet aurum spargere, vel proiicere: consulib.tamen licitum est de argento hoc facere:non tamen coguntur.ibid.

Missilia differunt ab habitis pro derelicto: quia qui habet pro derelicto, principaliter vult carere : vnde etiam anteqeàm ab alio apprehendantur, desinunt esse sua;sed iactata in vulgus principaliter,vt alius habeat,licèt secundariò carere velit:tamen post apprehensionem alterius desinit esse dominus.gl.fi.in l. si id,quod.§.fi.pro derelicto.

Missilia, & habita pro derelicto fiunt occupantis. §. pe. Inst. de rerum diuisione.

Missilia dicuntur variarum rerum donaria, quæ imperatores, consulésque liberalitatis causa in perpetuam rei memoriam populo colligenda spargere solebant.gl.missilia.in add.marg. ibid.

Missilia dicuntur ideò:quia in populum mittuntur,vel proiiciuntur,vt illuc currente multitudine possint prætores,& consules pertransire.d.gl.missilia.

Reliqua verbo, Donatiuum, Derelictum.

Missi in genere.nu. 1.
Missio in omnib.bonis,aut pro mensura debiti, 2.
Missio quoad absentem. 3.
Missio quoad primum, & secundum decretum. 4.
Missiones militum. 5.

1 MISSIO in possessionem vt fiat,si non reperiantur res mobiles,vel immobiles, peruenitur ad nomina debitorum, l.ciuitas.quod cuiusque vniuersit.

Missio in possessionem naturaliter inducit dominij translationem. l. si fundus. 16.de fundo dotali.

Missio in possessionem potest fieri in bonis, quæ ad debitorem pertinent iure dominij derelicti,vel vtilis,vel quasi:secùs si nullo iure pertinent. l.is, cui legatorum.§.qui possessionem.vt in possessionem legatorum.

Missio in possessionem quando est facta in parte rei communis, alius, in cuius partem non est facta missio,potest satisdare, & administrationem rei recipere.d.l.is, cui.§.si ex duob.

Missio in possessionem habet vim cautionis.l.de bonis.§.qui pupillo.de Carboniano.

Missio in possessionem ex causa damni infecti habetur loco cautionis.l.si finita. §.si quis damni.& ibi gl.acceperit.de damno infecto.

Missio in possessionem facta pro indebito, quod solutum non poterat repeti, non valet.† reprob.gl.exceptione.in add.marg. ibi in l. 1.§. hæc verba.ne vis fiat ei.

Missio in possessionem ex diffinitiua fit primò in mobilib.deinde in immobilib. posteà in iurib.gl.fi.in l.pacto.14.C.de pactis.

Missio in possessionem potest fieri contra pupillum indefensum: cõtra adultum autem deuenitur ad venditionem.gl.2.in l.4. C. si aduersus rem iudi.

Missio in possessionem non potest fieri per delegatum, vel per magistratũ municipalem : sed per magistratum habentem merum, vel mixtum imperium. gl.competenti.in l.fi. C.de edicto diui Adria.

Missio in possessionem debet fieri à iudice loci, vbi res sitæ sunt, neque ab alio iudice fieri potest.ibid.

Missio in possessionem debet fieri ex testamento in scriptis carente omni vitio. gl.depositionib.ibid.

Missio in possessionem non potest fieri à iudice delegato:rectè tamẽ potest delegatus pronunciare de mittendo.gl.iudex. & gl.omne.in §. si verò etiam. in auth.de exhibend.reis.col.5. in

Missio ipsa in possessionem non potest mandari: sed bene cognitio missionis possessionem.gl.fi.in l.ea,quæ.16.ad municipalem.

Missio in possessionem re ipsa fit per nuncium, & non per delegatum : quia per nuncium non fit missio,vt trãseat iurisdictio:sed vt per eum expediatur: quia quod fit per nuncium;fit per iussum iudicis,& non per delegationem. glos.in possessionem.in l.1. de iurisdictione omnium iud.

Missio in possessionem : hoc est mittere in possessionem re ipsa, vt quis possideat mixti imperij est:si verò intelligatur de pronunciatione diffinitiua inter partes facienda possidere debeat néche, iurisdictionis est, & delegari potest. ibidem.

Missio in possessionem mixti imperij est,& delegari non potest,nisi à principe.l. iubere.& ibi gl. 1.eod.

Missio in possessionem potest competere ex delegatione delegato principis:non tamen alij.gl.1.ibi vel dic.ibid.

Reliqua verbo, Creditor, 45, vsque 50. Debitor, 98. Dona, 3.4. Heres, 103.1 4. Impubes, 2.3.4. Legatarius, 16. 7. Missio, Mulier, 43. vsque 37. Pupillus, 30. Venter, Interdictum, 30. Sententia, 34.

MISSIO in possessionem in omnib. bonis solet fieri ex vna ex trib. causis scilicet vel rei seruandæ causa,vel legatorum seruandorum causa, aut ventris nomine.l.1.quibus ex caus.in possessionem eatur. 2

Missio in possessionem omnibus in bonis fit ex Carboniano, cum heres scriptus postulat bonorum possessionem Carbonianam.gl.1.& 2.ibid.

Missio in possessionem in omnibus bonis non fit ex causa damni infecti:sed tantum fit in illa re,de qua damnum timetur. d.l.

Missio in possessionem bonorum conuenti,qui non fecit potestatem sui, fit, vel quia latitet, & tunc sequitur etiam venditio: sed contra absentem se non defendentem fit tantum missio in eius bonis: sed non venditio.l.2.& ibi gl. potestatem.eod.

Missio in possessionem in omnibus bonis latitantis debitoris non liberat eius fideiussorem.l.heres.22.§.quòd si stipulator.in fi.& ibi gl.debitoris. de fideiussoribus.

Missio in possessionem in omnib.bonis debitoris non dicitur verè successio vniuersalis.gl.obligatum.ibid.

Missio in possessionem tantùm rei petitæ debet fieri,& non in omnib.bonis,quãdo agitur actione reali.gl.audiatur.in l.properandum.§.sin autem reus.C. de iudiciis.

Missio in possessionem olim fiebat in omnib.bonis: hodie pro mensura debiti in actione personali.ibi.& gl.1.in l. satisque.de in ius vocand.

Missio in possessionem hodie fit secundum mensuram debiti declarati, & etiam pro maiori quantitate habita consideratione expensarum.glos. mensuram.in auth.& qui iurat.C. de bonis auth. iudi.

Missio in possessionem potest fieri in omnia bona,quãdo omnia bona petit quis, vel vt debita,vel vt habens hypothecariam in omnib.bonis.gl.pe.in l.3.C. de procuratorib.

Missio in possessionem olim fiebat in omnibus bonis in personali actione, nisi in causa damni infecti, in qua fiebat missio in possessionem illius rei tantum, de qua timebatur damnum, sed in reali fiebat missio in possessionem tantum rei petitæ : hodie verò fit pro mensura debiti declarati gl.priùs.in l.si finita.§. si plures. de damno infecto.

Missio in posionem in actione personali olim fiebat in omnib.bonis:sed venditio fiebat pro mensura debiti declarati : sed hodie vtrumque fit pro mensura debiti. gl.ad modum.in l. præsente. 5.§. cùm autem. Cod. de his, qui ad Ecclesiam confug. & glos. fi. in l. si pacto. 14. C. de pactis. gl. pe. in l. 3. Cod. de procuratoribus.

Missio in possessionem olim fiebat in omnia bona etiam propter quinque solidos,nisi in damni infecti,& legatorum causa:hodie tamen fit secundum mensuram debiti declarati:scilicet in plus,vel in [illegible] lam, vel in tantum, & dimidium:vt si peto centum,quòd mittar in possessionem rerum, quæ valeant ducenta,vel centum,& quinquaginta. † §. [illegible] ne latente. & ibi gl.secundum mensuram.in auth.de exhib.reis.collat. 3.

Reliqua verbo, Citatio, 2.3.

MISSIO in possessionem fit contra quemlibet contumacem, etiam si non latitet:venditio tamen bonorum non fit, nisi contra latitantem fraude.gl.2. in l. satisque.de in ius voc.

Missus in possessionem ex primo decreto ob non præstitam cautionem damni infecti non tenetur rem reficere; licèt habeat pignus prætorium: secùs tamen est in habente pignus conuentionale. d.l. si finita. §. si quis damni. & ibi gl. acceperit.

Missus in possessionem domus ruinosæ, si deposuerit eam sine iussu iudicis, eò quòd parua mora erat ruitura, non tenetur, d. gl. acceperit. ibid.

Missus in possessionem non cogitur dimittere tenutam, nisi etiam de damno, quod post missionem ex primo decreto sibi factam contigit, caueatur sibi, & etiam de expensis factis in refectione, & etiam de damno, quod contingit post iussum demittendo antè realem missionem, dummodò non stetit per eum, quominùs tueretur. d.l. si finita. §. item videamus,

Missus in possessionem ex causa damni infecti non tenetur dimittere tenutam, nisi emendetur sibi damnum præteritum, & etiam caueatur de futuro, & sibi refundantur expensæ factæ in refectione, pro quibus etiam competit actio in factum, dummodò sint rationabiles, & sint factæ siue per eum, siue per alium nomine eius. l. si finita. §. si iam ruerint. de damno infecto.

Missus in possessionem ex causa damni infecti quando recedit de possessione ex necessitate, vel animo retinendi, non perdit prætoris beneficium: secùs si animo deserendi. d.l. si finita. §. si quis.

Missus in possessionem ex causa damni infecti contra alienãtem, & contra eum, in quem domus ruinosa alienata fuit, agere potest hypothecaria: sed si non fuit missus: sed sibi per stipulationem sit cautio damni infecti præstita, aget ipse ex stipulatione. l. si quis missum. §. fi, & ibi gl. pe. eod.

Missus in possessionem si sit quis, eò quòd dominus domus ruinosæ, vel creditor, vel fructuarius, aut superficiarius ex causa necessaria absens non cauerit, ei reuerso redditur possessio, si caueat de damno infecto; priùs tamen petita restitutione in integrum. l. eorum. & ibi gl. 2. & 4. eod.

contra Missum in possessionem in actione reali ante litis contestationẽ, vel quasi propter rei contumaciam, reus, licèt intra annum veniens, audiatur de possessione: si tamen iudex ei terminum statuat, intra quem comparere, & agere, & de iure suo docere debeat, post lapsum terminum non auditur. l. à quo fundus. non auditur. l. à quo fundus. 45. & ibi add. marg. eod.

Missus ex Carboniano statim possidet. gl. non possessionem: & ibi add. marg. in l. 3. §. fi. de acquir. pos,

Missus in possessionem non potest vsucapere, cùm nõ habeat possessionem. gl. integris. in l. à Diuo Pio. 15. §. si super rebus. de re iudic.

Missus primò in possessionem in bonis debitoris si fuit creditor ex testamento, præfertur creditori, qui erat ex contractu: & si ex diuersis causis, titulis, & capitulis: & tunc talis missio non prodest aliis creditoribus, imò nocet; secùs quando omnes creditores essent ex eadem causa. l. cùm vnus. 12. & ibi gl. 1. de bonis author. iudicis.

Missus in bonis ipsius heredis si non fuit admissus, officio iudicis, vel interdicto, ne vis fiat ei, inducendus est in possessionem. l. 3. & ibi gl. potestate. ne vis fia ei, qui.

Missus in possessionem à iudice, eò quòd sibi non cauebatur ex causa damni infecti, si prohibeatur ingredi in possessionem, potest vti interdicto, ne vis fiat ei, contra prohibentem, & etiam si quid damni passus sit, habet auxilium illius interdicti. l. fi. eod.

Missus in possessionem ex causa damni infecti, vel ex alia: putà rei seruandæ, vel simili, si repellatur, habet actionem in factum ex edicto, ne vis fiat ei, contra repellentem. d.l. fi. §. fi. & ibi gl. fi.

Missus in possessionem in actione reali post annum dicitur possidere. † gl. fi. in l. 2. C. vbi in rem actio.

Missus in possessionem si ad venditionem peruenerit, debet de deposito, & venditione fieri instrumentum cum certa solennitate. l. fi. §. final. Cod. de bonis author. iudic.

Reliqua verbo, Miles, 13. Creditor, 45. vsque 50, Debitor, 89. Missio, 1. 2. Interdictum, 31. 32. Carbonianum, Ciuitas, 2.

2 MISSVS in possessionem ex primo decreto non possidet, vt dominus: sed tantùm dicitur habere custodiam, & ius pignoris, nisi in solutum possessio ei detur; quod fit ex secundo decreto, quo casu possidet, vt dominus. l. is, cui legatorum. & ibi gl. 1. vt in possessionem legatorum.

Missus in possessionem primo decreto ex causa legati, vel crediti, vel damni infecti non excludit heredem, vel debitorem, aut damnum inferentem à possessione: quia vterque possidet: quia missus ex primo decreto possidet iure pignoris: sed heres, vel debitor, aut damnum inferens verè possident, & vsucapiunt. d.l. is, cui. & ibi gl. 2.

Missus si sit quis in possessionem rei ex primo decreto damni infecti nomine, & alius similiter sit missus in possessionem eiusdem rei causa legatorum seruandorum, is, qui missus est causa seruandorum legatorum, tenetur satisdare etiã de damno infecto, qui si satisdederit, non aliter debet discedere à possessione, quàm si ei caueatur per heredem etiam eo nomine, quo se damni infecti obligauit. d.l. is, cui. §. si alius,

Missus in possessionem ex primo decreto dicitur possessor, & positus in ea potest petere se tueri in ea. gl. constituere. in l. 3. §. missum. de Carbon. edi.

Missus in possessionem ex primo decreto in causa damni infecti non efficitur possessor, nisi interponatur secundum decretum. ibid.

Missum in possessionem rei ruinosæ ex primo decreto à prætore, si non admiserit quis, potest prætor eum compellere præcisè, etiam captis pignoribus, vel mulcta indicta, vt eum admittat, sed inferior magistratus non poterit cogere, l. dies cautioni. §. 1. & ibi gl. non puto. de damno infecto.

Missus in possessionem ex primo decreto in causa damni infecti, quandoque ex causa efficitur verus possessor. † gl. decedatur. in d. §. 1. & ibi add. marg.

Missi si fuerint in possessionem ex primo decreto æqualiter omnes, qui cautionẽ damni infecti desiderant: qui si non fuerint admissi, vel sint expulsi, agent actione in factum ex edicto damni infecti pro rata damni, & non æqualiter. gl. possessionem. in l. prætoris. §. 1. eod.

Missus in possessionem ex primo decreto debet alteri petenti cauere de damno infecto, aliàs ille secundus mittitur in possessionem cum primo. l. prætor ait. 7. §. 1. eod.

Missus in possessionem ex primo decreto non habet possessionem, sed detentionem tantum. gl. priùs. ad fi. l. si finita. §. si plures. eod.

Missus in possessionem ex primo decreto in personali actione non lucratur fructus: fallit in duobus casibus: scilicet in misso legatorum nomine, & in misso ventris nomine: quia in illis casibus non peruenitur ad secundum decretum, ne illud esset superfluum. ibid.

Missus in possessionem ex primo decreto in actione reali, si est dominus, mox vt missus est, fructus suos facit: quia fructus sequuntur dominum fructuum iure dominij: sed si dominus non sit, post annum facit fructus suos: quia anni lapsus habetur loco secundi decreti, constituitúrque verus possessor: vnde possessionis fructus facit suos. d. gl. priùs. in fi. & ibi add. marg.

Missus in possessionem ex primo decreto non præscribit, antequàm interponatur secundum decretum. d.l. si finita. §. Iulianus.

Missus ex secundo decreto præscribit rem, in quam missus est, si illa res non erat eius, cuius credebatur: aliàs si esset sua, statim ex secundo decreto efficeretur dominus. gl. dominus. ibid. 3

Missus in possessionem ex primo decreto in causa damni infecti, si non fuerit admissus ab aduersario, sequuto posteà damno, poterit agere aduersus eum actione in factum, vt tantum præstet sibi, quantum præstaret sibi, si de eare cauisset: sed antequàm damnum detur, non potest agere actione in factum, si antequàm detur, aduersarius purgauit moram cauendo, vel possessioni cedendo. d.l. si finita. §. fi. cum l. seq.

Missus in possessionem ex primo decreto non possidet, & ideò deiectus non habet interdictum vnde vi; secus est in misso ex secundo decreto. l. damni. 18. §. penultim. & ibi gl. possidere. eod.

Missus in possessionem ex primo decreto tenetur discedere de possessione, nisi sibi in solidum soluatur. l. his consequenter. §. fi. familiæ ercis.

Missus in possessionem ex primo decreto retinet possessionem loco pignoris, donec illi pecunia soluatur: & fructus computat in vsuras debitas per stipulationem, vel per officium iudicis, si erat bonæ fidei contractus. l. si is, qui. §. 1. & ibi gl. in vsuras. de pignoribus.

Missus in possessionem ex primo decreto, si amiserit possessionem, vel sit deiectus, habet actionem in factum ex illo edicto, ne vis fiat ei, & etiam hypothecariam. d. §. 1. & ibi gl. in factum.

Missus in possessionem ex primo decreto in personalibus non possidet intra annum, nec post: sed tantùm dicitur custodire, & habere nudam tenutam. l. 3. §. fi. & ibi gl. non possessionem de acquir. posses.

Missus in possessionem ex primo decreto in actione reali intra annum possidet: sed reuocabiliter: sed post annum irreuocabiliter. † d. gl. non possessionem.

Missus in possessionem ex primo decreto in actione personali non possidet naturaliter, & ideò nec datur interdictum vti possidetis. † d. gl. nõ possessionem. & ibi add. marg.

Missus in possessionem ex primo decreto potest iudex decernere propter nimiã contumaciam rei conuenti, quod lucretur fructus rei petitæ. l. Fulcinius, §. fi. & ibi gl. fi. quibus ex causis in posses. eatur.

Missus in possessionem ex primo decreto in actione reali debet locare, & colere fundum, in quem missus est, nec vllam vim in cultura sustinere debet, cum statim possideat, licèt reuocabiliter; & idem fiet in personalibus, vbi dies solutionis cessit. gl. non restituat. & ibi add. marg. in l. prætor ait. de bonis author.

Missi in possessionem ex primo decreto, etiam si turbentur, non habent interdictum vti possidetis, nec contra se, nec contra alios: quandoque tamen datur contra missos ex primo decreto nomine legati, ventris, vel damni infecti. l. 3. §. creditores. & ibi gl. & in cæteris. vti possidetis.

Missus in possessionem ex primo decreto in actione reali statim possidet ciuiliter, & naturaliter: secùs in actione personali: quia tunc non possidet: sed tunc cùm secundum decretum, vel iudicis præceptum est interpositum. † glo. possessor. in l. pen. § pen. C. de præscriptione 30. vel 40. gl. bonorum. in l. cùm proponas. 9. C. de bonis auth. iud.

Missus in possessionem ex primo decreto in hypothecaria non possidet. ibid.

Missus in possessionem ex primo decreto si ad venditionem peruenerit, debet primò sibi satisfieri, & residuum deponere, vt creditoribus posteà venientibus, & debitum ostendentibus, satisfiat. l. fi. §. fi. C. de bonis auth. iud.

Missus in possessionem ex primo decreto post annum à die missionis efficitur verus, & irreuocabilis possessor, quasi secundum decretum interueniat. gl. occurrerit. in §. igitur ne latente. in auth. de exhibend. reis. col. 5.

Missus in possessionem causa rei seruandæ ali non debet de illis bonis: fallit in casu propter nimiam contumaciam, & in missione causa legatorum seruandorum, & ventris nomine, & in Carboniana possessione. l. Fulcinius. & ibi gl. 1. & add. marg. quibus ex causis in possessionem eatur.

Missus in possessionem causa rei seruandæ non acquirit dominium etiã ex causa dotis. l. in possessionem. 8. C. de bonis author. iud.

Missus in possessionem ex primo decreto causa rei seruandæ, fructus medij temporis lucratur secundum consuetudinem terrarum: sed de iure debet reddere debitori; quod fallit in vno casu. glos. seruandi causa. in §. igitur ne latente. in auth. de exhibend. reis. col. 5.

Misso ventre in possessionem; id est vxore nomine ventris nullus legatarius potest mitti in possessionem causa legatorum: & est hoc speciale fauore ventris. l. cùm venter. & ibi gl. 1. vt in possessionem legator.

Reliqua verbo, Missio, 4. Decretum, 1. 2. 3.

MISSVS in possessionem ex causa legatorum sibi, non alij possidet, & ideò si 4
plures legatarij desiderent se mitti in possessionem, omnes venire debent in possessionem. secùs tamen est in creditoribus, qui causa rei seruandæ mittuntur in possessionem; nam vnus eorum in possessionem missus possidet, non sibi tantùm; sed omnibus: id est ad commodum omnium creditorum possidet, si præsentes veniant intra biennium: absentes verò intra quadriennium, l. is, cui legatorum. §. si plures. & ibi gl. non sibi. vt in posses. legatorum.

Missus in possessionem causa legatorum seruandorum non præfertur ei, qui posteà ex eadem causa: scilicet legatorum seruandorum causa, missus est: quia inter legatarios, quis priùs missus sit in possessionem, non consideratur. d.l. is, cui. §. qui prior.

Missus

Modij, vel mensuræ, atque pondera debent esse ænea, vel lapidea in singulis ciuitatibus, & debent collocari in Ecclesia, vel alio loco publico, vt vnusquisque tributarius sub oculis constitutis rerum omnium modijs sciat, quid debeat susceptoribus dare.l.modios.C.de susceptorib.lib.10.

Reliqua verbo, Mensura, Falsum.

Modo dictio quando repetitur bis, vel ter, exponitur pro aliquando, gloss. modò. in princip. Institut.de pœna temere litigan.

Modò, dictio est demonstratiua præsentis temporis, in princip. Inst. de rerum diuisione.

Modvs adiectus contractui contractum non suspendit, & actione ex eo contractu quis cogitur implere contractum; secus in conditione, l.cùm ab eo.41. & ibi add. margin. de contrahend. empt.

Modus ponitur per *vt*, conditio per *si*, causa per *quia*.glo.1.ibi.& glo.1.in l. mœnia.44.de manumis.testam.glos.1.in l.1.C.de his, quæ sub modo.

Modus mixtus pendens ex facto honorati, & alterius tertij, si deficiat per factum illius tertij, vel per casum fortuitum mortis, non facit deficere legatum. l. si Titio.95.de legatis.1.

Modus legato adiectus habetur pro conditione, & talis modus diminuit legatum: sicut diminuit conditio, nisi modus esset adiectus in fauorem, & securitatem legatarij.glos.1.in l.Lucius.de alimentis, & cibarijs legatis.

Modus est moderatio quædam dispositioni adiecta aggrauans eum, qui honoratur in tempus dispositionis perfectæ. † gl.in rub.de conditio.& demons.

Modi natura est, vt modus adimpleatur. ibidem.

Modus respiciens vtilitatem legatarij intelligitur impulsiuus: sed respiciens vtilitatem tertij dicitur finalis.l.Titio centum.70.eodem.

Modus quandoque de futuro non impedit transmissionem. l. à testatore. 108. & ibi gl.fi.de conditio.& demonstr.

Modus quandoque habetur pro conditione.glo.1.in l.licet.vt legatorum, seu fideicom. nomine.

Modus opponitur obligationi: veluti cùm stipulor decem, aut nouem: nam alterius solutio totam obligationem interimit, nec alterum solum, vel præcisè potest peti, quamdiu vtrumque est; secus si alterum desijt, vel alterum factum sit stipulatoris.l.obligationum ferè.43.§.modus.& ibi gl.peti.de oblig. & act.

Modus adscriptus in legatis, vel fideicommissis pro conditione obseruatur.l.1.C. de his, quæ sub modo.

Modus, & conditio conueniunt inspecto exitu: vt enim, qui non paret conditioni, sic & omnino, qui non paret modo, non habet relictum.gl.2.ibid.

Modus, & conditio differunt inspecto principio: nam in conditione non datur actio, nisi extet conditio: in modo contra; quia datur tunc actio; sed cauebit de adimplendo.d.gl.2.

Modus appellatur, quando continetur onus explicandum ab eo, ad quem refertur.glos.absentia.ad med.in extrauag.ad reprimendum. quo modo in crimine læsæ maiest.

Modus ponitur per *vt*, & idem operatur, quòd conditio, excepto quòd id, quod datur sub modo, & etiam antequàm modus impleatur, petitur: cautione tamen præstita de implendo, quod non est in conditione. glos. fina.in §.si longè. Institut.de legatis.

ad Modum statutum reducitur, quod fit vltra modum. glo.1. in l. placuit. 29. de vsuris.

Reliqua verbo, Infinitiuus, Legatum, 82. 83. Vt, 95. Conditio, Postquam, Sententia, 6.

Molendinvm habens in flumine publico in parte superiore, non poterit restagnare aquam in præiudicium habentis molendinum in parte inferiori. gl. rationis.in l.si quis.§.si initium.de edendo.

Molendinum in flumine publico faciendi priuilegium durat perpetuò.gl.pe.in l. 2.C.de diuersis rescript.

Molendinum si quis habeat in flumine, alius potest suprà facere aliud molendinũ, etiamsi per illud auertatur aqua.† gl.fin.in l.si manifestè.C.de seruitutibus.

Reliqua verbo, Meta, Consuetudo, 10.

Molitio significat constructionem, sed demolitio destructionem. gl.molitio.in l.stipulatio, 21.§.1.de noui operis nunciat.

Reliqua verbo, Domus, 9.10.11. Interdictum, 30.

Momentvm quandoque dicitur paruum tempus, quandoque dies, quandoque tempus decem annorum.gl.2.in l.2.C.quæ sit longa consuetud.

Momentum dicitur quoddam tempus, quod magis intellectu percipi, quàm eloquutione exprimi potest.gl.fin.in l.fi.§.fin.C.de bonis, quæ liberis.

Monachalis vita debet detergere omnem maculã. in princip. in auth. de monachis.col.1.

Monachalem vitam profiteri volentes non promptè mox à præsulibus monasteriorum debent percipere habitum: sed per triennium totum debent tolerare nondum monasticum habitum promerentes: sed debent vti tonsura, & veste eorum, qui laici vocantur, & manere diuina addiscentes eloquia. §.illud codẽ.

Monachalem vitam profiteri volentes præses monasterij debet requirere, vnde eis desiderium vitæ monasticæ accesserit, & discens ab eis, quòd nulla maligna occasio ad hoc eos induxit, debet habere eos inter eos, qui adhuc docentur, & monentur: id est intra nouitios, & experiméto percipere eorum tolerantiam, & honestatam, & dum toto triennio ita permanserint, debet dare eis monasticam vestem: scilicet cucullam, scapularium, & tonsuram.ibid.

Monachalibus vestibus, & actibus vti prohibitum est histrionibus, & generaliter in sæculari vita conuersantibus, pœna contrafacientibus imminente.§.final.in authentic.de sanctissi.episcopis.

Reliqua verbo, Monachus, 1. 2.

Monachatio non delet ingratitudinem filij: sed de iure canonico secus est.glos.maculam.in princip. in auth.de monachis.col.1.

Monachatio non tollit infamiam iuris, vel facti.ibid.

Monachatio est causa liberationis à potestáte diaboli. gl. occasionem. in §. 1. in auth.constitutio, quæ de dignit.& episcop.

Reliqua verbo, Seruus, 31.

Monachus in genere.1.2.

quoad eorum contractus, & bona, & mutuam pecuniam.3.

quoad legata, & eius succedend.4.

quoad agendum, & conueniendum, & eius testimonium, & iuramentum, aduocationem, & iudicaturam.5.

Monachvs dicitur à monos, quod est vnus, quasi solus, & achos, quod est tristis.glos.singul.in §.illud.in authent.de monachis.col.1.& glo.fi.in l.decernimus.26.C.de episcopis, & clericis. 1

Monachus Græcè, Latinè dicitur auriga.glos.archimandrita. in l.nos reddentes. 5.C.de sacrosanctis.

Monachus vnius religionis non potest in aliam transire sine consensu sui superioris, nisi transeat in strictiorem religionem.gl.antepe. in l.qui sub prætextu. 19.C.eod.

Monachus si cœpit esse, quod ipse dicitur, vel vocatur, quid facit in vrbe.gl. fi. in l.decernimus.26.C.eod.

Monachus perfectus, vt quis efficiatur, indiget & diuinorum eloquiorum eruditione, & conuersationis integritate, vt tanta dignus facta sit mutatione. §. in authentic.de monachis.col. 1.

Monachus si consuetudine non admittatur, idem erit in canonico regulari. gl. 1. in l.de quib.de legibus.

Monachus, & seruus æquiparantur.gl.nullum.in l.Pædius.7.§.fin.de arbitris.

Monachus est suus patri, & habet omnia iura suitatis, ac si remansisset in potestate patris. † l.sub conditione.in addit.marg.de liberis, & posthum.

Monachus desinit esse in patris potestate per ingressum monasterij, quatenùs illa patria potestas contradiceret potestati monasterij, & esset damnosa, alioquin secus.ibid.

Moachus, vel conuersus habetur pro mortuo quoad matrimonium soluendum, & lucra ex eo petenda.glos.2.in l.intercedit.58.de condit.& demonstr.

Monacho non licet duorum monasteriorum monachus esse.l.1.in add. marg. de collegiis illicitis.

Monachus accipiens vxorem, vel concubinam, propriæ fortunæ debet reddi: quòd si erat seruus, domino; si curialis, curiæ subiici debet. gloss. fortunæ. in authent.sed neque.Codic.de episcopis.

Monachus accipiens concubinam redditur in pristinam conditionem quantum ad onus sustinendum; sed non quantum ad honores.ibidem.

Monacho nullam mulierem, secum habere permittitur quantumuis non suspectam.glos.2.in authent.episcopo.Cod.eodem.

Monachi non sunt homines.glos.1.in l.generaliter.40.Codic.eodem.

Monachi relicta veræ religionis fide si sequantur hæresim, & dogmata hæreticorum, puniri debent pœnis legitimis, & de sacro imperio expelli debent. l.fi. C.de apostat.

Monachus licèt in minoribus ordinibus constitutus, in quibus aliàs si non esset monachus, potuit habere vxorem: ipse tamen monachus non potest. glos. fin. in l.1.C.si contra matris volunt.

Monachus dicitur capite minutus, & actiones primò in eum, & sibi competentes non extinguntur, cùm possit adhuc conueniri, & respondere per Abbatem, vel per alium.glo.mutatione.in §.1.in auth.de monachis.

Monachus recedens res suas monasterio dimittit.glos.non est masculus.in §. illud igitur.in authen.de monachis.col.1.

Monachus, quòd non est liber, neque seruus, neque masculus, neque fœmina, nihil refert; quia quoad gratiam Dei suscipiendam inter illa nulla est differentia: sed quoad alia est differentia inter masculos, & fœminas; inter liberos, & seruos, cùm sint species oppositæ.dict.§.illud.& ibi gl.non est masculus. 2

Monachi professio fieri, & recipi non debet in laico ignoto infra triennium, & in noto infra biennium; in clerico ignoto infra biennium, sed in noto infra annum probationis.gl.non promptè.ibidem.

Monachi non debent esse diuisi ab alterutris, nec debent vti propriis habitationibus; sed communiter debent concedere, & in communi dormire, vnoquoque in propria quadam stratura iacente, in vna verò domo collocati, & non seorsum, & apud semetipsos: sed in communi testes alterutris sint honestatis, & castitatis.§.cogitandum.eod.

Monachus quoad matrimonium habetur pro mortuo. glos. testis. & ibi addit. marg.ibid.

in Monachis masculis dictum habet locum & in monachis fœminis, & in monacharum monasteriis.§.fi.eod.

Monachi quidam sunt clerici, & isti debent scire literas, alij non sunt clerici, & isti possunt esse etiam illiterati.gl.aut ex clericis. §. igitur. in auth. quomodo oporteat episcopos.

Monachum non facit habitus.gl.vncias.in §.si quando.in auth. vt nulli iudicum. col.9.

Monachi debent morari in vno habitaculo; sed dormire separatim. §. si quis autem ad monasticam.in authent.de sanctis.episcopis.col.9.

Monachi à mulierum consortio procul esse debent.ibid.

Monachæ possunt sibi eligere presbyterum, aut diaconum ab episcopo confirmandum.d.§.si quis autem.

Monachi non debent circuire ciuitates; sed debent permanere in suis monasteriis.§.pen.& ibi gl.competere.eod.

Monachus, qui relicto monasterio ad sæculatem vitam migrauit, militia, quam in sæculo adeptus est, priuatus detruditur in aliud monasterium, & quod post eius ingressum quæsiuit, monasterio, in quod mittitur, applicatur.ibid.

Monachus de vno monasterio ad aliud transiens acquirit secundo bona sine possidenti.gl.bona.in additio.in princip.Institut.per quas person.acquiritur.

Monachus habetur pro mortuo quoad matrimonium: sed non quoad alia: vnde potest esse testis.§.distrahuntur.& ibi gl.lucrum.in auth.de nuptiis.col.4.

Monachi non dicuntur mortui quoad bibendum, & comedendum, & quoad alia. gl.aut serui.in addit.in princip, Institu.de iure personarum.

Monachi habentur pro mortuis quoad actus ciuiles: sed non quoad naturales actus.ibid.

Monachorum subiectio æquiparatur seruili quoad hoc, vt ex eorum stipulatione quæratur, vel non quæratur abbati. rub. de stipulatione seruorum. in add. marg.

Reliqua verbo, Clericus, Conuersio, Conuersus, Seruus, 31.

Monachvs, & syndicus si quam accipiant mutuam pecuniam, abbas tenetur de mutuo, etiamsi nunc sint ipsi fugitiui. liberatur.in l.si non sortem. §. adeò. 3

& ex morte pactum de lucranda donatione.ibid.

Monasterium dicitur locus, in quo monachi simul conuersantur.gl.monasterio-rium.in §.hæc ergo.in auth.de non alienand.col.2.

Monasterij præsul,vel abbas proprium habere non potest:qui tamen celebrando mutuum nomine Ecclesiæ dando creditori rem immobilem pignori, speciali magis ex delicto,quàm ex contractu obligatur naturaliter creditori,† dd.re-prob.gl.præsulem.in add.marg.in §.si autem creditor eod.

Monasterium ingredi volens antequam ingrediatur, rectè potest disponere de suis eo modo, quo vult: sed post ingressum, nullo modo poterit: quia ipso ingressu se,& sua dedicat Deo. auth. hæc constitutio interpretatur. in princ. col. 6.

2 Monasterium debet agere per suum procuratorem.§. si quando autem.& ibi. gl. abstrahi.in auth.de sanctiss.episcopis.colat.9.

Monasterium constructum in diœcesi alicuius episcopi dicitur in dubio esse subiectum illi episcopo,nisi probetur exemptum. §.iubemus igitur. & ibi. addit. marg.eod.

Monasterium ingrediens si notus est, potest incontinenti monachus ordinari, si abbati videatur:sed si ignotus sit,debet differre per triennium, & domino intra illud tempus repetente sibi cum iuramento reddi debet, vel ordinandus est domino redditis reb.& eo redeunte ad sæcularem vitam, domino est omnino reddendus.§.si quis autem ad monasticam.eod.

Monasterium quando est virorum,& mulierum,viri modis omnibus sunt separandi à fœminis reb.communibus inter eos diuisis.ibid.

Monasterium ingrediens non videtur sine liberis decedere, & sic monasterium habetur loco filij.§.sed & hoc præsenti.& ibi.gl.sed & hoc.eod.

Monasterium habetur loco filij:non tamen pro naturali: sed ciuili ad exclusionem substituti.d.gl.sed & hoc.in add.marg.

Monasterium ingrediens non videtur sine matrimonio,cum per ingressum speciale matrimonium contrahatur.d.§.sed & hoc præsenti.

Monasterium ingrediens animo ibi manendi,filiis non extantibus,res eius competunt illi monasterio.§.si qua mulier.eod.

Monasterium ingrediens potest post ingressum bona sua in proprios filios diuidere ita,vt nulli filiorum diminuat legitimam,& pars, quam non dederit filiis,monasterio competit.ibid.

Monasterium ingrediens causa tantum orandi,non censetur se, & sua monasterio dedisse,nisi abrenunciauerit sæculo,& ita siue intret,vt monachus, siue vt conuersus,dummodò renunciet sæculo, dicitur dedisse bona sua monasterio. gl.intrauerit.

Monasterium ingrediens si decesserit ibi,antequàm inter filios diuiserit bona,filij percipient legitimam partem, & reliqua substantiæ pars competit monasterio.d.§.si qua mulier.eodem.

Monasterium ingrediens si non habeat liberos:habeat tamen parentes : parentibus exclusis succedit monasterium,cùm habeatur loco filij, nisi rogatus esset alteri monasterio restituere.† gl.intrauerit.in add.marg.ibid.

Monasterium ingresso habenti liberos permittitur bona sua diuidere inter filios:& illa diuisio dicitur vltima voluntas habens vim testamenti, & agitur contra monasterium tenens omnes res, condictione ex lege. † glos. in proprios.ibid.

Monasterium ingrediens non habens filios,si ante ingressum fecit testamentum instituendo extraneos,certam partem assignando illi monasterio, valet testamentum:nisi monasterio nihil reliquisset in eo,quo casu totum testamentum recuperat monasterium ad instar filij posthumi,qui rumpit, si se præteritum inueniat.† ibid.

Monasterium ingrediens pater.dum viuit,non potest compelli à filiis distribuere bona subuenitur tamen filiis patre viuente, quantum ad alimenta, non vt partem legitimam habeant,nisi post mortem naturalem patris ingressi.gl.persona.ibidem.

Monasterium ingressus pro mortuo habetur.ibid.

Monasterium monacho recusante adire hereditatem, vel ante aditionem mortuo,potest adire suo iure.gl.iussum.in addit. in §. alienus quoque. Inst.de hered.instit.

Reliqua verbo,Ingredi, Conuersus.

MONAZONIVM dicitur collegium clericorum, vel monachorum, vel aliorum ordinum.gl.monazonio. in l.quædam ignauiæ.26.Cod.de decurionibus. libr.10.

MONETAM falsam expendens non punitur lege Cornelia de falsis: sed punitur pœna extraordinaria.l.pe.& ibi.gl.1.de extraord.crimi.

Monetam ciuitatis falsificans vltimo supplicio puniri debet sine appellationis remedio:& domus,in qua fabricata est, confiscatur : sed falsificans monetam principis igne comburitur,& confiscantur omnia eius bona: sed is, qui aliter radit, vel tingit, liber ad bestias damnatur : seruus vltimo supplicio punitur.glos.quicumque.8.& ibi.glo.fin.in addit. marg.de falsis. l.1. Cod. de falsa moneta.

Monetam falsam percutiens si in totum noluit efformare, suffragio iustæ pœnitentiæ absoluitur,nec punitur.l.qui falsam. 19.eod.de fal.

Monetam falsam formare non est perficere:sed formam indere:at efformare est ad effectum formæ perducere.gl. 1.in add.marg.ibid.

Moneta falsa dicitur illa,quæ ab eo cuditur,qui à principe eius cudendæ authoritatem non habet.ibid.

Monetam falsam fabricantes torqueri debent,vt manifestent socios suos, & qui eos accusat,non punitur,si non probet.l.1.C.de falsa monet.

Monetam falsam fabricantem simules permisit egredi de carcere,capite punitur, & appellandi copia ei denegatur.ibid.

Monetam falsam effusione formans reus est læsæ maiestatis, & confiscatis bonis debet igne comburi,& præmium datur accusatori.l.1.C.eod.

Monetam cudere possunt illi,qui habent priuilegium, & permissionem principis,vt Pisani,& aliæ ciuitates.gl.1.ibid.

Monetam etiam rectam fabricans etiam sine principis voluntate punitur, ac si falsam fabricaret.gl.obnoxij.ibid.

Monetam tingens,vel radens non punitur:sicut falsam fabricans.gl.fi.ibid.

Monetam vt sibi liceret cudere,si quis impetrauit rescriptum à principe per obreptionem,non valet rescriptum,& pœnam non effugiet.l.fi.C.eod.

Monetam facere soli principi licet de iure:sed hodie ex concessione principis fit à regibus,& à multis ciuitatibus etiam de ære.gl.in rub.in l.1. Cod.de veteris numism.lib.11.

Monetæ loquutio inter contrahentes intelligitur secundum cursum communem regionis:sed quando statutum loquitur de moneta simpliciter,debet intelligi secundum præsumptionem alterius statuti.gl. solidos. & ibi. add. marg. in §. penul.Inst.de Attiliano tutore.

Reliqua verbo,Falsum,Pecunia,Nummus,Numisma,Debitor,17.

MONETARII: id est adscripti ad cudendam monetam principis in sua conditione semper debent esse,nec liberantur alicuius dignitatis priuilegio. l. 1. C.de murileguli.lib.11.

Monetarij fallantes monetam grauissimè puniuntur : poterunt tamen pœnitere ante perfectionem.gl.1.ibid.

Monetaria non potest extraneo nubere.l.edicimus.C.eod.tit.& lib.

MONIALIVM raptores,& corrumpentes eas, & similium participes capitali pœna,& bonorum amissione plectuntur,bonis raptoris,& aliorum criminum participum applicandis ecclesiæ annali præscriptione contra Ecclesiam currente.§.fi.in auth.de sanctissi.episc.col.9.

MONOPOLA penultima producta dicitur singularis negotiatorum,vel venditorum.gl.in rub.C.de monopoliis.

MONOPOLIVM dicitur à monos,quod est vnum,& polium, quod est venditio,quasi vno,& certo modo faciendi negotiatio,& venditio.† glo. in rub. C. de monopoliis.

Monopolium non potest exercere mercator alicuius vestis, vel piscis, vel alterius cuiuslibet ad victum,vel ad quemcumque vsum pertinentis speciei super reb.vendendis ad certum pretium per se impetrato rescripto.l.1.C.eod.

Monopolium non debet quis exercere,neque illicitis conuersionib. habitis coniurare,aut pacisci vt species diuersorum corporum negotiationis non minoris,quàm inter se statuerunt,venundentur.d.l.1.

Monopolium dicitur, quando vnum genus artificum, vel aliquorum operum professorum conuenticula facit, vt species talis negotiationis minoris non vendantur,quàm statuerint inter se.ibid.

Monopolium exercentes spoliati bonis in exilium damnantur.ibid.

Reliqua verbo,Conuenticula,Colligationes,Dardanary,Coniuratio.

MONSTROSVM contra naturam, ac formam hominum natum non dicitur filius quoad successionem paternam:dicitur tamen filius quoad hoc,vt conditio à matre apposita,si pareret,videatur impleta. † l.non sunt.& ibi glos.1. de statu hominum.

Reliqua verbo, Partus, 1.4.

MONVMENTA: id est documenta à moneo:non à memoria: quandoque verò à memoria dicitur monumentum.gl.monumenta. in §. his igitur solis. in procemio Digestorum.

Monumentum est locus patens ad sepulchrum paratus;sepulchrum verò est locus,in quo aliquis iam sepultus est: quandoque tamen impropriè ponitur pro sepulchro;& contrà,gl...in l.4.communia præd.

Monumentum dicitur quidquid nos monere potest,eius præsertim,ad quod intendimus,vt tituli,sepulchra,statuæ, liberi, & generaliter res memoriæ causa in posterum proditæ, in quod si corpus, vel reliquiæ inferantur, fiet sepulchrum:si verò nihil horum fuerit, dicitur monumentum memoriæ causa factum,à Græcis cœnotaphium dictum : aliquando tamen aliter in iure sumptum inuenitur.d.gl.1.in add.marg.ibi.& l.monumentum. 42.de religiosis, & sumpt.gl.1.in l.4.C.de religios.

Monumentum fieri si testator iusserit,familiæ ercis.iudicio, aut præscriptis verbis vnus ex heredib.contra alios agere potest,vt fiat monumentum. l.his consequenter.§.sed & cùm.famil.erciscund.

Monumentum faciendum si testator mandauit,agitur mandati contra eum, cui testator mandauit.gl.1.in l.qui heres.50.eod.

Monumentum est,quod memoriæ faciendæ gratia existit;scilicet antequàm sepulchrum.l.2.& ibi gl.monumentum.de religios.

Monumentum aliud est,& aliud monimentum.d.gl.monumentum.

Monumentum,quod adhuc purum est,potest quis donare,vel vendere. l.vel quæ paterfam.eod.

Monumentum,quod adhuc purum est,non est religiosum.ibid.

Monumentum generaliter est res memoriæ causa in posterum tradita l. monumentum.42.eod.& gl.1.in l.4.C.de religios.

Monumentum Græci appellat cœnotaphium quasi inane sepulchrum, quòd sine corpore sit.d.l.monumentum.in addit.marg.ibi.

Monumenta quandoque dicuntur termini,à moneo mones,quia monent,& docent quousque protendantur fines : vel dicuntur termini per similitudinem; quia sicut sepulchrum est memoria hominum, sic per terminos finium memoria retinetur.gl.fi.in l.2.C.finium regund.

Monumenta quandoque dicuntur instrumenta,quæ continent alios fines, qui modò immutantur.ibid.

Monumentum impropriè accipitur pro sepulchro. glos. 2. in l. 2. Cod. de religios.

Monumentum propriè,cùm sit res profana,vendi,& obligari potest:secùs quando impropriè accipitur pro sepulchro.ibi.

Monumenti appellatione si veniat sepulchrum,iure dominij nullus id vendicare potest.l.4.C.eod.

Monumenta aliquando dicuntur fines,& termini diuidentes duo prædia vicina. d.gl.1.in add.ibid.

Monumentum tantùm voluntate defuncti coguntur heredes construere ; non iure actionis,quia non est,cui competat : sed officio iudicis.l.militis. 5. & ibi gl.1.C.eod.

Reliqua verbo, Cœnotaphium, Sepulchrum, 1.2.3.Heres, 102.160.Legare,4. Documenta,Munimentum,Paciscens,Legatarius,26.

Mora in genere.num.1.

Quoad moram principalis,& fideiussoris.2.

Quod

difficilis. ibidem.

Mora iure communi commissa habet quinque principales effectus: Primus est: quia facit rem, vel interesse tantum æstimari iudicis officio prout erat tempore moræ, vel cœpit esse posteà perseuerante mora. Secundus quia facit currere vsuras in contractib. bonæ fidei: & in quibusdam contractibus stricti iuris, nempe in legatis, & fideicommissis: Tertius: quia inducit petitionem fructuum in quolibet casu, si petam, quod aliquando fuit meum, vel eius, à quo causam habui: alias exigitur lite contestata in contractibus stricti iuris: sed in bonæ fidei semper sufficit mora sola: quia in casu speciali punit in tertiam partem eius, quod debetur. Quintum habet effectum circa interitum. ibid.

in Mora non constituitur ille, qui habet probabilem causam resistendi, & litigandi propter expensas, & ideò si res ante sententiam perit eo modo, quo esset peritura penes actorem, non tenetur de eius periculo. gl. difficilis. ad med, ibidem.

Mora in personam non fit, nisi præcedat denunciatio. gl. in rem. in l. videamus. 38. eod.

Mora in rem fit, cùm nulla denunciatione opus est, quæ non habet locum semper nisi in persona minoris, & fisci, & reipub. ibid.

Mora re ipsa fit per creditorem pignora distrahentem, ac residuum non restituentem debitori: quia illud cum vsuris ex mora re ipsa tenetur dare debitori. l. in eum. 40. & ibi. gl. 1. eod.

Moram facere non videtur paratus iudicium accipere, si ab aduersario eius cessatum est. l. paratum. 47. eod.

Mora committitur à die interpellationis. † gl. fi. in l. quæsitum. 93. §. fin. de legatis.

ad Moram contrahendam sufficit vna sola interpellatio. l. Titia 89. §. 1. eod.

Mora quandoque non committitur cum effectu per litis contestationem. gl. absoluendus. in l. hoc edicto 5. de vect.

Moram committere propriè non dicitur ille, qui speciem debitam occidit. † l. mora rei. 88. & l. si seruum. 91. de verb. obligat.

in Mora vt quis constituatur, sufficit quòd ei fiat interpellatio extraiudicialis. gl. testato. in l. qui Romæ. 122. §. coheredes. eod.

Mora commissa in vna ex rebus alternatiuè debitis, non videtur commissa in alia re. l. Stichum, aut Pamphilum. 95. §. tametsi. & ibi. gl. nullo de solutio.

Moram committens in rem tenetur etiam de casu fortuito. l. fin. de condict. ob turpem caus.

Moram in soluendo si commisit condemnatus, tenetur de interitu rei, & accessionibus. l. si longis. 7. Cod. de exequutione rei iudic.

Mora re ipsa sine interpellatione in bonæ fidei contractibus, fideicommissis, vel legatis contrahitur fauore minoris. l. 3. C. in quib. causis in integrum.

Reliqua verbo, Debitor, 29. 30. Denunciatio, 1.

4 MORÆ purgatio, vt fiat, requiritur, vt fiat intra modicum tempus, & quod ius actoris non sit factum deterius. l. & si post. si quis cautio.

Moræ purgatio non impedit obligationem ipso iure: sed solùm parit exceptionem. ibid.

Moræ purgatio vt fiat, intra paucos dies post moram, intra quos debeat fieri, est in arbitrio iudicis. † gl. 1. ib.

Mora purgari potest ante litiscontestationem in stipulationibus puris: & non pœnalibus: sed non potest in pœnalibus, nisi in stipulationibus pœnalibus iudicialibus, in quibus mora purgari potest. † gl. fin. ibid.

Mora, quando dies, & pœna apponitur in iudiciis, non purgatur in pertinentibus ad decisionem: secùs in his, quæ pertinent ad præparationem. gl. 1, in l. Celsus. de arbitris.

Mora furis sicut tollitur delegatione, quando dominus furem delegauit alij creditori; ita quando dominus ipse stipulatur, tollitur ipsa nouatione furis. gl. fi. in add. marg. in l. parui. 17. de condictione furtiua.

Mora furis purgatur per oblationem, velper stipulationem animo nouandi factam, siue præsens sit res furtiua, siue non, vel per stipulationem non animo nouandi, si res præsens sit, non aliàs. d. l. parui. & ibi. l. fi. & glos. difficilis. in addit. marg. in l. mora. 32. de vsuris. & gl. 1. in l. subtracto. 9. C. de vsur. gl. offerente. in l. semel mora. 27. solut. matrim.

Moram non purgat quis ex eo, quòd sit paratus iudicium suscipere. l. fi. de condictione furtiua.

Moræ iusta causa in parte rei debitæ non tollit in alia parte moram. l. qui solidum. 80. de legat. 2.

Mora specialis solo cursu temporis purgatur. gloss. vsuras. in l. Titia. 89. §. 1. eodem.

Moræ purgatio quoad actionem consequendam non admittitur. l. Thais. 41. §. intra cætera. & ibi. gloss. non idcircò. & ibid. addit. margin. de fideicommis. liberta.

Moræ purgatio licèt aliàs admittatur, vbi non est dies, vel pœna, tamen hoc non habet locum, vbi præcessit geminata interpellatio, & per consequens geminata mora. l. traiectitiæ. in add. marg. de actio. & obliga.

Mora potest purgari in stipulationibus iudicialibus, & in arbitriis, vbi dies, & pœna est gl. moram. in l. interdum. 73. §. fi. de verb. oblig.

Mora commissa in stipulationibus faciendis potest purgari ante litis contestationem super interesse. l. si insulam. 84. eod.

Mora non potest purgari, si res desiit posse præstari. l. si seruum 91. §. sequitur. eodem.

Moræ purgatio permittitur ex æquitate contra iuris rigorem. d. §. sequitur. & ibi. gl. de bon.

Moræ purgatio non admittitur, vbi dies, & pœna adiecta sunt, etiam si intra terminum, aliquid collatum sit l. qui Romæ. 122. §. Callimachus. in add. marg. & gl. interesset. in add. marg. in l. si ita. 135. §. 1. de verb. oblig.

Moræ purgatio admittitur post moram, & diem, vbi est adiecta pœna ab homine, & non dies, dummodò super pœna non sit lis contestata. d. l. qui Romæ. §. Flauius. & ibi. gl. liberetur.

Moræ purgatio ex parte creditoris, vel actoris ad actionem conseruandam admittitur intra modicum tempus, si aduersarij non interest. l. si ita quis permiserit. 135. §. 1. eod.

Moram purgare ex parte creditoris licitum est etiam ex interuallo, quando non stetit per eum, quominùs incontinenti, vel intra modicum tempus eam purgaret. ibid.

ad Moræ purgationem admittendam æquiparatur obligatio dandi, & faciendi. l. continuus. 137. §. item qui insulam. eod.

Mora purgari potest à fure, vel violento per oblationem rei furtiuæ, vel vi possessæ: intellige sequuta peremptione. gl. 1. in l. subtracto. 9. C. de furtis.

Mora purgari potest à fure, vel violento per stipulationem: veluti si stipuletur animo nouandi à fure id, quod ex causa furtiua, vel vi possessa ipse fur, vel violentus dare tenetur. ib.

Mora pœnalis stipulationis non potest purgari: secùs in iudiciis & in arbitriis. gl. fi. in l. magnam. 12. C. de contrab. stipul.

Mora commissa purgatur tempore. gl. pe. in l. obsistere. C. de annonis, & tribut. lib. 10.

Moræ purgatio admittitur vsque ad litis contestationem, vbi pœna apponitur: sed non dies: sed vbi pœna, & dies apposita est, moræ purgatio non admittitur de necessitate: sed si sponte receperit, petitio pœnæ tollitur ei. l. si cùm dies. §. fi. cum duab. seqq. de arbitris.

Mora purgatur, nisi iudicium sit acceptum per litis contestationem, vt nisi actoris intersit ante moram solui. gl. 1. in l. vtique. 27. & d. l. fi. & ibi. gl. fi. eod.

Moram dicitur purgare obligatus facere insulam, si ante litem contestatam super interesse, incœpit ædificare insulam, nec cogitur litem contestari super interesse. l. si insulam. 84. de verb. oblig.

Moræ purgatio admittitur vsque ad litem contestatam super interesse, nisi creditoris, vel actoris intersit vltra meram æstimationem facti promissi. † gl. 2. ibid.

de Moræ purgatione quoad effectum euitandæ pœnæ, purgatur pœna etiam post litis contestationem: secùs verò quando agitur ad effectum vitandi præstationem damni. glos. fuerit. & ibid. add. marg. in l. si seruus communis. 8. de noxalib.

Moræ purgatio non admittitur post litis contestationem. l. si insulam. 84. de verb. oblig.

Mora commissa in non defendendo potest purgari vsque ad sententiam: sed post sententiam, vel absolutionem non potest purgari. l. 3. §. fi. & ibi. gl. fi. & l. seq. iudicatum solui.

Moræ purgatio non habet locum facta exequutione legis, vel hominis. l. iam tamen. 5. in addit. marg. eod.

Mora quandoque potest purgari post litis contestationem. glos. fin. in l. 3. §. fi. eodem.

Moræ purgatio licèt non habeat locum post exceptionem legis, vel hominis: si tamen exequutio tantùm pro parte sit facta: pro residuo, & diuiduo mora purgari poterit. l. si ex duobus. 14. eodem.

Moræ purgatio admittitur soluendo interesse. l. si cùm dies. §. fi. cum l. seq. & ibi gl. tunc solui. de arbitris.

Moram reus purgare potest, si vult omnem indemnitatem præstare actori propter æqualitatem litigantium. gl. 1. in l. vtique. 17. eod.

Mora purgatur quantum ad euitandum interitum per solam oblationem in his, quæ recipiunt solam oblationem: non etiam consignationem, vt depositionem, vt in equo, & homine; sed in his, quæ recipiunt consignationem, & depositionem, vt pecunia, debet fieri consignatio, & depositio. glo. difficilis. & ibid. add. marg. in l. mora. 32. de vsur.

Mora non purgatur ipso iure per oblationem quantitatis; sed bene ope exceptionis. l. interdum. 73. §. fi. de verb. obligat.

Mora purgatur ipso iure per oblationem speciei debitæ etiam post litis contestationem, nisi actoris intersit, vel nisi sit pœna apposita. d. §. fin. & ibi. glos. moram.

Moræ purgatio admittitur vsque ad sententiam. † gl. fi. in l. siue apud. 28. Cod. de transactio.

Moræ purgatio admittitur vsque ad litis contestationem tantum, & non posteà in lite: intellige verum, si mora præcessit litis contestationem: secùs si postea fuisset; quia tunc vsque ad sententiam potest. glos. fi. in l. si maior annis. 36. C. eodem.

Mora purgatur etiam post litis contestationem, vbi plus debito exigitur. ibid.

Reliqua verbo, Purgatio.

MORARI dicitur quis ibi, vbi cum familia sua moratur. l. vxori. 32. de legat. 3.

Morari cum aliquo etiam si teneatur quis: non tamen tenetur eum sequi: sed hoc declarabitur boni viri arbitrio. l. Mæuia. 13. §. fi. de annuis legatis.

Morari cum filio, si quis teneatur, non tenetur omni momento esse cum eo: sed sufficit quòd habeat eam mentem, & id propositum, ne filium à se dimittat, néve per eum stet, quominùs cum eo filius educetur. l. si quis ita legauerit. 16. de conditio. & demonstr.

Reliqua verbo, Habitatio, Legatum, 13. 15. 26. 27. 29.

MORBVS sonticus dicitur morbus nocens cuilibet rei, quam quis agere vult. gl. sontico. in l. 2. §. si quis iudicio. si quis cautio. l. quæsitum. 60. de re iud. & l. morbus. 113. de verb. signific.

Morbus dicitur corporis: sed vitium dicitur animi. gl. 1. in l. pacisci. de pactis. gl. morb. in l. 1. §. aiunt. de ædil. edict.

pro Morbo corporis ponitur nomen vitium in edicto ædilitio. gl. morbi. in l. 1. §. aiunt. de ædil. edicto.

Morbus est habitus cuiusque corporis mancipij, vel liberi hominis contra naturam, qui vsum eius ad id faciat deteriorem, cuius causa natura nobis eius corporis sanitatem dedit. d. l. 1. §. sed sciendum.

Morbus quandoque accidit in toto corpore, veluti febris: quandoque in parte, veluti cæcitas; licèt homo ita natus sit. ibid.

Morbus multum differt à vitio, veluti si quis balbus sit: nam is sanus est in corpore: sed vitiosus est in animo, & ideò magis dicitur vitiosus, quàm morbosus; sed verbis ædilitij edicti morbus, & vitium pro vno, eodémque accipiuntur: scilicet pro morbo corporis. ibid.

Morbus dicitur verbis ædilitij edicti quidquid est vitij, & econtrà quidquid est

morbi

Mortis causa capere dicitur, qui pretio accepto repudiauit hereditatem, siue hereditas ob id perueniat ad substitutum, siue ad venientem ab intestato. l. qui pretio. 8. de donat. causa mortis.

de Mortis causa capione non detrahitur Falcidia, quando procedit sine voluntate defuncti: sed quando procedit de voluntate defuncti, vt quia heres dat alij, tunc heres detrahit Falcidiam: secùs si sibi detur. gl. videtur. ibid.

Mortis causa capio à donatione differt: quia mortis causa capio datur tam ab alio, quàm à defuncto, & potest esse contra voluntatem defuncti: sed donatio causa mortis à defuncto quandoque traditur, vel permittitur, & fit eius voluntate. ibidem.

Mortis causa capi dicitur, quidquid propter alicuius mortem obuenit. ibi.

Mortis causa capi dicitur quidquid à statulibero conditionis implendæ causa capitur, vel à legatario, vel quod pater dedit propter mortem filij, vel cognati. ibid.

Mortis filij causa potest donare pater ita, vt si conualuerit, filius, ipsi patri donanti reddatur. ibid.

Mortis causa capere possunt omnes, quibus legari potest. l. oneribus. 9. eod.

Mortis causa capi dicitur id, quod capitur occasione mortis alterius, etiam si illicitè, & per calumniam, & præter voluntatem defuncti. l. si mulier 12. eod.

Mortis causa capio latiùs patet, quàm mortis causa donatio. gl. fi. in l. eum, qui. 21. eod.

Mortis causa capere dicitur etiam ille, qui vt adiret hereditatem, pecuniam accepit à creditoribus, vel à legatariis, vt legata non valerent hereditate non adita. d. l. eum, qui. 21. & ibi. gl. 1.

Mortis causa capio nuncupatur quidquid occasione mortis alicuius capitur exceptis capiendi speciebus, quæ proprio nomine appellantur, & ideò qui hereditario, aut legati, aut fideicommissi iure capit, ex morte alicuius nanciscitur capiendi occasionem, tamen cùm habeant propria nomina non continentur sub mortis causa capione propria. l. mortis causa. 31. eod.

Mortis causa capio sine donatione dicitur, quando heres vel alius extraneus capit pecuniam causa adeundæ, vel repudiandæ hereditatis, quam statuliber causa habendæ libertatis, vel legatarius causa habendi legatum, vel quando legatarius capit, vt legatum omittat. l. mortis causa. 31. §. sine donatione. eodem.

Mortis causa donatio differt à mortis causa capione: quia mortis causa donatio dicitur, quando præsens præsenti donat causa mortis: sed mortis causa capio dicitur illa, quæ in speciem donationum, putà donationis mortis causa, legati, vel fideicommissi non cadit. l. inter mortis. 38. eod.

Mortis causa capere non potest ille, qui nec ex testamento capere potest legati, vel fideicommissi nomine, vel nec donatione causa mortis. † dd. reprob. gloss. 1. ibid.

pro Mortis causa capione non est prodita actio: sed bene pro donatione causa mortis. gl. 2. ibid.

Mortis causa capi dicitur illud, quod statuliber implendæ conditionis causa dedit heredi, vel quod heres implendæ conditionis institutionis causa dedit. d. l. inter mortis.

Mortis causa capio dicitur, quæ ex testatoris liberalitate nõ proficiscitur, nec peti potest: vt debitum. gl. 1. in l. si mortis. 5. C. ad legem Falcid.

Mortis captandæ votum quando inducitur ex dispositione, vt quando substituit filiis adinuicem: actus tamen valet. l. de fideicommisso. 11. C. de transactio.

Reliqua verbo, Donatio, 18. vsque 27. Donare, 2. Donans, 3. Donatarius, 3.

3 MORTIS causam præstans non Aquilia: sed in factum actione legis Aquiliæ tenetur. l. qua actione. 7. §. sed etsi quis. ad leg. Aquil.

Mortis causam præstare dicitur ille, qui venenum pro medicamento dedit alicui, & in factum legis Aquiliæ tenetur, si damnum sequutum sit. d. §. sed etsi. & ibi. gl. sed in factum.

Mortis causam præstare dicitur ille, qui furenti gladium porrexit: & si homicidium sit sequutum, tenetur in factum legis Aquiliæ actione. ibi.

Mortis causam præstare dicitur ille, qui tenuit, licèt alius interemerit, & ideò in factum actio datur contra tenentem. l. item Mela. §. si alius. eod.

Mortis causam præbens alicui per lasciuiam, & culpam, in quinquennium relegandus est. l. 4. ad leg. Cornel. de sicariis.

Mortuus in genere. num. 1.

Mortuum inferens in locum sacrum, vel non. nu. 2. 3. 4.

1 MORTVVS omnis non dicitur occisus: sed quilibet occisus dicitur mortuus. gl. 1. in l. proinde. 25. ad legem Aquil.

Mortuo iudice si alius subrogatus sit, ipse subrogatus iudicare debet ex actis, quæ coram mortuo fuerunt producta. l. mortuo. 60. de iudiciis.

Mortuo seruo, si quis in iure interrogatus confessus est suum esse illum, non tenetur ille noxali conuentus. l. si ante aditam. de interrog. actio.

Mortuus quandoque per gloriam viuere intelligitur. gl. fi. in l. fi. de his, qui notantur. infa.

Mortuus ad nullum est vsum. gl. 1. in l. promissor. 23. de constit. pecun.

Mortuo seruo post moram eius corpus est in obligatione: sed exequutio, vel solutio debet fieri in æstimatione, quæ tanquam debita potest constitui. glo. 2. in l. promissor. 20. de const. pecun.

Mortuo legato Cæsaris ante finem anni, salarium residui temporis debetur comitibus vsquequo se cum aliis non collocauerint. l. diem. 22. & ibi. gloss. 1. locati.

Mortuus per neminem potest defendi, neque tenetur aliqua actione. glo. quemadmodum. in l. si præcedente. 58. mandati.

Mortuus potest offendi adeò, quòd quis priuetur relicto. glo. fi. in add. in l. 1. de his, quib. vt indig.

Mortuus dicitur abesse ex iusta causa. gl. ius. in add. marg. in l. cùm quasi. 30. de fideicommis. libert.

Mortuus si resuscitatus fuerit, recuperat omnia bona, & tenetur creditoribus suis. gl. 1. in l. seruus effectus. 28. de actio. & oblig.

Mortuus non dicitur debere; sed debuisse. l. qui Romæ. 122. §. Augerius. & ibi. gl. non extitisset. de verb. oblig.

Mortuo pœna inferenda non est. l. 1. & ibi. add. marg. si pendente appellat.

Mortuus apud hostes fingitur mortuus prima hora captiuitatis. l. in bello. §. si quis capiatur. de captiuis.

Mortui nati, neque nati, neque procreati videntur: quia nunquam liberi poterunt appellari. l. qui mortui. 129. de verb. signif.

Mortuus ciuiliter censetur in metallum damnatus. glo. 3. in l. res vxoris. 24. C. de donatio. inter vir.

Mortuum esse aliquem sufficit probari per famam. † gl. 1. in l. si quidem. 5. C. soluto matrim.

Mortuus potest accusari de crimine propter bona. gloss. 3. in l. fin. Cod. de adulteriis.

Mortuo vestem auferens vi armata capite plectitur, si sine armis metallo punitur: gl. tricliniis. in l. pergit. C. de sepulchri violat.

Mortuum esse, & natum non esse paria sunt. gl. moriantur. in §. quoniam autem infirmas. in auth. de nuptiis. col. 4.

Mortuis, & moribundis, & funerib. eorum, & familiæ, domui, & reb. eorum creditores iniuriam inferre prohibentur absque iudiciali decreto pœna contrà facientibus imminente. §. 1. in auth. vt defuncti, seu funera eorum. col. 5.

Mortuus, & extinctus dicitur ille, qui ab aliqua dignitate, vel officio cum dedecore remotus est. l. 1. & ibi. add. marg. C. de primicerio. lib. 12. & l. bello. 21. & ibi. gl. 1. de excusa. tutorum.

Mortui pro republica intelliguntur in perpetuum per gloriam viuere: sicut è contrà, qui viuunt, per vituperium finguntur mortui, vt deportati. §. hi enim, qui. & ibi. gl. per gloriam. Inst. de excusa. tut.

Reliqua verbo, Cadauera, Vulnus, Vulneratus, Accusatio, 18. 27.

MORTVVM in locum alienum inferens, vel inferri curans, tenetur actione in factum. l. 2. de religios. 2

Mortuum in locum alienum inferre dicitur ille, qui in agro, vel ædificio alieno intulit. ibi.

Mortuum in locum proprietarij si fructuarius intulerit, tenetur domino proprietatis. d. l. 2. §. sed & fructuarius.

Mortuum in locum communem ignorante socio si intulerit socius, potest conueniri à socio actione in factum, vel familiæ ercis. vel communi diuid. nisi socius inferatur. d. l. 2. §. an & socius. & ibi. gl. conueniri.

Mortuum, vel ossa hominis mortui inferens in locum purum alterius, tenetur actione in factum ad pretium loci, aut vt corpus tollat, & pœnæ pecuniariæ centum aureorum subiicitur. d. l. 2. §. prætor ait. & ibi. gl. actione. & gl. pecuniariæ.

Mortuum inferens in sepulchrum alienum, tenetur actione in factum de sepulchro violato, & punitur in centum aureis. ibid.

Mortuum inferre dicitur ille, qui sepulturæ causa infert. d. §. prætor.

ad Mortuum naturaliter videtur pertinere locus, in quem infertur: præsertim si in locum à se destinatum inferatur. l. scriptus. eod.

Mortuum inferens in alienum locum vel eum tollere, vel loci pretium præstare cogitur per actionem in factum, quæ heredi, & in heredem datur, & perpetua est. l. is, qui intulit. eod.

Mortuum si quis inferat in alienum locum, in arbitrio eius est, vel eum tollere, vel loci pretium soluere, & fauore religionis dominus loci cogitur ei vendere. gl. 1. ibid.

Mortuum inferens in alterius arcam lapideam, in qua mortuus adhuc non est conditus, tenetur vtili actione in factum ad tollendum, quod intulit, aut ad arcæ pretium. d. l. is, qui.

Mortuum inferens in alterius arcam lapideam, in qua mortuus non est conditus, propriè non dicitur inferre in sepulchrum, vel in locum alterius: quia locus dicitur fundi portio, & sepulchrum, quod in loco fit, est terrestre, & sub terra. d. l. is, qui. & ibi. gl. fin.

Mortuum, vel ossa mortui, si in alterius locum sint illata, non potest dominus loci illa eruere, vel effodere sine decreto, & iussione pontificis, vel principis: alioquin aduersus eum, qui eiicit, agetur hereditaria actione iniuriarum, l. ossa. & ibi. glo. fore. eod.

Mortuum inferens in locum publicum tenetur actione in factum; & si dolo intulerit, extraordinem modica coertione puniri debet: sed si sine dolo malo, absolui debet. d. l. ossa. §. si in locum.

Mortuum inferre prohibitus in locum, in quo ius inferendi habet, potest aut statim vti interdicto vti possidetis, aut aliò inferre, & posteà in factum agere contra prohibentem, per quam cõsequetur quanti eius interfuit, prohibitum non esse. l. liberum. & ibi. gl. 1. eod.

Mortuum inferre si sit quis prohibitus in locum, in quo ius inferendi habet, & ob id aliò intulerit, contra prohibentem habet actionem in factum ad pretium loci empti, in quo intulit, & ad conducti mercedem, si conduxerit, & ad loci sui pretium, quem locum ipse nisi coactus religiosum facturus non esset. ibid.

Mortuorum corpora, & ossa ne detineantur, aut vexentur, aut ne prohibeantur, quominùs via publica transferantur, aut quominùs sepeliantur, ad officium præsidis pertinet. l. nec corpora. 18. de religio.

pro Mortuo inferendo habet locum officium præsidis, & interdictum, & actio in factum de mortuo inferendo: impedienti tamen non imponitur pœna. gl. 1. ibid.

Mortuum inferens in locum, ac deponens ad tempus animo inde aliò transferendi, potest transferre etiam sine alicuius authoritate: quia locus ille manet profanus, non religiosus, nec sacer factus est. l. si quis eo nomine. 40. & ibi gl. 1. eod.

mortuum inferens, & tradens perpetuæ sepulturæ potest transferre eum iusta de causa cum præsidis authoritate: sed sine causa tunc cum principis authoritate. d. gl. 1.

mortuus extraneus si infertur in locum plurium, omnes consentire debent, vt fiat religiosus. l. si plures. 11. eod.

mortuus vnus ex sociis rectè potest sepeliri in loco communi, etiam sine cæterorum sociorum consensu, maximè si alius non sit locus, in quo sepeliatur. ibi.

mortuum si intulerit dominus proprietatis in fundum, cuius vsusfructus est alie-

nus,

1 MVLIER propriè, & strictè sumendo dicitur illa, quæ est corrupta; quandoque tamen appellatione mulieris continetur etiam virgo. gl. 2. & ibi. add. marg. & gl. fin. in l. alioquin. 11. de contrahend. emptione. gl. mulierem. in l. quæritur. §. mulierem. de ædilitio edicto. gloss. seruus legatus. 79. & ibi. gl. virgine. de legat. 3.

Mulierem fieri grauidam est vitium naturale ipsius mulieris. gl. grauida. in l. 2. §. si non propter. si quis cautio.

Mulier tenetur viro reddere debitum de iure diuino. ibid.

Mulier, & rusticus in iure æquiparantur. l. 1. §. fi. de edendo.

Mulierum genus est auarissimum. gl. ex contrario. in l. Nesennius. de nego. gest. & gl. 1. in l. quæ dotis. 34. solut. matr. & gl. ætatis. in l. 2. C. de his, qui veniam. & gl. fi. in l. si à sponso. 16. C. de donat. ante nupt.

Mulier ex quo concepit, non potest iterum concipere, antequam pariat: euenire tamen potest quòd postquam conceperit, possit concipere, antequàm pariat. gl. quadragesimum. l. 3. si pars heredita. peta.

Mulier circumscripta non per omnia est priuilegiata; sicut minor 25. ann. l. fi. ad Velleian.

Mulier cùm proficisceretur ad maritum, arcam clausam cum veste, & instrumẽtis commendauit Titiæ ita, quòd si salua, & sana venerit, restitueret sibi: sed si moreretur, restitueret filio suscepto ex altero marito; si ipsa decederet intestata, arca commendata restituenda est filio per actionem vtilem depositi; non autem marito ex pacto de lucrandis rebus suis post mortem suam. l. Publia. & ibi gl. fi. depositi.

Mulier, si prædium alienum Titio obligauit, posteà Mæuio non simpliciter: sed Titio desierit esse obligatum, domina facta illius prædij, marito in dotem æstimatum dedit, si Titio soluta sit pecunia debita, pignus Mæuij non conualescit, cum eo tempore, quo conditio euenit, in bonis mulieris debitricis nõ reperiatur. l. qui balneum. §. fin. & ibi. gloss. posteà Mæuio. qui potiores in pignore.

Mulier ideò quòd sit prægnans, non dicitur morbosa, etiam si aliàs haberet vitium in corpore. l. quæritur. & ibi. gl. 1. de ædilitio edicto.

Mulierum maximum, ac perpetuum munus est concipere, ac tueri conceptum. d. l. quæritur.

Mulier ita arcta, vt mulier fieri non possit propter viri, vel naturæ potentiam, sana non videtur. d. l. quæritur. §. mulierem.

Mulier, quæ bis in mense purgatur, sana non est; item quæ non purgatur, nisi propter ætatem accidat. l. quæ bis. 15. eod.

Mulier, quæ alterius concubina, quàm patroni fuerit, non dicitur habere honestatem matrisfa. l. stuprum. 41. de ritu nuptiarum.

Mulieri non est ignoscendum, etiam si propter paupertatem turpissimam vitam eligit. l. palam. 42. §. non est. eod.

Mulier etiam propter paupertatem turpissimam vitam eligens non potest ferre testimonium. gl. elegit. ibid.

Mulier quidquid quærit, præsumitur quæsiuisse ex bonis viri, vel eius, sub cuius potestate est gratia quæstus turpis euitandi, quæ causa cessat soluto matrimonio morte. l. Quintus. 52. & ibi. gl. 1. de donat. inter.

2 Mulier dicitur socia diuinæ, & humanæ domus mariti. l. ex diuerso. 18. & ibi. gl. fuerit. soluto matrim. l. 1. & ibi. gl. societas. & gl. fi. & add. marg. rer. amot.

Mulier si debitorem inopem ignoranter accipiat animo nouandi, non perimitur actio de dote. l. si cùm dotem. 23. §. si mulier. solut. matrim.

Mulier si rem mariti eo prohibente commodauerit, & ea res periisse dicatur, statim fit deductio æstimationis illius rei commodatæ de dote, quam petit mulier soluto matrimonio, nisi marito non prohibente commodasset: quia tunc mulieri petenti dotem integra dos restitui debet soluto matrimonio, si ipsa caueat marito, quòd intra modicum tempus à iudice statuendum perquiret rem commodatam, & restituet marito, aliàs quòd præstabit eius æstimationẽ. l. si constante. 25. §. pe. & ibi. gl. 1. & fi. eod.

Mulieri tempus, quod datur soluto matrimonio ad restituendas res mariti, quas non prohibente eo commodauit, arbitrarium est iudici. † gloss. tempus. & ibi. add. marg. 6.

Mulier quidquid debet marito filiofa. ob res donatas, vel amotas, aut ob impensas, dicitur esse in peculio filij, & ideò illud poterit compensare cum dote. † l. si filiof. 26. & ibi. gl. præstandum. & ibi. add. marg. eod.

Mulier contra virum retinet extantes res, quas marito debet, & compensat cum dote, quando quantitas vtrinque debetur. † d. l. si filiof. 26. eod.

Mulier tenetur stare locationi factæ per virũ, & ideò cauetur de interesse, si cõtrà fecerit; & pensio post solutum matrimonium spectat ad eam, & ideò vir tenetur cauere ei de restituendo, si eam perceperit. d. l. filiof. §. fi.

Mulieres olim grammaticam legere solebant. gl. instituerctur. in l. 4. vbi pupillus educari.

Mulier non potest esse testis in testamento; quia fragilis, & corruptibilis est: in codicillis autem rectè potest esse, cùm & inuiti ad eos admittantur. gloss. non poterit. in l. qui testamento. 20. §. eum, qui. de testamen.

Mulieres linum, & lanam appetunt. gloss. in lana. in l. cum quæreretur. 58. de legat. 3.

Mulieres largè dicuntur omnes quæcumque sexus fœminini sunt; quandoque tamen non. l. argumento. §. muliebri. & ibi. gl. fœminini. de auro, & argento.

Mulier potest esse munda, non tamen ornata, vt contingit in ea, quæ se emundauit in balneo lota; sed non ornata: & contrà potest esse aliqua, quæ ex somno statim ornata; non tamen emundata est. d. l. argumento. §. mundus.

Mulieres bonæ contristantur de morte virorum suorum: sed malæ gaudent. gl. quia morte. & ibi. add. in l. pater Seuerinam 101. §. pe. de condit. & demonst.

Mulieres omnes regulariter sunt malæ. ibid.

Mulieres diligunt viros suos etiam vltra filios. ibid. 3

Mulieris caput vir est; sed non econtrà. l. 2. & ibi. add. marg. de iniuriis.

Mulieri abducens comitem, vel affectans comitem, & qui attentauit eius pudicitiam blanda oratione contra bonos mores, tenetur actione iniuriarum prætoria. l. item apud. 15. §. tenetur. de iniuriis.

ex Mulierum nimia conuersatione insurgit, contrahitúrque infamia. d. l. item apud. §. aliud est. & ibi. add. marg.

Mulierem puellam aliqua violentia interpellans corrupto comite, vel abducto ab ea, quidve causa impudicitiæ faciens, aut præbens domum, aut dans pretium, quo id persuaderet, perfecto flagitio, capite punitur; imperfecto autem in insulam deportatur, & comes corruptus vltimo supplicio afficitur. l. 1. §. fi. de variis, & extraord.

Mulier inhonesta non tenetur ad pœnam stupri. gl. pœnæ. in l. mater autem. §. fi. de adulter.

Mulier inhonesta dicitur, quæ meretricio more viuit. d. gloss. pœnæ. in addit. marg.

Mulier, quæ semel fuit vulgaris, si posteà stat innupta, & sine viro; accessus ad eã est impunitus, gl. vulgaris, in l. si vxor. 13. eod.

Mulier iustè errat in iure. gl. scripserat. in l. Diuus. 15. §. pe. de falsis.

Mulier potest facere testamentum, licèt non possit in eo esse testis. d. §. pe. in add. marg.

Mulieris appellatione largè, etiam virgo viripotens continetur: largissimè sumitur pro omni persona fœminini sexus etiam infantulæ: sed strictè pro corrupta sumitur hoc nomen mulier. l. mulieres. 13. & ibi. gl. 1. de verb. sign.

Mulier familiæ suæ caput est: quia à filiis eius incipit patria potestas: item est finis: quia in ea finitur patria potestas, & incipit cognatio. l. pronunciatio. 195. §. fi. & ibi. gl. fi. eod.

Mulierum proprium est texere, vel suere, & in hoc doceri debent. gl. magistris. in l. si paterno. 15. C. de nego. gestis.

Mulier plus de dolo, & auaritia participat, quàm masculus. gl. octauum; & decimum, in l. 2. C. de his, qui veniam ætat. impetra.

Mulier cùm sit breuioris vitæ, quàm masculus, citiùs perficitur, & efficitur sagacior, quàm masculus, & ideò minus tempus requiritur in fœmina ad impetrãdam veniam ætatis, quàm in Masculo. ibid.

Mulieribus quandoque plus fauetur, quàm viris. l. si à sponso. 16. in add. marg. de donatio. ante nuptias. 4

Mulier, vel vxor regis mortuo rege dicitur regina. gl. 1. in add. marg. in l. cùm te. 10. C. de nuptiis.

Mulier inuita si detineatur à parentibus suis, iudex interpellatus à marito exhibita muliere voluntatem eius debet sequi. l. si inuita. 11. C. eod.

Mulier, & fiscus pari passu ambulant: vnde qui prior est tempore, potior est iure. gl. 1. in l. dotis tuæ. 9. C. de iure dotium. & gl. licèt. in l. assiduis. 12. qui potiores in pig.

Mulieres multæ gaudent de morte mariti. gloss. tristitiæ. in l. fi. Cod. de iure dotium.

Mulier, quæ gubernanda marito committitur, committit etiam res suas arbitrio viri gubernandas: non tamen res paraphernales vxore contradicente. l. hac lege. 8. C. de pact. conuent.

Mulieri facta venditio per creditorem mariti de pignore liberato, non valet. l. creditor. 20. C. de donatio. inter virum.

Mulierum malarum conuersatione occiditur animus, sicut corpus occiditur veneno. l. 1. & ibi. gl. 3. C. de naturalibus liberis.

Mulieris consilium est fragile, & mutabile. gloss. fin. in l. 1. Cod. de confirmand. tutore.

Mulier maritalem concordiam præferre debet lucro. l. reprehendenda. 5. C. de institutio. & substi.

Mulieri malè interroganti, benignè, & cum distinctione respondendum est. glo. 2. in l. precib. 8. C. de impuberum.

Mulier potest facere codicillos absente eo, quem grauat. l. 4. C. de codicillis.

Mulieres natura ad hoc progenuit, vt partus ederent, & maxima eis cupiditas in hoc constituta est. l. 2. C. de indicta viduit.

Mulieres præcipuam debent habere pudicitiam. l. pe. C. ad Orfician.

Mulieribus ingenuis, & illustribus castitatis obseruatio præcipuum debitum debet esse. ibid.

Mulieribus ingenuis, & illustribus nominari filios spurios satis iniuriosum, satisque accerbum est. ibid.

Mulier per maritum, nec alius per procuratorem apud consilium; id est vindicta manumitti non potest. l. 3. C. de vindicta libert.

Mulieres semper clamant. l. assiduis. 12. & ibi. gl. multorum. C. qui potiores in pignore.

Mulier capta ab hostibus, & redempta si pretium soluerit redemptori, vel quinquennium seruierit, pristinum consequitur statum, & si filium post redemptionem peperit, iure pignoris non erit obligatus. l. præses. 8. C. de postliminio.

Mulier, quæ redemit puellam ab hostibus, & prostituit, perdit pretium, & redempta rectè fugit ad maritum causa custodiendæ pudicitiæ. l. fedissimè. 7. Cod. eod. 5

Mulier, quæ semel tantùm virum habuit, & seruat inuiolatum thorum mariti, laudanda est, & non procul à virgine ponitur. §. optimum. in auth. de non eligendo secund. nuben.

Mulier, quæ damnauit, saluauit, intellige non eadem mulier; sed alia. gl. leges. in §. fi. in auth. vt liceat matrim. & auiæ. col. 8.

Mulier dicitur auara. gl. maximè. in §. quoniam infirmus. in auth. de nuptiis. col. 4.

Mulier non potest esse testis in testamento propter sexus fragilitatem, nisi in testamento inter liberos, vel militis, vel ad pias causas. §. testes autem. & ibi. gl. mulier. & ibi. add. marg. Inst. de testam.

Mulier potest esse testis in omnib. causis. præterquàm in testamento. d. gl. neque mulier.

Mulieri etiam filiæfa. constante matrimonio dos rectè potest solui ex causa necessaria, veluti vt creditori suo soluat, quod ei debet, aut ex vtili causa, vt prædia emat, & ea in dotem constituat, aut ex causa pia, veluti vt consuleret filiis suis ex priore matrimonio susceptis, fratribus, vel parentibus, aut eos ab hostibus redimeret, l. quamuis. & ibi. gl. 1. & add. marg. eod.

Mulier soluto matrimonio mortuo eo, qui ad dotis restitutionem tenetur, & eius hereditate iacente non potest petere dotem ab eius heredibus, nisi eius hereditate adita. l. si constante. 15. §. 1. & ibi. gl. agat. eod.

Mulier constante matrimonio potest facere alicui tertio dotem promitti etiam ex causa donationis. l. quæ dotis. 34. & ibi. gl. 1. eod.

à Muliere adhibitus ad stipulandum dotem totam, vel partem, non censetur adhibitus animo donandi, nisi hoc expressè constet. † gl. 1. ibid.

à Muliere adhibitus ad stipulandum dotem animo donandi, in dubio censetur adhibitus animo donandi inter viuos, nisi mentio mortis fiat, vt quia conferatur post mortem. † ibid.

Mulier habens amplum patrimonium nulla facta mentione dotis, censetur illud in dotem tradidisse, si passa est maritum possidere. l. pen. §. vxor. & ibi. addit, marg. eod,

Mulier in collatione bonorum confert dotem tanto minus accipiendo, quanto soluta est, vel faciendo accepto ferri, quando tantum promissa est. gl. bonorũ, in l. cùm post mortem. 45. 1. de administ. tutorum.

Mulieris interest ipsam non esse indotatam, & etiam reipub. & propter fructus etam interest viro. l. seruo legato. 72. §. si testator. & ibi. gloss. maximè. de legat. 1.

Mulier non est domina fundi dotalis, cùm eum vendicare non possit. † gl non possit. in l. Quintus. 29. §. argento. de auro, & argento. † gl. non inueniretur. & ibi. add. marg. in l. pater filium. 14. ad leg. Falcid.

Mulier non potest heres institui in dote sua. † ibid.

Mulier patre mortuo tanquam propriam incipit habere dotem. gl. si pater. ibid.

Mulier rem dotalem nullo modo dicitur possidere, nisi quoad vitandam satisdationem de iudicio sisti. gl. mag. in vers. sed Ioannes, in l. 3. §. ex contrario, de acq. possess.

Mulier si in fraudem creditorum acceptum tulerit marito debitũ, quod ipse maritus sibi debebat, vt is illud haberet in dotem, per creditores reuocatur acceptilatio, & omnis pecunia, quam maritus debebat vxori, exigitur per creditores vxoris. l. ait prætor. 10. §. si cum mulier. quæ in fraud. creditorum.

10 Mulier si dolo induxit aliquem, vt sibi promitteret centum, & posteà eum debitorem marito delegauerit, marito agenti contra debitorem non potest obiici exceptio de dolo mulieris, ne indotata remaneat. l. apud Celsum. §. sed & si mulier. de doli mali exceptione.

Mulier, quæ nihil in dotem habebat, diuortio facto potest stipulari centum dotis nomine sibi dari à marito; imò etiam constante matrimonio potest stipulari, & valet si maritus præmoriatur, non aliàs. l. si diuortio. 21. & ibi. gl. 1. de verb, obligat,

Mulier si propter dotem bona mariti possidet, omne id, quod ex re mariti percepit, in dotem computatur, habita priùs ratione vsurarum dotis. l. Titia. 48. de solutio.

Muliere condemnata ex lege Iulia maiestatis, vel de vi publica, aut de parricidiis, aut veneficiis, aut de sicariis, publicatur eius dos, intellige cùm maritus non erat pactus de dote lucranda: alioquin maritus habet contra fiscum saluas omnes actiones, & multò magis omnes exceptiones. l. 3. & ibi. gloss. 1. de bonis damnato,

Muliere condemnata alia lege, quàm aliqua de legib. maiestatis, vis publicæ, parricidij, de veneficiis, vel de sicariis, vt sic amittat libertatem; maritus lucratur dotẽ, quasi culpa mulieris tali casu soluto matrimonio, vel quasi ea mortua: si verò deportata sit, & sic amittat ciuitatem solam, maritus non lucratur dotẽ: sed retinebit eam donec constet matrimonium: hodie tamen nec masculus, nec fœmina amittunt libertatem propter delictum: vnde nec soluitur matrimonium, nec maritus lucratur dotem. gl. 1. in d. l. 3. & l. pe. eod.

Mulier potest dare viro omnia bona sua in dotem, si tamen sit minor, & læsa, restituitur non aduersus matrimonium; sed aduersus modum constitutæ dotis. l. 1. C. si aduersus dotem.

Mulier minor omnia bona, quæ habet, potest in dotem dare, si vltra patrimoniũ dat, ipso iure non valet, etiam si tutor, vel curator promittat, nisi dolo, vél animo donandi: quo casu valet in sui tutoris, vel curatoris præiudicium. gl. fi. ibid.

Mulier minor si vltra vires quædam bona dedit in dotem, veluti habens centum, debet quinquaginta, dat in dotem sexaginta, valet datio: sed restituitur. ibid,

Mulier minor si vltra vires promiserit in dotem quædam bona cum authoritate tutoris, valet promissio vltra vires: sed exceptionem habet de æquitate. ibidem.

Mulier promittens fundum in dotem, dando eum liberatur, licèt ipsa remaneat domina, secundum quosdam. gl. 4. in l. acceptam. 19. C. de vsuris.

Mulier si in dotem dedit marito fundum tributarium inæstimatum cum pacto, quòd ipsa tributa agnosceret: mortuo marito non tenetur soluere heredibus mariti, cùm sua nihil intersit. l. 1. & ibi gl. 3. C. si sine censib. vel reliq.

15 Mulier si in dotem dedit marito fundum tributarium æstimatũ cum pacto, quòd ipsa solueret tributa; soluto matrimonio heredes mariti non possunt agere actione ex vendito aduersus mulierem, vt stetur placitis. d. l. 1.

Mulier vniuersa bona in dotem dare marito nulla lege est pro hibita. l. 4. C. de iure dotium.

Mulier non potest omnia bona sua dare marito in dotem, quando illa dotis constitutio est inofficiosa. gl. 1. ibid.

Mulier cum sorore, vel fratre succedens ab intestato patri ante diuisionem pro indiuiso portionem fundi communis in dotem dare non prohibetur etiam lite contestata cum fratre, vel sorore. l. ante diuisionem. & ibi. gl. 1. C. eod.

Mulier proprietatem fundi, quam mater sibi donauerat retento vsufructu, si marito dedit in dotem: mater verò dederit illius vsumfructum pacto interposito de lucranda dote si prædecederet vxor, qua prædecedente fundus pleno iure penes maritum remanet. l. si socrus. 18. C. eod.

Mulier si marito dedit in dotem proprietatem fundi, quam mater sibi do[nauerat] retento vsufructu, quem posteà conduxerat à matre: mortua muliere ad ip[sam] matrem reuertitur vsusfructus, licèt fuerit pactum de lucranda dote. ibid.

Mulier quando ex culpa perdit dotem, dos non reuertitur ad eum, qui eam [de]dit, nisi sibi fuerit pactus, vel stipulatus. l. si dotem. 24. C. eod.

Mulier, quæ dotem dederat, cùm vellet de ea testari, stipulata est à viro sibi r[ed]di, vt ex ea testaretur: licèt intestata sit mortua: tamen stipulatio committitu[r] & heredibus mulieris ab intestato venientibus, vel ex testamento reddi deb[et]. l. si mulier. 25. & ibi. gl. 1. & fi. C. eod.

Mulier tam ex rebus dotalibus, quàm ex rebus aliis hereditariis funerari deb[et]. gl. fin. in l. licèt dos. 27. C. eod.

Mulier in minori ætate constituta dotem marito consentiente generali, vel sp[e]ciali curatore, rectè dare, & exigere potest, licèt curator tempore creation[is] fideiussorem in minorem, quàm dos est, quantitatem dicatur præstitisse. l. mu[l]lier. 28. C. eod.

Mulier iure primæuo naturali, quo dominia non distinguuntur, nisi quantum [ad] vsum, promiscuè cum viro vtitur, & secundum illud ius videtur domina cu[m] viro. † gl. naturaliter. in l. in rebus. 30. C. de iure dotium.

Mulier a viro heres instituta dotis debitum ante omnia subtrahere potest ex su[b]stantia mariti: licet actione hereditatis actio ex stipulatu pro dote sit confu[sa]. gl. debitum. in l. 1. § igitur. C. de rei vxoriæ actione.

Mulier a viro heres instituta si sit grauata legatis, dotem ante omnia, sicut al[ia] debita ex substantia mariti potest subtrahere: de residuo verò soluet legata de[ducta] ducta quarta Falcidia. d. §. igitur.

Mulieris captiuitas non facit locum exactioni dotis; sed mors naturalis. l. si qui[dem]. dem. 5. C. soluto matrim.

Mulier soluto matrimonio potest ingredi possessionem rerum dotalium autho[r]itate iudicis, vel ex conuentione. gl. fi. in l. dotis actione. 9. C. eod.

Mulieri bona quondam mariti sui pro dote sua non debent addici, vel in solid[um] dari. rub. & l. 1. C. ne pro dote mulieris bona quondam.

Mulier decedente marito non soluendo, & sine successore pro dote sua debet pe[ti]tere se mitti in possessionem causa rei seruandæ debitore non respondente, & distractis bonis consulitur ei; & si non inueniatur emptor, vel minus idoneus tunc bona mariti dantur ei in solutum. d. l. 1. & ibid. gl. fi.

Mulier si dotari debet arbitrio propinquorum, propinqui non possunt arbi[t]rari minus legitima. auth. res, quæ. C. communia de legat.

Mulier potest se congruè dotare secundum dignitatem, & qualitatem persona[e] de bonis restitutioni subiectis. ibid.

Mulieribus penè tota substantia in dote constituta est. l. assiduis. 12. C. qui potiores.

Mulier debet possidere dotem ad suos victus, suásque alimonias. ibi.

Mulier propriè non possidet dotem: maximè quando pecunia data est in dotem: impropriè tamen dicitur possidere, sicut etiam dicitur impropriè domina rerum dotalium. gl. possidet. ibi.

Mulier dicitur dotem possidere: quia possessionis, vel quasi commodo gaudet, ibidem.

Mulier non tenetur probare numerationem dotis, nisi contra eam potest excipi de non numerata dote. gl. datæ. & ibi. add. ibi.

Mulier dotis fideiussores non debet exigere à marito, vel ab eo, qui dotem accipit. l. 2. C. ne fideiusso. dotium.

Mulier si se, suámque dotem marito, vel eius patri credendam existimauit, quare fideiussor dotis debet exigi, vt causa perfidiæ in connubio eorum generetur. ibidem.

Mulier si alicui priuato condemnata sit in res dotales, exequutio fieri non potest, nisi creditores eius res obligatas habeant, quo casu per hypothecariam petent, cùm ad maritum cum sua causa transierint. l. Titia. 63. & ibi. add. marg. de iure dotium,

Reliqua verbo, Dos, Seruus, 11. & infrà nu. 13, 14. 15. 16.

MVLIERI in rebus æstimatis datis in dotem nulla currit præscriptio, antequa[m] agere possit: id est post dissolutum matrimonium maritis opulentis constitu[tis]; constante verò matrimonio, cùm vir vergit ad inopiam. l. in rebus. 30. C. de iure dotium.

contra Mulierem res mobiles in dotem datæ vsucapi possunt triennio: sed res viri non possunt: quia in illis habet mulier hypothecam, quæ vsucapione triennij non tollitur. † gl. vsucapionem. ibi.

Mulier si dicat se circumuentam dolo mariti in æstimatione dotalis serui, tenetur iustam æstimationem serui etiam mortuo seruo præstare vxori maiori, vel minori 25. ann. l. si res. 13. §. 1. & ibidem gloss. si mulier. de iure dotium.

Mulier minor si dicat se circumuentam in æstimatione serui dotalis, non dolo mariti: sed ipsa re, restituitur, vt habeat iustam æstimationem, nisi in duobus casibus: scilicet quando viuit seruus; item quando mortuus est: si tamen emptorem iusti pretij ipsa inuenit. ibi.

Mulier maior 25. an. si dicat, se circumuẽtam in æstimatione serui dotalis re ipsa, restituitur tantùm ad ipsum seruum, si viuit: quòd si decesserit, non præstatur ei iusta æstimatio; sed illa tantùm, quæ fuit facta. ibi.

Mulier si rem aliquam æstimatam dare in dotem conuenit; deinde ea moram faciente in traditione post nuptias in rerum natura esse desiit, perit periculo mulieris, nec æstimationem repetere potest; secùs si ipsa in mora non fuit. l. si rem. 15. cum l. seq. eod,

Mulier fundo æstimato in dotem dato si paciscatur, vt quanto pluris vænierit fundus, id in dote sit, illud obseruandum est, cùm & ex contrario possit pacisci, vt si minoris vænierit ipsa debeat. l. si pater. 12. §. si mulier. de pactis dotalibus.

Mulier si pacta sit, vt siue pluris, siue minoris fundus æstimatus vænierit, pretiũ, quanti ea res vænierit, in dotem sit, statur huic pacto: sed si culpa mariti minoris vænierit, & id ipsum mulier consequitur: sed si non vænierit, æstimationem, in qua fuit æstimatus fundus, debet præstare maritus. d. l. si pater. §. fi. cum l. seq.

Mulier si res æstimatas dat in dotem marito, maritus dominium earum consequi-

partem, non pecuniæ quantitatem stupuletur sibi, si mulier in matrimonio moriatur, valet talis stipulatio. l. ex morte. 9. C. de pactis conuentis.

Mulier si paciscatur de lucranda tertia, vel quarta parte donationis propter nuptias, ita maritus potest pacisci de lucranda tertia, vel quarta parte dotis, siue dos, siue donatio propter nuptias detur à quocumque etiam extraneo: sed hodie hæc æqualitas in lucranda dote, vel donatione propter nuptias debet esse etiam in quantitate, & in pactis. d. l. ex morte. & auth. æqualitas. C. eod.

Mulier si promissam dotem non dederit, nihil viro mortuo ex pacto de lucranda donatione propter nuptias debet percipere. auhen. sed quæ. C. eod.

Mulier si minorem, quàm promisit dare dotem præstitit, pro quantitate tantum præstita lucrum sentiet ex pacto de lucranda donatione propter nuptias. ibidem.

Mulier cùm dat doté, & vir donationem propter nuptias nullo apposito pacto de lucrando, tunc dos mulieri, & donatio marito, vel eorum heredibus restituenda est matrimonio soluto. glo. ex pacto. in §. prospeximus, in auth. de non eligendo secundò nuben.

Mulier, quæ dotem non dedit, nihil potest percipere ex lucro donationis propter nuptias, licèt pactum interueniat. §. illud quoque. eod.

Mulier, quæ pacta fuit de lucranda donatione propter nuptias in totum, si liberos habuerit: sed si non haberet, quòd lucraretur tantum tertiam, si habuit tres filios, & ita lucrifecit totam, & interim secundò nupsit, & ideò amisit eam totam ratione proprietatis, si posteà vnus de filiis decesserit, ea mulier, licèt perdiderit, quoad proprietatem, lucrum, quod habuit ex pacto filiorum existentium: tamen ex alio pacto liberorum non existentium habet tertiam tertiæ; & si omnes filij moriantur, haberet integram tertiam: sed si duo moriantur, habebit duas tertias, & idem est in dote lucranda à marito ex eo pacto. † gl. moriantur. in §. quoniam autem infirmas. in auth. de nuptiis. col. 4.

Mulier de restituendo grauata habens paruam dotem non potest ex rebus restitutioni subiectis augmentum illius dotis, nec vir augmentum donationis ante nuptias facere. §. hæc igitur. in auth. de restitutionibus.

Mulier sicut ex pacto de lucrando nihil lucratur de donatione propter nuptias, nisi soluerit dotem, aut soluere fuerit parata: ita vir non lucrabitur ex pacto de lucranda dote, nisi soluisset donationem propter nuptias. §. hoc igitur. & ibi. gl. vtrùm. in auth. de æqualitate dotis. col. 2.

Mulier, quæ fecit augmentum dotis in reb. mobilibus viro habenti creditores, etiam si per testes velit probare fuisse augmentum in rebus mobilibus, non habet priuilegium, nisi creditores viri confiterentur illud. gl. priuilegium. & ibi. add. marg. & gl. scribat. in §. aliud. eod. tit.

Mulier si absque legitima causa repudium transmiserit marito, dotem eius lucratur maritus, si non extent liberi: sed liberis extantibus ea dos seruari debet illis, & mulier tradi debet episcopo, quatenùs eius prouidentia mittatur in monasterium, & tertia suæ substantiæ iure proprietatis applicatur illi monasterio, & tertia applicatur parentibus ipsius mulieris, nisi sub potestate eam habentes consenserint illi repudio, quo casu etiam illa tertia pars applicatur monasterio. §. quia verò quoque. in auth. vt liceat matri, & auiæ. col. 8.

Mulier, quæ non transit ad secundas nuptias, non solùm habet vsumfructum lucratorum ex causa donationis propter nuptias: sed etiã habet vtilem proprietatis partem secundum numerum liberorum. §. quia verò mulieres. in auth. vt fratrum filij succedant. col. 9.

Mulier sola constante matrimonio, quando intrauit monasterium, eius vir retinet nuptialem donationem, & ex dote tantam partem, quantam haberet ex morte mulieris secundum pacta dotalia: reliquam autem partem dotis, & omne id, quod ex bonis mulieris apud eum inuenitur, mulieri debet restituere. §. sponsalibus. in auth. de sanct. ssi. episcopis. col. 9.

Reliqua verbo, Pactum, 15. vsque 19. Dos, 47. vsque 50. Pacisci, Paciscens, Pater, 49. vsque 54. Maritus, 3. 32. 39. 40. 41.

17 MVLIER ad restituendam sibi rem alienaram scienter in dotem datam, soluto matrimonio potest agere actione dotis: non tamen rei vendicatione. † gl. 1. in l. si alienam. 12. soluto matrim.

Mulieris bona quatenus sunt confiscata, eatenùs desinit actio de dote competere ei, & pro illa parte iudicium de dote inchoatum extinguitur: sed pro alia parte, quæ confiscata non est, iudicium non extinguitur, & pro ea parte ferri potest sententia. l. si constante. 25. §. fi. eod.

Mulieri datur actio ex stipulatu, vbi nulla fuit stipulatio, multò magis vbi aliqua fuit, licèt non vtilis. gl. posse. in l. qui testamento. 10. de testamentis.

Mulier heres instituta à marito si repudiauerit hereditatem mariti, pro dote habet actionem ex stipulatu pro dote contra substitutum. l. cùm ab vno. 55. & ibi. gl. putat. de leg. 2.

Mulier soluto matrimonio per mortem viri solatium tristitiæ suæ debet habere per actionem dotis, quando extraneus dedit pro illa eam dotem nulla stipulatione facta de sibi reddenda dote. l. fi. C. de iure dotium.

Mulier soluto matrimonio debet conuenire successores mariti actione dotis super eo, quod ei dotis nomine fuerat datum: non tamen potest ingredi res dotales propria authoritate, heredibus mariti non consentientibus. l. dotis actione. 9. C. soluto matrim.

Mulieri pro dote instituenda datur actio ex stipulatu. l. assiduis. 12. C. qui potiores in pignore.

Mulier de dote potest experiri soluto matrimonio, non ante, nisi maritus vergat ad inopiam, & hoc siue ipsa dederit dotem, siue alius extraneus, qui non fuit pactus de ea reddenda sibi: nam tunc sibi, non mulieri daretur. gl. cùm ipsa. in §. fuerat. Inst. de actio

Mulieris pater, quando dedit dotem, actio de dote datur patri, & filiæ simul, imò aliquem titulum plus habet pater, qui agit, & filia semper creditur consentire, nisi habeat iustam causam contradicendi, & contradicat, quam dotem pater integram debet seruare pro filia, nisi clade: id est tempestate suum patrimoniũ fuerit diminutum. ibid.

Mulieris pater quando agit pro dote, quam ipse dedit, habet priuilegium prælationis, quod præferatur omnibus creditoribus mariti tacitam hypothecam habentibus: quia per hoc filiæ prouidetur, cùm pater eam reseruare teneatur filiæ, secùs quando pater ageret ad dotem mortua filia. d. gloss. cùm ipsa. & ibi add. marg. ibi.

Mulier si post diuortium antequam ex stipulatu de dote ageret, ad eundem virum sit reuersa, actio ex stipulatu, per doli exceptionem inutilis sit vsque quo matrimonium durat; quia sicut matrimonium redintegratur, ita & dos redintegratur, nisi extraneus dotem dedisset pro muliere, & esset stipulatus sibi reddi. l. si mulier. 14. & ibi gl. 1. de iure dotium.

Mulier si iurauerit aduersario deferente decem nomine dotis sibi deberi, tota ea summa ei præstari debet: potest tamen maritus opponere exceptionem ne cõueniatur, vel fiat exequutio, nisi in quantùm facere potest deducto ne egeat. † l. eum, qui. 30. §. si mulier. & ibi gloss. præstanda. & addit. marg. de iureiurando.

Mulier si iurauerit se decem dedisse in decem, maritus tenetur in illa decem, ac si in veritate sibi data fuissent. d. §. si mulier.

Mulier si sciens virum, cui nubere vult, vxoré domi habere, dederit dotem, propter eius scelus declaratur matrimonium non valere, neque posse repetere dotem, secus si ignorans virum domi habere vxorém, cum eo contraxit matrimonium, & dedit dotem. quia tunc repetere potest. † gl. fi. & ibi. add. marg. in l. 1. de condictione causa data.

à Muliere adhibitus ad stipulandum dotem animo donandi potest eam repetere à marito, qui successit in hereditate vxoris damnosa, sicut maritus ab vxore si non receperit. l. quæ dotis. 24. soluto matrim.

Mulier potest petere dotem, & etiam legatum sibi relictum ab heredibus mariti, quando maritus sibi simpliciter legauit: secùs quando hoc adiecto, ne dotem ab hæredibus peteret: quia tunc accepto legato dotem petere non potest, nisi legatum non posset capere. l. qui dotem. 47. & ibi. gl. 1. eod. 18

Mulieri repetenti dotem soluto matrimonio sicut non potest obiici à marito exceptio adulterij, quando maritus fuit leno: ita eadem ratione non potest accusari, si mulier excipit de lenocinio. l. cùm mulier. 49. & ibi. gl. 1. eod.

Mulier, vel alius per errorem credens se debere marito, si soluit ei cõstante matrimonio, non repetit ab eo. gl. 1. in l. maritus. 51. eod.

Mulier soluto matrimonio si velit dotalem domum recipere, debet cauere de indemnitate marito restituenti dotem, quòd ille eius domus nomine damni infecti cauit, vt periculum marito amoueatur. l. cùm mulier. 56. eod.

Mulier cum centum tantùm marito in dotem dedisset, si facto diuortio stipulata sit à viro errante ducenta, sola centum, vel quanta fuit dos, debet petere. l. pe. §. mulier eod.

Mulier, quæ centum tantùm dedit marito in dotem, etiamsi maritus confessus sit se recepisse ducenta, soluto matrimonio non potest repetere nisi centum. l. 1. C. de donat. ante nuptias.

Mulier non poterit repetere dotem à marito, quando culpa mulieris dissolutũ est matrimonium: secus si eius culpa non fuisset dissolutum. gloss. dissolutum. in l. vbi adhuc. 29. C. de iure dotium.

Mulier potest repetere dotem, quam extraneus pro ea dedit marito nisi tempore donationis, vel promissionis pactus, vel stipulatus sit ipse eam sibi reddi. l. ex morte. 9. C. de pactis conuent.

Mulier contrahens matrimonium ignoranter cum seruo, quem liberum credebat postea certior facta de eius seruitute, dotem, & omne, quod sibi debet, repetere potest ex suo peculio. l. 3. C. solut. matrim.

Mulier si scienter contraxerit matrimonium cum seruo, dotem datam repetere non potest, † gl. 1. ibid.

Mulier dotem, quam dedit seruo, cum quo contraxit matrimonium ignoranter; repetere potest ex peculio, & si res in peculium datæ extãt, vel aliæ ex nis emptæ sint, præfertur ipsi domino: sed si non extant: præfertur cæteris creditoribus: non autem domino. gl. 3. ibi.

Mulier si in dotis æstimatione sine dolo viri sit circumuenta, tantum poterit petere æstimationem conuentam, etiamsi sit minus dimidia iusti pretij: secùs verò si vir fuerit in dolo, vel mulier minor, & extat res dotalis: nam tunc restituitur, vt habeat iustam æstimationem, & non conuentam. † gl. fi. in l. si circũscripta. ibi. C. eod.

Mulier si stipuletur a marito dimidiam dotis reddi, cùm morietur, cui voluerit relinquere, valet, & sibi stipulata videtur, & sic heres eius aget. l. 4. & ibi. gl. 1. C. de contrahend stipulat.

Mulieres personalibus actionibus rei dotalis habent priuilegium contra omnes creditores, etiam anteriores, personales actiones habentes. l. assiduis. 12. C. qui potiores in pignore.

Mulier non potest longius tempus apponere, quàm legib. statutum est in dote sibi reddenda. l. vt autem. 16. & l. seq. & l. licet. 18. & ibi. gloss. 2. de pactis dotal.

Mulier si res in dotem datas æstimatas consentiente viro in vsu habeat, l. cèt fiant illæ res apud eam deteriores, periculum pertinet ad maritum: & si mulier soluto matrimonio repetat totam dotis æstimationem, deteriorationem non compensabit ei maritus, vel eius heres. l. mortis. 54. §. 1. de donat. inter vir.

Reliqua verbo, Dos, 33. Actio, 70. vsque 73. Maritus, 39. 40.

MVLIER etiam constante matrimonio potest agere actione personali de dote, vel hypothecaria ad dotem propter inopiam viri ab eo tempore, à quo apparet euidentissimè, quòd mariti facultates ad dotis exactionem non sufficiunt. l. si constante. 25. & ibi. gl. dotis. soluto matrimonio. 19

Mulier etiam constante matrimonio hodie secundum iura authenticorum potest agere ad dotem propter inopiam tantum viri, vel tantùm soceri, quando socer, vel maritus tenentur: quia negari non potest cœpisse malè geri rés pro dote astricta. † gl. mariti, ibid.

Mulier etiam constante matrimonio potest agere ad dotem propter inopiam extranei, qui recepit dotem, & se obligauit. d. gl. mariti. in fi.

Mulier constante matrimonio non potest agere ad dotem propter inopiam viri, quando vir ab initio, & tempore dationis dotis erat pauper. d. l. si constante. in add. marg.

Mulier etiam constante matrimonio potest agere ad dotem, quando mariti bona sufficiunt creditoribus mariti, & mulieri: sufficiunt tamen mulieri:

altàs

cùm non teneatur donanti reddere,niſi in quantum locupletior eſt.gl. 1. in l. quod vxor.16.de acquir.poſſeſſ.

Mulier acceptá à marito pecuniam ex cauſa donationis pro cognato ſuo ſi erogauit,valet donatio:quia mulier non videtur locupletior facta, quamuis mutuam pecuniam eſſet acceptura, & eſſet pro affine erogatura. l. ſi mulier. 6. de donatio. inter virum.

Mulier ex donatione facta ſibi à viro , vel econtrà vir,quando dicatur locupletior,inſpicitur tempus litis conteſtationis.l,quod autem. 8. eod.

Mulier ſi ex pecunia ſibi à viro donata emerit prædia, & hodie illa ſint viliſſima, æſtimatio eorum inſpicitur litis conteſtationis tempore ; ſed ſi magni pretij fuerint prædia , ſummam numeratam , non vſuram pretij debet mulier reſtituere viro.d.l.quod autem.§.idemque.

Mulier ſi emit prædia quindecim , cui maritus numerauit , non totum pretium: ſed tantum duas partes pretij:ſcilicet decem , & vxor de ſuo quinque , deinde prædiis factis deteriorib. & non valentibus pluſquàm decem , maritus conſequetur tantum duas partes ex illis decem,& tertiam habebit vxor,vt quod perierit ex pretio vtrique perierit;ſecùs quando vir numerauit creditori vxoris: quia tunc in ſolidum tenetur vxor,licèt res deterior ſit effecta.d. §.quod autem.§.eleganter.& ibi.gl.numerauit.

Mulier ſi emerit à marito prædia,quæ ob dotem pignori acceperat, & ea emptio cauſa donationis dicatur facta,nullius eſt momenti emptio:ſed pignoris obligatio durat.d.l.quod autem.§.ſi vxor.

24 Mulier ſi rem emerit,& maritus pretium ſoluerit venditori pro ea, vir totũ pretium repetet à muliere quaſi locupletiore ex ea in ſolidum facta. ibid.

Mulier ſi viuo marito alij tradiderit rem,quam ab ea mortis cauſa acceperat , ea traditione nihil agitur;quia non eſt mulieris ante vltimum vitæ tempus.l.ſed inter.12.§.ſi vxor.eod,

Mulier ſi ex donata ſibi pecunia per maritum vſuras , quas perceperit , lucratur, neque tenetur vltra quam acceperit reddere , ſecùs ſi quidquid ſupereſſet,rogatur reſtituere.l,ex annuo.16.§.fi.& ibi.gl.fi.eod.

Mulier ſi ex centum,quæ vir ſibi donauit , quinquaginta apud debitorem perierint, & ex reliquis,& illorum vſuris alia quinquaginta conſequutus ſit, maritus ab ea plus quinquaginta eius donationis nomine non conſequetur.l. quid ergo.17.eod.

Mulier ex fructibus prædiorum,quæ ſibi donata ſunt à marito, ſi locupletata ſit, eos fructus ſuos facit,& illi fructus,vt vſuræ licitam habent donationem,cùm putaret donationem prædiorum valere : ſecùs vbi fructus donati eſſent , quia nõ valet donatio,& repetuntur inquantum ipſa locupletior eſt facta.l. de fructibus.18.& ibi.gl.fi.eod.

Mulieri per maritum donatus ſi ſit ſeruus , quidquid is ſeruus acquiſiuit,ad eum, qui donauit,pertinebit.d.l.de fructibus.

Mulier ſicut non poteſt donare marito , ſic nec ei qui in ipſi us mariti poteſtate eſt:hodie tamen rectè donatur filio exiſtenti in poteſtate,cùm filius quæ quærit , ſibi , non patri,quærat ſaltem quoad proprietatem.l.ſi vxor.20. in addit. marg. eod.

Mulier non poſſidet pro ſuo rem, cuius poſſeſſio donationis cauſa data eſt à marito vxori:dicitur tamen poſſidere pro poſſeſſore quantum ad vſucapionem. gl.2.in add.marg.in l.ſi eum.qui.27. eod.

Mulier quoad effectum dicitur non poſſidere rem ſibi donatam , ac traditam à marito conſtante matrimonio.† d.gl.2.

Mulier ſi ex decem ſibi donatis à viro ſeruum emerit, & is quinque valeat , ſola quinque petet vir;ſed ſi ſeruus mortuus eſſet,nihil peteret;l,ſi id, quod. 29. §. ſi ex decem.eod.

Mulier ſi ex decem ſibi donatis à viro ſeruum emit, & is valeat quindecim , non poteſt petere pluſquàm decem:quia eatenùs ipſe pauperior factus eſt. ibid.

Mulier ſi ex decem ſibi donatis à viro duos ſeruos emat vno pretio , quorũ vnus mortuus ſit,alter dignus ſit decem, maritus repetet tota decem: ſed ſi diuerſis pretiis vxor emiſſet eos ſeruos,vir repetet ſolùm quanti emptus eſt ſeruus qui ſupereſt.ibid.

Mulier ſi vnam rem emit ex decem donatis à viro,ſi ea deterior facta ſit, vir tota decem repetet,ſi tanti ſit ad huc illa res,veluti ſi empta ſit grex, vel carruca ab vxore ex pecunia donata à viro , & aliqua pars inde periit,vir totum repetet ab vxore,ſi adhuc carruca,vel grex tanti ſit,quanti empta fuit.ibid.

Mulier ſi quid acquiſierit per ſeruum , quem ex nummis à marito donatis emerat,veluti hereditatem, vel legatum , vel partus editus ſit,maritus eo nomine repetere poteſt ab vxore.d.l.ſi ex decem.

Mulieris, & non viri eſt res empta ab vxore ex pecunia vxori donata à viro , niſi militia,aut minoris fauor aliud ſuadeat,vel mulier deſiit eſſe ſoluendo.gl. facta.in add.marg.ibid.

25 Mulier ſi de ſuo,aut etiam mutuato expendit,putà pro alimentis antequàm à viro ad id annuum ſibi donatum acciperet, videtur etiam tantum ex annuo cõſumpſiſſe,& illud poteſt à marito petere.d.l.ſi id,quod.§.illud conſtat.

Mulier ſi ex pecunia ſibi donata à viro emptum ſeruum vendidiſſet , & alium emiſſet,poſterior ſeruus periculo viri eſt,licèt non ſit emptus ex re mariti. l. ſi mulier.30.eod.

Mulier ſi ex lana ſibi à marito donata confecit ſibi veſtimenta, dicuntur illa eſſe vxoris:vtilis tamen actio in factum ad inſtar ferruminatorum competit viro. d.l.ſi mulier. §. fi. cum l.ſeq.& ibid.gl.1.eod.

Mulier ſi in area ſibi donata à marito inſulam ædificauerit , ea inſula ſine dubio mariti eſt:eius tamen impenſam retinebit vxor ,ſi maritus eam inſulam vendicet.l.ſed vir.32.§. ſi vir vxori.eod.

Mulier pecuniam à viro ſibi donatam ſi impenderit in obſoniis , aut in vnguentis,vel cibariis familiæ,non dicitur facta locupletior,& ideò illa non reuocatur à marito.d.l.ſed ſi vir.§.pen.

Mulier ſi conſenſu patris marito donauerit , morte vxoris confirmatur donatio, neque exigitur vtriuſque mors.gl. voluntate. in l. cùm hic ſtatus. 33. §. oratio.eodem.

Mulier viro rariſſimè donat;ſed vir vxori ſæpè.gl.ſolùm ne.in l.ſi ſtipulata.34.§. ſi vxor.de donatio. inter virum.

Mulier cùm donat viro,dicitur donare contra ſexus naturam,quod quaſi mirandum eſt.d.§.ſi vxor.& ibi.gl.contra ſexus.

Mulier ſi dolo fecit,ne res ſibi à marito donata extaret : vel ad exhibendum, vel damni iniuria cum ea agi poteſt, maximè ſi poſt diuortium id comm[illegible] ſi mulier. 8.eod.

Mulier quod adipiſcendæ dignitatis gratia marito donauit , valet donatio qua tenùs expendit in dignitate de pecunia donata conſtante etiam matrimonio. l.quod adipiſcendæ.41.& l.ſeq. eod.

Mulier poteſt donare marito gratia petẽdi laticlaui, vel vt equeſtris ordinis fiat, vel ludorum præparandorum gratia.l.nuper.43. eod.

Mulier ſi ſeruum 10.emerit,& ad eam emptionem vir quinque dederit venditori,diuortio facto vir illa quinque repetet , etiam ſi ſeruus ſit factus deterior, vel mortuus ſit.l.ſi cùm mulier.51,eod.

Mulier locupletior facta intelligitur , eo ipſo quòd illa interuentu viri liberata ſit à debito , quod ipſa debebat alicui , neque refert ex qua cauſa illa deberet, an ex debito an ex emptione.ibid.

Mulier ſi pecuniam accepit a viro,vt ſeruum emeret,mortuo,vel deteriore facto ſeruo damnum ad virum pertinet.ibid.

Mulier poteſt vendicare rem à viro emptam ex pecunia ab ea donata ſpeciali iure.l.vxor.56.& ibi.gl.fi.eod.

Mulier ſi promiſit per ſtipulationẽ viro ſuo ſe reſtituturam pecuniam ſibi donatam,ſi ea diuertiſſet,conditione exiſtente commiſſa eſt ſtipulatio , & vxor tenetur viro in ſolidum,& ſi illa ſtipulatio non interceſſiſſet , tunc non tenetur, niſi in quantum facta eſt locupletior.l.ea,quæ.58. eod.

Mulier ſi ex pecunia à viro ſibi donata ſeruum emerit , & illum viro tradiderit, valet traditio.l.fi.eod.

Reli qua verbo,Donatio,38.vſque 52.Promiſſio,6.Vxor, 8.Maritus, 44. vſque 50.

MVLIER habet priuilegium , vt omnibus præferatur : ſed non datur priuilegium illud ſuo heredi, niſi filio. gloſſ. 1. in l. quod verò. de legibus & ſenatuſc. 26

Mulier ob dotem cùm habeat priorem hypothecam , & priuilegium inter perſonales actiones,præfertur in hypotheca ſecundo creditori mutuanti debitori ad refectionem rei hypothecatæ propter illa duo : ſcilicet propter priuilegium perſonale,& prioritatem temporis:aliàs ſi illa duo non eſſent,potior eſſet ſecundus creditor.gl.1.in l.interdum.qui potiores in pig.

Mulier in hypotheca propter dotem non præfertur creditori habenti ſpecialem hypothecam:ſed creditor ſecundus mutuans in refectionem præfertur priori habenti expreſſam.ibid.

Mulier poteſt ius hypothecæ etiam conſtante matrimonio remittere marito.gl. inutilem.& ibi add.marg.in l. 1.quibus mod. pignus.

Mulieri ſterili competunt priuilegia, quæ competunt doti.† glo.ad ſobolem.in add.marg.in l. 1.ſoluto matrim.

Mulier , quæ rem alienam in dotem dedit , ſoluto matrimonio in ea petenda ſi concurrat cum vero domino , verus dominus præfertur. gl. fi. in l.ſi alienam. 12.eod.

Mulieris heres extraneus agens ad dotem non habet priuilegium dotis:ſed filius heres mulieris ſic , & hoc ratione filiationis. gl. 1. in l.ſi poſt diuortium. 28. eodem.

Mulieris heres non poteſt agere cum viro , vel eius parente in ſolidum, quando non eſt ſoluendo:quia eadem debent interuenire in reſtituenda dote , quoad partem coniunctam,quæ ipſa muliere agente obſeruari ſolent. d. l. ſi poſt diuortium.& ibi.gl. 1.

Mulier ſterilis ex aliquo accidenti habet priuilegium dotis , ſecùs ſi natura impediretur,quia adeò eſſet arcta,vt non poſſit concipere : quia magis ſpectatur natura,quàm impedimentum accidentarium.l.ſi quis poſthumus.in add.mar. de liber.& poſth.

Mulier præfertur his , quorum pecunia res refectæ ſunt: ſed non habentibus expreſſas hypothecas,quibus præferuntur hi , quorum pecunia res refectæ ſunt. glo.debent.in l.de acceſſionibus. de diuerſis temporal.

Mulier pro dote omnia bona viri tacitè habet obligata. gl.1.in l.etiam conſtant 11.C.ad Velleian.

Mulier præfertur omnibus creditoribus:verùm talibus, qualis eſt ipſa: id eſt habentibus tacitas hypothecas:non tamen habentibus expreſſas.gl. 1.in l.fi.C.ſi ſine cenſu, vel reliquis.

Mulier in dote præfertur fiſco poſteriùs contrahenti.l.dotis tuæ. 9. Cod.de iure dotium.

Mulier in dote non præfertur fiſco poſteà contrahenti ex principali cauſa , quia tunc etiam res dotales ex tali cauſa occupantur , & conueniuntur etiam filij, licet non heredes.9.l. 1.ibid.

Mulier in rebus dotalibus æſtimatis,vel inæſtimatis præfertur omnibus creditoribus anterioribus tempore.l.in rebus.30.C.eod,

Mulier in vendicandis rebus dotalibus mobilibus , vel immobilibus, aut ſe mouentibus æſtimatis vel inæſtimatis poſt diſſolutum matrimonium habet omnem prærogatiuam,ſi illæ res extiterint. d.l.in rebus.

Mulier in rebus dotalibus,etiã æſtimatis quaſi propriis ſoluto matrimonio habet actionem in rem hypothecariam omnibus anteriorem.ibid. 27

Mulier conſtante matrimonio contra bona mariti parum idonei, pro dote recuperanda hypothecas ſuas exercere poteſt reiecta fictione diuortij , quam lex antiqua fuit amplexa.d.l. in rebus.& ibi gl.fi.

Mulier præfertur creditori priori tempore in re data in dotem, vt ſi mulier promiſit viro dare fundum in dotem,& antequàm daret,maritus,illum obligauit alicui,quod facere potuit , poſteáque illum tradiderit viro , quo caſu præfertur mulier.gl.4.ibi.

Mulier in rebus dotalibus ſi dicatur domina illarum rerũ præfertur in rei vend. omnibus creditoribus:ſi verò dicatur vir , ipſa mulier præfertur in hypothecaria in eiſdem rebus gl.vtramque.ibid.

Mulier in rebus dotalibus habet actionem in rem,& hypothecariam, niſi vſucapione repellatur,quod fieri potuit ex tempore , quo potuit dos repeti. gl.omnis.ibid.

Mulier quamdiu prægnans eſt, non poteſt torqueri, nec poſt partum ſtatim:ſed debet differri tortura etiam poſt partum 40.dies, vel donec fiat fortis ad torturam: quia cùm poſt partum ſit debilis, moreretur, & ideò iudex excedens modum puniretur.d.l.3.& ibi gl.1.& ibi add.

Mulier hodie non debet pro fiſcalib.vel priuatis debitis includi, vel incarcerari: ſed ad iudicem veniet per ſe, vel per procuratorem, quem, vel alium debet mittere,vt negotium exequatur:aliàs punitur. auth. ſed hodie. Cod.de officio diuerſorum iudic.

Mulier hodie pro pecunia fiſcali,aut priuata,aut pro quolibet crimine non debet in carcerem mitti.auth.de nouo.C.de exhib.reis.

Mulier ſi pro debito fiſcali,aut priuato citetur,debet per virum ſuum, vel alium legitimè reſpondere:quòd ſi noluerit reſpondere,vel perſequi litem,legitima in rebus ſuis exequutio procedat.ibidem.

Mulier in cauſis ciuilib.non debet in carcere includi, & cuſtodiri: in criminalib. tamen committenda eſt aut iuratoriæ cautioni, vel debet tradi mulierib. cuſtodienda.§.neceſſarium.in auth.vt nulli iudic.liceat.col.9.

Reliqua verbo, Debitor, 73. Capere.

31 MVLIER poteſt nubere viro abſenti per literas eius,vel per nuncium,ſi ipſa in domum viri ducatur: ſed vir eam abſentem non poteſt ducere per literas ipſius mulieris,vel nuncium;nam non eò,quòd ad ſponſæ domum ducitur, efficitur vir eius.l.mulierem.& ibi gl.1.de ritu nuptiarum.

Mulier contrahens ſcienter matrimonium illicitum perdit dotem,quæ filio applicatur,ita & legatum perdere dicitur, ſecus ſi ignoranter: quia tunc dotem recuperat condictione ob cauſam, vel ſine,nec fit dos caduca.gloſſ.fin.in l.dote.61.eod.

Mulier ſi putans contrahere matrimonium cum libero, contraxerit cum ſeruo, in eius peculio habet quaſi priuilegium contra omnes creditores,præterquàm contra dominum mariti putatiui,in reb.extantib. dotis, quas propter impenſas poteſt retinere ipſe dominus.l.ſi cum dotem. 23. §. fin.cum l. ſequ. ſoluto matrim.

Mulieri contrahenti matrimonium cum ſeruo per errorem, datur pro rebus ſuis quaſi dotalib. condictio ob cauſam de peculio. gloſſ. actionem. in d.§.fin.

Mulier tempore, quo contrahit matrimonium, poteſt ſtipulari à viro pœnam, ſi conſuetudinem concubinæ repetierit. l. ex ea parte. 121. §. 1. de verb. oblig.

Mulier fingens audiuiſſe de morte viri abſentis ſi nupſerit ſecundò, debet puniri pro admiſſi criminis qualitate.l.miles. 11.§.pe.de adulteriis.

Mulier,quæ longo tempore maritum abſentem expectauit, & audito, quòd deceſſerit,falſis rumorib.inducta quaſi ſoluta priori matrimonio, cum alio nupſit,non punitur,& filij interim nati legitimi ſunt: ſed vir reuerſus recuperat vxorem ſuam.d.§.pe.& ibi gl.nuptiis.

Mulier hodie iure ciuili,& canonico quamdiu abeſt maritus non poteſt alij nubere,niſi mariti mortis certitudinem omnino habeat.gl.ſi longo.in add.marg. ibidem.

Mulierem de adulterio accuſatam ſi quis etiam ſciens:non tamen credens vxorem duxerit,& poſtquàm erat condemnata,mox ipſe eam repudiet,non videtur cauſam diſſidij præſtitiſſe,imò videtur cauſa mulieris diuortium factum. d.l.miles.§.fi.

32 Mulier ſi ſponſalia contracta non vult exequi,arrhas, quas recepit, duplicatas tenetur reſtituere,ſi eas receperit poſt 25.annum,vel poſt impetratam veniam ætatis:ſi autem minor ſit, ſolùm arrhas, quas recepit. l. fin. Cod. de ſponſalib.

Mulier contrahens matrimonium cum nobili, beneficio mariti nobilitatem acquirit,quam perdit,ſi mortuo marito cum inferiore nubit. l.cum te. 10. Cod. de nuptiis.

Mulier non tenetur ſponſum abſentem vltra triennium expectare, ideò ſine pœna poterit poſteà alij nubere: ſed ſecundum ius canonicum non eſt præfixum tempus.l.2.& ibi add.marg.C.de repudiis.

Mulier quando ſcit ex certo maritum viuere,non poteſt alij nubere: ſi verò ſit incertum, tunc tenetur expectare quinquennium à tempore captiuitatis.gloſ. fin. ibid.

Mulier,quæ de marito ſuo per quinquennium non habuit noua, palam nubens, adulterij,& ceteras pœnas euitat.l.vxor.7.C.eod.

Mulier,quæ etiam per quadriennium de marito ſuo non habuit noua:ſi clam, & furtiuè nuptias contrahat,dicitur habere conſcientiam alicuius thori, & pœnam euitat.ibid.

Mulier habens maritum in expeditione militiæ non poteſt hodie alij nubere, quamuis quinque annis neque literas, neque reſponſum habuit de eo. auth. hodie.C.eod.

Mulier hodie habens maritum in expeditione militiæ debet expectare quo vſque audiat eſſe mortuum: & tunc debet per ſe,vel per alium adire eum, ſub quo militabat,vt ſciat veritatem præſtito ab ipſo iuramento coram actis iudicis,quòd mortuus ſit,quo ſubſecuto poſt annum computandum à tempore iuramenti poteſt nubere.d.auth.hodie.& ibi.gl.2.

Mulier audiens maritum ſuum exiſtentem in expeditione militiæ eſſe mortuū, & non audiens per ſe,vel per alium eum,ſub quo militabat, ſi alij nubat, tam ipſa,quàm qui eam duxit,velut adulteri puniuntur.ibid.

Mulier poſtquam audierit maritum ſuum eſſe mortuum,& propter falſum iuramentum eius,ſub quo maritus militabat,ſi alij nubat,iurans falsò militia nudatus decem libras auri ſoluit illi,quem mortuum fuiſſe mentitus eſt, eo licentiam habente,ſi voluerit,ſuam vxorem recipere.ibi.

Mulier ignoranter ſi contraxerit matrimonium cum ſeruo,quem credebat liberum:filij tamen nati ex illo matrimonio:vt ex libera nati: incerto tamen patre,dicuntur ſpurij ingenui.l.3.C.ſoluto matrim.

Mulier licet metu pœnæ non poſſit cogi ad contrahendum matrimonium: ſed bene poteſt ſub ſpe hereditatis,& ſic ſub ſpe præmij poteſt inuitari ad matrimonium l.1.& 2.C.de inſtit.& ſubſtit.

Mulier rogata de reſtituendo dotem ſibi datam ſi nuptias non contraheret,ſi ingrediatur monaſterium, euaneſcit fideicommiſſum, & applicatur monaſterio,niſi in defectu conditionis ſit rogata alteri venerabili loco reſtituere.glo. 1.& fi.in auth.niſi rogati.C.ad Trebel.

Mulieris deductio in domum viri operatur in matrimonio præſumi matrimonium per verba de præſenti contractum,vbi de eo dubitaretur,tum etiam facit donationem à viro vxori factam fuiſſe poſt matrimonium perfectum, & ſic non valere.gl.affectus.in additione marg.in §.nuptias. in auth. de nuptiis. col. 4.

Mulier libera non poteſt nubere aſcriptitio alieno, etiam poſſeſſore conſentiente:ſed ſi eo neſciente fecerit, caſtigari poteſt aſcriptitius per poſſeſſorem, & iudicem loci,nec matrimonium tenet,nec dotis;nec donationis datio.§.aſcriptitio.in d.auth.de nuptiis.col.4.

Mulier excuſatur à crimine inceſtus in caſu, quo matrimonium à iure ciuili tantùm interdicitur, vt inter adoptiuos fratres. glo.fin.Cod.de iuris, & facti ignor.

Mulier debet maritum expectare,& quando de eius morte eſt dubium, debet exigere ſacramentum à nuncio.gl.fin.in l.genero.de his,qui notan.

Mulier nupta ſecundo viro non impeditur,quo minùs cum priore marito de dote experiatur.l.nupta.31.ſolut.matr.

Mulier repudiata à viro poteſt nubere illi, quem maritus ſuſpectum habet de adulterio,dummodò eam non accuſauerit.l.quæſitum.40.de adulter.

Mulier ſi recipiat in matrimonium ſeruum, vt liberum, domino ſciente, & patiente, liber efficitur, & matrimonium tenet. auth. ad hoc. Cod. de Latina liberta.

Reliqua verbo, Matrimonium, Nuptiæ.

33 MVLIER nubens intra annum luctus infamis eſt, & ipſa poteſt petere remiſſionem infamiæ à principe.l.ſolet.& ibi gl.1.de his,qui not.gl.3.in l.decreto. 15.C.ex quibus cauſ.infam.l.1.& ibi gl.1.C.de ſecund.nupt.

Mulieri vt liceat intra legitimum tempus luctus nubere, ſolet à principe impetrari,ne patiatur pœnas,quas aliàs pateretur:l.ſolet.& ibi gl.1. de his,qui notantur.

Mulier mortuo marito debet ferre per annum lugubria:id eſt habitum triſtem: fortè nigras veſtes:ſed hodie correctum eſt.gl.fi.in l.genero.eod.

Mulier non tenetur lugere ſponſum,niſi eſſet deſponſata per verba de præſenti. l.vxores.& ibi gl.1.eod.

Mulier non poteſt nubere intra annum luctus:ſed bene poteſt contrahere ſponſalia per verba de futuro.l.ſolet.eod.

Mulier intra annum lugere debet, & non nubere, etiam ſi maritus eſſet talis, quem more maiorum lugeri non oportet.l.liberorum.§.1.eod.

Mulieri ideò mortuo marito intra annum luctus prohibitum eſt nubere: quia vir intra illud tempus ſolet elugeri propter turbationem ſanguinis: id eſt ſeminis:quia neſciretur,ex quo marito naſceretur filius, qui poſt ſeptem menſes vſque ad vndecimum à tempore mortis mariti naſceretur. §. 1 & ibi.glo. prætor.

Mulieri prohibitum eſt nubere intra annum luctus, ne aliqua maligna ſuſpicio ex tali facto ſecundo viro præſtetur.d.gl.prætor.

Mulier,quæ intra legitimum tempus luctus edidit partum, ſi vir eſſet talis, qui lugeri non debuit,ſtatim poſt partum poteſt nubere.† d.l.liberorum.§.prætor. & ibi gloſſa,collocare.

Mulier de iure canonico ſtatim mortuo marito poteſt nubere ſecundò.d.gl.collocare.gl.fi.in l.1.C.de ſecund.nupt.gl.teſtamenti.& ibi additio in §.legari.Inſtitution.de legatis.

Mulier nubens intra annum luctus perdit contra tabulas mariti. gl. poteſt.in l. 3.§.liberi.de contra tab.

Mulier nubens intra annum luctus repellitur à bon.poſſeſſione vnde vir,& vxor, cùm nec legitimas hereditates habeat vltra tertium gradum.gl.2.in l. 1. vnde vir,& vxor.

Mulier mortuo viro nubat in Domino, ſecundum Apoſtolum 1. ad Corinthios cap.7.intellige in Domino:dum tamen legitimè.gl.3.in l.decreto.15. Cod.ex quibus cauſ.infamia.

Mulieri nubenti intra annum luctus pœna,quæ imponebatur olim, hodie ſtante authoritate Apoſtoli, & iuris canonici eſt abolita: ſed pœna, quæ imponitur mulieri ſecundò nubenti,de qua in l.fœmina. C.de ſecundis nuptiis. non eſt abolita.d.gl.3.in addition.

Mulier intra annum luctus nubens non poteſt ſecundo viro dare in dotem vltra tertiam bonor.partem, neque vltra illam poteſt ei teſtamento relinquere. l. 1.Cod.de ſecund.nuptiis.

Mulier intra annum luctus nubens eſt incapax,& expers omnium hereditatum, legatorum,& fideicommiſſorum in vltima voluntate ſibi relictorum,& etiam donationum mortis cauſa ab alio,quàm à primo viro factarum, quæ omnia ab heredibus, vel coheredibus ab inteſtato venientibus vendicari poſſunt. d. l. 1.

34 Mulier intra tempus luctus nubens poterit ſuccedere agnatis vſque ad tertium gradum ſiue ex teſtamento,ſiue ab inteſtato:ſed non poteſt vltra tertium gradum.gl.1.d.l.1.

Mulier mortuo viro intra annum nubens dicitur nubere intra tempus luctus. gloſſ.1.ibid.

Mulier nubens intra tempus luctus etiam in caſu,quo maritus non eſt lugendus, eſt infamis.glo.2.ibi.

Mulier nubens intra tempus luctus vltra tertiam partem bonorum ſuorum, neque ex teſtamento,neque ex donatione inter viuos non poteſt viro ſecundo relinquere,ne inueniatur via,qua fiat contra legem.gl.4.ibid.

Mulier nubens intra tempus luctus ſi inſtituat heredem in totum ſecundum virum ſuum,in ſolidum erit heres;ſed tenetur reſtituere venientibus ab inteſtato,quod vltra tertiam habet,vel fiſcus aufert quaſi indigno: licet enim acceperit:non tamen eſt capax.† ibid.

Mulieri ſecundò nubenti intra tempus luctus ſi aliquid ſit datum ab alio, quàm à primo viro ſuo,id non capitur à fiſco.etiam deſcendentibus, aſcendentibus, & collateralibus vſque ad ſecundum gradum deficientibus: ſed ſi ſit datum à

bus. 7.Cod.eod.

Mulier ſecundò nubens lucrum, quod acquiſiuit ex pacto non exiſtentium liberorum,ſibi competit , ſi filij prioris matrimonij ſibi præmoriantur abſque progenie:reſiduum autem conceditur quibuſlibet defuncti heredibus.authen. ſed & ſi quis.C.eod.

Mulier , vel vir tranſiens ad ſecunda nota lucra nuptialia ex primo matrimonio debet reſeruare filiis primi matrimonij:& ſi illi non ſuperſint,reſtituet eorum filiis,vel nepotibus,& non fratribus.l.ſi quis.8.C.eod.

Mulier,vel vir ad ſecunda vota non tranſiens lucra nuptialia ex primo matrimonio poterit,quo modo voluerit,alienare:ſed ſi aliqua eorum non ſint alienata , poſſunt liberi etiam non adeuntes paternam , vel maternam hereditatem,dummodò adeatur eius,qui poſterior moritur, illa vendicare.d.l.ſi quis, §.illud.

Mulier,vel vir non tranſiens ad ſecunda vota, ſi non alienauerit lucra nuptialia prioris matrimonij,mortuo patre,vel matre poſſunt illa liberi prioris matrimonij vendicare , etiam ſi non adeant hereditatem eius parentis , qui primò deceſſit:poſterioris tamen tenentur adire.d.§.illud,& ibid.gl.3.

Mulier,vel vir ad ſecundas nuptias non tranſiens cenſetur alienare lucra nuptialia,quoties illa relinquit ſpecialiter ex teſtamento alicui , vel generaliter relinquit inſtituendo aliquem heredem.d.l.ſi quis.§.cæterùm.

39 Mulier binuba ſi ex vtroque matrimonio lucratur , fillj prioris matrimonij non adita hereditate patris:ſed matris tantum poſteà morientis habent lucra præcipua,quæ ex primo viro conſequuta eſt : ſed lucra acquiſita ex ſecundo viro habent filij primi matrimonij cum filiis ſecundi:ſi ipſi filij ſecundi matrimonij non adeant patris hereditatem,à quo mater lucrata eſt:ſed tantùm matris adeant.† gl.1.in d.l.ſi quis.§.talem.

Mulieris bona:ſicut patris ad ſecunda vota tranſeuntis ſunt obligata liberis primi matrimonij pro conſeruandis lucris , quæ ex primo matrimonio ad eam pertinent.d.l.ſi quis. §.in illo.

Mulier ſecundò nubens non poteſt dare ſecundo viro pluſquam dat vni ex filiis primi matrimonij,& ſi dat plus,id,quod plus datum eſt,pertinet tam ad filios primi matrimonij,quam ad filios ſecundi;quod in capita inter eos diuidi debet.l.quoniam.9.C.de ſecund.nuptiis.

Mulier lucra , quæ conſequuta eſt à primo viro occaſione repudij , indiſtinctè poſt ſecundas nuptias tenetur reſeruare filiis primi matrimonij,ad ſimilitudinem matrimonij morte viri diſſoluti.d.l.quoniam.§.fin.

Mulier ſecundò non nubens lucra nuptialia non poterit alienare generaliter relinquendo bona ſua, vel heredem inſtituendo ; debet enim expreſsè in alios conferre,alioquin præſumitur conſeruare illa lucra filiis.authent. nunc. Cod. eodem.

Mulier tranſiens ad ſecunda vota ſi plus transferat ſecundo marito,quàm vni ex filiis prioris matrimonij,illud,plus debet diuidi inter liberos primi matrimonij æqualiter.auth.ſi tamen.C.de ſecund.nupt.

Mulier tranſiens ad ſecunda vota ſi nihil dederit filiis primi matrimonij, & aliquid dederit ſecundo marito, totum reſtituitur filiis prioris matrimonij ita, quòd filij ſecundi matrimonij non fraudentur in quarta ſibi debita. † gloſ. 1. ibidem.

Mulier,vel vir tranſiens ad ſecunda vota non poſſunt plus dare ſecundo marito, vel ſecundæ vxori,quàm vni ex filiis primi matrimonij, dum tamen ipſi non ſint ingrati;ſi tamen ſint ingrati non admittuntur ad partem lucri eius, quod vltra debitum ſecundo coniugi eſt relictum , quod etiam habet locum in perſonis aui,& auiæ,& nepotum in poteſtate,vel ſui iuris conſtituris. l. fin.C. eodem.

Mulier,vel vir ad ſecunda vota tranſiens ſi habeat odium irrationabile in prioris matrimonij filios,ſine iuſta ratione non debet eos repellere à lucro eius,quod vltra debitum ſecundo coniugi eſt relictum.ib.

Mulier,vel vir ad ſecunda vota tranſiens poterit repellere filium prioris matrimonij ab eo,quod vltra debitum ſecundo coniugi eſt relictum,ſi ille filius ingratus re ipſa liquidis, & indubitatis probationibus fuerit conuictus ex aliqua cauſa de cauſis à legibus expreſſis.ibid.

Mulier ſecundò nubens ſi fuerit in mora tacita,vel expreſſa reſtituendi vſumfructum ſibi relictum à primo viro,quàm amiſerat ob tranſitum ad ſecunda vota,condemnatur ad omnes fructus,quos percipit, non ad percipiendos. l. 1.& ib.gl.2.C.ſi ſecundò nupſerit mulier.

Mulier ſecundò nubens vſumfructum earum rerum , quas à primo viro lucrata eſt,non amittit:proprietatem autem ſic.d.l.1.& ib.gl.1.

Mulier ſecundò nubens non perdit ob id vſumfructum ſimpliciter ſibi relictum à primo viro,niſi vir expreſſerit,quod perderet illum,ſi ſecundò nuberet.auth. hoc locum.C.eod.

Mulier ſecundo nubens vniuerſa bona non poteſt dare marito in pręiudicium, & iniuriam filiorum primi matrimonij. gloſſ. 1. in l. nulla. 4. Cod. de iure dotium.

40 Mulieri licebit communi conſenſu vtriuſque ſcilicet ſuo,& mariti diſſoluto matrimonio poſt annum ad ſecundas nuptias conuolare,neque tenetur expectare vſque ad quinquennium.l.ſi conſtante.9.C.de repudiis.

Mulieres plerumque nouis maritis non ſolùm res filiorum ex primo matrimonio ſuſceptorum:ſed etiam vitam addicunt.l.lex,quæ tutoris. 22. §. lex enim. C.de adminiſtr.tutorum.

Mulieri permittebat lex Iulia Miſcella , licèt vir prohibuiſſet aliquid legando ei,ne ad ſecundas nuptias veniret , nubere, & intra annum accipere legatum, priùs iurando quòd filiorum cauſa faceret,ſi contingeret ſe nubere. gl. 1.in l. 1.C.de indict.viduitate tollen.

Mulieri permittebat lex Iulia Miſcella,licèt vir eam prohibuerit aliquid legando ei,ne nuberet,nubere, & accipere legatum poſt annum præſtando cautionem Mutianam.ibid.

Mulieri permittitur hodie ſecundò nubere reiecta conditione,& accipere legatum relictum à viro ſub conditione,de non nubendo : & lex Iulia Miſcella cum cautione Mutiana, & iuramento hodie ſublata eſt. d. l. 1. & l. 2. C. eodem.

Mulier non habens filios à viro ſi nupſerit ante completum annum luctus mortis viri,efficitur infamis, niſi beneficio principis ſibi remiſſa fuerit infamia. l. 4.C.ad Tertullian.

Mulier habens filios à viro ſi nupſerit intra tempora luctus,efficitur infamis,niſi à principe remittatur infamia cum aliis penis contra nubentes intra annum luctus:& hæc remiſſio prodeſt ei,ſi medietatem omnium bonorum filiis mater cum plena proprietate donauerit , & mortuo vno filio eius portio aliis accreſcit : ſed omnibus mortuis ab inteſtato illa medietas pertinet ad matrem.d.l.4.

Mulier tranſiens ad ſecunda vota dicitur caſtè viuere , & nuptiæ etiam ſecundæ dicuntur caſtæ.§.cùm igitur,verſic. nec enim. in authent. de non eligend. ſecund.nubent.

Mulier ſecundò nubens proprietatem donationis propter nuptias amittit ; & ſi in rebus immobilibus conſiſtit,eas recipit: ſed ſi in mobilibus,cautionem exiget,niſi vir ſubſtantias habeat:his obtinentibus & in permixtis rebus. §, aliud verò.eod.

Mulier ex cauſa facto diuortio nubere non poteſt intra annum propter ſobolis confuſionem,& ne quid maligni fecerit erga primum virum , & ita etiam ſi elapſis duobus menſibus ediderit,nihilominùs non potuit ante annum nubere ſecundo viro.† gl.confuſionem. in §.ſi verò altera. in authent. de nuptiis. col.4.

Mulier ad ſecundas nuptias tranſiens intra annum luctus non extantibus filiis ex primo matrimonio non percipiet ea,quæ ex priori marito ſibi relicta ſunt, nec fruetur ſponſalitia largitate, neque marito ſecundo vltra tertiam partem ſuæ ſubſtantiæ offeret,neque extrinſecùs ſentiet largitatem , neque percipiet ab vllo extraneorum aliquid : putà hereditatem , fideicommiſſum , vel legatum , vel donationem inter viuos ; ſed ea omnia debent venire ad heredes ſcriptos,vel ab inteſtato defuncti. §. primæ ſiquidem. in authent. de nuptiis. colum.4.

Mulier ſi deſerta liberorum tutela contra ſacramentum , & ante rationem eius redditam tranſit ad ſecundas nuptias,patitur eaſdem pœnas,quæ ſecundò nubens intra annum luctus.gl.interpoſitione.ibid.

Mulier intra annum luctus tranſiens ad ſecundas nuptias ſi velit ab infamia , & ab aliis pœnis liberari,debet donare filiis prioris matrimonij mediam partem ſuæ ſubſtantiæ purè, & non retento vſufructu,quam diuident omnes filij, & habentes filios tranſmittunt ad ſuos filios:ſed portiones non habentium filios percipiene pro portione fratres eorum:ſed ſi omnes ſint defuncti,mater rurſus accipiet eam partem,quam donauit , & reliqua ſubſtantia filiorum venit ad matrem vnà cum aliis legitimis,vt cum fratribus, & conſanguineis ex patre tantùm:ſed hodie mater præfertur talibus, qui ſunt coniuncti ex altero tantùm parente.d.§.ſiquidem.verſic.ſi verò.gl.recipiat.

Mulier,quæ parit intra tempus luctus,vt in vndecimo menſe , vel quæ intra illud tempus patitur ſtuprum,eaſdem pœnas patitur, quas nubens intra annum luctus.gl.interpoſitione.in §.primæ.in auth.de nuptiis.col.4. 41

Mulier ſecundò nubens poſt annum luctus nullas pœnas patitur,ſi ex primo matrimonio nulla ſoboles ſupereſt : ea verò exiſtente priuatur dominio omnis largitionis,quam conſequutus fuerit à coniuge , & illud tenetur reſeruare filiis primi matrimonij ſolo vſufructu penes nubentem remanente tantùm in vita ſua.§.ſi verò expectat.eod.

Mulier ſecundò nubens non poteſt alienare, nec obligare lucra ex primo matrimonio venientia,quod ſi fecerit,filiis datur poteſtas vendicandi illa, & etiam eorum ſucceſſori, niſi ſint excluſi præſcriptione 30.ann. quæ eis non currit , ſi ſint alienæ poteſtatis, & minores pupillari ætate. §. ſi quod ſancitum. eodem.

Mulier,vel vir ad ſecunda vota tranſiens ſi alienauerit lucra venientia ex priori matrimonio , liberis primi matrimonij extantibus , præmoriente eis parente nulla eſt omnino alienatio : ſi verò moriantur omnes filij , & rurſus ad orbitatem cauſa veniat,tunc ex affectu ratum erit,quod alienatum erit.§.quoniam infirmas.eod.

Muliere ſecundò nubente ſuperſtitibus liberis:vno tamen filiorum abſque filiis defunctò,lucrum ex primo matrimonio ad parentem redit pro certa portione ex pacto non exiſtentium liberorum: reliquum vero ad filij heredes debet pertinere,& pro eadem portione alienatio facta à parente confirmatur , vel in totum valet,ſi on[illegible]es filij prædeceſſerint.ibid.

Mulier ſecundò nubens perdit lucra venientia ex primo matrimonio , & inter filios primi matrimonij æqualiter diuiduntur,& inter filios filiorum pro hereditariis portionibus:ita tamen,quòd non plus capiant , quàm caperet pater eorum,ſi viueret.§.venient.eod.

ob Mulieris,vel viri tranſitum ad ſecundas nuptias lucra primi matrimonij pertinent ad filios prioris matrimonij,ſiue parentibus exiſtant heredes, ſiue alteri,ſiue neutri,niſi ſint ingrati erga vltimò morientium, & ingratitudo apertè probetur.§.& ſuper his.eod.

Mulier ſecundò nubens non poteſt relinquere ſecundo viro plus,quàm vni filiorum primi matrimonij,cui minus relinquitur , dummodò tali filio relinquatur legitima:ſed ſi plus reliquerit ſecundo viro, quod eſt vltra , reuocatur per liberos primi matrimonij, & inter eos diuiditur niſi ſint ingrati. §. optimè eodem.

Mulier ſecundò nubens an reliquerit ſecundo viro pluſquàm vni filiorum. primi matrimonij, inſpicitur tempus mortis binubi. §. quia verò hactenùs. eodem.

Mulier ſuperſtitibus filiis primi matrimonij, ſi ſecundò nupſerit , & ex ſecundo matrimonio liberos ſuſceperit,ea in ſecundo matrimonio moriente, filij primi matrimonij ad lucra venientia ex primo matrimonio vocantur , & filij ex ſecundo matrimonio ſuſcepti vocantur ad lucra venientia ex ſecundo matrimonio:in aliis ſuis bonis ſuccedunt æqualiter, & idem eſt in viro ad ſecundas nuptias conuolante.§.nec illud.eod.

Mulier tranſiens ad ſecundas nuptias exiſtentibus liberis primi matrimonij non perdit vſumfructum à mariti donatum,licèt proprietatem ſic,ſi ea ſibi donata fuiſſet.gl.reliquit in add.marg.in §.quia verò lucra.eod.

Mulieri licèt ſit prohibitum ſecundò nubere intra annum luctus; matrimonium tamen tenet.§.vnum ſiquidem.& ibidem.gloſ. legitimas. in authentic. de reſtitutio.

Mulier

Mulier paritura post mortem mariti interim dum est in conclaui, custodes, qui ante conclaue positi sunt, si volunt omnes, qui conclaue, vel domum introierint, excutere possunt. ibid.

Mulier mortuo marito ad pariendum posita in domo, vel conclaui, cùm parturire incipit, debet denunciare his, ad quos ea res pertinet, aut procuratoribus eorum, vt mittant, quib. præsentibus pariat, & quinque dumtaxat mulieres liberæ mitti debent, ita, vt ne præter duas obstetrices sint in eo conclaui plures mulieres liberæ, quàm decem, & ancillæ plures, quam sex: & hæ mulieres, quæ intus futuræ sunt, excuti debent omnes in eo conclaui, ne aliqua prægnans sit, & tria lumina debent esse ibi, & non minus. d. l. 1. §. mulier cùm parturire.

46 Mulier mortuo marito, ac in conclaui posita, si peperit, id, quod natum est, his, ad quos ea res pertinet, vel eorum procuratoribus, si inspicere velint, ostendi debet, & educari debet apud eum, apud quem iussit pater in testamento: sed si nihil iusserit, aut is, apud quem voluit educari, noluit eum recipere, constituet iudex causa cognita apud quem educetur, d. l. 1. §. quod natum.

Mulier mortuo marito in conclaui posita si peperit, & quod natum est, educandum sit traditum alicui, is, apud quem educatur, quoad trium mensium sit, bis in mense, & ex eo tempore quoad sex mensium sit semel in mense, & à sex mensibus quoad anniculus fiat, alternis mensibus, & ab anniculo quoad fari possit semel in sex mensibus, vbi volet, debet ostendere. d. l. 1. §. quod natum.

Mulier, quæ mortuo marito dicit se non prægnantem, si non obseruat ea, quæ statuta sunt in edicto de ventre inspiciendo, nocebit partui, qui cùm natus fuerit, non habebit bonorum possessionem Carbonianam. d. l. 1. §. si cui. & ibi gl. possessionem.

Mulier, quæ mortuo marito dicit se prægnantem, debet denunciare his, quorum interest, partum non edi: quia volunt succedere defuncto in tota hereditate, vel in parte, ab intestato, vel ex testamento. d. l. 1. §. quamuis.

Mulier, quæ mortuo marito dicit se prægnantem, debet denunciare seruo heredi instituto à defuncto sub conditione, si nemo natus sit, vt ab obstetricibus inspiciatur an sit prægnans, & debet obseruare, quæ ab edicto de ventre inspiciendo statuta sunt. ibidem.

Mulier, quæ mortuo marito dicit se pręgnantem debet denunciare his, quos proximos spes successionis contingit, veluti primo gradu heredi instituto, non substituto: & si maritus fuit intestatus, debet denunciare his, qui primum locum ab intestato tenent: & si plures ab intestato successuri sunt, omnibus debet denunciare, d. §. quamuis. ad fi.

Mulier, quæ mortuo marito dixit se prægnantem, si omisit aliqua leuia ex his, quæ ab edicto de ventre inspiciendo obseruari debere statuta sunt, excusatur, nec debet partui denegari bonorum possessio: secùs si graue aliquid omiserit, veluti inspectionem ventris, & custodiam, & præsentiam ad partum, & posse inspici natum, nisi omiserit aliquod horum, propter eius rusticitatem, vel imperitiam, vel morem regionis, d. l. 1. §. fi. & ibi gl. pe. cum l. seq.

Mulier mortuo marito si dicat se prægnantem, substitutus ventri, vel institutus, si ventrem seruare, & inspicere velit, audiri debet. l. 3. eod.

Mulier quandóque in quadragesimo die post primum partum potest parere, ergo & tanto seriùs concipere, & ita ante quadraginta dies post conceptionem incertum est vtrum generetur vnus, vel plures, l. cùm quidam. 30. §. suum. de acquirend. heredit.

Mulier, quæ partum subiecisse dicitur, licèt decesserit, statim cognoscendum est de participib. criminis: sed si omnes etiã participes decesserint, ex Carboniano differtur quæstio status impuberis, & bonorum in tempus pubertatis, l. 2. de Carboniano.

47 Mulier si accusetur de partu supposito, eius accusatio non debet differri in tempus pubertatis pueri: & est verisimile quòd causam capitalem ille, quem tangit, agat ex fide. l. 1. C. de falsis.

Mulier ante tempus luctus pariens, cùm certum, & indubitatum est, partum ex viro præmortuo editum non esse, easdem patitur pœnas, quas subiit mulier intra tempus luctus nubens, & nedum proprietate: sed etiam vsufructu donationis ante nuptialis priuatur. §. vnum si quidem. in authent. de restitutio. & ea, quæ parit.

Mulier per decem menses, & duos dies potest portare filium in ventre, & non plus, gl. perfecto. ibid.

Mulier oportet quòd filium portet plusquam sex mensibus. ibid.

Mulier, quæ intra annum luctus peperit: puta in vndecimo mense perfecto, & ita cùm certum est ex marito non esse, præsumitur etiam quòd superstite viro castè non vixerit, d. § vnum si quidem. & ibi gl. vt appareat. & gl. sequen. & gl. malignè.

Mulier prægnans si pugno à te percussa eiecerit partum, teneris Aquilia, l. si seruus. 27. §. si mulier. ad legem Aquil.

Mulier dans operam ad abortum, vel suffocandum filium, quem habet in vtero iam per 40. dies, tenetur de homicidio, & idem quocumque operante, l. 4. & ibi gl. fi. & add. marg. de extraord. crim.

Mulier visceribus suis vim inferens, quò faceret abortum, & fecit, in exilium relegatur. l. si mulierem. ad leg. Corn. de sicariis.

Reliqua verbo, Maritus 11. 12. *Nasci, Parere, Partus, Filius* 24. 25. 26. *& infrà* 53. *Heres* 3.

48 MVLIER sciens se non esse prægnantem, si vt prægnans per calumniam in possessionem mittatur per sententiam, infamatur, & coercetur actione in factum quãti interest eius, qui experitur, l. notatur. & ibi glos. 1. de his, qui notant.

Mulier filia fam. si ventris nomine per calumniam in possessionem sit missa cùm sciret quòd prægnans non esset, vel concepisset ex alio, infamis est, si sine iussu patris petijt se mitti: secùs si iussu eius: & tunc datur actio infactum aduersus patrem, quantum ex eo ad eum peruenit, l. debuit. & ibi glo. 1. eodem.

Mulier, quæ falsa existimatione decepta, credens se prægnantem, ventris nomine si fuerit missa in possessionem, non videtur per calumniam missa: & ita non est infamis, l. ea, quæ. & l. seq. eod.

Mulier potest deferre iuramentum an sit prægnans, vel non: & si iurauerit, mittitur in possessionem ventris nomine, & prodest ei tale iuramentum, ne conueniatur quasi calumniæ causa ventris nomine fuerit in possessione, vel ne patiatur vim in possessione: non tamen prodest, vt post editum partum non quæratur partus, an ex eo editus sit, vel non, cuius esse dicitur: quia tunc non obstante iuramento veritas inuestigari debet, l. ait prætor. 3. de iureiurand.

Mulier ventris nomine missa in possessionem bonorum mariti, si dolo malo eam possessionem in alium transtulerit, tenetur actione in factum ex edicto si ventris nomine muliere in possessionem missa eadem possessio, &c. tenetur etiam mulieris pater, si in eò dolum commisit, contra quos datur actio in quantum interest eius, qui experitur, & is, qui dolo malo venit in possessionem, cogitur discedere ab ea per interdictum, quod prætor adiecit dicto edicto si ventris nomine, &c. l. 1. & ibi gloss. per interdictum. si ventris nomine in possessionem.

Mulierem ventris nomine missam in possessionem bonorum mariti non debere transferre eam possessionem dolo malo in aliquem, interest eius, qui contra mulierem, vel eius patrem agit pro tali interesse, vt si is, cui possessio translata est bona fide, fructus perceptos consumpserit, vel si prædo venerit in possessionem, à quo fructus consequi non posset: quia soluendo non est. d. l. 1.

contra Mulierem, vel eius patrem transferentes dolo malo in aliquem possessionem, in quam ventris nomine ipsa missa fuit, datur actio in factum ex edicto si ventris nomine, &c. etiam post annum ad interesse: quia rei persecutionem habet: sed si pater mulieris in eo dolum non commisit, non tenetur ipsa, nisi in quantum ad eum peruenit. ibid.

Mulier ventris nomine in possessionem missa dicitur dolo facere non solùm, quando venientem in eam possessionem non prohibet: sed etiam quando circumscribendi alicuius causa clam, & per quamdam machinationem in eam possessionem introduxit, l. 2. si ventris nomine in possessionem.

Mulier si ventris nomine in possessionem missa sit, eius pater dolo eam possessionem transtulerit in aliquem, is, cuius interest potest agere, si vult, vel contra patrem, vel contra filiam: & si elegit filiam, à qua habuit totum interesse, præterquàm sumptus litis, vt quia illa non habeat plus, non potest agere contra patrem nisi pro illis sumptibus. ibid.

Mulier ventris nomine in possessionem missa debet viriliter resistere venienti in eam possessionem, aliàs dicitur committere dolum, & de eo tenetur ei, cuius interest non fuisse admissum. gl. 1. eod. 4

Mulier mortuo marito, eius hærede deferente, si iurauerit se prægnantem ex viro quondam suo, seruandum est iuramentum, & mittitur ventris nomine in possessionem bonorum mariti, & in ea stabit, donec pariat, nec tenebitur quasi calumniæ causa in possessionem fuerit missa, nec vis ei facienda est post iuramentum: sed postquàm peperit: nihilominùs hæres mariti agere, & probare debet non esse genitum ex viro mortuo, l. 1. eodem.

circa mulieri dandam possessionem ventris nomine sicut est facilis iudex, ita etiam debet esse seuerus in non relinquendo calumniam eius impunitam, quando per calumniam ventris nomine se mitti petiit. ibidem.

mulier per calumniam in possessione ventris nomine dicitur, quæ sciens, prudénsque se pregnantem non esse voluit in possessionem venire. ibid.

contra Mulierem per calumniam in possessionem missam ventris nomine datur actio in factum ex edicto, si mulier ventris, &c. quasi pœnalis intra annum vtilem, & non vltra, & datur quanti agentis interfuit eam non fuisse missam, & & etiam datur in mulieris patrem, si per eum factum sit, vt in possessionem per calumniam veniret. ibid.

Mulier ventris nomine per calumniam in possessionem missa tenetur actione in factum ex edicto si ventris nomine, &c. ei, cuius interest eam in possessionem non fuisse missam, veluti coheredi speranti partum, vel ei, cui substitutus fuit; vel ei, qui ab intestato, si partus non fuisset, succedere potuit, in alimentis expensis sine causa in ventrem non plenum, & in interesse hereditatis, quam amisit heres heredis ex causa mulieris, vt quia heres extraneus decesit non adita hereditate dubitans, an illa esset prægnans, vel non, & ita eam non aditam non transmisit ad heredem, d. l. 1. §. competit. & §. fi. ibi gl. exclusus.

Mulier sine calumnia in possessionem missa ventris nomine non tenetur actione in factum ex edicto si ventris nomine, &c. ad alimenta expensa in ventrem non plenum, & alia. d. l. 1. §. interesse.

Muliere per calumniam ventris nomine manente in possessione bonorum mariti si substitutus ventri decesserit non adita hereditate, heres substituti poterit agere contra mulierem actione in factum ex edicto ad pretium illius hereditatis, & etiam legatarij ad æstimationem legatorum. l. fi. eod.

Mulier per calumniam si ventris nomine sit in possessioné missa, & in eò dolus patris intercesit, pater tenetur suo nomine in solidum ex edicto, si mulier ventris nomine, &c. & infamabitur: sed si non sit doli particeps, tenetur solum in quantum ad eum peruenit, d. l. fi. §. fi. & ibi gl. fi.

Mulier inuenta pregnans post mortem viri, potest mitti in possessionem bonorum ventris nomine, gl. 1. in l. si mulier. quemadmod. testam.

Mulier ventris nomine si in possessione sit, aperiendæ sunt secundæ tabulæ: id est pupillares, vt sciatur cui demandata sit curatio. d. l. si mulier.

Mulier si sit missa in possessionem ventris nomine, & mox natus ante bonorum possessionem vnde liberi acceptam decesserit, non nocet matri, si non suus patri agnascitur, l. 2. §. si quis ex liberis. ad Tertull.

Mulier ventris nomine in possessionem missa per calumniam si pronuncietur, efficitur infamis, gl. acceperit. in l. si mulier. 52. de donat. causa mort.

Mulier vt mittatur in possessionem ventris nomine oportet eam esse omnino prægnantem tempore mortis viri, & eo tempore, quo se in possessionem mitti petit, nec sufficit dicere se prægnantem, l. 1. §. 1. de ventre in possessionem mittend.

Mulier ventris nomine toties mittitur in possessionem, quoties venter non est exheredatus, & id, quod in vtero est, futurum est inter suos heredes; vt quia ex viro existente sui iuris, & vxore conceptus est, d. l. 1. §. toties. & ibi gloss. inter suos.

Mulieribus scænicis, vel quibuscumque aliis si imperator concedat dignitatis titulum, videtur cum omni macula, & impedimento dispensare, per quam maculam certis hominibus coniungi legitimè ipsæ prohibebantur, d. l. imperialis. §. similes.

Mulieribus scænicis imperator concedendo dignitatem sine administratione: veluti si concederet, quòd esset illustris, vel similis tacitè videtur dispensare cum macula. gl. 3. ibid.

Mulieres scænicæ pœnitentes possunt supplicare principi, vt eis restituat famam, vt possint nubere honestis personis, d. l. imperialis. §. præsenti.

Mulieres scænicæ si iurauerint semper permanere in illo vitio, & in libidinis infamia, posteà pœnitentes possunt petere à principe, vt eis restituatur fama, neque tale iuramentum valet: quia est illicitum, & potius puniendus est ille, qui exigit tale iuramentum, quàm illa, quæ iurauit, gl. fi. in d. §. præsenti. & auth. quod eis. C. eod.

à Muliere scænica iusiurandum de permanendo in illo vitio præstitum non tenet, nec fideiussoris datio, & expetens ab ea pœnis mulctatur, & iudex in illarum extorsione negligens punitur, authent. scænicas non solùm fideiussores, &c. per totum, column. 5.

Reliqua verbo, Infamis, 7.

55 MVLIER inops, quæ est sine dote, succedit marito locupleti morienti, ex testamento, vel ab intestato, in quarta parte, si liberi communes, vel alterius matrimonij sint tres, vel pauciores: si verò plures, succedit in virilem portionem reseruando proprietatem liberis, auth. prætereà. C. vnde vir, & vxor. & §. quia verò. 2. & ibi gl. in talibus. in auth. vt liceat matri, & auiæ. col. 8.

Mulier quando matrimonium contractum fuit sine dote viro locuplete præmoriente sine filiis cum parentibus habet quartam in bonis viri, & residuum habent parentes viri, † reprob. gl. in talibus. dd. in d. auth. prætereà.

Mulier quando matrimonium fuit contractum sine dote, succedit in bonis viri in quartam etiam solis transuersalibus existentibus, † d. gl. talib. in d. §. quia verò.

Mulier licèt dicatur successor necessarius in fundo dotali locato à marito: actio tamen ex locato mariti non transit in mulierem sine cessione mariti, nisi maritus sit absens, vel non reperiatur, † gl. tertia portio. vers. item an sine, & ibi add. marg. in l. diuortio. soluto matrim.

Mulier si sit relicta domina vsuaria, vel vsufructuaria valet legatum, & eligere potest plenum dominium, vel vsumfructum in vita sua: de consuetudine tamen extantibus liberis heredib. institutis habet alimenta tantum: extraneis institutis habet vsumfructum integrum, † gl. fi. in d. auth. hoc locum. C. de secund. nuptiis.

Mulier solum habet vsumfructum ex legato sibi relicto à marito, si habeat liberos ex illo marito, quibus filiis spectat proprietas, l. 2. Cod. de indicta viduitate.

Mulier vidua, cui relictum est legatum sub conditione, si non nupserit intra annum luctus, non poterit petere legatum, etiamsi vellet iurare de non nubendo, & præstare cautionem de reddendo, si nubat, authent. cui relictum. C. eodem.

Mulier vidua, cui legatum relictum est sub conditione, si non nupserit intra annum luctus, potest petere facta monacha, vel conuersa, vel aliàs deficit conditio, & idem in marito, d. auth. cui relictum. & ibi gl. 4.

Mulier, cui victus, & vestitus relictus est à marito, quamdiu in domo castè vixerit, poterit contractis etiam nuptiis legatum victus, & vestitus petere: quia castè, & honestè viuere dicitur, quæ virum accepit. gl. fi. in l. fi. C. eod.

Mulieri, de qua est turpis suspicio: putà adulterij, non potest miles aliquid relinquere in testamento, vt quia miles eam cognouit, l. miles ita. 42. §. 1. & ibi gl. cadere. de milit. testam.

Mulieribus legatis etiam virgines debentur, sicut viris legatis etiam pueri debentur. l. seruis legatis. 79. C. de legat. 3.

Mulier accipiendo legatum sibi à marito relictum quod erat tantum, quanta erat dos eius, sibi præiudicat; secùs si legatum esset minus. l. tale prædium. 13. & ibi gl. fi. de fundo dotali.

Mulier instituta herede si eius maritus legauit fundum dotalem extraneo, valet legatum in solidum: si deductis legatis, totum fundum, vel eius quantitatem vxor potest retinere ex hereditate: sed si minus retinere potest etiam retenta Falcidia, id duntaxat ex hereditate vxor retinebit, quod quantitati dotis deest. ibidem.

Mulier non potest heres institui in dote sua. † gl. non inuenire. in add. marg. in l. pater filiam. 14. ad leg. Falcid.

Mulier, si in hereditate, vel legato sibi relicto à marito sit tantum, quantum erat in dote, non poterit eam dotem alienatam à marito vendicare. gl. 2. in l. quædam. 62. de acqui. rerum dominio.

Reliqua verbo, Legatum, 57. 129. Maritus, 51. Bonorum possessio, 27. Vir, Vxor, 9.

56 MVLIER alij creditura si tanquam in vsus suos pecuniam accepit, non iuuatur Velleiano: quia alioquin nemo contraheret cum fœminis, l. si mulier. 11. & l. vir vxori. 17.

Mulier, si cum alio mutuum accipiat, vt duo rei accipiūt in causam necessariam, non iuuatur Velleiano: sed si in causam voluntariam, eatenus iuuatur, quatenùs ad alium pecunia peruenit, l. vir vxori. 17. §. fi. eod.

Mulier, & Titius cùm in rem communem mutuum acciperent, si eiusdem pecuniæ rei facti sunt in solidum, non est locus Velleiano, si ob eam causam mutuatum sit, ex qua si creditor pecuniam non dedisset, maius damnum, quàm esset pecunia, mulier esset passura, vt quia communis insula non fulciretur, vel fundus communis in publicum committeretur propter tributa non soluta. ibid.

Mulier, & Titius cùm in aliquam emptionem mutuum acciperent, si eiusdem pecuniæ rei facti sunt in solidum, mulier non iuuatur Velleiano pro parte sua: sed bene pro alia parte, quæ ad Titium peruenit, ibid.

Mulier si accepit mutuam pecuniam, & eam soluit pro patre, qui iudicati tenebatur, aduersus mutuantem non iuuatur Velleiano: quia donasse, non intercessisse videtur, l. si pro aliquo, 21. & ibi gl. fi. eod.

Mulier si emat mancipia, & mutuam pecuniam accipiat à marito dato fideiu[...] re, eámque soluerit venditori, non censetur intercessisse, etiamsi maritus te[...] mento in fraudem creditorū caueat, se totam illam pecuniam mutuo acc[...] tam à muliere principaliter debere, l. Seia. 28. eod.

mulier, quæ rem suam obligat, vt pecuniam pro alio soluat, iuuatur Vellei[...] aduersus creditorem scientem, d. l. Seia. §. fi.

mulier accipiens pecuniam vt liberaret fundum suum obligatum à marito, [...] ente mutuante, aduersus ipsum mutuantem iuuatur Velleiano. d. §. fi.

mulier accipiens pecuniam sciēte creditore eo animo vt solueret in causam m[...] riti, iuuatur Velleiano aduersus creditorem; secus si non accepit eo anim[...] posteà mutata voluntate in causam mariti soluit, † d. gl. fi.

mulier si accipiendo mutuam pecuniam ab initio se ream constituerit, vt al[...] eam pecuniam postea accipiat: datur mulieri actio institoria contra eum, g[...] in l. 4. C. ad Velleian

mulier accipiens mutuam pecuniam vt eam totam, vel partem daret marito, c[...] ditore sciente, non iuuatur Velleiano, l. si fænebris. 13. C. ad Velleian.

mulier accipiens mutuam pecuniam ipsa rei veritate, & non in fraudem eius [...] iuuatur Velleiano. gl. 1. ibid.

mulier accipiens mutuam pecuniam vt eam daret marito, etiam creditore sc[...] te, licet non habeat Velleianum: iuuatur tamen iure ciuili, quo impediun[...] donationes inter virum, & vxorem, in quantum ipsa pauperior, & maritus [...] cupletior factus est, gl. 3. ibidem.

mulier accipiens mutuam pecuniam, vt eam daret, & donaret marito sciēte c[...] ditore, licèt non iuuetur Velleiano: iuuatur tamen si acceperit eam mutuo [...] ente creditore vt se, suámque rem pro marito obligatam liberaret, gl. fi. ibi[...]

mulier accipiens mutuam pecuniam pro viro animo donandi, non repetit, [...] maritus ex ea pecunia fuerit factus locupletior, vel dignitas inde marito e[...] pta fuerit, l. si propriis. 21. C. de donat inter virum.

Reliqua infra 58. vsque 68. & verb. Velleianum.

MVLIER debitorem suum acceptilatione si liberauit ob causam futurarum nu[...] tiarum, non secutis nuptiis, repetit ab eo debitum, ac si solutum non fuisse[...] si mulier. de condict. causa data.

mulier, quæ causa solutionis pecuniam numerauit, vel rem suā pro alio in solu[...] dedit, non iuuatur Velleiano, l. 5. ad Vell.

mulier, quæ rem suam vendidit & pretium acceptum prò alio soluit, vel empt[...] rem delegauit alieno creditori animo donādi, non iuuatur Velleiano, vt r[...] pètat solutum ab eo, qui soluit: repetit tamen ab eo, pro quo soluit, si donat[...] non valet à viro, aliàs nec ab ipso. d. l. 5. & ibi gl. pe. & vlt.

mulier soluens alicui pecuniam nō ex intercessione: sed ex alia causa non iuu[...] tur Velleiano: secùs si ex intercessione, l. quamuis. 8. §. interdum, & ibi gl. n[...] merasset. eod.

Mulieres, quæ cùm obligatę non essent, si pro alijs soluerint pecuniam, inte[...] cessione cessante non possunt repetere, l. 1. C. ad Velleian.

mulier quando ab initio soluit pro alio, ideò non repetit: quia videtur donar[...] sed si intercessit priùs, posteà soluit, repetit illud & iuuatur Velleiano. glo. [...] ibid.

mulier si pro debito suo obligatur, non iuuatur Velleian. l. 2. C. eod.

mulier maior 25. annorum si prædia sua vendiderit, & pro marito pecuniam so[...] uerit sine intercessione, deficit Velleianum. l. 4. C. eod.

mulier maior 25. annorum si vendiderit prædia sua, quæ aliàs non erat venditu[...] ra, & pretium soluerit pro debito mariti, non iuuatur Velleiano. gl. pe. in l. 4[...] C. ad Vellea.

mulier maior 25. an. soluens pro marito, licèt non iuuetur Velleiano: à viro ta[...] men rectè poterit repetere solutum pro marito, gl. fi. ibid.

mulier si vendiderit prædium creditori mariti, cùm sic fraus fuerit à creditor[...] quæsita, iuuatur Velleiano: secùs si ipsamet mulier inuenit alium emptorem[...] quo casu non iuuatur Velleiano. ibi.

Mulier ignorans ius, vel factum: veluti credens se intercessisse, cum non interce[...] serit, si soluerit, potest repetere: si verò sciens soluerit, tunc non repetit, gl. 1. i[...] l. quamuis. 9. C. eod.

Mulier licèt pro alio soluere possit: tamen si præcedente promissione, & interce[...] sione ignorans se munitam Velleiano, soluerit, repetere potest solùm condi[...] ctione indebiti, d. l. quamuis. & ibi gl. fin.

Mulier putans se pro dote alicuius mulieris esse obligatam si soluerit eius viro[...] non repetit, nisi esset tutrix, & ratione officij soluisset, l. cum is, qui. 32. §. si i[...] ea. & ibi gl. non repetit. de condic. indebiti.

Mulier si fideiusserit pro dote alicuius, cessat Velleianum: & si soluerit, repetit [...] muliere, pro cuius dote fideiussit. ita gloss. non poterit. in d. l. cùm is, qui[...] §. pen.

Mulieri dicenti rem dotis nomine obligatam si creditor mariti soluit pecuniam[...] dotis, vt ageret hypothecaria pro illa re, non iuuatur mulier Velleiano, etiamsi dicat, non dotis nomine: sed mutui rem illam sibi esse obligatam, nisi creditor sciens pro alia pecunia rem mulieri esse obligatam soluisset, l. vir. 17. §. 1. ad Velleian.

Mulier, quod ex intercessione soluisset, si nolit repetere: sed velit mandati agere contra eum, pro quo fideiussit, auditur, l. penult. ad Velleian,

Reliqua infrà, num. 58. vsque 68, Velleianum, Exceptio, 37.

MVLIER non est idonea ad fideiubendum de iudicio sisti; quia iuuatur Velleiano. l. de die. §. 1. qui satisdare.

Mulier potest fideiubere in rem suam, quando est quæstio super fundo dotali, d. l. de die. §. 1. & 2.

Mulier potest fideiubere pro marito in causa dotali. ibid.

Mulier potest fideiubere de iudicio sisti pro marito in causa fundi dotalis, quando maritus desiit possidere, vel est dubium an sit dotalis, gl. in rem. in d. §. 1.

Mulier, quæ apud minorem pro alio fideiussit, potest repellere per exceptionem Velleiani ipsum minorem agentem contra eam, si prior debitor sit soluendo: alioquin tenetur minori, nec iuuatur Velleiano, l. verum. §. fi. & ibi glo. cum filiofam. de minoribus.

Mulier, quæ intercedens fundum pignori dedit, quamuis à creditore distractum potest vendicare: quia nullum ius habuit propter Velleiani auxilium, l. redemptores

etiam si ipsa pro eo, quem delegauit, intercesserit apud virum, non iuuatur Velleiano.ibid.

Mulier intercedens non tenetur, & iuuatur Velleiano, etiamsi ex intercessione non damnificetur, vt quia sibi promissum sit de indemnitate, vel ei data sunt pignora,l.quidam.29.in add.marg.ibid.

Mulier si in fraudem S.C.Velleiani se obligauit,obligatio non valet, & Velleiano iuuatur,d.l.quidam.§.fi.

Mulier si intercessit pro aliquo animo decipiendi creditorem vel cùm sciret se non teneri,non iuuatur Velleiano,l.si decipiendi.30.eod.

Mulier si pro aliquo intercessit induens se veste virili, vt sic creditorem deciperet,non iuuatur Velleiano,d.l.si decipiendi.& ibi gl.pe.in l.1.C.eod.

Mulier,quæ intercedendo dedit pignora,potest ea pignora vnà cum fructibus & omni deterioratione repetere tam à creditore, quàm à bonæ fidei emptore, vel ab alio,qui habet causam ab eo,l.fi.§.1.ad Velleian.

Mulier,quæ creditori viri,vel alterius vendiderit fundum ea conditione, vt emptor pecuniam accepto ferret viro,vel alij debitori, poterit eum vendicare: & si ab emptore opponatur ei exceptio de re empta, & tradita, replicabit ipsa, quòd contra S.C.erat venditio facta.d.l.fi. §. item si mulier.

Mulieris mandato si quis intercesserit pro aliquo, mandatario competit exceptio Velleiani,si creditor recepit mandatarium scienter in fraudem S.C.vt ipsa non intercederet,secus si ignoraster,nisi ipse mandatarius sciuisset in fraudem S.C.intercessisse,quo casu ipse mandatarius erit obligatus creditori, nec habebit actionem mandati contra mulierem,secus si ignorasset,d.l.fi.§.pen.& ibi gl.excludendum.eod.

Mulier pro eo,pro quo intercessit,si sit parata iudicium accipere,neque velit exceptionem Velleiani opponere, audiri debet si cauerit à non vsurpanda exceptione.d.l.fi.§.fi.

Mulier dicitur intercedere, etiam si intercedat pro eo, qui obligari non potuit, veluti pro seruo alieno,& ideò iuuatur Velleiano, & restituitur actio in dominum eius.ibid.

Mulier non potest rem suam pro alio obligare, nec alij consentire potest : pro se autem & ipsa potest & alij consentire.gl. seruabitur. in l. si fundus.§. 1. de pignorib.

Mulier fideiubens tenetur,nec iuuatur Velleiano ipso iure:sed ope exceptionis.† gl.vel mulierem.in l.qui satisdare.5. de fideiussor.

Mulier intercedens quando succedit reo principali, extinguitur exceptio Velleiani,l.Stichum,aut Pamphilum,95.§.additio.de solutio.

64 Mulierib.leges prouident specialiter in intercessione,vt succurratur,quando pro alio intercedunt.gl.fi.in l.fi.C.de iuris,& facti ignor.

Mulier aduersus confessionem erroneam, postquàm auxilium Velleiani competiuit, si lata sit sententia contra ipsam, non iuuatur Velleiano. gl. 1.in l.error.7.C.eod.

Mulier erroneam suam confessionem potest reuocare per Velleianum,vel etiam propter errorem facti, quo casu non nocet confitenti : vel etiam per Velleianum, vel per errorem sit reuocatio ante sententiam ; post sententiam remedium Velleiani competit.ibid.

Mulieri confessio sua erronea quoad præsumptionem nocet : non tamen nocet, si probetur contrarium.ibid.

Mulier intercedens animo nouandi pro alio ipso iure tuta est per Velleianum: vnde ipso iure actio restituitur in veterem debitorem,gl.debet.in l. 1.Cod.de reputatio.

Mulier per solam confessionem repellitur à Velleiani priuilegio: sed non repellitur à iure communi,gl.fi.l.1.C.si aduersus venditionem.

Mulieres alienã obligationem in se suscipientes vel transferentes,si id non ignorent,iuuantur Velleiano,l.1.C.ad Velleian.

Mulieres ex intercessione pro aliis facta si ignorant contrahentes ipsas fœminas, non iuuantur Velleiano:secùs si scirent.ibid.

Mulieres iuuantur Velleiano quando alienam obligationem in se suscipiunt, siue creditor,& ipsæ sciant eas intercedere,siue creditor tantùm, siue creditor, & etiam ipsæ ignorent.ibid.

Mulieri S.C.exceptio tunc datur,cùm principaliter ipsa nihil debet: sed pro alio debitore apud creditorem eius intercessit.l.2.C.eod.

Mulier non iuuatur Velleiano,quando ipsa pro creditore suo obligauit se alij:vel quando creditor mulieris delegat eam alteri creditori. ibid.

Mulier obligans se pro creditore suo,censetur obligare se in rem suam:quare ipsa tenetur,neque iuuatur Velleiano.gl.1.ibid.

Mulier siue intercedat pro filio,siue pro extraneo,locus est Velleiano,gl.1.in l.3.C.eod.

Mulier,quæ alienam obligationem in se transtulit, vel ab initio se ream constituit,cùm alius pecuniam acciperet,iuuatur Velleiano,l.4.C.eod.

65 Mulier,quæ res suas pro aliorum obligationib.obligat,iuuatur Velleiano.l.4.C. ad Velleian.

Mulier quando res pro alio obligauit,iuuatur Velleiano,vt ipsæ res non teneantur cum effectu. gl.4.ibid.

Mulier si tacuerit, cùm res suas maritus, vti proprias,pignori daret, vt deciperet creditorem,qui pecuniam præstitit,non iuuatur Velleiano.l.si sine.5.Cod. eodem.

Mulier consentiens fundum suum obligare pro alio, inutiliter consentit,& cùm sit inutile, est inutilis venditio eius per creditorem facta,l.si sciens.7. Cod. eodem.

Muliere consentiente si eius fundum maritus propter debitum suum pignori dedit creditori:qui si vendiderit,talis venditio est inutilis per Velleianum,& reuendicare poterit mulier,vel eius heres non refuso pretio emptori.ibid.

Mulieres emancipatæ permixtim cum fratribus obligationem paternam si in se transferunt animo nouandi,masculi tenentur pro parte sua: mulieres verò iuuantur Velleiano, & pro parte sua non tenentur ; subducta tamen mulierum persona pater in id conueniri potest,in quo conueniretur,si filiæ non intercessissent,l.si paternam.8.C.eod.

Mulieres emancipatæ si cum fratribus emancipatis permixtim in se transferunt obligationem paternam animo nouandi,& pater pro obligatione nouante pignus constituit,tenetur insolidum partim pro nouatione,partim pro non nouatione.ibid.

Mulieres emancipatæ si cum fratribus masculis in se transferũt paternã obligationem,valet obligatio pro parte masculorum, & pro ea parte pignus veteris obligationis liberatur : sed pro parte fœminarum nón valet, nec eatenus pignus liberatur. ibid.

Mulier intercedens pro marito, qui conduxit fundos, iuuatur Velleiano : secùs quando ipsa conduxit.l.si aduersarius.10. C. eod.

Mulier si pro dote filiæ suæ genero dotem constituat, & pro ea res suas obliget, non iuuatur Velleiano.l.si dotare.12. C.eod.

Mulier si pro marito fideiusserit, & mutuam pecuniam mulieri dederit creditor scienter in fraudem Velleiani,& ipsa acceperit,& dederit marito,vt se, vel res suas obligatas liberaret ab obligatione facta,iuuatur Velleiano,gloss. fi.in l.si fænebris.13.C.eod.

Mulierem contra Velleianum non posse intercedere,eadémque exceptione eius fideiussorem vti posse iuris authoritas probat,l.mulierem.14.& ibi gl.2.C. e. 6

Mulier si pro marito quondam suo intercesserit,nec ei heres extiterit, rectè potest vti Velleiano.d.l.mulierem.& ibi gl.pen.

Mulier,quæ pro marito intercesserat,mortuo illo si heres extiterit ei,vel à principio,vel ex postfacto intercesserat, quod principaliter tenebatur, tunc tenetur, nec iuuatur Velleiano. ibid.

Mulier si à principio,vel ex postfacto intercesserat pro alio, quòd accessoriè teneretur,tunc tollitur accessoria,& remanet principalis.ibid.

Mulier pro marito intercessura si mandauit alicui, vt fidem suam pro ea obstringeret,& initio contractus per Velleianum obligationi mandatoris adhæsit securitas,quasi mandator conueniatur, vtetur Velleiano,l.si vxor.15.C.eod.

Mulieris mandato si quis pro alio promittit, ab ipso initio efficaciter non tenetur.ibid.

Mulier quando alienam obligationem in se suscipit,iuuatur Velleiano, & restituetur creditori vtilis actio prima, quæ restitutoria dabatur contra priorem creditorem,l.si mulier.16.& ibi gl.1.& 2.C. eod.

Mulier si sub conditione,vel in diem pro alio intercessit, etiam pendente conditione volenti creditori cum debitore priori experiri, actio restitutoria danda est.d.gl.2.

Mulier cessante etiam Velleiano non tenetur, sed eius maritus quando maritus accipit mutuam pecuniam,& super eo sit factum instrumentum, in quo dicebatur,vxorem suam,& non [illegible] accepisse,l.si cùm pater.17.C. eod.

Mulieris nomen simulatè si sit [illegible] positum in instrumento loco viri,ratione simulationis obligatio est nulla ipso iure,neque est opus Velleiano,gl.1.ibid.

Mulier alienas obligationes in se suscipiens iuuatur Velleiano, nisi creditor aliqua ratione sit deceptus per mulierem, quo casu replicatione doli submouetur,l.fœminis.18.C.eod.

Mulieri decipienti creditorem non datur exceptio Velleiani,neque quãdo obligatur pro dote,dict.l.fœminis.18. & ibi gl.1.

Mulieri datur exceptio Velleiani,quando mulier sciente creditore accepit pecuniam à se,vt daret alicui.gl.fi.ibid.

Mulieri veteres obligationes suscipiendo,constituendo, vel mandando subuenitur per Velleianum,& creditori datur restitutoria, quæ antè ei dabatur. gl. 1. ibidem.

Mulieri succurritur obligationes nouas in se suscipiendo, vt cùm creditor esset contracturus cum aliquo, elegit mulierem in fraudem Velleiani, quo casu datur institoria:id est actio,quæ in debitorem dabatur,vel erat danda.ibid.

Mulieri succurritur per Velleianum ad obligationes, quæ ex mulieris persona calliditate creditoris exordium sumpserũt,l.cùm ad eã.19.C. eod. 67

Mulier iuuatur Velleiano,si creditor,qui cum alio contrahere proposuerat, personam eiusdem mulieris, & non masculi elegit. ibid.

Mulieris quoque heredes aduersus creditores eadem exceptione, quæ ex Velleiano mulieri competit,vti possunt.l.heredes.20.& ibi gl.fi.C. eod.

Mulier 25.an.post cautionem intra biennium si confirmauerit eam dando creditori pro eadem causa pignus,vel fideiussorem : aut fecerit aliud instrumentũ, non præiudicatur sibi ex tali consensu.l.mulier.22.C.eod.

Mulier 25.an.intra biennium confirmans de nouo intercessionem anteà factam, censetur,quòd adhuc ex consequentia suæ fragilitatis in secundam iacturam inciderit,& ita etiam iuuatur.ibid.

Mulier 25. an. post biennium confirmans de nouo intercessionem antea factam non habet Velleianum;& sibi imputet,cùm id, quod sæpiùs cogitare poterat, & euitare,non fecit: sed vltrò confirmauit. ibid.

Mulier tam ex secunda cautione post biennium facta potest se obligare,in quantum fecit in prima intercessione, quàm pignus, & fideiussores dare poterit. ibidem.

Mulier si crediti instrumento consentiat proprio viro, aut scribat, & propriam substantiam, aut se ipsam obligatam faciat, nullatenus valet id. auth. si qua mulier. C.eod.

Mulier consentiens viri sui obligationi,aut se,aut rem suam obligans preiudicat sibi, si manifeste probetur, quod pecuniæ in mulieris vtilitatem expensæ sint. ibidem.

Mulier obligans se,aut rem suam, aut consentiens obligationi mariti, ipso iure sibi non præiudicat,etiamsi iurauerit,gl.1.ibid.

Mulier obligans se, aut rem suam, aut consentiens obligationi mariti non præiudicat sibi,nisi quatenùs probetur in rem suam versum, & hoc est speciale in marito:in aliis autem aliud seruatur.gl.fi.ibid.

Mulier si in instrumento confiteatur pecuniã in sui vtilitatẽ conuersam,non probatur id ex tali confessione,cùm manifestè hoc probari debeat.d.auth.si qua.

Mulier si in instrumẽto publicè confecto,& à trib.subsignato confessa est se pretium recepisse pro intercessione olim,isto casu cessabat Velleianum:hodie nõ, nisi probetur illud pretium in eius vtilitatem esse versum, gl.fi.ibid.

Mulier si intercesserit siue ab initio,siue posteà aliquid accipiens vt sese interponeret,non iuuatur Velleiano,& tenetur siue sine scriptura, siue per scripturam sese interposuerit.l.antiquæ.23.C.eod.

Mulier siue in scriptis, siue sine scriptis intercesserit, debet creditori probare mulierem 6

Reliqua verl o,Muliebria,Legans,2.

MVNICIPIVM quodlibet,caſtrúmque reſtitui poteſt,cùm eius legati reſtitui poſſint,quod vnum quodque tale,& illud magis.l.legatis. & ibi add. marg. ex quibus cauſ.maior.

Municipio fideicommiſſum vniuerſale,& ſingulare relinqui poteſt,l. municipio. vt in poſſeſſionem legatorum.

Municipium heres inſtitutus,vel ſucceſſor per Trebellianum,ſi ſingulari legatario non ſatiſdederit; legatarius aduerſus municipes poteſt mitti in poſſeſſionem legati ſeruandi cauſa;ſed ſi econtrà legatum ſit municipio, nec per heredem ſatiſdetur nomine legati, vel fideicommiſſi, municipes non aſſequuntur vt mittantur in poſſeſſ.rerum hereditariarũ:ſed actor municipis decreto prætoris mittitur in poſſeſſionem.ibid.

Municipium quandoque accipitur ſtrictè pro caſtro,& villa. gl.per longum.in l, ſi finita.15.§.ſi de vectigalibus. de damno infecto.

Municipales magiſtratus dicuntur ipſi municipiorum, ac ciuitatum decuriones, neque ſunt hi de ciuitatum defenſoribus: quoniam defenſores ex aliis, quàm ex decurionib.eliguntur,numero ſanè tres,quorum munus,ac cura in hoc eſt, vt ignobiliores,& infimos à nobilibus illæſos ſeruent.l.vbi abſunt. 19. in add. marg.de tutorib.datis.

Reliqua verbo,Ciuitas,per tot.Caſtrum,Communitas, Immobilia,Legatus, 1, Legatum.23.Ciuitas,9.Magiſter,10.Munus,3.vſque 11.12.vſque 16.

1 MVNICEPS quis fit,aut authoritate propria,vel paterna,aut manumiſſione; vt eius originem ſequatur, à quo fuit manumiſſus:aut adoptione, dum ea durat. l.1.& ibi gl.1.& 2.municipal.

Municipes propriè appellantur quaſi muneris participes illi, qui ſunt recepti in ciuitate,vt munera nobiſcum facerent. ibid.

Municipes impropriè,& largè appellantur omnes,qui non ſubeunt opera aliquo priuilegio,licèt ſtent in minicipio,gl.impropriè.ibid.

Municipes propriè ſunt ciues Romani,qui in vrbibus ſuo iure,ſuiſque legibus vtentes muneris tantùm honorarij participes erant; ac deinde obſeruatum eſt vt vnuſquiſque ſuæ ciuitatis municeps diceretur;vnde magiſtratus municipales dicti ſunt ciuitatum ipſarum decuriones.d.l.1.in add.marg. & gl.1.in add. marg.l.1. de tutelis.

Municipes abuſiuè dicuntur ſui cuiuſque ciuitatis ciues, etiam qui munera non ſubeunt:vt putà Campani,Puteolani.dict.l.1.§.1.

Municeps Campanus eſt,qui ex duob.parentib.Campanis natus eſt, & etiam qui ex patre Campano:matre verò Puteolanà natus eſt,niſi priuilegio aliquo materna origo inſpiciatur, quo caſu erit maternæ originis municeps, vt putà Illienſibus conceſſum eſt,vt qui matre Illienſi natus eſt,fieret eorum municeps: quod etiam conceſſum eſt Delphis,& etiam Ponticis,d.l.1.§. qui ex duob.

Municeps originis matris quòd ſit quis,ſi conceſſum ſit priuilegium alicui municipio, intelligitur in veris filiis natis ex legitimo matrimonio; item & in vulgò quæſitis filiis hoc idem ſeruatur etiam ſine priuilegio, vt matrem ſequantur.ibidem.

Municipes intelliguntur ſcire, quod ſciunt hi, vel maior pars,quib. ſumma reipub.commiſſa eſt,l.municipes.14.eod.

2 Municeps deſinit eſſe,qui Senatoriam dignitatem adeptus eſt,intellige quantum ad munera:nam quantum ad honores,retinent originis domicilium,vnde manumiſſus efficitur municeps manumiſſoris municipij.l.municeps.23.eod.

Municeps, qui poſt collectam impoſitam eſt effectus conuerſus alicuius monaſterij,tenetur ad collectam,& poteſt conueniri reuocatoria.† gl.1.in l.incola. 34.eodem.

Municipes ideò dicuntur, quia munera ciuilia capiant. l. munus 18. de verb. ſig.

Municipes intelligendi ſunt, & qui in eodem municipio nati ſunt. l. municipes. 128.eod.

Municipem facit natiuitas.gl.1,ibid.

Municeps eſt genus; originarius verò eſt ſpecies, nam aliquid ſpeciale eſt in eo, qui eſt municeps originarius,gl.1.in rub.C.de municipib. lib. 10.

Municeps propriè dicitur ille,qui ſubit munera,ſiue ibi natus,ſiue non:ſed hodie etiam omnes,qui non ſubeunt,dicuntur municipes.ibid.

Municeps originarius dicitur ab origine patris,vel etiam ſua.† ibid.

Municeps eſt genus, ciuis, & incola ſunt ſpecies, gl.1, in l. ciues. C. de incolis. lib.10.

Municipes:id eſt ipſa vniuerſitas,ſi ſeruum municipij manumiſerint,habent plenum ius in bonis liberti,l.1.de libertis municipum.

Municipibus poteſt reſtitui hereditas ex Trebelliano. ibid.

Municipes heredes inſtituti à liberto ſuo poſſunt acquirere hereditatem ex teſtamento.ibid.

3 Municipes poſſunt petere bonorum poſſeſſionem liberti ſui.ibid.

Municipes non poſſunt de facilè conſentire in petenda bonorum poſſeſſione, d. l.1.& ibi gl.fi.

Municipibus tempora bonorum poſſeſſionis petendæ cedunt exinde, ex quo decernere de petenda potuerunt,de eligendo,& decernendo ſyndicum,vel actorem.ibid.

Municipes iurare poſſunt per eos, per quos municipij res geruntur,l.municipibus.96.de condit.& demonſtr.

Municipes heredes inſtituti,& rogati de reſtituendo poſſunt cogi adire,& reſtituere,& econtrà poteſt fieri eis reſtitutio,l,recuſare. 6. §.item ſi municipes.& ibi gl.reſtituere.ad Trebell.

Municipes non poſſunt facilè conſentire,d.gl. reſtituere.

Municeps dicitur quis:quia ſimul munera cepit,gl.1.in l.etiam.de tutelis.

Municipum ſaltus licèt ſit municipum,non tamen dicitur eſſe cuiuſlibet de municipio,& ideò ſingulis de municipio poteſt deberi ſeruitus iuris paſcendi in illo ſaltu,gl.fi.in l.teſtatrix.20.§.1.ſi ſeruitus vindicetur.

Municipes cuiuſdam terræ ſi emerunt ſaltum communem, vt liceret ſingulis de villa, vel terra paſcere in illo ſaltu beſtias ſuas, poſteà ſi aliquis de illa terra vendiderit, omnes poſſeſſiones,quas ibi habebat,vel legauerit alicui,illud ius paſcendi tranſit in emptorem,vel legatarios,niſi ſpecialiter ſit exceptum,d.§. 1.& ibi gl.tranſire.

Municipes conueniri poſſunt ad exhibendum. l. tigni. §. item municipes.ad exhibend.

Municipes de facile conſentire non poſſunt: cum difficultate tamen poſſunt: vt pulſata Campana;quia videntur facere quod conſilium facit, vel maior pars, vel metum inferunt,vel poſſeſſionem apprehendunt,gl.facere poſſunt.in l.ſed & ex dolo. §. 1. de dolo malo. gloſſ. & reſtituere. in l. recuſare. 6. §.item ſi. ad Trebel.

Municipes tenentur actione de dolo de his, quæ ad eos peruenerunt ex dolo eorum,qui res eorum adminiſtrant; quia ratum habere videntur, niſi reddatur. d. §. 1.

Reliqua verbo,Ciues,Incola.

MVNIFICES ſunt,qui non vacant,ſed munus principi faciunt; contrà beneficiarij ſunt,qui muneris officio vacant.l.munus.18.in add. marg. de verborum ſignif.

MVNIMENTVM dicitur à munio:ſed monumentum à moneo, vel à memoria.gl.munimenti,in l.funeris.17.§.fi.de religioſ.

Munimentum ſepulchri illud eſt, quod munimenti: id eſt cauſa muniendi eius loci factum eſt,in quo corpus impoſitum eſt.dict.§.fi.

Reliqua verbo,Monumentum.

Munus in genere,nu.1 & 2.

quoad munera ciuilia publica,& priuata,perſonalia,& patrimonialia,nu.3.vſque que ad nu.11.& vſque 16.

quoad continuationem, vacationem, immunitatem, & excuſationem munerum, 12.

MVNVS ad nuptias,vel ad aliud dotalitium dicitur,gl.1.in l.plebiſcito.de officio præſidis. 1

Muneris,vel doni appellatione nõ continentur xenia per interpretationem;pertinent tamen ex verbi ſignificatione, gloſſ. non pertinet.in l.ſolent.de officio proconſul.

Munus,& donum differunt,gl.ſolennia.in l.cùm plures.13.§.fi. de adminiſtrat. tutorum.gl.iure licito,in l.vt iuriſiurandi.§.iurare.de operis libert.

Munerib.ſi quis pœnæ cauſa fuerit prohibitus,non valet ſententia. l. relegatorũ. §.fi.de interdictis.

Munus,& donum differunt,gl.ſolennia.in l.cùm plures.13.§.fi. de adminiſtrat. tutor.gl.iure licito.in l.vt iuriſiurandi.§. iurare.de operis libertor.

Munerib.ſi quis pœnæ cauſa fuerit prohibitus,non valet ſententia.l. relegatorũ. §.fi.de interdictis.

Munus dicitur tribus modis:vno modo dicitur donum,& inde dicuntur munera dari,mittíve;altero modo dicitur onus ſine honore, quod cũ remittitur, præſtat vacationem militiæ, munerifque,inde immunitas appellatur; tertio modo dicitur officium cum honore, vnde munera militaria, & quidam milites munifices vocantur.l.munus.18.de verb.ſig.gl.1.in rub. C. de munerib.patrimon,lib.10.

Munus ſine honore triplex eſt,quoddã patrimoniale, aliud perſonale,aliud mixtum.gl.onus.& ibi add.marg.in d.l. munus.

Munus ſiue perſonale,ſiue patrimoniale propriè eſt, quod neceſſario obimus lege, more, vel imperio eius, qui iubendi poteſtatem habet, l. munus. 214.de verb.ſig.

Munus quodcumque non dicitur donum: at econtrà quod donum fuerit,dicitur id rectè munus.ibid.

Munus eſt cum cauſa,& ſine cauſa:ſed donum ſemper eſt ſine cauſa, gl. fi. ibi. & gl.1.in l.1,C.de contra tab.libert.gl.munus.in l.mortuo.50.§.fi.de leg.2.

Munera quædam angaria,alia parangaria,alia rerum.gl.munera.in l.placet.5. C. de ſacroſanctis.

Munus extraordinarium dicitur quando princeps præcipit ſubditis, vt ſibi conferant aliquid,veluti aurum,argentum,vel bouem ad facienda feſta, & conuiuia pro filio ſibi nato,gl.extraordinarium. ibid,

Munus canonicum dicitur,quando,vel pro capitib.animalium,vel ſeruorum,vel pro rebus ſuis præſtatur collecta,gl.canonicum.ibid.

Munus extraordinarium eſt, quod debetur propter aduentum repentinum principis,ad quod etiam Eccleſia tenetur,gl.quam. ibid.

Munera ſordida extorquens ab Eccleſia excommunicandus, & ad exilium perpetuum damnandus eſt.d.l.placet. in fi. 2

Munus refugiens occaſione religionis excluditur à profeſſione, gl.antepen. in l. qui ſub prætextu.9.C eod.

Munera Lyciarchiæ,& Syriarchiæ, & Syriæ exigi debent per procuratorem rerũ imperialium, quæ ſunt in oriente,& nulli curiali conceditur,l...C. de officio commit.orient.

Munus militiæ euitare,& militiam detrectare delictum eſt.gl. fi.in l.cùm te domus.8.C.de his quæ vi.

Munera extraordinaria non conferuntur, nec ordinaria remittuntur, gl. fi.in l. 4.C.de annonis,& tribut.lib. 10.

Munus ordinarium dicitur;quod à lege imponitur. ibid.

à Munerib.ordinariis conceſſa immunitas per reſcriptum principis nõ valet, niſi ſit præſcriptum per 40.annos.l.in fraudem.& ibi gl.fortiri. C. eod.

à Munerib.ordinariis nemo poteſt excuſari,& circa omnes par, atque æqualis eſt illationis forma.d.l.in fraudem.& ibi gl.fi.

Munera ſordida plura nominantur,l.maximarum.verſ.ſordidorum.C.de excuſatio.numerum.lib.10.

in Munerib. & onerib. ſubeundis ordo ſeruari debet, ſi omnes ſunt ſufficientes: alioquin illi,qui potiores ſunt,eligi,ac nominari debent nullo ſeruato ordine: fallit in quibuſdam muneribus, quæ imponuntur omnib.l.1.& ibi gl.fi.C. de potiorib.ad munera non.lib.10.

Munus,vel miniſterium,quod ſeruis tantùm conuenit, liber homo inuitus non cogitur gerere, qui ſi cogatur,poteſt implorare auxiliũ præſidis.l.1. & ibi gl. 2.& l.2.C.ne quis liber inuitus actum reipub.lib.11.

Munera extraordinaria dicuntur, quæ non lege, non Senatuſconſulto; non conſtitutione principis indicuntur,gl.onera.in l.1. Cod. de agricol. & cenſit. lib.11.

fiſcales,ſiue annona, vel veſtis, item curſus vehicularis ſolicitudo, item cura emendi frumenti,& olei.ibid.

inter Munera perſonalia connumeratur calefactio publici balnei, ſi ex redditib. alicuius ciuitatis curatori pecunia ſubminiſtretur,item cura cuſtodiendi aquæ ductus,l.fi. §.inter perſonalia.

Muneribus perſonalibus dicuntur fungi irænarchæ, qui diſciplinæ publicæ, & corrigendis moribus præficiuntur,item qui ad reficiendas vias eligi ſolent, & qui præſunt pani & cæteris rebus vænalib. quæ ciuitatum populis quotidianũ victum ſuggerent.ibid.

Munus perſonale ſuſtinere dicuntur illi, qui annonam ſuſcipiunt, exigunt, vel erogant,item exactores pecuniæ pro capitib. & curatores, qui ad colligendos ciuitatum publicos reditus eligi ſolent,item cuſtodes ædium,limenarchæ,curatores ad extruenda ædificia publica,& alij.d.l.fi.§.qui annonam.

Munus perſonale ſuſtinet defenſor ciuitatis,& etiam qui eliguntur ad certã cauſam agendam,vel defendendam,d.l.fi.§.defenſores.

9 Muneri perſonali ſeruiunt ſcribæ magiſtratus,d.l.fi.§. ſi autem.

Munus perſonale eſt ſternere viam, & acceptare, vel ſuſcipere cenſuales profeſſiones,d.§.ſi autem.

Munera quædam ſunt perſonalia,quædam patrimonialia,l.1.de munerib. & honor.

Munera perſonalia ſunt ciuilia munera,defenſio ciuitatis: id eſt vt ſyndicus fiat, legatio ad cenſus accipendos, vel vt patrimonium ſcribatur, annonæ,& ſimilium cura:prædiorum quoque publicorum,& ſimilia alia.d.l. 1.

Munus perſonale eſt,quod cum corporis labore,& ſolicitudine animi,& vigilãtia principaliter exiſtit.ibi.glo.penul.in l.veteranis.9.Cod.quando prouocare non.

Munus perſonale eſt tutela vera adulti,vel furioſi,prodigi,muti, & ventris,& ad exhibendum cibum, potum, tectum: ſed & in bonis abſentis, & aliæ curæ, d.l.1.

Munera quædam ſunt patrimonialia,quædam perſonalia,quædam dicuntur honóres.l.reſcripto.§. fi.de munerib.& honor.

Munera,quæ patrimoniis iniunguntur,vel in retributiones,talia ſunt vt illa,neque excuſet ætas, nec numerus liberorum, nec alia prærogatiua, quæ ſolet à perſonalib.munerib.excuſare.ibid.

Munera patrimonalia duplicia ſunt: quædam poſſeſſorib.iniunguntur, ſiue ſint municipes, ſiue non:vt ſunt munera retributionum, quæ in agris fiunt,vel in ædificiis poſſeſſorib.indicuntur:quædam, quæ non iniunguntur,niſi municipib.& incolis:vt ſunt munera,quæ patrimoniorum tantum habentur,d.§. fi.& l.fi. §.patrimoniorum.eo.& gl.1.in l.2.C. de annonis.lib.10.

Munerib.patrimonialib excuſari non poteſt primipilaris, neque veteranus, neque miles,nec alius,qui priuilegio aliquo ſubnixus eſt.d. §. patrimoniorum.

Muneribus patrimonialibus non excuſatur clericus, nec Eccleſia, nec pontifex, dict.§.patrimoniorum.& ibi.gl.pontifex.

Munera patrimonialia ſunt,quæ ſumptib.patrimonij, & damnis adminiſtrantis expediuntur,d.l.fi.§.patrimoniorum.

10 Munera patrimonialia ſunt:vt rei vehicularis,item nauicularis, & decemprimatus,l.1.de munerib.& honor.

Munus patrimoniale eſt,in quo ſumptus maximè poſtulatur.ibid.

Munera ciuilia perſonalia ſuſcipere in vna ciuitate quis non cogitur ex eo, quòd ibi habeat prædia,& poſſeſſiones:niſi ea ciuitas de hoc habeat ſpeciale priuilegium,l.libertus.§.ſola.ad municipal.

Munera patrimonialia cogitur quis ſuſcipere in vna ciuitate, ex eo quòd ibi habeat poſſeſſiones.gl.munerib ibid.

Munus exigendi tributi inter munera ſordida non habetur, & ideò poſſunt eligi etiam decuriones ad exigenda tributa.d.l.libertus.§. exigendi.

Munus patrimonij duplex eſt: vnum, quod indicitur reb.& illud ſoluunt etiam non municipes, item qui fænus exercent: aliud eſt, quod indicitur perſonæ pro patrimonio, & illud tantum municipes ſoluunt, & præſtatur illud provt indicitur eis per ſingula luſtra,gl.1.in l.2.C.de annonis, & tribut.lib.10.

ad Munera realia non rei ctur q us in plus, quam de re poſſideat,dict.l.2.

Munera patrimonialia ſubire debet quis in loco,in quo habitat, pro domo, vel poſſeſſione,quam ibi poſſidet.gl.fi.in l.4.C.de incolis. lib. 10.

Munera mere patrimonialia ſuſtinenda ſunt per ordinem: id eſt non vnus tãtùm grauabitur,vt alius releuetur,& ſecundum facultates,l.1. & ibi gl.1. C. de muner.patrimonia.lib.10.

Munera patrimonialia, quæ publicæ vtilitatis gratia indicuntur, ſubeunda ſunt ab omnibus etiam alienigenis,dummodò ibi aliquid poſſideant: quod verum eſt,quando imponuntur ipſis rebus:ſecùs ſi perſonis pro rebus,l.2.& ibi gl.fin. & add.marg.C. eod.

11 Munus hoſpitis recipiendi patrimoniale eſt,& illud remittitur à lege ſcripta magiſtris liberalium artium,doctoribus legum,grammaticis, & philoſophis. gl. 1.& fi.in l.3.C.eod.titul.& lib.

Munus patrimoniale eſt,quod indicitur perſonis pro reb.& hoc tantùm ciuib. & incolis;aliud quod indicitur ipſis poſſeſſionib.& hoc indicitur etiam alienigenis,modò aliquid poſſideant.ibi.gl.in rub. C. de muneribus patrimonialibus. lib.10.

Munus, vel onus alimentandi equos decurionum patrimoniale eſt. l. non videtur. C. eodem.

Minus an ſit patrimoniale, vel perſonale poteſt per ſententiam iudicis decerni, & declarari:& ſi iniquè declaretur, non reſcinditur ſententia ſine appellatione.dict.l.non videtur.& ibi.gl.fi.

Munera prototrariæ,vel ſacerdotij, vel decaprotiæ licèt dicantur corporalia: tamen habent naturã patrimonialium,& ſunt mixta,l.nec protoſtaſiæ, & ibi gl. fi.C.eod.

Munera patrimonialia, & perſonalia ſexui congruentia, & quæ eorum pudorem non lædunt, debent ſubire mulieres:ſed non perſonalia incongruentia ſexui.l. pen. & ibi gl.1.& add.marg.C.eod.

Munere aliquo perſonali abſens vltra commeatum reuocari poteſt ad munus: & ſi à cuſtodia caſtri licentiatus ad tempus, vel ſub forma, ſi exceſſerit modum, reuocatur ad munus.l.2.§.fi.ad municipal.

Munera patrimonialia quando poſſeſſionibus indicuntur,tunc res illa eſt onerata, & cum illo onere tranſit,& ideò clericus, ad quem illa peruenit, tenetur ſoluere illud: quod verum eſt,quando illa poſſeſſio erat aſcripta dare pro ſolido,& libra ad collectas,& ea deſcriptio fit perpetua, & certa; ſecus ſi propter imminentiam negotiorum immutetur,gloſſ.munitionib.in extrauag.de pace Conſtantiæ.§.nos.

Reliqua verbo, Angaria. Parangaria, Capitatio, Clericus, 14. Debilitatus, Indictio, Superindictio, Minor, 13. Debitor, 82.83.

à MVNERIBVS maioribus non excuſatur ille,qui confugit de ciuitate ad rus, ne ſubiiceretur maioribus.l.1.§. fi.de vacatione munerum. 12

à Muneribus ciuilibus. ſcilicet tutela, & cura non excuſatur, qui 75.ann. eſt, & tres liberos incolumes habet, ſed ab aliis perſonalibus excuſatur imò ſufficit quòd ſit 55.ann.d.§.fi & ibi gl.fi.

à Muneribus patrimonialibus nullo tempore quis excuſatur,etiam ſi haberet 75. annos.d.gl.fi.

ad Munera, vel honores non vocatur minor 25. ann.l. 2. eod.

à Muneribus volens ſe excuſare propter liberos, debet probare ſe habere numerum filiorum viuorum eo tempore,quo propter eos vult ſe excuſari. d. l. 2. §. qui ad munera.

à Muneribus ciuilibus non excuſatur,qui minus audit,vt ſurdaſter:ſed ſenectute, vel corporis imbecillitate vexatus ita, quòd muneri perferendæ pecuniæ non ſufficiat;excuſatur,& alius conſtituitur,d.l.2.§.pe.

à Muneribus patrimonij non excuſatur quis propter corporis debilitatem: ſed benè muneribus quæ tantùm corpore ſunt implenda,d. §.pe.

Munerum ciuilium immunitatem non habent docentes primas literas, quibus manus patrimonij non debet indici vltra vires,d.l.2. §. fi.

Muneris publici vacationem habent,qui naues marinas non minores 50.modiorum fabricauerunt,aut plures ſingulas non minores decem millium modiorũ fecerunt,& ad annonam Populi Romani præbuerunt,quod intellige donec illæ naues,aut aliæ loco illarum nauigant.l.1.eod.

à Muneribus ciuilibus quæ patrimoniis non indicuntur,excuſatur veteranus.l. à muneribus.eod.

Muneris publici vacationem habentes non compelluntur ad aliquod extraordinarium.l.hi,qui.eod.

Muneris publici vacationem habens non cogitur ſubire collationes ſibi ex improuiſo impoſitas à magiſtratu: cogitur tamen ſubire impoſitas à lege.l.in honorib.§.1.eodem. 13

Munera ſordida corporalia,item tutelæ remittuntur philoſophis:ſed non munera patrimonalia,dict.l.in honoribus.§.pe.

Munera, & honores in ſua ciuitate ... qui appellauit ad principem, & cauſam propriam acturus Romam profectus eſt, non cogitur ſubire, quoad cognitio finem accipiat.d.l.in honorib.§ fi.

à Muneribus Romæ profitentes literas perinde excuſantur in patria ſua, ac ſi in patria ſua profiterentur,l.eos,qui eod.

à Muneribus patrimonialib. nulla priuilegia generalia præſtant immunitatem; ſed ſpecialia tic.l.his onerib. ... eod.

Munerum excuſationem habent illi, qui præſunt menſurationi frumenti,vel annonæ vrbis Romæ,ſed in prouinciis non.d.l. his onerib.

Munera quædam ſunt,quę cohærent rei propriè,in quibus neque liberi,neque ætas, neque merita militiæ,neque vllum aliud priuilegium iure tribuit excuſationem, vt eſt prædiorum collatio, viæ ſternendæ, angariarúmve exhibitio, hoſpitis ſuſcipiendi munus,niſi principis beneficio hoc conceſſum ſit alicui,l. ſunt munera.11.eod.

à Muneribus,honoribus,& tutelis excuſantur comites præſidum, proconſulum, procuratorúmve Cæſaris.l.legato.eod.

Muneris publici vacationis tribuendæ duo ſunt genera: vnum plenius, cùm & militiæ datur:aliud exiguius,cùm nudam muneris vacationem accipit quis.l. pen.§.1.eod.

à Muneribus ciuilib.immunitatem habent,qui in nauib. ſunt ob hoc tantùm, vt in eis,cauſa agendi proprij commodi principaliter operentur: ſecus ſi principaliter cauſa reipub.l.1.& ibi gl.1. de iure immunitat.

Munera omina regulariter ſubeunt laici: facile tamẽ excuſantur à perſonalibus: ab angariis autem,& muneribus realib. non niſi ſpeciali priuilegio principis. gl.munerum.in l.placet.C.de ſacroſanct.

à Muneribus patrimonialibus non excuſantur luminibus capti, ſurdi, muti, furioſi, aut perpetua valetudine tenti, gloſſ.1. in Cod. qui morbo ſe excuſare.

Munerum patrimonalium immunitatem habens non debet excuſare ab illis muneribus alios prætextu ſuæ immunitatis. l. final. Cod. de annonis. lib.10.

Munerum excuſationem habentes non excuſantur ab indictione, l. 1. C. de indict lib.10. 14

à Muneribus perſonalibus multis modis excuſatur quis per legem ſcriptam,gl.1 in l.vacuatis.9.C.de decurionibus.lib.10.

à Muneribus patrimonialib.nemo excuſatur,niſi ſpeciali beneficio principis, vel lege ſcripta ſpecialiter de munere patrimonij dante immunitatem; nec ſufficit,quòd lex,vel princeps dicat immunem eſſe:ſcilicet quoad patrimonij immunitatem.ibid.

à Munerib. publicis immunitas conceſſa non valet;intellige in præiudicium fiſci,ſed bene in præiudicium concedentis. ibid.

à Munerib.ciuib.nullus,qualibet prærogatiua fultus,debet eſſe immunis. l. nullus.28.C.eod.

Munerum,& honorum ciuilium continuatio impeditur in eo,qui denuò vocatur ad eadem,vel alia munera, vel cùm pater vocatur poſt filiumfam. vel econtrà,& multò magis cùm ſimul vocantur,& ſic filius per patrem,& econtra excuſatur ab honorib.& munerib.ſcilicet perſonalib.& mixtis,l.1.& ibi gl.3. C. de munerib.& honorib.lib.10.

Munerum,& honorum ciuilium continuatio non impeditur inter patrem, & filium emancipatum: nec inter fratrem, niſi eſſent in poteſtate eiuſdem: quia ſunt in vna domo.d.gl.3.

Munerum, & honorum vocationem tempus prodeſt tantum his, qui verè ſunt

idem

Mutatione perſonæ mutatur cauſa.gl.mutata.in l.1.ſi ex noxali cauſa.

Mutatio perſonæ gerentis negotia non debet nocere abſenti, cuius negotia gerebat; quia ab initio nihil de hoc cogitauerat, & ideò ſecundum varietatem temporum variatur actio contra geſtorem. l. Pomponius. 2. de negotiis geſtis.

Mutatio abſentis perſonæ,eius negotia gerenti prodeſſe non debet. d. l. Pomponius.& ibi.gl.1.

Mutatione rei extinguitur vſusfructus:ſed non hypotheca.l.ſi fundus. §.ſi res. & ibi gl.competit.de pignorib.

Mutatione rei ante mortem teſtatoris extinguitur legatum: quia legatario ante mortem teſtatoris non eſt ius firmum,gl.competit.& ibi add. marg. in l.fundus.§.ſi res.eod.

Mutatio voluntatis eius,qui adminiſtrationem,vel tutelam concedit, præſumitur propter mutationem morum eius, cui conceditur, l. in confirmando., de confirm.tutore.

Mutatio rei legatæ quando fit de materia informam,vel econtrà, non extinguitur legatum,niſi teſtator voluntatem ſuam mutauerit, l.ſeruum filij. 46. §.ſi pocula.de legat.1.

Mutatio fit de aliquo in aliquod:ſed ex non ente ad aliquid non dicitur propriè mutatio,l.3.§.illud.in add.marg.de acquir.poſſeſſ.

Mutatio ſtatus non nocet ad ſuccedendum, gloſſ.parentum. in l.fin.§.1. Cod. de epiſcopis.

Mutatio non præſumitur interueniſſe in modico interuallo, gl.3.in add.in l.ſiue poſſidetis.16.C.de probatio.

Mutatio vitæ hominum non eſt facilis:ſed fit cum animati corporis labore.§.illud.in auth.de monachis.col.1.

Reliqua verbo, Libellus, 7. Nomen, 1.3.5. Notarius, Poſſeſſio,57. Teſtator,30.31.32. Variare.

Mvtiana: vide ſuprà verbo,cautio.num.13.

Mutuans in genere.num.1.2.3.

Quoad nummos alienos,vel ſuos,num.4.& 5.

Quoad Mutuantem minori Eccleſia, collegio, vel exiſt..nti in aliena poteſtate.numer. 6.& 7.

1 Mvtvans pecuniam luſorib.vt ſecum ludant,eam repetere non poteſt.l.ſi. & ibi gl.acceperit.de aleæ luſu,& aleator.

Mutuans procuratori tuo tui contemplatione vt creditorem tuum, vel pignus liberaret, aduerſus te habet actionem negotiorum geſtorum: ſed aduerſus procuratorem nullam habet actionem. l. ſi pupilli. §. item ſi procuratori. de negot.geſt.

Mutuans in refectionem domus ipſo iure habet tacitam hypothecam in ea; ſiue fabro,vel conductori operis mutuauerit,l. 1.in quib.cauſ.pignus.

Mutuans pecuniam ſine ſtipulatione, ſi incontinenti antequàm partes teneant contractum pro abſoluto, ſtipulationem fecerit, vnus contractus verborum dicitur,& idem ſi ante ſtipulatio facta ſit, & mox pecunia mutuata ſit.l.ſi ita fuero.§.fi.de nouatio.

Mutuans pecuniam ſine ſtipulatione ſi ex interuallo ſtipulationem fecerit, duo contractus eſſe dicuntur: vnus re,alter verbis, & ex conſecutione per ſecundum contractum primus eſſet nouatus,ſi hoc tacitè,vel expreſsè actum ſit,gl. ex continenti.in add.marg.ibid.

Mutuans quando pecuniam mutuatam ſtipulatur in continenti ſibi reddi, non naſcitur obligatio ex numeratione, vt deinde illa per ſtipulationem nouetur: ſed magis eſt,quòd numeratio fiat cauſa implendæ ſtipulationis, l.cùm enim. eodem.

Mutuans ex mutuo agens non tenetur probare originem dominij rei mutuatæ, hoc eſt vnde dominium illius ad eum peruenerit,ſi vt propriam mutuauerit.l. non vnde.7.C.ſi certum pet.

Mutuantibus pluribus pecuniam, cuilibet pro parte quæritur actio: niſi ſit conuentum, quòd ſint plures rei credendi re, vel verbis in ſolidum, l. cùm te, C. eodem.

2 Mutuans pecuniam alicui contemplatione Titij contra Titium, qui mandauit mutuam pecuniam accipi.habet actionem negotiorum geſtorum ad ſimilitudinem inſtitoriæ,gl.1.in l.pe.C.de inſtitori.actione.

Mutuans pecuniam,vel fructus aridos agricolis:in vno quoque anno pro modio octauam partem modij,& pro ſolido ſiliquam accipiens nomine vſurarum, terram,ſiue aliquid aliud,quod pignori accipit,omnino reddere tenetur.auth. ad hæc.C.de vſuris.

Mutuans agricolis pecuniam,vel fructus:& vſuram maiorem octaua parte ſtipulans cadit ab actione ſua,& quod pignori datum eſt,non tenetur.ibid.

Mutuans agricolis pecuniam,vel fructus aridos,ſibi ſtipulando vſuram maiorem octaua parte,cadit ab actione ſua per exceptionem.† gl.ſi.ibid.

Mutuantes ſiue ruſticis,ſiue aliis nouo iure nullas poſſunt ſtipulari vſuras,vel acceſſiones,d.gl.fi.ibid.

Mutuans ex mandato alicuius obligat ſibi recipientem tanquam principalem ex contractu mutui, & mandantem per actionem mandati, l. ſi literas. 7. C. mandati.

Mutuans ex mandato alicuius,ſi recipiat pecuniam mutuatam à mandante, debet cedere actiones mandanti contra mandatarium accipientem,gl.2.

3 Mutuans filiis ex mandato patris defuncti habet heredes eius, etiam pupillos, obligatos actione mandati: & ſi in ſolutione ceſſabitur, hypothecaria poteſt etiam pignora perſequi.l.ſi tibi.8.C.eod.

Mutuanti non eſt obligata res empta ex pecunia numerata, niſi ſpecialiter, vel generaliter emptor eam mutuanti obligauerit, l. quamuis. 17. Cod. de pignorib.

Mutuans pecuniam hoc acto expreſsè, vt militia ematur,quantum ad militiam emptam præfertur omnibus aliis creditoribus; aliàs ſi non expreſsè dicatur, vt militia ematur, vxor, & alij ſimiles dotem repetentes præferuntur ei in hypotheca:fallit in mutuante Silentiario.§.optimum.in authent. de exhiben. reis.col.5.

Mutuans pecuniam ſtipendiariis ſi ſibi non ſatisfiat,poteſt eorum ſtipendium ſequeſtrari.l.pen.§.ſuper his.C.de erogat.milita.anno.lib.12.

Mutuanti vinum vetus non debet reddi vinum nouum. l. cùm quid. ſi certum petatur.

Mutuanti vinum nouum poteſt reddi vinum vetus,ſi vetus ſit melius nouo; quia redditur in eodem genere, & bonitate: non tamen poteſt reddi vinum vetus deterius pro nouo,gl.nouum.ibid.

Mutuans centum ducatos Venetos non cogitur recipere tot florenos Florentinos,qui valent centum ducatos Venetos, ſi aliquod damnum ex eo paſſurus eſt,vt quia nauigaturus ſit, & ibi non expediantur floreni. l. Paulus.99.de ſolutio.

Mutuans pro pecunia mutuata oleum ſibi reddi rectè poteſt ſtipulari, neque ob pœnitentiam vnius ex contrahentibus reſcinditur contractus, l. eò, quòd.10. C.ſi certum petatur.

Mutuans pecuniam,mutationem pecuniæ mutuatæ ſi fecerit, vel tranſtulerit in vinum, vel in aliam ſpeciem,nihil agit, niſi fecerit per ſtipulationem. gl. pe. ibidem.

Mutuans ſi faciat alium ſcribi fraudem vſurarum,vt maiores vſuras ſtipularetur, quàm potuiſſet ipſe,tunc magis inſpicitur, quod verè actum eſt, quàm quod ſcriptura,gl.1.in l.4.C.plus valere quod agitur.

Reliqua verbo, Alea, Credens, Actio,154 Creditor,80.81.

Mvtvans pecuniam Titij,vel ſuam nomine Titij,Titio acquirit condictionem,l.certi condictio.§.ſi nummos.ſi certum petatur. 4

Mutuans ſeruus pecuniam domini voluntate acquirit certi condictionem domino:ſed ſi mutuet contra domini voluntatem, dominus eam vendicare poteſt: ſed ſi accipiens dolo malo conſumeret, in eum datur domino actio ad exhibendum: ſed ſi conſumeret bona fide, condicere poteſt, l. rogaſti. §. final. eodem.

Mutuans alienos nummos non acquirit ſibi condictionem, antequàm accipiens conſumpſerit;etſi ille pro parte conſumpſerit, poterit mutuans partem conſumptam condicere,l.nam etſi fur.& ibi gl.nondum.eod.

Mutuans nummos alienos ſi poſt numerationem furere cœperit, accipiens ſi illos conſumpſerit,acquiritur furioſo condictio certi ex mutuo, l. ſi à furioſo. & ibi gl.fi.eod.

Mutuanti alienos nummos,etiamſi ſtipulatus ſit ſibi reddi, obſtat doli exceptio, ſi dominus illos vendicauit,antequàm conſumerentur, cùm debitor eam teneatur domino reſtituere,propter quod generatur mutuanti præiudicium. gl. conſumpſerit.in l.nam etſi fur.13.eod.

Mutuans alienos nummos contra accipientem nolentem eos conſumere poterit agere condictione quaſi conſumptos nummos, quia per eum ſtat, quominùs conſumeret: ſed ſi bona fide nolet conſumere, vt quia eſt ei denunciatum à domino,ne conſumat,mutuans eam non poterit conuenire.ibid. & gl. fin.in l. 2.C.eod.tit.

Mutuans alienam pecuniam ea conſumpta habet obligatum eum, qui accepit, l. non omnis.§.ſi pupillus.eod.

Mutuans ſi cùm dubitaret an contra Macedonianum acceperit filius mutuam pecuniam, vel non, nec aliàs eſſet daturus filio contra Macedonianum accipienti,ſi acceſſerit quis dicendo non accipere contra Macedonianum,& quod periculo ſuo crederet,vel quòd bene crederet, tenetur mandati mutuanti, l.ſi verò non,§.ſi quis mandauerit.mandati. 5

Mutuans alienam pecuniam nomine ſuo,niſi ſibi ſit ſtipulatus, non acquiritur ſibi actio,niſi ex conſumptione, quo caſu videtur reconciliatum mutuum. gl. 3.in l.2.C.ſi certum petat.

Mutuans alienam pecuniam ſuo nomine, ſi ſit ſibi ſtipulatus, & dominus eam vendicauerit,antequàm ſit conſumpta,mutuanti non tenebitur is,cui fuit mutuata.† gl.fi.ibid.

Mutuans pecuniam alienam nomine domini acquirit domino directam actionem,non ſibi.gl.2.in l.4.C.eod.

Mutuans pecuniam alienam nomine domini vtilem actionem ſibi acquirit, ſi dominus ei non cedat directam,d.l.4.& ibi gl.4.

Mutuans pecuniam alienam nomine domini,deinde incontinenti ſibi ſtipulatus ſit, primam actionem directam, domino acquiſitam nouare non potuit.† gl. 3. ibidem.

Mutuans pecuniam alienam vt propriam ſtatim ſibi acquirit condictionem ex mutuo.gl.fi.in l.non vnde.7.C.eod.

Mutuans alienam pecuniam vt alienam,conſumptione ſibi acquiritur condictio ex mutuo:quia tunc conſumptione reconciliatur mutuum.ibid.

Mutuans alienam pecuniam ſuo nomine quærit ſibi ius pignoris, & non domino pecuniæ;ſecus ſi nomine domini pecuniæ.l.& ſi frater. 16. & ibi gl.1. C.de pignorib.

Reliqua verbo, Alienum,3. Filius, 121 Senatus,40. Actio,154.

Mvtvans ſcienter minori quaſi perdituro non habet actionem ex mutuo,l. ſi verò.12.§.ſi adoleſcens.mandati. 6

Mutuans Eccleſiæ debet probare in eius vtilitatem verſum eſſe, §.ſi verò quis. & ibi gl.profecerunt.in auth.de alienatione,& emphyteoſ.col.9.

Mutuans minori debet probare in eius vtilitatem fuiſſe verſum. dict. gloſ. profecerunt.

Mutuãs Eccleſiæ poteſt probare per præſumptionem mutuum fuiſſe conuerſum in vtilitatem Eccleſiæ:vt quia probet Eccleſiam eguiſſe tunc, cùm mutuum accepit d.gl.profecerunt.in add.marg.

Mutuans toti collegio,vel capitulo Eccleſiæ adhuc debet probare mutuum fuiſſe conuerſum in vtilitatem Eccleſiæ.† ibid.

Mutuans ſeruo ad ludendum alea habet actionem de peculio ad id tantum,quod ex ea re in peculio eſt,& non ad plus.l.ſi.de aleæ luſu,& aleat.

Mutuans ei,qui in alterius poteſtate eſt,curare debet, quòd cautio inſtrumentaria complectatur cauſas,& rationes mutui,ad hoc vt dominus teneatur, l. fin. & ibi add.marg.de exercitoria.

Mutuans ſi filiumfam.& alium ſui iuris accepit,tanquam duos reos, cùm pecunia mutuata eſſet peruentura ad filiumfam. competit vtrique vtilis exceptio Macedoniani,l.ſed Iulianus.ad Macedon.

Mutuans ſi duos filiosfam.reos acceperit,putans alterum eſſe patremfam. ſi pecunia mutuata peruenit ad eum,quem ſciuit eſſe filiumfam.exceptione Macedoniani

rat ſibi hereditatem, nihil impeditur, ſi tamen intelligat, quòd agit, §.fin. Inſt.eod.

Mutus,& ſurdus,qui tardè loquitur,vel audit,non prohibetur ſtipulari, vel contrahere.§.mutuum.Inſt.de inutilib.ſtipul.

Reliqua verbo, Paciſci, Stipulari, Surdus, Teſtamentum, 15.16. Teſtari, Locare.

1 MVTVVM appellatur ex eo,quod ita tibi à me datur, vt ex meo tuum fiat. in princ.Inſt.quib.modis re contrahitur.

in Mutuo quatuor debent concurrere: ſcilicet natura, vt ad hoc ſit inuenta, vt menſuretur,vel ponderetur,vel numeretur:ſicut eſt in pecunia. Item conſuetudo,item aptitudo,vt ad numerum,ſeu ad pondus ſuæ naturæ aptetur: item actus,vt detur ſecundum naturam ſuam,gl.mutui.& gl.appendendo.ibi. & gl. in creditum.ad fin.in l.2.§.mutui datio.ſi certum pet.

Mutuum eſt triplex:quoddam naturale tantum:ſcilicet quando fit numeratio ſine ſtipulatione de ſoluendo;aliud ciuile tantum:ſcilicet quando ſtipulatio interuenit de ſoluendo ſine numeratione: aliud ciuile, & naturale: quando numeratio,& ſtipulatio interuenit.gl.mutuum.in §.item is.Inſtit.quib.modis re contrahitur.

Mutui datio appellatur ab eo, quod de meo tuum fiat: quod eſt verum in mutuo naturali: ſed non in ciuili, l.2.§. appellata, & ibi gloſſ. tuum. ſi certum petatur.

Mutui obligatio non naſcitur,ſi de meo tuum non fit.ibid.

Mutuum ciuile contrahitur, quando quis confitetur ſe recepiſſe, quo caſu poſt biennium tenetur.d.gl.tuum.

Mutuum aliud eſt naturale,aliud eſt ciuile,cui ciuili natura cooperatur,aliud ciuile tantum,gl.fi.in d.l.2.§.fi.& gl.item mutuum.in d.l.2.§.creditum.

Mutuum naturale contrahitur,quando res mea, in qua mutuum poteſt conſiſtere,ad te peruenit.d.gl.fi.

Mutuum naturale nunquam contrahitur, neque pignoris obligatio tenet, niſi dominium pecuniæ transferatur in accipientem, l. eius, qui in prouincia. eodem.

in Mutui datione oportet quòd dans ſit dominus,vel quaſi dominus, d. l. 1. §. in mutui datione,& ibi.gl.dominium.ſi cert.pet.

Mutuum ciuile,cui natura fauet,quando poſt factum,vel etiam ante incontinenti ſtipulor reddi,& tunc ſtipulatio eſt vtilis,& agitur ex ea,& non ex numeratione;ſed ſi eſt inutilis,agitur ex numeratione,gl.fi.in d.l.2.§.fi.

2 Mutuum ciuile tantum contrahitur, quando ex chirographo, in quo confitetur ſe recepiſſe,obligatur quis poſt biennium.ibid.

Mutui dationi poſſunt inſeri omnia,quæ inſeruntur ſtipulationibus, & ideò mutuum poteſt fieri ſub conditione,l.omnia.7.eod.

Mutui datio,ſicut & ſtipulatio poteſt fieri purè,in diem,vel ſub conditione.gloſ. 1.ibidem.

Mutui datio poteſt ſuſpendi in euentum conditionis expreſſæ, veluti ſi quis tibi mutuauerit nummos,vt tui fiant, ſi extiterit aliqua conditio: interim autem ſunt numerantis,l.proinde.8.& ibi gl.2.eodem.

Mutui datio poteſt ſuſpendi in euentum conditionis tacitæ:veluti ſi heres legatam pecuniam in ſpecie mutuauerit alicui impendenti eſt: quia legatario repudiante incipit eſſe mutuum ex die aditæ hereditatis; ſed illo agnoſcente non eſt mutuum,d.l.proinde & ibi gl.legatum.& gl.redigi.

Mutuum non conſiſtit in ſpeciebus; ſed in re, vel corpore, gloſ. ſpeciem. in d. l. 2.

Mutuum eſt, etiamſi mutuatam eandem pecuniam, cùm poſtea non indigeret, reddit mutuanti: quia inſpicitur propoſitum, ex quo fuit tranſlatum dominium.† ibid.

Mutuum non contrahitur, quando quis dat pecuniam in ſacculo non numeratam,vt tantumdem ſibi reddatur:erit tamen contractus innominatus, gloſſ.in creditum.in d.l.2.§.mutui datio.

Mutuum contrahitur in pane ad numerum,quando panis pondus eſt limitatum: ſed quando non eſt limitatum,contrahi poteſt ad pondus,† gloſſ.fi.in fi. & ibi add.marg.ibid.

in Mutuo id agi intelligitur tacitè,vt eiuſdem generis,& eadem bonitate extrinſeca ſoluatur,qua datum eſt.in princip.& ibi gl. qualitatis. Inſt.quib.mod. re contrahi.l.cùm quid.& ibi gl.fin.eod.

in Mutui redditione non conſideratur, an pretium rei mutuatæ curſu temporis ſit mutatum; ſed attenditur, quod ſit ſimilis in bonitate, & in eodem genere. ibidem.

3 in Mutuo & ſi non caueatur,vt æquè bonum reddatur: tamen reddi debet æquè bonum,& in eadem qualitate,& bonitate,d.l.cùm quid.

Mutuum contrahitur ea forma,vt non eadem ſpecies,quæ data eſt:ſed idem genus reddatur: ſed ſi alioquin contrahatur, non mutuum: ſed depoſitum, vel commodatum erit,l.2.ſi cer.pe.

Mutuum non erit, ſi pro tritico, vinum recipiatur: quia recipitur aliud genus, erit tamen contractus innominatus do vt des, d. l. 2. & ibi gloſſ. non erit mutuum.

Mutuum non contrahitur, niſi in his reb. quæ pondere, numero, vel menſura conſiſtunt:quia earum rerum donatione mutuum contrahere poſſumus, vt de noſtro ſuum fiat.d.l.2.§.1.& ibi gl.in creditum.

Mutuum non contrahitur,quando quis dat mutuo argentum,vt ſibi reddatur vinum,vel frumentum:ſed eſt contractus innominatus,vel venditio,d.l.2.§.mutui datio.& ibi gl.in creditum.

Mutuum non contrahitur,quando quis dat libum ad pondus,vt libum tanti ponderis ſibi reddatur, vel dat oues ad numerum, vt oues tanti numeri ſibi reddantur.ibid.

Mutuum contrahitur ſola voluntate,etiam antequàm recipiat, vel incipiat vti,l. rogaſti.ibi,vt vtereris.ſi certum petat.

Mutui obligatio poteſt contrahi in minus,quàm datum ſit: ſed non in plus:quia illud,quod eſt in plus, nec tanquam vſura peti poteſt: quia ſine ſtipulatione non debetur: nec vt mutuum: quia ſupra illud, quod eſt mutuatum de ſuo, nihil eſt alterius factum, nec vt donatio. d. l.rogaſti. §. ſi tibi. & ibi gloſſ. condici.

in Mutuo ſunt quædam ſingularia contra regulas mutui:ſcilicet iubendo debitorem meum tibi mutuare pecuniam, vel debitum à te ex vna cauſa in mutuum conuertendo contrahitur mutuum,licèt de meo non fiat tuum,l.ſingularia.& ibi gl.1.eod.

Mutuum contrahitur ſi debitorem meum iuſſi,quòd pecuniam debitam tibi daret mutuo nomine meo, licèt pecuniam meam non acceperis: ſed mihi debitam.ibid.

Mutuum licèt contrahatur re: tamen non poteſt fieri,niſi inter conſentientes,l. ſi & me,& Titium.32.& ibi gl.pecunia.eod.

Mutui datio non poteſt conſiſtere in reb.quæ pondere,numero,vel menſura non 4
conſiſtunt:quia in eis repugnat natura mutui, cùm in creditum ire non poſſumus,tum quia aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt, l. 2. §. mutui datio. & ibi gloſſ. in creditum. eod. & in princ. Inſtit. quib.mod. re contrahen.

Mutuum ideò conſiſtit in reb.quæ pondere,numero, vel menſura conſiſtunt, & non in aliis reb.quia in his datur facultas debitori, vt conſumat, cùm ſit factum ſuum,& quia poteſt liberari per ſolutionem alterius rei:in eodem genere tamen,vt ſi datum ſit ad numerum, reddatur ad numerum: ſi in pondere reddatur ad pondus:ſi in menſura ad menſuram, ibid. & l.1.§. mutui datio. de actio.& oblig.in prin.Inſt.quib.modis re.

Mutuum in rebus,quæ pondere,numero,vel menſura conſiſtunt,recipit in genere ſuo functionem per ſolutionem:id eſt vt aliud omnino ſua vice fungatur,ſi fuerit ſolutum magis,quàm per eandem ſpeciem.ibid.

Mutuum conſtitui non poteſt ſola pactione, vel ſcriptura, niſi ad manus pecuniam habeat,non dico præſentem:ſed in arca,gl.fi.in l.ſi ex pretio. Cod.ſi certum peta.

Mutuum rectè contrahitur,quando datur argentum,vel iumentum, vel alia ſpecies æſtimata pro pecunia mutuanda,l.ſi pro mutua.8.C.eodem.

Mutuum contrahitur re.in princ.Inſt.quib.mod,re contrahitur.

ex Mutuo facto filiofam.non competit actio cum effectu contra filiumfa.etiam factum ſui iuris:quia obſtat exceptio Macedoniani,l.1.ad Macedon.

ex Mutuo facto filiofa.oritur naturalis,& ciuilis obligatio,& ſic actio:ſed exceptione repellitur,vt in Velleiano,gl.petitióque.ibid.

Mutuum accipiens ſeruus eſt fœnerantis,gl.non accipere.in l.fideicommiſſa.11. §.ſi rem.de legat.3.

ex Mutuo vt aliquis obligetur,non ſufficit nummos eſſe dantis,& fieri accipientis:ſed requiritur, vt eo animo dentur, & accipiantur, l.3. §. 1. de actio. & oblig.

in Mutuo quando interponitur ſtipulatio,non naſcitur condictio ex mutuo: ſed 5
actio ex ſtipulatione.gl.perimitur.in l.ſi ſine iudice.rem ratam haberi.

ex Mutui contractu quis non tenetur vltra illud,quod ad eum peruenit,niſi plurium rerum conſtitutio,vel interceſſio,vel bienni j curſus interceſſerit,l.ſi non ſinguli.C.ſi certum pet.

Mutui titulus licèt adiiciatur in officiali recipiente pecuniam: præſumitur tamen barataria,l.quiſquis.16.C.eod.

Mutuum ab heredib.eius, cui mutuaui, poſſum petere, niſi aliquem debitorem mihi delegauerit,à quo vel fuerim ſtipulatus illam pecuniam mihi reddi. l.ſi quidem.8.C.de actio.& obli.

Mutuum accipiens obligatur mutuanti,non is,ad quem pecunia propter mercimonia deuenit,l.eum,cui.13.C.eod.

ex Mutui contractu oritur certi condictio ſpecialis, † in princ. & ibi gl. condictio.Inſt.quib.modis re contrahitur.

Mutuum non eſt,ſi dedero pecuniam in ſacculo non numeratam vt tantumdem reddas mihi:quia tunc eſt contractus innominatus,gl.mutui.& gl. appendendo.ibid.

Mutuum deficit quandoque ratione rei,vt in fure:item ratione perſonæ:item ratione diſſenſus,gl.mutuum.in §.item is.Inſtit.eod.

Mutuum differt à depoſito,vel commodato:quia in mutuo redditur idem genus ſed in depoſito,vel commodato recipitur eadem ſpecies, quæ data fuit. l.2. ſi certum petatur.

Mutuum,vel depoſitum dicitur eſſe,quando quis dixit ſimpliciter,tolle pecuniã iſtam.niſi ſit modica,& parua quantitas:dans diues, & accipiens pauper: quia tunc eſt donatio.gl.pro cauto.& ibi add.marg.in l.cùm quid.eod.

Mutuo ſi quis dederit ſuam pecuniam,vel meam nomine meo, mihi acquiritur actio ex mutuo,ſiue voluntate mea,ſiue me ignorante eam dederit, d. l. 2.§. mutui datione.& ibi gl.voluntate.

Mutuum,quod ab initio non valuit,reconciliatur quandoque ſtipulatione, con- 6
ſumptione,& vſucapione ad inſtar pecuniæ alienatæ in dotem datæ, quam ſi maritus teneat,& non conſumat vſucapit: item condictionis euentu, vel defectu,gl.tuum.in d.l.2.§.appellata.gl.condici.in §.nunc admonendi. Inſt.quibus alienare licet.

Mutuum reconciliatur conſumptione, ſi ſeruus mutuauerit pecuniam contra domini voluntatem,& recipiens bona fide eam conſumpſerit,l.rogaſti. §.fi.& ibi gl.fi.eod.

Mutuum reconciliatur ſequuta conſumptione, licèt ab initio non transferatur dominium,& tunc quæritur certi condictio numerãti,ſiue ſciuerit,ſiue ignorauerit conſumptionem.l.à furioſo.& ibi gl.ignorantib.eod.

Mutuo pecuniam ſi quis acceperit ab aliquo, & poſteà mutuans furere cœperit & deinde conſumpſerit accipiens,condictio acquiritur furioſo.ibid.

Mutuo pecuniam ſi quis acceperit à furioſo putans eum mentis compotem, cõſumptione illius acquiritur furioſo condictio ſine cauſa,vel certi generalis, † d.l.ſi à furioſo.& ibi.gl.j.

Mutuo pecuniam accepturus ſi quis promiſerit creditori futuro poteſt non accipere,nec ſe obligare cum effectu.quia verè tenetur:ſed doli,vel non numeratæ pecuniæ habet exceptionem,l.qui pecuniam.30.& ibi gl.fi.eod.

Mutuum ab initio non contractum reconciliatur conſumptione, gl. pignoratitia.in l.ſi rem alienam.§.omnis.de pign.actio.

in Mutuum nudo pacto non conuertitur pecunia debita ex cauſa mandati conſumpta,& non extans,ſecùs ſi eſſet debita ex cauſa depoſiti,† l.qui negotia. & ibi gl.non eſſe.& gl.præſtare.mandati.

Mutuum

tur

tur ſpurius. ibidem.

Natus pro non nato habetur propter ignorantiam defuncti, & quandoque non natus pro nato.gl.fi.in l.Titius,25.§.fi.de liberis,& poſth.

Natus mortuus habetur pro non nato.gl.fi.in add.marg.in l.is,cui ita. 18. quando dies legati.

Natorum appellatio, & ad nepotes etiam extenditur. l. natorum. 104. de verb. ſignif.

Natorum appellatione continentur etiam non nati, quando de eorum commodo tractatur.gl.quia filij.in §.fi.Inſt.qui teſtam.tutores dari.

Natus illicò decedere dicitur, qui antequàm nomen in baptiſmo ſit ei impoſitum, decedit, quod temporis internallum octo dierum ſpatio dimetitur ex veteri teſtamento. gloſſ. pen.in §. fin. epiſcopum, vel abbatem. in vſib. feudorum.

Reliqua verbo, Vterus.

NAVALIS rei caput,& ſumma poſita eſt in anchora:quia in periculis ſiue cohibenda,vel impellenda ſit nauis, ſit neceſſaria eius figendæ, vel refigendæ peritia. gloſſ. anchora. & ibi. addit. margin. in l.1.§. magiſtrum. de exercitoria.

NAVFRAGIVM patientes ne ſibi,nauíque conſulerent,& opitulari poſſent,ſi quis dolum,vel fraudem commiſit,tenetur pœnis legis Corneliæ de ſicariis.l. 3.§.fi. de incendio,ruina,naufra.

ex Naufragorum miſerrima fortuna rapientes,vel lucrantes aliquid,tenentur in quadruplum damnum paſſis,& in tantumdem tenentur fiſco.ibid.

ex Naufragio rem fluctibus, & vndis expulſam auferens, & ſurripiens tenetur furti, ſi accepit eam ex interuallo poſt naufragium: ſed ſi in ipſo naufragij tempore accepit, tenetur edicto de incendio, ruina, naufragio: ſiue ex ipſo mari, ſiue ex naufragio, ſiue ex littore percipiat, l. ſi quis ex naufragio. eodem.

ex Naufragio poſſeſſores locorum vbi ſit naufragium,non debent aliquid recipere;& ſi ibi rapuerint,tenentur in quadruplum his,quorum res erant, & puniuntur vt latrones,l.ne quid.de incendio,ruina.

ex Naufragio ſi illi,quorum opera vtitur dominus loci, in quo naufragium fit, aliquid ibi rapuerint,non tenetur dominus loci eorum nomine, † reprob. gl. poſſeſſoribus. ibid.

Naufragium ſuum cuilibet licet impunè colligere,l.fi.eod.

Naufragium ſupprimens tenetur lege Corne.de ſicariis, l. 3. §. item qui.ad leg. Cornel.de ſicariis.

Naufragium dicitur quaſi nauis fractura,à naue,& frango:quia plerunque nauis frangitur,dum naufragium patitur.gl.in rub.C.de naufragiis.lib.11.

Naufragij tempore aliquid accipiens tenetur edicto prætoris, & etiam punitur criminaliter,gl.1.in l.1.C.eod.

de Naufragio cùm quæritur, debent examinari duo, vel tres teſtes de naui, qui meliùs ſcire debent veritatem, & eis deficientibus deuenitur ad alios. l. 3. C eodem.

de Naufragio quando queritur,cognoſci debet ſummatim,& omni velamine leuato,& ex eo,quòd in illa cognitione reperitur,poteſt per inquiſitionem procedi,& cauſa debet intra biennium terminari,aliàs nauicularius abſoluitur, l. penultim.C.eod.

in Naufragij cauſa non requiritur libellus.ibid.

pro Naufragio culpa vnius nauicularij contingente tenentur omnes alij nauicularij pro rata,l.fin.C.eod.

Naufragio amiſſæ res non deſinunt eſſe domini ſui, cui tenetur rapiens eas ex edicto de incendio, ruina, naufragio in quadruplum intra annum: ſed poſt annum in ſimplum,l.Pomponius,44.§.fi.& ibi gl.quadrupli.de acquir. rerum dominio.

Naufragorum bona eis reſtituenda ſunt, gloſſ. fin. in l. deprecatio.ad leg. Rhodiam.

Naufragorum miſerrimæ fortunæ multifariè prouiſum eſt,vt nullus res eorum cauſa ſurripiendi colligat, cùm ad littus eiectæ ſunt, vel adhuc in mari fluctuant.l.ne quid.de incendio,ruina.

Reliqua verbo,Iactata,Merx,Proiiciens,Conſeruatio,Iactare,Rapere,Rapiens,Surripiens. Vſucapere, Caſus,6.

NAVICVLAM functioni muricis, & legendis conchyliis deputatam ſi quis auſus fuerit vſurpare, tenetur pœna duarum librarum auri. l. ſi quis nauiculam.C.de murilegulis.lib.11.

1 NAVICVLARIVS ſine teſtamento,& liberis,& ſucceſſoribus ſi fuerit defunctus,hereditas eius non ad fiſcum:ſed ad collegium nauiculariorum pertinet, l.1.C.de heredit.decurion.

Nauicularij dicuntur,qui habent ſocietatem in nauibus faciendis, & reparandis, gl.1.ibid.

Nauicularij dicuntur etiam,qui nauibus bladum ducunt, qui habent multa priuilegia.ibid.

Nauicularius conducens onus vehendum,ſi cùm flumen ea nauis non poſſit ſubire,in aliam nauem merces tranſtulit,& ea nauis in oſtio fluminis perit, tenetur ex locato,ſi domino inuito id fecit, vel tempore, quo non debuit,vel minus idoneè impoſuit,vel aliàs fuit in culpa:ſecùs ſi non fuit in culpa, l. item quæritur,14.§.ſi nauicularius.locati.

Nauicularij licèt non debeant creari,tamen creati muneribus fungi compelluntur,l.Seuerus.& ibi gl.penult.de decurionib.

Nauicularij,qui deſeruiunt annonæ portandæ Romæ, immunes ſunt à muneribus publicis,dum durant in communi ſeruitio,ſi nauis ſit magna, & ſua, non aliena,& non cauſa effugiendi muneris fecerit ſe nauicularium, l. ſemper. §. negotiatores.& ibi gl.annonæ.de iure immunitatis.

Nauicularij,qui non deſeruiunt annonæ vrbis:ſed qui magnam partem patrimonij ei rei contulerunt, habent immunitatem à muneribus publicis vſque ad quinquennium,ſi nauis ſit magna,& ſua,& non aliena,& non cauſa effugiendi muneris,ſe fecerit nauicularium,d.gl.annonæ.

Nauicularij excuſantur à tutela extraneorum, non eorum, qui ſunt de corpore ſuo. l. penultim.Cod.de excuſatio. tutorum. glo. in rub.C.de nauiculariis.lib.11.

Nauicularij dicuntur,qui publicas naues faciunt, vel conducunt, gloſſ. 1. in d.l. penultim.

Nauicularij dicuntur,qui annonarias ſpecies à ſuſceptoribus, vel præpoſitis in 2
prouincia accipere, & Romã,vel ad caſtra, vbi erant miles, deferre debebant: & ſic dicuntur ſeruire annonæ vrbis, gl.in rub.C.denauicularijs.lib.11.

Nauicularij excuſantur à muneribus perſonalibus, quamdiu in actu ſunt, & ipſi ſolùm,non eorum filij.ibid.

Nauicularij quidam ſunt, qui vehunt publicas annonas:alij ſũt,qui negotiantur, & maximam partem ſuæ ſubſtantiæ in hac negotiatione habent, qui & ipſi ſunt immunes:alij ſunt, qui naues fabricant.ibidem.

Nauicularij portantes res publicas habent plenam ſecuritatem eundi,& redeun- & inquietans eos punitur in decem libris auri.l.1.C.de nauicular.lib.11.

Nauicularij ſpecies publicas,quas ſuſceperunt, debent intra annum portare, & ei, à quo ſuſceperunt, apochas de ſoluto reportare intra alterum annum, l.2. C.eod.

Nauicularij vnus prouinciæ quando non poſſunt res publicas eius prouinciæ tranſuehere,nauicularij proximæ prouinciæ debent tranſuehere expenſis publicis,l.4.C.eod.

Nauicularius ſuſcipiens res fiſcales deportandas ſi recta nauigatione contempta littora deuia ſectatus eas auertendo diſtraxit capitali:id eſt deportationis pœna punitur.l.penultim.& ibi gl.fi.C.eodem.

Nauicularios tempore bonæ nauigationis ſi in ſuo territorio commorari patiantur iudices,puniuntur ipſi,& municipes,l.fin.C.eod.

Nauiculariorum res omnes ſunt fiſco obnoxiæ pro negligentia,& culpa eorum, ſi intra annum ſpecies debitas, iuxta formam legis nauarchorum non deferunt, vnde reſpublica damnum paſſa eſt: & ſi res aliquæ deperdantur eorum culpa,omnes eorum res ſimili modo ſunt fiſco obligatæ,quæ reſarciri debent ab omnibus nauiculariis pro rata,gl.in rub.& ibi add. marg. C. de prædiis, & omnibus rebus nauicul.lib.11.

Nauiculariorum res tranſeunt cum onere ſuo etiam ad principis domum, quæ ſucceſſit in ius,vel res nauiculariorum,l.1.C.eod.

Nauiculariorum aliqua res quando peruenit ad aliquem, pro rata illius tantum 3
rei tenetur fiſco pro onere,ad quod erat obligata illa res, nec patrimonium, vel perſona eius vlteriùs poteſt aggrauari, & inſpicitur, quatenus erat tempore, quo ad eum peruenit, & non augmentum poſteà accedens, l. 2. C. eod.

Nauicularius onerum publicorum cogi non poteſt portare ſarcinas priuatas. l.j. C.ne quid oneri publico. lib. 11.

Nauicularium cogens ad accipiendum aliquid vltra onus tenetur ad emendationem damni,& criminaliter punitur.ibid.

Nauicularius onerum publicorum ſponte recipiens priuatas res deportandas,vel mercede recepta,tenetur quaſi conuertens publicas merces in negotiationes priuatas,gl.j.ibid.

Nauicularius dicens ſe feciſſe naufragium, debet hoc probare per teſtes coram iudice illius loci,& intra annum præfecto nunciare, poſt verò non auditur,l. 2.C.de naufragiis.lib.11.

Nauicularius eò quòd non nauigauerit congruo tempore,vel aduerſo, vel quia mala naue, ſi res naufragio deperierint, tenentur omnes alij nauicularij pro rata:ſecùs ſi deperierint naufragio nulla interueniente culpa nauicularij,gl.fi. in l.fi.C.eod.

Nauiculariis curialibus,& aliis corporibus ſimilibus publicæ vtilitati intendentibus ita ſubueniri debet, vt non liceat apparitoribus iudicum accipere aliquid ab incorporatis prædictis corporibus, quod licet eis ab aliis, l. fin. & ibi gl.fi.C.de lucris aduocatorum.lib.12.

Reliqua verbo, Naufragium, Nauta.

NAVIGARE licitum eſt vnicuique per flumen publicum,& in ripa onerare,& exonerare,item per lacum & foſſam,vel per ſtagnum publicum,& qui prohibetur à prædictis,habet interdictum,ne quis nauigare in flumine,&c. ſecus ſi flumen, foſſa, vel lacus ſunt priuata: quia tunc prohibitus ab illis non habet interdictum illud,l.j.vt in flumine publico nauigare.

Nauigare promittens de tali loco ad talem locum intra certum terminum,ſatisfacit promiſſioni, ſi intra terminum cœpit nauigare, licèt non peruenerit ad eum locum: quod verum eſt quando diſtantia nauigationis eſt tanta, quod non poſſit intra terminum perueniri: ſecùs ſi intra terminum poſſit perueniri,& perfici nauigatio,l.qui Romæ,122.§.Callimachus, & ibi gl. nauigauerit. & gl.proficiſcatur.de verb.oblig.

Nauigantes decipiens imponendo lumen de nocte in loco periculoſo maris, & ſic nauigantes ad illud lumen veniant, putantes eſſe portum, vt veniendo ibi periclitentur,tenetur ac ſi ipſe imponens lumen raperet,l.ne piſcatores.& ibi gl.fi.de incendio,ruina.

Nauigatio tempore hyemis periculoſa,& ſemper incerta, l,ciuitas. C.de officio rectoris prouinciæ.

Nauigatio rerum publicarum debet fieri à calendis Aprilis vſque ad calendas Octobris,l.3.C.de naufragiis.lib.11.

Nauigationi aduerſum tempus dicitur ab Octobri vſque ad Aprilem,gl.fin.in l. qui petitorio.§.fi.de rei vindicatione.

Reliqua verbo, Periculum.

NAVIGIVM non minuit aquam:ſed bene aquæductus.gl.nauigandi.in l.via, §.1.de ſeruitut.ruſti.

Nauigij appellatione etiam ratis continetur,l.j.§.ait prætor.de fluminibus.

Nauigium ſolemus dicere ipſam nauem, & etiam iter nauigij:id eſt nauigationem. ibid.

Nauigia aliquo caſu rupta ſi ad terram peruenerint, cum nauigantium bonis debent illis integra reſeruari non obſtante locorum omnium contraria conſuetudine,d.authent.nauigia.C.de furtis.extrauagan.nos Fridericus.§.nauigia de ſtatutis,& conſuet. contra liber.

Nauigia, & res naufragorum non poſſunt auferri prætextu alicuius conſuetudinis, niſi eſſent res piratarum,vel hoſtium Chriſtiani hominis, vel imperij.ibidem.

Nauigia,& res naufragorum ſurripientes bonorum publicatione mulctari de-

bent,&

tenetur præstare,cùm eos ipse suo periculo adhibuerit,l.fi.eod.

Nauis exercitor de facto nautarum tenetur, si damnum in ipsa naui datum est à nautis:secus de damno dato extra nauem.ibid.

Nauis exercitor de facto nautarum commisso in naui tenetur actione in factum, nautæ,caupones,ex quasi delicto.† d.l.fin.& ibi gl.1.

Nauis exercitor de damno facto à nautis extra nauem non tenetur,nisi receperit custodiam earum,in quibus datum est damnum.gl.2.ibid.

Nauis exercitor, vel caupo si prædixerit, vel protestatus sit, vt vnusquisque vectorum,vel viatorum res suas seruet, neque damnum se præstaturum, & vectores consenserint protestationi,non tenetur actione ex quasi contractu: secùs verò actione in factum,nautæ, caupones. quæ ex quasi delicto proficiscitur.l.fi.§.item.& ibi gl.conuenietur.eod.

7 Nauis exercitor,vel caupo antequàm viatorem recipiat, debēt ei protestari, & prædicere,quòd res suas vnusquisque seruet,& quòd ipse non præstabit damnum,ad hoc vt de recepto non teneatur:sed si posteà protestetur,tenebitur.gl. item si.ibid.

Nauis exercitor si à principio dedit claues viatoribus protestando, quòd ipsi res suas seruarent, & quòd ipse damnum non præstaret, non tenetur posteà de damno.ibid.

Nauis exercitor,vel caupo dando simpliciter à principio claues viatoribus, præsumitur dedisse,vt possent viatores accipere quandocumque vellent,& sub silentio,vt se periculo exoneraret ibid.

Nauis exercitor si à principio dando claues viatoribus si non protestetur, quòd seruarent res, nec quòd ipse damnum pręstaret, tenetur actione in factum, nautæ,caupones.† ibid.

Nauis exercitor, vel caupo si postquàm recepit viatores, dedit eis claues etiam cum protestatione,non releuatur à damno.ibidem.

Nauis exercitori, vel cauponi prodest protestatio à principio viatoribus, facta etiam si ipsi non consenserint protestationi,quòd sibi imputent, cur remanserunt,glos.consenserunt.ibidem.

Nauis exercitor tenetur de damno illato messonautæ, & nautæpibatæ, & etiam de damno illato ab eis,cùm sint nautę.d.l.fi.§.& quid.

Nauis exercitor omnium nautarum factum præstare cogitur: explorare enim debuit cuius fidei, & innocentiæ essent, quod quia non fecit, tenetur actione ex maleficio actione,nautæ,caupones,d.l.fi.§.hac actione.

Nauis exercitor tenetur de facto nautarum:quia suæ culpæ imputatur tales adhibendo,& ideò & si decesserint, non releuabitur.ibid.

Nauis exercitor tenetur ex quasi maleficio actione ex edicto nautæ, caupones, de facto alienorum seruorum, quos ad instruendam nauim adhibuit,non explorato cuius fidei,& innocentiæ essent:de facto tamen suorum seruorum noxali tantùm actione tenetur, quando agitur ex quasi maleficio: aliàs de peculio datur.ibid.

Nauis vnius si nautarum culpa damnum dedit in scapham alicuius,lege Aquilia cum nautis potest agere dominus scaphæ, l. quemadmodum.19.§. si nauis.ad leg.Aquiliam.

Nauis si fune rupto, aut cùm annulo regeretur, damnum dedit scaphæ alicuius,dominus nauis non tenetur ad illud damnum.ibid.

Nauis si vi ventorum impulsa sit in funes anchorarum alterius, & nautæ funes præciderint, si nullo modo nisi præcisis funibus explicare se potuerint, nulla actio datur contra eos,ibid.

Nauis si culpa nautarum in retia piscatorum incidit, agitur tantum lege Aquilia pro damno retium: ad piscium tamen æstimationem non agitur,cùm capti adhuc non dicatur,cùm incertum sit,an caperentur,ibid.

8 Nauis si culpa nautarum alteram contra se venientem obruisset, datur actio Aquiliæ contra gubernatorem,aut inductorem,& etiam contra exercitorem, dicto §.si nauis.& ibi gl.gubernatorem.

Nauis si tanta vi ventorum, quæ temperari non potuerit, alteram contra se venientem obruisset, nulla datur actio in dominum nauis, nec in alium: sed si culpa nautarum id factum sit, contra eos datur actio Aquilia: qua intentata non datur infactum contra exercitorem,d.§.si nauis.& ibi glo.sufficere.

Nauis fune si fuerit religata,& eum funem quis præsciderit,præscindens tenetur actione in factum de naue perempta d.§.si nauis.

Nauis si deterioratur, vel aliquid exarmauerit, non fit contributio damni à dominis mercium, quæ conseruatæ sunt,nisi voluntate mercatorum,vel alio iusto metu illud damnum factum sit,l.2.§.1.ad legem Rhodiam.

Nauem à piratis cum mercibus,quæ in ea erant,si quis redemit, omnes tenentur ei conferre,d.l.2.§.si nauis.

in Naui existens seruus si in mare cecidit,non fit contributio.ibidem.

Nauis arbor, vel aliud instrumentum remouendi communis periculi causa si fuerit proiectum, eius contributio domino nauis fit ab habentibus merces in naui .l.3.eodem.

Nauis aliquod instrumentum si fuerit proiectum fit eius contributio in duobus casibus: scilicet quando proiectum est consensu vectorum,vel iusto metu.gl. 1.ibid.

Nauis amissæ damnum non fit contributio per eos,qui merces suas ex naufragio liberarunt.l.5.eod.

Nauis arbor si cæsa fuerit, vt illa cum mercibus liberari posset, arboris illius contributio fieri debet domino nauis ab habentibus merces in ea.ibid.

Nauis armamentum,arbor,& antenna, si ictu fulminis fuerint deusta, domini mercium non tenentur conferre ad comparanda instrumenta nauis: quia tales sumptus magis gratia nauis reparandæ,quàm mercis saluandæ. l.facti sunt nauis.6.ad leg.Rhod.de iactu.

ex Naui depressa,ac submersa,vel in terram deiecta si quisque vector suum seruauerit, hoc sibi habebit, tanquàm si ex incendio seruasset, l. cùm depressa. eodem.

Nauis exercitor tenetur de furto,aut damno facto in naui,quasi ex maleficio, si modò illius nullum sit maleficium:sed alicuius eorum,quorum opera exercet nauem,l.4.§.fi.de actio.& obligat.

Nauis exercitor de receptis à se,vel à diætario,vel ab alio, quem ipse præposuit, tenetur,l.1.§.1.nautæ,caupones,& stab.

Nauis exercitor non tenetur de receptis à nauta,quem non præposuit: sed ipse recipiens tenetur.ibid.

Nauem,vel cauponam si filiusf. expressa, vel tacita voluntate patris exerceat, & receperit res,pater eius tenetur de recepto.l.3.§.si filiusf.eod.

Nauis periculum non est possessoris,nisi aduerso tempore eam nauigatum mitteret,l.si nauis,& ibi gl.iure.de rei vendicatione.

Nauis vsufructu legato fructuarius potest nauem nauigatum mittere tempore congruo nauigationis,& non tenetur etiam si naufragij periculum immineat. l. arboribus.13.de vsufructu,& quemadmodum.

Nauis ad hoc paratur,vt nauigetur:vnde mittens eam nauigatum congruo temtempore,non tenetur,etiam si sequatur naufragium.ibid.

Nauis magister si sine gubernatore in flumen nauem immiserit, & tempestate orta nauem perdiderit, vectores habent actionem ex locato contra eum, l. item quæritur,14.§.si nauicularius locati.

Nauem si quis conduxerit,vt de prouincia Aquileiam nauigaret, impositis mercibus certa mercede si onerata nauis in ipsa prouincia per nouem menses retineretur,postea impositæ merces confiscatæ sint, eò quòd illicitæ essent, locator nauis secundum locationem poterit petere à conductore vecturas, in quas conuenit,l.pen.§.fin.locati.

Nauis,& etiam merces illicitæ in eam impositæ à domino nauis, vel à vectoribus,vel conductoribus eius,domino sciente vt portarentur,vendicantur à fisco:sed si domino nauis absente,& ignorante magister,vel conductor, aut gubernator nauis,aut proreta,vel nauta merces illicitas imposuit in naui,vt portarentur,ipsi confiscatis mercibus capite puniuntur: sed nauis restituitur domino,l.totum,11.§.dominus.de peculio.

de Naui remouens,vel auferens clauos,vel clauum, per quod nauis fuit in periculo,tenetur emendare omnes res, quæ in naui erant. l. 3.§. penultim. de incend.ruin.

Reliqua verbo, Exercitor, Magister, 2. Commodatarius, 11.12. Merces, Creditor, 80.81. Culpa, 1.

NAVTAE dicuntur omnes,qui nauis nauigandæ causa in naui sunt, & non tenentur de recepto,si iussu exercitoris receperint:sed ipse exercitor tenetur, l. 1.§.1.nautæ,caupones.

Nauta,caupo,& stabularius differunt; quia nauta dicitur, qui traiicit vectores caupo,qui viatores in caupona manere patitur, stabularius, qui permittit iumenta apud eum stabulari,l.nauta.eod.

Nautæ pibatæ dicuntur,qui remum pro naulo,& vecturæ pretio præstant, l.fi. §. hæc actio.& ibi add.marg.eod.

Nautæ pibatæ dicuntur maiores nautæ, qui operas suas in naui præstabant, vt exercitor res suas in naui portare pateretur,non etiam pecuniam dabant,glos. quos,in d.l.fin.§.& quid.

ex Nautæ,caupones,& stabularij edicto nascuntur duæ actiones,vna in simplum, qua petitur ab exercitore res data,& in naui deposita, quæ heredi, & in heredem datur: alia in duplum, cùm quis conqueritur de damno dato in rebus ab aliis, vel furto, gloss. quorum. in leg. 4. §. final. de actio. & obligat.

Nautis nulla vis fieri debet,& si quis fecerit,seuerissimè puniri debet, l. 1.ad legem Iul.de vi priuata.

Nauta tenetur non solùm de facto nautarum: sed etiam vectorum:id est eorum, qui in naui vehuntur.l.1.§.fi.& ibi gl.fi.nautæ,caupones.

Nauta,vel caupo si conuenit,ne de vectorum,vel viatorum periculo teneretur,& tunc non tenetur:de recepto tamen tenetur,quatenus culpa leuissima præstari desideratur,gl.1.in add.marg.in l.2.eod.

Nauta,vel caupo si conuenit, ne de vectorum, vel viatorum periculo teneretur: nihilominùs tamen tenetur de facto viatorum, si eorum opera diu vsus sit; quia potuit improbitatem eorum vsu nouisse: secùs si non ita diu vsus sit. ibidem.

Nauta,vel caupo de facto viatorum, vel vectorum non tenetur actione in factum, quæ descendit ex quasi maleficio: tenetur tamen actione in factum, quæ de suscepto competit.† d.gloss.1.& gloss.pertinet. in l.licet.§.1 in factum eodem.

Nauta ex facto vectorum: id est eorum, qui naue vehuntur, non tenetur: quia non potest eos eligere, vel reiicere, l. 1. §. fin. & ibi gloss. fin. furti aduersus nautas.

Nautæ,caupones,& stabularij recepta tenentur restituere. rub.& ibi glo.nautæ, caupones,& stab.

Nautæ,caupones,& stabularij quod cuiusque saluum fore receperint, nisi restituant,in eos datur actio.l.1.eod.

Nauta,id est exercitor nauis tenetur de recepto, si per se, vel per nauis magistros receperit.d.l.1.§.1.

Nauta,id est exercitor nauis tenetur de recepto,si iussu eius aliquis è nautis, qui nauis nauigandæ causa in naui sunt,recepit:secùs si sine iussu eius d.§.1. & ibi gl.mesonautam.

Nauta,cui non erat commissum,si contraxit,& recepit,tenetur ipse nauta de recepto,& non exercitor,nisi ipse exercitor contraxit: quia tunc tenetur de facto nautarum.d.gl mesonautam.

Nauta,caupo,vel stabularius tenetur de quacumque re,vel merce recepta, d.l.1. §.caupones.

Nauta, caupo, vel stabularius magis tenetur de recepto hospiti, quàm domino rei.ibid.

Nauta,vel caupo tenetur de recepto de omnibus rebus, etiam si non sint sibi assignatæ,eo ipso quòd in domo,vel in naui illatæ sunt,sciente eo:secus si ignorante.† d.l.1.§.fin.& ibi gl.illatæ.

Nautæ,qui recepit res non in naui:sed in littore,& ibidem perierunt, periculum ad eum pertinet,& ideò datur actio in factum contra eum,nisi restituat,l.3.§. idem ait.eodem.

Nauta tenetur de recepto mero iure:sed habet exceptionem,quando res receptæ naufragio,vel per vim piratarum perierunt,aut in illis damnum datum est,d. l.3.§.ex hoc edicto.& ibi gl.exceptionem.

Nauta tenetur de recepto,quando res sibi subtractæ sunt, si saltem leuissima cul-

pa inter

ratoribus.gl.ex stipulatu.in l.& eleganter.§.non solùm.de dolo malo.gl.1.in l.si debitor.45.de petitione hereditat.

Negationes duæ faciunt vnam affirmationem: sed tres faciunt orationem negatiuam,l.7.6.si ex fundo.& ibi gl.non insubtiliter.de hered. instit.

Negationes duæ quandoque vnius vice ponuntur,& econtrà, gl. nomine in add. marg.in l.fluminum.24.de damno infecto.

Negatio postposita æquipollet suo contrario: veluti nunquam non: id est semper, l.in bello.§.si quis capiatur.& ibi gl.nunquam. de captiuis.

Negatio pro affirmatione ponitur, cùm quis negat compotem mentis, affirmat furiosum,gl.fi.in l.nec codicillos.C.de codicillis.

Negatio præposita,vel postposita æquipollet subalternæ,gl.nonnullos. in extrauag quoniam.qui sunt rebellas.

Negatio præposita signo vniuersali facit æquipollere suo cōtradictorio; sed postposita facit æquipollere suo contrario: nisi in contrarium pateat de mente loquentis.ibid.

Negationes duæ faciunt vnam affirmationem, nisi constet de mente contraria, vel nisi simus in rustico,vel nisi referantur ad diuersa. §. cùmque hoc.& ibi gl. nécnon.& ibi add:in procemio Institution.& §.ex non scripto.Institut. de iure naturali.

Reliqua verbo,Oratio.

1 NEGATIVA probari potest: scilicet quem indefensum,l.ergo.& ibi add.marg. ex quibus caus. maior.

Negatiua vbicumque est causa intentionis alicuius,ille,qui dicit,debet probare.ibid.

Negatiua dicitur omnis oratio,quæ priuatiua est,vel continens priuationem, gl. 1.in add.marg.in l 2.de probatio.

Negatiua iuris probari debet à negante, quia talis negatio habet affirmatiuam inclusam,vel implicitam: veluti si dicam,nego te habere ius vtendi,videor affirmare ius esse meū,scilicet quòd sim dominus,& prohibere possim, & ideò si non probem me dominum,succumbo,d. gl. 1.

Negatiuam iuris probandi onus incumbit neganti,non facti, quæ omnia de iure licent,nisi probentur non licere.ibi.

Negatiua triplex est: scilicet iuris,facti,& qualitatis,ibid.& glo.fi.add.in l.actor. 23.C.de probatio.

Negatiua iuris potest,& debet probari ab eo,qui eam proponit, cum omnia præsumantur licere.dict.gl.1.in l.2.& l.5.de probatio.

Negatiua qualitatis dicitur illa,veluti,cùm dicitur, iste non est idoneus,non est dignus,non est soluendo,non est diligens,& hæc debet probari ab eo, qui eam proponit. ibid.

Negatiua facti si non habet adiunctam determinationem loci, vel alterius rei, nunquam probatur directè, vel indirectè, vt si dicat quis non fuisse citatum: sed si habeat annexam determinationem, tūc indirectam habet probationem, d.gl.1.ad fi.

Negatiua coarctata loco,& tempore cadit in veram scientiam,& sic est probabilis,gl.potest quærere.in l.Pantonius,85.§.1.de acquir.hered.

2 Negatiua,& sic priuatiua non potest cognosci, nisi cognita affirmatiua, quando talis negatio inducitur per legatum alteri factum, l. Titiæ textores. 36. de leg. 1.

Negatiua potest probari ex inspectione scripturæ, si nego alij esse legatum, probat quis ex inspectione testamenti,ibi.gl.competit. & ibi add. marg. in l. pen. de confessis.

Negatiuę vis est,vt quidquid inueniat,destruat,l.duob. in add.marg.de exceptione rei iudic.

Negatiua probatur eo ipso,quod contrarium non probatur, vel etiam per contrariam probationem.† gl.pe.in l.2. C.de errore aduocatorum.

Negatiua potest probari testibus,& instrumentis,gl.manifestum,in l.fi. C. de rebus creditis.

Negatiua facti infiniti loco,& tempore non limitati non est probabilis,negatiua verò facti finiti loco,& tempore limitata probabilis est,gloss.pen. in add.in l. actor.23.C.de probatio.

Negatiua mera non dicitur probari,quando iuro me non conscium alicuius malignitatis,vel te non habere vxorem: quia huiusmodi non sunt iuramenta probationis,gl.fi.ibid.

Negatiua aliqua vix est,quæ non habeat æquipollentem affirmatiuam, gl. fi. in l. nec codicillos.5.C.de codicillis.

Negatiuam assumenti & si non incumbat onus probandi: tamen si præsumptio sit contra eum, illa præsumptio facit onus probandi transire de vno in alium. ibidem.

Negatiua probatur,quando habet æquipollentiam affirmatiuæ, vt cùm testis dicit se stetisse vsque ad finem inuentarij,& nihil potuisse fieri,quin ipse videret, perinde est ac si affirmatiuè proponeret,gl.& vidisse.in §.si verò absunt. in authen.de hered.& Falcid.col.1.

Negatiua potest probari per obliquum, gloss.omni,in l.1. Cod. de fide instrum. lib.10.

Negatiua loco, & tempore coarctata probari potest per ipsum, sicut affirmatiua,l.1.& ibi add. marg. C. de canone frument. lib. 11. §. item verborum.inst. de inutilib.

Reliqua verbo,Nisi, Oratio,Positiones.

NEGATORIA habet locum,etiam si seruitus quandoque non competiuit, l.2. & ibi gl.2.si seruitus vindicetur.

Negatoria potest competere, licèt seruitus aquæductus publico loco interueniente esse non possit,d.gl.2.

Negatoria datur neganti.ibid.

in Negatoriam actionem veniunt etiam fructus; id est quanti interest petitoris aduersarium non vti itinere sui fundi, l. loci corpus. §. inconfessoriam. eodem.

Negatoria quandoque proponitur verbis affirmatiuis, licèt resoluatur in negatiuam.d.l.loci,§.competit.

in Negatoria victus victori tenetur cauere iudicis officio, quod in futurum seruitute non vtetur,l.egi ius.eod.

Negatoria cogitur tollere signa, quæ immisit quis vltra quàm statutum est. l. si cum meus. eod.

Negatoria competit, vbicumque, & qualitercumque in alieno facit, quis illud iure seruitutis,quam habet,facere non potest. gl.ius non est. in l.1.§.item sciendum.de aqua pluuia.

Negatoria agens potest simul, & semel petere, quòd aduersarius prohibeatur vti seruitute, & quòd condemnetur ad interesse. gl. 2. l. 2. Cod. de seruit. & aqua

Negatoria in seruitute quæ longo tempore acquiritur, eodem longo tempore tollitur.ibid.

Negatoria in seruitutibus,quæ longo tempore non tolluntur, tollitur spatio 30. annorum præscriptione,vel iteratione,quæ fuit facta iam sunt 30.anni; sed pro ea iteratione,quæ vadit hodie, cum illi seruitus non debeatur, potest intentari negatoria etiam [illegible] d.gl.2.

Negatoria datur etiam si nulla seruitus sit constituta. † gl.altius.in §.æque. Inst de actio.

Negatoria datur ratione dominij domino fundi, qui negat seruitutem deberi: vtilis autem quasi domino, quæ ius habet in fundo, quem negat seruitutem debere, & econtrà ratione possessionis intenditur contra eum, qui possidet rē ratione vsusfructus, vel quasi possidet, & si re vtatur propter illam seruitutem,quam sibi dicit esse debitam, in quibus non est mera possessio etiam naturalis.ibid.

Reliqua verbo, Actio,157.Confessoria.

NEGLIGENS in vno videtur negligens in alio.l.heres statuliberum.65. de cōditio.& demonst.

Negligentibus,& pigris iura non subueniunt,gl.fi.ibidem & add.mar. in l.pupillus.24.quæ in fraud.creditor.glo.fi.in l.1.C.de restitut. milit.l. non enim. ex quibus causis maior.

Negligenti non est ignoscendum d.gl.fin in add.marg.in l. pupillus.

Negligenti in officio suo non parcitur: sed mitiùs punitur.l.carcere. & ibi gl. fi. de custodia reorum.

Negligenti non currit tempus.gl.cedere.in l. 4. de adulteriis.

Negligere potest quis rem,quam tenet vt suam, & tunc nulli querelæ subiectus est.si verò alienam rem sciret,tenetur de negligentia.l.siquid.34.§.sicut. & ibi gl. querelæ.de petit.hered.

NEGLIGENTIA lædit omnia.gl.fi.in l.Diuus.de officio præsidis.glo.fi.ibidē. add.marg.in l.pupillus. quæ in fraud.credi. gl. multitudine.in l.si quis. C. de bonis proscripto.

Negligentia vnius alteri nocere non debet.gl. fi.in l.si ex duobus.de negot. gest. gl. neces.in l.electio.16.§. si.de noxalibus.

Negligentia ambita in tacendo facit valere manumissionem; & sic tollit illud, quod erat causa concedendæ actionis contra alium.gl.in l.item si res. de alienatione iudicij

Negligentia vti in rebus propriis non sufficit ad hoc,vt excusetur, si eadem vtatur in alienis l.si constante.25.§.si maritus.soluto.matr.

Negligentia lata dolo comparatur: sed non in criminibus.gl.quia ista.in l.impuberibus.7.1.de suspect.tutoribus.

Negligentia culpæ annumeratur. gloss. negligentiæ. in l.4.de magistrat. conuen.

ex Negligentia contracta per longum tempus inducitur ex coniectura animi abiiciendi,& perdendi possessionem,gl.fi.in add.marg.in l.si is,qui animo.27. de acquiren.poss.

Negligentia magna dicitur lata culpa,quæ in crimen doli cadit.l.1.§.is quoque. de actio.& obligat.l.magna.226. de verborum signific.

Negligentia puniri potest.gl.fi.in l.quicumque.8.C.de hereticis.

Negligentia manifesta dicitur lata culpa.gl. fin.in l.2. Cod. arbitrium tutelæ.

Negligentia nocens,ac præiudicans alicui in vno,præiudicat, & nocet ei in alio. gl. fi.in l.1.C.de his,qui à non domin.

Negligentia simpliciter dicta leuissima iuxta vulgus culpa est; at culpa seorsum in lege posita leuis culpa est.quæ inter leuissimam,& latam media est:& latior culpa non est alia à lata: quia tunc comparatiuus pro positiuo ponitur. l. magna.226.in add.marg. de verb.sign.

Negligentia est nociua,& econtrà diligentia est fructuosa,gl.non obdormiat. in §.penult.in auth.de deposito.collation.6.

Reliqua verbo,Iudex,46.47.Vigilans,Culpa, Diligentia,Dolus,Socius,12.13.

NEGOTIATIO non est accipere mutuam pecuniam: sed fœnori dare est negotiatio gl.1.in l.pen.de institor. actione.

Negotiatio non potest dici,quando vnus dumtaxat contractus factus est. gl. omnes in l.1.de tributoria.

Negotiatione illicita quilibet debet prohiberi.gl.1.in l.2. de iure patron.

Negotiationem aliquam exercentes super functionibus publicis,vel super debitis publicis fori præscriptionem non habent: sed debent conueniri apud præsides prouinciarum,nisi armata militia præditi sint, vel nisi ostenderint se accepisse commeatum anni ad propriam rem componendam.l.1.& ibi gl.1.C.in quibus causis militantes

NEGOTIATOR non dicitur, qui viuit ex reditibus prædiorum.§. cæterum. Inst. quod cùm eo,qui in aliena.

Negotiatores nō debent militare,gl.militare.in l.1.C. de præpositis agent. in rebus.lib.12.

Negotiatores omnes militare prohibentur, exceptis argenti distractoribus, qui non possunt accedere ad armatam militiam: sed bene ad aliam quamcunque. l.1.C.negotiatores ne militent.lib.12.

Negotiatores artium vilissimarum ad dignitates aspirare non possunt,& aspirantes expelluntur ab eis.l.ne quis. C.de dignitatibus lib.11.

Negotiatores artium vilissimarum non repelluntur a dignitatibus ob eorum infamiam: sed ob negotiationis vtilitatem,quæ eos suspectos reddit, quod minus habeant fidei.gl.stationariis.in add. marg. ibid.

Negotiatores omnino possunt conueniri in mercatibus,vel nundinis ex ante gesto,nec merces eorum prætextu priuati debiti possunt sequestrari, vel in illis aliqua molestia eis inferri,l.1. C. de nundinis.

mandatarius quadruplum præſtare debet.d.l.ſi negotia.

Negotiorum geſtor,qui creditori domini ſoluere promiſit, ante ſolutionem poteſt agere contra dominum,vt ſuſcipiat obligationem;& ſi creditor nolit mutare obligationem, dominus tenetur cauere geſtori, ſe defenſurum eum. l. ſi mandato.45.§.1.eod.

Negotiorum geſtor ſine mandato ſumptus bona fide factos repetit, ſi obtinet in cauſa:ſecùs ſi non obtineat:quia in ſententia apparet eum non vtiliter geſſiſſe, & ſic non aget:ſed gerens cum mandato repetit, etiam ſi non obtineat in cauſa.l.qui mutuam.56.§.fi.& ibi.gl.fi.eod.

Negotiorum geſtor durante adminiſtratione conueniri non poteſt,vt reddat rationem totius adminiſtrationis.gl. 1. in l.cum curatore.27. de adminiſtr. tutorum.

Negotium connexum geſtum in ſeruitute venit in actione deſcendente ex negotio illo geſto in libertate.l.tutorem.38.eod.

Negotiorum geſtori non imputatur paupertas debitorum ſuperueniens, ſi tempore, quo contraxit,fecit vt diligens paterfamilias.l.qui ſub conditione.110. de cond.& dem.

Negotiorum geſtor ſi petiit ſine mandato fundum domini à poſſidente per rei vendicationem,& ſuccubuit, nec dominus ratum habuit:ſed madauit eidem, vt ageret rei vendicatione,poteſt ex mandato agere non obſtante rei vendicationis exceptione.l.ſi is,qui heres.24.§.fi.de exceptione rei iudi.

7 Negotiorum geſtor ſi ſine mandato egit ad fundum certi condictione, vel alia perſonali actione,& ſuccubuit, & poſteà dominus ei mandauit, vt ageret pro eo ad eum fundum,rectè poterit agere, néc obſtabit ſibi exceptio rei vindicationis,ibid.

Negotia abſentis ſi quis geſſerit cum mandato,oritur obligatio ex contractu, ex quo naſcitur actio mandati: ſed ſi geſſerit ſine mandato, oritur obligatio ex contractu,ex quo naſcitur actio nego.geſtor. & inuicem ſe obligãtur tam gerens,quàm is,cuius negotia geruntur.l.4,§.1.de actio.& obligat.

Negotia abſentis gerens non cenſetur cum abſente anteà contraxiſſe. ibid.

Negotiorum abſentis adminiſtrationem ſuſcipiens ſine mãdato non dicitur maleficium ob id committere. ibid.

Negotium commune marito, & vxori,ſi ſit geſtum cum mandato mariti, vxor poterit agere aduerſus geſtorem,vel etiam maritum actione nego.geſt. gl. ſi in l.ſi mandatum.14.C.de nego.geſt.

Negotiorum geſtor tenetur de dolo,& lata culpa;ſed non de leui.l.curatoris.17. C.de nego.geſtis.

Negotiorum geſtor ex neceſſitate dicitur curator.gl.3.in l.ob negotium. 18. C. eodem.

Negotiorum geſtor ſpontaneus, vel ex neceſſitate poterit petere ſumptus factos ob negotium geſtum.d.l.ob negotium.

Negotiorum geſtor tenetur de dolo,lata,& leui culpa.l.tutori.20. C. eod.

Negotiorum geſtor tenetur domino negotiorum reddere omnia, quæ ei debere potuerit.ibid.

8 Negotiorum geſtor quamuis accedat geſturus omnia negotia: non tamen tenetur de gerendis:ſed tantùm de geſtis.† gl.propria.& gl.ſecundum. ibid.

Negotiorum geſtoris voluntas facit finem negotio ita, vt quæ vult gerat,& quæ non vult gerere dimittat,licèt omnia geſturus accedat.d. gl.propria.

Negotiorum geſtor ſufficit, quòd conueniatur de dolo, lata, & leui culpa ſuper his,quæ ipſe,nec tutor,vel curator conſtitutus adminiſtrauit.d.l.tutori,

Negotiorum geſtor conueniri non poteſt de dolo, lata, & leui culpa ſuper his, quæ ipſe non adminiſtrauit,cùm ab eo geſtore exigi non poſſet,qui agendi facultatem habere non potuit propter exceptionis obſtaculum; ſcilicet quòd ipſe non habebat mandatum.ibid.

Negotiorum geſtor ſi incœpit gerere,poſteaque omiſerit gerere, tenetur de illo negotio.gl.propria.in add.ibid.

Negotiorum geſtor ſi non incæpit,vel ab initio acceſſit,vt omnia geſturus,tenetur de omnibus:vel non acceſſit, vt geſturus omnia: ſed vt geſturus quædam, & tunc ſi alius geſturus eſſet omnia,niſi ipſe acceſſiſſet,tunc tènetur de omnibus:ſecùs ſi alius non eſſet geſturus, & tunc tenetur de his, ad quæ gerenda acceſſit.ibid.

Negotiorum geſtor conueniri non poteſt de his,quæ gerere non potuit ſine mãdato.gl.ſecundum. ibid.

Negotiorum geſtor regulariter tenetur de dolo,lata,& leui culpa: ſpecialiter tamen quandoque de dolo ſolo tenetur,quandoque de leuiſſima, quandoque de fortuito caſu.gl.leuem.ibid.

Negotiorum geſtor accedens vt vnum negotium geſturus à ſe ipſo debet exigere illud,quod debet ex adminiſtratione.† gl.potuerit. ibid.

9 Negotiorum geſtor de caſu fortuito non tenetur, niſi de hoc fuerit conuentum. l.negotium.22.C.eod.

Negotiorum geſtor de caſu fortuito poteſt obligari pacto, quando dominus videns aliquem gerere velle, cui dixerat, ſi contingat te gerere,de caſu fortuito tenearis, cui pacto conſenſit ipſe,atque ita ex iſto pacto tenetur. gl. 1.& gloſſ. pen. ibid.

Negotiorum geſtor gerens negotia contradicente domino non habet contra dominum directam,neque vtilem contrariam actionem nego.geſtorum pro expenſis,& aliis,quæ circa res ipſius facta ſunt poſt denunciationem factã à domino,licèt res bene ab eo geſtæ ſint.l.fi.C.de negot.geſtis.

Negotiorum geſtorum contractus eſt bonæ fidei. l. in bonæ fidei. 13, Cod. de vſuris.

Negotiorum geſtor omnem diligentiam tenetur præſtare. l. ſi mater. 24. Cod. eodem.

Negotiorum geſtor tenetur præſtare periculum nominum,niſi ſubitò ſubſtantias ſuas amiſerint.d.gl.2.

ex Negotiorum geſtione abſentis oritur hinc inde actio negotiorum geſtorum, quæ datur directa domino etiam ignoranti; contraria verò gerenti. §. igitur cùm quis.Inſt.de oblig.quæ ex quaſi contractu.

Negotiorum geſtor tenetur præſtare exactiſſimam diligentiam, & ſic tenetur etiam de leuiſſima culpa, quando alius diligentior volebat adminiſtrare. d.§. igitur cùm quis.& ibi.gl.ad exactiſſimam.

Negotiorum geſtor quandoque tenetur de ſolo dolo, & lata culpa, vt ſi acceſſit ad negotia deſerta,quandoque de dolo,lata, & leui culpa, & hoc regulariter: quandoque de caſu: vt in his caſibus vbi agitur in quantum dominus eſt locupletior.ibidem.

Negotiorum geſtor tenetur de neglectis ſiue gerere incœpit, & poſteà dimiſit, ſiue non incœpit, dum modò à principio vt omnia geſturus acceſſit: idem ſi non vt omnia geſturus acceſſit,ſi alius diligens erat geſturus,aliàs ſecus. d. gl. ad exactiſſimam.in add.

Negotiorum geſtor ſicut habet dominum obligatum, ſi bene gerat: ita dominus habet obligatum geſtorem,ſi malè gerat.d.§.igitur cùm quis.

Negotiorum geſtor non habet dominum obligatum,quando pupillus eſt is, cuius negotia ſunt geſta,vel quando animo deprædandi geſſit,vel quando ad noua negotia gerenda acceſſit,vel quando gerens fuit in culpa,vel in mora: quia in his caſibus gerens tenetur etiam de caſu fortuito, neque ſufficit in his vtiliter eſſe cœptum,niſi vtilitas perduret.gl.obligatum.& ibi.add. ibid.

Reliqua verbo, Contumacia, Debitor, 60. Gerere, Gerens, Geſta, Pupillus,12.Geſtor.

NEGOTIVM ſi ſit geſtum nomine domini, ad quem pertinebat,ſi is ratum habeat,competit ei actio negotiorum geſtorum,aliàs non.gl.Sempronium. in l. ſi pupilli.§.ſi Titij.de negot.geſtis. 10

Negotium geſtum nomine domini,quamuis dominus ratum non habeat: ſi tamen vtiliter geſtum eſt, competit actio negotiorum geſtorum: quia tunc pró rato debet haberi. ibi.

Negotium ſi ſit geſtum nomine alterius,qui non erat dominus, ſi ratum non habuit,non poteſt agi:ſi ratum habuit, ſi quidem ex ſua ratihabitione, nihil poteſt ei quæri, & tunc ratihabitio nihil operatur;ſi verò ei quæri poteſt,ratihabitio retrotrahitur,& negotium noſtrum facit.d.gl.Sempronium.

Negotium filij,vel ſerui ſi geſſi nomine filij,vel ſerui, & quoquomodo eum habeo obligatum,dominus,& pater etiam ratum habens tenetur de peculio tantùm. ibidem.

Negotium ſi quis geſſit nomine ſuo,ego non poſſum agere actione nego.geſtor. quamuis ratum habeam: quia ratum habere non poſſum negotium non meo nomine geſtum.ibid.

Negotium non meo nomine geſtum in ſubſidium, re perempta, vel præſcripta poſſum habere ratum,vt mihi hæc actio nego.geſtorum concedatur. ibid.

Negotium ſi geritur nomine eius,ad quem nõ ſpectat, ex eius ratihabitione negotium dicitur pertinere ad eum,& actione nego.geſtorum tenetur,ſi ſibi aliquid ex ratihabitione quæritur: alias ſecus. d. l. ſi pupilli. §. item quæritur.

Negotium alienum meo nomine geſtum ratihabitione fit meum, & fingitur me ius habere gl. ipſo geſtu.in d.l.ſi pupilli.§ quid ergo.

Negotium geſtoris vbi ratum habui, actio nego. geſtorum durat ratione doli, culpæ, vel reliquorum.l.Pomponius.eod.

Negotium geſtoris vbi ratum habui, actio negotiorum geſtorum tollitur in eo, quod eſt approbatum in d.l.o.ibid.

Negotium meum geſtum à te ſi ratum habui, actio negotiorum geſtorum non tollitur:ſed durat ratione doli,culpæ, vel reliquorum.ibid.

Negotium ratihabitione dicitur meum,quando tu vendidiſti rem meam, vt tuã, & ea deſinit eſſe in rerum natura, vel eſt præſcripta, vel vſucapta, vnde mihi datur actio negotiorum geſtorum contra te. † l.final. & ibi. gloſſ. cùm eſſet. eodem.

Negotium ſi vtiliter fuerit geſtum,dominus cogitur habere ratum gl. ratum. in l.ſi is,qui negotia.50.mandati.

Negotium vtiliter geſtum, licèt ante ratihabitionem ſit domini quoad hoc, vt geſtori teneatur; non tamen quoad hoc,vt geſtor agat aduerſus reum principalem,pro cuius fideiuſſore ſoluit geſtor.gl.ratum.ibi.

per negotiorum geſtorem ſequuta ratihabitione nobis quæritur actio vtilis in illis caſibus,in quibus quæritur per procuratorem.l.3.§.4.verſ.ſed etſi iudicatum ſolui.

Negotium ſi ſit noſtrum ratihabitione, ratum habens tenetur actione negotiorum geſtorum.l.ſi pecuniam.9.C.de negot.geſtis.

Reliqua verbo,Ratihabitio.

NEGOTIORVM geſtorum actionem non habet ille,qui putauit ſe vtiliter facere;ſed patriſa.non expediebat.l.ſed an vltrò.§.1.de nego. geſtis. 11

Negotiorum geſtorum actionem habet ille,qui negotia vtiliter geſſit.ibi.

Negotiorum geſtorum actionem habet ille,qui inſulam fulſit,vel ſeruum ægrum curauit,ſi vtiliter facere cœperit,licèt euentus non ſit ſequutus.ibi.

Negotiorum geſtorum edictum neceſſarium eſt; quia magna vtilitas abſentium verſatur,ne indefenſi rerum poſſeſſionem, aut venditionem patiantur,vel pignoris diſtractionem,vel pœnæ committendæ actionem, vel per ſententiam iniurioſè rem ſuam amittant.l.1.de negot geſtis.

Negotiorum geſtorum edictum tam inter abſentes, quàm inter præſentes habet locum,& inter curatorem datum teſtamento,& adultum gl. 1.ibi.

Negotia præſentis gerens habet actionem nego. geſtorum ſi præſens ignoret, quid agatur,aliàs ſcientia cum præſentia inducit tacitum mandatum:& agitur mandati,ibi.

Negotiorum geſtorum actio bonæ fidei eſt.l.3.& ibi.gloſſ.iudicij.Cod.de tranſactio.

Negotiorum geſtorum actione conueniri debet curator ſuper mala adminiſtratione bonorum minoris.gl. 1.ibi.

Negotiorum geſtorum actione tenetur pupillus in id, quod factum eſt in ſuam vtilitatem.gl.1.in l.2.C.de nego.geſtis.

Negotiorum geſtorum actione tenetur tantùm pupillus ei, qui pro eo geſſit in id,quòd locupletior eſt factus,& in illo etiam non tenetur, ſi alius gratis illud eſſet facturus.d.l.2.

Negotiorum geſtorũ actione tenetur quis in id,quod vtiliter geſtum eſt à principio,licèt euentus non ſit ſequutus bonus.gl.2.ibi. 12

Negotiorum geſt. actione non tenetur pupillus in id,quod vtiliter geſtum eſt, ſi tamen poſteà euentus non ſit ſequutus bonus.ibid.

Negotiorum geſtorum actio competit gerenti ex voluntate: ſecùs ſi ex aliqua neceſſitate.

Nepos ex fratre mortuo non concurrit cum patruo in successione de iure prætorio.† gl.melius.in l.3.§.1.de contra tabulas.

Nepos iungitur filio emancipato siue filius sit institutus, siue præteritus: sed filio in adoptionem dato non aliter iungitur nisi instituto, & alio committente edictum de contra tab.l.1.§.1. de coniungen. cum emancip.

Nepos hodie non iungitur filio in adoptionem dato extraneo, & instituto: sed hodie,& iure veteri iungitur filio in adoptionem dato auo, siue filius sit institutus, siue sit præteritus.gl.committere.ibid.

6 Nepotes,& pronepotes,& sic deinceps gradatim, & non simul iunguntur cum emancipato filio,l. 1.§ liberos.eod.

Nepos ex emancipato, & ex eius alio nepote pronepos iunguntur patri emancipato in bonorum possessione contra tabul. aui. ibid.

Nepos ex emancipato filio captus ab hostibus postliminio reuersus iungitur patri emancipato.ibid.

Nepotes ex filio emancipato & filius emancipatus quando iunguntur ad successionem aui, hereditas diuiditur sic, vt ipse filius dimidiam, aliam dimidiam nepotes hăbeant,d,l.2. §,inter ipsum.

Nepotes quando iunguntur filio emancipato, si vnus ex nepotibus partẽ suã omiserit, eius pars accrescit fratribus: & si omnes nepotes omiserint, eorum pars accrescit patri, qui si etiam omiserit, tunc patruo accrescit,d.l. 1. §. si quis ex nepotibus.

Nepoti impuberi dicenti se retentum in potestate aui, vt iungeretur patri emancipato, si fiat controuersia à dicto patre eum non esse de liberis, datur nepoti possessio rerum heredatariarum,& etiam eius patri:& quæstio status differtur in tempus pubertatis.l.1.§.si quis.de Carbonia

Nepos ab auo emăcipatus si se dedit ad arrogandum patri suo, auus solus admittitur ad eius successionem, siue in potestate patris, siue emancipatus decesserit, l.1.§.nepos.si à parente fuerit.

Nepos conceptus,& natus post mortem aui non succedit auo,l.1.§.si quis proximior.vnde cognati.gl.1.in l.si quis.33.C.de inoffi.cio.

Nepos viuo auo si captus sit ab hostibus, & mox eius pater sui iuris factus ibi decesserit, nepos ille in locum patris succedit, l. 1. §. sed si quis. de suis, & legit.

Nepotes etiam si parentes eos mortis tempore præcesserint: tamen possunt esse sui heredes interdum: veluti si paterfam. testamento facto decesserit filio exheredato,& mox deliberante filio instituto filius decesserit, & posteà institutus repudiauerit, tunc nepos suus heres est auo :quia hereditas non fuit delata filio,d l.1.§.sciendum.

7 Nepos non succedit auo de iure ciuili etiam vt agnatus, licèt filius de medio exierit: sed bene de iure prætorio.gl.consanguinei.in d.l.1.§.post suos.

Nepotes omnes ex vno filio ad vnam partem vocantur,& patruus ad alteram. l,si quis.8.C.de secund.nuptiis.

Nepos naturalis ex filio legitimo, vel naturali, vel legitimus nepos ex filio naturali ex testamento auo suo potest in totum succedere nulla sobole legitima auo subsistente, ab intestato tamen non succedit.l.fi.& ibi.gl.fi. C.de naturalibus liber.

Nepos naturalis, vel legitimus ex filio spurio succedit auo ex testamento, nulla sobole legitima subsistente; secus legitima sobole subsistente.d. gl. fi.

Nepos emancipatus repudians hereditatem patris existentis in potestate aui, vel emancipati, non potest habere hereditatem aui intestati, nisi de iure prætorio. gl.3.in l.fi.C.vnde liberi.

Nepos existens in potestate aui si repudiauerit hereditatem patris existentis etiam sub potestate, nõ potest succedere de iure ciuili auo intestato: quia vt suus non potest admitti; quia eum præcedit pater; nec vt agnatus: quia non erat proximior tempore mortis: hodie tamen poterit succedere auo. ibidem.

Nepos hodie habet successionem in bonis aui,& admittitur ad illa etiam sine bonorum possessione.d.gl.3.in l.fi.C. vnde liberi.

Nepos non potest succedere soli auo, nec sola bona aui habere, quin habeat etiã patris, quando pater nepotis adiuit hereditatem aui: quia adeundo patris; & aui bona sunt commixta, & dicitur vnum patrimonium, & vna hereditas. ibidem.

Nepotes ex vna filia succedunt auo paterno pro virili per bo. possessionem vnde cognati; si autem essent ex duabus filiis, succederent in stirpes.l.3.& ibi.gl.1.& 2. C.vnde legit.

Nepotes ex filia habent bonorum possessionem vnde cognati in bonis aui materni intestati mortui: non autem habent vnde liberi.gl.2.ibid.

Nepotes ex filia succedunt auo materno intestato mortuo cum auunculis, vel materteris in illa parte, in qua successit eorum mater diminuta tertia illius partis, quæ accrescit auunculis, vel materteris: hodie verò succedunt æqualiter.l.illam.& auth.quæ tertiæ.C.de collatio.

8 Nepotes ex filio, vel filia succedunt auiæ paternæ, vel maternæ cum patruis, auũculis, materteris, vel amitis in illa parte, in qua successit eorum pater, vel mater cum diminutione tertiæ partis, quæ accrescit eis: hodie tamen succedunt æqualiter. ibid.

Nepotes ex filia succedentes auo materno cum auunculis, vel materteris debent adinuicem conferre tam dotem, quàm donationem propter nuptias datam auunculis,& materteris, per ipsos conferendam nepotibus aui materni: & hoc idem est in nepotibus succedentibus auo paterno cum patruis, vel amitis.ibidem.

Nepotes ex filio auo paterno succedunt cum patruis in totum in illa parte, in qua succederet eorum pater, si viueret.gl.4.ibid.

Nepotes, vel neptes succedentes auo paterno, vel materno, vel auiæ cum patruis, auunculis, amitis, vel materteris, debent conferre dotem, vel donationem propter nuptias datam nepotibus, vel neptibus ab eorum auia, vel auo. † gl. pen. ibidem.

Nepotes, vel neptes succedentes auiæ, vel auo paterno, vel materno vnà cum eorum patruis, auunculis, amitis, vel materteris, non debent conferre cum illis dotem, vel donationem propter nuptias, quam habuerunt, nõ ab auo, vel auia, de cuius hereditate agitur: sed ab eorum patre, vel matre, gl. pe.& ibi.add.in m. ibidem.

Nepos, qui mortuo patre succedit in locum patris sui auo ex sua persona,& non ex persona patris l.2.C.de liberis præteritis.

Nepotes ex diuersis filiis auo succedentes ab intestato non pro virilibus portionibus: sed pro stirpibus succedunt.l.2. C.de suis,& leg ti.

Nepos ex filio defuncto succedit auo æqualiter cum filio superstite. l. 3. Cod. eodem.

Nepotes ex filio auo, vel auiæ paternæ, vel maternæ ab intestato morienti succedunt cum patruis, auunculis, vel materteris cum diminutione tertiæ partis eius portionis, in qua eorum pater succederet, si viueret. l. si defunctus. Cod.eod.

Nepotes concepti post mortem aui ex sua persona non succedunt ei morienti ab intestato: quia non fuit proximus agnatus auo, vel auiæ, in cuius vita nondum fuit animal: admittitur tamen naturali causa inspecta ex persona patris.gl.fi.in l fi.C ad Orfictan.

Nepos ex filio, vel ex filia auo, vel auiæ ita succedit in ea parte, qua mater, vel pater succederet; quod habet locum in nepotibus filiorum legitimorum siue interuenerint dotalia instrumenta, siue non.§.neque illo.& ibi.gl.sub potestate, in auth.de triente,& sem.

Nepos in fundum patruo debet succedere,& econtra patruus ei.§.pe.in add.mar. in auth.quibus mod.naturales effi.sui.col. 7.

Nepotes loco sui patris succedunt in feudo.c.1.in princ. de successione feudi.

Nepos vna cùm patruo admittitur ad successionem aui defuncti in locum sui patris.gl si lus.in cap.1.de natura successionis feudi.

Nepotes ex filio moriente patre viuo auo succedunt in locum patris, & eodem modo iura suorum heredum quasi agnatione nanciscuntur, & ideò debent ab auo exhæredari, vel institui, ne aliter præteriti rumpant testamẽtum: qui modus a lege Velleia est introductus.§.posthumorum.Inst.de exhered.liber.

Nepotes ex filio succedentes in locũ patris non dicuntur verè posthumi, sed quasi posthumi.d.§.posthumorum. & ibi.gl.2.

Nepos, vel neptis ex alio filio præmortuo, vel pronepos ex nepote succedit auo: quia assumit locum patris sui, & ideo succedit cum patruo, & filiis patrui in stirpes,& non in capita §.cùm filius Inst.de heredit.quæ ab intestato.

Nepos ex filia præmortua non succedit auo simul cum filio viuente: sed hodie secus est.gl.1.ibid.

Nepos assumit personam patris nedum ab intestato; sed etiam facto testamento quod postea impugnatur; quod verum est, si succeditur titulo hereditario secùs si titulo fideicommissi, quia consideratur affectio, quæ naturaliter est maior erga filios, quàm nepotes.gl.vocantur.in add.ibi.

Nepos conceptus, ac natus post mortem aui hodie etiam iure authenticorum nõ succedit auo inspecta eius persona: nec de iure prætorio, quo casu naturalis causa inspiciebatur: sed ex patris persona nihil vetat succedere.† gl.tetigit.& ibi.add.in §.cùm autem quæritur.Inst.eod, gl.iura.& ibi.add.in princ. Inst. de legiti.agnat.succes.

Nepos conceptus, & natus post mortem aui non vocatur tertio ordine inter cognatos, quod hodie procedit, quando filius fuit iustè,& rectè exheredatus, nec sequuta fuit aditio, aliàs virtute transmissionis rectè admittitur. † gloss. qua proximi.& ibi.add.in d.§.cùm autem quæritur.

Nepotes siue ex filio, siue ex filia quando inter se succedunt, admittuntur in stirpes,& non in capita, & idem in pronepotibus.§. fi.in fi.& ibi.gl.fi.Inst.de heredit. quæ ab intestato.

Nepotes cum patruis succedunt in stirpes: sed non superstitib.patruis inter se succedunt in capita: id est æqualiter.† gl. superstites. & ibi. add. marg.in §.cæterùm.Inst.de legit.agna.suc.

Nepotes ad auiæ successionem legtimo iure admittuntur.in principio Inst.de Senatusconsul.Orfician.

Nepos legitimus natus ex filio naturali tantum potest in vniuersum succedere ab intestato, non extantibus legitimis; secus si nepos legitimus sit ex filio spurio ex damnato coitu; quia deficiente stipite, non extantibus etiam legitimis, non succedit talis nepos, gloss. fi.in add.marg.in §.nouissimè.Inst. eodem.

Nepos loco filij succedit auo si qua pœna paterfam. fuerit affectus, vt vel ciuitatem amittat, vel seruus pœna efficiatur, l. si qua pœna. de his, qui sunt sui, vel.

Nepos ex fratre æquiparatur fratribus ipsis quoad successionem ab intestato.glo. agentes.& ibbi add.marg.in §.soror.Inst.de iure person.

NEPOTES nascituri ex filio tempore testamenti viuente, qui aliàs non poterant instituti, tanquàm posthumi aliqui, id est non obtinentes tunc primum locum, possunt institui in casum, quo sint futuri sui post mortem aui, ne ipsi præteriti rumpant testamentum,l.Gallus Aquilius.29. de liber.& posthum.

Nepotes ex filio tempore testamenti viuente post mortem aui nascituros posse institui prouidit Gallus Aquilius: non autem prouidit de nepote nato in vita aui: sed Velleius super hoc prouidit.gl.si filius.ibid.

Nepos posthumus ex filio tempore testamenti viuente potest institui, & substitui, etiam non facta mẽtione mortis filij,& intelligitur institutus in casu prouiso à Gallo Aquilia.l.Gallus.§.1.& ibi gl.credunt.

Nepotem posthumum ex filio tempore testamenti viuente potest quis instituere etiam non facta mentione mortis filij, ita, Si quis mihi nepos post mortem meam nascatur, heres esto; vel ita, instituo filium, & nepotem, qui ex eo post mortem meam mihi nascetur, vel ita, si filius heres non erit, nepotem, qui ex eo nascetur, substituo; vel ita, filium, & nepotem ex eo instituo, sentiens testator de nascituro nepote, & his casibus censetur substitutus in casum, in quem rumperet præteritus: scilicet quando viuo auo moritur filius,& posteà mortuo auo nascitur posthumus intra decem menses, ne testamentum rumpat.gl. non exprimat.ibid.

Nepos ex filio sicut potest institui secundum consilium Galli Aquilij: sic pronepos ex nepote siue solus nepos superstit tempore testamẽti, siue solus filius, siue filius & nepos, hoc tamen vltimo casu testamentum rumpitur, si testator

viuo

aui sui ex persona patris sui emancipati præteriti ab auo, & debet conferre hæreditatem, vel legatum, quod à patre accepit, licèt tempore mortis aui non fuit in rerum natura.l.2.& ibi.gl.1.de collatio.

Nepotes duo ex filio mortuo si extant emancipati, & præteriti, & petant contra tab. aui sui, debent conferre semissem patruo suo: quia & si viuo auo, cùm in eius potestate essent, putà 200. acquisissent, centúm filius, centum nepotes per hæreditatem aui haberent.d.l.2.§.si duo.

18 Nepos in potestate retentus si per contra tab. patris emancipati veniat ad successionem patris, auus pro eo cogitur conferre, nisi eum bona fide emancipauerit.l.si quis filium.de collatio.

Nepotes omnes ex filio si in locum filij successerint, portio illa, quæ patri eorum conferenda erat, petita bon. possessione contra tab. est eis conferenda: sed & ipsi nepotes cùm emancipati sunt, ita debent conferre, quasi omnes vnus essent l.si nepotes.eod.

Nepos præteritus filio in potestate ex besse emancipato ex triente hærede instituto si petijt contra tab. aufert patruo sextantem, patri verò vnciam.l.1.§.filio. de coniung. cum emancipat.

Nepotes ex filio emancipato, & exhæredato in potestate aui constituti præteriti admittuntur ad contra tab. nec iunguntur cum patre exhæredato per edictum de coniungendis cum emancipato: sed bene per clausulam Iuliani.d.§. filio.& ibi.gl.nepotibus.

Nepotes in potestate aui constituti eorum patruo præterito: patre verò exhæredato admittuntur ad cõtra tab. nec iunguntur patri per edictum de coniungendis cum emancipato, nec per querelam ante eam prolatam: sed bene post eam intentatam, & prolatam † d.l.1.§ sed etsi.& ibi.glos.nepotes.

Neptis non minus succedit in locum parentis sui, quam nepos. l. 1. §. sed & si quis.de suis, & legit.

Neptis in potestate aui constituta dotata ab auo, vel à suo patre, si successerit auo, per contra tab. vel ab intestato cum fratre, confert dotem dicto fratri suo, non patruis, cùm filius, vel filia in potestate nõ possint habere nisi dotem, & donationem propter nuptias; sed neptis emancipata pariter dotem, & cætera bona confert fratri: sed non patruis: sed si non habeat fratrem, tunc confert patruis, & filiis præmortuorum patruorum.l. 1.§. si sit. & ibi, gloss. 1. de collatione dotis.

Neptis fratris, vel sororis, & patruus de iure ciuili sunt in quarto gradu. §.fratris Instit.de nuptiis.

Reliqua verbo, Auus.

Neqve dictio est copulatiua.l.quidam.30.& ibi.glo.pen.de vulgari.

Reliqua verbo, Nec.

Nescire verbum sumitur in bona, & mala parte: nam omnis ignorans dicitur nescire: sed non conuertitur, quod omnis nesciens ignoret, & ideò hæc duo verba quandoque copulantur.glos.in rub.de iuris, & facti ignoran.

Nesciens se cognatum esse interdum in iure dicitur errare; nam si sciat se liberum esse, & ex quib. natus sit; iura autem cognationis habere nesciat, in iure errat; sed si quis fortè expositus quorum parentum sit ignoret, & fortasse seruiat alicui putans se seruum esse, dicitur magis in facto, quàm in iure errare.l. 1.eod.

Nex ponitur pro pernicie, & damno.l. summa. 12. de peculio.l.si pro parte.§.si. tamen.de in rem verso.

Reliqua verbo, Ignorare, Ignorantia, 3. vsque 7, Scire.

Nihil, & imperfectum æquiparantur. glo. nullum. in §. pen. Inst. quib. mod. testam. infirm.

Nihilo magis idem est, quod non ideò magis; habet enim in se negatiuam; sicut nihilhominus habet affirmatiuam. glos. nihilominus. in principio Instit. quibus non est permiss. facere.

Nilvs: vide Aggeres, Chomata.

Nimivm omne vertitur in vitium.glo.bonum.in auth.vt determinatus sit numerus clericorum.in principio.col.1.&gl.placet.in auth.de immens.donationib. in principio.col.7.

Nisi ponitur pro si non.glos.non habentur.in l.fœminæ de senatori.glo.Pomponius.in l.si cùm.§.fin.si quis cautio.

Nisi dictio ponitur quandoque pro conditione si. l. fideicomissa. 11.§.sic fideicommissum. & ibi.glos.voluerit.de legat.3.

Nisi dictio ponitur, quando præcedit negatio; alias enim negat, seu priuat.glo.fi. & ibi add.marg.in l.extremo.de ventre in possessionem mittendo.

Nisi dictio posita in oratione quandoque non ponit.glo.fi.in l.Titia.59. de manumiss.testam.

Nisi dictio quandoque ponitur expositiue, quãdoque exceptiue.gl.nisi.in l.2.C. de his, qui accusare.glo.non facilè.in l.testium.14.C.de testibus.

Nisi, vel si non dictiones istæ quandoque ponunt: veluti si non post longum temporis decesseris; id est si post longum tempus decesseris. glos. Pomponius. in l.si cum.§.fin.si quis cautio.

Nisi dictio semper ponit, quando præcedit oratio negatiua; veluti non concedam alienationem, nisi maluerit, &c. sequitur quòd illo casu possit alienare.glo.satisdare.in add.in l.Diuus.5.de petitione hæredit.

Reliqua verbo, Si non.

Nobilis efficitur quis ex scientia, vel propter scientiam. l.2. §.fi.in fi.& l.4. §.fi de excusat.tutorum.

Nobilis mitiùs punitur, quàm ignobilis. l.1.§.quamquam.de abigeis.

Nobilibus in iudicio sedendi conceditur facultas, quando non dicunt, neque loquuntur: secus si dicunt, & loquantur: quia tunc debent stare, non sedere. glo. sedendo.in l.fin.C. vbi senatores.

Nobiles alij sunt, & alij virtuosi, qui honorum luce sunt conspicui; alij diuites, vnde virtus non dicitur nobilitas, neque diuitiæ.l.3.C.de commerciis.

Nobiles debent se abstinere à negotiationibus, vt inter plebeios, & negotiatores faciliùs sit emendi, vendendique commercium.ibi.

Nobilis non potest esse, qui exercet artes mechanicas.ibi.

Nobilis præsumitur in dubio donare: quia donare præsumitur nobilitate. glos.1. in add.marg.in l.4.Cod.de dotis promissione.

Nobilis, cui ex statuto est interdictus ingressus in palatium, nisi ex causa maleficij, si procurat se accusari, & ipse accusatus ingrediatur, nihil prodest ei talis fraus, quinetiam pœnis subijcitur.l.quamuis.51.in add.marg.C.de decurionib. lib.10.

Nobilis non excusatur à tributis, vel collectis prædiorum tributariorum à se possessorum.gl.2.& ibi.add.marg.in l.fi.C. de functis limotrophis.lib.10.

Nobiles non sunt puniendi eisdem pœnis, quib. ignobiles.§.item lex Iulia.Inst.de publi.iudi.

Nobilitas requiritur de iure feudorum, vt sit aliquis miles: sed non de iure ciuili.gl.2.in add.marg in l.1.C.negotiatores ne milit.lib.12.

Nobilitas mulieris, quæ habetur ex progenie, retinetur etiam si nubat nobili etiam minoris dignitatis, non plebeio.l.1.C.de dignitat.lib.11.

Nobilitatem non accipit filius à matre nobili natus patre ignobili. l. nullus solius.45.& ibi.add.marg.C.de decurionibus.lib.10.

Nobilitati fauendum est.gl.pe.in l.fi.C.de iniuriis.

Nobilitas, & claritas natalium vitæ & turpitudine deperditur, tollitúrque honor.l.senatoris47.& ibi.add.marg.de ritu nuptiarum.

Reliqua verbo, Ignobilis, Literatus, Magni, Paupertas, Rusticani, Ingenuitas, Stemmata, Comes.

Nolle adire est repudiare l.nolle adire. 15.de acquirend.hered.

Nolle non dicitur, qui non potest velle.l.pater Seuerinam.100.& ibi.gl decesserit.de condit.& demon.

Nolo quod possum, quod volo non possum. gl.pe.in l.multum.6.C.si quis alteri, vel sibi.

Nolle dicor, quod non possum meo facto impeditus. gl.pacto.in l.1. C.de naturalibus liber.

Nolle est eius, qui potest & velle.l.eius est nolle.nu.3.de regul.iur.

Nomen 1. vsque 5.
Nomen debitoris. 6.7.

Nomen est genus: ponitur tamen quandoque pro specie sui, veluti Albertus, quod est proprium personæ nomen.gl.in nomine.in §. si quis in nomine. Inst. de legatis. 1

Nomina sunt imposita ad dignoscendum homines.d.§.si quis in nomine.

Nomen mutare sibi potest liber homo: sed non seruus.gl.fi.ibid.

Nomen appellatiuum, quod non potest verificari nisi vno, habet vim nominis proprij.§.1.Inst.de exhered.liberorum.

Nomina debent esse consonantia, & conuenientia rebus in quantum fieri potest: alioquin non est curandum de nomine, modò rei consequamur effectum. §. est & aliud.& ibi.glo.consequentia.& add.marg Inst.de donatio.

Nomina debent esse consonantia reb.glo.tuum.in princ.Inst.quib.modis re contrahitur gl.1.in l.prætor.de edendo.gl fi.in l.defensores.5. C.de defensor. ciuita.glos.virum.in §.1.in auth.de nuptiis.col.4.

Nomina recipiunt significationem non ex opinionib. singulorum: sed ex communi vsu proprio, & figurato.l.Labeo. vers.non enim. & ibi gl. ex communi. de penu legata.

Nomine suo quod quis non potest facere, potest nomine alieno, l.filius.2. de inoffic.testam.

Nomina verbalia ponuntur quandoque pro proprio nomine rei, vt habitatio pro domo, quæ inhabitatur; emptio pro instrumẽto emptionis, donatio pro re donata.gl.habitationem.in l.1.§.1.comodati.

Nomina verbalia possunt intelligi actiuè, & passiuè, & vtroque modo propriè.l. filiusfam.16.de testam.

Nomen dicitur proprium, prænomen ab euentu, cognomen à cognatione.glo.2. 3.& 4.in l.1.de liberis & posthum.

Nomen proprium solum apponi in instrumento sufficit, nec est necesse apponi prænomen, vel cognomen, si sit tale nomen proprium, de quo dubitari non possit.d.l.1.& ibi.glo.fi. 2

Nomen appellatiuum filius, quod non potest conuenire nisi vni, habet vim nominis proprij.l.2.de lib.& posthum.

Nomen appellatiuum filius in materia exhæredationis, & sic in odiosa non comprehendit nisi vnum: secùs in materia fauorabili.d.l.2.& ibi gl fi.

Nomina duo disiuncta posita verbo singularis numeri, pluraliter copulantur.gl. mutus.in l.pater quoties.93.§.fi.de acqui.hæred.

Nomina, vel vocabula rerum immutabilia sunt; hominum verò mutabilia.l.si quis in fundi vocabulo.de legat.1.

Nomina, vel vocabula rerum dicuntur illa, quæ res habent, eò quòd res ex communi appellatione generis sic nominantur sine nominis proprij impositione; vt equus, mulus, &c. hominum verò dicuntur illa, quæ ab hominibus sunt imposita singulariter certis rebus, non generi rerum, gl.vocabula.&gl.hominum. ibid.

Nomina adiectiua rerum dicuntur accidentia, vt albus, niger, & rufus. d.gl.hominum.ibid.

Nomina numeralia duo, tria, &c. sunt collectiua, nec dicuntur distributiua, vel diuisiua. gl.lectitarios.in l.si ex toto.8.§.fi.eod.

Nomina collectiua vt est nomen, filiabus, relata ad plures, coniunctionem verbalem inducunt, & inter eos est ius accrescendi.l.qui quartam.15.§.fi.eod.

Nomen destinatum post mortem imponitur ante mortem: veluti posthumus dicitur post testamentum natus etiam in vita patris testatoris.gl.hereditati.in l. quæsitum.93.§.pen.eod.

Nomina appellatiua immutabilia sunt, neque possunt adaptari ad alia nomina prorsus diuersa, & extranea: secùs si ratione cõsuetudinis alicuius loci possunt coaptari ad alia nomina. glos. libros. in l. librorum. 50. §. quod tamen. de leg.3. 3

de nomine quando est controuersia inter plures legatarios eiusdem nominis, vt quia legatum sit Titio, cùm plures Titij sint, debetur legatum illi, qui probauerit sensisse defunctum de se.l.falsa demonstratio.33 de condi.& demon.

Nomen heredis etiam inconsulto testatore ante eius mortem si fuerit deletum ita, vt legi non possit, non datur ei bonorum possessio; secus si post mortem testatoris, vel prolatas, & publicatas tabulas deletum esset: quia tunc competit

Nominatus ad ciuilia munera, vel ad decurionatum, vel honores, licèt sit priuilegiatus, si non appellauerit, consensu suo nominationem confirmat. d. l. hi, qui.

Nominatus in defensorem ciuitatis non potest à nominatione appellare, quantumuis sit priuilegiatus. gl. non vtantur. ibid.

Nominatus ad munera ciuilia poterit appellare intra x. dies à nominatione, & debet prosequi intra duos menses. l. 1. C. de temp. appel.

Nominatus si sit quis ad aliquod munus, & ipse sit inobediens, propter eius inobedientiam non licet nominatori, vel eligenti ad munera illius res sine præsidis authoritate pignori capere. l. nominatori. 11. C. de pignoribus.

Nominatus ad tutelam debet se excusare, & non appellare à nominatione: potest tamen appellare à sententia, auferente sibi excusationem. l. scire. 15. & ibi. glo. necesse. de excusa. tutorum.

Nominatus ad alia munera, quàm ad tutelam, debet appellari à tali nominatione, si nominatio tenet, nisi sit veteranus. d. gl. necesse.

Nominari per nomina propria tenentur viriliter: sed si per nomina appellatiua, pro portionibus hereditariis. l. turpia. 57. §. fi. de legat. 1.

Reliqua verbo, Eligere, 1. 2. Index, 48. Appellatio, 14. 28. Electio, 5. Iussus, Elector, Contractus, 2. 5. 6 Electus, Munus, per tot. Debitor, 82. 83. Filius, 180. Officialis.

NON agit, qui non excipit. gl. exigi. in l. item si. 30. de ædilitio edicto.

Non qui incœpit: sed qui perseuerauit, saluus erit. gl. duret. in l. si pro patre. §. versum. & ibi. gl. vtilis. de in rem verso.

Non fieri aliquid, vel non de iure fieri paria sunt. gl. repetitionem. in l. 3. §. si liber homo. de condict. causa data.

Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse: facilè scilicet, & frequenter. gl. fi. in l. neque natales. C. de probationibus.

Non refert, quid fieri ex æquipollentibus. l. 3. C. de instit. & substit.

Reliqua verbo, Vix.

NOSOCOMIVM dicitur locus, in quo ægroti curantur. gl. nosocomium. in l. illud. 16. C. de sacrosanct. & gloss. nosocomium. in auth. de non alienandis. in principio. col. 2.

NOSTRVM non potest transferri ad alium sine facto nostro. l. id, quod nostrum. 11. de regul. iuris.

Nostra dicitur res strictè, quæ in dominio nostro est: sed quæ in dominio nostro non est largè dicitur nostra. gl. in bonis. & ibi add. marg. in l. damnum. 18. de damno infecto.

Nostrum quod non est, quandoque transferimus ad alium: veluti qui fundum habet, licèt vsumfructum non habeat: tamen potest cedere vsumfructum causalem: sed non formalem. l. quod nostrum. 70. de vsufructu, & quemadmod.

Nostrum quod non est, regulariter non possumus transferre: fallit in creditore, vt in habente fundum: sed non vsumfructum. d. l. quod nostrum. & ibid. gloss. 1.

Nostrum est, quod ex re nostra fit. l. de eo. §. si quis. ad exhibendum.

Reliqua verbo, Meum.

NOTÆ significantes numerum positæ in instrumento: veluti si pro semisse scriptum sit ex quadrante, non vitiant instrumentum. l. quoties. §. sed si non. de hered. instit.

1 NOTARIVS, vel argentarius potest vni legare rationes, & protocolla alij. l. quædam. §. nihil. de edendo.

Notarius potest donare, seu vendere suam abbreuiationem, seu protocollum. d. §. nihil. in add. marg.

Notarius in sua creatione debet iurare legaliter exercere officium, ad hoc vt ei credatur in suis scripturis, aliàs si non iurauerit, tanquàm priuatus homo habetur. gl. decurritur. d. l. quædam. §. fi.

Notarius similis est argentario, & tenetur edere instrumenta, data sibi pecunia, & non aliàs. gl. absimiles. in l. argentarius. eod.

Notarius, vel argentarius, qui tenetur mihi edere, licèt non ediderit; si tamen aliter poteram probare intentionem meam per testes, vel alia instrumenta, non tenetur mihi notarius ad interesse: quia illud damnum non videor pati ex suo delicto: sed ex mea negligentia. d. l. argentarius. §. fi.

Notario asserenti instrumentum à se factum falsum, vel vitiosum esse, postquàm formam instrumenti habet, non creditur. l. Seia. 28. & ibid. addit. marg. ad Velleian.

Notarius publicus quando petitur à rectore ciuitatis ad aliqua bona describenda, vel ad aliquid aliud, debet ei dari. l. cùm domini. 58. locati.

Notarius scribens dicta testium quando non potest transferre vulgarem in Latinum sermonem, tunc ponat in vulgari argumento. l. 1. de excusat. tutorum.

Notarius, vel tabellio dicitur seruus publicus: non quia sit seruus: nam seruus esse non potest: sed quia cuilibet de populo seruit. gl. seruus. in l. 1. §. exigere. de magistr. conueniend. & gl. pen. in l. 2. C. de adoptio.

Notarius si inter scribendum instrumentum inductiones, lituràsque fecerit, ac instrumento propria manu subscripserit, eas singulatim designando se fecisse, ob id non vitiabitur instrumentum, vel contractus. l. 1. §. 1. & ibi. add. marg. de his, quæ in testamento delentur.

2 Notarius si in breui, vel abbreuiatura cancellauerit aliquid, vt alibi extensius transcriberet, nihil obest talis cancellatio, quò minus ex transcripto probatio assumatur. l. fi. & ibi. add. marg. eod.

Notarius scribens testamentum alicuius si scripserit testatorem instituisse ex quadrante, cùm testator dixisset ex semisse, potius videtur per errorem illud scripsisse, quàm per falsitatem, nisi ex aliis circumstantiis aliud appareat. l. 1. §. sed si non corpore. de hered. instit.

Notarius, qui fecit imbreuiaturam testamenti, si eam non legit coram testibus, nec in charta pura scripsit, non valet illud iure testamenti, nec iure codicillorum, etiamsi fideicommissum sit sibi relictum. l. fideicommissa. 11. §. quoties & ibi gl. quoties. de legat. 3.

Notarius accipiens pecuniam vt referret iudici talem tulisse testimonium qui non tulerat, aut vt remitteret testimonium dicendum, vel non dicendum, tenetur lege Cornelia de falsis. l. 1. & ibi. gl. ob denunciandum. de falsis.

Notarius licet non possit sibi ascribere in testamento alterius, ne esset rogatus ad sui vtilitatem: tamen potest sibi ascribere mercedem suam, & potest esse rogatus de hoc. l. si quis legatum. & ibi. add. marg. eod.

Notarius quilibet potest in proprio negotio instrumentum conficere, cùm in eius commodum non sit instrumentum: sed aduersus se, vtpotè in quo alteri obligatur ipse. l. impuberem. 22. §. fi. & ibi. add. marg. eod.

Notarij officium exercens ille, qui notarius non est, tenetur actione in factum erga omnes, quorum instrumenta confecit, vel actione pœnali in factum ad duplum: potest etiam criminaliter de falso accusari. l. qui nomine. 25. & ibi. add. marg. eod.

Notarius, qui incipit scribere acta, non potest mutare, l. in fraudem. 45. §. quoties. in add. marg. de iure fisci.

Notarius non probatur quis ex eo, quòd probetur plura instrumenta fecisse, & tanquam notarium solutionem recepisse, & exegisse. l. Herenius. in add. marg. de decurionibus.

Notarius non debet scribere in instrumento spem partium: veluti Titium accepturum decem. gl. 1. in l. fi. C. de condictione ex lege.

Notarius non debet scribere debitorem accepisse pecuniam, nisi sit pecunia in præsentia. gl. pen. in l. 3. C. de non numerata.

Notarius, qui inuentarium scripsit, si minorem æstimationem rerum fecerit, & secundum illam fideiussorem receperit, tenetur minori actione in factum, nec ex hoc vitiatur datio curatoris. l. fi. C. de magistrat. conueniend.

Notarij simplicitas non nocet contrahentibus. gl. fi. in l. fi. C. de fideiussor.

Notarius debet esse rogatus de instrumento. §. nos autem. in authent. de tabell. col. 4. 3

Notarius actuarius debet solennitates obseruare in actorum libris, quas & in instrumentis obseruare debet. §. 1. in add. marg. in auth. vt præponatur nomen impera. col. 4.

Notarius effectus infamis non poterit testificari de instrumento, etiam per eum facto, quod negatur manu sua factum. glos. defunctus. in §. quòd si tabellio. in auth. de instrum. cautela. col. 6.

Notarius non potest citare, nec in carcerem mittere, siue quæstio criminosa sit, siue ciuilis. gl. 1. in fi. in add. marg C. de iure fisci. lib. 10.

Notarij dicuntur serui conditionales, serui à seruiendo: conditionales, quia hominum conditiones, & contractus faciunt. gl. conditionales. in l. defensionis. C. eod.

Notarij cameræ non grauantur ad munera, quæ personæ laborem iniungunt, & qui eos grauauerint, punientur, & per officium iudicis superioris defendentur. l. pe. C. de canone largitional. lib. 10.

Notarius falsum instrumentum immunitatis tributorum conficiens, debet comburi. l. 1. C. de immunitat. nemini conced. lib. 10.

Notarij si ad aliquod officium, vel militiam aliquam transeunt, intra quinquennium retrahuntur, & statim redduntur municipalib. officiis: sed non possunt retrahi post quinquennium. l. 1. C. de tabulariis. lib. 10.

Notarius rogans instrumentum sciens se rogare non posse, tenetur parti ad interesse. l. pe. C. eod.

Notarij principis licet senectute deposuerint officium, aut maiorem dignitatem fuerint adepti, non perdunt ob hoc notariorum nomen: sed & notariorum, & suæ dignitatis priuilegium retinent. l. 1. C. de primicer. lib. 12.

Notarij principis non possunt esse discussores, aut peræquatores, aut similem dignitatem cum administratione habere. ibid.

Notariorum principis officium, vel militia nobilis est. l. fi. in princ. C. eod.

Notarius scienter conficiens instrumentum alienationis feudi factæ à vasallo sine consensu domini priuatur officio tabellionatus, & infamis est, & amittit similiter manum: secùs si ignorans id esse feudum. c. imperialis. & ibi. gl. fi. de alienatione feudi per Lotharium.

Notarius si mutauerit signum punitur pœna falsi. gl. signum. in addit. marg. in §. item lex Cornelia. Inst. de publicis iudiciis.

Reliqua verbo, Chartularij, Tabellio, Librarius, Manus, Memoriales, Scriniarius, Supernumerarius, Tabellarius.

NOTIONIS verbum pertinet ad eos, qui iurisdictionem non habent: sed habent de quauis alia causa notionem, vt sunt arbitri compromissarij cum pœna, & sine pœna assumpti. l. ait prætor. 5. & ibi gloss. non habent. de re iudicata.

Notionem, cognitionem, & iurisdictionem accipimus ita, quòd habens notionem dicitur habere iurisdictionem ordinariam, & cognitionem: id est iurisdictionem delegatam. l. notionem. 99. & ibi. gl. de verb. sign.

Reliqua verbo, Cognitio, Iurisdictio.

NOTITIA militaris prodest, & multum operatur, ita etiam & notitia scholastica multum prodest. l. miles. 5. & ibi. add. marg. de castrensi peculio.

per Notitiam vnius immediatorum peruenitur ad alterius notitiam. gl. simul. in princ. Inst. de iure personarum.

NOTORIVM, & manifestum differunt: quia id, quod notorium est, non eget probatione: sed quod manifestum est, probari debet. glo. fin. in l. ciuis. Cod. de appellat.

Notorium tollit ignorantiæ præsumptionem, quæ aliàs præsumeretur. glos. 1. & ibi. add. marg. in l. 1. ff. de receptator.

Notoria non indigent probatione. gl. quia manifestum. in l. emptorem. 12. C. de actio. empti.

Reliqua verbo, Euidens, Manifestum.

NOVALE dicitur terra, quæ de nouo colitur, quæ priùs erat nemus. gl. nouale. in l. vtiles. 42. de petitione heredit.

Noualis dicitur terra præcisa, quæ anno cessat, antequàm aretur, vt proinde melius fructificet: integra, id est arata est, in qua dominus nondum pascendi gratia pecus immisit. l. sylua. 30. de verb. sign.

Noualis dicitur terra nouiter ex sylua extracta, & aptata ad colendum, vel pratum, quod colitur ad seminandum de frumento. gl. noualis. ibid.

NOVARI potest naturalis obligatio. gl. ferre. in l. rescriptum. §. si pacto. de pactis.

in rem durante prima.† ibid.

Nouatio necessaria,quæ fit per sententiam condemnatoriam super actione reali parit vtilem in rem actionem,& durat etiam prima realis,qua si agatur,& excipiatur de sententia , replicabitur de re iudicata secundum actorem. ibid.

Nouatio,quæ fit per sententiam,quæ transit in rem iudicatam , si agatur actione in factum ex sententia, habebit exequutionem paratam : id est sine causæ cognitione,nisi noua nouatio fuerit facta.ibid.

Nouatione,quæ fit per sententiam,decedit primæ actioni,veluti in causa, in qua plures correi obligati in solidum sint condemnati in sententia, non tenebuntur ampliùs,nisi in partes viriles,neque periculum vnius alius amodò non patietur.d.gl.fi.in fi.

Nouatio hodie debet fieri naturalibus verbis:id est expressis, nō per subauditum, vel extrinsecum verbis ipsis intellectum,vnde hodie obligatio per obligationem non nouatur, etiam si noua persona interueniat , vel obligationi aliquid addatur,vel detrahatur.l.fi.C.de nouatio.

Nouatio vt fiat,si est actum,& expressum,tunc ipso iure tollitur prior obligatio, soláque nouatio manet:sed si non est actum,neque expressum,& tunc vtraque efficax manet:sed si est actum tacitè,licèt non expressè,tunc manet prima ipso iure:sed tollitur per exceptionem.gl.fi.ibi.

Reliqua verbo, Filius,108.109. Sententia, 9. Creditor, 59. Debitor ,90. Delegatio,2. Obligatio, 24. Stipulatio,49. vsque 56. Sententia,9.

NOVELLETVM sumitur pro vinea, vel olineto ex nouis vitibus , vel oliuis consita.gl.nouelletum.in l. veluti.de impensis.

NOVERCA dicitur patris vxor filiis ex alia vxore natis, l.4. §. affines. de gradibus.

Nouerca si post aditam hereditatem , & apprehensam possessionem à priuigno aliquid subtrahit, tenetur actione furti manifesti, & ad quadruplum : sed pro non manifesto ad duplum,l.de his.11.C.de furtis.

Nouerca dicitur ita,quasi nocens arcus,vel quia noua est arca sine fructu, vel dicitur quasi quæ noua domus princeps à patre superinducatur.gl.nouerca.§.socrum.Inst.de nuptiis.

Nouercæ suis delinimentis,vel instigationibus solent instigare maritos suos ne iustè exheredent,vel prætereant,l.non est.4.de inoffic.testam.

Reliqua verbo, Priuignus.

NOVITIVS seruus non tyrocinio animi , vt quia rudis est : sed qualitate seruiendi dicitur,nec refert sciat loqui latinè,nécne.l.fi.de ædilitio edicto.

Nouitij serui dicuntur,qui non vno anno seruierunt, gl.nouitios. in l. si negotia absentis.de neg.gestis.

NOVITER quæ contingunt,imperator potest emendare,& componere,& modis,& regulis competentibus tradere,l.2.§.sed quia.C.de veteri iure.

NOVVM quid esse non dicitur illud,quod erat in potentia , quando deducitur ad actum,l.fi.si ex noxali causa agatur.

Nouum malum,vel triste apportans,vel dicens alicui dolosè,propter quod is aliquod damnum passus est,tenetur ad interesse.l.legibus.C.de sacrosanctis.glo. recusare.in l.apertissimi.C.de iudiciis.

in Nouo facto nouo consilio opus est , l. 1. & ibi gloss. apponat. de ventre inspicien.

Nouum dictio variis modis capitur. Primo, appellatur nouum : id est vltimum: vt ff.nouum:id est vltimum,cùm sint tria volumina. Secundo,appellatur nouum ea ratione,qua interdicta appellantur à prima sui parte, vt in interdicto quod vi,aut clam,ita etiam dicitur ff.nouum : quia tractatur de nouo opere. Tertio modo dicitur nouum:quia nouum quandoque appellatur iniquum, & ita ff.nouum dicitur:id est iniquum puniens iniqua,gl.1.in add.in rub.de noui operi nunciat.

Noua instrumenta dicuntur,quando sunt antiqua,dummodò sint de nouo reperta. ibid.

Noua omnia placent,gl.noua.in §.2.in procem.ff.

Reliqua verbo, Nunciatio, Ædificium, Ius, 14. Nunciare, Nunciator, Opus,2. vsque 5. Vetus, Reficere.

NOCTE quod fit,valet,sicut quod fit de die,cùm possit, requiruntur tamen luminaria,gl.2.in l.non minorem.20.C.de transactio.

Reliqua verbo, Dies, Hora, Sententia, 5.8.

NOXA sequitur caput etiam in quadrupedibus,l.1.§.& cùm etiam.si quadrupes pauperiem.

Noxæ deditio diuisionem non recipit:sed in solidum , & non pro parte dari potest:secus est in litis æstimatione , l. si seruus. 27. §. item si seruus. ad legem Aquil.

Noxæ deditione euitat quis litis contestationem vsque ad quadrimestre tempus condemnationis : sed posteà non euitat. l. 1. & ibi gloss. 1.de noxalib. action.

Noxæ deditionis beneficium amittit dominus ratione mendacij , vt quia dixit seruum à quo est damnum datum non esse suum:aut ratione consensus,& patientiæ,vt quia seruus consensu,scientia , & patientia ipsius domini damnum dedit,d.gl.1.

Noxæ deditione detracta si actum sit in solidum contra dominum ob scientiã, absolutione lata in eo iudicio ad noxæ deditionem agi non potest , nisi pendente iudicio,quo contra dominum agebatur , in solidum velit agere ad noxam,l.4.§.fi.eod.

Noxa sequitur caput in actione furti:sed non in condictione furtiua,glos.1.in l. quod ab alio.de condictione furtiua.

ex Noxis priuatis oritur damnum pecuniarium,si quis fortè noxæ dedere noluerit:sed litis æstimationem sufferre poterit, l. quis sit. 17. §. quod aiunt. & ibi add.marg.de ædilitio edic.

Noxa verbum prolatum in contractu priuato restringitur ad priuatam noxam tacitam,l.Lucius.11.§.fi.de euictio.

Noxæ appellatione omne delictum continetur,nisi restringatur ratione contractus venditionis,super quo apponitur stipulatio duplæ.gl.fin.ibid.

Noxæ priuatæ sunt ex priuatis delictis,publicæ ex publicis,vt pro adulterio,homicidio,&c.gl.fi.ibi.

Noxa non est in obligatione:sed in solutione,quando animal commisit noxam, gl.dedamus.in l.prætor.7.§.hoc edictum.de damno infecto.

Noxa sequitur caput,quod verum est,cùm hoc fieri potest,quòd tamen aliquando fieri non potest,vt si seruus tuus mihi furtum fecerit, & dominus eius effectus vendidero eum alij,contra emptorem non competit mihi furti actio. l.quod dicitur. 18.de furtis.

Noxa sequitur caput,vel damnum facientem,l.1.C.de noxalibus.l.4.C.an seruus ex suo facto.

Noxæ deditio est in solutione:sed damnum est in obligatione, & condemnatione,gl.fi.in l.2.C.de noxalib.

Noxa solutus esse non potest , qui crimen capitale commisit , l. hæc stipulatio. 200.de verb.sign.

Noxæ appellatione omne delictum continetur.l.plebs.237.§.fi.eod.

Noxa dicitur ipsum corpus,quod nocuit:id est seruus.noxia autem dicitur ipsum maleficium,veluti furtum,damnum,rapina, iniuria : sed quandoque vno pro alio vtimur.in principio,& ibi gl.noxia.Inst.de noxalib.actio. gl.noxia.in l.1. C.si aduersus delictum.l.1.& ibi gl.ipsum.si quadrup.pauperiem.

Noxaliter agi non potest ex publicis iudiciis : sed bene ex priuatis delictis , vel iudiciis. l. quis sit. 17. & ibi gloss. quod aiunt. & ibi add. marg. de ædilitio edicto.

NOXALIS actio non datur pro noxis, vel delictis publicis ; sed tantùm datur 1
pro priuatis,l.Lucius.11.§.fin.& ibi gl.fi.de euictio.

Noxali iudicio conuentus etiam absentes seruos proprios defendere potest, etsi dubitetur,an illi serui sint sui,vel alieni,dummodo constet eos bona fide seruire ei.l.quoties.21.§.1.& ibi gl. si dubitetur de noxalibus.

Noxali actione conuentus non potest defendere seruum alienum absentem : sed bene præsentem.ibid.

Noxali iudicio conuentus si negauerit se in sua potestate seruum non habere, actori permittitur,verùm deferendo iuramentum conuento à iudice velit id decidere,an velit iudicium dictare sine noxæ deditione,probando, quod possidebat.d.l.quoties.§.prætor ait.de noxalib.

Noxali iudicio conuentus dicitur seruum habere in potestate , si habet facultatem,& potestatem exhibendi eum:sed si fuisset in fuga,vel peregrè, non videtur fuisse in potestate.ibid.

Noxali iudicio conuentus si delatum sit iuramentum eò quòd negauerit seruum non habere in potestate,qui si iurare recuset,similis est ei, qui neque defendit seruum,neque exhibet, & ideo condemnatur sine noxæ deditione quasi contumax,nisi caueat de exhibendo hunc absentem,cùm potuerit. d. l.quoties. §. quòd si.& ibi gl.contumax.

Noxali conuentus tutor si neget seruum in potestate pupilli non esse , ipse tutor iurare debet,non pupillus.d.l.quoties.§.si tutor.

in Noxali causa procurator non potest iurare seruum in potestate domini non esse:sed ipse dominus debet iurare.ibid.

in Noxali actione vbicumque exigitur scientia domini,intelligitur, si cùm potuit prohibere,non prohibuit.l.3.& 4.de noxalibus.

Noxali actione tenentur deponentes pro damno dato à seruo deposito,non creditores,l. si seruus depositus.22.eod.

Noxali conuentus dicitur habere facultatem repetendi seruum pignori datum,si habeat pecuniam,ex qua liberari possit.ibid.

Noxali conuentus si seruum in sua potestate confitetur,aut debet eum exhibere, aut absentem defendere,aliàs punitur vt contumax officio iudicis ex edicto si quis ius dicenti non obtemperauerit,nisi caueat.d.l.si seruus. §.si dominus. & ibi gl.fin.

Noxali conuentus si neget seruum in sua potestate esse,permittitur actori,verùm 2
iureiurando id decidere, an iudicium dictare sine noxæ deditione velit , per quod vincit,si probauerit eum seruum esse in illius potestate,vel dolo eius factum , quò minùs esset : si verò non probauerit , amittit rem. d. l. si seruus. §. final.

Noxali conuentus absolutus eo, quòd seruum non haberet in potestate, si posteà eum habere cœperit , tenetur noxali ex noua possessione , denegata ei exceptione rei iudicatæ. l. sed & si. 23. eod. & l. quoties. 21. §. fin. de noxalibus actio.

Noxali conuentus si dixerit seruum alienum suum esse, vno soluente alter liberatur.l.electio.26.§.si seruum.eod.

Noxali conuentus si mentiatur seruum in sua potestate non esse,& posteà decesserit,actio de eo,quod mentitus est,non datur heredi, neque in heredem, d. l. electio.§.neque.de noxal.actio.

Noxali conuentus si mentiatur seruum non esse in sua potestate,potest pœnitere ante litis contestationem,& confiteri esse in sua potestate, non tamen post litis contestationem,nisi ex causa.ibid.

Noxali iudicio quamuis teneatur bonæ fidei possessor ex eo , quòd dixit in iure seruum alienum suum esse : tamen noxæ deditione ipso iure non liberatur, cum nullum ius : id est dominium transtulit in actorem, l. si noxali. §. fin. eodem.

Noxale iudicium potest recusare , qui in potestate seruum non habet : cogitur tamen cauere de exhibendo eum, cùm primum potuerit, l. non solùm.29. & ibi gl.1.eod.

Noxale iudicium euitare potest ille,qui habet seruum in potestate,si modò eum indefensum relinquat:cogitur tamen ad actorem transferre ius suum,perinde ac si damnatus esset,& etiam tenetur,d.l.non solùm.& ibi gl.pen.

Noxali iudicio inuitus nemo cogitur alium defendere,l.noxali.32.eod.

Noxali conuentus si seruum alienum suum esse fatetur , obligatur ex noxali , & etiam causa cognita,quòd seruus erat alienus,satisdationem de iudicatum soluendo dare debet,l.si plurium.39.§.1.eod.

Noxali conuentus pro seruo suo non tenetur satisdare de iudicatum soluendo: sed bene de iudicio sisti,d.§. .& ibi gl.non est.

Noxale iudicium pro seruo mortuo si quis ignorans eum decessisse , acceperit, absolui debet.l.pen.§.si quis.eodem.

Noxali iudicio experiri volens ad exhibendum debet agere. l.2.§. si quis noxali. ad exhibend.

Noxali causa interponitur secundum decretum, etiam contra non latitantem, l.

2 Nunciare nouum opus,quando ædificatur in publico,possunt omnes ciues exceptis pupillo,& muliere, qui non nunciant, nisi ad eorum priuatum commodum res pertineat,& tunc non aliter,quàm tutore authore.l.3.§.fi. & ibi gl.fi. & add.marg.& l.de pupillo.& ibi gl.2.eod.

Nunciare non potest adultus etiam maior xviij. annorum etiam authoritate tutoris in causa publica,nisi sit maior 20.ann.† reprob. gl.1. & ibi add.marg. in d.l.de pupillo.

Nunciari nouum opus potest non solùm ædificanti:sed etiam immittenti in nostrum,d.l.de pupillo.§.sed & si.

Nunciare potest nouum opus ille,qui non possidet,nec prætendit se possidere, d. l.de pupillo.§.meminisse.

Nunciari potest illi,qui de nouo facit riuos,vel clocas. gl. nunciatione. in d.l.de pupillo.§.si quis riuos.

Nunciare vt alicui liceat, non est opus adire iudicem : sed post nunciationem in eius persecutione oportet iudicem adire,vt in iuramento calumniæ,gl.exigitur.in d.l.de pupillo.§.qui opus.

Nunciari nouum opus rectè potest, & tutori, & curatori, l.& si satisdationem 7.eodem.

Nunciare nouum opus potest quis non solùm vicino proximo:sed etiam remotiori facienti nouum opus.l.non solum.8.eod.

Nunciare nouum opus potest habens seruitutem rusticam,veluti viæ : & hoc fauore agrorum : sed bene potest nunciare habens seruitutem vrbanam. l. qui viam.& ibi gl.agit.eod.

Nunciare nouum opus,& prohibere idem est,gl.1.in l.si procurator.18.eod.

Nunciare nouum opus permittitur habenti seruitutem personalem,non realem, gl.fructuario.in l.3.§.cùm procurator.de vi,& vi armata.

Nunciare nouum opus potest ille,qui habet fundum obligatum,in quo fit opus; potest etiam eam nunciationem remittere,l.1.§.fi.& ibi gl.fi.de remissio.

Nunciandi nouum opus ius habet ille,qui habet dominium,aut seruitutem personalem,aut vrbicam,non rusticam,d.l.1.§.ius.& ibi gl.seruitutem.

Nunciandi ius competit ei,qui habet ius vendicandi seruitutem,l.creditori.9.de noui operis nunciatione.

Nunciandi ius habere aliud est habere ius prohibendi nouum opus,l.de pupillo §.plurium.& ibi gl.alter.& gl.minus.eod.

Nunciandi ius quidam habere possunt,qui prohibendi ius non habent.glo. eatenùs.ad medium.& glos.prohibendi. in l.1.& gl. alter.in l.de pupillo.§.si plurium.de noui operis nunci.

ad Nunciandum nouum opus quando ædificatur in publico licèt omnes admittantur:tamen ex illis vnus idoneior eligitur:vel si omnes sint æquè idonei,locus est prælationi apud iudicem,vt præferat,quem velit.l.3.§.fi. & ibi glo. fin. & add.marg.eod.

Nuncians simplici verbo perdit possessionem, si eam habet:secus si per prætorem,vel per iactum lapilli, d. l. de pupillo.§.meminisse. & ibi gloss. manuum. eodem.

Nuncians in certa parte operis eam debet demonstrare: sed nuncians in toto opere sufficit in toto demonstrare, dicendo ne ædificet, & hoc quando opus est vnitum; secus si in plurib. locis, d. l. pupillo. §. qui nunciat. & ibi gloss. dicere.

Nuncians publici iuris tuendi gratia dicitur nunciare nomine alieno. l. non solùm,§.si in iure.eod.

Nuncians nouum opus debet assumere modulos,vt probare possit quantum post nunciationem ædificatum sit;quòd si non assumat, non destruetur opus, nisi probetur,quantum posteà sit factum,d.l.non solùm.§.sed vt probari.& ibi gl. conferantur.

Nuncians potest agere præcisè ad destruendum opus factum, vel ad interesse, si hoc magis velit, quando committitur stipulatio de opere demoliendo, l.stipulatio.22.§.opus.& ibi gl placuerit.eodem.

Nuncians nouum opus potest nihilominùs petere cautionem damni infecti ab eo, cui nouum opus nunciauit.l.qui bona, 12. §. si quis opus.de damn.infect.

Reliqua verbo,Cloaca, Reficienti,Deferre, Nouum opus,2.vsque 5. Certiorare, Clericus,8.

1 NVNCIATIO noui operis est,ædificanti in alterius verum,vel apparens præiudicium iuris sui cuiusque conseruandi causa,aut damni depellendi, aut publici iuris tuendi gratia intercedens prohibitio,rub.in add.marg.de noui operis nunciatione.

per Nunciationem legitimam potest fieri inhibitio etiam ei, qui iure ædificat nouum opus:sed posteà causa cognita à iudice etiam sine satisdatione remittitur prohibitio,quatenùs prohibendi ius non habet is, qui nunciauit, l. 1. & ibi gl.eatenùs.versic.vel dic tertiò.de noui operis nunciat.

Nunciationem videtur quis permittere eo ipso, quòd præcipit destrui opus factum post nunciationem.gl.edicto.ibid.

Nunciatio noui operis non tenet, quandoque ratione rei, & his casibus potest sperni nunciatio:sed vbi hæc non impediunt,tenet nunciatio, licèt nunciator ius nunciandi non habeat,gl.per nunciationem.ibi.

in Nunciatione debet exprimi causa nunciationis,si petatur ab eo, qui ædificat, aliàs potest sperni nunciatio,& impunè ædificari nouum opus.ibid.

Nunciatio potest fieri etiam sine prætore iactu lapilli in ipso opere, vel etiam voce,cùm opus fit;sed non post,d.l.1.§.nunciatio.& ibi gl.addictionem.

Nunciationem nostro,& etiam alieno nomine: scilicet procuratorio etiam sine mandato cum cautione de rato possumus facere. † d.§.nunciatio. & ibi gloss. alieno.

Nunciatio potest fieri etiam diebus feriatis,& etiam aduersus absentes, & inuitos,& ignorantes.d.§.nunciatio.& ibi gl.omnibus.

Nunciatio noui operis fit in rem,non in personam,& ideò fit contra absentes, & ignorantes,quorum nomine ædificatur,& etiam contra sensu carentes,gl.absentes.ibi.

per Nunciationem noui operis factam verbo solo perdit nunciator possessionem,& transfert in aduersarium,d.l.1.§.in operis.& ibi gl.nunciatione.

Nunciationis noui operis interdictum habet plura remedia, vnum demolitorium,& tunc oportet,quod habeat instar alicuius operis;sed quantum ad edictum prohibitorium,sufficit,quòd sit opus inchoatum, gl. ignorans.in add.in d.l.1.§.potest autem:

post Nunciationem noui operis litigatores committunt ordinariæ iurisdictioni,d.l.1.§.& post.& ibi gl.iurisdictioni.

Nunciationis noui operis edictum est inductum principaliter in fauorem priuatorum.& ideò super eo potest pacisci absque derogatione iuris publici, d. l.1. §.inde quæritur. 2

Nunciationis noui operis edictum solùm ad opera,quæ cohærent solo,pertinet, quorum ædificatio,vel demolitio videtur nouum opus continere, d.l.1.§.hoc autem.2.

Nunciationis noui operis edictum non datur pro eo, quod quis messem faciat, arborem succidit,vineámve putat,quamuis in hoc opus dicatur facere : datur tamen tunc interdictum quod vi, aut clam. d. §. hoc autem. & ibi gloss. in solo.

Nunciatio habet locum siue intra oppida,siue extra,siue in villis,vel agris,siue in priuato,siue in publico nouum opus fiat,d.l.1.§.siue autem.eod.

Nunciatio fit aut iuris nostri conseruandi causa,aut damni depellendi,aut publici iuris tuendi gratia,d.l.1.§.nunciatio fit.

Nunciationis effectus est,vt destruatur, quod post nunciationem est factum, gl. effectus,d.l.1.§.nunc videamus.

Nunciatio quando est manifestè calumniosa,potest licitè sperni, d. l. 1. §.si quis in mari.

Nunciatio noui operis habet locum non solùm in prædio Italico : sed etiam in loco communi,quando aliquid factum est à vicino,l.3.& ibi gl.2.eod.

Nunciationis noui operis edictum non datur,nisi in subsidium, d. l. 3. §1. & ibi gl.quia possum.

Nunciatio debet fieri in opere,& sic re ipsa præsente, quamuis dominus non sit præsens,l.de pupillo.§.nunciationem.de noui operis nunciat.

Nunciationis verba debent referri ad eum, qui est præsens, cùm nunciatur. ibidem.

Nunciatio noui operis vt teneat,necesse est,quòd ædificetur,vel saltem purgetur locus,vbi vult ædificare,d.§.nunciationem.& ibi gl.inchoet.

Nunciationem noui operis fieri in ipso opere sufficit dummodò taliter fiat, vt 3 possit verisimiliter peruenire ad notitiam domini.ibid.

Nunciatio facta seruo,puero,vel mulieri valet.ibid.

Nunciatio facta in opere nemine præsente, vel ibi existente,valet : sed non præiudicat domino, nisi deuenerit ad eius notitiam,& non ante, glo. nunciationem,ibid.

Nunciatio facta fabris existentibus in opere præiudicat domino,& debet destrui factum post nunciationem,etiam si non peruenerit ad eius notitiam.† reprobat.gl.nunciationem.ibid.

Nunciatio facta ab vno ex sociis,non prodest aliis, etiam si omnes haberent ius prohibendi,nisi etiam procuratorio nomine fuisset facta, d. l. de pupillo. §. si plurium.& ibi glo alter.& gl.minus.

Nunciatio noui operis ex parte eius,cui nunciatur,& sic passiuè est in rem,d.§.si plurium.

Nunciatio facta vni ex pluribus dominis,vel sociis rei tenet,ac si omnib. dominis nunciatum esset : sed si vnus eorum ædificauerit post nunciationem, alij, qui non ædificauerunt non tenentur demoliri sumptib.suis, d.§. si plurium. & ibi gl.non tenebantur.

Nunciatio domino facta in foro,vel alibi extra locum operis non valet,etiam à tempore scientiæ, nec in aliquo adstringit dominum,† glo.nullus.& ibi add. marg,d.l.de pupillo.§.nunciationem.

Nunciatio noui operis non potest fieri ei, qui in magistratu est : sed debet ei fieri protestatio de nunciando finito magistratu, quæ protestatio facit, vt nunciatio posteà finito officio facta retrotrahatur ad tempus protestationis, vt opus factum post protestationem destruatur, d. l. de pupillo. §. si quis. & ibi gl.si quis.

Nunciationis vis habet iter arripere ad prætorem,si postea sequatur nunciatio.† d.gl.si quis.versic.vel secundo.

Nunciatio iuris nostri conseruandi gratia ex triplici causa fieri potest : scilicet aut ex naturali,aut publica,aut imposititia,d.l.de pupillo.§.sextus.

Nunciatio gratia iuris nostri conseruandi ex causa naturali : id est authoritate 4 iurisgentium fit,quando in nostras ædes quid immittitur, aut in nostro ædificatur.ibid.

Nunciatio gratia iuris nostri conseruandi ex publica causa fit,quoties leges, senatusconsulta,& constitutiones principum noui operis nunciationem tuentur prohibentes in publico,vel aliàs contra ius ædificari.ibid.

Nunciatio causa defendendi leges dicitur, quoties fit ei, qui ædificat inter se, & vicinum,& non dimittit pedem,gl.quoties.ibid.

Nunciatio causa nostri iuris conseruandi ex causa imposititia fit, quando ædificatur contra seruitutem debitam,d.§.sextus.

Nunciatio noui operis potest fieri etiam domino ædificanti contra seruitutem impositam.ibid.

Nunciationis noui operis edictum habet tria capita. s.prohibitorium, permissorium,demolitorium,siue restitutorium,gl.vti possidetis. in l.de pupillo.§.meminisse.eod.

in Nunciatione noui operis per iactum lapilli verba apta ad nunciationem sunt necessaria,quæcumque sint.gl.manum.ibid.

Nunciatio verbo simplici fieri potest,etiam per verba personalia,vt prohibeo te, ne ædifices.† gl.possessorem.ibi.

Nunciatione noui operis non potest prohiberi,qui riuos,aut cloacas vult reficere,vel purgare,contra eum tamen saluæ remanent aliæ actiones.d.l.de pupillo.§.si quis riuos.& ibi gl.nunciationem.

Nunciatione noui operis non potest prohiberi faciens opera, quorum mora periculum aliquod est allatura.ibid.

Nunciatio noui operis non habet locum,quoties dilatio operis periculum totius ciuitatis,vel viciniæ allatura est:veluti si vis facere aggeres, ne flumen inundet prædia tua,& aliorum,non possum te prohibere, ne facias. d. §. si quis riuos.& ibi gl.periculum.

Nuncius

Nuncius si quis emit seruum morbosum, vt redhibitoria competat, inspicitur domini scientia, vel ignorantia, non verò ementis. ibid.

2 Nuncio, vel viatori in eo, ad quod missus fuit, creditur, etiam si verum non dicat, gl. viatori. in l. magis. §. ne tamen. de magistr. conuen.

Nuncius debet in domini personam verba concipere, l. :. in add. marg. de actio. & & oblig.

Nuncius deputatus ad recipiendam solutionem, qui habet arbitrium recipiendi quocumque tempore, & quocumque loco, potest terminum solutionis prorogare; secùs si non haberet arbitrium recipiendi quocumque loco, & tempore, l. qui Romæ. 122. §. Callimachus. de verb. oblig.

Nuncius quis potest esse etiam in re propria, l. eum, qui. 14. §. si epistola. de furtis.

Nuncio epistola data si surrepta sit, actio furti competit ei, cuius interest epistolam non fore surreptam: id est ei, ad cuius vtilitatem pertinebant ea, quæ sunt scripta in epistola. ibid.

Nuncio pro epistola data perferenda sibi surrepta competit actio furti, si ad eum spectabat custodia epistolæ, aut si pro re perferenda recepit mercedem, d. §. si epistola. & ibi add. marg.

Nuncij, vel apparitores, qui falso referunt citationes, puniuntur lege Cornelia de falsis, l. qui nomine. 25. & ibi add. marg. de falsis.

Nuncij publici relationi creditur, quando dicit se citasse aliquem ad domum, & non inuenisse personaliter, l. properandum. 11. §. & siquidem. Cod. de iudiciis.

Nuncius in causa deputatus non potest per iudicem mutari, l. 1. & ibi glo. pen. C. de sportulis.

Nuncius delinquens in officio potest puniri corporali mulctâ, & debet ab officio reuocari, & alius subrogari loco eius, l. fi. C. eodem.

Nuncium aliquem cognoscimus, vt quia vult ex tali actu dominum solum obligare, vel ex forma nunciandi, vt quia verba sunt concepta in persona mittentis, gl. 1. in add. in l. 4. C. quod cum eo, qui.

3 Nuncius omnis est procurator largè: sed non conuertitur, glos. pen. in l. multum. C. si quis alteri, vel sibi.

Nuncius quando strictè accipitur, est velut pica, & organum domini, & in persona domini debet concipere verba ctractus, & domino dicitur quæri per seipsum, non per alium. ibid.

Nuncius quando concipit verba contractus, sic, vendis illi, domino quæri dicitur per seipsum, & non per alium: si verò dicat, vendis mihi, & sic in sua persona concipiat verba, valet contractus: sed domino tenetur mandati, quasi malè fecerit. ibid.

Nuncius communis habet multa nomina: nam quandoque dicitur executor, quandoque apparitor, quandoque causam præparans, quandoque Cæsarianus, siue catholicianus, quandoque officialis, gl. causas. in §. his, qui causas. in auth. de iudicibus. col. 6.

Nuncij duo possunt seruire duobus iudicibus. ib.

Nuncios legales debet habere iudex, aliàs est in periculo electo, gloss. probatos. ibidem.

Nuncij debent seruire iudici vsque ad finem causæ, aliàs remouentur, & mulctis afficiuntur: nam iudex illustris vsque ad sex solidos: sed inferior vsque ad tres: superillustris etiam corporales pœnas poterit ei inferre, gl. opinione. ibidem.

Nunciis principis non creditur sine literis, l. prohibitum. Cod. de iure fisci. libr. 10.

Nuncio non creditur sine literis suæ commissionis, nisi sit nuncius publicus iuratus, & notus, l. 2. in add. marg. C. de collat. fund. fisca. lib. 11.

4 Nuncius constituitur à iudice, & potest constitui etiam infamis, licèt sit officium publicum, gl. per nuncium. in extrauagant. ad reprimendum. quomodo in læsæ maiestat. crimin.

Nuncius de iure ciuili debet eligi persona diues, & honesta. ibid.

Nuncius constitutus debet iurare se facturum officium legaliter: tamen etiam si non iuret, potest nihilominùs exercere officium. ibid.

Nuncius eligitur periculo iudicis eligentis. ib.

Nuncius quòd sit electus quis, si non appareat, non est credendum ei, cùm statim atque commissio fit de citando, in ipsa commissione eligitur. ib.

Nuncius non citat sine commissione. ib.

Nuncio citanti in prouincia citatus credere debet: secùs si citat extra prouinciam: quia tunc non creditur ei sine literis, ib.

Nuncio delegati citanti non creditur sine literis. ib.

Nuncio superioris vtuntur arbiter, & iudex inferior. ib.

Nuncio referenti se citasse, & in dependentibus ab eius officio creditur. ib.

Nuncio referenti se portasse literas citatorias creditur, etiam si pars neget, glos. per literas. ib.

Nuncium mittendo dicitur quis se obligari velle per se ipsum, & non per alium, & ideò potest reuocare mandatum clam: sed qui procuratorem mittit, vult obligari per alium, & non per se ipsum, & ita transfert consensum suum in procuratorem, nec valet reuocatio, nisi in notitiam deducatur, glos. finito. in cap. 1. §. priuilegia. de pace Constantiæ in vsibus feudorum.

Reliqua verbo, Apparitor, Exequutor, 2. Perferendam, Statores, Viator, Casus, 7. Commodatarius, 13. Commodata, 8. Debitor. 14. Filius, 63.

NVNDINÆ decennio non vtendo amittuntur, gl. 1. in l. 1. C. de nundinis.

Nundinarum tempore negotiatores, & alij ad nundinas currentes non possunt ibi ex antegesto conueniri, d. l. 1.

Nundinas facere in suis possessionibus impetrans non vtendo per decennium amittit vsum earum, l. 1. ff. de nundinis.

Reliqua verbo, Feria, Promissio. 2.

NVPTA non videtur, quæ virum pati non potest. gl. nubilis. in l. hæc conditio. de conditio. & demonst.

Reliqua verbo, Puella, Tutor, 156. Rapiens.

1 NVPTIÆ sunt coniunctio maris, & fœminæ, consortium omnis vitæ, diuini & humani iuris communicatio. l. 1. de ritu nuptiarum.

Nuptiæ de iure ciuili non possunt consistere nisi consentiant omnes: id est qui coeunt, & hi, sub quorum potestate sunt; de iure autem canonico contrahentium tantum consensus est necessarius, quin etiam contra parentum voluntatem contrahere possunt, l. 2. & ibi add. marg. eod.

Nuptiis consentire non possunt furiosi, nec ab hostibus diu capti. gl. 1. ibid.

Nuptiæ contrahi possunt auo solo authore inter nepotem ex filio mortuo, vel furioso, & neptem ex altero filio in potestate, l. 3. & ibi gl. fi.

Nuptiæ imperfectè contractæ propter defectum ætatis adueniente legitima ætate perficiuntur, l. 4. eod.

Nuptiæ contrahi non possunt inter me, & sponsam patris mei: quamquam nouerca propriè non dicatur, nec sponsa mea nubere patri meo potest: quamuis propriè nurus non sit, l. si qua. 12. §. 1. eodem.

Nuptias contrahere non potest quis cum filia, cuius matrem habuit in vxorem, quæ post diuortium alij nupsit, & illam filiam suscepit, l. si qua. 12. §. 1. de ritu nuptiarum.

Nuptias contrahere potest quis cum filia adoptiuæ sororis: quia eius filia non est cognata eius. ibid.

Nuptias contrahere potest quis cum sorore patris adoptiui, si non fuit nata eodem patre, d. l. si qua. §. fi.

Nuptias contrahere cum liberto potest patrona, si tam ignobilis sit ea, vt ei honestæ sint nuptiæ liberti: quia si non esset ignobilis, posset accusari. l. si patrona. & ibi gl. 1. eod.

in Nuptiis contrahendis obseruantur etiam cognationes seruorum, & ideò manumissus matrem suam, vel sororis filiam ducere non potest, l. adoptiuus. eodem.

Nuptias contrahere non potest pater naturalis cum filia vulgò quæsita. ib.

in Nuptiis contrahendis obseruantur etiam seruorum affinitates: veluti illam quæ in contubernio patris mei fuit, non possum, quasi nouercam ducere, nec pater illam, quæ in contubernio filij fuit. ibid.

Nuptiis abstinere potius est in re dubia: id est cùm dubitatur an inter eos sit cognatio, vel affinitas. ibid. 2

Nuptias contrahere non possum cum matre eius, quam sponsam habui, d. l. adoptiuus. §. fi.

Nuptiæ contractæ à filia senatoris cum libertino non valent, hodie secus est. l. oratione. 16. & ibi gl. 1. de ritu nuptiarum.

Nuptias eò vsque impedit fraternitas per adoptionem quęsita, donec manet adoptio: & ideò eam, quam pater meus adoptauit, & emancipauit, potero vxorem ducere, & etiam si me emancipato illam in potestate retinuerit, possum iungi matrimonio cum ea, l. per adoptionem. 17. eod.

Nuptias contrahere non potest quis cum amita, matertera, nec cum amita magna, nec matertera magna, quamuis amita magna, & matertera magna in quarto gradu sint, & etiamsi per adoptionem nobis coniunctæ sint. ib.

Nuptiæ si fuerint contractæ, & posteà dissolutæ a coniugibus cum consensu parentum, postea inter easdem personas renouari non possunt, nisi volentibus parentibus, l. nuptiæ. 18. eod.

Nuptias contrahere licet omnibus ingenuis cum libertinis: sed senatoribus, & eorum liberis non licet habere libertinas vxores: sed hodie corrigitur hoc, l. lege Papia, 23. & ibi gl. 1. eod.

Nuptias de facto si contraxit senator cum libertina, quamuis illa interim vxor non sit, si tamen is eam habuerit post dignitatem amissam, illa incipit esse vxor. l. si quis. 27. eod.

Nuptias contrahere non potest patronus cum liberta inuita, nec cum concubina inuita, l. inuitam. 28. in add. eod.

Nuptiæ simulatæ nullius sunt momenti. l. simulatæ. 40. eod.

Nuptias contrahere potest senator cum libertina cum indulgentia principis, l. si senatori, 31. eod.

Nuptiæ contrahi possunt inter priuignos, etiam si fratrem communem ex nouo parentum matrimonio susceptum habeant, l. generali. 34. §. inter priuignos. eodem.

Nuptiæ in fœminis accelerari debent: non autem retardari propter periculum fornicationis, gloss. sufficit. in l. oratione. 16. & l. si quis. 38. in addit. marg. eodem.

Nuptias contrahere non potest quis cum sororis pronepte: quoniam parentis loco est ei. l. sororis, 39. eod.

Nuptias incestas contrahere dicitur ille, qui contrahit matrimonium cum illis personis, cum quibus contrahi prohibetur moribus, vel legibus. ib.

Nuptias contrahere non potest quis cum filia priuignæ, l. Aristo. 40. eod.

in Nuptiis contrahendis non solum quid liceat de iure stricto considerandum est: sed etiam quid honestum sit de æquitate, l. semper, 42. eod.

Nuptiæ nefariæ dicuntur inter ascendentes, & etiam quandoque dicuntur incestæ. gl. 1. in l. incestæ, 52. de ritu nuptiarum. 3

Nuptiæ incestæ neque dotem habent, & ideò omne, quod perceptum est etiam nomine fructuum, aufertur, & fisco addicitur, d. l. incestæ. in add. marg.

Nuptiæ incestæ dicuntur inter collaterales: inutiles autem dicuntur inter omnes. ibidem.

Nuptiæ consistere non possunt inter eas personas, quæ in numero parentum, liberorúmve sunt, siue proximi, siue vlterioris gradus sint vsque ad infinitum, adeò quòd si Adam hodie viueret, nullam posset accipere, l. nuptiæ, 53. & ibi gl. 1. eodem.

Nuptiæ vt non consistant inter cognatos, nihil interest, cognatio descendat ex iustis nuptiis, an non: nam & vulgò quæsitam sororem non potest quis vxorem ducere, l. & nihil, 54. eod.

Nuptias contrahere non potest quis cum ea, quam adoptauit in filiam, vel neptem, etiamsi emancipauerit eam. l. quinetiam, 55. eod.

Nuptias contrahere non potest quis cum patris adoptiui matre, aut matertera, aut nepte ex filio, si in eius familia sit, secùs si sit emancipatus. ib.

Nuptijs prohibitis prohibentur sponsalia: quandoque tamen non prohibentur, veluti vidua infra annum luctus non potest nubere: potest tamen desponsari, & idem in his, qui officiis funguntur in prouincia, & in minore 12. ann. quæ potest esse sponsa: non tamen nupta. l. si quis. 56. §. quamuis. & ibi gloss. plerunque. eodem.

Oblatio rei furtiuæ prodest furi quoad hoc, vt posteà ea si perimatur, non teneatur condictione furtiua ad ipsam rem; non tamen prodest quoad actionem pœnalem furti vitandam, gl.& si quidem. in l. in re furtiua. 8. de condictione furtiua.

Oblatio facta in iudicio inducit liberationem, l. si rem. §. fi. de pignor. actione.

Oblatio sola impedit quominùs pœna committatur, vel maior vsura currere incipiat: sed si iam cucurrit, non sufficit oblatio: sed requiritur depositio. l. pen. & ibi gl. fi. de nautico fœnore. & gl. fin. in l. si per te. 9, C. de vsuris.

Oblatio sola tantum facit in animalibus, & aliis rebus, in quibus non cadit consignatio, quantum in aliis oblatio, & consignatio, gl. 1. in l. si mora. 10. solut. matrim.

Oblatio non liberat maritum à dolo, lata, vel leui culpa, quando dos consistit in quantitate pecuniæ. ibid.

Oblatio requiritur ad purgandam moram, quam priùs commiserat propter lapsum temporis taxati à lege in non restituendo dotem; sed quandò maritus non fuisset in mora, non requiritur oblatio. ibid.

Oblatio purgat moram præcedentem: & sic non tenetur de interitu, neque de leui culpa: quia constituit debitorem in mora recipiendi. ibid.

2 Oblatio debitoris purgat moram præcedentem, & tollit omnem eius effectum, l. semel mora. 27. eod.

Oblatio quando tendit ad acquirendum ius offerenti, & obligat aliquem ad aliquid, tunc non sufficit sola oblatio: sed requiritur consignatio, & depositio. † l. si seruus, 18. & ibi gl. pen. de vulgari.

Oblatio debiti sola verbalis sufficit ad constituendum creditorem in mora, l. qui Romæ, 122. & ibi add. mar. de verb. oblig.

Oblatio debiti facta creditori in congruo loco, & tempore non valet, nec debitorem excusat. d. l. qui Romæ.

Oblatio debiti verbalis non impedit cursum vsurarum, d. l. qui Romæ. in add. marg.

Oblatio, & consignatio debet fieri congruo loco, & tempore, l. si soluturus, 39. de solutio.

Oblatio sola debiti in iudicio sufficit ad pignoratitiam actionem pro recuperandis pignoribus, gl. 1. in l. si velut. 12. de compensa.

Oblatio sola impedit vsuras, quæ nondum cœperant currere: non verò illas, quæ cœperunt: quia in illis solennis depositio requiritur, gl. 2. in l. si per te. 9. & gl. 1. in l. ex prædiis, 11. & gl. 4. & fi. in l. acceptam, 19, C. de vsuris. gl. notat. in l. tutor pro pupillo, 29. de adm. tutorum.

Oblatio sola impedit pœnam, quæ nondum commissa est: sed non pœnam, quæ commissa est, gl. 2. in d. l. si per te. & gl. fi. in d. l. acceptam.

Oblatio sola rei, quæ consignari non potest, liberat debitorem ab illa re, licèt res oblata casu fortuito pereat. gl. 1. & gl. periculo. in d. l. acceptam,

3 Oblatio sola vsurarum, quæ per stipulationem, vel officio iudicis debentur, non impedit cursum vsurarum: in non currentibus impedit, † gl. 4. & fi. ibid.

Oblatio sola debiti facta in iudicio inducit pignoratitiam actionem: sed si sit facta extra iudicium non inducit, licèt possit debitor creditorem petentem repellere. gl. tolletur. ibid.

Obligatio, consignatio, & depositio tollunt omnem obligationem ipso iure, gl. fi. ibid.

Obligatio sola tollit pignus, & facit periculum esse creditoris; quia non possunt consignari, & deponi illa, super quib. tractatur de interitu, ibid.

Oblatio sola liberat debitorem à debito in duobus casibus. ibid.

Oblatio sola non sufficit ad consequendam actionem; sed requiritur depositio, & consignatio, l. si à te. & ibi gl. fi. C. de pactis inter empto.

Oblatio sola sufficit ad euitandam pœnam regulariter: sed fallit in emphyteota. gl. fi. in l. 2. C. de iure emphyt.

Oblatio in in iudicio facta sufficit ad inhibendam pignoris venditionem, gl. 2. in in l. si priusquam, 8. C. de distractione pignor.

Oblatio etiam sola valet ad nascendum pignoratitiam actionem; item ad inhibendum cursum vsurarum, quæ nondum cœperunt: item vt fit periculo creditoris: item vt impleat conditionem: sed depositio, & consignatio valet hoc plus, vt debitor ipso iure liberetur, & fideiussor agat exinde mandati, ac si soluisset, & impedit etiam cursum vsurarum iam currentiũ, gl. pe. in §. fi. in auth. vt exactione instante dotis primæ, col. 3.

Reliqua verbo, Consignatio, Depositio, Debitor, 28. Offerre.

1 OBLIGARE non potest quis alium nisi iure potestatis, vel successionis: vt quia heres est: vel ei attinet, gl. tenetur. in l. eum, qui, §, Iulianus. de constit. pecunia.

Obligare potest quis prædium vectigale, vel emphyteoticum etiam domino non rogato ad id. l. tutor, 16. §. fi. & ibi add. marg. de pignor. actione,

Obligare potest quis specialiter vnam rem, & etiam generaliter omnia bona præsentia, & futura, l. 1. & ibi gl. recepta. de pignoribus.

Obligare potest quis certam rem suam, vel alienam sibi debitam, vel non debitã, dummodò habeat ius in re. gl. difficiliùs. ibid.

Obligare potest quis rem certam alienam: ita scilicet, cùm mea erit: simpliciter autem scienti creditori si obligauerit rem alienam, quæ posteà effecta est sua, non datur tunc pignoratitia actio: rectè tamen dabitur retentio pignoris: sed si obligauerit creditori ignoranti, datur creditori vtilis actio: id est contraria pignoratitia. ibid.

Obligari pignori non possunt iura prædiorum vrbanorum: veluti tigni immissio: quia pignori dari non possunt, l. si is, qui, 11. §. fi. eod.

Obligari potest superficies à superficiario, cùm habeat vtile dominium, gl. possessorem. in l. grege, 13. §. & in superficiariis. eod.

Obligari rectè potest res aliena sub conditione, si debitoris facta fuerit, l. si fundus, 16. §. aliena. eod.

Obligare potest rem ille, qui habet quasi dominium illius, quatenùs istius iuris vires se extendunt, l. Labeo, 18. de pignorib.

Obligari à nobis potest res aliena nobis debita; l. 3. §. 1. qui potiores.

2 Obligari potest futura res, l. potior. §. pe. & ibi gl. hypothecæ, eod.

Obligare potest quis partus futuros, si ancillæ, & partus erant concepti tempore obligationis apud debitorem: secùs si partus essent concepti, & nati apud aliũ, licèt ancillæ fuissent apud debitorem tempore obligationis. gl. vtendi. in l. potior. eod,

Obligari sibiipsi quis non potest, l. cùm filiofam. 11. de leg. 1.

Obligari per alium potest quis quandoque etiam inuitus, gl. 1. in l. semper. quod vi, aut clam.

Obligatur quisque aut suo, aut alieno nomine, l. 1. §. verbis. de actio. & oblig.

Obligamur aut re, aut verbis, aut simul vtroque: scilicet verbis interuentu re, aut consensu, aut lege, aut iure honorario, aut ex necessitate, aut ex facto, l. obligamur, 51. eod.

Obligamur re, cùm res ipsa intercedit; verbis, cùm præcedit interrogatio, & sequitur cõgrua responsio: re, & verbis pariter obligamur, cùm & res, & interrogatio intercedunt. ibid.

Obligamur consensu, cùm cõsentimus in aliquam rem: putà societatem, vel emptionem contrahendam. ibid.

Obligamur lege, cum obtemperantes legibus aliquid secundum præceptum legis, vel contra facimus: vt cùm alimentu inutiliter relicta per triennium præstitimus, aut vsuras pacto tenus debitas longo tempore soluimus, d. l. obligamur. & ibi gl. leg.

Obligamur lege; obtemperantes scilicet legibus, cùm collocantes: scilicet filias nuptui dotem postea cõstituere obligamur, vel filios ex matrimonio procreatos heredes instituere obligamur. d. gl. lege. 3

Obligamur lege cùm aliquid facimus contra leges: vt quia fecimus furtum. ibidem.

Obligamur iure honorario ex his quæ edicto perpetuo, vel à magistratu fieri præcipiuntur, vel fieri prohibentur, d. l. obligamur.

Obligantur necessitate illi, quibus non licet aliud facere, quàm quod præceptum est, quod euenit in necessario herede. ibid.

Obligamur ex facto: id est ex maleficio, cùm in maleficio definitio, vel sententia quæstionis consistit. ibid.

Obligare qui non potest contrahendo, nec potest tradere, & sic tradendo possessionem non amittit, l. is, cui bonis. 6. de verborum obligatio.

Obligari nemo potest ex alterius contractu, l. 3. C. ne vxor pro marito.

Obligari potest pater pro filio, dominus pro seruo, heres pro defuncto: quia pater, & filius: dominus, & seruus: heres, & defunctus pro vna persona censentur, † gl. fi. ibid.

Obligari rem suam qui patitur, videtur consentire, gl. fi. in l. si fine. 5. C. ad Vell.

Obligari re nemo potest vltra hoc, quod accepit, l. cum vltra, 9. C. de non numerata pecun.

Obligari non potest generaliter, vel specialiter stipendium, vel præmium futuræ victoriæ, l. spem. 5. C. quæ res pignori.

Obligari quod non potest specialiter, ergo nec generaliter, gl. fi. ibid.

Obligari nemo videtur ideò; quia recepturus est aliquid ab alio, quod præstiterit, l. nemo, 131 de reg. iur.

Obligari alteri dicitur quis per potestatis subiectionem. in pri. & ibi add. marg. Inst. quib. modis ius patriæ potestat.

Obligari alij potest quis quinque modis: scilicet vt sit fideiussor, vel mandator, vel sponsor, aut constitutor, vel expromissor. in princ. in add. marg. Inst. de fideiussor.

Obligari non potest idem pro eodem, & apud eundem, gl. fi. in §. 1. Inst. eod.

Obligari non debet quis ex alterius persona de iure ciuili: & sic pater non debet teneri pro filio inspecto iure ciuili: sed inspecto iure prætorio obligatur peculio tenus, gl. ipso iure. in §. actiones. Inst. de actio.

Reliquæ verbo. Alienum, 4.5. Bu, Debitor, 77.78. Furiosus, 4. Futurum, Impubes, 1. Obligatio, per tot. Pignus, 8.9. 10. Repromittere, Seruus, 10. Socius, 10. Subsignare.

OBLIGANS, vel pignori dans æs, affirmando illud esse aurum, tenetur creditori pignoratitia contraria, & etiam potest accusari crimine stellionatus, l. 1. de pignor actione. 4

Obligans, vel pignori dans centum marchas in genere, vel hominem, non tenetur: quia non potest ostendi corpus, in quo sit obligatio. gl. pen. ibid.

Obligans alicui priuato ea, quæ habet, & habiturus est, si posteà ea fisco obliget, præfertur priuatus in his, quæ habebat tempore obligationis: sed in his, quæ posteà quæsiuit, præfertur fiscus, gl. 1. ibid.

Obligans rem suam pro te, vt fideiussorem ei præstes, si non præstes, habet actionem præscriptis verbis, nisi merces pro tali obligatione interuenerit: quia tũc habet actionem, locati, & præscriptis verbis, l. rogasti. 21. §. fi. & ibi gl. pen. de præscript. verbis.

contra Obligantem rem alienam sciens creditor habet hypothecariam: sed contra alios non, † gl. difficiliùs. in l. 1. de pignor.

Obligans simpliciter rem alienam si postea non sit effectus dominus eius, valet obligatio, si dominus ratum habuit, aliàs non. ibid.

Obligans rem eodem momento sub vna conceptione verborum, vtrique pro dimidia parte rei videtur obligare, & idem etiam in legatis, glos. pro parte. & ibi add. marg. in l. si fundus, 16. §. si duo. eod.

Obligans rem quasi dominus, si conueniatur, non potest cum effectu de dominio excipere, l. si inter, 21. §. 1. eod.

Obliganti rem meam me ignorante si heres extitero, non confirmatur pignus: teneor tamen pignoratitia contraria ex persona defuncti. l. si Titio, 22. & ibi gl. 1. eod.

Obligans seruus omnia bona domini sciente, & cõsentiente eo, videtur etiam seipsum pignori obligare, l. Paulus. §. fi. eod.,

Obligans rem suam pro muliere, quæ intercessit, habet eandem exceptionem, vel priuilegium, quod habet & fideiussor mulieris, l. si alius. quæ res pignori.

Obligans rem pro filia, cui contra S.C. creditum est, habet idem priuilegiũ, quod habet eius fideiussor, & ita succurritur ei, nisi animo donandi intercessit, d. l. si alius. & ibi gl. fi.

Obligans rem duob. simpliciter, intelligitur eam obligare in solidum cuilibet eorum pro suo debito, gl. 1. in l. fi. de Saluiano interd.

Obligans se ad factum sine limitatione termini: & sic non expresso tempore, intra quod illud debeat explicare, dicitur in mora constitui absque aliqua interpellatione

bent sustinere,gl.2.in l testium,14. C.de test

Obligationes acquirimus non solùm per nosmetipsos: sed etiam per eos, qui in nostra potestate sunt,veluti per seruos & filios nostros,in princ. Inst. per quas person.nobis acq.

Reliqua verbo,Impersonalitas,Annua,Minor,21.Nouari,Nouatio,Pactum,19.vsque 23.Poena, 12..3.Procurator,61.62.Pupillus, 13.14. 5.23.24.Socius, c. Tutor, 84. vsque 87. Vxor, 11 Heres, 114.

8 OBLIGATIO procuratoris non impedit actionem oriri contra dominum. l. si pupilli.§.item si procuratori.de negot. gest.

Obligatio tacita sæpè nascitur extra id,quod agitur,gl.& furiosi.in l. 3.§.& si furiosi.de neg gest.l.igitur,12.§.fi.& ibi gl.fi.de liberali causa.gl.fi. in l.apud antiquos,21.C.de furtis.2l.agitur.in l.non omnis,si certum petatur.

Obligatio naturalis oritur inter dominum, & seruum, & eam obligationem potest seruus in seruitute sibi acquirere à domino : sed ciuilis obligatio ; aut acquisitio etiam per momentum non residet penes seruũ, quominus statim vadas ad dominum,gl.pe.in l.si id,quod.64.de condicti. indeb.

Obligatio in contractib.do vt facias,& facio vt des,parit actionem ciuilem præscriptis verbis;ipsa tamen obligatio est de iure gentium, quæ fuit ante venditionem,gl.obligatio.in l. naturalis.de præscript.verb.

Obligatio quandoque eodem tempore oritur, & moritur, gl. imponi.in l. quod autem,8.§.vxori.de donatio. inter virum.

Obligationes aut ex contractu nascuntur, aut ex maleficio,aut propriò quodam iure ex variis causarum figuris l. 1.de actio. & oblig.

Obligationes, quæ oriuntur ex variis causarum figuris, dicuntur illæ, quæ non sunt iure scilicet ordinario : sed magis proprio quodam iure: id est ordinario separato à contractu,vel quasi,& maleficio, vel quasi, vt actiones,quæ dantur loco interdictorum, & in interdicto quod vi, aut clam,& eo casu cùm datur contra eam, qui non fecit,sed ratum habet, vel de noxalibus, quibus conuenitur dominus ex delicto serui, vel de pauperie, & de similibus, † gl. figuris. ibidem.

Obligatio semel nata quoad sui substantiam nunquam stat in pendenti; sed sola actio,seu exercitium actionis suspenditur,gl.detur.in l.2.§. & harum.de verb. oblig.

Obligatio non nascitur ex inutili contractu:quia est iuris; vnde ex legitimo tantum contractu nascitur:possessio verò cùm sit facti, sine obligatione etiam ex inutili contractu potest transferri,gl.fi.in l.multum. C.si quis alteri.

Obligatio quoque noua nascitur ex interuentu nouæ personæ,l si dominium, 48. & ibi add, marg.de furtis.

Obligationis origo potiùs inspicitur,quàm tituli origo,gloss.pe.in l.1.de imponend. lucrat.descript.lib.10.

Obligatio nascitur ex contractu:sed actio ex obligatione, gloss. in 1. l. 1. mandati.

9 OBLIGATIONES,duæ tantùm sunt:scilicet ciuilis,vel naturalis, glo. obligationes,in l.ex hoc iure.de Iustitia,& iure.

Obligatio naturalis quædam est, quæ ex instinctu naturæ prouenit, vel procedit, vt in alendis liberis, & procreandis, & obligatio ad antidora, quæ quidem obligatio naturalis non impedit semper repetitionem soluti per errorem.ibid.

Obligationes sunt inductæ de iuregentium : id est naturali: quia obligatio iurisgentium dicitur naturalis,& econuerso,d.l.ex hoc iure:& ibi gl.obligationes.

Obligatio naturalis siue sit simplex, siue sociata cum ciuili,tollitur per pactum, gl.ipso iure.in l.si vnus.§. pactis.de pactis.

Obligatio naturalis iuncta cum ciuili non dicitur vna substantia : sed dicuntur duæ res;scilicet ciuilis,& naturalis, vnde sublata naturali non censetur sublata ciuilis, † gl.ipso iure.ibid.

Obligatio omnis ciuilis,siue naturalis tantùm per ius ciuile:id est per stipulationem solennem tollitur,gl.factum. ibid.

Obligatio naturalis ad remunerandum occasione beneficij illati,ex puris,& meris motibus animi cuiusque descendit,l.sed & si lege,28.§. consuluit. & ibi gl. obligauerunt.de petitione hered.

Obligatio illa ex instinctu naturæ procedit, qua omnis creatura mouetur ad benefaciendum ei,qui sibi benefacit,d.gl.obligauerunt.ibid.

Obligatio naturalis ad antidora:id est ad remunerandum non est ita efficax,sicut naturalis quæ oritur ex pacto.ibid.

10 Obligatione naturali ad remunerandum si aliquid debeatur & soluatur, dicitur donatio sine dubio,quæ assumit nomen remunerationis: sed id, quod per pactum nudum naturaliter debetur, non dicitur donatio. gl. obligauerunt.in l. sed & si lege.28.§.consuluit. de petitione heredit.

Obligatio tantùm naturalis impedit repetitionem, quando solutum est per errorem iuris,vel facti,non probabilem:sed obligatio sola ciuilis numquam impedit repetitionem,& sic sola naturalis potentior est,quàm sola ciuilis,gl. 1.in l.1.de condictione indebiti.

Obligatio naturalis,quæ cadit in seruo,impedit repetitionem soluti,& ei accedit fideiussor,& pignus,l,naturaliter. eod.

Obligatio naturalis nec per legem,nec per statutum tolli potest,l.si pœnæ,in addit.marg.eod.

Obligatio tantum naturalis oritur inter patrem,& filium in potestate, vel inter duos, vel plures fratres existentes sub eiusdem patris potestate ad inuicem cõtrahentes,l.frater à fratre.eod.

Obligatio ciuilis, & naturalis potest consistere inter duos fratres existentes sub eiusdem patris potestate,vel inter patrem,& filiumf. in bonis castrensibus vel quasi,& hodie etiam de iure Codicis etiam in aduentitiis.gl.1.ibid.

Obligatio naturalis,quæ contrahitur ex mutuo celebrato inter duos filios in potestate patris,quæritur per filium patri,d.gl. 1.vers.nam & tunc.

Obligatio naturalis,quæ ex mutuo nomine filij celebrato inter duos filios in potestate eiusdem patris primò quæritur directò filio, deinde per filium patri. ibid.

Obligatio naturalis quando descendit directò à patre in filium illa non acquiritur patri;secùs si per obliquum,d,gl.1.ad fi. versic.est & alia.

Obligatio naturalis,quæ semper fuit sola ita, quòd ex ea non potest agi, potens est ad compensandum;secùs quando fuisset naturalis,ex qua possit agi,vt quia fuit iuncta cum ciuili.& tunc non est potens ad compensandum, gl.fi.& ibi ad. in marg.in l.quæcumque. de compensat.

Obligatio naturalis impedit donationem.gl.non erit.in l.hoc iure, 19. §.pe. de donat. 11

Obligationes naturales non eo solo cognoscuntur,quòd actio aliqua earum nomine competat;sed etiam eò,quòd soluta pecunia repeti non possit,l. naturales,de actio.& oblig.

Obligationes licet sint de iure gentium,actiones tamen sunt de iure ciuili. gl. fi. in l.actionum,§.fi.eod.

Obligatio naturalis æstimatur non eo solo,quòd actio aliqua eius nomine competit;sed etiam cùm soluta pecunia repeti non potest,l.fideiussor obligari. 17. §. fideiussor.de fideiussoribus.

ex Obligatione sola naturali quandoque oritur actio,vt in pacto nudo, quod fauet lex ratione personæ,& in aliis casibus,d.§.fideiussor.& ibi gl.actio.

Obligationis naturalis debitor licèt minus propriè dicatur debitor : per abusionem tamen potest intelligi debitor,& qui ab eo pecuniam recipit,videtur debitum recepisse.ibid.

Obligatio illa naturalis,qua quis tenetur ad antidora, impedit repetitionem indebiti soluti,l.si testamento,50.§. .& ibi add.marg. eod.

pro Obligatione naturali,qua tenetur seruus etiam ipsi domino, potest accedere fideiussor,etiam eodem seruo à fideiussore stipulante,l.si à reo.71. §. pe. de fideiussor.

Obligatio naturalis vt pecuniæ numeratione. ita iusto pacto,vel iureiurando ipso iure tolli potest,l.Stichum,95 §.naturalis, de solutio.

Obligatio naturalis per pactum introducta ipso iure tollitur per aliud pactum, gl.iusto pacto.ibid.

Obligatio naturalis sublata par pactum de non petendo,per sequens pactum non reuiuiscit,nec tollitur elisio ad ciuilem, & etiam ad actionem facta per dictũ pactum, ac proinde non paratur exceptio pacti resultans ex ipsa elisione ; sed aduersus reum paratur replicatio,d gl.iusto.in add marg. ibid.

Obligatio naturalis oritur ex minus solenni testamento in legatis;inter coheredes siue verè,siue putatiuè non oritur,gl.contrarium,in l.4.& ibi glos.fi.C. de iuris,& facti ign. 12

Obligatio iurisgentium non potest accepto ferri, nisi deducatur in Aquilianam stipulationem,gl.3.in l.4.C.de transactio.

Obligatio ex confessione post biennium : sicut intra biennium,est ciuilis tãtùm, & non naturalis;sed effectum habet naturalis.gl.religionem,in l. generaliter. C.de non numer.pec.

Obligatio,quæ prouenit ex sententia, ciuilis tantùm est : effectum tamen habet naturalis,ibid.

Obligatio ciuilis in bonis aduentitiis rectè potest consistere inter patrem, & filiumf gl.fi.in l.2.C.de pactis conuent.

Obligatio naturalis non oritur ex testamento minus solenni,cùm ad petenda legata in eo relicta requiritur stipulatio heredis, l. si veritas,23. Cod.de fideicommiss.

Obligatio naturalis parit actionem:sed non habet effectum actionis,gl. mag. in l.nuda..C.de contrahend.stipulat.

Obligationes omnes non sunt de iure gentium, gl. pen.in §.ius autem gentium. Inst.de iure naturali.

Obligationum quædam est naturalis tantùm, quædam ciuilis tantùm, quædam naturalis,& ciuilis simul;gl.in princ.Inst. de obligatio.

Obligatio effectualis habet duas radices,vnam naturalem: id est quæ ex consensu nascitur,quæ inter omnes fieri potest etiam inter seruos, & hæc naturalis dicitur:aliam ciuilem,quæ illi naturali dat faciem,vel formam,vel vestem, vt possit parere actionem,gl.necessitate.ibid.

Obligatio naturalis,quæ consensu nascitur, contrario consensu tollitur. ibid.

Obligatio naturalis non habet vim exigendi : impedit tamen soluti restitutionem.ibid. 13

Obligatio ciuilis,quæ dat naturali faciem,vel formam,aut vestem, tollitur contrario actu ciuili:non naturali: vt per acceptilationem, item per sententiam remanente naturali:sed hoc non est ipso iure;sed per exceptionem.ibid.

Obligatio ciuilis non adhæret seruis.ibid.

Obligatio ciuilis non nascitur filio contra patrem,vel econtra:quia inspecto iure ciuili filius est eadem persona cum patre,& econtrario,& ideò actio,& passio in eodem subiecto esse non possunt, hoc intellige de iure antiquo exceptis castrensib.vel quasi.d.gl.necessitate. in fi.

Obligatio ciuilis hodie nascitur inter patrem, & filiumf. in aduentitiis quamuis durante potestate contra eum non exerceatur. ibid.

Obligationes quædam sunt ciuiles,quædam prætoriæ,§.1.Inst.de obligatio.

Obligationes ciuiles sunt,quę aut legib.constitutæ,aut certo iure ciuili comprobatæ sunt.ibid.

Obligationes prætoriæ sunt, quas prætor ex sua iurisdictione constituit:quæ etiam honorariæ vocantur.ibid.

Obligatio ciuilis legib. constituta dicitur obligatio legis Aquiliæ, itèm de pauperie per legẽ 12.tab.item furti nec manifesti: secùs de furto manifesto : quia illa prætoria,gl.legib.ibid.

Obligationes iure gentium inuentæ à iure ciuili comprobatæ sunt.gl.iure ciuili. ibidem.

Obligatio neque ciuilis,neque naturalis oritur quando lex resistit, nec fideiussor potest accedere,cùm nulla obligatio subsistat,gl. 1.in add.marg.in princ. Inst. de fideiussor.

Reliqua verbo,Naturalis.

OBLIGATIO verborum,& literarum obligatio,& contractus sponsalitiæ largitatis sunt de iure ciuili.l.ex hoc iure.& ibi gl.fi.de Iust.& iure. 14

Obligatio, quæ re contrahitur, non potest per pactum in plus augeri, quàm sit pactum,l.si tibi.de pactis.

Obligatio, quæ re contrahitur, vltrà rem aliud exigit, & ideò dicitur re contrahi : quia sine re contrahi non potest,gloss. 1. in l. non omnes. si certum petatur.

nisi actio sit arbitraria, vel bonæ fidei, glos. condemnandus. in l. qui restituere, 67. de rei vind.

Obligatus ad pecuniam rei occasione, atque respectu dimittendo eandem rem, vel lite contestata liberatur, & ab obseruatione iudicij absoluitur: quod fallit in obligato ex contractu societatis, in emphyteota, vassallo, vel feudatario, l. cùm fructuarius, 71. & ibi add. marg. de vsufructu.

Obligatus ad factum licet regulariter non teneatur præcisè facere: sed soluendo interesse liberetur: fallit quando iurasset: quia iuramentum obligat præcisè ad factum, gloss. necesse. & ibi add. marg. in l. si pecuniam. de condictione causa data.

Obligatus ad seruitutem tenetur præcisè dare. l. sed & si. 22. §. 1. & gl. fi. de condictione indeb.

Obligatus sine causa in totum, vel in partem, liberationem condicit in totum, vel pro parte, l. 3. de condictione sine causa.

Obligatus ex constitutione soluere, non liberatur dando fideiussorem, vél pignora, l. promissor, 20. §. fi. de constit. pecun.

Obligata bona habentes sunt melioris conditionis, quàm non habentes: & non habentes non concurrunt cum habentib. l. procuratoris, §. mercis. in add. mar. de tributoria.

Obligatus si non potest actione directa conueniri, potest conueniri vtili. l. si remunerandi, §. 1. in add. marg. mandati.

2 Obligatus ad insolitos casus non tenetur ad solitos: nec obligatus ad solitos casus, tenetur ad insolitos, gl. fi. in l. fistulas, 78. §. fi. de contrahen. emptione.

Obligato seruo non intelligitur peculium obligatum tunc, vel posteà quæsitum, & ideò per creditorem non potest vendi, l. 1. §. 1, de pignorib.

Obligato fundo fructus à bonæ fidei emptore posteà percepti non veniunt in obligationem, d. l. 1. §. cùm prædium.

Obligato fundo & fructus etiam obligantur, quamuis nihil sit dictum de illis gl. conuenit. ibid.

Obligatam rem possidens bona fide decennio præscribit etiam contra hypothecariam, gl. nec vsucapione. & gl. nunquam. ibid.

Obligato fundo eius fructus bonæ fidei emptor percipiens non tenetur restituere creditori directa, vel vtili pignoratitia, siue extent, siue consumpti sint; quia nunquam fuerunt in dominio debitoris: tenetur tamen iudicis officio extantes restituere, si debitoris fuerunt, gl. vtili. & gl. consumptos. ibid.

Obligato grege pignori, & quæ posteà nascuntur, censentur obligata, imò & priorib. capitib. decedentib. si totus grex fuerit renouatus, ille totus cēsetur pignori obligatus, l. grege, 13. de pignor.

Obligatus præstare operas certo tempore, si fuerit impeditus eo tempore, in alio tempore non tenetur, l. si non sortem. §. libertus. & ibi gloss. de condicti. indeb.

Obligatas res potest quis alteri obligare sine periculo criminis stellionatus, si certificet secundum creditorem, quòd eam alij priùs obligauerat pro decem, & in id, quod excedit, sit ei obligata: & si à primo creditore sit liberata, in solidum erit obligata, l. & quæ nondum, 15. §. fi. de pignorib.

Obligata res plurib. diuersis momentis, cuilibet censetur obligata in solidum pro suo debito; sed si eodem momento, cuilibet pro parte videtur obligata, nisi aliud actum sit, l. si fundus, 16. §. si duo. eod.

3 Obligata res si fuerit duob. non sub eadem conceptione verborum; sed sub diuersis, cuilibet insolidum obligatur, & primus præfertur, gl dicendum. ibid.

Obligata domus si fuerit exusta, quod postea à bonæ fidei emptore areæ ædificatum est, venit in obligationem, & creditor habet hypothecariam: bonæ fidei emptor non aliter cogitur creditori ædificium restituere, quàm si sumptus in extructionem erogatos, quatenùs pretiosior res facta sit, receperit: secùs si fuisset malæ fidei emptor, l. Paulus, 29. §. domus. & ibi gl. quatenùs. eod.

Obligata si fuerit res simul duob. sub conditione, quæ simul extitit, ambo concurrunt in pignore: secùs si fuerit diuersis temporib. obligata duobus. l. idémque. §. fi. & ibi gl. & Titio. & add. marg. qui potiores in pign.

Obligata res si alteri obligetur de voluntate creditoris, quoad illum prior hypotheca inutilis est: quoad alios inspicitur quod actum est. l. creditor, 12. §. fi. eodem.

Obligatus simpliciter ad promittendum non tenetur ad satisdandum, l. si dictū, 56. de euictio.

Obligatus ad quantitatem respectu certæ speciei, offerendo speciem non auditur, nisi conseruet partem alteram indemnem. l. emptori, 67. eod.

Obligatus ad factum præcisè tenetur ad illud, si id est actum, glos. cogenda. & ibi add. marg. in l. hereditatem, 28. de donatio.

Obligatus dicitur, qui exceptione se tueri non potest: sed qui potest exceptione se tueri, non dicitur obligatus, l. vel obligatum, 20. §. pe. de liberali causa.

Obligatum non esse, & exceptionem habere paria sunt. d. §. pen. & ibi addit. marg.

Obligatus alieno nomine vocatur fideiussor largissimè acceptus etiam pro expromissore, quando liberatur reus, l. 1. §. verbis. de actio. & obligat.

4 Obligatus ex die, etiam ante diem tenetur, licèt non cum effectu: sed obligatus ad diem, etiam posteà tenetur, licèt sine effectu: sed antequàm veniat dies, tenetur cum effectu: quod verum est, cùm plures præstationes erant faciendæ vsque ad diem: veluti diurnum, vel menstruum aliquid: quia tunc promissor tenetur efficaciter vsque ad diem: sed post diem non tenetur, cùm obstet exceptio: sed vbi vna præstatio facienda est, vt promittis dare decem vsque ad talem diem, tenetur: sed non efficaciter: sed post diem efficaciter, gl. placet. & ibi add. marg. in l. obligationum ferè. 43. §. 1. de verb. oblig.

contra obligatum ad faciendum domum, vel fideiussorem eius, non potest agi antequàm transierit tantum tempus, in quo potuerit domus ædificari, l. si ita stipulatus, 14. eod.

Obligatus facere domum, & sic ad indiuiduum, in nihilo liberatur partem domus faciens, & sic nec liberatur pro illa parte domus, quam fecit, l. & ideò, 15. & ibi gl. 1. eod.

Obligatus facere domum, & sic ad indiuiduum si fecit partem: deinde illa combusta sit incendio, datur ei integrum tempus rursus ad ædificādum; intra quod possit ædificari, d. l. & ideò, 15. & ibi gl. 1. & add. mar.

Obligatus actione [illegible] fidei potest obligari ex stipulatione, non solùm vbi fit nouatio [illegible] vbi sit pactum, vel conuentio, gloss. 1. in l. qui bis, 18. eodem.

per Obligatum in euentum conditionis si stat, quominùs conditio eueniat, perinde tenetur ille, ac si conditio euenisset, l. in executione, 85. §. fi. eod.

Obligatus sub conditione propter defectum conditionis non liberatur: sed eximitur, vt non incidat in obligationem, l. decem stipulatus, 116. eod.

Obligatus facere ad certum terminum non potest ante lapsum totum terminum 5 [illegible] 4. eod.

Obligatus esse non potest quis apud eundem pro se ipso, l. heres, 22. §. quòd si stipulator vel fideiussor.

Obligat[illegible] si quis dissimulata obligatione per calliditatem distraxerit [illegible] vel permutauerit, aut in solutum dederit, tenetur crimine stellionatus. l. 3 & ibi gl. permutauerit. de crimine stellionatus.

Obligatus obsequiis [illegible] si impetretur à principe regimen prouinciæ, vel cingulum militiæ, vel dignitatis, aut aliquod munus incompetens, l. si quis. 13. C de officio rectoris prouinciæ.

Obligatus soluere cum alio siue pro parte, siue in solidum sit obligatus, soluendo solidum pro parte correi repetit à correo, l. si in rem, 12. Cod. si certum petatur.

Obligatus soluere in solidum, pecuniam acceptam in rem communem si soluerit, socium liberat non officio gestionis: sed natura obligationis: sed & tunc habet locum etiam actio negotiorum gestorum, gl. 3. ibid.

Obligatæ res transeunt cum suo onere, gl. fi. in l. si quis. 8. §. in illo. C. de secund. nuptiis.

Obligatus, & adstrictus artifex operib. publicis si connubium contrahat cum ancilla, ipse, & vxor, & liberi pristinæ conditioni, & labori restitui debent, l. fi. & ibi gl. 1. C de seruis fugitiuis.

Obligatus ad factum, præcisè non debet condemnari ad factum, gl. 3. in l. nec patronis, 6. C. de operis libertorum.

Obligatus ad factum, præstando pecuniam pro æstimatione liberatur. ibid.

Obligata mihi non est res empta ex pecunia mea, nisi mutuauerim emptori pecuniam cum pacto, vt illa esset mihi obligata, l. licèt. & ibi gl. fi. C. qui potiores in pignore.

Obligatus debitor in genere, potest quam speciem velit soluere: quia debitor generis habet ipse electionem §. huic autem. Inst. de Actio.

Reliqua verbo, Assignatus, Seruus, 115. 116. Debitor, 4.

per OBLIQVVM multa conceduntur, quæ directò non conceduntur, vel fiunt, gl. 2. in l. 3 de petitione heredit. gl. diuturni. in add. in §. ex non scripto. Inst. de iure naturali.

Reliqua verbo, Directò.

OBLIVIO sola non inducit possessionis amissionem: sicut nec sola temporis lōginquitas: sed requiritur vtrumque: scilicet obliuio inducta ex temporis longinquitate, licèt possessionis amissio immediatè ex obliuione fiat. † gl. 1. & ibi add. marg. in l. si id, quod. 25 de acqui. possess.

Obliuio ex longa absentia præsumitur prouenire, gl. vel longo, in l. furtum. 37. eodem.

Obliuio inducitur per longum tempus: id est quantum iudici videbitur, non x. vel xx. annorum spatio. ibid.

Obliuioni tradere non debet quis id, quod scit, gl. scire. in l. qui fundum, 7. §. seruus. pro emptore.

Obliuionem inducit tempus x. annorum, & obliuione amittitur possessio, gl. propter absentiam. in §. quod autem. Inst. de vsucapio.

Obliuio aduenit propter longitudinem temporis, gl. oblitus. in §. illud quoque. in auth. de triente, & semisse. col. 3.

Reliqua verbo, Memoria.

OBREPERE est falso probitatis, vel integritatis specie incautum ad ea, quæ sunt, munus cogitantem fallere, gl. obreptum. in add. marg. in l. tres tutores, 56. §. fi. de administr. tutorum.

Obrepere ad magistratum dicitur quis, cùm per falsam integritatis, aut doctrinæ speciem ad magistratum assumitur. ibid.

Obrepere est per mendacium aliquid impetrare, gl. obreptum. in l. 1. de rebus eorum, qui sub tutela.

Obreptio est petere aliquid, vt procurator dicens habere mandatum, cùm non haberet, gl. item si fundum. in l. si autem. §. item si. de nego gestis.

OBSCVRVM, & ambiguum pactum contra proferentem, qui apertiùs dicere potuit, interpretatur in emptione, & venditione: sed secus est in iudiciis: quia tunc secundum intentionem proferentis interpretatur, l. Labeo, 21. & ibi gl. 1. & l si in emptione. & ibi gl. 1. de contrahen. emptione.

Obscura, & ambigua oratio contra venditorem interpretatur. l. cùm in lege. 33. eodem.

Obscurum pactum contra proferentem interpretari debet, † gl. fi & ibi add. mar. in l. in lege, 32. locati.

in Obscuris promissionib. & in aliis quod minimum est sequimur: fallit in cōstitutione dotis propter eius priuilegium, gl. fi. in l. nuptura. 48. de iure dotium. gl, mortis. in l. 1. de donatio. l. semper in obscuris, 9, de regul iuris.

Obscura locutio fauore libertatis pro libertate est interpretanda, l. si peculium, 10, §. si seruus. de manumiss. testam. l. in obscura, 140. de reg iuris.

in Obscura re melius est fauore repetitioni, quàm aduentitio lucro, l. non debet, 42. de regul. iuris.

in Obscuris inspici solet quod verisimilius est, aut quod plerumque fieri solet, l. in obscuris. 115. eod.

in Obscuris semper est interpretatio facienda, vt nulli sit captiosa, & onerosa, l. quoties nihil, 201. in add. marg. eod.

Obscuritas omnimoda vitiat stipulationem: sed si potest interpretari, fit interpretatio pro promissore, l. quicquid adstringendæ, 99. de verb. obligat.

Reliqua verbo, Ambigua, 3. Incertitudo, Legatum, 89. Oratio. Pactio, Respondere, Sermo, Iudex, 6. Verbum, 2.

OBSERVARE contractum quis non tenetur quando per aliam partem sibi nō

obseruat[illegible]

mátione.in princ.& ibi gl.plurimi.Inſt.de lege Aquilia.

Occidens latronem inſidiatorem,non tenetur,ſi aliter periculum effugere non potuit.§.1.Inſt.eod.

Occidens aliquem caſu non tenetur, ſi modò nulla culpa eius interueniat. ibidem.

3 Occidens miles ſeruum tranſeuntem dum iaculis ludit, vel exercitabatur in loco:vbi ſolitum eſt exercitari,nulla culpa eius factum eſſe intelligitur,niſi data opera factum eſſet,vel in alio loco,quàm qui ad exercitandum militib. deſtinatus eſt,id admiſit,vel alius non miles etiam in loco deſtinato id admiſerit. dict.§.1.

Occidens ſeruum alienum heredem inſtitutum ab aliquo, antequàm is iuſſu domini adiret hereditatem, lege Aquilia tenetur, non ſolùm ad æſtimationem ſerui occiſi:ſed etiam hereditatis amiſſæ.§.illud.Inſt.eod.

Occidens vnum ex quadrigis equorum,vel vnam ex pari mularum, lege Aquilia tenetur,non ſolùm ad æſtimationem occiſi:ſed etiam ad id, quanti depretiati ſunt,qui ſuperſunt.ibid.

Occidens hominem telo:id eſt quocumque,quod emittitur manu, vel cum telo cauſa occidendi perſequens, pœna legis Corneliæ de ſicariis punitur, §. item lex Cornelia.Inſt.de publ.iudiciis.

Occidens vt teneatur lege Cornelia de ſicariis,neceſſe eſt, quòd interueniat dolus,nec ſufficit etiam lata culpa,gl.fi.ibid.

Occidens parentes,& alios affinitate coniunctos, de quib.in l. 1. & 2.de parricidiis,vt parricida punitur ex lege Pompeia de parricidiis: ſed occidens perſonas coniunctas,in illis legib.non comprehenſas, punitur lege Cornelia de ſicariis.§.alia deinde.Inſt.eod.

Occidendi hominis cauſa ambulans cum telo pœna capitis punitur, gl.homicidium.in l.hac edictali.§.homicidium.de pace tenend.inter ſubditos.l.is,qui.7. C.ad leg.Cor.de ſicariis.

Occidendi animo percuſſiſſe non præſumitur ille,qui cum calce ſolo percuſſit,& interfectus eſt, & ſi ipſe hoc allegat, quòd non percuſſerit animo occidendi, non punitur,l.eum,qui.ad legem Corn.de ſicar.

Occidendi animo feciſſe dicitur,qui gladium ſtrinxit,& eo percuſſit, vt occideret:ſed percutiens claua,aut cucuma in rixa,non dicitur animo occidendi percuſſiſſe,& minuitur eius pœna,qui in rixa magis caſu,quàm voluntate homicidium admiſit,l. 1.§.Diuus.ad leg.Cornel.de ſicariis.

Reliqua verbo, Homicida,Homicidium,Incertitudo,Incertum,Percutiens, Veneſici,Affectus,Certare,Bona,3.5.Confiſcatio,2.Filius,1.118.Teſtator,3.Seruus,152. 153.154.Legatum.90 Certare,Debitum,14.Præcipitans.

1 OCCIDERE licet ob defenſionem perſonæ ſuæ,vel rerum ſuarum,glo.1. in l. 4 ad leg.Aquil.gl.latronem.in add.in §.1.Inſt.de lege Aquilia.

Occidere,vel ambulare cum telo hominis occidendi cauſa paria ſunt. §.item lex Cornelia.Inſt.de pub licis iudiciis.

Occidere furem nocturnum quocumque modo ſe defendat,vt non capiatur,cuilibet licet lege xij.tab.dummodò idipſum cum clamore teſtificetur,l.4. & ibi gl.permittit.& gl.vt tantum.& gloſſ.fi.ad legem Aquil. & gl.latronem.in §.1. Inſt.de lege Aquilia.

Occidere furem diurnum,ſi telo ſe defendat,cuilibet licet: dum tamen cum clamore idipſum teſtificetur;ſecùs ſi telo ſe non defendat: quia tunc dimitti debet,cùm poſſit cognoſci,& accuſari, d.l.4.& ibi gloſſ.vt tamen. & d. gloſſ. latronem.

Occidere furem diurnum,quamuis cum rebus fugiat, non licet alicui: ſed bene nocturnum,d.gl.vt non tamen.

Occidere poteſt quis eum, qui ferro aggreditur,quamuis priùs occidentem non percuſſerit ille:quia ſufficit terror armorum,l.ſed & ſi.& ibi gl.1.eod.

Occidere poteſt quis furem diurnum, vel nocturnum metu mortis, nec tenetur lege Aquilia,d.l.ſed & ſi.

Occidere poteſt pater quemlibet inuentus in reb.venereis cum filia ſua, & vbicumque:maritus tamen non poteſt occidere omnem adulterum, nec vbique: aliàs punitur occidens.gl.1.in l.qui occidit,30.eod.

Occidere aliquem propriis ſuis manib.aliud eſt,& aliud præbere cauſam morti: quia in primo caſu tenetur directa Aquilia:in ſecundo actione in factum, l.ſi quis fumo,50.eod.

Occidere licet filio patrem ad ſui,vel patriæ defenſionem,aliàs occidens tenetur lege Pompeia de parricidiis,& idem patri licitum eſt.l.minimè,35.& ibi glo. fi.de religioſis,& ſump.

2 Occidere aliquem,vel infirmum ſine medico negligere paria ſunt, gl.pen.in l.ſi ab hoſtib.11.§.fi.ſoluto matrimo.

Occidere bannitum cuilibet licet impunè,ſi liceat per ſtatutum, & multò magis licebit eum vulnerare,l.in ſuis.in add.marg.de liber.& poſthum.

Occidere aliquem,& eum compellere ad delinquendum, ex quo delicto ſequatur mors,paria ſunt,l.quid ergo.56.de legat.1.

Occidere poteſt pater,vel maritus impunè eum,quem inuenit cum filia,vel vxore,gl.merentem.ibid.

Occidere poteſt quis aliquem pro defenſione rerum ſuarum, niſi res ſint viles, & non magni momenti:nam pro huiuſmodi rei defenſione, & cuſtodia non eſt admittendum homicidium:ſed nec vt vulneretur:& dicitur res vilis, cuius pretium non ſuperat aureos duos,l.furem,9.& ibi add.marg.ad leg.Cornel.de ſicariis.

Occidere,& cauſam mortis præbere nihil intereſt quantum ad accuſationem legis Iuliæ de ſicariis:ſed quantum ad Aquiliam intereſt: quia in vno caſu vtili Aquilia:in alio directa tenetur,l.nihil intereſt.& ibi gl.1.eod.

Occidere innocentem,vel nocentem, qui tamen habet iuſtam cauſam defenſionis paria ſunt,l.lege Iulia.7.§.fi.in add.marg.ad leg.Iul.repetund.

Occidere licet propria authoritate nocturnum depopulatorem agrorum, aggreſſorem itinerum,& militem deſertorem, l.1. & 2. Cod. quando liceat ſine iudice.

Occidere,vel offendere nulli licet regulariter propria authoritate, gl.fi.in l. 2. C.quando liceat ſine iudice.

Occidere licet latronem telo reſiſtentem, & etiam latronem nocturnum, l. 4. & ibi gloſſ.1.C.ad leg.Cornel.de ſicariis.

Occidiſſe iniuria quoad legem Aquiliam dicitur ille, qui dolum, vel culpam commiſit occidendo,§.1.Inſt.de lege Aquilia.

Occidiſſe hominem ſi quis negauerit,& dixit quòd ſi appareret ſe feciſſe,ad ſuam defenſionem feciſſe,debet audiri,cùm ſibi incumbat onus probandi; non tamen grauatur,quin audiatur,gl.accepit.& ibi add.in l.cùm de indebito,25.de probatio.

Occidiſſe hominem viuum ſi quis falsò confiteatur, ſi poſteà offert eum hominem viuum,ceſſat Aquilia:quamuis ipſe confeſſus ſit ſe occidiſſe,l.inde Neratius,23.§.fi.ad leg.Aquil.

Occidiſſe vulgo dicitur,qui mortis cauſam quolibet modo,vel manib.vel corpore,vel ſine manib.vel ſine corpore præbuit,l.ſi ita vulneratus.52.eod.

Reliqua verbo, Aliter,1.vſque 5.Aggreſſio.Certare,Homo,1.Libertus,25.Moderamen,Parricida,Telum,Confeſſus,per tot.Filius,1.

de OCCISIONE eiuſdem hominis diuerſis temporib. plures teneri poſſunt, l.ſi ita vulneratus,52.ad leg.Aquil.

OCCISVS, vel vulneratus ſi fuerit quis in priuato certamine, non facto cauſa publicæ lætitiæ,patitur pœnam ſupplicij ille, qui dedit occaſionem certaminis,gl.in publico.in l.qua actione.§.in collucttatione.eod.

Occiſus,vel mortuus per gloriam,per gloriam viuere dicitur, licèt ſic mortuus dicatur,d.gl.gloriæ cauſa.ibid.

Occiſus ſi fuerit ſeruus à plurib.ſi non apparet cuius ictu perierit, omnes tenentur in ſolidum actione Aquilia,& vno ſoluente alter non liberatur in pœna,l. item Mela.§.ſed ſi plures.eod.

Occiſus ſi fuerit ſeruus à plurib.ſi apparet cuius ictu perierit, ille tenetur, quaſi occiderit:cæteri tenentur,vt de vulnerato,d.§.ſed ſi.& ibi gl.tenetur.

Occiſus ſi fuerit ſeruus à plurib.ictus cuiuſlibet contemplari debet, vt appareat, cuius ictu perierit,d.§.ſed ſi.& ibi gl.cuius ictu.

Occiſus ſi fuerit ſeruus ab vno ex plurib.neque apparet quis eorum, nullus tenetur,gl.plures.ibid.

Occiſus ab aliquo ſi fuerit ſeruus, qui ab alio priùs erat mortiferè vulneratus, prior vulneratus non tenetur de ſeruo occiſo:ſed de vulnerato, ſed poſterior tenetur de occiſo.d.§.ſed ſi.gloſ.plur.

Occiſus ſi ſit ſeruus vnus ex comœdis, vel ſymphoniacis actione Aquilia venit æſtimatio non ſolùm illius occiſi: ſed etiam deteriorationis aliorum ſeruorum,eò quòd neſciebant ſine occiſo cantare,l.proinde,22.eod.

Occiſus ſi ſit vnus equus,vel vna mula ex gemellis,vel ex quadriga, actione Aquilia venit æſtimatio occiſi,& deteriorationis reliquorum.ibid.

Occiſus dicitur quis eo tempore,quo fuit quis mortiferè vulneratus, l.ſi ita vulneratus,52.eod.

Occiſus non poteſt abſoluere occiſores, cùm ea actio competat vnicuique de populo,gl.fi.in l.2.ad Syllan.

Occiſi aſſertio non probat,niſi probetur aliter mors illata,l.3.§.1.eod.

pro Occiſo ſeruo poteſt agi lege Aquilia ciuiliter, & etiam criminaliter lege Cornelia de ſicariis, vel pro libero:donec tamen agitur vna, non poteſt agi alia:ſed pacto facto ſuper vna,poteſt agi ſuper alia,l.liberum.& ibi gl. capitalis.Inſt.de lege Aquilia.

pro Occiſo homine libero ob id,quod effuſum,vel deiectum eſt, is, ex cuius cænaculo deiectum eſt,punitur pœna 50.aureorum:ſed ſi viuit,& ſibi fuerit nocitum,punitur in quantum iudex æſtimabit: in qua æſtimatione debet iudex computare mercedes præſtitas,& alias expenſas in curatione factas, & etiam operas,quib.caruit,aut cariturus eſt,eò quòd inutilis ſit factus, §. 1. Inſtit. de obligat.quæ ex quaſi delict.

Reliqua verbo, Heres,76.vſque 85.Interfectus, Seruus,152.153. 154. Vulnerans.

OCCVLOS prædio alicuius imponere,idem eſt,quod inuidere,l.1. & ibi gl.2. C.de præſcript.30.vel 40.ann.

Occulos culpa occludit,quos aperit pœnitentia.in conſtitutione, qui ſint rebelles.in add.marg.

Occulis conniuentibus ac clauſis multa perferuntur, l. 4. in add.margin.de manumiſſio.

Occulis conniuentib. & clauſis non debet perferri ad Papam id,quod ſæpiùs peruenit ad Papam.ibid.

Occulorum inſpectio multum operatur, gloſſ. final. in l. ſatiſque. de in ius vocando.

Reliqua verbo, Iudex,46.

OCCVLTANS ſeruum alienum tenetur ad eius reſtitutionem cum omni damno,& pœna quadrupli,gl.fi.in l.fin.C.de operis libert.

Occultans libertum tantùm tenetur ad præſtationem operarum, quas libertus erat obligatus præſtare,& non ad alia.† d.l.fi.& ibi gl.fin.

Reliqua verbo,Celans,Seruus,114.Latitare.

OCCVPANS alienam iuriſdictionem eam debet dimittere,l.de modo finium regundorum. 1

Occupans territorium alterius debet illud dimittere.ibidem.

Occupantis conditio eſt melior in pari cauſa.l.ſi quis à multis,14.& ibi gl. 2. de noxal.l.ſi debitor,10.& ibi gl.1.de pignor.gloſſ.fin.in l.qui ex donatione, 12. de donatio.

Occupantis conditio eſt melior in actione de peculio, & in plurib. agentib. ex cauſa noxali,vel de in rem verſo,vel in plurib.agentib. ex eadem cauſa, & in plurib.agentibus,quorum quidam de in rem verſo, alij de peculio agunt, l.ſi verò adhuc. & ibi gl.1.de peculio.

Occupantis conditio non eſt melior inter ſocios inuicem agentes propter fraternitatis ius, quod habent ſocij inter ſe, l. verum, 64. §. ſi cùm tres. & ibi gl. exequetur.pro ſocio.

Occupantis conditio eſt melior inter creditores ex diuerſis contractib. ſecùs quando ex vno contractu quaſi fraterno, d. gloſſ.exequatur.ibidem.

Occupanti ratione naturali conceditur id, quod nullius eſt,nec Dei, nec hominis re, vel ſpe: fallit in libero homine, & in ſeruo ægrotante eiecto à domino: quia liber fit,l.3.& ibi gl.2.& l. ergo. 30.§. fi.de acqu. rerum dominio. & §.feræ.Inſt.de rerum diuiſione.

Occupans bona alicuius, vel rem vnam per iniuriam, tenetur actione iniuriarum

possidere:quia tunc actor sciens non ab alio:sed à se decipitur,l.is,qui se obtulit.25.& ibi gl.2.& add.marg.cum l.seq.eod.

Offerens se liti vt possessor,si actor sciuit ab initio eum non possidere,neque ante litis contestationem,neque post,potest actor aliquid imputare reo;quia ipse à se ipso decipitur.ibid.

Offerens se liti vt possessor actore ignorante si reus vsque ad litẽ inchoatã persistat in contradictione,tenetur omnino:potest tamen ante litẽ inchoatã pœnitere,si actor erat incertus,à quo peteret:quia ignorabat rei possessorem: si verò erat certus,& petebat à certa persona, tunc etiam ante litem contestatam non licet pœnitere.d.gl.2.

Offerens se liti vt possessor condemnatur,licet non possideat, nisi euidentissimis probationib.possit ostendere actorem ab initio litis sciuisse eum non possidere: quia tunc actor non videtur deceptus, l.qui se liti, 48.de petitione hered.

Offerens se liti petitionis hereditatis tenetur de dolo:id est ex doli clausula,quæ inest stipulationi iudicatum solui,quam præstat, licèt suo nomine esset conuentus,in quam incidit in persistendo post satisdationem, non pro anteriori: sed pro anteriori,& posteriori tenetur petitione hereditatis, d. l.qui se liti. & ibi gl.fi.

Offerenti se sponte parcitur quandoque,gl.fortis,in l.non omnes. §.1. de re militari.

Reliqua verbo, Ius,16.Oblatio,Lu.num.1.vsque 4.

1 OFFICIALIS antequam ingressus sit prouinciam, non habet in ea iurisdictionem,l. obseruare.de officio proconsulis.

Officialis,vel iudex non debet ducere vxorem secum: & si ducat, & illa deinde ibi delinquat,tenetur ipse officialis de eius delicto.ibid.

Officiales licèt mutentur: tamen idem, & vnum est officium, l. meminisse. eodem.

Officiales, qui summam potestatem habebant, vltra sextum mensem officium retinere non debent, l.2. §. pupillo. & ibi glos. sextum mensem. de origine iuris.

Officiales quandoque sub vestimentis ouium intus sunt lupi rapaces, gl.concutiendos.in l.illicitas.§.ne potentiores.de officio præsidis.

Officiales solent ferre plerumque homines quosdam,qui sub prætextu adiuuantium officiales,solent aliqua extorquere.ibid.

Officiales plerumque malum sub velamine boni solent facere,gl.mandari.in l.1. de officio eius,cui mandata.

Officiales mortuo præside,vel assessore sunt liberati, & absoluti à conductione, & omnib.pactis super hoc initis,l.diem functo.de officio assessorum.

Officiales publici licèt respectu reipub. pro altero teneantur: non tamen respectu priuati, ad quem negotium in veritate spectat. l. cùm alicui.de nego. gestis.

Officiales publici tenentur de facto aliorum officialium,quos ipsi habent in subsidium.l.ex facto.eod.

Officiales non possunt durante officio cum subditis negotiari, vel mutuam pecuniam dare,aut fœnus exercere,nisi sint perpetui,l.principalib.31.cum l.seq. si certum petatur.

Officialis gerens officium in sua patria potest mutuare,& alios contractus facere,gl.præsidis,33.eod.

2 Officialis potest negotiari,& facere contractus cum non subditis: sed non cum subditis,gl.fi.in d.l.principalib.& gl.fi.in d.l.præsidis.

Officialis licèt mutuum dare non possit:tamen bene potest sumere, gl. fi. in d. l. principalib.

Officialis potest emere, & contrahere cum subditis ex causa necessitatis: veluti victualia,& alia ad vsum quotidianum necessaria: non tamen potest negotiari,vel exercere fœnus,gl.fi.in d.l.præsidis.

Officialis ad annonam, & sic propter publicam vtilitatem potest capere res priuatarum personarum: scilicet data mercede de publico,l.fin. §. fi. de pignor. actione.

Officialis in loco:vbi administrationem gerit, contractus per se, vel per alium facere non potest,nisi specialiter sibi concedatur:alioquin perdit rem,& condemnatur in quadruplum applicandum fisco.l.non licet. 46. & ibi gl.pe. & l. qui officij,62.de contrahen.emptione.

Officialis potest acquirere actionem reipub.sine cessione, l. Caius.11. & ibi add. marg.de vsuris.

Officialis in prouincia, in qua officium administrat, non potest vxorem ducere ibi oriundam, vel ibi habentem domicilium: quamuis sponsalia contrahere possit,ita,vt si post depositum officium mulier sponsata nolit nuptias contrahere, liceat ei hoc facere arrhis tantummodò redditis, quas acceperat, l.si quis.38.de ritu nuptia.

Officialis in prouincia,in qua administrat officium, non potest ducere vxorem concubinam inde oriundam,vel habentem ibi domicilium, d.l.si quis.in add. margin.

Officialis in prouinciæ officium administrans potest veterem sponsam inde oriundam,& ibi habentem domicilium vxorem ducere, & dos data non est
3 caduca,d.l.si quis.

Officialis in prouincia, in qua administrat, potest filias suas in matrimonium collocare,& eis dotem constituere: sed filio vxorem ducenti non debet consentire,d.l.si quis.§.fi.& ibi gl.fi.& l.qui in prouincia.57.eod.

Officialis administrans officium in sua prouincia potest vxorem ducere ibi, nèc videtur facere contra interdictum,l.eos,qui.65.eod.

Officialis contra interdictum legis in prouincia,in qua administrat officium, si vxorem ducat,& post depositum officium in eadem voluntate perseueret,nuptiæ iustæ efficiuntur,& liberi posteà nati legitimi sunt; sed non filij ante depositum officium nati:secus est in concubina,d.l.eos,qui.& ibi gl.1.

Officialis ad beneplacitum principis dicitur perpetuus, l.iurisperitos. 33. de excusat.tutorum.

Officialis remotus ab officio propter culpam suam,debet perdere salarium suum, l.quid autem,38.in fi.eod.

Officiales in fine officij consueuerunt esse nimis gratiosi,gl.2.in add. in l. tribunus,21.de militari testam.

Officiales plures ex eodem edicto tenentur in solidum:sed exactio fit pro parte, nisi aliter essent non soluendo,l.si multi.6.& ibi gl.2.de publicanis.

Officiales mali,& praui homines sunt edictis principum,vel magistratuum coercendi,l.quantæ,12.eod.

Officiali creditur in maleficiis minimis,l.ædiles.vers.ab obuiante, de via publica,& itinere pub.reficiendo.

Officialis publicus non potest vltra pœnitere,quàm sibi concessum sit à lege, vel consuetudine,l.3.§.planè.quòd vi,aut clam.

Officiali si fuerit facta iniuria vt officiali,potest ipse eam vindicare, l.item apud 4
Labeonem,15.§.diem ait.de iniuriis.

Officialis dicens quòd debebat præsidis iussu capere aliquem, cùm id non esset verum:propter hunc timorem si aliquid fuit sibi datum,id debet restituere, & punitur extra ordinem accusatione instituta,l.1.& ibi gl.1.de concussio.

Officialis,qui non potest conueniri, nisi tempore syndicatus; tamen ad domum suam,& in patria sua poterit perpetuò conueniri, gl.1.in fi. in l.2. ad leg.Iul. repet.

Officialis quando deliquit in officio,potest præses eum punire, l. si quis fortè. §. pe.de pœnis.

pro Officiali intercedens non tenetur in vsuris,nec in aliis pœnis, quas reipub. deberet officialis occasione officij. l. Lucius, 21. §. Paulus. & ibi gloss. 1. ad municipal.

Officiales sequentes si approbant nomen contractus habiti ab officialib. præcedentib.præcedentes liberantur à periculo;secus si non approbent, l.Titio. 30. §.Titius.eod.

Officialis existens in aliquo officio antequàm sit in syndicatu discussus, rationémque officij reddiderit,in aliud assumi, vel eligi non potest, l. rescripto. §. debitores.in add.marg.de muner.

Officialis,qui locauit prædia publica,tenetur tantum de tempore expresso in locatione,non de tempore,quo tacitè reconducitur, de quo tenetur eius successor,l.4.de administ.rerum ad.

Officiales rationales principis non redditis rationib. administrationis publicæ ad clericatum transire non possunt, aliàs ad priorem conditionem retrahuntur,l.4.C.de episcopis.

Officiales rationales principis redditis rationib.administrationis consentientib. his, qui præsunt publicis ratiociniis, sine pœna palam clericari possunt. ibidem.

Officiales rationales principis consentientib. his, qui præsunt ratiociniis,si clam
clericatum suscipiant,duæ partes rerum suarum pertinent liberis,vel propin- 5
quis.ibid.

Officialis tenens recipere fideiussores,recipiens minus idoneos, tenebitur ei, cuius interest habere bonos fideiussores, gloss. officij. in authent. generaliter. C.eodem.

Officialis finito officio potest clericari,& si aliquid petatur actione aliqua,tenetur respondere: primipilarij autem nullo modo possunt clericari, l. quisquis, 27.C.de episcopis.

Officialis finito officio potest clericari nulla habita distinctione sint obnoxij rationi administrationis,vel non,gl.pe.in l.quisquis,27.C.eod.

Officialis specialis si constituatur in ciuitate super annona,vel abundantia: tamẽ propter hoc non tollitur iurisd.quam habet super his ratione vniuersalis iurisdictionis.

Officiales magistri militum,vel alterius iudicis ad aliud iudicium trahi non debent: quia debent conueniri siue ciuiliter, siue criminaliter coram iudice, cuius officiales sunt,l.2.C.de officio magist.militum.

Officialis maioris iudicis delinquens in territorio minoris iudicis potest ab eo puniri: dum tamen ipse minor faciat certiorem iudicem, l.4. Cod.de officio rect.proui.

Officialis, vel executur,si res postulauerit, verberib. afficiendus est, vt executio rerum publicarum sit facilis,& officiorum insolentia compescatur,& iudicum authoritas seruetur,l.omnes.C.eod.

Officialis, qui præstat patrocinium, vel fauorem alicui priuato in aliqua causa, 6
coram alio officiali puniri debet,l.1.C.ne liceat potentio.

Officialem maiorem,qui præstat patrocinium alicui priuato coram alio inferiore officiali,ipse inferior poterit punire.ibid.

Officialis non est mittendus ex aliquo præcepto iudicis ad domum, in qua materfa.degit,vt eamdem in publicum protrahat,l.1.C.de officio diuer.iudi.

Officialis administrans iustitiam si emerit rem in loco, in quo administrat iustitiam,perdit rem,& fisco in quadruplum condẽmnatur, gl. 4. in l. pen. C.de his,quæ vi.

Officialis,vel executoris stipulatione quæritur vtilis actio parti, gl.fi.in auth.libellum. C.de litis contest.

Officiales perpetui mutuam pecuniam dare possunt:temporales non, pro repub. gl.fi.in l.quisquis,16.C.si certum petatur.

Officialis ad tempus mutuam pecuniam sumere potest ab homine alterius prouinciæ:sed non ab homine suæ prouinciæ.ibid.

Officialis recipiens pecuniam,licèt adiiciatur titulus mutui: præsumitur tamen committere barattariam,d.l.quisquis.

Officialis prætextu officij recipiens aliquid per concussionem, acceptum restituit,& criminaliter punitur,l.3.C.de condictione ob turpem.

Officialis si inhabilis,& ipso iure excusatus dedit aliquid causa vitandæ militiæ, vt quia inquietabatur,illud repetit,gl.2.& fi.ibid.

Officialis prætextu officij sui aliquid accipiens turpiter accipit, vnde & crimine concussionis tenetur:sed inhabilis ad militiam,& quem aliàs iudex non potest compellere,si dederit ei,ne inquietaretur,honestè dat,gl.4.ibid.

Officiali occultè vendere res suas non licet,neque se ad alium locum transferre destituendo officia,gl.2.in l.pe.C.de rescind.venditione.

Officialis,vel astrictus curiæ vt curet ciuilia munera,si ad alium locum se transferat,& res suas vendat occultè,nihil sibi prodest huiusmodi fuga, & emptor sciens in pretio mulctatur.d.l.pen.

per Officiales iudicis nemine agente quædam possunt expediri. glo. 1.in l.2.C.si mancip.ita vænierit.

non debet,l.inter eos,33.eodem.
Officium, qui accipit, vel gerit contra ius officialium, priuilegio officialium non gaudebit,l.si cui.38.eod.
Officium officio seruire absurdum est,glos.fi.in l.heres furiosi, 54. de petitione heredita.
Officij sui ratione si quis medicus,vel alius facit aliquid gratis: si tunc malè succedat,tenetur tunc de dolo,& lata culpa,si verò cum pretio,tenetur de leuissima,l.qua actione,§.fi.& ibi add.marg.ad leg.Aquil.
Officium dicitur illud,quod homo homini debet, gl.non officium. in l. in commodato.§.sicut autem.commodati. glos. gemina.in add. marg.in l.3.§.si cum quis.de liber.hom.exhib.gl.1.in l.officio.5.C.de neg.gestis.
Officium,vel artificium facere doceri aliquem, quando quis tenetur sumptibus suis,non tenetur ad quódcumque officium:sed tantum ad illud,quod iudex ex ingenio,natura,ætate,& conditione eius,qui doceri debet,arctabitur,l.Stichus liber.12.& ibi gl.pe.de legat.3.
Officij tutelæ necessitas, & fides tutoris debet esse excusata. l. tutorem. de his, quib.vt indignis.
3 Officium quandoque dicitur velamen criminis esse, l. tres tutores, 56.& ibi gl. contrectare. de administr. tutorum. l. si multi. 6. in additione marg. de publicanis.
Officium duorum potest subire manumittens:scilicet manumittentis, & causam approbantis,& authoritatem præbentis, nisi sit minor, qui causam præbet. gl. 1.in l.an manumittere,15.de manumiss. vindicta.
ab Officio aliquo priuatus,& remotus non potest iterùm ad illud assumi. gl.fi.in add.marg.in l.testamento,51.de manumiss.testamen.
Officij ratione subuenitur alicui,si illicitè non fiat, gl. non videtur. in l. iniuriarum,13.§.1.de iniuriis.
Officium,quod est minus,si alicui interdicatur, is non potest accedere ad maius: sed hoc non habet locum econtrà,l.relegatorum.§.solet de interdictis.
Officium habentes plures si fisco fraudem fecerint: putà surripiendo rem fisci, omnes non tenentur vltra quadruplum,& qui sunt idonei pro non idoneis tenentur,siue debeatur pœna fisco,siue priuato; sed si plures non habentes officium surripuerint,tunc tenentur omnes ad duplum,vel quadruplum,nec vnus per alium liberatur. l.aufertur, 46.§.fin.& ibi gl.fecerint,& ibi add. marg. de iure fisci.
Officij,vel honoris pretium aliquod si quis dederit ambienti, exilij pœna punitur,l.quisquis,16.C si certum petatur.
Officium tutoris morte finitur,l.1.C.si quis ignorans rem minoris esse.
Officia,& honores repetens in legem ambitus incidit, & pœnam legitimam subit.l.1.C.ad leg.Iul.de ambitu.
Officium aliud est ciuile:id est personale,& publicum authoritate,& vtilitate,vt consulatus,prætura,iudicatura,& similia : aliud est ciuile : id est personale, & publicum authoritate;sed vtilitate priuatum,vt tutela,& cura glo. 1.in l. 2. de regul.iuris.
Officium absque dignitate quando quis assequitur,eo durante habet immunitatem:sed quando assequitur,cum dignitate;& tunc si illa dignitas obuenit absque procuratione,pactóque vllo,neque salarij prætextu, fruetur tunc immunitate munerum,ea dignitate durante,& etiam ea finita; sed si dignitas obueniat cum procuratione, vel pacto, aut cum salario,tunc fruetur immunitate durante officio, non eo finito,† glo.1.& ibi add.marg.in l.3. Cod.de legatio.lib.10.
4 Officia publica dicuntur propriè munera:dicuntur etiam onera, quæ etiam dicuntur propriè munera,gl.onera.in l.1.C.de agricol.& censit.lib.11.
Officia duo non potest quis simul subire, intellige, quando sunt incompatibilia, l.j.C.de præpositis agentium in reb.li.12.l.hac parte.& ibi gl.duplici. & glos. meruit.in l.comperimus.C.de proxim.sacrorum scrin.li.12.
Officia duo quando quis assumit, & non potest habere nisi vnum, non potest habere salarium, nisi primi officij tantum, d. l. j. Cod. de præposit. sacro. scrin. lib. 12.
Officium corporis valetudine,qui non potuit adimplere,vtitur priuilegio illius officij,ac si officium impleuisset,l.4.C.eod.
Officio,vel dignitate non iuuatur ille,qui malè seruat officium, vel dignitatem, l.pe.& ibi gl.fi.C.de curiosis.lib.12.
ab Officio aliquo discedentes in palatio principis,licèt sint idonei,& experti:tamen ab omnibus oneribus eisdem iniunctis sunt immunes,l.ex aula.C.de priuilegiis eorum,qui in sacro libro 12.
Officia plura regulariter quis habere non potest,l.his quidem. Cod.qui militare possunt.lib.12.
5 Officium vnum,aut vnam militiam habenti si deferatur aliud officium, vel alia dignitas,vel militia,datur ei electio,quod eorum retinendum sibi censeat, & quod deserendum,ita vt in eo,quod optauerit,firmiter maneat,& in eo, quod despexerit,sine dubitatione repelli debet.ibid.
Officia administrantes in prouincia finito officio purpuram principis adorare non possunt,l.1.C.de apparitoribus præfecti vrbis.li.12.
in Officium approbare aliquem nullus iudex debet sine literis approbatoriis principis,nec debet aliquem promouere exceptis prouinciæ officialibus, qui cursus publici solicitudinem sustinent,l. 2. Cod. de cohortalib: & principib. lib.12.
Officium in quo quis semel deliquit,non potest exercere, l.si aliquid. C. de suscept.lib. 10.
Officio depositus non debet ad illud redire,d.l.si aliquid.& ibi gl.fi.
Officia,& munerum administrationes expertis,non rudibus, & imperitis debent concredi.l.pe.& ibi add.marg.C.eod.
pro Officio habendo dans pecuniam præsumitur habere animum malefaciendi, & lucrandi indebitè,l.2.C.de murilegulis.li.11.
Officium continuare non cogitur quis,vbi alij sunt idonei, & sufficientes : secùs quando non sunt alij idonei, l. quis tam. 52. & ibi gloss.pen. Cod. de decurion.li.12.
Officia plura non debet quis habere eodem tempore. l. j. & ibi glos. pen.& add. marg. C.quemadmod.ciuil. munera.lib.10.

in Officio non debet quis confirmari,nisi primi officij rationes reddiderit, l.neminem,& ibi gl.1.C.de susceptor.lib.10.
Officio principalis finito,finitur etiam officium coadiutoris adiuncti. gloss.fi. in add.in §.fi.Inst.quib.modis tutela finiatur.
Officium administrationis gerendæ assumere non debet quis in prouincia propria,nisi ex certa scientia sibi concedatur à principe. l. fin.Cod.de crimine sacrileg.
Officia agentium in reb.palatinorum,& alia plura officia,de quibus ibi,non potest quis habere,nisi approbetur per principem,l.pen.& ibi gl. pe.& l.fi. C. de diuers.offi.li.12.
ad Officium vnum deputatus non debet se intromittere in officio collegæ sui. l.2.& ibi gl.fi.C.de exequutor.li.12.
Officiis plurib.compatibilib.potest quis fungi.§.cúmque hoc in procem.Inst. 6
Officium aduocationis qui deposuit,est in dignitate,& appellatur clarissimus, l. 1.C.de aduocat.diuer.iudicum.
Officium superueniens facit,quòd quis potest seruire primo officio,l.per similitudinem,21.C.de episcopis.
Officium notariæ etiam si desierit exercere notarius, nihilominus tenetur respondere de instrumentis confectis coram iudice suo, l. prætor. §. final. de edendo.
Officium legaliter exercere debent iurare omnes illi,quibus committuntur scripturæ faciendæ,gl.decurritur.in l.quædam.§.fi.eod.
Officium non dicitur finitum antequàm successor venerit,l.meminisse. & ibi gl. debebit.de officio proconsulis.
ad Officiũ ordinis decurionum pertinet habere pecuniam publicam,& eam tractare,ac erogandam decernere,l.2.§.1.ad municipal.
Officium vnum habens quod non debeat in quinque annis ad illud officium eligi,si lege aliqua caueatur,debet intelligi in illa ciuitate, vbi gessit officium, non in alia,l.libertus,17.§.præscript.eodem.
Officia duo non debet quis gerere eodem tempore in diuersis ciuitatibus,etsi in duabus fuerit electus eodem tempore, debet recipere in ea, vnde est ciuis. ibidem.
Officia dicuntur concedi secundum consuetudinem,l.magistratus,25.eod.
Officium rectoris prouinciæ non allegato super gerenda solicitudine sacro rescripto vsurpans, punitur trium librarum auri dispendio, l.fin. Cod. de offic. quæstor.
Officiis duobus, vel magistratibus duobus non debet quis assidere, & vtriusque curam peragere,l.fi.C.de assessoribus.
Officia administrantes perpetuò in prouincia possunt contractus facere: secùs si ad tempus fuerint,l.3.& ibi gl.1.C.si certum petatur.
Officia administrantes ad tempus in prouincia mutuare, vel etiam alios contractus facere possunt cum non subditis:sed non cum subditis,gl.fi.ib.
Officium præfecti vrbis est tueri,ne mancipia prostituantur,gl.1.in l.1.C.si mancipium ita væniterit.
Officio duorum quandoque quis fungi potest,gl.debebit.in l.fi.§.hæc actio.nautæ,caupones.
Reliqua verbo, Administratio,1.2. Artificium,Filius,68.69.70.Fœmina,4.Impubes, 1.Infamis,7. Mediastini, Nominator, Munus, Nominatus, Pietas, Mulier, 76. Diuus.
OFFICIVM iudicis,per quod petitur in integrum restitutio, potest quandoque cedi.l.quòd si minor.& ibi gl.procuratorem.de minoribus. 7
Officium iudicis non est actio,† d.l.quòd si minor.§.fi.in add.marg.l.Quintus.7. de annuis legatis.† gl.quam ius.in add in princ.Inst.de actio.
Officium iudicis circa vsuras propter moram tantùm in bonæ fidei iudiciis operatur,quantùm stipulatio nominatim circa vsuras facta,l.quia tantumdem. de nego.gest.
Officio iudicis quando venit factum, vel editio, non attenditur tempus moræ: sed decretum,vel præceptum iudicis,l.vbi exigitur.de edendo.
Officio iudicis per quod fit condemnatio expensarum ratione victoriæ,non habetur ratio de aliis damnis,gl.tenebitur,in l.1.de alienat.iudicij.
Officium iudicis,quo actiones excluduntur,aliud est,& aliud est exceptio,velut aliud est actio,& aliud officium iudicis,quod actioni deseruit. l. 3.§.fin. & ibi add.marg.nautæ,caupones,& sta.
Officium iudicis mercenarium non potest producere aliud officium mercenarium,gl.fi.in add marg.in l.heres furiosi. 54.de petitione hered.
Officio iudicis expediri potest,quod per actionem expeditur,d.gl.fi.
Officio iudicis quando agitur,non debet iurari in litem, gl.fi.in l.harum. si seruitus vindicetur.
Officium iudicis quando petitur,quasi misericorditer,petitur,& ideò tunc libellus non est necessarius.gl.in rubr.de interrogat.actio.
Officium iudicis potest habere quandoque delegatus iudex ante iudicium susceptum,quando sine illo iudicium principale explicare non posset,glo.interrogatoriis.in fi.in l.1.eod.
Officium iudicis in arbitratiis exercetur etiam contra fideiussorem, l. centum Capuæ.de eo,quod certo loco.
Officium iudicis,quod deseruit in actionibus bonæ fidei, protenditur vltra personas actoris,& rei,l.bona fides.depositi. 8
Officium iudicis non præsupponit actionem,vel obligationem, l.qui per collusionem.§.fi.de actio.empt.
Officio iudicis mercenario quæ veniunt,non possunt peti principaliter.ibid.
in Officium iudicis veniunt ea,quæ post contestationem accidunt, si illa sint accessoria:secùs si veniant post principaliter,† gl.iniuncta. in l. ædiles. §.pen.de ædilitio edicto.
Officium iudicis vbi non est mercenarium,ibi frustrà actio instituitur, l.si in iudicio.in add.marg.de exceptione rei iudicatæ.
Officium iudicis datur in locum deficientis actionis,gl.j.in l.nihil aliud. 50. de actio.& oblig.
ad Officium iudicis pertinet denegare actiones super turpibus rebus promissis,l. veluti,27.de verbor.obligat.
de Officio iudicis vbicumque fit mentio, debet intelligi de eo, quod in locis deficieut

leuandæ.ad leg.Rhodiam.

Onera,quæ filius deſtinatione patris ſuſcepit,efficiunt,ne percipiatur id,quod eo nomine debetur,l.ſi vni.2 .§.idem ſcribit.famil.erciſcun.

Onera quæ pleriſque perſonis diuerſa ratione remittuntur,inconueniens eſt imponi clericis,l,omnes,31.§.priuilegiis.C.de epiſcopis,& cleri.

Reliqua verbo, Actio,167. Auerſione,Clericus,14.Emolumentum,Exemptus,Grauari, Heres,69. Legatarius,1.29 Libertas,2.Matrimonium,319.15.Grauamen, Lucrum,Commodum,Seruitus,42.43.Hereditarium,Legatum,87.

OPEM ferens furto,condictione furtiua non tenetur : niſi ad eum perueniat, † gl.paſſim.in l.peculium,4.§.ſi opem.de peculio.

contra Opem ferentem condictione furtiua non ſubuenitur , ibidem condictio furtiua ceſſat,alioquin nunquam,d.gl.paſſim.in add.marg.

Opem ferens,vt res furentur,tenetur furti:& is dicitur opem ferre,qui miniſterium,atque adiutorium ad ſurripiendas res præbet.l.in furti actione,51, §.pe. de furtis.

Opem,& conſilium præſtans vxori ſubtrahenti res mariti,tenetur furti,licèt ipſa non faciat furtum,l.ſi quis vxori,53.& ibi gl.1.eod.

Opem,& conſilium præſtans vxor alicui extraneo ſurripienti res mariti non tenetur furti:ſed rerum amotarum,l.ſi quis vxori,53.& ibi gl.1.de furtis.

Opem,& conſilium præſtare,vt furentur res, tunc nocet , vt teneatur furti , cùm ſequuta eſt contrectatio,d.l.ſi quis vxori.§.neque verbo.

Opem præſtans raptori non dicitur fur manifeſtus , nec tenetur furti manifeſti, etiam ſi deprehendatur opem præſtare,† l.ſi vendidero, 82.§. cùm raptor. reprob.gl.non tenebitur.eod.

Opem præſtans raptori tenetur furti non manifeſti,cùm à raptore ſit factum furtum,& etiam bonorum raptorum.ibid.

Opem,& conſilium præſtare furi non dicitur ille , qui non poteſt facere furtum propter defectum conſilij,& intellectus,l.fullo,52.eod.

Opem præſtans furto tenetur condictione furtiua in ſubſidium quando fur non eſt ſoluendo,† reprob.gl.condici.in l.ſæpè,53.de verb.ſign.

Reliqua verbo, Auxilium, Conſilium, Fauor, Perſuadens , Vaſſallus, 26. Armati.

Operæ,in genere à num.1.vſque ad num.5.
Operæ ſeruorum,num.5 & 6.
Operæ libertorum,num.7 vſque ad num.11.
Operæ artificiales,fabriles,officiales,& obſequiales,num,11.& 12.
Operæ tranſitoriæ ad filios,& heredes patronorum,nu.13.14.

1 OPERA eſt diurnum officium,& in actu conſiſtit,l.1.de operis ſeruorum.gloſ. officiales.in l.ſi non ſortem.§.libertus.de condictione indeb. gl. 3. in l.1.C.de operis libertorum.

Opera non eſt in rerum natura , antequàm is dies venerit , quo præſtanda eſt, d.l. 1.

Operæ quædam dicuntur in faciendo,quædam in non faciendo gl.faciat. in l.ait prætor.23.§.fin.quibus ex cauſ.maiores.

Operas ſuas in perpetuum poteſt quis locare, nec dicitur libertas inutilis , cùm præſtando intereſſe liberetur,& poſſit ſeruire per ſubſtitutum, glo.pen. in l.3. de vſufructu.

Operæ variantur ex varietate perſonarum,l.ſi non ſortem.§.libertus.& ibi gl.neque.de condictione indebiti.

Operæ vnius diei etiam in eadem perſona ſunt diuerſæ ab operibus alterius diei. ibidem.

Operæ certæ ſtatim veniunt,& cedunt,cùm poſſint præſtari : cedunt verò à die ſtipulationis:incertæ autem operæ non veniunt, niſi iudicentur , & à patrono petantur.vtræque tamen petuntur tunc demùm,quando tantum tempus tranſierit,quo præſtari potuerint,gl.natura.ibid.

Operæ promiſſæ duobus priùs præſtandæ ſunt illi, cui priùs promiſſæ ſunt, l. in operis,29.locati.

Operæ liberi hominis poſſunt legari, vel locari, & in ſtipulationem deduci, l.3. de vſufructu legato.

2 Operas ſuas ſi liber homo in quinquennium mihi locauerit , poſſum ius meum, quod habeo ad illas,legare aliis,gl. .ibid.

Operas ſuas poteſt liber homo in perpetuum locare.† ibid.

Operæ dicuntur diurnum officium:id eſt officium, quod tenetur præſtare libertus patrono per diem artificialem,non per diem naturalem, l.1.& ibi gl.1.de operis libert.

Opera quandoque ſumitur pro breuioris temporis,quam diei artificialis officio, vt opera obſequialis,velut in ſalutando,& in ſimilibus.d.gl.1.

Opera conſiſtit in actu.ibidem.

Opera diuidi non poteſt,gl.fi.in l.3.eodem.

Operas debens non poteſt ſoluere partem operarum , & ideò libertus debens operas vnius diei,non liberatur,eò quòd dicit ſe paratum hodie per ſex horas, & alia die per alias ſex horas,d.l.3.§.fin.

Operarum obligatio vt contrahatur ex iureiurando, oportet quòd is, qui iurat, ſit libertus,non ingenuus,nec ſeruus,& quòd iuret libertatis cauſa. l. iurisiurandi.& ibi gl.libertum.eod.

Operæ vnius partitio rectè poteſt fieri per æſtimationem, glo.2.in l. ſi quando. eodem.

Operæ præteritæ æſtimatio cùm ipſa iam dari non poteſt, etiam ab eadem perſona,& eidem ſemper poteſt,d.l.ſi quando.

3 Operarum obligationi fideiuſſor accedere poteſt.ibidem.

Operæ incertæ,& præteritæ in rerum natura non ſunt : quia aut ſunt ſolutæ , & non debentur:aut non,& tunc non ipſæ:ſed æſtimatio petitur,l.operæ,9. & ibi gl.1.eodem.

Operæ etiam futuræ:id eſt ipſa opera,vel obligatio eius , antequàm veniat dies eius,non ſunt in rerum natura.ibid.

de Operis incertis iudicium tunc habet locum,cùm operæ præterierint,l.ſi quis, 13.§.1.eodem.

Operæ non poſſunt,præterire,antequàm incipiant cedere,& incipiunt,poſtquàm ſunt indictæ.ibidem.

Opera non poteſt peti,neque deberi,neque promitti , neque ſolui pro parte , l. libertus.eodem.

Operarum editio nihil aliud eſt , quàm præſtatio officij, l. cùm patronus , 22. eodem.

Operarum editio; id eſt officium alio die deberi,quàm quo is volet,cui præſtandum eſt,dicere abſurdum eſt.ibid.

Operæ eduntur conſiderata honeſtate edentis,& eius,cui eduntur, gl.præſtando. in l.hæ operæ,23.de operis libert.

Operæ incertæ delegari non poſſunt:quia poſſunt eſſe , quòd tales indicerentur, quæ perſonæ adiectæ non conueniant:ſed perſonæ ſtipulantis ſic,cùm vtrique perſonæ deberent conuenire.ibidem.

Operæ incertæ quoties in ſtipulationem deducuntur , veluti pictoriæ , fabriles, ſtatim debentur:peti tamen non poſſunt,niſi præteritæ:id eſt niſi labatur tantum tempus,quanto commodè præſtari poſſunt:quia tractus temporis re ipſa ineſt obligationi.l.quoties,24.eod.

Operarum editio pendet ex æſtimatione edentis : quia operæ ſunt edendæ conuenientes dignitati,facultatibus,& conſuetudini.l.penul.eod. 4

in Operæ præſtatione vſque adeò obligatio vnius operæ ſuccedit ei, quod intereſt,vt eius ſolutione expedita ſit,ſi promiſſor velit præſtare id , quod intereſt: vnde fit vt non teneatur præcisè ad præſtationem operæ:quod intellige, quando operæ præſtatio habet cauſam ſucceſſiuam,& difficilem:alioquin licèt velit ſoluere id,quod intereſt,non audietur creditore inuito, l. in ſtipulationibus,54.§.fi.in add.marg.de verborum obligatio.

Operæ ſiue certæ,ſiue incertæ ſolutæ indebitæ eædem repeti non poſſunt, glo.fi. in l.nemo eſt.de duob.reis.

Operæ non ſolùm diuerſorum hominum:ſed etiam eiuſdem propriè non dicuntur eædem:fictè tamen dicuntur eædem,quando eſt eadem peritia in præſtantibus,gl.promitti.& gl.fi.ibi.

Opera alicuius ſæpè pro pecunia valet,gl.2.in l.1.C.mandati.

Opera debet peti ſemper actione ex ſtipulatu , ſiue ſit opera certa , ſiue incerta, quando eſt impoſita per ſtipulationem,gl.3.in l.1.C.de operis libert.

Operarum æſtimatio ad inſtar pecuniæ creditæ debet peti condictione certi , ſi certa ſit æſtimatio:ſi incerta,condictione incerti.ibidem.

Operæ quædam ſunt incertæ , quædam incertæ quantum ad quantitatem : ſecùs quoad ſubſtantiam.ibidem.

Operæ debent peti actione in factum , quando per iuſiurandum ſunt promiſſæ. ibidem.

Operas ſuas locans poteſt per ſubſtitutum ſeruire, niſi ſit electa induſtria perſonæ,quo caſu non poteſt,glo.abſcedente.& ibi add.in §.1.Inſt.de vſufructu.

Operas ſuas ſimpliciter locans poteſt præſtare intereſſe.ibid.

Operæ alicuius,quas arrogatus conduxit,quæruntur arrogatori,gl.operarum. in princip.Inſt.de acquiſitione per arrogationem.

Reliqua verbo,Locare,Locans,6.Patrona.

OPERÆ ſerui legatæ capitis diminutione minima non amittuntur, l. 2. de operis ſeruorum. 5

Operæ ſerui legatæ non vtendo,vel morte legatarij,non amittuntur, niſi vſucapione proprietatis,quod ſecus eſt in vſufructu,qui extinguitur morte legatarij,vel non vtendo.ibidem.

Operæ ſeruorum ius in perſonam tribuunt,& ſunt perſonales,& non amittuntur, niſi magna,& media capitis diminutione : quia omnia iura publicantur , † gloſſ. 1.& ibi add.marg.ibidem.

inter Operas ſeruorum , & vſumfructum eſt quædam vnitas : nam in vſufructu ſunt operæ,& in operis eſt vſusfructus,gl. .in l.fructus.eodem.

Opera ſerui ſi legata ſit, legatarius habebit fructum ſerui , & econtrà ſi legetur vſusfructus ſerui,habebit legatarius operas,gloſſ.2.ibidem.

Operæ ſerui non poſſunt dici propriè vſus, vel vſusfructus,gloſſ.1.in l. operis. eodem.

Operis ſerui legatis vſus intelligitur legatus.& plus,d.l.operis.& ibi gloſ. .

Operæ ſeruorum propter moram debitoris ſi ſolutæ non ſint , ipſe debitor tenetur præſtare eas, vel earum æſtimationem arbitrio boni viri. l.final. & ibi gl. 1.& 2.eodem.

Operæ ſeruorum boni viri arbitrio ſunt reſtituendæ:ſed ſerui mediaſtini ſecundum miniſterium.ibidem.

Operæ ſeruorum ratione affectionis , vel voluptatis poſſeſſoris non debent in plus æſtimari, licèt quandoque ratione affectionis actoris reus condemnetur,d.l.fi.& ibi gl.pe. 6

Operarum æſtimatio nulla fit,ſi minor quinque annorum, vel debilis ſeruus ſit, vel nulla opera apud dominum eſſe poteſt,l.fi.de operis ſeruorum.

Operarum ſerui æſtimatio fiet deductis neceſſariis impenſis ab operario in eius alimentis non ratione temporis,quo vſus eſt opera,ſed vltimi anni,quo debet ad proprietarium peruenire,l.fi.& ibi gl.fi.de operis ſeruorum.

Operæ ſerui legatæ capitis diminutione legatarij, vel non vtendo non amittuntur:quia legatarius poteſt ex operis mercedem percipere,& etiam poteſt ipſe eas locare,quas ſi prohibeat heres capi , tenetur ad intereſſe legatario, l. 2. de vſufructu legato.

Operarum legatum perit ſeruo vſucapto ab extraneo,l.2.de vſufructu legato.

Operæ incertæ ſerui legatæ debentur ex die petitionis factæ poſt aditam hæreditatem,& non priùs:ſed operæ certæ legatæ cedunt etiam ante petitionem, l.operæ,7.& ibi gloſſ.penultim.eodem.

Operæ ſerui pereunt legatario,ſi poſt petitas ſeruus æger eſſe cœperit.ibidem.

Operæ ſiue certæ,ſiue incertæ non poſſunt deberi per ſeruum niſi iure patronatus,gl.1.in l.ſi ſeruus meus,28.de ſtipulatio.ſeruorum.

Operas promittere poteſt ſeruus,ſi ſtatim poſteà ſequatur manumiſſio,vel etiam poſteà ex interuallo,ſi modò actum fuit tunc,vt poſteà imponerentur,gloſſ.1. in l.1.Cod.de oper.liber.

Operæ imponuntur ſeruo, vel per ſtipulationem , vel per iuſiurandum, gloſ.5. in d.l.1.

Reliqua verbo , Seruus, 120.

OPERÆ libertorum non tribuunt ius in perſonam , cùm ſint liberi , & ideò capitis diminutione minima amittuntur,gl. .in l.2.de operis ſeruorum

Opera in liberto dicitur diurnum officium:in ſeruo verò dicitur diurnum artificium,

Operæ obſequiales non tranſeunt ad heredes extraneos,nec earum petitio competit creditoribus hereditariis,cùm nihil proficiat eis.ibid,

Operarum incertarum petitio non datur extraneis heredibus; ſed bene creditoribus hereditariis,& ita plus datur creditoribus, quam heredi extraneo, glo. maximè.ibid.

Operæ incertæ non debentur aliis,quàm patrono,niſi propter inopiam,& neceſſitatem,quo caſu creditoribus competit.ibid.

Operarum legatum tranſmittit legatarius ad heredes ſuos,niſi ſit legatus ei tantùm vſusfructus operarum,l. 2.de vſufructu leg.

Operæ libertorum nunquam tranſeunt in fideicommiſſarium:ſicut nec ad ſecundum heredem,l ſi patronus,55.& ibi gl.1.ad Trebel.

Operæ certæ tranſeunt ad heredes etiam extraneos, ſi directò, non per obliquũ ſunt heredes,gl.pe.& fi.in l.4.de operis libert.

Opera nulla tranſit ad heredem heredis.ibid.

14 Operarum petitio tranſit ad filium patroni præmortui altero patrono ſuperſtite: nec in hoc petitio operarum habet quicquam commune cum hereditate, vel bonorum poſſeſſione in bonis liberti, quibus patronus ſuperſtes admittitur ad hereditatem, vel bonorum poſſeſſionem excluſis filiis alterius patroni mortui,d.l.4.& ibi gl.bonorum.

Operas certas,vel incertas ſi quis ſtipulatus ſit ſibi,liberiſque ſuis,etiã ad poſthumos pertinet ſtipulatio,& datur filio vtilis actio,l.5.& ibi gl.fi. eod.

Operæ fabriles,cæteræque, quæ quaſi in pecuniæ præſtatione conſiſtunt, ad heredem extraneum tranſeunt:ſed obſequiales non, l. fabriles.eod.

Operæ aliæ ſunt officiales, aliæ obſequiales, quæ ſine impoſitione debentur: & iſtæ ſi conſiſtunt in faciendo, vt in aſſurgendo, nõ tranſeunt ad heredem extraneum: ſed quæ conſiſtunt in non faciendo:vt in non vocando in ius, tranſeunt etiam ad extraneum, gl.1. ibid.

Operæ quædam ſunt fabriles:id eſt incertæ,veluti decem operæ, non adiecto pictoriæ: aliæ artificiales: ſcilicet certæ:vt decem operæ pictoriæ, & iſtæ certæ tranſeunt ad heredes: ſed incertæ non.ibid.

Operæ,quas libertus patrono promiſſit non adiecto,liberiſque eius, ita debentur liberis eius,ſi patri heredes tantùm extiterint, & tunc habent vtilem ex ſtipulatu, niſi per alium heredes extiterint, quo caſu non debentur eis operæ: ſed bene debetur eis reuerentia, l. cùm patronus, 22. §. 1, & ibi gloſſ. heredes. eodem.

Operarum incertarũ præteritarum petitio non tranſmittitur ad heredes etiam defuncto patrono poſt actum iudicium operarum cum liberto, niſi lata ſit ſententia: ſed ad filium patroni defuncti tranſmittitur etiam lite non conteſtata,niſi exheredatus ſit mala mente,aliàs ſecùs,l.ſi operarum,29. & ibi gloſſ. 1.eodem.

Operarum actio non tranſit cum vniuerſitate ad heredem heredis,gl.2.in l.quædam,62.de acq.rerum dominio.

Operas promittere manumiſſus ex cauſa fideicommiſſi non cogitur heredi, & ſi promiſerit non datur in eum actio, licèt teſtator fideicommiſerit heredi, vt eum manumitteret,& ita vt operas ei promitteret,gl.1.in l.mater, 5. C. de operis libertorum.

Operæ obſequiales,quæ in faciendo conſiſtunt,veluti in aſſurgendo,& ſimilibus, debentur à libertis patrono,neque tranſeunt ad heredem extraneum, gl. operarum.in princip.Inſtitut.de acquiſitione per arrogationem.

Operarii ipſi dicuntur operæ,vt publicanorum operæ, ſiue in bona, ſiue in mala re,vulgò factores dicuntur,l.pe.in add.marg.de præſcript. verbis.

Reliqua verbo,Faber,Laboratores,

Opilio dicitur cuſtos ouium; ſic dictus: quia oues ferunt opes; vel quia eorum vellere operimur, gl. opilionem, in l. cùm quæreretur, 58. §. fin. delegat.3.

Opinio communis excuſat quem,l.3.& ibi gl. 1.ad Maced.

Opinio vulgi in actibus iuris parum ſpectatur: aliquando tamen ſpectatur, l. ſi dictum,56.in addit.marg.de euictio.

Opinionibus pluribus relatis vltima ſi ſapiat æquitatem,cenſetur approbata, l. ſi tibi pecuniam,20.ſi certum petatur.

Opinio magis inſpicitur,quàm veritas in his, quæ conſiſtunt in animo: ſecùs in his,quæ non conſiſtunt in animo, l. is, qui putat, 15. & ibi gl.fi. & add. marg. de acquir.hered.

Opinio communis quando eſt de aliquo facto, quod pendet ex facto meo, debeo attendere factum meum, & veritatem, & non communem opinionem,l. cùm quidam,30.§.qui dicitur.eod.

Opinio magis inſpicitur, quàm veritas in acquiſitione hereditatis: ſecus tamen eſt in acquiſitione aliarum rerum,in qua magis inſpicitur veritas, gl. fin. in l. heres,32. eod.

Opinio plerumque ponitur pro vero,gloſſ. admittatur.in l.3. §. ſi pater.de contra tab,

Opiniones plures quando referuntur,vltima cenſetur approbata,l.3.§.Neratius. de acquir.poſſ.

Opinio fatua nihil operatur,vt ſi iudex putans quinquaginta, & vigintiquinque eſſe centum,ſi condemnauerit in centum debitorem,qui 75. tantùm debebat, gl. putauerit.in l.1.quæ ſententiæ ſine appellat. reſcin.

Opinio communis, & veritas vbi concurrunt tanquam diuerſa, præfertur communis opinio veritati fauore teſtamenti ſuſtinendi,l.1.C.de teſtam.

Opinio ponitur pro fama,& quandoque dicitur exiſtimatio,gloſ. opinionis.in §. ſancimus.in auth.de teſtib.col. 7.

Opinio ſumitur quandoque pro æſtimatione: quia nos opinari facit,& communiter dicitur,opinor rem talem tantum valere,gl.opinionem.in l.fi.C. de prędiis,& omnibus rebus.lib.11.

Opiniones doctorum quando ſunt contrariæ, & hinc inde ſunt rationes: media via poteſt eligi.§.idoneos.& gl.mediam.Inſt. quibus ex cauſ. manumitt.

Opinio communis præualet veritati:ſed nòn vnius tantùm.§. ſed cùm aliquis.& ibi gl.1.in add Inſt.de teſtam.

Opinio vnius doctoris quando eſt fulcita melioribus rationibus, attendi potiùs debet,quàm opinio plurium.in princ.Inſt.de hered.inſt.

Reliqua verbo, Credendi, Exiſtimatio, Fama, Sententia, 1.2. Valent, Veritas, Fictio.

Opistograhvm dicitur tabula linea,in qua erant ſcripta debita, vt hodie fit:& dicitur ab opibus,& graphia, quod eſt ſcriptura: quaſi ſcriptura ſuarum opum,gl.fi.in l. 4.de bon.poſſ.ſecundum tabulas.

Opivm dicitur ſuccus ex papauere: copioſiùs ſumptus per ſomnum vim mortiferam habens,gl.ſurreptum.in add.marg.in l.cum duobus,52,§.damna. pro ſocio.

Oportet impropriè ponitur pro decet: ſic econtrà decet pro oportet quandoque ponitur:propriè tamen oportet neceſſitatem importat,gl.prius,in l. 1. de iuſtitia,& iure.

Oportet verbum tam præſens,quàm futurum tempus ſignificat: veluti promittis mihi quidquid te dare oportebit,l.verbum,8.& ibi gl.1.de verb. ſignific.

Oportet verbum pertinet ad veritatem, & non ad facultatem iudicis, qui poteſt vel pluris,vel minoris condemnare,l.verbum oportet,37.eod.

Oportet verbum neceſſitatem imponit: ſecus eſt in verbo, poteſt. gloſſ. 1. ibidem.

Oppidvm dicitur ab ope,quòd eius rei cauſa mœnia ſint conſtituta,l.pupillus, 239.§.pe.de verborum ſignificat.

Oppressvm debens vendicare, non debet eum opprimere.§.ſi tamen contigerit.in auth.vt diſcentes iudices.collat. 9.

Optare poteſt ſeruum alteri ſpecialiter obligatum ille:cui optio legata eſt,l. ſi domino,102.de leg.1.

Optio cuiuſdam rei, ſi alicui ſit relicta, ille poteſt agére ad exhibendum, vt eam exhibitam poſſit vindicare,l.3. §.item ſi optare.ad exhib.

Optio malefacta habetur pro non facta:& ideò de nouo fieri poteſt,gl.fi.in l.qui per ſalutem.33. de iureiurando.

Optionis legatario ſtatuitur terminus ad eligendum,quo elapſo eligere non poteſt,ſi res non eſt integra,l.mancipiorum.de optione legata.

Optionis legatum habetur vt purum,quando in hereditate non reperiuntur, niſi tot,quot eligi debent,l.ſi tibi.§.1.eod.

Optio legata non poteſt optari ante aditam hereditatem; & ſi optetur, non valet optio,l.optione.eod.

Optionis legatum cedit etiam iure Digeſtorum,quoad trãſmiſſionem à die mortis teſtatoris:ſed olim ante iura Digeſtorum non cedebat.† gl.1.ibi.& gl.fi. in l.illud.eod.

Optione duorum ſeruorum legata alicui ſi reliqui ſerui alij fuerint legati,primo legatario repudiante, vel tempore à iudice ſtatuto ad eligendum excluſo, omnes ſerui reliquorum appellatione ad ſecundum legatarium pertinent,l. cum optio.& ibi gl. 1.eod.

Optione legata intelligitur de his,quæ ſunt in hereditate,ſi reperiuntur:aliàs de his,quæ venduntur.l.Titia,40.§.1.de auro, & argento.

Optio in re militari dicitur quem decurio,aut centurio ſibi optat rerum priuatarum miniſtrum,quo faciliùs publica ſubeat officia: olim aſcenſus dicebatur, l.fi.in add.marg. de iure immunitat.

Optio ſerui,vel alterius rei ſi ſit relicta duob.vel pluribus legatariis, quibus diſcordantibus ſors debet fieri inter eos,& quem ſors prætulerit, ille eliget:cæteris præſtabit æſtimationem partium contingentium eis, l. 3.C.communia de legat.

Optio rei legatæ ſi vni legàtario relicta ſit,& eo mortuo duo, vel plures eius heredes diſcordant in optione, ſorte debent dirimere, & quem ſors prætulerit; eligit ille: cæteris tamen præſtat æſtimationem partium contingentium eis. ibidem.

Optio rei legatæ quando committitur tertio, illo non eligente intra annum, vel morte præuento electio transfertur in legatarium, qui non debet eligere meliorem:ſed mediocrem,d.l.3.§.ſed etſi.

Optio alicuius rei quando committitur tertio in contractib.putà venditionis,à perſona electa non receditur: ſed illo non eligente irritatur contractus,gloſ. legatario.ibid.

Optio rei legatæ quando committitur legatario, poterit is eligere ab ipſo principio meliorem,† gl.ex ſeruis.ibid.

Reliqua verbo,Electio,3.7.8.9.Legatarius,22.23.Legatum,88.Heres,127.

Optimvm quod eſt, ipſum quoque bonum eſt. gl.nouum. in l. cùm quid. ſi cert.pet.

Optimus,maximúſque eſt:hæc verba poſſunt cadere etiam in eum,qui ſolus eſt, l.illa verba,161.de verb.ſign.

Optimus,maximúſque vti eſt,adiectio in traditionibus,emptionibus, ſtipulationibus,& teſtamentis ſignificat, vt liberum præſtetur prædium, non vt etiam ſeruitutes debeantur ei,l.non tantùm.169.eod.

Reliqua verbo,Legatum,66.68.

Opvs probatum,ſiue approbatum dicitur, quod magiſtri opificiorum inſpectũ euocati retulerunt idoneum, & ritè factum, l. ſi in lege, 27.& ibi add.marg. locati.

Opus ad menſuram ſi quis debet præſtare,periculum eſt eius,donec menſuretur, l.opus,39.eod.

Opus ſi locatum eſt cum auerſione:id eſt vt periculum ad conductorem ſpectet, donec approbatur,periculo conductoris eſt. ibid.

Opus faciendum gratis ſi ſuſcipitur dicitur mandatum: ſi propter mercedem in pecunia ab initio conſtituta, eſt locatio:ſi ex poſt facto conſtituenda, dicitur præſcriptis verbis,l.ſi tibi polienda,24.de præſcriptis verbis.

Opus ſi præſtatur,pro opere recipiendo agitur præſcriptis verbis, l. penul. eod.

Opus faciens in meo, vel etiam ſuo:ſed contra ſeruitutem mihi debitam prohibitus à me,vel prohibendus,vel credens prohibendum,vel debens credere,tenetur actione,quod vi,aut clam:& alienans locum,in quo iſtud opus fecit,tenetur ad intereſſe actione de alienatione iudicij,l.3.§.item ſi locum. & ibi gl. vl.de alienat.iudicij.

contra Opus facientem, propter quod aqua pluuia eſt mihi nocitura,mihi competit actio pluuiæ arcendæ,vt deſtruat opus ſuis ſumptibus: ſed ſi ago contra alium,qui non fecit opus:ſed poſſidet opus,ſit cõdemnatio,vt patiatur deſtrui opus expenſis meis.d.§.Item ſi locum.& ibi gl.actionem.& gl. taliter.

Oratio in iudiciis,& in vltimis voluntatibus si neque coniunctionem, neque disiunctionem habeat ex mente loquentis,vel coniuncta, vel disiuncta accipitur: sed vbi non apparet de mente, præsumitur coniuncta: in contractibus tamen semper fit interpretatio contra proferentem,l.alienationis,28.§.fi.& ibi gl. fi. eodem.

Reliqua verbo, Ambigua,1.2.3.Nisi,Negatiua,Pluralis,Vniuersalis.

ORATORES appellantur aduocati, l. omnes, 31. §. 1. & ibi gloss. 4. de episcopis.

Oratores permittuntur etiam ad leges, nedum ad alias quaslibet artes, cuius tuba, & flos Romani eloquij fuit Cicero. gloss. in his.l.1.§.pe. C. de studiis lib. vrb.lib.11.

ORATORIVM ædificari, vel xenodochium si quis iusserit in testamento, heres eius ab episcopo, & iudice etiam ciuili cogitur complere oratorium intra quinque annos: sed xenodochium intra annum. §. si quis ædificationem. in auth.de Ecclesiast.titulis. col.9.

Oratoria causa orationis licitum est habere in domibus priuatis, & in eis clericos conu care.§.1.in auth.de priuatis domibus sacr.minist. col.3.

ORCINVS libertus dicitur ille, cui directò libertas à testatore relinquitur: & dicitur orcinus ideò:quia ab his manumittitur, qui ad orcum tendunt, quem quidam dicunt Orthinum,ab Orthos,quod significat directum:alij iure orkinum per cappam literam Græcam,gl.fi.in l.directis. C.de testament.gl.2.in l. cum testamentum.C.de iuris,& facti.gl.orcinum,& ibi add.marg.in l.2.§. per contrarium.de dote prælegat.

Orcinus libertus,cui peculium legatum est,potest de peculio conueniri: sed non heres testatores,d.§.per contrarium.

Orcinus dicitur seruus directò manumissus, gloss. 1. in l. dominus, 22. de peculio legato. gloss. orcinus. in l. cùm quasi, 30. §. quærendum. de fideicom. liber.

Reliqua verbo,Libertus, 5.

ORDINARE est ad honorem,& magistratus promouere:quasi ad ordines adoptare,l.honores,7.in add.marg.de decurionibus.

Ordinari non poterant presbyteri ante 35.diaconi ante 25.lector ante 18.episcopus ante 35.annos.auth.presbyterum.C. de episcopis.

Reliqua verbo,Clericus,Consecrare,Diaconus,Diaconissa.

ORDINARIVS quilibet iudex habet iurisdictionem principis beneficio:id est legis animatæ beneficio:& ideò relegare potest,gl.fi.in l.more.de iurisdictione omnium iudicum.

Ordinaria actio vbi habet locum, cessat officium iudicis, & alia remedia subsidiaria,l.quædam. de edendo.

Ordinarium remedium vbi habet locum,cessat extraordinarium, l. 3. §. quod si socius.& ibi gl.quia possum.de noui operis,gl.restitutionem. in l.fi.C.in quibus caus.in integr.

Ordinarius iudex quando est impeditus publicis occupationibus,potest reseruare processum reseruata sibi sententia, litis contestatione, & productione, & conclusione, quæ coram ordinario debent fieri: cætera autem fieri coram delegato possunt.auth.adhæc.C.de iudiciis.

Ordinarius iudex,qui de appellatione cognoscit,per se debet cognoscere, & non poterit delegare causam reseruata sibi sententia, d. authen. adhæc. & ibi gloss.3.

Ordinarius potest delegare causam totam:non tamen poterit delegare causam,si vult sibi reseruare sententiam, gl.2.& 3.ibid.

Ordinarius reseruata sibi sententia cætera delegare poterit, dum tamen in principio,in medio,& in fine causam audiat,gl.pe.ibid.

Ordinarius iudex non potest allegari suspectus, vt remoueatur: sed vt ei adiunctus episcopus,vel Archiepiscopus loci associetur, rectè potest allegari suspectus,auth.si verò.C.eod.

Ordinarius iudex pro suspecto non recusatur,sicut iudex delegatus: sed tunc petitur,alium ordinarium: scilicet Episcopum loci associari; quod in Episcopo de consuetudine non seruatur,imò satis est, quod ei adiungatur arbitrator,vel alius probus vir,neque adiungitur arbiter compromissarius, qui ab ordinario non recipitur,gl.2.& 3.ibid.

Ordinarius iudex recusari non potest etiam ante litis contestat. † gl.1. in l. 4.C. de iurisd.omnium.

Ordinarius iudex recusari nõ potest de iure communi;iure autem speciali rectè potest recusari à miserabilibus personis, gl. fi. in l. 1. C. quando imperator contra public.

Ordinarius iudex potest recusari de iure canonico: sed non de iure ciuili:sed adiungitur ei episcopus,gl.trahere.& ibi addit. marg.in §.& iudicare.in auth.de defenso.ciuitat.col.5.

Ordinarium potest fieri per legem, quod anteà erat extraordinarium l. 1. & ibi add.marg.C.de indictio.lib.11.

Reliqua verbo, Iudex, 18.19.20. Auxilium,Extraordinarium,Munus,1.2.Remedium, Superindictiones, Superindictum.

1 ORDINATVS ordine diaconatus, vel presbyteratus, aut subdiaconatus, vel lectoratus non potest illum relinquere. §. semel. in auth. quomodo oporteat episcopos.

Ordinatus minoribus ordinibus potest eos dimittere,† gl.lector.ibid.

Ordinatus non legitimè pro non ordinato habetur,gl.pe.in l. 4. Cod. in quibus causis in integ.restit.

ORDO eorum,quæ lege ponuntur,seruandus est,gl.1.in l.2.de adoptio.gl.ordo. in l.nec quicquam.§.fi. de officio proconsulis.

Ordines dignitatum multi sunt:quidam maiores:quidam minores;maior superillustris:secundus illustris;tertius spectabilis;quartus clarissimus.gl. 1. in l. 4. de senatoribus.

Ordo naturæ est,vt priùs moriatur pater,quàm filius;cùm ergo aliter contingit, turbatur ordo,l.nam etsi parentibus,& ibi gl.1.de inoffic. testam.

Ordo vnius causæ ad aliam causam omissus non vitiat processum: secus quando vnius causæ ad se ipsam est omissus,gl.actum.in add.in l.si mancipium,34.§.1. de euictio.

Ordo omissus vitiat processum circa decisoria;secus circa præparatoria.† ibid.

Ordo seruandus est in creatione tutelarum:scilicet quòd tertia præferatur quartæ,l.si duas,& ibi gl.ad aliam.de excusat. tutorum.

Ordinis peruersio non nocet,gl.1.in l.si quis ita,28.de hered.institut.

Ordo scripturæ regulariter seruandus est, adeò quòd talis ordo arguit ordinem intellectus:quandoque tamen non seruatur ordo scripturæ.gl.fi.& add. marg. in l.Lucius 53.& l.qui soluendo.60.& ibi gl.fin.de heredibus instit.& gl.ordinem.in §.si verò nullus legatarius,in auth.de heredibus,& Falcid.col.2.

de Ordine scripturæ non curatur,vbi apparet de mente disponentis: secus vbi nõ constat de mente disponentis, gloss. non conuertere. in add.in l.2.§.priùs. de vulgari.

ex Ordine quando aliquid debet præcedere, illud censetur inductum pro forma in tantum,quod præposteratio reddit illud nullum.d.§.prius.

Ordinis peruersio tunc vitiat actum, quando fit de eadem re ad eandem: secùs si 2
fieret ex diuersis.ibid.

Ordo scripturæ non impedit causam iuris,ac voluntatis,l,cum pater, 79. §. fidei tuæ.de leg.2.

Ordo scripturæ inspicitur,nisi vbi constat de contraria mente scribentis,d.l.cùm pater.§.pe.& ibi gl.ordine.

Ordo in coniunctionibus dictionum,vel orationum, vel locutionum non inspicitur,quæ oratio,vel locutio sit prior,l.quidam. & ibi gl.1.de peculio.

Ordo scripturæ non inspicitur, quando legatur vni genus;alij verò legatur species;siue præcedat legatum generis,siue econtrà,derogatur generi per specie͂, l seruo.& ibi gl.1.eod.

Ordo non inspicitur in pignore prætorio,l.si finita,15.§. si plures. & ibi gl. ordinem.de damno infecto.

Ordo scripturæ non spectatur,quando mens legis est certa, l. nec enim, 6. & ibi gl.1.& 2.de nouatio.

Ordo procedendi licèt varietur,non tamen variatur potestas legis,l.ordo.de publicis iudiciis

Ordo seruandus est,gl.ex vno.in l.imperatores,21.de appellatio.

Ordo scripturæ quandoque non debet seruari,gl.solitus.in l.præsenti.§. cùm autem.C.de his,qui ad Ecclesiam confug.gl.& actor.in l.2.C.de iureiur.propter 3
cal.gl.ordinem.in l.is,cui.§.qui prior.vt in possessionem legat.& §. ite͂ si quis. & ibi gl.conceptio.Inst.de inutilibus stip.gl.in vsuris.in §. hoc etiam.in auth. de alienat.& emphy. col.9.

Ordo militiæ in præcedentia, vel stipendia peruerti non debet: & officialis si per rescriptum prætendat præcedentiam, in locum,ex quo indecenter emeruerit,debet reuerti,l.2.C. de officio magistri officiorum.

Ordinis peruersio non vitiat vltimam voluntatem,vel contractum, nisi sit ordo necessitatis,gl fi.in add.in l.præposteri,25.C.de testam.

Ordo iudiciorum est,vt offeratur libellus, lis contestetur, iuretur de calumnia, depositiones testium conscribantur,& publicentur,sententia scribatur,& à iudice proferatur,qui ordo si peruertitur,non valet sententia, gl.1.in l. 4. C. de senten.& interlocutio.

Ordo scripturæ in voluntate testatoris non attenditur,§.ante heredis. & ibi glo. scripturæ.Inst.de leg.

ad Ordinem sacerdotij promoueri non potest laicus, qui habuit mulierem non in virginitate sibi copulatam,aut qui ad secundas nuptias transiuit,& si latenter promoueatur,omnino eo cadit,§.sed etsi quis. in auth.de nuptiis.col.4.

Reliqua verbo Processus,Sc... 45.46.Scriptura,1.2.

ORIGINALE instrumentum edi debet, quando est necesse, l. si quis,7. C. de edendo.

Originalem causam non spectamus,quando vna prouincia est diuisa in duas; sed accidentalem sic; vnde ortus ex vna prouincia potest esse assessor in alia, licèt aliàs esse non possit,l.3. & ibi gl.fi.de officio assessor.

Reliquà verbo,Exemplum,Instrumentum.

ORIGO inspicitur in productione actionis, gl. fi.in l.hæc actio si mensor falsum mod.

Origo actus inspici debet, gl. aduersus. in l.sed Iulianus.§.non solũ.ad Maced.

Origo actionis non inspicitur in actione,super qua cœpit esse iudicium, gl. originem.in l.3.§ idem.de peculio.

Origo prima rei debet considerari,† gloss.1. l.in venditionibus,8.de contrahen, emption.

Origo rei non potest conferri in tempus,quo debet extingui,l.Iulianus,21.de iure dotium.

Origo obligationis,non titulus actionis considerandus est,gl.veritatis. in l. cùm filius,78.§.heres.de leg.2.

Originis veritas non perditur errore;neque mendacio dicentis se esse, vnde non sit,absconditur,l.assumptio.ad municipal.

Originis veritatem mutare non potest quis recusando patriam, ex qua oriundus est:neque mentiendo de ea,quam non habeat,vt vel desinat esse,vnde est, vel incipiat esse,vnde non est,d.l.assumptio.& ibi gl.mutare.

Origine rei sublata,& eius imago tolli debet,l.1.C.de Latina libertat.

Origo non dicitur patris domicilium,maximè si filius alibi habitet,gl. 1. in l. 3. C.de municipib.lib.10.

Origine propria non potest quis voluntate sua eximi:fallit propter matrimoniũ, item quando fit senator quoad quid,l.pe.& ibi gl.1. C. eo.

Reliqua verbo, Obligatio, 8. Domicilium, Actio,4.5.Forum,Oriundus, Clam,Principium,Initium.

ORIVNDVS ex villa,vel vico sortitur originem ex illa ciuitate, cui villa, vel vicus ille subest,l.3.C. de naturalibus liberis.

ORNAMENTVM etiam pretiosius cedit rei ornatæ,l.etsi non sint.§.fi.in fi. de auro,& argento.

Ornamentorũ nomine continentur vittæ,mitræ,semimitræ,calantica, acus cum margarita,quam habere solent mulieres,reticula, & crocufulia l. argumento. §.ornamento. eod.

Ornamentorum nomine continentur margaritæ, & lapides pretiosi coniuncti auro, vel argento parato ad mulierem ornandam, etiamsi sint apti ad remouendum,vel sint soluti addito auro,vt postea recomponantur,d.l.argumento. §.margarita.

Ornamen-

23. vsque 34.
Pactum personale,vel reale,nu.34.35.
Pactum de non petendo,nu.36,37. 38.
Pactum factum ab vno quando praiudicet,vel prosit alys,nu.39. 40. 41.
Pactum quoad pignora debitorum, & creditorum, & quoad liberatorium pactum, nu.42 43.
Pactum legis commissoria,addictionis in diem,& retrouendendi,nu.44.45.46.
Pactum factum à filiofa.vel seruo,nu.47.
Pactum secundum contrarium primo,nu.48.
Pactum de iure,& futura successione,nu.49 50.51.

1 PACTVM dicitur à pace,& à genitiuo pacti addita o,dicitur pactio, gl.pactum. in l. 1.de pactis.

Pactum dicitur à percussione palmarum. ibid.

Pactum dicitur à pactione:id est à pacis actione : nam in pacto pacis , & concordiæ est actus,d l.1.& ibi gl. pactum.

Pactum differt à pollicitatione : cùm pollicitatio sit solius offerentis promissio: pactum verò duorum,vel plurium consensus,d.l.1.ibi gl. duorum.

Pactum est duorum, pluriúmve in idem placitũ,& consensus:id est placitus consensus:id est spontaneus:sed & non spontaneus potest dici pactum,d. l. 1.& ibi gl placitum.& l.3.de pollicit.

Pacta seruanda sunt , & nihil est tam congruum humanæ fidei , quàm ea , quæ inter eos placuerint , seruare , d. l. 1. de pactis, & l. non minorem , 20. C. de transact.

Pacta seruare naturalis æquitas nos mouet,quæ à naturali ingenio , vel industria hominum est inducta,gl. 2.in d.l. 1.de pactis.

Pacta inita non dolo,nec contra aliquam iuris partem , neque in fraudem legis, seruari debent,l.iuris gentium,§.prætor ait.eodem. & l.si quis in conscribendo.C.eod.

Pactum initum sine dolo eius,qui desiderat seruari , valet,& seruandum est, d. §. prætor ait.& ibi gl.dolo.

Pacta sine dolo , neque contra legem, neque in fraudem sunt seruanda dando ad id actionem,quando habilia sunt ad actionem,vt vestita, vel dando exceptionem,gl.prætor ait. ibid.

2 Pactum sine dolo factum à partibus in familiæ erciscundæ iudicio , & communi diuidundo debet iudex seruare , nisi specialiter inhibitum sit,l.3.& ibi gl. fin. communi diuid.

Pacta quædam inter præsentes,quædam inter absentes , quædam tacita,quædam expressa dicuntur,gl.1.in l.2. de pactis.

Pactum,vel conuentio fit re sine verbis,quando creditor dat cautionem debitori,& in aliis tacitis:item fit verbis expressis. ibid.

Pactum ne iudicati,vel ædium incensarum agatur,valet , l. iurisgentium.§.si paciscar.eod.

Pactum , per quod tollitur ius priuatum , valet : secùs si ius publicum tolleretur : quia tunc non valet , etiam si fuerit stipulatione , vel iuramento firmatum.ibid.

Pactum,ne ex re familiari:id est priuata operis noui nunciatio fiat, valet : secùs, si de re publica. ibid.

Pactum,ne depositi agat,valet:item etiam valet , si quis pactus sit,vt ex causa depositi omne periculum præstet. ibid.

Pactum de præstando periculum adueniens per omnem culpam valet,non, vt de casu fortuito agatur,gl.periculum.ibid.

Pactum,per quod quis generaliter suscipit omne periculum,valet.gl.pactionem. ibidem.

Pacto aliquid permittitur , quod repudiari non potest,gl.legatum.in l.& heredi §.filiafam.eod.

3 per Pactum non potest restaurari illud , quod non est,l.si vnus.§.pactus ne peteret.eod.

Pactum si feci , ne depositi agam , intelligitur ratione doli, vel culpæ præteritæ: res tamen deposita debet restitui , d. l. si vnus. §. illud nulla. & ibi gloss. agat.

Pactum , quòd rem meam , quam possides,alij tradas, facit , vt secuta traditione mihi vindicanti obstet exceptio.l.si cùm fundum. eod.

Pactum,quòd rem meam,quam possides,alij tradas,facit, vt mihi vindicanti obstet exceptio etiam non sequuta traditione,quando traditio non stat per eum, cuius gratia pactum fuit appositum.ibid.

Pactum potest fieri per verba de præsenti,& etiam de futuro:sed stipulatio debet fieri per verba de futuro,& non de præsenti,gl. 1.in l.tale pactum eod.

Pactum ad excipiendum interdum valet ad agendum,gl. 1.in l. in traditionibus. eodem.

Pactum,ne quis conueniatur vltra quam facere potest,valet, l. si quis crediderit. eodem.

Pactum factum cum eo,qui tantum tenetur , in quantum facere potest,vt teneatur in solidum , & in totum valet , si iure contractus hoc conueniebat ei,vt in actione pro socio,& similibus:secus si fauore personæ,gl. 1.ibid.

Pactum,ne quis seruum commodatum,vel locatum furem, vel fugitiuum faciat, valet,& intelligitur,ne ipse faciat,& vt curet,ne per alium fiat,l. non impossibile.eod.

Pacto potest fieri,quod per legem etiam fieri potest,gl. fi. ibid.

Pactum temporale ipso iure non transit ad heredes,l.epist.§.fi.eod.

Pactum de reddendis sumptibus litiganti:id est aduocato, vel procuratori valet, l.sumptus.eod.

Pacto nobis acquiri potest per eosdem , per quos nobis potest per stipulationem acquiri:fallit in casibus,in quibus stipulatio sufficit:sed nõ pactum,l.per quos, 60.& ibi gl.1.eod.

Pacto nobis acquiri potest per filium,seruum proprium, vel per seruum alienum bona fide possessum,& per liberum hominem bona fide possessum , & per seruum, in quo habemus vsumfructum, & per eum,in quo habeo vsum. gloss. fi. ibidem.

Pacto nobis potest acquiri per procuratorem,licèt stipulatione nobis non acquiratur,nisi in quibusdã casibus:pacto tamen nobis acquiritur exceptio doli.ibi.

Pactum fit de re certa,& gratuita: sed transact. [illegible] & non gratuita , l. 1.de transact.& gl.1.in l.transigere, ..C eod.

Pactum faciens data pecunia,vel alio,loco eius in actionibus famosis infamatur: secus si paciscatur gratis,l.furti.§.pactus.de his, qui notantur infam.

Pactum non obseruans, ad quod naturaliter,non ciuiliter est obligatus , tenetur læso actione de dolo , si aliud remedium deficit , l. & eleganter. §. seruus. de dolo.

Pacta,& conuentiones , quæ iure naturali , vel gentium valent , destruuntur per restitutionem in integrum , quæ minoribus inspecta æquitate naturali datur, gl. 1.in l.1.de minoribus.

Pactum quandoque ponitur pro paciscente, gl. actum erit, in l.certo generi. de seruitut.rustic.

Pactum continens id,quod ius commune,non est superfluum ; quia præstat tunc pactum,vt ex eo agi possit præscriptis verbis,l.si donaturus. & ibi add.mar.de condictione causa dat.

Pactum de non mouendo controuersiam non tollit condictionem indebiti,l.fi.§. 5
item quæsitum. de condictione indebiti.

per Pactum iure prætorio naturaliter quis obligatur.gl.fi.in l.3 de constit.pecun.

in Pacto potest deduci illud,ad quod de iure comuni absque pacto tenetur quis, l.1.de condictione indebiti.

Pactum appositum in fauorem alicuius non debet in eius læsionem retorqueri,l. quamuis,6.& ibi gl.1.de pignorat actione.

Pactum de vendendo pignore licet dirigatur in personam creditoris , non est ideò personale : sed vt demonstretur persona , cum qua fit: vnde & heres eius potest vendere , nisi in contrarium actum sit. l. si necessarias.§.pe. & ibi gl. de vendendo. eod.

Pactum de non agendo impedit litis contestationem:sed non impedit litis contestationem pactum de non petendo.gl.1.in add.marg.in l.si posteaquam.44. de peculio.

Pactum in præfatione dictum inutile conualescit, & efficitur vtile per sequẽtem stipulationem,gl.3.in l.cùm seruus,54.mandati,

Pactum interpositum secundum ius commune nihil operatur , si non sit appositum secundum ius commune,tunc iuri communi detrahere potest,gl.etenim. in add.marg.in l.qui mutuam,56.eod.

Pactum appositum in contractu causa dubitationis tollendæ , ius commune non lædit:secùs si sit appositum causa iuris stipulatoris limitandi , qui sine stipulatione ius dotis repetendæ non erat habiturus,d. l. qui mutuam. & ibi gl. etenim,& ibi add.marg.

Pactum manus iniectionis persequitur rem penes quemcumque possessorem,l.si quis,46.de contrah.emptione.

Pacto prohibitorio potest renunciari ab eo,cuius fauore fuit introductum,l.1.de 6
seruis exportand.

Pactum de manumittendo seruum quãdo apponitur gratia emptoris, vel vtriusque,non potest per venditorem reuocari,l.quæsitum. eod.

Pactum appositum,quòd seruus venditus emptore mortuo fiat liber,valet. l. fin. eodem.

contra Pactum , vel conuentionem venire non videtur ille, qui cum licentia legis facit,quod tantundem valet.gl.2.ad fi.in l.1.de actio.empti.

Pactum,ne quis de euictione teneatur , non prodest ei,qui sciuit causam , ex qua res euinceretur,& tacuit.l.tenetur.§.fi.eod.

Pactum auersionis,vel simile culpam leuissimam comprehendit, non casum fortuitum.gl.conductoris.in l.opus,39.locati.

Pactum de vendendo insulam porrigitur ad insulam posteà renouatam.l.final.de pignorib.

Pactum ambiguum debet interpretari contra proferentem;id est contra eum , in cuius vtilitatem id verbum ambiguum prolatum est, & nõ contra ipsum proferentem,gl.apertè,& ibi,add.marg.in l.insulam.qui potiores.

Pactum de superfluo soluendo creditori superuacuum est: quia tacitè inesse intelligitur.l.quæsitum.§.fi.de distractione pignor.

Pactum de non vendendo appositum ab eo,qui habet ius in re,impedit venditio 7
nem, si in eius fauorem est appositum : secus si sit appositum in fauorem ejus, qui nullum ius habet in re,† l.si creditor.§.fi.& ibi.gl.fi.& add.marg.eod.

Pactum dicitur,quod vtroque consentiente fit , gl. promissionem.in l.sciendum. 10.§.dictum.de ædilitio edicto.

Pactum aliud est,& aliud pollicitatio,aliud dictum,aliud stipulatio,gl.pollicitationem.ibid.

Pacta bona fide facta sunt seruanda , l. Herennius , 63. in add. marg. de euictio.

Pactum , quòd, qui tenetur in solidum , non conueniatur vltra quàm facere potest, valet,gl.fi.in l.alia causa,15.§.fi.& ibi gl.fi. soluto matrimonio.

Pactum in casum mortis factum valet per ingressum monasterij : secùs si deportetur,gl.mulieri.in l.si cùm dotem.23.eod.

Pacta,vel consensus priuatorum non faciunt,vt ille possit testari, qui de iure non potest:vel institui,qui de iure non potest,vel.vt non solenniter testetur is , qui solenniter facere debet,siue econtrà,vt ille non testetur,qui potest.gl.1,in l.3. de testam.

ex Pacto, & conuentione priuatorum contrahentium contractus formam accidentalem,sed non substantialem mutant,ac legem accipiunt. ibid.

Pactum,vt lex,seruari debet,gl.lex.in l.2.de aqua pluuia.

Pactum factum ab eo,qui legis condendæ facultatem habet, habetur pro lege. l. 8
Cæsar,15.& ibi. add.marg.de publicanis.

Pactum de non agendo factum sub conditione , si talis iurauerit , valet existente conditione,gl.discessurus.in l.1.§.quæ onerandæ.quarum rerum actio.

Pacti appellatione non venit contractus nominatus ex communi vsu loquendi. gl.figuris.in l.1. de actio.& oblig.

Pactum pro mortuo,vel contra mortuum valet,gloss.1,in l.2.quæ sententiæ sine appellatione.

Pactum,per quod remittitur conditio fideicommisso iniuncta,valet:quia vnicuique licet renunciare iuri suo.gl.1.in l.cùm proponas,16.C.de pactis.

Pactum bona fide interpositum , & si scriptura non existat : dum tamen aliis probatio-

 fraus

fraus inest dolo.d.l.iurigentium.§.sed si fraudandi.& ibi. gl. 1.

Pactum fraudulenter extortum, vel est iniquum, vel est superfluum: iniquum, quando extorquetur, quod extorqueri non debebat: superfluum quando extorquetur id, quod extorqueri non erat necesse. ibid.

Pactum si sit factum dolo malo ab initio, siue post pactum aliquid dolo malo factum est, obstat exceptio doli, vel actio, vel replicatio, d.l.iurisgentium. §. siue igitur.

Pactum potest fieri, ne etiam ratione doli futuri agatur. gl. depositi. in d.l.iurisgentium, §.si paciscar.

Pacta inita dolo tolluntur exceptione doli.l.cùm posteaquam, 9. C.de pactis.

Reliqua verbo, Dolus, 1.vsque 10.15.vsque 19.

14 PACTVM constante matrimonio factum, ne ob res amotas agatur, non valet: quia mulieres inuitantur ad furandum: sed post sic.l.conueniri. 5.& ibi.gl. 1.de pactis dotalibus.

Pactum constante matrimonio factum, ne ob res donatas agatur, non valet: quia impugnatur ius ciuile: sed dissoluto matrimonio factum, valet.ibid.

Pactum, ne ob impensas necessarias agatur, constante matrimonio factum non valet: quia ipso iure tales impensæ minuunt dotem, si in pecunia, & speciebus consistat dos: hodie tamen de modicis impensis non agitur. ibid.

Pacta ante nuptias, vel post nuptias interposita quædam ad voluntatem pertinét, veluti vt mulier de dote promissa se alat, & donec nupta sit, dos ab ea non petatur, aut vt certam summam viro præstet, & ab eo alatur, & alia similia. Quædam verò pertinent ad ius: veluti quando dos petitur, queadmodum reddatur, in quibus non semper voluntas contrahentium seruatur: hodie verò seruantur huiusmodi pacta, nisi sint contra ius. l.si pater.12. & ibi.gl. seruatur.de pactis dotal.

Pactum inter virum, & vxorem ante nuptias si fuit factum, vt quibus diebus dos data esset, eisdem diuortio facto redderetur, si vxor dedit dotē viro post quinquennium, quàm nuptiæ factæ sunt, non valet tale pactum: quia non potest pacisci, vt longiori die reddatur dos, quàm legibus est constitutum: sed vt breuiori tempore, quàm legib. est constitum reddatur dos, rectè potest fieri, & valet tunc tale pactum, l.Attilicinus. 17.eod.

Pactum post diuortium factum ob res donatas, vel amotas, vel ob impensas factas valet.l.ob res, 10.eod.

Pactum inter virum, & vxorem quòd extremi anni matrimonij fructus nondum percepti cederent lucro mulieris, valet: quia pactum donationis collatum fuit in eum casum, in quo valere potuit, † l.pe.& ibi.gl.fi.eod.

Pactum, quòd maritus conueniatur vltra quàm facere potest, etiam iuramento firmatum, tanquàm contra bonos mores non valet, cùm per illud tollatur ius reuerentiale, l.alia causa, 15.§.fi.& ibi.gl.fi. solut.

Pactum, quòd maritus conueniatur vltra quàm facere potest, non valet, etiam si fiat post solutum matrimonium, † d.gl.fi.

Pactum appositum per mulierem de lucrando aliquid, si contraheret matrimonium cum tali, non valet, l.si ita stipulatus fuero, 97.§.fi.in add.marg.de verborum oblig.

Pactum dotali instrumento appositum vt bona mulieris post eius mortem pertineant ad tertium extraneum, vel ad maritum, quæ dotis titulo marito non sunt obligata, non valet nec iure pacti, nec iure testamenti, † l.hereditas. 5. & ibi.gl. 1.C.de pactis conuent.

Pactis inter virum, & vxorem de lucrando appositis mulier, quæ nihil omnino de dote dedit, nihil de donatione propter nuptias lucrabitur: quæ verò partem dedit, partem donationis lucrabitur. §.illud quoque. in auth. de non eligendo secundò nubent. col. 1.

Pactum, quòd maritus non damnetur in quantum facere potest: sed in plus, cùm fauore personæ hoc concedatur ei, non valet. gl.fi. in l. pactum inter. de pactis.

Reliqua verbo, Condemnare, Beneficium, 2.3.4.

15 PACTVM factum de dote lucranda habet locum, etiam si dos sit promissa, & non soluta.l.si donaturus.§.fi.& ibi.gl.fi.de condictione causa data.

Pactum factum à marito de dando in solutum rem pro dote obligatam ipsi mulieri, valet: sed potest reuocari soluendo sortem, & vsuras, si mulieri rem pro dote obligatam non dedit: sed tantùm dare promisit: secùs si dedisset, gl. fi. in l.Titius. 34.de pignor.actione.

Pactum iter socios, quòd filiæ de communi dotentur, est validum: & si durante societate dos reddatur, reuertitur in commune cum sua causa; secùs si societate finita recuperaretur à filia.l.si socius, 82.pro socio.

Pactum inter socios, quòd filiæ de communi dotentur, valet, etiam si vnus tātum sociorum habeat filiam: quia hoc pactum æquum ab initio ex causa superuenienti non debet iudicari iniquum, d.l.si socius.& ibi. add.

Pacta de reddenda dote debent fieri inter eos, qui possunt repetere doté, & à quibus repeti potest.l. 1.& ibi.gl. 1.de pactis dotalib.

Pactum factum vt soluto matrimonio liberis existentibus dos remaneat penes virum intelligitur si morte mulieris dissoluatur matrimonium, non si morte viri.l. 2.eod.

Pactum de lucranda dote à marito soluto matrimonio valet, si diuortium interuenerit liberis existentibus, aliàs non, gl.fi.ibi.

Pacta dotalia, quæ in diuortij tempus collata sunt, non facto diuortio locum nō habent.l. 3.eod.

Pactum dotale interpositum in vnum casum, non habet locum in alio. d. l. 3. in add. marg.

Pactum, quòd maritus non lucretur fructus dotis: sed restituat, non valet, nisi propter illud sit consequutus maiorem dotem, vel mulier seipsam alat. l. 4. eodem.

Pactum, quòd mortua vxore dos apud virum remaneat, valet, & seruandum est, etiam si liberi non interueniant.l.si pater, 12. eod.

Pactum, quòd mortua vxore in matrimonio dos nomine liberorum remaneat apud virum, valet, & nepotes etiam continentur sub illo pacto. gloss. 1. ibidem.

Pactum, ne omnino dos promissa petatur, non valet, ne indotata sit mulier. d. l.si pater.

Pactum de die reddendæ dotis, valet, si eo pacto fiat melior conditio mulieris: secùs si fiat deterior, l.Attilicinius, 17.eod.

Pactum constante matrimonio inter virum, & vxorem, vt longiori die, quàm legibus est statutum, dos reddatur, non potest fieri: sed bene post diuortium, si iusta causa conuentionis fuerit, veluti paupertatis mariti, quo casu illud seruari debet.l.licet, 18. eod.

Pactum si sit factum, ne à muliere, néve à patre dos petatur, potest peti ab herede mulieris ex pacto de lucranda dote, vel ab herede patris promittentis dotem, neque talis heres habebit exceptionem pacti.l. ob res, 10.§.si conuenerit.eod.

Pactum ne constante matrimonio viuo patre dos petatur, mortuo patre statim peti potest; & maritus si non petierit, tenebitur huius culpę nomine, si dos exigi potuit, nisi solutum sit matrimonium, antequàm pater decederet.ibid.

Pactum si sit factum inter virum, & vxorem, vt certa pars dotis, vel tota ob vnū, vel plures liberos interuenientes retineatur, etiam eorum liberorum nomine, qui ante nati sunt ex illo matrimonio, quàm dos daretur, aut ampliaretur, l. si inter virum, 24.eod.

Pactum inter socerum, & generum si sit factum, vt filia in matrimonio sine liberis defuncta dos patri: id est socero restituatur, id actum intelligitur, vt liberis superstitibus filia defuncta dos retineatur.d.l.inter socerum, 26. §. cùm inter.eod.

Pactum ante nuptias factum vt ex fructibus fundi, qui in dotem datus est, maritus creditorem mulieris dimittat, valet, & eo modo diminuitur dos. l. quæri. 28.eod.

Pactum post nuptias factum vt ex fructibus fundi, qui in dotem datus est, maritus creditorem mulieris dimittat, non valet, quia maritus hoc casu de suo pacisceretur, vt dimittat creditorem, & erit mera donatio, quæ non valet inter virum, & vxorem.

Pactum, vel statutum de lucranda dote non habet locum, quando maritus occidit vxorem suam: quia non debet quis lucrari, vnde puniri debet.l. fi.ab hostibus, 11.§.fi.& ibi gl.pe.solut.matrim,

Pactum etiam incontinenti interpositum à patre de reddenda sibi dote non valet: sed bene stipulatio, gl. 1.in l.quoties.30.eod.

Pactum de reddenda dote non dicitur incontinenti fieri, quando constante matrimonio fit, gl. 2 ibi.

Pactum de lucranda dote toties habet locum, quoties mulier in matrimonio decedit, vel diuortium interuenit consensu, vel culpa communi, vel mulieris captiuitate, aut culpa, sed non habet locum, etiam si dos prælegata sit, quando culpa tantum viri diuortium fit, nec quando vir prædecedit.l. 1.& ibi.gl.interuenit.de dote prælegata.

Pactum in dotali instrumento factum cum filia quæ dotem accepit, ne quid aliud ex hereditate patris speraret, non valet, & ideò ad legitimam hereditatem patris admittitur.l.fi.de suis, & legiti.

Pactum de lucranda dimidia parte dotis vxore præcedente, vel viro præcedente de lucranda dimidia parte donationis ante, vel propter nuptias valet.gl. legitimè.in l.fi.C.de episcopis, cleri.

Pactum de dote non transit ad heredes, gl.non potest.in l.ex comunione, 11.C. de pactis.

Pactum appositum de lucranda, vel restituenda dote soluto matrimonio ob matrimonium, quod de iure non potest teneri, nihil operatur, & proinde est, ac si non esset interpositum, l.1.C. de condictione ob caus.

Pactum de tributis soluendis ex prædio dotali per mulierem euanescit soluto matrimonio prædio mulieri restituto, etiam si pactum in stipulationem deductum sit, l.1.C.si sine censu, vel reliq.

Pactum de lucranda dimidia parte dotis valebit, etiam si nullum fiat in donatione propter nuptias.† gl. 3. in auth. dos data. C.de donat. ante nuptias.

Pacta quædam super dote non valent, vt quæ ad ius respiciunt. gl. fi.in l. cùm à socero.7.C.de iure dotium.

Pactum, quòd maritus teneatur in solidum ad dotis restitutionem, non valet. gl. pacto.in l. 1.§.cùm autem.C.de rei vxoriæ actione.

Pactum de dote retinenda prætextu liberorum non obest ipsi mulieri dotem repetenti.l. 3.C de pactis conuentis.

Pacta de lucrando super dote, & donatione ante nuptias debent esse æqualia in quotitate, non in quantitate: pacta verò contra hoc facta sunt nulla, nulláque exactio ex his potest procedere, l. ex morte, 9.C.eod.

Pacta de lucrando super dote, vel donatione propter nuptias inæqualia non inualidantur; sed maius ad paritatem cum minore reducitur, l.pe. C. eod. & gl.ex pacto.in §.prospeximus.in auth.de non eligendo.

Pacta de non amittenda dote vel donatione propter nuptias si in aliqua causa repudij inciderit maritus, vel vxor, sunt inualida, l.consensu.C.de repudiis.

Pacta de dote lucranda, & donatione propter nuptias simpliciter apposita: veluti quisquis morietur, alter lucretur, valent; tamen lucrum perdit sicut & alia si ad secunda conuolét vota. gl. ex pacto, in princ.in §.prospeximus.in auth.de non eligendo secundo nubent.col. 1.

Pactum de lucranda dote in casu mortis non habet locum, si mors ciuilis aduenerit, † gl.lucrum.in §.distrahuntur.in auth.de nuptiis.col. 4.

Pacta de dote, vel donatione propter nuptias lucranda apposita in casu liberorum existentium valent, & tunc si sint filij, percipiuntur lucra, non aliàs: sed si sint apposita in casu non existentium, tunc non existentibus filiis percipiuntur lucra: non aliàs; ita tamen quòd in primo casu potest perdere, qui lucratur propter secunda vota: sed in secundo casu non, gl. ex pacto.in principio. in §. prospeximus.in auth.de non eligendo secundo nub.col. 1.

Pacta de lucranda dote, vel donatione propter nuptias si sint apposita in casu filiorum existentium, & non existentium: veluti si erunt filij ex hoc matrimonio superstites lucrentur totam dotem, vel donationem: si autem non extiterint filij: tunc tertiam, vel dimidiam lucretur: tunc extantibus filiis valet primum pactum; sed non secundum: sed si non extant, valet secundum, & non primum; sed quando extant, si conuolet ad secunda vota, perdit lucra ratione primi pacti: sed si moriantur omnes, potest reuiuiscere lucrum ratione secundi pacti: & sic tertiam, vel dimidiam lucrabitur: sed si vnus ex pluribus moriatur: putà ex quatuor, vnus tertiam quartæ lucratur: sed si

Pactum de reddenda dote ante tempus statutum, si fuit factum ante matrimonium contractum, vel post ex interuallo, etiam durante matrimonio, non valet, quoad producendam actionem; sed bene quoad exceptionem.† d.§.vt putà.& ibi.glo. diuortium.

Pactum de reddenda dote dicitur fieri ex interuallo, etiam durante matrimonio. d.gl. diuortium.

Pactum de restituenda dote factum in ipso fine matrimonij, non dicitur fieri incontinenti. ibi.

Pactum appositum in principio tutelæ non dicitur appositum ex interuallo. † reprob.gl. conueniat.ibi.

Pactum appositum incontinenti sine stipulatione non valet in mutuo, quod contrahitur in pecunia: secus in alio mutuo, ac in omni contractu bonæ fidei. gl. constitutæ. ibi.

Pactum appositum ex interuallo extra substantiam, vel naturam contractus non producit actionem, glo.extra naturam.ibidem.

Pacta apposita super substantialibus in contractibus, qui solo consensu perficiuntur, re integra producunt actionem, siue sint apposita incontinenti, siue ex interuallo, siue cum emptore, siue cum vno ex eius hæredibus.d.l.iuris gentium. §. adeò autem.

25 Pacta apposita ex interuallo super substantialibus in contractibus, qui solo consensu perficiuntur re integra, dicuntur inesse.ibi.

per Pactum appositum circa substantialia contractus emptionis ex interuallo renouatus videtur totus primus contractus: sed si cum vno ex heredibus emptoris fiat pactum, non renouatur totus contractus.gl. vnde illud.ibi.

Pactum factum à venditore incontinenti, vel ex interuallo, ne ipse teneretur de vitio rei venditæ; id est ne teneretur redhibitoria, valet. l. pacisci, & ibi. gl. 1. eodem.

Pactum appositum in traditione vestitur cohærentia traditionis, & ideo valet. glos. 1.in l. si intra. & l.in traditionibus. de pactis.

Pactum nudum de diuidendo non sufficit ad agendum, nisi vestiatur traditione, vel stipulatione, l. diuisionis. eod.

Pactum nudum diuisionis vestitur traditione. ibi.

Pactum appositum in traditione rei non vestitur: ita etiam vbi est tale pactum, per quod ego volo in aliqua re mihi quærere dominium, quod fieri non potest per pactum, nisi in pacto legis commissoriæ, & in aliis quibusdam, gl. 1.in l. in traditionibus. eod.

Pactum factum in traditione rei vestitur cohærentia traditionis, etiam quoad actionem, cùm sic vestitum rei interuentu.d.gl.1.ibi.

Pactum appositum ex interuallo in rei traditione, quæ tantum fiebat principaliter ad liberandum se à præcedente obligatione, non valet, neque potest operari obligationem: sed secùs est in contractibus innominatis: quia tunc pactum appositum in traditione valet; quia tunc traditio non fit principaliter ad se liberandum, cùm non teneatur, nisi naturaliter, ibi. & gl. 1. in l. si intra. eod.

Pactum appositum in traditione valet, & vestitur rei traditione, quando traditio fit ex mera liberalitate nulla cogente necessitate. ibi.

Pactum appositum in traditione non valet ad agendum, neque vestitur traditione rei, quando illa fit aliqua necessitate cogente, ad quam cogi poterat remedio iuris ciuilis: sed si traditio fit aliqua necessitate iuris naturalis non redacta in præceptis ciuilibus, tunc pactum appositum iuxta traditionem vestitur. ibi.

26 Pactum incontinenti appositum iuxta contractum vt pariat actionem, requiritur, vt sit tale, quod possit in contractum deduci; secùs si non possit in contractum deduci, veluti cùm mutuarem tibi decem, pactus sum, vt vndecim deberes: illud pactum licèt incontinenti appositum non parit actionem: quia in contractum deduci non potest: quia est contra naturam mutui, gl. condici. & ibi. add. marg. in l.rogasti. si certum petatur.

Pactum incontinenti appositum videtur inesse contractui stricti iuris, & sic stipulationi.l.lecta. & ibi. gl. tractum. eod.

Pactum nudum incontinenti appositum iuxta contractum bonæ fidei, vel stricti iuris, quandoque non valet.d. l.lecta.& ibi.gl. stipulationi.

Pactum de non petendo sub conditione appositum incontinenti, vel ex interuallo iuxta stipulationem puram præiudicat stipulanti, & debitori datur exceptio.gl.tractum.ibi.

Pactum de statim petendo iuxta stipulationem conditionalem appositum incontinenti producit actionem, & statim potest petere creditor. ibid.

Pactum de statim petendo appositum ex interuallo iuxta stipulationem conditionalem non producit actionem, & ideò statim ante conditionem non potest petere creditor. † ibi.

Pactum ad incertum si sit appositum incontinenti iuxta stipulationem factam ad certum non informat actionem ex primo contractu: id est ex prima stipulatione, & ita certi condictio, quæ competebat ex stipulatione, non competit ad incertum deductum in pacto: sed producit nouam actionem: id est actionem ex stipulatu. † ibi.

Pactum nudum ipso iure non perimit, nec nouat stipulationem præcedentem vsurarum iam commissam: sed stipulationem committendam propter moram inpedit committi ipso iure: quia impedit moram committi, & consequenter cursum vsurarum. † gl.ipso iure.in d.l.lecta. §. sed cùm fortis.

27 Pactum incontinenti appositum iuxta stipulationē factam super contractu mutui, & vsuris reddendis quando fit ad differendam solutionem, & sic fauore debitoris, reformat ipsam stipulationem, & sic contractum, & impedit ipso iure ante diem prorogatam committi moram, & consequenter vsurarum stipulationem ex mora, nisi nominatim actum sit, quòd pecunia sua die non soluta vsuræ vsque retro ex die stipulationis deberentur, d.l. lecta.

Pactum appositum contractui emptionis ex interuallo super accidentalibus, vel naturalibus, si detrahat aliquid emptioni, videtur inesse: sed si adjiciat aliquid, non habet vires, nec videtur inesse. l. pacta conuenta. 82. de contrahen. empt.

Pactum appositum ex interuallo emptioni detrahendo: scilicet quòd cautio duplæ non præstetur, habet vires, & videtur inesse emptioni: sed si sit appositum adiiciendo: scilicet cum fideiussore cautio duplæ emptori præstetur, non videtur inesse, & ideò tale pactum non prodest emptori ad agendum: sed bene ad excipiendum.ibid.

Pactum ex interuallo appositum venditioni super substantialibus: scilicet super pretio augendo, vel diminuendo habet vires, & producit actionem: quia creditur recessisse à priori venditione re adhuc integra, & videtur nouam emptionem intercessisse.ibid. 28

Pactum ex interuallo appositum venditioni super re vendita augenda, vel diminuenda valet, & producit actionem.gl.ex pretio.ibid.

Pactum in donatione positum, vt impleatur, ex stipulatione, vel præscriptis verbis potest agi.l.legem.C.de donatio.

Pacta quædam sunt super substantialibus contractus, vt in augendo, vel diminuendo pretio: quædam sunt super accidentalibus, siue extraneis, vt de dando codicem exemplaris loco, vel quid simile non attingens emptionem, gl. nouam.in l.pacta conuenta, 72.de contrahend.emptione.

Pacta super substantialibus contractus dicuntur esse eadem.ibid.

Pactum super substantialibus non est idem, quod super naturalibus: quia super naturalibus dicitur pactum, cùm sit super id, quod est naturale, veluti de euictione præstanda.ibid.

Pacta super substantialibus eiusdem effectus sunt, quæ sunt super naturalibus. ibidem.

Pacta quædam incontinenti apponuntur: id est cùm contrahentes ad alia negotia nondum diuerterint: quædam verò ex interuallo.ibid.

Pacta quædam apponuntur in contractibus nominatis; quædam in innominatis. ibidem.

Pacta super substantialibus incontinenti apposita nō tollunt priorem actionem: sed si sint apposita ex interuallo renouatur prior contractus, & producunt actionem.† ibid.

Pacta super substantialibus, vel accidentalibus ex interuallo apposita non pariunt actionem: sed tantùm exceptionem; sed si sint apposita incontinenti, tunc nouam præscriptis verbis actionem pariunt, & veterem informant, si quam reperiant informandam.† ibi.

Pactum nudum ex interuallo appositum non parit actionem; fallit in multis. d. gl.nouam.ad med.

ex pacto incontinenti apposito in quibusdam casibus non datur actio.ibi.

Pactum nudum conditionalis contractus cohærentia vestitur, agitúrq; præscriptis verbis, non ex vendito informata propter defectum conditionis. l. si in venditione.& ibi.add.mar.de periculo, & commod.

Pactum nudum incontinenti appositum non valet ad producendam actionem ad pœnam pacto promissam, nisi intersit, sic nec in vsura. l.seruus.& ibi. gl.1. de seruis export. 29

Pactum appositum iuxta traditionem rei non dicitur nudum; quia vestitur cohærentia traditionis, & producit actionem, l. si dominus.in fi. de præscriptis verbis l.legem.10.C.de pactis.

Pactum dubium appositum in venditione interpretatur contra emptorem, nisi quando pactum super accessorio est dubium: sed pactum super principale est clarum: quia tunc pactum super accessorio debet sequi pactum super principali.gl.aperto.in l.insulam.qui potiores in pignore.

Pactum quandoque vestitur iuramento, & oritur actio in factum.glos. siue post in l.vt iurisiurandi.§.curare.de operis libertorum.

Pactum appositum incontinenti non operatur ipso iure, l. eum, qui ita.56.§.qui ita stipulatur.de verborum obligat.

ex pactis incontinenti appositis oritur actio præscriptis verbis, gl. incontinenti. in l.si ita quis promiserit. 135.§.eod.

Pactum incontinenti appositum iuxta contractum stricti iuris, & sic iuxta stipulationem informat, & extendit actionem ex stipulatu, vt etiam competat ad deductum in pactum.ibi.in l.petens.27.C.de pactis.

Pactum de soluendo tertio ex interuallo appositum idem operatur, quod mandatum simplex.l.si cùm Cornelius, 82.& ibi.add.marg.de solutio.

Pactum vestitum parit actionem.gl.fi.in l.pacta, quæ contra.C.de pactis.

pacta incontinenti apposita informant actionem: id est noua forma datur veteri actioni, ad quam modò datur.ibid.

pacta incontinenti apposita informant actionem bonæ fidei ita, vt efficiatur stricti iuris per talia pacta.ibid.

pactum appositum, cùm dos pro alumna dabatur, non est nudum: sed vestitum rei interuentu, vel cohærentia contractus, in quo interuenit res, & tunc producit actionem, gl.pen.in l.legem.10.C.eod. 30

pactum appositum, cùm dos pro alumna dabatur, producit condictionem certi generalem: id est personalem actionem vtilem: id est efficacem, quæ nominatur præscriptis verbis, gl.fi.ibid.

pactum appositum iuxta contractum non vestitur eius cohærentia, quando inter eosdem non fuit: quia tendit ad vtilitatem tertij.d.gl.fi.ibid.

pactum appositum iuxta contractum non porrigit effectum, nisi ad eum, cuius interest.l.ex conuentione.11.C.eod.

pactum appositum iuxta contractum incontinenti duas actiones producit: primò exceptionem ex ipso contractu informatam, & extensam ad pactum. Secundò actionem præscriptis verbis, quæ ex ipso pacto inito nascitur. gl.3. in l.in bonæ fidei, 13.C.eod.

pactum appositum incontinenti iuxta contractum dicitur quando est appositum in ingressu, vel egressu contractus ita, quòd non diuerterint contrahentes ad alia, gl.4.ibi.

pactum ex interuallo appositum in contractu, si tendit ad actionem, cùm non possit prodesse ad actionem, neque proderit ad exceptionem. glos. pen. & fin.ibid.

pactum ex interuallo appositum in contractu si tendit ad exceptionem, parit exceptionem, videlicet si tendit, vt non detur fideiussor, quem primò dari pactum est d gl.fi.

pactum nudum appositum iuxta stipulationem ante, vel post si continet idem, quod ipsa stipulatio, tunc illud pactum non vestitur cohærentia stipulationis, l.si pacto, 14.C.eod.

ctum referuntur.l.& heredi.§.quòd si seruus.& ibi.gl.nihil.eod.

Pactum de non petendo à debitore cuilibet extraneo factum non parit debitori vtilem exeptionem doli.† gl.fi.l.idem in duobus.§.fi.eod.

Pactum de non petendo factum ad tempus cum reo vltra tempus non prodest reo,nec fideiussori.l.si vnus.§.si cum reo.& ibi.gl.fideiussori.eod.

Pactum de non petendo si sit factum à debitore, & posteà sit factum de petendo, secundum pactum de petendo non nocet fideiussori habenti exceptionem ex primo pacto.d.gloss.fideiussori.

Pactum de petendo non tollit ipso iure pactum liberatorium præcedens:scilicet de non petendo : sed bene tollit ope replicationis, si prima actio durat: sed si est extincta, non restituitur per pactum : sed in obligationibus,quæ consensu contrahuntur,noua actio nascitur.d.l.si vnus.§.pactus ne peteret.

Pactum de non petendo non tollit ipso iure actionem,d.§.pactus ne peteret.

Pactum de petendo non resuscitat naturalem obligationem sublatam per pactum de non petendo.gl.ipso iure.ibi.

Pactum de non petendo tria operatur:scilicet ipso iure naturalem tollit,& ciuilem elidit,obligat etiam paciscentem naturaliter ad non petendum.ibi.

Pactum primum de non petendo, si solùm habeat vnum effectum:scilicet quòd naturaliter obligaret, tunc pactum secundum de petendo ipso iure tolleret primum ; sed si haberet plures effectus, vt quia ipso iure tollit naturalem, & elidit ciuilem, & obligat paciscentem naturaliter ad non petendum,tunc pactum secundum licèt tollat ipso iure naturalem obligationem primi pacti de non petendo ; non tamen tollit ipso iure alios effectus ortos ex illo pacto. d. glo. ipso iure. vers.prætereà.

Pactum de maiori summa non petenda prodest in minori summa, quæ verè debetur:sed non econuerso.d.l.si vnus.§.si cùm mihi.

Pactum factum, ne peterem 20.à te,cùm tantum decem deberes, prodest tibi in illa decem,& habes exceptionem ex illo pacto,vel doli.ibi.

38 Pactum factum,ne peterem à te decem,cùm 20.mihi deberes,valet,& competit tibi exeptio,vt tantum reliqua decem exigere debeam.l.si vnus.§.si cùm mihi. de pactis.

Pactum de non petendo æquiparatur solutioni, & acceptilationi.d.l.si vnus.§.si stipulatus.de pactis.

Pactum de non petendo vnam ex rebus alternatiuè debitis, parit exceptionem etiam quoad alteram,nisi aliud expressè actum sit.ibi.

Pactum de non petendo hereditatem si feci, singulas res hereditatis non possum petere; & si petam, obstat mihi exceptio pacti.d.l.si vnus.§.item si pactus.

Pactum de non petendo fundum si feci,si petam vsumfructum fundi, obstat mihi exceptio pacti,nisi specialiter aliud actum sit. ibid.

Pactum de non petẽdo nauem, vel ædificium si feci;si dissolutis illis petiero singulas res nauis, vel ædificij, obstat mihi exceptio pacti,nisi aliud actum fuisset.ibi.

Pactum de non petendo ab eo,qui non potest petere,nullum est.l.contra iuris.§. si filius.eod.

Pactum de non petendo non præsupponit de necessitate donationem.ibi.

Pactum de non petẽdo licèt dolo malo,debitoris factum,producit exceptionem pacti;sed contra eam datur replicatio doli.l.tres fratres.eod.

Pactum de non petendo si feci debitori meo, si iurasset se in capitolium non ascendisse,vel non fecisse, & is iurauerit,exeptio iuramenti nihil obstabit,& solutum repeti potest.l.si quis.39.& ibi.gl.1.de iureiur.

Pactum de non petendo ipso iure tollit naturalem obligationem, & elidit ciuilem ; sed pactum de petendo non tollit primum de non petendo ipso iure, sed ope replicationis,gl.fi.in l.Arrianus.46.de actio.& oblig.

Pacti de non petendo exceptio est de iure prætorio:non verò de rigore iuris ciuilis : quia pactum de non petendo nihil prodest de iure ciuili.l. creditori. 5. C.de pactis.

Pactum si sit factum de non petendo, posteà sit factum pactum de non vtendo illo pacto antea facto reddit efficacem obligationem elisam à primo. l. pacta nouissima,12.C.eod.

Pactum de non petendo factum cum aliquibus heredibus tantùm, non prodest aliis coheredibus.l.si actionem,24.Cod.eodem.

Pactum secundum de petendo non elidit pactum de non petendo ipso iure.in princ.Inst.de replicatio.

Reliqua verbo,Debitor,31. Exceptio,22.& infrà num.39.

39 PACTVM habentis vtiles actiones præiudicat habenti directas.l.si cum emptore.de pactis.

Pactum eius,cui sunt credendæ actiones, nocet ei,qui habet eas.& cedere debet. l.si cum emptore.§.fi.eod.

Pactum factum cum venditore, vel donatore super re vendita, vel donata, ita demùm prodest emptori, vel donatario,si post donationem,vel venditionem factum est.gl.emptori.in l.si tibi.§.pactum.eod.

Pactum factum cum venditore, vel donatore super re vendita,vel donata,etiam ante donationem, vel venditioné,prodest emptori,vel donatori : quia succedunt in rem ipsam,super qua pactum fuit.ibi.

Pactum factum cum fideiussore de non petendo rem, super qua erat fideiussor, prodest reo principali;quia fuit pactum in rem ipsam.ibi

Pactum factum possessori hereditatis à creditore, vel debitore hereditario, neque prodest,neque nocet vero heredi.d.l.si tibi.§.cùm possessor.

Pactum factum à creditore hereditario bonæ fidei possessori hereditatis prodest vel nocet vero heredi : secùs si fieret pactum malæ fidei possessori : quia tunc pactum non valet.glo.putari.ibi.

Pactum principalis debitoris prodest eius fideiussori, nisi animo donandi fideiusserit, vel in rem suam, vel debitore contradicente, vel nisi hoc expressè actum sit,l.& heredi.§.fi.& ibi.gl.fi.eod.

Pactum debitoris non prodest fideiussori, quando actum est,vt à debitore non petatur : sed dumtaxat à fideiussore peteretur, quo casu fideiussor exceptione non vtetur.l.nisi.eod.

Pactum de non petendo factum fideiussori non prodest debitori principali. l. fideiussoris.eod.

Pacto personali si principalis debitor sit liberatus, eius fideiussor conueniri non potest si pacto consensit.l.nisi.& ibi.glo.1.eodem.

Pactum factum cum fideiussore non prodest debitori, nisi pactum obtineat locum solutionis, vt iureiurando, quod circa rem interponi videtur, item nisi actum sit, quòd prodesset debitori, vel fideiussor esset in rem suam, vel esset fideiussor pro suo procuratore, vel si aliter sua intersit,glo.1.in l.fideiussoris eod.

Pactum factum vni fideiussori non prodest confideiussoribus, d.l. fideiussoris. de pactis. 40

Pactum cum alio factum prodest alij ratione cuiuslibet interesse, etiam modici.d.l.fideiussoris.& ibi.gl.neque.

Pactum factum vni ex fideiussoribus non prodest principali,neque confideiussoribus:quia nullo modo interest alicuius fideiussoris à reo, vel à fideiussoribus non peti.ibi.

Pactum reo factum prodest fideiussoribus cùm per id ipsi reo principaliter prouideatur.gl.fi.ibi.

Pactum factum cum fideiussore in rem suam, videtur factum cum reo principali.l.sed si fideiussor.eod.

Pactum de non petendo factum vni ex duobus reis debendi prodest alij, quando sunt socij omnium bonorum, vel specialiter illius debiti:quia tunc interest paciscentis,ne ab altero petatur.l.idem in duobus.& ibi.gl.1.† de pactis.

Pactum fideiussoris quamuis non prosit reo : quandoque tamen doli exceptio prodest reo, vel confideiussoribus : videlicet quando actum est, ne à reo,vel confideiussoribus petatur.d.l.idem.§.fi.cum l.seq.

Pactum de non petendo, vel per nouationem factam per vnum ex pluribus, argentatiis,vel sociis credendi non præiudicatur aliis:secùs per solutionis receptionem, vel per litis contestationem.l.si vnus.eod.

Pactum factum à debitore,ne à fideiussore petatur, valet, & prodest fideiussori exceptio:quia potest etiam interesse debitoris : scilicet ne amicus remaneat grauatus.d.l.si vnus.§.si cum reo.& ibi gl.videmus.

Pactum factum cum vna persona super vna re non extenditur ad aliam personam,vel ad aliam rem,& sic alij non nocet,d.l.si vnus.§.ante omnia.

Pactum factum cum vna persona, neque nocet, neque prodest alteri,nisi in casibus,in quibus sententia inter alios lata inter alios tenet : & in casibus, in quibus alteri per alterum actio acquiritur,vel nisi principaliter intersit paciscentis, vel nisi vna persona reputetur,gl.noceat,ibid.

Pactum factum vni, qui solus successurus sperabatur, prodest aliis præter spem succedentibus,l.tale pactum.§.fi.eod.

Pactum principalis non præiudicat defensioni iam fideiussori quæsitæ, l. fin. de pactis. 41

Pactum factum cum possessore hereditatis:id est cum herede putatiuo,non præiudicat, neque proficit vero heredi,gl.fin.in l.3.§.fi.de transactio.

Pactis priuatorum non læditur ius cæterorum publicorum, vel priuatorum.d.l. 3.& ibi.gl.1.

Pactum factum heredi : id est ad vtilitatem heredis, à defuncto transit ad fideicommissarium vniuersalem.l.sicut.§.1.quib.modis pignus.

Pactum factum á defuncto semper præsumitur factum ad vtilitatem heredis, gl heredi.ibid.

Pactum procuratoris in rem suam nocet, & prodest domino:sicut pactum ipsius domini.d.l.sicut.§.si procurator.

Pactum factum vni ex reis debendi, ne à se peteretur, non præiudicat fideiussori posteà soluenti pro altero correo, qui remanebat obligatus, quominùs possit conuenire etiam eum, cum quo pactus est.l.Vranius.72.§.pen.& ibi.gl.pactũ. de fideiussor.

Pactum vnius ex duobus reis promittendi, si non sint socij, non prodest correo. l.qui hominem,34.§.fin.& ibid.glo.pepigerit.de solutio.

Pactum vnius ex duobus reis non nocet alteri, si non sint socij:secùs si sint socij, nisi ab alio sit lis contestata,& posteà alius paciscatur.gl.necne.in l.si duo rei. 93.eod.

Pactum alterius alteri nocere nõ debet.gl.fi.in l.3.C.de pactis.& l.1.C.de transactio.

Pactum sororis non præiudicat fratri.l.1.C.si in communi,eadémque causa.

Pactum coheredũ non præiudicat creditoribus : sed inter ipsos coheredes suum operatur effectum.l.licet pacto,23.C.familiæ ercisc.

Pactum matris non prodest filio in restituenda dote, neque ex tali pacto filio contra patrem quæritur actio.l.4.C.de pactis conuentis.

Pactum eorum, qui præsunt societatibus,vel collegiis,prodest, & nocet ipsi collegio:id est cæteris de collegio, vel societate.l.item magistri.de pactis.

Pactum priorum artium:putà mercatorum,pistorũ,&c. prodest,vel nocet mercatoribus, vel pistoribus, si expressè,& specialiter, vel generaliter cum libera est eis concessum, aliàs non gl.fi.ibid.

Pactum tutoris prodest pupillo : sed non nocet, si fiat animo donandi : secus si non fieret animo donandi,l.tutoris.& ibi.gl.1.eodem.

Pacta realia ad omnes porriguntur, ad quos porrigi pecuniariter interest paciscentis,nisi aliud actum sit.l.& heredi.§.fi.cum l.seq.eod.

Reliqua verbo,Fideiussor,32.

PACTVM factum cum creditoribus valet, si omnes creditores conuenerint in vnum, & communi consensu declarauerint quota parte debiti conuenti sint:si verò dissentiant, tunc sequetur maioris partis voluntatem pro modo debiti.l.& suum heredem.§.fi.de pactis. 42

Pactum factum à maiore parte creditorum cum herede futuro debitoris mortui de quota parte debiti remittenda, præiudicat aliis creditoribus, si in vnum conuenerint, & decretum prætoris intercesserit.d.§.fi.

Pactum factum à maiore parte creditorum cum herede debitoris post aditionem de quota parte debiti remittenda,non præiudicat aliis.ibid.

Pactum maioris partis paciscentium creditorum nocet absentibus, etiam priuilegiatis, dummodò non habeant hypothecam.l.rescriptum.eod.

Pactum factum inter debitorem, & eum, qui fundum pignoratum à creditore quasi debitoris negotium agens emit vt habita compensatione fructuum, solutóque debito fundus restitueretur debitori,valet.l.epistola.de pactis.

Pactum circa solutionem tributorum valet inter priuatos quoad eorum præiudicium:

Pactum factum à filiofa.ne à se petatur, valet, cùm possit à principio in iudicio conueniri,& ideò ex eius persona patri datur exceptio directa : sed si pactum fuerit factum à seruo,ne à se petatur, superuacuum est, cùm ipse etiam ante pactum conueniri non poterat,& ideò tale pactum est inutile domino ad excipiendum directo; vtilis tamen datur exceptio doli.gl.exceptio.ibid.

Pactum à filiafam. ne de dote ageret, factum in id tempus,quod sui iuris futura est,valet:factum tamen post nuptias contractas,& durantes non valet.gl.filia. in l.& heredi.§.filiamfam.

Pactum à filia,ne de dote ageret, factum in id tempus, quo sui iuris futura esset valet,quia dum est in potestate agere non potest.ibid.

Pactum factum à filiofa.de bonis aduentitiis,& aliis, quorum vsumfructum habet pater,non valet,neque nocet patri.gl.legatum.in d.§.filiafam.

Pactum factum à filiofa.de eo, quod sibi legatum est sub conditione,valet:secùs de eo, quod ipse stipulatus est, vel contraxit sub conditione : quia tunc pater habet actionem.d.§.filiafa.& ibi gl.legatum.

Pacta quędam facta à filiofam.statu eius mutato possunt valere;& ex illis potest teneri factus sui iuris;gl.inutile.in l.contra iuris.§.si filius.eod.

Pacta nulla à seruo non confirmantur post manumissionem: ex ante gesto enim non tenetur.ibid.

Reliqua verbo, Filius, 63.64. Pater, 11.12.13. Seruus, 41. vsque 44. Dominus, 45. 46. infrà nu. 34.35.

48 PACTVM secundum contrarium primo non tollit primum. l. si vnus. §.pactus ne peteret.de pactis.

Pactum primum si tale sit,quod tollat actionem, veluti iniuriarum : secundum pactum factum, quod agi possit, non valet: quia prima actio sublata est per primum pactum,& secundum pactum est inefficax ad actionem reparandam. ibidem.

Pactum tollere potest ipso iure primam obligationem ex empto,vel ex alio contractu bonæ fidei ; per secundum pactum contrarium : primo non resuscitatur prior obligatio: proficit tamen secundum pactum ad nouum contractum. ibidem.

Pactum si intercessit,non vt tolleret totum contractum:sed vt minueret, & tunc posterius pactum primo contrarium potest renouare primum contractum.d. §.pactus.vers.quod si.

Pactum si fecit mulier,quando dedit dotem,vel quando diuertit, vt præsente die dos sibi redderetur, deinde si fecit aliud pactum, vt ei tempore legibus dato dos redderetur,valet hoc secundum pactum,& reuocat primum, & dos reddi debet intra tempus legibus datum.ibid.

Pacta nouissima,maximè talia,per quæ redditur ad prima,sunt seruanda, l. emptor.& ibi.gl.posse.eod.

Pacta nouissima,prioribus contraria seruanda sunt.l.pacta nouissima.12. Cod.de pactis.

Pacta nouissima valent,quando sunt contraria,& ab habili persona, nisi primum habeat clausulam derogatoriam posteriorum.gl.1.& 2.ibid.

Pactum de non petendo si sit factum,& posteà de petendo,vltimum pactum valet. d. gl.2.

Pacta vltima derogant prioribus, quando vltima sunt valida : secus si sint inualida,vel nisi per primum sit actio ipso iure sublata, vel nisi ex primo sit res sequuta,d.gl.2.

Pactum vltimum contrarium valet,& si opponat exceptionem ex primo pacto, replicabit aduersarius ex vltimo pacto, & sic non tollitur ipso iure primum. gl.fi.ibid.

Pactum primum non tollitur ipso iure per secundum : sed per exceptionem. ibidem.

Pacta duo diuersa, & contraria quando sunt apposita, vno habente effectum, aliud non poterit suum sortiri vigorem,gl.moriantur.in §.quoniam infirmas. in auth.de nuptiis.collat.4.

49 PACTO renunciari potest iuri de futuro.l.& heredi.§.filiafa.de pactis.

Pactum,vt quis succedat certo homini,vel non succedat, vel certo modo succedat,non valet,nisi inter milites.gl.fi.in l.pactum inter heredem.eod.& gl.2.in l.3.C.de collatio.

Pactum,per quod libera testandi facultas aufertur,vel impeditur etiam per indirectum,non valet,l.si frater.53.§.idem respondit. pro socio. l.pactum, quod. 15.C.de pactis.

Pactum licèt super hereditate viuentis non valeat:si tamen filius sperans hereditatem patris illo viuente pactum sit cum creditoribus paternis, vt minus solueretur, valet, & prodest sibi post mortem patris quoad exceptionem. l. & suum heredem.§.idem probat.de pactis.

Pactum de futura successione valet,quando non sponte : sed ex necessitate imponitur propter præcedentem contractum validum. † l.si quis seruum. & ibi.gl. 2.de actio.empti.

Pactum de succedendo etiam cum iuramento non valet. l. stipulatio hoc modo concepta.63.in add.marg.de verborum obligat.

Pactum de futuro iure valet : sed renunciatio de futuro iure non valet, nisi fiat per pactum renunciatio.gl.marg.in l. 1.C.de pactis.

Pactum super bonis captiui,de quo dubitatur,viuat,vel non,est nullum:de bonis autem mortui valet.ibid.

Pactum de futuro iure ideò valet: quia duorum consensu vallatur : sed repudiatio,vel renunciatio non valet:quia vnius tantùm voluntate fit.ibi.

Pactum de futura successione viuentis non valet : sed de futura successione iam mortui valet.ibid.

Pactum de futura successione non valet tanquam contra bonos mores factum. gl.3.in l pacta,quæ contra,6.C.eod.

Pactum,per quod pater promittit in instrumento dotali, se filiam instituturum in æquali portione cum filio,non valet.l.pactum quis,15.C.eod.

Pactum de succedendo non valet,& nullam parit obligationem neque ciuilem, neque naturalem.ibid.

Pactum de inuicem succedendo factum inter priuatos non valet etiam in vim donationis causa mortis,l.licet.29.C.eod.

Pactum de inuicem succedendo factum inter duos fratres milites pergentes ad discrimen prælij valet,& habet vim vltimæ voluntatis.ibid.

Pactum de succedendo collatum post mortem non habet vim donationis causa mortis.ibid.

Pactum de inuicem succedendo non habet vim donationis causa mortis, nisi expresserit,& in huiusmodi pacto heredem sibi efficere vterque cupiebat.gloss. 4.ibid.

Pactum de inuicem succedendo non habet vim donationis causa mositis : quia 50
donatio continet emolumentum,& non onus : sed huiusmodi pactum habet onus propter vicissitudinem : quia in persona cuiuslibet paciscentium habet locum dictum pactum;item in donatione causa mortis requiruntur quinque testes;at huiusmodi pactum fit præsentibus duob.testibus.ibi.

Pactum de inuicem succedendo,quod valet inter milites, non est propriè testamentum in specie:sed est quædam vltima voluntas in genere.gl.fi.ibid.

Pactum initum inter aliquos de hereditate viuentis non valet, neque tenet, l.fi. C.de pactis.

Pacta super hereditate viuentis sunt odiosa, & plena tristissimi, & periculosi euentus.ibid.

Pacta super viuentis hereditate,quæ contra bonos mores inita sunt, repelli debent,nihilque obseruandum ex his pactionib.ibid.

Pactum,per quod de hereditate viuentis certo modo disponitur, non valet, nisi ille consenserit,& in eadem voluntate vsque ad mortem perseuerauerit : quia tunc tollitur acerbissima illa spes.ibid.

Pacta super viuentis hereditate inter eos,qui eam sperant sibi deferri per successionem,non valent propter insidias,quæ parantur eius vitæ,de cuius bonis paciscuntur,gl.euentus.ibid.

Pacta super viuentis hereditate, etiam stipulatione vallata, nulla sunt. d. gloss. 4.ibid.

Pacta super viuentis hereditate sunt nulla quoad commodum paciscentium : in præiudicium tamen eorum,vt ab eis, tanquam ab indignis auferatur hereditas,etiam si eis deferatur,valent.gl.obseruari.ibi.

Pacta de hereditate viuentis sub spe futuræ successionis non valent, quando sunt inita de hereditate certæ personæ viuentis:secùs verò incertæ.gl.pe.ibid.

Pactum de futura successione tunc initum esse censetur,quando id agitur, vt per pactum successio ad aliquem perueniat.ibid.

Pactum de futura successione etiam ante Iustinianum erat nullum, & reprobatum.ibid.

Pactum super viuentis hereditate ideò est nullum ; quia agitur de futura successione : scilicet disponenda, quæ ad illos per successionem erat deuoluenda, ibidem.

Pactum super viuentis hereditate initum inter eos, qui habent spem successio- 51
nis, est nullum : sed non inter vnum eorum,& alium tertium,si fuerit initum. d.gl.4.ibi.

Pactum de futura successione siue sit vt succedatur, siue vt non succedatur, non valet, etiam si iuretur : secus tamen est de iure canonico.l.si quando,35. §.illud.C.de inof.testam.

Pactum inter patrem, & filium, de non agendo querela inofficiosi contra testamentum patris,non valet,neque nocet filio, quò minùs post mortem patris agere possit.d.§.illud.

Pacto pater succedit filio,si contracta fiducia emancipet, sic econtrà per pactum perdere poterat successionem:hodie autem sicut pater non succedit pacto,ita neque pacto potest amittere.gl.3.ibi.

Pactum de succedendo regulariter non valet : fallit si tantùm quis ratione pacti accepit,quantùm sibi ex successione debetur.d.gl.3.in add.

Pactum,quòd filia dote contenta patri ab intestato non succedat, non valet : neque ex tali pacto prohibetur filia succedere patri ab intestato,dummodò dotem conferat,l.1.C.de collatio.

Pactum de futura successione iuramento non firmatur de iure ciuili. † gloss. 2. ibidem.

Pactum de succedendo licèt non valeat ; consuetudine tamen potest firmari. d. gl.2.in add.marg.

Pactum cum vxore factum,vt filij ex ea nati non succedant,non valet. † ibi.

Pactum,vt pater filio non succedat,valet,quando pater deliquit accipiendo pretium pro emancipatione filij.† d.glo.2.

Pactum de succedendo, vel de certo modo succedendo est contra bonos mores. gl.1.in l.4.C.de inutilib.stipulatio.

Pactum de futura successione,& hereditate incerti hominis,etiam viuentis, valet,& etiam valet de hereditate certi hominis,si quidem liberti;& hoc ratione iuris patronatus;sed de hereditate certi hominis,si quidem ingenui, non valet,si tale pactum factum est cum eo,de cuius successione agitur ad impediendam liberam testamenti factionem:sed factum ad iudicium futuri successoris valet,transfertúrque ad vnum heredem,glos. 1.in add.marg. in c. 20.de feudo dato in vicem legis commissor.

Pactum de futura successione feudi non valet,neque tenet.† reprob. gl.morib.in add.marg.in c.1.§.morib.si de feud.defunct.contentio.

Pactum de futura successione negatiuè conceptum valet:sed non affirmatiuè, & tunc nec iuramento confirmatur.ibid.

Pactum de non succedendo,in feudo fratri,& eius heredibus personale est, personarúmque respectu interpositum: id est heredum liberorum masculorum, non extraneorum heredum,vnde fit vt desinentibus personis, quarum gratia interpositum est pactum,ipsius renunciantis ius reualescat, d. c. 1.§. fi.& ibid. add.marg.

Pactum factum in vita defuncti de non repetenda Falcidia non valet. l. quod de bonis,15.§.1.ad legem Falcid.

Reliqua verbo, Filia, 6. Stipulatio, 17.

PACTVS turpiter : id est depectus.l.3.§.si igitur.& ibi glo.depectus. de calumniatoribus.

Vide verb. Depectus.

PAGANVS dicitur ille,qui sacramento militiæ addictus non est,atque omnino priuatus:& est vox verbo militis opposita,vt sagatus, cinctúsque togato. l. 1.in add.marg.de seruis fugitiuis.

Reliqua verbo, Legans.

PARABOLANI dicuntur medici: quia multas parabolas habent, qui & circuitores dicuntur, gl. parabolani. in l. placet. C. de episcop. & cleric.

Parabolani dicuntur similes arenariis, id est his, qui in arena patiuntur se condemnari, glo. prohibet. in l. 1. §. bestias. de postulan.

Reliqua verbo, Medicus.

PAROECHVS idem est, quod pensionator, à pariare, quod est soluere: vel dicitur à Pari: quia domino per omnia ferè par est, gl. parœchus. in §. Lex itaque. in authen. de non alienand. col. 2.

PARAGRAPHVS continuari debet ad alium de bene esse: sed non de necessitate, glos. etenim. & ibi. add. marg. in §. etenim in authent. de heredibus, & Falcidia col. 1.

PARAPHERNA græcè Ialli appellant peculium, l. si ego, 10. §. dotis. de iure dotium. glos. 1. in l. hac lege, 8. C. de pactis conuent.

Parapherna dicitur illud, quod fœminis sponsis præter dotem datur, cùm in mariti domum deducuntur, à para: id est præter, & pherim: id est dos, d. §. dotis. in add. marg. & glo. in rub. C. de pactis conuen.

Parapherna dicuntur illa bona, quæ præter dotem vxor secum duxit, gl. in rub. & l. hac lege, 8. C. de pactis. conuent.

Paraphernalia bona data maritò ita, vt statim efficiantur mariti, efficiuntur eius, & cùm distractum fuerit matrimonium, vendicari, vel actione dotis peti non possunt: sed debent cõdici, & hæc condictio non erit priuilegiata, l. si ego, 10. §. dotis. & ibi gl. sed condici. de iure dotium.

Paraphernalium rerum accessiones extrinsecas vir partim lucratur: non autem intrinsecas, glo. 3. in l. fi. C. de pactis conuentis.

Paraphernalium rerum fructus naturales sunt vxoris: secùs verò in vsuris: quia in exigendo, & agendo ex cautionibus paraphernalibus labor est, quod non est in fructibus, ibidem.

Parapharnalium cautionum actiones apud mulierem remanent: maritus tamen potest mouere actiones paraphernales, quarum instrumenta sibi tradita sunt, & exigere debita, dict. l. fin.

Reliqua verbo, Maritus, 21. Mulier, 71. Antipherna.

Parata vxoris causa dicuntur illa, quæ ad eius vsum proprium sunt destinata: secùs si ad vsum commmunem eius, & alterius. l. hoc legatum, 45. de legat. 3.

inter Paratum, & emptum vxoris causa interest: quia in empto continetur paratum, sed in parato non continetur emptum: veluti si quis, quæ prioris vxoris causa emit, secundæ vxori tradidit, dicitur is parasse illa secundæ vxoris causa, non tamen eius causa emisse, l si quid earum. 44. §. 1. eodem.

Parata vxoris causa dicuntur etiam illa, quæ promiscui vsus sunt: dum tamen vir tradẽs illa vxori sit solitus ab ea, quasi ad vsum mutuari, l. item legato, 47. eod.

Paratum vxoris causa in his, quibus quis promiscuè vtitur, dicitur illud, quod ad eius vsum annuum est necessarium, l. cùm quæreretur, 58. §. 1. eodem.

Parata vxoris causa si quis legauerit ei, non censentur legari res æstimatæ, quarum pretium erat in dotem, nisi in eius vsum datæ essent, l. quæsitum. 76. §. pe. eod.

Paratorum vxoris causa appellatione non continentur ea, quæ in dotem data sunt, nisi maritus eas res, posteaquàm ipsius factæ essent, conuertisset in vxoris vsum. ibid.

Paratum alicuius causa non videtur, quod causa commodandi habetur, l. cum testamento, 30. de auro, & argento.

Reliqua verbo, Penus, Legatum, 129. Legans, 12.

PARCERE aliquem alij non est credendum, qui sibi non pepercit, glo. ausus. in l. cum autem, 23. §. malus. de ædilitio edicto.

Reliqua verbo, Ignoscendum.

1 PARENS præteritus à filio emancipato milite non habet contra tabulas. l. 1. §. si parens. si quis à parente manumissus fuerit.

Parens præteritus si accepit pecuniam, vt emanciparet filium, vel posteà viuus filius in eum, quantum satis est, contulit, ne iudicia eius inquietaret, exceptione doli repellitur. ibid.

Parentis nomen generale est ad omnes ascendentes pertinens, gl. pro auo. in d. l. 1. §. 2.

Parens præteritus à filio, nepote, vel pronepote, ac deinceps per lineam masculinam, emancipato habet contra tabul. talis filij, vel nepotis. d. §. 1.

Parentum appellatione continentur omnes ascendentes vsque in infinitum, l. 1. de legatis præstand. gloss. 2. in l. patronus. 17. de re iud. l. appellatione parentis, 51. de verborum significat. glo. parens. in §. sed ea omnia. Inst. de hereditat. quæ ab intest.

Parentes vsque ad tritauum apud Romanos proprio vocabulo nominantur: vlteriores verò, qui non habent speciale nomen maiores appellantur, l. fi. §. parentes. de gradibus.

Parentum nomen quandoque accipitur strictè pro his tantum, qui sunt superiores ex linea masculina. glo. commodum. & ibi add. in §. cùm autem. Inst. de adoptio.

Parentum nomen sumitur largè pro ascendentibus, & descendentibus, gl. 1. in l. 5. C. de testibus.

Parentum nomen extenditur in infinitum, siue sint liberi in potestate, siue non, cùm parens dicatur etiam mater, vel auus maternus. ibidem.

Parentis nomen conprehendit superiores vtriusque sexus vsque in infinitum ex interpretatione: sed non ex significatione vocabuli, gloss. 1. in l. appellatione parentis, 51. de verborum significat.

Parens non vocatur in ius sine venia. ibid.

Parentibus siue naturalibus, siue legitimis vna seruanda est reuerentia à filiis, l. parentes. de in ius vocando.

Parentes, & liberi in infinitum dicuntur ex benigna interpretatione legis: propriè tamen vsque ad tritauum dicuntur parentes, gl. parentes. in l. quique. eod.

Parentum appellatione etiam naturales parentes continentur, gl. naturales. in l. parentes. eod.

Parentes, & liberi vtriusque sexus, & cęteri agnati, vel cognati secundum pietatis rationem, & animi sui patientiam, prout quisque voluerit, lugendi sunt: qui verò non eluxerit, non est infamis: quia talis luctus voluntatis, & non necessitatis est, l. parentes. de his qui notantur.

Parentibus non est consentiendum iniuriam aduersus liberos suos testamento inducentibus: vnde si non iustè exheredentur, vel prętereantur, competit eis inofficiosi querela, l. 3. & 4. de inofficios. testam.

Parentes nouercalibus delinimentis, instigationibúsue corrupti plerumque non iustè exheredant, vel prætereunt filios: & ideò tunc rectè datur eis querela inofficiosi. ibid. 2

Parentibus non debetur filiorum hereditas inspecto voto parentum, & naturali erga filios charitate: inspecta tamen pietate turbato ordine mortalitatis non minus parentibus, quàm liberis hereditas debet relinqui, l. nam & si parentibus. eodem.

Parentum votum est, vt liberi eis succedant, & non ipsi liberis, & vt eis acquirant: & istud dicitur ordo naturæ, qui ordo dicitur turbari, quando filius priùs moritur, gl oss. 1. & 2. ibidem.

Parentum & patronorum honori debetur, ne filius, vel libertus possit conuenire patrem, vel patronum, etiàm si per procuratorem se defendat, l. 2. de obsequiis.

Parentes succedunt filiis miserationis, ac pietatis ratione, & in solatium filij amissi: sed filij parentibus ex voto communi naturæ simul, & parentum, l. scripro. §. fin. & ibi glo. fin. vnde liberi.

Parentibus vel patronis non potest obiici exceptio doli, vel alia, quæ parentis, vel patroni opinionem apud bonos viros suggillet: sed obiicitur eis exceptio in factum loco eius, l. apud Celsum. §. aduersus. de doli mali exceptione.

Parentibus vel patronis petentibus pecuniam nõ numeratam à filio, vel liberto, rectè potest obiici exceptio non numeratæ pecuniæ. ibid.

Parentibus vel patronis agentibus ex suo contractu, siue alieno, exceptio doli nunquàm debet à filio, vel liberto obiici eis, nec eorum heredibus, d. §. aduersus. & ibi glos. conueniatur.

Parentibus vel patronis tam viuis, quàm mortuis: scilicet eorum heredibus semper est exhibendus honor, & reuerentia. ibidem.

Parentes, vel patroni licèt non infamentur per exceptionem doli: eorum tamen existimatio diminutionem capit apud bonos, & sapientes. d. §. aduersus. & ibi add.

Parentes possunt facere deteriorem conditionem liberorum existentium in potestate in rebus peculiaribus aduentitiis, vel profectitiis, d. l. apud Celsum. §. fi.

Parentes possunt contrahere sponsalia pro filiis, & illa sponsalia obligant ipsos parentes, dummodo non sint pœnalia: si verò sint pœnalia non obligant parentes, nec suos principales. l. Titia, 134. de verb. oblig.

Parentes liberorum procreandorum voto, & animo vxores ducunt, l. liberorum, 220. §. 3. de verb. sign. 3

Parentes habent legitimam in bonis filiorum, ne quid suæ opinioni contrarium existat, l. fi. C. qui, & aduersus quos.

Parentes exheredati à filio præsumuntur grati, nisi probentur ingrati, l. liberi, 28. C. de inofficioso testa.

Parentes magis præsumuntur quòd sint grati, quàm filij. ibid.

Parentes exheredati à filio propter ingratitudinem, quæ probata non habent querelam contra testamentum filij, secus si non probetur. ibidem.

Parentes non possunt filios alienare quoquo titulo, etiam pignoris, l. 1. C. de patribus, qui filios.

Parenti ad secundas nuptias non venienti permittitur libera facultas alienandi dotem, vel donationem propter nuptias: quod hodie correctum est, gl. 1. in auth. nunc. C. de secundis nuptiis.

Parenti tacita ex stipulatu pro dote actio datur: & si stipuletur dotem, fingitur, tacitam stipulationem natam non fuisse, licèt sit nata, † glos. l. citam. in l. 1. §. cautioni. C. de rei vxoriæ actione.

Parentes ex parte matris præferuntur in bonis quæsitis ex linea materna: & parentes ex parte patris præferuntur in bonis quæsitis ex latere patris, gl. fin autem. in add. in l. 3. C. de bonis quę liberis.

Parentes debent suos liberos absentes emancipare per rescriptum principis iudici apud acta intimatum, accedente anteà, vel posteà illorum voluntate, nisi fuerint infantes, quorum consensus non requiritur, l. pen. C. de emancipat.

Parentes ad secundas nuptias conuolantes liberis ex priori matrimonio existentibus non possunt dotem, & donationem propter nuptias diminuere. §. de augmentis. in auth. de nuptiis. col. 4.

Parentes debent inter filios æqualitatem seruare, licèt possint inæqualitatem seruare, si volent, dummodò filiis in legitima portione prouideant. §. fin. in dict. authent. de nuptiis. collat. 4. 4

Parentes possunt exheredare filios ex vna ex quatuordecim causis ingratitudinis, eam exprimendo in testamento. §. aliud quoque. in authent. vt cùm de appell. cogn. col. 8.

Parenti non licet liberos præterire, vel exheredare, etiam si legitimam portionem reliquerit eis, nisi iure institutionis reliquerit eis illam. ibidem.

Parentes in successione ab intestato descendentium præferuntur omnibus ex latere cognatis, libertis ipsorum descendentium non extantibus, exceptis fratribus ex vtroque parente coniunctis, qui cum patre, & matre admittuntur. §. si igitur. in auth. de heredibus ab intestato.

Parentes & extranei possunt relinquere res proprias filiis in potestate, & cui volunt administrationem illarum concedere: non tamen possunt dicere quòd illæ res sint castrensis peculij, nisi fuerint veræ, authen. vt liceat matri, & auiæ in principio. & ibi gl. r. col. 8.

Parentibus legitimis tutoribus impuberum defunctis liberi masculi sunt fiduciarij tutores, non sic filij patroni, qui durant legitimi. §. 1 Inst. de fiduciaria tutela.

Parentibus & patronis, ac liberis eorum debetur honor, & ideò sine venia non sunt in ius vocandi: aliàs vocantes in ius eos, puniuntur in quinquaginta aureis. §. fin. Inst. de pœna temere litig.

PAREPHIPPIVS dicitur, qui præter equestris disciplinæ modum, ac rationem equos agit, l. 4. in add. marg. C. de curs. publ. [illegible]

PARERE quòd non possit minor [illegible] annorum, præ[illegible] a iure: & si contrà fiat, est miraculum, gl. 2. in l. [illegible] sterilis, 22. de act. empti.

spectatur bonitas,ac proinde qualitas:sed in posteriori inspicitur quantitas,& non qualitas.ibid.

de Parte testamenti paterni ad totum testamentum pupillare non procedit argumentum, gloss. quemadmodum.& ibi addit. marg. in l. qui scit, 25. de vsuris.

2 Partis appellatione licèt veniat simpliciter dimidia: tamen non quando adiicitur verbum,aliqua: quia tunc secundum subiectam materiam venit legitima, vel alia portiuncula,l.Gallus.§.in omnib. de lib.& posth.

Partis appellatione continetur totum,l. coheredi, 41. §. fi.& ibi gl.fi.de vulgari. l.si quis cùm totum. de exceptione rei iud. gl. de suis.in c.1. per quos fiat inuestitu.

Pars hereditatis propriè non dicitur vna res, l. quamuis,14. si quis omissa causa testam.

Pars domus non dicuntur res singulæ domus, gl.1. ibid.

Pars domus dicitur area.ibid.

Pars corporis integralis dicitur quælibet res vniuersitatis corporum,quãdo plures res collectæ faciunt vnum totum integrale, vt vniuersitatem corporum: sed quando sunt plures res, quibus colligitur vniuersitas iuris, vt hereditas, tunc nulla res potest propriè dici vniuersitas iuris illius: quia res est facti, d. gl.1.& ibi add.

Pars fundi dicitur fundus,si de mente testatoris id appareat, l. plane,34. §. fin.de legat.1.

Partis nomen simpliciter prolatum in dispositione testatoris intelligitur de dimidia,d.§.fi.& ibi gl.pro parte.gl.fi.in l. Titius,85.eod.

Partem facit ille,qui non admittitur ad partem iure actionis,si habeat ius retentionis etiam iure suo proprio,licèt non iure legati, l.huiusmodi,86.§.si Titio. eodem.

Parte fundi legata intelligitur legata dimidia,nisi aliud liqueat, veluti vicesima. gl.si pars.in l. Mæuius,68.§.duobus.de leg. 2.

Pars quandoque ponitur pro toto, gl. & legatariis. in l.pater filium,36.§.filiam. de legat.3.

3 Partis appellatione dimidia continetur, gloss.partiarius.in l. vbi purè,19.§.1.ad Trebel.gl.2.in cap. 1.de contentione inter me, & dominum.

per Partes ab initio relinquere, vel relictum simpliciter per partes modificare, paria sunt,l.Lucius Titius,78.§.quæ habebat.ad Trebel.

Partis verbo significatur dimidia:sed si addatur dictio,aliqua,tunc venit pars infra dimidiam,gl.1.& ibi add.marg.in l.plures,27. de damno infecto.

Pars statuæ si per ferruminationem sit adiuncta parti statuæ meæ, statua tota dicitur esse eius,qui habet maiorem, & pretiosiorem partem in ea:sed si neuter habeat maiorem,vel pretiosiorem,& sic amborum partes sunt æquales,quilibet manet dominus suæ partis,l.quid, 27.§. fi.de acquiren.rerum dominio.

Partes singulæ fundi principaliter, & per se non possunt possideri: sed bene cum vniuersitate fundi,gl.non singulæ.in l.2. §.cùm Stichum. pro emptore.

Partem facit in contractibus ille,qui non admittitur ad partem: secùs tamen est in vltimis voluntatibus,l.si mihi,& Titio,110.de verb.oblig.

Pars etiam continetur in toto.l.in toto & pars.114.de regul.iuris.

Partium consensu,& pacto confirmari potest id,quod aliàs non tenuit,gl. fi. in l. 2.C.communia vtriusque.

Partes possunt adire iudicem,vt confirmet contractum ab eis factum, licèt eorũ consensus sufficiat:& ad hoc faciendum iudex tenetur,l.si quos,59. & ibi gl. 1. C.de decurion.lib.10.

Partem retinens dicitur retinere totum,gl.fi.in l.cùm scimus.§.fi.C.de agricolis, & censit.lib.11.

pro Parte licitum est, quod in totum non licet, gloss. 2. in c. 1. de alienatione feudi.

in Parte quoad partem non est idem iuris,quod est in toto,quoad totum,quando est diuersa ratio in parte:secus est, quando est eadem ratio,gl.intestatus.& ibi add.in §.hereditas.Inst.de heredibus instit.

in Parte idem iuris est,quod est in toto.§.si rem suam.Instit.de leg.

Partis appellatione,quando non venit dimidia,in principio Inst,de leg.

de Parte quoad partem non est idem iuris, quod de toto quoad totum in indiuiduis: secus in diuiduis, gl. fi.& ibi add.in l. per fundum, 11. de seruit. rusticorum.

Reliqua verbo,Intestatus,Legatarius,7.13.22.Minor,7.Parum,Socius,16.17. Totus,Vendere, Consensus,Legatum,9.

PARSIMONIA dicitur quasi parcè viuendo quæsitum,gl.parsimonia.in l.2. C. de Episcopis.

PARTICIPIVM præteriti temporis iunctum cum verbo est, secundum propriam significationem requirit factum, & factum durare, licèt ex interpretatione quandoque aliter sumatur, l. is, qui puteum. §. quod ait. quod vi, aut clam.

Participium præteriti temporis verificatur ex tempore præsenti,vel incontinenti elapso, l. si quis ex naufragio. §. fin. & ibi add. marg. de incendio, ruina, naufr.

Partus in genere,num.1.vsque 5.

Partus ancillarum,num.5.vsque 9.

1 PARTVS legitimus dicitur à sexto mense, & vno die vsque ad decimum finitũ, gl.1.in l.septimo. de statu hominum.

Partus monstrosi:id est contra naturam,seu formam hominum non dicuntur legitimi quantum ad successionem,l.non sunt.& ibi gl.1.eod.

Partus,qui membrorum humanorum officia ampliauit, inter liberos connumeratur, vt quia sex digitos habuit in manu;vel etiam minuit; vt quia quatuor, d.l.non sunt.& ibi gl. 2.

Partus sicut in rationali animali sequitur ventrem:ita fœtus in irrationali, gloss. sed meum, in l. idem Pomponius. §. idem scribit si æquam. de rei vindicatione.

Partus rei pignoratæ cadunt in obligationem pignorum, si à debitore, vel eius herede percipiantur:quandoque tamen cadunt in pignus,l.Paulus,29. §. 1. & ibi gl. 2.de pignoribus.

Partus rei pignoratæ non veniunt in obligationem, quando res pignoratæ conceperunt,& pepererunt apud extraneum,& non apud debitorẽ;sed si conceperunt apud debitorem, & pepererint apud extraneum, tunc illi partus pignori sunt obligati,d.§.1.& ibi gl.pepererint.

Partus non est pars rei venditæ,gl.fi.in l.si prægnans.42.de euictio.

Partus mulieris portio viscerum eius esse dicitur:scilicet quoad hoc vt pro eo nõ agatur interdicto de liberis exhibendis: sed tunc demùm cùm fuit editus, gl. fi.ibid.

Partus editus post litis contestationem restituitur agenti rei vendicatione, vel personali:sed editus ante litis contestationem non restituitur, nisi specialiter pro eo etiam partu agatur,l.partum,10.& ibi gl. 1.& fi.de vsuris.

Partus falsi accusatio in tempus pubertatis non differtur,gl.qui falsum.in l. 1. de liberis agnos.

Partum falsum subiiciens tenetur crimine falsi,& perpetuò; & soli parentes, vel hi,quorum interest,accusant,licèt falsi querela.20.annis duret. ibid.

Partum præfocans necare videtur,& tenetur lege Cornelia de sicariis,l.necare.& ibi gl. 1.eod.

Partus,antequàm edatur,mulieris portio est, & eius viscerum,vt non competat mulieris interdictum de liberis exhibendis:sed quoad hoc vt sit furtiuus,nõ, l.1.§.ex hoc.& ibi gl portio. de ventre inspici.

Partus quòd non subiiciantur, nec falsæ agnationi hereditas deferatur, publicè interest,d.l.1.§.quamuis.& ibi gl.gerens. de ventre inspiciendo.

Partui plus fauetur, quàm nato,gl.2.si ventris nomine mulier in possess. gl. fi. in add.in l.1.§.fi. de Carboniano.

Partus natus post decem menses,& duos dies non dicitur legitimus, † gl. in decem mensibus.& ibi add.marg.in l.Gallus, 29.de liberis, & posth.

Partus abortiuus non nocet aditioni,& pro non nato habetur quoad hoc, vt modò heres possit adire,si velit post abortum,non ante,gl.nihil.in l.cùm quidam, 30.§.quod dicitur.de acquirend.hered.

post Partum primum quandoque in quadragesimo die denuò potest mulier parere:ergo & tanto serius potest concipere,gl.post certum.in d.l.cùm quidam. §.suum.

Partus fingitur editus in loco,vbi mater fingitur esse,licèt verè ibi non sit. l. huiusmodi,86.§.legatum.de legat.1.

Partus dicitur ferè portentosus,quando plures, quàm tres nascuntur, veluti Serapiæ Alexandrinæ,quæ peperit quinque liberos vno fœtu, l. vtrùm. de rebus dubiis. & l.si pater,36.de solutio. 3

Partus nondum editus pro nato habetur quoad eius commodum: sed non quoad commodum heredis, vel legatariorum,gl.fi.in l.in lege Falcidia, 9.ad legem Falcid.

Partus quandoque dicitur fructus:secundum quid tamen non dicitur fructus, vt ad fructuarium pertineat;sed bene vt pertineat ad bonæ fidei possessorem, gl. & quartæ.in l.Paulus,14.ad leg. Falcid.

Partus causa fauorabilior est,quàm pueri nati:quia partui fauetur in hoc,vt in lucem producatur:puero verò vt in familiam inducatur,l. 1. §. & generaliter.de ventre in possessio.

Partus nascitur non solùm parenti,cuius esse dicitur:sed etiam reip. ibid.

Partus distendens vltra tres filios dicitur portentosus:aliquando tamen contigit, mulierem vno partu nouem peperisse, quod apud Ægyptios frequenter contingit,l.si pater,36. & ibi add.de solutio.

Pártu vno posse nasci quinque,inquit Aristoteles;quia vuluæ mulierum totidem receptacula habere possunt.d.l.si pater.

Partus conceptus ante 40.dies non dicitur homo:sed bene post 40.dies.gl fin.in l.4.de variis,& extraordin.

Partus suppositi accusatio nulla temporis præscriptione repellitur, nec interest decesserit,nécne ea,quæ partum subdidisse contenditur, l. qui falsum, 19. de falsis.

de Partu supposito soli parentes accusant,aut hi, ad quos ea res pertinet, nec admittitur quilibet de populo nolens,vt publicam accusationem intendere,l.lege Cornelia,30.eod.

super Partus suppositi causa torqueri possunt serui hereditarij, l. extraneo. de quæstio.

Partum monstrosum enixa mulier dicitur adimplere conditionem;scilicet si pariat.l.quærit,135,de verb.signifi. 4

Partus tempus inspicitur,& non conceptionis;vbi de statu liberorum est dubitatio,nisi in casibus, in quibus conceptionem magis approbari liberorum conditionis vtilitas expostulat,l.nuper legem,11. C.de naturalibus liberis.

Partus vaccæ furtiuæ dicitur furtiuus, & eius competit actio furti, si conceperit vacca & peperit apud furem,vel saltem peperit: si verò cõceperit apud furem, & peperit apud bonæ fidei possessorem, partus nomine non datur actio furti, quamuis dicatur furtiuus,gl.fi.in l. ancillæ,11. C.de furtis.

Partus natus ex muliere maiore quinquagenaria dicitur mirabilis, & raro contingit,l.si maior,12. C.de legitim. heredi.

Partus natus ex muliere etiam quinquagenaria est legitimus, & ideò ad successionem adimittitur.ibib.

Partus mulieris dicitur periculosus,l.assiduis,12. C.qui potiores.

Partus sequitur obligationem matris,l.1.C.de partu pignorum.

Partus sequitur conditionem illius ex parentibus,qui fuerit in conchyliis,l.fi.C. de murilegulis.lib.11.

Partus est portio vscerum matris,dum est in ventre:secùs post editum,gl.cedunt. in §. si quis ancillas.Inst.de legat.

pro Partu existente in ventre mater vehenda naui non debet mercedem, & nihil debetur pro filio existente in ventre matris,de gl.cedunt.in add.marg.

Reliqua verbo,Maritus,11.12.Mulier 44.vsque 47. Plautianum,Venter,Accusatio, 2.6.Falsum,1.Heres,139.140.

PARTVS ancillarum, & partus partuum non existimantur esse fructus propter hominum dignitatem, l. ancillarum, 30. & ibi gloss. 1. de petit. hered.

Partus ancillarum domini est, apud quemcumque pareret, gl. possessus.in l. si ego emi,13.§.partus. de Publiciana.

Partum ancillæ furtiuæ ex ea causa possum vsucapere, si furtiuam esse matrem ignorem,

quoad peculium aduentitium, vel castrense, nu. 9. 10. 11.
quoad acquisitionem rerum fily, & vsumfructum rerum fily, 12. 13. 14.
quoad filios emancipatos, & eorum emancipationem, 15. & 16.
quoad obligationem ex contractu fily, vel suo, nu. 17. vsque 21.
quoad pactum, vel stipulationem, aut emptionem, vel fideiussionem factam pro filio, vel aliàs, 21. 22. 23.
quoad actionem, vel remissionem iniuria, furti querela inoffi. aut bonorum possessionem competentem filio, vel patri 24. 25. 26. 27.
quoad institutionem, vel successionem filiorum, vel patris & diuisionem bonorum, & legitimam, nu. 28. 29. 30. 31.
quoad substitutionem, legatum, & fideicommissum, & exheredationem, 32. 33. 34.
quoad aditionem factam à patre, vel filio, nu. 35. 36. 37.
quoad agendum, vel conueniendum nomine suo, vel fily, & defensionem fily, 38. 39.
quoad tutelam, nu. 40.
quoad nominationem, vel administrationem tutela, magistratus, vel alterius muneris, vel officy, 41. 42. 43. quoad administrationem, & alienationem, 44.
quoad patrem transeuntem ad secundas nuptias, 45. & 46.
quoad filia nuptias, & earum dissolutionem, nu. 47. 48.
quoad dotem, & pactis dotalib nu. 49. vsque 55.
quoad actionem dotis, & eius repetitionem, nu. 55. 56. 57.
quoad donationem dotis, & aliarum rerum, & de earum collatione, 58.
quoad adulterium filia, vel nurus, &c. nu. 59.
quoad patris, vel fily maculam, vel delictum, & eorum bonorum confiscationem, num. 60.
quoad alienationem & administrationem rerum fily, 44. 45.

1 PATER, & filius: dominus, & seruus vna persona finguntur, patria, vel dominica potestate; & filij, vel serui vox censetur vox patris, vel domini, l. quodcumque, 45. in princ. & in add. marg. de verb. oblig. l. fi. & ibi gl. 5. C. de impuber. gl. recusante. in l. fi. C. de bonis, quæ liberis. & gl. 1. in l. si pater. C. de his, qui à non domino.

Patris conditio non potest fieri deterior per filiumfam. l. 3. §. si filius. quod quisque iuris.

Pater, & filius censentur vna, & eadem persona, quando pater conuenitur ex persona filij; sed non censetur eadem persona, cùm agit ex persona filij, gl. puto, ibidem.

Pater, qui ventris nomine filiam, quam in potestate habebat, calumniæ causa in possessionem mitti passus est, infamis est: sed si credens esse prægnantem passus sit mitti, non est infamis, cùm nulla calumnia hoc passus sit, l. non alia. de his, qui notantur.

Pater plus diligit filium, quàm filius patrem: & ratio est in filio: quia cùm quælibet res conseruationem sui desideret, & videat pater in filio suam naturam cõseruari, & non econtrà: ideò pater eum plus diligit, gl. fi. in l. liberorum, 220. §. fi. de verb. signific. glo. diximus. in l. qui testamento, 20. §. 1. de testam. gl. fi. in l. isti quidem. quod metus causa.

Pater plus diligit filium, quam seipsum, gl. fi. in d. l. isti quidem.

Patris, & filij licèt eadem persona videatur: tamen etiamsi legatum sibi relictum ipse agnoscat; nihilominus nomine filij potest agere querela contra testamentum matris, quando non pater: sed filius est heres, l. filius, 22. & ibi gl. accusare, de inoffic. testam.

Pater filio suo est in eodem gradu, quo sunt eidem ipsius filij: sed non in eodem ordine successionis ab intestato; quoniam filij præcedunt in successione patris. l. si non mortis, 25. §. fi. & ibi gl. pe. eod.

4 Patre mortuo quædam sequuntur filios, etiam antequàm fiant heredes, vt matrimonium liberi, & tutelæ legitimæ, l. si maritus, 4. famil. ercis. & gl. agat. in l. si constante. §. 1. solu. matr.

Pater sicut non potest facere filiæ conditionem deteriorem: ita nec filia patris, gl. fi. in l. cùm à socero, 7. C. de iure dotium.

Patris, vel matris appellatione cùm tractatur de odio, non comprehenditur auus, vel auia, l. lege, 44. §. hoc capite. de ritu nuptiarum. l. patri. 20. de adulterijs.

Pater, & filius anniculus si naufragio perierint, infans priùs decessisse præsumitur: secus est in patre, & filio pubere, naufragio mortuis: quia tunc pater priùs decessisse præsumitur, gl. 2. in l. inter socerũ, 26. de pactis dotalibus. l. qui duos. §. 1. & ibi gl. patris. & §. fi. de rebus dubiis.

Patrem regi à filio indecorum est, l. his, qui. 12. de tutorib. datis.

Pater licèt disposuisset, dum viueret, ire ad sanctum Iacobum, filius eius non tenetur ire, nec mittere, nisi ei in testamento præceperit, gl. si defunctus. in add. 1. de rebus eorum, qui sub tutel.

Patri, & matri æqualis debetur pietas à filiis, licèt eorum potestas sit inæqualis: quia pater habet filios in potestate: sed mater non, l. 4. & ibi gl. 1. de curato. furiosi.

Pater quandoque plus iuuatur per filium maiorem, quàm per minorem, gl. aberat. in l. cùm quidam, 30. de acq. heredit.

Pater non potest imponere filio pœnam, quæ excedat legalem, l. si quis dicat. 5. in add. marg. de manumissi.

Pater cum filio ex vna parte, & fideiussor cum principali ex alia parificantur, l. cùm filiusf. 49. & ibi gl. quæ omnia. de verborum oblig.

Pater subtrahens filium à militia belli tempore puniri debet exilio, & parte bonorum mulctari: sed si in pace subtraxerit, fustibus cæditur: filius autem requisitus, vel à patre posteà exhibitus, in deteriorem militiam dari debet, l. 4. §. qui filium. de re militari.

3 Pater, qui filium suum debilitauit propter timorem belli indicti hostibus, vel ab hostibus, vt sic inhabilis militiæ esset, debet deportari, d. l. 4. §. eum, qui.

Patris appellatione non continetur auus. gl. 1. in l appellatione parentis, 51. de verb. sig.

Patris nomine quandoque continetur auus etiam, l. iusta interpretatione, 201. eodem.

Pater improperans filios in testamento non infamat eos infamia iuris: sed facti. l. ea, quæ pater, 13. C. ex quib. causis infa.

Pater non potest supplere defectum filij, qui in minori ætate reperitur, l. si pater, 6. C. de his, qui à non domino.

Pater potest venire contra factum suum illicitum, & inhonestum in fauorem filiorum, quibus præiudicare non poterat, l. 1. C. de liberali causa.

Patrem nemo potest sibi assignare; sed natura assignat; vnde qui se vocat ex alio parente natum, non officit veritati, l. parentis, 22. C. eod.

Pater si cessit bonis, non ob id debent inquietari bona filij, l. 3. C. qui bonis cedere possunt.

Pater si dederit filium in adoptionem, non amittit ius patriæ potestatis: sed ita filius permanet in sua potestate, quasi non esset in alienam familiam translatus, l. fi. C. de adoptio.

Pater si dicat, nolo quòd sis filius meus, & filius consentit; vel ignorat, aut dissentit, hoc fieri non potest de iure ciuili, gloss. 1. in l. abdicatio, 6. Cod. de patria potest.

Pater si passus sit filium morari in emancipatione, filius præscribit tanto tempore liberationem à patria potestate, l. 1. & ibi gl. pe. C. eod.

Pater recuperabit pecuniam extortam à creditorib. filij, ad quam reddendam non tenebatur, l. 1. C. ne filius pro patre.

Pater per cõdictionem indebiti recuperabit pecuniam solutam nomine suo creditoribus filij; solutam tamen nomine filij non recuperat, gl. fi. ibid.

Pater nobilitatur per filium. §. generaliter. & ibi gl. & nobilior. in auth. constitutio, quæ dignitatibus, & episcopat. coll. 6.

Pater ex libera muliere, cum qua nuptiæ esse poterant, multos filios habens, vni ex eis præbuit testimonium siue in testamento, siue in instrumento publico, vel priuato habente trium testium fide dignorum subscriptionem dicendo eũ esse filium suum, licèt non adiecerit naturalem, non solùm ille; sed etiam alij filij ex eadem muliere nati efficiuntur legitimi, & matrimonium intercessisse monstratur. §. ad hoc autem. in auth. vt matri, & auiæ. col. 8.

Patrem, & non matrem sequitur quis in honoribus, & dignitatibus; quia non potest habere à matre, quod mater sua non habet, l. nullus, 44. & ibi gl. 1. C. de decurionibus. lib. 10.

Pater honorem habens non inuidet filio, quin filium participem secum admittat, gl. honores. in l. si senator. C. de dignitatibus. lib. 12.

Patris persona cum persona filij eadem quasi intelligitur, gl. contra omnes. in c. 1. §. fi. hic finitur lex. & gl. præstanda. in c. 1. §. fi. de inuestitura inter domin. & vasal.

Patri in vnaquaque dispositione seruandus est debitus honor. §. 1. & ibi add. mar. Inst. per quas personas nobis acq.

Pater, & filius vnum sunt fictione legis, gl. quasi. in §. sui. Inst. de heredita. quæ ab intest.

Patris vox tanquàm filij vox est: sicut econtrà filij vox intelligitur tanquàm patris: quia pater, & filius censentur vna persona, § ei verò. & ibi add. marg. & ibi gl. fi. Inst. de inutilibus stipul.

Pater magis affligitur ex pœna filij, quàm ex propria pœna. §. fi. Inst. de noxalib. actio.

Patresfamilias sunt, qui suæ potestatis sunt, siue puberes, siue impuberes; simili modo & matresfamilias, l. 4. de his, qui sunt sui.

Paterfam. suæ potestatis pubes mentis compos potest obligari naturaliter, & ciuiliter, l. obligari, 42. & ibi gl. 1. de actio. & oblig.

Paterfam. appellatur, qui in domo dominium habet, & rectè hoc nomine appellatur, quamuis filium non habeat: nõ enim solam personam eius; scilicet quòd sit sui iuris: sed etiam ius: id est dominium, quod habet in domo, vel potestatẽ, quam habet in filios, si quos habet: demonstramus per hoc nomen paterfamilias, l. pronunciatio, 195. §. paterfam. & gl. solam. de verb. signific.

Patremfam. appellamus etiam pupillum. ibid.

Paterfam. cùm moritur, quotquot capita ei subiecta fuerunt, singula familias incipiunt habere, & singuli nomen patremfam. subeunt: idémque euenit in eo qui emancipatus est; nam sui iuris effectus propriam familiam habet. ibid.

Patresfam. & matresfam. sui iuris sunt, cuiuscumque ætatis sint, gl. patresfam. in princ. Inst. de nuptiis.

Pater si filium suum in adoptionem dare voluerit, scriptura interueniente ho[illegible] iudici debet insinuare præsente filio, qui debet adoptari & præsente adoptante, l. fi. C. de adoptio.

Patris actus facti circa res castrensis peculij filij si statim præstant alienationem rei castrensis; vt quia vendidit, vel donauit, non valet: sed si statim non præstã[illegible] præiudicium filio, tunc pendent, vt si vendat, vel leget sub conditione: & tun[c] eueniente conditione filius si sit præmortuus: tunc valet quod pater fecerat l. ex castrensi. & ibi gl. ad præsens. & gl. seq. de peculio castrensi.

Pater conferens, & donans omnes facultates suas in filium emancipatum, respectu illarum non tenetur ad munera ciuilia, cùm iam nihil habeat, nisi fecisse in fraudem causa euitandorum munerum, vel nisi posteà diues factus sit, l. c[um] facultates. & ibi gl. fi. C. de his, qui numero libero. lib. 10.

Reliqua verbo, Iudicium, 9. Parentes, Patria, Filius, 77. Confessio, 13.

PATER adstringitur ad educationem filij, nisi filius per se sit sufficiens, l. 1. §. iu[s] naturale, & ibi gl. educatio. de iustitia, & iure.

Pater tenetur præstare filiis non solùm necessaria: sed etiam vtilia, gl. solebat. i[n] add. marg. in l. Iulianus, 9. §. proinde. ad Macedon.

Pater si neget quem esse filium, & idcircò alere se non debere contendat, vel filius neget parentem, summariè iudex debet de eo cognoscere: & si constiter[it] filium, vel parentem esse, tunc ali iubebit: secùs si non constiterit, l. si quis à liberis, §. si vel parens. de liberis agnos.

Pater potest denegare alimenta filio, vel exheredare eum, eò quòd filius eum accusauerit, vel detulerit, gl. detulerat. ibid.

Pater licèt cogatur alere filium: non tamen tenetur æs alienum filij soluere, gl[.] cætera. ibid.

Pater si filio herede instituto in testamento reliquit filiæ dotem, frater tenet[ur] interim alere sororem de suo, nec potest compensare alimenta cum dote l. [...] vbi pupillus educari.

Pater vsusfructuarius tenetur alere mancipia hereditaria filiifam. l. fin. §. si a[u]tem æs alienum. C. de bonis, quæ liberis.

Pater tenetur alere filium non propter vsumfructum hereditatis aduentiti[æ] s[...]

culpa, quæ dolo æquiparatur, d.l.cùm filiusf.in add. marg.

11 Pater si filio in potestate concedit rem in peculium, non habet eam filius præcipuam ab initio, neque etiam posteà post mortem patris, l.si donatione, 13. C. de collatio.

Pater si donat rem in peculium filio emancipato, cùm peculium in eum non cadat, illud verbum, peculium, nihil operatur: sed remanet simplex donatio. ibid.

Pater hodie in bonis aduentitiis filij est legitimus administrator: vnde super illis poterit transigere, gl. 1. in l. de re.de transactio.

Pater in bonis castrensibus, vel quasi etiam in præmium emancipationis nihil habet, l.cùm oportet. 6. §. cùm autem. C. de bonis, quæ liberis.

Pater dimidiæ vsusfructus bonorum aduentitiorum, quæ sibi competit in præmium emancipationis, potest renunciare, vel donare. ibid.

Pater filiofam. milite ab intestato mortuo cùm apud eum remanet peculium castrense tenetur soluere debita filij intra annum vtilem, quatenùs patitur peculium, l.pater, qui. 17. & ibi gl. 1. de peculio castrens.

Pater viuo filio, qui habet castrense peculium, non tenetur de peculio occasione talis peculij, cum nec possit agere, & filius vt paterfam. habetur, & conuenitur, gl. testamento. ibid.

Pater, qui rem peculij castrensis soluit, perinde habetur, ac si alienam soluisset, quamuis possit residere apud eum, cui soluta est: mortuo scilicet prius intestato filio. l.qui res, 98. §. rem. de solution.

Pater rem castrensis peculij soluens creditori, an liberetur, vel non ex futuro euentu apparebit: ita quòd si mortuo priùs filio intestato pater successerit ei, & ita residet res apud eum cui soluta est, liberatur, aliàs non. ibid.

Pater in bonis castrensibus, vel quasi nullum ius habet, gloss. 1. in l. 2. ad Macedonian.

Pater vt successor filij: item ipse filius minor in castrensi peculio restituitur, l. 3. §. Pomponius. & ibi gl. Pomponius. de minoribus.

Pater de iure antiquo filio viuo tenetur de peculio profectitio, quod ei concessit, & passus est eum habere, & etiam de aduentitio; sed hodie non tenetur de aduentitio: potest tamen conueniri, & tenetur vt administrator filij, gl. testamento. in l.pater, qui, 17. de castrensi peculio.

Pater iure antiquo mortuo filio quando ab intestato occupat castrense peculiũ, iure peculij incipit assumere vires peculij profectitij post mortem filij, & ideò tenetur intra annum de peculio, ibid.

Pater hodie mortuo filio intestato occupat vt heres peculium aduentitium, vel castrense, vel quasi, neque tenetur de peculio; sed ciuili, & perpetua. ibid.

Reliqua verbo, Aduentitium. Filius, 80. vsque 83. & 85. 86. 87. & 88. vsque 91.

12 PATRI olim in totum acquirebantur aduentita bona filij: hodie verò acquiruntur solùm quoad vsumfructum, gloss. 2. in l. quamuis, 15. Cod. de fideicommiss.

Patri non quæritur vsusfructus in his, quæ momento permansura sunt penes filium, l.fi. §.fi. C. de bonis, quæ liberis.

Pater non habet vsumfructum in seruis, qui filiisfam. vel filiabusfamilias donantur sub ea conditione, vt statim eos in libertatem perducant. ibid.

Pater hodie solum habet vsumfructum in rebus maternis filio in potestate constituto delatis, proprietate apud filium remanente. l. 1. C. de bonis mater.

Pater, penes quem maternarum rerum vtendi, fruendique tantum potestas est, omnem debet tuendæ rei diligentiam adhibere. ibid.

Pater habens vsumfructum in rebus maternis debet actiones, si quæ matri competebant per se, vel per procuratorem intentare, sumptus ex fructibus facere, & litem inferentib. resistere, & omnia ita agere, tanquam solidum, perfectúmque dominium ei fuisset acquisitum. ibid.

Pater habens vsumfructum in bonis maternis filiofam. delatis cum administratione, excepto, quòd non possit illas alienare in præiudicium filiorum: sed bene in præiudicium sui, & eius fideiussoris. ibid.

Patri acquirebantur iure antiquo omnia bona acquisita per filiumfa. præter castrensia, vel quasi: posteà fuit statutum, vt in bonis maternis, vel ex materno gen[illegible] vt vsumfructum tantùm haberet: deinde extensum est ad omnia aduentitia, vt in illis tantùm haberet vsumfructum, gl. 1. ibid.

Pater, qui habet vsumfructum in bonis maternis filiofam. delatis potest procuratorem constituere ante litem contestatam pro ipsis rebus maternis persequendis in iudicio, gl. 3. & ibi add. marg. ibid.

Pater habens vsumfructum in rebus filiifam. debet facere expensas litis de fructibus. d.l. 1.

Pater habet solum vsumfructum eius morte finiendum in bonis filiofam. prouẽtis, & delatis ex genere materno quocumque titulo, & ideò per patrem alienari non possunt, nec illo mortuo tenetur filius ea conferre, l. 2. C. eod.

13 Pater per transitum ad secunda vota non perdit vsumfructum sibi quæsitum in rebus filiorum, l.fi. C. eod.

Patribus iure potestatis in proprietate acquiri non potest quidquid eorum filiis auus, vel alij ascendentes ex linea materna quocunque titulo siue donationis inter viuos, vel causa mortis contulerint, l. 1. C. de bonis, quæ liberis.

Patri non acquiritur id, quod vel vxor marito non emancipato, vel maritus vxori in potestate quocumque titulo, vel iure contulerit, nisi quoad vsumfructũ, d.l. 1. & ibi gl fi.

Patribus iure potestatis quoad vsumfructum acquiruntur lucra nuptialia, vel alia quælibet filio obuenta, & si filius postea moritur, nihilominùs perseuerat in vsufructu; proprietas tamen primò defertur liberis dicti filij: deinde fratribus consanguineis, & vterinis: posteà vterinis tantum: deinde ad proximos parentes defunctorum; vltimò iure peculij reuertitur ad patrem, qui filium lucrantem habuit in potestate, l. 4. & ibi gl. marg. C. eod.

Pater iure potestatis habens vsumfructum tantùm in bonis filio obuẽtis ex quocumque titulo, non potest ea alienare, nisi pro vtilitate eiusdem filij, d. l. 4. & ibi gl. 4.

Pater iure potestatis sicut habet vsumfructum in bonis quæsitis à marito per vxorem: ita in bonis quæsitis sponso: proprietatem tamen non habet, l. 5. & ibi gl. fi. C. eod.

Pater si habet vsumfructum in bonis aduentitiis filij, non extinguitur vsusfructus rei mutatione, cùm adhuc duret aduentitium, & sic vsusfructus etiam durat. gl. mobiles, in l. cùm oportet. §. non autem, C. de bonis, quæ liber.

Pater iure potestatis habens vsumfructum in fundo filij, si ædificet domum in illo fundo, semper habet vsumfructum in eo, cùm adhuc duret aduentitium. ibidem,

Pater in præmium emancipationis hodie habet in bonis aduentitiis filij dimidiã vsusfructus, etiamsi nihil in emancipatione dictum sit, nisi pater renunciet vsufructui, d.l. cùm oportet, §. cùm autem.

Pater non habet vsumfructum in bonis filiifam. quando illa eidem filio sunt relicta sub conditione, ne patri vsusfructus acquireretur, authen. excipitur. C. eodem.

Pater non habens vsumfructum in bonis filij ex voluntate testatoris, vel contrahentis quæsitis non est legitimus administrator; sed in eis datur curator, glo. 1. ibidem. 1

Pater, & eius filius si sint instituti heredes ab extraneo, pater in portione filij non habet vsumfructum, gl. 1. in auth. item hereditas. C. eod.

Pater ingressus in monasterium non vt efficiatur monachus; sed quasi pœnitentiam acturus, tunc retinet vsufructum in omnibus reb. filij, præterquàm in illis duabus partib. quæ quæruntur filio, quando matrimonium dissoluitur sine causa, gl. 1. in auth. idem est. C. eod.

Pater non habet vsumfructum in bonis aduẽtitiis filij, quando pater ei renunciauit, vel quando filius patre volente adiit aliquam hereditatem, vel quando filio legatur seruus, vt eum manumittat, vel quando vsusfructus legatus est filio, vel quando donauit imperator filiofam. ibid.

Patri in rebus, quas imperator, vel Augusta donat filiof. vsusfructus non quæritur, l.pe. C. eod.

Patribus ea, quæ extrinsecùs ad filiosfa. perueniunt, & non ex paterna substantia non quæruntur, nisi tantùm quoad vsumfructum, l. fi. C. eod.

Pater circa vsumfructum rerum filiifa. potest facere omnia, dummodò proprietatem deteriorem non faciat, & ad redditionem rationum & cautionem fructuariam non tenetur, d.l. fi. §. sin autem æs alienum.

Pater potest filio: sicut tutor pupillo quærere bonorum possessionem, vel hereditatem; furioso tamen pillo non potest, gl. quæsita. in l. si infanti. 18. Cod. de iure liber.

Pater agens in causa status filij repellitur, si ei obiiciatur factum suum cum cursu longi temporis; scilicet decem annorum; si autem obiiciatur tantùm factum suum sine cursu temporis, tunc non repellitur, gl. 3. in l. 1. C. si aduersus rem iudicatam.

Reliqua verbo, Filius, 94. 95. 96.

PATER inuitus non emancipat filios, neque filij inuiti possunt emancipari, gl. fi. in l. fi. de his, qui sunt [illegible]. 1

Pater habens duos filios, & ex altero nepotem potest adoptare nepotem quasi ex altero filio natum, si eum emancipauerit, & sic adoptauerit, quasi ex altero natum, l. paterfa. de adopt.

Pater contra emancipationem filiæ à se factam ex diuturnitate temporis roboratam venire non potest, l. post mortem. eod.

Pater filium habens, & ex eo nepotem poterit filium emancipare: nepotem verò in potestate retinere, vel econtrà, vel etiam omnes emancipare. l. liberum. eod.

Pater regulariter non cogitur emancipare filios, nisi quando filiæ imponit necessitatem peccandi, vel quando pater male se habuit contra filium, l. non potest. & ibi gl. 1. eod. gl. fi. in §. fi. Inst. quib. mod. ius patriæ pot.

Pater cogitur emancipare filium, si legatum sit relictum ei hac conditione, vt filium emanciparet, & illud accepit. d. gl. 1. & d. gl. fi. & gl. obtemperauerit. in l. filius, 25. C. de inoffic. testa. l. si cui legatum, 91. & ibi gl. emancipare. de condic. & demon.

Pater arrogator cogitur emancipare filium minorem arrogatum per restitutionem in integrum, d. gl. 1. in d.l. non potest.

Pater filio emancipato non est agnatus: sublatum enim est ius agnationis per minimam capitis diminutionem, gl. agnatus. in l. patris. de in ius vocand.

Patrem mori, & filium emancipari æquiparantur, l. si pater. 45. & ibi gl. 1. de iure dotium.

Pater, cui legatum relictum est, si sit rogatus filios emancipare, non potest cogi iure actionis; sed officio iudicis, l. si cui legatum, 91. de conditio. & demon.

Pater, cui relictum est legatum, vt emanciparet filium, non debet restituere illud, nisi legatum, quod fuit relictum ipsi filio, & per ipsum filium patri annexum; sed illud, quod sibi fuit relictum, non tenetur restituere, † gl. fideicommissi, ibid.

Pater institutus heres rogatus de restituendo filiis non cogitur emancipare: sed fideicommissum videtur delatum in id tempus, gl. fi. ibid.

Pater si rogatus fuit, vt emanciparet filium, potest filius petere à patre, vt emanciparet, si patri ob hoc aliquid sit relictum, & is illud agnouerit: secùs si non agnouerit, vel nihil sit ei relictum, gl. à filio. in l. cogi poterit, 16. §. si pater. ad Trebel.

Pater habet iura patronatus in filium emancipatum, l. 1. §. fi. & ibi gl. fin. si quis à parente manumissus.

Pater præteritus habet tertiam de iure in bonis filij emancipati, ad exemplum patroni in bonis liberti, gl. constituere. in l. 3. eod.

Pater si tempore emancipationis filij imposuit operas ei, frustra stipulabitur eas de filio: quia pietatem, non operas debet filius, l. pe. & ibi gl. fi. eod.

Pater regulariter non cogitur emancipare filium, nisi quando eum malè contra pietatem afficit, & præteritus tunc à filio non habet contra tab. l. fi. eod. & ibi gloss. 1.

Pater inuitus non potest cogi emancipare filium, nisi receperit aliquod pro emãcipando eo. l. verùm turpem, 107. & ibi gl. emancipaturus, & ibi add. marg. de verb. oblig.

Patri potest licere accipere præmium pro emancipatione filij in recompensationem tanti beneficij, d.l. verùm turpem.

Pater quando emancipat filium, debet eum ad aliquid obligare, vt eo timore eum magis reuereatur, vt frequenter senes dicunt se magis à filiis, & nepotibus timeri, si eos habeant obligationibus illaqueatos, d. l. verùm. & ibi gl. fin.

pro filio, vt filio, prodest filio non quoad exceptionem directã pacti: sed quoad exceptionem doli, l.& heredi.§.nos autem. de pactis.

per Patrem quæritur filio, quando vt filio volebat quærere, gl.fi.in l.si ita conueniat, 9.de pactis dotalib.

Pater fideiubendo pro filio videtur consentire, sicut iubendo, l.1.& ibi gloss. 3.de donatio.

Pater stipulando post mortem suam filio, vel filiæ, acquirit ei vtilem actionem, licèt non sit heres patris, l.quodcumque, 45.§.pen.de verborum oblig.

Pater cùm stipulatur filio in potestate, sibi acquirit: sicut & quando sibi stipulatur, gl.solutionis.in l.eum, qui ita.§.qui sibi.eod.

Pater quando stipulatur dari sibi, aut filio: tunc filius dicitur adiectus solutioni, & non obligationi, & potest illi solui: sed quando pater stipulatur filio, tunc filius censetur adiectus obligationi, & consequenter illi non potest solui. d. §. qui sibi.& ibi gl.solutionis.

Pater si stipulatur filio, quod iuris est, sibi patri acquiritur perinde, ac si sibi fuisset stipulatus.& idem etiamsi stipulatur, quod facti est, si illud sit tale, quod patri acquiri possit, l.quod dicitur, 130.& ibi gl.2.ibi licèt non sit iuris.eod.

22 Pater quando stipulatur filio merum factum explicandum per ipsum filium, inutilis est talis stipulatio. ibid.

Pater quando stipulatur filio, quòd ei tenere liceat, vel ire agere liceat, dicitur merum factum stipulari, etsi stipulatio redditur inutilis.ibid.

Pater si stipuletur filio rem tradi, valet stipulatio, licèt contineat factum, & patri acquiritur, d.gl.2.

Pater quando stipulatur filio factum cohærens filio, & sic personale, non acquiritur patri, siue sit explicandum ab ipso filio, siue sit explicandũ per alium ipsi filio: sed si stipuletur filio factum, quod non cohæret personæ filij, tunc à quocunque veniat explicandum, acquiritur patri.† ibid.

Pater quando stipulatur filio domum fieri non solo ipsius patris, ipsi acquiritur superficies: id est ipsum ædificium, quod fiet, & non filio, nisi stipuletur filio ex causa aduentitia domum fieri filio in solo patris: putà ob filij benemerita, tunc filio acquiritur superficies, †.ibid.

Pater quando stipulatur filio ex causa profectitia valet stipulatio, & tam olim, quàm hodie in totũ acquiritur patri: secus est in aduentitiis, in quibus pater quando stipulatur filio proprietas, & sic id, quod iuris est, acquiritur ipsi filio, non patri, licèt solus vsusfructus acquiratur patri.† ibid.

Pater quãdo stipulatur filio domum fieri in solo filij, proprietas ædificij acquiritur ipsi filio, non patri, † reprob.d.gl.2.

Pater quando stipulatur factum explicandum ab ipso patre, & filio, stipulatio est inutilis & quoad patrem, & quoad filium, gl.pe.ibid.

Pater tunc potest adiici à filio ad solutionem, cum patri non quæritur actio: sed filius indistinctè potest adiici à patre, l. Sticum, 95.§.quæsitum.de solutio.

Pater quando stipulatur filio etiam eo casu, quo nõ potest acquiri patri, valet stipulatio, & vtilis quæritur filio, † reprob.gl.non est.in add.marg.ibid.

Pater æquiparatur fideiussori.l.eum, qui.14.§.an pater. de furtis.

Pater si filiofam. militi stipulanti promittat aliquid ex causa peculij castrensis, vel quasi, valet stipulatio: secùs si promitteret ex alia causa: & eadem distinctio seruatur, quando pater à filiofa milite stipulatur, l.pater militi. de castrẽsi peculio.

23 Pater quod stipulatur filio in profectitio peculio, in dubio illud ei concedere videtur, l.fi.de peculio legato.

Pater non potest dotem à se promissam acquirere heredi suo per pactum: sed solum per stipulationem acquirit, l.tale pactum.§.fi.& ibi gl.pactus. de pactis.

Pater si conferat pactum in fratrem, & in heredem, & postea alios instituat heredes, & non ipsum fratrem, vtilitas huius pacti acquiritur illis heredib.d. §.fi.

Pater delato sibi iuramento si iurauit pro filio, vt pro filio, ipsi filio acquiritur vtilis exceptio iuramenti: si vt heredi futuro, directa: si vt extraneo, nulla acquiritur exceptio, gl.filio.in l.qui iurasse.26.§.1.de iureiurand.

Pater, qui sciens quòd filio suo tu mandasti, vt potè vt fideiuberet, si fideiussit pro te contemplatione tui, habet contra te actionem negotiorum gestorum: si verò contemplatione filij ex persona sua, aduersus te habet actionem mandati, & tu aduersus eum actionem de peculio, l.mandasti, 48.de negot.gest.

Pater sciens quòd filio suo tu mandasti, vt tibi emeret fundum: si tibi emit, & cõtemplatione tui, habet contra te actionem negotiorum: si verò emit contemplatione filij, ne filius mandati teneretur ex persona sua habet cõtra te actionem mandati, & tu aduersus eum actionem de peculio. ibid.

Pater stipulando filio in potestate, videtur sibi ipsi stipulari, l.2.C.de contrahend. stipulat.

Pater mulieris rectè potest pacisci in ipsa donatione dotis, vt viro præmortuo liberis existentibus pars dotis pro liberis retineatur; secùs verò si pactum sit ex interuallo, † gl.1.in l.3.C.de pactis dotalib.

Pater si nomine filij emat aliquid, & sibi tradidit, debet illi adiudicari per arbitrium diuidendæ hereditatis, nisi contrarium eius iudicium probetur, l. filiæ, 18.C.famil.ercisc.

Pater si nomine filij emat aliquid, videtur quòd per vltimum iudicium conferat illud in eum, gl.1.ibid.

Pater si nomine filij emat aliquid, & sibi tradidit, quod mortuo patre filio adiudicatur, illud non dicitur donatio inter viuos: quia sic non valeret, neque causa mortis, neque dicitur legatum: sed dicitur quasi legatum: nam & non adita hereditate patris confirmatur morte, d.gl.1.& 3.ibid.

Pater si nomine filij emit aliquid, & sibi tradidit, donasse præsumitur, nisi contrarium probetur.gl.2.ibid.

Reliqua verbo, Pactum, 63.64. Filius, 104.105.

24 PATER inuito filio potest facere remissionem de iniuria facta filio, nisi pater sit vilis, & abiecta persona, gl.quin.in l.in personam.de pactis.

Pater inuito filio non potest intentare, nec remittere querelam inofficiosi testamenti competentem filiofam. ibi. & glos.filia actio.& ibi add.in l.sed si.17.§. Proculus.de iniur.

Pater si filij nomine agit iniuriarum actione sibi patri competenti, non tenetur cauere de rato, cùm duæ actiones sint tunc: vna patris; alia filij, l.non solùm.§. si pater.& ibi gl.si pater, de procuratorib.

Pater potest agere actione iniuriarum filio competente, maximè hodie: cùm sit administrator legitimus, non tenetur cauere de rato, d.gl.si pater.

Pater pro iniuria facta filio ex lege Cornelia debet cauere de rato: quia ex illa iniuria non datur actio patri. ibid.

Pater pro iniuria facta filio potest agere iniuriarum: quia illa tangit patrem, & vt suam pater habet, gl.ipsius.in l.Papin.8.de inofficio testam.

Pater nomine filij non potest instituere querelam inofficiosi eo inuito: quia iniuria filij tantùm est, neque tangit patrem. ibid.

Pater si filio suo mandauerit, vt alicui iniuriam faceret, tam pater, quàm filius tenentur iniuriarum actione, l.non solùm, 7.§.Proculus.de iniuriis.

Pater potest remittere iniuriam factam filio, nisi iniuria facta foret à persona cõiuncta, l.sed si vnius.17.§.filiof.& ibi add.marg.eod.

Pater non potest remittere bonorum possessionem in præiudicium filiifa. gl. filio actio.ibid.

Pater potest remittere iniuriam filiofa.factam etiam si ex lege Cornelia actio iniuriarum oriatur.† ibid.

Pater si cœpit agere actione iniuriarum pro iniuria filiofa.facta: & lite contestata incœpit abesse, vel neglexit procedere, cùm vilis esset persona, filiusf. potest tunc procedere in causa, etiamsi sit emancipatus post litem contestatam à patre, d.l.sed si vnius.§.sed & si pater.& ibi gl.si emancipatus.

Pater pro iniuria facta filio potest agere actione iniuriarum nomine suo, & etiã nomine filij. l.pater.41.de iniuriis. 25

Pater potest accusare aliquem de morte filij sine metu calumniæ, l.fi. de publicis iudiciis.

Pater potest agere actione iniuriarum pro iniuria facta filiæ suæ etiam nuptæ, licèt non sit in patris potestate; potest etiam agere maritus, & etiam socer.† §. patitur.& ibi gl.sed etiam.& ibi add.inst. de iniuriis.

Pater debet filiofa.agenti in iudicio consentire ab initio: & si non consenserit ab initio non eo compellitur, & non validatur iudicium, etiam si post litis contest.consenserit, gl.imponenda.in l.fi.C.de bonis, quæ liberis.

Pater, qui habet vsumfructum alicuius rei proprietate remanente filio, debet actiones intentare consensu eiusdem filij: sed hoc fallit quando vult filiafa.agere pro dote, quam dedit pater, vel alius: quia tunc pater non intentabit actiones, d.l.fi.§.vbi autem.& ibi gl. 2. C.de bonis, quæ liberis.

Patri, cuius filio commodata res furto sublata est, non competit actio furti, cùm custodiam præstare non teneatur, l eum, qui.14.§. an pater.de furtis.

Patri datur actio furti pro filiofa.surrepto, & duplicabitur æstimatio operarum perditarum à patre, quæ veniunt in actione legis Aquiliæ, eò quòd filius sit sibi subtractus, nec is potuit operari sibi, d.l.eum, qui.§. si filiusf.& ibi gl.palam. & add. marg.

Pater non potest agere actione furti contra filiumfa. nisi filius habeat peculium castrense, vel quasi: quo casu contra eum potest agere pater vtili actione furti, l.nec cum filio. 16.& ibi gl.1. eod.

Pater potest agere condictione furtiua pro filio in potestate sibi surrepto, & duplicantur operæ, vel damna, quæ pater sustinuit, qui licèt non propriè; largo tamen modo habet dominium, & possessionem in filium, & ita habet rei vindicationem.† reprob.gl.1.& ibi add.in §.interdum.Inst.de oblig. quæ ex delicto.

Pater si seruo suo libertatem reliquerit, vel Titio fundum sub conditione si decem daret filio suo, filius accipiendo illa decem, siue antequam iudicium querelæ moueret, siue post, excluditur à querela, l. Papinianus.§.si conditioni.de inofficioso testam.

Patre exheredato excluso à querela admittitur successiuè nepos ad querelam per successorium edictum, † gl.ad querelam.in l.pater filium.eod.

Pater potest agere querela nomine filij contra testamentum matris, etiam si ipse pater agnouerit legatum sibi relictum in eo testamento, l.filius.22.eod.

Pater, qui nomine filij egit querela, etiam si succubuerit, non perdit legatũ, quod sibi relictum est.ibid.

Patri præterito non competit hodie querela inofficiosi testamenti contra testamentum filij sui in peculio castrensi, vel quasi, gl. 4.in add. marg.

Pater exheredatus à filio emancipato contracta fiducia habet querelam: si tamẽ sit præteritus habet contra tabulas.ibid. 26

Pater si non fecit testamentum, filius succedit ab intestato, & cessat querela: sed si fecit testamentum, & in eo exheredauit filium non expressa causa ingratitudinis, ipso iure non valet testamentum: sed si inseruit causæ, & eam probat heres, tunc repellitur filius, & nihil habet, & cessat querela, gl.nominatim.in §. aliud quoque.in auth.vt cùm de appellat.

Pater si exheredauit filium causam ingratitudinis exprimendo, si heres eam non probat, tunc filius nullo alio iure potest admitti, quàm per querelam. † ibidem.

Pater à filio potest exheredari, vel præteriri vna ex septem causis, glo.has esse.ibi. & §.hæc quidem de parentum.eod.tit,

Pater iniquè, & contra pietatem exhæredans filium dicitur quasi non sanæ mentis testari, in princ.Inst.de inoffic.testam.

Pater filiis suis institutis, & inuicem substitutis filium si exheredet, intelligendus est exheredationem ab vtroque gradu fecisse, l. 1. Cod. de liberis præteritis.

Pater si filium suum ita exheredet, ille filius meus alienus meæ substantiæ fiat: talis filius ex huiusmodi verbis non præteritus; sed exheredatus censetur, l. 3. C.eod.

Pater hodie non potest exheredari in testamento filij, nisi ex septem causis, quæ in iure exprimuntur, auth.in testamento.C.ad Tertullian.

Pater si sit exheredatus sine iusta causa in testamento filij, testamentum rumpitur quoad institutionem tantum: cætera tamen: scilicet legata, & fideicommissa firma permanent.ibid.

Pater, qui filium emancipat, vel exheredat etiam iniustè: dicitur tractare ipsum, vt filium, & sic non incidit in pœnam promissam.l, quidam cùm filium, 131. de verb, oblig.

sententia capite truncetur, tunc substitutus perinde admittitur, ac si filius morte naturali decessisset, l. cùm ratio, §. 1. in add. marg. de bonis dãnatorum.

Pater si filio impuberi instituto substituerit, & ab hostib. captus ibi decesserit, posteà defuncto impubere substitutus habebit bona exclusis legitimis, perinde ac si prima hora captiuitatis decessisset, & ita confirmantur primæ, & etiam secundæ tabulæ, l. pater instituto. 10. & ibi glos. testamenti. de captiuis.

Pater si substituerit filio impuberi instituto, & posteà filius mortuo patre ab hostib. captus ibi decesserit, tabulæ pupillares lege Cornelia non reconualidantur, & sic de iure ciuili: sed bene conualidantur de iure prætorio, & sic substitutus non succedit de iure ciuili: sed bene de iure prætorio, d. l. pater. §. si mortuo. & ibi gl. marg.

Pater si substituerit filio impuberi instituto, & posteà post mortem filij captus sit ab hostib. substitutus pupillaris nihil potest habere, siue pater apud hostes, siue reuersus in ciuitate decesserit, d. gl. marg. & l. quòd si. eod.

Pater vel mater filio mente capto in legitima instituto potest directò substituere: & si mente captus habeat filios, vnũ ex filiis, vel certos potest substituere, & alios exheredare: qui si ipsis non relinquat legitimam, possunt posteà per querelam rescindere testamentum: si verò alios præterierit, nulla erit substitutio, gl. fi. in l. humanitatis. C. de impuberum.

Pater si duob. filiis pupillariter substituit. substitutus non admittitur, nisi substitutio in persona vtriusque locum habeat, l. pe. C. eodem.

Pater si duob. filiis pupillariter substituat, substitutus non admittitur, nisi vterque decedat in pupillari ætate: vnde si vnus pubes, alter impubes decedat, non admittitur. ibid.

Pater si hereditatem, in qua filius erat institutus, omisit ex testamento. & adiuit ab intestato, vel petiit bon. possessionem vnde legitimi, tenetur legatariis, ac si filius institutus, omissa causa testamenti, bonorum possessionem ab intestato accepisset, l. si filius, 21. & ibi gl. 1. si quis omissa causa testam.

33 Pater heres institutus si omiserit hereditatem ex sua institutione, & iusserit filium sibi substitutum adire, & ita ex substitutione filij possideat, tenetur ad legata à se relicta detracta quarta Falcidia, si illa sint vltra dodrantem: quia filius videtur ei substitutus in vno tãtùm casu: scilicet cum pater nollet, vel non posset esse heres ex institutione: sed non vt pater haberet electionem, an velit esse heres per se, vel per filium: id est per institutionem, vel per substitutionem. l. Iulianus, 26. & ibi gl. in casu. eod.

Pater si omiserit hereditatem ex sua institutione, & iusserit filium sibi substitutum adire, & sic possideat ex substitutione filij, tenetur ad legata tam relicta à se, quàm à filio, detracta Falcidia, quæ priùs debet deduci ex legatis relictis à filio substituto. ibid.

Pater substitutus filio suo instituto si omisit hereditatem ex institutione filij, & adiit ex substitutione sua, non tenetur ad legata relicta à filio instituto: quia videtur patri cõcessum esse arbitrium vtrùm adeat ex institutione filij, vel ex sua substitutione: quia nemo videtur substituere patrem filio contra votum ipsius patris, quod votum est, vt filius patri superuiuat, l. Iulianus, 26. & ibi glos. 1. si quis omissa causa testam.

Pater si inter filios suos diuisit hereditatem, & instituendo eos heredes vnicuique eorum fecit prælegata, si aliquis eorum repudiat portionem suam hereditatis, non potest consequi prælegatũ: quia prælegatum prohibetur separari ab hereditate propter præsumptam voluntatem testatoris, l. quid ergo, 91. & ibi glos. pen. & fin. de legat. 1.

Pater sicut potest grauare fideicommisso legitimos heredes suos sibi ab intestato successuros: ita potest grauare fideicommisso legitimos heredés filij sui imbuberis, l. si Titio, 95. §. fi. eod. titul. de legat. 1.

Pater cùm possit testari pro filio pupillo, & sic ei substituere pupillariter extraneũ, & excludere venientes ab intestato; quod si non substituerit, videtur dare legitimis heredib. venientib. ab intestato, quos potest fideicommisso grauare; quia illi venientes ab intestato videntur habere hereditatem pupilli à patre, gl. fi. ibid.

Pater heres institutus, per fideicommissum rogatus à matre vt daret prædia filiæ communi, si eam instituit cum aliis ita vt hereditatem compẽsaret fideicommisso, & voluit, quòd illa prædia darentur Titio filio suo, si filia hereditatem suscipere nollet, debet fideicommissum prestari filio ab heredib. ad quos hereditatis portio filiæ per ius accrescendi peruenit, vel à substituto filiæ, l. cùm pater, 79. §. cùm pater. de legat. 2.

Pater si legauerit filiæ res, quas dedit in dotem filiæ, debetur æstimatio ipsarum, & earum, quæ ex eis natæ sunt, si sunt dotales, d. l. cùm pater. §. pater filiæ.

Pater, vel dominus, cuius filius, vel seruus est institutus ab aliquo, non tenetur fideicommissa à se relicta præstare, si filius, vel seruus sibi ipsi acquirit hereditatem, non patri, vel domino, l. à patre, 4. de legat. 3.

34 Pater quando instituitur heres, & rogatur, vt heres restituere filio, habet locum S.C. Trebellianum etiam quoad quartæ deductionem: sed quando filius instituitur, & pater rogatur restituere filio, non vt pater intelligitur rogatus, & habet locum S.C. Trebellianum, vt ei, & in eum transeant actiones, sed non quoad quartæ deductionem, l. 1. & ibi gl. si ipsi filio. ad Trebel.

Pater rogatus restituere filio si dissipat fideicommissum, cogitur filio existenti in potestate restituere etiam ante conditionis euentum, & dabitur curator hereditati, si filius est minor 25. annorum: secus si maior, l. imperator, 50 & ibi gl. filio. eod.

Pater rogatus restituere hereditatem filio in potestate sub conditione, non satisdat de restituendo, cùm extiterit conditio. sed si esset emancipatus, posset pater stipulari filio. hodie tamen etiam filio emancipato non satisdat, nisi in duob. casib. gl. non poterant. ibid.

Pater institutus à filio emancipato tenetur præstare legata, & fideicommissa relicta salua sibi remanente tertia sibi à iure debita, l. 3. §. fi. & ibi gl. fi. si à parente fuerit manumis.

Pater si prælegaret filio debitori totum peculium, talis filius habebit totum onus peculiare, & ideò alter frater, qui mutuauit ei, deducet illud, quod sibi naturaliter debetur ex parte peculij, quæ ad ipsum peruenisset, si non fuisset prælegatum, l. frater a fratre, vers. adeò. de condictione indeb.

Pater etiam hodie non potest ascribere legatum in alieno testamento filio in potestate constituto, nisi pater ascribendo filio dixisset, quòd ipsi patri non quæratur vsusfructus: quo casu excusatur pater à pœna falsi. † l. impuberem. 22. §. 1. & ibi gl. 1. in adoptionem. & add. marg. de falsis.

Pater rogatus de emancipando filium heredem à rogante institutum, potest cogi ex tali rogamine emancipare filium, & ex hoc tacitè videtur pater rogatus de restituenda hereditate filio. † gl. fi. ibid.

Pater rogatus restituere hereditatem filiis, non tenetur cauere de restituendo fideicommisso, nisi testator iusserit eum satisdare, vel nisi transeat ad secunda vota: in his duobus casibus tenetur pater filio satisdare: regulariter tamen non, l. iubemus. 6. §. 2. & ibi gl. præbeatur. C. ad Trebel.

Pater si vni filiorum prælegat rem, quam credit suam: non valet legatum, licèt filius sit persona coniuncta, ne crescat inuidia inter fratres, gl. fi. in l. cùm alienum, 10. C. de legatis.

Pater si filium impuberem exheredauit aliis institutis, & filio exheredato dedit substitutum pupillarem, non poterit à substituto alteri legare, l. cùm quidam. 24. C. de legatis.

Pater potest filio impuberi exheredato substitutum dare in bonis, quæ aliunde habuit filius, vt ex hereditatib. propinquorum, vel matris, d. l. cùm quidam, & ibi. gl. 1.

Pater si exheredat filium, & ei facit legatum, poterit à filio exheredato legare alij: secùs si ei nihil legauerit, gl. fi. ibid.

Pater à filio exheredato, cui legauerat, licèt possit alteri legare: ab eius tamen substituto non potest legare. ibid.

Pater ex reditib. hereditatis aduentitiæ, si sint sufficientes debet soluere legata & fideicommissa annalia: si verò reditus non sint sufficientes, bona minoris, & reditus, licèt sint pretiosiora, debent vendi, l. fi. §. fin autem æs alienum. Cod. de bonis, quæ liberis.

Reliqua verbo, Substitutio, 22. Filius, 175. vsque 180.

PATER si mandauit filiofa. heredi instituto ab aliquo, quòd gereret pro herede, & filiusfa. posteà adeat, dicitur pater ei mandasse, vt adiret, l. si quis mihi. 25. §. sed quid. de acqui. hered. 35

Pater si mandauit filiofa. heredi instituto ab aliquo, quòd gereret hereditatem, aut vt peteret bonorum possessionem, aut venderet rem hereditariam, dicitur mandasse, vt adiret. ibid.

Pater si mandauit filiofa. heredi instituto ab aliquo, vt adiret hereditatem iure ciuili, & ipse filius petiit iure prætorio per bonorum possessionem, vel econtrà mandauit filio, vt adiret iure prætorio, & ipse filius adiuit iure ciuili, dicitur pater mandasse adire. † gl. adeat. ibid.

Pater si habeat bonorum possessionem per filiumfam. heredem institutum petitam, & posteà filius adierit, dicitur pater mandasse ei adire. dict. §. sed quid si.

Pater si ita scripsit alio instituto ab aliquo; scio filij, quòd tua prudentia inuigilabis hereditati Lucij Titij tibi delatæ: si filius posteà adeat, dicitur adiisse iussu patris. ibid.

Pater si mandauit filiofam. instituto ab aliquo, vt adiret, si expediret adire: vel vt adiret, si putaret expedire, si postea adeat, dicitur iussu patris adiisse. ibidem.

Pater si mandauit filiofa. instituto ab aliquo, vt coram Titio adiret, vel quòd adiret arbitrio Titij, & is ita adeat, dicitur iussu patris adiuisse, d. l. si quis mihi bona. §. si coram Titio. & ibi gl. Titio.

Pater si mandauit filiofam. heredi instituto ab aliquo, vt arbitrio Titij adiret, & postea is sine consilio, & arbitrio adiret, nulla est aditio, gloss. rectè puto, ibidem.

Pater potest limitare iussum, vel in numero, vel in quota, quam limitationem nõ licet filio egredi, si per eum fieret conditio deterior: secùs si melior. d. §. si coram Titio.

Pater si mandauit filiofa, quasi ex asse instituto, cùm tantum ex parte esset institutus, non videtur filius ex iussu patris adiuisse: secùs tamen est econtrà, si mandauit ei quasi ex parte instituto, cùm ex asse esset institutus: quia tunc iussu patris censetur adiuisse, d. l. si quis mihi bona. §. si mandauit.

Pater si mandauit filiofam. instituto, vt adiret ab intestato, si is adierit ex testamento, non valet aditio; secùs si mandauit ei, vt adiret ex testamento, & is adeat ab intestato: quia tunc non fecit deteriorem conditionem patris. ibidem.

Pater si mandauit filiofa, vt adiret ex institutione, cùm reperiretur substitutus, & is posteà ex substitutione adeat, valet aditio, & iussu patris videtur adiuisse; & idem econtrà, si mandauit filio, vt adiret ex substitutione, cùm reperiretur institutus, & is ex institutione adeat, valet aditio, nisi faciat deteriorem conditionem patris, d. §. si mandauit. & ibi gl. econtrà.

Pater si iussit filio, vt adiret, & priusquàm adiret filius, pater pœnitentiam egerit de iussu, vel furere cœperit, non valet aditio filij postea facta, d. l. si quis. §. fin. & ibi gl. pœnitentiam.

Pater si iussit filio, vt adiret, etiam si priusquàm adiret filius, pater decesserit, valet aditio per mortem patris facta, d. gl. pœnitentiam.

Pater, qui iussit filium adire, si dedit se alij ad arrogandum priusquàm filius adiret, non valet aditio filij postea facta; quia oportet expectare iussum eius, cui est quærenda, d. §. fi. & ibi gl. fi.

Pater, & filius: vel dominus, & seruus si sint instituti, & pater iusserit filio, vel dominus seruo, vt ex sua parte adiret filius, vel seruus partem suam, efficitur heres pater, vel dominus etiam ex parte, in qua ipse pater, vel dominus erat institutus, l. si ego, 26. & ibi gl. fi. eod.

Pater, qui filium institutum ab aliquo non potuit iubere, vt adiret hereditatem, eò quòd ipse pater causa legationis erat absens, si decesserit filius, antequàm adiret, patri reuerso subuenitur, vt habeat eam hereditatem ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur, l. cùm quidam. 30. & ibi gloss. aberat. eodem.

Pater adire potest filio infante herede instituto, glo. subueniri. in l. cùm quidam, 30. de acqui. heredit.

Pater si filium heredem institutum ab aliquo non potuit iubere adire, eò quòd filius erat absens causa legationis, si decesserit filius, antequàm adiret, iuuatur pater

obligatur in solidum ex mala administratione filij.gl.2.ibid.

Pater in solidum duob. casib. tantùm tenetur propter tutelam à filio factam:scilicet quando filius à iudice fuit datus tutor, & pater consensit,& quando à iudice fuit datus tutor:sed priùs erat factus decurio voluntate patris, gl.5.ibid.

Pater tenetur de peculio, & de in rem verso propter tutelam factam à filio: in duob.tantùm casib. scilicet quando filius à testatore fuit datus tutor, & pater consensit siue non consensit, vel à iudice fuit datus, & pater non consensit. ibidem.

42 Pater non tenetur pro filiofam.curatore creato.sed qui eum nominauit, tenetur: filius tamen non tenetur in solidum:sed de peculio,l.fi.& ibi gl.2.C.de filiisf. & quemad.lib.10.

Pater præstans volũtatem,vt filiusfam.gereret magistratum, videtur tacitè promittere rempub.saluam fore,l.1.§.fin.de magistrat.conueniend.

Pater præstans voluntatem, vt filiusfa. gereret magistratum, æquiparatur fideiussori qui intercessit apud rempu.non tamen quantum ad omnia:quia talis fideiussor non tenetur pupillo, cur tutor idoneus non fuit datus à filiofa. magistratu:sed pater tenetur de peculio,gl.fi.& ibi add.marg.

Pater videtur consentire nominationi filiifa. ad decurionatum. vel aliquod munus, si præsens fuit, & non contradixit electioni, & ideò pro filio quasi fideiussor eius obligatur,l.2.ad municipal.

Pater licèt consenserit,quòd filius suus infans esset decurio, & pro eo obligauerit se reipub. non propter hoc adstringitur ad aliqua onera, cùm ad ea, quæ mandari possunt,voluntatem dedisse videatur,l.Lucius.§.Imperatores.eod.

Pater,qui fraudulenter emancipat filium electum in magistratum,ne pro eo teneretur,nihilominùs tenetur quasi fideiussor eius:secùs si non malitiosè emãciparet,l.fi.§.pe.& ibi glos.consulto.eodem.

Pater dicitur non consentire ad decurionatum filij, si contrariam voluntatem vel apud acta præsidis, vel apud ipsum ordinem,vel alio modo ostendit,l.honores,7.§.fin.de decurionibus.

Patris excusatio propter ætatem 75.an.aut propter numerum liberorum:scilicet quinque,non tribuit immunitatem filio à munerib.secùs est in muneribus patrimonialib.l.3.§.quamnis.& ibi gl.à munerib.gl.de muneribus.

Pater non tenetur propter officiumfiliifam,qui inuito patre creatus est decurio, l.1.C.ne filius pro patre.

Pater tenetur in solidum pro officio filiifam.sciente patre in decurionatum creati,gl.1.ibid.

Pater tenetur de peculio pro officio filiifam. inuito patre in decurionatum creati.gl.fi.ibid.

Pater consentiens decurionatui filij,& aliis munerib.ciuilib.quæ sunt publica authoritate, & vtilitate, obligat. in solidum:scilicet quantum ad rempub. quib. videtur fideiubere pro eo,gl.fi.in l.1.C.quod cum eo,qui.

Pater consentiens decurionatui filij tenetur tantùm de peculio, quando filius magistratus, vel decurio existens malum dedit tutorem, & sic alium à repub. læsit.d.gl.fi.

Pater fideiussor filij hodie pro officiis publicis,quæ ipse filius principaliter gerit, in solidum conueniri non potest, nisi filio priùs excusso: secus quando pater tenetur principaliter pro administratione filij,† gloss.penult. in l.5. de excusat.tutorum.

Pater si ad decurionatum filiifa. consenserit, tenetur ipse pro eo & etiam eius heres priùs facta excussione de principali,l.1.C.de decurionib.lib.10.

Pater ad decurionatum filiifa. consentiens expressè, vel tacitè,vt quia sciebat,& non contradixit,obligatur tanquam fideiussor pro eo,quod filius gessit,vt decurio,d.l.1.& ibi gl.3.

Pater,& filius possunt esse simul in decurionatus honore: sed non possunt simul habere honores,vel munera ciuilia,personalia, vel mixta, nec pater post filiũ, vel econtrà, nisi filius esset emancipatus, l.1. & ibi gl.2.& 3. C.de munerib.& honor.lib.10.

Patris, & filij existentis in potestate est eadem persona, & cùm vna sola persona iuris fictione præsumatur,ideò solus pater tenetur subire munera, non filius, gl.1.in l.2.C.qui ætate,vel professione.lib.10.

Pater dissentiens decurionatui filiifa.non tenetur ad decurionatum,nisi de peculio,gloss.2.in l.1.C.de filijfa.& quemadmodum.lib.10.

Pater consentiens decurionatui filiifa. emancipati non obligatur ad decurionatum, nisi fideiubeat expresse pro eo, vel nisi in fraudem emancipauerit. d.l.1. & ibi gl.1.

Pater consentiens decurionatui filiifa.obligatur ad decurionatum in solidum:filius tamen priùs excutitur.d.l.1.& ibi gloss.2.

Pater tunc videtur consentire decurionatui filiifam. eo ipso quòd non dissentit. dict.l.1.

Pater adoptans eum, qui factus est decurio, videtur consentire eius decurionatui,gl.2.ibid.

Pater appellans nomine proprio à nominatione facta de filio,videtur consentire decurionatui,l.2.C.eod.

Pater si promisit de suo pretium pro honore filij habendo, vel subiturum onus honori filij admissum,tenetur ipse pater ad omnes eius heredes ad pretij erogationem,vel ad subeundum onus promissum,l.1.&ibi gl.1.C.de periculo successorum parent.lib.10.

Pater consentiendo filio in obligando se pro habenda dignitate, censetur quasi fideiussor filij,l.si vni,21.§.idem scribit, & ibi gl.fuerit.& gl. professum,famil. ercisc.

Pater plures filios habens si consensit, quòd vnus filius electus ad munus, illud susciperet, & antequam munere fungeretur, pater mortuus sit, omnib. filiis heredib.institutis, ille filius, quod in eam rem impendit, omne illud iudicio familiæ erciscundæ consequetur,d.§.idem scribit.

Patris delictum non nocet filiis, quominùs ad honores vocentur,l.3.§.quod pater.de munerib.

Reliqua verbo, Filius, 68.69.70.71.72.

44 PATER emancipati filij res à se donatas si administrauerit, tenetur filio actione negotiorum gestorum,l.litis contestatæ.§.fi.de negot.gest.

Pater hodie habet administrationem rerum filiifa. nisi in actione iniuriarum,& de dote.& in aliis,similib.quæ sunt propriè filiorum,imò& in illis pater habet ius,gl.fin.in l.rectè Labeo.ex quib.caus.maiores.

Pater non habet Clausianam, vel Fauianam pro reb.alienatis filio emancipatò reuocandis: sed patroni habent pro reb.alienatis à liberto reuocandis, l.non vsque.si à paren.fuerit manumissus.

Pater id,quod facit tanquam legitimus administrator, siue id sit iudicium, siue aliud, mortuo patre instantia transit in filium, etiam si heres non sit: secùs si tanquam non legitimus administrator gessisset: quia tunc id ad filium non transit, nisi sit heres patris, l.si sine iudice. §. fin. & ibi add.marg. rem ratam haberi.

Pater post emancipationem filij illo non consentiente non poterit vendere res filij,l.5.C.de rebus alienis.

Pater fundum, quem post emancipationem filius acquisiuit,non poterit vendere,gl. ibid.

Pater fundum aduentitium post emancipationem filij non poterit vendere:ante verò emancipationem rectè poterit,cùm sit dominus tunc.d.gl.1.& 2.ibid.

Pater post emancipationem filij potest res filij vendere eo consentiente gl.consentiente.ibid.

Pater non poterit reuocare alienata per filium emancipatum in fraudem patris, gl.fi.in l.2.C.si in fraudem patroni.

Pater pecuniam, quam dedit filiæ emancipatæ in potestate sua constitutæ, adimere potest,l.filiæ pecuniam.7.Cod.soluto matrim.

Pater licèt habeat vsumfructum:tamen non potest alienare bona aduentitia filij, nisi ad soluendum æs alienum,l.fi.§.ipsum autem.C.de bonis,quæ liberis.

Pater poterit alienare filij nomine bona aduentitia filiifa. quæ sunt onerosa, & damnosa hereditati filij,vt pretium illorum vel in res, vel in causas hereditarias procedat, vel filio seruetur.ibidem.

Pater subiicitur ratiociniis, quando filij bona in casu sibi permisso alienat.gl. pretium.ibidem.

Pater tutor rationem reddere tenetur, & vt bona tutoris sunt obligata pro administratione:ita & patris,gl.cuius.in l.fi.§.fi.C.de sententiam passis. 43

Pater hodie non tenetur reddere rationem filio de bonorum aduentitiorum administratione, neque tenetur satisdare, gl. fi. in l. orphanotrophos. 30. C. de episcopis,& cler.

Pater ancillam ex successione materna pertinente ad filium si vendidit,nec filius patri successit, poterit filius antequàm agat rei vendicatione agere ad exhibendum,l.1.C.ad exhibendum.

Pater egens in aduentitiis vt legitimus administrator, non tenetur satisdare de iudicatum soluendo, vel de rato:si verò ageret vt extraneus,tunc tenetur satisdare,gl.2.in l.fi.§.vbi autem.C.de bonis,quæ liber.

Pater in bonis aduentitiis filij habet plenissimam potestatem vtendi,fruendique, neque tenetur reddere rationem administrationis, neque potest impediri disponere quomodo voluerit deacquisitis ex illis,l.cùm oportet,6.§.non autem & ibi gl.1.C.eod.

Pater si remiserit vsum fructum filio, cæteri filij ab eo non possunt petere, etiam patre mortuo,d.§.non autem.

Patris bona non sunt filio obligata pro mala administratione rerum filij,gl. non autem.ibid.

Pater vbicumque dissipat bona filij, si quidem filio ad ipsa bona potest dari regressus: quia vendit res immobiles, quæ non consumuntur, tunc filius non potest reprehendere patrem,gl.patria.in add.ibid.

Pater si dissipat res mobiles filij,quæ non possunt apparere,si non sit soluendo,& sit homo malæ vitæ,tunc potest ei administratio interdici.ibid.

Patri permittitur bona aduentitia mobilia, & illis non sufficientib. immobilia vendere ad soluendum æs alienum. quod erat iniunctum hereditati aduentitiæ:& si pater sit in mora soluendi, cogitur de suo vsuras soluere,l.fi.§.fin autem æs alienum.C.eod.

Pater, qui filium miserat ad scholas,habet necesse libros emere,gl.2.in l.5.C.ad Macedonian.

Pater licèt fecerit expensas pro vno filio militando, vel doctorando,vel vxorando,mortuo patre non debent fieri expensæ de communi pro alio filio,l.3.§. fi. & ibi gl.fi.de munerib.

Pater, quod expendit in honorem filij,videtur in dubio expendere de bonis,quæ habet pertinentib.ad filium,l.fi.de petitione heredit.

Pater quod expendit de suo in honorem filij antequàm eum emanciparet,potest deducere id de hereditate aduentitia filij, quam pater possidebat, qui eo deducto restituet ei.ibid.

Pater tutor, vel curator filij non potest prædia minori acquisita alienare, vel vendere sine decreto, etiam si tanquam suum vendidisset,& non vt pupillare, l.3.C.de prædiis minorum.

Pater si vendidit fundum aduentitium filij, qui posteà patris heres institutus adiuit,confecto inuentario,si velit vendicare fundum ab emptore,potest emptor repelle eum exceptione, quatenus habet de hereditate vltra legitimam. sed si adierit non confecto inuentario,repellitur ab emptore in totum,si velit ab eo vendicare fundum,gl.confundantur.in l.scimus.22.§.computatione.C. de iure delib.

Reliqua verbo, Aduentitia, Filius, 84. supr.nu.9.10.11.

PATER transiens ad secunda vota illud, quod lucratur ex hereditate filiorum præcedentium prioris matrimonij,tenetur aliis filiis reseruare, gl. fi.in l. 3.§. C.de secund.nupt.

Pater transiens ad secunda vota, quidquid de bonis mulieris ad eum deuolutum est,morte mulieris matrimonio dissoluto communib. liberis debet reseruare, l.5.C.eod.

Pater omnes res,quæ de bonis mulieris ad eum deuolutæ sunt, dissoluto matrimonio,tenetur reseruare filiis eiusdem matrimonij, ad quos spectat dominiũ earum, & mortuo patre illas vindicare possunt,si extant a quocunque possessore,illis tamen consumptis possunt exigere cõdictione ex lege, vel sine causa ab heredib. eius. qui eas seruare debuerat, l. generaliter, 5. & ibi gl. exigent.C.eod.

Pater res, quæ de bonis mulieris ad eum deuolutæ sunt, mortua muliere non haber

potest

potest reuocare dotem promissam mortis causa, sicut & alias donationes mortis causa factas,l.si pater,79.eod.

Pater habens vsumfructum in fundo generi, si eidem genero in dotem dedit eum nomine filiæ, ea mortua in matrimonio habebit portionem vsusfructus ex sua persona,l.cùm in fundo,81.§.planè.eod.

Pater filiæ nomine centum doti si ita promisit,cùm commodissimum erit,intelligitur tunc debere,cùm primum sine turpitudine, & infamia dare possit, l. auus,82.eod.

Pater filiæ nomine numos alienos, quos mutuo acceperat,aut in causam crediti receperat], si in dotem dedit, consumptis his dos profectitia efficitur, l. pater,84.eod.

Pater si liberauit maritum filiæ suæ à solutione dotis profectitiæ, vel eam delegauerit, donec filia erat in eius potestate, nec ipsa filia in potestate,nec pater potest agere contra maritum:quia non potest venire contra factum suum. gl. sui iuris.in l.2.§.quod si in patris.soluto matrim.

Pater si dotem dedit, & pactus est, vt filia mortua in matrimonio dos apud virum maneat,pactum seruandum est,etiamsi liberi non interueniant,l.si pater 12,de pactis dotal.

Pater pro filia si doté promisit,vt annua, bima, trima,quadrima à se daretur dos & conuenit, vt eisdem diebus soluto matrimonio dos redderetur, valet tale pactum, si filia patri heres extitit, & ea interueniente illud pactum factum fuit:secùs est inter coniuges, inter quos non potest pacisci de reddenda longiori tempore,quàm legib.est statutum,l.aliud.19.& ibi gl.1.eod.

Pater filiæ nomine dans dotem si pactus sit,vt mortua filia superstitib.liberis deducta tertia parte reliquæ duæ partes dotis sibi,aut post ipsius patris mortem filiis suis redderentur,& hoc ita fieri stipulatus sit,filij patris stipulatoris illas duas partes petere possunt à marito,si post mortem patris filia in matrimonio decesserit relictis filiis:quia illa stipulatio ita intelligitur facta,vt si in matrimonio mortua esset viuo, vel mortuo patre,dos redderetur patri, vel eius filiis,l.pater,23.eod.

Pater dotem sibi reddi si stipulatus sit,si filia in matrimonio decesserit,constante matrimonio si capitali crimine damnatus sit pater,diuortio sequuto,vel morte viri soluto matrimonio, conditio stipulatoris deficit: sed si mulier in matrimonio decesserit, ex stipulatu fisco quæritur dotis actio, l. inter socerum. 26.§.pater.eod.

Pater si stipulatus sit dotem sibi dari, si filia in matrimonio decesserit,patre constante matrimonio capitali crimine damnato, & deinde post verum diuortium si fuerint renouatę nuptiæ,non committitur fisco stipulatio,licèt postea defuncta sit filia in matrimonio: quia illa stipulatio ad primas nuptias pertinet,d.l.inter socerum.§.fi.

52 Pater si filiæ nomine certam summam in dotem promisit, & pactus sit, ne inuitus eam solueret,nihil ipse pater exigit,ex quo nihil soluit,l.fi.§.fi.eod.

Pater non perdit dotem propter delictum filiæ emancipatæ, si pater sibi reddi stipulatus fuit,l.5.& ibi add.marg.de diuortiis.

Pater si sine consensu filiæ dotem profectitiam recepit à viro filiæ, tenetur alij viro eiusdem filiæ nomine eandem dotem dare,nisi clades eidem patri aduenerit,l.4.& ibi gloss.1.solut.matrimonio.

Pater, & filia in potestate in dote profectitia repetenda soluto matrimonio non habentur quasi duo rei stipulandi:quia tunc maritus posset soluere filiæ, glo. superest.in l.si cùm dotem,23.§.1.eodem.

Pater cogitur iterum dotare filiam quæ dotem consumpsit.† d.gl superest.

Pater deteriorem conditionem in dote filiæ facere non potest,nisi consentiat filia,l.filia,10.& gl.1.soluto matrim.

Pater etiam si dederit dotem filiæ ante matrimonium,poterit ex interuallo ante nuptias etiam sine voluntate filiæ stipulari sibi de dote reddenda.ibid.

Pater cùm ducenta dotis nomine filiæ promisisset,si pactus est ne ampliùs,quàm centum à se peterentur, soluto matrimonio diuortio, vel morte filiæ, pater, vel filia non poterit exigere plusquàm centum, quæ ipsi soluta sunt: sed alia centum,de quib. conuenit,ne peterentur,non intelliguntur esse dotis,l.si marito,32.§.1.eod.

Pater cùm ducenta nomine filiæ doti promisisset, si pactus est,ne ampliùs,quàm centum à se peterentur, mortuo patre, maritus non obstante illo pacto,cum herede eius poterit agere ad ducenta constante matrimonio, vel eo soluto ex pacto de lucranda dote: quia illa centum, quæ pater non tenebatur soluere, dicuntur esse in dote,d.§.1.& ibi gl.agere.

Pater dicitur soluto matrimonio recepisse dotem profectitiam voluntate filiæ, etiam si filia cõtradicat, dummodò iustam causam contradicendi non habeat: maximè si posteà ab eo ampliori summa dotata sit.l.dotem.38.&ibi gl.1.eod.

Pater ex interuallo si filiæ voluntate stipulatus est de dote sibi soli reddenda, facto diuortio sub conditione,si filia sine liberis decesserit, conditione diuortij existente per mortem filiæ,& sine liberis, pater poterit agere ex illa stipulatione, neque obstat ei aliqua exceptio: secùs existente conditione diuortij tantùm: sed non per mortem filiæ,quo casu liberis etiam non existentib.viua filia patri agenti sine illa obstat exceptio,nisi caueat rem ratam filiam habituram,vel causa cognita omnino sibi denegatur actiò. † l. post dotem,41. & ibi gl.1.& fi.eodem.

53 Pater si voluntate filiæ stipulatur facto diuortio dotem simpliciter dari, intelligitur stipulari communiter sibi, & sic ei,cui debet restitui:& ita filia mortua sine liberis pater ex stipulatu effectualiter agit: sed viuente filia cùm actio sit communis, si pater agit sine filiæ voluntate, repellitur exceptione, † d.l.post dotem.& ibi gl.1.& ibi add.marg.

Pater stipulando simpliciter dotem dari intelligitur stipulatus communiter sibi, & filiæ:& actio ex tali stipulatione expressè est communis patri, & filiæ.ibid.

Pater facto diuortio voluntate filiæ si stipulatus est sine filiæ voluntate dotem sibi dari,non tollitur actio communis, & ideò licèt pater mortua filia sine filiis possit agere: ea tamen viuente non potest,nisi filia consentiat,d.l.post dotem.& ibi gl.1.

Pater,& filia in dote videntur esse duo rei stipulandi:vnde licèt vnus eorum succedat dotis debitori, nihilominùs in persona alterius in suo statu remanet obligatio,gl.concessit.in l.si socer,45.eodem.

Pater tenetur dotare filias iudicis officio, & non iure actionis, qui si iure actionis transiret onus dotandi ad heredes patris, quod tamen non transit, † gl. conueniri.& ibi add.mar.ib.

Pater si dotem genero promissam leget filiæ, non tenetur heres ad duplicem præstationem: sed ambo alterutra præstatione debent esse contenti, l. huiusmodi.86.§.cum pater.de leg.1.

Pater legando filiæ dotem promissam genero, in dubio intelligitur animo compensandi legare eandem dotem, nisi aliud appareat de voluntate patris, gl. eadem.ibid.

Pater potest legare filiæ dotem profectitiam: & si maritus ex promissione, & filia ex legato veniant simul ad petendum, tunc debent inter se conuenire, vt sint alterutro contenti,d.l.cùm pater.& ibi gl.contenti.

Pater si dotem à nutu receptam legauerit filio exheredato : heres patris opposita doli mali exceptione non debet cogi soluere legatum,antequàm filius legatarius caueat ei de indemnitate propter damnum, quod posset pati muliere agente soluto matrimonio.l.pater.8.de dote prælegata.

Pater, qui promisit dotem pro filia,quam nuptui tradidit,si eam alat, non tenetur ad vsuras dotis tardiùs solutæ,licet eas per errorem promiserit genero, l. fi.de doli mali exceptione.

Pater tenetur omnino dotare filiam suam etiam nuptam, etiam si inuito patre sit nupta,gl.1.& ibi add.marg.in l.obligamur,51.de actio.& oblig.

Pater quando dedit dotem filiæ,& eam stipulatus est pro filia, quòd mortua filia sine liberis,patre,& matre,& fratrib.superstitib.pater solus succedit in dotem, gl.sin autem.in l.3.C.de bonis,quæ liber.

Pater simpliciter dotando filiam, aut dando donationem ante nuptias, aut promittendo,non exprimendo de quo patrimonio:videtur dotasse,vel dedisse,aut promisisse de proprio patrimonio ipsius patris, & non de bonis aduentitiis filiæ, quæ bona in sua figura remanent,l.fi.C.de dotis promissione.

Pater pro filio, vel filia habente bona aduentitia si dotem; vel donationem ante nuptias dederit, vel promiserit exprimendo quòd dabat, vel dotabat de proprio patrimonio,& filiæ:tunc si pater sit soluendo,intelligitur dotasse de proprio patrimonio: sed si non sit soluendo, intelligitur de patrimonio ipsius filiæ.ibid.

Pater dotando filiam si expresserit,quòd dotabat de proprio patrimonio,& filiæ: si pater non sit soluendō, intelligitur de patrimonio ipsius filiæ,& prodest patri hæc præsumptio: licet ipse non teneatur vltra, quàm facere potest: quia posteà etiamsi perueniat ad maiorem fortunam, non potest conueniri, cùm iam soluta sit dos marito: secùs si eo casu de suo præsumeretur eum promisisse,gl.pertinent.ibid.

Pater dotando filiam si expresserit, quòd dotat de proprio patrimonio, & filiæ:si 54
ipse pater habeat idoneam substantiam,& tãtam,vel qualem,ex qua commodè,& secundum dignitatem, & facultatem suam poterat eam dotem pro filia dare, intelligitur dotare de proprio patrimonio, & non filiæ, gloss.idoneam ibidem.

Pater simpliciter dotando filiam intelligitur dotare de proprio patrimonio: ita quòd indistinctè teneatur de suo dare.† ibid.

Pater non potest bona vxoris ea inuita dare in dotem pro filia: debet enim de bonis propriis dotare,l.neque mater.& ibi gl.fi.C.de iure dotium.

Pater si dedit res aliquas in dotem pro filia vsufructu sibi deducto, eas vendere non poterit in præiudicium filiæ,l.res,quas.17.C.eod.

Pater si dedit res aliquas in dotem pro filia vsufructu sibi deducto, vsusfructus finitus cedit lucro dotis,gl.2.ibid.

Pater dans dotem pro filia, si pactus sit, quòd si post mortem eius filia decedat in matrimonio,mediam partem dotis redderet eius maritus filio suo:post patrem filia mortua in matrimonio, filius non poterit ex stipulatione patris petere partem dotis,nisi ipse filius sibi sit stipulatus,l.cùm patrem,19.C.eod.

Pater instituendo filium cum aliis, quem grauauerat, ne peteret partem dotis datam à se filiæ suæ, quam sibi stipulatus fuit filius soluto matrimonio post mortem filiæ dotatæ, eatenùs poterit filius ex dote agere, quatenus est institutus, & non in plus: quia in eo,quod plus est,obstat exceptio salua retentione quartæ legis Falcidiæ.ibid.

Pater rem, quam pro filia dedit in dotem genero, nec recepit, alienare non potest,l.rem,quam,22.C.eod.

Pater dotis à se datæ deteriorem conditionem facere non poterit constante matrimonio,gl.fi.ibid.

Pater rem,quam pro filia dedit in dotem genero etiamsi soluto matrimonio per mortem viri recipiat eandem dotem per pactum; alienare tamen hodie non potest,† glo.1.ibid.

Pater genero dando dotem pro filia,eam reddi extraneo etiam filio emancipato non potest stipulari.l.si genero.& ibi gl.1.C.eod.

Patri non licet filia denuò nubente diminuere prioris dotis mensuram ad se reuersam, nisi ipsius patris patrimonium fortuitò fuerit diminutum. auth. sed quamuis,C.de rei vxoriæ actio.

Pater mulieris non potest pacisci,vt viro præmortuo filiis superstitibus pars dotis pro liberis retineatur ab heredib.viri,l.3.C.de pactis conuentis.

Pater recipiens dotem pro filia in potestate, illo mortuo ad dotis restitutionem tenetur, non quatenùs est peculium: sed in solidum habita ratione ne egeat, l.pe.C.solut.matrim.

Reliqua verbo, Dos, 27. vsque 25.47. vsque 50, Dotare, 1.3. Pactum, 15. vsque 18. Mulier, 15 Pacisci.

PATER si agit actione dotis,cauere debent rem ratam filiam habituram, l.non solùm.§.si de dote.de procuratorib.

Pater in actione de dote non admittitur, etiam cum cautione de rato, si filia contradicat expressè,& causam contradicendi habeat.ibid.

Pater actione de dote si agit filia præsente, & non contradicente, filia videtur consentire: & si contradicat sine causa contradicendi habetur pro non contradicente.ib.

Pater pro dote profectitia potest agere solùs suo nomine, & etiam adiecta persona filiæ,l.2.§.quod si in patris.soluto matrim.

Pater sicut non potest exigere sine filia dotem profectitiam datam à se filiæ sa.

ita

& in

& in sua,& in domo generi,dummodò & filiam occidat, vel per eum non steterit,gl.1.in l.4. C.de adult.

Reliqua verbo, Adulter.per tot.Lex,13.Deprehensus,Mulier,29.

60 PATRIS macula non nocet filio, quominùs ipse filius vti possit priuilegio, & dignitate ex persona aui, l. emancipatum. §. sed si quis. & ibi gl. patris. de senatorib.

Patris factum non nocet filiæ,postquàm fuerit sui iuris,& sic emancipata fuerit, l.2.§.quòd si in patris.soluto matrim.

Patris delictum non nocet filio, l.si cui crimen. §. 1. & ibi gl. pater accusauerat. de accusat.

Pater non potest occidere filium inauditum : id est reum iudicio non defensum, neque commissum : sed debet eum accusare apud præsidem prouinciæ,si delictum commissum à filio contra ipsum patrem esset graue : secùs si delictum esset leue, aut commissum contra alios : quia tunc pater non poterit accusare eum,l.2.& ibi gl. 1.& add.mar.ad leg.Corn.de sicariis.

ob patris delictum aufertur hereditas nepoti, gl. fin. in l. si quis patris, 26. de falsis.

ex patris delicto filius non punitur,l.crimen,26.de pœnis.

Patre damnato ex delicto,quo publicantur eius bona : tamen filio ex eius bonis salua remanet legitima portio : & si damnatus pater plures filios habeat, non publicantur bona : sed eis conceduntur omnia,l. cùm ratio. in princ. & in §.si plures de bonis damnatorum.

Pater condemnatus ex his bonis quæ per delictum commissum acquisiuit, portiones liberorum eius non augentur,cùm ea sint fisco applicanda,veluti si occidisset cognatum, cuius hereditatem posteà adiuit : quia ea hereditas ad fiscum,non ad filios pertinet.d.l.cùm ratio.§.fi.& ibi gl.non augentur.

Patris iussus non excusat,d.§.fi.& ibi gl.fin.

Pater occidens se eò, quòd diceretur occidisse filium suum,magis videtur dolore filij amissi mortē sibi irrogasse,quàm metu pœnæ.& ideò bona eius nō sunt publicanda : sed ad eius heredem deueniunt,l.fin.§.videre.de bonis eorum,qui sibi mortem.

Pater non tenetur de peculio ex furto filij, nisi in quantum locupletatus est, quod est generale in filio, & seruo in quolibet delicto,l.ex pœnalib. 59.& ibi gl.1.de regulis iuris.

Pater inuadens possessionē non tenetur filio pœna l. si quis in tantam. sed econtrà filius inuadens tenetur.gloss.fi.in l.si quis in tantam.C.vnde vi.

Pater tenetur de peculio pœna l.si quis in tantam.de violenta inuasione filij post condemnationem filij,nō priùs, nisi in id,quod ad vtrumque peruenisset.ibid.

Pater occidens filium ex voluntate,tenetur de parricidio.gl.fi.in l.1.C. de emendatione propinquorum.

Reliqua verbo,Delictum,14.Frater,12.Parricidium.

PATERNVM affectum nullus affectus vincit.l.cùm furiosus.7. & ibi gl.paternum.& ibi add.marg.C.de curatore furiosi.

Paternum officium est,& dotem,vel donationem ante nuptias dare pro sua progenie,l.fi.C.de dotis promissione.

Paternos libertos rectè dicimus nostros : liberorum nostrorum libertos non rectè dicimus nostros libertos,l.licèt inter gesta,18.de verborum sign.

Paterni testimonij authoritas magna est, quando pater testamento dicit filium suum esse prodigum,& ei curatorem dare, quem iudex debet omnino confirmare,l.pen.& ibi glo.fi.de curatore furiosi.

Paternitatis vinculum iura magnopere tuentur, vt etiam patrem improbum, & scelestum à filio debere ali statuant.§.si verò contigerit.in add. marg.in auth. de incestis nuptiis.

Reliqua verbo,Filius,65.66.67.133.vsque 144.Filia,8.9.10.

PATIOR verbum quandoque accipitur passiuè, & non actiuè,l.pe. & ibi gl fi. C.de heredita.vel actio.

si patiatur quis fieri id, quod potest prohibere, ipse facere videtur, glos.constituisse.in l.quid ergo.§.si quis.de his,qui notantur infam.

Patiens qui quod necesse habet pati,quantum ad interdictum ne quid in via publica fiat, excusatur : secùs si sua voluntate aliquid contra illud interdictum molitur,l.2.§.idem Labeo.ne quid in loco public.

PATIENTIA habetur pro præcepto,gl.2.in l.non alia.de his,qui notantur.

Patientia in vsufructu, & in aliis seruitutib. loco traditionis habetur : quia illæ non recipiunt veram traditionem, gl.2. in l.3. de vsufructu. & l. pe. & ibi gl. traditio. de seruitutib. l. 3. §. si iter. de actio. empti. gl. passus. in l. restituta, 37.ad Trebel.

Patientia præiudicat in seruitutib. constituendis, vel in libertatib. seruitutum,l. & si fortè.§.1.& ibi gl.effectus.si seruitus vindicetur.

Patientia habetur pro consensu, l.1.§.magistrum autem.& ibi gl. imposuisse.de exercitor.gl.remissum.in l.cùm plures.61.§.locator locati.gl.1.in l.qui tacet, 185.de regul.iuris.gloss. fin.in l.1.C.de acqui.possessione.

Patientia habetur pro consensu, quando spectat ad vtilitatem eius, qui patitur: secus quando quis patitur rem suam dari, vel vendi, nisi ratio affinitatis, vel dominij intercedat : quia tunc patientia inducit donationem, vel venditionem,gl.1.in l.qui patitur,18.mandati.

Patientia sola inducit liberationem à debito odioso,l.qui semisses,13.de vsuris.

Patientia,& præsentia præiudicant,l.4.§.fi.& ibi gl.pen.de fideiussorib.tutorum.

Patientia non potest præiudicare ei, qui prohibere non potest,aliàs secùs,l.sæpè, 63.de re iudicata.

Patientia,& modestia debet esse tam in clericis,quàm in regentib. rempub.l.decernimus,26.C.de episcop.

Patientia comparatur consensu fauore religionis, vel libertatis, gl.1. in auth.si seruus.C.eod.

Patientia simplex cum scientia non est causa perdendi dominium, quod est magni præiudicij:sed in eo quod est modici præiudicij,bene nocet, gl. fi.in add. in l. solemnib.25.C.de rei vind.

Patientia eius, qui tenetur tradere, habetur pro traditione, licèt instrumento, quòd tradita non fuerit,non contineatur.l.2.C.de acquir.possess.

Patientia non solum inducit præsumptionem consensus : sed etiam inducit præsumptionem veritatis,& solennitatis,l. 1.& ibi gl.pe.C.de patria potesta.

Patientia consensui comparatur, gl.liber.in §.sed neque curiales.in auth.de sanctiss. episcopis col.9.§. pe.& ibi gl. non contradicente. & ibi add. Inst.quibus mod.ius patriæ.

Patientia sine contradictione habetur pro expresso consensu. gl. fi. in c.1.§.fi. de inuestitura inter domi. & vasal. gl. permissione. in c. imperiales.de prohibita feudi alienat.per Lotha.

Reliqua verbo,Scientia,2.3.

PATRES CONSCRIPTI dicuntur : quia eorum nomine erant conscripta in diademate capitis eorum literis aureis,gl.1.in l.1.C.de emendatione Codicis.

Patria in genere,num.1.

Patria potestas,num 2.

PATRIA sua vnicuique est dulcissima,l.qui habebat,99.& ibi gl.1.de legat,3. 1

Patriæ appellatione etiam suburbia continentur, l. vxorem. 39.§. legauerat. de legat.3.

Patriæ obedire tenetur de iure gentium, & pugnandum est pro patria, l.2.& ibi gl.fi.de Iustitia,& iure.

Patriæ amor dulcis est : vnde Virgilius, Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua,d.gl.fi.& ibi add.marg.

Patriæ plus tenetur quis, quàm patri, l. 4. §. qui filium. & ibi add. marg. de re militari.

Patriæ vtilitatib.qui se, vel alios subtrahit, non est laudandus,l.3.§.quod pater. de muneribus.

Patriæ suæ administratio nulli debet permitti sine speciali principis permissu.l. fi.C.de officio rectoris prouinciæ.

Patriæ magis adstringitur quis quàm parentib. vnde aduocatus filius debet potiùs aduocare pro patria,quàm pro patre:intellige,quando agitur de statu publico : sed vbi agitur de commodo pecuniario, debet præferre patrem patriæ, gl.1.in l.militem,7.C.de procuratorib.

Patria,quam quis est sortitus per originem,non tam facilè mutatur, vt ea patria, quæ tātùm iure domicilij habetur,gl.pe.in l.in adoptionem,7.C. de adoptio.

Patriæ onera tenetur quilibet naturaliter subire, gloss.non remittit.in l.in filiis, 35.C.de decurionib.lib.10.

Patriam propriam etiam vilem non potest deserere quis,l,fi.& ibi gl.fi.C.de municip.lib.10.

Reliqua verbo,Filius,1.2.

PATRIA potestas non consideratur in his, quæ pertinent ad ius publicum gloss.1.in l.illud quod cuiusque vniuersitatis nomine. 2

Patria potestas dissoluitur per adoptionem, & transfertur in adoptantem,gl.datus.in l.2.quod cum eo,qui in aliena pot.

Patria potestas proprium ciuium Romanorum est,l.3.de his,qui sunt sui. & glos. 2.in l.1.Cod.de repudiis.& §.fin.de patria potestate.

Patria potestas constituitur quatuor modis,per matrimonium,per adoptionem, per principem facta legitimatione, & per dationem curiæ, gl.1.ibi in d.l.3.de his,qui sunt sui.

Patria potestas sumitur pro subiectione,& reuerentia,glos.2.in l.4.eodem.

Patria potestas constituitur etiam in naturalib. liberis, & etiam in adoptiuis, l. 5.eodem.

Patria potestas morib.est recepta id est iure ciuili,l. patre furioso. & ibi gl. receptum.eod.gl.pe.in l.quidam sunt.de pœnis,& gl.fi.in l.1.C.qui admitt.

à Patria potestate filij exeunt emancipationibus, & aliis modis, d.l. patre. & ibi gl. casib.

Patria potestate liberatus potest propter ingratitudinem in potestatem reuocari, gl. 1.in l.qui liberatus.de adoptio.

Patria potestate liberatus non potest posteà honestè in potestatem reuerti, nisi adoptione,d.l.qui liberatus.

Patria potestas ficta ita facit dotem profectitiam competere patri,ac si vera esset existentia patriæ potestatis,l.si ab hostibus,14.& ibi gl.1.soluto matrim.

Patria potestas durat etiam post furorem patris, gl.1.in l.cùm heres, 52.de acquir.heredit.

Patria potestas inæstimabilis res est,gl.per eum.in l.mater.27.si quis omissa causa testam.l.filiusfa.117.§.secundum.de legat.1.gl.1.in l.filiæ,12.C.de collatio.

Patria potestas debet consistere in pietate, non atrocitate, l.diuus.& ibi gl. 1.ad leg.Pomp.de parricid.

Patria potestas fuit inducta propter affectionem liberorum iure ciuili Romanorum,gl.charitas.in l.postliminium.§.filius.de captiuis.

Patria potestas soluitur per episcopalem dignitatem,consularem, vel præfecturam, & per omnes dignitates liberantes à curia, auth. sed episcopalis. C. de episcop.

Patriam potestatem habēt liberti in filios suos,l. libertos,8.C.de patria potestat.

Patria potestas consistit in septem : scilicet pater necessitate famis potest filium vendere vel obligare : item à filio in ius vocari non potest,nec potest agendo cum filio habere iudiciū:item pater per filium acquirit:item filius in iudicio contra alium sine licentia patris esse non potest ; item pater filio inuito bona sua aduentitia administrat ; item inter eos non potest esse obligatio ciuilis; item filium in potestate, quando à nullo detinetur, potest pater petere per officium iudicis, & præiudiciali actione in rem aget, non interdicto, nisi quando vult pater eum adire hereditatem, in qua factus est heres:sed quando ab aliquo detinetur, potest petere per officium iudicis, & etiam potest agere præiudiciali in rem, & etiam rei vindicatione,gl.ius autem,in §.fi.Inst.de patria potestate.

Patriæ potestatis ratio habetur etiam in Gallia, gl. Romanorum. in add.ibid.

Patria potestas non est ad tuendum : sed ad gubernandum prout vult, & sibi acquirendum principaliter,gl.ad tuendum.in §.est autem.Inst.de tutelis.

Patria potestas requiritur tempore mortis in suitate.§.intestatorum.Inst. de hereditat.quæ ab intest.

Reliqua verbo,Emancipatio.Filius,54.vsque 57.58.59.Nepos,4.Pater, 6.7.Potestas.

PATRIMONIVM, vel factum pupilli quandoque expedit non publicari coram prætore ad decernenda alimenta, gl. decernerentur. in l. Nesennius. de nego.gestis.

Patrimo-

assurgendo,& similibus,gl.honorem.ibid.

Patrono debetur reuerentia à liberto,etiamsi quasi tutor vel curator interueniat in causa,d.l.sed si.§.fi.

Patrono debetur reuerentia, etiam cuiuscumque nomine ipse conueniatur : sed non ita præstat libertus, quando cuiuscumque nomine ipse agit : quia ex parte patroni fauor est in debita sibi reuerentia, qui fauor producitur cuiuscunque nomine conueniatur : ex parte liberti est pœna, ideóque non arctatur, si ipse alterius nomine agit,gl.pe.ibid.

Patronus habet beneficium ne conueniatur vltra quàm facere potest, nisi ius patronatus amiserit,l.patronus,17.& ibi gl. 1.de re iudicata.

Patrono agenti contra hæredem liberti rectè potest obiici exceptio doli. l. apud Celsum.§.aduersus.& ibi gl.conueniatur.de doli mali exceptione.

contra Patroni heredem datur liberto actio de dolo ; quia de ratione calculi, & non de ratione perfidiæ agitur,gl.obiecturum ibid.

Patrono perdenti ius patronatus propter eius delictum nullus honor debetur, l. fi.C.de bonis libertorum.

Patronus aliquando sine venia à liberto in ius vocari potest, vt quando patronus adegit ad iusiurandum,ne vxorem accipiat,gl.reuerentia. ibid.

Patroni persona semper debet sancta videri liberto,gl.1.in rubri. C.de obsequiis.

Patroni filius habet quædam iura in libertos,eo ipso quòd filius est,non quia heres:putà ius succedendi liberto,& ita potest habere quędam,& tanquam filius, & tanquam heres,putà de non vocando in ius,quod habet vt heres:quia & extraneus heres habet,& tanquam filius,licèt non sit heres,gl.fuisse.in l.Diui.de iure patronatus.

4 Patronus à seruo suo pecunia recepta eundem manumittens omnia iura patronatus retinet,l.1.& ibi gl. 1.C.de bonis libertorum.

Patronus ab extraneo pecuniam recipiens, si manumiserit seruum suum, cum quo tantùm pactum est,tunc retinet omnia iura patronatus,gl. 2.ibid.

Patronus iura patronatus, quæ in vita liberti sibi competunt, potest sibi remittere,gl.reseruandis.in l.2.C.eod.

Patronus dicitur habere ius patronatus in multis;putà habet ius succedendi,item quòd non vocetur à liberto in ius sine venia,& quòd libertus alat eum,& quòd turpem actionem,vel exceptionem contra eum non proponat, & quòd possit eum in seruitutem reuocare,& quòd, vbi eum inueniat,faciat ei reuerentiam, gl.repleatur.in §.nostra autem constitutio.Inst.de successione libertorum.

Patronus iura patronatus perdit,si patronus remiserit illa:quo casu talis remissio valet, quoad ius succedendi:remanet tamen ius reuerentiæ, & tunc ex iniuria non verbali:sed illata in personam, tantum potest eum reuocare in seruitutẽ, gl.repleatur.& ibi add.ibid.

Patronus perdit ius patronatus,si compellat libertum iurare,ne accipiat vxorem, vel ne nubat liberta, item si ei denegat alimenta, item propter tertiæ partis concessionem, vel quando alteruter eorum relegatus, vel deportatus fuerit, vel quando libertus natalibus restitutus est, vel quando mercedem pro futuris operis ab initio à liberto extorsit,vel quando libertus domini mortem vindicauit, vel si eum capite accusauit vel quando eum non suis numis emptus est, vel si à principe factionem testamenti liberam impetrauit, d. gloss. repleatur.

Patronus amittit ius patronatus,si compulit libertum,vt iuraret, ne duceret vxorem, vel libertam ne nuberet : & rectè potest libertus talem patronum in ius vocare : non tamen poterit in ius vocare sine venia filium talis patroni : quia tunc ius patronatus, quod habebat pater, transit in filium, l.adoptiuum.§.patronum. de in ius vocando.

Patronus amittit ius patronatus, si compulit libertam in perpetuum ne nuberet: quod verum est quando ob id filios tolleret ei,secùs si non tolleret : quia erat sterilis,gl.nubat,ibid.

Patronus non amittit ius patronatus,si compulit libertum, vel libertam ad tempus,& non in perpetuum,vt iuraret,ne duceret vxorem.ibid.

5 Patronatus non amittit ius patronatus per minimam capitis diminutionem ; vt quia est emancipatus,vel datus in arrogationem : sed bene per maximam, vel mediam,d.l.sed si.§. patronum.& ibi gl.minutus.eod.

Patronus non amittit ius patronatus, eò quòd libertus capite minutus sit, dum arrogatur per obreptionem, d.l. sed si. §. patronum, & ibi gloss. minutus. eodem.

Patronatus non amittit ius patronatus,quando quis impetrat beneficium spectãs ad ius patronatus, non facta mentione iuris patronatus, d. §. patronum, & ibi gl.obreptionem.

Patronus amittit ius patronatus, si libertum de crimine capitali accusauerit per calumniam,† gl.accusauerit,in d.l.sed si. §.liberos.

Patronus amittit ius libertorum : id est bonorum possessionem contra tab. liberti per venditionem, ac solam exactionem operarum, & mercedis liberti, & non per solam impositionem,† l. si quis à liberis.§.fi.& ibi gl.amisit. de liberis agnoscen.

Patronus si liberto petenti alimenta denegat,perdit ius patronatus:si libertus patrono,redigitur in seruitutem,l.alimenta.eod.

Patronus licèt sit dãnatus crimine perduellionis, vel alia causa: nihilominùs tamen liberi eius retinent iura libertorum:sed non iura sepulchrorum,l.4.& ibi gl.1.de iure patron.

Patronus,qui libertum suum non alit,perdit iura patronatus,l. diuus. de iure patronatus.

Patronus si cogat libertam, ne nubat, vel patiatur eam iurare ne nubat, perdit ius patronatus: sed si ignorante patrono filius patroni coegit eam ne nuberet, patrono nihil nocet : secus si iussu eius filius suus eam libertam coegit ad id, l, adigere. eod.

Patronus si iureiurando adegerit libertum ne duceret vxorem, vel libertam ne nuberet,remittitur eius iusiurandum, si modò velint ipsi nuptias contrahere, d.l.adigere.§. fi.

Patronus si iureiurando adegerit libertum ne contraheret nuptias, perdit ius patronatus,si ipse liberos tollere poterat:secus si ipse tollere non poterat,vt quia erat castratus,vel alio modo impotens,d.l.adigere.

Patronus ducturus libertam si iureiurando adegerit eam,vt sibi nuberet,nihil facit contra legem ; secùs si adegit non ducturus eam propter hoc solùm,ne alij nuberet:quia tunc facit fraudem legi,& ideò perdit iura patronatus, ac si eam coegisset,ne nuberet.ibid.

Patroni filius damnatus de crimine capitali amittit iura patronatus, nisi fuerit restitutus,l. filij hereditate.eod.

Patroni filius si vendicauit delictum liberti paterni sine accusatione,& iudice,vel si maior 25.annorum accusauerit libertum capitaliter, amittit iura patronatus.ibid.

Patronus,vel libertus deportatus,vel in metallum damnatus, si fuerit in integrũ restitutus, recipit ius amissi patronatus,& bonorum possessionis contra tab. l. siue libertus.eod.

Patronus vnus ex duobus si adegit iureiurando commune libertum, ne contraheret nuptias,perdit ius patronatus,& accrescit alteri:qui solus habebit bonorum possessionem partis debitæ vtrique,l. communi,24.de bonis libertorum.

Patronus non amittit ius, quod habet in liberto suo, eò quòd libertus per obreptionem arrogatus sit ab aliquo,l.liberto,49. eod.

Patronus, qui fecit libertam iurare ne nuberet, donec filios impuberes haberet, non dicitur admittere iura patronatus, cum gratia liberorum prohibuerit ei nuptias,l.pe.& ibi gl.1.qui,& à quib.

Patroni filius si à liberta iusiurandum exegit,vel stipulatus sit,ne nubat,patronus ipse,nisi remiserit iusiurandum,vel liberauerit libertam ab eo,quod promisit, incidit in legem Æliam Sentiam,per quam amittit iura patronatus,l.fi.eod.

Patronus non amittit ius patronatus, eò quòd promiserit libertus sibi alternatiuè operas, aut in singulas eas certam summam : quia præcisè non tenetur ad summam. ibid.

Patronus dicitur obligare sibi libertum, vt mercedem operarum capiat, quando hoc solum agit,vt mercedem capiat,etiamsi sub titulo operarum eam mercedem stipulatus sit à liberto,vel ab alio nomine liberti, & ob id amittit ius patronatus.ibid.

Patronus si sit condemnatus lege Iulia maiestatis ex eo,quòd aliquid cõtra principem commisit, tunc eius bona cum iure patronatus libertorum exclusis filiis,à fisco vendicantur,† gl.fi.in l.1.C.de bonis libertorum.

Patronus si sit condemnatus ex aliis capitulis legis Iuliæ maiestatis,& non ex eo, quòd contra principem aliquid commiserit, tunc iura patronatus libertorum ad eius filios pertinent,& non ad fiscum.ibid.

Patronus,qui patitur libertum suum cum ancilla principis,vel libertam cum colonis principis habere consortium,amittit ius patronatus,l.2. C.eod.

Patronus per restitutionem natalium perdit ius patronatus,l.fi. C.eod.

Patronus,qui remisit ius patronatus,omne ius perdit præter reuerentiam, & ius reuocandi in seruitutem ob ingratitudinem. ibid.

Patronus,qui manumisit,si crimine capitali accusauerit libertũ paternum, amittit ius patronatus:sed accusando suum libertum non amittit,gl.1.in l.2.Cod.si in fraud.patro.

Patronus amittit ius succedendi per contra tab.si libertus ei concesserit testamẽto tertiam partem bonorum,gl.fi.in l.fi. C. de bonis libertorum.

Reliqua verbo,Libertus,7.8.9.25.Parens,2.4.Condemnare,Beneficium,2.3. Defensor, 3.

PATRONVS vnus ex duobus si prætendens se patronum insolidum iuramento excluditur,alteri patrono non deferenti non prodest quoad plenam probationem:sed bene quoad quale præiudicium,l.si duo patroni, & ibi gl. authoritatis.de iureiurando. 7

Patronus deferente aliquo si iurauerit se patronum, non erit patronus quoad operas, vel bonorum possessionem contra tab. neque succedet liberto ab intestato,habebit tamen operas reuerentiales tantùm,ac officiales, quæ citra impositionem debentur,gl.nec operarum.in l.eum,qui.30. §.in populari.eod.

Patronum non facit aliquem iusiurandum : sed oportet per sententiam pronunciari se patronum,& tunc sententiæ statur, l. si iurauero.de iure patronatus.

Patronus cùm iusiurandum defert liberto,non tenetur iurare de calumnia, gl. à domino. in c,1.§.in quibus.de consuetudine recti feudi.

Patronus tutor liberti sui si aliquid in fraudem fecit in administratione tutelæ, id totum reuocari debet,l.patronus.de tutelis.

Patronus non potest dare tutorem liberto impuberi : datus tamen ab eo,ex inquisitione confirmatur à iudice,l.qui tutelam,28.§. fi.de testam.tutel.

Patronus vnus ex duob.si decedat filio relicto,& alter nepote relicto,tutelam liberti solus filius habebit;sicut & hereditatem.l.3.§.si duo.de legat.tut.

Patroni si fuerint plures,omnibus defertur liberti tutela, & aliquo deficiente remanet apud reliquos : & omnibus deficientibus vadit ad liberos eorum : & si vnus reliquit filium,alter nepotem, ad filium vadit per eundem modum, per quem defertur,d.l.3.§.si duo.

Patroni mortui filius si sit remotus, vel excusatus à tutela liberti, nepos ex alio patrono non admittitur ad tutelam:sed alius datur à iudice in eius locum, d. l.3.§.quæri.

Patroni mortui filius si sit mortuus, vel capite diminutus, etiam minima capitis diminutione,nepos ex alio patrono admittitur ad tutelam.ibid.

Patronus etiam minima capitis diminutione amittit tutelam liberti,& ad sequẽtem proximum pertinet.ibid.

8 Patroni,& patronorum filij, & cæteri liberti tutores libertorum causa cognita coguntur satisdationem præstare,si patroni sint viles personæ,& minus honestæ;sed si sint honestæ, remittitur eis satisdatio ; maximè si substantia liberti modica sit.l.legitimos.eod.

Patroni plures si fuerint tutores liberti,se inuicem non possunt prouocare ad satisdationem, nisi ex magna causa, ne quis spem successionis diminuat. d.l. legitimos. §.1.

Patronus desinit esse tutor,si impleuerit liberta 12.ann.l.si impuberi. 13. §. fi. de tutoribus datis.

Patronus si curator libertæ datur cum inquisitione, non satisdat, d. §. fi. & ibi gl.fi.

Patronus potest se excusare curatorẽ esse eius liberti, cuius fuit tutor: secùs est in liberto,qui non excusatur esse curator filij patroni,cuius fuit tutor.d.gl. fi.

Patroni vocantur ad tutelam libertorum ex mente legis 12. tabul. propter successionem

Patronus alienata per libertum in fraudem vsque ad legitimam reuocat, non per petitionem hereditatis: sed per actionem Caluisianam, gl.fi.in l.1.& 2.C. si in fraud.patro.

Patronus in vltima voluntate alienata per libertum etiam sine fraude poterit reuocare vsque ad legitimam, quæ ante relicta est detrahenda, cùm æs alienum censeatur, gl.fi.in d.l. 1.

Patronus intestato liberto succedens per actionem Caluisianam, in eius fraudem alienata potest reuocare, l.2.C. eod.

Patronus donationem fundi factam à liberto post eius mortem si ratam habeat, non poterit reuocare. ibid.

Patronus heres plus potest, quàm defunctus libertus, cùm alienata in fraudẽ patronus possit reuocare tanquàm æs alienum.gl.2. ibid.

Patronus heres ideò potest reuocare factum liberti defuncti; quia magis dicitur debitum accipere, quam heres esse titulo lucratiuo. ibid.

Patronos, qui donationem fundi factam a liberto ante eius mortem ratam habuit, non potest reuocare, gl.3. ibid.

Patronus non poterit reuocare donationem à liberto factam benemerenti.gl. fi. ibidem.

Patronus vt auocare possit alienatum inter viuos in fraudem à liberto, debet probare in fraudem alienatum: alioquin si dicat libertum mortis causa alienatũ, vel fuisse legatum, vt dimidiam eius partem habeat, non est necesse, quòd probet dolum liberti: sed sufficit solùm probare effectum, vel euentum, l. patronus.& ibi gl.1.de probatio.

Reliqua verbo, Libertus, 20.21.*Actio*, 216.217.

14 PATRONVS potest prætermittere hereditatem liberti ex testamento, quo instituit seruum patroni, si seruus iussus adire non potuit aliquo casu impeditus: secùs si noluit, l.excusatus, 5.si quis omissa causa testam.

Patronus ex debita sibi portione à liberto institutus, dato sibi coherede ex alia parte, si omiserit hereditatem ex testamento: quia pars sibi debita erat exhausta, & posteà etiam coheredis suam partem omittente ab intestato possidet totam hereditatem liberti, tenetur legatarijs ex edicto si quis omissa causa testamenti, coheres conuenit cum patrono, alias non, l. quia autem. §. si patronus. & ibi gl. omiserit.& gl. fi. eod.

Patronus in debita sibi parte institutus coherede ex alia parte instituto repudiãte, si iure accrescendi possideat totam hereditatem, tenetur legatarijs, gl.omiserit.ibid.

Patronus ex asse institutus omissa hereditate ex testamento si ab intestato possideat, tenetur legatarijs deducta debita sibi parte legitima: id est tertia bonorum liberti, quam saluam debet habere, ac si ex testamento adisset, l.præterea, 19.eod.

Patrono ab intestato succedenti liberto occiso, antequàm vẽdicaret necem eius, aufertur hereditas, & applicatur fisco, l.si sequens. §.fi. ad Sylania.

Patronus non perdit ius succedendi liberto ex sola impositione operarum, nisi sint impositæ operæ causa onerandæ libertatis, † gl.fi.in l.sicut ex testamento. de iure patronatus.

Patronus miles iure militari faciens testamentum, si filium præteriit mala mente, dictus filius repellitur à successione libertorum patris sui tanquàm mala mente exheredatus, l.si patronus, 12.eod.

Patronus si exhæredato filio cauit, vt ius in libertum saluum esset ei, nihil nocet filio exhæredatio, quoad hóc vt habeat contra tab.liberti, l.si pater, 40. eod.

Patroni filius omnis exhæredatus non excluditur semper à bonis libertorum patris: sed is tantùm, qui mala mente tantum est exhæredatus, l.si patronus, 10.§. 1.& ibi gl.rebus.de bonis libertorum.

Patronus, & extraneus coniunctim si fuerint heredes instituti, pars tota, ex qua patronus est institutus heres, imputatur ei in debitam portionem, & residuũ, quod deest ad debitam sibi partem, potest petere sibi suppleri ex bonis coheredi relictis, & idem in legato, quod relictum est patrono, & extraneo, l.si libertus, 20.§.libertus.eod.

15 Patronus totorum bonorum liberti possessionem, vt legitimus petere potest, quãdo libertus præterito patrono instituit extraneum, & patronus antequàm cõtra tab. vnde legitimi peteret, in adoptionem se dedit, & deinde scriptus omisit hereditatem, l.si libertus, 23.eod.

Patroni filia si in adoptiua familia sit, nihilominùs admittitur ad bona libertorũ paternorum, l.patroni, 39. eod.

Patronus habẽs filium, & nepotem, si libertum nepoti assignauerit, nepos admittitur ad legitimam hereditatem, licèt sit alterius patroni filius, & hoc facit patrui vita: sed si is non esset, nihil ei prodesset ad diminuendum ius filij alterius patroni l.3.de assignand liber.

Patrono defertur legitima hereditas liberti, gl.senatusconsulto, in l.1.de libertis municipum.

Patronus, miles, princeps, & vniuersitas vocatur ad hereditatem liberti sui sine filiis ab intestato decedentis, item filius patroni siue sit natus, siue sit in vtero, si nascatur intra decem menses: sed natus post decem non admittitur: sed si nascatur centesimo octuagesimo secundo die, legitimus filius est, & ad successionem vocatur, l.3.§.1.& §.si municipes.de suis, & legitimis.

Patronus deportatus, vel in metallum damnatus, & restitutus, ad successionem liberti admittitur, l.1. de sententiam passis.

Patrono si succedat fiscus ob aliquam condemnationem, succedit etiam in iura liberti, l 1.C.de bonis libertorum.

Patronus non potest ex vi pacti concedere liberto liberam testamẽti factionem: quia est de futura successione, néque etiam valere poterit talis concessio vi repudiationis, l.fi. C.eod.

Patronus amittit ius succedendi per contra tab. si libertus sit factus minor centenario; id est si eius facultates minores sint aureis centum, nisi sit minori centenario in fraudem, gl.fi. ibid.

Patronus succedit in totum liberto defuncto ab intestato, quando liberi nõ sunt, gl. 1.in l.2.C.si infraudem patroni.

Patrono non præfertur frater liberti in successione intestati liberti. † ibid.

Patronus si reliquerit filium, & nepotem ex alio filio præmortuo, filius præfertur in successione liberti intestati. ibid.

Patroni si fuerint duo, & vnus decedat relicto filio, & alter sit superstes, solus superstes admittitur ad successionem liberti intestati.ibid.

Patroni duo si sint, quorum vnus decessit relicto filio, alter relicto nepote, solus filius admittitur ad successionem liberti intestati. ibid.

Patronus succedit in totum liberto ab intestato, liberis non extantibus: sed ex testamento in tertia parte bonorum liberti: sed liberis existentibus in nihilum, licèt olim erat aliter, gl.patrono.in §.præterea.Inst. quib. mod.ius patriæ pot. & in pr.Inst de successi.libertorum.

Patronus in succedendo liberto præfertur fratri liberti defuncti, †.gl.in alterius. & ibi add.in princ.Inst. de seruili cognat.

Patronus olim iure prætorio in liberti bonis habebat dimidiam, non solùm herede instituto, sed etiam ab intestato relicto filio adoptiuo.§. 1.Inst.de successione libertorum.

Patronum iure prætorio excludebant liberi liberti, siue essent in potestate, siue emãcipati, siue in adoptionem dati, dummodò si essent instituti, aut præteriti, bonorum possessionem petiissent.ibid.

Patronum iure prætorio non excludebant filij exhæredati libertorum.ibid.

Patronus olim per legem Papiam vocabatur ad successionem liberti vnà cum filiis ipsius liberti pro virili, nisi tres, vel plures fuissent liberi: vel libertus minus centum aureis habuisset in bonis: siue decesserit intestatus, siue facto testamẽto, §. posteà verò.Inst.eod.

Patronus hodie excluditur à successione liberti, si libertus habens in bonis minus, quàm centum aureos testatus fuerit; si verò non fuerit testatus, ei succedit in totum, non extantibus liberis. §.sed nostra.Inst.eod.

Patronus excluditur à liberis liberti, si libertus habens in bonis vltra centum aureos intestatus decessit; liberis tamen non extantibus succedit in totum; sed facto testamento patronus habet tertiam sine onere. ibid.

Patronus sicut excluditur à successione per filios liberti: ita etiam excluditur per parentes liberti, gl.omnibus.& ibi add.ibid.

Patronus, & liberi eius succedunt liberto, & etiam ex transuerso coniuncti ipsi patrono vsque ad quintum gradum in capita, qui tamen proximior est patrono, præfertur, §.multis alijs & ibi gl.vsque ad quintum.Inst.eod.

Patroni filius excludit nepotes ex altero filio à successione bonorũ liberti, quod non est ita in ingenuis. † gl. pene.eod.

Patroni filij, & coniuncti ex transuerso latere ipsi patrono vsque ad quintum gradum secundum graduus prærogatiuam, succedunt liberto in capita: quod secus est in ingenuis: quia in successione ingenuorum plures descendentes ex vno habentur vt vnus: secus est in successione liberti: fallit.in patronis Ecclesiæ, d. gl.penè.& ibi additio.

Patronus non rumpit testamentum liberti, nisi pro sua legitima: sed filij rumpunt testamentum patris in totum, item patronus excludit fratres defuncti, sed pater non excludit fratres defuncti: sed cum eis excludit, d.gl.pene.in additione marg.

Patroni filij, & omnes descendentes in infinitum succedunt liberto: sed transuersales vsque ad quintum gradum, gl.vsque ad quintum. ibid.

Patroni filij vt succedant liberto, licèt non sit necesse, quòd sint heredes patris: debent tamen esse tales, qui patri, vel matri succedere possint, gl. patronæ. in add. ibid.

Patronus, vel patroni filius in bonis liberti viuentis nullum ius habent, nisi pro alimentis in casu necessitatis, l.fi.de liberis agnoscen.

Reliqua verbo, Libertus, 171.18.*Parens*, 1.4.

PATRONVS accipiens legatum, quod ignorabat sibi ademptum codicillis, non videtur renunciare iuri, quod competit sibi contra tab. liberti: secus si errasset in iure, l.mater, 19.& ibi gl.competere.de inoffic. testam.

Patronus apud hostes existens impedit filium suum petere bonorum possessionẽ in bonis liberti propter spem reuertendi, quæ est de ipso, gl.1.in l.propter spẽ. familiæ ercisc.

Patronus heres institutus siue adeat, siue non adeat, non petit contra tabul. gloss. debita.in l.ita tamen, 27. §.si patronus.ad Trebellian.

Patronus præteritus à liberto sicut habet contra tabulas liberti: ita pater præteritus à filio emancipato habet contra tab.l.1.& ibi gl.1, si à parente manumiss. suc.

Patronus præteritus à liberto milite non habet contra tab.d.l.1.§.si parens.

Patroni filius accusans libertum paternum crimine capitali excluditur à contra tab.liberti, l. eum patronum. de iure patronatus.

Patronus ex vncia heres institutus à liberto excluditur à contra tabulas liberti, si id, quod deest, ad supplendam debitam portionem per seruum ipsius patroni iudicio liberti sine conditione, & dilatione ei ex hereditate vel legato, vel fideicommisso quæri potest, l.siue libertus.§.1.eod.

Patronus vnus ex duob.ex parte heres institutus à liberto sine dilatione, & conditione, non poterit petere contra tab. nec accrescit ei portio alterius patroni non petentis: sed si in minori parte, quàm sibi debita, esset institutus, potest petère contra tab.& alia portio potest sibi accrescere, d.l.si libertus.§. pen. & ibi gl.non poterit.

Patronus præteritus si antequàm peteret contra tab.liberti decesserit, liberi eius, vel alterius patroni liberi possunt petere ex illa parte edicti successorij, quę est contra tabulas, qua primis nõ petentib.aut etiã nolentibus ad se pertinere, sequentib.datur, atque si priores ex eo numero nõ essent, l 2.de bonis libertorũ.

Patronus vt contra tab.accipere possit, oportet hereditatem aditam esse, aut bonorum possessionem petitam, & sufficit vel vnum ex heredib.adiisse hereditatem, vel bo.possessionem petiisse.l.3.§.si quis. eod.

Patronus aduersus ea bona liberti, quæ in castris quæsita sunt, non habet contra tab.sed bene contra alia bona alibi quæsita, d.l.3.§.patronus.& ibi gloss.in castris.

Patronus deportatus restitutus habet contra tab. liberti, & idem est in liberto deportato, & restituto, d.l.3.§.deportatus. de bo.liber.

Patronus toties ad contra tab.liberti admittitur, quoties non est heres institutus ex debita portione, vel ea quoquo relicti titulo sibi relinquitur, d.l.3.§.toties.& ibi gl.

Patronus sub conditione institutus si ea conditio extiterit viuo testatore, vel

quia ſpreuit eam poſſeſſionem,d.l.pe.§.ſi patronus.

Patroni filius,quem libertus arrogauit,& ex minore parte ſibi debita inſtituit, ſi nemo alius ſit ex familia patroni, admittitur ad contra tabulas liberti patris adoptiui,ſi ſe nõ immiſcuit hereditati,vt patris adoptiui,& abſtinuit quaſi patroni.ibid.

Patronus,qui ſuſcepit liberationem debitæ pecuniæ factam à liberto, repellitur à contra tab.liberti.d.l.pe.§.ſi.

Patroni filius accuſans capitali crimine libertum paternum repellitur à contra tab.ſecus eſt quando filius ſeruum accuſauit, deinde is ſeruus patris factus eſt, vt quia emit, & is poſteà manumiſit eum; quia tunc ille filius propter illam accuſationem non repellitur à contra tab.huius liberti,l.ſi.eod.

Patronus præteritus ſi non petierit contra tab. liberti, prætor aduerſus ſcriptos heredes non tuetur eum venientem per vnde legitimi,l. 1. vnde liberi.

Patronus præteritus à liberto ſi contra tab. bonorum poſſeſſionem liberti accepit,non cogitur manumittere ſeruum proprium, quem heres extraneus inſtitutus,& rogatus erat à liberto manumittere,l.alieno, 31. §. ſi patronus, de fideicommiſſ. libert.

Patronus ſi in teſtamento liberti legatum ſibi aſcripſerit, & venia impetrata abſtinuit à legato,vt remitteretur ſibi pœna falſi,non habet contra tab.liberti, l. ſi quis legatum.§.ſi patronus,de falſis.

Patrono præterito à liberto non competebat contra tab.liberti ſuper peculio caſtrenſi:id eſt rebus in caſtris ab eo acquiſitis, l.ſi.C.de inoffic.teſtamento.

Patronus etiam,qui ex neceſſitate manumiſit,habet contra tab.liberti,gl.ſi.in l.5. de operis libertorum.&l.1. C.de contra tab.libert.

Patronus non habet contra tab.in bonis liberti,qui ſuis numis emptus,ac manumiſſus eſt ab emptore,l. 1. C.de bonis libertorum.

Patronus à liberto præteritus, qui tempore manumiſſionis impoſuit operas liberto,& exegit in vita, non habet contra tab. liberti, l. 2. C. de contra tabul. liberti.

Patronus præteritus repellitur à contra tab. liberti per operarum, & munerum impoſitionem, & exactionem; non verò per ſolam impoſitionem, † gl. fin. ibidem.

Patronus ſi legitima ei non relinquatur à liberto,habet contra tab.liberti, & poteſt impugnare iudicium liberti,gl. in alterius. & ibi add.in princ. Inſt.de ſeruili cognatione.

Reliqua verbo,Bonorum poſſeſſio,22,vſque 34.

24 PATRONVS in bonis liberti habet tertiam partem, ſi libertus exheredauit filium,vel filius hereditatem patris ad ſe pertinere noluit,vel mortuus ſit; ſecùs ſi fuiſſet inſtitutus filius.l.debitor,40.§.1.& ibi gloſſ. poſſeſſionem, de pigno. actione.

Patronus hodie in bonis liberti habet tertiam;ſed olim dimidiam, gl. pe.in l.patronus.de probatio.gl. portionem.in l.dotalem,62.& ibi gl.planè.& l. ſi verò. 65.ſoluto matrim.gl.1.in l.quia autem.in §.patronus.ſi quis omiſſa cauſ.gloſ. vſque,in l.filiusfam.117.de legat.1. §. ſed noſtra. Inſt. de ſucceſſione libertorum.

Patronus inſtitutus à libero ſi grauatus ſit in legitima,poteſt omittere hereditatẽ ex teſtamento,& ab inteſtato adire,neque tenebitur edicto,ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti,l.excuſatus,ſi quis omiſ. cauſa teſta.

Patrono in debita ſibi parte non poteſt hodie poni grauamen:& ſi ponatur tollitur omne grauamen,quod eſt poſitum:ſed olim ſecùs erat,gloſſ. ex cauſa. in l. quia autem.§.ſi patronus.eod.

Patronus inſtitutus ex debita parte, & grauatus de fideicommiſſo dando alicui; non cogitur illud præſtare, niſi relictum ſit liberis, & parentib. ipſius liberti: hodie tamen debet habère debitam partem ſine grauamine,l.cùm patronus.& ibi gl.pe.de leg.2.

Patronus inſtitutus ex debita,& parte grauatus de fideicommiſſo alicui dando, ſi repudiauit eam,& accreſcat coheredi,coheres tenetur præſtare fideicommiſſum relictum à patrono.ibid.

Patrono non vendicanti mortem liberti ſui aufertur portio ſibi debita de bonis liberti,& applicatur fiſco,l.portiones.de his,quib. vt indignis.

Patronus heres inſtitutus ex debita parte,& rogatus reſtituere, poteſt cogi adire, & reſtituere:quamuis poſſit mutata voluntate retinere debitam ſibi partem,l. ita tamen,17.§.ſi patronus.ad Trebell.

Patronus heres inſtitutus ex debita parte,& rogatus reſtituere, poteſt pœnitere: antequàm cogeretur adire:ſed poſt non poteſt pœnitere: quòd ſi ſponte adierit,& per errorem plus,quàm deberet,reſtituerit,poterit condicere,gl.mutata. ibidem.

Patronus olim in dimidia,quæ ſibi erat debita,poterat grauari à liberis, & parẽtib.liberti,non ab aliis:ſed ſi nimis grauabatur,poterat omittere ex teſtamento,& capere ab inteſtato citra fraudem edicti,gl.debita. ibid.

Patronus ex debita parte heres inſtitutus,& rogatus eius ſextam partem reſtituere,ſi per errorem facti reſtituerit,repetit illud;ſecùs ſi per errorem iuris, l. patronus,60.& ibi gl.ſi.ad Trebel.

25 Patronus heres inſtitutus ex debita parte poteſt grauari reſtituere liberis liberti defuncti:ſed non extraneis, gl.debita.in l. ſi eius pupilli,64,§. ſi.eod.

Patronus heres inſtitutus ex debita parte rogatus reſtituere eam liberis exheredatis liberti defuncti,ſi ſponte adierit,ac reſtituerit,poteſt quartam Trebellianicam deducere de ea:ſecùs ſi coactè: quia tunc in ſolidum in liberos tranſeũt actiones,d.§.ſi.

Patroni filius accuſans libertum de crimine capitali nõ admittitur ad legitimam hereditatem liberti,quæ ex lege xij. tab. patronis defertur, nec ad contra tab. liberti,quæ datur patronis præteritis,l.is autem.& ibi gl. 1. de iure patron.

Patrono conditionis implendæ cauſa datum in portionem debitam imputatur,ſi tantum de bonis liberti ſit profectum,l.3.§.ſi. de bonis libertorum.

Patrono debita portio dicitur eorum bonorum, quæ libertus tempore mortis habuit; & etiam eorum, quæ dolo malo facit libertus, quominùs haberet. ibidem.

Patronus inſtitutus in minori parte, quàm ſibi debita, ſi adiit quaſi ex debita ſibi parte inſtitutus, poteſt agere nihilominùs vſque ad ſupplementum debitæ partis quaſi de euictione condictione ex lege, l.ſi verò, 8. & ibi gloſſ. ſubueniendum. eodem.

Patrono, cui minus debita parte relictum eſt à liberto,datur actio vt ſuppleatur ſibi debita portio,ex eo,quod extraneo heredi, & quod alij patrono ampliùs ſua portione relictum eſt à liberto,l. ſi ex patronis, 10.eod.

Patronus,cui debita portio relicta eſt,non poteſt plus petere, ex eo quòd poſteà auctum ſit patrimonium liberti per alluuionem, vel alio modo,l. ſi patronũ, 44.§.ſi.eod.

Patronus ſi minus debita parte, & ex reliqua, quæ deficit ad partem legitimam, ſeruus eius ſit heres inſtitutus, ex ſerui portione fideicommiſſum non debetur,l.ſi patronus,45.eod.

Patrono debetur tertia,vt æs alienum,vt quarta arrogato,gl.legatus.in l.1.§.2. ſi in fraudem patroni. gl.promiſerit. in l.ſi patronus,20.de donation.

Patronus non faciens inuentarium non priuatur legitima portione.§.non autem excipimus,in auth.de heredibus,& Falcid. col. 1.

Reliqua verbo,Libertus, 17. 18.

PATRVVS propriè dicitur frater patris: impropriè tamen,qui eſt patruus matris tuæ: hoc eſt frater patris matris tuæ dicitur etiam quoad te patruus magnus,gl. 3.in l.1.C.de ſucceſſo.edicto.& gl.materteram. in §.duorum. Inſt. de nuptiis.

Patruus patris dicitur patruus magnus quoad filium: ita & auunculus quoad matrem dicitur auunculus magnus quoad filium,d.gl.3.

Patruus eſt frater patris,qui Græcè patradelphos appellatur;§. tertio gradu. Inſt. de gradib.cognat.

Patruus,& auunculus promiſcuè appellatur theios.ibid.

Reliqua verbo, Auunculus.

PAVCA idonea effundere multò vtilius eſt,quàm multis inutilib.homines prægrauare,l.1.§.contrarium.C. de veteri iure enucl.

Pauca cautè agere melius eſt,quàm multis intereſſe periculoſè,gl.neque enim.in §.ſi quis igitur.in auth.de inſtrumentorum cautel.col.6.

Reliqua verbo,Multum.

PAVLOPÒST dictio verificatur in magno interuallo.§.fin.& ibi gl. ſi. Inſt. de exhæredatione liberorum.

PAVPER quandoque plus habet,quàm diues,gloſ.habet.in l.inter ſeruitutes.de ſeruitutibus vrbanorum.

Pauperi magis prouidetur,quàm diuiti,gloſſ. annos. in l.cùm ij.§.in ſingulos.de tranſact.gl.tenuioribus. in l.1.de collegiis illicitis.

Pauper deterioris conditionis eſt,quàm diues,gl.vinculis & ibi add.mar.in l. 3. §. tutores.de ſuſpect.tutorib

Pauper quandoque dicitur ille, quem oportet laborare,vt alatur:inde dicitur etiam pauper ille,qui nihil habet.gl.ſi.in l.paupertas, 9. de excuſat.tutorum.

Pauper repertus in tutela præſumitur eam affectaſſe.l. ſpadonem, 17.§. fin. eodem.

Pauper excuſatur ſi quando non poteſt ſupereſſe oneri ſibi iniuncto, l.poſt ſuſceptam.45.& ibi add.marg.eod.

Pauper aliquis ſi habet litem cum rege Francorum,& non habeat vnde faciat expenſas litis,rex ei adminiſtrat aduocatum,vt veritas cauſæ eruatur, l.magis. §. in primis.in add.marg.de rebus eorum, qui ſub tutel.

Pauper non dicitur ſibi ſoluendo,gl.donatum.in l.mortis cauſa,31.§. 1.de donat. cauſa mortis.

Pauper non tenetur ſoluere mercedem notario, nec procurationem viſitatori, gl.ſi.& ibi add.marg.in l.ſi quis.24. qui,& à quib.

Pauper dicitur,qui parum habet;inops verò,qui nihil.ibid.

Pauper,qui tenetur ſub pœna excommunicationis ſoluere ad certum diem, ſi eo die propter paupertatem non ſoluat, non incidit in excommunicationem,l. continuus,137.§.illud.in add.de verborum oblig.

Pauperi eleemoſynam facere,& ei ſubueniri etiam inuitus quis cogi poteſt, glo. tenuiorib.in add.marg.in l.1.de collegiis illicit.

Pauper an ſit quis, relinquitur iudicis arbitrio inſpecta conditione perſonarum: nam aliter paupertas in ruſtico, & aliter in ciue, & aliter in pagano, aliter in priuato,aliter in milite,& aliter in comite,& barone conſideratur,l. nonnulli. in add.marg.de accuſat.gl.1. in add. in §. ſed & propter. Inſt. de excuſat. tutorum.

Pauper dicitur,qui non habet quinquaginta aureos quoad hoc,vt prohibeatur accuſare,niſi ſuam,vel ſuorum iniuriam proſequatur,d.l.nulli.& l.ſeq.

Pauperes non ſuſtinent onera patrimonij:ſed bene onera perſonalia, l. 4. §. 1. de munerib.

Pauperib. vel captiuis relicta hereditate epiſcopus, & œconomus debent illam accipere, & deſtribuere in redemptionem captiuorum ſiue per annuos reditus,ſiue per venditionem mobilium abſque lucro, l. ſi quis ad declinandum, 37.C.de epiſcopis.

Pauper licèt ſit quis, ſi tamen ab ingenuis parentib. ſit natus, cenſeri non debet ignobilis,& humilis,l.humilem,7.C.de inceſtis nupt.

Pauper licèt reperiatur tutor in initio adminiſtrationis tutelæ,ſi poſtea reperiatur diues,non præſumitur de bonis pupilli factus diues:ſed ſua induſtria,& labore,l.ſi defunctus,10.C.arbitrium tutelæ.

Pauperi plus debet ſubueniri,quàm diuiti, gloſſ. fin. l. 1. Cod. de operis libertorum.

Pauper dicitur,qui non habet quinquaginta aureos,gl.pauper. in §. ſi.in auth. de exhibend.reis.col.5.

Pauper,& impar tutelæ oneri ſibi iniuncto dicitur,qui ſic laborib. eſt implicatus propter paupertatem,vt tutelæ ſuper eſſe non poſſit, cùm in agro tota die eſſe oporteat,gl.1.in §.ſed & propter.Inſt.de excuſa.tutorum.

Pauperem fieri dicitur quis,quando iam non eſt ſoluendo,vel quando res ſuæ in loco periculoſo ſunt,vel ſubiacent vſuris,vel ruinis,gl.ſuſpectum,in l. 2. ſoluto matrim.

Reliqua verbo,Diues,Locuples, Mendicare,Inſtitutio,7.Legatum,37.76.

PAVPERIES eſt damnum datum ſine iniuria facientis, l. 1. §. ait prætor. ſi quadru-

Peculium serui augere, vel diminuere potest dominus, l.4.eod.
Peculium sola voluntate domini constituitur interueniente traditione vera, vel ficta: secùs si nulla traditio interueniat. ibid.
Peculium dicitur illud, quod dominus passus est apud seruum esse, gl.1.ibid.
Peculium etiam dicitur omne id quod seruus naturaliter tenet. ibid.
Peculium non est illud, quod seruus habet ignorãte domino; quia alioquin quod seruus surripuit domino, fieret peculij, quod verum non est, d.l.4.§.1.
Peculium dicitur, quod seruus habet volente domino. ibid.
Peculium serui etiam ignorante domino diminui potest; veluti cùm seruus damnum dat domino, aut furtum facit. ibid.
3 Peculium ignorante domino non potest augeri de rebus domini; sed bene aliunde. gl. ignorante. ibid.
in Peculio serui quidquid sit, licèt domino debeatur, remanent tamen res in causa peculiari: quia si dominus seruo donasset: debitum autem serui nomine aliquis soluisset domino, peculium suppleretur, nec esset opus noua concessione domini, d.l.4.§.pen.
Peculium propter æs alienum dominicum licèt diminuatur: corpora tamen, & sic res manent in causa peculiari, nec dicuntur diminui. ibid.
Peculium est, quod seruus domini, vel quasi domini permissu separatum à rationibus dominicis habet, deducto inde illud, quod domino debetur, vel ei, qui de peculio conuenitur, l. depositi, 5.§.fi.& ibi gl.fi.eod.
Peculium si seruo ordinario dominus constituat, eo ipso etiam vicariis constituisse censendus est, l. definitionem, 6. de peculio.
Peculium seruo constituere non possunt pupillus, vel furiosus, l. quam Tuberonis. eod.
Peculium constitutum à patre pupilli, vel constitutum ante furorem non potest adimi ex eo, quod dominus sit pupillus, vel furiosus. ibid.
Peculium potest habere seruus communis apud alterum ex dominis, & apud alterum non habere, vt quia erat alter ex dominis pupillus, vel furiosus, qui non poterat constituere. ibid.
Peculij natura, & definitio est, vt intelligatur deducto ære alieno: id est dominico, gl. legati. in l. si peculium.§.& si fuerit. de peculio legato.
Peculium vt habere possit seruus, non est opus, quòd sibi à domino concedatur expressè: id est per traditionem; quia sufficit, quòd habeat ex tacita voluntate domini: vt quia dominus dixit, vt haberet in peculium, vel sciuit eum habere, neque ademit, l. quam Tuberonis. & ibi gl. adimi. de peculio.
Peculium non constituitur sola voluntate domini: sed requiritur, quòd interueniat traditio, vel re aliqua existente penes seruum dominus patiatur eam esse in peculio, l. non statim. eod.
Peculium serui desinit esse peculium sola voluntate domini, ibid.
Peculij datio non sic de leui fit vt ablatio; quia in constitutione peculij naturalis datio exigitur; in ablatione autem verba tantùm adesse satis est, cùm seruus non dicatur peculium acquirere, vel possidere, gl.fi. ibid.
Peculium vt constituatur, requitur naturalis datio, vel fictitia effectu efficax, vt cùm pro tradito habetur, d.l. non statim. & ibi add. marg.
in Peculium esse computandum est simplum illud, quod dominus ab eo, qui rem peculiarem surripuit, consequutus est, vel consequi potuit, l. sed si damnum. & ibi gl. 1. eod.
4 in Peculio ideò minus esse dicitur illud, quod domino, vel patri debetur: quia nõ est verisimile dominum id concedere seruo in peculium habere, quod sibi debetur; vel his, pro quibus dominus debet à se exigere, si sit debitor alicuius, cuius negotium, vel tutelam gerit, l. peculium. 10.§.1.eod.
in Peculio serui dicta & in peculio filiifam. censentur dicta, l. si noxali. eod.
Peculij, & serui vbi est communio, vnus socius potest in solidum conueniri, etiam si penes eum non sit peculium: sed sit penes socium: secùs si nec penes socium esset, d l. si noxali.§.fi. cum l. seq. & ibi gl. 1.
Peculij venditor tenetur de peculio, etiamsi penes ipsum non sit peculium, si vendidit illud post litis contestationem: secùs si ante, gloss. 1. in l. sed in emptore. eodem.
de Peculio alterius potest conueniri vnus ex dominis, vbi est communio serui, & peculij: secus vbi serui tantum, gl.1. in l.& si duo. eod.
Peculium vicarij augetur, quando ordinarius vicario debet; quemadmodũ si dominus velit seruo suo debitor remanere, l. si seruus, 18. eod.
de Peculio ordinarij postquam actum est, non potest agi de peculio vicariorum: quia peculium vicariorum in peculio ordinarij consistit, l. hinc quæritur. 20. & ibi add. marg. eod.
de Peculio vicarij postquàm actum est, potest agi de peculio ordinarij. ibid.
Peculium apud quemdam potest esse duplicis iuris, veluti si maritus possideat seruum dotalem, ille seruus potest habere peculium vnum, quod respiciat ipsum maritum, & aliud, quod respiciat ipsam mulierem, d.l. hinc quæritur. §. potest.
in Peculio mulieris seruus dotalis acquirit ipsi mulieri ipsi mulieri inspecto exitu matrimonij: id est dissoluto matrimonio: quia tenetur tunc restituere mulieri, vel eius heredi: sed inspecto præsenti statu: id est constante matrimonio acquirit marito; quia ipsum seruum, & peculium constat esse in dominio mariti, & computatur in eo, quidquid extra rem viri, & operam suam seruus dotalis acquirit, gl. ad mulierem. ibid.
in Peculio si nihil sit tempore litis contestationis; si tamen sit aliquid tempore sententiæ, condemnari debet conuentus de peculio, quatenus est in peculio tempore sententiæ, l. si ex duobus, 33.§.1.eod.
Peculium venditum dicitur esse non solùm penes quem est res peculiaris: sed etiam penes eum, ad quem pretium peculij peruenit, l. sed si quis, 34. cum l. seq. & ibi gl. 1. eod.
5 Peculium non videtur esse penes heredem, qui iussus peculium dare seruo libero esse iusso, accepta certa summa dedit; nihilominùs tamen tenetur de peculio, l. & cùm heres, 36. & ibi gl.fi. eod.
Peculium, quod apud venditorem serui remansit, obligatum remanet creditoribus ante venditionem contrahentibus cum eo: sed non creditoribus post venditionem serui, ac traditionem contrahentibus cum eo, l. deposui. 38. §. fin. eodem.

Peculium in seruo non dicitur proprium patrimonium: secus est in filiofam. quoniam patrimonium hominis liberi est, l. peculium, 40. in add. marg. eod
Peculium nascitur, crescit, & decrescit, & moritur, l. peculium, 41. eod.
Peculium simile est homini, & etiam asino, eò quòd nascitur, crescit, & decrescit, & moritur, sicut homo, vel asinus, d.l. peculium. & ibi gl. 1.
Peculium nascitur, cùm seruus acquirit illud, quod dominus ei non tenetur præstare: sed si acquisierit tunicas, vel aliquid simile, quod ei dominus tenetur præstare, illud non dicitur peculium, d.l. peculium.
Peculium crescit, cùm auctum peculium, veluti fœtibus pecorum, d.l. peculium. & ibi gl.fi.
Peculium decrescit, cùm serui vicarij moriuntur, vel res peculiares intercidunt, d.l. peculium.
Peculium moritur, cùm illud seruo, vel filiofam. ademptum est. ibid.
Peculium dicitur esse non solùm, quod dominus seruo concessit: sed etiam quod ignorante eo acquisitum est, dum tamen illud sit tale, quòd si dominus sciuisset, verisimiliter dimisisset apud eum, l. non solum, 50, eod.
Peculium extinguitur morte filij, vel serui, vel alienatione, licèt dicatur crescere ex se ipso quantum ad actionem annalem; l. 1. & ibi gl. extinguitur; quando de peculio actio.
Peculium est vniuersitas incorporea, & iuris, in qua etiam actiones continentur, gl. non vtetur. in d.l.1.§.fi. 6
Peculium licèt desinat esse morte serui, vel manumissione: tamẽ adhuc largo modo potest dici peculium quantum ad creditores peculiares quousque sit eis satisfactum, & recipit, augmentum, veluti ex fructibus, pecorum fœtu, ancillarúmque partub. & recipit diminutionem, quando animal est in peculio, & illud moritur, vel alio modo perit, l.fi. eod.
Peculium extinguitur morte serui, velut homo, l.1. & ibi gl. extinctum. de in rem verso.
Peculium à seruo quæsitum non ex re emptoris seruum ipsum sequitur, vt accessorium, nisi aliud actum sit, l. quod si nolit, 31.§. si peculium. & ibi add. marg. de ædilitio edicto.
Peculium maius habet pater, hoc ipso quòd habeat actionem ex persona filij, & iura in se contineat, l. si filiofam. 26. soluto matrim.
Peculium reputatur quasi filij patrimonium, non patris, gl. fi. in l. 5. de excusat. tutorum.
Peculium quandoque sumitur pro patrimonio liberi hominis, aliàs multis modis ponitur, l. cogi poterit, 26. & ibi gl. 1. ad Trebel.
Peculium dicitur ære alieno deducto: quod verum est quoad extraneum, non quoad dominum, l. Thais. 41.§. item quæro. de fideicommiss. libert.
Peculium possidere seruum, vel filiumfa. domini, vel patris voluntate intelligitur, si illud habere eis permisit, quod promittere dicitur, eo ipso quòd non ademerit, l. 1. §. item acquirimus. & ibi gl. permiserimus. de acq. iur. possess.
Peculium seruus ciuiliter possidere non potest: sed naturaliter tenet: dominus tamen quadam interpretatione iuris creditur possidere, l. quod seruus, 24. eod.
Peculium proprie non dicitur habere liber homo, & sui iuris: sed dicitur habere 7 patrimonium, & filiusf. vel seruus dicuntur habere peculium, gl. in peculio. in add. marg. in l. liber homo. de stipulatione seruorum.
de Peculio serui nomine cum domino si lis pendet, vel absolutus sit dominus: quia nihil sit in peculio: vel si dominus non soluit totum, cùm non esset totũ in peculio, fideiussores serui non sunt liberati: si autem seruus ipse soluerit pecuniam ex suo peculio, cùm haberet administrationem eius, liberati erunt fideiussores eius, l. egisti, 84. & ibi gl. 1. de solutio.
Peculium habere non potest paterfam. sicut nec seruus potest habere bona, l. paterfam. 182. de verb. sign.
Peculium filiifa. facti sui iuris non habet nomen peculij, & cum aliis rebus confunditur, & recipit similem fortunam, quemadmodum cæteræ res eius, l. fi. C. de noffic. testam.
Peculium si manummisso donetur, intelligitur deducto, quod domino debetur: vnde seruus factus liber conueniri potest ex antegesto vsque ad peculium, gl. 1. in l.5. C. an seruus ex suo facto.
Peculium non potest habere filius èmancipatus, l. si donatione, 13. Cod. de collatio.
Peculium si non adimitur, tacitè videtur cõcessum manumisso inter viuos, l.1. C. de peculio eius, qui libertat. §. peculium. Inst. de legat.
Peculium nisi specialiter concedatur, non censetur concedi manumisso in vltima voluntate, & ita illud remanet penes successores testatoris, d.l. 1.
Peculiũ non videtur concessum tacitè manumisso inter viuos in casibus, in quibus libertas data inter viuos perinde habetur, acsi in codicillis esset data, glos. pen. ibid.
Peculium eius, qui in testamento, vel in vltima voluntate manumittitur, non præsumitur ei datum, nisi contrà probetur, gl. pen. in c. 1. qui successores feudum dare possunt.
Peculium dicitur quasi patrimonium filiifam. vel serui: verè tamen non est patrimonium filij, vel serui. §. actiones autem. & ibi gl. ipso iure. de actio.
in Peculio dicitur esse id, quod superest deducto eo, quod debetur domino, dummodò non debeatur vicario serui. §. cum autem. Inst. quod cum eo, qui in aliena.
in Peculium tenetur pater, vel dominus ex contractu, vel quasi contractu filiifa. vel serui actione ex eo contractu; in eius tamen condemnatione deducitur ex ipso peculio quidquid seruus naturaliter debuit domino, vt quia seruus domino mutuauit, vel aliàs secum contraxit, item deducitur id, quod debetur his, qui sunt in potestate domini, vel tutela, vel cura, cùm videatur dominus præuenisse: & hæc omnia sunt communia in seruo, & filio excepta causa mutui, & in voto, gl. ipso iure. in §. actiones. Inst. de actionibus.
Peculiarium rerum periculum ad vtrumque dominum serui communis debet pertinere, l. sed postquàm. communi diuidundo.

Reliqua verbo, Actio, 127. vsque 179. Edictum, 11. Creditor, 68. 104. Debitor, 86. Dominus, 13. vsque 20. Filius, 84. Parapherna, Reiuindicare. Seruus, 124. 125. Tributoria, Debitum, 2. 3.

Peculium si legauerit dominus seruo manumisso, domino mortuo post iudicium acceptum peculij nomine non tenetur heres præstare peculium seruo manumisso, nisi priùs cauerit dicto heredi de defendendo eum aduersus creditores peculiares, l.qui peculium.cum l.seq.eod.

Peculio legato seruo per fideicommissum manumisso actiones non competunt creditoribus in eum: secùs si directò manumisso legaretur, l.si seruo, 18.& ibi gl.non competunt.eod.

Peculio legato seruo, etiam per fideicommissum manumisso, potest ipse seruus agere contra debitores peculiares, d.gl.non competunt.

Peculium si legetur seruo manumisso, & seruus peculiaris specialiter legatus sit Titio, id, quod seruus manumissus debet domino, detrahi debet de solo peculio legato sibi, & non de legato serui specialiter relicto Titio, l.si Sticho.eod.

Peculium si legetur seruo ordinario manumisso intelliguntur legari serui vicarij dicti serui manumissi, l.pe.eod.

Peculio prælegato si vicarius, qui erat de peculio, liber esse iussus sit, valet prælegatum, & etiam vicarius erit liber, l.si peculium.10.de manumiss.testam.

Peculio legato quidquid peculio accedit, vel diminuitur viuo testatore, pertinet ad legatarium: sed illud, quod post mortem testatoris ante aditam hereditatẽ peculio accedit, cedit legato, si legatum est ipsi seruo: secus si extraneo, §.si peculium.Inst.de legatis.

Peculium non intelligitur legatum seruo, cui libertas est legata, nisi & peculium legatum esset.§.peculium.Inst.eod.

Peculio legato seruo, cui & libertas erat legata, non intelligitur legatum ei, vt petitionem habeat pecuniæ, quam in rationes dominicas impendit, ac dominus ei debet.ibid.

Peculium actione ex testamento, si legatum est, peti debet, glo. vel alia vniuersitate.in l.item veniunt.§.ait senatus.de petitione hæreditatis.

Peculium tacitè non videtur legatum statulibero, gl.peculiares, & ibi add.marg. in l.3.§.subtilius, de condictione causa data.

Peculio legato seruo non videtur à domino relictum illud, quod seruus in rationes domini impendit, cùm totum aliud peculium seruus lucretur, vnde domino illud debitum remisisse fingitur, gl.in domini.in l.quam Tuberonis, §.fi.de peculio.

Peculium suum si legetur seruo ordinario simul cum libertate, & is liber factus ex testamento, si agat de peculio legato aduersus heredem, non potest heres deducere, quod seruus vicarius debebat testatori, nisi ille vicarius habeat aliquid in peculio, & tunc deducet tantum vsque ad peculium vicarij, l.cui consequens, 19.& ibi gl.fi.eod.

Reliqua verbo, Legatum, 116. Legatarius, 7.

14 PECVLIVM aduentitium hodie mortuo patre filius etiam abstinens hereditate paterna debet habere, glo.peculiaribus.& ibi add.marg.in l.apud Celsum. §.fi.de doli mali exceptione.

inter Peculium aduentitium & profectitium iure Digestorum nulla est differentia quoad acquisitionem: quia vtrumque patri acquiritur: sed quatenus ad repudiationem pertinet, differunt inter se: quia aduentitium pater non potest repudiare inuito filio.ibid.

in Peculio aduentitio vsusfructus spectat ad patrem: proprietas tamen ad filium, gl.ex peculiaribus.in l.debitor, 40.§.1.de pign.actio.

Peculium aduentitium, vel profectitium perinde computantur in bonis parentum, ac seruorum peculia in bonis dominorum, §.si verò intestati.Inst.quibus non est permissum.

Peculium aduentitium est, quod filiofam. vndecunque quæsitum est, dummodò non ex re patris, l.cùm oportet, 6.& ibi gl.3.C.de bonis, quæ liber.

Peculium filij profectitium non publicatur publicatis bonis patris, l.3.§.sed vtrùm.de minoribus, gl.1.in l.pe.C.qui bonis cedere possunt.

Peculium profectitium quo ad patrem non dicitur illud, quod consequitur nepos ab auo paterno, l, quæsitum, 93.& ibi gl.1.de legat.1.

Peculium profectitium, & aduentitium iure antiquo non distinguebantur, & omnia habebant naturam profectitiam, gl.testamento.in l.pater, qui. 17.de castren.peculio.

Peculium paganum dicitur profectitium, vel aduentitium, gl.4. in l.fi.C. de inoffic.testam.

Peculium profectitium liberorum post mortem patris venit diuidendum inter heredes.l.certum. 13.C.famil.ercisc.

Peculium profectitium filiorum post mortem patris reuocatur ad communionem, quatenùs de facto exiuerat de bonis patris: scilicet quoad administrationem, gl.1.ibid.

Peculium profectitium filio concessum venit in restitutione fideicommissi, l. filium, quem.24 & ibi gl.1.C.eod.

Peculium profectitium est, quod acquirit filiusfam.de rebus paternis, quod patri quæritur ex toto, l.cùm oporter.& ibi gl.3.& 5.C.de bonis, quæ liber.

Peculium castrense non semper potest peti per petitionem hereditatis: sed tunc demũ, cùm factum est hereditatis, & nomen peculij habere desiit; vel quia factus sit sui iuris, vel quia facit testamentum.gl.vel alia vniuersitate. in l. item veniunt.22.§.ait senatus.de petit.hered.

15 Peculium castrense desinit esse mutatione personæ. l. per procuratorem, 89.de acq.he redit.

Peculium castrense mortuo filiof. dicitur hereditas & ex eisdem causis confiscatur, ex quibus hereditas extraneo aufertur. gl.ex castrensibus.& ibi add.marg. in l.1.§.si filia.de separationibus.

Peculium castrense non dicitur id, quod viro ab vxore datum est, non causa militiæ: secus si datum esset causa militiæ, l.si militi, 6.de castrensi peculio.

Peculium castrense non dicitur id, quod donatum, vel legatum est filiofa. ab eo, qui ex causa militiæ non est notus: secùs verò si donatum, vel legatum fuisset ab eo, qui erat notus ipsi filiofa.ex causa militiæ.l.si fortè, 8.eod.

Peculium castrense filiofa. cum testamento decedente quasi hereditas defertur heredi scripto, siue extraneum, siue patrem heredem scripserit: sed decedente ab intestato dicitur remanere penes patrem, quasi ab eo patre non separatum, l.proponebatur, 9.eod.

ccalian castrense est, quo à parentib.vel cognatis in militia degenti donatum est, vel quod ipse filiusfa.in militia acquisiuit, quod nisi militaret, non fuisset acquisiturus, l.castrense. 11.eod.

Peculium castrense non dicitur id, quod filiusfa. acquisiuit, si id etiam sine militia erat acquisiturus.ibi.

Peculium castrense non potest pater auferre filiofa. militi, etiam si eum filium alij in adoptionem dederit, vel emancipauerit: potest tamen iure Digestorum auferre filiofa. peculium aduentitium, vel profectitium, l.pater, qui. 12.& ibi glo.1.eod.

Peculij castrensis non est id, quod pater donauerat filiofa.militi reuerso de militia: sed est peculij profectitij perinde, ac si filius nunquam militasset, l. pater militi.eod.

Peculium quasi castrense superuenit ad imitationem castrensis, l.fi. C.de inofficioso testam. 16

Peculium quasi castrense dicitur illud, quod filiusfa.acquirit à principe ex consulatu, vel aliqua profectura, vel quacumque dignitate, vel administratione vel etiam ex publicis salariis consequitur.ibi.

Peculium quasi castrense obtinentes filiifam. super ipsius tantum modò rebus, quæ quasi castrensis peculij sunt, possunt condere testamentum: secundum tamen leges; neque eorum testamenta querela inofficiosi expugnari debent. ibi.

Peculium castrense, vel quasi post mortem patris intestati non venit diuidendum inter alios fratres, & aduentitium etiam hodie non communicatur cum aliis fratribus.gl.1.in l.certum.C.famil.ercisc.

Peculium castrense, vel quasi non requiritur patri etiam quoad vsumfructum gl.fi.in l.cùm oporter.6.C. de bonis, que liber.

Peculium castrense est, quod filiusfa. in castris acquirit: quasi castrense verò, quod in ciuitate quæritur ex publica causa, vt salaria ex publico, gl.5.ib.

Peculium castrense filij deportati, quod ei militaturo pater donauit, non debetur fisco: sed patri, l.3.C.de bonis proscriptorum.

peculium castrense dicitur non solùm, quod ex militia prouenit: sed etiam quod ex quacumque eius causa, & occasione proficiscitur.l.fi.& ibi add.marg.C.de silentiariis, lib.10.

ex peculio castrensi empta res dicitur castrẽsis.l.1.C.de castrensi peculio. lib.12.

in peculio castrensi numeratur hereditas fratris quæsita fratri commilitoni.l. cum allegas.C.eod.

peculium castrense habere dicuntur milites, criniarij, & exceptores, & alij militantes in officus similibus: non tamen possunt testari iure militari.l. fi. & ibi. gl.1.C eod.

peculium castrense est, quod filiusfam. à quolibet acquirit in castris, non acquisiturus aliàs.gl.castrensibus.in §.1.Inst.per quas personas nobis acquir.

peculium quasi castrense dicitur, quod filiifam.magistri liberarum artium, medici, clerici & aduocati de publico, vel non de publico: sed particulariter à clientibus acquirunt.d glo.castrensib.in add.& l.fi.C.de inofficioso testam.

peculium castrense, vel quasi proprium est filiifam.illud acquirentis, nec potest pater ei adimere, nec creditores patris illud vendere, vel inquietare, nec tenetur ipse patre mortuo conferre fratribus.§.si verò intestati.Inst.quibus non est permissum facere testa.

peculium castrense, vel quasi non communicatur in diuisione cum fratribus: sed bene id, quod donatum est à patre in peculium.l.4.& ibi.gl.3.C. familiæ.ercisc.

Reliqua verbo, Aduentitium, Filius, 80.vsque 83.85.86.87.92.93.*Pater*, 9.10.11. *Clericus*, 11.

Pecunia in genere, nu.1.2.3.

quoad pecuniam absconditam, & inuentam, & traiectitiam, vel nauticam.n.4.

quoad pecuniam redactam ex venditione, depositam, donatam, vel datam ad aliquid, vel ad vsuras.nu.5.6.

PECVNIA vbi deficit, suppletur in corpore, gl.aut noxæ.in l.quòd si minor.§.si seruus.de minorib. 1

Pecuniæ nomine omnes res significantur.gl.alia res, in l.litigatores.de arbitris.

Pecuniæ verbum largè sumitur, gl.fi.in l.1.§.1.de calumniat.gl.2.in l. non ex omnibus, 44.de arbitriis.gl.1.in l.1.C.de prohibit.sequestr.pecu. gl.1.in l.1. C. de condictione indeb.

Pecuniam accipere dicitur, quocumque modo bursale commodum consequatur, d.l.1.§.fi.de calumniat.

Pecuniæ nomen sumitur quandoque pro pœna.gl.pecunia.in l.pe.de arbitris.

Pecunia quandoque largè sumitur pro omni eo, quod consistit in pondere, numero, vel mensura: quandoque strictè: quandoque largissimè pro omni re, glo. pecunia.in l.2.§.creditum.si certum petatur.gl.mutuam.in l. sed Iulianus.9.§. mutui.ad Macedon.

Pecunia accepta pro restituenda re aliena, in qua quis scienter pignora accipiendo committit furtum, turpiter accipitur.& ideò repetitur; secus si ignoranter, l.seruus, 36.de condict.indeb.

pecuniæ nomen strictissimè sumitur pro numis, cùm adiungitur verbum, numerata: secùs quando simpliciter ponitur nomen pecuniæ gl.1. & gl.mensura.in l.1.de condict.triticaria.

pecuniæ æstimatio, & valor licèt vna, & eadem esse videatur vbique: in quibusdam tamen locis faciliùs, ac leuiorib. vsuris inuenitur: in quibusdam difficiliùs, ac grauioribus vsuris.l.& ideò.de eo, quod certo loco.

pecuniam, quam alteri dedisti, vel credidisti, licèt ad me peruenisse confessus sim, non ob id teneor ego tibi.l.fi.de constit.pecunia.

pecunia est res separabilis, gl.pro modo.in l.pecuniæ, 9.de vsuris.

pecunia quandoque sumitur pro patrimonio, l.testamento, 3.in add. marg.de testam.tutela.

pecunia, & numi sunt synonoma, istem importantia, l.si ex toto, 8.§.fi.de legat.1.

pecuniæ nomen à testatore prolatum non refertur ad corpora, nec ad species. sed ad ea tantùm, quæ pondere, numero, vel mensura consistunt, & sic non restringitur solùm ad pecuniam numeratam: sed largè continet. quidquid numero, pondere, vel mensura consistit.l.talis scriptura.30.eod. 2

pecuniæ nomen accipitur prout est species, quando ponitur nomen pecuniæ non & simpliciter: sed prout est in certo loco, vt lego pecuniam, quæ est in arca, d.l. talis scriptura, & ibi.glo.'pecies.

Pecuniæ, vel summæ no.ne.a à testatore prolatum, quando tractatur de legato simpliciter

ne negotiorum gestorum.ibi.

Pecunia redacta ex pignorum venditione computatur priùs in vsuras etiam pacto nudo debitas:deinde in sortem:sed pecunia soluta à debitore non computatur priùs in vsuras naturaliter tantùm debitas : sed bene in vsuras ciuiliter debitas:id est cum pignore,gl.1.in l.vel cùm & sortis.35.de pigno.actione.

Reliqua verbo,Versum,Pignus,19.20.Perferendam.

PECVS,pecoris,vel pecudis generale nomen est ad ea,quæ gregatim pascuntur, gl.pecudib.in l.seruis legatis,79.& l.legatis,63.§.pecorib.de legat.3.

Pecora erepta à lupo,vel ab alia bestia non desinunt esse nostra tamdiu,quamdiu ab eo non fuerint consumpta.l.Pomponius.8.§.fi.famil.ercis.

Pecora mea si pascantur in fundo tuo per immissionem meam,tunc habet locum actio de pastu pecoris:aut citra immissionem meam: & tunc datur actio in factum; si verò in meo fundo depascunt glandes tuas dolosè immissa pecora, tunc datur rei vendicatio ad exhibendum : sed si sint immissa sine dolo , tunc datur actio in factum , l. qui seruandarum. 9. fi.& ibi. add. marg. de præscriptis verbis.

Pecoris , vel pecudis appellatione omnia animalia , quæ sub hominis imperio terræ pabulo pascuntur,vt boues, asini,equi, cameli,oues,& capræ,elephãti,& huiusmodi multa alia continentur , quamuis , pecus , pecudis, pro oue sæpiùs sumatur : sed pecus,pecoris pro multitudine pecorum, vel pecudum sumi solet. l.ædiles,38.§.iumentorum.in add.marg.de ædilitio edicto.

Pecora plura ducens ad pascendum , quàm debebat,non potest prohiberi,ne numerum sibi permissum ducat : quia illa pecora separari possunt. l. pecuniæ, 9. de vsuris.

pro Pecore incluso datur actio vtilis Aquiliæ , & in factum. gl. cauere. in l.qui bona. 13.§.si quis opus.de damno infecto.

Pecoris ad aquam appellendi ius habens , si plura pecora appulerit,quam debuit, non debet prohiberi in omnibus pecoribus : quia pecora separari possunt, l.1. §.item quæritur.de aqua quotidia.

Pecoribus ostendens pannum rubrum dolo malo , vt sic fugerent , & in latrones inciderent, tenetur furti actione : sed si ostendat non furti faciendi causa,non tenetur furti:sed actione in factum:si illa pecora sint præsipita, tenebitur vtili legis Aquiliæ actione,l.in furti actione,51.§.fi.cum l.seq.de furtis.

Pecus nomen comprehendit etiam magnas bestias. gl. pastore. in l.fundi.§. fi.de fundo instructo.

Pecudibus legatis & boues , & cætera iumenta continentur. l. seruis legatis , 79. de leg at.3.

Pecudum appellatione continentur sues:sed non canes.l.2.ad legem Aquil.

in pecudum fructu etiam fœtus est, sicut lac , pili , & lana. l. in pecudum. 28, de vsuris.

Pecude prægnante surrepta,vel apud furem prægnante effecta,fœtus dicitur furtiuus , nec vsu capi potest siue sit editus apud furem, siue apud bonæ fidei possessorem ; non tamen datur actio furti , cùm editur apud bonæ fidei possessorem : sed bene cùm apud furem.l.qui res , 49.§.si ancilla.& ibi.glo.idem & in pecudibus.de furtis.

Pecudis fœtus conceptus , & editus apud bonæ fidei possessorem,statim fit bonæ fidei possessoris , & cessat vsucapio : quod secus est in partu ancillæ.d. §. si ancilla.& ibi.gl.vsucapi.

Pecudis fœtus conceptus apud furis heredem, qui erat bonæ fidei,potest vsucapi: secùs si esset conceptus apud ipsum furem † d.gl.idem & in pecudibus.

Pecudis appellatione in lege Aquilia continentur animalia domestica , quæ gregatim pascuntur:veluti muli, asini,oues,boues,capræ,& sues:sed nõ continentur feræ bestiæ,,neque canes,in princ.Inst.de lege Aquil.

Reliqua verbo,Iumentum,Fœtus.

PEDAGIVM,vel passagium, quod soluitur pro vehiculo,soluit dominus vehiculi : sed pro rebus ibi positis soluit dominus rerum,l.cùm in plures.62.§. vehiculum locati.

Reliqua verbo,Mulio,Gabella,Vectigal,1.

PEDAGOGVS,nutrix,& alumnus æquiparantur consanguineis.§.eadem lege. Inst.quibus.ex causis manumittere.

Pedagogus dicitur ille , qui ab initio instituit pueros:& dicitur pedagogus à pedes, vel pays,quod est puer,& ago,quod est ducere,quasi ductor,vel gubernator puerorum.glo.pedagogum.ibid.

Reliqua verbo,Comes,Alumnus.

PEDAMENTA dicuntur stirpes arborum , vel paruulæ arbores,ad pedes arborum grandium nascentes , quæ dicuntur germinales,gl.1.in l.ex Sylua cædua. de vsufructu.

Reliqua verbo,Arbor,Germinales,Saligna,

PEDANEVS iudex dicitur delegatus:dicitur etiam ordinarius , qui tantùm de minimis cognoscit.gl.pedaneos.in l.si quis in conscribendo.29.C.de pactis.

Reliqua verbo,Iudex,21.

PELLEX apud antiquos dicebatur illa , quæ cùm vxor non esset , cum aliquo tamen viuebat,quæ nunc nomine amica, paulò honestiore nomine concubina dicitur,l.Masurius.144.de verb.sign.

Reliqua verbo,Concubina,Legatum,29.

in PENDENTI potest esse obligatio fideiussoris , vel potest in futurum concipi,vt iudicium non possit esse in pendenti,vel de his rebus,quæ posteà in obligationem aduenturæ sunt,l.non quemadmodum.35.de iudiciis.

Reliqua verbo,Spectandum,Actus,1.

PENDERE quædam dicuntur. glo. in suspenso,in §.quoniam infirmas.in auth. de nuptiis.col.4.

Pendere dici non possunt præterita, vel præsentia inspecto præsenti statu;sed bene inspecto futuro statu , glo. pendet. in §. si ab hostibus. Inst.quib. modis.ius patriæ.

PENES ponitur quandoque largiùs pro apud,quandoque non ita largiùs.l.1.& ibi.glo.penes.& addit.marg.de tabulis exhiben.

Penes te dicere amplius est, quàm dicere apud te:nam apud te est,quod qualitercumque à te tenetur ; penes te est, quod quodammodo à te possidetur,l.penes te. 63.de verb.sign.

PENITVS dictio de notat actum omni iure , omnique prorsus obligatione nullum. l. solutum non videtur. §. si in sortem. & ibi. add. marg. de pigno. actione.

PENSIO , vel vectura debetur etiam pro seruo mortuo in naui , si conuentum est , vt deberetur pensio pro his , quæ in naui imposita essem : secùs si sit conuentum pro seruis,qui deportati essent.l.fi.ad legem Rhodiam.

ad pensionem , vel vecturam in dubio tenetur conducens vecturam mancipiorum , etiam pro mancipio in naui imposito , & posteà mortuo , cum per nautam non remaneat.ibi.

Pensio,vel vectura non debetur pro infante in naui nato.gl.1.ibi.

Pensiones domorum non possunt peti tanquam fructus, cùm non sint naturales, neque industriales , nec sint ex re,licèt largo modo dicantur fructus,cùm sint quasi ex re.gl.pen.in l.si vrbana.55.de condictione indebiti.

Pensionis obligatio in vnumquemque heredum pro hereditaria parte diuiditur, licèt defunctus ita se liberare non potuerit , gl.confundetur.in l.communi.ff. comm.diuid.

Pensiones domorum,vel aliarum rerum in fine anni sunt soluendæ , nisi aliud ex conuentione, vel consuetudine statuatur,† gl.2.in l.defuncta,65.de vsufructu. l.qui balineum.9.in addit.qui potiores in pigno.gl.2.in l.1.C.de primipil. lib. 12. gl. fi. in l.3. C. de locato. glo.fi. in l.si quis.8.§. fi. C. de. præscript.30. vel 40.ann.

Pensiones domorum etiam ex lupanario perceptæ veniunt in petitionem hereditatis:sed quæ non sunt perceptæ non veniunt.l.ancillarum , 30.§.fi.& ibi.gl. pe.de petitione hered.

Pensiones horreorum,vel areæ, vel vecturæ iumentorum in mercibus præferuntur cæteris debitis.l.huius.qui potiores.

Pensiones vrbanorum prædiorum pro fructibus accipiuntur. l. prædiorum. 36. de vsuris.

Pensio domus ab initio debetur:non tamen debetur efficaciter,vt peti possit,nisi elapso tempore,† l.1.§.si pensio.& ibi.glo.soluerit.& gl.seq.de migrando.

Pensio iusta in emphyteusi dicitur illa , quæ collecta in 20. annis contineat rei æstimationem,glo.fi.in auth.præterea.C.de sacrosanctis.

Pensiones domorum , vel aliarum rerum solui debent eo tempore,quo solui debere est actum:quòd si non apparet de tempore,debet solui secundum morem regionis † ibi.

Pensio certa præstanda quando non exprimitur,datur quantum solet de consuetudine dari,glo.fin.in l.excepto.18.C.de locato.

Pensionis causam mutare sibi nemo potest. l. ad probationem. 23. & ibi. gloss. fi.C.eod.

pro Pensione non sunt tacitè obligata bona conductoris , quæ non sunt illata fundo , vt ibi perpetuò permanerent : & si ad manus locatoris peruenta sint, non possunt retineri : sed debent restitui conductori,quem conueniet locator pro pensione,l.5.C.in quibus causis pignus.

pro Pensione sunt tacitè obligata bona inducta , & illata in fundum conductum. d.l.5.& l.fi.C.eod.

pro Pensione ad hoc vt bona illata , & inducta in fundum conductum sint obligata , tria requiruntur : primò quòd sint inducta, & quòd perpetuò ibi sint,& quòd domino sciente:in vrbanis tamen prædiis non exigitur scientia,gl.1.ibi.

Pensio antiqua pro pascuis publicis saltuum antiquitus constituta inconsulto principe augeri non debet.l.1.C.de pascuis publicis.lib.11.

Reliqua verbo,Conductor,10.11.Colonus,14.15.Lacator,9.Sterilitas.

PENSITATIONES publicæ ad viarum , vel pontium refectionem sunt præstandæ à possidentibus,gl 1.in rub.C si propter public.pensit.

Pensitationes publicæ dicuntur annuæ exactiones tributorum , vel vestium , vel auri,vel argenti,quæ à certis personis debebantur fisco.ibi.

Reliqua verbo,Tributum.

PENTAPROTIA dicitur munus quinque primorum,qui aliis quinquè summates dicuntur , & illi quinqueuiri non ineptè vocabuntur,l.2. & ibi.gl.pentaprotias.& ibi add.C.de priuilegiis.lib.12.

PENVLA est genus vestis,quæ nebuloso,aut pluuioso tempore loco pallij supra tunicam , quæ Romanis breuior , & sine manicis vestis erat, vulgò saye ad arcendas è corpore pluuias sumitur , glo. penulas. & ibi. add. marg. in l.pen.de præscriptis verbis.

PENVRIA aliquando prodest : aliquando verò reprobatur , gl. nos verò tantam.in prooemio Digestorum.

Reliqua verbo Inopia,Carestia.

PERAEQVATVOR dicitur ille , qui prædium desertum æqua pensione , vt priùs assignat nouo possessori , & æquat sterilia cum fertilibus.gl.2.in rub. C. de censibus.lib.11.

Peræquatores sunt censuum,& capitationum exactores , quòd æqualiter ab omnibus exigant,vel hi, qui tributi taxatores,& constitutores dicuntur,qui si non iustè taxauerint,puniuntur.gl.1.in add.marg.in l.pen.C.eod.

Peræquatores , ac diuisores committentes culpam latam in omittendo,vel malè adæquando , non solùm bonorum iacturam : sed etiam annonarum mulctam in quadruplum subire debent , & ea , quæ in damnum prouincialium acceperunt,in quadruplum coguntur soluere.d.l.pen.

Reliqua verbo,Exactor,Prædium 5.6.Censitus.

PERCEPTIO partis debitæ ex vltima voluntate diuisionem non inducit fauore vltimæ voluntatis licet aliàs induceret diuisionem gl,fi.in l.si creditoris.18. C.de pactis.

Perceptione rei omnes liberantur . sed perceptione pretij non liberatur possessor rei,l.Stichum,aut Pamphilum.95.§.dolo.de solutio.

PERCVSSVS prior flagello si percusserit,atque effoderit oculum percutienti, 1
non tenetur Aquilia,nisi data opera effodisset ei oculum.l.si ex plagiis. §.1.ad leg.Aquil.

in Percusso non est culpa, si retrocedit:secus est in percussore, d.l.si ex plagiis.§. in cliuo.& ibi. add.marg.

Percussus in rixa si perierit,ictus vnius cuiusque inspicitur , vt præsumatur quis percusserit animo occidendi,vt ille, non alij teneantur:quòd si non potest apparere, tunc omnes tenentur.l.fi.& ibi gl.fi.ad leg.Corneliam de sicariis.

PERCVTIENS leuiter seruum ægrotum,& is obierit,tenetur lege aquilia,vel 2

in factum legis Aquiliæ,l.qua actione.§.planè.ad leg.Aquil.

Percutientes plures seruum si occiderint eum, si apparet cuius ictu perierit, ille tenetur lege Aquilia quasi occiderit: cæteri tamen tenentur vt de vulnerato: sed si non apparet,omnes quasi occiderint, tenentur in solidum ita, quòd vno soluente alius non liberetur,cum sit pœna,l.item Mela. § sed si. & ibi glo. tenentur.eod.

Percutiens incontinenti percussorem suum, præsumitur quòd fecerit ad sui defensionem, vt aggressor non inuadat eum,nisi contrà probetur, gl.nisi data.in l.si ex plagiis.§.1.eod.

Percutiens seipsum punitur.l.fi.§.videri.de bonis eorum,qui sibi mortem.

Percutiens aliquẽ fustibus absque sanguinis effusione, vel crines, aut barbam explans,per compositionem soluet decem libras ei, cui iniuria illata est, & iudici 10.libras:sed si absque percussione inuadens aliquem, & malè tractans,vt verberibus,& contumeliis,debet se componere pro tali excessu in quinque libris dandis parti læsæ:iudici verò debet soluere x.libras,c.1.§.si quis aliquam.de pace tenenda.

Percutere non debet quis aliquem defendendo se, nisi priùs ipsum feriat † glo.rixatus.in l.si ex plagiis.§.1.ad l.Aquil.

Percutere,vel vim inferre non licet alicui ob tutelam rerum suarum, nisi cum moderamine.gl.vtile ibi.

Percuti se quis non debet pati, priusquàm defendatur,l.3.§.qui armati. & ibi.gl. armorum.de vi,& vi armata.

Reliqua verbo,Vulneratus.

Perdere te cappam melius est,quàm occidaris à latrone.gl.1.in l.ius plurib. de Iust.& iur.

Perdi potest,quod non habetur.gl.quod nec cœperit.in l.omnes.vsufruct.quemadmod.fruatur.

Perdit quis difficiliùs, quod habet ex beneficio suo,quàm quod habet ex beneficio alieno,l si filius.33.§ eu[illegible] de fideicommiss.libertat.

Perdens si rem perditam inuenit apud magistratum,vel apud aliquem, debet significare nomen,notas,& signa,& qualitates rei,vt sciatur an sit sua,l.2.& ibi. gl.fi. de seruis fugitiuis.

Perdens rem tenetur probare casu,& sine culpa perdidisse,quando casus est de illis casibus, qui sine culpa de facili non eueniunt : secùs si sit de illis, qui frequenter, & de facili sine culpa possessoris eueniunt:quia tunc debitor tenetur probare culpam.† gl.probari.in l.si quis fundum.10.§.imperator.locati.

Perditum habetur,quod statim est perdendum.gl.fi.in l.pen.de militari testam.

Reliqua verbo, Amitti,Instrumentum,16.

Perduellio est crimen hostile : nam perduelles dicuntur hostes, gl. perduelliones.in §.interdum.Inst.de heredit.quæ ab intest.

Perduellionis crimen est læsæ maiestatis contra principem,vel rempub.quasi hostile, & abominabile est,gl.perduelles.in l.quos nos.234.de verb.sign.

Perduelliones dicuntur hostes,gl.fi.in l.cùm filius.78.§.fi.de legat.2.

Perduelles à veteribus appellabantur illi , quos nos.hostes appellamus , per eam abiectionem indicantes,cum quibus bellum esset.l. quos nos. 234. de verbor. significatione.

Reliqua verbo,Crimen,6.7.8.9.Hostes.

Peregrinari dicitur quis , quando non est loco suæ habitationis. l. ciues. C. de incolis.lib.10.

ex Peregrinatione efficitur quis mendicus.§.hæc considerantes.vt vulgo dicitur cisteros,& calida manu,ac in fi.in auth.vt obediant iudicib.col.5.

Peregrini dicuntur deportati, vel Barbari,siue hostes populi Romani. glo. in l.nec apud,7.C.de hered.institut.

[illegible]ini, & aduenæ liberè debent hospitari,vbi voluerint.auth.omnes.C.com[illegible]ia de successio.extrauag.nos Fridericus. §. omnes peregrini. de statut. & consue.contra liberta.ecclei.

Peregrini,& aduenæ hospitati si testari voluerint de rebus suis,liberam ordinandi facultatem habent.d.authent.omnes.& d.§.omne.

Peregrini,& aduenæ si decesserint intestati , ad hospitem nihil debet pertinere: sed bona ipsorum per manus episcopi loci,si fieri potest,heredibus tradi debent,vel in pias causas debent erogari.ibid.

Peregrini in bonam , & in malam partem accipiuntur : quia accipiuntur pro deportatis , & relegatis, qui vbi volunt,non debent hospitari : sed tenere debent insulam assignatam sibi:aliàs puniuntur,vt eis pœna augeatur,gl.1.ibi.

Peregrinus dicitur,qui est extra patriam, auth.vt differêtes iudic.in princ.col.9.

Reliqua verbo,Hospes,Aduena,Inopia.

Perempta re non perit actio,ob idque Aquilia agi potest.gl.petitoris.& ibi. add.marg.in l.fin autem,28.§.si homo.de rei vindicatione.

Perempta re perit etiam officium iudicis actioni intentatæ ante litis contestationem deseruiens : sed post litis contestationem ideò non perit:quia confirmatum , & corroboratum fuit contestatione : vnde ferri etiam potest actio, perempta etiam re, gl.mortuus.& ibi.additio.& gl. petitoris.& ibi.add.mar. ibi.& l.non vtique.& ibi.gl. 1.eod.

Perempta res præstari non potest : quia desiit esse in rebus humanis. l. in re furtiua.8.de condictione furtiua.

Perempta re post moram æstimatio eius debetur.l. Aphricanus. 40. §. fructus. de legat.1.

Perempta re promissa fit condemnatio in eius æstimatione.l.3.de confessis.

Perempta res, quæ fingitur extare propter delictum, vel moram, potest condici, & in stipulationem deduci.l.inter stipulantem.82.§.pe.de verb.oblig.

Perempta res post moram durat in obligatione quoad petitionem, acceptilationem , & fideiussoris acceptionem , & nouationem , l. si seruum Stichum , 91. §.fi.eod.

Perempta etiam re potest peti res, vel eius æstimatio in eius defectum.glo.consequi.in additione.in §.si res aliena.Inst.de legatis.

Reliqua verbo, Periculum,Interitus.

Peremptorium requiritur etiam in causis summariis. gl. summariè. col. 1.in extrauag ad re[illegible]mendum.quomodo in læsæ maiesta.crimi.

Peremptorij vim habet [illegible] cis monitio , licèt non exprimatur.l.2. & ibi.gl.2.C. quomodo,& quando [illegible]dex.

Peremptorij vim habet ,si iudex [illegible]iserit aliquem , vt adesset sententiæ , & si ille non veniat,est verus contumax,d.gl.2.& ibi.add.marg.

Peremptorij vim habent tres denunciationes.l.tres denuntiationes.9.C.eod.

Peremptorium verum fit post tres denuntiationes : fictum vero per vnam. gl.1.ibi.

Reliqua verbo,Edictum,5.Citatio,Exceptio,20.21.

Perfecisse ædificium dicitur is,qui ita consummauit,vt iam esse possit in vsu,ad quem paratur.l.ædificia.139.§.fi.de verb.sign.

Perfectum dicitur illud , quod ex omnibus suis partibus constat. gl.publicum.in l.1.§.huius.de Iust.& iure.l.2.de origine iuris.

Perfecta res dici non meretur , quæ non est ad vsum destinatum consummata, atque perducta.glo.fi.in additione marg.in l.ædificia.§.fi.de verb.sign.

Perfectæ rei nihil potest superi add.l.2.C.de vindicta libertate.

Reliqua verbo, Actus,1.& verbo. Ad.

Perferendam rem si ego tibi dedi, teneris mihi mandati:sed is,cui datur custodienda,teneatur depositi.l.1.§.si te rogauero.depositi.

Perferendam ad te si ego dedi alicui rem meam , vti eam seruares, si ille eam tibi non dedit, tenetur mihi mandati : sed si tibi dedit,tu solus mihi teneris depositi.d.§.si te rogauero.& ibi.gl.mandati.& gl.depositi.

Perferendam ad te si ego dedi alicui rem meam,vt tu eam seruares,si ille tibi dedit eam suo nomine , ille tenetur mihi mandati : tu verò illi depositi , quam actionem contra te ille tenetur mihi præstare iudicio mandati conuentus.ibi.

Perferendam ad te si ego dedi alicui rem meam, vt tu meam seruares & si tu non recepisses , quòd ille seruaret , si tu non recepisti eam rem , ille tenetur mihi mandati actione habente custodiæ legem,d.l.1.§.quòd si rem.

Perferendam alicui pecuniam si ego tibi dedero , & tu eam perdas, teneor quasi mala electio fit in culpa , si per alium poteram facere : secùs si per alium non potuissem,quo casu nõ teneor,nisi in eligendo deliquerim.† gl.fi.in l. non ob eam.15.pro socio.

Reliqua verbo,Pecunia,5.6. Casus,7. Commodatarius, 13.18. Debitor,14. Famulus, Actio,112.

Pergula dicitur tentorium quoddam linteaminibus, vel similibus constructum,gl.pergulam.in l.heres absens.§.proinde.de iudiciis.

Pergula non dicitur tentorium:sed est locus in id comparatus, vt ibi merces expositæ diuendantur:aliter tamen pro mensa, in qua proponunt opifices opera sua diuidenda.d.gl.pergulam.in additione marg.

Periculum casus fortuiti si quis in se suscipit,tenetur de omni casu fortuito,ac si specialiter diceret,gl.specialiter.in l.sed etsi.§.quæsitũ.si quis cautionibus. 1

Periculum in se si quis suscipiat simpliciter, tenetur de omni casu fortuito, si ex natura contractus venit culpa leuissima : sed si venit culpa leuis:sed non leuissima,tunc non tenetur de casu fortuito:sed tantum de leuissima culpa.[illegible]

Periculum interitus pertinet ad metum inferentem. l.si cum exceptione. §. quatenus.in fi.quod metus causa.

Periculum interitus post secundam sententiam intra tempus quadrimestre , vt pertineat ad metum inferentem, requiritur quòd res eodem modo non sit peritura penes metum passum : sed si penes metum passum res sit eodem modo peritura, perit periculo metum passi , dummodò non periisset culpa metum inferentis.ibi.

Periculum interitus rei post moram spectat ad debitorem speciei. l. quod te. si certum petatur.

Periculum rei traditæ ad vendendum , vt pretio quis vtatur , pertinet ad tradentem,si eam vænalem habeat:aliàs ad accipientem.l.rogasti.eod.

Periculum casus fortuiti pertinet ad dominum rei : quod fallit in eo,qui est dominus iure singulari, vt est pupillus mutuans pecuniam,vel soluens, qui iure, & beneficio, ac fauore pupilli remanet dominus pecuniæ:illa tamen casu fortuito perempta periculum spectat ad accipientem , ne quod fauore eius inductum est,in eius damnum retorquetur,glo.eius.& ibi add.marg. in l.non omnis,19.§.si pupillus.eod.

Periculum quando ex conuentione bona fide , vel ex natura contractus ad aliquem pertinet, pertinet etiam quæstus,& lucrum:secùs verò quando ex dolo suo ad aliquem pertineret periculum.l.si is,qui.§.1.& ibi gl.eius:commodati.

de Periculo si conueniat quis tacitè, & de lucro conuenire videtur. gl. periculo. in l.idémque.§.si mandauero.mandati.

Periculi appellatione venit casus fortuitus.l.& Aristoni.39.& ibi.gl.1.eod.

Periculum propriè dicitur quod culpa contingit:quandoque tamen sumitur pro casu fortuito.gl.nisi periculum.in l.item quæritur.§.si gemma.locati. 2

Periculi appellatione non venit casus fortuitus accipitur tamen pro eo , vbi saltem leuissima culpa fuit l.opus.39.& ibi.gl.conductoris.& add.marg.eod.

Periculum operis in se suscipiens tenetur , quoad opus approbetur : & qui debet opus ad mensuram , tenetur donec mensuretur,quod intelligitur de periculo saltem leuissima culpa contingente.d.l.opus.

Periculum in se suscipiens tenetur etiam ad exactissimam diligentiam : sed non ad casum fortuitum.d.l.opus.& ibi.gl.fi.

Periculum pecuniæ citra culpam tuam pereuntis , aut cessantis ad te non pertinet , licèt in te fuerit eius dominium transcriptum, translatúmque ; quinimò ad dantem pertinet , quasi non cessisset dominium.l.Titius.& ibi in additione marg.de præscript.verbis.

Periculum rerum dotalium post moram pertinet ad maritum , etiam si eodem modo essent perituræ apud vxorem. † l. si filiofa. 26. §. si post diuortium.solut.matrim.

Periculum maius vbi est , ibi cautius est agendum , l.1.§.sed & si quis. & ibi.add. marg.de Carbonian.

Periculum vbicumque est in mora , recedimus à regulis iuris communis , & remittitur iuris dispositio etiam prohibita. l. de pupillo.§. si quis riuos.de noui operis nunciatione.

Periculo alicuius dicitur res multis modis : vt quia sit dominus , vel bonæ fi[illegible] possessor, superficiarius, vel fructuarius , item res mihi debita est per [illegible] meo ante moram , vel culpam debitoris. gl. periculo.in l.damni infect[illegible] damno infecto.

Periculum interitus rei inuasæ pertinet ad violentum expulsorem [illegible] siue sit peritura apud deiectum,siue non.l.pe.& ibi gl.2.& fi.de vi [illegible]

Periculum interitus rei post moram non pertinet ad morosum , [illegible]

res eodem modo penes actorem, nisi morosus esset violentus expulsor : quia tunc indistinctè tenetur, † gl.fi.ibid.

3 Periculum interitus speciei post moram spectat ad debitorem indistinctè, siue eodem modo esset peritura species penes creditorem, siue non esset peritura eodem modo,† l.nemo rem suam.8 ı.§.fi.& ibi glo.homo.de verb.oblig.

Periculum interitus speciei post moram ideò spectat ad debitorem, & adhuc ab eo potest peri:quia odio morosi fingitur viuere,d.§.fi.

Periculum interitus spectat ad furem,& metum inferentem.l.1.C.de his,quæ vi.

Periculum interitus rei non spectat ad furem, vel metum inferentem, si intra tempus quadrimestre post secundam sententiam currens pereat res.gl. pe. ibi.

Periculum interitus rei non pertinet ad furem, vel metum in ferentem,si eodem modo res esset peritura penes actorem : secùs si non esset peritura : quia tunc tenetur.ibi.

Periculum interitus rei non pertinet ad furem, vel vim inferentem, si ipse fur, vel vim inferens purgauerit moram per oblationem factam domino.ibi.

Periculum nauigationis qui in se suscepit, intelligitur suscipere in se periculum fortunæ : non tamen suscipit periculum contingens culpa debitoris. l.3.C. de nautico fœnore.

Periculum rei furtiuæ pertinet ad furem, nisi moram offerendo purgauerit.l. substracto.9.& ibi.gl.1.C.de furtis.

Periculum rei surreptæ per vim ablatiuam semper pertinet ad violentum : periculum tamen rei surreptæ per vim compulsiuam ante sententiam pertinet ad violentum : sed post sententiam intra quadrimestre tempus non pertinet : sed bene post quadrimestre tempus.gl.pe.ibi.

Periculum qui passus est, debet & lucrum sentire.l.fi.§. sed cùm in secundam.C. de furtis.

Periculum omne in se suscipiens non videtur suscipere periculum proueniens ex casu fortuito.gl.fi.in l.1.C.quæ res pignori.

Periculum homini in multis est.§.pen.Inst.per quas personas nobis acquiritur.

Reliqua verbo, Aestimatio, 1.2.10. Artifex, Aduersione, Commodatarius, 11. vsque 14.17.18. Conductor, 13.14. Creditor, 54.55.56. Debitor, 33. vsque 38. Depositum, 1.3. Depositarius, 9. vsque. 13. Dos, 52. Emptor, 31.32. Emptus, 3. Fur, 7. Furtiua, 1. Interitus, Legatum, 90, Morosus, Nauis, 4. vsque 10. Nauta, Opus, 1.5. Casus, 3. vsque 7. Perempta, Possessor, 6.7.8. Prado, Praestare, Societas, 10. Restringens, Socius, 12.13. Tutor, 132. Venditio, 17. Vendita, 16.17.18. Vinum, 3.

PERIMI dicitur, quod nullum est : quia primus gradus,in quo filius in potestate est præteritus,est nullus.l.3.§.fi.de liberis,& posthu.

Vide verbo, Perire.

PERINDE dictio denotat similitudinem,licèt non per omnia, maximè in pœnalib. §. cùm autem.& ibi. glos.commodo.in add.Inst.quibus mod.ius patriæ potest.l.1.& ibi:gl.1.de receptatorib.l.2.de naturalib.restit.

PERIRE non potest id, quod non est. l.1.§.fi. quib.mod.vsusfructus.gl.1. in l. itinere, 28. de seruit. rusti. gl. non potest. in l. Sempronius,26. de vsufructu. legato.

Perire sua culpa,aut negligentia dicitur quis,quando non permittit se curari,vel si concubuit cum vxore, vel aliqua muliere; vel si noluit medicis obedire, l. qui occidit,30.§.fi.& ibi.add.marg.ad legem Aquil.

Perire volens non auditur. l. non tantum.in additione marg.de appellat.

Perire volens potest defendi.gl.fi.in l.1.C.de confessis.

Vide verbo, Perimi.

PERITIA dicitur propriè iuris.gl.pe.in l.impuberi.41.de administr. tutorum.

Peritia alicuius rei, quando ab aliquo exigitur, si is non habeat, dicitur esse in culpa,veluti medicus sine physica,aduocatus sine literis,glo.qui ex se.§.vetus. in auth. de iudicib.col.6.

PERITIS in arte credendum est,l.1.de ventre inspiciendo.

ad peritos in arte recurrendum est, & eorum dicto statur:debent tamen iurare.§.quod autem.in auth.de non alienand.

Periti sub dubio,fortè,sæpè respondent,gl.fortè.in l.5.C. quorum appellationes.

Reliqua verbo, Medicus, Stultus, Obstetrix, Deponens, 6.

PERIVRIVM non cadit in pupillum.l.qui iurasse,26.de iureiuran.

Periurij prætextu retardari non potest causa decisa ex iuramento delato,& præstito, vel remisso ex vtriusque partis consensu, neque postea de periurio quæri potest.l.1.& ibi.gl.4.C.de reb.credit.

Periurij pœna est decem librarum auri.glo.fi.in auth.quod eis.C.de nuptiis.

Periuriis via aperiri non debet per leges,quæ periuria puniunt. l.1. C.de indicta viduitate.

de Periurio potest quis puniri à iudice sæculari, vbi clarum est eum esse periurum : sed vbi est dubium an valeat iuramentum, vel non, tunc non pertinet eius cognitio ad iudicem sæcularem:sed ad ecclesiasticum.gloss.vasalli. & ibi. add.marg.in §.vasalli.in extrauag.de pace Constantiæ.

PERIVRVS licèt quis sit habitus expressè, vel tacitè, non tamen sequitur quòd sit infamis.gl.debeant.in l.Lucius.de his,qui notan.

Periurus non est infamis, quãdo deierauit de præsenti vel de præterito:putà rem suam esse, vel fuisse; quando verò de futuro iurat illi, cum quo contraxit,putà veniendo contra sacramentum,& contra pactionem,infamis est:si verò deierauit iurando sibi ipsi,velDeo,veluti iurando,quòd hodie non comedet carnes,non est infamis.ibi.

Periurus omnis repellitur à testimonio, quia præsumitur & aliàs facilè peierare.ibid.

Periurus quandoque diuinam vltionem, quandoque humanam : id est corporalem afflictionem patitur.gl.1.in l.nam sufficit.de dolo.

Periurus non est ille, qui legis licentia contra sacramentum venit.gl.2.ad fi.in l. 1.de act.empti.

Periurus non videtur ille, qui ex causa licita deierat gl.1.in l.3.eod.

Periurus tenetur crimine stellionatus.l.fi.& ibi.gl.fi.de crimine stellionat.

Periurus, vel infamis accipiens pœnitentiam non testificatur. gl.absolutus. in l. 4.§.ignominia.de re militari.

Periurus punitur lege ciuili,licèt non corporaliter : saltem alia pœna.gloss. infamiam.in l. 1.C.de summa trinit.

Periurus ipso iure infamia notatur, & repellitur ab agendo.l.si quis maior, 41.& ibi.gl.infamia.C.de transactio.

Periurus à Deo solo punitur, nec tenetur crimine læsæ maiestatis, l.2. C.d rebus creditis.

Periurus secundùm leges non punitur pœna corporali.ibi.

Periurus licèt non patiatur pœnam corporis, vel pœnam læsæ maiestatis:patitur tamen quandam minorem pœnam.gl.fi.ibi.

Periurus ponitur quando contrauenit iuramẽto de futuro,quod apponitur super contractu:secus quãdo contrauenit iuramẽto de præterito litis decisorio.ibi.

Periuro nulla pœna imponitur per se solum: sed bene ex adiuncto,vt quia est infamis,si veniat contra iuramentum,& contra pactum, quod confirmauerat sacramento, aliàs non est infamis:bene tamen repellitur à testimonio. gl.si qua omnino.in §.1.in auth. scænicas non solum si fideiussores.col.

Periuri dignitate priuantur.l.pen.C.de dignitatib.lib.12.

Periurus est infamis ipso iure,quando venit contra promissionem, & contra sacramentum:sed quando venit contra sacramentum tantùm, tunc est infamis per sententiam,gl.priuatos.ibid.

Periurus in alio sæculo punitur.glo.iurisiurandi.in principio. Instit. de pœna temerè litig.

Reliqua verbo, Testis, 25.26. Deierans.

PERMITTERE in vno,& in alio prohibere quis potest.glo. tantum. in l. 3.§. nonnunquam.de vsuris.

Permittitur,quod non prohibetur.glo.4.in l.si qui.8.de episcop.audient.

Permittitur publicè illud, quod priuatim non permittitur.gloss.priuatim.in l.in tantum.de rerum diuisione.

Reliqua verbo, Prohibere, Concedo.

PERMITTENS mihi ex causa donations vt sererem in fundo suo, & fructus tollerem;si posteà non patiatur me fructus tollere, tenetur mihi actione de dolo:hodie tamen tenetur condictione ex lege, si hæc permissio fuit facta ex causa donationis: & sic cessat de dolo.l.permisisti,17.§.fi.& ibi. glo. fi.de præscriptis verbis.

PERMISSIO patris inducit quod iussu,quando filiusfa. permittente patre accepit mutuum.gl.1.in l.4.C.ad Maced.

PERMISSVM si sit aliquid vno modo:alio modo videtur prohibitum. l. sicut. §.sed etsi.& ibi glo.onera.quibus modis pignus solui.

Permissa omnia intelliguntur in permissorum genere,quæ specialiter non reperiuntur prohibita.l.mutus.§.cùm quæritur.de procuratoribus.& gl. quod eis & ibi.glo.prohibebant.eod.& l.statuas.7.C.de religiosis.

Permissa videntur, quæ & permissa durant : sed non videntur permissa illa,quæ postquam erant permissa, sunt prohibita.l.item.§.quod si actor.& ibi.gl.durant.quod cuiusque vniuer.

Permissum ad tempus post tempus videtur prohibitum. l. si ita quis. 21. de vulgari.l.statuliberum. 10.§.fi.de legat.

Permissum quod est in vno,in aliis censetur prohibitum,gloss.fi.in l. maritus.31. C.de procuratoribus.

Reliqua verbo, Prohibitum, 1.2. Concessum.

in PERMIXTIS idem ius seruatur, quod in separatis. §. si verò permixtæ.in auth.de nuptiis.col.4.

Reliqua verbo, Separata, Separatio.

PERMVTARE verbum generale est pertinens ad locationem,venditionem, & omnem cõtractum,vbi hinc inde accipitur.gl.1.in rub. C. de rerũ permut.

Permutabat olim, antequàm esset numus, vnusquisque inutilia vtilibus secundum necessitatem temporum, & rerum : quia plerunque euenit, vt quod vni superest,alteri desiit,l.1.de contrahen.emptione.

Permutans seruum tenetur ad ea omnia, ad quæ tenetur vendens. l. 2. de rerum permutatione.

Permutantes habentur ambo emptoris, & venditoris loco, & eis datur ædilitium edictum.l.sciendum.§.deinde.de ædilitio edicto.

Reliqua verbo, Comparare.

PERMVTATIO est species contractus innominati, do, vt des,gl.facias.in l. 1 iuris gentium.de pactis.

Permutatio non dicitur habere speciale nomen. ibi. &.l.1. & ibi. gl. tradita. de rerum permut.

Permutatio ideò non est contractus nominatus:quia non statim, cùm effecta est voluntate partium,dat actionem : imò exigitur rei interuentus, & tunc non ex rei interuentu:sed ex præcedenti pacto agitur:at commodatum,& alij contractus nominati statim vt fiunt, dant actionem,non tamen sunt,nisi re tradita,vnde dicuntur re contrahi.d.gl.facias.

in Permutatione si aliquid non dedi:sed eram paratus dare, non habetur pro dato,& ideò tunc mihi licet pœnitere.ibi.

in Permutatione locus est pœnitentiæ,glo. sed cùm. in l. si pecuniam. de condictione causa data.

Permutatio differt à venditione:quia in venditione discernitur emptor à venditore, & res à pretio; sed in permutatione non discernitur vter sit emptor, vel vter venditor,l.1.de rerum permut.

in Permutatione non potest discerni quid eorum sit merx, & quid pretium, neq; potest esse quòd vtraque res sit pretium, vtraque merx sit vendita : quia vna eadémque res non potest dici, quod væneat, & quod pretium sit emptionis. dict.l.1.

in Permutatione res accepta,vel data si euincatur,datur actio præscriptis verbis, vel in factum.d.l.1.& ibi gl.in factum.

Permutatio solò consensu non contrahitur,nisi sequuta traditione.ibi.

Permutatio ex re tradita,etiam ex altera parte,& accipientis facta initium obligationi præbet:quandoque tamen præbetur ei initium,veluti stipulatione, licèt traditio non interueniat.d.l.1.& ibi.gl.tradita.

in Permutatione ex vna parte traditione facta,si alter nolit rem tradere,non agitur ad id, quod eius interest illam rem accepisse, de qua conuenit : & ita vt compleatur contractus, agitur præscriptis verbis : sed vt res tradita tradenti reddatur, agitur condictione ob causam quasi re non sequuta d. l. 1. & ibi. gl.pen.

Permutatio differt à contractu do, vt des:quia permutatio fit in specie certa:sed

re naturali.& §.fin.Instit.de replicatio.

Reliqua verbo , Actio , 179.vsque 187.193.Debitor,2.Munus,3.vsque 11.12.vsque 16. Obligatio, 22.23. Pactum , 34.35.Priuilegium, 1.2.4.5.Seruitus,5.8.9. Vitium.

PERSVADERE est suadendo quippiam , aut dissuadendo quempiam in opinionem nostram inducere,l.1.§.1.& ibi.add.marg.de seruo corrupto.

Persuadens seruo alieno vt iniuriam, vel furtum faceret,vel fugeret,vel vt amator meretricum existeret,vel vt errori,& malis artibus esset deditus,aut vt esset seditiosus, vel rationes sibi commissas turbaret,tenetur actione serui corrupti.d.l.1.fi.

Persuadens seruo alieno vt stuprum perpetraret cum aliqua , vel persuadens ancillæ alienæ,vt stuprum pateretur,tenetur actione serui corrupti.l.2.eod.

Persuadens seruo alieno dolo malo vt in tectum ascenderet , vel in puteum descenderet,si parens ille ascenderit,vel descenderit,& ceciderit,& crus,vel quid aliud fregerit, tenetur actione serui corrupti·secùs si sine dolo malo persuasit: vtili tamen lege Aquilia tenetur , si persuasit sine dolo malo , siue sine dolo.l. dolo malo.cum l.seq.& ibi.gl.1.eod.

Persuadens quid seruo,quem liberum esse putabat , tenetur serui corrupti actione:quia magis delinquit,qui liberum corrumpit.l.doli verbum.eod.

Persuadens seruo alieno , vt alicui furtum faciat , tenetur domino serui actione serui corrupti , non solùm in id , in quo deterior seruus effectus est:sed in id, quod dominus serui præstaturus est ei , cui furtum est factum.l. vt tantum.§. his consequenter.eod.

Persuadens seruo alieno , vt dammum det domino suo,vel alicui extraneo,tenetur domino serui actione serui corrupti non solùm nomine damni dati ipsi domino:sed etiam dati extraneo.ibi.

Persuadens seruo alieno, vt dominum contemnat , tenetur actione serui corrupti,&extraordinariè punitur,cùm animum serui corrumpere dicatur per hoc, l.corrumpitur,& ibi.gl.1.eod.

Persuadens seruo meo,vt nomen suum ex instrumento emptionis tolleret causa lucri; putà ne de euictione teneretur , tenetur furti.l. si quis vxorem. 53. §. si quis seruo de furtis.

Persuadens seruo meo, vt aliquod instrumentum meum deleret , & deinde seruus deleuit, tenetur mihi serui corrupti : sed si persuasor ipse deleuit, tenetur actione de dolo,& etiam Aquilia.d.§.si quis seruo.& ibi.gl.de dolo.

Persuadens alicui, maximè aliàs nolenti, vt mihi ad iniuriam faciendam obediret,tenetur iniuriarum actione, † l.non solum.7.§.Proculus.& ibi gl.nolenti. de iniuriis.

Persuadens alicui, vt faceret semel vnum malum , non tenetur de cæteris malis postea commissis.gl.æstimatio.in fi.in add.in §.in duplum.Inst.de action.

Reliqua verbo,Consilium,Opem, Actio,60 61.119.143.

PERTINACITER dicitur à per; id est valdè,& tenax : id est fortiter.gl.pertinaciter.in l.2.§.tutores. de suspect.tutor.

PERTINERE verbum trahitur ad fideicommissum, l.Lucius. 90. §.filiam.de legat.2.& l.fideicommissa,11.§.si filio.de legat.3.

Pertinere verbum latissimè patet; nam aptatur & his rebus petendis , quæ dominij nostri sunt:& etiam his quas iure aliquo possidemus , quamuis nostri dominij non sint,l. verbum illud.181.de verb.sign.

Pertinere ad nos etiam dicimus ea, quæ in nulla eorum causa sunt : sed esse possunt, vt quæ ex aliquo contractu nobis debentur.ibid.

Pertinere verbum est directum, vel potiùs commune verbum , l. licet. 19. C. de pactis.

Pertinere verbum latissimè patet. gl. mortis,in l.1. de donatio.& gl.pertinere.in l.1.§.cúmque.C.de rei vxoriæ actione.

Pertinere verbum commune est:non autem merè obliquum,aut merè directum. l.Seia,42.in additione marg.de donatio.causa mortis.

Pertinere volens res ad aliquem ad tempus, post illud videtur velle ad suum heredem redire l.Titia.35.§.fi.de legat.2.

Pertineret , verbum exponitur : id est restitueret. glo.2. in l.1.C. de pactis inter emptor.

Reliqua verbo, Clausa,1.

PERVENIRE verbum quãdo adiicitur rei singulari, inducit fideicommissum, vel potest trahi ad directam institutionem.l.fideicommissa,11.§.hæc verba.de legat.3.

Peruenire,seu peruenisse verbum intelligitur cum effectu:limitatur tamẽ, quòd non procedat in contractibus,& vltimis voluntatibus,nisi deductis expensis,l. qui concubinam.§.cùm ita & ibi.add.eod.

Peruenisse ad aliquem dicitur siue is iam exegit,siue exigere potest:vt quia actio ei delata est.l.si verò, 65.§.peruenisse.soluto matrim.

Peruenire ad aliquem non videtur illud, quod apud eum non durat. gl.remanet. in l.acceptis.92.ad leg.Falcid.

Peruenire propriè dicitur , quod deductis oneribus ad aliquem peruenit. l. cogi poterit.16. §.sed & si quis.ad Trebel.

Peruenire rem ad aliquem , vel dolo facere quò minùs ad eum perueniret, paria sunt.l.prætor.20.§.hoc interdictum perpetuò de nouis operis nunciat.

non Peruenisse ad aliquem,vel per ipsum factum esse quominùs perueniat,paria sunt.l.in illa stipulatione,50.de verborum obligat.

Peruenisse propriè dicitur quod est remansurum:quandoque tamen ponitur impropriè.l.aliud est.71.& ibi.glo.2.de verborum sign.

Peruenisse ad te rectè dicitur id , quod per te ad alium peruenit. l. peruenisse, 171.eod.

PESSVNDARE idem est,quod pede percutere, siue separatim pede pessundare,conculcare,reprimere, & arcere:sumi etiam potest pro deturbare.nam pessum modò deorsum,modò retrorsum innuit,gl.pessundant.& ibi.add.marg.in l.bouem,43.de ædilitio edicto.

PESTIS maior pœna est,quàm incursio hostium:cùm maior pœna sit inter homines,& vicinos conuersari,& eorum non posse vti suffragio,quàm si esset ab eis remotus. gl. non minorem. in auth. nullum credentem agricol. in principio. col. 4.

Reliqua verbo,Ciuitas,1.

PETERE quis non debet ab alio, quod ipse habet , & aliis dare debet.gl.édatur.l.si quis.§.fi.de edendo.

Petere potest dominus fundi hunc,vel illum fundum alternatiuè,quãdo vasallus vendidit suum proprium fundum, & illum,quem habebat in fundum à domino , & dominus ignorat vter fundorum pertineat ad eum.glo.1.in l.si in rem, 6.de rei vindicatione.

Peti potest res quandoque specialiter , quandoque generaliter , quandoque vníuersaliter.gl.fi.ibi.

Petere quandoque ponitur pro repetere. gl.1.in l.petenti.72.de pignor. actione. glo.1.in rub.C.soluto matrim.

Petere non potest quis id, quod exactum cogitur reddere:sed satis est debitorem obligatione liberare,l.nupta.31.§.fi.soluto matrim.

Peti nihil potest ante id tempus , quo per rerum naturam persolui potest, l.nihil peti.147.de regulis iuris.

Petere qui non potest,non videtur negligere,vel moram facere.gl.fi.in l.scimus. 22.§.donec.de iure codicil.

Petere non debet quis , cuius contrarium non esset petiturus.l.cùm pro pecunia, 24.& ibi.gl.1.de solutio.& gl. desideret.in l.si & rem.25. de petitione heredit.

Petere & impetrare sunt diuersa.§.1.in auth.de referendariis.col.2.

Petere potest quis id , quod habet , in quatuor casibus : scilicet quando res mihi data potest auferri:item quando habeo ex alia causa , quàm debeam habere: quia nõ videor habere,cùm pretium absit:item quando aliquid iuris rei deest: id adhuc tradendum est;item quando res deterior est dolo dantis ex causa stricti iuris , datur actio de dolo, licèt habeat rem:sed in bona fide agitur ex primo contractu : item & quintò potest petere id, quod habet,quando res traditur forma mutata,glos.cõsequi.& ibi.additio.in §.si res aliena. Inst. de legatis.

PETENS vnam rem non videtur petere etiam aliam rem,quæ est eius sequela, 1
gl.1.in l.solemus.61.de iudiciis.

Petens rem debet eam declarare in libello,vtrùm totam , an partem,& quotam, designando infectæ materiæ pondus,signatæ,vt pecuniæ numerum,factæ speciem , & mensuram , cùm res mensura continebitur , l.si in rem.6.de rei vindicatione.

Petens vestimenta actione in rem, vel personali,debet dicere numerum,& colorem:non tamen an sit trita,vel noua.ibidem.

Petens hominem eius nomẽ dicere debet in libello, & vtrum puer an adolescens sit,quando plures sunt apud eum,qui conuenitur:secùs si vnus tantùm.ibi.

Petens hominem si eius nomen ignorat , demonstratione eius vti debet : veluti qui ex illa hereditate est,vel ex illa ancilla natus.ibi.

Petens fundum nomen eius,& quo loco sit,dicere debet.ibi.

Petens in actione personali veluti in actione de dolo , & iniuriarum, & in qualibet quantitate , sicut in actione reali,debet declarare rem,an totam , vel partem , & quotam,infectæ materiæ pondus,signatæ numerum,factæ speciem,& mensuram,si res mensura continebitur.ibi. 1.

Petens quandoque tam in actione in rem,quàm in personam non tenetur declarare rem,& eius qualitatem,& naturam,vt quando quis petit hominem in genere debitum,vel aliam quamlibet rem simili modo debitam.gl.1.ibi.

Petens rem simpliciter totam petiisse videtur , & petens partem videtur petiisse dimidiam.gl.totam.ibi.

Petens vestimenta debet dicere colorem,& numerum,& si iurauerit pro certo se colorem dicere non posse huius rei necessitas remittitur ei.d.l.si in rem.& ibi. glo.vtrumque.

Parentibus iustè non est denegandus assensus. l. & Attilicinius , 35. & ibi. add. marg.de seruitut.rusti.

Petenti suum,& sibi debitum consulendum est.l.1.& ibi.glo.fi. de eo,quod certo loco.

Petens argentum, vel aurum depositum debet exprimere in libello speciem:scilicet scyphum,lancem,vel patenam,dicendo & materiam,& pondus, vt libellus eius admittatur , nisi iurauerit se ignorare ponderis quantitatem. l. 1. §. si quis argentum.& ibi.gl.iuranti.depositi.

Petens purpuram,aut lanam in genere,tenetur exprimere in libello quantitatem 2
ponderis,nisi se ignorare iurauerit.ibidem.

Petenti argentum,vel aurum in genere, non exprimendo in libello speciem,non succurritur ad hoc , vt talis libellus admittatur , licèt iuret se ignorare : quia magis de quantitate,quàm de specie dubitari potest.d.gl.iuranti.

Petens illud,quod restituturus est alij,quàm ei,à quo petit,dolo facere non videtur:secùs quando eidem esset restituturus.l.si socer.45.§.Lucius.& ibi.glos.sed alij.solut.matrimo.

Petens , quod restituturus est ex interuallo,per exceptionem,dolo facis,&c.non repellitur.l.fi.vt legatorum nomine caueatur.

Petens hereditatem videtur & corpora , & actiones omnes , quæ in hereditate sunt,in petitionem deducere,l.si quis cum totum.§.fi.de exceptione rei iudi.

Petens actione furti lancem, scyphum,aut aliud vas surreptum,debet exprimere materiam , an aurea , vel argentea , vel alia,quæ sit,nec requiritur exprimere pondus, nisi peteret massam argenteam surreptam:quia tunc debet exprimere pondus , & etiam quando petit signatos argenteos numos sibi subtractos, debet exprimere numerum.l.in actione furti,19.de furtis.

Petens actor per dolum in libello maiorem quantitatem , quàm heres debeat,vt ipsum reum maioribus expensis grauet , tenetur in triplum eius damni, quod reus passus est , in quo triplo continetur simplum pro damno. §. tripli. Inst. de actio.

Petens minus,quàm ei debeatur , potest ante litem contestatam reliquum petere in eodem iudicio.§.sin minus.& ibi.glo.in eodem.inst.eod.

Petens per errorem aliud pro alio , poterit corrigere errorem , & mutare libellum apud eundem iudicem,& iterùm debet iurare de calumnia in hac causa.§. si quis aliud.& ibi.glo.in eodem.Inst.eod.

Petens minus debito non fatetur reum debitorem duntaxat in summa petita, & ideò potest petere residuum coram eodem iudice. d. §. sin minus. & ibi. gl.in eodem.

Reliqua verbo,Exigere,Legatarius,8.Tutor,9,Petitio,1.2.9.10.Plus.

Petitio in genere,1.2.

Petitio

tio, l. 1. de pignoribus.

Pignus consistere potest ex his causis, ex quib naturalis obligatio consistit, l. quęsitum, 14. eod.

Pignus consistit inter patrem, & filium; seruum, & dominum, gl. fi ibid.

Pignoris datio potest ita fieri, vt si intra certum tempus pecunia non soluatur, iure emptionis creditor possideat rem iusto pretio tunc æstimandam; secùs si dictum esset, vt pro debita pecunia creditor haberet emptam, l. si fundus, 18. §. fi. & ibi gl. fi. eod.

3 Pignoris persecutio creditori parit actionem in rem, & nudam aduocat possessionem, l. pignoris, 17. & ibi gl. 1. eod.

Pignus contrahitur per procuratorem, vel gestorem, si ratihabitio domini secuta sit, l. si inter, 21. eod.

Pignoris obligatio etiam inter absentes rectè contrahitur, cùm fiat consensu, l. creditor, 23. & ibi gl. fi. eod.

Pignus dari non potest adiecto, & datum repetitur, l. is, qui. 33. eod.

Pignus contrahi potest per epistolam, nec vitiatur, licèt in ea non sit dies, & consul. l. pe. 31. eod.

Pignus inferri, & induci potest in domum cōductam voluntate domini, ita vt in partem debiti sit obligatum, l. 5. & ibi gl. obligatum. in quib. caus. pig. tacitè.

Pignus in parte indiuisa durat pro indiuiso etiam post diuisionem inter socios factam, l. 3. §. fi. qui potiores.

Pignus tacitum in re empta non habet ille, cuius pecunia res est empta, nisi sit pupillus, vel sit actum, vt pro ea esset obligata, gl. 2. in l interdum. eod.

Pignoris, vel hypothecæ ius solo consensu contrahitur, nec refert, quibus verbis fiat, dummodò fiat aptis verbis ad consensum: neque requiritur scriptura; quia contrahitur etiam sine scriptura, l. in re. de fide instrum.

Pignoris insufficientia non impedit totius debiti exactionem, l. si pro mutua. 8. C. si certum petatur.

Pignoris titulus non est sufficiens ad præscriptionem, l nec creditores, 9. Cod. de pignor. actione.

Pignus consensu contrahitur, † gl. fi. in l. sine voluntate, 5. C. ad Velleian. l. 2. C. quæ res pignori.

4 Pignus subtractum etiam ab emptore bonæ fidei, non potest vsucapi, nisi redeat in potestatem creditoris, gl fi. in l. cùm sit probatum. C. pro emptore.

Pignus datum ob vnum debitum potest etiam pro alio debito tantùm chirographario retineri, prætetquàm contra creditorem secundum agētem, vel se defendentem, l. 1 & ibi gl. fi. C. etiam ob chirographar. pecun.

Pignoris, vel hypothecæ actio realis est: Saluianum tamen interdictū est ad possessionem, & personale est, l. pignoris, 18 & ibi gl. 1. C. de pignor.

Pignoris gratia aliquid, quod ad culturam agri pertinet, auferri non conuenit, l. pignorum, C. quæ res pignori.

Pignoris obligatio est indiuidua, l. 1. C. de luitione pignorum.

Pignus semper debet valere plus, quàm sit debitum; & quando creditor vendit plus pignora, residuum debet reddere debitori, glos. in mensuram. in §. si verò etiam. in auth. de exhibend. reis.

de Pignore sibi dato se inuestitum esse, si quis dicat, non creditur eius iuramento; sed testib. parib. domus, vel curiæ, si constet de pignore; alioquin domino incumbit probatio; qui si probare potuerit se pignori dedisse, debet vasallus restituere illud, vel probare per pares curtis, vel per breue testatum, quòd sibi in feudum dederit, postquàm in pignus accepit, c. 1. & ibi gl. 1. de pignori dato feudo quid iuris sit.

Pignoris alienatio licèt contineatur sub appellatione alienationis, nō tamen est alienatio; quia pignus in bonis debitoris permanet, & ideò ipsi perire in dubium non venit, gl. inde. in c. 1. §. 1. de alienatione feudi.

Pignus datur creditori vtriusque gratia, & debitoris, quò magis pecunia credatur ei; & creditoris, quo magis ei in tuto sit creditum, & ideò creditor recipiens pignus, tenetur præstare exactam diligentiam; sed non exactissimam. §. fi. & ibi gl. exactam. Inst. quib. mod. re contrahitur.

Reliqua verbo, Accipere, 4. Antichresis, Creditor, 17. vsque 17. Debitor, 40. vsque 43. 44. 45. 46. 49. 50. 51. Hypotheca per tot. Inferri, Pactum, 42. 43. Pupillus, 1. 2, Reddita, Seruus, 115. 116. Veneti, Stellionatus.

5 PIGNVS quoddam dicitur conuentionale; quoddam legale, quando inducitur à lege tacita hypotheca: aliud prætorium, quod iudex ex officio suo statuit, in quo traditio requiritur, aliud iudiciale, l. 1. in add marg. de pigno. actione.

Pignus conuentionale differt à prætorio: quia conuentionale fit etiam sine traditione possessionis: sed prætorium non fit sine possessione. gl. traditum. d. l. 1.

in Pignore conuentionali si malè versetur creditor tenetur pignoratitia creditori: si in prætorio, tunc tenetur actione in factum. ibid.

in Pignore conuentionali habet creditor possessionem naturalem, & ciuilem, sed in prætorio nullam possessionem habet. † ibid.

in Pignore conuentionali creditor tenetur de dolo, lata, & leui culpa: sed in prætorio de solo dolo. ibid.

in Pignore conuentionali si debitori dederit damnum, creditor aget pignoratitia contraria, secùs est in prætorio. ibid.

Pignus prætorium creditori addictum pro toto debito datum præsumitur: sed secus est in conuentionali. ibid.

in Pignore conuentionali agit creditor vti possidetis, sed in prætorio non potest agere. ibid.

Pignus prætorium constituitur, quoties ex qualibet causa iudex aliquem miserit in possessionem, l. non est mirum, 26. de pign. actione.

Pignus prætorium: id est iussu iudicis non constituitur, nisi creditor mittatur in possessionem: sed pignus conuentionale constituitur etiam sine traditione, d. l. non est. & ibi gl. fi.

Pignus triplex est: quoddam prætorium, quod propter contumaciam, aut vt seruentur legata, à prætore: id est iudice viuo datur. Alterum iudiciale, quod pro executione sententiarum datur, Alterum conuentionale, quod inter debitorem, & creditorem constituitur, glos. in rub. in add. marg. de pignoribus.

Pignoris obligatio iudicialis contrahitur per missionem in possessionem, sed c[…] uentionalis contrahitur sine inductione in possessionem, gl. si antichrisis. in […] si is, qui. 11. de pignor.

in Pignore prætorio computantur fructus priùs in vsuras, quam in sortem, qu[…] admodum in conuentionali, l. is, cui. §. quæri, vt in possessionem legatorum.

in Pignore prætorio nullus est prior: sed omnes eiusdem tituli sunt pares, sed n[…] illi, qui sunt diuersi tituli, l. si finita, §. si plures. & ibi gl. ordinem. de damn[…] infecto.

Pignus conuentionale habens tenetur reficere: aliàs tenetur de damno, quo[…] contingit, eò quòd non refecerit, sed non tenetur ille, qui habebat pignus pr[…] torium ex authoritate iudicis, nisi dolo, & lata culpa omiserit reficere, d. l. si fi[…] nita. §. si quis damni. & ibi gl. accepit.

Pignoris conuentionalis possessio ciuilis, & naturalis penes creditorem est, † g[…] possessio. in l. per seruum, 37. de acquir. rerum dominio.

Pignoris prætorij possessio nō est apud creditorem: quia pignus prætorium no[…] possidetur. ibid.

Pignus prætorium differt à conuentionali, quia creditor in pignore prætorio te[…] netur tantùm de dolo: sed in conuentionali tenetur de dolo, lata, & leui, l. præ[…] tor, 9. §. est prætereà. & ibi gl. culpa. de bonis authoritat. iudicis possid.

in Pignore prætorio non prodest præuenire in tempore, gl. 1. in l. cùm vnus, 12. eodem.

Pignus prætorium differt à conuentionali: nam creditor prætorium pignus non possidet, nec pro eo habet interdictum vti possidetis, secus est in conuentionali: nam illud dicitur possidere, & pro eo datur interdictum vti possidetis, † gl. non posse. in l. 3. §. creditores vti possidetis.

Pignus prætorium constituitur, quando legati, vel fideicommissi seruandi gratia legatarius, vel fideicommissarius inducitur in possessionem rerum hereditariarum, l. 3. & ibi gl. 1. C. vt in possessionem rerum hereditar.

Pignus prætorium traditum creditori non possidet ipse, gl. constituta. in l. cùm notissimi. 7. §. sed cùm. C. de præscriptione 30. vel 40. ann.

Pignus conuentionale post biennium ex tempore moræ debitoris per creditorem vendi potest, l. fi. & ibi gl. fi. in add. marg. C. de executione rei iudi.

Pignus prætorium contrahitur ex missione in possessionem ex primo decreto, gl. 1. in l. cùm apud, 10. C. de bonis authorit. iudic. possid.

Pignora quędam sunt conuentionalia, quædam iudicialia, gl. in rub. C. qui potior. in pignore.

Pignus prætorium dicitur, quando prætoris decreto mittitur quis in possessionē causa seruandi, quod etiam iudiciale potest dici, gl. 1. ibid.

Pignus iudiciale dicitur, cùm ex causa iudicati quis in possessionem mittitur à iudice ex sententia. ibid.

Pignus prætorium non solùm potest constitui à iudice in reb. corporalibus, sed etiam in iuribus, & actionibus, l. 1. C. de prætorio pignore.

Pignus prætorium dicitur, quod à quocumque iudice ordinario datur, conuentionale, quod ex conuentione, & pactis hominum nascitur, gl. in rub. & l. 2. C. eod.

Pignus prætorium iudiciale potest dici, gl. 1. ibid.

Pignus conuentionale sicut ex partium conuentione distrahi potest: sic iudiciale authoritate iudicis, l. 2, C. si in causa iudicati pignus.

Pignus in causam iudicati captum debet vendi cum iudicis authoritate, non cū authoritate creditoris in possessionem missi, & ad licitandū creditor, qui pignus accepit, admittitur, l. 2. C. eod.

Reliqua verbo, Creditor, 17. vsque 27.

PIGNORI obligari non potest res aliena, l. 1. de pignor. actione.

in Pignus accipiens scienter rem alienam committit furtum, secus si ignoranter, l. seruus, 16. de condict. indeb. 8

Pignori si dedero rem alienam creditori scienti, non contrahitur pignoris obligatio, etiam si posteà illa res sit effecta mea: quo casu creditori competit ius retentionis, l. 1. de pignorib.

Pignus super re aliena contractum non potest confirmari, si tempore, quo causa confirmationis euenit, res in bonis debitoris non reperiatur, l. qui balineum, 9. §. fi. qui potiores in pignor.

Pignori obligari nō potest res aliena sine consensu domini, nisi dominus in fraudem creditoris dissimulauerit, l. 2. C. si aliena res pignori.

Pignori si obligetur res, quæ non erat in bonis debitoris tempore obligationis, si posteà incipiat esse in bonis debitoris, confirmatur pignus vtiliter, l. 5. C. eodem.

Pignori obligare non potest mater rem, quam priùs donauerat filio, l. quæ prædium, 6. C. eod.

Pignoris iure teneri non possunt, nisi bona, quæ fuerunt obligantis. ibid.

Pignori obligare non potest rem, nisi persona, quæ iure potuit obligare, l. fi. Cod. eodem.

Pignori obligari non potest res aliena per seruum procuratorem, colonum, aut actorem, seu conductorem inscio, vel inuito domino. ibid.

Pignori obligare rem peculiarem potest seruus, qui habet liberam peculij administrationem, gl. 1. ibid.

Pignori dari potest fundus superficiarius, vectigalis, & etiam emphyteuticarius, saluo iure dominij, l. tutor, 16. §. fi. cum l. seq. de pign. actione.

Pignori obligari potest nomen debitoris; & si nomen debitoris sit pecuniarium, creditor exactam pecuniam compensabit cum debitore, si verò nomen debitoris alicuius corporis sit, si illud accipiat creditor, pignoris loco habebit, l si conuenerit, 18. eod.

Pignori dari potest nuda proprietas; & si posteà data pignori proprietate vsusfructus accreuerit, ipse etiam vsusfructus cedit pignori, d. l. si conuenerit, §. 1. 9

Pignori si datum sit prædium, quod per alluuionem accreuit, pignori cedit. ibidem.

Pignori si sit obligata ancilla, illa vendita à debitore nihilominùs remanet illa pignori obligata, & etiam partus natus post venditionem apud emptorem: sed conceptus penes debitorem; sed si partus post venditionem esset conceptus, tunc partus non est pignori obligatus, d. l. si conuenerit. §. si fundus. & & ibi gl. fi.

minus, quàm esset pecunia debita, illo pretio computato in debito, de residuo integra permanet petitio creditori, gl. /. in l. 1. C. de pignorib.

Pignoris ius non tollitur alienatione legali, nec alienatione hominis, l. vsucapio, 7. & ibi gl. 1. C. eod.

Pignoris ius rei immobilis tollitur præscriptione x. vel xx. ann. ius tamen pignoris rei mobilis non tollitur vsucapione triennij: quia dominium nihil commune habet cum causa pignoris, gl. 1. in l. vsucapio. 7. C. de pignorib.

Pignoris ius rei mobilis licèt non vsucapiatur triennio; per spatium tamen decennij potest vsucapi; quia tunc non rei; sed actioni dicimur præscribere. † ibidem.

Pignoris obilgatio consensu & contrahitur, & dissoluitur, l. 1. C. de remissione pignor.

Pignus extinguitur per nouationem voluntariam debiti principalis, nisi fuerit repetitum, l. 1. C. etiam ob chirographa. pecun.

Pignus non extinguitur per nouationem necessariam, quæ ex condemnatione debiti principalis inducitur, dict. l. 1. & ibi gl. 2.

Pignus de iure prætorio solo consensu contrahitur; sed solo consensu ipso iure non tollitur; sed ope exceptionis, l. si tibi. §. de pignore. de pactis.

Pignus quando solo consensu contrahitur, similiter per pactum ipso iure tollitur, nisi interuenerit traditio pignoris, propter quam dicitur contractus re: quo casu non potest tolli ipso iure per pactum; sed ope exceptionis, † gloss. actio. ad fi. ibid.

Pignus quando est contractum non solùm consensu: sed etiam traditione, tunc per remissionem non tollitur ipso iure pignus: sed per exceptionem, si verò sit contractum solo consensu, tunc contrario consensu dissoluitur ipso iure, gl. fi. in l. maior. 23. C. de pignorib.

Pignus si sit contractum solo consensu, & creditor remisit debitum, tunc ipso iure videtur sublata hypothecaria, licèt personalis per exceptioné tollatur. ibi.

16 PIGNVS possidere dicitur creditor, gl. 1. in l. inter debitorem. de pactis.

Pignoris possionem dicitur esse penes creditorem; proprietas tamen penes debitorem, l. cùm & sortis, 35. §. fi. de pign. actione.

Pignus in bonis debitoris remanet, l. cùm hic status, 33. §. si maritus. & ibi add. marg. de donatio. inter virum. gl. vel hypothecam. in l. fi. C. de reb. alien.

Pignus creditori datum redigitur in proprium patrimonium ipsius creditoris, quando tantus erat cumulus vsurarum, vt omnem debitori spem luitionis abstulerit, gl. redacta. in l. qui habebat, 99. de leg. 3.

Pignus, & hypotheca differunt quantum ad actionem: nam præscriptio habenti pignus non currit, cùm non possideat: sed secùs est in hypothecaria, cui currit præscriptio interdum x. annorum, vt quia res possidetur per alium à debitore habente bonam fidem, & titulum, & inter præsentes: interdum 20. annorum, vt quando res possidetur per alium a debitore habente, bonam fidem, & titulum, & inter absentes; interdum 30. annorum, vt quando possidetur res per alium à debitore non habente titulum, nec bonam fidem; interdum 40. annis, quod verum est etiam quando res possidetur per ipsummet. gloss. nihil, & ibi add. marg. in §. item Seruiana. Inst. de actionibus.

inter Pignus, & hypothecam quantum ad actionem hypothecariam nihil interest: quia siue res mobilis, siue immobilis pro debito obligata sit creditori, vtraque continetur sub appellatione hypothecariæ: in aliis autem differunt, d. §. item Seruiana.

Pignus vt sit, duo interuenire debent: scilicet quòd tradatur creditori, & quòd res obligata sit mobilis: si autem res obligata sit mobilis, & non tradatur, tunc dicitur hypotheca; & idem quando res est immobilis, siue tradatur, siue non tradatur, gl. maximè. ibid.

Pignus est, cuius possessio creditori, præsertim rei mobilis, traditur, & differt ab hypotheca, quæ rerum immobilium est, l. si pignori, 30. in add. familiæ ercisc. gl. 1. in l. creditor. C. de pign. actione, gl. in rub. & ibi add. mar. de pignorib.

Pignus, & hypotheca differunt; quia pignus dicitur quod ad creditorem transit, hypotheca verò, quæ non transit, gl. hypotheca. in l. si creditor. de distractione pignor.

Pignus, & hypotheca differunt quantum ad actionem pignoratitiam directam: quia pignus contrahitur re, & ideò nisi ad creditorem transeat possessio, vel detentatio: non haberet locum pignoratitia, gloss. non transit. & ibi add. in l. si rem, 9. §. 1. de pignor. actione.

Reliqua verbo, Creditor, 6. 25. 26. Debitor, 49. 50. 61. suprà num. 5. 6. 7.

17 PIGNVS datum à defuncto soluto debito, vel aliter satisfacto defuncto potest verus heres petere petitione hereditatis, si creditor possideat pro possessore, vel pro herede, non aliàs, l. ei, qui partes, 57. §. 1. & ibi gl. dubium non est. de de petitione heredit.

Pignus datum soluta pecunia condici potest à fure condictione furtiua, vel alia qualibet condictione, si res mobilis sit, in qua furtum committi potest: sed si res fuerit immobilis, condictione sine causa potest condici à prædone respectu possessionis. † l. si quis nec causam. §. res pignori. & ibi. gl. condici. si certum petatur.

Pignus si datum est sub alterius nomine, soluta pecunia debitor potest recuperare illud pignoratitia actione, l. si pecuniam. 33. de pignorat. actione.

Pignori si fuerit data res pignorata, dominus soluens primo creditori agere potest pignoratitia contra secundum creditorem, gl. pignus. in l. grege. 13. §. 1. de pignorib.

Pignori si fuerit data res pignorata, & dominus soluerit secundo creditori, primus creditor non potest repetere solutum secundo creditori: quia secundus compensabit, si est pecunia: sed si fuerit res, vel corpus, tenebitur à secũdo creditore loco pignoris, d. §. 1.

Pignus datum ob turpem causam potest vendicari iure dominij, gl. fi. in l. 2. C. de condictione ob turpem.

Pignus datum creditori si probetur à debitore, creditore tenente, dominium pignoris potest debitor reiuendicare soluta debita quantitate, l. nec creditoris, 9. C. de pignor. actione.

Pignus vt possit debitor soluta debita quantitate reiuendicare à creditore, debet probare se illud pignus dedisse pro illa quantitate. ibid.

Pignus reiuendicare poterit debitor probando se obligasse rem creditori, & tradidisse, nisi creditor opponat quæstionem dominij: nam tunc tenetur debitor probare se dominum esse, gl. dominium. in d. l. nec creditores.

Pignoris titulo mancipia data debent restitui pignoratitia actione soluto debito, l. pignoris. 10. C. eod.

Pignus poterit debitor soluto debito, vel aliàs satisfacto recuperare agendo pignoratitia actione, gl. 2. ibid.

Pignus non poterit debitor etiam soluto debito propria authoritate recuperare, gl. actionem. ibid.

Pignus poterit creditor propria authoritate occupare, si pactum, & conuentio sit, vt non soluto debito liceat creditori propria authoritate rem obligatam accipere, gl. pe. ibi.

Pignus datum non potest recuperare debitor, nisi soluat debitum, gl. in rem. in l. 1. C. de non numerata pecun.

Pignus ob pecuniam numerandam, numeratione non secuta, potest repeti actione pignoratitia propter rem, & non rei vendicatione, † d. gl. in rem.

Pignus soluto debito reddi debet heredi, licèt in instrumento non fiat mentio heredis, l. si vxor, 12. & ibi gl. 1. C. de pignorib.

Pignori si obligauerit quis aliquam rem eo pacto, vt si statuto tempore pecunia soluta non fuisset, res esset creditoris, vt eam pro feudo haberet, debitor quandocumque potest pecuniam soluendo pignus recuperare non obstante pacto, c. 1. de feudo dato in vicem legis commiss.

Pignus si luat extraneus, non acquirit dominium pignorum, sed tantùm retentionem habet, donec solutum recuperet: si tantum retentionem habet, donec solutum recuperet, dominium retinet, l. res obligata, 21. & ibi gl. 1. C. de pig.

PIGNVS datum in vnam causam non potest propter aliam retineri, nisi secunda obligatio succedat priori, vel sit accessoria ad priorem habens necessariam dependentiam, l. si necessarias. §. 1. & ibi add. marg. de pignor. actione.

Pignus si propter vnum est obligatũ, propter aliud non potest teneri. gl. pignoratitia. in l. solutum non videtur. §. si in sortem. eod.

Pignus liberatum retineri potest ob aliam quantitatem, d. gloss. pignoratitia. in add. marg.

Pignus retineri non potest, quando illud vitiosè, & inutiliter datum est, nisi vitium ex aliqua causa purgatum sit, vt quia debitor rem alienam dans in pignus, successit posteà domino, l. cùm vitiosè, 25. & ibi gloss. 1. & ibi add. de pignoribus.

Pignus potest retineri pro vsuris debitis pacto, & sic naturaliter, † gl. fi. in l. cum debitor. in quib. causis pignus tacitè.

Pignus obligatum pro sorte, & vsuris, potest retineri pro sorte, & vsuris: sed pignus obligatum tantùm pro sorte, rectè potest retineri pro pœna, l. pignorib. 22. C. de vsuris.

Pignus si sit datum ob debitum, pro eius vsura retineri non potest odio vsurarũ, sed pro sorte rectè potest retineri, gl. non cogeris. in l. 1. C. etiam ob chyrograph. pecuniam.

Pignus datum potest retineri pro vsura, quæ debetur naturaliter, & ciuiliter, non tamen quando naturaliter tantùm debetur. † ibid.

Pignus contra fideiussoris voluntatem non potest retineri ob chirographariam pecuniam, gl. fi. in l. 2. C. de fideiussorib.

Reliqua verba, Retentio, Retinere.

PIGNORIS adiudicatio necessaria est: emptio tamen voluntaria, l. si pignori, 29. familiæ ercisc. 1

Pignore à defuncto dato eius heredes singuli in solidum tenentur, & ideò cautiones præstandæ sunt heredib. l. heredes, 25. §. idem iuris. & ibi gl. idem obseruatum. eod.

Pignus datum defuncto venit in iudicium fam. ercisc. non diuidendum, sed adiudicandum vni ex coheredib. l. pignori. 30. eod.

Pignus datum defuncto si adiudicatum sit vni ex coheredib. ille tenetur coheredi pro parte, pro qua coheredi pignus erat obligatum. ibid.

Pignore adiudicato vni ex coheredib. non tenetur coheres, cui data fuit pecunia, cauere illi, cui pignus adiudicatum fuit ipsum indemnem futurum aduersus debitorem, qui pignus obligauit, † d. l. si pignori. & ibi gl. nec cauere.

Pignus si vni ex coheredibus sit adiudicatum, ille assimilatur possessori conuento hypothecaria, qui noluit rem restituere, sed soluit litis æstimationem, qui aduersus dominium vendicantem est tuendus, nisi restituatur sibi, quod soluit: ita ille, cui adiudicatio est facta, tuendus est, d. l. si pignori.

Pignus vendi potest, vbi est conuentum de vendendo, vel nihil est dictum de vẽdendo, sed si est dictum, quòd non vendatur, nihilominùs trina denunciatione præmissa vendi potest, l. si conuenerit, 4. & ibi add. marg. de pig. actione.

de Pignore non vendendo vbi est conuentum, si posteà creditor vendiderit, furti obligatur, nisi trina monitione præmissa vendiderit. ibi.

Pignus vendi poterat olim nulla denunciatione præmissa, quando nihil erat actum in pignoris constitutione: hodie tamen non potest sine denunciatione; gl. liceat. ibid.

Pignus vt vendatur, requiritur, quòd post denunciationem currat bienniũ, quando nihil est actum de vendendo: sed vbi est actum de non vendendo post tres denunciationes, currit biennium, quando debitum est liquidum; sed quando non est liquidum, post sententiam debet currere biennium, gl. fi. ibi.

Pignus si vendatur contra pactum in constitutione pignoris factum, vẽdens creditor furti tenetur, nisi contra pactum trina deunciatione præmissa vendiderit, l. idémque iuris & ibi gl. 1. eod.

in Pignoris constitutione pactum factum de non vendendo seruandum est, nisi trina denunciatio fuerit præmissa, d. l. idémque iuris. 5. eod.

Pignus quando ex pacto vendi potest, non solùm vendi potest propter debitum principale non solutum: sed etiam propter eius vsuras in illud factas. l. si necessarias. §. fi. eod.

Pignus vendi potest ab heredib. creditoris, etiamsi debitor vni ex heredib. illis partem suam soluerit; ita tamen quòd ipsi debent offerre debitori illud, quod coheredi eorum soluit ipse, l. solutum non videtur. §. si creditori. eod.

ex Pignorum venditione redacta pecunia computari debet priùs in vsuras: deinde in sortem, l. cùm & sortis, 35. eod. 20

in Pignoris venditione ante litis contestationem, sciendum est an reus conuentus pos-

Piſcari prohibens in mari etiam ante ædes ſuas,vel prætorium ſuum, tenetur iniuriarum actione, etiam ſi vſurpatum ſit conſuetudine iniuſta, vt quis poſſit prohibere piſcari ante ædes ſuas,l.iniuriarum,13.§.ſi quis me de iniuriis.

Piſcari aliquem poteſt quis prohibere in lacu ſuo,d.l.iniuriarum.§.fi.

Piſcandi ius in portu,vel fluminibus publicis commune eſt omnibus,§.flumine, Inſt.de rerum diuiſione.

Piſcandi ius in portu, vel in flumine publico non poteſt acquiri præſcriptione, niſi præſcriptione tanti temporis, cuius initij memoria in contrarium non exiſtat;item conſuetudine poteſt acquiri.gl.omnibus. in add.ibid.

in Piſcandi poſſeſſione conſtitui quis dicitur, quando ille, qui primò piſcatus fuit, prohibuerat alios volentes accedere ad piſcandum, & iſti prohibiti acquieuerant prohibitioni.ibid.

Piſcatus ſi ſit quis ſolus in fluminis parte pluribus annis, & ſic ſit in quaſi poſſeſſione piſcandi,rectè poteſt prohibere alium venientem ad piſcandum;ſecùs ſi non eſſet in quaſi poſſeſſione piſcandi, l. ſi quiſquam.de diuerſis,& temporalibus.

Reliqua verbo, Aucupari,Venari.

PISCES, qui ſunt in piſcina, non ſunt ædium, nec fundi, l. funes. de actio. empti.

Piſces in retibus capti,dum ſunt in retibus,non dicuntur capti, cùm incertum ſit an capiantur,& ideò non fiunt adhuc domini retium, l. quemadmodum. §. ſi nauis.ad leg Aquiliam.

Piſces,& feræ in nullius dominio ſunt,& ideò ſimul atque apprehenſæ ſunt,eius, cuius in poteſtate peruenerunt,fiunt, l. quod in littore. 14. de acquirend. rerum dominio.

Piſces,quos in piſcina collegerimus,à nobis poſſidentur:ſed non piſces, qui ſunt in ſtagno;quia relicti ſunt in naturali libertate, l. 3. §. item feras. de acquir. poſſ.

PISCINAE ſunt illæ,quæ in aqua dulci,aut ſalſa incluſos habent piſces ad villam,eáque viuaria dici ſolebant;nunc vero,& aquæ collectæ dicuntur:tametſi piſcium nihil inſit.l.1.in add.marg.de fonte.

PISTORES dicuntur,qui intra numerum piſtorum ſunt ſcripti.l.2.& l.antepe. de militari teſtam.

Piſtorum collegium licitum eſt,& ſic poteſt habere priuilegium,gl.1.in l. fin. de excuſat. tutorum.

Piſtores excuſari poſſunt à tutelis, ſi per ſemetipſos exerceant piſtoriam, & ſint de collegio,& intra numerum conſtituti,non tamen poſſunt ſe excuſare à tutelis filiorum collegarum,niſi ſint vrbici tutores, d.l fi.

Piſtores facientes panem palatij ſubſunt comiti horreorum, & omni tempore de eis ius dicitur,& conueniuntur ſub comite rerum priuatarum: id eſt procuratore Cæſaris,glo.1.in l.1.C de piſtoribus.lib. 11.

Piſtor ſi faciens panem palatij ſine ambitione, vel gratia, aut pecunia aliquam dignitatem, vel officium aſſequutus fuerit,exutus dignitate, vel officio punitur in 20.libris auri,& reuocatur ad antiquum collegium, & reſcriptum ſuper hoc impetratum eſt nullum,d.l.1.

Reliqua verbo, Fornacarius.

PISTRINVM dicitur furnus, quandoque ponitur pro molendino, gloſſ. piſtrinum.in l.cùm de lanionis.§.1. de fundo inſtructo.

Reliqua verbo,Furnus.

PLACENTINVS reprehenditur ab Accurſio dicente, quòd ſomniauerat in quadam ſua opinione,gl.fin.in l.cogi. 11.C.de petitione hæred.

PLACERE debet cuiq; in ſua perſona, quod placuit in aliena,gl credidit.l. 1.§. ſi quis.quod quiſque iuris.

Placet verbum importat arbitrium boni viri,l.Lucius,14.& ibi add.marg. de fideicom.liber.

Reliqua verbo, Arbitrium.

PLAGIVM dicitur à plaga:id eſt dolore;vel à plaga:id eſt vulnere,gl.de plagio. in l.1.de plagiariis.

Plagium committit,qui ſciens liberum hominem, vel ſeruum alienum emit,vel vendit,vel aliàs celat, vt dominum ſeruo ſuo priuet, & hoc habeat ex conſuetudine,glo.1.in l.ſi abducta,10.C.de furtis,& gloſ.plagiarios.in l.congruit.de officio præſidis.

Plagium dicitur homicidium,quod parentibus,& liberis infertur: inde plagium dicitur plaga, vel dolor, qui parentibus, vel dominis à quolibet infertur, gloſ.in rubr.C.ad leg.Flauian.de plagiar.

Plagium dicitur à plaga:quia magna plaga infligitur domino, vel patri perdenti filium vel ſeruum,vel ipſi libero homini exportato.d.gl. in rub.C.de plagiar.

Plagium dicitur à plaga maris,vbi quis ſeruos,& liberos homines furtim ſubreptos vendit piratis,ac barbaris. ibid.

Plagiũ committit ille, qui liberum hominem abducit vt ſeruum,& eum vendit hac lege, vt non redeat ad ciuitatem Romanam:& talis punitur capite,& iudex debet inquirere de hoc crimine,l.quoniam,7.C.eod.

Plagij criminis accuſatio publici eſt iudicij, l.plagij.13.C.eod.

Plagium nõ committit ille, qui vendit ſeruos,vel filios,quos ſuos eſſe credebat, l.plagij,14.C.eod.

Plagij crimen dolo demùm interueniente committitur.ibid.

Plagium committit vẽdens liberum hominem inuitum ſcienter.l.penult.C.eod.

Plagium ſemel committens in filio alieno punitur pœna metalli: ſi autem de conſuetudine faciunt plagium ſerui,vel liberti,debent ſubiici.beſtiis,ingenui capite puniuntur,l.ſi.Cod.eodem.

Reliqua verbo,Crimen,4.Lex,29.

PLANTAM alienam ſi quis in ſuo ſolo,vel plantam ſuam in alieno ſolo poſuerit,vtroque caſu planta erit illius,cuius erit ſolum,ſi modò radices egerit:ſed antequàm radices egerit illius permanet, cuius & fuit,l.adeò,7. §. penultim. de acquirend.rerum dominio.& §.ſi Titius.Inſtitut.de rerum diuiſione.

PLANTANS oliuam, aut ficum iuxta alterius prædium, debet plantare ab aliena regione nouem pedes:ſed plantans alias arbores, duos pedes ab aliena regione debet plantare,l.ſi.finium regund.

PLANTATVM, vel ſatum in ſuo cedit domino ſoli,ſi radices egit, aliàs non, glo. ædificatur.in §.cùm in ſuo.Inſt.de rerum.diuiſ.

Reliqua verbo,Paſtinum,Salignæ,Satum,Radicum,Solum.Seminans.

PLANVM eſt oppoſitum alto. gl. de plano.in extrauag.ad reprimendum.quomodo in læſæ maieſtat.

de plano,dictio idem importat, quòd ſimpliciter, gloſ.plane.& ibi add.in l.coheredi.41.§.coheredes.de vulgari.

de plano expedire ſignificat ſine proceſſu, & cauſæ cognitione,gloſſ.de plano.in l.nec quicquam.§.de plano.de officio proconſulis.

PLAVTIANVM Senatuſconſultum, cuius verba non habemus pertinet ad eos partus,quipoſt diuortium eduntur eris agnoſ.;gl.1.in l.1.de lib

Plautianum Senatuſconſultum factum de liberis agnoſcẽdis complectitur duas ſpecies:vnam eorum,qui tenẽtur agnoſcere:Alteram eorum, qui falſum partum ſubiiciunt,d.l.1

Plautiani Senatuſconſulti ſpecies ambæ pertinent ad agnitionem liberorum: prima, vt veri partus agnoſcantur:ſecunda,vt falſi repellãtur,& examinentur an ſint veri,vel falſi,gloſſ.2.ibidem.

Plautianum ſenatuſcõſultum pertinet ad partus poſt diuortium editos: ſed pro partubus,qui conſtante matrimonio naſcuntur, factum eſt aliud Senatuſconſultum temporibus Adriani,l.ſiue contra,3.§.1.eod.

Plautianum,& Adrianum Senatuſconſulta pertinẽt ad eos qui ſui heredes agnaſcuntur, id eſt ſi natus eſt ſic,vt poſſit eſſe ſuus heres illi, quem dicit patrem, neque pertinent ad eos,qui non ſunt futuri ſui heredes,d.l.ſiue contra.5.fi.

Reliqua verbo,Partus, 1.2.3.4.5.Maritus,11.12.Venter,Falſum.

PLAVSTRVM dicitur currus, ab eo dictum,quòd vndiquaque palam ſit in eo vectum,l.ſi ex plagiis.§.in cliuo.in additione marg.ad leg.Aquil.

Plauſtra dicuntur tantùm in rebus,ſiue perſonis: ſed impendio ſuo,gl.3.in l.neminem.C.de ſacroſanctis.

PLEBS cùm à patribus ſeceſſiſſet anno ferè 17.poſt reges exactos,Tribunos ſibi in monte Auentino creauit, qui eſſent plebeij magiſtratus,l.2.§ iidem temporibus.de origine iuris.

Plebs eſt,cæteri ciues ſine ſenatoribus,l plebs eſt,237.de verborum ſignific.

Plebs differt à populo: ſicut ſpecies à genere, §. conſtat. Inſtitut. de iure naturali.

Plebis appellatione ſine patritiis,& ſenatoribus cæteri ciues continẽtur.ibidem.

Reliqua verbo,Tribunus.

PLEBISCITVM eſt,quod plebs plebeio magiſtratu interrogante:veluti tribuno conſtituebat.§.conſtat.Inſtitut.de iure naturali l.2.§. deinde cum eſſet. de origine iuris.

Plebiſcita lege Hortenſia lata non minus valere cæperunt, quàm leges. d. §. conſtat. d.§.deinde.

PLENVM dicitur quandoque generale quandoque dicitur illud, in quo omnia adſunt: quandoque non claudicans,gloſ. controuerſiis.& ibi add.marg.in l.ſi cùm dies,26.§.1.de arbitris.

Plenum ius dicitur directum dominium,licèt euictioni ſit obnoxium,gloſ.fina. & ibi add.marg.in l.Iulianus,17.§.final.de rei vindicatione.

Plenum, verbum adiectum cum verbo,arbitrium, reſoluitur in liberam voluntatem regulis iuris non ſubnixam, l. fideicommiſſa, 11.§. fideicommiſſum,de legat.3.

Pleno iure fundum is tradit qui vſumfructum, & proprietatem ſimul connexos tradit.l.ſi ita ſtipulatus fuero,116.§. .de verborum obligat.

PLEONASMOS, latinè adiectio,eſt figura,quoties ſuperflua verba adduntur, gloſ.maximè.in l.fin.C.de teſtament.manumiſſione.

PLERVNQVE quod euenire ſolet conſideratur, non quod rarò.gl.pe.in l.1.de iuriſdictione omnium iud.

Plerunque dictio facit regulam,l. ſi plures ſint,24. de vulgari.l.iuriſgentium.§. pactum.de pactis.

Plerunque dictio idem importat, quod regulariter.§.penult.Inſtitu.de legit.patron.tutela.

Plerunque dictio facit regulam in contrarium. §. ſed iſtæ quidem. Inſt. de actio.

PLVMBVM,quod pro tegulis ponitur, ædificij eſt, l.malum,242. §.j.de verb. ſig.

PLVRALIS numerus quandoque ponitur pro ſingulari, gloſ.exactis.in l.2.§. exactis. de origine iuris.gloſſ. penult.& ibi add.marg.in l.Diuus.§.fin de petitione heredit. gloſ.deinde in l.Gallus.§.quid ſi is,qui de liber.& poſth. glo. pactionibus. in l.1.§.illo, C.de rei vxoriæ actione.gloſ.fin.in l.4.C.de impuber.gloſ.tabulariorum.in l.ſcimus.§.ſin autem.C.de iure deliber.

Pluralis oratio non geminat ſignificationem ſingularis: vel pluralitas non conuertitur in plures ſingularitates, gloſſ. ſtatus.in l. ſi ſeruus. §. 1. ſi quis cautio.

Pluralis loquutio reducitur ad ſingularem.gloſ.negotia.in l.3.§.negotia. de negot.geſtis.

Pluralis loquutio duorum numero contenta eſt,gloſſ.pondo, in l. ſed etſi ſuſceperit,52.§.ſi libertis.de iudiciis.l.vbi numerus,12.de teſtibus.l. libertas,17.§. poſthumos.de manumiſſi.teſtament.l.inter ancillam, 417.& ibi gloſſ.fina: in additione margin.de verborum ſign.

Pluralis numerus reſoluitur quandoque in ſingularem, vt, Indignati ſunt Apoſtoli propter effuſionem vnguenti:cùm vnus:ſolus ſcilicet Iudas fuiſſet indignatus;item illud ;Secti ſunt: cùm vnus Iſaias fuiſſet ſectus,gloſſ.penult.in l. diuus,§.final.de petitione heredit.

Pluralis numerus reſoluitur in ſingularem,quando ſtatuto cauetur,quod producentes teſtes falſos puniantur:nam habet etiam locum in producente tantùm vnum teſtem.d.gloſ penultim.in add.marg.

Plurale verbum diuiſum geminat ſignificationem ſingularis,gl.omnes.in l.hoc articulo,29.de heredit.inſt.

Plurale verbum geminat ſignificationem ſingularis, gloſ. fin. in l. 2. §. fina. de conditio. inſtitu. l. falſa demonſtratio. 33. §. fi. & ibi glo. fi. de condit. & demon.

Pœna apposita in transactione, compromisso, & in vltimis voluntatibus, num. 14.15.16.
quoad extensionem, augmentum, & diminutionem, & multiplicationem, pœnæ statutæ.num.17.vsque 21.
quoad maioritatem pœnæ, & pœnam capitalem, corporalem, & pecuniariam, & solutæ repetitionem, num.21.22.
quoad pœnæ remissionem, & liberationem, & immunitatem ab ea, & euitandam eam.23.
quoad translationem pœnæ ad heredes, nu.24.

POENA vnius est metus multorum, glo.metu. in l.1.de Iust.& iure. glo. pœnæ. in l.1.ne quis eum, qui in ius.l.1.C.ad legē Iul.repetund.glo.supplicium.in §. si quis autem.in authent.de mandatis princip.col.3. gl.respicere.in §.soluto. in authent.de nuptiis.col.4.glo.quibusdam.in §.sed & si.Inst. de oblig.quæ ex delict.

Pœnam, vel supplicium quandoque patitur quis in exemplum, l.1. §. eodem autem tecto.& ibi glo.vel in hoc.ad Syllanianum.

Pœna grauior quandoque potest imponi in exemplum, vt alij terreantur, glo.3. in l.penult.C.si seruus exportan.ven.

Pœnas inferri bonum est propter exemplum aliorum, vt vnius pœna sit exemplum, seu metus multorum, glo. transit.in extrauag.qui sint rebelles.

Pœnam qui non potest soluere, luat in corpore, l.fi.& ibi glo fi.de in ius vocando.

Pœnas restringere debemus, gl.aureos.in d.l.fi.

Pœna, vel mulcta, quæ imponitur à iudice contumaci, applicatur fisco, si intersit actoris: secùs si actoris non intersit, glo.intersit.in l.1.si quis in ius vocatus.

Pœna à prætore indicta inspicitur interesse; secùs in pœna conuentionali.ibid.

Pœnam, quam exigit vnus ex correis sociis, tenetur communicare alteri, l.si duo. si quis cautio.

Pœnam, & sortem non debet quis petere: sed altero debet esse contentus, d. l. si duo.§.1.

Pœnam furti, vel iniuriarum timeri expedit reipub.l.si vnus.§.pacta.de pactis.

Pœnæ in dubiis potiùs sunt molliendæ, quàm exasperandæ, gl.non erit.in l. furti. §.fin.de his, qui notantur.l. penultim.de pœnis.gloss.2.in cap.1.quibus modis feudum amit.gloss.in iudicium:in §.ex maleficiis.Institutio.de actio.

Pœnæ statutæ contra accipientes pecuniam per baratariam habent locum etiam contra dantes, gloss. 1.& ibi additio.marginal.in l.1.in principio.& gloss.dare. in §.sed constitutio.de calumniator.

Pœnis molliores esse debemus, & proniores in odiis restringendis, gl.1.in l.idem vsque.de dolo malo.

Pœnam, & præmium ex eodem facto non debet quis habere, † gl. cum crimen. in l.si cui, 38.ex quibus caus.maiores.gl.propter negotiationem.in l. venditor, 21. de heredit. vel actione vendit.l.1.& ibi gl.fina.de his, quibus vt indignis. gloss.1.in l.penultim.de interdictis.gl.damnificando, in §. si verò. in authe.de tabellionib.

in Pœna non inspicitur interesse, quando offenditur is, cui principaliter est promissa.l.cùm pœna.& ibi gl.fi.de arbitris.

Pœna applicatur fisco, l.lecta.vers.pœnæ.& ibi gloss.pœnæ.si certum petatur.

Pœna contumaciæ non dicitur pœna principalis, l.1.& ibi add. marg.de in litem iurando.

Pœnæ nomine quod consequor occasione rei tibi debitæ, non teneor tibi restituere l.venditor, 21.de hæredit.vel actionē vend.

Pœna tota committitur, licèt pro parte sit satisfactum: vt si qui tenetur tradere decem sub pœna, dederit quinque, nihilominùs in totum pœnam committit. gl.possit.in l.Titius, 44.de actio.empti.

Pœnam non meretur, quod malo animo non fit.glos. non viderit.in l. si seruum 70.§.ait prætor.de acqui.hered.

Pœna, quæ opponitur loco contumaciæ, potest peti, & etiam ipsa res, l.1.§.si cùm duobus.in addit.marginal.de collatione bonorum.

Pœna non debet egredi delictum, † glos. 1. in l.etiamsi partes, 114. de legat.1. l.diui.in additione margin.de iure patro.

in pœnis contemptus iudicis vbi sumus, non est tractandum simpliciter de interesse.l.prætor, 20.§.interdictum.& §.ait prætor.de noui operis nunc.

Pœnam non meretur, quod legitimè, & licitè fit.gloss.fieri.in l.vtique.de damno infecto.glos.vendam.in additione marg.in l.fin.quarum rerum actio.

ad pœnam euitandam sufficit, quòd saltem de facto sit factum, l. causam, 20.§. puellam. de manumissio.

Pœna inflicta post mortem testatoris, qui seruo libertatem in certum tempus reliquerat, intra illud non vitiat dationem libertatis, si antequàm tempus libertatis venerit, restitutus sit, & liberatus ab illa pœna, l. Aristo.46. de manumissis testa.

Pœna post mortem testatoris seruo heredi cum libertate in certum tempus instituto inflicta, intra illud non vitiat institutionem, nec libertatem, si ante illud tempus restitutus, vel liberatus sit ab ea.ibid.

Pœnam, quæ ad te occasione rei meæ peruenit, teneris restituere mihi vnà cum re.l.prætor ait, 9.§.1.de bonis author.iud.

Pœnæ quando est ex vna parte, & ex alia fauor, potiùs debet extendi fauor.gl.exhiberi.in l.apud Celsum.§.aduersus.de doli mali exceptione.

Pœnæ commissæ commodum debet sentire ille, qui damnum sustinuit, l.fin.de litigiosis.

Pœna non dicitur perdere pecuniam, quam quis habuit ab eo, ad quem reuertitur, gloss.fin.in l.si ita stipulatio.19.de verborum obligatio.

Pœna adiecta dationi quantitatis pecuniæ valet etiam in mutuo, l.si pœnam, 68. eodem.

Pœna adiecta præcedenti dispositioni impossibili siue consistit in dando, siue in faciendo, non potest committi, l.si homo mortuus, 69.eodem.

4 in Pœnam non computatur receptio patris fundi, qui sub pœna dari debebat: potest tamen retineri ea pars, donec totus fundus soluatur: receptio tamē partis quantitatis debitæ sub pœna rectè computatur in pœnam, † glos. prodest in l.exequutione, 85.§.penult.eodem.

Pœna sola potest peti, & non simul res principalis, nisi actum sit, quòd vtrumque petatur, l.si ita stipulatus, 115.in fi.eod.

ad pœnæ commissionem non sufficit fieri de facto, l.constituti, 137.§. cùm quis eodem.

Pœnas ob maleficia solui magna ratio suadet, propter eas pœnas pecuniarias fideiussor rectè potest adhiberi.l.si à reo.71.§.fi.& ibi gl.mag.de fideiussor.

Pœnæ nomine exactum à debitore non computatur in sortem, quæ peti poterat: aliàs non diceretur lucro creditoris cedere, l.id, quod.74.de solutio.

in pœnis imponendis personæ qualitas, rei conditio, & pretium diligenter spectari debet, vt nihil aut leuiùs, aut duriùs sanciatur, quàm causa rei postulat, l. Pædius.§.1.& ibi glos.conditione.& add.marg.de incendio, & ruina.

Pœna imponitur, licet delictum non habeat effectum, l. si quis legatum. & ibi glos.1.de falsis.

Pœna vna in aliam cōmutatur, l.si quis iniuriam, 35.& ibi gl.fi.& ibi add.marg. de iniuriis.

Pœnæ, quas præsides imponere solent, sunt multæ: quandoque enim imponitur pœnæ mortis, quandoque seruitutis, quandoque coertionis corporis, vt fustium admonitio, flagellorum castigatio, vinculorum verberatio: quandoque imponitur pœna damni pecuniarij cum infamiæ; vt si furti, vel iniuriarum damnetur ciuiliter: quandoque imponitur pœna depositionis alicuius dignitatis: quandoque imponitur pœna prohibitionis alicuius actus, l.si quis fortè. §.fi.cum duabus leg.seq.de pœnis.

Pœna maiore quando quis afficitur, quàm legibus statuta sit, non est infamis, l. in seruorum.§.fi.in add.marg.eod. 5

Pœna minorata causa cognita etiam minoratur infamia, aliàs non, gl.fi.in l.diuus, 40.de iniuriis.

Pœna imposita delinquenti non transit in eius heredem: quia pœna constituitur in emendationem hominum, quæ mortuo eo, in quem constitui videtur, desinit, l.si pœna, 20.de pœnis.

Pœna imposita patri, non transit in filium l.crimen, 26.de pœnis.

Pœna est delicti, vel delictorum satisfactio, quæ à lege, vel ministro legis imponitur, glo.1.in rub.de pœnis.

in Pœnis imponendis tempus delicti, non sententiæ inspicitur, l. 1.eod.

Pœna æqualis est non accedenti ad confinia, quæ est ei, qui postquàm iuit, non obediuit, l.4.eod.

Pœna quando non est limitata à iure, remanet imponenda officio iudicis, l.1. & ibi add.marg.de effractoribus.

pro Pœna imponenda ex crimine priuato admittitur tantùm ille, cuius interest, quando agitur ad imponendam pœnam corporalem: sed quādo agitur ad imponendam pœnam pecuniariam, admittitur quilibet de populo: & si plures veniant, admittitur idoneior, glo.1.in rub.de popul.actio.

Pœnam legis non euitat ille, qui se fecit vilem personam, vt effugiat legum laqueos, l.mater.§.fi.de iniuriis.

Pœna, quæ adimit libertatem, dicitur quando quis in metallum, vel in opus metalli damnatur, l.aut damnum, §.est pœna, de pœnis.

Pœna potest alicui iniungi, ne honores adipiscatur, nec ea res facit, vt decurio esse desinat: quia potest fieri, quòd quis sit decurio: ad honores tamen alios nō admittatur, l.relegatorum.§ idem potest.de interdictis, & releg.

Pœna, quæ pro aliquo crimine inferri debet, corrumpentibus quoque in eodem crimine debet inferri, etiamsi huiusmodi crimen sit, propter quod debeant bona publicari, l.4.in additione marg.de iure fisci.

Pæna est noxæ vindicta, l.aliud est, 131.de verb.sign.

Pœna differt à mulcta: quia à pæna, cùm sit statuta à iure, appellari non potest: sed à mulcta, cùm iudicis officio imponatur, rectè potest appellari, l.si qua, 244.& ibi gl.de pœna.eod.

à pœna appellari non potest etiam statim lata sententia, quando confessus est quis delictum, putà furtum, & vult appellare de iniquitate iuris, quod nimis eum grauauerit: quia in quadruplum sit damnatus: quia tunc magis de iniquitate iuria, quàm iudicantis videtur conqueri. † d. glo de pœna. in d.l.si qua pœna.

Pœnæ nomine quod ab aliquo exactum est, id eidem restituere non cogitur quis, l. quod à quoquam, 47.de regulis iur.

Pœnam petere illi debet permitti, qui in ipsam non in cidit, l. cùm per delictum, 197.§.fi.eod.

Pœnæ in dubio fisco applicantur regulariter: speciale tamen est in pœna appellantis ante diffinitiuam frustratoriæ dilationis causa, gl. fi. in l.2. C. de episcop.audi.

Pœna grauissima dicitur pœna mortis, gloss.1. in rub. & in l.1.C. nemini licere signum saluator.gl.2.in l.2.C de eunuchis.

Pœna committitur, quando contrauenitur agendo etiam de facto, si conueniatur, quod committatur, si contrà fiat de facto: secùs verò si sit actum, quod committatur, si de iure contrà fiat, gloss. pœna.in fin.in l.vbi pactum, 40.Cod.de transactio.

Pœna magna quandoque imponitur pro leui delicto, gloss. 3.in l. 3. C.nemo vt priuatus.

Pœna grauis dicitur pœna pecuniaria, & pœna 20. librarum auri dicitur grauis pœna.auth.ad hæc.C.de iudiciis.

Pœnæ omnes, quæ mulctæ dicuntur applicantur fisco; quandoque tamen applicantur actori.glos.1.in l.2.C.de seruis fugitiuis.

Pœna amputationis manus si alicui delinquenti imponatur, debet amputari illa manus, in qua ipse minus potest† gloss. 2.in authent.sed nouo.C.eodem.

Pœna alternatiua quando imponitur, electio est rei, gloss.2.in l.4.Cod.eodem. 6

Pœnæ diuersæ si imponantur desiunctiuè, vna exacta, tollitur alia, nisi in eo, quod excedit.gloss.penultim.in l.in eum, 18.Cod.de furtis.

Pœna non debet esse vbi delictum non est, glos.vitium.in l. lege 12.tab.14.C.de legitimis heredib.

Pœnæ omnes statutæ contra secundò nubentes habent locum in his, quæ inhonestè viuunt, l.his solis, 7.& ibi gl.fi.C.de reuocan.donatio.

Pœna per sententiam diffinitiuam imposita est perpetua, l. castitati, 9. C. de adulteriis.

Pœna secundum diuersitatem personarum, & factorum est imponenda, gl.fi.in l. 4.C.de sepulchro violato.

Pœnæ

tate obstat exceptio:sed in stipulationibus extraiudicialibus, & sic in contractibus in solidum,& in totum committitur pœna vno ex heredibus pro parte, adimplente, † d.§.idem iuris & ibi glo.partem suam.

Pœna si promittitur pacto nudo, non potest exigi,nisi intersit,l.seruus. de seruis exportandis.

Pœna quando committitur ex stipulatione prætoria, facto vnius heredis contra ipsum solum committitur,non contra alios,l.pœnales, 31.§ Iulianus.ad leg. Falcid.

Pœna adiecta facto indiuiduo, si contra fiat per vnum ex heredib. promissoris, pro parte hereditaria contra omnes committitur, l.4.§.Cato.& ibi gl.solam. de verb.oblig.

Pœna adiecta facto diuiduo pro parte contrà facientis tantummodò, & non contra heredes committitur: sed aduersus ipsum promissorem insolidum, d. §. Cato.

13 Pœna quæ deducitur pacto nudo citra stipulationem alteri factam, potest exigi, si intersit stipulatoris:aliàs non,gl.conueniet.in l.stipulatio ista habere, 38.§. alteri.eod.

Pœna excedens legitimum modum vsurarum censetur adiecta in fraudem vsurarum,quando est adiecta à persona vsuraria:imò à persona non consueta fœnerari,† gloss.quantitas.in d.§.alteri.

Pœna committitur ante diem mortuo promissore, etiam cōtra eius hereditatem iacentem per lapsum diei appositi ad solutionem,l.ad diem.77.eod.

Sub pœna decem promittere Stichum:vel si non dedero Stichum,promittere decem nomine pœnæ,paria sunt.ibid.

Pœna vt non committatur in obligatione fundi, non sufficit partem fundi præstari: sed requiritur quòd totus detur, licèt pro parte fundus solui possit, l.in exequutione.85.§.pe eod.

Pœnam petere non potest stipulator,quādo post moram promissoris elegit opus obstante sibi exceptione,nisi dictum esset, rato manente pactò,gloss.commissa.ad fi.in l.cùm stipulatus sim,113.eod.

Pœna non committitur in stipulatione,quæ incipit à præcedenti conditione,nisi cùm desinit posse fieri, vel dari, quod in stipulationem deductum est: sed quando stipulatio incipit à præcedenti pactione pura,tunc committitur pœna statim cùm potuit fieri,vel dari:requiritur tamen interpellatio,† l.ita stipulatus,115 & ibi gl.1.& gl.agendum.eod.

Pœna non intelligitur repetita in stipulatione nouante, l. si creditor, 15.de nouatio.

Pœna quandò apponitur in stipulatione agitur ad pœnam ex stipulatu, cùm illa pœna sit incerta propter euentum:quia nescitur,quid consequatur.gl.fi.in l. si pacto, 14.C.de pactis.

Pœna pacto inserta, ne contra diuisionem fiat,iustè petitur,si agentem succubuisse sententia comprobetur, l. qui Romæ,122.§.duo fratres.& ibi add.marg.de verb.obligat.

Pœna promissa diuisioni, si contrà fiat, committitur: si cóntra petentem fideicommissum,quasi contrauenerit diuisioni,pronunciatur,d.§.duo fratres.

Pœna sicut nudo pacto apposita sine stipulatione peti non potest: ita nec vsura gloss.conuenisse.in l.pignoribus,22.Cod.de vsuris.

Pœna ex nudo pacto etiam incontinenti apposito sicut vsura non potest peti, nisi paciscentis statim intersit pecuniariter,vel causa affectionis subsit, glo.pœnam.& ibi add.in §.alteri.Inst.de inutilib.stipulat.

14 POENA si sit apposita in transactione,rato manente pacto,stipulator pœnæ potest pœnam, & exceptionem omittendo rescindere transactionem, cùm præsumatur pactum hoc fauore eius inductum.gl.fi.in l.pe. de transactio.

Pœna apposita in transactione,vel in aliquo contractu,si sit minus,quàm interesse in casu,quo alterútra peti potest,potest agi ad id,quod deest,d.gl.fi.

Pœna apposita si sit, rato manente pacto, contra contrauenientem,& contraueniens pœnam semel soluit,si iterùm posteà cōtraueniat,non committitur iterum pœna, nisi sit clausula, quòd toties committatur, quoties contraueniatur.ibid.

Pœna apposita in transactione,etiam si sit maior, quàm interesse,potest illa peti. gl.fi.in l.pe.de transactio.

Pœna apposita in transactione non potest peti, antequàm ventum fuerit contra transactionem,glo.pœna.in l.vbi pactum,40.C.eodem.

Pœna apposita in transactione cum his, quæ data probantur, inferenda est ante cognitionem causæ speciali iure in odium venientis contra transactionem. ibidem.

15 Pœnam in compromisso appositam committit rèus condemnatus, si non soluit intra modicum tempus,quod post condemnationem reis indulgetur,vel arbitrio iudicis statuendum: si tamen reus soluere voluèrit ante acceptum iudicium nomine pœnæ commissæ, pœnam committi euitat,l.si cùm dies.16.§.fi. de arbitriis.

Pœnam in compromisso appositam committit litigator impediens arbitrum ferre sententiam,ac si pronunciatum esset,& sententiæ non paruisset, l.diem. 21.§.si quis & ibi gloss.quominùs.eodem.

Pœnam compromissi committit litigator presens,si prohibuit arbitrium cum effectu,vt non ferat sententiam:secùs si prohibuit:sed nō cum effectu,d.l.diem. §.coram.& ibi gloss.prohibuit.

Pœnam compromissi committit litigator, si non paret arbitro non quia prohibuit:sed quia non paret,d.gl.prohibuit.

Pœna & si in compromisso non sit inserta: nihilominùs arbiter post illud acceptum cogi potest sententiam dicere,† gl.fi.in d.l.diem.§.fi

Pœna si compromisso non sit adiecta: sed simpliciter sententiæ stari promissum est, contra non parentem datur conditio certi quæ datur ad incertum: id est interesse,† d.§.fi.& ibi gl.fi.

Pœna compromissi committitur,si petatur ab eo, ad quem exceptio rei iudicatæ porrigitur:aliàs secùs,l.aduersus,24 de arbitris.

Pœna compromissi committitur, si petatur ab eo, à quo peti arbiter vetuit, & idem si peteretur ab eius fideiussore,vel herede,d.l.aduersus.& ibi gl.1.

Pœna non committitur petendo à reo, si compromisso facto cum fideiussore,ab eo fideiussore peti prohibuit arbiter, nisi intersit fideiussoris non peti à reo: vt quia erat fideiussor in rem suam,vel erat socius,d.l.aduersus.& ibi gl.fi.

Pœna in compromisso apposita contra discendentem à compromisso, potest peti contra discendentem vnà cum principali,l.si quis,35.eodem.

Pœnam compromissi committit ille, qui in iudicium deducit rem, de qua compromissum fuit,neque arbiter sententiam dicere cogitur:sed coram suo iudice lis debet terminari.ibid.

Pœna in compromisso si fuerit contra contrauenientem apposita loco rei,tunc altero debet esse contentus actor,scilicet vel pœna,vel ipsa re,de qua est controuersia,† gloss.fi.ibi & gl.1.ib l.non distinguemus,37.eod.

Pœna in conpromisso contra contrauenientem si non fuerit apposita loco rei: sed loco contemptus arbitri,tunc vtrumque potest peti,id est res,& pœna,siue sit actor,siue reus,qui arbitro non paret,† gl.fi.& d.gl.1.

Pœna compromissi contra non parentem habet in se tacitam conditionem, vt contra pœnæ exactionem possit obiici doli exceptio,l.ita demum,36.eod.

Pœna maior, vel minor, quàm res, de qua agitur in compromisso, rectè potest apponi,l non distinguemus,37.eod.

Pœna,quæ loco rei succedit,non potest poni maior ipsa re; sed benè quando apponitur loco contemptus,d.gl.1.ibid. 16

Pœna compromissi semel commissa ampliùs non committitur, nisi sit actum,vt in singulas causas compromissi toties committatur,l.si duo,39.§.fi.eod.

Pœnam ex compromisso committit is, qui non paret sententiæ arbitri in non dando rem, quam dare iussus est,vel dando operam,ne feratur sententia:secùs in eo,qui non paret omni verbo,vel præcepto:quia ille non committit pœnā, l.non ex omnib.44.eod.

Pœnam compromissi non committit, qui nomina testium iuxta sententiam arbitri non exhibet,dict.l.non ex omnibus.§.siquidem.

Pœnam compromissi committit ille, qui iussus ab arbitro soluere pecuniam, moram fecit:sed liberatur à pœna,si posteà ante iudicium acceptum de pœna, vel antequàm creditoris intersit,soluerit.l.fi.& ibi gl.fi.eod.

Pœna, quæ succedit loco contemptus arbitri, etiam si petita,& exacta sit, non ob id impeditur totius sortis petitio,gl.1.in l.si quis à socio.41.pro socio.

Pœna adiecta dationi,vel compromisso committitur cōtra omnes heredes promissoris in solidum,licèt vnus partem suam soluerit:sed à coherede non soluente recuperat,l.5 §.fi.& ibi gl.committitur.de verb.oblig.

Pœna adiecta in compromisso non committitur contra omnes compromittentes in solidum,eo quòd vnus ex cōpromittentib.contra faciet,nisi sit dictum, quòd omnes tenerentur in solidum,†reprob.gl.si omnes.ibid.

Pœnæ nomine relictum,etiam de iure Digestorum valet, nisi primum præceptum,vel relictum sit illicitum,& probrosum,impossibile, quo casu non valet primum relictum, vel secundum,quod pœnæ nomine relictum est,† l.1.& ibi glo.1.de his,quæ pœnæ nomine.

Pœna imponi non poterat in testamento de iure antiquissimo ante iura Digestorum:sed secundum iura Digestorum rectè poterat imponi,† gl.1.in l.mulcta. 6.de condit.& demonst.

Pœna imposita heredi. vel legatario non facienti monumentum,arbitrio Titij nō committitur,si Titius non viuat, vel adesse non possit,vel si arbitrari nolit, d.l.mulcta.

Pœna vt committatur in vltimis voluntatib.nulla est differentia, an incipiat dispositio testatoris à præcedenti conditione, an à dispositione: quia vtroque casu committitur statim,cùm potuit fieri,& est cessatum,gloss.legatæ. in l.ita stipulatus,115.§.pe.de verb.oblig.

Pœnæ nomine, quod relinquitur à testatore, valet, nisi turpis, vel impossibilis dispositio præcedat l.1.C.de his,quæ pœnæ nomine.

Reliqua verbo,Promissor,Legatum,93.

POENA per sententiam tempore determinata, contra sententiæ fidem vlteriùs non debet porrigi,l.imperator.de postulando. 17

Pœna duplex quando in aliquo crimine imponitur à lege, & iudex delinquentem puniat simpliciter in vna pœna,aliam etiam pœnam videtur ei imponere,nisi expresserit,gl.debuit in l.quid ergo.§. pœna grauior,de his qui notantur infam.

Pœnam augere, vel diminuere post sententiam pendet ex legis, vel principis,& non iudicis potestate:sed in ipsa sententia pœnam, vel minuere potest iudex ratione fortè iuuentutis, vel senectutis, vel quia sine dolo deliquerat: item etiam augere,vt cùm multis grassantibus opus est exemplo.gl.onerasset. ibid.

Pœna certa nulla est per legem statuta in extraordinariis criminibus:habito tamen respectu ad pœnam, quæ consueuit fieri pro tali delicto, eam potest iudex augere, vel minuere.ibid.

Pœna quando apponitur quantitati, reducitur illa ad legitimum modum vsurarum:sed si sit imposita obligationi principali,quæ consistit in facto,tunc non modificatur illa,gl.fi.in l.sed si. §.fi. si quis cautio.

Pœna moderanda est pro conditione rei,temporis,ætatis,& sexus, l. sacrilegij.& ibi gl.1.ad leg.Iul.peculatus.

Pœna augetur,si non parcatur minori pœnæ.l.4.& ibi gl.capitis. & add.marg.de pœnis.

Pœna minor cui non debet infligi, nec maior potest imponi, l.capitalium,§.& generaliter.eod.

Pœna maiori afficitur constitutus in maiori dignitate, quàm constitutus in minori:quod intellige, quando agitur de pœna pecuniaria:secùs si de corporali. l.properandum.§.sin autem,& ibi gl.1.C.de iudiciis.

Pœna crescit per inficiationem, vel negationem, vbi nihil debetur: quod secùs est in leg.Aquil.gl.esse credendum.in l.antiquæ.C.ad Velleian.

Pœna adiecta solutioni quantitatis nō potest excedere legitimum modum vsurarum,l.cùm allegas.15.C.de vsuris. 18

Pœnam quadrupli reddere eius,quod accepit, si promisit mulier, si intra certum tempus non satisfecisset, superfluo detracto ab illa promissione vltra legitimum modum vsurarum tenetur,gl.1.ibid.

Pœna excedens legitimum modum vsurarum censetur adiecta in fraudem vsurarum, quando quantitas pœnæ sit magna,neque inspicitur an adiiciens sit solitus fœnerari,vel non.† ibid.

Pœna etiam vltra legitimum modum vsurarum quando adiicitur promissæ speciei

pientis,& dantis : ſed ſi ſit intereſſe, quod eſt pœna reſpectu ſoluentis:ſed non reſpectu dantis,tunc ſolutio vnius liberat alium,gl.1.in l.adeò.eod.

Pœna quando eſt hinc inde:id eſt ex parte ſoluentis, & ex parte recipientis,vnus ſoluendo alium non liberat : ſecus ſi ex vna tantùm parte,gloſſ.pœnam.in l.1.§.fin.de eo,per quem.

Pœna non affert immunitatem,l.nec infames,C.de decurionibus.lib.10.gl.emit. in l.3.§.1.de legit. tutorib.glo.legi.in l.ſi quis ſolidum,73.de hered.inſtituẽd.

à Pœna non liberatur quis propter inopiam,imò maiorem pœnam ſuſtinet,gloſ. cum verberib.in extrauag.de pace tenenda.§.iudices.

Pœna ſtatuti non ligat ignorantes,niſi eis poſſit imputari , cur ſic ſemel ſint,l.fi. gl.1.de decretis ab ordine.

ad Pœnam euitandam ſufficit de facto aliquid fuiſſe factum,licèt de iure fieri nõ potuerit,l.quidam,31.de verb.oblig.

Reliqua verbo,Indulgentia.

44 POENAE delictorum non tranſeunt ad heredes,gl.heredi.in l.3.§.quod autem. quod quiſque iuris.

Pœnæ ſtatutæ viuentem ipſo iure à lege tranſeunt in eius heredes:ſed ſi non eſſet impoſita pœna viuenti ipſo iure:ſed haberet aliquis actionem ad imponẽdam, tunc non tranſeunt ad heredes.ibid.

Pro pœna delicti quando cauſatur exceptio , illa ſemper tranſit ad heredes , d.gl. heredi.ad fi.

Pœna,in quam defunctus incidit poteſt exigi ab herede,& commiſſio pœnæ non impedit , quin poſſit peti pœna intereſſe , & vſura , l.Lucius , 48.cum l.ſeq.de actio.empt.

Pœnæ ademptionis bonorum ex delictis admiſſis non tranſeunt regulariter aduerſus heredes defunctorum reorum, antequam lis cum eis ſit conteſtata:fallit in crimine perduellionis , & in aliis quibuſdam,l. cum filius,78.§.fin.& ibi gloſſ. apparuit,de legat.1.

ad Pœnas pecuniarias ex delicto defuncti regulariter non tenentur eius heredes, niſi lite conteſtata cum defuncto,vel in quantum ad eos peruenit,l. fina.& ibi gloſſ. pœnis.de publicanis.

Pœnæ ademptionis bonorum deſcendentes ex publicis iudiciis non tranſeunt ad heredes delinquentium,niſi lite conteſtata,& condemnatione ſequuta,quo caſu ſi eſt appellatum ante mortem delinquentium , tenentur heredes niſi defendant,ſi ademptio bonorum fuit expreſſè facta:ſecùs ſi tacitè fuiſſet facta,l. ex iudiciorum.& ibi gloſſ.ſequuta.de accuſatio.

Pœna ademptionis bonorum deſcendens ex publicis iudiciis lite conteſtata, & condemnatione ſequuta ante appellationem mortuo reo intra tempus appellandi trãſit ad heredem, ſi ipſe habens beneficium appellandi , & debens appellare , & appellationem proſequi non appellauit.†.reprob.gloſſ. ſequuta. ibidem.

Pœna ademptionis bonorum in criminib. repetundarum , & læſæ maieſtatis in duob. caſibus ſpeciali iure mortuo reo tranſit ad heredes eius , etiam lite non conteſtata , & vendicantur illa à fiſco , dict.l.ex iudiciorum.& gloſſ.fin.in l.1. C.ex delicto defunctorum.

Pœna ademptionis bonorum in criminibus peculatus,de reſiduis,hereſis,& apoſtatatus & quando vxor de morte viri accuſata deceſſit,etiam lite non conteſtata cum delinquente, nec condemnatione ſequuta tranſit ad heredes delinquentis mortui.gl.maieſtatis.&.d.l.ex iudiciorum.& d.gl.fi.

Pœna pecuniaria deſcendens ex priuatis iudiciis, vt pro furto dupli ; ita demùm tranſit ad heredes delinquentis , ſi ipſe lite conteſtata,& pendente cauſa deceſſit,dict.l.ex iudiciorum.

Pœna impoſita patri non trànſit ad eius filium,l.crimen,26.de pœnis.

Pœna quæ infertur ex ficta confeſſione etiam in ciuilib.non tranſit ad heredes,l. eius,qui,29.de iure fiſci.

POENALIS ſtipulatio rato manente pacto ſi adiiciatur pacto , poteſt peti pœna,& etiam contentum in pacto. gl.ferre.in l.reſcriptum.§ ſi pacto.de pactis.

Pœnalis ſtipulatio ſi adiiciatur acceptilationi , vel tranſactioni factæ per Aquilianam ſtipulationem, poteſt petere reus pœnam,& quòd tranſactio ſeruetur, gl.vtraque.ibid.

Pœnalis ſtipulatio ſi ſit appoſita alicui obligationi animo nouandi eam,ſola pœna peti poteſt : ſed ſi ex pœnali ſtipulatione non fiat nouatio prioris obligationis,alterutra peti poteſt.ſ.vel pœna,vel quod continetur in obligatione:ſed ſi dicatur quòd vtraque valeat : & pœna,& quod continetur in priori obligatione,peti poteſt,gl.fi.in l.pe.de tranſactio.

Pœnalis ſtipulatio appoſita circa id,quod de iure poteſt fieri;non committitur,ſi de facto tantùm fiat:ſecùs ſi non poterat fieri,niſi de facto,l.ſi venditor.de ſeruis export.

Pœnali materia,& ſic odioſa fit extenſio ad caſum,qui largè ſumpto vocabulo,& ficte comprehenditur ſub expreſſo propter indentitatem rationis,gl. non cõmercij.in l.cætera,43.§.ſed & ſi quis.de legat.1.

Pœnalis ſtipulatio facta circa arbitria ſi fuerit commiſſa, ex eo quòd promittens non ſteterit dicto arbitri ob aduerſam valetudinem,conuentus ea ſtipulatione habet exceptionem doli contra agentem , l.apud Celſum.§.ſi in arbitrium.de doli mali exceptione.

Pœnalis vt dicatur promiſſio , requiritur quod in ſtipulatione ſit facta expreſſa mentio pœnæ,l.4.§.Cato in principio.de verbor.obligat.

in Pœnalib.omnibus iudiciis & ætati , & inprudentiæ ſuccurritur, l. ferè in omnib.109.de regul.iuris.

Pœnalia iudicia ſemel accepta in heredem trãſmitti poſſunt,l. pœnalia, 125.eod.

in Pœnalib.cauſis benigniùs interpretandum eſt,l.factum cuique,198.eod.

Pœnalis ſtipulatio ſemper eſt incerta,antequàm conſequatur pœnam,gl.fi.in l.ſi pacto,14.C.de pactis.

in Pœnalibus non fit extenſio de ſimilibus ad ſimilia,quando pœnæ imponuntur habito reſpectu ad priuilegiũ alicuius perſonæ,etiamſi caſus ipſi eſſent à iure æqui parati.gl in iudicium.in add.in §.ex maleficiis.Inſt.de actio.

Reliqua verbo , Actio,197.vſque 199.Legatum,93.Lex,21.Pœna,12.13.14.Promiſſio,2.Stipulatio,49.vſque 53.Comminatio.

1 POENITENTIA quandoque non admittitur , † gloſſ. licèt vſus. in l. 3. quod quiſque iuris.l.nam quod,14.§.qui compulſus.& ibi gl.retinere.ad Trebel.

ex Pœnitentia datur excuſatio ei,qui incidit in aliquam pœnam ſtatuti porrigẽdo petitionem,vel excuſationem prohibitam,l. quamuis.& ibi gl.2. in add.de in ius vocan.

Pœnitentia in contractibus innominatis ante implementum locum habet:ſecùs eſt in contractibus nominatis,gl.facias.in l.iuriſgentium.de pactis.glo. comperio.in l.ſi pecuniam.§.1.de condictione cauſa data.

Pœnitentiæ non eſt locus in contractu etiam innominato liberatorio, l. pactum inter heredem.de pactis.

Pœnitentia depoſitarium,furem,vel bonorum raptorem nõ liberat à pœna , glo. fi.in l.ex hoc edicto.§.fina.de alienatione iud ci j.

Pœnitentiæ locus eſt ante litis conteſtationem, non poſt,niſi ex cauſa , l.electio, 26.§.neque heredi.& ibi gloſſ.poteris.de noxalibus.

de Pœnitentia certiorari debet aduerſarius , l. ſi pecuniam. §. 1. de condictione cauſa data.

Pœnitẽtiæ locus eſt etiam in dato ob cauſam fauorabilem:veluti libertatis. ibid.

de Pœnitentia certiorari debet quis , quando aliter is poſſet damno affici . ſecùs vbi non tractaretur de eius damno,d.l.ſi pecuniam.§.item ſi quis.

Pœnitentiam iniunctam à Papa poteſt epiſcopus ex cauſa mutare augendo, vel minuendo,l.ſi hominem,30.in add. marg.mandati.

Pœnitentia non purgat ànimi vitium,l.ſi quis ſit fugitiuus.& ibi gl. pœnitentia, de ædilitio edicto.

Pœnitentia non prodeſt domino, qui primò colonum expulit,& tardè pœnituit, d.gl.pœnitentia.

Pœnitentia non liberatur quis à pœna furti,rapinæ,vel apoſtaſiæ.ibidem.

Pœnitentia prodeſt ad pœnam euitandam cudenti falſam monetam , ſi pœnitet ante quàm falſam monetam perficiat ibi.

Pœnitentia prodeſt appellanti,quando appellatio erat ad cõmodum appellantis, in qua interponenda interceſſerat vitium,d.gl.pœnitentia.& ibi add.marg.

Pœnitentiæ locus eſt in contractib. innominatis:ſed non in contractib. nominatis,ſi vtriuſque gratia ſunt celebrati : ſed ſi ſint celebrati gratia vnius tantùm tunc poteſt is, cuius gratia celebratus eſt,pœnitere,gl.1.in l.qui ea mente,67. de furtis. 2

Pœnitentia non liberatur ille,qui tenetur ex delicto actione originaliter pœnali,d.l.qui ea mente.

Pœnitentia admittitur ante litis conteſtationem in actione ſepulchri violati,l.3. §.pe.de ſepulchro violato.

Pœnitentia errantibus:id eſt nolentibus ad fidem conuerti , quam nunquam habuerunt, ſuccurritur; ſecùs ad fidem , quam anteà habuerunt , vel quoad pœnam mundi non iuuat pœnitentia;ſed quoad Deum ſic , gloſſ.fi.in l.3.Cod.de apoſtatis.

Pœnitentia in delictis non liberat à pœna mundi : ſed bene quo ad Deum,gloſſ. fin.ibid.

Pœnitentiæ locus eſt in contractibus innominatis ante impletam conditionem, gl.fi.in addit.in l.pen.C.de condictione ob cauſ.

Pœnitentiæ locus non eſt in donatione ob cauſam, ſi impleta ſit cauſa , vel conditio, vel pro impleta habetur ; veluti ſi caſu fortuito non poſſit adimpleri dict.gloſſ.fi.

Pœnitentia excuſat à pœna tutorem committentem falſi crimen in conducendo veſtigalia,l.1.& ibi gl.2.C.ne tutor vel curator.

Pœnitentia admittitur ad euitandam pœnam in crimine ſtellionatus , & in crimine falſæ monetæ ante eius perfectionem,& in crimine inceſtus ante ſententiam,illicitam coniunctionem dirimendo,† gl.2.ibid.

Pœnitentia iuſta admittitur : ſecùs iniuſta, gl.fi.in l.ſi quis libellos , 28.C.de appellatio.

Pœnitentia non habet locum poſt perfectum delictum , gl. 1. in l. ſi falſos. C.de falſis.

Pœnitentia in quibuſdam caſib.admittitur,veluti in eo,qui voluit vti inſtrumento falſo,& in falſa moneta,gl.fi.ibid.

Pœnitentia poſt factum quandoque non habet locum , gl.pen. in l.1.C.de conductorib.& procuratorib.lib.11.

Pœnitentia diſſoluitur,atque remittitur id,ad quod per culpam obligamur , extrauagan.quoniam.in additione marginal.qui ſint rebelles.

Pœnitentiæ quandoque locus eſt in furto conſummato , l.1.C.de grege dominico.lib.11.

POENITERE poteſt quis negans vſque ad litis conteſtationem in actione Aquilia ad euitandum duplum , in quo erat condemnandus propter negationem,gl.in duplum.in l.inde Neratius.§.hæc actio.ad leg.Aquil.

Pœnitere licitũ eſt in contractibus innominatis ſed nõ in nominatis:fallit tamen quandoque,gl.fi.pœnitentia.in l. ſi quis alicui,27.mandati.

Pœnitere licet ante litis conteſtationem , cùm adhuc videatur res integra. glo. mutauerit.in l.ſi cum dotem,23.§.eo autem tempore.ſoluto matrim.

Pœnitere non poteſt quis:fallit in legatis,& in donatione cauſa mortis, & in donatione inter virum,& vxorem,in dato ob cauſam,in mandato,& ſocietate,& depoſito,& precario,gl.voluerit.in l.in diem addicto.de aqua pluuia.

Pœnitere poteſt quis in delictis , & ſic pœnam euitare , quando ſtatur in finibus voluntatis,nec proceſſum eſt vltra,ſed quando eſt proceſſum ad actum,& cõſummatum eſt,& perfectum,non poteſt poſteà pœnitere, quoad hoc vt euitet pœnam : fallit tamen in quibuſdam caſibus , gloſſ. 1. in l. qui ea mente,67. de furtis.

Pœnitere poteſt quis in delictis , nec incidit in pœnam,quando proceſſum eſt ad actum:ſed non eſt cõſummatum,delictum nec perfectum,vt quia noluit,cùm potuiſſet;fallit in vno caſu;ſi verò non eſt cõſummatum delictum, vt quia non potuit delinquens,nihilominùs tenetur.ibid.

Pœnitere quandoque licitum eſt,gl.fi.in l.2.C.qui bonis cedere poſſ.

Pœnitere volentibus his,qui nunquam fidem noſtram priùs cognouerũt,parcendum eſt à principe,item à Deo, non tamen eſt parcendum his , qui antea fuerũt catholici, & poſteà apoſtatauerunt,gl.fi.in §.fi.in auth.de priuilegiis dotis hereticis. col.6.

Pœnitenti, & actionem remittenti , qua conueniebat patronum , conceditur venia,l.quamuis.de in ius vocando.

Pœnitenti parcitur ante consummatum delictum; sed non post consummatum. gl.destitit.& ibi add.in l.Papinianus.§.meminisse.de inoffic.testam.

Pœnitentibus criminis heresis quandoque venia conceditur; sed non apostasiæ, l.4.& ibi gl.pœnitentibus.C.de hæreticis.

Reliqua verbo, volo.

POENVS dicitur id,quod esui,potuique destinatum est,gl.pœnoris.in l.sed & si nautæ, caupones,& stabul.

Pœnum pœni in neutro genere, quandoque pœnus pœnus in genere fœminino ponitur,gl.1.in l.2. de tritico, vino.

Pœnus est generis masculini, fœminini, & neutrius; nam reperitur hic pœnus, hæc pœnus,& hoc pœnus,gl.omnib.in l.4.§.item si quis.de pœnu legat.

Pœnoris appellatione non continetur omne, quod bibitur:veluti medicamenta, quæ non bibuntur principaliter causa alendi,l.non omne.de pœnu legata.

Pœnoris appellatione cõtinetur piper,ligusticum,carreum & laser,& cætera huiusmodi:quia per hæc edimus,l.non omne de pœnu legata.

Pœnus appellatione non continetur instrumentum pistrini, nec causa deputata ad coquendum,l.pe.eod.

in Pœnu continentur res omnis generis,dum tamen pertineant ad esum, & potum,l.4.§.item si quis.& ibi gl.omnibus.& l.non omne.eod.

Pœnu legata continentur,quæ esui, potuique sunt parata: non autem, quæ sunt causa medendi, vel vendendi parata,l.3.& ibi gl.potui.eod.

Pœnu legata continentur omnes res, quæ sunt parata esui, vel potui patrisfam. vxoris,vel liberorum,vel familiæ,quæ circa eos esse solet:itémque sunt paratæ esui,& potui iumentorum quæ parata sunt causa vsus dominici: id est patrisfamil.d.l.3.& ibi gl.harum.

Pœnu legata continentur etiam ea, quæ esui, & potui non sunt parata:veluti ea, cum quib.solemus comedere,vt est oleum, garum,muria,mel,& cætera similia, etiam si legetur pœnus esculenta, nisi contraria mens testatoris appareat, d.l.3.

Pœnu poculenta legata continentur etiam ea, quæ vini loco paterfa. habuit:sed non ea,quæ potui,& esui non sunt parata,& cum quib.comedere solemus:veluti oleum,garum,mel,& similia,d.l.3.§.poculenta.

Pœnu poculenta legata continetur etiam acetum,nisi extinguendi ignis causa sit paratum:quia tunc esui,& potui non dicitur paratum.ibid.

Pœnu legata continentur quæ parata sunt esui, potuique ipsius patrisfa. sed etiã amicorum eius,clientum,& vniuersorum,quos circa se habet:sed non eius familiæ,quam circa se,vel circa suos non habet:vt si aliqui de familia sint in villa deputati,vt ibi faciant aliquod opus:secùs si sint deputati in villa,non vt ibi facerent aliquod opus:sed vt starent circa patremfa.qui multoties ibat ad villam,eorum cibaria continentur.ibidem.

2 Pœnu legata cõtinentur etiam cibaria textorum,& textricum,qui circa patremfam.sunt,d.l.3.§.sed quod diximus.

Pœnu legata continentur cibaria eorum iumentorum, quæ vsibus ipsius,& amicorum deseruiunt:sed non eorum,quæ agris deseruiebant,vel locabantur,d.l.3.§.simili.

Pœnu legata continentur frumentum, legumina, quæ in cella pœnuaria sunt,& etiam hordeum familiæ,& iumentorum gratia paratum,ibid.

Pœnu legata continentur ligna,& carbones,quę non vendendi causa parata sunt, item thus,& cerei in domesticum vsum parati,d.l.3.§.ligna.

Pœnu legata continentur vnguentum,& chartæ epistolares, & odores,& chartæ paratæ ad ratiunculas, & rationarium,& vasa pœnuaria,sine quibus pœnus nõ potest rectè stare:sed vasa,sine quib.pœnu stare potest,non continentur:veluti dolia, arcæ,arculæ frumenti,vel leguminum,sportulæ,& alia vasa,quæ horrei pœnuarij,vel cellæ pœnuariæ instruendæ gratia habentur,d.l.3.§.fi.

Pœnu legata,& cõsumpta,vel adempta viuo testatore,non debentur vasa pænuaria,sine quibus pœnus stare non poterat,vt quia erant liquidæ materiæ,etiam si specialiter cum vasis pœnus legaretur,l.4.eodem.

Pœnus omnis non intelligitur legata per legatum eorum, quæ in promptuario sunt: id est in promptu sunt, vt quotidie vtatur paterfa.illa enim,& non alia intelliguntur legata,d l.4.§.si cui.& ibi gl.quæ in promptuario.

Pœnum legans is, qui solitus est fructus suos vendere, non intelligitur legare omnia,quæ commercij causa habuit:sed ea sola,quæ in pœnu sibi separabat,d.l.4.§.item si quis.

Pœnu legata si legans vtatur fructibus promiscuè: id est ad vendendum, & ad vsum suum,intelligitur legare quantum ad annuum vsum ei sufficit,familiæque eius, & cæterorum, quæ circa eum sunt, quod semper euenit in personis mercatorum,qui cùm est necesse,solent comedere de rebus,quæ habent venales.ibidem.

Pœnu,quæ est Romæ,legata intelligitur etiam legata ea,quæ est intra continentia ædificia.nedum ea,quæ est intra muros,d.l.4.§.si ita legetur.

Pœnu vrbana legata intelligitur legata etiam ea, quæ in villa est vrbico vsui destinata,& etiam quæ est extra vrbem.l.extra muros vrbis:sit tamen Romæ,putà in continentib. ædificiis vrbis, d. §. si ita legetur. & ibi gl. quod vbique.& ibi add.

Pœnu legata præter vinum, omnis pœnus præter vinum videtur legata:sed legata omni pœnu præter vinum,quod Romæ est, sola pœnus, quæ Romæ est intelligitur legata excepto vino,d.l.4.§.fi.

Pœnu omni legata debetur legatario quidquid pœnoris vsus causa vbique testator habeat,l.fi.eod.

Pœnum alij: alij verò vinum si legetur, omne pœnum excepto vino ad legatarium pœni pertinet,l.2.de tritico,vino,& oleo.

Reliqua verbo, Legatum, 93.Hæres,114.Legans,12.

POETAE nullam habent immunitatem munerum,nec geometræ, l.3.& 4.C.de professoribus,& medicis.lib.10.

Poetarum authoritates,& epigrammata allegari possũt in causis,§.item lex Cornelia.Inst.de public.iudiciis.gloss.Virgilius.in l.in tantum.de rerum diuisione.§ item pretium,Inst.de emptione,& venditione.

Poetæ appellatione simpliciter, & non addito nomine intelligimus inter Latinos de Vergilio,inter Græcos de Homero.§.sed ius quidem.Inst.de iure naturali gent.

POLI dicitur vniuersitatis,vel armentum equorum à polis, quod est pluralitas, vel à voce Græca polos, quod pullum præsertim equinum significat, gl. polia,& ibi add.marg.in l.ædiles.§.fi.de ædilitio edicto.

Reliqua verbo,Equitium,Armentum.

POLLICITATIO est solius offerentis promissio & ideò non valet,nisi in quibusdam casib. gl. duorum. in l.1. de pactis.& l.3.de pollicita.gl.1.in rub.C.de dotis promis.

Pollicitatio, vel sola sponsio sine interrogatione non dicitur pactum nudum. gloss.igitur.in l.iurisgentium.§.sed cùm nulla.de pactis.

Pollicitatio dicitur vbi vnius tantùm consensus adest, gl. pollicitationem. in l.sciendum.10.§.dictum.de ædilitio edict.

ex Pollicitatione facta reipu.cum causa: puta ob honorem, vel etiam sine causa, dummodo incæperit,rectè obligatur quis,gl.necesse.in l.5.ad leg.Falc.

Pollicitatio si fuerit facta ob honorem, quasi debitum exigitur, l. 3. de pollicitatio.

Pollicitatio de opere faciendo licèt non ob honorem,valet,si à promissore fuerit opus cæptum.ibid.

ex Pollicitatione si quis rem tradiderit municib. non potest eum vendicare: sed si municipes desierint eam possidere,datur eis vtilis actio in rem.ibid.

Pollicitationis diminutio in heredis persona toties habet locum,quoties non est facta ob honorem: sed si facta sit ob honorem, habetur tunc loco æris alieni, & in heredis persona non minuitur,l.toties.eod.

Pollicitatio facta à masculis, vel etiam à fœminis ob honorem suum valet: sed facta ob honorem alienum oportet, quòd promissor incipiat, ad hoc vt valeat.& ex ea teneatur,d.l.toties.§.pe.& ibi gl.ob honorem.

Pollicitatiónes factæ ciuitatib.vt adimpleantur,debent cognoscere iudices, l.de pollicitationib.eod.

ex Pollicitatione, quam quis fecit reipub.ob honorem habitum,vel habendum tam ipse,quàm eius heredes tenentur in solidum,l.ex pollicitatione,eod.

per Pollicitationem promissum opus si quis facere cæperit,& posteà decesserit,si eius bona ad opus perficiendum non sufficiant, tenetur extraneus heres vsque ad quintam partem patrimonij defuncti: liberi verò heredes vsque ad decimã tantùm tenentur opus perficere,ibi & l.pe.eod.

per Pollicitationem promissum opus si quis cæperit facere vsque ad quintam partem patrimonij sui tenetur facere, si promissoris bona non sufficiant ad perficiendum opus.ibid.

Pollicitatio super hereditate, vel successione cùm sit contra bonos mores, non valet,neque obligat pollicitantem,l.cùm donationis,14.C.de transact.

Pollicitatio fit sine præcedente interrogatione:promissio verò cum interrogatione,gl.1.& 2.in l.1.C.de iure dotium.

Pollicitatio dotis, quæ est solius offerentis promissio,obligat,& producit actionem.gl.2.in l.fi.C.de dote cauta.

Pollicitus si sit quis reipub.se opus facturum, vel pecuniam daturum,si non fuit in mora,non tenetur ad vsuras:secùs si fuit in mora,l.1.de pollicit.

Pollicitus si sit quis reipub. aliquid propter incendium, vel ruinam, vel terræmotum aliquem,qui reipub.contigit,tenetur quasi sufficiens causa sit incendium,vel terræmotus,aliàs non valet.l.4.& ibi gl.1.& l.ob casum.eod.

Reliqua verbo,Promissio,1.Salarium,1.2.3.Promittens.13.

POLLINCTORES, seu pollicitores dicuntur illi, qui sunt instituti ad hoc,vt funera morientium curent,quasi pollutorum vectores,& curatores,& vnctores,gl.libitinarios in l.5.de instit.actione.

POLLVIT aliam rem res,quæ per se non est polluta iuncta alij.gl.2.in l.mortuorum,12.C.de religios.

POLYPOSVS dicitur,qui carnem superfluam habet in naribus, sic dictum à quodam pisce, qui dicitur polypus à pluralitate pedum,à polis, quod est pluralitas, & pedib.gl.2.in l.qui clauum, 2.de ædilitio edicto.

POMERIVM ciuitatis dicuntur suburbia, vel horti circa ciuitatem,gl.2.in l.cui pacto,de seruis exportan.

Pomerio ciuitatis,cui interdictum est,& vrbe cuius est pomerium,interdictum est,d.l.cui pacto.gl.fi.in l.fi.C.si seruus exportand.

PONDO libram significat,gl.pondo.in l. scribit, 36. §. idem scribit de auro.& argent.gl.fi.in l.3.C.de sepulchr.violat.

Reliqua verbo,Libra.

PONDVS largè dicitur omne, quod est positum in statera:quandoque ponitur strictè pro pondere xij vnciarum:vnde dipondium quasi duplex pondium:id est 24.vnciarum,gl.sescunx.in §.hereditas.Inst.de heredib.instit.

Reliqua verba,Mensura,Modius,Pondo,Falsum,Libra.Commodans.

PONIBILIA quæ sunt in positionibus, sunt probabilia,gl.existimat. in l.fi §. quod obseruari,C.de iureiur.propter calumn.

PONTES supra viam publicam fieri non possunt,& contra facientes datur interdictum,ne quid in loco publico, l.2.§.tractatum.& ibi gl.teneri.ne quid in loco publico.

Pontem priuati iuris facere non potest,qui in vtraque ripa fluminis publici domos habet,l.fi.de fluminib.

Pontium viæ publicæ,& stratarum instructiones,& reparationes non numerantur inter sordida munera,& ideo nemo excusatur ab eis, nisi habeat specialiter excusationem ab eis,l.pe.& ibi gl.pe.C.de priuileg.domus August.lib.11.

Reliqua verbo,Contribuere,Consuetudo,10.

POPVLATOR agrorum dicitur deuastator fructuũ,& vinearum de nocte,gl.1.in l.1.C.quando liceat sine iudice.

POPVLVS quisque quod sibi ius constituit,id ipsius proprium ciuitatis est,vo- 1
caturque ius ciuile,quasi ius proprium ipsius ciuitatis,l.omnes populi.de iustitia & iure.

Populi omnes qui legibus ac moribus reguntur, partim suo proprio,partim cõmuni omnium hominũ iure vtuntur:§.ius autem ciuile.Inst.de iure naturali.

Populus in initio ciuitatis sine certa lege,sine certo iure primum viuere incœpit,omniáque arbitrio regis regebantur,l.2.in principio,de orig.iur.

Populum ciuitatis aucta ad aliquem modum diuisit Romulus in triginta partes,quas curias appellauit,quia reipub.curam per sententias earum partium expediebat.ibid.

Populus Romanus expulsis regibus decem constituit viros, per quos peterentur leges à Græcis ciuitatib.vt ciuitas fundaretur legib.d.l.2.§.exactis.

Populus constituit decem viros ad petendas leges à Græcis, quibus datum fuit summum ius,vti leges corrigerent,si opus esset, interpretarẽtur, neque prouocatio fieret ab eis,ibid.

Populus cum difficilè conuenire posset,necessitas ipsa curam reipub. ad senatum transtulit,& ita senatus cœpit se interponere,& quidquid cõstituisset obseruabatur,appellabatúrque Senatusconsultum,d.l.3.§.deinde cùm esset in ciuitate.

Populus omne suum imperium transtulit in principem,gl.1.in l. non ambigitur. de legib.gl.pe.in l.fi.C.de legib.

Populus hodie non potest legem concedere,nisi princeps ei permiserit, † d.gl.1. ibi & d.gl.pe.

Populus Romanus potest potestatem imperatoris, quam concessit, reuocare, † d.gl.1.

Populus idem dicitur hoc tempore esse qui ab hinc centum annis fuisset, etiamsi ex illis nemo nunc viuat,l.proponebatur,76.de iudiciis.

2 Populus differt à plebe : sicut genus ab specie,gl.genus.in l.2.§.creditum.si certum petatur.

populus potest iurare per alium,l.municip.96.de condit.& demonstrat.

Populi vox est inualida, nec sufficit ad electionem inualidam, l. si constat. de appellat.

Populus Romanus quandoque accipitur pro toto Imperio, glo.vel prædones.in l.hostes,24.de captiuis.

ad Populi clamorem quod fit,non sortitur iuris effectum,l.2.C.de seditiosis.

Populi vanæ voces non sunt audiendæ,l.decurionum,12.Cod.de pœnis.

ad Populi clamorem non debet iudex illicita perpetrare : vnde magis debet adherere legibus,quàm clamori populi.ibid.

Populum quis non debet solicitare in turbas, §. fi. in auth. de mandatis principum,col.3.

Populus maior est imperatore, cùm ab eo possit degradari, licèt in contrarium dicatur plus posse imperatorem, gl. ad imperatorem. in c. 1. si de inuestitura inter domin.& imperat.

Populi omnes possunt sibi concedere statuta, & dicuntur ius ciuile. §. ius autem ciuile.Inst.de iure naturali.

Populi appellatione vniuersi ciues significantur connumeratis etiam patritiis,& senatorib.§.constat.Inst.eod.

Populus lege Regia transtulit omnem potestatem legis condendæ in principem: ita vt populus à modò non habeat potestatem cõdendi legem generalem:potest tamen facere legem municipalem, vel statutum, si tamen princeps sit in ciuitate,non valebit tale statutum,nisi à principe fuerit confirmatum, §.sed & quod principi.& ibi add.marg.Inst.eod.

Reliqua verbo,Liberum,1.Plebs,Princeps.

POPVLAREM actionem habens ante litis contestationem non dicitur creditor,nec dicitur locupletior,nisi competat ei pro priuato damno, quo casu dicitur tunc creditor, & cõstituere potest procuratorem etiam ante litem contestatam,l.si cui.12.& ibi gl.locó.de verb.sig.

Popularibus acclamationibus in turbulentis ciuitatibus se accommodantes si nihil ampliùs admiserint,nec ante sint à præside admoniti, fustibus cæsi dimittũtur,aut etiam spectaculis interdicitur eis:& si ita correpti, in eisdem deprehendantur,exilio sunt puniendi : & si sæpiùs seditiosè,& turbulenter se gesserunt,capite puniuntur,l.capitalium.§.solent.de pœnis.

Reliqua verbo, Actio,199.vsque 201.Creditor,1.

PORTAM aperire potest quis versus viam, quatenus se extẽdit stillicidij rigor. l.fi.§.fi.de seruitut.vrban.

Reliqua verbo,Sanctum.

PORTANDI aridas res facultatem ad Barbaros nullus habet,gl.2.in l.2.C.quæ res exportari.

Portandi,aut transferendi vini,olei,& liquaminis facultatem ad Barbaricum solum nullus habet,etiam causa gustus,aut vsus commerciorum,d.l.2.

ad Portandum,vel operandum non debet quis longiùs mitti,quando expensa itineris est maior,quàm sit valor eius, pro quo vadit,& ita debet adhiberi ratio itineris,l.nemo possessorum.C.de annonis,& tributis.lib.10.

Reliqua verbo,Ferri.

PORTICVS dicitur locus ante domum, & dicitur etiam vestibulum ab aue: quia ibi antiqui salutabantur,gl.vestibulis.in l.1.C.de custod.reorum.

Reliqua verbo,Vestibulum,Conclauis.

PORTIO deficiens accrescit coheredi etiam ignoranti eam defectam,l.heredi.31.de acq.heredit.

Portio deficiens accrescit coniuncto verbis tantùm, & coniunctore tantum pro rata.l.Mæuio fundi.42.& ibi gl.1.de legat.2.

Portio non grauata accedit portioni grauatæ, & fit contributio, & legata solida præstantur,l.si Titio,& Mæuio,65.eod.

Portio deficiens accrescit cum onere etiam succedentibus ab intestato.d.l.si Titio,& Mæuio,§.fi.

Portio deficiens defertur substitutis, & coheredib. cum onere suo, l.cùm pater,79.§.cùm pater.eod,

Portio grauata quando accedit non grauatæ per ius accrescendi non est locus contributioni.l.1.§.si eo.heredi.ad leg.Falcid.

Portio non grauata quando accedit grauatæ,augentur legata:sécùs quando portio grauata accedit non grauatæ,gl.iudicasse.ibidem.

Portio quando accedit portioni,postquàm legata cœperunt ab vtroque coherede deberi non est locus contributioni.d.l.1.§ si coheredem.

Portio non grauata si iure potestatis vel dominij accrescit portioni non grauatę, fit contributio : secùs si econuersò, l. si pupillus. 21. & l.maritum, 25.ad leg, Falcid.

Portio non grauata quando accedit portioni grauatæ, in ratione Falcidiæ prodest legatariis,secùs quando grauata accedit non grauatæ,l.quòd si alterutro, 77.eod.

Portiones plures vnius,& eiusdem instituti contribuuntur ad inuicem ad augenda legata,quando tractatur de imponenda legis Falcidiæ ratione, l. qui fundum,86.eod.

Portio vnius grauata si accedit portioni minus grauatæ ex substitutione pupillari, locus est contributioni : secùs si accederet ex vulgari, d.l.qui fundum.§. coheres.

Portiones appositæ in institutione videntur repetitæ in fideicommisso, nisi ex onere iniuncto, vel ex propriorum nominum expressione aliud inducatur, l. quoties,23.cum l.sequent.ad Trebel.

Portio accrescit portioni magis, quàm heredis personæ : fallit in vsufructu, vbi portio accrescit personæ potiùs,& non portioni.gl.fi.& ibi add.marg.in l.Papinianus,43.eod.

Portio deficiens accrescit pro portionibus hereditariis, pro quibus facta est institutio.l.Lucius Titius,78.§.pater.ad Trebel.

Portio, in qua est institutus seruus per fideicommissum manumissus, iure directo debetur ei, & non per fideicommissum, d.l.Lucius Titius.§.tres heredes.

Portionis appellatione simpliciter adiecta venit dimidia pars,l.nomen filiarum, 164.§.portionis.de verb.sig.

Portionis nomen non semper dimidium significat,sed prout adiectum est:potest enim quis iubere partiri partem vicesimam,vel tertiam, & prout libuerit.ibi.

Portio filiorum mortuorum ad quos deuenerunt lucra nuptialia, vel dotes patris,vel matris,transmittitur ad eorum filios heredes, aliàs accrescit fratribus eorum.§.si verò filiorum.in auth.de nuptiis.col.4.

Portitione legitima:id est quarta descendentium aucta,dicitur etiam aucta portio legitima ascendentium, gl.compensẽt.in §.pe.in auth.quib.mod.naturalis efficia.sui.col.7.

Reliqua verbo,Hereditaria,Ius.18.19.20

PORTVS appellatur conclusus locus vbi rates morantur,& stant,& quò importantur merces,& inde exportantũr,l.portus,59.& ibi gl.1.de verb.signi.

Portus omnes insulæ sunt insula,l.Cæsar.15.de publicanis.

ad Portus constructionem, vel reparationem quilibet tenetur contribuere non obstante dignitatis priuilegio.l.ad portus,6.C.de operib.publi.

Portum, vel porticum publicum non potest quis sine principis licentia vsurpare, sub pœna 50.lib.auri.l.qui sine.19.Cod.eodem.

Reliqua verbo,Contribuere,Statio.

POSITIONES sunt introductæ ex generali consuetudine,quæ debent fieri per verbum credis:de iure autem non fiunt,glos.existimat.in l.fi.§. quod obseruari.Cod.de iureiurand.propter.

Positioni incertæ quando non potest applicare animum magis ad vnum, quàm ad aliud : veluti credis eum, qui est vltra mare,viuere,vel non, respondet nescio:poterit etiam respondere per verbum,dubito,cui debet eo casu dare tempus ad deliberandum.ibidem.

Positioni incertæ si cogatur respondere quis dubitans per verbum,credo, & non per verbum,dubito,tunc debet respondere præmissa negatione,veluti nõ credo eum viuere:quia non sequitur, ergo credis eum mortuum esse:quia potest esse quòd non credo eum viuere,neque credo eum mortuum esse;sed si negatiua postponatur, veluti credo eũ nõ viuere, tunc bene sequitur,ergo credis eum mortuum,& sic posses incurrere periurium.ibidem.

Positioni negatiuæ non potest responderi,cùm negatiua non possit probari.ibid.

Positiones sunt inductæ loco probationum.ibid.

Positionibus debet sine replica responderi, nisi essent captiosæ respondenti, vel rei,de qua agitur,gl.simplici.in addit.in §.his igitur.Inst.de iust.& iure.

Positioni captiosæ non tenetur respondere quis,gl.fi.vers.sed nõne.in l.controuersia.de transactio.

Positioni, & interrogationi criminosæ, vel per quam detegitur periurium,non cogitur respondere,gl.acquisiti.& ibi add.in l.qui iurasse.§.1.de iureiuran.

Positionibus de facto alieno in criminalibus non debet respondere quis. l. Marcellus.§.fin.& ibi addit.marg.rerum amotar.

Positioni implicitæ, simúlque multa implicanti,ac continenti non cogitur quis respõdere nisi diuidatur, ac explicetur à proponente:de iure tamen canonico implicitis positionibus respondẽdum esse videtur:sed id sigillatim, atque speciatim facere debet,l.filius emancipatus.14.de falsis.

Reliqua verbo,Confiteri,Respondere.

POSITVM aliquid si quis habeat in tecto,vel suggrũda super eum locum, quo vulgò iter fit,cuius casus facilè nocere possit alicui,tenetur actione in factum de deiecto in decem solidos. l. si verò. §. ait prætor. de his, qui deiecerunt, vel effud.

Positum aliquid si seruus insciente domino habeat in tecto,vel suggrunda super eum locum, quo vulgus iter fit, dominus ei tenetur ad damni dati æstimationem,aut ad serui noxæ deditionem.ibi.

Positum ab alio intecto super eum locum,quo vulgo iter fit, si quis patiatur positum habere,cuius casus facilè nocere possit alicui,tenetur actione in factum de defecto,ac si ipse posuisset.ibi.

Positum à seruo in tecto super eum locum,quo vulgò iter fit, si dominus patiatur positum habere, tenetur dominus suo nomine actione in factum de deiecto,& non tenetur noxali.ibi.

Positum habens tenetur actione in factum de deiecto siue nocuerit id, quod positum erat, siue non dummodò positi casus facilè nocere possit:secùs si facilè non posset nocere.ibi.

Positum in tecto super eum locum, quo vulgò iter fit, si deciderit, & nocuerit, vtilis actio de deiecto in decem datur in eum, qui posuit : sed contra inhabitantem datur directa,d.l.si verò.§.si id,quod.& ibi glos.competit.

Positum habere vt directa actio competat,nõ videtur ille,qui posuit,nisi vel dominus sit ædium,vel inhabitator.d.§.si id,quod.

Reliqua verbo,suspensum,Suggrunda.

POSSE non intelligitur,qui non honestè potest,gl,fin.in leg.vulgò.de statu homin,l.filius,qui,15.& ibi gloss.fin.de conditio.institut.

Posse illud dicimur,quod facilè, & commodè possumus.l.si fideiussor.§.si necessaria.qui satisdare.glos.1.in l.qui mortui,129.de verbor.signif.

Posse non dicitur,qui facit per beneficium restitutionis,vel per aliud remedium extraordinarium.glo.1.& ibi addit.marg.in l.quamdiu,68.de acquir,hered.

Posse facere dicitur ille,qui dolo facit quominùs possit.l.semper.§.pen.quod vi, aut

ralia. acquir. poſt.

Poſſideri non poteſt incerta res ratione loci,& quotæ.d.l.3.§.1.

Poſſideri,& in longam poſſeſſionem vſucapi poteſt certus locus ex fundo, vel certa pars fundi pro indiuiſo : ſed incerta pars nec poſſideri , nec tradi, nec vſucapi poteſt,l.locus vſucapi,26.eod.

Poſſideri non poteſt eadem res,& vt res ſoli,& vt mobilis,l.eum,qui ædes,23. §.fi. de vſucapion.

Poſſidere incertam partem nemo poteſt,& ideò ſi plures ſint in fundo,qui ignorēt, quotam quiſque partem poſſideat,nemo eorum poſſidet mera ſubtilitate,l.ſi fur rem,32.§. fi.eod.

Poſſideri res non poteſt ex duabus cauſis non cōpatientibus,l.2.§.fi. pro emptore.

Poſſideri rem non poſſe,vel non poſſe reperiri paria ſunt,l.cùm vnus.§. fi.de bonis authorit.iudi.poſſid.

5 Poſſideri non poteſt incerta pars fundi,gl.pro certa.in l.1.§.pe. vti poſſid.

Reliqua verbo, Incorporalia.

POSSIDERE pro herede dicitur bonorum poſſeſſor quoad opinionem,l.pro herede.& ibi gl.pe.de petit heredit.

Poſſidere pro herede dicitur ille,qui putat ſe heredem eſſe, & etiam ille,qui ſcit ſe heredem non eſſe ex teſtamento , vel ab inteſtato de iure antiquo:credit tamen ſe heredem ex conſtitutione aliqua.ibid.

Poſſidere pro herede dicitur tribus modis primò verè:vt ille,qui verè eſt heres.Secundò , vt procurator heredis , qui pro eo herede poſſidet. Tertiò quando quis credit ſe heredem,& non eſt:& ſic dicitur iſte poſſidet pro herede, cùm tantum opinione ſit heres,gl.1.in l.pro herede.eod.

Poſſidere pro poſſeſſore dicitur prædo.d. l.pro herede.§.fi.

Poſſidere pro herede,vel pro poſſeſſore non eſt habere titulum,gl.fi.in l.regulariter,9.eod.

Poſſidere pro herede,vel pro poſſeſſore dicitur ille, qui titulum habet pro non titulo,l.nec vllam.§.omnib.eod.

Poſſidere pro herede,vel pro poſſeſſore non poteſt,ignorans, † gl.ſciens.ibid.

Poſſidere pro herede , vel pro poſſeſſore non videtur ille , qui nomine,& contemplatione alterius poſſidet,niſi alter dixerit ſe ratum non habere,quod ille poſſideret ſuo nomine:quia tunc dicitur quaſi prædo,& tenetur ſuo nomine petitione hereditatis,l.etiam ſi,15.§. ſi quis abſentis. eod.

Poſſidere pro poſſeſſore dicitur emens ſcienter à furioſo,& etiam tenetur pro emptore , & pro poſſeſſore dicitur etiam poſſidere dotem accipiens à minore xij. ann.ſcienter,& maritus,cui ab vxore donatum eſt conſtante matrimonio ſciens donationem non valere,l.nec vllam.§.in omnib.eod.

Poſſidere pro herede,vel pro poſſeſſore non dicitur habere titulum, niſi probabilis error adſit, qui habetur loco tituli quoad vſucapionem , & præſcriptionem, gl.vſucaptum.in l 1.quorum bonorum.

Poſſidere pro herede dicitur ille,qui putat ſe heredē eſſe ; pro poſſeſſore verò poſſidere dicitur ille,qui nullo iure rem hereditariam, vel etiam totam hereditatē ſciens ad ſe non pertinere poſſidet,§.ſequens diuiſio.Inſt.de interdictis.

Poſſidere pro emptore , & etiam pro ſuo dicitur ille,qui vſuceperit;& pro herede, & pro emptore poteſt poſſidere ille,qui heres extitit ei, qui pro emptore poſſidebat,l.3.§.ex pluribus,& ibi gl.magn.verſic.tu ergo dic.in princ.in add. marg. de acq.poſſeſ.

Poſſidere clam dicitur ille,qui à principio furtiuè:id eſt clam,& occultè ingreſſus eſt in poſſeſſionem eo ignorante,quam ſibi controuerſiam facturum ſuſpicabatur,& ne faceret,timebat,l.clam poſſidere, 6. eod.

Poſſidere clam non dicitur ille , qui à principio palam ingreſſus eſt poſſeſſionem, etiam mala fide,licèt poſteà ſe celare incipiat.ibid.

Poſſidere vi dicitur is , qui expulſo veteri poſſeſſore acquiſitam per vim rerū poſſeſſionem obtinet , aut qui in hoc ipſum præparatus venit tali auxilio, vt etiam ſi quis vellet eum deiicere , poſſet ſe tueri, & ipſe veniens intrauit poſeſſionem non per vim ; ſed quia dominus profugerit,l.1.§.vi poſſidere.& ibi gl.faciat. de vi,& vi armata.

Poſſidere vi non videtur,qui per vim poſſeſſionem ſuam retinet. ibid.

Poſſidere vi dicitur quoties non dominus , cùm tamen poſſideret, vi deiectus eſt à poſſeſſione,l.Fulcinius.8.eōd.

Poſſidere vi non dicitur ille,qui fundum accepit ab eo,quem ſciuit vim paſſum eſſe,l.3.§.non videor.vti poſſidetis.

Poſſidere precario non poſſunt duo in ſolidum ; ſicut nec vi,nec clam poſſunt duo in ſolidum poſſidere,l.duo in ſolidum.de precario.

Reliqua verbo,Clam, Interdictum,24. vſque 29.& 17.vſque 22.,Abſens,5.

Poſſidens in genere,num.1.2.3.
quoad præſcriptionem,& vſucapionem,4.5.
quoad poſſidentem nomine alieno,6.
quoad deſinentem poſſidere , 7.
quoad amiſſionem,vel retentionem poſſeſſionis,8..

1 POSSIDENS domum non ditur poſſidere feneſtras, gl. poſt annum.in l.habitator.59.de rei vindicatione.

Poſſidentis cōditio melior eſt in pari cauſa,gl.1.in l.2.ne quis eum, qui in ius vocat.l.ſi debitor,10.de pignor.l.ſi militis.§. ſi miles , de militari teſta.l.ſi ſeruum Stichum,91.§.ſequitur.de verbor.oblig.gl.clientulus.in c.1.de contentione inter dom.& fidel.de inueſt.l.ſi ob turpem.in fi.& ibi gl.fi. de condictione ob turpem cauſ.l.ſi procurator.de doli mali exceptione.gl.ex eo.in l. non dubium, 5. de legib.l.2.de condictione ob turpem.

Poſſidentis conditio melior eſt,vbi aliquid plures dolo fecerunt,gl.2.in l.3.C.vbi, & apud quem.

Poſſidentis conditio quandoque eſt deterior,gl.directam.in l.qua ratione, 6. §. 1. de acq.rerum dominio.

Poſſidentis cauſa eſt melior,cùm de lucro duorum quæritur,l.nemo prædo,169.de regulis iuris.

Poſſidens interrogatus cur poſsideat,ſi reſpōdeat , quia poſſideo nec contendit ſe heredem,nec aliam cauſam poſſeſſionis poſſit dicere, vt prædo debet conueniri,l.qui interrogatus.cum lege ſeq.de petitione heredit.

Poſſidens,& poſſeſſus poteſt eſſe vnus,& idem propter fictionem legis,non ſecundū veritatem: quia qui poſſidetur,alium poſſidere nō poteſt,l.eius,qui in prouincia.& ibi gl.fi.ſi certum petatur.

poſſidens rem nō proponitur eam vendidiſſe,l.ſicut.§.ſuperuacuum. quibus modis pignus.

poſſidenti nulla datur actio, gl.ius perſequendi.in l.3. §.bonorum. de bonorum poſſeſſ.

poſſidens liberum hominem putans eſſe ſeruum ſuum, dicitur poſſidere : ſed qui putat alienum ſeruum , dicitur detinere , vel poſſidere : ſed mala fide , gl.in l. quæſitum,40.de acquir.rerum.

poſſidens ciuiliter acquirendo naturalem dicitur nouam poſſeſſionem acquirere, l.3.§.Nerua & ibi gloſſ.poſſideri de acquirend.poſſeſſ.

poſſidens authore prætore dicitur iuſtè poſſidere,l.iuſtè 11. de acquirend. poſſeſ.

poſſidenti quandoque non poſſidens poteſt dare poſſeſſionem , quod ſemper poteſt fieri , cùm quis incipit alieno nomine poſſidere , glo. 2. in l. interdum.in principio,& glo.fi.in §.fin.de acquirend.poſſeſſione.

poſſidens vniuerſas ædes , aut nauem , aut aliquod totum integrale , non videtur poſſidere ſingulas res , quæ in ædificio, vel naui,aut in illo toto integrali ſunt, l.qui vniuerſas 40.eo:

poſſidens ſi ſe in arrogationem dedit , hodie habet poſſeſſionem ciuilem omniū, quæ antea habebat,item rerum peculij aduentitij arrogator tamen naturalem: quia habet vſumfructum , gloſſ. in alterius. in d. l. qui vniuerſas.§. poſſeſſionem.

poſſidens ciuiliter poteſt rei vindicatione , vel ad exhibendum conueniri, l.ſerui nomine,16.de vſucap.

poſſidenti non datur actio ; ſcilicet negatoria , per quam negat rem ad aduerſatium pertinere,gloſſ.vltrò,in l.1.§.reſtituendæ,vti poſſidetis.

poſſidenti licèt denegetur rei vindicatio;non tamen denegatur actio iniuriarum. ibid.

poſſidenti datur,actio in factum,quæ datur loco interdicti vti poſſidetis ibid.

poſſidens aliquando ſemper præſumitur poſſidere , donec contrarium probetur, gl. 1.in l.ſi rem meam, de exceptio.

Poſsidenti ſeruum alienum datur actio furti contra eum, qui ſeruum fugitiuum,& furem, poſsidere cœpit , antequàm in domini poteſtatem fuerit reuerſus,†l.ſerui,& filij,17.§.illud.& ibi gl.domino.& gl.actione.de furtis.

Poſſidens ſemel,non præſumitur & hodie poſſidere,ſecus eſt in domino, qui ſemel dominus,& nunc præſumitur dominus,gl.admittendum.in l.ſi cui crimen.§. 1. de accuſat.

poſſidentes ſi habent ius in re,vt emphyteuta , feudatarius , fructuarius, creditor, ſuperficiarius,& alij ſimiles,& conuenti litem ſuſcipiant,non tenentur dominū nominare in iudicio , neque liberantur hoc faciendo , ſed coguntur defendere reſpectu iuris,quod habent,gl.1.in l.2. C.vbi in rem actio.

poſſidens rem ſine titulo,nec triennio,nec decennio quærit ſibi dominium : vnde reuerſo ab hoſtibus datur rei vindicatio directa ceſſante actione reſciſſoria , l. nullo,24.C.de rei vindic.

Poſſidens ſine titulo emptionis,vel alio legitimo quandoque aufertur poſſeſſio,gl. legitimo.in l.fi.C. de edicto diui Adriani.

Poſſidens ſine titulo emptionis , vel alio ſimili titulo non eſt legitimus contradictor ad impediēdum heredem mitti in poſſeſsionem rerum hereditariarū, quas defunctus tempore mortis poſſidebat,vel detinebat,ita quidem quod poſſidenti,etiam quocumque titulo,aufertur poſſeſſio.† ibi.

Poſſidens poſt contractum domino ſciente, & patiente intelligitur per eundem in poſſeſſionem inductus,l.2.C.de acq.poſſ.

Poſſidenti nulla datur actio,niſi illa,quæ loco interdicti competit:ſcilicet in factū 2
vel triticaria,vel ſimilis,gl.competentibus.in l.3. C.de interdictis.

Poſſidens iuſtè poteſt ſe tueri authoritate propria cōtra iniuſtitiam inuaſoris ſeruando modum inculpatæ tutelæ,l.1.C.vnde vi.

Poſſidens præſumitur eſſe dominus,gl.5.in l.meminerint. C.eod.

Poſſidentem ad ſuam poſſeſſionem reuertentem ſi ego non admiſi , teneor pœna legis,ſi quis in tantam. & idem quando inuaſerat poſſeſſionem alterius credens vacantem,gl.fi.in l.ſi quis in tantam.C.eod.

Poſſidens quandoque probat propter præſumptionem , gl. monſtrauerint.in §.ſiue igitur,in auth.vt cùm d.appellat.cognoſ.coll.8.

Poſſidenti cum titulo,& bona fide ſubuenitur conſtitutionib. principalibus, ne cui longa,& indubitata poſſeſſio debeat auferri,§.quod autem.Inſt. de vſucapio.

Poſſidens vi,aut clam , aut precario ſi furere cœperit , adhuc eodem modo dicitur poſſidere , & curator furioſi poteſt conueniri nomine eius interdicto vti poſſidetis pro poſſeſſione,quam ante furorem acquiſiuit per ſe , vel quam acquiſiuit poſt furorem per alium,l.nonnunquam, 31.§.ſi vi,aut clam. de vſucapion.

Poſſidens viam vitioſè ab authore meo,videtur vi,aut clam,vel precario à me poſ- 3
ſidere,l.3.§.ſi quis ab authore.de itinere,actúque priuato.

Poſſidens immobilia,vilia,& modica non releuatur ab onere ſatiſdandi de iudicio ſiſti,gl.1.in l.ſciendum.qui ſatiſdare.

Poſſidens immobilia non tenetur præſtare ſatiſdationem de iudicio ſiſti ; tenetur tamen iurare de calumnia ad inſtar aliorum , quibus remittitur hæc ſatiſdatio. ibidem.

Poſſidens immobilia ad hoc,vt releuetur ab onere ſatiſdādi iudicio ſiſti,requiritur quòd poſſideat immobilia,quæ ſint idonea , & ſufficientia ad litis æſtimationē ibidem.

Poſſidens rem immobilem,ſuper qua litigatur,non tenetur ſatiſdare de iudicio ſiſti,cùm illa res ſufficiat ad releuandum poſſidentem ab onere ſatiſdandi. ibid.

Poſſidens immobilia dicitur ille,qui in agro,vel ciuitate rem ſoli poſſidet ex aſſe, vel pro parte,d.l.ſciendum.§.poſſeſſor.

Poſſidens immobilia dicitur ille,qui agrum emphyteoticum, vel vectigalem poſſidet,& etiam ille,qui ſolam proprietatem habet. ibid.

Poſſidens immobilla non dicitur ille,qui vſumfructum fundi habet. ibid.

Reliqua verbo , Clam,Reiuendicatio,Semel,Precari~,Precarium.

POSSIDENS à principio bona fide rem , licèt poſteà in mala fide conſtituatur, 4
eam alienando , vel contrectando furtum non committit , & ſic illa res vſucapi poteſt , † gl.1.in l. item ſi res.de alienatione iudicij.

Poſſidens ex ſecundo decreto rem alienam ſcienter in cauſa damni infecti , & noxali præſcribit,gl. per longum.in l.ſi finita. §. ſi vectigalibus.de damno infecto

Poſſidens.

Poſſeſſio iuſta non dicitur,vbi bona fides abeſt,gl fi.l.ſi quis fundum, 43.eod.

Poſſeſſio rei mobilis eſt vilis,& abiecta,gl.non inuaſit.in l.peregrè, 44. eod.

Poſſeſſio,& proprietas non debent permiſceri ; quia bene poteſt eſſe vnũ ſine alio, l.pe.& ibi gl.3.eod.

Poſſeſſio non debet impediri alicui,ſi alius fruatur , neque alterius vſusfructus dèbet amputari,ſi alter poſſideat,d. l.pen.

Poſſeſſionis ciuilis,& vſusfructus cauſæ non debent permiſceri ita , vt vna ſit ; duæ enim ſunt,vel ſe contingentes,& penes diuerſos exiſtentes,d.lpe.& ibi gl. 1.

Poſſeſſio iniuſta per furorem ſuperuenientem non fit iuſta,nec econuerſò iuſta efficitur iniuſta,l.nunquam,31.§.ſi vi,aut clam.de vſucap.

Poſſeſſionis initium inſpicimus quantum ad bonam fidem quoad ipſam rem,& etiam quoad ea,quæ procedunt ex ea,l.pe. §. etſi poſſeſſionis.eod.

Poſſeſſionem,quam quis culpa,non dolo deſiit poſſidere,poteſt à poſſeſſore auocare,gl.1.in l.1.pro emptore.

3 Poſſeſſio vera dicitur in corporalibus;ſed in incorporalibus dicitur quaſi poſſeſſio, gl.de liberis.in l.2.§.quædam. de interdictis.

Poſſeſſio non libera dicitur illa,quæ ab alio recipit turbationem, l. vim facit.de vi, & vi armat.

Poſſeſſionem ſibi ereptam in ipſo conflictu recuperans intelligitur in priſtinam cauſam potiùs redire,quàm vi poſſidere,l. qui poſſeſſionem,17.eod.

de Poſſeſſione,& proprietate ſimul agi non debet,gl.à proprietate. in l. 1. §. 1. vti poſſidetis.

Poſſeſſionis omnis quæſtio, aut eſt, vt nobis reſtituatur poſſeſſio,quam non habemus,aut vt nobis retinere liceat,quod poſſidemus,d.l.1.§.& vt Pædius.

Poſſeſſionis acceſſio procedit de poſſidente ad ſecundum, & tertium poſſidentem, non ab eo , qui titulum habet,& tamen non poſſidet,l. ſi duobus.de diuerſis , & tempora.

Poſſeſſio præcedentium authorum non prodeſt, quando medius aliquis ex authoribus non poſſederit,l.pe.§.1.eod.

Poſſeſſio eius,à quo ego emi,vel procurator meus emit pro me,prodeſt mihi , d. l. pe.§. item adiiciendum.

Poſſeſſionis acceſſio prodeſt ei,qui emit ab eo,quem procurator conſtitutus ad vẽdendum ſubſtituit ad vendendum,ſi dominus id ratum habuit. ibid.

ob Poſſeſſionem ſolam non poteſt quis grauari,l.libertus.§. ſola.ad municipalem.

Poſſeſſio à fundo iure proprietatis diſtat : quidquid enim apprehendimus , cuius proprietas ad nos non pertinet;nec poteſt pertinere, hoc poſſeſſionem appellamus,l.quæſtio.115.de verborum ſignification.

Poſſeſſio dicitur delata,cùm decreta eſt,gl.fi.in l delata 151.de verb. ſignif.

Poſſeſſionem bonorum filia emancipata à patre ſi non petierit intra annum , non poterit prætendere iuris ignorantiam,l.3.C.de iuris, & facti ignor.

4 Poſſeſſio parit aduerſario in rem actionem contra poſſeſſorem , in quem res alienata eſt cauſa iudicij mutandi,l.1.C.de alienat.iudicij mut.

Poſſeſſio ſola non inducit actionem in rem;ſed opus eſt,vt actor habeat dominiũ, vel quaſi,gl.1. ibid.

Poſſeſſio diutina hereditatis ſi per longum tempus ſit detenta per filiumfa. præſumitur iuſſus patris præceſſiſſe,l.filiusfa.10.C.de petitio.here,

Poſſeſſionis ſuæ titulum nemo cogitur dicere ad vtilitatem actoris,niſi in petitione hereditaris,l.cogi.11.C.eod.

Poſſeſſio longa , & error non inducunt titulum in iudicio familiæ erſciſcundæ.l. ſeruum. C.famil.erciſc.

Poſſeſſionis cauſa cauſata eſt dominium,& vſucapiendi conditio;nam tradita poſſeſſione,vel ſequitur dominium,vel vſucapiendi conditio,gl. 1.in l. 1. Cod. per quas perſ.

Poſſeſſio habet plurimum facti,gl.2. in l,ciuile,15.C.de furtis.

Poſſeſſio naturalis,vel de iuregentium dicitur illa , quæ eſt quæſita animo,& corpore,gl.in l.4. C. de acq.poſſeſ.l.3,§.illud quoque,& ibi gl.mutare.ff.de acquir. poſ

Poſſeſſio illa naturalis,vel de iure gentium dicitur , quæ animo & corpore quæritur,& etiam poteſt dici ciuilis approbatione , & ita dicitur quòd vna ſit poſſeſſio,& non duæ. † d gl.1.ibi.

Poſſeſſio naturalis ſola , quæ prouenit ex actu retenta animo,poteſt dici etiam ciuilis:quia retinetur authoritate iuris ciuilis. ibid.

Poſſeſſio naturalis poteſt retineri animo cùm plurimum mutetur à iure poſſeſſio. ibidem,

Poſſeſſionis cauſam nullus poteſt ſibi mutare,nulla cauſa extrinſecùs accedente, l. cùm nemo.5.C. eod.

Poſſeſſionis cauſam mutare dicitur , quando poſſeſſio, vel titulus poſſeſſionis mutatur ei,qui poſſidebat , vel retinebat , vel incipiebat vſucapere, qui non vſucapiebat,gl.1.ibid.

Poſſeſſionis cauſa nulla extrinſecus cauſa ſuperueniente ſex modis mutatur : ſcilicet ex iuſta in iniuſtam,& econtrà ex iuſta in iniuſtã,& ex nulla in aliquam , & econtrà ex aliqua,in nullam;item ex vna iuſta in aliam iuſtam;&vltimò ex nulla in aliam nullam gl.3.ibid.

Poſſeſsionis cauſam mutari ex iuſta in iniuſtam prohibitum eſt,ſimiliter etiam ex iniuſta in iniuſtam non licet mutari. ibid.

5 Poſſeſsionis cauſam mutari ex nulla in aliquam prohibitum eſt, permittitur tamẽ mutari ex aliqua in nullam.-ibid.

Poſſeſſionis cauſam mutari ex alia iuſta in aliam iuſtam,& ex nulla in aliam nullã, vt de conducto in precarium prohibitum eſt.ibid.

Poſſeſſionis cauſa mutari poteſt ex quacumque cauſa, aliqua cauſa extrinſecùs interueniente.ibi.

Poſſeſſionem,vel agrum alienum ingreſſus ſine cauſa tenetur reſtituere illum cum omni ſua cauſa,niſi ſit præſcriptum,l.ſi nulla.6. C.eod.

Poſſeſſio vacua dicitur,quando à nemine poſſidetur,vel ſolo animo retinetur,gl.3. in l.improba.7. C.eod.

Poſſeſſionem naturalem habet ille,qui eſt in fundo,vel in conſpectu fundi:ciuilem verò,qui eſt abſens,gl.1.in l.nemo,10. C.eod.

Poſſeſsionis vitium ab authore contractum perdurat,& culpa authoris ſui comitatur ſucceſſorem,l. vitia,1 .C. eod.

Poſſeſſio clandeſtina licèt reperiatur,non tamen reperitur clandeſtina res,gl.1.ibi.

Poſſeſſio precaria dicitur iuſta,cùm fiat domini voluntate.ibid.

Poſſeſſio continuata probatur ex præſumptionibus gl.1.in add.in l.pen. C. de præſcript.longi tempor.

Poſſeſſio dicitur momentanea;quia eſt apta durare per momentum,& ſic aptitudine;vel quia in ea tractatur de poſſeſſorio momento,gl.1.in l.1. C.ſi de momenta.poſſeſs.

Poſſeſsiones per interdicta poſſidentur,gl,in rub. C. de interdictis.

Poſſeſſionis initium attenditur in authore,an ſit vitioſa, vel non, §. diutina poſſeſſio.Inſt.de vſucapio.

Poſſeſſio ciuilis eſt res incorporalis,ſed non poſſeſſio iuriſgentium,gl.quaſi. & ibi add.marg in §.ſui.Inſt.de hereditatibus,quæ ab inteſt.

Poſſeſſionis commodum maximum eſt:nam etiam ſi non ſit res eius, qui poſſidet, ſi tamen actor non potuerit probare eſſe ſuam,remanet poſſeſſor in ſua poſſeſſione,§.retinendæ.Inſt.de interdictis.

Poſſeſsionem nec naturalem,nec ciuilem duo poſſunt habere in ſolidũ,l. ſi vt certo.§ ſi duobus.& ibi gl.ſententiam.commodati.

Poſſeſſio eadem numero non poteſt eſſe in ſolidum apud plures.l.3,§.ex contrario. de acq.poſſeſ.

Poſſeſſionis plures eiuſdem rei ſpecie, vel numero differentes poſſunt eſſe in ſolidum apud plures , veluti apud concedentem precario ciuilis poſſeſſio , & apud accipientem naturalis,d,§.ex contrario.& ibi gl. acceperit.

Poſſeſſiones duæ iuſtæ,quæ nec vi,nec clam obtentæ ſunt, nõ poſſunt cõcurrere in eundem hominem,& in eandẽ rem;ſicut nec poſſunt concurrere duæ poſſeſsiones iniuſtæ,quæ vi,vel clam obtentæ ſunt,l.duo in ſolidũ.& ibi gl.1. de precario.

Poſſeſſionis mutatio non dicitur,quando tenuta mutatur in poſſeſſionem,l. 3. §.illud quoque.& ibi gl.mutare.de acqui. poſſeſ.

Poſſeſſionis effectum mutat ſuperuenientia malæ fidei : ſed non cauſam poſſeſſionis,gl.vt non videatur.in add.marg.in l.clam poſſidere,6.eod.

Poſſeſſionis cauſam mutare ſibi non poteſt quis,niſi in quibuſdam caſibus, gl. 2.in l.quod nemo,18,eod.

Poſſeſſionis cauſam nemo poteſt ſibi mutare, niſi prima poſſeſſione dimiſſa eiuſdẽ rei denuò ex alia cauſa bona fide emendo à domino , vel alia iuſta cauſa poſſeſſionem nanciſci vellet,l.qui bona,19.§.fi.eod.

Poſſeſſionis cauſam ſibi mutare non poſſunt ſerui,coloni,vel inquilini conſtituendo ſibi poſſidere,cùm ipſi nobis poſſident.gl. quidquam.in l.ſi id,quod, 23. §. 1. eodem.

Poſſeſſio iuſta,vel iniuſta abſque noua cauſa extrinſeca non mutatur,l.ſi de eo fundo,40.§.ſeruum.eod.

Poſſeſsionis ſuæ cauſam mutare nemo poteſt , niſi ſuperueniat cauſa extrinſecùs iuſta,vera,ficta,vel putatiua,l. non ſolùm,33.§.1. de vſucapionib.

Poſſeſſionis ſuæ cauſa iuſta in iuſtam,vel de nulla in aquam,vel de iniuſta in aliam iniuſtam mutare nemo poteſt,d.§.1. & ibi add. mar.

Poſſeſſionis tam ciuilis,quàm naturalis cauſam nemo poteſt mutare ſibi , l.2. §.1. pro herede.

Poſſeſſionis nomen quandoque ſumitur pro proprietate , vel dominio, gl.1.in l.ſi de vi,37.de iudiciis.gl.1.in l.ſi quidem,13.C.de donatio.inter virum.gl.miſſus eſt.in l.fi.C.de edicto diui Adriani.

Poſſeſsio ſumitur quandoque pro vſucapione,quæ prouenit ex poſſeſſione,gl.1. in l,denique.ex quib.cauſis maiores.

Reliqua verbo,Acceſſio,2.3.4.Detentatio,Detentio,Dominium,2.3.4.Liberum,4.5. Poſſidere,1.2,3,Precaria,Precarium,Prædium,Quaſi , Seruitus,48.49.Seruus, 122.123.Miſſio, per tot. Appellatio,19. 21.Debitor,5.

POSSESSIO,quæ per nos acquiritur, habet plurimum facti ; nam oportet , quòd corporalis apprehenſio ſit ibi,quæ facti eſt,licèt & animus ſit neceſsarius, quod facile eſt,l.denique.& ibi gl.pe.ex quibus cauſis maiores. 8

Poſseſſio,quæ per nos acquiritur,plurimum facti habet,& etiam multum iuris habet in retinendo,cùm ſolo animo retineatur,d.gl.pe.

Poſseſſio quædam eſt,quæ multũ iuris,& multum facti habet, vt illa,quæ per procuratorem acquiritur ignoranti;ſed non vſucapit ignorans,ibi.& gl.3.in l.1. C. de acq.poſseſ.

Poſseſſio plurimum facti habet,& ideò ſine facto noſtro non amittitur:facto tamẽ noſtro interueniente faciliùs amittitur,quàm dominium,l.ſi fratres.§.idem reſpondit. pro ſocio.

Poſseſſio plurimum iuris habet in retinendo , & multum in acquirendo,cùm animo retineatur.† gl.poſſideat.in l.bonæ fidei emptor,48.§.ſi in contrariũ.de acquir.rerum domin.

Poſseſſio,quæ per alium quæritur,habet plurimum iuris;ſed illa, quam quis per ſe quęrit,habet plurimũ facti.gl.eam rem.in l.1.§.adipiſcimur.de acq.poſseſſione.

Poſseſſio quandoque habet plurimum iuris;quandoque verò plurimũ facti, l.poſſeſſio,49.eod.gl.in rem.in l.vt inter diuinum,19. C.de ſacroſanctis.

Poſseſſio illa habet plurimum iuris,quæ quæritur ex cauſa peculiari;nam illa quęritur etiam ignoranti domino, & etiam vſucapio,& poſtliminium habet locum in omnibus,quibus fingit ius;ſed poſseſſio, quam quis per ſe ipſum quærit, habet plurimum facti in acquirendo , gl. 2.in l.poſseſſio.& gl.pe.in l.denique. ex quib.cauſis maiores.& gl.3.in l.1.C.de acqui poſsæſ.

Poſseſſionum triplex eſt ſpecies:prima eſt,quæ multum facti,& parum iuris habet; alia,quæ multum facti,& multum iuris habet. Tertia,quæ multum iuris,& parum facti habet, & in hac tertia ſpecie habet locum fictio poſtliminij, & etiam legis Corneliæ;ſed in duobusprioribus locum nõ habet,l.ſi is,qui pro emptore, 15.de vſucap.

Poſseſſionis verbum ſimpliciter prolatum denotat factum,ſed cum dictione , bonorum,ita,quòd bonorum poſseſſio ſit vna dictio,denotat ius,gl.2. in l.1. quorum bonorum.

Poſseſſionem,prout eſt facti,& ſic detentationem probant teſtes deponentes Titiũ tenere,& poſſidere,gl.ſtipuletur.in l.ſtipulatio iſta habere.38.§.hæc quoque.de verb.oblig.

Poſseſſio quædam eſt,quæ plus facti,quàm iuris habet:vt ea,quæ per nos acquiritur:quia requiritur quòd corporalis ſit ibi apprehenſio,quæ eſt facti,licèt& animus ſit neceſsarius:hæc eadem habet multum iuris in retinendo, cùm ſolo animo retineatur.ibi.gl. 3. in l.1.C.de acq. poſseſ.

Poſseſſio ,quæ per me quæritur,habet plurimũ iuris,vt in poſseſſione,quæ acquiritur per inſtrumenti,vel clauiũ traditionẽ,vel per retentionẽ vſusfructus,vel per

aſpectum

restituta,37.ad Trebel.

ad Possessionem acquirendam duo copulatiuè requiruntur : scilicet corpus,& animus,neque potest acquiri per se animo , aut per se corpore,l.3.de acq.posses.

Possessio totius acquiritur per ingressum partis fundi,si hac mente , & cogitatione ingrediatur quis,vt totum fundum vsque ad terminum possidere velit.ibi,

per Possessionem acquisitam per ingressum partis fundi acquiruntur non solùm omnes partes fundi , quæ apprehensæ possessioni inerant ; sed etiam quæ posteà alluuione ipsi fundo accreuerant,d.l.3.& ibi add.marg.

Possessio ciuilis , & naturalis rerum corporalium acquiritur, quando adipiscimur eas animo,& corpore,† gl.corpore.ibid.

Possessio in quibusdam casibus solo animo acquiritur, velut propter rei præsentiã, item propter custodis appositionem , propter clauium traditionem , per traditionem instrumenti , & per constitutum constituendo nos nomine eius possidere,gl.animo.ibidem.

15 Possessio acquiritur solo animo per retentionem vsusfructus ; nam cùm concedatur mihi à iure me posse retinere vsumfructum,necessariò sequitur quòd in aliũ transeat possessio ciuilis,& dominium,cùm solam retineam naturalem. ibi.

Possessionem fundi acquirit ille , qui intrat in eo fundo putans rectè sibi traditam possessionem. † reprob.d.gl.animo.ibid.

Possessionem solo animo non potest quis acquirere , si non antecedat corporalis apprehensio,vel aliud,quod pro eo habeatur, d.l.3. §.Neratius.

Possessio solo animo acquiri non potest,l.3.§.in amittenda.eod. glos.1.in l.4.C.de acq.poss.

Possessio nulla siue ciuilis , siue naturalis quemadmodùm non potest acquiri nisi animo,& corpore,ita nulla potest amitti,nisi animo,& corpore,l. quemadmodum,8. de acqui. poss.

Possessio licèt de nouo non acquiratur nobis per hospites,& amicos, seu negotiorum gestores acquirentes nomine nostro,nisi sequuta ratihabitione : tamen per eos etiam non sequuta ratihabitione potest retineri,l.generaliter, 19.eod.

Possessio quarumdam rerum animó acquiritur,l.quarundam, 51.eod.

Possessio animo,& corpore quæritur per præsentiam, & custodis appositionem , & etiam sine custodis appositione sufficit iussus,gl.1.ibi.

Possessio dicitur potiùs apprehendi animo , quàm corpore in his rebus , in quibus propter earum magnitudinem , vel naturam non cadit corporalis apprehensio, nec potest acquiri possessio per alium actum æquiualentem,puta per appositionem custodis,vel per aspectum,d.l. quarundam.

Reliqua verbo,Ignorans,Dominium,6.vsque 10. Debitor, 5.

16 POSSESSIO vacua non est illa,in qua quis est,l.fistulas,78.§.1.in addit.marg.de contrahend. empt.

Possessio ciuilis,vel naturalis dicitur vacare per negligẽtiam commissam in recuperando naturalem,vel quia possessor decessit sine herede, vel cum herede , qui non adiuit:vel si adiuit,non apprehendit ; item dicitur vacare per obliuionẽ inductam ex cursu longi temporis,l.furtum,37.§. fi.& ibi gl.decesserit.de vsucap.

Possessio vacua dicitur,quando nec alius possidet,nec est in quasi possessione,gl. 1. in l.non idcircò.12.C.de fide instrum.& gl.post aditam.in l.nunquam.§.pen.de vsucapio.

Possessionem vacuam occupans etiam si dominum venientem prohibuerit,non dicitur violenter possidere,& sic res non afficitur vitio reali,& ideò potest vsucapi,l.4.§.pe.& ibi gl.possessionem.& ibi add.marg.de vsucapio.

Possessionem vacuam occupans si dominum venientem prohibuerit possessio illa vitiosa vitio quasi violentiæ quoad id , vt pro ea auocanda competat domino cõdictio;ipsa tamen res non est affecta vitio reali,vnde ea vsucapioni subiacet, d.gl.possessionem.& ibi add. marg.

Possessionem fundi alicuius, quæ vel ex negligentia domini vacat,vel quia dominus sine successore decessit,vel longo tempore affuerit,potest quis occupare sine vi:non tamen potest vsucapere:quia intelligit alienum se possidere,l.furtum, 37.§.fi.cum l.seq.eod.

Possessionem,vel alienas res per propriam authoritatem vsurpare nemini licet,l.fi. C.vnde vi.

Possessionem , vel alienam rem quasi propriam per ignorantiam occupare ridiculum est dicere.ibid.

Possessionem rei alienæ vacantẽ occupans tenetur eam restituere, quemadmodum inuasor,vel fur tenetur,nisi spatio 30.annorum sit munitus.ibid.

Possessio vacans,seu vacua dicitur,quæ à nemine possidetur,neque animo , neque corpore:quod euenit,propter longum tempus,vel propter obliuionem , quæ ex longo tempore venit,vel propter absentiam,vel negligentiam domini,vel propter inundationem eo priuato , vel quia alius eum deiecit,nec tamen ille intrauit,neque iste posteà est reuersus,† gl.1.ibi.

Possessio vacua,seu vacans idem est,† ibi.

17 Possessionem vacantem si quis occupauerit,res non efficitur vitiosa ita,quod dicatur furtiua, vel vi possessa:dicitur tamen vitiosa quoad pœnam inuasoris, gloss. prædonem.ibi.

Possessionem rei hereditariæ vacantis occupans tenetur restituere, nisi sit munitus spatio 30.annorum d.l.fi.& ibi gl.per ignorantiam.

Possessio vacare si cœperit ab eo, qui vacantem intrauit,& posteà alius eam ingrediatur , illa restitui debet ei , à quo secundò cœpit vacare, & non ei,à quo cœpit primò vacare,gl.quod suum.ibid.

Possessionem vacantem occupans , si postea eam perdidit,tenetur condictione ex lege,l.fi.C.vnde vi,ibid.

Possessionem vacantem occupans scienter esse alienam si tradiderit alicui accipiẽti bona fide,poterit ei longo tempore ea possessio acquiri,sed hodie præsumitur talis possessio violenta,& ideò non potest præscribi,† §.quod autem.& ibi glos. longa. Inst. de vsucapio.

Possessionis apprehensio habet vim contestationis , & actionem perpetuat , l.si is, cuiùs,31.& ibi gl.nactus.ex quib.causis maiores.

Possessio bonorum debitoris poterit creditor de facto apprehendere , quando debitor cedit bonis,gl.fi.in l.si pacto,14.C.de pactis.

Possessionem ingrediens authoritate iniusti rescripti, vel iniustæ sententiæ suo iure priuatur,l.meminerint, 6. C.vnde vi.

Possessionem si ingrediatur propria authoritate tutor , vel curator minorũ authoritate iniusti rescripti, vel iniustæ sententiæ , possessio ei , à quo ablata est reddi debet,& minores non priuantur suo iure:sed tutores , vel curatores puniuntur criminaliter.ibid.

Possessionem sine authoritate iudicis non debet quis sua authoritate ingredi , etiã si iudex,vel princeps dixerit sibi: Vade, & occupa possessionem tua authoritate, intelligitur ordine iuris seruato,& non alias,gl.1.& ibi add.marg.ibi.

Possessionem si ingressus est tutor,vel curator authoritate iniusti rescripti, vel iniustæ sententiæ saluo iure pupillorum , in vendicando restituitur possessio ei , à quo ablata est,dicta l.meminerint.& ibi gl.pen.

Possessionem si ingressus fuerit propria authoritate prælatus colludens cum possessore rei Ecclesiasticæ , restituitur res ablata possessori saluo iure Ecclesiæ in vendicando,imò etiam ipsemet prælatus poterit vendicare nomine Ecclesię.ib. 1

Possessionem rei alienæ ingrediens absente domino non acquirit ciuilem,quia absens eam non perdet,gl.4.in l.1.C. vti possid.

Possessionem rei alienæ absente domino clam ingrediens acquirit naturalem,non ciuilem,† gl.5.ibid.

Possessionem ciuilem si ego habeam:tu autem naturalem,& tertius si ingressus sit, vt vsumfructum haberet,ille tertius possidet naturaliter,ex quo tu deponis animum possidendi naturaliter,non priùs,& inuasor agit interdicto vti possidetis, & vincet,quamuis vi possideat;quia non à me possidet, gl. fi.ibi.

in Possessionem vacuam alieni fundi ingrediens non consentiente domino , vel actore, qui eius rei potestatem habuit , iustam causam possessionis non adipiscitur,l.improba.C.de acquir.posses.

Possessionem alicuius rei quis propria authoritate potest ingredi:vt si accedens ad iudicem illius possessionem ingrediendo facultatem impetrauerit non seruata forma statuti,quæ in hoc requirebatur , & ipse intrauerit , non punitur propter hoc,gl.transitu in add.mar.in §.serui.Inst. de libertinis.

Reliqua verbo,Debitor,5.Ingredi,Vacua,Videns,2. Iudex,3.

POSSESSIO violẽta dicitur,quia cuilibet possessioni, propter quam quis intentat aliquod interdictum,inest aliqua vis,gl.1.in l.si de vi.de iudiciis. 1

Possessio clandestina,& precaria dicitur esse vitiosa:sicut & violenta,l.Pomponius, 13.§.1.de acq.poss.

Possessio vitiosa in interdicto vti possideris prodest aduersus tertium non possidẽtem:sed non aduersus eum,à quo quis vitiosè possidet,l.fi.& ibi gloss.fin.& add. marg.eod.

Possessio vitiosa non potest adiungi possessioni non vitiosæ, nisi ad præscript. 30. vel 40.ann.gl.vtitur.in l.apud Celsum.§.de autho.is.de doli mali exceptione.

Possessionem violenter inuadens sine permissione iudicis quandocumque,vel ante, vel post contestationem,vel post diffinitiuam sententiam tenetur restituere : & si dominus sit, priuatur dominio eius ; si non sit dominus,tenetur ad restitutionem illius , & condemnatur etiam in eius æstimationem , l.si quis in tantam.& ibi gl.5.& fi.C.vnde vi,

Possessionem rerum mobilium,vel immobilium corporalium, vel incorporalium violenter inuadens priuatur dominio suo,gl.3.& fi.ibi.

Possessionem violenter inuadens fœmina,vel hermaphroditus,miles,& etiam rusticus tenentur ad restitutionem:& si sint domini,priuantur dominio;si non,cõdemnatur in eius æstimatione, d. gl.fi.

Possessionem inuadens pupillus proximus infantiæ non priuatur dominio ; posteà verò tenetur restituere,& si dominus sit,priuatur dominio;aliàs punitur in æstimatione,nec restituitur,& idem dicendum est in adulto,d. gl.fi.

Possessionem inuadens Abbas, monachus,prælatus,aut tutor tenetur restituere eã possessori saluo iure Ecclesiæ,vel pupilli in vendicando, nisi faciat communicato consilio.ibid.

Possessionẽ alterius si quis inuaserit credens sibi licere , tenetur pœna legis, si quis in tantam.† ibid.

Possessionem alterius si quis inuaserit credens se possidere non tenetur pœna legis , si quis in tantam. & idem quando inuaserit possessionem alterius credens vacantem.ibid.

Possessionem alterius si ingressus fuerit iudex , non tenetur pœna legis , si quis in tantam.nisi id fecerit vltra officium tanquàm priuatus. ibid.

Possessionem auferẽs dominus furi deportanti rem suam, non tenetur pœna legis, si quis in tantam.nisi iam peruenerit ad locum destinatum.d.gl.fi.vers.4.

Possessionem si quis habeat,& alius detentationẽ,& tertius proprietatem,inuadens tenetur pœna legis,si quis in tantam.possidenti tantùm, non autem aliis. ibi.

à Possessione expellens fructuarium credens illum totum ius habere,tenetur vtrique pœna legis,si quis in tantam,si verò expulerit à possessione animo expellẽdi fructuarium,vel proprietarium , tenetur tantum ad id, quod abstulit,& tantumdem reddere debet.ibid. 20

à Possessione expulsus si egit contra inuadentem tantùm ad rem: nihilominus superest ei actio ad pœnam.ibid.

pro Possessione tuenda licitum est alicui vlcisci, & talis vltio non est vltio,sed defensio.l.deuotum,& ibi gl.concessum. C.de metatis.lib. 12.

de Possessione mea volentem per vim me expellere, possunt licitè amici , & vicini mei percutere illum,ne me expellat ille. ibi.

Possessionem retinenti per seruum,vel filiumfam.ex causa peculiari non datur interdictum vnde vi,licèt ipse deiectus fuerit,l.1. §. non alij. & ibi gl. retineo. de vi,& vi armat.

de Possesione quando dominus vi deiicitur, tamen adhuc eam retinet per colonũ suum ibi existentem & ideò non competit ei interdictum vnde vi: secus quando spontanea voluntate possessionem traderet alteri: quia tunc eam perdit omnino,nec eam retinet per colonum existentem in fundo.d.§. non alij. & ibi gl. retineo.& ibi add.mar.

Possessionem incontinenti recuperans fingitur non amisisse causam. l. qui possessionem,17.eod.

Possessionem sibi ereptam si deiectus in continenti recuperauit,deiiciens non perdit ius suum per legem,si quis in tantam.quia deiectio non habuit effectum,gl. fi.ibid.

Possessionem sibi ereptam si deiectus recuperauit ex interuallo,perdit interdictum vnde vi:sed non remediũ ex lege,si quis in tantam. quoad pœnam criminalem. d. gl.fi.& ibi add.marg.

possessionem; naturalem tamen possessionem, quam dominus habet, per eos amittit, gl. generetur. ibid.

Reliqua verbo, Absens, 5. Captiuitas, Eiectus, Pupillus, 25. Dominium, 20.

26 POSSESSIO rerum mobilium vilis, & abiecta est, & ideò minus tempus statuitur in vsucapione earum, quàm in præscriptione immobilium, gl. 1. in l. si post acceptum, 18. ff. de rei vindicat.

Possessio longa, vel longissima non tribuit ius sepulchri ei, cui iure non competit, l. pe. & ibi gl. 1. de mortuo inferendo.

Possessio rei interrumpitur, si alius inter venditorem, & emptorem: id est medio tempore possideat, & idem inter defunctum; & heredem si alius possideat, l. Pomponius, 13. §. quæsitum: de acqui. possessione.

Possessio defuncti dicitur continuata in heredem adeuntem etiam ante apprehensam possessionem quoad vsucapionem cœptam perficiendam; sed non quoad inchoandam vsucapionem, l. cùm heredes, 23. & ibi gl. 3. de acq. posses.

Possessio interrumpitur naturaliter, cùm quis de possessione vi deiicitur, vel alicui res mobilis eripitur, quæ interruptio prodest non solùm interrumpentibus: sed etiam omnibus, contra quos præscribitur, l. naturaliter, 5. de vsucap.

Possessio interrumpitur naturaliter quocumque modo desinat quis possidere; fallit in capto, qui deiicitur, eò quòd captus est, tamen fingitur in peculiari retinere, & vsucapit. gl. vi deiicitur. ibid.

Possessio testatoris ita heredi prodest quoad vsucapionem complendam, si medio tempore nullus possedit rem, l. possessor, 20. eod.

Possessionis interruptio licèt non auferat vtilitatem titulo possidenti, verum est in possidente titulo vero: sed non in possidente titulo putatiuo, l. cùm solus, 29. & ibi add. marg. eod.

Possessionem ciuilem, & naturalem clam occupans non potest vsucapere, vel præscribere propter malam fidem suam; sed si is alij bona fide accipienti tradiderit ex causa vendicationis, vel simili, iste possessor bonæ fidei cum titulo rectè potest vsucapere, l. furtum, 37. §. fi. cum l. seq. eod.

27 Possessionis, & vsucapionis causa separata est, & ideò à possessione ad vsucapionem non fit rectè illatio. l. 2. §. 1. & ibi gl. separata. & add. marg. pro emptore.

Possessionem, & titulum licèt quis habeat, non tamen sequitur propterea quòd vsucapiat: quia etiam bona fides requiritur, d. §. 1.

Possessionem sibi ereptam licèt quis in continenti recuperet, interrumpitur tamen vsucapio, vel præscriptio, † reprob. gl. quam vi. in l. qui possessionem, 17. de vi, & vi armata.

Possessionis initium inspicitur, quale fuerit in rebus, quib. præscribendis non requiritur titulus, gl. pe. & ibi add. mar. in l. 1. §. fi. de itinere, actúque.

Possessio post litis contestationem continuata non prodest præscribenti ad possessionem, l. moræ litis, 26. C. de rei vind.

Possessione decennij non præsumitur quis dominus, conuentus tamen rei vindicatione, non tenetur probare titulum, sed sufficit probare possessionem longam. gl. 1. in l. 4. C. communi diuidundo.

Possessio continua triennij, vel x. vel xx. ann. est causa causans mediata dominij quærendi, gl. 1. in l. 1. C. per quas personas nobis.

Possessio sola ciuilis rei, quam quis solo animo retinet, impedit ne possidens naturaliter præscribat eam. gl. mag in fi. in l. 1. C. de seruis fugitiuis.

Possessio improba non tribuit ius vsucapiendi, l. improba. §. 1. C. de acqui. posses.

Possessio acquisita corpore, & animo potest vsucapi triennio, vel præscribi decẽnio, vel vicennio, nisi aduersarius interpellet possessorem mouendo ei litem, & eam contestando: quia licèt eam corporaliter teneat non videtur possidere, cùm iam dubitet, & vacillet de possessionis iure, l. nemo, & ibi gl. 1. C. eod.

Possessio, quæ animo solo retinetur, ita legitimum effectum vsucapiendi habet, nullus mouet litem, aliàs præscriptio interrumpitur, gl. 3. ibi.

Possessio diutina sine titulo obtenta non prodest ad præscriptionem longi temporis, l. 4. C. de præscriptione longi temporis.

Possessionis detẽtatio imitatur litis contestationem quoad præscriptionem interrumpendam. l. cum notissimi. §. imò. C. de præscr. 30. vel 40. ann.

Reliqua verbo, Possessor, 4. Possidens. 4. 5. Interruptio, Præscriptio, 1. vsque 11. & 15. vsque 18.

28 POSSESSIO rei corporalis transit etiam herede errante, si errando dominium, vel possessionem tradit, aliter non daretur condictio aliqua, gl. exceptione, in l. si cùm te. de pactis.

Possessio, quam habuit defunctus, quasi coniunctim descendit ad heredem, l. cùm miles. 30. ex quib. cau. maio.

Possessio continuatur à testatore in heredem quoad vsucapionem complendam, quæ completur etiam antequàm hæres, possideat, nisi medio tempore fuisset ab alio apprehensa, gl. quasi. ibi

Possessio non continuatur à testatore in heredem, nisi apprehendatur, fallit tamen quoad vsucapionem complendam. ibi.

Possessio præsumitur tradita, quando contractus vel donationis, vel venditionis in ipso fundo est factus, l. quædam mulier. 77. de rei vindicatione.

Possessionis translatio in pœnam eius, qui negat, fit officio iudicis vel condictione ex lege, l. fi. & ibi. gl. 2. eod.

Possessionem tradere, vel causam vacuam dimittere paria sunt, l. quemadmodum. 38. §. 1. de noxalib.

Possessio superueniens heredi parit condemnationem ex instantia cœpta cum defuncto, l. si ad exhibendum. ad exhib.

Possessio transit etiam vbi contractus non tenet, l. bona fides, §. fin. & ibi gloss. fi. deposit.

Possessio in rebus commissis in fiscum, & vacantibus non transfertur in fiscum, licèt transferatur dominium; quia præscriptio currit in talibus contra fiscum, & ita fiscus non possidet; sed præscriptor, gl. dominium. in l. si fratres, 53. §. idem respondit. pro soc.

Possessionis vacuæ traditio non potest alio modo probari, quam quòd diu author, vel eius successor possederit, quoniam si ab aliquo possessa res non fuerit vacua possessio intelligitur, & illud diu intelligitur iudicis arbitrio secundum qualitatem personarum, & factorum, & aduersarij tolerantiam, l. pen. in add. marg. de distractione pignorum.

Possessio per traditionem transfertur ex inutili contractu, l. 1. §. si vir vxori. de acq. poss.

Possessionem, quam ante actum traditionis non habuit; sed in ipso actu tradi quæsiuit, potest quis transferre, l. interdum, 21. eod.

Possessio sub conditione de futuro tradi potest, sicut & res possunt tradi sub conditione. non tamen fiunt accipientis, antequàm conditio extiterit, l. qui absenti. 38. §. 1. eod.

Possesionis traditio nõ probatur per instrumentũ, l. prædia 48. & ibi add mar. e

Possessio sine traditione non transfertur, quamuis Ecclesiæ, vel piis locis quocũque titulo sibi relicta, gl. in rem. in l. vt inter diuinum. 19. C. de sacrosanctis

Possessio liberationis potest quis sola voluntate perdere, vel transferre: dominium autem non potest, gl. fin. in l. cum falsa. C. de iuris, & facti.

Possessio bonorum non potest in aliquem transferri, nisi iuris ordine seruato, l. si pacto, 14. de pactis.

Possessionis traditio aut operatur dominium, aut vsucapiendi conditionem, glos. 1. in l. 1. C. per quas perso. nobis.

Possessio, & dominium transfertur ex inutili contractu, obligatio nõ: quia obligatio iuris est; vnde ex legitimo tantùm contractu nascitur: possessio verò est facti, ideoque sine obligatione quæritur, glos. fi. in l. multum. C. si quis alteri, vel sibi.

Possessionis vacuæ traditione ad dominij translationẽ, vel ad donationis perfectionem non est opus, gl. 1. in l. si te vacuam. 23. C. de donat. inter vir.

Possessionem iussus tradere non videtur tradidisse, si vitiosam tradidit, glos. 3. in c. 1. per quos fiat inuestitura.

Possessio corporalis transfertur per patientiam itẽ per retentionẽ vsusfructus, item per designationem, item per oculorum subiectionem: dum tamen effectus interuenit: item per alterius rei traditionem: putà clauiũ, horrei, vel cellæ vinariæ: item per conductionem, gl. 3. in c. 1. de consuet. recti feudi.

Possessio incorporalis transfertur tribus modis; scilicet cessione, quæ in incorporalibus idem est, quod in corporalibus traditio; secundo quãdo dominus sinit vasallum, & patitur vti re incorporea veluti iurisdictione. Tertiò traditione castri cum territorio consequitur etiam iurisdictionis traditio, d. glo. 3. in add. marg. ibid.

Possessio potest transferri etiam sine apprehensione rei multis modis: putà per solum visum, per venditionem rei commodatæ, vel depositæ, per traditionem clauium, vel instrumenti, per conductionem de re propria factam: scilicet quando quis etiam rem suã vult possidere nomine alterius, gl. trãsfert. in add. in §. item si quis. Inst. de rerum diuis.

possessio per triennium, vel x. vel xx. ann. quæ prodesse cœperat defuncto, continuatur in hæredem, & bonorum possessorem, licèt ipse heres sciat esse rem esse alienam, §. diutina possessio. Inst. de vsucap.

Possessio x. vel xx. annorum, in qua defunctus non habuit iustum initium, non prodest heredi, nec bonorum possessori, etiam si ignorent. ibid.

Possessionem intrandi facultas propria authoritate transit ad heredem creditoris; sicut aduersus debitoris heredem, si sit eius conditionis, & qualitatis, cuius debitor, l. si ita stipuler, 92. & ibi add. marg de verb. oblig.

Reliqua verbo, Claues, Traditio, Translatio, Dominium, 10. vsque 19. Procurator, 17. 18. 19. Tradens, Traditio.

POSSESSIO sicut retinetur solo animo, ita & sola detentatione retinetur, l. si finita. §. si quis metu & ibi add. marg. de damno infecto. 30

Possessionem retinemus animo in seruo fugitiuo, gl. pe. in l. si cui de libertate, 25. §. fi. de liberali causa.

Possessionem tantùm naturalem habens per se, vt est fructuarius, licèt exeat de fundo, nec sit de proximo, & vadat quocunque, retinet eam, gl. 2. in l. 1. de acq. poss.

Possessio sola ciuilis, seu iuncta cum naturali exeundo de fundo, qui per decẽ milliaria non est in conspectu, vel non est in propinquo, sola animo retinetur, d. gl. 2. in fi.

Possessionem naturalem retinet solo animo ille, qui credit se naturaliter possidere, gl. ait. ad fi. in add marg. ibid.

Possessio solo animo retinetur, gl. animo, in l. 3. eod. & d. gl. ait. ad fi. in l. 1. eod. & gl. 1. in l. 4. C. eod.

Possessio solo corpore potest retineri, gl. animo. in l. 3. §. si amittẽda. de acq. pos.

Possessio ciuilis rei mobilis animatæ excepto homine tamdiu animo retinetur, quamdiu per facultatem apprehendendi naturalem custodiam eius coerceatur, vel ex consuetudine redeundi, d. l. 3. §. Nerua.

Possessionem ciuilem retinet absens animo: sed non naturalem; quia statim atque non insistit pedibus, vel non videt rem, perdit naturalem, nisi sit talis, qui tãtum naturaliter possideat, vel qui retineat per alium, d. §. Nerua. & ibi gl. possideri.

Possessionem retinet quis per colonum, inquilinum, vel seruum suum, nec perdit, 31
licèt ipsi moriantur, aut efficiantur furiosi, l. si id, quod, 25. §. 1. eod.

Possessionem rerum peculiariũ retinet quis per seruos suos animo, & corpore, sed nõ peculiares retinet, & per seruos, & per colonos, & inquilinos suos corpore naturalem: sed suo animo ciuilem possidet, gl. possidemus, & gl. quicquã. & ibi add. marg. ibid.

Possessionem retinẽs animo nõ amittit, eò quòd posteà furere cœperit: quia furiosus non potest desinere animo possidere, l. si is, qui animo, 27. eod.

Possessionem naturalem non retinet hereditas per colonum, per quem retinebat defunctus, gl. non poterit, in l. qui vniuersas, 30. §. quod per colonum. eod.

Possessionem ciuilem retinet quis per se; sed naturalem per colonum, depositarium, vel commodatarium primum, & si alij locet, commodet, vel deponat, etiam si ita ambulet per mille manus, nisi primus colonus, depositarius, vel commodatarius tradiderit alicui alienando; quia tunc non possidet per aliquem, d. l. qui vniuersas, §. fi. & ibi gl. fi.

Possessionem ciuilem, & naturalem retinet locator per colonum, etiam absentẽ, si animo reuertendi affuit, nisi alius interim possideat, & fruatur, l. si colonus, 31. & ibi gl. 1. & add. marg. eod.

Possessionem retinet quis per pupillum conductorem, etiam si conductio sit inutilis: & per mandatarium, licèt mandatum sit inutile ad obligandum, l. quãuis, 32. & ibi gl. 2. eod.

te conuentione contraria inita cum suo authore, l.si.C.sine censu, vel reliquis.

Possessores tenentur ad publicas pensitationes, nisi quando heres non possidens exigitur à legatario, non à fisco, gl.si.ibid.

Possessor antiquior potest contra secundum possessorem, etiam bona fide possidentem, implorare officium iudicis, vel agere condictione ex lege si colon. gl.pe.in addit.in l.2.C.de furtis.

Possessor non præsumitur hodie, eò quòd olim possederit, gl.2. in l.ciuile.5.C. eodem.

Possessor rei furtiuæ ex vrbanitate tenetur authorem suum in iudicio nominare, d. l.ciuile.

Possessor, quilibet præsumitur ignorare rem esse alienam, glo.1.in l.pen. C. de præscrip.long.temp.

Possessor conuentus quacunque actione si negauit rem esse eius, cuius esse actor affirmat, & post probationem actoris confitetur, & ad exceptionem decurrit priùs rei possessione priuatur, & in actorem transfertur per officium iudicis quàm de iure suo audiatur, §.illud quoque in iudiciis, & ibi gl.& legem, in anthen. de triente.& semisse.

Possessor cui ager desertus de nouo assignatus est per fiscum, non tenetur ad tributa præterita, gl.fi.in l.fi.C.de fide instru.lib.10.

Possessores prædiorum rusticorum dicuntur magis idonei, quàm vrbanorum, l. fi.in fi.C.de debitorib.ciuit.lib.11.

Possessori datur defensio propter defensionem: intellige iustam, gl.2.in c.1.qui successores teneantur.

Possessor dicitur dominus per præscriptionem triennalem, quæ non currit filio in potestate constituto, l. 1. & ibi glo. fi. & auth. nisi tricennale. C. de bonis maternis.

Possessor si decem annis inter præsentes, & 20. inter absentes bona fide, & iusto titulo possideat rem mobilem, tuebitur se præscriptione contra creditorem intendentem hypothecariam, cùm possit se tueri contra dominum, multò magis contra creditorem, † glo.fi.in l.1.C.si aduer.credit.

Possessor extraneus possidens immobilia hypothecæ obligata titulo, & bonà fide præscriptis hypothecariæ actioni longo tempore: personalis autem contra debitorem salua remanet, d.l. 1.& ibi gl.fi.

Possessor bonorum vacantium fisco ea præscribit quadriennio, computando à tempore denunciationis fisco factæ, & quo cæperant bona esse vacantia, l.1.& ibi glo. 1.C.de quadriennij præscriptio.

Possessor præscribens si sit absens, vel furiosus, vel infans, tutore, vel curatore carens, potest fieri ei interruptio præscriptionis porrigêdo libellum coram præside, & successiue coram episcopo, vel defensore, & vltimò per publicam, & solennem protestationem factam ad eius domum, l.2.C. de annali exceptione.

Reliqua verbo, Titulus, Heres, 63.64.

5 POSSESSOR malæ fidei tenetur vltrà quàm sit factus locupletior, gl. 1. in l. Iulianus.ex quib.caus.ma.

Possessor malæ fidei non debet esse melioris conditionis, quàm possessor bonæ fidei.glos.ipsas res.& glos.verum pretium.in l.si possessor, 23.§.restituere.de de peti.hered.

à Possessore malæ fidei res mobiles alienatæ fiunt furtiuæ, glos.diminutæ.ibid.

Possessor, vt post litis contestationem constituatur in mala fide, non requiritur, quòd sciat rem ad alium pertinere: quia etiamsi remaneat in se bonæ fidei possessor: tamen præsumptione iuris, & de iure per litis contestationem efficitur malæ fidei quoad fructus, † gl.cæpit, in l.sed etsi, 23.§.etiam si ante.eod.

Possessor malæ fidei nauis, absque eo, quòd sit fur, potest esse quis fictione, vt quia sit heres eius, qui sciebat alienam nauem, hoc est cômodatarij, vel similis: & hic heres ignorabat alienam, gl.iure.in l.si nauis, 62.de rei vindicat.

Possessor bonæ fidei tenetur in quantum factus est locupletior, & non vltra, l. sed etsi lege, 28.§.1.de pet.hered.

Possessor bonæ fidei domino fûdi illud modicum tantùm tenetur præstare, quod honoris gratia sibi datum est, eò quòd militibus fûdus, quem possidebat, fuisset assignatus, l.item veniunt.§.1.de rei vindicat.

possessor bonæ fidei rem ex causa transactionis sibi traditam vsucapere potest: rem verò ex causa transactionis retentam, vel ei liberatam non vsucapit. l.ex causa.& ibi glo.1.C.pro emptore.

Reliqua verbo, Bonæ fidei possessor, Fructus, 8.9.10. Malæ fides, 3.4. Possessio, 1.2.6.

6 POSSESSOR post litis contestationem tenetur de facto eius, cui vendidit, sicut de suo facto, † l.Iulianus 17.& ibi glos.1.de rei vindic.

possessor re perempta in subsidium tenetur actione negotiorum gestorum ad pretium eius, licèt non habuerit titulum lucratiuum, si ei contra perimentem potest esse consultum. †.ibid.

possessor si moram faciat in reddendo seruo, & seruus mortuus sit dolo, vel culpa possessoris, tenetur ad pretium, & fructus fructuum vsque ad tempus rei iudicatæ, d.l.Iulianus.

Possessor post moram re perempta tenetur ad fructus, & ad omnem causam, & sic partus veniunt in restitutionem, & etiam partus partuum.ibi.

Possessor si dolo malo desierit possidere hominem, & alius per iniuriam eû occiderit, propter dolum cogitur præstare pretium hominis, aut actionem in rê, vel actionem Aquilianam, prout actor voluerit, d.l.Iulianus.§.quòd si dolo.

Possessor si seruum deteriorem fecit dolo malo, deinde ante litis contestationem sine culpa sua mortuus sit, ille possessor non tenebitur domino serui rei vindicatione, neque ad pretium, neque ad damnum: tenetur tamen lege Aquilia ad æstimationem datam præstandam. l.sin autem, 17.§.si homo mortuus.& & ibi gl.mortuus.eod.

Possessor si seruum deteriorem facit dolo malo, & lite contestata sine culpa sua mortuus sit, tenetur officio iudicis ad æstimationem eius, quo deteriorem eû fecerit, cùm officium iudicis sit per litis contestationem corroboratum, d.gl. mortuus.& ibi addit.marg.& glo.petitoris.ibi.

Possessor si seruus deterioratus, qui etiamsi non fuisset deterioratus, similiter fuisset mortuus sit ante litis contestationem, non habet locum rei vindicatio, neque iudicis officium super damno, subducta principali actione, locum habere potest: secùs si fuisset mortuus post litis contestationem, d.gl.petitoris.

Possessor, qui non est totaliter malæ fidei, non tenetur de interitu, si res erat peritura penes petitorem, l.item si verberatum. 15.§.fin.de rei vindicatione.

Possessor conuentus actione in rem, etiam culpæ nomine condemnatur: velut si per insidiosa loca seruum misit, & is periit, l.qui petitorio, 37.§.fi.eod.

Possessor si seruum à se petitum in arena esse concessit, & is mortuus sit culpæ nomine condemnatur, & idem si seruum fugitiuum à se petitum non custodiuit, & is fugit, ibid.

Possessor si nauem à se petitam aduerso tempore nauigatum misit, & ea naufragio sit perempta, condemnatur de culpa: secus si non aduerso tempore misset, d.§.fi.& ibi glo.fi.

Possessor infans, vel furiosus si perdiderit rem, vel corruperit, non tenetur domino, nisi sit proximus pubertati, l.quod infans, 60.eod.

Possessoris diligentia res melioratur, & negligentia deterioratur, gl.1. in. l.1.C. de rescind.vend.

Possessor omnis violentus tenetur etiam de casu, gl.periculo, in l. qui ratio, 30.de pign.act.

Possessor malæ fidei tenetur ad rem, & ad interesse deteriorationis, l. non solùm. 13.de rei vindic.

possessor malæ fidei si possideat hominem, & eum debilitatum, vel vulneratum restituat, tenetur domino ad interesse deteriorationis actione in rê, & actione legis Aquiliæ: sed vna per aliam tollitur, prout actor elegerit, d.l. non solùm.cum l.seq.

possessor malæ fidei, si eò quòd vineas, pomaria, hortós extra consuetudinem defuncti coluerit, peiora sint facta illa prædia, tenetur præstare litis æstimationem eorum prædiorum, quanto peiora facta sunt, l.ei, qui partes, 57.§.fi.de pet.hered.

possessor malæ fidei restituta re cum deterioratione dominus ei cauere debet de defendendo, vel se non acturum lege Aquilia, † gl.habebitur.in l. non solùm 13.de rei vindic.

Possessor malæ fidei si in contumeliam petitoris seruum verberatum: sed non deterioratum tradiderit, tenetur domino actione iniuriarum, l.item si verberatum.15.eod.

Possessor malæ fidei ab initio tenetur indistinctè de casu, etiamsi eodem modo esset peritura res penes actorê: sufficit enim quod actor potuit distrahere, gl. fi.in l.item si verberatum.15.§.fin.& gl.non enim, in l.non vtique. 16.eod.

Possessor quilibet post litis contestationem quantum ad fructus dicitur malæ fidei: sed non quantum ad interitum rei, & casum: nisi se debere sciat, & non habuit iustam causam litigandi, quo casu tenetur, si res penes actorem nô erat eodem modo peritura.ibidem.

possessor quilibet malæ fidei & sine titulo tenetur ad fructus perceptos, & quos percipere potuit dominus, l.fructus, 34.& ibi glos.1.de rei vindic. 8

possessor malæ fidei tenetur de culpa, l.si homo 46.eod.

possessor bonæ fidei post litis contestationem, & possessor malæ fidei pares sunt quoad hoc, vt ambo similiter teneantur de culpa, d.l.si homo.& ibi gl.1.

possessor bonæ fidei ante litem contestatam tenetur de dolo: post litem contestatam tenetur etiam de culpa, ibi.& gl.sine dolo.in l.si quo, 44. de pet. hered.

possessor bonæ fidei possidens hominem si dolo malo debilitauerit, vel vulnerauerit, tenetur domino ad hominem, & ad interesse deteriorationis, gl.habebitur.in l.non solum, 13.de rei vindicatione.

Possessor bonæ fidei factus malæ fidei per litis contestationem, si iustam causam litigandi habuit, nullo modo tenetur de casu, d.gl.fi.& l.vtique, 16. & ibi glo. non enim eodem.

Possessor bonæ fidei etiam post litis contestationem licèt non teneatur de interitu: tamen re perempta est necessaria sententia propter fructus, & partus, & stipulationem de euictione, d.l.item si verberatum, §.fi.d.l.vtique.

Possessor cedendo actionem liberatur, si pecunia per possessorem deposita perdatur, l.item videndum.20.de probatio.

Reliqua verbo, Mala fides, 3.4. Bonæ fidei possessor, per tot. Emptor, 26.

à POSSESSORE quolibet siue bonæ, siue malæ fidei omne lucrum auferendum est, l.post senatusconsultum, 31.de petit.hered. 9

Possessor quilibet etiam cum titulo tenetur restituere fructus naturales etiam consumptos: quia in eis agitur de mero lucro, cum acquirantur sine impensa, & sine industria hominis, gl.fructus.& ibi add.in §.si quis à non domino. Inst. de rerum diuis.

Possessor omnis etiam malæ fidei deducit sumptus causa fructuum factos, cum nullus casus sit, qui eorû sumptuum in fructibus factorum deductionem impediat, vt l.si à patre, vel domino, 39.§.fi.& ibi gl.fi de pet.hered.

Possessor bonæ fidei deducit sumptus factos causa fructuum, etiam si nullos fructus percipiat, l.quòd si sumptus, 40.de petit.hered.

Possessor omnis etiam malæ fidei re extante deducit expensas vtiles, & necessarias factas ad perpetuam rei vtilitatem; sed re perempta bonæ fidei possessor deducit tantùm necessarias: sed non malæ fidei, l.planè, 41.& ibi gl.2.eod.

Possessor bonæ fidei impensas voluptarias deducit: sed non malæ fidei possessor licèt illas possit auferre, quæ sine detrimento rei auferri possunt, l.vtilis, 42. eodem.

Possessoris bonæ fidei efficiuntur fructus statim, atque à solo fuerint separati, l. si eius fundi, 77.de rei vindicatione.

Possessori malæ fidei pro expensis consulitur per officium iudicis: sed non per doli exceptionem, † gl.desideratur.in l.planè, 41.de pet.her.

Possessoris commodum indignissimè consequitur ille, qui liberum hominem vi rapuit, & in vinculis tenuit, l.si quis, 20.de probatio.

Possessor post motam controuersiam videtur non possessor, & in quibusdam habetur malæ fidei, vt scilicet teneatur de fructibus perceptis, & percipiendis, quando habet scientiam rei alienæ: & quoad quædam bonæ fidei, vt quoad fiscalitatem, nisi habeat scientiam rei alienæ, gl.pe.in l.nemo.C.de acq.posses. 10

Possessor post litem motam implet vsucapionem triennij, licèt de effectu non prosit, & facit fructus suos, si remanet bonæ fidei.ibi.

Possessor post litis contestationem tenetur de fructibus perceptis, & percipiendis, quod obtinet etiam in eius herede, l.2.C.de fructib.& litium expens.

Possessor victus si non restituat rem, tenetur ad restitutionem rei, pro qua sunt quatuor auxilia, & ad fructus perceptos extantes, vel etiam ad non extantes:

sed

Poſſeſſor bonæ fidei,ſi extraneo furtum liber commiſerit,poſtquam liber eſt cognitus ,non poteſt conueniri;ſed ipſe liber pro furto tenetur.ibi.

Reliqua verbo,Seruus,126.vſque 129.

16 Possessor falsò exiſtimans homines armatos venire ſi metu fugit,& deceſſit de poſſeſſione:et ſi poſſeſſionem amiſerit:quia aufugit;non tamen habet edictum, quod metus cauſa,nec interdictum vnde vi,& idem ſi verè veniebant homines armati : ſed aliò tendebant, nec ſunt ingreſſi poſſeſſionem. l. 3. in §. proinde.& ibi gl.cum armatos.& gl. deiectum.in §.ſi autẽ.de vi , & vi armata

Poſſeſſor videns homines armatos aliò tendentes venire,ſi dum fugit,ſint ingreſſi,habet interdictum vnde vi, quaſi vi deiectus, & quaſi ex poſtfacto ad id veniſſe videantur.d.l. 3.§.armis.& §.deinde.& gl.deiectum.in §. ſi autem dominus.eod.

Poſſeſſor videns homines armatos venire ad deiiciendum eum,ſi diſceſſit de poſſeſſione, habet interdictum vnde vi,etiam ſi non fuerint ingreſſi † dict. glo. deiectum.

Poſseſsor videns homines armatos ad ſe venire, ſi diſceſſit de poſſeſſione , & illi in poſseſſionem ſint ingreſſi,habet interdictum,vnde vi.ibid.

Poſseſsore aliàs abſente,nec aufugiente ſi homines armati ſint ingreſſi, nec eum reuertentem admiſerint, habet locum interdictum vnde vi:ſed ſi eum reuertentem non fugauerint,ſed metu diſceſſit poſseſsor, & accedere noluit, videtur quaſi metu eius poſseſsionem ceſſiſse , & habet locum quod metus cauſa, & non interdictum vnde vi : ſecùs ſi non rediit credens ſe non admittendum, vel deiiciendum;quia tunc habet interdictum vnde vi.ibid.

Poſseſsori non ſolùm permittitur reſiſtere,ne deiiciatur:ſed etiã ſi deiectus fuerit, poterit in continenti eum deiicere : ſed non ex interuallo. dict.l.3. §. eum igitur.

Poſseſsorem turbare dicitur non ſolùm is , qui poſseſsorem expellit : ſed etiam qui contra eius voluntatem detinet,glo.1.in addit.marg.in l.vim facit.eod.

Poſseſsorem violentum quamuis non liceat expellere ex interuallo:tamen eſt licitum inquietare quandocumque etiam ex interuallo,glo.fi.& ibi add. marg. in l.1.§.ſi.vti poſſid.

ex Poſseſsoribus duobus ille ſuccumbit in interdicto vti poſſideris,qui ab altero poſſidet iniuſtè:ſed ſi vterque poſſideat iniuſtè neuter vincet,l.3.vti poſſideris.

Poſseſsor violentus tenetur interdicto vnde vi poſseſſionem reſtituere cum fructibus perceptis,& percipiendis,l.4.C.vnde vi.

Poſseſsor non conuentus,nec citatus non debet in ſua poſseſſione turbari etiam ex reſcripto principis, vel ex interloquutione iudicis,l.fin. C. ſi per vim , vel alio modo.

Reliqua verbo,Deiectus,Eiectus,Interdictum,16.17.vſque 29.Poſſidere, 6. Cauſa,4.Poſſeſſio, 3.19.20.

17 Possessor non dicitur creditor, qui pignus accepit, quo ad hoc vt ſatiſdare de iudicio ſiſti non teneatur,licèt quo ad alia multa dicatur poſseſsor,l.ſciendum.§.poſseſsor.& ibi gl.1.qui ſatiſdare cogan.

Poſseſsor fundi dotalis dicuntur tam vxor , quàm maritus , quoad hoc , vt ipſi non teneantur præſtare ſatiſdationem de iudicio ſiſti.d.§.poſseſsor.

Poſseſsor rei immobilis non dicitur ille, qui habet actionem perſonalem ad fundum,d.l.ſciendum.§.ſi fundus.

Poſseſsor rei immobilis, non dicitur ille, qui habet actionem realem,vel perſonalem ex teſtamento, vel ex ſtipulatu ad eandem rem,gl.perſonalem.ibi.

Poſseſsor immobilium dicitur tutor, ſiue poſſidet ipſe , ſiue eius pupillus , vnde tutor euitat ſatiſdationem de iudicio ſiſti.d.l.ſciendum.§.tutores.

Poſseſsor immobilium licèt releuetur ab onere ſatiſdationis de iudicio ſiſti,non tamen releuatur ab onere ſatiſdationis de iudicatum ſoluendo, gloſ. tutores. ibid.

Poſseſsor fundi, qui victus per ſententiam appellauit , releuatur à ſatiſdatione de iudicio ſiſti quantum ad alium , qui controuerſiam de iſta re non facit,d.l. ſciendum.§.pe.& ibi gl.poſſit.

Poſseſsor fundi, qui victus per ſententiam appellauit,& appellationem deſeruit, appellatio deſerta releuat appellantem à ſatiſdatione de iudicio ſiſti.ibid.

Poſseſsor immobilium an quis ſit , quoad euitandam ſatiſdationem de iudicio ſiſti,inſpicitur tempus præſtandæ cautionis,an poſſideat immobilia, vel non: non autem tempus præcedens,vel ſequens,d.l.ſciendum.§.fi.

Poſseſsor fundi conuentus ſi ſit relatus ob illius poſseſsionem ab onere ſatiſdandi,ſi deinde vendidit illum,non tenetur denuò præſtare ſatiſdationem.ibi

Poſseſsor conuentus an habeat immobilia , quoad euitandam ſatiſdationem de iudicio ſiſti,inſpicitur tempus ante litis conteſtationem.glo.tempus.ibid.

Reliqua verbo,Poſſidere,5.

18 Possessori , qui ſoluit litis æſtimationem,cùm poſset reſtituere rem,petitor nõ tenetur cauere de euictione.l.& ex diuerſo.36.§. fi.de rei vindicatione.

Poſseſsor conuentus rei vindicatione,& condemnatus in litis æſtimatione , ſtatim,atque ſoluerit litis æſtimationem , dominium illius rei pertinet ad eum, ſi res præſens ſit : ſi verò res ſit abſens:id eſt non ſit in poteſtate rei, cùm poſſeſsionem eius poſseſsor nactus ſit , dominium quærit. l. eius rei, 47. cum l. ſeq.eod.

Poſseſsori, qui poſt litis conteſtationem culpa deſiit poſſidere,& propterea litis æſtimationem ſoluit, ſunt cedendæ actiones,& competunt vtiles ſine ceſſione contra extraneum,& etiam contra dominum, cui litis æſtimationem ſoluit.l. ſi culpa,63.eod.

Poſseſsori , qui dolo deſiit poſſidere,etiam ſi litis æſtimationem ſoluit , non cauetur,nec ceduntur actiones,nec habet Publicianam glo.1.ibi & l.is,qui dolo, 69 eod.

Poſseſsor pignoris , ſi litis æſtimationem ſoluit creditori , excipit contra dominum vendicantem illud,niſi ſibi debitum offerat.l.2.quibus modis pignus.

Poſseſsor ſi litis æſtimationem ſoluit, incipit poſſidere pro emptore,& vſucapere eo titulo , ſi ea res non erat petitoris, aliàs ſtatim fieret eius,& ſic vſucapio ceſſaret.l. ..& ibi addit.marg.& gloſ.fin de vſucapione pro emptore.

Poſſeſſor ſoluens litis æſtimationem ex cauſa tranſactionis , non vſucapit pro emptore,vel pro tranſacto,cùm non habeat cauſam à petitore.ibid.

Reliqua verbo,Petitor,Lis,5. Aeſtimatio,1.2.

19 Possessor iuſſus reſtituere , ſi iudici non paret contendens per mendacium ſe non poſſe reſtituere.ſi poſſidet,manu militari iudicis officio ab eo transfertur poſſeſſio cum fructibus,& omni cauſa in petitorem, l.qui reſtituere , 68.de rei vindicatione.

Poſſeſſor iuſſus reſtituere ſi implorat tempus ad reſtitutionem,debet illi dare illud.gloſ.contentens.ibi.

Poſſeſſor iuſſus reſtituere rem,ſi nolit eam reſtituere, petitor habet electionem vel quòd poſseſsio ei auferatur manu militari,vel quòd ſoluat , quod in litem iurauerit ipſe petitor.gl. dumtaxat.ibi.

Poſseſsor iuſsus reſtituere ſi non poteſt reſtituere,quia dolo deſiit poſſidere,condemnatur in quantum aduerſarius in litem iurauerit habita taxatione à iudice,d.l.qui reſtituere.& ibi glo.vlla.

Poſseſsor iuſſus reſtituere ſi non poteſt reſtituere, nec facit quominùs poſset reſtituere,non tenetur in pluſquàm in veram æſtimationem rei, vel in aduerſarij intereſse.ibi.

Poſseſsor hypothecaria conuentus habet facultatem reſtituendi rem,& ſoluendi debitum.l.ſi fundus,16.in vindicatione.de pignorib.

contra Poſseſsorem non reſtituentem iuratur in litem,& ſic creditor per tale iuramentum conſequitur à poſseſsore extraneo , pluſquàm ſit verum debitum: ſed ab ipſo debitore nihil plus poteſt conſequi,† glo.in rem.ibi.

Poſseſsor conuentus rei vindicatione ſi decedit ante litẽ conteſtatam,& poſt ſatiſdationem præſtitam de iudicatum ſoluendo,pluribus heredib.relictis,& ad vnum tantum peruenit poſseſſio,de qua agitur,ille ſolus condemnatur ad reſtitutionem totius rei, licèt de ſtipulatione iudicatum ſolui dubium ſit an cõtra eum committatur:ſed ſi deceſſit poſt litem conteſtatam.non condemnabitur niſi pro parte,licèt rem in ſolidum poſſidebat,† l.2.§.ſed ſi vnus.& ibi glo. marg.de prætoriis.ſtipulatio.

Poſseſsor poſt quam aduerſarius obtinuit in rei vindicatione , ſi nolit reſtituere rem,iuriſiurandi in litem ſolennitate ſecuta, condemnatur in id.l.à poſſidentibus,21.C.de rei viedicatione.

Poſseſsor nõ reſtituens rẽ obtinenti in rei vindicatione , cogitur manu militari, ſi res eſt præſens,& datur etiam iuramentum in litem, ſi dolo deſiit poſſidere, vel ad intereſse,vel ad veram æſtimationem.glo.fin.ibid.

Possessorem bonorum hereditariorum creditor hereditarius poteſt conuenire , quando eſt incertum , an ſcriptus, an legitimus ſit heres.gloſ.fin.in l. controuerſia de tranſactio. 20

Poſseſsor hereditatis non poteſt vſucapere longo tempore.titulo pro herede, cùm heres nõ ſit,niſi habeat iuſtam cauſam credendi ſe heredem, & ſic habeat quaſi titulum , vnde poſſit vſucapere titulo pro herede , glo.1.in l.Iulianus.ex quibus cauſis maiores.

Poſseſsor hereditatis victus à vero herede petitione hereditatis habet retentionem rerum hereditariarum propter expenſas per eum factas, & pecuniam ſolutam de burſa ſua legatariis,ſi ſibi culpa imputari non poſſit.l.quòd ſi poſſeſſor.19.de petitione.heredit.

Poſseſsor bonæ fidei hereditatis non tenetur reſtituere pœnam, quã à debitore hereditario conſequutuseſt , eò quod debitor iuxta promiſſionem non ſtetit certa die in iudicio.l.at vbi vi.27.de petitio hered.

Poſseſsor bonæ fidei hereditatis non tenetur præſtare pœnam , quam conſequutus eſt ab eo, qui promiſit eam, ſi eum vi deiecerit.d.l.at vbi vi.&;ibi gl.1.

Poſseſſore reſtituente hereditatem liberatur, qui dolo deſiit poſſidere,non ita econtra,gl.peti poterit.in l.ſed & ſi.l.28.§.proinde.eod.

Poſseſsor hereditatis non tantùm hereditatem : ſed etiam acquiſita per ſeruum hereditarium extra rem poſſeſſoris tenetur reſtituere verò heredi per petitionem hereditatis, vel per querelam:non tamen tenetur reſtituere acquiſita per ſeruum hereditarium ex re ipſiuſmet poſſeſſoris. l. per ſeruum. 35. cum l.ſeq. eodem.

Poſſeſſor malæ fidei ſi ante aditam hereditatem animo à vero herede occiderit ſeruum hereditarium, verus heres habet electionem agendi contra poſſeſſorem vel petitione hereditatis,vel lege Aquilia,& altera debet eſse contentus: ſi verò occiderit poſt aditam hereditatem,tantùm habet actionem legis Aquiliæ.l.ſi à patre,39.§. poſseſsor.eod.

Poſseſsor malæ fidei ſi ſeruum hereditarium occidit, etiam poſt aditam hereditatem à vero herede tenetur petitione hereditatis ad reſtituendum ſeruum; non ideò,quia occidit:quia tũc tenetur tantum lege Aquilia: ſed quia ſeruum habuit prius,& mala fide poſsedit eum , quem reſtituere erat obligatus , glo. ſi poſseſsor.ibi.

Poſseſsor hereditatis ſi cauerit damni infecti, euicta hereditate cauendum eſt ei ab herede.l.illud quoque,43.§.actiones.eod.

Poſseſsoris hereditatis ſeruus ſi in re hereditaria damnum dederit,vel furtum fecerit,liberatur dando vero heredi ſeruum pro noxa.d.l.illud.§,fin.

Poſseſsor hereditatis,vel rei ſingularis tenetur de re,quam poſſidet tempore litis conteſtationis,vel tempore ſententiæ:& hoc tam in petitione hereditatis,quã in rei vindicatione,vel in actione ad exhibendum,gloſ.1.in l.ſi quo tempore, 44.eod.

Poſseſsor hereditatis ſi pauciores res poſteà poſſidebat , quàm initio poſſidebat, ſi ſine dolo,& culpa eius id accidit, abſolui debet quo ad eas res,quas deſiit poſſidere. ibid. 21

Poſseſsor etiam bonæ fidei euicta hereditate tenetur reſtituere totũ , quod lege Aquilia exegit:id eſt duplum propter inficiationem.l.euicta.58.eod.

Poſseſsor hereditatis ſi cõuentus ſit à Titio petitione hereditatis,& etiam à Seio eadem petitione hereditatis,ſi Titius prius obtinuit , debet ei reſtitui hereditas, ac ſi Seius non periiſset:ſed tenetur cauere poſseſsori euicto de conſeruãdo eum indemnem,ſi à Seio,vel ab alio conueniatur ipſe victus.l.pen.eod.

Poſseſsor vnius rei hereditariæ vero heredi tenetur etiam ſtricto iure tantùm ad rempoſseſsam,& non ad totam hereditatem,† gl. vindicabit.in l.1.§.1.ſi pars heredit.patatur.

Poſseſsor , & petitor ſi poſſideant hereditatem pro diuiſo, cùm vnuſquiſque eorum partem dimidiam hereditatis ſibi aſserat competere , inuicem petitione hereditatis petere poſsunt:ſed ſi petitor, & poſseſsor fatentur ſe eſse heredes, ambo experiri debent familiæ erciſcundæ iudicio,d.l.1.§.proinde.

Poſseſsor hereditatis poteſt partem hereditatis cedere, & partem contendere,& defendere,

defendere,l.permittendum.eod.
Possessor hereditatis malæ fidei tenetur de eo,quod dolo desiit possidere,vel do-
lo non adquisiuit,glos.posset in l.2.§.sed & si.de heredit.vel actione.
Possessor hereditatis bonæ fidei non tenetur restituere id,quod nõ debitum exe-
git,nec computare in restitutione id,quod non debitum soluit, nisi condem-
natus sine dolo suo soluisset.glos.non reputare.in d.l.2.§.solet.
Possessor bonorũ, vel heres putatiuus si sine sua culpa de fũdo hereditario vi de-
iectus sit,aut seruus hereditarius ab aliquo sit vulneratus, nihil ampliùs, quã
actiones, quas eo nomine habet, tenetur præstare vero heredi,l.fin.de admi-
nistr.tutorum.
Possessor malæ fidei hereditatis tenetur ad omne damnum dolo,& culpa sua da-
tum.l.sed & si,28.§.quod ait Senatus.de petitione hered.
Possessor malæ fidei hereditatis si per dolum, vel culpam à debitore hereditario
non exigit,vel à semetipso,& ideò ipse,vel debitor hereditarius tempore libe-
ratus sit,tenetur ad omne illud debitum,si exigere potuit.ibi.
Possessor malæ fidei hereditatis siue possideat, siue dolo desierit possidere, siue
eius culpa aliquid acciderit,tenetur petitione hereditatis.ibid.
Possessor hereditatis si postquàm verus heres eum conuenit, aliarúmque rerum
possessionem assumpserit,eas res tenetur restituere vero heredi, siue ante iu-
dicium acceptum,siue posteà acquisierit possessionem: & si fideiussores, quos
dederat ad litem,non sufficiant,de nouo debet idoneè cauere,l.si quo tempo-
re,44.de petitio.hered.
Reliqua verbo,Heres,97.Creditor,101.Bonæ fidei possessor,per tot.
22 POSSESSOR hereditatis bonæ fidei fructus,quos recepit, ex hereditate, suos
facit,† gl. omnes.in l.item veniunt,22.§.fructus.de petitio.heredit.
Possessor hereditatis bonæ fidei licèt fructus ex hereditate suos faciat: tenetur
tamen illos cum hereditate restituere vero heredi propter pensiones heredi-
tatis.ibi.
Possessor malæ fidei hereditatis petitione hereditatis tenetur de fructibus,quos
percepit,& potuit percipere:& idem in simplici rei vindicatione,l.sed etsi.28.
§.quod autem.& ibi gl.debuerunt.eod.
Possessor hereditatis si ab initio iustam causam habuit adipiscendæ possessionis,
posteà conscius ad se hereditatem non pertinere,etiam possideat, tenetur pe-
titione hereditatis ad restitutionem fructuum pari ratione,ac si ab initio fuis-
set in mala fide,d.l.sed etsi.§.de eo autem.de petitione heredit.
Possessor bonæ fidei hereditatis tenetur vero heredi restituere sortem,& vsuras,
quas percepit, vel actionem cedere, prout ipse possessor elegerit,l.Iulianus
33.& ibi gl.1.eod.
Possessor bonæ fidei hereditatis eos fructus tãtum tenetur restituere quasi aug-
mentum hereditatis,per quos locupletior factus est,l.illud quoque, 43.& ibi.
gl.relinquere.eod.tit.
Possessor hereditatis si aliquas actiones nactus sit, euicta hereditate illas cedere
debet vero heredi, velut interdictum vnde vi, aut quod precario, d.l.illud.§.
actiones.
Possessor hereditatis si postquàm verus heres eum conuenit,aliarum quoque re-
rum possessionem assumpserit,eas res tenetur restituere vero heredi,siue ante
iudicium acceptũ,siue posteà acquisierit possessionem:& si fideiussores, quos
dederat ad litem non sufficiant,de nouo debet idoneè cauere, l.si quo tempo-
re. 44.de petit.her.
Possessor bonæ fidei in petitione hereditatis post litem contestatam tenetur præ-
stare vsuras fructuum perceptorum ante litem contestatam: sed perceptorum
posteà non: quia ex necessitate percepit,† l.heres furiosi. 54.§.fi.& ibi gl.fru-
ctuum.& gl.percepti.eod.
23 Possessor etiam bonæ fidei si inhonestos habuerit quæstus ex hereditate; eos
etiam tenetur restituere.l.si possessor.55.eod.
Possessor bonæ fidei lucrum, quod propter hereditatem accepit,suum facere nõ
debet,l.euicta,58.eod.
Possessor hereditatis tenetur restituere vero heredi fructus, quos percepit, licèt
verus heres percepturus non fuisset, vt quia erant fructus inhonesti.l.cùm he-
reditas. 59. & ibi gl. 1.eod.
Possessor hereditatis si ex fructib. factus sit locupletior, illos quoque restituit,
alioquin nequaquam:quia licèt non habuerit bonam fidem, propter iuris er-
rorem:non habuit tamen malam fidem,glo.pe.in addit.marg.in l.si furem.32.
§.pe.de vsucapio.
Possessor hereditatis,etiam malę fidei,si hereditariam pecuniam non attingit,ad
vsuras non tenetur.l.si possessor.23.& ibi gl.1.de petitione hered.
Possessores omnes hereditatis post motam controuersiam constituuntur in ma-
la fide,& vt prædones tenentur,l.sed etsi.28.§.etiamsi.eod.
Possessores omnes hereditatis post motam controuersiam æquiparantur prædo-
nibus.ibi.
Possessor hereditatis facta cõtrouersia per omnia habetur malæ fidei,nisi quoad
periculum interitus rei hereditarię,gl.cæpit.ibid.
Possessor hereditatis post motam controuersiam restituit vsuras pretiorum ex
venditione rerum hereditariarum.ibid.
Possessor malæ fidei hereditatis tenetur vero heredi restituere sortem,vel vsuras
cum periculo nominum: prout ipse heres elegerit, l.Iulianus, 38.& ibi gl.1,
eodem.
Possessor bonæ fidei post petitam hereditatem efficitur prædo, & malæ fidei,
possessor.l.si quid possessione,24.§.sicut.eod.
Possessor hereditatis omne lucrum, quod ad eum peruenit, tenetur reddere vi-
ctori in petitione hereditatis,glos.ex mandato.in l.ex mandato, 20.mandati.
Reliqua verbo,Bonæ fidei possessor,1.vsque 8.Heres,97.
24 POSSESSOR hereditatis malæ fidei necessaria hereditati si cõparauit de suo,
pretium eorum tenetur verus heres reddere ei,l.item veniunt, 21.de petitio-
ne hered.
Possessor hereditatis malæ fidei si non necessaria hereditati comparauit de pe-
cunia hereditaria,illa retinet sibi,& pretium tenetur reddere vero heredi;bo-
næ fidei verò possessor etiam non necessaria reddit vero heredi, neque tene-
tur ei de pretio de hereditate soluto d.gl.1.
Possessor bonæ fidei si quid lautius contemplatione hereditatis impendit, in eo
non videtur factus locupletior,l.sed & si lege,28.§.quod autem eod.
Possessor bonæ fidei si id,quod solebat ipse erogare,ante delatã hereditatem ex-
pendit:etsi nõ tam lautè erogasset:aliquid tamen ad victum quotidianum ex-
pendit de hereditate, tenetur ad aliud,cùm in eo locupletior factus videatur.
ibidem.
possessor bonæ fidei,& malæ fidei deducit sumptus, & ea,quæ creditori heredi-
tario soluerit, siue suo nomine, siue hereditario: ita tamen,quod malæ fidei
possessor caueat de defendendo verum heredem:sed bonæ fidei non:vt autem
de hereditate fiat deductio,necesse est, quòd fiat per compensationem quan-
titatis ad quantitatem,gl.sumptuum.in l.si quid possessor,24.§.sicut.eod.
Possessor hereditatis,à quo euincitur hereditas,deducit sumptus, quos se fecisse
probat in infirmitate,& funere defuncti.l.4.C.de petitione hered.
Possessor, qui hereditatem restituit,deducit,quod hereditariis creditorib.here-
ditario nomine soluit,l.5.C.eod.
Possessor,qui hereditatem restituit, & repetit,quod hereditariis creditorib.no-
mine proprio,& non hereditario soluit,gl.fi.ibi.
Possessor malæ fidei hereditatis exigere potest à debitorib. hereditariis, si sit ex
cognatis veri heredis, qui tanquam coniuncta persona sine heredis mandato
agere poterit,gl.sed & culpa.in l.sed etsi.28.§.quod ait.de petitione heredit.
Possessor, etiam malæ fidei, hereditatis si id,quod à debitorib.hereditariis exe-
gerat,vero heredi soluit,debitores liberantur,d.l.sed etsi.§.certe si minor.
Possessor etiam malæ fidei hereditatis,quod soluit creditorib.hereditariis.dedu- 25
cere potest,quamuis ipso iure non liberauit verum heredem à debitore here-
ditario.l.si quid possessor.24.& ibi gl.1.eod.
Possessor malæ fidei hereditatis, quod soluit nomine suo creditorib. heredita-
riis, ita demùm deducit, si cauerit se defensurum verum heredem à credito-
rib.hereditariis.ibi.
Possessor bonæ fidei hereditatis,quod soluit nomine suo creditoribus heredita-
riis, deducit, neque tenetur cauere de defendendo verum heredem:si tamen
habeat condictionem indebiti nomine suo contra creditores,eam cedere de-
bet vero heredi:quia in hoc locupletior videtur,cùm possit repetere.ibi.
Possessor hereditatis soluens nomine suo de pecunia hereditaria creditorib. he-
reditariis, illa pecunia consumpta habet condictionem indebiti, & liberatur
heres per exceptionem cessa sibi condictione indebiti à possessore, † glos.
soluerit.ibi.
Possessor hereditatis soluens nomine suo de pecunia hereditaria creditorib. he-
reditariis,si nondum sit pecunia consumpta,non habet condictionem indebi-
ti:sed verus heres reiuindicabit eam à creditoribus, nec opponitur sibi com-
pensatio.ibi.
Possessor bonæ fidei hereditatis ex suo nomine, & heredis, siue hereditario no-
mine quod idem est,debitum soluere potest, licèt sui contemplatione faciat,
gl.suo nomine.ibi.
Possessor bonę fidei hereditatis si nõ appareat,cuius nomine soluit debitum cre-
ditoribus,intelligitur suo nomine,si soluit ante motam controuersiam: si ve-
rò post motam controuersiam,intelligitur nomine heredis,vel defuncti.ibi.
Possessor bonæ fidei si soluit de hereditate nomine suo creditorib.hereditariis, 26
ante consumptionem heredi datur sola rei vindicatio, sed post consumptio-
nem ante cessionem,heredi datur exceptio,& conditio soluenti:sed post con-
sumptionem,& cessionem datur heredi etiam compensatio,& condictio,glo.
peritor.ibi.
Possessor bonæ fidei si debitum hereditarium soluit nomine veri heredis, vel
defuncti de suo,ipso iure liberat heredem, & contra eum habet actionem ne-
gotiorum gestorum;soluens verò eius nomine,quem viuere credebat, non li-
berat heredem ipso iure:sed per exceptionem,& cessat indebiti cõdictio, cùm
nomine heredis soluit,gl.debebit.ibi.
Possessor bonæ fidei si debitum hereditarium, soluit de hereditate nomine veri
heredis, vel defuncti, ipso iure heres liberatur, & cessat conditio indebiti,&
possessor ea, quæ soluit,potest imputare heredi, vt tanto minus debeat con-
demnari,quanto liberauit heredem: nihil autem ab eo repetit:quia quod sol-
uit,heredis fuit.ibi.
Possessor malæ fidei si soluit debitum hereditarium de suo, & nomine heredis,
ipso iure heres liberatus est, & ideò tenetur actione negot. gest.siue soluat de
suo,siue de hereditate,gl.debeat.ibi.
Possessor bonæ fidei si debitum hereditarium soluit de suo,& nomine suo,habet
condictionem indebiti,quam cogitur cedere,si imputare velit verò heredi,&
reddi sibi ab herede actione negotiorum gestorum,cum per exceptionem he-
res videatur liberatus.† d.gl.debeat.ibi.
Possessor malæ fidei si soluit debitum hereditarium suo nomine de suo, vel de
hereditate, heres non est liberatus ipso iure:sed per exceptionem:si tamen ve-
lit reputare,cauebit de defendendo herede: condictionem autem indebiti no
habet,quia sciens suo nomine soluit indebitum:si verò nomine heredis soluat,
non repetit:quia debitum erat, & ideò cedere non potest,nisi stipulatus fuerit
sibi reddi,si euicta fuerit ab eo hereditas.ibi.
Possessor bonæ fidei si soluit indebitum de hereditate, reputat heredi, & tanto
minus debet condemnari: cessat tamen condictio indebiti,quam habet, d.gl.
debeat.ad fi.
Possessor bonæ fidei si soluit indebitum de suo,non repetit ab herede,nisi iustis-
sima fuisset ignorantia in bonæ fidei possessore. ibi.
Possessor malæ fidei si soluit indebitum siue de suo,siue de hereditate,non repe-
tit ab herede,neque in restitutione hereditatis heredi reputat.ibi.
Possessor malæ fidei si soluit naturale debitum hereditarium, & in restitutione 27
hereditatis non deduxit,non potest agere actione nego.gest.contra heredem:
quia non fuit vtile negotium,cùm talis debiti sit retensio, non repetitio. † gl.
debeat in fi.in l.si quid possessor.34.de petit.heredit.
Possessor malæ fidei hereditatis, quod sibi debetur,nõ deducit de hereditate,nisi
expediat petitori id debitum esse solutum propter pœnas, vel vsuras, d. l. si
quid.§.sed etsi.
Possessor malæ fidei hereditatis,quod sibi debetur,non deducit de hereditate,ni-
si expediat petitori id debitum esse solutum propter pœnas, vel vsuras, d. l.si
quid.§ sed etsi.

Possessor

possessor malæ fidei, quod sibi debetur, etiam naturaliter, rectè potest deducere de hereditate, d.§.sed etsi.& ibi gl.debebit.

Pater bonæ fidei hereditatis deducit de hereditate omne sibi debitum, etiam naturale: sed malæ fidei deducit solos sumptus, & soluta creditoribus hereditariis: & fiet deductio de hereditate per compensationem quantitatis ad quantitatem, gl.sumptuum.in d.l.si quid.§.sicut.

Possessori malæ fidei hereditatis non imputatur, eò quòd debitores hereditarios non conuenit, & interim ipsi sint facti non soluendo, vel tempore sint liberati actione temporali: quia non habebat actionem, qua posset aduersus eos experiri, d.§.sicut.

Possessor bonę fidei, vel malæ fidei, quod sibi solutum est à debitoribus hereditariis, tenetur restituere vero heredi, & si restituerit, debitores liberantur, d.l.si quid.§.fin.

Possessor bonæ fidei potest conuenire debitores hereditarios, & eos, qui occuparunt bona hereditaria si in mora sit periculum extinguẽdi actiones, l.si bonæ fidei, 49.eodem.

Possessor bonæ fidei potest conueniri à creditoribus hereditariis, etiam si res nõ pereat: agere tamen non potest contra debitores, nisi pereant actiones ob moram, † d.l.si bonæ.& ibi gl.1.

Possessor bonæ fidei ideò non potest agere contra debitores hereditarios: quia actionem non habet: & ideò sibi non imputatur, si propter ipsius negligẽtiam actio extincta sit, & ideò verus heres præcipuè debet agere, gl.fi.ibi.

Possessor hereditatis si existimans se heredem esse soluerit, non liberatur heres: quia ille suo nomine indebitam pecuniam ex persona sua dãdo, repetitionem eius habet, l.cùm quis sibi, 38.§.de peculio.de solutio.

Reliqua verbo, Heres, 67. Bonæ fidei possessor, per tot.

28 POSSESSOR hereditatis si pretium rei hereditariæ venditæ perdat, ad nihilum tenetur petitione hereditatis, gl.1.in l.si ipsa res.de eo, quod metus causa.

Possessor hereditatis si rem hereditariam vendidit, & pretium habuit: de illo pretio tenebitur, etsi id habere desinat, d.l.si ipsa res.

Possessor hereditatis post controuersiam, etiam ex permissione iuris, si non satisdedit, non potest aliquid de hereditate alienare: sed si satisdedit, potest alienare res tempore perituras ex rescripto diui Pij. glo. satisdare. in add. in l. diuus Pius, 5.de petitione hereditatis.

Possessor hereditatis post controuersiam permissione expressa prætoris potest alienare, etiam non præstita satisdatione: sed præstita cautione, & habita per iudicem causæ cognitione.ibid.

Possessor hereditatis sicut cogitur satisdare de non alienanda hereditate: sed de restituenda est controuersia super petitione hereditate: ita & quando est controuersia de falso testamento.d.l.diuus.§.fi.& ibi gl.fi.

Possessor hereditatis malæ fidei si fundum hereditarium vendiderit sine causa, tenetur petitione hereditatis ad restitutionem fundi, si redimere potest: alioquin ad quantum iuratum fuerit in litem, & etiam tenetur ad fructus, l. item veniunt, 22.§.simili modo.& ibi gl.fundum.eod.

Possessor hereditatis malæ fidei distrahere potest rem, quæ onerat hereditatem, & in electione veri heredis est, per petitionem hereditatis petere rem, vel pretium, vt si pretium elegerit, ad illud tantùm teneatur, d.gl.fecerit.

Possessor hereditatis malæ fidei, & sciens ad se hereditatem non pertinere, si vendiderit rem hereditariam, tenetur ad ipsam rem cum fructibus: sed si expediebat vendi, in electione actoris est, rem, vel pretium cõsequi, d.l.item veniunt.§.cæterùm.

29 Possessor hereditatis post motam controuersiam vendens res hereditarias tenetur ad eas, nisi essẽt steriles, vel tempore perituræ, quo casu actoris est electio, vt præstẽtur sibi res, vel pretia cum vsuris, l.si possessor, 23.§.quod si post.eod.

Possessor hereditatis post motam controuersiam si ex necessitate suæ personæ, vt propter fideicommissum sibi iniunctum soluendum res hereditarias distraxit, tenetur tantum ad pretium conuentum: si verò distraxit ex necessitate rerum hereditariarum: vt quia erant tempore perituræ, tenetur ad pretium cum vsuris.fil.pretia.ibi.

Possessor hereditatis bonæ fidei si rem hereditariam, distraxit non tenetur, nisi in quantum locupletior est factus, l.item veniunt, 22.§.eos.& ibi gl.pretia, in l.si possessor, 23.§.2.eod.

Possessor hereditatis si mala fide alienat res hereditarias inutiles ante motam controuersiam, ad solum verum, & iustum pretium tantùm tenetur: si verò alienat post motam controuersiam, petitor habet electionem petendi res, vel pretium cum vsuris, d.glo.pretia.in d.§.1.

Possessor hereditatis malæ fidei quandocunque res hereditarias vtiles vendiderit siue ante litem motam, siue post, ad ipsas res sine dubio tenetur: sed si petitor malit agere ad pretium, potest, cùm bonæ fidei possessor teneatur ad pretium, multò magis tenebitur malæ fidei.ibidem.

Possessor malæ fidei hereditatis si lite mota imposita sibi necessitate vendendi vendidit res hereditarias steriles, habet electionem petitor petendi rem, vel pretium: & imputatur possessori, eò quòd sciens alienam hereditatem non restituit, d.gl.pretia.

Possessor bonæ fidei si vendiderit res hereditarias, tenetur ad pretium, quod exegit, vel cedere actionem, nisi re euicta restituerit, vel res redhibita fuerit. d.l.si possessor.§.ait Senatus.

Possessor malæ fidei hereditatis tenetur ad pretium, quod percepit ex venditione rerum hereditariarum, etsi illæ res deperditæ, vel diminutæ fuerint apud emptorem, d.l.si possessor.§.restituere.

Possessor malæ fidei hereditatis tenetur ad res hereditarias, quas vendidit, vel ad pretium si actor elegerit, quando illæ res apud emptorem extant, nec sunt deperditæ, neque diminutæ: & si recipere illas res abemptore non possit, tenetur ad id, quod in litem iuratum est, d.§.restituere.& ibi gl.ipsas res.

30 Possessor malæ fidei hereditatis si vendidit res immobiles hereditarias, illis deperditis, vel diminutis, tenetur ad verum pretium illarum, quando verum pretium est plus, quàm receptum est: sed si receptum pretium sit plus, ad illud tenetur, ne malæ fidei possessor sit melioris conditionis, quàm bonæ fidei, d.§.restituere.& ibi glos.verum.

Possessor bonæ fidei hereditatis tenetur restituere petitori rem hereditariam, quàm habet, & quod ex venditione eius lucratus est, l.si & rem, 25.eodem.

Possessor bonæ fidei hereditatis si vendidit res hereditarias apposita pœna, si intra certum tempus non solueretur sibi pretium, tenetur petitori ad pretium, & ad pœnam, quæ pretio tardiùs soluto sibi prouenit: quia locupletior in totum dicitur factus, d.l.si & rem.§.fin.

Possessor bonæ fidei hereditatis tenetur ad pretium ex venditione rerum hereditariarum: non tamen ad pœnam, quam occasione iniuriæ personalis, cùm vi deiectus fuit, exegit, l.at vbi vi, 27.& ibi gl.1.de petitione heredit.

Possessor bonæ fidei hereditatis tenetur præstare rem hereditariam venditam, quàm rehabuit propter legem commissoriam: & omne lucrum, quod occasione legis commissoriæ consequutus est, l.sed etsi.18.eodem.

Possessor bonæ fidei hereditatis si rem hereditariam vendidit, & ex pretio emit suo nomine rem aliam, ad pretium tenetur, & non ad rem, quam in patrimonium suum conuertit.d.l.sed & si.§.1.eodem.

Possessor bonæ fidei si rem hereditariam vendidit, & ex pretio emit aliam rem hereditario nomine, tenetur ad illam rem, quam hereditario nomine emit, gl. conuertit.ibid.

Possessor bonæ fidei hereditatis si vendidit rem singularem hereditatis, & eius pretium perdidit, verus heres potest illam vendicare ab emptoribus, nisi emptores regressum de euictione ad bonæ fidei possessorem habeant, d.l.sed & si lege, 28.§.item si rem.2.

Possessor bonæ fidei hereditatis si rem singularem hereditatis vendidit, & posteà perdidit eius pretium, vt verus heres si nolit vendicare ab emptore, & vẽditor obtulerit se defensioni, vt perinde, ac possideret illam rem, conueniatur, ille emptor habet exceptionem ex persona sua contra verum heredem, & eum repellere potest.ibidem.

Possessor bonæ fidei si sit locupletior factus ex pretio rei hereditariæ venditæ, emptor potest conueniri reiuindicatione, etiam si habeat contra venditorem regressum: quia non damnificatur possessor bonæ fidei, cùm sit ex pretio factus locupletior, nisi venditor plus, quàm de pretio teneretur pro euictione, † gl.exceptione.ibi.

Possessor bonæ fidei hereditatis si vendidit iusto pretio rem hereditariam, emptor reiuindicatione non potest conueniri à vero herede, si compareat venditor, & se offerat defensioni: alioquin licèt venditor teneretur de euictione, nihilominùs emptor teneretur reiuindicatione, † gl. habeant. in l.sed si.28.§.2. de peti. hered.

Possessor etiam malæ fidei hereditatis si pretium ex venditiõne rei hereditariæ soluit vero heredi, emptor liberatur ipso iure: qui si sit conuentus rei vindicatione poterit repellere verum heredem: quia videtur potiùs elegisse pretium habere, quam rem, d.l.sed & si lege.§.certè si minorem.& ibi gl.summoueri.

Possessor malæ fidei si vendidit aliquid hereditarium, non necessarium hereditati, tenetur petitione hereditatis ad pretium: sed si necessarium hereditati vendidit, si non extat, tenetur ad pretium: si extat, tenetur ad ipsam rem venditam, l.nisi ex re, 36.& ibi gl.possessor.eodem.

Possessor malæ fidei si rem hereditariam maiori pretio, quàm valeret, vendidit, volens dolo desinere possidere, si res posteà naturaliter intereat, tenetur vero heredi petitione hereditatis ad verum pretium, vel ad totum, quod percepit secundum quod elegerit verus heres, l.si à patre, 36. §. si prædo, & ibi gloss. 1 eodem.

Possessor bonæ fidei si vendidit rem hereditarim, totum pretium, quod percepit, tenetur restituere vero heredi, etiam perempta re naturaliter: quia tenetur in quantum locupletior est factus, gl.bonæ fidei. ibid.

Possessor malæ fidei si vendidit rem hereditariam, etiam si eius pretium sine culpa perdiderit, tenetur ad illud; secùs si non fuisset malæ fidei possessor, gl. atque si possideret.ibid.

Possessor hereditatis bonæ fidei per litis contestationem factus malæ fidei, si vẽdidit res hereditarias ex volũtate propria, tenetur vero heredi ad iustum pretium, si minori pretio vendiderit, quàm valerent res, l.in æstimationibus 51.& ibi gl.1.eod.

Possessor bonæ fidei hereditatis per litis contestationem factus malæ fidei, si vẽdidit res hereditarias ex necessitate, vt quia erat rogatus vendere hereditatem certo pretio in testamento non solum irrito, vel rupto, non tenetur vero heredi, nisi ad pretium, quod accepit, etiam si res multò pluris valerent.ibid.

Possessor poterit alienare res hereditarias, quę per moram perituræ, vel deteriores futuræ sunt.ibid.

Possessor hereditatis prohibetur alienare aliquid post litem motam, nisi in quibusdam casibus, gl. 2.in l.2.C.de petit.heredit.

Reliqua verbo, Bonæ fidei possessor, 1.2.4.5.7. Alienatio, 14.

POSSESSORIVM hereditatis non differtur propter accusationem falsi testamenti: sed bene differtur iudicium petitorium hereditatis, l.diuus, 5.§.fi.& ibi gl.iudicium.de petitione heredita.

Possessorio agere consultius est, quàm petitorio, l.is, qui destinauit, 25.de rei vindicatione.

Possessorio retinendæ priùs debet terminari, vt post hoc petitorium terminetur, l.exitus, 35.de acq.posses.

in Possessorio retinendæ si vterque: scilicet actor, & reus vicit, tunc agit vterque si velit, in proprietate, gl.victus.ibid.

Possessorium iudicium est, quando de possessione tantùm siue adipiscenda, siue recuperanda, vel retinenda agitur, gl.1.in l.fi.C.qui legitim.person.

Possessorium iudicium potest etiam intentare, & age de possessione per actionem, vel officium iudicis, vel condictione indebiti, vel triticaria, vel per interdictum de precario, per interdictum quod vi, aut clam, per Saluianum interdictum, & hodie actione in factum loco cuiuslibet interdicti, d.gl.1.

Possessorium iudicium dicitur momentarium aptitudine, quia potest esse, quòd qui amisit in possessorio, vincet in petitorio, & sic parùm duret apud eũ possessio.ibid.

Possessorium iudicium vbi res sitæ sunt, debet moueri, l. 1. C. vbi de hereditate agitur.

Possessorium priùs terminari debet per sententiam, quam petitorium, l.ordinarij, 14.C.de rei vindicatione, gl.fi.in l.si coloni.C.de agricolis, & censit.lib. 11.

possesso-

curum

turum post mortem,& ideò non rumpit testamentum,cùm non dicatur præteritus,gl.fi.ibi.

4 Posthumi institutionem non vitiat conditio, si ante eius natiuitatem reperiatur purificata,l.cùm posthumus,21.& ibi gl.fi.eod.

Posthumus si sub conditione institutus sit,& priusquam nascatur, conditio extiterit,non rumpitur testamentum posthumi natiuitate : secus si defecerit conditio,vel adhuc pendet.ibid.

Posthumus sub conditione potestatiua potest institui , nec natiuitate rumpit testamentum,gl.1.in l.posthumo.24.eod.

Posthuma heres instituta sub conditione casuali,vel mixta, nec in eius defectum exheredata,si pendente conditione viuo patre nascatur,rumpit testamentum statim,non expectata conditione,d.l.posthuma,& ibi gl.fi.

Posthumum ex qualibet vidua nasciturum potest quis heredem instituere,dummodò cum ea possit matrimonium contrahere,l.posthumum,17.& ibi glo.fi. eodem.

Posthumum ex certa vxore si quis instituerit,filij nati, quos posteà ex alia vxore habuit, rumpunt testamentum ;secùs si nullius vxoris habita mentione : sed simpliciter posthumos instituerit : quia tunc omnem posthumum comprehendit,l.filius à patre,28.§.si quis ex certa.& ibi gl.1.eod.

Posthumis duobus institutis ex diuersis partib. si vnus solus nascatur , ille solus est heres in solidum,nisi sit datus coheres, vel substitutus non nascenti. ibid.

Posthumi nepotes ex filio rectè possunt institui consilio Galli Aquilij. ita , si filius meus me viuo moriatur , tunc si quis mihi ex eo nepos , vel neptis post mortem meam,vel me viuo in decem mensibus proximis , quibus filius meus moriatur,natus,natave erit, heredes sunto,l.Gallus,29.& ibi glo.pen.eod.

Posthumi nepotes ex filio , vt instituantur consilio Galli Aquilij oportet , quòd præcedat institutio filij : aliàs si filius non esset institutus , testamentum ipsorum non valeret,† gl.posse.ibi.

Posthumi nepotes ex filio si simpliciter sint instituti, intelligitur facta institutio de nepotibus nascentibus post mortem filij, & in casu permisso à Gallo Aquilio,l.Gallus.§.1.de liber.& posth.

Posthumi si nascendo post factum testamentum non rumpunt illud , si in eo sint instituti,vel exheredati ab eo gradu , ad quem defuncti hereditas delata est,l. si quis filio.§.siue autem.de iniuſ.rup.

Posthumum instituere,vel exheredare debet pater,aliàs eius natiuitate rumpitur testamentum;secus est in fœmina,quæ filium posthumum potest præterire,& præteritio valet pro exheredatione,nisi mater in puerperio decessisset, gl.1.in l.placet.de libe.& posthum.§.posthumi.Insti.de exhered.lib.

Posthumi institutio simpliciter facta intelligitur de posthumo, qui natus erit de præsenti matrimonio,& etiam de futuro,& idem est de filio posteà adoptato, glo.1.& ibi additio.marg.in d.§.posthumi.

Reliqua verbo,Spado,Testator,16.Bonorum possessio,24.26.

5 POSTHVMVS alienus olim non poterat institui : hodie sic , gl.1.in l.posthumus.6.de inoff. testam. in prin.Inst.de bonorum poss.glos. posthumum.in l.si quis posthumus.de liberis,& posthum.

Posthumo alieno,qui post testamentum factum,& ante codicillos scriptos natus est , codicillis per fideicommissum rectè potest relinqui ,-l.2.de iure codicillorum.

Posthumo alieno olim non poterat legari : sed hodie rectè potest , gloss. vtile. ibidem.

Posthumo alieno heredi instituto potest fideicommissum dari à coherede , vel ab aliquo legatario,à quo potest legari vni heredum,l.pen.& ibi gl.1.de leg.1.

Posthumo alieno de iure prætorio,vel imperatorio potest relinqui hereditas directo, vel per fideicommissum : item legatum,vel fideicommissum singulare: sed non de lege xij.tab.glo.fi.in l.quidam relegatus.§.fi.de rebus.dubiis

Posthumi alieni seruus rectè potest institui,licèt iure antiquo ipse posthumus nō possit institui,l.seruus autem.Inst.de hered.instit.

Posthumo alieno olim non poterat legari , neque poterat institui iure ciuili antiquissimo.§.posthumo quoque.& ibi gl.1.Inst.de lega.

Posthumus alienus dicitur , qui natus inter suos heres testatori futurus non est. ibidem.

Posthumus extraneus auo erat nepos conceptus ex filio emancipato.ibidem.

Posthumo alieno hodie potest legari,& etiam hereditas,vel fideicommissum relinqui,ibi.& in prin.Insti.de bonorum pos.

Posthumus alienus heres institui etiam olim poterat iure prætorio, & tunc potest,nisi in vero eius sit , quæ vxor testatori non potest esse , d.§. posthumo.& ibi gl.1.

Posthumus futurus suus tempore testamenti iure ciuili antiquissimo lege xij. tab. solùm poterat institui : deinde tépore Galli Aquilij poterat institui posthumus futurus suus tempore mortis : posteà tempore primi capitis legis Velleiæ poterat institui, qui tempore testamenti erat alienus : sed tempore mortis erat futurus suus posteà tempore Iuliani poterat institui, qui tempore testamenti erat alienus , & nascitur non suus:sed ex postfacto esset suus succedendo : deinde tempore iuris prætorij , quod iure poterat alienus posthumus institui,& habebat bonorum possessionem;Vltimò tempore constitutionum, quo indistinctè potest institui etiam non futurus suus , gl.1.& ibi add.ibi.& l. pen.& ibi gl.fi.de legat.1.

Reliqua verbo,Instituere.

6 POSTHVMVS præteritus,vel exheredatus potest agere querela inofficiosi testamenti eo casu, quo posset iam natus succedere,vt suus, vel legitimus,l.postumus,6.de inofficioso testam.

Posthumus filius,vel alius descendens suus exheredatus potest agere querela inofficiosi,gl.1.ibid.

Posthumus filij emancipati potest agere querela inofficiosi:quia etsi non potuit adire, nec vt alienus potuit institui ab auo : tamen potuit habere bonorum possessionem secundum tabulas , & venter potuit mitti in possessionem , & ideò datur querela.ibid.

Posthumi cùm heredes instituuntur, vel exheredantur,patris testamentum non rumpunt,gl.rupturi.in l.1.de testam.tutela.

Posthumi quando rumpunt testamentum patris , nulla eorum , quæ sibi delicta sunt,valebant iure veteri:hodie secùs,ibid.

Posthumus à primo gradu præteritus si fuerit, & à secundo sit exheredatus ante quàm nascatur valet, primus gradus & secundus pendet ex eo:sed per natiuitatem posthumi primo gradu institutorum vitiato vitiatur & accessorium: secus est in filiis iam natis:quia primus gradus,à quo est præteritus ,statim est nullus & ab eo non pendet secundus, & ideò ex se sumit vires,& testamentum incipit ab isto secundo gradu.§.filium.in l.3.§.fi.de liber.& posthumis.

Posthumi exheredatio simpliciter facta comprehendit omnes posthumos , qui posteà nascentur ex vxore præsenti , vel futura,glo.fi.& ibi add.marg.in l.placet.eod.

Posthumus antequàm nascatur ,non rumpit gradum , à quo est præteritus. l. si à primo.eod.

Posthumus exhéredatus à primo,& à secundo præteritus , natus rumpit secundū gradum:sed non primum.ibid.

Posthumus nascendo rumpit secundum gradum , à quo est præteritus,& alios ab eo dependentes,licèt nascatur eo tempore , quo adhuc hereditas non versabatur in secundo gradu:sed in primo nec reconualescit,licèt posthumus decesserit mortuo testatore,l.si posthumus,13.& ibi gl.pertinere.& add.marg.eod.

Posthumus præteritus à secundo gradu rumpit etiam tertium gradum , licèt ab eo fuerit exheredatus in consequentia secundi.ibi.

Posthumus hodie exheredari non potest:& si exheredetur , habetur pro præterito,& vt præteritus rumpet testamentum,gl.1.ibi.

Posthumi præteriti natiuitatis pendentia licet impediat effectum suitatis ex te- 7
stamento quantum ad filium institutum , quando nemo ex testamento ei est substitutus:tamen non impedit suitatem ab intestato , si testamētum corruit, &nullus est ei substitutus,† l.si filius heres.16.eod.

Posthumi per virilem sexum descendentes ad similitudinem filiorum sunt exheredandi,ne præteritione rumpant testamentum,l.3.de iniusto rupto.

Posthumi per fœminas descendentes possunt præteriri,gl.1.ibid.

Posthumi per virilem sexum descendentes hodie nō possunt exheredari. gl.2.ib.

Posthumi nati in vita testatoris post testamētum per legem Velleiam prohibentur rumpere testamentum,si sint exheredati. ibid.

Posthumi possunt exheredari ante heredis institutionem , & inter medias heredum institutiones, vel inter gradus institutorum , vel substitutorum , d. l.3.& ibi gl.gradus.

in Posthumi institutione,vel exheredatione faciēda idem obseruari debet, quod in filio instituendo,vel exheredando.

Posthumus nominatim exheredatus in primo testamento : in secundo autem sit præteritus,siue nascatur post mortem testatoris , siue eo viuo , tam primum, quàm secundum testamentum rumpuntur:primum per secundum , & seruum per posthumum,d.l.3.§.sed etsi.

Posthumus nominatim dicitur exheredari , si ita dicatur , quicumque mihi nascetur,siue ex Seia,siue venter exheres esto : siue ita,posthumus exheres esto:& tunc natus post mortem testatoris,vel eo viuo, ipso iure non rumpit testamētum:sed bene per querelam,d.l.3.§.nominatim.& ibi gl.non rumpet.ibi.

Posthumus præteritus licet agnascendo rumpat testamentum:quandoque tamen euenit,quod pars testamenti rumpatur,d.l.3.§.fi.

Posthumus si sit exheredatus à primo gradu,& à secūdo præteritus : primus gradus valet,secundus rumpitur natiuitate posthumi:secùs quando à primo gradu est præteritus,à secundo est exheredatus:nam tunc in totum rumpit testamentum,d.l.3.§.fi.& ibi glos.fin.

Posthumus rumpit eum gradum, vel spem eius gradus , à quo præteritus reperi- 8
tur;& etiam quod ex eo gradu dependet,d.§.fi.cum l.seq.

Posthumo exheredato à primo gradu,& præterito à secundo,deliberantibus primo gradu heredibus institutis , non possunt obtinere hereditatem illi;qui secundo gradu sunt instituti , tum quia primi nondum repudiarunt , tum quia eorum gradus etiam nunc nullius est momenti,etiam si moriatur posthumus: quia gradu rupto ampliùs hereditatem inde nō possunt obtinere , d.§.fi. cum l.seq.& ibi gl.1.

Posthumo præterito à gradu institutorum, qui sub conditione instituti fuerunt, pendente conditione nato rumpitur gradus, nec potest ab institutis hereditas adiri,l.nam & si.eod.

Posthumus præteritus à gradu institutorum , qui sub conditione erant instituti & etiam à gradu substitutorum , si pendente conditione natus sit , rumpit testamentum, potius est ei locus ad hereditatem, quàm instituto , vel substituto,siue existat conditio , siue deficiat : sed si post defectum conditionis natus sit, nec gradum institutorum rumpit,quia nullus est.ibi.

Posthumus præteritus à primo gradu , & à secundo exheredatus , si eo tempore natus sit, quo aliquis ex institutis vixit, totum testamentum rumpit:alioquin si aliquis ex institutis non supersit tempore,quo natus erat, non rumpitur,secundus gradus , à quo erat exheredatus,l.nam & si.§.fi. & ibi glo.fi.de liber.& posthum.

Posthumus præteritus si viuo testatore natus decesserit, licèt iure ciuili rumpatur testamentum : tamen si signatum fuerit , scriptus hæres iure prætorio poterit accipere bonorum possessionem secundùm tabulas,hereditatémque obtinebit:& legatarij , & fideicommissarij habebunt ea , quæ sibi relicta sunt. l. posthum.12.eod.

Posthumus si sit expressim intra gradus institutorum tantum exheredatus , & à substitutis sit præteritus , vno ex institutis defuncto rumpitur testamentum: quia reperitur posthumus exheredatus à persona tantum,& ita nō tenet exheredatio : item quia pro parte testamentum rumpi non potest,l.pen. & ibi glo. 1.& gl.ruptum.eod.

Posthumus statim cùm nascitur etiam patre viuo apud hostes, rumpit testamentum factum ante captiuitatem,nec reconualescit filio interim decedente,l.qui vxorem.eod.

Posthumus præteritus in secundo testamento, qui natus viuo testatore decesit, non rumpit primum testamentum, † glo. pen. in l. si quis eum , 16. §. fin. de vulgari.

Posthumus si nascatur eo tempore, quo reperitur præteritus, testamentum rumpitur

Cod. de accusatio.

Reliqua verbo, Seruus, 51.153.154.

PRAECONIS vxor paucis innotescit; quia audientibus tantum, & his quibus dixerunt, innotescit, auth. qui semel, & ibi gl. paucis, C. quomodo, & quando iudex.

Præconis horrida vox silere debet diebus festiuis in honorem Dei inductis, l. fi. C. de feriis.

Reliqua verbo, Feria, Feriata.

PRAEDICATA talia sunt, qualia demõstrãt subiecta, & econtrà talia sunt subiecta, qualia prædicata permittunt, l. stipulatio ista habere, 38. §. hi, qui sunt, & ibi add. marg. de verb. oblig.

Reliqua verbo, Subiecta, Propositio.

Prædium in genere, num. 1. 2.
Prædium reipub. principis, fisci, vel tributarium, 3. 4.
Prædia sterilia, & deserta. 5. 6.
quoad seruitutem, & libertatem prædiorum, 7.

1 PRAEDIVM est nomen generale pertinens ad agrum, & etiam ad possessionẽ, l. quæstio. 115. de verb. sig.

Prædia dicuntur à præda, aut à præstando: velut à prædes, quamquam alij à præ & dando: quod valde, & abunde dent, præstẽntque prædia, l. 1. in add. marg. communia prædior.

Prædia per culturam meliorantur, gl. 1. in l. creditor, 23. de pignoribus.

ex Prædio tuo causa donationis si mihi permisisti extrahere saxum, vel cretam, aut arenam effodere, si in hanc rem expensas feci, nec patiaris me tollere, teneris mihi actione de dolo ad damna; vel condictione ex lege, l. si cum mihi, & ibi gl. fi. de dolo.

ex Prædio tuo si tuo permissu saxum extrahi, habeo rei vindicationem in illo saxo, cùm extractione sit factus meus, gl. fi. & ibi add. marg. ibid.

Prædij appellatione & pars continetur, l. dotale, 13. de fund. dot.

Prædiorum bonitas: id est fertilitas, aut salubritas scilicet multarum herbarum, amplitudo finium sunt qualitates ipsorum prædiorum: ita & iura prædiorum: id est libertas, vel seruitus illorum sunt eorum qualitates, l. quid aliud, 86. & ibi gl. 1. de ver. sig.

Prædia dicimus aliquorum, non vtique comiter habentium ea tantùm: sed alio aliud habente, l. littus, 96. eod.

Prædia Ecclesiæ alienari non possunt: diuidi tamen possunt, coli, & augeri, vt patrimonium Ecclesiæ seruetur illæsum, l. iubemus, 2. C. de sacrosanctis.

2 Prædia releuata dicuntur, quæ cùm essent palustria, facta sunt terrena, gl. 1. in l. iubemus. C. de fundis patrimonial. lib. 11.

Prædium dominicum, vel templorum etiam cum principis beneficio non potest alienari cum pacto, ne canon soluatur, nisi tale beneficium spatio 40. ann. fuerit confirmatum, dict. l. iubemus. & ibi gl. pe.

Prædia duplicia sunt: aut vrbana, aut rustica, l. 1. in add. marg. communia prædiorum.

Prædij rustici confines appellantur: sed prædij vrbani dicuntur collaterales, l. quod sæpè, 35. §. fi. in add. marg. de contrah. empt.

Prædium rusticum, vel suburbanum pro eodem accipiuntur, gl. 1. in l. si prædium, 16. C. de prædiis minorum.

Prædium suburbanum est, quod est iuxta vrbem, vt horti in ciuitate, vel extra. ibidem.

Prædium suburbanum dicitur, quod ab vrbanis non loco; sed qualitate secernitur, d. l. si prædium.

Prædium vrbanum potest esse & in rure, & in ciuitate, & econtrà rusticum & in ciuitate, & in rure, gl. 2. ibid.

Prædia vrbana dicuntur ædificia, etiamsi in rure, vel in villa sint: & ita non locus; sed materia facit vrbanum prædium. §. prædiorum. & ibi gl. 1. Inst. de seruit. rusticorum.

Prædium vrbanum dicitur omne ædificium vbicumque positum habitandi causa factum: secùs si causa percipiendorum fructuum sit factum, gl. 1. & ibi add. marg. in l. 1. de seruit. vrban.

Prædium vrbanum non facit locus; sed materia, l. vrbana, 198. de verb. signifi.

Prædia vrbana dicuntur non solùm omnia ædificia, quæ sunt in oppidis: sed etiã si sint stabula, vel alia meritoria in villis, & vicis, vel prætoria voluptati deseruientia; id est loca, in quib. paterfam. residere solet. ibid.

Prædiorum vrbanorum appellatione continentur etiam horti, si qui sunt in ædificiis constituti, nisi plurimum hi horti in reditu sint, putà vinearij, vel etiam olitorij; quia tunc non dicuntur vrbana. ibid.

Reliqua verbo, Alluuio, Area, Diuidere, Legatum, 66. Nouale, Suburbanum, Titulus, Vectigalia, 8. Vinea.

3 PRAEDIVM Augustale donare potest princeps ei, cui locauerat in perpetuum, vel ad tempus, l. fi. C. de locatione prædiorum ciuilium. lib. 11.

Prædia domus Augustalis in perpetuum locata non possunt transferri ad alium sub aliquo prætextu, quamdiu pensio soluitur: & comes rerum priuatarũ contrà faciens punitur. ibid.

Prædia fiscalia non debent locari minori. gl. 2. in rub. C. eod. tit. & lib.

Prædia reipub. seu dominicæ possunt locari in perpetuum id est dari in emphyteosim, ita etiam dari possunt prædia templorum in perpetuam emphyteosim, gl. fi. in d. rub.

Prædia principis, quæ in perpetuum locãtur, sunt locanda diuitib. & aliis cum fideiussoribus idoneis, & officialis prædicta negligens de suo debet resarcire omne detrimentum, l. 1. C. eod.

Prædia ex quacumque causa ad fiscum pertinentia à transuectione publicarum specierum non habent immunitatem, l. final. Cod. de collat. fund. fiscalib. 11.

Prædia principis à transuectione publicarum specierum nullatenùs hodie excusantur: sicut nec prædia priuatorum, licèt aliquando fuerint excusata, quia vltra solitum locum tales species portabantur, quod hodie fieri non permittitur, l. 2. & ibi gl. pe. C. de priuileg domus Aug. lib. 11.

Prædia principis: sicut & prouincialium tenentur conferre pensiones, vel quosdam reditus, qui vocabantur pretium pro stipendiis tyronum certæ militiæ, l. 3. C. eod.

Prædia tributaria alienans, vel vendens tenetur periculum functionum in se recipere, si emptor, vel ille, in quem transfert, minus idoneus inueniatur, gl. 1. in l. inter debitorem. de pact.

Prædium, ex quo est prouinciale, per consequens dicitur prædium tributarium, gl. quanto minoris. in l. Iulianus. de actio. empti.

Prædia prouincialia tributaria erant Romanis, & ideo dominium directum fisco inhærebat: sed vtile prouincialibus qui possunt propter vtile dominium nunciare nouum opus, l. 3. in add. marg. de noui operis nunciatione.

Prædia prouincialia tenebantur ad tributa: sed Italica non, & æquata sunt quoad dominij translationem, non verò quoad tributa, gl. dumtaxat. in l. 3. C. de episcopis.

Prædiorum omnium prouincialium, & Italicorum ius adæquatum est in vsucapione, non verò in tributis, ibi gloss. 1. in l. final. Cod. sine censu, vel reliq. 4

Prædium vectigale dicitur, quod præstat vectigal fisco, gl. 1. in l. etiam vectigale, 13. C. de prædiis minor.

Prædium patrimoniale dicitur, quod præstat vectigal Cæsari, gl. 2. ibid.

Prædium emphyteoticum dicitur, quod præstat priuato. ibid.

Prædium tributarium potest quis præscribere quoad dominium: sed non quoad canonem, vel censum debitum ex eo per soluendum, l. competit, 6. C. de præscrip. 30. vel 40.

Prædia principis in perpetuum emphytheosim data non soluunt superindicta: id est extraordinarias prestationes, etiam iussione principis, l. priuatæ. & ibi gl. 1. C. de excusat. munerum. lib. 10.

Prædia principis, vel in perpetuam emphytheosim data ab extraordinariis, & sordidis munerib. sunt exempta, l. C. eod.

Prædiorum domini debent requiri, vt soluant debita tributa, & ipsis cessantibus assignantur volentibus soluere, l. omnium. Cod. de omni agro deserto lib. 11.

Prædia, quæ curialis apud acta reliquit, vel possidere alium permisit, apud eum, qui coluit, & tributa soluit, debent perpetuò remanere, nulla data curiali repetendi licentia intra biennium, cùm palam renunciauerit, l. rura C. eod.

Prædia emphyteotica occupata ab aliquo, ad prioré emphyteotam, & cõsuetum censum sunt retrahenda summotis rescriptis per obreptionem impetratis ab occupante, & sublata præscriptione longi temporis, & noui census præiudiciis remotis, l. fi. C. de fund. & saltib. lib. 11.

Prædia tamiaca ementes subsolito canone non possunt inquietari, l. fi. C. de prædiis tamiacis. lib. 11.

Prædia stipendiaria, & tributaria per traditionem alienantur, §. per traditionem. Inst. de rerum diuisione.

Prædia stipendiaria dicuntur, quæ in prouinciis militib. pro stipendiis dantur, d. §. per traditionem. & ibi gl. stipendiaria.

Prædiaria tributaria dicuntur, quæ tributa Romæ reddunt, gloss. tributaria. ibidem.

inter Prædia prouincialia, & Italica quantum ad dominij translationem, nulla est differentia: sed bene quantum ad tributa, d. §. per traditionem. & ibi gloss. nulla.

Reliqua verbo, Emens, 6. 7. Peræquator, Fundus, 7. 8. Fiscalis, Tributarius, Tributum, Vectigalia, 8. Emphyteoticus.

PRAEDIA sterilia debent adiungi per partes prædiis fertilibus propinquis, ad hoc vt alia prædia fertilia sustineant onera prædiorum sterilium, l. 1. C. de omni agro desert. lib. 11. 5

prædia deserta cum immunitate triennij assignari debent decurionib. loci, quib. subsunt; & si sint in sufficientia ad onera supportanda, debẽt diuidi, & possessionibus fertilib. assignari. ibid.

prædia fertilia dicuntur nerui prædiorum sterilium, l. 2. C. de omni agro deserto. lib. 11.

prædia tributaria sterilia, & fertilia possidens, si alienauerit fertilia, & ob hoc efficiatur non soluendo, tenetur emptor ad tributa fertilium, & etiam sterilium. ibidem.

prædia deserta recipiens cum immunitate triennij debet cauere idoneè, quòd prædia non relinquet cum damno reipub. l. 3. C. eod.

prædia deserta cui assignantur sine impetratione, non tenetur cauere de non relinquendo prædia cum damno reipub. cùm satis sit quòd ipso inuito sint sibi assignata illa. ibid.

Prædia sterilia, & fertilia possidens non potest renunciare sterilib. & fertilia retinere: sed omnib. debent cedere, vt pariter omnib. curialib. deferantur, l. qui [illegible] tilia: C. eod.

Prædium sterile desertum debet iungi possidenti prædium fertile dominicum, vel templorum: & si nullus reperiatur, qui velit dictum fundum possidere, antiquo possessori restituitur, præstita cautione soluendi tributa, & aliàs publicas functiones, l. quisquis. C. eod.

Prædia sterilia deserta quando sunt assignata possidenti fertilia, pro illis prædiis sterilib. tenetur soluere tributa præsentia, non præterita, & etiam pro præsentibus gaudet immunitate biennij, qua immunitate non debet alij gaudere, l. quicumque. & ibi gl. portione. & gl. seq. C. eod.

Prædium patrimoniale principis sterile quando assignatur alicui possidenti fertilia, habet ille vacationem biennij à tributis, sed si prædium sit fiscale, habet vacationem triennij, d. l. quicumque. & ibi gl. suscipere.

Prædium tributarium desertum quilibet authoritate propria potest inuadere, siue inuadens sit vicinus, siue non: sed dominus deserens intra biennium recuperare potest restitutis expensis cultori, quo elapso non auditur, l. qui agros. C. eod. 6

Prædium tributarium desertum occupans, & sic mala fide, fauore tributorum biennio præscribit, gl. 2. ibid.

Prædium desertum, ac incultum occupans propria authoritate, non tenetur condictione

conditione ex lege. l. cùm quærebatur. C. vnde vi, quæ ad 30.annos datur. ibidem.

Prædia fertilia,& sterilia possidenti si successerit fiscus, & aliquis per potentiam occupauerit fertilia, cogitur etiam sterilia accipere ex eadem substantia pro rata portione,l.qui per potentiam C.eod.

Prædia deserta per peræquatorem quando alicui assignantur,antiqui domini per edicta vocantur:qui si intra sex menses venerint,recuperant ea prædia, & debita ex præterito contracta persoluunt; sed si per edictum tempus non venerint, perpetuò possidens possidebit, & soluet tributa futura,non præterita, l. locorum.C.eod.

Prædium fertile habens non tenetur pro eo,qui habet prædium sterile,vel desertum:sed habens sterile, & fertile tenetur soluere pro vtroque,l.hac definitione.& ibi gl.despectione,C.eod.

Prædium sterile desertum quando per peræquatorem assignatur alicui habenti prædium fertile,ille non tenetur soluere pro preterito tempore:secùs si sponte acceperit,& non assignatione peræquatoris,d.gl.despectione.

Prædia nauiculariæ functioni adscripta si efficiantur sterilia, & deserta,& alicui superæquationis iure adiungantur,ille suscipiens tenetur ad nauiculariā functionem,& non ad tributa,l.si quis deserta. C. eod.

Prædia deserta licèt quandoque quidam accipere cogantur extra territorium; non tamen curialis,gl.fi.in l.fi. C.eod.

Reliqua verbo,Peræquator.

7 PRAEDIVM suum seruiens prædio heredis si testator legauit sub conditione, medio tempore extinguuntur seruitutes,& restaurantur à legatario, l. Papinianus,18.ibi gl. 1.de seruitutib.

Prædium heredis seruiens prædio testatoris si testator legauit, medio tempore extinguuntur seruitutes,& à legatario restaurantur.ibid.

Prædij seruientis partem si dominus prædij dominantis emit, non extinguitur seruitus: quia pro parte retineri potest, l. si quis ædes,29.de seruit. vrban.

Prædium seruiens si dominus prædij dominantis emit,extinguitur seruitus, & si postea illud alij vendat, liberum vendere videtur.

Prædium vrbanum dicitur seruire prædio rustico; veluti domus in agro gratia fructuum dicitur seruire agro,gl.domum.in l.2 de seruit.rusti.

Prædium habens,ex quo nullum alium fructum percipit, nisi vt ibi commorentur pecora,iaceant, & recipiantur, & reducantur, si seruitus sit imposita vicino agro,vt in eo pascantur pecora:valet talis constitututio,quæ dicitur prędialis,gl. 1. in l.4. eod.

Prædium,cui seruitus debetur,si certis regionib.aut partib. diuisum sit,& si omnib. partib. debeatur seruitus à prædio seruiente:tamen hi,qui proximas partes fundo seruienti non habent,debent in diuisione cōstituere, vt per reliquas partes fundi diuisi transire liceat,aliàs nō tenetur ei transitum præstare,l. via, 28.§.fi.& ibi gl.fi.eod.

Prædium si ego vendidi, vt mihi, & vicino seruiat, non valet talis constitutio quoad vicinum; sed bene quoad me, & mihi acquiritur tota seruitus l. proprium.communia prædiorum.

Prædium commune si vnus socius vendidit ita,vt alio prædio communi seruiret, non valet talis constitutio seruitutis; quia seruitus acquiri non potest per vnum socium communi prædio.ibid.

Prædia duo habens si vnum tradat, potest in traditione facere quòd prædium, quod traditur, seruiat prædio, quod retinetur, vel econtrà, l. si quis duas, 6.eod.

Prædia duo simul tradendo non potest tradens efficere,quòd alterum seruiat alteri,cùm alienis prædiis non possit acquirere,vel imponere seruitutem, d. l. si quis.§.duas.

Prædia duo separatim tradendo tradens potest efficere quòd alterum seruiat alteri,gl.non potest.ibid.

Prædium medium non seruiens non impedit vsum seruitutis, & impedit eius constitutionem:si tamen medius fundus incipiat seruire,conualescit seruitus, gl.imponi.in add.marg.in l.in tradendis,8.§.fi.eod.

Prædium medium non seruiens non impedit seruitutem constitui altiùs tollendi,vel non tollendi: quod verum est in vrbanis:sed in rusticis impedit seruitutem constitui;conualescit tamen seruitus,si medio prædio posteà fuerit imposita seruitus,d.l.in tradendis.§.fi. & ibi gl.imponi.

Prædia tria continua habens:vnum extremum vendere potest hoc pacto, vt seruiat retentis,vel econtrà vt retenta seruiant vendito,d.§.fi.

Prædium tuum si seruiebat prædio meo, & me herede instituto decessisti, seruitus illa prædialis aditione hereditatis extinguitur: restituitur tamen si posteà eam hereditatem vendidi,l.si ei,cuius,10.eod.

Prædium commune,cui seruitus debebatur,si ego, & pupillus haberemus, licèt neuter seruitute scilicet viæ vtatur, tamen propter pupillum & ego etiam retineo viam,l.si communem.quemadmod.seruitutes.

Prædium quodlibet præsumitur liberum,nisi probetur contrarium: est enim cuiuslibet solum vsque ad cœlum,gl. 1. in l.altiùs. C.de seruit.

Prædia,quib. debetur seruitus, licèt fuerint aucta;non tamen augetur modus aquæducendæ à princ. limitatus,l.non modus.12.eod.

Reliqua verbo,Seruitus,8.vsque 11.

1 PRAEDO non dicitur quis si pretium numerauit ob hoc ipsum, quòd malam fidem habeat,nisi fiat inuasio,l.etiamsi,15.§. sed si quis.& ibi gl.numerauit. de petitione hered.

Prædo non dicitur inuadens possessionem post titulum quoad hoc,vt non teneatur petitione hereditatis:sed quoad vsucapionem sic. ibid.

Prædo siue petitione hereditatis, siue simplici actione in rem tenetur de fructibus perceptis, & percipiendis, d. §. quod autem ait. & ibi gloss. habuerunt.

Prædio dicitur, qui sciens ab initio bona ad se non pertinere,inuasit;imò & si ab initio iustam causam possidendi haberet,sed ex postfacto, sciens illa ad se non pertinere possideat,dicitur prædo quoad restitutionem fructuum,d.l.sed & si. §.de eo autem.

Prædo non est,qui dolo carens res ad se non pertinentes possidet,quamuis in iure errauerit,d.l.sed & si lege.§.scire.

Prædo tenetur doli mali nomine etiam ante litis contestationem. ibid.

à Prædone res vendita si sit perempta,electio actoris est,vtrum pretium illum, vel conuentum exigat,l.si à patre,33.§.si præd .& ibi gl.1.eod.

Prædo,& malæ fidei possessor non debent esse melioris conditionis, quàm qui est bonæ fidei.ibi.& l.non solum,13. de noxalib.

Prædo tenetur de fatalitate,vel interitu rei,neque facit fructus suos, quos tenetur restituere cum eorum fructib. l. illud quoque, 43. & ibi gl,relinquere.de petitione hereditatis,

Prædonis loco intelligitur ille,qui tacitam fidem interposuit, vt incapaci restitueret hereditatem,l. prædonis,49.eod.

Prædo, fur, & meticulosus tenentur indistinctè de interitu: tamen re perempta necessaria est sententia propter fructus, & partus, & stipulationem de euictione, l. item si verberatum, 15. §. final. & l. vtique, 16. de rei vendicatione.

Prædo,qui locauit prædia,si accepit pensionem à conductore, solutam pensionē non ipse soluens;sed verus dominus prædiorum repetit à prædone, l. si vrbana,55.& ibi gl.3.de condictione indeb.

Prædo qui locauit naues,vel operas seruorum,si vecturas, & pensiones accepit à conductore,conductor soluens non repetit solutum tanquam indebitum; sed verus dominus nauis,vel serui. ibid.

Prædoni vt domino si retulit seruus mercedem operarum, quas ipsemet seruus locauerat,eam mercedem, vel pecuniam non facit seruus prædonis accipientis,& ideò dominus serui eam extantem vendicare potest à prædone;consumptam tamen condicit,d.l.si vrbana.& ibi gl.pecunia.

Prædoni si pensionem prædiorum,vel insularum, aut vecturam nauium tradiderint conductores, quibus verus dominus locauerat prædia, vel naues,conductores ipsi pensionem, vel vecturam tanquàm indebitè solutam repetere possunt à prædone,cùm ipsi non sint liberati prædoni soluendo,nisi prædo domino restituerit,d.l.si vrbana.& ibi gl.soluendo.

Prędo etiam iniquissimus locando fundum alienum potest ex fundo per eum locato agere contra conductorem,& exigere pensionem,d.l.si vrbana.& ibi add. marg.

Prędo,& sic malę fidei possessor percipiendo fructus committit furtum,d.l.si vrbana.& ibi gl.pen.

à Prędone fructus extantes vendicantur,consumpti condicuntur,l.si pignore,22. §.si prędo.de pignor.actione.

Prędo tenetur de fructibus perceptis, & percipiendis,gl.proderit.ibid.

Prędo si soluat debitum creditori accipienti rem pignori bona fide per ignorātiam,potest consequi fructus rei pignoratę à creditore, & eorum dominium transfertur in eum à creditore: ipse tamen prędo cogitur restituere domino rei,vel totidem,vndecumque habeat. ibid.

Prędo si rem pignori dedit,competit ei pignoratitia ad ipsam rem,& ad fructus, licèt ipse fructus non faciat suos, & prodest ei,vt pignoratitia agere possit ad extenuandum debitum, quod creditor bona fide rem pignori acceperit, aliàs si mala fide accepisset creditor,fructus non facit suos; vnde prędo non liberatur:sed dominus vendicat, vel condicit, si consumpti sint.d. §. si prędo.& ibi gl.proderit.

Prędo,& fur possunt agere depositi,nec dicuntur agere ex sua improbitate: id est furto,quod fecerunt;sed ex contractu depositi,quem inierunt,l. 1. §. si prędo, & ibi gl. 1.gl.depositi. depositi.

Prędoni datur rei vindicicatio contra depositarium, & commodatarium, quasi ei non possit obiici de dominio,cùm ipsi habeant ab eo causam, d. gloss. depositi.

Prędoni non datur actio furti, quia illa ex delicto domino est quęsita: quia eius interest: sed actio depositi datur prędoni, quia ex contractu non potest esse quęsita alij, quam contrahenti.ibid.

Prędoni datur interdictum vnde vi,si ab alio expellatur: quia ratione illius violentię domino non potest dari,cum non sit expulsus.ibid.

Prędo id,quod à debitoribus hereditariis exegerat, si vero heredi potenti hereditatem restituerit, liberantur debitores, l. qui hominem,34. §. penul.de solutio.

Prędo nemo est, qui pretium numerauit, l. nemo prędo, 196. de regulis iuris.

Reliqua verbo,Fur.

PRAEFATIO,vel narratio legis,vel statuti debet limitare, & restingere verba sequentia generaliùs prolata, l. cum ij.iuncto §.eam transactionem. de transactio.

in Prefationibus quę dicuntur,intelliguntur repetita in sequentibus l.item quia. §.fi.de pact.gl.fi.in l. 1. C.de diuers.rescrip.

in Prefationibus contractus inducta non intelliguntur repetita tempore traditionis,l.sed & si,22.§. 1.de condict.indeb.

Prefationes probant causam finalem dispositionis,l.fi.& ibi gl.modus. de hered. instit.

in Prefationibus dicta intelliguntur in sequentibus nisi interuallum longum interueniat, vel nisi ex repetitione dictorum in precedentibus vitiarentur sequentia, quia tunc non censentur repetita in sequentib.l. Titia,134.§.1.& ibi gl. idem respondi.de verb.oblig.

in Prefationibus quę dicuntur,in contractibus repetita creduntur, gl.expresserit.in §.preterea.Inst.de inutilibus stipul.& gl.prima parte.in §.capite tertio. Inst.de leg.Aquilia.

Reliqua verbo,Sequentia.

PRAEFECTIARIVS dum militat, vel post depositum officium si sine testamento,quod legib.cōprobatur,nullisque ab intestato relictis heredibus decesserit,eius hereditas non pertinet ad fiscum:sed ad arcam prefecti pretorij,l.fi. C.de apparitorib.prefectorum.lib.12.

prefectiarij:id est officiales prefecti ad perniciem prouincialium non debent se immiscere exactionib.nec lucris, ac quæstibus suis,nec debent habere custodiam horreorum,vel curiarum,l.2.C.eod.

Reliqua verbo,Prefectus,1.

o

PRAE-

VVV 3 pręiudi-

præiudicium est defensio, qua ex sententia priùs data, vel in futurum danda nitimur, rub. in add. marg. de exceptionib.

Reliqua verbo, Actio, 203.

PRAELEGATIONES veniunt in iudicio fam. ercisc. gl. 1. in l. filium, quem. 24. C. fam. ercisc.

Reliqua verbo, Prælegatum.

PRAELATVRA, vel quçlibet commissaria non transit iure hereditario ad aliquem, gloss. ad alium, & gloss. ad liberos. & ibi addit. in l. tutela. de tutelis.

Prælatura non potest dari vsque ad tempus, l. hereditas, 34. & ibi add. marg. de hered. instit.

1 PRAELATVS Ecclesiæ, cui mutuata est pecunia, ille solus tenetur, nisi versa sit in vtilitatem Ecclesiæ, gloss. contemplatione. in l. si pupilli. §. 1. de nego. gest.

Prælatus, vel Episcopus Ecclesiæ non potest procuratorem constituere ante litẽ contestatam: post sic; canonistæ tamen tenent, quod sic; quia non oportet seruum Dei litigare, gl. 1. in l. nec ciuitatis, 74. de procuratorib.

Prælati non debent requirere procurationem à clericis in ciuitatibus ad quas veniunt, gl. 1. in l. obseruare. de officio proconsulis.

Prælati, qui procurant homicidia cõmitti, propter quę fiunt indigni, quod licèt intereà prælati sint, & habeant administrationem iuris, & facti, dicuntur tamẽ prędones; qui si post multos annos deponerentur, tenerentur ad integrã restitutionem fructuum medij temporis, l. prædonis, 49. & ibi add. marg. de petitione heredit.

Prælatus illegitimus, & intrusus Ecclesiæ si locauerit fundos numis, tunc coloni in pecunia soluentes ei ipso iure liberantur; quia cõtractus necessitate soluũt, quem cum prælato intruso inierunt: secùs autem vbi fuit cõtractum cum capitulo, vel monasterio, l. si vrbana, 55. in add. marg. de condict. indeb.

Prælatus Ecclesiæ si mutuam pecuniam accipiat, pro ea potest eius bona obligare, si pecunia sit versa in ipsius Ecclesiæ vtilitatem, gl. 1. in l. si is, qui, 11. de pignorib.

Prælati nomine Ecclesia designatur, l. annua, 20. §. fi. in add. marg. de annuis legatis.

Prælato facta solutio præsente collegio, aut confessio ab eodem in collegij præsentia valet, ipsisque præiudicat, l. Lucius, 53. & ibi. gl. fi. in add. marg. de manumiss. testam.

Prælatus Ecclesiæ vendicans rem Ecclesiæ, quam ipse alienauit, non potest exceptione doli mali repelli, cùm agat nunc nomine Ecclesiæ, gl. 1. in l. si procurator rei. de doli mali excep.

Prælati negligentia nocet Ecclesiæ, l. iubemus, 10. C. de sacros.

Prælati non debent timere in admittendis exceptionib. legitimis contra rescriptum Papæ, cùm Deo, & Papæ per hoc placcant, gloss. 1. in l. 3. Cod si contra ius.

Prælatus quicquid acquirit, præsumitur acquirere de bonis Ecclesiæ causa vitandæ suspicionis turpis quæstus, gloss. fin. in l. etiamsi, 6. C. de donat. inter vir.

Prælati Ecclesiarum litigantes sine iusta causa, licèt nomine Ecclesiarũ egerint: proprio tamen nomine debent condemnari in expensis, gl. fi. in l, non est ignotum. C. de admin. tuto.

Prælatus exceptione etiam post litis contestationem repelli potest, eius electionem aliqualiter vitiando, gl. fi. in l. 2. C. de eo, qui pro tutore.

Prælatus negligens in corrigendo excessus subditorum puniri debet, gl. fi. in l. pe. C. de custod. reorum. & gl. fi. in l. 1. C. de priuatis carcerib.

Prælatus quilibet Ecclesiæ collegiatæ est iudex ordinarius in plebe sua, §. nos igitur. in add. marg. in auth. de defensor. ciui. col. 3.

Prælatus non tenetur suscipere mandata domini Papæ contra ius, vel vtilitatem publicam, nisi secunda iussio emanauerit, & in hoc deseruit legi, imò seruit propter hoc Papæ, vel principi. §. si quis autem. & ibi gl. nuncians. in auth. de mandatis princip. col. 3.

2 Prælati factum in damnum Ecclesię redundare non debet: fallit in tribus casibus. gloss. profecerunt. in §. si verò quis. in authen. de alienatione, & emphy. col. 9.

Prælati pastores dici non verentur, cùm priùs illud nomen vero pastori Christo non displicuerit, §. hoc etiam. & ibi add. marg. eod.

Prælatus malus timet bonum subditum, gl. fi. in l. 3. C. de palatinis. l. 12.

Pręlati Ecclesiastici possunt dare feudum, si antiqua sit Ecclesię consuetudo, c. 1. in principio, qui feudum dare possunt.

Pręlati licèt possint dare feudum: non tamen dabũt cognatis, gl. 2. in c. 1. qui successores feudum dare possunt.

Pręlatus si facit inuestituram de feudo rei Ecclesię, quod ab alio detinetur, antequàm sibi aperiatur, eius successor non tenetur ratam habere, d. c. 1. & ibi gl. 2.

in Pręlatorum inuestitura pariter admittuntur testes pares, & extranei, d. gloss. 2.

Pręlatus non potest futura in successoris pręiudicium concedere, neque de his habet facultatem disponẽdi; vnde eius successor non tenetur factum prędecessoris ratum habere, nisi de iure sit consummatum: quia tunc cùm gratia sit facta efficaciter, non expirat morte concedentis, d. gl. 2. in add. marg.

ob Pręlati delictum Ecclesia priuatur feudo ad tempus, c. 1. §. fi. de capitulis Corradi.

Pręlatus accusatus de suspecto pendẽte accusatione non debet administrare bona Ecclesiastica, & sibi adiungitur alius, cũ quo administrat, sine cuius consilio non poterit administrare, gl. interdicitur. & ibi add. marg. in §. si quis autem. Inst. de suspect. tutor.

Pręlatus de dilapidatione denunciatus, aut accusatus tanquam suspectus, lite pendente non remouetur ab administratione, nisi probetur suspectus de dilapidatione malè administrando, d. gloss. interdicitur. in add.

Prælatus Ecclesię alienans rem Ecclesię potest eam repetere prçlatura durante, gl. interdicta. in princ. Inst. quib. alienare licet.

Reliqua verbo, Ecclesia, 1. Reiuendicare, Episcopus.

PRAELEGATVM factum instituto valet in solidum si non adeat; si verò adeat, redditur nullum pro parte sua, l. qui filiab. 17. §. fi. de leg. 1.

Prçlegatum relictum vni ex quinque heredib. debetur illi vni deducta sua parte; ab omnib. 107. §. si Titio. eod.

Prçlegata nõ veniunt in substitutione vulgari, l. miles, 77. §. fi. de leg. 2. l. sextiam, 32. & ibi gl. 1. & fi. de leg. 3.

Prçlegata dicuntur valere pro parte coheredum; sed pro parte, qua ipse est heres, non valent; quia heredi à seipso non potest legari, gloss. fin. in l. miles, 77. §. fin.

in Prçlegato vnus ex duobus heredibus dicitur habere dominium in illius vera dimidia iure hereditario, in alia iure legati. ibid.

Prçlegata quatenùs sunt in portione hereditaria, videntur prçlegata sub conditione, si hereditatem non adierit, & ideò si repudiat, debet habere portionem, in qua ab initio consistit legatum: scilicet pro parte coheredum, & aliam, in qua ab initio non consistit legatum: sed si decedat, antèquam repudiet, pro parte hereditaria non potest transmittere ad heredem suum. ibidem.

in Prçlegato facto vni, etiam coniunctę personę, non debetur euictio iure actionis, l. cùm pater, 79. §. euictis. & ibi gl. 1. de leg. 2.

Prçlegatum factum vni ex fratribus heredibus institutis si euictum sit, non potest is agere de euictione cõtra fratres coheredes, ne crescat inuidia super eos: secus est inter alios coniunctos, d. gl. 1.

Prçlegatum relictum si sit vni ex heredibus & is sit grauatus vltra valorem prçlegati, valet grauamen etiam in eo, quod est vltra prçlegatum, † gloss. fi. in l. Pamphilo, 37. §. fi. de leg. 3.

Prçlegata dos dicitur dotis relictum, quod ante suę dotis tempus capitur: sicut coheredi relictum dicitur prçlegatum, quod ante, vel extra suam partem habet, † gl. in rub. de dote prçlegata.

Prçlegatum cum onere alimentorum relictum transit ad heredes, licèt sint plures, l. cùm vnus. de alim. & cibar.

Prçlegatum factum vni ex heredibus causa adęquationis, si adimitur, videtur ademptum aliud prælegatum alteri heredi factum ex eadem causa, l. alteri, de adimen. legat.

Prçlegatum defalcatur à coherede, & illud, quod supra defalcationem remanet, in Falcidiam non imputatur, l. quod de bonis, 15. §. final. ad legem Falcid.

Prçlegatum consistens in pecunia hereditaria computatur in Falcidiam; secùs si consistat in corpore, gl. à coherede. in l. Nensennius, 22. eod.

Prçlegata relicta impuberi non imputantur in Falcidiam pupillariter substituto, l. cùm pater. 60. eod.

Prçlegata non veniunt in fideicommissum, quando quis primò rogat, deinde prçlegat, secùs quando primò prçlegauit, deinde rogauit, l. 3. §. quidam. & ibi gloss. hereditariam. ad Treb. l. Titia testamento, 85. & ibi gl. debere. ad leg. Falcid.

Prçlegata non imputantur in Falcidiam, nisi quoad eum, à quo percipiuntur, l. filio, & filia, 93. eod.

Prçlegata non veniunt in restitutionem fideicommissi, quando quis primò prçlegauit, deinde rogauit hereditariam portionem restitui, d. l. 5. §. quidam. & ibi gl. hereditariam. ad Trebel.

Prçlegata quando veniunt in fideicommisso, debent intelligi de ea parte, quę à coherede percipitur: non de ea, quę iurè hereditario retinetur, l. in fideicõmissariam, 18. §. fi. eod.

Prçlegata veniunt in restitutionem fideicommissi relicti per hęc verba, rogo restituas quicquid ex hereditate mea ad te peruenerit, gl. peruenerit. in l. quidam, 25. eodem.

Prçlegata fideicommissario adiudicat iudex datus ad diuidendam hereditatem, vel prçses, neque veniet prçlegatarius in diuisionem cũ aliis coheredibus per iudicium familię ercisc. l. si qua, 7. C. familię ercisc.

Prçlegatum consequi potest heres, qui repudiauit partem hereditatis, in qua fuit institutus, l. cùm responso, 12. C. de leg.

Vide verbo, Prælegationes, Heres, 150.

PRAELVM dicitur instrumentum fundi, cum quo premitur oliua, vel vua, gl. & prçlum. in l. sed & addes, 21. §. illud nobis. locati.

PRAEMIVM, & pœnam non debet quis consequi ex eodem facto, gl. fi. in l. siue hereditaria. de nego. gestis. gl. fi. in l. ne quis officialium, 38. C. de decurionib. lib. 10.

Prçmium, & pœnam consequi potest quis ex eodem facto quandoque, gl. 1. in l. de cętero. de suspect. tuto. gl. vrbicis. in l. sed & milites, 10. §. scribit. de excus. tutor.

prçmium habere non debet quis, vnde pœnam meretur, gloss. 1. in l. athletę, 8. de excusat. tutorum, gloss. eorum. in l. qui testamenta, 26. de militari testam.

prçmia publica non possunt priuata, vel publica pactione obligati, gl. fi. in l. commodis, 40. de re iudicata.

prçmia publica possunt capi in causam iudicati in subsidium, aliis bonis non existentib. d. l. commodis. & ibi gl. fi.

prçmia consequebantur à repub. illi, qui pugnabant ad delectationem populi, gl. 1. ibid.

Reliqua verbo, Virtuosis.

PRAENOMEN est, quod causa differentię ponitur, vt si sint duo Tullij, & vni super addatur Marcus, & dicatur Marcus Tullius, gl. 1. in §. si quis in nomine. Inst de legatis.

Reliqua verbo, Persona, Agnomen, Cognomen.

PRAEOCCVPANS, vt dicatur facta inter creditores pares, sufficit litis contesta-

Reliqua verbo, *Nauis*, *Creditor*, 80. 81. *Institor*, 1. 2. 3. *Seruus*, 37. 38. 39.

existit memoria,l.vsum.C.de aquæductu.lib.11.

in Præscribendis accessoriis satis est titulus pro suo, gl.iusta.in additione.in §. si quis à non domino.Inst. de rerum diuisione.

in Præscribenda seruitute non requiritur titulus: fallit si res caderet in vitium furtiuitatis,gl.pe.in add.marg.in l.1.§.fin.de itinere,actúque priuato.

Præscribens,vel qui tempore liberatur non est similis soluenti.l item illa.§.1.& ibi.exierit.de constit.pecunia.

Præscribens similis est soluenti quoad quid: sed non in omnib. quoad damnum verò creditoris similis est soluenti,nisi ex facto debitoris sibi prouideatur, d. gl.exierit.in add.marg.

Præscribenti rem sibi donatam, vel legatam non nocet vitium personale sui authoris: nocet tamen ei vitium reale,l.an vitium.& ibi gl. 1.de diuers. & tempor.

in Præscribente sic exigitur ignorantia,vt sic bonam fidem habeat,gl. pen.in l.fi. C.de præscriptione longi temporis.

Præscribens rem bona fide, & iusto titulo per logum tempus si cadat ab ea, contra quoscumque possessores poterit agere vtili in rem, & etiam contra dominum, † gloss. actionem. in l. si quis emptionis. C,de præscriptione 30. vel 40.

Præscribens longissimo tempore bona fide si cadat à possessione, contra dominum non habet rei vindicationem, vel aliam actionem,† gl.vti.& d.gl.ita tamen.in d.l.si quis emptionis. §.quòd si quis.

Præscribens longissimo tempore ab initio cum bona fide quærit ius vendicandi à quocumque,præterquàm ab eo,contra quem præscribit,siue sit dominus,siue creditor,qui habuit hypothecam,d. §.quòd si quis.

Præscribens longissimo tempore ab initio cum mala fide habet solum ius retinendi, & si cadat à possessione,tunc potest prior dominus, vel creditor ab iniusto possessore illam vendicare, nisi & ipse propria præscriptione tueatur. ibidem.

Præscribens mala fide potest rem vindicare ab eius violēto possessore,d.l.si quis emptionis.§.sed hæc.& ibi gl.sed hæc.& gl.distinctione.

Præscribens etiam mala fide si veniat ad iudicium intra annum recuperat possessionem ab eo, qui intentans actionem in rem propter eius contumaciam missus est in possessionem ante litem contestatam, d. l. si quis emptionis, §. penul.

Reliqua verbo,Vsucapere, Publicum.

Præscriptio in genere,nu.1.vsque 11.
Præscriptio contra minores.nu. 11.12.& 13.
Præscriptio contra ecclesiam,fiscum,& absentem causa reipub.14.
Præscriptionis interruptio.num. 15.vsque num.18.

1 PRAESCRIPTIO pro bono publico est introducta, gl. fin. in l. 1. de neg. gest.

Præscriptio,aut vsucapio est introducta contra naturalem æquitatem, qua dicitur nminem cum alterius iactura debere locupletari. ibid.

Præscriptio 30. annorum, vel longissimi temporis iure Digestorum non erat cognita,gl.1.in l Iulianus.ex quibus causis maiores.gl. 1.in add.marg.in l. vbi lex . 4.de vsucapio.

in Præscriptione non interuenit voluntas domini, gloss. final. in l. 1. §. pen. de dolo.

Præscriptio sexaginta dierum, quæ datur marito minori ad accusandum vxorem de adulterio, currit, & non restituitur,gl, cessauit. in l. auxilium,38. de minorib.

Præscriptio non procedit sine possessione,l.denique. ex quibus causis maiores.

Præscriptio instantiæ iudicij ipso iure nō currit,quando per iudicem stetit, quominus quis agere potest, bene tamen currit præscriptio actionis: sed contra eam datur restitutio,l.sed & si.26,& ibi gl.1.eod.

in Præscriptione iurium incorporalium Ecclesiasticorum requiritur scientia aduersarij,l.pe.& ibi add,marg.de seruitutib.

in Præscriptione res corporales,& incorporales æquiparantur,gl.1.in l,fi.quemadmod.seruitutes.

Præscriptio plus operatur,quàm pactum; gl.coheredibus.in l.1.familiæ ercisc.

Præscriptio contra pignoratitiam incipit currere à die natiuitatis pignoratitiæ, non anteà,cùm nondum sit nata: potest tamen præscribi iuri offerendi, vel soluendi debitum,non ipsi actioni pignoratiæ, † glos.pignoratitia. in l. si rē, 9.§.omnis.de pignorat.actione.

Præscriptiones sunt odiosæ, & ideò strictè sunt interpretandæ; secus est in volūtate,vel conuentione,quæ latè sunt interpretandæ, gl.discedatur.in l,soluitur. quibus mod.pign.

Præscriptione liberatus similis est soluenti; sed non quoad omnia: quia soluens ipso iure:præscribens tamen exceptione liberatur,gl. fi.in l.si pupillus, 46. de adm. tutorum.

2 Præscriptio naturalem obligationem non tollit, quam cum ciuili perimit solutio.d.gl.fi.in add. marg.

Præscriptio similis est solutioni,quoad hoc,vt possit obiici ei, contra quem præscriptum est, culpa, quasi facto suo, & negligentia fuerit sequuta liberatio. ibidem.

Præscriptio etiam 30.vel 40.annorū non procedit in annuis legatis,& aliis præstationibus futuris procedentibus ex vltima voluntate: sed rectè procedit in annuis præstationib.procedentibus ex contractu,vel ex stipulatione,† gl.fi. in l.4.de annuis legatis.

Præscriptio 30.annorum hodie rectè procedit ex sola bona fide,gl.1.in add.mar. in l.vbi lex.24.de vsucapio.

Præscriptio in principali trahitur ad accessoria, quando illa inerant principali ab initio:secùs si ex postfacto,quia tūc opus est noua præscriptione,l.qui fundum,7.§.1.& ibi add.marg.pro emptore.

Præscriptio 30.an.requiritur in eo,qui possidet pro possessore,gl. 2. in l.1. quorum bonorum.

Præscriptio currit aduersus impeditum facti impedimento: tametsi restituatur, quod æquè futurum non est aduersus impeditum iuris impedimento,l. 1. §. si quis.& ibi add.marg.de itinere,actúque.

Præscriptio quando actori cucurrit propter dilationem,quæ datur reo,actor restituitur,d.l.1.§.prætereà.

Præscriptio 30.vel 40. ann.cum mala fide currit de iure ciuili,quod ius corrigitur per ius canonicum, cuius iuris canonici dispositio habet locum etiam de iure ciuili,gl.iure.in add.marg.in l.1.§.hæc interdicta. eod.

Præscriptio immemorialis habetur loco tituli, l. 3. §. ductus, de aqua quotidiana.

Præscriptiones quædam sunt vnius diei, aliæ duorum,aliæ trium, gl. in rub. de diuersis,& temporalib. 3

in Præscriptione 10.vel 20.an.sufficit continuata possessione vltimum diem tangere, nec requiritur totus dies ad complendum constitutum tempus, quod secus est in præscriptionibus personalium actionum, in quibus requiritur, vltimum diem explere,ibid.& l.pe.in princ.& ibi gl.1. eod.

per Præscriptionem 30.an.non inducitur nisi exceptio,& exemptio. gl.in d. rub. & ibi add.marg.

Præscriptiones omnes regulariter habent continua tempora, nisi specialiter inueniatur lege cautum contrà:scilicet quod sit vtile,gl.in d.rub.

Præscriptiones quædam habent vtilia tempora, quarum quædam habent vtile tempus quoad sui principium,& processum;quædam quoad sui principium tantum.ibid.

in Præscriptionibus quoad hoc vt vtile tempus currat,requiritur, quòd quis habeat facultatem agendi per se, vel per alium, & potestatem conueniendi eum per se,vel per alium respondentem,& iudicis reddentis copiam, l. 1. & ibi gl. agendi.eod.

Præscriptio longæ possessionis tam in prædiis,quàm in mancipiis, quæ prædiis morantur,habet locum,l.3.eod.

Præscriptio immobilium olim in Italico solo erat duorum annorum: sed in prouincia 10. vel 20. annorum. hodie verò tam in Italico solo, quàm in prouincia procedit præscriptio 10. vel 20. annorum in immobilibus, gloss. 1.ibidem.

Præscriptione, vel tempore potest aliquid fieri, quod non potest fieri pacto. ibidem.

Præscriptioni longi temporis locus est in rebus soli. l. rescriptis, 9. eodem & gloss. 2, in l. 2. Cod. de seruitut. & aqua. gloss. mag. in l.1.Cod. de seruis fugitiuis.

Præscriptione 30.ann.quandoque dicitur,quòd tollitur actio, intellige per exceptionem;quia remanet naturalis,& tollitur ciuilis,gl.non posse.in l.obligationum fere.de actio.& obligat.

Præscriptio currit à die,quo fuit facultas agendi, l.si seruus hereditarius, 25. de stipul.seruorum.

Præscriptio non currit agere non valenti, d. l.si seruus hereditarius. & ibi add. marg.

Præscriptio non inchoatur iacente hereditate, nec aduersus eum, qui apud hostes est; tamen inchoata currit, & continuatur aduersus vtrumque. ibidem. 4

Præscriptio quandoque ponitur pro exceptione,l.si debitor tuus,91. & ibi gl.pe. & add.marg.de solutio.

Præscriptio maior requiritur in amittendo, quàm in acquirendo, vel recuperando, gloss. centum annorum. in l. vt inter diuinum. 19. Cod. de sacrosanctis.

Præscriptiones sunt odiosæ,& ideò arctandæ, gloss. 1. in auth. quas actiones. C. eodem.

Præscriptiones omnes:scilicet trium annorum,x.xx. & xxx. annorum,& similes causantur ex tempore:quia finito tempore res confirmantur,gl.1.in l. fi. C. in quib. caus.in integ.

Præscriptio non currit non negligentibus,l.contra maiores, 16.Cod. de inoffic. testam.

Præscriptio quinquennij non currit super querela inofficiosi, donec ventilatur quæstio super nullitate,vel solennitate testam.ibid.

Præscriptio longi temporis nulli competit,nisi titulum,& bonam fidem habeat, gl.4.in l. hereditatis,7.C.de petitione hered.

Præscriptio post litis contestationem non currit,quamquam lis duret anno, vel plus,gl.1.in l.moræ litis,26. C.rei vindicat.

Præscriptio longi temporis agenti non currit. ibid.

Præscriptio temporalis propriè dicitur x.vel xx.ann.gl.temporalem.in l.plures. C.de fide instrum.

Præscriptio 30.an.debet esse ad præscribendum debitum à debitore contra creditorem.ibid.

Præscriptio temporalis dicitur quandoque præscriptio perpetua,scilicet 30. annorum, & tunc temporalis exponitur:id est causam habens ex tempore. ibidem.

Præscriptio inchoata contra defunctum currit contra eius heredē statim à morte testatoris;† gl.3.& fi.in l.si intra.8. C.de non numerata.

Præscriptio inchoanda contra heredem currit ab adita hereditate, & non à morte defuncti.† ibid. 5

Præscriptio biennalis exceptionis non numerata pecunia contra defunctum impleta præiudicat eius heredi,etiam pupillo,† gl.fi.

Præscriptione 30.vel 40.an. qui sunt tuti in principali debito, & etiam sunt tuti in vsuris cum fructibus,l.eos.C.de vsuris.

Præscriptio impeditur per iuris errorem, gl.2. in l.1.C.si ignorans rem minoris esse.

Præscriptio sine possessione ciuili non procedit, gl. mag.in add.in l.1.C.de seruis fugitiuis.

Præscriptio longi temporis non habet locum in seruo fugitiuo: sed bene,in seruo ascriptitio,d.gl.marg.

Præscriptio incipit currere ab eo tempore, quo quis desinit ciuiliter possidere, d.glo.marg.in fin.

quæ non habent cauſam continuam contra patientem patientia diuturna,prę-ſumitur titulus,gl.longo,in l.cùm de in rem verſo.de vſuris.

*Reliqua verbo,Articulus,Heres,*100.101.*Libertas*, 19.*Longum,Mulier,*13.*Poſſidens,*45.*Poſſeſſio,*26.27.*Poſſeſſor,*4.*Seruitus,*25.26.*Vſucapio,per tot.Actio* 204. *Bonorum poſſeſſio.*17.*Bonæ fidei poſſeſſor, Abſens,*18.*Aequitas,*1.

11 PRÆSCRIPTIONUM tria ſunt genera, quædam currunt minoribus : ſed reſtituuntur:quædam currunt, & non reſtituuntur ; quædam ipſo iure non currunt minoribus,gl.ceſſabit.in l.auxilium,38.de minorib.

Præſcriptio non numeratæ pecuniæ ex perſona defuncti currit minori:ſed reſtituitur.ibid.

Præſcriptio 30.vel 40.an currit minori:ſed reſtituitur.ib.

Præſcriptio non numeratæ dotis currit minori,& non reſtituitur,ibid.& gl.4.in l.fi.C.in quibus cauſ.reſt.non eſt neceſ.

Præſcriptio quinquennij,quæ obiicitur minori ad tuẽdum ſtatum defuncti,currit minori, & non reſtituitur contra eam, gl. ceſſabit. in l. auxilium, 38. de minor.

Præſcriptiones omnes regulariter ipſo iure minoribus non currunt.ibidem.

Præſcriptio legalis ipſo iure nõ currit minori :ſed bene conuentionalis,gl.quod. in l.Æmilius,39.eod.

Præſcriptio conuentionalis ſi incipiat cum defuncto maiore,& finiatur cum minore,currit ſine ſpe reſtitutionis, niſi cum minore aliquid geſtum fuerit, vel aliquid interueniat,ex quo etiam maior reſtitueretur,d.l.Æmilius.

Præſcriptio nulla currit contra minorem, neque etiam 30. annorum locum habere videtur,gloſ.1.in l.1.C.ſi aduerſus vſucapionem.

12 Præſcriptio, quæ cœpit à minore, non currit in pupillari ætate, etſi eſſent 44. anni,quando fuiſſet completa.ibid.

Præſcriptio 30.an.odioſa cœpta per perſonam maioris, contra heredem pupillũ non currit:ſed interim dormit,gloſſ.1.in l.1.C.ſi aduerſus vſucapionem.

Præſcriptio temporalis, vel perpetua,quæ cœpit à maiore, contra heredem minorem currit:ſed datur reſtitutio,ſi compleatur contra eum.ibid.

Præſcriptiones temporales, quæ olim currebant minoribus, hodie ſunt innouatæ ita,vt non currant,gloſ.4.in l.fi.C.in quibus cauſis in integrum.

Præſcriptiones ſecundum veteres leges quandoque minoribus currebant ita, quòd ipſi non reſtituebantur,quandoque ipſo iure ceſſant, quandoque currebant:ſed reſtituebantur.ibid.

Præſcriptiones iudiciorum vt tempus inſtantiæ,vel appellationis,quibus iudicia ſopiuntur,currunt etiam contra minores.ib.

Præſcriptio quando cœpit ex perſona prædeceſſoris minori currit.ibidem.

Præſcriptio 30. vel 40.an.non currit pupillo,gl.fi.ibid.

Præſcriptio 30.vel 40.an. quæ incœpit à maiore,minori ſucceſſori currit ſine ſpe reſtitutionis.ibid.

Pręſcriptio 30.vel 40.an.cœpta cõtra maiorem,vel minorem,currit minori poſt pupillarem ætatem:ſed reſtituitur.ib.

Præſcriptio quadriennij, ſicut minoribus currit poſt maiorem ætatem:ita maioribus poſt reuerſionem,gl.fi.in l.fi.C.de temporibus in integrum.

Præſcriptio ſi incipit in minori ætate,compleatúrque in maiori, tempus petendę reſtitutionis incipit currere à tempore læſionis completæ,† gl.illuxerit.ibid.

13 Præſcriptio x. vel xx. annorum non currit contra minorem, niſi demùm facto maiore,gloſ.fi.in l.1.&.l. fi.C.ſi quis ignorans rem minoris.

Præſcriptiones quædam olim contra minores non currebant in quibuſdam caſibus, vt in alienatione rei à minore facta:quædam verò erant quæ in quibuſdã caſib.non currebant ipſo iure,gl.fi.in d.l.fi.

Pręſcriptio triennalis currit filiis ex eo tempore,ex quo ſuæ poteſtatis eſſe apparuerint, niſi aliquem impuberem ætas adiuuet,l. 1.& ibi gl.fi.& auth.niſi triẽnalis.C.de bon.mater.

Præſcriptione 30.vel 40.non acquirit quis dominium vtile, vel effectum dominij,ſi bona fide poſſideat:ſi mala fide,acquirit ſolam exceptionem,† gl.1.ibid.

Præſcriptio 30. vel 40.an.non currit contra impuberem:ſed contra alium minorem currit:ſed reſtituitur,gl.fi.ibid.

Præſcriptio quinque annorum quandoque currit contra pupillos, vt ſi pupillus non mouerit quæſtionem ſtatus defuncti intra quinquennium à morte eius: quia poſteà non admittitur,l.ſi mater.& ibi gl.1.C.ne de ſtatu defun.

Præſcriptio x. vel xx. annorum olim etiam ipſo iure non currebat pupillo, nec adulto,† glo.fi.in l.3.C.quibus non obiicitur longi temporis.

Præſcriptio 30.an. non currit pupillis : incipit tamen currere poſtquàm incœpit eſſe pubes, quæ incœpit currere contra defunctum,l.3.C.de præſcriptione lõgi temp.

Præſcriptio 30.annorum currit contra adultum poſt pupillarem ætatem,etiamſi non ſit cœpta contra defunctum,glo.ſeruanda.ibidem.

contra Præſcriptionem 30.an.reſtituere poteſt adultus, † ibid. & gl. 5. in l.cùm notiſſimi,7.C.eod.

Præſcriptio 30.an.cœpta contra defunctum non currit,ſed dormit contra pupillum, & eo facto adulto illa præſcriptio excitat ſe, & coniungitur tempus ſequens præcedenti,d.gloſſ.ſeruanda.

Præſcriptio 30. annorum non currit contra pupillum,nec contra filiumfam.nec contra eccleſiam, nec contra creditorem agentem hypothecaria aduerſus debitorem,vel heredem ſuum vniuerſalem,vel creditorem.ibid.

Præſcriptio contra impuberes non currit, imò etſi contra prædeceſſorem impuberis fuerit inchoata,interim tamen debet retardari,gloſ.aliqua.in §.ſed quod ſancitum.in auth.de nuptiis.collat.4.

Præſcriptiones 30.an. vel maiores currunt contra adultum : ſed reſtituitur : ſed præſcriptiones minores 30. an.contra adultum ipſo iure non currunt : & hoc extra iudicium:ſed in iudicio currunt : ſed reſtituitur, vt triennij,ad eam rem inſtantiam, item anni ad eandem inſtantiam.ibidem.

Præſcriptio inchoata ſuſpenditur durante pupillari ætate,gl.accedere,in additione marg.in l.Pomponius, 13.§.ſi is,qui precario.de acquir.poſſeſſione.

*Reliqua verbo,Minor,*47.48.49.*Pupillus,*25.

14 PRAESCRIPTIO contra eccleſiam,vel ciuitatem non currit in reb. ſibi relictis iure hereditario,legatis,donatis, vel venditis, niſi centum annorum, l.vt inter diuinum,19.C.de ſacroſanctis eccleſ.

Præſcriptio contra Romanam Eccleſiam tãtum valet, ſi fuerit centum annorum, auth.quas actiones.C.eod.

Præſcriptio contra Eccleſiam tantum 40. annorum valet, niſi in vſucapionem triennij,& præſcriptione quadriennij, ibi.& auth.hæc conſtitutio innouat cõſtitutionem,per totum.col.8.

Præſcriptio annalis valet contra Eccleſiam in bonis hæretici : quia aliàs contra priuatum ſolùm valet tricennalis,glo.j.in d.auth.quas actiones.

Præſcriptio triennalis tantùm procedit contra priuatum habentem ius ad bona hæretici,vel rapientis monacham:annalis verò contra Eccleſiam.ibi.

Præſcriptione 40.an.gaudet Eccleſia contra Eccleſiam.ibi.

Præſcriptio 30.an.præſcribit Eccleſia res priuati:ſicut priuatus contra priuatum, ibi.& d.auth.hæc coſiſtitutio innouat conſtitutionem.

Præſcriptiones currunt contra Eccleſiam : contra minorem verò ipſo iure non currunt,glo.4.in d.auth.quas actiones.

Præſcriptio quinquennalis currit etiam contra fiſcum, ſi non mouerit quæſtionem ſtatus defuncti intra quinquennium ab eius morte, l.pe.C.ne de ſtatu defunctorum.

Præſcriptiones omnes x.xx.vel xxx.an.aduerſus priuatos currentes, in Eccleſiis ad 40.annos extenduntur,quod obtinet in exactione legatorum, & hereditatum ad pias cauſas relictorum, §. pro temporalib.in auth.de eccleſiaſticis.remanent in ſuo ſtatu,& currunt Eccleſiis eodem tempore,quo priuatis.

Præſcriptiones actionis redhibitoriæ, & quando minores, & ſimilium etiam in Eccleſiis remanent in ſuo ſtatu,& currũt Eccleſiis eodem tempore,quo priuatis:ſed contra eas reſtituuntur, vt minor vſque ad quadriennium, ex quo læſa. eſt,glo.annorum.in d.§.pro temporalibus.& d.auth. quas actiones, & ibi gl.4. & d.auth.hæc conſtitutio.

Præſcriptio 40.an.currit contra Eccleſiam,& rempub.l.iubemus,C.de fundis patrim onialib.lib.11.

Pręſcriptione quadriennij tuetur fiſcus contra eum,cuius erat res,quando vendidit rem alienam vt propriam,14.& ibi gl.fi.C.de reſtitutione militum.

Præſcriptio longi temporis non obſtat abſenti ex iuſta, & neceſſaria cauſa:obſtat tamen abſenti ex cauſa voluntaria,l.2.& ibi gl.fi.C.eod.

Præſcriptio longi temporis contra abſentem cauſa reipub. vel caſu fortuito non valet.l.4.C.eod.

Præſcriptio 30.annorum currit contra abſentem,& contra milites:ſed reſtituuntur,gloſſ.militia.in l.3.C.de præſcriptione 30.vel 40.an.

Reliqua verbo,Fiſcus 15.*Fiſcalis,*1.*Leuitas,*10.*Bonorum poſſeſſio,*17. *Abſens,vſque* 14.18.

PRAESCRIPTIO interrumpitur ſola citatione facta per executorem, l.fin.& ibi gloſſ.acquirat.de eo,per quem fact. 15

Præſcriptionem iure veteri non interrumpebat ſola citatio : ſed ſolùm litis conteſtatio,d.gl.acquirat.

Pręſcriptio interrumpitur per ſolam denunciationem à parte parti extra iudicium factam,d.gl.acquirat.

Pręſcriptionis interruptionem impediens contra alium, tenetur ei actione de dolo,l.pe.de dolo.

Præſcriptionis interruptionem poteſt facere iure communi pręſens coram epiſcopo,vel in ſubſidium in publicum proponere,ſiue porrigere,vbi domicilium habet aduerſarius,qui rem eius detinet, & abſens eſt, vel infans,vel furioſus, vel in poteſtate poſitus,gloſ.mag.in l.is,qui reipub.39.ex quib.cauſis maiores. l.fi.C.de epiſcopa.audien.

Præſcriptio 30.an.ſi fuerit interrupta per citationem,& poſteà renuncietur citationi tacitè,vel expreſſè, perinde acſi poſteà non fuiſſet interrupta,l.nam etſi §.1.& ibi add.marg.de inoffic.teſtam.

Præſcriptio interrupta contra reum cenſetur interrupta etiam cõtra eius fideiuſſorem,gl.fideiuſſor.in l.ſi fideiuſſor,29.§.pe.mandati.

Pręſcriptio interrumpitur per litis conteſtationem factam cum pupillo, tutore authore.gl.ſuſcipiatur.in l.1.§.1.de adminiſt.tutorum.

Præſcriptio rei immobilis per litis conteſtationem interrumpitur, gl.vſucapionem.in l.2.§.fi.pro emptore.l.nec bona.10.C.de pręſcrip.longi tempor.

Pręſcriptio interrumpitur per donationem fideiuſſoris, quando fideiuſſor datur ante finitam præſcriptionem:ſecùs quando poſt finitam, gl. iam reuerſo.in l. cùm quis,38.§.pe.de ſolutio.

Præſcriptio non interrumpitur,quando fideiuſſor interceſſit,ignorante debitore præſcribente.ibi. 16

Præſcriptionis interruptio facta contra principalem non interrumpit pręſcriptionem contra fideiuſſorem,glo.annuus.& ibi add.marg.ibid.

Præſcriptio ſtatuta accuſationi criminali interrumpitur per ſolam libelli oblationem:quod ſecus eſt in ciuili,l.mariti, 29.§.quinquennium,de adulteriis.

Præſcriptionis interrruptio ciuilis, quæ fit per ſolam libelli oblationem, non prodeſt niſi interrumpenti,d.§.quinquennium.& ibi gl.non alienos.

Præſcriptio adulterij per porrectionem libelli accuſationis malè concepti non interrumpitur,l.accuſaturus,35.eod.

Præſcriptionis interruptionem inducit conuentio coram arbitro facta, ac ſi coram ordinario iudice fuiſſet inchoata,l.5.§.fi.de receptis arbitris.

Pręſcriptio interrumpitur per conuentionem factam coram arbitro in ſcriptis & executore miſſo,& non aliàs, niſi in quibuſdam caſib. coram principe, glo. conuentum.ibid.

Pręſcriptio interrumpitur per litis conteſtationem etiam nullam.†gl.fi.in auth. offeratur.C.de litis conteſtatione.gl.damnificando.& gl.pro nihilo. in §. ſuſcepto,in auth.de exhiben.reis.col.5.

pręſcriptio interrumpitur per litis conteſtationem ita,quòd ſi non ſit finita,non finietur à modo,gl.1.in l.morę litis.26.C.de rei vind.l.fin.C.de pręſcriptione 30.annor.

Præſcriptionem non interrumpit litis conteſtatio facta coram iudice incompetenti.l.pe.& ibi gl.fi.C.ne de ſtatu defunctorum.

Pręſcriptionis interruptio ciuilis prodeſt interrumpenti tantum : vnde quis poteſt vſucapere contra dominum, licèt alius moueat litem, ſecùs in naturali interruptione,quę omnib.proficit,gl.3.in l.nemo.10.C.de acqui.poſſeſſ.

Pręſcriptionis interruptio ciuilis differt à naturali interruptione.ibidem.

Præſes ex eo quòd exierit,non amittit imperium in prouincia,vt dicebant Vaſcones.ibid.

Præſes extra prouinciam non habet exercitium iuriſdictionis : poteſt tamen, & debet delegare etiam extra,vt delegatus intra prouinciam cognoſcat.ibid.

Præſes in dicendis ſententiis morem ſuorum maiorum debet ſeruare.ibid.

Præſes habet iuriſdictionem etiam aduerſus homines,ſi quid malum in prouincia commiſerint,l.3 .eodem.

Præſes curare debet purgare prouinciam malis hominibus , neque debet diſtinguere,vnde ſint.ibid.

Præſes prouinciæ maius imperium in prouincia habet omnibus poſt principem, l.4.eod.

Præſes prouinciæ non magis tutorem, quàm ſpecialem iudicem ipſe ſe dare poteſt.l.5.eod.

2 Præſes prouinciæ prohibere debet illicitas exactiones,vel tortas metu venditiones,& cautiones ſine pretij numeratione, l.illicitas.eod.

Præſes prouinciæ debet prouidere,ne quis iniquum lucrum, vel damnum ſétiat, vel dolo, vel facilitate,dict.l.illicitas.& ibi gl.ſentiat.

Præſes prouinciæ id debet ſequi , quod conuenit eum ſequi ex fide eorum , quæ probantur ſequi.d.l.illicitas.§.veritas.

Præſes prouinciæ curare debet, ne potentiores viri iniuriis afficiant humiliores, neue defenſores potentiorum calumnioſis criminib. inſectentur innocentes, d.l.illicitas.§.ne potentiores.

Præſes debet prohibere malos homines ſub prætextu adiuuantium militares viros ad concutiendos homines procedentes,& eos coercere.ibid.

Præſes debet prohibere ſub ſpecie tributorum illicitas exactiones fieri , & debet curare,ne licita negotiatione aliqui prohibeantur, vel prohibita exerceantur, vel innocentib.pœnæ irrogentur.ibid.

Præſes curare debet, ne homines tenuis conditionis domunculam vnam habentes cogantur ad ſuſcipiendos hoſpites milites,vel iniuriis vexari , d.l.illicitas. §.& ne tenuis.

Præſes prouinciæ poteſt damnare in metallum:ſed non deportare , gl. in metallum.in d.l.illicitas.§.qui vniuerſas.

Præſes prouinciæ inſpectis ædificiis dominos eorum cauſa cognita reficere ea compellere poteſt,l.præſes,7.eod.

Prſes prouinciæ contra inobedientes competenti remedio deformitati auxilium ferre debet.ibid.

Præſes poteſt compellere ſocium recuſantem ædificare , & etiam vt de nouo faciant,ſi ſint curiales,aliàs non, conſtructionem : ſed reſtitutionem debet præcipere,gl.2.ibid.

Præſides prouinciarum cognoſcunt de his omnibus cauſis , de quib.cognoſcunt magiſtratus in ciuitate Romana,l.de omnibus.eod.

ad Præſidem prouinciæ pertinét omnia negotia de prouincia, quæ Romæ varios iudices habent, non tamen omnia priuilegia:quia prefectus vrbi relegat , vel deportat:ſed preſes non,l.omnia.& ibi gl.1.eod.

3 Præſes licèt omnium Romæ magiſtratuum vice , & officio fungi debeat in prouincia:non tamen tam ſpectandum eſt,quid Romæ factum eſt,quàm quid fieri debeat.l.ſed licèt.eod.

Præſes debet curare,vt prouincia ſit quieta,& in pace,quod facilè obtinebit,ſi ſolicitè agat,vt malis hominib.prouincia careat , eóſque conquirat,l. congruit. eodem.

Præſes conquirere debet ſacrilegios,latrones,plagiarios,& fures , & prout quiſque deliquerit,in eum animaduertere,receptatoréſque eorum coercere.ibid

Præſes prouinciæ non debet exire prouinciam , niſi cauſa voti ſoluendi,dum tamen non ſtet per totam noctem extra prouinciam,l.illud.eod.

Præſes hodie per noctem , & per noctes poteſt extare extra prouinciam ratione voti ſoluendi , cùm dicat propheta, Vouete,& reddite Domino Deo,&c.gl.fi. ibidem.

Præſes poterit cognoſcere quando aliquis familiaris facit alicui iniuriam , gl. inuito.in l.Senatuſconſulto.eod.

Præſes prouinciæ antequam cognouerit ſucceſſoris aduentum, ſi tuto rem dederit,& præſtiterit manumittendi authoritatem , valent hæc omnia , l. ſi fortè. eodem.

Præſides hodie non poſſunt accipere eſculenta,& poculenta, niſi in defectum ſui ſalarij,gl.2.in l.plebiſcito.eod.

Præſides munus,vel donum capere prohibentur,niſi eſculentum,poculentúmve, quod intra dies proximos conſumatur,d.l.plebiſcito.

Præſides prouinciarum non debent admittere prouinciales in magnam familiaritatem,l.obſeruandum,eod.

Præſes vel corrector prouincię,abdicando ſe,non amittit imperium.l.pe.de officio.præſidis.

Præſes ab imperio,& iuriſdictione ſe abdicare:id eſt ſeparare non poteſt , niſi faciat in manu principis,à quo habet imperium,gl.1.ibid.

Præſes cognoſcit de ſeruo corrupto, vel ancilla deuirginata , vel ſeruo ſtuprato, & debet ſeueriſſimè caſtigare corruptorem,l.ſi.eod.

Præſide mortuo ante finem officij ſalarium reſidui temporis debetur aſſeſſori vſque quo ſecum alio non collocauit:ſecùs ſi præſes , vel aſſeſſor ab officio ſit remotus.l.diem defuncto,de officio aſſeſſor.

4 Præſes non poteſt paciſci vltra eſculenta,& poculenta, in cuius fraudem fieret, ſi traheretur ad numerum,qualitaté,vel quantitatem , gl.plebiſcita.in l.iuriſgentium.§.prætor.de pactis.

Præſes prouinciæ non poteſt vocari inius durante officio, glo.fi.in l.3.quod metus cauſa.

Præſidis nomen generale eſt,& accipitur quandoque pro maiore,quàm pro conſule,gl.1.in l.minor.de minorib.

Præſes prouinciæ licèt non ſit de numero militum , poteſt iure militari teſtari, ſi in hoſtili loco deprehendatur, & decedat illic.l.fi.de milit.teſtam.

Præſes prouinciæ,vel alius in ea prouincia,quam adminiſtrat,non poteſt ædificare nauem.l.aufertur,46.§.1.& ibi gl.vendicatur.de iure fiſci.

Præſes prouinciæ , vel procurator fiſci,vel Cæſaris,aut quilibet alius in prouincia,quam adminiſtrat,ſi emat aliquam rem per interpoſitam perſonam à ſubditis ſuis , venditor poteſt vendicare rem ſuam , & qui emit , tenetur præſt æſtimationem rei fiſco.ibid.

Præſidens nõ per aſſeſſores:ſed per ſe debent ſubſcribere libellis. l.1.de aſſeſſorib

Præſes aſſeſſori ſubſcriptionem inconſulto principe permittens ſeuerè à principe puniri debet,& aſſeſſor exilio punitur.ibidem.

Præſidis nomen generale eſt,& accipitur pro quo libet ordinario habente imperium,gl.in preſidum.in l.1.C.de pedaneis iudi.

Præſides poſſunt cõſtituere pedaneos iudices , qui de viliorib.cauſis cognoſcant, l.fi.C.eod.

Præſes non poteſt prohibere defenſorem agere,quod vult.§.nulla.in auth.de defenſorib.ciuitat.col.3.

Pręſes ſolus non refert principi reſpicientia publicam vtilitatem, l.pe.& ibi gl.1. C.de legatio.lib.10.

Præſes prouinciæ quando coadunat conſilium vniuerſale prouinciæ, non debet omnes de prouincia ad illud ire:ſed de omnibus ciuitatibus deputantur ſyndici,qui ciuitatem repræſentent,& iſti dicuntur aſſiſtere præſidi.ibid.

Præſides , & rationales,quibus per rempub.annonæ ſubminiſtrantur,pro pecoribus gubernandis non poſſunt vſurpare publicos,l.2.de curſu publico.lib.12.

Reliqua verbo,Corrector,Iudex, Adminiſtrator,6.7.Officialis.

PRAESTARE idem eſt,quod tradere.l.ex empto.de actio.empti.

Præſtare quandoque ſumitur pro diſpendium reſarcire, ac luere : item ſumitur pro in ſe periculum , euentúmque rei recipere , ac alienæ culpæ damnum , & diſpendium velle luere,l.cùm autem,23.in additio.marg.de ędilitio edicto.

PRAESTATIO alimentorum facta in neceſſarias perſonas,non dicitur liberalitas:ſed debitum , l.1.§. ſed nonnullos.& ibi gloſſ.præſtiterit.de tutelis,& rationibus.

Præſtationes dicuntur perſonales actiones,l.item Labeo.23.§.pen.familiæ.erciſ.

Præſtatio diuturna ſola vſurarum , decimarum , vel alia quælibet præſtatio non præiudicat præſtanti,quando creditor aſſerit ſibi deberi in futurum ea ſola ratione:quia in præteritum per longum tempus illa ſint,vel aſſerit ſibi deberi ex pacto nudo,quod probare intendit ex diuturna præſtatione : ſecùs ſi ex pacto veſtito,quod probare intendit ex diuturna ſola præſtatione , l.cùm de in rem verſo.6.& ibi gl.longo.de vſuris.

Præſtatio triennalis alimentorum præiudicat præſtanti fauore alimentorum, etiam ſi is,cui præſtantur , nitatur ſibi deberi in futurum ea ſola ratione : quia in præteritum per triennium ſibi ſint præſtita,d.gl.longo.

ex Præſtatione diuturna vſurarum præſumitur cõtracta obligatio ſuper ſorte, & vſuris,quando præſtans erat diligens,nec conſueuit ſuas pecunias iactare,imò magis conſueuerat fœnerare. † gl.præſtitiſſet,ibid.

Præſtatio diuturna vſurarum dotis facit , quòd præſumatur contracta obligatio ſuper dote,& vſuris:hoc ipſum etiam facit vnica promiſſio tantummodo vſurarum,licèt nulla dos ſit promiſſa ibid.

Præſtatio diuturna non eſt efficax ad confirmandum pactum nudum , ſeu obligationem inualidam, niſi pacto ſtipulatio interuenerit , l.ſi certis , 28. C. de pactis.

Præſtatio diuturna vſurarum non eſt efficax ad confirmandum pactum nudum vſurarum, vel obligationem inualidam vſurarum,gl.1.ibid.

Præſtatio diuturna operarum non confirmat pactum nudum de ſoluendis operis.ibid.

Præſtatio diuturna rei donatæ ex pacto nudo ſecundum iura vetera non confirmat tale pactum nudum:hodie tamen ſecus eſt.ibid.

Præſtatio diuturna rei promiſſæ à ſeruo poſteà facto libero , qui ſciebat ſe non teneri, niſi naturaliter tantùm : ſed vim ciuilis credebat habere , non confirmat tale pactum, vel promiſſionem.ibid.

Præſtatio triennalis fauore alimentorum , & vltimæ voluntatis facit legatum deberi etiam in futurum ex voluntate minus ſolenni : aliàs tamen præſtatio non ſolùm triennalis , ſed etiam diuturna : vbi verſatur fauor alimentorum, vel alterius rei ſimilis,non facit valere pactum nudum , vel obligationem inualidam, ibi.& l.1.C.de fideicommiſſ.

Præſtatio diuturna ignoranter facta non facit valere pactum nudum, obligationem inualidam:ſecùs ſi ſcienter fuiſſet facta.d.gl.1.in l.fi.

Præſtatio ſi ſit facta ab herede ſciente ex voluntate minus ſolenni pro eo , quod præſtitit in præteritum,ſtatim ſibi præiudicat,etiam ſi non eſſet legatum alimentorum:ſed quodcunque legatum,glo.fi.in l.1.&.gloſſ.2.in l.2.C.de fideicommiſſis.

Præſtatio ſi ſit facta ab herede ſciente ex minus ſolenni voluntate pro futuro tempore, ſibi non præiudicat,niſi ſpeciali iure fauore alimentorum, & vltimæ voluntatis,d.gl.fi.& d.gl.2.

Præſtatio triennalis non præiudicat in futurum in materia odioſa, vt vſurarum. præiudicat tamen in fauorabili,vt alimentorum,& vltimæ voluntatis, d.gl.fi.

Præſtatio annui legati facta ab herede ſine detractione Falcidiæ per vnum , vel duos annos ſolùm,non præiudicat ſibi in futurum.ibid.

Præſtatio triennalis alimentorum ſufficit ad validandam voluntatem aliàs inutilem,vt in futurum pręſtentur ex ea:pręſtatio tamen longi tẽporis requiritur ad probandum titulum præceſſiſſe,quando eſt dubium de titulo.ibid.

Præſtationes annuæ loco vſusfructus habentur, & vt ſeruitutes vere non poſſunt poſſideri : ſed quaſi poſſideri,c.1.§.ſi verò. & ibi gl. vel feudum.quid ſit inueſtitura..

Reliqua verbo,Difficultas,Diuturna,Legatum,18.Soldata,Alimenta.

PRAESTIGIA dicuntur illa, quæ per incantationem fiunt, vt quæ ante oculos ſunt,non videantur:vel præſtigium eſt,quod præſtigat aciem oculorum,& oſtendit quod eſt,vt faciunt mimi, & inculatores.gl.pen.in l.ita nobis , 28.C. de dulteriis.

Reliqua verbo,Incantatio,

PRAESVMI nõ poteſt hodie pecuniam eſſe indebitam, eo quod quis probaſſet pecuniam quondam eſſe indebitam , gl. fi. in l.4. C.de in integr. reſtitutione minorum.

Præſumi non poteſt hodie quem poſſidere,eò quòd probet,quondam ſe poſſidere,niſi probet tempore litis cõteſtationis poſſidere , vel poſſidens habere cauſam ab eo.ibid.

fi.in l.1.§.fi. tabulæ teſt.nullæ extab.

Pręteritio filij rumpit teſtamentum patris etiam ignorantis filium viuum,l.vxorem.29.& ibi.gl.non valere.de manumiſ.teſtam.

in Præteritione poſthumi ſui habet locum deciſio authen. ex cauſa.C.de liberis præteritis.gl.pe.& ibi add.marg.in l.bona.§.fi.de captiuis.

Pręteritio filij ſcienter facta à milite dicitur exheredatio tacita. l.ſicut certi.9.C. de teſtam.militis.

Pręteritio filij in poteſtate ſi ſit ignoranter facta à milite, ipſo iure eſt nullum teſtamentum militis,& ſuccedit filius pręteritus ab inteſtato, & non per querelam,e.l.ſicut certi.& ibi gl.2.& fi.& gl.2.in §.pe.Inſtit.de exhered.libero.

Pręteritio filij ſi ſit facta ſcienter à pagano, ipſo iure non valet teſtamentum. gl.2.in d.l.ſicut.

Pręteritio filij emancipati ſi ſit facta ignoranter à milite, valet teſtamentum:ſed rumpitur per contra tab.gl.pe.ibid.

Pręteritio vel exheredatio filij ſine cauſę inſertione facta à milite , etiam ſcienter,hodie eſt nulla,† gl.fi.in l.ſi cùm vel decem.C.de teſtam.milit.

Pręteritione filij à matre facta ſine cauſa irritum eſt teſtamentum,auth.non licet & ibi gl.1.& auth.ex cauſa.C.de liberis pręteritis.

Pręteritio filiorum ex linea materna cum cauſa habetur pro exheredatione,aliàs non.gl.2.in d.auth.ex cauſa.

Pręteritio matris, vel alterius aſcendentis ex linea materna facta à filio habetur pro exheredatione : ſecùs tamen eſt de iure nouiſſimo : nam mater , vel alius aſcendens pręteritus.cum cauſa habet querelam : ſed ſine cauſa teſtamentum eſt nullum , dicta glo.2.in auth. ex cauſa. & gl.1.& ibi add.in §.fin.Inſt.de exhered.libe.

Pręteritio patris , vel alterius aſcendentis ex linea materna facta ſi ſit à filio in poteſtate teſtando de caſtrenſibus,vel quaſi,teſtamentum eſt nullum,d.gl.2.

Pręteritio matris facta de liberis nō annullat teſtamentum: quia pręteritio matris habetur pro exheredatione, gl.parentibus , & ibi add.in §.poſthumorum. Inſt.de exhered liberor.

Pręteritio militis in expeditione teſtātis,ſi ſcit ſe habere liberos,vel poſthumos, habetur pro exheredatione, & ideò querela inofficioſi teſtamenti agitur , ſiue miles ſit paterfa.ſiue ſit.filiusfam.§.pe.& ibi gl.pro exheredatione.& ibi add. Inſt.eo.

Pręteritio militis extra caſtra teſtantis reddit nullum teſtamentum , cùm tunc ius communé debeat ſeruare,gl.1.ibid.

Reliqua verbo , Exheredato, Filia,7.Filius,185.vſque 191.cum multis ſequentib. Miles,27.28.29,Nepos,13.14.15.Poſthumus,6.vſque 9,Codicilli,2.4.5.

PRAETERITVS à matre,cùm habeatur pro exheredato,non habet contra tabulas.gl.2.in l.filium.15.C.de inoffic.teſtamen.

Pręteritus dicitur ille,qui nō eſt inſtitutus,nec exheredatus.l.fi. C.de contra tab. † gl.2.in additione marg.in l.3.C.de liberis pręteritis.

Pręteritus pater à filio emancipato habet contra tabulas:ſi verò ſit exheredatus, habet querelam.gl.2.in fi.in auth.ex cauſa.C.de liberis pręterit.

Præteritus filius ſcienter à patre rumpit teſtamentum , quoad inſtitutionem:legata tamen debentur, gl.fi.in add.in l.1.C.de poſthum.heredib.

Præteritus poſthumus ſcienter à patre, natiuitate ſua rumpit teſtamentum,quoad inſtitutionem : legata tamen debentur : ſi verò ignoranter , non debentur legata,ibid.

Præteritis à matre non datur ius dicendi nullum, aut contra tabulandi:ſed datur querela inofficioſi,§.fi.Inſt.de exheredatione liberorum.

Præteritus dicitur ille, qui non eſt inſtitutus:vel eſt inſtitutus.ſed non ritè,§.eadem hæc.Inſt.de heredit.quæ ab inteſt.

Præterita filia teſtamento matris, cùm habeatur pro exheredata, ei non competit aliud remedium quàm querelæ,l.filiam,15.C.de inoffic.teſtam.

præterita mater à filio habetur pro exheredata.l.cùm filium.17.C.eod.

Reliqua verbo,Parens,Bonorum poſſeſſio,27.28.

PRAETERITVM tempus,exiuit,non verificatur in præſenti tempore : veluti lupus exit ſyluam, non tamen exiuit, gl.amitti.in l.arborib.13. §.de illo.de vſufructu.

Pręteritum trahitur quandoque ad pręſens , gl.eodem tempore.in l.fi.commun. prędiorum.

pręteriti temporis verbum porrigitur ad futurum,l.talis ſcriptura,30.cum l.ſeq. & ibi gl.1.de legat.1.

pręterita , & futura onera quando iniunguntur alicui,intelligitur de pręteritis pendentibus , & nondum finitis : non de pręteritis finitis , l. Lucius, 90.§.quę marito.de legat.2.

in præteritum quod fuerit ex poſtfacto poteſt apparere, gl.videbitur.in l.in ratione,11.§.1.ad legem Falcid.

de pręteritis ſumimus coniecturam ad futura , & quandoque occultam coniecturam ſumimus ad pręteritum,gl.quorum.in §.cúmque.in proœmio Inſtitu.

Reliqua verbo,Futurum,Lex,16.Pendere, Tempus,12.Verbum,3.5.8.9.15.

PRAETEXTATVS dicitur,qui adhuc eſt impubes:à prætexta,quod eſt genus veſtis , qua vtebantur impuberes , gl.prætextati.in l.deinde.§.fi.de liberis exhibend.

1 PRAETOR in loco maiorum debet conſtituere ius,l.ius plurib.de iuſti.& iure

Prætor vrbanus creatus fuit ex eo, quòd cum conſules auocarentur bellis finitimis,non erat quis in ciuitate , qui ius redderet,l.2.§.cúmque conſules.de origine iuris.

Prætor peregrinus creatus fuit ex eo , quòd cùm multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem veniret , prætor vrbanus nō ſufficiebat,d.l.3.§.poſt aliquod.

Prætores totidem,quod prouinciæ in ditionem Romanam venerant,creati ſunt: partim qui vrbanis reb.partim qui prouincialibus præeſſent,d.l.2.§.capta.

Prætores duos conſtituit Caius Tullius Cæſar , & duos ædiles , qui frumento præeſſent,à Cerere cereales dicti.d.l.2.§.deinde Cornelius.

Prætores 18.& tribuni plebis 10.& duo conſules,& ſex ædiles in ciuitate conſtituti ſunt qui iura reddebant.ibid.

Prætores alios duos conſtituit diuus Claudius , qui de fideicommiſſis ius dicerent:ex his vnum detraxit diuus Titius,& vnum adiecit Nerua,qui in fiſcum, & priuatos ius diceret.ibi.

Prætor nec tutorem,nec ſpecialem iudicem ipſe ſe dare poteſt,l.fi.de officio pretoris.

Prætor licèt poſſit ſe emancipare:non tamen poteſt ſe tutorem dare:quia emancipare ſe eſt honor : tutela verò eſt onus, & ſe ingerens præſumitur ſuſpectus, gl.fi.ibid.

Prætor legem facere poteſt,gl.derogare.in l.1.de feriis.

Prætor derogat iuri ciuili propter publicam vtilitatem.ibi.

Prætor non derogat iuri ciuili vnam ſententiam dando:ſed legem faciendo poteſt derogare.ibid.

Prætorem decipere non licet : imò decipiens debet coerceri, l.debuit.ibi gl.1.de his,qui notantur infam.

Prætoris beneficium non facit quem heredem directò , l.ſi ſine.§.ſed quod Papinianus.de minoribus.

Prætor non poteſt tollere ius ciuile xij.tab.ipſo iure : ſed bene per exceptionem gl.1.in l.1.ad legem Falcid.

Prætor in prætorem non habet imperium : ſed ſi vnus prętor ſe ſubiiciat alij,poteſt is in eum ius dicere,l.ille,a quo,13.§.pe.ad Treb.

Prætorem viuum adire non eſt neceſſe pro habenda actione in omni edicto , vel interdicto prætoris,quod ſine reſtitutione indulget actionem , vel etiam cum reſtitutione, quæ iure actionis detur , vt actio de dolo,& quod metus cauſa:ſi verò contineat reſtitutionem ſpecialem,vt minorum,& maiorum propter abſentiam,neceſſe eſt prætorem adiri , vt detur actio aut vt conſtituat efficacem actionem,gl.veniendi in l.de pupillo.§.ſi is , cui , de noui operis nunciatione.

Prætorem adire non eſt neceſſe in bonorum poſſeſſione edictali : ſed bene in decretali.ibid.

prætor, verbum quandoque largè ponitur pro principe,vel ſenatu , ex eo quòd præfertur aliis, vel ex eo,quòd præter alios vendicat ſibi priuilegium, gl.prætorem.in l.ſi autem.de aqua pluuia arçenda.

prætor beneficium ſuum nemini vult eſſe captioſum,l.Paulus notat.8. de prætor. ſtipulat.

prætores tres ſunt ordinandi in vrbe Conſtantinopolitana per ſingulos annos 3 iudicio ſenatus, qui diſceptent, & tractent cauſas,l.5.C.de epiſcop.audiend.

ad prætorem ſpectat examinatio liberalis negotij,& interpoſitio decretorum reſtitutionis in integrum probatis cauſis tutoris dandi, vel ordinandi curatoris, l.1.C.de officio prætoris.

prætores tres electæ opinionis in vrbe per ſingulos annos iudicio ſenatus ordinari debent,l.2.C.de officio prætoris.

prætores competentes cauſas, & debitos actus debent integrè diſceptare , atque tractare.ibid.

prætores ſunt eligendi ex his,qui proprium larem habent in vrbe,non ex his,qui in prouinciis habent. ibid.

prætor non debet eligi ille , qui propter alias cauſas ad vrbem de prouinciis venit:ſed ille tantùm,qui domicilium fouet in vrbe.ibidem.

prætoris iuriſdictio annua erat,gloſ.fi.in l.2.C.de reſtitutione milit.

prætor heredes facere non poteſt eos,quos ipſe ſolus vocat ad hereditatem:loco tamen heredum eos conſtituit , & vocantur bonorum poſſeſſores, gl.2.in l.1. C.vnde liberi.§.quos autem.Inſt.de bonorum poſſeſſ.

prætores duo erant in vrbe:vnus vrbanus,alius peregrinus,gl.1.in l.ſi apud.17.C. de appellat.

prætores hodie ſunt pręſides prouinciarum habentes ſub ſe officiales totius territorij, vt eſt poteſtas Florentiæ , gl. edicta. in §. prætorum. Inſt. de iure naturali.

prætor non poteſt quem facere eſſe, nec deſinere heredem , gl.non valet.in §.liberis.Inſt.de pupillari ſub[illegible]

prætor naturali æquitate mouetur,§.emancipati.Inſt.de hereditat.quæ ab inteſt.

Reliqua verbo,Edictum,1.Album,Seruus,23.Actio,211.Bonorum poſſeſſio,per tot. Conſul.

PRAETORIVM eſt locus:vbi cauſæ ventilantur , item dicitur etiam locus , in quo paterfa.moratur in die,gl.5.l. in omnes.31.C.de epiſcopis , gl. 1.in l.planum.12.de vſu,& habitatione.& gl. 1.in l.3.C.de operibus publicis.

pretorium dicitur non tantùm domus , in qua pretor habitat, vel vbi ius reddit:ſed etiam regum,principum,& ſummorum magiſtratuum,etiam in villis, aut in agro extructa ędificia , l. iniuriarum , 13. §. fi.& ibi add. marg. de iniuriis.

pretorium ius dicitur vox iuris ciuilis,gl.fin. in l.prohibitum. Cod.de iure fiſci. lib. 10.

Reliqua verbo, Actio,20.21.211.Obligato,9.vſque 14.Palatium,Pignus,5.6.7. Præfectus, 5.Stipulatio,39.vſque 43.Ius,12.

PRAETVRA ſeruo decreta eum pretorium facit , & propter publicam vtilitatem,& communem errorem geſta ab eo tenent , & ſeruum in libertatem deducit,l.Barbarius.de officio pretor.

ad preturam tantùm de vrbe debebat eligi quis,non de prouinciis,gl.1.in l. 1. C. de pretoribus,& honore.

ad preturam non poteſt eligi aliquis in clariſſima dignitate conſtitutus manens in prouinciis,d.l.1.

PRAEVARICARI accuſatorem,eſt crimina abſcondere.l. 1.ad Turpillian.

preuaricans publico,vel priuato iudicio:hoc eſt prodens cauſam,in qua patrocinatur,extra ordinem debet puniri,l.2.& ibi gl.fi.de preuaricat.

Preuaricantibus propria, vel abuſiua preuaricatione hodie iniungitur pœna extraordinaria,& infamia,l.2.& ibi gl.fi.eod.

PRAEVARICATIO dicitur in aduocato, fraus in iudice, vel aduerſario,glo. fin.in l.1.C.de ſententiis aduerſus fiſcum.lib.10.

preuaricationis delictum dicitur duobus modis:publicum,cum quis accuſat aliquem:aliud priuatum moribus inductum,vt in aduocato,gl.in l.1.C.de aduo. diuerſorum iudic.l.3.de præuaricatoribus, gl.nō videtur.in l.palam, 42.§.ſenatus.de ritu nuptiarum.

præuaricationis publicum iudicium dicitur, quando reus accuſatori publico iudicio excipit dicendo ſe eodem crimine ab alio accuſatum , & abſolutum:cauetur lege Iulia publicorum, vt non prius accuſetur, quàm de prioris accuſatoris præuaricatione conſtiterit , & pronunciatum fuerit : huius enim preuaricationis

Precarium,& non donatio dicitur confessio ad vsum indeterminatum, & transit ad heredes concedentis,& potest per eos reuocari,l.Lucius,33.& ibi gl.ex voluntate.& gl.sequentes.in l.Atilius,27.de donatio.

Precarium potest esse in re sua data creditori in pignus,& hoc propter possessionem,quæ erat penes creditorem,l.cùm & fortis,35.§.fin.de pignor.actione.& l.certè,§.final.de precario.

Precario si quis rem alienam rogauit,& posteà eandem rem à domino conduxit, possessio reuertitur ad dominum, l.interdum,21.§.fi.de acq.possessione.

Precario rogans fundum dominantem vt aliquo modo possideret eum, potest rogare precario seruitutem ad illum: secus si nullo modo possideret fundum dominantem,quo casu non potest rogare precario seruitutem, l.1.§.preterea.& ibi gl.concessero.de itinere,actúque priuato.

Precarium in re sua potest consistere respectu possessionis,qua aduersarius superior,gl.receptum.in l.4.de precario.

Precarium rei suæ esse non potest: nam licèt rem suam precario rogans dicatur precario rogare:non tamen dicitur precario habere rem.d.l.4.

precario vnusquisque potest concedere rem suam alieni, vt possideat, quamuis ipse non possideat,l.vnusquisque.eod.

Precarium suæ rei non potest constituere.l.neque pignus,46.de regulis iuris.

5 Precario habere videtur,qui possessionem rei corporalis, vel incorporalis:veluti seruitutis adeptus est,ex hac solummodò causa. sed preces adhibuit, & precib. impetrauit, vt sibi possidere, aut vti liceat, aut vt in tectum, vel aream ædium mearum stillicidium,aut lignum in pariete immissum habeas,l.2.§.fi.& l.3.de precario.

Precario rem habens dicitur etiam possidere,l.4.eod.

Precario rogans vt in fundo suo possit stare:putà ad solem non dicitur possidere: sed possessio apud te concedentem remanet,l.certè.§.1.eod.

Precario potest quis rectè concedere rem, cuius possessionem per interdictum vti possidetis retinere potest, quamuis futurum esset, quòd teneretur de proprietate,l.sed etsi eam.eod.

Precario si quis rogauerit, vt sibi liceret possidere naturaliter, ipse nancifcitur possessionem naturalem:sed is,qui rogatus est,habet ciuilem,l. habet.§.eum, qui.eod.

Precario accipiens rem ita, vt omnis possessio, aut vt sola naturalis possessio in eum transferatur, habet interdictum vti possidetis aduersus omnes præter quàm contra dominum: secus quando accepit ita, vt nulla possessio in eum transferatur,gl.à possessione.ibi.& l.qui precario,10.eod.

Precario possidere dicitur ille, qui emit alienam rem, si dominum rogauit precario,l.fi.eod.

Precario possidere dicitur ille, qui possidens pro possessore precario rogauit dominum,vt sibi licet retetinere eam.ibid.

Precario rogans rem,quam possidebat, dicitur desinere possidere ex prima causa,& incipere habere precario.ibid.

Precario concedere potest dominus solam detentationem, vel solam possessionem naturalem, & tunc precario possidens non præscribit per 30.annos:quia ipse dominus habet possessionem, & possidenti non currit præscriptio,gl.1.in l.2.C.de præscript.30.vel 40.

in Precario præsumitur in dubio naturalem tantum possessionem transferri in accipientem,gl.nec clam.in add.marg.in §.retinendæ.Inst.de interdict.

Precarium potest fieri, vt omnis possessio transferatur in accipientem precario, aut habeat naturalem tantùm is, qui accepit, aut vt nulla possessio transferatur in eum,d.gl.nec clam.

Precario concedens dicitur ciuiliter possidere: sed accipiens dicitur naturaliter possidere,l.3.§.ex contrario.& ibi gloss.accepit.de acq.posses.

Precario possidens ciuiliter,& naturaliter,æquiparatur creditori possidenti, glo. accedere.in l.Pomponius,13.§.si is,qui precario.eodem.

Precario possidens ciuiliter,& naturaliter,non vsucapit sibi:sed domino.† ibid.

Precario possidens durante precario potest vti accessione sui authoris, qui concessit precario.† ibid.

6 Precario concedens naturalem, & ciuilem possessionem, non potest conueniri reiuindicatione,licèt habeat facultatem rei restituendæ,cùm possit reuocare, gl.accedere.in add.marg.in l.Pomponius,13.§.si is,qui precario.de precario.

Precario possidens ciuiliter, tantum potest conueniri rei vindicatione, nec per huius restitutionem fit præiudicium naturaliter possidenti.† ibid.

Precarium distat à donatione: quia qui donat, sic dat, ne recipiat:qui precario concedit,sic dat,quasi tunc recepturus, cum sibi libuerit precarium soluere,l.1.de precario.

Precarium simile est commodato in quibusdam:nam qui commodat suam rem, sic commodat, vt non faciat rem accipientis: sed vt ei permittat vti re commodata.ibid.

Precarium differt à commodato:nam licèt in concedendo commodatum limitetur vsus,non tamen consequens est, vt commodatum sit,nisi & expressè,vel tacitè limitetur tempus, vt si concedo tibi equum causa eundi in villam,tempus est limitatum tacitè,quo possis ire,& redire: sed vbi non est tacitè,vel expressè limitatum tempus,vt promitto tibi habitare in domo,licèt tempus non sit limitatum: tamen vsus est certus,& tunc dicitur precarium,† d.l.reprobat.gl.fi.& ibi add.ibid.

Precarium differt à commodato:quia precarium quandocumque reuocatur: sed commodatum expleto vsu:item in precario tenetur quis de dolo, & lata culpa tantùm,nisi lite contestata:sed in commodato etiam de leuissima, nisi casualiter aliud contingat.d.gl.fi.

Precario, vel etiam commodato concedi possunt tam mobilia, quàm immobilia.† ibid.

Precarium,sicut & commodatum constituitur etiam ad tempus,gl. rogauit. in l.4.§.fi.eod.

Precarium in omni tempore est liberalitatis:sed commodatum ab initio est liberalitatis:sed post est necessitatis,gl.ex liberalitate.in l.si quæsitum.§.eum quoque.eod.

precarij conditio magis ad donationem, & beneficij causam, quàm ad negotij contracti causam spectat,l.interdum,14.eodem.

Precarium dicitur simile donato,l.eum,qui,14.§.an pater.de furtis.

Precarium à commodato dignoscitur ex eo, quòd commodatum dicitur,quando ad certum vsum res conceditur: sed precarium conceditur sine certi vsus præfinitione, & ideò passim reuocatur,& inde est,quod in precario dolus tantùm præstatur: in commodato (cùm non liceat quandoque reuocare) præstatur etiam culpa,gl.1.in l.contractus,14.de reg.iur.

Precarium differt à commodato vsus certitudine,& reuocandi modo:item commodatum in mobilib.consistit,l.depositi,5.in add.marg.de peculio.

precarium potest statim reuocare dans precario, & accipiens tenetur restituere nisi interueniat aliqua iusta causa, vt quia non habet facultatem restituendi,eò quòd res precario data esset in prouincia, vel in horreis clausis, quorum aperiendorum facultatem non habet, vel conditio non extitit, l.1.§.est autem.& ibi gl.non reddat depositi.

Reliqua verbo, Actio,2.2.Commodatum,1.2.Cõductio,Interdictum,43. Precaria.

PRECATIO dicitur inter præsentes:relatio verò inter absentes,gl.precatio.& gl.relatio.in l.3.C.de legib.

PRECIBVS frustrà impetratur, quod per restitutionem in integrum conceditur,l.1.& ibi gl.pe.C.quibus non obiicitur long.temp.

PRESBYTER falsum deponens in causa pecuniaria, suspenditur ab officio per tres annos,monasterio traditur pro tormentis,autht.presbyteri.C.de episcop.cler.

presbyter falsum deponens in causa criminali nudatus clericatus honore pœnis legitimis est afficiendus:cæteri verò clerici à clericatu repulsi verberantur.ibi.

presbyteri falsum deponentes maiori pœna, quàm laici sunt puniendi, l.presbyteri.8.C.eod.

presbyteri,& clerici inferiores possunt secum habere mulieres, quæ omnem suspicionem effugiunt,gl.2.in auth.episcop.C.eod.

presbyteri minores 35.annorum fieri prohibentur, §.clericos, in auth. de sanct.episcopis.col.9.

Reliqua verbo Clericus,Ordinatus,Sacerdos.

PRETIVM possessionis aliud est, & aliud proprietatis,l.si mulier,§.1.& ibi gl.sed quanti,quod metus caus. 2

pretia non sunt res hereditariæ,gl.1.in l.regulariter.9.de pet.hered.

pretium non venit in stipulatione, per quam sum stipulatus hominem à te, & eum tu vendideris,gl.quia potest,in l.si & rem,25.eod.

pretia rerum varia sunt, gl.fungi.in l.si seruum,33.ad leg.Aquil.

pretia rerum non metimur ex affectione, vel vtilitate singulorum: sed communi æstimatione,d.l.si seruum.

pretium rei meæ, quæ ad alium peruenit ex causa lucratiua,possum condicere,l.si eum seruum.si certum petatur.

ad pretium, quod quis ex venditione rei meæ habuit,ea perempta,competit mihi certi condictio generalis,& etiam actio negotiorum gestorum, si ratum habui,gl.2.ibid.

pretium,quod quis ex venditione rei meæ habuit,non possum petere ab eo,si extet res, nisi ille habuit causam à me, vt quia eum procuratorem feci.ibid.

pretium rei meæ quæ ad alium peruenit ex causa onerosa re perempta non possum condicere,nisi culpa,vel mora illius intercesserit.ibid.

pretium in locatione, vel conductione si conferatur in alterius arbitrium, pretium declaratum ab eo, cogitur emptor, vel conductor soluere:sed eo malè arbitrante recurritur ad arbitrium boni viri: & hoc procedit in contractibus stricti iuris,† l.fi.& ibi gl.1.& fi.C.de contrahen.empt

Pretium si conferatur in alterius arbitrium in venditione, illo non arbitrante, non recurritur ad alterius arbitrium:fallit in dotis promissione nulla specificata quantitate,etiam si non fuerit alterius declarationi commissa,vel quando accidentalia alicuius arbitrio committuntur, vel etiam fauore vltimæ voluntatis,gloss.nihilo.& ibi additio.margin.ibidem.

Pretium si sit collatum in alterius arbitrium, illo non arbitrante, receditur ab eius persona,si ille fuit vnus de contrahentib.sed si fuit aliquis tertius tunc si fuit absumptus super contractu perficiendo,at si non receditur ab eius persona super contractu perfecto,& in aliquo accessario,& tunc receditur ab eius persona.ibid.

Pretium rei meæ non possum petere, si meo nomine non fuit vendita, gl. 1.in l.si ea pecunia.6.C.de rei vindicat.

Pretia rerum non ex affectione:sed pro rei veritate æstimantur.l. 1. & ibi.gl.fi.de in litem iurando.

Pretium solutũ ex causa emptionis inualidæ repetitur,l.seruũ.37. de cond.indeb.

Pretia rerum:maximè vini,olei,frumenti,quam varia sunt per singulas ciuitates & regiones.l.& ideò.de eo,quod certo loco.§.plus autem.Inst.de actio.

Pretia rerum venalium,& cæterarum mobilium variantur ex varietate,& diuersitate locorum.d.l.& ideò.& ibi.gl.fi.

Pretium quando committitur incertæ personæ super principali contractu, tunc contractus, & obligatio non valent, & ideò eius occasione non potest recurri ad iudicem:sed quando pignoris contractus est validus, cui pactum fuit appositum, vt non soluto debito creditor possideret illud iusto pretio tunc æstimandum, recurritur ad iudicem,vt ipse iudex tanquam vir bonus arbitretur,& declararet iustum pretium. glo. fi.& ibi add.marg.in l.si fundus.16.§.fi.de pignorib.

Pretium rei dans videtur emere rem.gl.etiam.in l.fi.si mulier ventris nomine.

Pretium hereditatis habens dicitur habere ipsam hereditatem, l.si seruum,28.si quis omissa causa testa.

Pretium iustum rei immobilis probatur secundum æstimationem redituum, qui inde percipiuntur.l.si fundum,91.& ibi gl.1.de legat.1.

Pretium rei dicitur capi iure hereditario, & ideò computatur in quarta. l. si dignum.19.ad leg.Falcid.

Pretia rerum non ex affectione, & vtilitate singulari:sed communiter statui debent, l.pretia, 63. & ibi gl.2.eod. gl. referuntur.in l hæc verba.193.de verb.sign.& gl.2.in l.2.& gl.1.in l.non est.6.C.de rescind.vendi.

Pretia rerum variantur ex loco,& tempore,d.l.pretia.§.fi.

Pretia rerum non cõstituuntur ex momentis temporum, nec ex ea,quæ rarò accidit caritate.ibi.

Princeps concedit Augustæ ea, quæ sunt habilia mulieri, & tribuit eadem priuilegia, quæ tribuit fisco. ibid.

Principi, & in principem omne suum imperium, & potestatem transtulit populus. l. 1. de constit. princip.

Princeps dicitur omnia facere posse, gl. magistratus. in l. 2. de adoptio.

Princeps vilibus rebus interesse non debet, ibid.

Princeps potest permittere, non solùm alienum libertum adoptare: sed etiã seruum alienum manumittere, & restituere natalib. gl. fi. in l. fi. eod.

Princeps si committat talem locum alicui, liberã, & plenam potestatem iurisdictionis committere, & tradere dicitur. l. 1. §. cum vrbem. de officio præfect. vrb.

2 Princeps si concedit castrum in feudum, videtur concessum cum omni iurisdictione, & etiam videtur concedi omnis villa, quæ est sub isto castro. ibid.

Princeps eligendo seruum imperatorem intelligitur sibi concedere libertatem tanquam necessarium antecedens. l. Barbarius. de officio prætoris.

Princeps conferens scienter dignitatem inhabili intelligitur secum dispensare, & habilitare eum. ibid.

Princeps potest decernere seruo dignitatem præturæ etiam existenti in seruitute, si voluisset tollere legem illam, quæ cõstituit seruum non posse frui dignitate, d. l. Barbarius. & ibi. gl. seruo.

Princeps facilius consentit in manumittendo, vel aliquid faciendo, quàm populus. gl. fi. ibid.

Principis est egenis prospicere, & dare operam vt pauperibus alimenta ne desint. l. priuilegia. 12. C. de sacrosanctis.

Princeps ex iusta causa potest manumittere alienum seruum, & non aliàs. gl. fi. in l. Barbarius. de officio prætoris.

Principi magis, quàm cuiquam alij conuenit salutem reipub. tueri, nec alius ad id sufficit. l. 3. de officio præfect. vigil.

Principes quandoque assignant veteranis possessiones in præmia, & gratia honoris modico dato possessori, gl. assignata. in l. Lucius. de euictio.

Princeps vti debet consilio senatorum. gl. 1. in l. & qui. 22. de tutoribus datis.

Princeps quando concedit aliquid; sufficit, quòd dicat ex certa scientia, licèt non dicat, non obstante tali lege. gl. scientis. in l. idem Vlpianus. 14. §. fin. de excus. tutorum.

Principis beneficium, vel priuilegium ab ipso principe est interpretandum. l. ex facto. 43. de vulgari.

Principis voluntas in dubio præsumitur esse talis qualis de iure esse debet. ibid.

à Principis voluntate quæ dependent, sunt adeò difficilia, quòd reputantur impossibilia. l. idem Iulianus, 41. §. constat. de leg. 1.

Principis res redactæ in eius patrimonium, censentur eius priuatæ, & tamen non possunt alienari sine eius speciali mandato. ibi.

Princeps rogatus restituere hereditatem non solet quartam retinere, vel facere eam sibi suppleri, si minus, quàm quarta sit sibi relictum. l. si legatus, 30. §. fi. ad Trebel.

Princeps, & senatus parificantur in hoc, vt ex opere iussu cuiuslibet eorum facto nõ teneatur faciens, licèt vicini prædio ex eo aqua pluuia noceat, l. quod principis, 23. & ibi. gl. 1. de aqua pluuia.

Princeps quando aliquem legitimum facit, his, qui ad eius patris successionem iure vocantur, consentientibus fieri debet, ob idque illi sunt citandi, alioquin quod geritur, non valet; tamen nunquam hoc obseruari visum est: quia cùm huiusmodi legitimationes fiunt, solet addi in eis, quòd sint valituræ non obstante lege aliqua, & de potestatis imperatoriæ plenitudine, & iuxta hanc formam factæ valent. l. fi. & ibi. add. marg. de natalibus restituend.

3 Princeps in ciuitate Romana eligit prætorem, vel consulem, gl. fin. in l. quidam consulebant. 57. de re iudicata.

Princeps potuit dare libertatem etiam Barbario, faciendo, aut eligendo eum cõsulem, vel prætorem. ibid.

à Principe si quis impetrauerit, vt in publico ædificet, non est concedendum sic ædificare, vt cum incommodo alicuius id fiat, neque sic conceditur, nisi hoc impetrauerit, cum incommodo tamen alterius paruo, secùs si magno, l. 2. §. si quis à principe. & ibi. gl. impetrauerit. ne quid in loco publico.

Princeps, & senatus possunt ex causa de priuato publicum facere. glos. habuit. in add. marg. in l. 2. §. viam. eod.

Princeps, & senatus æquiualent in concedendo, l. 2. & ibi. gl. fi. de fluminibus.

Princeps si concessit alicui ob transitum pontis portorium, siue pedagium, si flumen alueum dereliquerit, non potest portitor flumen sequi, in eoque rursus extruere pontem, vt portorium consequatur, l. 3. §. si aquam. in add. marg. de aqua quotidiana.

Principis, vel imperatoris imaginem in inuidiam, vel iniuriam alterius si quis portauerit, in vincula publica nihilominùs mitti debet. l. Senatusconsulto, 38. de iniuriis.

Princeps de iure est consulendus, & non de facto: & tunc princeps non dat dilationem. gl. aduersus. in l. 1. §. 1. de appellat.

Principi nihil est clarioris luminis, quàm recta fides, & religio, l. 4. C. de summa trinitate.

Princeps debet facere omnia cum consilio suorum baronum, & sapientum. l. 5. & ibi. gl. forma. C. de sacrosanctis.

Princeps poterit donare quamcumque summam, etiam in immensum, Ecclesiæ, vel alicui alteri. gl. alia causa. in l. illud. 16. C. de sacrosanctis.

Princeps priuato, vel priuatus principi potest donare sine scriptura. ibid.

Princeps potest publica donare, & donata in patrimonio donatarij debent perpetuò remanere, & si Ecclesiæ donata sint, Ecclesia vendicabit, l. 5. Cod. de paganis.

4 Princeps quando aliquem non vult audire, dicitur facere contemptum. l. 1. & ibi. gl. 1. C. de officio vicarij.

Princeps in his, quæ sunt recti, prudentisque principis, debet sequi alios principes gl. fi. in l. fi. C. de pactis.

principem neque perfidiæ, neque periurij authorem futurum sperare quis debet. l. 1. Cod. si aduersus venditionem. gloss. fin. in l. 3. Cod. si minor se maiorem.

Principis die natalitio solent fieri spectacula; Vnde Esaias, Surge, & illuminare Hierusalem in splendore ortus tui. gl. pe. in l. fi. C. de feriis.

Princeps sicut potest committere causam remota appellatione: ita etiam remota recusatione suspecti iudicis. gloss. recusare. in l. apertissimi. 14. Cod. de iudiciis.

Principis est aliquem sublimare gl. 5. in l. fi. C. vbi Senator. vel clar.

Princeps in arduis committere debet examinationem, & sibi reseruare deliberationem. l. 1. C. vectigalia noua institui.

Princeps per solam humanitatem Deum imitari dicitur. l. fi. C. de donatio. inter virum.

Principis maiestati nihil debet esse peculiarius humanitate. ibid.

Princeps, vel imperator vtitur iure communi. gloss. 1. in l. si quis imperatorem. 6. C. qui testam. facere.

Princeps, vel imperator, cùm heredes instituuntur, ius commune cum cæteris habent passiuè, non actiuè quoad testamenti solennitatem. l. cùm heredes. & ibi. gl. 1. & add. marg. C. eod.

Principi, vel imperatori testamentum facere licitum est, & etiam mutare. d. §. cùm heredes.

Princeps præsumitur omnia iura habere in scrinio pectoris sui. l. omnium. C. de testamentis.

in Principis præsentia præsumitur adesse copia nobilium. ibid.

Princeps dicitur plenus philosophia. l. pe. C. de his, quibus vt indignis.

Princeps debet curare rempub. augeri, & frequentari multis hominibus legitime natis, l. 2. C. de indicta viduitate.

Princeps debet coronari. gloss. final. in l. 4. Cod. de quadrien. præscriptione.

Princeps quando super aliqua causa consulitur, ab eius consiliariis partibus præsentibus, vel absentibus causa vnà cum relatione examinatur, & secundum eorum consilium princeps rescribit, & à tali rescripto non appellatur, l. iubemus, 34. C. de appellatio.

Princeps vbi est, ibi est securitas, & ideò in curia principis cessat præsumptio iusti timoris, l. 1. C. de his, qui propter metum iudicis.

de Principis iudicio non oportet disputare, l. 2. C. de crimine sacrilegij.

Princeps quod ex certa scientia fecit, improbare, est crimen sacrilegij. ibidem.

Princeps si præcepit aliquem condemnari crudeliùs, quàm consueuit, non debet iudex exequi pœnam: sed debet vsque ad 30. dies differre, vt videat si princeps pœnam relaxet, l. si vindicari. 20. C. de pœnis.

Princeps debet primò cogitare vtilitatẽ publicam, quàm priuatorum. in princ. in auth. de heredibus, & Falcid. col. 1.

Princeps curas, & solicitudines priuatorum debet habere pro suis propriis. gloss. incurrunt. ibid.

Princeps dicitur omnium pater, & legis. §. fi. & ibi. gl. dicimus. in auth. neque virum, quod ex dote. col. 7.

Principis iussio emanans etiam sine scriptis valet. §. si verò apud iudicem. & ibi gl. per mandata. in auth. de litigiosis. col. 8.

Princeps quandoque propter importunitatem petentium concedit, quæ concedenda non sunt, & ideò talis concessio non valet. l. 1. C. de petitione bonorum sublat. lib. 10.

Princeps dicitur adorari; sed alij dicuntur salutari. glos. fi. in l. 1. C. de silentiariis. lib. 12. 6

Princeps vbicumque est, vel sunt milites sub principe militantes, pro hospitandis dictis militibus domini domorum debent diuidere domos in tres partes, vnam partem pro se debent retinere, aliam militibus, quam optauerint, eis tradere, tertia dominis domorum relinquitur; sed ab hac inquietatione ergasteria mercimoniis deputata sunt immunia, & si in parte domus militibus assignata stabulum deficiat, in ergasterio partem pro stabulo debent habere. l. 2. C. de metatis. lib. 12.

Principis error quandoque facit ius. glos. obseruetur. in c. 1. si de inuestitur. inter domin. & vasal.

Princeps scribens castro vt ciuitati, facit ipsum ciuitatem, gl. Lõbardiæ. ad med. in extrauag. quoniam. qui sint rebelles.

princeps est ordinarius omnium, & legatus, siue proconsul Dei. gl. 1. in extrauag. de pace Constantiæ. in princ.

princeps, qui concessit ciuitati potestatem faciendi statuta, poterit reuocare eã concessionem, † gl. in criminalibus in d. extrauag. de pace Constantiæ. §. nos.

principis contractus transit ad statutum legis. gl. volumus. ibid.

princeps sicut non potest iura successorum suorum subuertere; ita nec minuere, gloss. successorum. in d. extrauag. de pace Constantiæ. §. sententiæ.

principis Romani appellatione venit imperator. in princ. in prooemio Institutionum.

principi interest locupletes sub se habere subiectos, gl. malè. in §. fi. Inst. de iure person.

princeps ex causa, vel ex gratia potest iubere aliquo casu id obseruari, & effectum habere, quod de se est inualidum. in princ. Inst. de fideicommiss. libertat.

princeps eligendo scienter indignum videtur cum eo dispensare. l. quidam consulebant, 57. de re iudic. & l. Barbarius. de officio prætoris.

princeps dando dignitatem videtur dispensare de omni infamia. l. imperialis. 23. §. præsenti. C. de nuptiis.

principis proprium debet esse, vt omni tempore subiectorum commoda tam inuestigare, quàm eis mederi procuret. d. l. imperialis.

princeps, quantum possibile est, debet imitari Dei beneuolentiam, & circa genus humanum nimiam clementiam, qui quotidianis hominum peccatis semper ignoscere dignatur, quod si princeps circa subiectos suo imperio facere differat, nulla venia dignus esse videbitur. ibid.

Reliqua verbo, Beneficium, 1, 4. 6. Disputare, Imperator, Rex, Legatio, Patritiatus, Prædium,

Prior,cui vendita,& tradita est res,præfertur in obtinẽdo dominio illi,cui prius fuit vendita:sed is,cui prius conceditur res spiritualis,præfertur illi, cui posteà tradita fuit,l.quoties,& ibi gl.fi.C.de rei vindicatione.

Reliqua verbo,Lex,16.Posterior,Prius,Rector,Vltima , Creditor,81.vsque 91.

PRIVATAE vtilitatis ratio concordat quãdoque cum ratione publicæ vtilitatis,gl.& reipub.in add. marg. in l.1.soluto matrim.

Priuati quod interest principaliter,illud ipsum interest reipublicæ secundariò,§.fi.& ibi gl.male.Inst.de iure personarum.

Reliqua verbò , Instrumentum, 5.10.Iudicium,11.12.Ius,13.Munus,3.vsque 11.Via , 4.Vox.

PRIVATIO ibi datur,vbi datur habitus,l.4.de diuortiis.

Priuatio,quæ fit propter delictum, vel contumaciam , quia licet quis sit priuandus ipso iure, intelligitur sequuta sententia,gl.ipso iure.in add.marg.in l.Lucius,47.§.tutela.de administ.tutorum.

Priuatio eius est,cuius est affirmatio,vel econtrà,gl.1.in l.4.de acq. hæred.

Priuatio non sequitur , nisi præcedat habitus , l. decem stipulatus , 126. de verb. oblig.

Priuatio præsupponit habitũ, & nihil potest esse prius in priuatione,quàm sit in habitu , in princip. Inst. de libertinis. §. seruus. Inst.de capitis diminutione.

à Priuatione ad habitum non datur regressus , §. quod autem.Inst.de capitis diminutione.

Reliqua verbo,Negatiua , Affirmatio.

PRIVIGNVS est filius mariti ex alia vxore,vel filius vxoris ex alio marito, gl. priuignus.in l.3.§.verbum.de donati.inter virum,l.4.§.affines,de gradib.glos. priuigna.in §.si vxor. Inst.de nuptiis.

Priuignæ appellatione,non tantùm continetur ea, quæ vxoris meæ filia est : sed & neptis,& proneptis,vt nullam earum ducere possim,l.adoptiuus,14.§.fi.de ritu nuptiarum.

Priuigni vxor etiam eo mortuo non potest nubere vitrico, & econtrà , nec vxor vitrici,etiam vitrico mortuo,potest nubere priuigno,l.vxorem. 15.eod.

Priuignus mihi impropriè est etiam is,qui vulgò conceptus ex ea natus est,quæ posteà mihi nupsit,& etiam is,qui,cum in concubinatu erat mater eius, natus ex ea est , eáque posteà alij nupta sit , l. priuignus. & ibi gloss. 1. de gradibus.

Priuignus non potest apud vitricum ali, licèt vitricus possit esse ei tutor,gl.1.in l.fi.C. de contrario iudicio tutelæ.

Priuignus non succedit nouercæ per se ; sed per mediam personam natorum ex ea,qui sunt fratres sui ex latere patris,l.5.C.communia.de successio.

Priuigna tua non dicitur illa,quæ nata est ex vxore quondam tua, post diuortiũ, §.si vxor. Inst. de nuptiis.

Reliqua verbo,Nouerca, Nurus, Vitricus.

PRIVILEGIARIVS agendo,vbi cõueniri non poterat ratione priuilegij,perdit priuilegium,vel omnem respectum,vt ab omnibus conueniri queat: si verò iure communi conueniri nequiuerit,quòd huius fori non esset, si agat , ab eo,qui cum agit,dumtaxat apud eundem iudicem conueniri potest,glo. fin.in add.marg.in l.qui non cogitur,22.de iudiciis.

1 PRIVILEGIATVS contra pariter priuilegiatum restituitur,gl.1.in l.final.ex quib.causis maiores.

Priuilegiati dispari priuilegio si fuerint duo , præfertur ille, qui habet potentius priuilegium,l.verum.§. fi.de minoribus.

Priuilegiati si fuerint duo pari priuilegio,præfertur ille,qui certat de damno vitando;sed si vterque certat de hoc,potentior est causa rei, d. l. verum.§. item quæritur.

Priuilegiatus si succedat nõ priuilegiato, desinente priuilegiato desinit & ipsum priuilegium personale,l.cum quidam,17.§.fiscus.de iure fisci.

Priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non potest vti suo priuilegio,gloss.1, in l.3. de rebus eorum , qui sub tutel. l. sed & milites, 10. de excusat. tutorum.

Priuilegiatus contra priuilegiatum admittitur, gl. fi. in l. 2. Cod. si aduersus fiscum.

Priuilegiatus non tenetur comparere, quando citationis nullitas est notoria,gl. fi.in add.marg.in l.contumacia.53.de re iudicata.

Priuilegiatus creditor præfertur non priuilegiato in soluendo,& etiam in repetendo;& si ambo sint priuilegiati , præfertur priuilegiatior:id est cui debetur ex causa priuilegiatiori,vt mulier deponentibus,& similibus,gl.ex causa.in l. priuilegia. 16.de priuileg creditorum.

Priuilegiati duo creditores habentes paria priuilegia: veluti duo deponentes, & sic einsdem tituli, tunc ambo concurrunt , licèt vnus ante alium contraxerit: fallit in duobus dotibus,ex substantia eadem debitis ; quia tunc prærogatiua temporis seruatur,etiamsi personale priuilegium prætendatur,d.gl. ex causa. & gl.fi ibid.

Priuilegiati duo creditores,etiam diuersorum titulorum simul concurrunt, vt si vnus habeat condictionem ob causam pro dote futura , & vtatur tantùm priuilegio personali pro illa dote,vel si vnus tutelæ,alter depositi , nisi nominatim probetur alterum in priuilegio actionis personalis præferendum , & esse priuilegiatiorem, veluti fiscus , mulier dotem suam repetens , & is,qui credit in rem reficiendam,& qui expendit in funus. ibid.

2 Priuilgiati quando inter se contendunt quis eorum præferatur alteri,nullus eorum præfertur alteri,nisi expressè inueniatur contrà.ibid.

Priuilegiatus sub prætextu priuilegij sibi concessi non debet priuatos, & alios à muneribus defensare,l.sacrosancta,8.C.de sacrosanctis Eccles.

Priuilegiatus renuncians suo priuilegio in vno casu,non censetur renunciare suo priuilegio.gl.fi.in auth. presbyteros.C.de Episcopis.

Priuilegiatus succedens non priuilegiato non habet priuilegium,gl.fi.in l.si intra,8.C.de non numerata.

Priuilegiatus per vnum actum contrarium non perdit priuilegium in aliis,l.voluntariæ,12.& ibi gl.1.C.de excusat.tutorum.

Priuilegiatus si ad munera publica decreto præsidis sit electus , debet appellare, & dicere suo priuilegio,& non appellans confirmat electionem,l.hi,qui.7.C. de appellat.

Priuilegiati ratione priuilegij rediguntur ad ius commune, l. 2. Cod. de iure fisci.

Priuilegatus quando concurrit priuilegiato præfertur priuilegiatus,gl.fi. in l. 1. C.de priuileg.dotis.

Priuilegiati si fuerint duo eiusdem tituli , vt duo deponentes, æqualiter admittuntur.ibid.

Priuilegiatus sponte subiens onera,debet protestari,ne præiudicetur sibi, vel suo priuilegio,l.1.C.de his,qui sponte publica munera.lib.10.

Priuilegiatus succedens non priuilegiato pro anteriori tempore vtitur iure eius cui successit,pro posteriori vtitur iure suo, l.filius,6.de iure fisci.

Reliqua verbo,Creditor,92.Pupillus,31.Actor,185.

Priuilegium in genere,nu.1.vsque 5.

Quoad extensionem,& translationem ad heredes,vel alios,nu.6.7.8.

Quoad renunciationem, remotionem, & extinctionem, & cessationem priuilegij, num.9.

Quoad amissionem priuilegij.nu.10.

Quoad priuilegium Ecclesiarum,num. 11.

PRIVILEGIVM dicitur quasi lex priuata,& id, quod est extra ius commune: 1
fauor verò est,quod non est extra ius commune,gl.1.in l.quod fauore,6.C.de legibus.

Priuilegium fori superueniens postquam quis est præuentus coram vno iudice non eximit illam ab illo iudice , si illud esset concessum ad postulationẽ partis:secùs si motu proprio superioris,vel sit impetratum faciendo mentionem de dependentia litis,gl.1.in l.qui autem.si quis cautio.

Priuilegium ætatis præfertur priuilegio,quod competit filiosa.per Macedonianum,l.verum.§.fi. de minorib.

Priuilegium ætatis præfertur priuilegio, quod competit mulieri per Velleianũ, l. si apud minorem.eod.

Priuilegium Velleiani admittitur contra priuilegium ætatis:sed non prorsus,& totum:sed sub distinctione,gl.quia communi ibid.

Priuilegium personale præfertur pignori,† gl.2. in l.interdum. qui potiores in pignore.

Priuilegiorum tenor ad vnguem seruandus est.gl.edicti.in add.in l.1.§.si is, qui. de exercitoria actione.

Priuilegio gaudent solùm illi , qui sunt de collegio,l.fi. de excusat. tutorum.

Priuiligium militis non tollit delictum scribentis se heredem : sed bene tollit priuilegium scribentis,l.in fraudem, 16. §. si quis,& ibi gl.Senatusconsulti. de milita.testam.

Priuilegium vnius non tollit priuilegium alterius,gl.1.in l.dotalem, 17. eod.

Priuilegium testandi de castrensib.concessum filiisfam.non pertinet ad eum,qui ignominiæ causa missus est,gl.eorum.in l.testamenta.27.eod.

Priuilegium alicui concessum præmij loco non debet ignominiæ causa valere. ibidem.

Priuilegio militari non incipit quis vti à tempore electionis : sed ex tempore, quo in matricula scriptus est,l.antepe.eod.

Priuilegium deficit mutatione personæ , l. per procuratorem , 89. de acqui.he- 2
redit.

Priuilegium concessum ciuitati circa præscriptionem in quatuor casibus positis in l. fi. C. de sacrosanctis Eccles. non habet locum in castro , vel villa , gloss. per longum. in add. marg. in l. si finita. §. si de vectigalibus de damno infecto.

Priuilegium concessum per non habentem potestatem,seu ius concedendi , non confirmatur ex iure superuenienti ipsi concedenti.† l.si seruo.20.in add.mar. qui, & à quibus manum.

contra Priuilegium, quod quis habet propter reuerentiam personæ , non potest pacisci:sed bene contra priuilegium,quod quis habet iure contractus,gl.1. in l.si conuenerit,26. de re iudic.

Priuilegium,quod respectu causæ conceditur,transit cum causa:sed priuilegium, quod personæ tribuitur, expirat cum persona.l. tempus, 29. & ibi add.marg. eodem.

Priuilegium personale,quod datur in actione,de dote,datur ipsi mulieri,l.2.§.fi. & ibi.gl.fi.& l.dabimus.de priuilegiis creditorum.

Priuilegium concessum ex duplici causa finali,vna cessante remanet alia,gl.credere.in l.si ventri.8.eod.

Priuilegium personale nonnunquam ratione causæ tantùm conceditur,vt in funeraria actione,& in deposito; nonnunquam conceditur ratione personæ , vt in actione de dote,mulieris fauore,quandoque ratione vtriusque:scilicet personæ,& causæ:vt in pupillo,& in actione tutelæ.gl.ex causa,in add.marg. in l. priuilegia,16.eod.

Priuilegium imperratum vt nauem suam posset excusare à portandis rebus , & personis ad expeditionem exercitus,non valet,l.iubemus,10. C. de sacrosanctis.

Priuilegia concessa vniuersis Ecclesiis firma,& illibata custodiri debent,l. priuilegia. 12.C.eod.

Priuilegia concessa statuendo legem generalem intelliguntur concedi ex liberalitate,& non ad petitionem partis;secùs si cõcessa sint non generali lege. gl.1. in auth.quas actiones.C.eod.

Priuilegium non potest concedi alicui etiam Ecclesiæ , quòd nulla præscriptio valeat contra eam,d.gl.1.

Priuilegium alicui concessum videtur ei concedi secundum qualitatem suæ personæ.gl.2.in l.si quando,35. C.de inofficioso testam.

Priuilegia pro meritis impetrantur ; vnde si mentiatur, non est mirum,si careat 3
impetratis,gl.fi.in l.2.C.si contra ius,vel vtil.

Priuilegia quandoque solent principes concedere eis , qui sunt strenui milites, vel apprehenderunt multos latrones,vel transfugas demonstrarunt,gl.2.in l. 5.C.eod.

Priuilegia quædam si competant officio,cui vnus consueuit præesse , si plures ad idem officium eligantur,quilibet eorum vtitur eisdem priuilegiis , quib. ille vnus vtebatur,l.binos. 10. C.de aduocatis diuers. iudic.

Priuilegium

non transit ad heredem;sed quando defertur rebus , tunc datur succedentibus in eam rem : sed quando datur generi,vel personis hoc pacto, vt ad posteros descendat,tunc non descendit, nisi ad eos,qui ex fœminis nati sunt:sed quando datur ciuitati,vel loco,tunc transit;quia semper est idem populus, gl. 2. in l.sordidorum.C.de excusatio.munerum. lib.10.

Priuilegium vni vniuersitati, vel collegio concessum trāsit in posterum ad quoscunque in eodem collegio succedentes,tametsi personæ remoueantur,l. fi. in fi.& ibi add.marg.C.de silentiariis.lib.12.

Priuilegium in quibusdam transit ad filios.d.l.fi.& ibi gl.pe.

Priuilegium simpliciter alicui concessum non extenditur ad ea, per quæ publica læderetur vtilitas.l. 2.& ibi add.marg.C.de priuil.scholarum.lib.12.

Priuilegium litis ordinationem, vel processum respiciens concessum vni transit ad aduersarium : secùs si respiciat decisionem , nisi verba rescripti hoc sonent, gl.sine omni.in additione.in §.at ex contrario.Inst.quib. alienare licet.

Priuilegio speciali alicui tributa non debent trahi ad alios.§.extraneis. Instit. de heredum qualitate.

9 PRIVILEGIO suo ipso facto videtur renunciari per factum ipsi priuilegio contrarium,gl. fi.in l.cùm furiosus.39.§.fi.de iudiciis.

Priuilegium habens per vnum actum contrarium non videtur renunciare ei,l. 2. de priuilegiis veteranorum.

Priuilegio fori propter cingulum militiæ suæ, vel dignitatis,vel etiam sacerdotis prærogatiuam sibi indulto potest renunciari.l.si quis in conscribendo, 29. C.de pactis.

Priuilegio remoto remanet quis in iure communi,l.sed & milites. 10. de excusatio.tutorum.

Priuilegia etiam militaria remouentur remota militia , cùm illa sint accessoria ei,gl.honorariæ.& ibi add.marg.in l.an inutilis.§. fi. de acceptilatio.

Priuilegium faciliùs tollitur,quàm ius commune,gl.quocumque.in l.eius militis,35.§.fi.de militari testam.gl.1.in add.marg.in l. 3.de adulteriis.gl.fi.in l.si tibi. C.de locato.

Priuilegium personale finitur morte,gl.fi.in l.sed & milites.10. §. fi. de excusat. tutor.

Priuilegium datum officio habenti dignitatem,non cum dignitate.sed cum persona extinguitur,l.eam legem.& ibi gl.fi.C.de excusat.munerum.lib.12.

Priuilegium cessat cessante causa priuilegij:hoc est militia , l.filius à patre.28.§. filiusfam.de liberis,& posthumis.l.ex facto.43.de vulgari. l.Titia , 89. §.1.& ibi gl. vsuras.de legat. 2.l.pen.C.de test.militis. §.illis autem.Inst.de militari testamento.

Priuilegium nundinarum decennio perit,gl.pe.in l.1.C.de diuers. rescript.

Priuilegia impetrata in præiudicium vniuersorum minori tempore durant, quā quæ in præiudicium singularis personæ,gl.pe. ibid.

Priuilegium personale finitur cum persona,gl.heredi.in l.3. §.quoad autē. quod quisque iuris.

Reliqua verbo, Renunciari,Renunciatio,Forum,1.

10 PRIVILEGIVM debet amittere,qui eo abutitur,gl. 1. in l.libera peculij , 49. de peculio.gl.fi.in l.Iudeos. 10.C.de Iudæis & gl.non fortè.in §.hinc nobis.in auth. de heredib.& Falcidia.col.1.gl.abutantur.in §. interdicimus. in auth. vt iudices sine quoquo suffragio.col.2.gl. 1.in l.fi.C.de spectaculis. lib.11.& gl. fi. in l.iudices.C.de dignitatib.lib.12.

Priuilegium non debet quis consequi ex onere,quod libenter subiit.imò perdit, 2.in l.4.ex quibus causis maiores.

Priuilegium perdit negans dolosè illud,quod est causa priuilegij,si perseueret in negatione vsque ad litis contestationem inclusiuè;secùs si ante litis contestationem pœniteret,& reuocaret negationem, l. sed hoc ita.22. §. fi.& ibi add. marg.de re iudicata.

Priuilegium in præiudicium vniuersorum impetrans si non vtatur eo decem annorum spatio,perdit illud; sed priuilegium in præiudicium singularis personæ impetratum non amittitur per non vsum spatio decem annorum ; sed durat perpetuò,l. 1.& ibi gl.fi.de nundinis.

Priuilegium amittere debet,qui fraudem voluit cōmittere,gl. 1.in add. in auth. hoc si debitor.C.de pignorib.

Priuilegium perdit quis per vnum actum contrarium,l.2.C.de iure dominij impetrando.

Priuilegium,quod quis habet extra ordinem , perditur per contrarium consensum,l.priuilegio,27.C. de decurionibus, lib.10.

Priuilegiis legum caret ille,qui eas fraudare conatur,l.omnes.& ibi gl. priuilegiis.C.de metatis.lib.12.

11 PRIVILEGIVM concessum Ecclesiæ , quòd contra eam non possit obiici ab alia Ecclesia nisi præscriptio cētum annorum,valet,gl.redditur.in l.si vnus.§. pactus.de pactis.

Priuilegia concessa clericis intelliguntur concessa fauore Ecclesiarum,non personæ,gl.fi.in l.4.C.de sacrosanctis Eccles.

Priuilegium potest hodie concedi alicui Ecclesiæ , vt fuit Nouentulanæ , quòd contra eam currat tantùm præscriptio centum annorum,glos. 1. in auth.quas actiones.C.eod.

Priuilegium singularum Ecclesiarum violans punitur in quinque libris auri, l. si venerabilis,13.C.de Episcopis.

Priuilegium Ecclesiæ volens impugnare punitur in quinque libris auri,gl.2. ibi.

Priuilegiū Ecclesiarum violans si perseuerauerit per annum in excommunicatione ob violationem contra eum illatā ipso iure subiacet imperiali banno, à quo non extrahetur,nisi obtenta absolutione ab Ecclesia.auth.item quæcumque.C.eod.

Priuilegia Ecclesiis,& clericis concessa à legibus , sunt intacta seruanda l. si qua per calumniam,22.& l.omnes,31.§.priuilegiis.C.eod.

Priuilegia,quæ contemplatione religionis indulta sunt religionis obseruatoribus,prosunt: non verò hereticis , qui non solùm debent esse alieni ab his : sed potiùs sunt puniendi,l.1.C.de hereticis.

Priuilegia Ecclesiis concessa locum habent in pauperibus,& in aliis locis piis,gl. iudicium.in add.mar.in §.ex maleficiis.Inst. de actionibus.

Reliqua verbo, Ecclesia,per tot.

PRIVS quæ dicuntur,posteà repetita intelliguntur,gl. fi. in l. item quia.§.fi.de pactis.

Priùs obtinens sententiam præfertur priori agenti in iure quæsito alteri præferendo:sed non in iure de nouo quærendo,gl.ad sententiam.& add. marg.in l. si quis,14. de noxalibus.

Priùs obtinens sententiam in noxali causa tenetur agenti,& postea obtinēti sententiam in rei vindicatione serui,secùs quando ambo ex eadem causa agerēt; quia tunc priùs obtinens præfertur , & secundus obtinens non habet actionē iudicati ex illa sententia,gl.vicerit.ibid.

Priùs dictio posita in verbis testatoris facit dubium ; nam potest intelligi priusquàm cesserit dies fideicommissi in persona filij , vel priusquàm restituas, gl. cedat.in l.quidam, 25.ad Trebellian.

Priùs dicitur illud , quod aliquid habet post se : sed proxima æstas dicitur , quæ nullam habet post se,gl.non proxima.in l.1.§.æstas.ne quid in flumine pub.

Priùs appellans priùs agit,l.qui prior,29.de iudiciis.

Priùs appellans:id est prouocans ad iudicium , priùs agit, vt si ego conuenio te, & tu reconuenis me,ego præcedo in causa conuentionis in omnibus, in contestatione , in probatione, in facti narratione , & ea pendente causa reconuentionis tractatur,& vna charta vtraque sententia poterit scribi, vel duabus: in continenti tamen,† d.l.qui prior. & ibi gl. 1.

Priùs prouocans ad iudicium, priùs agit.& hoc habet locum cùm tam causa cōuentionis,quàm reconuentionis est criminalis,& neutra maior: vel cùm prima est maior secunda,vel quando secunda est maior; sed nomen prius accusati receptum est inter reos,d.gl.1.

Priùs prouocans quòd priùs agat,habet locum , si præiudicialem ciuiliter agendo primò intendo,& posteà mihi obiiciatur criminalis: & hoc quando se non contingunt:si verò se contingunt , vt quia vna principalis,alia incidens : tunc semper primò de incidenti cognoscitur,antequàm de principali cognoscatur, & pronuncietur.ibid.

Priùs appellans,priùs agit;fallit quando causa conuentionis, & reconuentionis est ciuilis:sed reconuentionis est præiudicialis : item si conuentionis sit ciuilis,& non præiudicialis,& reconuentionis sit criminalis:item cùm vtraque est criminalis;sed reconuentionis est maior. ibid.

Priùs appellans,priùs agit;fallit quando causa conuentionis est æqualis , & criminalis;sed accusatus vult prosequi suam,vel suorum iniuriam. ibid.

Prius appellans,priùs agit:fallit si vnus petitorio,alter possessorio agat : nam iudicium possessorium præfertur.licèt postea propositum sit.ibid.

Priùs appellare dicitur ille,qui prius vocat in ius,aliter accipitur alibi.ibid.

Reliqua verbo,Prior.

PRO,dictio denotat quādoque remotionem,gl. pro actis.in §.sancimus.in auth. de alienatione,& emphyt.col.9.

Pro Titio,& nomine Titij facere aliquid idem importat,l.fideicommissa,11. §. pen.de leg.3. *Reliqua verbo, Absens, 6.*

PROBABILE dicitur aliquid, quod per se,& aliis iūctum facit adminiculum, gl. fi in add.marg.in l.3.§.fi. de annuis leg.

PROBANDI onus incumbit ei,qui non est in quasi possessione iuris, quod asserit;quod est verum in iurib.personalibus;sed non in realib.l.circa,14. & ibi gl.fi.de probatio.

Probandi necessitas semper incumbit ei,qui agit,l.verius.21,eod.

Probandi onus si alicui incumbit , potest is aduersario suo de rei veritate iusiurandum inferre priùs , ipso per calumniam iurante , si hoc exigatur, vt iudex iuramenti fidem sequutus,ita suam sententiam possit formare iure referendæ religionis seruando ei,cui defertur : sed hodie hoc iuramentum calumniæ nō præstatur,cùm semel in initio præstitutum sit,l.cùm de indebito,25.§.in omnib.& ibi gl.seruando.eod.

Probandi quæ genera,& per testes,& quales,& quot,vel instrumenta,vel alia argumenta sufficiant ad aliquem modum probandæ cuique causæ nullo certo modo potest diffiniri:nam quandoque numerus testium,quandoque dignitas, & authoritas,quandoque veluti consentiens fama confirmat fidem rei,de qua quæritur,l.3.§.eiusdem.de testibus.

Probandi vnum tantùm modum non debet iudex indicere actori; sed omnes : vt siue aliquis eorum solus sit sufficiens,siue plures simul iuncti,habeat ei fidem, gl.speciem.ibid.

Probandi onus incumbit dicenti,gl.denegandam.in l.Titia.35. soluto matrim.

Probando condemnationem non intercessisse probatur error scribentium , l. 2. C.de errore calculi.

Probandi onus infertur alicui,quando aduersarius negat,siue dubitat,gl.fi.in l.1. C.de probatio.

probandi onus possessionem ad se pertinere non incumbit possidenti,l.2.C. eod.

probandi onus transfert in aduersarium quasi possessio filiationis,vel fraternitatis,l.non epistolis,13.& l.non modis,14.& ibi gl.fi.C.eod.

probandi onus quis transfert in aduersarium ex solutione prædiorum sibi facta, secùs si vigore solutionis,vel alio modo ad eum illa prædia peruenerunt , gl. fi.in l.siue possidetis,16 C.eod.

probandi onus incumbit domino , cùm ex libertate quis petitur in seruitutem: sed quando petitur ex seruitute in libertatem, tunc seruo incumbit probatio, gl.1.in l.ad probationem.C.eod.

ad probandum quem esse heredem defuncti non sufficit probare , quòd teneat, vel possideat etiam de facto res hereditarias:sed quòd adierit hereditatem , l. pe.C.vnde legitimi.

probandi onus incumbit ei,qui negat aliquē esse sanæ mētis,l.5.C. de codicillis.

probandi onus:scilicet per conscientiam iudicis reprobatur: nam iudex secundū allegata,& probata debet iudicare,† gl.non aliter.in principio.in auth. de testibus.col.7.

probandi onus semper incumbit ei,qui agit,nisi præsumat ius pro actore,vel nisi reus ius negaret:nam tunc incumbet reo neganti,§. non solùm.in fi. & ibi gl, fi.Inst.de legatis.

PROBARE sicut tenetur actor suam intentionem,ita reus suam exceptionem, l.1.C.de probatio.

probare suam intentionem debet ille,qui asserit,vel dicit,gl.fi.ibid.

probari non debet illud,quod probatum non releuat probantem,l. ad probationem,21.C.eod.

tor inuenit sibi fideiussores.gl.1.in rub.iudicatum solui.

Procurator constitutus ab aliquo si facit mandatum,iuxta madatum,habet mandati actionem contra constituentem ad interesse suum,l.iam tamen. 5. §. in hac disputatione.in additione marg.eod.

6 per Procuratorem quandoque est necesse quod quis agat, gl.facultatem.in l.sed si vnius.§.idem Iulianus.de iniuriis.

Procuratorem in sua re quilibet potest ordinare extra iudicium.ibid.

Procurator propriè dicitur, qui habet mandatum.gl.procurator.in l.pen.§.fi. de publicis iudiciis.

Procurator ex parte actoris in ciuili causa non admittitur.ibid.

Procurator in causa, in qua procurator est, testis esse non potest, & idem est in aduocato:sed eo casu quoad testificandum si admittuntur,iurant dumtaxat se testificaturos de his quæ ante procurandi munus, vel aduocandi nouerunt, † gl.interrogati.in additione marg.in l.deferre.13.§.pe.de iure fisci.

Procuratores sunt similes aduocatis in quibusdam.gl.1.in rubr.C.de procurat.

Procurator differt ab aduocato:quia procurator colludens tenetur mandati:aduocatus tamen accusatur de præuaricatione.ibid.

procurator quandoque ponitur pro syndico, quandoque pro responsore. gl.4.in l.neque tutores.11.C.eod.

procurator differt ab actore : quia procurator constituitur à domino : actor verò à non-domino, & procurator sine iudice,actor verò cum iudice, & procurator ad vnam causam, actor verò ad omnia instar tutoris, vlteriùs procuratoris officium finitur certis modis,actoris eisdem,quibus & tutoris.ibid.

procuratores post litis contestationem possunt aliis substituere, d.l.neque tutores.& ibi gl.fi.

7 Procurator non potest pascisci super quota litis,& repellitur per huiusmodi exceptionem ab agendo.l.litem te.15.C.eo.

Procurator inuitus dicitur,nisi probetur eum concessisse, & voluisse,gl.1.in l.inuitus,17.C.eod.

Procurator post susceptam procurationem cogitur suscipere procurationem nõ præcisè : sed causatiuè : scilicet si perseuerare voluerit in administratione.gl.2.ibid.

Procurator fidem susceptam sponte implere sufficit:non autem suscipere cogitur inuitus.gl.fi.ibi.

Procurator sicut quando interuenit ante litis contestationem, euitatur infamia: quando interuenit post,† glo.1.in l.nihil arbitramur.20.C.eod.

Procurator constitutus ante, vel post litis contestationem potest substituere alium.ibi.

Procuratori transferri potest negotium à domino litis, vel econuersò ante litis contestationem,secùs verò si procurator alium procuratorem velit dare : qui tunc non dicitur transferri.glo.fi.ibi.

Procurator per litis contestationem fit dominus etiam post excessum : id est recessum,vel mortem eius,qui agendam,vel defendendam litem mandauerat,& potest causam inchoatam finire,l.nulla,23.& ibi glo.1. C.eod.

Procurator post litis contestationem etiam post mortem domini potest alium substi tuere.ibi.

Procurator statim cùm incipit tractare merita causæ, efficitur dominus litis in causis,in quibus non contestatur lis.ibi.

Procuratorem qui tenetur mittere,debet mittere instructum,neque sufficit mittere procuratorem non instructum. l. properandum. §.& si quidem. C. de iudiciis.

Procuratores debent esse diligentes, nec quicquam in administratione eorum neglectum,aut declinatum est vacuum culpa.l.in re mandata.C.mandati.

8 Procurator pasciscens de quota litis non potest petere, quæ vtiliter ex pacto de quota parte litis facto expendit,vel actione mandati informata,quæ illicitum pactum non informat,neque etiam officio iudicis,quod super illicitis non est implorandum,neque etiam actione negotiorum gestorum,† gl.2.ibid.

Procurator verba contractus debet concipere in sua persona, & sibi quærit,: sed domino posteà cedere tenetur,gl.pe.in l.multum.6.C.si quis alteri,vel sibi.

Procurator verba contractus si concipiat in persona domini,non valet sibi:quia non vult:nec domino,quia non potest.† ibi.

Procuratoris officium priuatum est.glo.2.in l.2.C.de testam.tutel.

Procurator, & curator reipub. differunt, glo.1.in l.2.C.de sententiis, quæ sine certa quanti.

Procuratoris officium etiam ad negotia est vile. l. si quis procurationem, 34.& ibi gl.fi.C.de decurionib.lib.10.

Procuratoris protestatio, ac denunciatio efficit eũ, cui procurator denunciauit in pœnam incidere:sicut & domini ipsius protestatio, quod verum est,si procurator denuncians procuratorium ostendat.l.cùm satis.§.fi. in add.marg.C. de agricolis,& censitis.lib.11.

Procurator potest pacisci in salarium, quatenùs velit, & possit etiam vltra centum annos.† reprob.gl.2.in l.1.C.mandati.gl.mercedes.in add.marg.in §.fin. Inst.de mandato.

Procurator potest esse infamis.§.fi.Inst.de except.

Procuratoris officium est onus, non dignitas.d.§.fi.& ibi gl.fi.

Procurator omnium bonorum creditoris etiam si consenserit venditioni pignorum,non ob id liberatur pignus,l.si consensit.§.1.quib.mod.pign.

Procurator omnium bonorum creditoris non potest pignus remittere, nisi specialiter hoc ei mandatum sit.ibid.

Procurator non potest conditionem domini deteriorem facere. gl. pe. in l.procurator meus.28.de procuratorib.

Procurator tuus,cum quo ego litigo, licèt dicatur aduersarius meus:tamen non dicitur conueniri : sed reus est ille, qui propriè dicitur conueniri,l.3. in add. marg.de iureiur.

Procuratores olim propter infamiam repellebantur:sed hodie non. gl.in rub.C. de procuratorib.

Reliqua verbo,confessio, 12.*Procuratio,Contumacia*, *Dominus*.27.*Inuitus,Salarium*,3.4.*Sententia*,20.*Delegatus*, 4.*Mandatarius,per tot.Mandatum*, *per tot.*

9 PROCVRATOR etiam absens potest dari,l.1.§.fi.de procuratorib.

Procurator vt absens constituatur, duo requiruntur : scilicet quòd sit certus, & quòd ratum habeat, quorum vnum deficit in furioso : quia non habet animũ, & discretionem,& ideò non potest habere ratum, neque habetur vt absens,vt scilicet constituatur vt absens.d.l.1.& ibi gl.1.eod.

Procurator quis solus potest constituere ad ea,quæ quis potest solus facere, l.filiusfam.eod.

Procurator inuitus non solet dari,d.l.filiusfam.§.inuitus.

Procurator vnus debet constitui,quando causa,ex qua agitur, habuit initium in vna persona:sed si habuit initium in plurib.personis,tunc plures procuratores possunt constitui,gl.prohibitum in l.si quis cum procuratorio,§.vnius.eod.

Procuratorem constituere potest seruus ad negotia:non tamen ad actionem intentandam in iudicio,l.seruum.eod.

Procuratorem constituere potest seruus, vel liber, qui de statu suo litigat, non solùm in administratione rerum:sed etiam in actionibus, quæ ei, & aduersus eos competunt.ibi.

Procuratorem constituere potest filiusfa.ad negotia,& ad lites tam ad defendẽdum,quàm ad agendum,nisi in casu,quo actio sibi competit,d.l.seruum.& ibi glos.1.

Procuratorem habere prohibetur seruus in causa status:sed in aliis omnibus permittitur constituere,licet de suo statu litigetur.gl.seruitutis.ibi.

Procurator potest constitui litigans de suo statu non solùm ad negotia : sed etiã ad lites,d.l.seruum.§.ex contrario.& ibi gloss.procuratorem.

Procurator regulariter non potest constitui in capitalibus iudiciis, quibus imponitur pœna maior relegatione:fallit in illustrib.& allegandas causas rei absentis,& in petendo dilationem,gl.datur.in d.l.seruum.§.publicè.

Procuratorem facere aliquem rectè possum ad faciendum procuratorem,gl.fi.in l.cùm essent.de seruitut.rusticorum.

Procurator ad litem futuram,& in diem, & sub conditione, & vsque ad diem,& in perpetuum dari potest,l.3.&.4.de procuratorib.

Procuratorem habere non potest seruus, qui se in libertatem proclamat : potest tamen habere ille, qui se dominum illius dicit.gl.si status.in l.non solùm.§.si status.eod.

Procurator potest constitui in actione tutelæ, & in similibus famosis, quando principaliter agitur ad pecuniam.gl.pen.in d.l.non solùm.§.fi. 10

Procurator potest constitui ad intentandam actionem ex crimine sepulcri violati,l.licèt.eod.

Procurator in popularibus actionibus potest dari ad defendendum:quia ita procuratoris dicitur causa vt sua:sed ad agendum nõ potest:quia non dicitur sua sed populi.glo.1.ibi.

Procurator potest constitui in actionibus, quæ competunt ad vindictam, d.l.licèt.§.ad actionem.& ibi gl.publica.

Procurator potest constitui in actione iniuriarum ex lege Cornelia,quando agitur ciuiliter:secùs si criminaliter:quia tunc etiam si crimen sit priuatum, non potest dari procurator.ibi.

Procurator potest constitui in delicto priuato,quando ciuiliter agitur:secùs verò quando criminaliter.d.gl.publica.

Procuratorem potest dare heredem ille, cui hereditas ex Trebelliano restituta est.d.l.licèt.§.is,cui.

Procuratorem facere potest habens ius in re, eum,qui est dominus illius rei,d.l.licèt.§.sed & dominum.

Procuratorem dominum pignoris rectè potest dare creditor ad quasi Seruianã quæ hypothecaria dicitur.ibi.

Procurator in re sua non potest quis esse.gl.ad Seruianam.ibi.

Procuratorem vnus ex correis potest constituere alium correum actiuè, & passiuè,d.l.licèt.§.porrò.

Procurator vnus non potest esse actoris,& rei.d.l.licèt.§.si plures.

Procurator vnus,& idem non potest in iudiciis diuisoriis dari à pluribus.ibi.

Procuratorem quilibet potest constituere,qui non reperitur prohibitus,l.mutus.§.cùm quæritur.eod.

Procuratorem potest dare quilibet, qui suo nomine habet actionem glo. hoc edictum.ibi.

Procuratorem post litem contestatam reus potest constituere,dummodò pro eo præsens caueat iudicium soluere:sed si præsens non sit, tunc procurator satisdat.l.qui proprio.& ibi.gl.2.eod. 11

Procurator potest constitui,vt allegentur causæ absentiæ,& si vult ipse defendere eum plenè,potest in ciuili.gl.fi.in l.absens.71.eod.

Procuratores plures constituere non potest reus:sed actor bene potest cum clausula, quòd occupantis sit melior conditio, † l. 2. in additione marg. de exercitoria.

Procurator non potest fieri miles. glo.aduersario. in l.in exceptionibus, 19. de probatio.

Procurator non potest dari in popularibus actionibus,neque in omnib.criminalibus actionib.ibi.

Procurator potest dari sub conditione expressè,gl.sub conditione.in l.muto.6.§.1.de tutelis.

Procurator quando constituitur, debet quis certus constitui. gl.1. in l.tutor,20. de testam.tutela.

Procurator non potest esse mulier,nec miles, gloss.1. in l.& ideò.de noui operis nunciat.

Procurator potest constitui ad articulum probationum tantùm. l. etiam conditionis,15.§.plures.in additione marg.de manumiss.vindicta.

Procurator inuitus constitui non potest quis, nisi ex magna necessitate, vt quia nemo voluntarius inueniatur, gl.inuitum.& gl.sequenti.in l.2.§.quæritur.de curatore bonis dand.

Procuratorem cõstituere non cogitur actor à principio,nisi causatiuè ad [illegible]rumpendam præscriptionem,l.3.& ibi gl.nisi actor.de diuersis,& tempo[illegible]

Procuratorem constituere non tenetur reus citatus ad veniendum ad ius, si fuit impeditus impedimento probabili,& necessario,nisi in causa leui.† reprob.d. gl.nisi actor.

Procuratorem constituere non tenetur reus citatus ad veniendum ad iudicium, etiam impeditus, saltem vt actor contestetur litem ad interrumpendam præscriptionem,

per

Procurator ad agendum transigendo non præiudicat domino, l.transactio,7.C. de transactio.

Procurator ad vnam causam cõstitutus, officium mandati si sit egressus, id, quod gessit, nullum præiudicum domino facere potest, l.si procurator, 10.C.de procuratoribus.

Procurator si habeat plenam potestatem agendi, sententia cum eo lata rescindi non potest, & præiudicat domino mero iure. ibi.

Procurator si fines mandati non egrediatur, præiudicat domino: sed in eo, quod fecerit, poterit à domino conueniri.ibid.

Procurator non nocet domino, siue sit procurator ex parte falsus, vt quia excedit mandatum, siue ex toto, gl.fi.in l.cùm mandati.12.C.mandati.

Reliqua verbo, Confessio, 12.

27 PROCVRATOR si sit datus ob absentiam domini, mandatum finitur domino reuerso, l.vel hereditas.& ibi.gl.1.de procuratoribus.

Procurator si exceptionem, quam in sua persona habebat, omiserit, non ex hoc denegatur sibi actio mandati contra dominum, gl.fi.in l.pen.ad Velleian.

Procurator, qui litem, quam suscepit exequendam, non prosequitur, tenetur mandati, l.si procuratorem.8.mandati.

Procuratoris pactum, per quod liberatur dominus, valet: quia interest procuratoris, cùm mandati teneatur, si non quæsierit, quod potuit, gl.1.in l.quacumque.de procuratoribus.

Procurator ad iudicia, vel negotia non debet excedere fines mandati, gl.cautum. in l.non distinguemus, 37.§.dies compromissi.de arbitris.

Procurator debet custodire fines mandati diligenter, & si transgressus fuerit, nihil nocet domino, gl.1.in l.si itaque, de iureiurando.l.si procurator, 10.C. de procuratoribus.

ex Procuratoris parte redditio instrumentorum facta domino inducit expirationem mandati, l.negotiorum, 24.& ibi.add.marg.de appellat.

Procuratoris mandatum esse incertum, fit sola negatione conuenti, gl.1.in l.1. C.de procuratoribus.

Procurator procurationem susceptam vltra non cogitur extendere, nisi prouocationis causa, l.inuitus, 17.C.eod.

Prouocator prouocatione susceptam ad agendum nomine alicuius nõ compellitur suscipere defensionem domini agentis, cùm fidem susceptam ad agendum sufficiat implere, gl.fi.ibid.

28 Procurator qui suscepit mandatum in vna causa, non tenetur suscipere in alia, & sic non cogitur mandatum prorogare, d.l.inuitus.

Procuratori si sit datum mandatum, vt ipse agat contra aliquem, ea sibi videntur mandata, sine quibus id explicari non potest, gl.fi.ibi.

Procurator an habeat mandatum ad agendum, debet inquiri in principio litis, l. licet.in principio.C.eod.

Procurator in principio cogitur vel mandatum ostendere, vel de rato satisdare, gl.2.ibid.

Procuratori opponenda est exceptio in principio litis, cùm sit exceptio dilatoria, gl.1.ibid.

Procurator qui neglecto mandato bonorum possessionem non petiit, tenetur domino ad interesse actionẽ mandati, l.5.& ibi.gl.1.C.mandati.

Procurator qui dominum læsit etiam in minimo articulo, actione mandati, tenetur, l.cùm per procuratorem, 9.C.eod.

Procurator non tantùm pro his, quæ gessit: sed etiam pro his, quæ gerenda suscepit, & tam propter exactam ex mandato pecuniam, quàm non exactam tenetur, l.procuratorem, 11.C.eod.

Procurator tenetur non quia gessit, sed quia gerenda suscepit, gl.1.ibi.

Procurator, quando fines mandati excedit, statim, atque sciuerit dominus procuratorem excedere, debet contradicere, l.5.in add.marg.C.de nuptiis.

Procuratori agenti præsente domino non potest opponi de defectu mandati.§. sin autem, & ibi gl.confirmauerit.Insti.de satisdatio.

de Procuratoris mandato tunc dicitur dubium, quando aliquid probatum est non autem per simplicem assertionem procuratoris, glo.habiturum, & ibi addit.ibid.

Reliqua verbo, Mandatum, per tot.

29 PROCVRATORI falso in rem suam indebitum solutum repetitur à domino ratum habente, l.si procuratori, & ibi gl.tenetur, de condict.cau.data.

Procuratori falso indebitum solutum repetitur ab eo condictione indebiti, domino ratum non habente: sed si debitum fuisset ei solutum, repetitur per condictionem ob causam, tanquam ob rem de futuro datam re non sequuta, d.l.si procuratori, & ibi glo.non intercedente.

Procurator falsus mala intentione debitum domini recipiens, vt sibi lucretur, tenetur actione furti, & condictione furtiua, & condictione indebiti, & condictione ob causam.ibi.

Procurator falsus dicitur ille, qui aliena negotia sine mandato, vel mandato reuocato gerit, etiam si non simulet se verum procuratorem, d.l.si procuratori. in add.marg.& ibi gl.1.

Procurator falsus dicitur ille, qui est legitimè constitutus: sed non habet scientiam reuocationis, & interim gerit.ibi.

Procurator falsus dicitur ille, qui habens mandatum generale gerit negotia domini in casu, in quo requiritur speciale mandatum.ibi.

à Procuratore falso gestum ratificare potest dominus: quia illa ratificatio retrotrahitur, & mandato æquiparatur, d.l.si procuratori.

Procuratori falso indebitum solutum repetitur ab eo indistinctè, siue nunquam habuerit mandatum, siue habuerit: sed reuocatum, gl.1.ibid.

Procuratori falso si soluit debitor sciens eum non habere mandatum, vel habere: sed reuocatum esse, nõ liberatur à domino, nec potest repetere, cùm sciens soluerit: sed si ignoranter soluerit, tunc si procurator reuocatus accepit bona fide, statim debitor liberatur: sed si mala fide tunc liberatur per exceptionem.ibid.

Procurator falsus mei creditoris si à debitore meo me iubente, & præsente pecuniam accepit, videor me accepisse à debitore meo, ac posteà illi procuratori me dedisse, & ideò contra illum procuratorem competit mihi actio furti, & illa pecunia dicitur mea, l.3.§.fi.de donat.int.virum.

per Procuratorem falsum facta remissio nunciationis non nocet domino, l.cùm procurator, 12.§.fi.de nou.ope.nunciat.

Procurator falsus postquàm est admissus in iudicio cum cautione de rato, non potest amplius repelli: quia per illam est effectus legitimus, l.inter quos, 39. §.alieno.& ibi gl.non cauebitur, & ibi addit.marg.de damn.infect.

Procurator falsus si per vim deiecerit aliquem, solus ipse procurator tenetur interdicto vnde vi: sed non is, cuius nomine sine eius mandato deiecit, nisi ratum habuerit deiectionem eius nomine factam, quo casu tenetur etiam ipse dominus ratum habens, l.1.§.cùm autem.de vi, & vi arm. 30

Procurator minoris verus, vel falsus petens debitum à debitore minoris cogitur cauere de rato, & satisdare de dando pecuniam, vel pœnam, si minor in integrum restitutus fuerit aduersus solutionem factam procuratori à debitore minoris, † l.3.& ibi.gl.præcedentis.rem ratam haberi.

Procurator falsus si cauit de rato, & posteà condemnatus sit, si dominus, qui ratum non habuit, pecuniam exegerit, remittitur stipulatio de rato in eam pecuniam, quam dominus accepit, licèt procurator nihil acceperit reo absoluto, d.l.3.§.fi.

Procurator falsus si bonorum possessionem delatam alicui ignoranti petiit, & antequàm haberet eam petitionem ratam decesserit, heredes eius non possunt habere ratam eam petitionem, l.si is, cui.eodem.

Procurator falsus si petiit fundum, & cauit de rato, & succubuit, posteà si dominus vendiderit eundem fundum alij, & induxerit eum in possessionem, licèt non vacuam, si deinde emptor petierit eundem fundum, committitur stipulatio de rato.l.si indebitum.§.fi.eod.

Procurator falsus si egit contra debitorem domini ad decem, quæ debebat, & cauit de rato, dominus si ratum habuit in quinque, pro illis quinque ea ratihabitio impedit committi stipulationem, l.cùm debitor.17.eod.

Procurator falsus si animo nouandi stipulatus sit decem, quæ domino suo debebantur, ac posteà exegit, ac promisit dominum ratum habiturum: deinde domino ratum habente in quinque tantum, stipulatio illa de rato impeditur committi pro illis tantùm quinque.ibid.

Procurator falsus si petiit absente domino quinque à debitore, qui actione ex stipulatu tenebatur domino ad decem, aut Stichum, vtrum ipse dominus voluerit, rati habitione domini sequuta extinguitur stipulatio in quinque, & sola alia quinque debentur.l. cum debitor, 17 rem ratam haberi.

Procurator falsus si duplæ stipulationes de euictione interponi desiderat, de rato debet cauere, & etiam quando damni infecti stipulatio interponi petitur, l. non solùm, 20, & ibi.gl.& add.marg.eo. 31

Procuratori falso factam solutionem extra iudicium si dominus non ratificat. stipulatio de rato committitur, siue pecunia soluta esset debita, siue indebita ad totum id, quod fuit per procuratorem exactum, & ad expensas factas posteà in lite mota per dominum, l.si sine iudice, 22.eod.

Procuratori falso factam solutionem extra iudicium si dominus ratificet, stipulatio de rato non committitur, si tamen pecunia soluta procuratori fuit indebita, repetitur à domino per condictionem indebiti: si verò fuit debita, non repetitur: sed contingit liberatio.ibid.

Procuratori falso soluens indebitam pecuniam putans ea solutione se liberatum, competit soluenti condictio indebiti aduersus eum: si verò dedit, vt falsus procurator faceret eum liberari, competit condictio ob causam; sed si soluens noluit in procuratorem transferre dominium: sed vt ministrum elegerit eũ, competit in eum rei vindicatio, & furti, si habuit animum furandi, & condictio furtiua, gl.& condictio.ibi.

Procuratori falso factam solutionem, per sententiam iudicis si dominus non ratificet, stipulatio de rato, si pecunia soluta erit indebita, non committitur de rigore sed bene de æqualitate: si verò erat debita, committitur etiam de rigore, d.l.si sine iudice.§.quòd si procurator.& ibi.gl.procuratori.

cum Procuratore falso iudicium contestatum nullum est, gl.nulla.ib.

Procurator falsus si egit, & succubuit, & dominus postea ratum non habens egit, & obtinuit, committitur stipulatio de rato ad totale interesse: id est ad id, quod domino est solutum, & ad expensas, gl.hoc casu. in d. l.si sine iudice.§. cùm autem.

Procurator falsus si egit, & succubuit, & posteà dominus ratum non habens similiter egerit, & succubuerit, committitur stipulatio de rato contra procuratorem, & eius fideiussores ad expensas tantùm litis, & non ad totale interesse, † reprob.d.gl.hoc casu.

Procurator falsus si petiit hereditatem agendo petitione hereditatis, & promisit de rato, & succubuit, & dominus posteà petiesit fundum ex eadem hereditate, committitur stipulatio de rato contra procuratorem, d.l.si sine iudice.§.pen.

Procuratoris falsi factum non facit committi stipulationem de rato ab alio interpositam, l.si procurator, 23.eod.

Procurator falsus si bonorum possessionem alicui delatam agnouit, is, cui delata est, debet ratam habere agnitionem eo tempore, quo adhuc potuit petere, neque nocet, quòd procurator sit mortuus, aut furere cœperit, aut pœnituerit, dummodò ratihabitio sit facta tempore, quo ipse potuit petere, l.fi.eod. 32

à Procuratore falso bonorum possessionem agnitam non potest is, cui delata est, ratam habere post diem certissimum.ibi.

Procurator falsus si exegit à debitore, qui tempore liberatur, & cauit ei dominũ rem ratam habiturum, post tempore liberato debitore, si dominus rem ratam habuit, potest debitor agere cũ procuratore ex ea stipulatione, de rato ad repetendum, quod erat ei solutum, cùm si stipulatio illa non intercessisset, teneretur idem procurator ob causam, vel sine causa, aut condictione indebiti ad reddendum retro, quod accepit, d.l.fi.§.fi.& ibi.gl.fi.

Procurator falsus, vel legitimus non interrumpit præscriptionem, & si non completa præscriptione factum eius tantum habeatur, non præiudicat præscribenti.d.§.fi.in add.marg.

Procurator falsus dicitur quis dupliciter: primò qui nunquam mandatum habuit, qui verè falsus procurator dicitur; quoniam non iurat à principio veritatem: secundò qui aliquando habuit mandatum: sed nunc reuocatum est, ac proinde nunquam habuisse videtur, l.falsus, 44.§.1.in add.marg.de furtis.gl.1. in l.falsus.C.de furtis.

Procu-

Procurator actoris, & ad iudicium datus si non constat de mandato, tenetur præstare cautionem de rato:secùs est in procuratore dato ad compromittendum:quia eo casu contra eum potest procedi,gl.1.in d.l.1.ibi.

Procuratoris cautio,quam ipse tenetur præstare, cùm dubitatur de eius mandato,potest augeri,vel minui consensu partium, vt vel cum pignorib. vel etiam sine fideiussorib.ibi.

Procurator rei non tenetur cauere de rato, nisi in certis casib.gl.4.in l.exigendi,11.C.de procuratorib.

Procurator actoris debet præstare duas cautiones: scilicet de rato, & de defendendo,gl.2.in l.maritus,21.C.eod.

Procurator actoris datus apud acta non tenetur cauere de rato:sed de defendendo,l.1.C.de satisdando.

Procurator debet cauere de rato, licèt dominus iure de calumnia:quia tale iuramentum præstatur post litis contestationem,& sic cautio de rato potest habere locum pro his, quæ geruntur ante litis contestationem,gl. subeat. in l.fi.§. sin autem.C.de iureiur.propter calum.

Procurator actoris,si dubium sit de mandato,debet satisdare de rato, nisi dominus litis in iuditio personam procuratoris confirmauerit, §. sin autem. & ibi. glo.confirmauerit.Inst.de satisdat.

Procuratori si nouum opus nunciatum sit, isque præstita satisdatione de opere demoliendo interdicto ne vis fiat ei ædificanti vtatur,defensoris partes sustinet,neque cogitur dare cautionem ratam rem dominum habiturum,& si satisdederit,non committitur stipulatio, l.non cogendum.§.fin.& ibi.gl.nunciatum.& gl.interdicto.de procuratoribus.

Reliqua verbo,Ratihabitio,Cautio,9.Stipulatio,31.32.

39 PROCVRATOR si indebitum soluit de pecunia domini,eius nomine,si dominus id ratum non habeat, consumptione sequuta potest condictione indebiti repetere, † l.si procurator. & ibi. gl.1. & add.marg.de condictione ob turpem caus.

Procurator si soluit debitum de pecunia domini,& eius nomine, illa non potest repeti.d.l.si procurator.

Procuratorem rerum suarum si quis constituit, id quoque mandare videtur, vt soluat creditoribus.ibi.

Procuratori si indebitum solutum sit,& dominus id ratum non habeat, ideò repeti potest:quia nihil de hoc nomine exigendo mandasse videtur.ibi.

Procuratori debitum si solutum sit, continuò debitor liberatur, neque requiritur ratihabitio domini,nisi fuisset procurator ad lites, d.l.si procurator.& ibi. glo.continuò.

Procurator si suis numis soluit indebitum suasionibus ipsius creditoris, actio furti & etiam condictio furtiua datur ipsi procuratori,non eius domino, nisi per procuratoris cessionem: competit tamen condictio indebiti domino suo iure,si ratum habeat,quod indebitè soluit procurator, & tunc vna condictio tollitur per alteram.l.quoniam,18.& ibi.gl.1.&.fi.de condictione furtiua.

Procurator non debitum si exegit, tenetur illud domino reddere:sed soluens nō debitum non computat domino,nisi condemnatus sine dolo suo soluit.gl.non reputari.in l.2.§.solet.de heredit.vel actione.

Procurator constitutus ad exigendum post solutionem spontaneam recipere,† reprob.gl.1.& ibi.add.marg.in l.3.soluto matrimonio.

Procuratori constituto ad agendum solui non debet,d.gl.1.in add.marg.

40 Procurator datus ad exigendum eo tempore, quo erat diligens, & soluendo, si posteà effectus sit negligens, & non soluendo amplius ei solui non potest, quasi tacitè reuocato,l.1.§.fi.in addit.marg.de testam.tutela.

Procurator simplex constitutus tantum ad solutionem recipiendam, non potest prorogare terminum solutionis, nisi habeat etiam arbitrium recipiendi quocumque tempore,l.qui Romæ,122.§.Chalmachus,de verbor.obligat.

Procuratori vero rectè potest fieri solutio,& liberatur soluens,l.vero procuratori,12.de solution.

Procuratori habenti administrationem omnium bonorum rectè potest solui,licèt non habeat mandatum cum libera, d.l. vero procuratori. & ibi. gloss.administratio.

Procuratori reuocato soluendo liberatur quis, si soluerit ignorans eius reuocationem:secùs si sciens,d.l.vero procuratori.§.fi.

Procurator si pecunia domini soluit suo nomine,neuter liberatur: sed consumpta pecunia liberatur ipse,non dominus,l.Casius.17.eod.

Procurator, qui pecunia domini soluit suo nomine, tenetur domino actione mandati,& etiam furti,d.l.Cassius,& ibi.gl.mandati.

Procuratori reuocato si soluta fuerit pecunia à debitore, dominium pecuniæ transfertur in creditorem reuocantem mandatum fauore liberationis, alioquin cessante fauore liberationis non transfertur dominium,gl.numos,& ibi. add.marg.in l.cùm quis,38.§.1.de solutio.

Procurator generalis ad negotia constitutus videtur constitutus etiam vt creditorib.domini soluat,nec postea expectatur alia ratihabitio domini, l.quodlibet,87.eod.

à Procuratore debitum etiam naturale solutum de suo, dominus non repetit, etiam si ratum habeat,d.l.quodlibet.& ibi.gl.1.

Procurator constitutus ad recipiendam solutionem ex certa causa non potest recipere ex alia causa,l.si ex pluribus,89.§.1.eodem.

Procurator si exegerit pecuniam sine mandato,& satisdedit de rato, committitur stipulatio de rato in totum,quod soluit debitor, si dominus posteà egit de eadem pecunia, & litem amisit: & si procurator falsus soluit domino sine iudice,repetit illud à domino condictione sine causa,vel ob causam, l.procurator.§.1.& ibi.gl.stipulationem.rem ratam haberi.

41 Procuratori, de cuius mandato dubitatur, si sine iudice legatum domino relictum soluatur,tenetur ipse dominum ratum habiturum,l.si commissa.eod.

Procurator verus si præstita cautione de rato exegit debitum ad id habens mandatum,& posteà dominus ratum non habens iterùm agat,siue obtineat,& iterum exigat, siue succumbat, non committitur stipulatio de rato contra procuratorem,& eius fideiussorem,nisi ad sumptus factos in lite mota per dominum,l.si sine iudice.§.cùm autem.& ibi.gl.ne iniuria,& glo.seq.eod.

Procurator verus si egit,atque exegit,& dominus similiter egit,& exegit, dominus potest repetere à verò procuratore illud,quod ipse exegit.† reprob.d.gl. ne iniuria.

Procuratori eius,qui mortuus erat, si sine iudice fuerint soluta legatá debita defuncto eius herede ignorante de morte,committitur stipulatio,nisi heres ratum habuerit,d.l.si sine iudice.§.si procuratori.

Procuratori reuocato soluens liberatur, licèt creditor non efficiatur dominus pecuniæ,† gl.4.in l.acceptam.19.C.de vsuris.

Procurator constitutus ad exigendum parte accepta non potest remittere non exactam,neque etiam nouare,l.4.C.de nouatio.

Procurator si sit constitutus ad recipiendum, non sufficit, quòd confiteatur sibi solutam esse pecuniam: sed requiritur vera solutio, vt sequatur absolutio.ibi.

Procurator meus si soluit creditoribus meis de sua pecunia, & recepit ab eis chirographa,mihique ab eius herede restituta sint, in quibus erat subscriptio procuratoris: scilicet quòd nihil creditoribus meis debebatur, nihilominùs non tollitur actio procuratori, vel eius heredi,& ego teneor.l.inquisitio,8.& ibi.gl.1.C.de solutio.

Procurator si per errorem, aut per iniuriam iudicis aliquid non debitum consequutus sit,id reddere debet,l.qui proprio.§.procurator.de procuratorib.

procurator,qui percipit aliquid extrinsecum tanquàm procurator, tenetur restituere domino:secùs quando percepit tanquam quilibet,gl.nomine.ibi.

Procurator, quod ob rem iudicatam soluit, contrario iudicio mandati recuperat,d.l.qui proprio.§.item.contra.

Procurator recuperare non debet pœnam, quam ex suo delicto præstitit.ibid.

Procuratores duo si sint constituti ad omnia, vnus procurator non potest exigere debitum ab alio, nisi habeat speciale mandatum; sed si sint constituti tantùm ad exigendum debitum, cùm in mandato sit,vt in iudicio exigat,procurator hoc à se non potest,vnde alij intelligitur mandatum, d.l.qui proprio,§. fi.cum l.sequenti.

Reliqua verbo,Mandatarius, 2.3.5.Soluens, 6.7.

42 PROCVRATOR potest recipere satisdationem de iudicatum soluendo, gl.1. in l.Iulianus.qui satisdare.

Procurator olim poterat præstare satisdationem iudicatum solui,etiam suo nomine conuentus,& actione in rem:hodie tamen non.ibid.

Procurator datus in iudiciis duplicibus tenetur satisdare de rato, & de iudicatum soluendo, & defendendo, quia defensionem debet interponere tanquam procurator actoris,† l.si defunctus.§.fi.& ibi gl.fi.de procuratoribus.

Procurator,pro quo dominus satisdedit de iudicatum soluendo,non tenetur dare satisdationem de iudicio sisti:quia in satisdatione de iudicio soluendo continetur etiam de defendendo,d.gl.fin.

Procuratori licet sit commissa stipulatio de iudicatum soluendo:tamen domino datur actio vtilis,ex stipulatu directa penitùs sublata,l.in causæ.§.fi.eo.

Procurator actoris debet etiam cauere de iudicatum soluendo in casu, quo reconueniatur,gl.defendat.in l.seruum.§.ait prætor.eod.

Procurator rei,etiam si constet de mandato, tenetur satisdare de iudicatum soluendo: est ratio, quia reo satis consulitur, si posteà à domino conueniatur: quia habet executionem:sed nō est ita consultum actori,si non satisdaret procurator rei,vel quia interest actoris, plures debitores habere:sed econtrà non interest rei pluries liberari,gl.debet.in l.non solùm.§.qui alieno.eod.

Procurator ex parte rei debet satisdare de iudicatum soluendo ante litis contestationem: non tamen cogitur post litis contestationem, gl.contestationem. in l.Pomponius.§.ratihabitionis.eod.

Procurator interueniens post litis contestationem debet condemnari.l.licèt.§.si plures.& ibi.gl.adiudicationes.eo.

Procurator, de cuius mandato constat, licèt non caueat de rato: tenetur tamen cauere de iudicatum soluendo, etiam si milies constet de mandato: quinimò etiam si sit procurator in rem suam,l.procuratorem,65.& ibi.gl.2.eod.

43 Procuratoris cautione de iudicatum soluendo ideò non datur actio aduersus dominum: quia etsi ipse dominus litigasset, non fuisset necesse interponere illam cautionem, ob id,quòd nomine procuratoris magis, quàm domini videatur interposita,nisi procurator ab eo expressum mandatum habeat ad id.† gl.2.& ibi.addit.marg.in l.si quis mancipiis.de instito.actione.

Procurator qui nunciauit nouum opus defendens interdicto, ne vis fiat ei, tenetur satisdare de iudicatum soluendo,aliàs denegātur sibi actiones:sed non cauet de rato, l.de pupillo. §. fi. cum duab. legibus sequentibus. de noui operis nunciatione.

à Procuratore habente mandatum non præstatur cautio iudicatum solui: intellige si dominus eum in mandato releuauit.glo.1.in rub.iudicatum solui.

Procurator si datus sit ad defendendum,satisdare iubetur dominus si est præsens stipulatione iudicatum solui:sed si procurator cum mandato,vel sine mandato dominum absentem defendat,ipse procurator cogitur satisdare stipulatione iudicatum solui,l.si ad defendendum.eod.

Procurator, rei tenetur satisdare de iudicatum soluendo,etiam si habeat mandatum: sed non tenetur cauere de rato, si habeat mandatum, l. ne satisdatio, 21.rem ratam habere.

Procurator si pro aliquo compareat in iudicio,debet cauere de iudicatum soluendo,& de defendendo,& quòd dominus hodie iuret de calumnia, gl.4.in l. 6.C.de his,qui ad Ecclesiam.

procurator constitutus post litis contestationem sicut tenetur satisdare: ita & post litis contestationem constitutus,gloss.1.in l.nihil arbitramur.10.Cod.de procuratorib.

procurator rei etiam sub gestorum testificatione factus tenetur satisdare indistinctè de iudicatum soluendo l.1.C.de satisdando.

procurator actoris non tenetur satisdare,si quolibet modo constat de mandato, vel per instrumentum, vel per literas domini missas ad iudicem, vel aduersarium,nisi in duobus casibus,gl.3.ibid.

4 Procurator rei,etiamsi de mandato certum extiterit,cauet iudicatum solui,cum omnibus clausulis oportunis,pro qua cautione reus ipse potest existeret fifideiussor:quæ fideiussoris obligatio debet habere hypothecariam annexam: quæ stipulatio iudicatum solui contra heredem fideiussoris porrigitur,& etiā tenetur idē procurator, si reus fuerit litem contestatus, cauere, quòd tempore

Procurator generalis, vel specialis ad vendendum potest rem vendere, fidémque pretij habere, ac in soluendo terminum præstituere, nisi sit constitutus, vt præsenti pecunia vénderet, † l. quicúque, §. si ei. & ibi add. mar. de institoria actione.

Procurator vt habeat liberám, oportet quod dominus expresse cócedat liberam, l. quam Tuberonis. §. alia. in add. marg. de peculio.

Procurator constitutus tantùm ad vnam rem: veluti ad certam pecuniam sumendam, & fœnerandam periculo suo, ita quòd domino penderet certas vsuras, & si pluris illas fœneraret, illud cederet lucro suo, in mutuum pecuniam accepisse censetur, & ita tenetur ex mutuo: sed si cùm esset procurator generalis, ita pecuniam sumere, & fœnerare iussus sit à domino, tunc tenebitur mandati ex mutuo, l. si remunerandi. §. apud, ibi gl. apud. mandati.

Procurator generalis ad negotia potest substituere; specialis nó potest substituere, si eius industria fuit electa, secùs si non fuit electa eius industria, gl. non potest. in add. marg. in l. si procuratorem. mandati.

Procurator generalis non mutat ea, quæ a domino specialiter sunt promissa, nisi ex iusta causa, quam dominus ignorauit, l. si hominem, 30. eod.

per Procuratorem generalem potest fieri renunciatio societatis, gl. 2. ibid.

Procurator specialis potest mutare ea, quæ à domino specialiter, vel generaliter sunt promissa. ibid.

in Procuratoris liberam voluntatem quando negotium committitur secundum naturam actus, hoc agi intelligitur, vt dolus malus absit, l. creditor, 60. §. Lucius, eod.

49 Procurator generalis potest renunciare societati contractæ à domino si subest causa; alioquin à domino specialiter factum reuocare non potest, l. actione. §. renunciare. in add. marg. pro socio.

Procurator potest facere protestationem, etiam si ad id speciale mandatum non habeat. ibid.

Procurator in quibusdam casibus sine speciali mandato non admittitur, gl. quod est. ibid.

Procurator generalis potest nunciare nouum opus, nec requiritur speciale mandatum, † reprob. gl. verus. in fin. in l. de pupillo. §. qui procuratorio. de noui operis nunciat.

Procurator specialis quod facit quoad quædam, hoc facit procurator generalis quoad omnia, & econtrà, gl. acquiritur, in l. 1. §. per procuratorem. de acq. pos.

Procuratoris generalis iussus non præiudicat domino, nisi ratum habeat, vel nisi in id, quod ad eum peruenit. l. aut qui aliter. 5. §. pen. & ibi gl. procurator. quod vi, aut clam.

Procurator habens speciale mandatũ ad iubendum aliquem facere delictũ, quod sit de leuiorib. si iusserit, non tenetur, secùs si haberet mandatum ad iubendum aliquem facere delictum de atrocioribus; quia tunc tenetur, si iusserit aliquem facere. d. §. pe. & l. seq. & ibi add. marg.

Procurator specialis ad vnum tãtum factum potest alium procuratorem substituere ad illum actum, l. si ego. eod.

Procurator ad negotia constitutus. qui administrationem generalem rerum extra iudicium exercendarum habet, potest substituere, etiam si huius facultas data non sit in mandato, l. pe. §. idem adiiciendum. de diuersis, & temporalib.

Procurator ad negotia habens certam, & lim tatam formam potest incontinenti alium substituere, l. apud Celsum. §. mandaui, de doli mali exceptione.

Procurator quantamcumque liberam administrationem habenti non videtur mandatum, vt dolum committat, gl. concessa. in add. marg. ibid.

Procurator omnium bonorum habens liberam potest nouare: secùs si non habeat liberam, l. nouare, 20. & ibi gl. fi. de nouatio.

procurator habens liberam administrationem in lite tantùm, tũc non potest trãsigere de causa principali: sed solum super instantia, gl. fi. in l. transactio, 7. C. de transactio.

procurator habens mandatum speciale ad transigendum, vel generale cum libera vel constitutus procurator in rem suam, potest transigere, & causam decidere, & talis transactio præiudicat domino. ibid.

50 Procurator habens generale mandatum, etiam si habeat certum, tenetur tamen præstare cautionem de rato, in casu, in quo speciale mandatum requiritur, gl. fi. in l. 1. C. de procuratorib.

Procurator habens speciale mandatum si nunciauerit nouum opus, etiam si constet de mandato, debet præstare cautionem de rato. ibid.

Procurator generalis cum libera poterit agere, & transigere: sed procurator tantùm generalis non poterit transigere, gl. pœnam. in l. si procuratorio. C. eod.

Procurator etiam generalis non admittitur in casibus, in quibus requiritur speciale mandatum, & qui sunt casus remissiuè. ibi.

Procurator generalis cum plena, vel cum libera eandem habet facultatem. ibid.

Procurator generalis cum libera, vel specialis, potest vendere res domini, † gl. 3. in l. in procuratorem. 16. C. eod.

Procurator non habens speciale mandatum distrahendi potest vendere fructus, & alias res, quæ facile corrumpi possunt, gl. fi. ibid.

Procurator habens speciale mandatum distrahẽdi si vendat, non valet venditio, & emptor pretium recuperat per condictionem indebiti, vel sine causa, vel officio iudicis. ibi.

Procurator generalis potest petere bonorum possessionem, † glo. fin. in l. 5. C. mandati.

Procurator habens generale mandatum cum libera, rem domini obligare potest, secus si habeat generale, non tamen cum libera, gl. 1. in. l. 1. C. si aliena res pignori.

Procurator habens speciale mandatum ad obligandum rem domini, potest iuxta formam mandati eam obligare. ibi.

Procurator generalis cum libera poterit remittere non exacta, vel noua re: gl. 1. & 2. in l. 4. C. de nouatio.

Procurator generalis omnium negotiorũ cum libera rectè potest vendere, & facere rem accipientis, sed non procurator generalis omniũ negotiorũ sine libera, §. venditæ in fi. & ibi, gl. venditæ. Inst. de rerum diuisione.

Procurator generalis potest illa facere, quæ dominus solitus est facere, etiam quoad præiudicialia, l. qui semisses. §. fin. in add. marg. de vsuris.

Reliqua verbo, Nouari, Administratio, Mandatum, 10. Alienatio, 14.

51 PROCVRATOR in rem suam si impetrauit ius iniquum, fit retorquutio contra eum: non tamen contra dominum, nisi quatenus eo vsus sit, l. 3. §. si procurator. & ibi gl. coerceretur. & gl. obseruandum. quod quisque iuris.

Procurator in rem suam datus loco domini habetur, & ideò pactum ab eo seruandum est, l. sed si tantùm. de pactis.

Procurator in rem suam propriè non dicitur procurator, vel dicitur in rem suã: id est in vtilitatem, vel damnum suum; & procurator dicitur; scilicet alieni iuris: nam in iuribus sit, quæ non possunt separari à cedentibus, gl. aliena. in l. 1. de procuratoribus.

procurator in rem suam etiam ante litis contestationem potest alium procuratorem facere. ibid.

Procurator in rem suam constitutus tenetur defendere dominum in causa reconuentionis, nisi sit factus ex necessitate, l. seruum. §. fin. eod.

Procurator in rem suam ex necessitate constitutus dicitur creditor, cui debitor inops cedit actionem, quam solam habet, vel quando promissio præcessit cessionem, gl. fi. ibi.

Procurator in rem suam ex causa non lucratiua, si sit constitutus: non tenetur defendere dominum, cùm censeatur constitutus ex necessitate. ibid.

procurator in rem suam tenetur defendere dominum, si ex causa lucratiua sit constitutus, l. si quis in rem. & l. pater, 70. eod.

Procurator in rem suam ex causa non lucratiua non tenetur dominũ defendere, nisi sit factus in fraudem creditorum, quo casu tenetur, d. l. si quis. & ibi. gl. fi.

Procurator in rem suam agit nomine procuratorio, quando intentat directas actiones sibi mandatas, & nomine domini: sed si intentaret vtiles, aget nomine suo, gl. 1. ibi.

Procurator in rem suam intentans vtiles actiones non tenetur dominum defẽdere, quando agit suo nomine, & ad suum commodum intentando vtiles: secùs verò quando quis videtur agere suo nomine: agit tamen ad commodum alienum. ibid.

Procurator tenetur dominum defendere in tribus casibus: scilicet quãdo est procurator simplex, non in rem suam: & quando est, in rem suam; sed ex causa lucratiua: & vbi est ex causa non lucratiua; sed in fraudem creditorum, gl. fi. ibi.

Procurator in rem suam in casibus, in quibus non tenetur dominum defendere, neque tenetur iure compensationis. ibi. 5

Procurator in rem suam impropriè dicitur procurator, cùm procurator sit in alienis, gl. interrogationibus. in l. non solùm. eod. gl. in eos. in l. non solùm. §. 1. de alienatione iudicij.

Procurator in rem suam siue intentet vtiles actiones nomine suo, siue directas nomine domini, semper iurat de calumnia, cùm ad eum lucrum, & damnum pertineat, d. gl. interrogationibus.

Procurator in rem suam datus ad litem mouendam, vel pecuniam suscipiendam præferendus est domino, si ipse procurator litem contestatus sit, vel partem debiti accepit, vel denunciauit debitori, ne solueret domino: aliàs dominus præfertur, si velit, l. procuratore. & ibi. gl. 1. de procurator.

Procurator in rem suam ex parte actoris constat: sed ex parte rei fit, si vendo, & cedo alicui hereditatem, in qua sunt creditores; item in duplicibus iudiciis, vt si cedam alicui tale ius: nam cùm ego etiam actor, & reus, videor hoc idem cessisse, gl. nisi. in l. Plautius, 61. eodem.

Procurator in rem suam, cuiusmodi est venditor, non admittitur ad excipiẽdum de foro ex sua persona, quòd se esse paratum apud iudicem suum emptorem defendere dicat: quod fallit in fisco, & clerico, gl. empteris. in add. marg. in l. venditor, 49. de iudiciis.

Procurator in rem suam ex parte rei etiam inuito actore potest quis constitui, l. 3. & ibi. gl. fi. familiæ ercis.

Procurator in rem suam non acquirit domino actionem, neque exceptionem aliquam, gloss. parit. & ibi. add. margin. in l. nam posteà. §. iusiurandum. de iureiur.

procurator in rem suam potest ea omnia facere, quæ posset facere procurator habens speciale mandatum, l. iusiurandum, 17. §. procurator. eodem.

Procurator in rem suam soluens indebitum repetit illud, & non dominus, l. fi. §. Titius. de condictione indeb.

Procurator in rem suam fit quandoque quis ex parte rei, gl. apochæ. ibi. gl. 1. in l. si mandato, 45. mandati.

procurator in rem suam potest compensare, quod principali debetur, in tribus casibus: scilicet post litis contestationem, vel partis debiti acceptionem, vel post denunciationem, d. l. in rem. & ibi. gl. 1.

procurator in rem, suam constitutus ad iudicia potest indistinctè alium substituere, gl. non potest. in add. marg. in l. si procuratorem, 8. §. 1. mandati.

Procurator debitoris in rem suam si pactus sit, pactũ nocet creditori, & procurator creditoris in rem suam paciscendo inutilẽ sibi faciet hypothecariã actionem, adeo quòd noceat domino, l. sicut. §. si procurator. quibus modis pignus.

Procurator debitoris in rem suam, vt quia debitor donauit sibi pignus. quod obligauerat, potest creditoris consensu vendere pignus, & valet venditio, gl. rẽ suam. ibid. 5

procurator creditoris in rem suam, vt quia ei creditor donauit hypothecariam, & personalẽ, potest consentire debitori de vẽdẽdo pignore, gl. extiterit. ibid.

procurator in rem suam non potest reuocari à domino litis in tribus: scilicet, quando procurator primo litẽ sit contestatus, vel quando fuit protestatus debitori ne domino soluat, aliàs præferretur dominus, nisi mandatũ fuisset factũ de necessitate, quoniam tunc dominus non potest reuocare, gl. hanc exceptionem, & ibi add. marg. ibid.

Procurator in rem suam, licet reuocetur in casu, quo potest: tamen interim gesta per eum valent, nec reuocantur, d. gl. hanc exceptionem.

Procuratorem in rem suam sequitur omne commodum, & incommodum, vnde is regressum non habet contra dominum ad actionem mandati, l. si cum venditor, 66. §. pe. & ibi add. marg. de euiction.

Procuratorem in rem suam licet quis aliquem constituat, nihilominùs poterit agere dominus, gl. excipiendum. in l. apud Celsum. §. quæsitum. de doli mali exceptione.

Procurator in rem suam datus si succumbat, intra biduum appellare debet, l. qui suspectum, 20. de appellat.

Procurator in rem suã cùm intẽdit directas, nomine domini nõ suo agit, glo. suo. in l.

Procurator etiam inuitus ante litis contestationem potest remoueri etiam sine causa,& sine causæ cognitione,gl.1. ibid.

Procuratorem priorem remouet, qui posteriorem dat; secùs verò est in tutore, gl.2.in l.2.C.de testam. tutela.

Procurator reuocatus si bono animo pecuniam à debitore accepit, possessionem domino quæsiuit,& per consequens dominium, & tunc cõtra eam condictio furtiua datur domino,gl.fi.in l.falsus,19.C.de furtis.

Procuratorem datum fuisse non sufficit, si posteà fuerit reuocatus lite non contestata,l.item.§.quòd si actor.& ibi,gl.durant.quod cuiusque vniuers.

Reliqua verbo,Dominus,27. Reuocatio,Mandatum,14.Soluens,7.Suspectus, Ignorans.

9 PROCVRATOR obediens domino in delictis non patitur pœnã,l.3. §.si procurator.quod quisque iuris.

Procurator si iudici non obtemperauit,ipse mulctatur,non dominus,l.1.§.si procurator. si quis ius dicenti.

ex Procuratoris contumacia non dominus: sed ipse procurator mulctari debet, nisi ad hoc sit constitutus,dict.§.si procurator.& ibi gl.procurator.

Procurator in priuatis delictis,& quando ciuiliter agitur potest interuenire: sed non cùm agitur criminaliter,gl.procurator.in l.furti.§.si quis.de his, qui notantur infam.

Procurator meus si nomine meo in actione famosa sit condemnatus, ex eo non sum infamis infamia iuris;sed facti:sic gl.ab initio.ibid.

Procurator regulariter non potest constitui in capitalibus iudiciis, quibus imponitur pœna maior relegatione;fallit in illustribus;item & ad allegãdas causas absentiæ rei absentis,& dilationem petendam,gl.datur in l.seruum.§ publicè.de procuratorib.

Procurator domini,vel ipse dominus ad serui defensionem in causa capitali, in qua ponitur pœna maior relegatione, admittitur, non tanquàm pro alio: sed tanquam pro se,cùm sua interfit.ibid.

Procurator potest constitui,& admitti in capitalibus iudiciis,in quibus imponitur pœna relegationis,vel alia minor:quia non potest dari sententia in absentem;ergo & per procuratorem potest defendi.ibid.

Procurator dari si prohibetur in capitalibus iudiciis, & descensiuè vsque ad illa crimina, quæ relegationem imponunt, ergo in aliis inferioribus permittere censetur. ibid.

Procurator indistinctè potest constitui,& admitti in criminalibus causis,in quibus imponitur pœna pecuniaria,& ciuilis.ibid.

Procurator si res inclusas subtrahat contrectando contra domini voluntatem, furti tenetur,l.procurator,55.& ibi gl.fi.mandati.

ob Procuratoris contumaciam,etiam in rem suam,non potest procedi ad secundum decretum contra dominum;sed bene ad primum,gl.mittendum.in l.hoc amplius,9.§.quæsitum. de damno infecto.

Procuratoris contumacia quoad primum decretum nocet domino, potéstque à procuratore inchoari citatio:tutius tamen esset priori loco citare dominum, si reperiri queat ibid.

ex Procuratoris contumacia dominus punitur,si est conscius,l.fi.C.de exeoctione,& translatione milit.lib.12.

60 Procurator armatus si aliquem deiiciat,videtur domini armis deiecisse, si mandauit,vel ratum habuit,quod procurator fecit:& idem dicendum est in familia domini,l.3.§.cum procurator.de vi, & vi armata.

Procurator in crimine publici iudicij non potest interuenire ad persequendum crimen publici iudicij,nec ad defendendum,& allegandas causas cautæ: rectè tamẽ admittitur ad allegãdas causas absentiæ rei,l.pe.§.fi.de publicis iudiciis.

Procurator non admittitur ad crimen publici iudicij ex parte rei: quia cùm per procuratorem litigatur,procurator ipse damnatur,vel absoluitur: quod non potest fieri in criminalib.gl.multò magis.ibid.

Procurator potest interuenire in causa publici iudicij, & etiam priuati, quando pœna venit imponenda à relegatione infrà;secùs si à relegatione suprà, gloss. iudicij.ibid.

Procurator in accusatione iniuriæ non admittitur,nisi pro illustr.ibid.

Procurator in publicis iudiciis persequendis non admittitur, nisi post conclusũ in causa,d.§.fi.in add.marg.

Procuratoris contumacia in appellando nocet domino,l.1.§.fi. quando appellãdum sit.

Procurator non admittitur in causa criminali:sed bene in ciuili,l.5. §. cùm autẽ. & ibi gl.fi.C.de his,qui ad Eccles.confug.

Procurator si sit contumax propter eius contumaciam potest procedi ad missionem in possessionem ex primo decreto contra dominum,l.3.C.de procurat.

Procurator in causa criminali, & matrimoniali quandoque admittitur, gl. in l. nihil arbitramur, 20.C.eod.

Procurator constitui non potest in causis criminalibus,in quibus imponitur pœna vsque ad relegationem:sed rectè potest constitui in criminalibus causis, in quibus imponitur pœna relegationis,vel alia inferior: item in causa iniuriarum,& in causis pecuniariis,gl.fi.in auth.hoc ius.C.eod.& l.tunc conuenit.15. & ibi gl.1.C.de accusatio.

Procurator in criminalibus non admittitur, etiam si contra absentem ex forma statuti procedi possit,gl.legitimè in extrauagant.ad reprimendum. quomodo in crimine læsæ maiest.

Procurator in criminalibus admittitur, quando pœna venit imponenda à relegatione.infrà.ibid.

Procurator si comparet cum mandato minus sufficienti, potest procedi contra dominum tanquàm contra contumacem,l.1.§.fi.quod cuiusque vniuers.

Procuratoris infirmitas non impedit, quò minùs procedatur contra eius dominum,tanquam contumacem ad secundum decretum.ibid.

61 *Reliqua verbo,Crimen,3.*

PROCVRATOR ad negotia, qui pro euictione prædiorum à se venditorũ se obligauit,etiam finito officio tenetur,l.procurator,qui.67.de procuratorib.

Procurator,qui pro domino vinculum obligationis suscepit, onus illius obligationis frustrà recusat:quoniam semper etiam finito officio tenetur. ibid.

Procurator ad negotia,qui pro euictione se obligauit, finito officio tenetur ipse, vel etiam dominus rectè potest conueniri,d.l.procurator,qui.& ibi gl.fi.

Procurator meus ad negotia si ex re mea,mandato non refragante,aliquid stipulatus est possum ego petere illud, etiam inuito meo procuratore,secus si mãdato refragante,l.quod procurator,68 & ibi gl.1. eod.

Procurator, cui data est mutua pecunia contemplatione domini, vt pignus domini liberaret,si mutuãti stipulatus sit illa stipulatio non impedit ei actionem negotiorum gestorum competentem mutuanti contra dominum,l.si pupilli.§.1,de neg.gestis.

Procurator, qui promisit per stipulationem mutuatam sibi pecuniam contemplatione domini,tenetur mutuanti,† d.§.1.& ibi gl.ex abundanti.

Procurator,cui data est pecunia sui contemplatione, tenetur certi condictione, gl. contemplatione.ibid.

Procurator accedẽs quasi omnia gesturus cùm crederet se teneri de omnibus, de non gestis non tenetur,nisi alius erat gesturus,gl.verius.in d.l.si pupilli.§.fi.

à Procuratore celebratus actus si fuerit simpliciter, refertur ad domini vtilitatem,l.si quis cautio.

Procurator,qui nomine domini fecit aliquem cõtractum, cogitur cedere actionem domino mandati actione conuentus,gl.fi.ibid.

Procurator in iudicialibus stipulationibus actionem domino acquirit; secùs in contractibus.ibid.

Procuratoris factum ad vtilitatem domini debet referri, quando tanquam procurator facit:secùs quando tanquam dominus contrahit.ibid.

Procurator ad negotia potest alium substituere: quia suscepto mandato negotium spectat ad eum cura,& solicitudine,l.mandasti.de neg. gestis.

Procuratori si tu mandasti, vt pro te fideiuberet;& ego pro te contemplatione procuratoris tui fideiussi,contra illum habeo actionem negotiorum gestorũ, & ille contra te habet actionem mandati,& tu contra illum.ibid.

Procurator ad negotia si mutuam pecuniam accipit in negotia domini,& postea 62 sine sua culpa perdidit illam, dominus rectè potest conueniri actione mandati,vel negotiorum gestorum,l.seruus.de in rem verso.

Procurator ad negotia potest substituere alium, & contra eum habet actionem mandati,quia & ipse procurator tenetur domino,l. si procuratore,8.§. 1. mãdati.gl.1.in l.quod quis,6. C.de procuratorib.

Procurator debitoris potest pacisci,ne res sit obligata.& tale pactum per doli exceptionem prodest debitori,l.si consensit.§.1.quibus modis pignus.

Procurator simpliciter datus quoad res intelligitur strictè datus,quoad personas in instrumento nominatas,indistinctè,nisi aliud exprimatur.l.4. de tutel.

Procuratoris ad negotia persona qualis sit,nõ curatur.l quãuis,40.§.fi.ad Treb.

Procurator si procuratorio nomine interposuit stipulationem prætoriam,domino quæritur vtilis actio sine cessione.l.damni infecti,18.§.fi.de damno infect.

Procurator,qui procuratorio nomine stipulatus fuit, si sit absens ita, quod non possit cedere actiones domino, statim in subsidium transeunt vtiles actiones in dominum,gl.fi & ibi add.marg.ibi.

Procurator ad administranda negotia constitutus actiones nomine domini potest intentare,l si titius.21.in add.marg.eod.

ex Procuratoris stipulatione actio quæritur dominò,si procurator in iudicio, vel extra,domino præsente,stipulatus sit.d.gl.fi.& ibi add.marg.in d.l.damni.§.fi.

Procurator debet stipulari sibi recipienti nomine domini,aut simpliciter sibi nomine domini,vt actio vtilis quæratur domino,gl.1. in add.marg.in l.in omnibus,5.de prætor.stipulat.

Procurator constitutus ad negotium, vel negotia sicut potest etiam per consequentiam deducere rem in iudicium;ita etiam constitutus hoc modo,constituo te procuratorem rerum mearum;nam videtur constitutus ad recuperanda, & exigenda nomina debitorum,l.sed si vnius, 17. §. procuratorem. & ibi add.marg.de iniuriis.

Procurator ad negotia potest esse,qui excedit decem, & septem annis;sed ad iudicia non potest esse minor 25.an.§.eadem.& ibi.gl. decem, & septem. Instit. ex quibus causis manumitt.

Procurator etiam ad negotia non debet constitui consiliarius, vel decurio, vel curialis,alias constituens, & constitutus puniuntur. l. si quis procurationem, 34.& ibi gl fi.C.de decurionibus.lib.10.

Reliqua verbo.Miles,11.12.

PROCVRATOR rationes,quas administrauit, tenetur edere domino actione 63 mandati,l.quidam.de edendo.

Procurator,qui pecunias domini habet,ex mora tenetur ad vsuras,l.idémque. §. si procurator. mandati.

Procurator si pecuniam domini fœnori dedit, vsurásque cõsequutus sit,tenetur præstare omne id,quod consequutus sit, siue dominus ipse mandauerit, siue non.ibid.

Procurator,qui pecuniam domini in vsus suos conuertit, conueniri potest in vsuras,quæ legitimo modo in regionib.frequentantur.ibid.

Procurator si ex pecunia domini fœnori data vsuras consequutus sit, & in vsus suos eas conuerterit,tenetur etiam ad earum vsuras.ibid.

Procurator tenetur actione mandati restituere domino vsuras, quas recepit ex pecunia domini,etiam si dominus ei mandauerit,vt eam gratuitam,& sine vsuris,d.l.idémque.§.si mandauero.

Procurator si pecuniam domini periculo ipsius procuratoris mutuasset hoc acto inter dominum,& procuratorem,tunc cessat actio mandati in vsuris.ibid.

Procurator,vel mandatarius sicut fructus cogitur restituere,ita & sumptus,quos in percipiendo fructus fecit,potest deducere,d.l.idémque.§.idem Labeo.

Procurator,vel mandatarius sumptus, quos fecit in vecturis suis, dum excurrit, potest deducere,nisi salarium fuerit datum,& hoc cõuenit,vt sumptus de suo: id est de salario faceret ad hæc itinera.ibid.

Procurator,qui citra mandatum ad voluntatem fecit aliquid, potest auferre illud sine damno domini,nisi dominus rationem sumptus illius admittat tantũ dando,quantum posset habere his abrasis,& corrasis,dict. §.idem Labeo.vers. idémque ait,& ibi gl.admittat.

Procurator omnia debet reddere,& nihil lucrari,gl.ex mandato.in l.ex mandato.10.eod.

Procurator si post exactam pecuniã scripserit domino,quòd volebat habere mu- 64 tuo eam pecuniam debitam ex causa mandati,quæ cùm non esset præsens,nec extaret: sed esset iam consumpta, nudo pacto non potest cõuerti in mutuũ.l. qui

contra Procuratorem in rem ſuam ſit exequutio ſententiæ, & tunc non ſit contra dominum, d.l.4.§.procurator datus.

Procurator, vel defenſor mariti, marito mortuo, condemnatur in ſolidum, niſi filius eiuſdem matrimonij ſucceſſerit marito: ſecùs ſi ex alio matrimonio, † gl. fi.ibi.reprob.gl.1.in l.etiam.ſolut.matr.

Procurator rei ſi pecunia corruptus paſſus eſt ſe condemnari, poteſt dominus repetere ab eo eam pecuniam: ſed non corrumpens, gl.iuſtius.in l. ſi procurator. de doli mali excep.

Procurator rei ſi pecunia corruptus paſſus ſit condemnari ſe, habet dominus exceptionem doli contra eum, qui corruperat agentem ex illa ſententia, d. l. ſi procurator.

Procurator interueniens ante litis conteſtationem ſicut poteſt condemnari: ita poteſt condemnari interueniens poſt litis conteſtationem, quod verum eſt, quando verba ſententiæ proferri poſſunt in perſonam procuratoris: ſed ſi non poſſunt proferri in perſonam procuratoris, tunc in perſonam domini debent proferri, vt in iniuria, & in matrimonio, † gl.1.in l.nihil arbitramur, 10.C. de procuratoribus.

Procurator conſtitutus ad audiendam ſententiam, non debet condemnari: quia non defendit, gl.fi.ibi.

Procurator condemnatus in quadã pœna ex ſuo proprio delicto, ſoluens non poteſt recuperare à principali, gl.2.C.de contrario iudicio tutelæ.

Procurator poſtquàm egit petitione hereditatis, & ſuccubuit, ſi dominus poſteà agat ad fundum hereditarium ex eadem cauſa, exceptione rei iudicatæ repellitur, l.ſi ſine iudice, 22.§.pe.rem ratam haber.

Reliqua verbo, Sententia, 2 . Exequutio, 1.

70 PROCVRATOR Cæſaris, quæ geſſit, rata ſunt, ac ſi ipſe princeps geſſiſſet, dũmodò ad commodum principis faciat, l.1. de officio procuratoris Cæſaris.

Procurator Cæſaris ſi Cæſaris rem tradat, quaſi ſuam, non transfert dominium: tunc enim transfert, cùm negotium Cæſaris gerens conſenſu ipſius tradit. ibidem.

Procuratori Cæſaris ſi cauſa venditionis, vel donationis, aut tranſactionis quid agat contra commodum Cæſaris, nihil agit, d.l.1.& ibi gl.agat.

Procuratori Cęſaris non eſt commiſſum alienare rem Cęſaris; ſed diligenter gerere, d.l.1.

Procurator Cæſaris miſcendo ſe opulẽtæ hereditati heredem facit Cæſarem. ib.

Procurator Cæſaris licèt habeat mandatum generale cum libera, non tamen poterit alienare rem Cæſaris, niſi expediat, gl. dominium. in fi. & gl.diligenter. in d l.2.

Procurator Cæſaris poterit vendere rem Cæſaris, & dominium transferre etiam ſine conſenſu Cæſaris dummodò ei expediat, gl.conſenſu.ibid.

Procurator Cæſaris ſi adierit hereditatẽ, in qua Cæſar eſt inſtitutus, & hereditas non ſit ſoluendo, illam Cæſar poterit repudiare, l.2. eod.

Procurator Cæſaris ſi adierit damnoſam hereditatem, conſulitur Cæſari, perinde ac ſi adita non fuiſſet, d.l.2.& ibi gl.1.

Procurator Cæſaris ius deportandi non habet: quia pœnæ conſtituendæ ius non habet, l.fi eod.

Procurator Cæſaris colonos improbos poteſt à colonia remouere, neque ad eãdem poſſunt reuerti, d.l. fi.

Procurator Cæſaris cùm non habeat ius deportandi, neque habet ius vt poſſit permittere aliquem redire à pœna deportationis, gl.fi.ibi.

Procurator Cæſaris ſi prohibuit aliquem accedere ad prædia Cæſaris, non poteſt poſtea permittere, vt redeat ad ea.ibid.

71 Procurator Cæſaris habet iuriſdictionem inter fiſcum, & priuatum, ibi. & gl.1. in l.1, C.vbi, & apud quem.& gl.1.in l.1.C.de pedaneis iudicibus. & gl. perſonas, in l.1.C.de iuriſd.omn.

Procurator Cæſaris ponitur quandoque pro procuratore fiſci; quia nonnũquam de rebus fiſcalibus cognoſcit, l.fi.& ibi add.marg.de interrog.act.

Procurator Cæſaris vna cum præſide eſt iudex in cauſa fiſci, gl. veſtros. in l.3. de his, quæ in teſtam.& l.5.& ibi gl.2, vbi cauſæ fiſcales.

Procuratoris Cæſaris iuſſu ſi ſeruus Cæſaris adiit hereditatem, Cæſari volenti acquirit hereditatem; l.aufertur.46.§.pe.de iure fiſci.l.1.de officio procuratoris Cæſar.

Procurator Cæſaris: hoc eſt fiſcalis, non habet ius mulctandi, l.2. Cod.de modo mulctarum.

Procurator Cæſaris quandoque dicitur diſpenſator; quandoque verò rationalis, gl.3.in l.1.C.ſi aduerſus fiſcum,

Procurator Cæſaris non habet poteſtatem delegandi in cauſa priuatorum, ideò talis delegati ſententia non valet, l,1.C.de pedaneis iudicibus.

Procurator Cæſaris vice præſidis fungi dicitur, quando priuati in eum conſentiunt prorogando iuriſdictionem, vel quia mortuo, vel viuo pręſide gerit eius vicem, gl.2.ibi, & gl.2.in add. marg. in l. ex conſenſu. de appel.& l.1.C.de iuriſd. omnium.

Procurator Cæſaris non eſt competens iudex ad examinandas cauſas ſtatus, l. 2. C.vbi cauſa ſtatus.

Procurator Cæſaris non poteſt cognoſcere de cauſa ſtatus, ſiue inter fiſcum & priuatum, ſiue inter priuatos inuitos, quando agitur de ſtatu priuati litigantis, † gl.fi.ibi.

Procurator Cæſaris poteſt cognoſcere inter fiſcum, & priuatum, quando agitur de ſtatu alterius priuati non litigantis, † ibi, & l.5.C.eod.

Procurator Cæſaris non poteſt cognoſcere de quæſtione, an defunctus ſit mortuus ſua morte, vel occiſus; ſed apud præſidem ſunt accuſandi, & damnandi: poſteà conueniri debet heres defuncti, qui mortem defuncti non vindicauit, & condemnatur, quo caſu poſteà procurator Cæſaris ſe intromittit, l.1.C. vbi cauſæ fiſcales.

72 Procurator Cæſaris cognoſcit an teſtator mortem ſibi conſciuerit, metu pœnæ criminis; fortè propter publicationem bonorum à fiſco petitam, l.2, C. eod.

Procurator Cæſaris cognoſcit de cauſa etiam inter duos priuatos, quando alter ipſorum, vel ambo ſunt conductores bonorum Cæſaris, l.ſi quis.6.& l.dominicus.7. C.eod.

Procurator Cæſaris cognoſcit de quæſtionibus vertentibus inter duos colonos principis, vel Cæſaris: non verò cognoſcunt duces, vel præpoſiti ſacrorum limitum, vel præſes prouinciæ, d.l.dominicis.

Procurator Cæſaris, vel actor ſi contumeliam alicui intulit, qui iniuriam paſſus eſt, querimoniam ſuam coram præſide prouinciæ proponere debet, & ſi contra eum probatum fuerit, igne concremabitur, l.vniuerſi.7.C.eod.

Procuratoris Cæſaris officiales in cauſa ciuili debent conueniri coram ipſo procuratore, ſed in cauſa criminali coram præſide, l.pen.C.eod.

Procurator Cæſaris eſt iudex, quando eſt quæſtio inter priuatum & fiſcum, l. 5.& ibi gl.2.C.de ſententiis, & interlocut.gl.1.in l.3.C.de fideiuſ.gl.fi.in l.2. C.de ſolutio.l.nec quicquam.de officio procon.l.5.& ibi gl.fi.C.de iure fiſci.lib.10.

Procurator Cæſaris de crimine plagij non cognoſcit, niſi gerat vices præſidis. l. 4.C.ad leg.Flauiam de plagiar.

Procurator Cæſaris obtinet vicem præſidis quando priuati in eum conſentiunt, vel quando præſide abſentante ſe delegatur etiam ad cauſam meri imperij, aut quando in locum præſidis defuncti ſubſtitutus eſt, gl.fi.ibi.

Procurator Cæſaris non poteſt pœnam exilij alicui irrogare.l.2.C. de pœnis.

Procurator Cæſaris ſi pecuniam extorſit à colonis, vel ab aliis ſubditis ſuis intra annum poſt depoſitam adminiſtrationem poteſt petere pecuniam, quam extorſit, vt inde ſoluat penſionem fiſco debitam ab illis, à quibus pecunia fuit extorta: anno tamen elapſo querelantes non audiuntur, l. 5. Cod.ad leg.Iul. repet.

Procurator Cæſaris non poteſt vendere rem Cæſaris ſine ſpeciali mandato, glo. procurator.in l.1.C.de fi.inſtrum.lib.10.

Procurator Cæſaris, & Comes rerum priuatarum idem eſt, † reprob.gl.ſtylus.in l.3.C.de bonis vacantib.lib.10.

Procuratori regio in iudicio ſiue agendo, vel defendendo intercedenti, ſiue ſe opponenti, niſi fidem de procuratorio faciat, proceſſus eſt nullus, l.non aliter, in additione margin.C.de palatinis, lib.12.

Procurator principis non poteſt eo inconſulto de re principis tranſigere, l.nulli. de tranſact.

Procurator principis poteſt tranſigere de re principis eo incõſulto, quando virtute tranſactionis eam rem retinet, cùm meliorem eius conditionem poſſit facere, gl. 1. ibi.

Procurator fiſci præeſt ærario, gl. ad ærarium. in l. abeſſe. 32. ex quibus cauſis maiores.

Procurator fiſci cognoſcit inter priuatum, & procuratorem Cæſaris, & inter priuatum, & procuratorem fiſci cognoſcit procurator Cæſaris, gl.fi.in l.1.C. ſi aduerſus fiſcum.

Procurator fiſci non poteſt fidem habere de pretio, vt tranſeat dominium rei venditæ à ſe, gl.2.in l.4.C.vbi cauſæ fiſcales.

Procurator fiſci vnà cùm præſide cognoſcit de quæſtione inter procuratorem Cæſaris, & priuatum, ſiue procurator Cæſaris agat, ſiue conueniatur, gl.pe.in l.5.C.eod.

Procurator fiſci dicitur quandoque peræquator, gloſſ.2.in l.fi C.ſi ſine cenſu, vel reliquis.

Procurator fiſci non poteſt inquietare, & deſcribere facultates alicuius pendente controuerſia, an bona competant fiſco, vel non: ſed poſt ſententiam latam pro fiſco debet ſolicitè inueſtigare talis condemnati bona, l.defenſionis. C.de iure fiſci.lib.10.

Procurator fiſci habet ius vendendi res debitoris fiſci, gl.procurator.in l.2.C.de fide inſtrum.lib.10.

Procurator fiſci ſi vendat res fiſcales habita fide de pretio, valet venditio, aliàs non.gl.facultas.ibid.

Procurator fiſci vendens rem fiſcalem nõ poteſt habere fidem de pretio, l.ſi procurator.5.& ibi gl.fi.de iure fiſci.

Procurator fiſci non poteſt vendere ſeruos Caſtaldiones, qui ſunt in hereditate fiſco quæſita, & ſi vendiderit, irrita eſt venditio.l.bonorum, & l.ne procuratores, 10, eod.

Procurator fiſci non poteſt manumittere ſeruos actores: id eſt Caſtaldiones, qui ſunt in hereditate fiſco quæſita; & ſi ſint manumiſſi, reuocantur ad ſeruitutem, d.l.ne procuratores.

à procuratore fiſci & Cæſaris actores inſtituti non poſſunt vendere abſque ſciẽtia principis ſeruos Caſtaldiones, qui erant in hereditate fiſco delata, & ſi vẽdiderint, venditio eſt nulla, l.aufertur, 46.§.pen.eod.

Reliq.verb.Filius, 3.Fiſcales, 1.Præfectus, 1.Prouincia, Rationales, Aduocatus, 16.

PROCVRATORIVM mandatum ad agendum ſufficit, l, licèt non dicat ad defendendum, l.actionem, C.de procuratoribus.

Procuratorium mandatum habens ad rem mobilem petendam, poteſt agere ad exhibendum, cùm ſit illius actionis præparatoria, l.ad rem, 66.& ibi gl. fin C. de procuratoribus.

Procuratorio nomine ſi ille, qui non erat procurator, nec eſſe potuit, vt pupillus, vel ſeruus ſi rem in iudicium deduxit, etiam non poteſt facere valere illud iudicium nullum, cùm ratihabitio non operatur plus, quam mandatum ab initio, gl.1.& ibi add.in l.licèt, 56.de iud.

procuratoriæ ſtipulationis ius licèt citra ceſſionẽ in dominium nõ transferatur, veluti nec vlla alia perſonalia iura, quæ acquiſiuit ipſe procurator, niſi ceſſerit nihilominùs tamen poteſt dominus liberare promiſſorẽ actione etiam nondum ceſſa, non tamen ipſo iure, ſed vt promiſſori pariatur doli exceptio, gloſ. eſſe.& ibi add.mar.in l.apud Celſum.§. mandaui.de doli mali exceptione.

procuratoria exceptio, cùm ſit dilatoria, in initio litis opponi debet, gl.3, in l.ita demùm.13.C.de procuratoribus.

Reliqua verbo, Exceptio, 18.

PRODERE, & tradere differunt, gl.1. in l.1.ſi ventris nomine mulier miſſa.

Reliqua verbo, Tradere.

PRODESSE poteſt aliquid alicui, quod deſideratum non prodeſſet, gl affectauit.in l.2.§.fi.ſi quis cautio.

prodeſſe alteri, & non nocere quilibet debet eſſe intentus, gl.quam minimo, in l. 1.de periculo, & commodo, & gl fi.in l.ſeruus.de ſeruis expor.

prodeſſe ſibi vnuſquiſque non prohibetur, dummodò aliis non noceat, l.1.§.idem aiunt. de aqua pluuia.

Reliqua

Prohibitio alienationis quando fit per testato. em contemplatione certæ personæ, illa persona dicitur fideicommissaria in casu alienationis factæ contra testatoris dispositionem. ibid.

Prohibitio testatoris de non alienando facta cum causa, & sic legitimè trahitur solùm ad alienationem voluntariam, non ad necessariam propter æs alienũ creditorum. ibid.

Probitio testatoris de non alienando facta, in prohibitæ personæ onus valet, l. non possunt. in l. filiusfam. 117. §. diui. de leg. 1.

Prohibitio testatoris de non alienando facta continens solum fauorem personæ prohibitæ non valet, cùm alienando fauori suo possit renunciare. ibidem.

Prohibitio testatoris de non alienando facta cum causa, & designata certa persona, in quam peruenire debeant bona in casu alienationis, valet, & tunc non præiudicat creditoribus defuncti, quominùs non obstante prohibitione possint ipsi petere, & vendere illa bona heredis, quæ fuerũt testatoris, vel sub nomine heredis bona defuncti; d. §. diui. & ibi gl. nam si heredis.

Prohibitio testatoris de non alienando facta cum causa, & designata certa persona, licèt valeat; alienari tamen res possunt per creditores heredis, vel legatarij prohibiti, & valet alienatio interim dum heres, vel legatarius viuit, quo mortuo reuocatur; secùs quando per creditores defuncti fuisset facta alienatio, quia tunc nunquàm reuocatur, gl. fideicommissarij. ibid.

Prohibitio testatoris contrahentis, & iudicis æquiparatur, l. seruus hac lege, 9. de manumissio.

Prohibitio rei emphyteoticæ ne alienetur in potentiorem, comprehendit etiam successorem ex testamento, vel ab intestato, gl. interest. in l. si ita quis promiserit, 135. §. ea lege. de verborum oblig.

Prohibitio de non alienando in potentiorem comprehendit non solùm nõ alienare, sed etiam curare ne ad eos perueniat. ibid.

Prohibitio domini tollit actionem negotiorum gestorum, l. fin. Cod. de neg. gestis.

Prohibitio heredis non tollit actionem funerariam competentem alicui contra heredem, & hoc speciali iure: regulariter tamen prohibitio tollit actioné negotiorum gestorum, gl. fi. ibid.

Prohibitio alienationis rerum minoris sine decreto non extenditur ad alienationes necessarias, l. 1. C. de prædiis minorum.

Prohibitio extra personam, & causam prohibitionis non egreditur, l. & si is, 9. C. eodem.

Prohibitio alienationis per defunctum facta cum rationabili causa impedit vsucapionem rei sic prohibitæ, l. 2. C. pro emptore.

Prohibitio alienationis per defunctum facta sine rationabili causa, non impedit vsucapionem rei sic prohibitæ, gl. 1. ibid.

Prohibitio impedit oriri actionem negotiorum gestorum contra socium prohibentem: sed non contra alium non prohibentem. l. si ex duobus. de nego. gest.

Prohibitio expressa plus operatur, quàm taciturnitas, & patientia; l. 3. §. fi. de cõdictione causa data.

Prohibitionis causa perpetua licèt fortior sit, quàm temporalis: tamen quando actus fit contra legem, ita redditur nullus, quãdo habet causam temporalem, sicut quando perpetuam, l. si stipuler, 35. de verb. oblig.

Prohibitio non alienandi in potentiorem comprehendit non solùm non alienare, sed etiam curare, ne ad eos perueniat, gl. interest. in l. si ita quis promiserit, 135. §. ea lege. de verb. oblig.

Reliqua verbo, Alienatio, 6.7.8.18.19.20.28.30. Concessio, Heres, 155.156.

Prohibitum in genere, num, 1.2.

Prohibitus alienare, num. 3. 4.

1 PROHIBITVM quod est necessitate, toleratur aliquando, l. vrget. in l. 1. §. fin. de feriis.

Prohibito tempore aliquid fieri, vel in tempus prohibitum conferre, paria sunt, l. 4. C. de donat. ante nupt.

Prohibita omnia dicuntur per legem, nisi concessa inueniantur, quod est verum quando illa sunt illicita; non aliàs, l. nécnon. §. quod eis. & ibi gl. prohibeant. ex quib. caus. maiores.

Prohibitum si sit aliquid, & eius simile videtur prohibitum, gl. succedit. in l. sed & si. §. 1. de iudiciis. glo. vendi. in l. quemadmodum. C. de agricol. & censi. lib. 11.

Prohibita quæ sunt, ob necessitatem alicui conceduntur, & censentur permissa, gl. non aliter. in l. 1. de officio eius, cui mandata.

Prohibitum principaliter, per consequens admitti potest, l. 1. & ibi gl. 1. si vsusfructus petatur.

Prohibitus facere videtur ille, qui per alium prohibetur facere, gl. 1. in l. 1. si mensor falsum mod.

Prohibito aliquo, prohibetur & id, per quod peruenitur ad illud prohibitum, & econtrariò, cùm quid permittitur, videntur & permissa ea, per quæ peruenitur ad illud permissum, gloss. 1. & ibi add. mar. in l. oratio. de spons. l. si vt certo. §. si duob. & ibi gl. dominium. commodati.

Prohibito vno, & id, quod ex eo sequitur, videtur prohibitum, gl. 1. & l. 2. de iurisdictione omnium iud. gl. diuidatur. in l. idémque, 16. pro socio. gl. fi. in l. fi. C. si mancipium ita væn. gl. manserunt, in l. quemadmodum. Cod. de agric. & censit. lib. 11.

Prohibito tempore quod fit, licèt conferatur in tempus permissum, non valet, quando lex resistit initio, vel consilio: secùs verò quando legis prohibitio respicit effectum, l. 4. & ibi gl. 2. de seruis exportand.

2 Prohibitus aliquid relinquere alicui de bonis suis, videtur etiam prohibitus, ne relinquat per mediam personam, & hoc ad excludendam fraudem, l. si is, qui, 6. de vulgari.

Prohibitum quando est aliquid, consensu eorum, in quorum fauorem prohibitũ est, efficitur permissum, & licitum, l. nihil proponi, 123. §. 1. de leg. 1.

Prohibitum ad tempus, post tempus permissum esse censetur, l. si minor, 66. & ibi add. marg. de verb. oblig.

Prohibita per rerum naturam nulla lege confirmantur, l. vbi repugnantia, 149. de reg. iuris.

Prohibitus emere, vel vendere, aut fœnerari per se sub pœna, eandem pœnam incurrit per interpositam personam emens, vel vendens, aut fænerans, l. accusationis, 10. C. de his, qui vi metus.

Prohibitus disponere de re alicuius potest eius consensu disponere permanendo in eadem voluntate vsque ad mortem, l. fi. C. de pactis.

Prohibita discere, & docere pœna similis est, l. pe. C. de malefic.

Prohibitum in vno videtur permissum in alio, gl. vendi. in l. quemadmodum. C. de agricol. & censit. lib. 11.

Prohibitus esse domesticus perpetuò, vel ad tempus alio nomine assumpto colore quæsito non est prohibitione durante assumendus, l. 1. Cod. de priuileg. scholarum.

Prohibitum fieri aliquid directò intelligitur similiter prohibitum per obliquũ, gl. nullius. in §. prohibitum. Inst. de hered. instit.

Prohibitum quod non est, ergo est permissum, gl. rescripserunt. in l. in tantum. de rer. diuis.

Prohibitum vna via non debet esse permissum alia via, l. scire, 21. §. 1. de tutoribus datis. l. quæritur, 38. & ibi add. marg. de bonis libertor. l. si quis integris, 6. §. fi. qui. & à quib. manumiss. l. fi. in add. marg. Cod. si mancipium ita vænierit.

Reliqua verbo, Concessum, Permissum.

PROHIBITVS à testatore, ne fundum alienaret extra familiam, si duos filios 3
heredes instituit, & tertium exheredauit, & cuidam extraneo fundũ legauit, & sic alienauit extra familiam, potest exheredatus reuocare dictam alienationem: sed instituti non possunt, l. filiusfam. 117. §. cùm pater. & ibi gl. exheredatos. de leg. 1.

Prohibitus à testatore, ne fundum alienaret extra familiam, si vnum filium instituit, & duos exheredauit, ac extraneo fundum legauit, possunt exheredati reuocare dictam alienationem, sed institutus non. ibid.

Prohibitus à testatore, ne fundum alienaret extra familiam, potest relinquere totum fundum vni ex filiis suis, vel etiam omnibus filiis ex partibus disparibus, quia non dicitur, fundum extra familiam alienare. ibid.

Prohibitus à testatore, ne fundum alienaret extra familiam, si vnum filium instituit, & reliquos exheredauit, & fundum non legauit alicui, exheredati nõ possunt petere fundum, ex quo extra familiam non est alienatus. ibid.

Prohibitus vendere, vel obligare non videtur prohibitus locare, l. pe. §. instituto. de leg. 2.

Prohibitus obligare rem potest obligare pensionem illius rei, aut ius illius pensionis: sed non ipsam rem: d. §. instituto, & ibi gl. non extitisse.

Prohibitus alienare videtur alienare si locat in longum tempus, d. gloss. non extitisse.

Prohibitus alienare in certas personas prohibetur in eas etiam ab intestato legitimo iure transferre, d. l. pe. §. matre.

Prohibita alienatione videtur prohiberi voluntaria, non necessaria, l. pater filiũ, 36. & ibi gl. exsoluisset. de leg. 3.

Prohibita res alienari contemplatione plurium, pertinet ad illum, qui ex illis plurib. superest tempore alienationis, d. l. pater filium, §. filiam.

Prohibitus, ne quoad viueret, extra familiam posset vendere, vel pignorare fundum, potest in testamento etiam extraneo relinquere, d. l. pater filium. §. fundum.

Prohibitus alienare partem suam, nõ videtur prohibitus alienare partem, quam 4
redemit, l. pater filium, 36. §. quindecim, de leg. 3.

Prohibitus heres, vel legatarius alienare nõ videtur prohibitus alienare coheredib. vel collegatariis. ibid.

Prohibita alienatione censetur prohibita etiam pignoris obligatio, quando fit pro tanta pecunia, quòd non sit spes luitionis; aliàs non censetur prohibita; sed in feudis est expressum, quod nullo modo licet obligare, gl. redacta. in addit. in l. qui habebat, 99. de leg. 3.

Prohibitus alienare ex pacto, si alienet, valet alienatio, & dominium transfert in accipientem: illud tamen condictione ob causam potest repeti, gl. 1. in l. fi. C. de rebus alienis.

Prohibitus manumittere ex pacto, si manumittat, non valet manumissio, neque datur libertas ex tali manumissione, cùm difficilè possit postea reuocari, gl. 1. & 2. in l. 3. C. de cond. ob cau.

Prohibita alienatione extra familiam à testatore, censetur prohibita translatio dominij, aut pignoris obligatio, aut vsusfructus, aut seruitutis constitutio, l. fi. C. de rebus alienis.

Prohibitus vendere, vel alienare non poterit obligare; quia per obligationẽ peruenitur ad venditionem, gl. vel hypothecam. in add. ibid.

Prohibitus quis emere res, quæ non sunt prohibitæ vendi, tunc non impeditur ille pignori accipere: quia licèt accipiat pignori, per hoc non conuenit vt ipse accipiat sibi in solutum, vel in emptionem; sed quòd alij vendat pro suo debito, quod non prohibetur sibi. ibid.

Prohibitus vendere, vel pignori dare extra familiam, non videtur prohiberi sorori donare, l. 4. C. de fideicommiss.

Prohibitus vendere, prohibetur etiam donare. ibid.

Prohibitus alienare extra familiam, intelligitur etiam prohibitus alienare illam partem, quam habuit ex iudicio testatoris; partem tamẽ, quam habuit à fratre, vel coherede alienare prohibito: potest alienare, nisi ex iudicio testatoris etiam habeat illam partem, gl. fi. ibid.

Reliqua verbo. Facere, num. 6. Alienatio, 6.7.8.18.19.20.28. Prohibitio, Frater, 2. Aduocatus, 17.18. Ædificium, 7.10.11.

PROIICIENS librum apertum præsumitur animo derelinquendi proiecisse, secùs si proiecit in pannis cereis inuolutum, glos. plerumque. in l. falsus, 44. §. pe. de furtis. & gl. furtum. in §. fi. Inst. de rerum diuis.

Proiecta in mari tempore tempestatis causa leuandæ nauis non fiunt occupantis, d. §. final.

Proiectum, & immissum differunt; quia proiectum dicitur id, quod ita protenditur, vt nusquam requiescat, qualia mœniana, suggrundia sunt: immissum autẽ dicitur, quod ita fieret, vt aliquo loco requiesceret, veluti tigna, trabes, quæ immit-

chum,80.§.ſi.de nouatio.

Promittens pecuniam ſub conditione, ſi dedit eam ea conditione, vt ſi conditio extitiſſet, in ſolutum cederet,exiſtente conditione videtur promiſſor liberatus eo tempore,quo ſoluit,l.ſub conditione,16.de ſolutio.

Promittens quolibet anno dare alicui vnum par caponum tenetur dare eos viuos, non mortuos, vt poſſit eos ad libertatem perducere,l.qui decem,72.§.ſi.& ibi.add.marg.eod.

Promittens nauem alienam,quam dominus diſſoluit animo reficiendi, & compegerit eam eiſdem tabulis,tenetur ad eam:nam eadem nauis eſt, quam ſe daturum promiſit:ſecùs ſi dominus diſſoluit eam ea mente,vt in alios vſus conuerterentur tabulæ,& mutato conſilio eandem compoſuit: quia tunc dicitur alia nauis.& ideò non tenebitur promiſſor,l.qui res ſuas,98.§.aream.eod.

Promittenti multa non eſt adhibenda.fides,l.non omnes.§.ſi.de re militari.

Promittens rempub.ſaluam fore non tenetur de damno priuatæ perſonæ, l.2.§.ſi.ad municipal.

Promittens facere opus debet illud facere per ſe,ſi poteſt: quod ſi non poteſt per ſe, poteſt facere per alium adhibendo amicos, l. de pollicitationib. de pollicitatio.

7 Promittens per pollicitationem pecuniam ob honorem, vel ſacerdotium ſi antequàm honorem,vel magiſtratum iniret,deceſſerit, heredes eius non tenentur ad eam pecuniam,niſi promiſſor incœpiſſet facere, quo caſu tenentur eius heredes illud perficere,l.ſi quis ob honorem.de pollicitatio.

Promittens per pollicitationem ſe opus factutum ob honorem, tenetur illud facere,nec cogi debet pecuniam pro eo inferre,l.imperatores.eod.

Promittens vel concedens duos pedes terræ, vt ibi proiicias aquam,videtur cõcedere proprietatem, non vſum:quia non fuit conditio proiiciendi: ſed cauſa dandi,gl.1.in l.ſi mulier,25.C.de iure dotium.

Promittens, vel dans prædium vt aliqui religioſi haberent in vſu, videtur dare proprietatem,quaſi non conditio:ſed cauſa ſit incerta.ibid.

Promittens ſimpliciter,ea tantùm,quę in obligatione iam ſunt,videtur promittere.gl.1.in l.fideiuſſorio.C.de fideiuſſor.

Promittens hauſtum aquæ, & iter promiſiſſe videtur, glo.1.in l.ſi Barſatorem 13.C.eod.

Promittens decem annua intelligitur promittere in vita ſua, niſi de heredib. fiat expreſſa mentio,† l.ſancimus,34.§.fina.C.de donatio.

Promittens ſimpliciter dare argentum non exprimendo pondus, non obligatur, gl.1.in l.ſi quis argentum,35.C.de donat.

Promittens dare certum pondus argenti poteſt dare illud,vel in maſſa vel in vaſis,quibus voluerit iuſto pretio æſtimandis.d.l.ſi quis.

Promittens dare certum redditum annuum ex poſſeſſionib. ſuis, tenetur dare prædium tanti reditus, & fauore exercentis liberalitatem aliud pro alio ſolui poteſt,d.l.ſi quis argentum.§.ſi verò.& ibi.gl.fundos.

Promittens dare certum numerum ſeruorum non optimos, nec viliores:ſed mediocres dare debet,dict.l.ſi quis argentum.§.ſimilique.

Promittens certum pondus auri,vel argenti ſi non habet aurum, vel argentum, tenetur ad eius æſtimationem,d.l.ſi quis argentum.§.ſin autem.

8 Promittens dare certum annuum reditum ex poſſeſſionibus,ſi non habet prædia, tenetur dare æſtimationem in quindecim annos.ibidem.

Promittens familiaris, vel aſſeſſor, vel comes,aut conſiliarius iudicis,ſe facturum,quòd iudex ferret ſententiam in aliquo,tenetur, ſicut qui dat pecuniam pro ſententia obtinenda,l.qui explicandi,10.C.de accuſat.

Promittens vel conſtituens ſi perſonaliter loquutus eſt, dicendo ſatisfaciam tibi obligatur in quantitate, quam dixit: ſed ſi dixit, ſatisfiet tibi à me, & ab illo,illo non conſentiente pro rata tantum obligatur ipſe: ſed ſi loquutus eſt alternatiuè ita: ſatisfiet tibi à me,vel ab illo,illo non conſentiente ipſe in ſolidum tenetur,§.ſi.vt cùm de appellat.cognoſ.col.8.

Promittens,vel conſtituens ſi imperſonaliter loquutus fuerit, veluti ſatisfiet tibi,nullus tenetur:ſalua tamen remanet actio contra eos, contra quos de iure competit.ibid.

Promittens decem ſingulis annis, in fine anni tenetur ſoluere: ſed promittens decem annuos,in principio cuiuslibet anni tenetur: quia in ſecundo caſu tẽpus non apponitur gratia differendæ ſolutionis:ſed ad multiplicandam ſolutionem: ſed in primo caſu ponitur gratia differendæ ſolutionis, gl. 1.& ibi.add.in §.atſi ita.Inſtit.de verb.oblig.

Promittens certo tempore non poteſt conueniri, niſi totus terminus ſit elapſus §.pe.Inſt.de inutilib.ſtipul.

Promittens rem vſque ad forum, poteſt conueniri ſtatim incœpto foro, gl.ſi.& ibi.add.ibid.

Promittens ſpe futuræ numerationis poteſt non accipere, nec ſe obligare cum effectu: quia mero iure tenetur:ſed habet doli,& non numeratæ pecuniæ exceptionem,l.qui pecuniam,30.& ibi.gl.ſi.ſi certum petatur.

Promittens quod ex Arethuſa natum erit, non debetur priuſquàm dies venerit, & ita ſpectatur natiuitas,l.1.de operis ſeruorum.

Reliqua verbo, Artifex, Dos, 9. vſque 13.

9 PROMITTENS aliquid apud acta, cogitur adimplere illud.l.eum,pro quo de in ius vocando.

Promittens in iudicium ſiſti non adiecta pœna in caſu, quo non ſiſtat; ſi non ſiſtat, tenetur ex ſtipulatione incerti in id, quod intereſt,l.ſi.ſi quis in ius vocatus.

Promittens duos homines ſiſtere in iudicio non videtur adimplere promiſſionem ſiſtendo vnum, cùm ambos deberet ſiſtere,l.ſi.in ius vocati vt eant.

promittens duos ſiſtere in iudicio ſub pœna, ſi vnum tantum fecit ſiſtere, poteſt opponere exceptionem de æquitate, ſi tota petatur, niſi per contumaciam alterum non exhibuit,gl.2.ibid.

promittens ſe ſiſtere iudicio:& valetudine,vel tempeſtate, vel vi fluminis impeditus ſiſtere nõ potuit, exceptione iuuatur,l.2.§.ſi quis iudicio,ſi quis cautio.

promittens ſiſtere iudicio,ſi ante diem ſiſtendi ſit condemnatus capitaliter, habet iuſtam cauſam non ſiſtendi, neque ipſius fideiuſſores tenentur ad pœnam, l.ſed & ſi.eod.

promittens ſiſtere iudicio, ſi non potuit perſonaliter comparere, non tenetur procuratorem mittere,d.l.2.§.ſi quis iudicio.& ibi gl.adiuuatur.eod.

promittens quis vna ſtipulatione plures ſeruos ſiſtere, omnes ſiſtendo præter vnum,de rigore iuris incidit in totalem pœnam:ſed de æquitate,& effectu tenetur ſolùm pro parte illius,l.ſi ſeruus,§.1.eod.

promittens aliquem ſiſtere tenetur eum exhibere, vel defendere, quamuis ipſe reus dicatur tempore liberatus,fortè actione extincta,l.ſi eum.eod.

Promittens aliquem ſiſtere in iudicio cum pœna, ſi videt reum aufugiſſe, euadit pœnam,ſi pro eo defenſionem ſuſcipiat in cauſa principali.ibid.

Promittens ſe non venditurum fundum alij, quàm mihi, per talem promiſſionem non poſſum adſtringere eum ad vendendum mihi, gl.Pomponius.in d.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.

Promittens aliquem ſiſtere tenetur eum ſiſtere in eadem cauſa quoad forum, non quoad facultates,l.ſi quis quempiam.ſi quis cautionibus.

Promittens aliquem ſiſtere in eadem cauſa,ſiſtere videtur etiam ſi, qui ſiſtitur, pauperior ſit factus:ſed non,qui nouo priuilegio vtitur,d.l.ſi quis.cum l.ſeq.

Promittens ſiſtere aliquem debet etiam liberum hominem exhibere in eadem 10
cauſa,niſi iuſtis cauſis impediatur.gl.1.ibid.

Promittens ſiſtere tenetur ad æſtimationem eius, quod intereſt actoris eo tempore,quo ſiſti debuit,non eo tempore,quo agit.l.qui autem.§.1.eod.

Promittens ſeruum ſiſtere in iudicio,vel eum,qui non poteſt eſſe in iudicio, non tenetur,neque committitur ſtipulatio.l.quoties.eodem.

Promittens ſeruus ſiſtere in iudicio non obligatur.ibid.

Promittens de iudicio ſiſti,ſi deſiit poſſe conueniri,ſtipulatio euaneſcit, l.ſi.eod.

Promittens ſe iudicio ſiſti,ſi dicat,ſe reipu.cauſa abfuiſſe,& ob id non ſtetiſſe,vel dolo malo aduerſarij factum,quominùs ſiſteretur, vel valetudinem ſibi fuiſſe impedimento,vel tempeſtatem, tenetur probare, l.in exceptionib.19.de probatio.

Promittens in iudicio,vel extra ſiſtere Stichum ſub pœna, ſiue Stichus ſit mortuus tempore promiſſionis, ſiue poſteà,liberatur à pœna, l.ſi homo,69.& ibi.gl.mortuus.de verb.oblig.

Promittens accuſatum, vel inquiſitum ſiſtere, perempta inſtantia, liberatur, l.Græcè.9.§.& poſt litem.in add.marg.de fideiuſſor.

Promittens iudicio ſiſti intra aliquod tempus,ſi non ſiſtat, punitur, quanti aliquando interfuerit aduerſario,& ſufficit ſemel interfuiſſe,gl.ſi.in l.ad comparandas,16.C.mandati.

Promittens latronem inuenire,videtur promittere in iudicio ſiſti,& ſi non ſiſtit, punitur.l.ſi Barſatorem,13.C.de fideiuſſor.

promittens aliquem iudicio ſiſti appoſito termino cum pœna, finito tempore poteſt intra ſex menſes moram purgare eum exhibendo, vel eum idoneè defendendo, quo tempore elapſo non auditur,l.ſancimus,26.C.eod.

promittens aliquem exhibere intra certum tempus, finito tempore ad purgandam moram commiſſam, datur ſpatium ſex menſium, & ſi reus principalis decedit intrã primum tempus, fideiuſſor liberatur:ſed ſi intra ſecundum terminum deceſſerit fideiuſſor, non liberatur à pœna ſibi impoſita in caſu, quo non exhiberet.ibid.

promittens alium defendere non liberatur exhibendo perſonam.ibid.

promittens alium exhibere, vel ſiſtere in iudicio ſine ſcriptis, liberatur per lapſum duorum menſium,quibus actor negligens fuit,l.pe.C.eod.

promittens ſine ſcriptis coram tabulariis in cauſa publica reum exhibere,vel iudicio ſiſti,tenetur perpetuò,ſicut & ſi ſcriptura interueniſſet,gl.1.ibid.

promittens iudicatum ſolui intelligitur promittere tam ſuper ſorte,quàm ſuper vſuris,l.quæro.56.locati.

Reliqua verbo, Dolus, 12. Impeditus, Promiſſor, Reus, 13. 14. Satiſdatio, 4. 5. 6. Siſtere.

PROMITTENS illam, aut illam rem duo promittit,& videtur vtrumque de- 11
bere,† gl.duas res. in l.& ſi ſine.de minorib.& gl.ſi.in l.ſi duo rei,128.de verb.oblig.

Promittens alternatiuè Stichum,aut Phamphilum eligere poteſt, quando ambo viuunt, quem eorum ſoluat:ſed ſi alter deceſſit,extinguitur eius electio,l.non vtique.de eo,quod cert.loco.

Promittens Titio,aut Sempronio ſi ſoluerit Titio, non poteſt repetere: ſed pignus datum Titio ante ſolutionem repetere poteſt,l.is,qui.33.de pignor.

Promittens mihi, aut ſeruo Sempronij ſoluere, non poteſt ſóluere Sempronio quamuis dominus ſerui ſit,l.ſi ſtipulatus,9.de ſolutionibus.

Promittens mihi,aut pupillo,ſóluendo pupillo ſine tutoris authoritate,liberatur à me,ſi ſolutioni pupillus ſit adiectus, ſecùs ſi obligationi,l.ſi ſtipulatus,11.& ibi.gl.ſi.eod.

Promittens in ſpecie Stichum,& Pamphilum communi ſeruo duorum, non poteſt alteri ſoluere Stichum, alteri Pamphilum:quia dimidiæ ſingulorum partes eis debentur, & idem eſt ſi promiſerit communi duorum ſeruo duos Stichos,aut duos Pamphilos:ſecus tamen eſt in promittente quantitates,vel genus:veluti ſi promiſerit communi ſeruo duorum viginti numos, aut 20. homines in genere: nam poterit ſoluere cuilibet decem numos, vel homines,l.cùm Stichus,29.eod.

Promittens dare Stichum, aut Pamphilum:ſi Stichum vulnerauerit, non magis eum dando liberatur, quàm ſi Stichum ſolum promiſiſſet, & à ſe vulneratum daret,l.qui ſibi,33.§.ſi.eod.

Promittens dare Stichum, aut Pamphilum, ſi Stichum à ſe vulneratum dederit non liberatur ab actione de dolo: ſed ab actione priſtina ſic, d.§. ſi. & ibi.gl.eum.

Promittens dare Stichum aut Pamphilum,ſi Stichum à ſe vulneratum offerat ſine pretio deteriorationis,& ſtipulatore nolente accipere perierit poſtea, non liberatur promiſſor, ſi ſtipulator habuit iuſtam cauſam non accipiendi: alioquin ſecus.ibi.

Promittens dare Stichum,aut Pamphilum,ſi Stichum vulneratum dederit,& ſtipulator acceperit,hoc ipſo videtur remittere pretium deteriorationis,vt liberetur ab actione,qua tenebatur:dabitur tamen ſtipulatori pro eo, quod deterior eſt factus,actio de dolo.ibid.

Promittens tibi, aut Titio dare decem, aut hominem, ſi Titio partem hominis tradiderit,& mox tibi numerauit decem,repetet non à Titio: ſed à te partem homi-

appareat.d.§.1.

Proſcriptum ſecundum conditionem loci debet fieri ita, quod claré legi poſſit. ibidem.

Propoſitum in mente retentum parti non expreſſum nihil releuat.l.cùm in plures,61.§.locator horrei.locati.l.ſi maiores:25.C.de tranſact.

Propoſitum,quod operatur in propoſito, idem operatur oppoſitum in oppoſito. l.fi.§.de leg.3.

Propoſito hoc interpretatur pròcul poſito hoc, vel etiam ante poſito hoc,gloſſ. propoſito.in l.1.C.ne liceat potentior.ibid.

Reliqua verbo,Animus,Affectus,Conatus,Proſcriptum.

PROPRIETAS, & dominij contentio magna, & difficilis eſt. l.is, qui diſtraxit,25.& ibi.gl.fi.de rei vind.

Proprietas legari poteſt deducto vſufructu.l.vſusfructus,6.de vſufructu.

Proprietas,cui legata eſt,videtur etiam legatus ei vſus fructus,l.ſi proprietas.de vſufructu accreſce.

Proprietas appellatur quandoque vſus appellatione, l.fi.& ibi. gl.fi.de vſufructu earum rerum.

Proprietatem habens, ius vtendi, & fruendi ſeparatum non habet l.vti frui.ſi vſusfructus petatur.

Proprietatis dominus ſi conduxit à fructuario ſerui operas,proprietarius tenetur noxaliter fructuario,ſi ſeruus ei, vel alij dederit damnum, l.ſi in re communi,19.§ ſi ſerui.& ibi gl.condemnetur.de noxalibus.

Pròprietatem nudam habens ſi indebitè tradidit alicui,& is poſteà expellat vſufructuarium,tradens poteſt repetere nudam proprietatem per condictionem indebiti, & etiam agere negatoria pro vſufructu:quia contra eum, cui tradita fuit proprietas, liberas ædes habet, gl.cum re.in l.indebiti.15. §.fi.de condict.indebiti.

Proprietatem nudam fundi,in quo alius habebat vtile dominium, ſi quis indebitè tradidit,& is, cui fuit tradita proprietas,expellat emphyteotam,vel feudatarium:proprietarius nudam tantum proprietatem condicet ab eo:ſed nō vtile dominium, quod habebat emphyteota, vel feudatarius, d. glo. cum re. & ibi add.marg.

Proprietas rei dicitur eſſe apud eum, qui habet directum dominium : non apud eum, qui habet vtile, l.ſi domus.74.§.fi.de legat.1.

Pròprietas detracto vſufructu poteſt legari à municip.hæredib. l.Mæuius 6.§.fi. de legat.2.

Proprietas purè legata tranſit ad legatarium recta via, vt nec momento fuerit apud hæredem etiam fructuarium, & ideò non extinguitur vſusfructus aditione facta ab hærede fructuario : ſecùs ſi ſub conditione proprietas fuiſſet legata,l.4.& ibi gl.1.de vſufructu legato.

2 Proprietas reuertenda ad hæredem, mortuo legatario, tanquam ipſi legatario relicta, declaratur,l.filios.39.eod.

Proprietas cum poſſeſſione nihil commune habet,l.naturaliter.12.§.nihil commune.de acquir.poſſeſſ.

Proprietas,& poſſeſſio ſicut ſunt ſeparata : ita vſusfructus,& poſſeſſio ſunt ſeparata,l.2.§.1.& ibi gl.ſeparata.& additio.marg.pro emptore.

proprietas vera reperitur, & etiam quaſi proprietas,gl. de liberis. in l.2.§.quædam.de interdictis.

proprietatem me habere dico dicendo me habere agrum : & ſi dico me habere poſſeſſionem,cùm habeo proprietatem,impropriè loquor:ſed ſi dico habeo poſſeſſionem,& proprietatem,cùm vtrumque habeam, tunc propriè loquor, gloſ.proprietas.in l.quæſtio.115.de verb.ſignif.

proprietatem ſuæ rei poteſt dominus obligare creditori,licèt alius habeat vſum fructum,l.2.C.de vſufructu.

proprietatem ſuæ rei poteſt dominus vendere ſaluo manente vſufructu habenti vſumfructum,gl.fi.ibid.

proprietatem ſi teſtator leget deducto vſufructu, mortuo primo herede finitur vſusfructus, & conſolidatur cum proprietate,l.antiquitas.14.C.de vſufructu.

proprietatem dans in dotem retento vſufructu non poteſt in præiudicium proprietarij vendere, vel alio modo diſponere.l.res, quas 17. C.de iure dotium.

proprietas,&poſſeſſio aliquando ſeparari non poſſunt,vt ſi venditor habens proprietatem,& poſſeſſionem alicuius rei tradat eam procuratori,volens tradere proprietatē & poſseſſionem, & ſic non poteſt proprietas ſeparari à poſseſſione, quin ei vtrumque acquiratur,l.per procuratorem,8.& ibi glo.1.de acquir.poſseſ.

proprietas plena conſtat ex duobus,ſcilicet,ex nuda proprietate,& vſufructu.gl. quia vſusfructus.in §.ſi cui fundus.Inſt.de legatis.

proprietas plena quamuis veniat appellatione fundi,tamen ſaluatur libellus, in quo peto fundum, cuius vſusfructus eſt apud me, d. §. qui fundus. & ibi.gl. quia vſusfructus.

Reliqua verbo,Legans,5.Legatum,94.Poſſeſſio,53.

1 PROPRIETARIVS ſeruum noxæ dedere poterit, ſi hoc ſine dolo malo faciat,l.locum,21.§.proprietarius.de vſufructu.

Proprietarius non poteſt conditionem fructuarij deteriorem facere : habet tamen pleniſſimam poteſtatem coercendi ſeruum,dummodò nō vltra modum, & ſine dolo malo:vſufructuarius verò habet modicam, item & magiſter.d.l. locum.& ibi.gl.pleniſſimam.

Proprietarius ſi legauerit vſufructuario proprietatem prædij, in quo ipſe habet vſumfructum,ſi proprietarius illud prędiū reſtituere filio proprietarij ſit coactus ob inofficioſi querelam intentatam à filio, vſusfructus ius ad illud prædium integrum remanet fructuario,l.dominus,64.eod.

Proprietarius conſtituto vſufructu fundi non poteſt in ea ſeruitutem imponere: ſed antequàm vſusfructus in eo conſtituatur, rectè poteſt, gl.1.in l.2.ſi vſusfructus petatur.

proprietarius poſſidens negatoria poteſt agere contra fructuarium, non vt ſibi res tradatur:ſed vt non inquietetur,l.pen.§.fi.eod.

proprietarius ſi ſeruum, in quo proprietatem habet, deteriorem fecit, tenetur vſufructuario vtili actione ſerui corrupti,l.ſi quis ſeruum.§.1.de ſeruo corru.

proprietarius non poteſt inuito etiam vſufructuario fundum, vel ædes per ſaltuarium, vel inſularium cuſtodire,l.ſi ita legatus.de vſu,& habitatione.

proprietarij intereſt fines prædij tueri.ibid.

proprietarius non poteſt vſurariæ rei ſpeciem commutare,l.fi.eod.

proprietarius deteriorem cauſam vſurarij facere non poteſt : & dicitur facere deteriorem, etiam ſi rem in meliorem ſtatum commutet.ibid.

proprietario non poteſt quis obiicere de iure vſusfructus, quod non debetur obiicienti:ſed tertio,gl.cum re.in l.indebiti,15.§.fi.de condict.indeb.

proprietarius tenetur repromittere tantum de damno infecto,licèt alius habeat vſumfructum:ſed vſufructuarius tenetur ſatiſdare de toto damno tam pro iure ſuo, quàm pro iure proprietarij,& eius procuratorio nomine, l.non ampliùs,9.§.fi.de damno infecto.

Proprietarius ſi non repromittat, nec fructuarius caueat de damno infecto, petens cautionem mittitur in poſſeſſionem in totum : ſed ſi alter eorum in repromittendo cautionem ſit contumax, tunc petens cautionem mittitur in poſſeſſionem in iure non cauentis, l.hoc amplius, §.fi.& l.ſeq.& ibi.gloſ.1.de damno infecto.

Proprietarius, qui repromiſit de damno infecto, poteſt repellere vſumfructuarium ab vſufructu, ſi vſufructuarius ſibi non caueat de conferendo damnum, l.quamuis 10.eod.

Proprietarius non poteſt petere cautionem ab vſufructuario habente domum propriam, quæ minabatur ruinam domui, in qua fructuarius habebat vſumfructum,l.damni infecti, 18.§.ei, cuius,& l.inter fructuarium, 20. de damno infecto.

Proprietarius debet actionem ædium, in quib. habet vſumfructum, ſi boni viri arbitratu vtatur.d.§.ei,cuius.

Proprietarius non poteſt petere ſibi caueri de damno infecto à ſuperficiario,nec econuerſò,cum habeant actionem adinuicem ex contractu celebrato inter eos, niſi cautio damni infecti eſſet pinguior, vt ſi in actione ex contractu non veniat niſi leuis culpa:ſed non reficere cadit in leuiſſimam culpam,quæ venit in cautione damni infecti, & ideò tunc rectè poteſt peti, d.l.damni infecti.§. ei,qui.

Proprietarius poteſt petere ſibi caueri à fructuario de operis vitio,quod de nouo facit:non tamen de ruina facti ædificij,l.inter fructuarium,20.eod.

Proprietarius, qui cauit de damno infecto,vel aliquid ſoluit eo nomine, poteſt prohibere fructuarium vti frui,niſi fructuarius conferat ſibi pro rata vſusfructus.l.ſi proprietarius,22.eodem.

Proprietarius poteſt rem minantem damnum pro derelicta habere, quando non expediebat caueri:ſecùs ſi expediebat caueri, glo.retinebit.& ibi.add.margin. ibid.

Proprietario tantum competit interdictum quod vi, aut clam, pro arborib.non fructiferis, veluti cypreſſis, vi aut clam ſucciſis : ſed ſi ex huiuſmodi arborib. quædam amœnitas, aut oblectatio, aut iucunda voluptas præſtatur,competit etiam fructuario pro ſuo intereſſe propter voluptatem,geſtationem,& ſpatiationem,l.competit.§.1.& ibi.gl.amœnitas.in addit.marg.quod vi,aut clam.

Proprietarius nudus poteſt vſumfructum ſtipulari,l.eum, qui ita, 56.§.qui proprietatem.de verb.oblig.

Proprietarius tantùm non poteſt remittere ſeruitutem fundo debitam.gl.dominium.in l.fin.§.filiis autem.C.de bonis,quæ liberis.

Proprietarius poſſidens ciuiliter fundum ſi turbetur in poſſeſſione ciuili à fructuario, qui poſſidet naturaliter, iudex prohibebit interdicto vti poſſidetis, quominùs poſſideant fundum ſicut alter poſſidet ab altero non vi, non clam, non precario.gl.1.in l.1.C.vti poſſidetis.

Reliqua verbo,Fructus,15.

PROPRIVM melius eſt, quàm commune l.2.cum l.non quaſi.rem pupilli ſaluam fore.

Propria cauſa dicitur alicuius,quando damnum,& lucrum ad eum reſpicit, gloſ. penult.in l.qui ſtipendia,9.C.de procuratoribus.

Reliqua verbo,Nomen.

PRORETA dicitur, qui ſedet in prora:id eſt in prima parte nauis, gl.gubernatore.in l.cotem,11.§.dominus.de publicanis.

PROROGARE diem intelligitur cum omnibus qualitatibus præcedentibus de quibus nihil minuere, vel mutare poteſt,l.Labeo,30.de arbitris.

prorogari non poteſt inſtantia cauſæ principalis vltra triennium,gl.inhibita. & ibi add.marg.in l.2.§.ſi & iudex.de iudiciis.

de Prorogando diem compromiſſi facta promiſſio non facit prorogationem, niſi ſubſequatur prorogatio, l.non diſtinguemus,357.§.dies compromiſſi.de arbitris.

PROROGATIO, quæ fit ex iure ſcripto ad non ſcriptum, fit etiam ex non ſcripto ad non ſcriptum,gl.1.in l.non poſsunt.de legib.

Prorogatio termini facta debitori principali non liberat fideiuſsorem à fideiuſſione,l.ſi vnus.§.ſi cum reo.de pactis.

Prorogatio iuriſdictionis poteſt fieri in iudicem etiam ignorantem, qui credebat ſuam iuriſdictionem eſse,licèt verè nō eſset,ſi non fuiſset prorogata per partes,l.2.& ibi add.marg.de iudiciis.

in Prorogatione iuriſdictionis non requiritur conſenſus iudicis, nec ſcientia: ſed ſufficit conſenſus partium,dict.l.2.§.conuenire.

Prorogatio iuriſdictionis de tempore ad tempus rectè fit, & quandoque de perſona ad perſonam,& quandoque de re ad rem, & debet fieri conſenſu iudicis, & partium,† gl.inhibita,in d.l.2.§.ſi & iudex.

in Prorogatione iuriſdictionis de tempore ad tempus requiritur conſenſus etiam iudicis,d.gl.inhibita.

Prorogatio termini facta circa ſortem principalem intelligitur facta cum omnibus qualitatibus,& ſic non ſolùm intelligitur prorogata ſors:ſed etiam vſura,& alia acceſſoria,l.ecta.§.ſed cùm ſortis.ſi certum petatur.

Prorogatio actus inualidi nulla eſt,l.legata inutiliter,19.legat.1.

Prorogatio termini ſi ſit facta, antequàm pœna ſit commiſſa, facit quod pœna non committatur, licèt in primo termino opus promiſſum non fiat:ſed ſi facta eſt prorogatio termini,poſtquam pœna eſt commiſſa, eam non tollit,neque extinguit,cùm ſtipulatus,113.& ibi.add.marg.de verb.oblig.

Prorogatio iuriſdictionis de loco ad locum rectè poteſt fieri l.quæro,110.& ibi add.marg.de ſolutio.

Prouiſio facta fauore alicuius perditur propter dolum eius,l.2.§.verba itaque,ad Velleian.

Prouiſio facta in caſib.ſeparatis porrigitur ad eoſdem caſus ſimul concurrentes, l.ſi ita ſcriptum.de liberis,& poſthum.

Prouiſio facta in vno caſu porrigitur ad alios caſus ſibi ſimiles, l. Gallus. §. & quid ſi tantum.eod.

Prouiſione hominis intelligitur receſſum à prouiſione ſpeciali legis, gl.non eſt. in add.in l.4.§. ſi ex conuentione. de re iudic. l. & habet .§. cùm quis. de precario.

Prouiſio dicitur ex ſcientia, vel ſcriptura facta. gloſſ. prouiſione. in l.2.Cod.de epiſcopis.

Prouiſio hominis tollit prouiſionem legis naſcituram : ſed non natam,gl.4.in l. ſi.de pactis conuentis.

PROVT dictio,ponitur limitatiuè,quãdo per eam dictionẽ adiicitur aliquid de futuro,& iſta limitatio eſt circa tempus,& qualitatem, gl.prout.in extrauag. ad reprimendum.quomodo in læſæ maieſtat.crimine.

Prout dictio ponitur ſimilitudinariè, quando per illam condictionem adiicitur aliquid,quod eſt diuerſum ab eo,quod poſitum eſt in primo, quando ea dictio reſpicit idem : & tunc ſi per eam adiicitur aliquid præteritum, & de illo conſtat,tunc intelligitur limitatiuè : ſed ſi de illo præterito non conſtat, tunc in dubio, intelligitur poni cauſaliter : & hoc verum eſt in legibus priuilegiis, ſententiis, & contractib.ſecus in confirmatione, quæ fieret ſine cauſæ cognitione,& tunc intelligitur conditionaliter.ibid.

PROXENETA tenetur ad reſtitutionem vſurarum,qua debitor ſoluit creditori, perinde ac ſi ipſe recepiſſet, l.fi.& ibi.add.mar.in l.ſi ſciente.ad leg.Pomp. de parric.

Proxeneta eſt ille,qui inquirit voluntates aliquorum,vel ad munera, vel ad contractus, vel ad amicitias faciendas, vel ad ſimilia, & conſtituitur ei ſalarium extraordinarium,l.fin.de proxenetis.& gl.1.in rub.de proxenetis.

Proxeneta ſi interuenerit faciendi nominis cauſa non tenetur quaſi mandator: quia magis monſtrat nomen,quàm mandat : quamuis laudet nomen, & accipiat aliquid nomine ſalarij,niſi dolo,& caliditate creditorem circumuenerit, quo caſu tenetur dolo, & lata culpa, l.2.& ibi.gl.pe.de proxenetis.

Proxenetarum ſalarium ſordidum eſt,cùm petitur vltra modum, qui debet æſtimari,l.fi.& ibi.gl.1.eod.

de Proxenetarum ſalario conſtituendo præſes debet ita cognoſcere, vt in eius conſtitutione debeat ſeruare modum & quantitatis, & negotij, in quo opera ſua functi ſunt,& miniſterium accommodauerunt,d.l.fi.

Proxeneta,ſiue mediator ferre poteſt teſtimonium, volente vtraque parte, non aliàs.gloſſ. adnumeratorem. in §. quòd ſi etiam.in auth. de inſtrum. cautela. col.6.

Proxenetæ dicuntur mediatores, qui explorant vtriuſque partis voluntatem in multis conſiſtit eorum officium, gloſſ. prohibitione.in §. quoniam verò. in auth.de teſtib.col.6.

Proxenetæ ſiue accipiant pretium,ſiue non accipiant,non poſſunt cogi dicere teſtimonium, niſi vtraque parte conſentiente d.§. quoniam.& ibi.gloſſ.prohibitione.

Proxeneta volens admittitur ad teſtimonium altera tantum parte volente : ſed neutra parte volente non admittitur etiam volens, d.§.quoniam.& ibi.gloſſ. legem.

Reliqua verbo,Adnumerator,Mediator,Abeſſe,3.

PROXENETICA dicuntur ſalaria, quę dantur proxenetis, gl. in rub. C. de ſponſal.gl.1.in l.1.de proxenetis.

Proxenetica licito iure petuntur officio iudicis, & extra ordinem, d. l. 1.& ibi. gloſſ.fi.

PROXIMATVS ſacri ſcrinij eſt dignitas, gloſ. 1. in l. 1. C. de proximis ſacri ſcrinij.lib.12.

PROXIME protextarij accedere eum dicimus, qui puberem ætatem ingreſſus eſt,l.deinde.§.fin.de liberis exhib.

Reliqua verbo,Prætextatus.

PROXIMIOR intelligitur tempore mortis, ſi nullum ſit conditum teſtamentum : aliàs proximior intelligitur eo tempore, quo teſtamentum factum deſtituitur,l.2.§.proximum.& ibi.gl.proximum.de ſuis,& legitim.hered.§.proximus.Inſt.de legitima agnatorum ſucceſſione.

PROXIMVS dicitur is,quem nemo præcedit:& is dicitur vltimus,quem nemo ſequitur:& interdum dicitur idem primus, & poſtremus,qui ſolus occurrit,l. 2.§.legitima.de ſuis & legitim.& l.proximus.92.de verb.ſig.& gl.pe.in auth. defuncto.C.ad Tertullian.gl.proximis.in §.ſi igitur.in auth.de heredib.ab inteſt.venien.

Proximus poſt filium dicitur inter quem & filium, nullus eſt medius, licèt poſt illum nullus alius ſequatur, gl.à filio poſthumo.in l.cùm quidam, 30.§.1.de acquir.heredi.

Proximus, & primus dicitur etiam is,qui ſolus eſt, & qui neminem antecedit,l. qui duas.de rebus dubiis.glo.1.in add.in principio Inſt.ad.Tertullian.l.proximi.155.de verb.ſig.gl.partem.in c.1.§.1.de ſucceſſione.feudi.

Proximus dicitur etiam is, qui ſolus eſt, quamuis proximus propriè dicatur ex pluribus.l.1.§.proximus.vnde cognati.

Reliqua verbo,Vicinus.

PRVRIGINOSVS dicitur ſcabioſus, qui ardorem carnis patitur, gl.2.in l.3. de ædilitio edicto.

PTOCHIVM dicitur locus, in quo recipiuntur mendici, ac inopes.§. emphyteoſim.in add.marg.in auth.de non alienandis.col.2.

PTOCHOTROPHIVM dicitur locus,in quo pauperes, & infirmi paſcuntur, gl.& totius in auth.de non alienandis.col.2.& gloſ. Ptochotrophium. in l.illud.12.C de ſacroſanct.Eccleſ.

PVBES,vel impubes an ſit, nõ probatur per aſpectum:rectè tamen poſſunt probari anni.gl.probandum.in l.de ætate.de minorib.

Pubes dicitur tam adultus, quàm maior 15.annorum, l.pe.& ibi.gl.1.de curatorib.furioſ.

Pubes:id eſt maior xiiij.ann.cõſtitutus in patris poteſtate,perinde poteſt obligari,ac ſi fuiſſet paterfa.excepto Macedoniano, & voto.l.fi.§.1.& ibi.gl.ſolet.de verb.oblig.

Puberes cenſẽtur mares poſt xij.annos:fœminæ poſt xiiij.annos impletos, l.fi.C. quando tutor,vel curator.

Reliqua verbo,Teſtari,Teſtificari.

PVBERTAS in maſculis dicitur poſt xiiij.ann.in fœminis poſt xij.an.quo tempore dicuntur vitipotentes,gl.à decimooctauo. ad med.in extrauag. hac edictali. de pace tenenda inter ſubditos. §. noſtra autem.Inſt.quibus mod.tutela fini.

Pubertas plena dicitur in maſculis in xviij.anno:in fœminis in xiiij. anno : ſcilicet quantum ad alimenta relicta vſque ad pubertatem, ibi. & in §. minorem.& ibi.gl.in decimooctauo.& ibi.add.Inſt.de adoptio.

Pubertas ſpeciali iure fauore alimentorum intelligitur in maſculis vſque ad 18. annum : in fœminis vſque ad 14, ſic & aliàs intelligitur vſque ad 27.annos,l. nulla.& ibi.gl.non ſic.de aliment.& cibar.

Pubertas plena dicitur xiiij.ann. plenior xvij.annorum, in qua poſtulare poteſt: pleniſſima in xviij.annorum,vt in adoptione,& impuberib.quib.relinquuntur alimenta,gl.plena.in l.arrogato.de adoptionib.

Pubertas olim in maſculis iudicabatur non ſolùm ex annis:ſed etiam ex aſpectu, & corporis habitudine.§.pubertatem.Inſt.quib.mod.tutel.finitur.

Reliqua verbo,Aſpectus,Aetas.

PVBLICANVS dicitur,qui publico fruitur, gl.publicanus.in l.ſi quis ab alio. 1
de calumniator.

Publicanus dicitur, qui eſt poſitus ad exigendum publicos reditus, ſiue exigat immediatè pro fiſco,ſiue immediatè pro ſe:ſed aliquid ſoluit pro fiſco, à quo conduxit,vel emit,l.1.§.1.& ibi.gl.pendant.de publicanis.

Publicani dicuntur omnes, qui à fiſco,vel ciuitate aliquid cõducunt.d.§.1.& ibi. gl.à fiſco.

Publicanus in Euangelio ſumitur pro publicè peccante, ibi. ſit tibi tanquam ethnicus,&c.gl.nomen.ibid.

Publicani habent nomen publicanorum à publico,eò quòd exigunt publicos reditus.d.§.1.

contra Publicanos edictum ſpeciale propoſuit prætor, vt eorum prauitatem cõprimeret,& ne rideretur negligere ea,quæ ipſi faciebant, etiam ſi aliis remediis eſſet prouiſum de furtis, & de damnis datis à publicanis,vel eorum familia,d.l.1.§.dixerit.& ibi.gl.bene.

de Publicanis edictum mitiùs punit publicanum rapientem,vel furem,quàm faciat actio vi bonorum raptorum,vel actio furti,d.§.dixerit.

Publicano per edictum de publicanis datur facultas reſtituendi vi arreptum vſque ad ſententiam:quòd ſi reſtituat,omni onere exuitur,& pœnali actione ex hac parte edicti liberatur,quod non eſt in actione furti,& in actione vi bonorum raptorum,d.§.dixerit.& ibi.gl.arreptum.

contra Publicanos omiſſo edicto de publicanis poteſt agi generali actione vi bonorum raptorum iniuriæ,damni, vel furti,d.l.1.§.vnde quæritur.

contra publicanum,qui egit edicto de publicanis, non poteſt agere contra eundem actione vi bonorum raptorum, furti in eo, quod excedit.† reprob.gloſſ poſſe.ibid.

Publicanus ex edicto de publicanis tenetur de rapina, vel furto ſuorum ſeruorũ, 2
& eorum,qui in ſua familia ſunt & etiam eorum, qui non ſunt de ſua familia, dummodò ſibi in eo vectigali miniſtrent.d.l.1.§.familiæ.

publicanus ex edicto de publicanis non tenetur de rapina, vel furto ſerui,qui nõ eſt conſtitutus in familia,quæ publico vectigali miniſtrat.ibid.

Publicanus ſi non exhibeat ſeruos præpoſitos miniſterio vectigalis, tenetur ſine noxæ deditione in ſolidum edicto de vectigalib.propter eorum rapinam, vel furtum factum in illo miniſterio, etiam ſi eos non habeat in poteſtate, nec exhibere poſſit, nec licèt ei defendere,cùm ſi exhibuiſſet,noxali actione teneretur,d.l.1.in princ.& in §.fi.

Publicani debent habere ſeruos bonos ad miniſterium vectigalium, & ideò ex eorum delicto facto in illo miniſterio conueniuntur quaſi ex ſuo maleficio, l.3.& ibi.gl.bonos.eod.

Publicani omnes tenentur ex facto familiæ, licèt illa familia non ſit in dominio omnium:ſed tantum vnius,d.l.3.§.quod ait.

Publicani ſeruus præpoſitus miniſterio vectigali ſi in eo rapuit, poteſt actor petere ſibi exhiberi ſeruum, quem, vel quos aut deſiderat exhiberi, aut etiam omnes,vt poſſit dignoſcere, qui ſint : & ſi ſibi non exhibeantur, poteſt agere contra publicanos in ſolidum,d.l.3.§.ante.

Publicanus ex facto plurium ſeruorum tenetur,ac ſi vnus feciſſet,d.l.3.§.fi.

contra Publicani heredem datur actio ex edicto de publicanis eatenus,quatenùs ad eum peruenit,l.4.eod.

Publicanus ſi rem ſurreptam reſtituit ante ſententiam, liberatur à pœna edicti de vectigalibus.l.hoc edicto.5.eodem.

Publicanus publicè, vel priuatim illicitè per vim compulſiuam, aut ablatiuam 3
exigens,punitur in duplum ex edicto de publicanis computata in eo re,quam abſtulit:poteſt etiam is,qui per vim ablatiuam extorſit,conueniri vi bonorum raptorum in triplum præter rem, quam abſtulit, & etiam puniri extra ordinem,l.locatio,9.§.quod illicitè.& ibi.gl.per eum.& gl.reſtituitur.eod.

Publicanus non poteſt remittere alicui vectigalis ſolutionem pro tempore futuro alterius conducentis vectigalia:prodeſt tamen talis remiſſio,quoad hoc,vt non incidat in pœnam,d.§.quod illicitè.& ibi.gl.alius.& ibi.add.

Publicanorum factiones,& conſpirationes in malum quantæ audaciæ,& quantæ temeritatis ſint,nemo eſt, qui neſciat : & ideò prætor ad compeſcendam eorum audaciam edictum de publicanis introduxit,l.quantæ,12.cod.

Publicanorum familia ſi furtum, vel damnum per iniuriam feciſſe dicatur,ſi nõ exhibeantur ſerui,ad quos ea res pertinet,in dominum in ſolidum ſine noxæ deditione datur actio ex edicto de publicanis.ibid.

Publicani dicuntur,qui publica vectigalia habent conducta, d.l.quantæ.§.publicani.& l.eum,qui vectigal.16.de verb.ſignifi.

in publicanorum edicto familiæ nomine continentur non ſolùm ſerui proprij ipſorum publicanorum:ſed etiam alien, ſiue bona, ſiue mala fide ſeruiant eis, & etiam liberi homines,quos propoſuit publicanus, & habet eos ad illud miniſterium

sit,vel non, l.de pretio. 10. eod.
Publiciana competit siue emptori tradita sit res, siue emptoris heredi. l. siue autem.eod.
Publiciana datur ei,qui rem apud se depositam,vel sibi commodatam,vel pignori sibi datam emit;quia pro tradita accipienda est res,si post emptionem apud eum remansit.ibid.
Publiciana datur ei,qui traditam sibi rem posteà emit. ibid.
Publiciana competit ei,qui emit hereditatem,quæ sibi tradita est. ibid.
Publiciana non habet locum in his,quæ vsucapi non possunt,vt in furtiuis, & in seruo fugitiuo.l.siue autem,11.§.si duobus.de publiciana in rem.
Publiciana competit ei,qui bona fide accepit res, quæ vsucapi possunt in præiudicium priuatorum , licèt non vsucapiantur in præiudicium fisci.gl.non possunt.ibid.
Publiciana peti possunt seruitutes,quæ non habent perpetuam causam,licèt illę non vsucapiantur,d.gl.non possunt.
Publiciana competit ei,qui in facto errans emit à pupillo rem eius,cuius alienatio est inhibita sine decreto. ibid.
Publiciana datur ei,cui tradita est res,quando ego emi, & mea voluntate animo donandi alij tradita est res,l.si ego emi,13.eod.
Publiciana mihi datur,quãdo ego emi;& alij,vt procuratori meo dare iussi: procuratori tamen non potest dari Publiciana,cùm titulum nõ habeat.d.l.si ego. & ibi gl.1.
Publiciana habet locum pro seruitutibus realibus & personalibus d. l. si ego emi. §.1.
6 Publiciana datur pro vsufructu tradito ab aliquo in fundo , qui suus non erat. ibidem.
Publiciana peti potest partus ancillæ furtiuæ,qui apud bonæ fidei emptorem cõceptus est,etiamsi à bonæ fidei emptore possessus non sit,vt quia peperit apud alium bonæ fidei possessorem,d.l.si ego emi.§.partus.& ibi gl.possessus.
Publiciana non datur heredi furis ; quia vitiorum defuncti successor est. d. §. partus.
Publiciana datur mihi pro partu ancillæ,quæ mihi ignoranti donata fuit , & illa apud me concepit , & peperit,etiam si eo tempore,quo experiar, furtiuã matrem sciem,† d.§.partus.& ibi gl. ignorans.
Publiciana sine possessione quandoque competere potest alicui,sicut in tigno dirutæ domus,d.gl.possessus.ibid.
Publiciana competit emptori,donatori,vel alij singulari successori pro partu ancillæ furtiuæ,quæ titulo emptionis, donationis, vel alia iusta causa bona fide ad eum peruenit.d.§.partus.& ibi gl.Iulianus.
Publiciana peti possunt ea,quæ accidunt ædificio empto,vel sunt de re empta,d. l.si ego emi. §.fi.
Publiciana potest peti,quod per alluuionem fundo accedit , si ipse fundus potest peti Publiciana;secùs si non possit peti.d.§.fi.
Publiciana peti possunt partes statuæ emptæ adiunctæ per ferruminationem , si fuerint resoissæ;secùs si per applumbaturam fuissent adiunctæ , & hoc quando ipsa statua publiciana peti potest,d.§. fi.
Publiciana competit emptori areæ,& insulam posteà in ea ædificanti,eadem ratione competit ementi insulam,si posteà illa ad aream peruenerit.d.§.fi.
Publiciana peti possunt iuncta domui,licèt domus rei vendicatione petatur: alluuio tamen,quæ accedit fundo,semper eadem actione cum fundo,cui accessit,peti debet,gl.quod tamen.ibid.
Publiciana ex sua persona competit ei , cui ex Trebelliano hereditas verbo restituta est , etiamsi possessionem nactus non fuerit , l. cùm sponsus, 24. §. fin. eodem.
Publiciana pro vectigalibus,& aliis prædiis, quæ vsucapi non possunt , competit ei,cui bona fide tradita sunt,d.l.cùm sponsus. §.in vectigalibus. eod.
Publiciana competit ei , qui superficiariam insulam bona fide à non domino emit.ibid.
Publiciana non datur pro his rebus , quæ propter rei , vel personæ vitium non possunt vsucapi ; idem etiam est in re inalienabili , gloss. non possunt. ibidem.
Publiciana non competit pro rebus alienari prohibitis à lege, vel constitutione, d.l.cùm sponsus.§. fi.
Publiciana non datur pro rebus sacris,& aliis similib. in alienabilibus nec pro re donata marito ab vxore,vel econtrà,gl.lex Iulia.ibid.
Publiciana competit emptori etiam per vnius anni vsucaptum, §. fi.
Publiciana competit etiam pro parte rei emptæ,etiamsi emptor per momentum possederit rem emptam à non domino.ibid.
Publiciana competit pro his rebus , quas quacumque iusta causa nacti fuerimus, l.quæcumque,15.eod.
Publiciana sine possessione competit alicui pro iniunctis domui:competit etiam heredi,& bonæ fidei possessori,gl.nacti.ibid.
Publiciana non datur creditori,vel ei,qui precario rogauit pro pignoratitia, vel precaria possessione iusta;quia illi eo animo non acquirunt possessionem , vt credant se dominos esse.d.l.quæcumque.§. 1.
Publici mihi competit pro re,quam seruus, dum in fuga erat,emit à non domino,licèt possessionem rei traditæ ego nactus non sim.l.si seruus,17.eod.
Publiciana trãsit ad heredem,gl.munitus.in l.si quis emptionis,8.§.quòd si quis. C.de præscriptione 30. vel 40.
Publicianam potest intentare , qui in rei vindicatione succubuit, † gl.supererit. in l.minor,39.§.si seruus,de euictio.

Reliqua verbo, Actio, 212. Sententia, 15.

7 PVBLICIANA non datur contra dominum,gl.persona.in l.sed & si. §. item si rem.de petione heredit.
Publiciana quandoque contra dominum dari potest,gl.pe.in l.si culpa.63.& l. si à Titio,72.& ibi gl.fi.de rei vindicatione.
Publiciana competit contra dominum , quando possessor , & petitor habuerunt causam ab eodem,vel possessor à petitore,d.l. si à Titio.
Publicianam repellit exceptio dominij.l.pe. & vlt.de publiciana in rem.
Publiciana non datur contra dominum:quoniam non est inuenta Publiciana, vt res vero domino auferatur:sed vt potiùs is,qui bona fide emit,possessionémque eius ex ea causa nactus sit,rem habeat,quàm alius,qui non sit dominus,d. l.fi.& ibi gl.fi.
Publiciana contra dominum datur ei,qui missus est in poss. ex causa damni infecti,& ei,cui datus est seruus pro noxa; datur etiam contra eum,qui non dominus vni vendidit,deinde factus dominus alteri vendidit,d.gl.fi.
Publiciana datur dontra dominum etiam qui emit à non domino : deinde conuentus à domino fuit ab eo absolutus,& posteà ad dominum possessionem redijt,poterit contra eum agere Publiciana.ibid.
Publiciana regulariter non datur contra dominum ; datur tamen speciali iure contra dominum possidentem seruum,quem bonæ fidei possessionem pro noxa dedit damnum passo,l.& generaliter.§.& profuturam.de noxalibus.
Publiciana non datur contra dominum:quia remouetur exceptione iusti dominij:quandoque tamen speciali iure datur,l.mandatum.57.& ibi gl.acturum,& gl.cognita.mandati.
Publiciana non potest agere,qui habet dominum,gloss. 1.in l.si ab eo. 18.de pignoribus.
Publiciana datur quandoque contra dominum,& non dominus præfertur domino;regulariter tamen est contra,l.2.& fi.de exceptione rei iudic.gl.intelligãtur.in l.apud.§.si à Titio.de doli mali exceptione.
Publiciana datur contra dominum ei , qui emit à non domino qui posteà vero domino successit,& ad eum possessio rediit. gl. dicit. ad med. in §. namque si cui.Inst.de actio.
Publiciana datur contra dominum ei , qui rem à non domino emit,& posteà verus dominus voluerit vendicare ab emptore , qui fuit absolutus , & posteà ad eum possessio rei emptæ rediit,agere potest emptor Publiciana contra dominum,& si is excipiat de dominio,replicabit emptor,quòd quandoque eo agẽte fuerit absolutus.ibid.
Publiciana datur cõtra dominũ ei,qui egit noxaliter contra bonę fidei possessorem serui,& ille dedit ei seruum pro noxa,& tunc habens seruũ pro noxa siue conueniatur à vero domino,siue a domino possidente, si ipse agat publiciana, obtinebit. ibid.
Publiciana datur contra dominum ei,qui fuit missus in possessionem vicinæ domus,quam aliquis bona fide possidebat possessore non cauente , & posteà verus dominus inueniatur possidere.ibid.
Publiciana datur contra dominum ei,qui rem possedit,& eam non dolo:sed culpa desiit possidere , & sic præstitit litis æstimationem tantum secundum ius vendicandi , si posteà res ad dominum redeat , contra illum dominum possidentem poterit agere Publiciana,† d.gl.dicit.ad fi.
Publiciana datur contra dominum,etiam quando tu me mandantem rem meam vendidisti , sed me prohibente tradidisti emptori , Publiciana vel exceptione defenditur,prætereà etiam contra me dominum Publiciana potest agi.ibid.
Publiciana non datur ei , qui dominus factus est per vsucapionem , aut per traditionem rei , sed tunc ei competit directa rei vindicatio. gloss. dominus. ibidem.
PVBLICVM dicitur illud , quod omnibus patet , l. 1. §. pen. de suspectis tutor. 1
Publici appellatio in compluribus causis ad populum Romanum pertinet , non ad alium populum,l.eum,qui vectigal,16.de verb.signifi.
inter Publica habent sacra,nec religiosa,nec quæ publicis vsib.sunt destinata , vt theatra,& stadia,l.inter publica,17.eod.
Publica strictissimè dicuntur,quę in patrimonio alicuius ciuitatis sunt,bona,seu peculia seruorum ciuitatis , & molendina ciuitatis , quæ non sunt in publico vsu:sed sunt vt molendina priuatorum,d.l.inter publica.& ibi gl.3.
Publica res non possunt alienari,nec vsucapi,nec legari.d.gl.3.
Publica loca nullo temporis curriculo præscribi possunt,gl.centum.in l.vt inter diuinum,19.C.de sacrosanctis.
Publici nomen accipitur pro domibus sacris:aliquando aliter sumitur,gl.5. in l. acceptam,19. C. de vsuris.
Publicum esse dicitur illud,quod in porta alicuius Ecclesiæ ponitur , adeò quòd nulli licet ignorare.§.licentiam.in auth.quomodo oporteat episcop. & §.pe. & ibi add.marg.in auth.vt iudices sine quoquo suffr.
Publica vtilitas præferenda est priuatorum contractibus. l. 3. Cod. de primipil. lib.12.
Publicum certamen dicitur , quod gratia publicæ lætitiæ fit,vt ludus graticulorum.& ludus torneamentorum,gl.in publico.in l.qua actione.§.si quis in colluctatione.ad legem Aquil.
Publico potest ab vno præiudicari si non fiat collusio:secùs si fuisset in mora ante interitum,gl.ex causa.in l.eum,qui. 30.de iureiur.
Publicorum locorum nullum est nobis commercium,l.sed Celsus,6.& ibi gl. 1. de contrahend.emp.
Publica loca dicuntur,quæ non in pecunia populi,vt molendina communia: sed illa,quæ in publico vsu habentur.ibi.
Publica vtilitas quando discordat cum priuata,præfertur publica,siue afferat suã vtilitatem in quolibet particulari,siue non,gl.& reipub. & ibi add. marg.in l. 1.solut.matr.
Publica vtilitas infringi non debet , gl. vocabulo. in l. si ita scriptum, 46. de legat.1. 2
in Publico loco potest quis authoritate principis ædificare , si sine incommodo cuiusquam id fiat,l.fluminum,24.de damno infecto.
in Publico ædificans superioris authoritate ad priuatam vtilitatem tenetur satisdare de vitio operis, sed ædificans ad publicam vtilitatem non tenetur satisdare,sed competens iudex pro indemnitate aditur,ibid.
Publica loca differunt à rebus vniuersitatum,gl. 1. in l.si in publico.de aqua pluuia arcenda.
Publica loca non sunt in bonis alicuius,gl.nisi dominus.ibid.
in Publico nata insula publica esse debet,l.pe.fi.§.de acquir.rerum dominio.
in publico natum , vel inædificatum publicum est , quod verum est non solùm quando id,quod nascitur , venit à natura,sed etiam quando ex accidenti, d. l. pe.in add.marg.& in §.fi.

Pupillus fictione iuris dicitur nihil ſcire, gl. non videtur. in l. qui iuraſſe, 26. eodem.

Pupilli cauſa alia eſt, & alia furioſorum in negotiis contrahendis, gl. marg. in fin. in l. incendium, 9. de condictione indebit.

Pupillus ſine tutore recipiens pignus, non tenetur pignoratitia. niſi ſit factus locupletior, gl. 1. in l. pupillo, 38. de pigno. act.

Pupillus in recipiendo, vel dando pignore vt poſſit conueniri pignoratitia, neceſſaria eſt tutoris authoritas, d. l. pupillo. & ibi gl. fi.

Pupillus creditor ſi conſenſit venditori pignorum, nõ liberatur pignus, niſi præſente tutore authore conſenſerit, aut ipſe tutor, ſi commodi aliquid eſſe exiſtimauerit, vel ſatisfactum ſit ei, l. ſi conſenſus. quibus modis pignus.

2 à Pupillo ſine tutore non poteſt exigi cautio damni infecti, gl. fi. in l. ſi dictum. §. fi. de euictio.

Pupillus non tenetur probare fideiuſſores pro tutore datos, cùm accipiebantur, idoneos non fuiſſe; hoc enim incumbit probare his, quorum officij fuit prouidere, vt pupillo idoneè caueretur, l. non eſt, 11. de probatio.

Pupillus ex perſona ſua habet directam; ſed ex perſona tutoris vtilem, gl. 1. in l. quoties. 10. de admin. tutorum.

Pupillus heres teſtatoris eadem eſt perſona cum defuncto quantùm ad actiones hereditarias; obligatio verò, qua tenetur tutor, non eſt hereditaria, gl. fi. & ibi add. marg. in l. quiplures, 42. eod.

Pupillo abſenti ſi ego vendiderim, aut locauerim aliquid, valet locatio, vel venditio; ſi pupillo præſenti tutor authoritatem præſtiterit, l. obligari, 9. §. fi. de auth. tutorum.

Pupillus poteſt tutore authore actionem cedere, gl. 1. in l. poteſt. 18. eod.

Pupillo magis expedit rem ſuam ſaluam fore, quàm tabulas cautionis habere, l. ſuſpectus. de ſuſpectis tutorib.

Pupilli fundo non poteſt ſeruitus imponi, nec poteſt per pactum remitti, l. 3. §. ſimili. de reb. eorum. qui ſub tutela.

Pupillus ſi vult pignus repetere, quod tutor obligauit pro pecunia, quæ conuerſa eſt in vtilitatem ipſius pupilli, vt quia ſoluta fuit creditori eius, repellitur exceptione doli mali, l. ſi pupillorum. §. fi. de rebus eorum, qui ſub tutela.

Pupilla non poteſt contrahere matrimonium cum tutore, nec cum extraneo, dũ eſt pupilla, ſed poſt pupillarem ætatem rectè poteſt cum extraneo, ſed non cũ tutore, l. fi. & ibi gl. fi. de leg. 1.

Pupillus proximus pubertati dicitur, qui ad decimum, & dimidium peruenit: in mare vſque ad xiiij. an. in fœmina verò, quæ octo annos, menſéſque ſex attigit vſque ad xij. ann. gl. ad ſubſtitutum. in addit. marg. in §. non ſolum. Inſt. de pupillari ſubſt.

Pupillus libertus poteſt iurare, & promittere operas, quas ipſe impubes facit, l. vt iuriſiurandi. §. dabitur. & ibi gl. actio. de operis libert.

Pupillos pubertati proximos doli capaces parit Lombardia, & Normania, gl. animum. in l. 4. §. pupillus de vſucapio.

Pupillo ſi fuerit ſurrepta res, ſufficit vt tutor eius, vel pupillus ſciat eam rediiſſe in domum ipſius pupilli, vt purgetur vitium furtiuitatis, d. l. 4. §. de pupillo. & ibi gl. ſi tutor.

Pupillus factus adultus ſi ſe defendat, ſine ſatiſdatione id faciet; ſed ſi alius eum defendat, requirit ſatiſdatio de iudicatum ſoluendo, quod nõ ſufficit, niſi proſequatur defenſionem, l. hæc autem, §. fi. & ibi gl. ſatiſdatio. quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur.

Pupillus ſi ſine tutoris authoritate rem precariò acceperit, tenetur interdicto de precario, quia ſi eam habet, iuſtum eſt, vt eam reddat, vel ſi dolo, vel lata culpa deſiit habere: ſecùs ſi ſine dolo deſijt habere, quia tunc non tenetur, l. fin. §. fin. & ibi gl. fi. de precario.

3 Pupillis per tutorum perſonas ſolet, & debet faueri. l. apud Celſum. §. illa etiam. de doli mali exceptione.

Pupillus recuperat à tutore per actionem tutelæ damnum contingens ipſi pupillo culpa tutoris: ſed damnum ſibi contingens ſine culpa tutoris recuperat per reſtitutionem in integrum contra aduerſarium eius, ſi læſus eſt, l. amiſſi. 53. §. 1. de fideiuſſor.

Pupillus eo ipſo, quòd non ſit factus pauperior, eſt locupletior, in l. pupillo, 47. de ſolutio.

Pupillus, cui etiã ſit tradita res ſine tutoris authoritate ſi perierit ante litis conteſtationem, quandoque quaſi locupletior factus intelligitur, veluti quando neceſſariam rem ſibi emit, quam neceſſariò de ſuo erat empturus. ibid.

Pupillo ſeruus poteſt ſeruire, & ita adimplere conditionem ſine interuentu tutoris, quando ſeruus liber eſſe iuſſus eſt ſub conditione, ſi ſeruierit pupillo, l. ſi ſeruus, 68. eod.

4 Pupilli rem ſaluam fore, & tutelam ſaluam fore paria ſunt, gl. 1. in add. marg. in rub. rem pupilli ſaluam fore.

Pupillus non eſt, qui in vtero eſt, exiſtimatur enim viſcerum pars, & tutor ei datus non tenetur, vt tutor, niſi naſcatur, & tunc gerat, l. non eſt pupillus, 162. & ibi gl. fi. de verborum ſignificat.

Pupillus eſt, qui cùm impubes eſt, deſinit eſſe in patris poteſtate aut morte, aut emancipatione, l. pupillus eſt. 239. eod.

Pupillus quandoque dicitur filius in poteſtate, item ſeruus impubes, ſed non propriè, ſed impropriè. gl. 1. ibid.

Pupillus pati poſſe non intelligitur, l. in eo, quod plus eſt, 111. de regulis iuris.

Pupillus proximus pubertati dicitur capax & furandi, & iniuriæ faciendæ, l. pupillum. 112. eod.

Pupillus infans, vel infantiæ proximus nec nolle, nec velle creditur habere niſi appoſita tutoris authoritate, l. pupillus, 150. & ibi add. marg. eod.

Pupillus quantum ad ſui commodum poteſt nolle, gl. 1. ibid.

Pupillus pubertati proximus, & doli capax etiam in ſui præiudicium poteſt velle, ſi ſit in dolo. ibid.

Pupillus vel adultus cum authoritate tutoris, vel curatoris poſſunt procuratorẽ conſtituere: & talis procurator dicitur legitimè datus, gl. pen. in l. neque tutores. 11. C. de procuratoribus, & gl. 2. in l. 1. C. de actore à tutore, vel curatore dand.

Pupillus, vel adultus cum authoritate tutoris, vel curatoris ſi conſtituant procuratorem in cauſa, debent eſſe tutor, vel curator, vt in alienatione rei † minoris, gl. pen.

Pupillus non poteſt ſine tutore procuratorem conſtituere, & ſententia lata cum tali procuratore contra pupillum non valet, ſed ſi fuerit lata pro eo, tunc valet. gl. pen.

Pupilli intereſt ne ſecreta patrimonij ſui pandantur, l. 2. C. de alienatione pupil.

Pupillus debet probare nomina debitorum initio tutelæ ſuceptæ eſſe idonea. gl. 1. in l. 2. C. arbitrium tutelæ.

Pupillus quandoque prodeſſe non poteſt in contractibus ſine tutoris authoritate, gl. 1. in l. 2. C. de authoritate præſtand.

Pupilli, qui ſe dedit in arrogationem alicui, finitur tutela. l. fi. C. eod.

Pupilli licèt efficiantur adulti lite ſuper tutoris exceptione pendente, tamẽ cauſa propter periculum medij temporis debet terminari ita, quòd ſi appareat ceſſaſſe à tutela per malitiam, teneatur: aliàs non, l. quamquam, 15. & ibi gl. fi. C. de excuſat. tutorum.

Pupillus poteſt creari tribunus militum, l. fi. C. de teſtam. militis.

Pupillus nondum ſtabilem mentem adeptus eſt. ibid.

Pupillus accipiens pecuniam ob rem à ſe vendicam tribus modis dicitur locupletior, vel quia habet eam, vel aliud emptũ ex ea, vel quando talem rẽ emit, quam de ſuo emiſſet neceſſariò: ſed modo perit, gl. 2. in l. fi. Cod. pro emptore.

Pupillus, Eccleſia, & reſpub. quandoque æquiparantur, gl. 1. in l. 1. C. de ſententiis aduerſus fiſcum. lib. 10.

Pupillus poteſt torqueri ſine tutoris authoritate, quam ſupplet iudicis præſentia, † reprob. gl. ne vllam. in add. marg. in §. neque tamen. Inſt. de author. tutorum.

Pupilli ſunt, qui de poteſtate patris impuberes exierunt, vel morte, vel emancipatione, licèt impropriè aliquando dicatur pupillus, qui eſt in poteſtate, gl. 1. in §. pubertatem. Inſt. quib. mod. tutela. 6

Pupillus non poteſt eſſe teſtis in ciuili cauſa: ſed in criminali etiam pubes non poteſt eſſe, niſi ſit maior 20. ann. fallit in crimine maieſtatis, vbi pupillus admittitur, & etiam torquetur, ſi opus ſit, l. inuiti, 19. & ibi gl. fi. de teſtib.

Pupillus proximus pubertati, & doli capax admittitur ad teſtimonium dicendũ: non tamen dicitur per hoc teſtis, ſed faciet aliquod indicium, non tamen vt quæſtio per illud decernatur, d. gl. fi.

Pupillus de eo, quod dedit in pupillari ætate, poteſt pubes factus teſtimonium ferre, intellige de eo, quod viderat, dum erat proximus pubertati, quia tunc potuit aliquid concipere, gl. quæ enim. & ibi add. marg. in l. notionem, 99. §. fi. de verborum ſignifi.

Pupillus ex compromiſſo obligatur naturaliter, cùm fideiuſſor accedat, quod ſecus eſt in aliis iudiciis, gl. 1. in l. 1. de arbitris.

Pupillus compromittendo ſine tutore naturaliter obligatur, vnde fideiuſſor accedere poteſt, gl. peti. in l. ſi pupillus, 40. eod.

Pupillus non poteſt nunciare opus gratia tuendi iuris publici etiam cum authoritate tutoris, ſecùs ſi ſui iuris conſeruandi cauſa, l. de pupillo. de noui operis nunci.

Pupillus carens tutore & iudice, à quo tutorem etiam ad commodum ſuum non poteſt nunciare de rigore iuris: ſed de æquitate poteſt, ſaltem vt habeat effectum interueniente poſteà nuntiatione valida, † gl. rata. ibid.

Pupillus carens tutore ad ſuum commodum poteſt nunciare nouum opus per iactum lapilli, per prætorem: ſed non poteſt ſimpliciter: id eſt verbis ſimplicibus. ibid.

Pupillus non poteſt vendicare rem, quam ſibi tutor accepit de bonis pupillis, & eius pretium in pupilli vtilitatem conuertit, niſi tutori reddat illud pretium, † gl. fi. in l. ſi in emptione, 34. §. fi. de contrahend. empt. & gl. fi. in l. 5. C. de cõtrahend. empt.

Pupillus non poteſt vendicare rem, quam ſibi tutor accepit de bonis pupilli eius pretio in pupilli vtilitatem conuerſo, ſi vſucapta ſit illa ab herede tutoris, d. gl. fi. in d. §. fi. 7

ex Pupilli pecunia empta res non eſt pupilli, & ideò eſt ſibi tacitè obligata pro ſua pecunia, vel ſi velit, poteſt eligere eam per actionem tutelæ, gl. 2. in l. idémque. qui potior in pign.

Pupillus in mora non poteſt conſtitui, niſi tutor cum eo interpelletur, gl. fi. in l. ſi dictum. 56. §. fi. de euictio.

Pupillus debens ſpeciem non poteſt conſtitui in mora, niſi interpelletur cum authoritate tutoris: aut tutor ſolus interpelletur, l. ſed ſi ex ſtipulatu, 24. & l. qui Romæ, 122. §. coheredes. de verb. oblig.

Pupillus pro eo, quod promiſit ſine tutore, non poteſt conſtitui in mora, nec fideiuſſor eius propter illius moram erit obligatus, l. ſi pupillus, 127. eod.

Pupillus ſeruum ſuum manumittere non poteſt ratione ætatis, gl. 1. in l. ſi conſenſit. quibus modis pignus.

Pupillus non poteſt manumittere ſine tutoris authoritate: imò & ſi tutoris authoritate manumittat, debet nihilominùs probare iuſtam cauſam manumiſſionis ad hoc, vt valeat, l. obligari. 9. de author. tuto.

Pupillus infans etiam cum authoritate tutoris, & probando iuſtam cauſam manumiſſionis non poteſt manumittere, gl. ex lege. ibid.

Pupillus tutore authore poteſt manumittere ſeruum apud prætorem, eundémque tutorem. l. 1. de manumiſſis vindicta.

Pupillus maior infante manumittere poteſt ſeruũ coram iudice: tutore ſcilicet authore, ita tamen, vt peculium non ſequatur manumiſſum, ſed infans: id eſt minor ſeptem annorum non poteſt coram iudice, etiam cum tutore, ſicut non poteſt ſubire iudicium, l. pe. & gl. 1. eod.

Pupillus non poteſt ſeruum ſuum manumittere, vt eum habeat tutorẽ: quia hoc eſſet ſibi eligere tutorem, quod non permittitur pupillo propter infirmitatẽ iudicij ſui, l. fi. de manumiſſis vindicta.

Pupillus ſine tutore non poteſt ex cauſa fideicommiſſi manumittere ſeruũ proprium: ſed bene ſeruum ad hoc ſibi legatum, l. ex cauſa, 11. & ibi gl. 1. de fideicommiſ. libert.

Pupillus fructuarius ſine tutore non poteſt conſentire manumiſſioni ſerui fiendæ à proprietario. l. qui fraudem, 27. §. qui, & à quib.

Pupil-

Pupillus potest obligari etiam sine tutore, quando in contractu dolum commisit, vel quando pactum, vel contractus sunt firmati iuramento; quia tunc iuratum reddit eum maiorem, gl. naturaliter. & ibi add. marg. ibid.

in Pupillum non solùm tutori; sed etiam cuilibet datur actio in quantum factus est locupletior, d. l. pupillus.

Pupillus vendendo sine tutoris authoritate non obligatur: sed nec emendo, nisi in quantum factus est locupletior: ille tamen, cum quo contrahit, sibi obligatur, si res erat talis, quam licitum erat ei alienare: secùs si non esset licitum, d. l. pupillus. §. 1. & ibi gl. nec emendo.

Pupillus sine tutore ex nullo contractu potest obligari; potest tamen acquirere sibi stipulando, aut per traditionem accipiendo, etiam sine tutore, l. obligari, 9. eod.

Pupilli etiam si taceant, tutore authore obligantur naturaliter, & ciuiliter: sed sine tutore obligantur tantùm naturaliter, l. impuberes, 13. eod.

Pupilli licèt sine tutore non obligentur, nec in rem suam tutor obligare pupillum possit: tamen receptum est, vt tutori suo pupillus sine tutoris authoritate ciuiliter obligetur ex administratione, l. 1. de contraria tutelæ.

Pupillus, vel pupilla sine tutoris authoritate obligari non possunt, l. more. 8. de acqui. hered.

Pupillus ex pacto non potest alicui obligare se, gl. 2. in d. l. more.

Pupillus proximus infantiæ, nec naturaliter obligatur, gl. non erit. in l. hoc iure, 19. §. pe. de donatio.

Pupillus contrahens cum alio, quàm cum tutore, etiam sine tutore naturaliter obligatur, licèt non sit locupletior: sed si cum tutore, tūc nec naturaliter obligatur, ibid. & l. obligari, 42. & ibi gl. 1. de actio. & obliga.

14 Pupillus, & furiosus obligari possunt etiam sine tutoris, vel curatoris authoritate in obligationibus quæ descēdunt ex re: id est sine consensu partium: veluti quando habens fundum communem expendit aliquid in eo, vel quando pupillus doli capax dedit damnum in eo; quo casu obligantur iudicio communi diuidundo, l. furiosus. 45. & ibi gl. 1. de actio. & oblig.

Pupillus sine tutore promittens obligatur naturaliter, cùm non sit locupletior: & ideò fideiussor accedit, gl. 1. & fi. in l. si pupillus, 127. de verb. oblig. & gl. fi. in l. 1. de nouatio.

Pupillus promittens tutoris authoritate, obligatur naturaliter, & ciuiliter: nō tamen constituitur in mora per interpellationem sibi factam sine tutore, d. l. si pupillus, & ibi gl. fi. & add. marg.

Pupillus tenetur ciuiliter, & naturaliter, quando tutor interuenit, vel factus est locupletior, gl. 2. in l. Marcellus, 26. de fideiussor.

Pupillus non tenetur etiam naturaliter, quando promittit tutori, vel quando est infans, & tunc nec fideiussor potest accedere ei obligationi, quæ nulla est. ibi. & gl. fi. in l. 1. de nouatio.

Pupillus promittens cum tutoris authoritate, obligatur ciuiliter, & naturaliter: sed potest restitui, gl. fi. in d. l. 1.

Pupillo promittente sine tutore, & sic naturaliter se obligante, loco primi fit nouatio, d. l. 1. & ibi gl. fi.

Pupillus sine tutoris authoritate non obligatur condictione indebiti, gl. contraxit. in l. si pupilli, 66. de solutio.

Pupillus potest obligare sine tutore in eo, quod concernit suum commodum, gl. 1. in l. 2. de acceptilat.

Pupillus contrahens cum authoritate tutoris, ciuiliter, & naturaliter obligatur, si sine tutore; tunc si sit infans, vel proximus infātiæ nec naturaliter obligatur: sed si sit proximus pubertati, & locupletior factus sit, tunc ciuiliter, & naturaliter obligatur; sed si locupletior non sit, tunc contrahens cum tutore neutro modo obligatur, nisi alterius tutoris interueniat authoritas; sed contrahens cum extraneo naturaliter tantùm obligatur, siue habeat tutorem, siue nō habeat, ex quo contrahit sine eo. gl. 1. in l. pupillus. 150. de regulis iuris. & gl. 1. in l. 1. C. de inutilib. stipulat. glos. donatione, & ibi add. in §. 1. Inst. quib. modis re contrahitur obligatio.

15 Pupillus doli capax sine tutore naturaliter, & ciuiliter obligatur. d. gl. 1. in add. marg. in d. l. pupillus.

Pupillus sine tutoris authoritate promittens non obligatur, l. 1. C. de inutilibus stipul.

Pupillus in duobus casibus obligatur sine tutoris authoritate: vbi scilicet ex re actio venit, gl. necessaria. Inst. de authorit. tutorum.

Pupillus in his causis, in quib. obligationes mutuę nascūtur: vt in emptionib. locationibus, & similibus, vt obligetur, necessaria est tutoris authoritas: non autem vt obligetur is, qui secum contrahit. §. vnde in his. Inst. eod.

Pupillus maior infante potest alium sibi obligare, etiam sine tutoris authoritate: sed infans non potest alium sibi obligare, §. pupillus. Inst. de inutilib.

Pupillus non potest se obligare alij, nisi sit proximus pubertati, & adsit authoritas tutoris. ibid.

Pupillus proximus infantiæ æquiparatur proximo pubertati quoad obligandum sibi alium: & ita potest ille: sicut proximus pubertati, alium sibi obligare sine tutore. ibid.

Pupillus infantiæ proximus sine tutoris authoritate constituendo se soluturum, nec naturaliter obligatur, sed pubertati proximus obligatur naturaliter: sed non ciuiliter, l. 1. §. de pupillo. & ibi gl. obligatur. de constituta pecunia.

Pupillus fideiubendo pro alio naturaliter saltem obligatur: seruus tamē nec naturaliter, gl. à Titio. in l. in personam. §. 1. de pactis.

Pupillo datur tutor vt eo authore obligetur, gl. pupillus. in l. fi. §. 1. de verb. obligat.

Pupillus præponens magistrum naui sine tutore, non obligatur ex contractu magistri: secùs si cum tutore præposuisset, l. 1. §. exercitorem. & ibi gl. exigimus. de exercitoria.

Reliqua verbo, Impubes, 1.

16 PVPILLVS si fari non possit, vel sit absens, eius seruus debet stipulari rem pupilli saluam fore: sed si seruum non habeat, seruus ei emendus est; & si non sit vnde ematur, debet stipulari seruus publicus, hoc est notarius apud prætorem, l. 2. rem pupilli saluam fore.

Pupillo quando stipulatus seruus publicus, vel alius à prætore datus ad id, non acquirit pupillo ex illa stipulatione directam actionem: sed vtilem sic, l. 4. & ibi gl. 1. eod.

Pupillus, vel infans si fari potest, rectè potest stipulari rem saluam fore, etiam sine tutoris authoritate, & sibi acquirit. l. seruum, 6. & ibi add. marg. eod.

Pupillo absente, aut infante præsente, qui fari non potest, eius seruus stipulari debet rem pupilli saluam fore: sed si pupillus potest stipulari, non necessitatur seruus: sed in eius voluntate consistit. d. l. si seruum. & ibi gl. 1.

Pupilli res licèt sint saluæ in se; si tamen sint penes tutorem, & non restituuntur, committitur contra eum stipulatio rem pupilli saluam fore: quia non videntur saluæ quoad pupillum, l. pe. eod.

Pupillus potest sibi stipulari sine tutore, nisi sit infans. l. 1. & ibi gl. 1. C. de autho. præsta. gl. 1. in l. 1. C. de inutilib. stipul.

Pupillus, & adultus si stipulatus sit aliquid sibi dari, valet stipulatio, nec ei nocet absentia tutoris, vel curatoris, l. neque tutoris. 7. C. de contrahend. & committen. stip.

Pupillus eo ipso quod promittat, verisimile est, quod malè agat. gl. promittant. in principio. Inst. de auth. tutorum.

Pupillus, postquàm fari potest, sibi potest stipulari, obligari autem non potest, si est in patris potestate, etiam si pater authorizet obligationem suam, l. fi. §. 1. de verb. oblig.

Pupillus per stipulationem sine tutoris authoritate non potest actionem sibi cōpetentem nouare, nec tollere, nisi eam stipulationem ratificet, postquàm factus est adultus, l. si pupillus, 9. & ibi gl. 2. de nouatio.

Reliqua verbo, Stipulatus, Impubes, 1.

PVPILLVS si sine tutore contraxit, nec locupletior factus sit, in eius præiudicium ipso iure contractus non tenet; vnde non eget restitutione, l. in causæ, 17. & ibi gl. nec locupletior. de minor. 17

Pupillus non tenetur commodati, etiam si posteà dolum commiserit, quando ab initio commodatum non consistit iure ciuili, vel naturali, vt quia erat infans tempore commodati, vel à tutore accepit commodatum; tenetur tamen ad exhibendum, vel rei vindicatione, l. 1. §. fi. & ibi gl. fi. & gl. 1. in l. 3. commodati.

Pupillus tenetur vtili commodati, quatenùs est factus locupletior, vel si dolum cōmisit, quando commodatum ab initio consistit, saltem naturaliter, vt quia erat proximus pubertati. ibid.

Pupillus si sine tutore contrahat, ipse quidem non obligatur, sed bene obligatur ille, qui cum eo contrahit. l. 1. de rescind. venditione.

Pupillus si sine tutore emit rem, deinde eandem cum tutore emerit, quamuis vēditor iam obligatus fuerit pupillo ex prima obligatione, tamen quia pupillus non tenebatur, rescissa prima obligatione remanet secunda venditio, & hinc inde consistit obligatio, l. si id, quod. eod.

Pupillus si promisit sine tutore, posteà si promittat cum tutore, recisa prima promissione remanet secunda promissio, gl. 1. ibid.

Pupillus si cum tutore emit rem, deinde eandem emat sine tutore, secunda emptione nihil est actum, d. l. si id, quod.

Pupillus si cum tutore emit rem, deinde pactus est sine tutore, & discedatur ab emptione, non valet pactum, & neuter est liberatus. ibid.

Pupillus factus maior potest approbare contractum per tutorem factum, qui de iure non valebat l. pe. C. si res aliena pignori.

Pupillus faciens contractum, cui lex resistit, licèt locupletior factus tenetur ciuiliter, & naturaliter, tamen contractus à principio est nullus, nec producit aliquam obligationem etiam naturalem, & consequenter non potest tractu temporis conualescere, & ideò tunc non potest dici, quòd obligatio descendat ex contractu: sed est fundata in l. nam hoc natura, scilicet neminem debere fieri locupletiorem ex aliena iactura: potest tamen agi tunc ad exhibendū, aut condictione sine causa, gl. datione. in add. in §. 1. Inst. quibus modis re contrahitur.

PVPILLVS habens aliquem intellectum potest solus sine tutore possessionem acquirere, l. 1. §. adipiscimur. de acquir. possess. & l. quamuis. 32. §. final. eodem. 18

Pupillus sine tutore potest acquirere ea, quæ iuris sunt: veluti potest sibi stipulari sine tutore, & etiam vsucapere. gl. eam rem. in d. §. adipiscimur.

Pupillus sine tutore potest acquirere ea, quæ facti sunt: vt est apprehensio possessionis. d. §. adipiscimur. & ibi gl. eam rem.

Pupillus non habens intellectum non potest acquirere possessionem: sed bene posset, si habeat intellectum, licet paruum. † reprob. gloss. licèt pupillus. & ibi add. marg. in d. l. 1. §. cæterùm.

Pupillus potest acquirere possessionem per seruum, etiam impuberem ex sua iussione facta cum tutoris authoritate, d. l. 1. §. pupillus.

Pupillo non quæritur possessio, quam tutoris authoritate seruus pupilli violenter occupauit, † reprob. gl. iusserit. ibid.

Pupillus quamuis sine tutore non obligetur: si tamen ipse conducat nobis, per eum retinemus possessionem, l. quamuis, 32. & ibi gl. 2. eod.

ex Pupilli re extraneus non tutor non acquirit pupillo, nisi in subsidium, l. filiæ intestatæ, 88. de solutio.

Pupillo rectè potest dari omnis res ex quacumque causa ita, vt eius fiat, §. at ex contrario. Inst. quibus alienare licet.

Reliqua verbo, Impubes, 1.

PVPILLVS vbi ali, & morari debeat, solent iudices statuere ex persona, & conditione, & ex tempore, & quandoque recedunt etiam à voluntate patris. l. 1. vbi pupil. educa. 19

Pupillus vt apud substitutum educetur etiam si eius pater in testamento cauit, nihilominùs debet educari apud virum idoneum, eius propinquis præsentib. ex persona conditione, & tempore, arbitrio iudicis eligendum, excluso substituto. d. l. 1. vbi pupillus educari.

Pupillus non debet morari, neque ali apud eum, qui eum occidet propter substantiam, gl. persona. & gl. suspicione. ibid.

Pupillus minor triennio, apud matrem debet ali, gl. ex tempore. ibi. & gl. pe. in l. fi. eod.

Pupillus vt educetur, & alatur sine vlla maligna suspicione debet iudex curā habere, ibi. gl. ex tempore. in d. l. 1.

Pupillus potest prouocare ad diuisionem ex causa, non aliàs. l. 4. de tutelis.

Pupilli duo habentes prædia communia non possunt diuidere illa sine iudicis authoritate: quod procedit, siue habeant eosdem tutores, siue diuersos: quia neuter potest prouocare ad diuisionem: sed ambo debent expectare prouocationem sibi fieri à maiore, l. si pupillorum. & ibi gl. 1. de rebus eorum, qui sub tutela.

Pupillus nullam rem potest alienare, nec possessionem, quæ naturalis est, in aliũ transferre sine tutoris authoritate, l. pupillus, 11. & ibi gl. 1. de acq. rerum dominio.

Reliqua verbo, Emere, 1.23.24. Emptus, 7. Tutor, 72.73.74. vsque 80. Venditio, 11. vsque 4. Curator, 31. Alienatio, 10.11. 12. Pupillaris.

25 PVPILLVS restituitur aduersus vsucapionem cœptam contra prædecessorem pupilli, & completam contra pupillum, etiam non natum, gl. 1. in l. etiam, 46. de minorib.

Pupillus qui tutore authore cœpit possidere, rectè potest vsucapere, l. 4. §. pupillus. de vsucapio.

Pupillus potest vsucapere, etiam si sine tutore possideat, dummodo sit doli capax, & animum possidendi habeat. ibid.

Pupillorum res non possunt vsucapi. gl. fi. in l. 2. C. pro emptore.

Pupillo non currit præscriptio 30. annorum: sed adulto sic. gl. necessaria. in l. 1. §. fuit quæsitum. ad Trebel.

Pupillis etiam non habentibus tutores currit præscriptio quinquẽnij, intra quod de statu defunctorum quæri debet. l. 2. ne de statu defunct.

Pupilli fundo debita seruitus non vtendo non amittitur, † gl. remitti. in l. 3. §. simili. de rebus eorum, qui sub tutela.

Pupillus non potest animo desinere possidere: sed potest desinere possidere corpore. l. possessionem, 29. & ibi gl. 1. de acq. posses.

Pupillus quando vult in alium transferre possessionem, tunc si amittat possessionem naturalem, perdet eam ex voluntate propria, quod nõ potest facere, cùm pupillus ex sua voluntate non possit sibi præiudicare sine tutoris authoritate, d. gl. 1. & ibi add. marg.

Pupillus cùm rem corporaliter exit, tunc naturalis possessio ex pupilli voluntate non amittitur, sed ex iuris dispositione, quo cauetur, possessionem naturalem retineri non posse ab eo, qui ciuiliter, & naturaliter possidebat; vbi is à conspectu rei recessit. ibid.

Pupillus sine tutore non potest perdere possessionem per nunciationem verbo factam. † reprob gl. ratu. in l. de pupillo. de noui operis nunciatione.

Pupilli res vendita à protutore non potest vsucapi; secùs si non erat pupilli, licèt eius putaretur, gl. 1. in l. 2. de eo, qui pro tutore.

Pupillo nihil nocet, etiam si aliquid extrinsecus sua re tutor dolo amiserit, l. 4. quando ex facto tutoris.

Reliqua verbo, Præscriptio, 11.12.13. & 15.16. Vsucapio, 8.

26 PVPILLVS factus maior potest tutoribus, si damnum fecerint, partem damni, vel totum remittere ex causa transactionis: sed non ex causa donationis, l. tutoris, 40. §. ab eo, qui. de adm. tutorum.

Pupillus factus maior potest hodie cum iuramento remittere tutoribus damnũ sibi ab eis datum, etiam ex causa donationis, & valet talis remissio cum iuramento, gl. iuuatur. in add. ibid.

Pupillus non potest liberare vnum ex tutoribus in præiudicium aliorum, gl. 1. in add. mar. in l. ab omnib. 107. de legat. 1.

Pupillus sine tutore non potest liberare suum debitorem, nec se alteri obligare efficaciter, nisi in quantum factus est locupletior, l. si pupilli, 66. de solutio.

Pupillus potest etiam sine tutoris authoritate liberare per acceptilationem, l. 2. de acceptilatio.

Pupillus actionem, quam habet aduersus aliquem, sine tutoris authoritate remittere non potest, l. 2. C. de author. præstanda.

Pupillus cum tutoris authoritate potest debitorem suum acceptilatione liberare, & debitor liberatus, si per errorem iuris, vel facti posteà soluat, repetit: l. 1. C. de acceptilatio.

Reliqua verbo, Tutor, 124.125.

27 PVPILLVS habens tutorem si furere cœperit, remanet nihilominùs in tutela, nec datur ei curator: & si non habeat tutorem, dabitur ei tutor. l. 3. de tutelis.

Pupillus, & furiosus si fuerit quis, non potest habere tutorem, vt pupillus: & curatorem, vt furiosus: sed tantùm debet habere tutorem vt pupillus, d. l. 3. & ibi gl. cùm magis.

Pupillo habenti bona Romæ, & in prouincia, datur tutor vnus à iudice Romano ad administranda bona Romæ constituta, & alius tutor datur à iudice prouinciali pro bonis ibi constitutis, l. pupillo. 28. de tutorib. datis.

cum Pupillo litigaturus non debet petere tutorem ei constitui: sed debet rogare eos, qui petere possunt, vt petant; qui si neglexerint, debet accedere ad iudicẽ, qui decernet legitimè tutorem, vt possit aduersus pupillum litigare, l. 3. §. 1. qui petant tutores.

Pupillus si vnum ex tutoribus gerentem post pubertatem authoritate curatoris liberauerit à mala administratione transigendo aliquo recepto, non potest conuenire alios quondam tutores, qui non gesserunt, l. si pupillus, 46. & ibi gl. 1. de administrat. tutorum.

Pupilli, & eorum successores possunt agere subsidiaria actione contra magistratum, qui sibi dedit tutorem non idoneum. l. 1. §. non tantum. de magistr. conuen.

Pupilli non sunt admittendi indistinctè ad rumpenda legitimè gesta per tutoré; quia aliàs tutores non inuenirent aliquem, qui cum eis vellet contrahere, & hoc pupillis noceret, l. cùm plures. 13. §. 1. de administr. tutorum.

Pupillus habet electionem, vt id, quod tutor gessit in contrahendis nominibus, in totum agnoscere, aut in totum repudiare possit, l. cùm quæreretur, 17. eod.

Pupillus factus maior si à tutoribus non exegit totum, potest reliquum exigere à curatoribus qui non fecerunt sibi reddi rationem, & reliqua, l. tutores, qui. 40. §. pe. eod.

Pupillus non potest à tutore exposcere rationem administrationis negotiorum pupilli, in quo adhuc tutor perseuerat, l. si tutor reipubl. 9. §. si testamento. de tutelis & ratio.

in Pupilli obligatione tutoris authoritas est necessaria. gl. si verò in l. si. de iureiur.

Pupillus tutore authore omnia potest agere, & cuilibet potest obligari etiamsi suum plenum intellectum habeat, secus si nullum, l. in negotiis, 5. & ibi gl. 1. de regulis iuris.

Pupilli possunt etiam sine tutore suam conditionem facere meliorem: sed deteriorem facere non possunt, aliter, quàm cum tutore. §. namque. Inst. de auth. tutorum.

Pupillus sine tutoris authoritate potest conditioni parere, gl. quamuis lucrosa. in l. obligari, 9. §. pupillus. de author. tutorum.

Pupillis si quis amicitia paterna ductus tutorem petierit, vel suspectos tutores postulauerit, aduersus eos nullam habet actionem, l. is, qui. 46. de negotiis gest.

à Pupillo non est exigendum, vt sibi tutorem petat, aut vt ad domũ tutoris proficiscatur, vel quod ad iudicium vadat tempore, quo sibi datur tutor. l. 2. & ibi. gl. fi. de tutelis.

Pupillo succedere volentes, si ei intra annum à morte testatoris numerandum tutorem non petierint, priuantur eius successione, si moriatur in pupillari ætate, secus si factus pubes moriatur, l. sciant. 10. C. de legit. hered.

Pupillis dati curatores non possunt authorare vbi iuris solennitas requiritur, & sic vbi obligaretur pupillus. gl. tutoris & ibi add. in §. neque tamen. Inst. de author. tutorum.

Pupillus condemnato tutore in actione famosa non efficitur infamis de facto, vt quia per tutorem litigat, neque ipse tutor cùm alieno nomine litiget, gl. fi. in l. sed si. §. fi. de in ius vocando.

Pupillus si condemnatus tutore authore ex contractu paterno, cuius hereditatẽ adierat, accepit curatorem, & cum peteretur sententia executioni mandari; curator, vt euitaret executionem, si pupillus abstinuit ab hereditate paterna, à modo non tenetur minor. l. pe. & ibi gl. 1. de autho. tutorum.

Pupillus si egit contra vnum de tutoribus in solidum, & condemnatus sit in solidum in centum, quæ soluit in solidum, facta priùs sibi cessione contra alium non condemnatum, tutor condemnatus soluendo non extinxit actionem sibi cessam pro parte; quia non soluit vt extingueretur: sed vt pretium cessionis. l. cum pupillus, & ibi gl. 1. de tutelis, & rationib.

Pupillo non præiudicat ipso iure sententia lata contra tutorem, qui non cauerat rem pupilli saluam fore, l. 4. C. in quib. causis in integrum.

Reliqua verbo, Authoritas.

PVPILLVS quando agit, curatorem non recipit, nisi volens: sed si conueniatur, cogitur etiam inuitus curatorem accipere: sed non hunc, vel illum: sed erit in electione eius eligere, quem velit, gl. ex constitutione, in l. ait prætor. de minoribus. & l. 3. §. si pupillos. & ibi gl. cogi. de tutelis. 29

Pupillus quando agit, vel quando conuenitur, inuitus non accipit curatorem in litem; cogitur tamen velle, & sic accipere curatorem egentis pignoribus. d. gl. ex constitutione.

Pupillus quandoque curatorem habere potest, l. etiam si patre. §. 1. & ibi gloss. ex causa. de minorib.

Pupillus durante tutela, vel ea finita, si agere vult cum tutore reiuindicatione, debet petere sibi dari curatorem, qui dari debet sibi præsenti. l. 3. §. si pupillus. & ibi gl. vlt. de tutelis.

Pupillo, & minori propter litem, quam quilibet eorum habiturus est cum tutore, vel curatore, datur curator, qui non datur, nisi præsenti, & petenti: sed si nõ petat, cogitur petere, d. §. si pupillus.

Pupillus, vel minor habens plures tutores, vel curatores vno eorum authore potest agere contra alium rei vindicatione, vel ab eo conueniri, nec datur ei tunc curator ad lites, secùs quando nullum alium tutorem habet, d. §. si pupillus. & ibi gl. posse.

Pupillus cogitur accipere tutorem, vel curatorem ad negotia: sed adultus nõ cogitur, gl. cogi. ibid.

Pupillo datur curator, quando legitimus tutor non est idoneus. ibid.

Pupillo habenti tutorem non datur curator, nisi sit absens, sed non habenti dari potest curator. ibid.

Pipillo si simpliciter sit datus curator ad lites, intelligitur ad omnes lites, quas ipse pupillus habet cum tutore, cum quo intendit litigare. l. 3. §. fi. de tutelis.

Pupillo volenti agere cum tutore communi diuidundo, familiæ ercis. aut finium regund. datur curator, qui si indistinctè datus sit, intelligitur datus non solùm quãdo ageret pupillus, sed etiam quando & cum eo ageretur inuicem. l. 4. eod.

Pupillo volenti egere cum tutore si curator ad litem datus sit, quamdiu is curator manet; alius in eandem litem peti non potest, l. cùm semel. eod.

Pupillo si curator datus sit aduersus Titium tutorem, idem curator aduersus etiam alium tutorem potest dari, & tunc ex diuersis causis vnus duorum curatorum locum obtinebit. ibid.

Pupilli quandoque habent curatorem, gloss. 3. in l. 1. de rebus eorum, qui sub tutela.

Reliqua verbo, Curator, 2. 13.14.

PVPILLVS indefensus patitur missionem ex primo decreto, sed non venditionem, gl. 1. in l. contra pupillum, 54. de re iudicat. 30

Pupillus heres patris conuentus ex facto, vel contractu patris, quia pater percepit fructus fundi communis, vel quia in re communi dedit damnum, si nõ defendatur, fit missio, & venditio de eius bonis, quia is, qui nihil contraxit cum pupillo, non debet expectare eius pubertatem, l. 3. & ibi gloss. patris. quib. ex caus. in possessionem eatur.

Pupillus conuentus actione de pupillo, vel de in rem verso ex contractu facto cum suo seruo, si non defendatur, fit missio in possessionem in eius bonis: sed non venditio, quæ debet differri in tempus pubertatis, d. l. 3. §. contractum. & ibi gl. seruandum.

Pupillus conuentus ex contractu facto cum tutore, propter quem datur actio in pupil-

Pupillis non defertur iuramentum, l.iuſiurandum,34.§.pupillus.10.eodem.

Pupillus deferente creditore,qui de mutua pecunia contendebat,ſi iurauit ſe date non oportere:quia non accepit, omnis obligatio per iuramentum tollitur, & ſoluta poſteà pecunia repeti poteſt, & prodeſt fideiuſſori : ſed ſi iurauit ſe date non oportere,vt quia non interuenit tutor in mutuo ſibi facto,tale iuramentum non prodeſt fideiuſſori,qui naturali obligationi acceſſit,qua tenebatur pupillus,l.fi.eod.

Pupillus ſi ſine tutoris authoritate iuſiurandum detulerit aduerſario ſuo , & ipſe iurauerit ſe non debere,pupillo agenti tutore authore non obſtat exceptio iuriſiurandi, niſi tutore authore iuramentum detuliſſet, l.1.quarũ rerũ actio.

Reliqua verbo,Iuramentum,12. vſque 28.

35 PVPILLVS tenetur ex delicto,gl.non tenentur.in l.1.§.fin.commodati.

Pupillus adultus,vel furioſus de dolo ſuorum adminiſtratorum : id eſt tutorum, vel curatorum quandoque tenetur,l.3.§.ſi ſeruus.in add.marg.de tributoria.

Pupillus habens ſeruum tenetur de eo , quod dolo tutoris diminutum eſt peculium ſerui in fraudem creditorum,ſi ipſe tutor ſoluendo ſit:maximè ſi ad eum aliquid peruenit,l.ſumma,22.de peculio.

Pupillum dolum commiſiſſe,vel fuiſſe locupletatum paria ſunt,l.3.§.an in pupillum,& ibi.gl.actio.depoſiti.gl.locupletior.in l.1.§.pupillus.de nego.geſtis.

Pupillus doli capax rem apud ſe ſine tutore depoſitam deteriorem reddens non eſt ſine dolo,& ideò tenetur depoſiti,d.§.an in pupillum.& ibi.gl.actio.

Pupillus doli capax,apud quem ſine tutoris authoritate res depoſita eſt , tenetur depoſiti,ſi dolum commiſit,vel locupletior factus eſt,d.§.an in pupillum.

Pupillus non conuenitur ex dolo tutoris, niſi inquantum locupletior eſt factus, l.Iulianus.§.ſed cùm.de actio.empti.

Pupillus ex dolò tutoris, ſi tutor ſit ſoluendo, tenetur in ſolidum,& vltra quam factus eſt locupletior : ſed liberatur cedendo actionem contra tutorem in id, quod eſt vltra quàm factus eſt locupletior:ſed in quantum eſt factus locupletior ipſe pupillus, tenetur,gl.in reſiduum.ibid.

Pupillus ratione delicti tutoris non conuenitur officio tutelæ finito , niſi factus ſit ex eo locupletior, vel fieri poteſt , vt quia tutor habet , nec pupillo dedit: cedendo tamen actiones contra tutorem liberatur,niſi tutor non ſit ſoluendo, gl.fi.in l.illud quæritur,4.§.ſi impuberis,de euict.l.fi.de admit.tut.

Pupillus pubertati proximus dicitur doli capax , l.heredibus , §.1.& ibi gloſſ.pe. de dolo.

Pupillus quando conuenitur ex dolo, vel culpa tutoris, non admittitur probatio per iuramentum in litem, l.1.quando ex facto tutoris.

Pupillus ex dolo, vel culpa tutoris tenetur , ſi tutor ſoluendo ſit, vel liberatus cedendo actionem,d.l.1.& ibi glo.1.& gl.ſoluendo.in l.1.§.hoc edicto.ne vis fiat ei.

36 Pupillo dolus tutoris neque nocere, neque prodeſſe debet , l. 3. quando ex facto tutoris.

Pupillus ex dolo tutoris non tenetur, niſi quatenùs ad eum peruenit.ibid.

Pupillo dolus tutoris non nocet , cùm ex eius dolo locupletior factus non eſt. ibidem.

Pupillus ex negotiatione ſerui ſui in merce peculiari ſciente ipſo pupillo, & tutore eius, tenetur creditoribus peculiaribus tributoria, id eſt facta contributione de ſe, & aliis creditoribus, & ſi dolo tutoris aliqua non contribuantur: ſed apud pupillum remaneant, tenetur pupillus quatenus factus eſt locupletior.ibidem.

Pupillus tenetur in id, quod ex dolo tutoris , vel etiam ex ſuo commodum habuit ex re depoſita.ibid.

Pupillo nihil nocet, etiam ſi aliquid extrinſecus ſua re tutor dolo amiſerit, l.4. eodem.

Pupillus, vel adultus heres inſtitutus ſi dolo tutoris, vel curatoris omiſerit hereditatem ex teſtamento, & ab inteſtato poſſidet, tenetur legatariis eatenùs, quatenùs hæreditas ei acquiſita eſt ab inteſtato, l. ſi dolo tutoris. 24. ſi quis omiſſa cau.teſtam.

Pupillus , vel adultus heres inſtitutus ſi dolo tutoris , vel curatoris omiſſa cauſa teſtamenti poſſidet hereditatem ab inteſtato cum alio,non tenetur legatariis, niſi pro parte,quam poſſidet.ibi.

Pupillus in nihilum tenetur ex tutoris facto in delinquendo , vel in gerendo,vel non gerendo negotia pupilli:tenetur tamen in ſolidum:etiam ſi tutor non ſit ſoluendo ex facto tutoris in contrahendo:quia tenetur adminiſtrare,gl.1.in l. ſi dolo tutoris.eod.

Pupillus doli capax tenetur de omni delicto præterquàm de delicto carnis,gloſ. contrahat.in l.1.§.hoc edicto.ne vis fiat ei.

Pupillus, vel furioſus ex dolo tutoris , vel curatoris non tenetur , l. is qui in puteum.§.ſi tutoris,quod vi,aut clam.

Pupillus infantiæ proximus non poteſt committere dolum , vel latam culpam: ſed bene proximus pubertati,gl.fi.in l.fi.§.fi.de precario.l.apud.§.quæ in tutore.de doli mali except.

Pupillo poteſt obiici exceptio de dolo commiſſo à ſe , ſi tunc fuit in ea ætate, quæ dolo non caret,aliàs non,d.§.quæ in tutore.

Pupillus doli capax de ſolo dolo tenetur naturaliter , & ciuiliter : item quando locupletior eſt , & tunc fideiuſſores tenentur indubitabiliter : extra hos duos caſus tenetur pupillus naturaliter tantùm,ſcilicet in commodato , & ideò tenebitur fideiuſſor:ſed in depoſito pupillus non tenetur nec naturaliter,niſi ex dolo,gl.pupillum.in l.2.de fideiuſſor.

Pupillus doli capax tenetur depoſiti , ſi quid doli commiſit , vel locupletior factus ſit,gl.depoſitis.in §.vnde in his.Inſtitu.de author.tutorum.

Reliqua verbo,Tutor,123.

37 PVPILLIS ſicut non eſt conceſſa teſtamenti factio:ita nec donationes mortis cauſa ſunt promittendæ,l.1.de tutelis,& rationibus.

Pupillus non poteſt teſtari , nec aliam vltimam voluntatem concedere , gl. permittendæ.ibi.& l.4.C.qui teſtam.facere.

Pupillus non poteſt facere teſtamentum,nec accuſare tutorem ſuum ſuſpectum: ſed bene poteſt adultus,gl.neceſſaria.in l.1.§.quæſitum.ad Trebel.

Pupilla,quæ non poteſt facere teſtamentum , tamen dicitur inteſtata decedere,l. in teſtamento.6.C.de teſtam.militis.

Pupillo vſque ad tempus pubertatis ,vt pater poſſit facere teſtamentum , tria requiruntur:ſcilicet quod ille ſit de liberis, & pupillus , & quòd ſit in poteſtate, gl.3.ibi.

Pupillus licèt ſit tribunus,vel capitaneus militum , non poteſt teſtari, l.fin.Cod. eodem.

Reliqua verbo,Teſtamentum,12.13.14.

PVPILLVS poteſt adire hereditatem authoritate iudicis in defectum tutoris† gl.1.in l.impuberi.de tutorib.datis. 38

Pupillus non poteſt adire hereditatem, vel bonorum poſſeſſionem agnoſcere ſine tutoris authoritate,d.gl.1.

Pupillus poteſt agnoſcere bonorum poſſeſſionem authoritate iudicis in defectum tutoris,† ibi,& gl.1 in l.ſi ad pupillum de auth. tut.

Pupillus ſine tutoris authoritate hereditatem etiam lucroſam adire,vel recipere hereditatem per fideicommiſſum ſibi reſtituendam non poteſt : ſed bene poteſt cum tutoris authoritate : ſed non cum curatoris authoritate,l.obligari,9.§.pupillus,& ibi gl.non poteſt,de author.tutorum.l.more, 8. & ibi gl. 2. de acquir.her.gl. 1.in l.1.C.ſi tutor,vel curator.& gl.1. in l.1. C. de teſtam.tutel.§.neque,Inſti de autho.tutor.

Pupillus tutore authore poteſt repudiare hereditatem ad ſe pertinentem,gl.1.in l.ſi pupillum.de excuſ.tutor.

Pupillus non poteſt fundum legatum repudiare ſine iudicis authoritate : quia hæc repudiatio dicitur alienatio,cùm ea res ſit pupilli,l.magis. §.fundum.de rebus eorum, qui ſub tutela.

Pupillus quando eſt infans, poteſt ſolus tutor adire hereditatem infanti delatam,gl.2.in l.more.8.de acquirend.hered.

Pupillus ſuus heres dicitur heres,& obligatur hereditati ipſo iure , etiam ſine aditione,licet poſſit ſe abſtinere iure prætorio,d.l.more,& ibi gl.neceſſariæ.

Pupillus licèt ſit eius ætatis, vt cauſam acquirendæ hereditatis non intelligat, nihilominus poteſt adire cum tutoris authoritate , ſiue ſit infans, vel maior infante,l.pupillus,9.& ibi gl.1.eod.

Pupillus quando eſt maior infante non poteſt eius tutor ſolus adire hereditatem:ſecùs quando eſt infans.gloſ.1.ibid.

Pupillo,qui paterna hereditate ſe abſtinuit, ſi heres extiterit aliquis non tenetur is creditoribus patris pupilli reſpondere,etiam ſi iure ſubſtitutionis pupillo abſtinenti paterna hereditate heres extiterit,l.ſi pupillus.42.eod.

Pupillus poteſt habere de iure ſucceſſorem:id eſt ſubſtitutum, etiam ſi ipſe pupillus non ſit heres patris,d.l.pupillus,& ibi gl.ſucceſſorem. 39

Pupillus,cui pupillariter ſubſtitutus eſt quis, ſi abſtinuit ſe paterna hereditate & ſic non adierit ex paterno teſtamento, nihilominus ſubſtitutus admittitur ex tabulis pupillaribus : quia exiſtentia ſuitatis confirmat tabulas pupillares ad commodum pupilli abſtinentis,† ibi.

Pupillo ſi ſubſtituatur pupillariter frater patris pupilli, pupillo abſtinente paterna hereditate poteſt frater ſubſtitutus omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato habere hereditatem pupilli , quo caſu non tenetur ad onera hereditaria patris pupilli,d.l.ſi pupillus.

per Pupillum geſta bona fide habentur rata eo per reſtitutionem abſtento , l. quoties.44.eod.& l.ſi non expedierit.§.1.de bo.auth.iud.

Pupillus , qui patri heres exiſtens vendidit tutore authore , & bona fide prædia quædam hereditaria,per reſtitutionem in integrum ſi poſteà abſtinuerit,creditores patris , qui acceperunt bona hereditaria , non poterunt recuperare ab emptore prædia empta bona fide,nec intereſt pupillus ſoluendo ſit , néc ne, d. l.quoties.

Pupillus adeundo hereditatem,etiam eo tutore authore, qui tutelam non gerebat,obligatur,l.pupillum,49.de acquiren.hered.

Pupilli heredes inſtituti ſi adierint hereditatem,poſſunt petere reſtitutionem in integrum ab oneribus hereditariis,& actiones, quas habebant contra hereditatem,vel econtrà pupillis reſtitutis reſtituuntur,l.cùm bonis.86.§.fin.eod.

Pupillus ſi contra aditionem hereditatis reſtitutus in integrum ſe ab ea abſtineat , ſuccurritur etiam fideiuſſorib ab eo datis , ſi conueniantur ex hereditario contractu à creditoribus hereditariis,l.ſi pupillus.88.eod.

Pupillus in his,quæ & ſuo ſubſtituto relinquuntur,ſuſtinet perſonam eius,à quo ſub conditione legatur,l.non ſolum.§.fi.de libera.lega.

Pupillus heres inſtitutus purè,& ſub conditione rogatus poteſt cogi adire,& re- 40
ſtituere ante conditionem:quia etiam ſi reſtituat, & fideicommiſſarius decedat ante conditionem , non remanet obligatus creditorib.l. ſed cùm ab herede.12.& ibi gl.1.ad Trebel.

Pupillus maior infante heres inſtitutus poteſt gerere pro herede tutore authore : ſed ſi ſit infans, tunc ſolus tutor acquirit hereditatem,& bonorum poſſeſſionem,l.ſeruo.65.§.penult.& ibi.gl.gerere.eodem.tit.

Pupillus ſine tutoris authoritate non poteſt petere bonorum poſſeſſionem , nec poteſt iudicium accipere,l.ſeruus bonorum.de bonorum poſſeſſio.

Pupillus poteſt acquirere dominium rei etiam ſine tutoris authoritate : fallit in hereditate ſibi relicta,quam non poteſt adire ſine tutore,l.pupillus.11. & ibi gl.1.de acq.rerum.dominio.

Pupillus hereditate paterna adita tutore authore condemnatus ex contractu paterno,ſi abſtinuit , defertur hereditas ad cognatos inferioris gradus,& non ad fiſcum,† reprob.gl.1.& ibi add.marg.in l.contractu.44.de re iudi.

Pupillus hereditate paterna adita tutore authore condemnatus ex contractu paterno,ſi abſtinuit , actio iudicati datur contra eius coheredes , vel ſubſtitutos:habent tamen ipſi regreſſum contra tutorem , ſi culpa tutoris interuenit in condemnatione pupilli,d.l.ex contractu.44.& ibi gl.fi.de re iudicata.

Pupillus ſolus non poteſt agnoſcere bonorum poſſeſſionem ſine tutoris authoritate,niſi iudex defectum tutoris ex certa ſcientia ſuppleat,gl.1.ibi

Pupillus ſolus ſine tutoris authoritate poſſeſſionem rei ſingularis acquirere ſibi 41
poteſt.ibid.

Pupillo non ſufficit ad adeundam hereditatem curatoris authoritas:ſed adultor ſic,ibi gl.tutoris,& ibi add.in §.neque tamen Inſti.de author.tutorum,gl.fi.in l.pupillus,9 de acquir.hered.

Pupillus poſt ſeptem annos conſentiente patre ſi ſub eius poteſtate ſit , vel ſi ſit ſui iuris,cum authoritate tutoris poterit adire hereditatem vel bonorum poſſeſſio-

Q

2.ad legem Aquiliam.

Quadrupedis appellatione in primo capite legis Aquiliæ continentur elephanti,& cameli:quia mixti sunt : nam & iumentorum operam præstant,& natura eorum fera est.ibi.

Quadrupedis appellatione in primo capite legis Aquiliæ continentur bestiæ,veluti vrsi, leones,& pantheræ, & ideò occidens leonem,vel vrsum non tenetur Aquilia.ibi.

in QVADRVPLO inest simplum,quod promittenti restituitur cum liberando, l.si cum exceptione.§.sed etsi quis.quod metus causa.

QVALITAS iuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi,cui adiicitur,l. 4.§.1.de noxalib. in prin. & in §.pe. & ibi addit.marg.Insti.de legitima agna. succes.

Qualitas,per quem condemnatio augetur,vel minuitur,potest pendente iudicio addi,vel detrahi de libello,d.l.4.§.fi.

Qualitas contractui adiecta super principali,repetita censetur in eo,quod in cōtractum accessoriè venit,nisi diuersa sit ratio,l.si necessarias.§.fi.in add.marg. de pign.act.

Qualitas verborum adiecta non intelligitur secundum tempus ipsius verbi , l. peculium. 10.§.sed etsi creditor.de peculio.

Qualitas sine subiecto esse non potest , l.si seruum , §. fin. in additio. margin.de actio.emp.

Qualitas iuncta verbo quando determinat quoddam aliud verbum separatum ab eo , tunc sufficit illam qualitatem semel existere, licèt desinat,veluti quisquis mihi heres erit,sit filio meo:verbum,erit, non respicit tempus testamenti , nec tempus mortis pupilli : sed respicit tempus mortis testatoris ; & ideò sufficit quòd semel extiterit heres,licèt postea deficiat, l.in substitutione.31. de vulgari.

Qualitas iuncta verbo,vel participio debet intelligi secundum tempus verbi,vel participij,l.Titius,26.de milit.testam.

Qualitas,quæ vitiat legatum, non intelligitur in dubio repetita à substituto,l.si quis à filio.32.de leg.1.

Qualitates duæ quando simul concurrunt , quarum quælibet de per se potest operari suum effectum , tunc vna qualitas non derogat alteri. l. Titiæ textores.eod.

Qualitates duæ contrariæ non possunt esse in eodem subiecto , l.pe.& ibi gl.pro suo.& add.marg.pro suo.

Qualitas , propter quam quis obligatur alteri : scilicet ciuitati suæ ad munera subeunda , non potest mutari sine ciuitatis consensu : sed qualitas , per quam quis alteri non obligatur,vt bestiam esse ferocem , potest mutari,gl.1.in add. in l.assumptio.ad municipal.

QVALITER fiat aliquid , dummodò fiat , nihil refert,gl.transferri,in l.facta, 63.§.1.ad Trebel.

QVALVS dicitur cophinus,vel codalus,aut sabulus,vel est vas vimineum,per quod,cùm calcatur vna,vinum guttatim defluit retenta grassiore, ac densiore materia:dicitur etiam vas siue vimineum, siue ex alia materia gestatorium ad humeros oneribus deferendis comparatum , gl.qualum.& ibi addi.marg.in l. sed etsi,19.de vsufructu.

QVAM,pro quamuis,gloss.quam.in l.1.de officio eius,cui mandata.

QVAMDIV,dictio facit conditionem,l.pater Seuerinam , 100.§.fi.de condi.& demonst.

Quamdiu nubes,vel singulis annis quamdiu nubas legare,paria sunt , l.legatum ita est.17.& ibi gl.1.de annuis legatis.

Reliqua verbo,Donec.

QVANDO,dictio ponitur quandoque pro quia,gl.pen.in l.fin.C.de edendo.

QVANDOCVMQVE verbum , vel toties , quoties in materia contractuum prothomiseos non extenditur vltra 30.annos.gl.quandocumque.& ibi addit. marg.in c.1.de feudo dato in vicem legis commissoriæ.

QVANTAS summas dictauerit , si quis legauerit intelligitur legare etiam res corporales,vt prædia,mancipia,vestem,& argentum,l.quisquis.93.de leg.3.

QVANTI ea res erit, vel quanti eam rem esse apparet , idem significant , & in vtraque fit vera rei æstimatio,l.inter hæc verba.179.de verb.sign.

Quanti eam rem esse apparet, hæc verba non ad id,quod interest:sed ad rei æstimationem referuntur,l.hæc verba.193.eod.

QVANTITAS quando petitur,vt species,ad aliam quantitatem non admittitur compensatio,l.si creditor,38.§.si seruo.& ibi gl.venditori.de peculio.

Quantitas ponitur pro quotitate,gl.incerta.in l.frater,35.§.1.pro socio.

Quantitas quædam est ad oculum designatiua,alia ad intellectum.ibidem,

Quantitas eadem cùm relinquitur in codicillis , quæ relicta fuit in testamento; videtur animo duplicandi relicta , nisi probetur contrarium , l.quingenta,12. de probatio.

Quantitas eadem in eadem scriptura quando bis relinquitur , an illa sit relicta animo duplicandi,incumbit onus probandi ei,cui relinquitur,gloss.fi.ibi.

Quantitas eadem ob causam alimentorum in testamento relicta , si eadem sit relicta in codicillis, soluta quantitate ex codicillis cessat petitio ex testamento,gl.1.ibi.

ad Quantitatem respectu certæ speciei quando quis tenetur , soluendo speciem liberatur,l.si verò,65.§.fi.soluto matrim.l.Titiæ,36.§.fi.de legat.1.

ad Quantitatem,& non ad speciem censetur quis obligatus ex his verbis,quanta pecunia erit,tantam pecuniam dabo,d.l.si verò.§.fin.soluto matrim.

Quantitas , vel genus recipit multiplicationem : sed species non recipit,l.planè, 34.§.1.de leg.1.

Quantitas circumscripta loco,veluti lego centum,quæ in arca sunt,iudicatur,vt species,d.l.planè,§.sed si non corpus.& ibi gl.comparandum.

Quantitas vt species potest relinqui : & sic appellatione quantitatis quandoque venit species,l.cùm res,49.§.sed si id , & ibi gl.vbi relictum.& add.marg.eod.

Quantitatis relatiuum ponitur quādoque pro relatiuo numeri:veluti tāti,quanti,pro tot quot,l.si ita legatum.68.eod.

Quantitatis relatiuum coniunctum verbo futuri temporis , in dubio conditionem non facit l.si Titius mihi,52.§.fin.& ibi gl.fi.de legat.2.

Quantitas perire non potest. l. 1.§. is quoque.& ibi additio. margin.de actio.& oblig.

Quantitas certa quando debetur vt species , vt putà numi , qui in arca sunt , per eius interitum liberatur debitor.l.si certos.37.de verbor.oblig.

Quantitas quandoque capitur generaliter pro qualibet specie, gl.partem.in auth.generaliter.C.de episcopis.

Quantitas modica dicitur vsque ad duos aureos,gl.in casus possessione.in l.2.C. de dolo.

Quantitas immodica dicitur vltra duos aureos , vel potiùs relinquitur arbitrio iudicis,gl.immodicè in l.si superstite.5.C.eod.

Quantitas quandoque sumitur largè etiam pro specie , gl. quantitatis. in l.si quis,33.C.de inoffic.testam. & glo.decima.in §.ad excludendas.in auth.de litigiosis.col.8.

Quantitatis appellatione etiam continetur species , gloss.1. in l.1.C. de actio.& oblig.

Quantitas quando datur pro aliqua re tanquàm in sacculo , & non in numero posita , habetur pro specie , & dicitur tunc contractus innominatus do vt des. gl.2.ibi.

Reliqua verbo,Legatum,95.Numus,Compensatio,9.10.

QVANTO MINORIS actio quædam est ciuilis,quædam est prætoria,& vna differt ab alia.gl ex empto.in l.1.§.interdum.de ædilitio edicto.

Quanto minoris res est dicitur actio prætoria:sed quanto minoris esset empturus,ciuilis est,l.si quid.in additione.& gloss.homo.in l.quod si nolit,31.§.1.si plures.eod.

Quanto minoris actione quādoque potest redhiberi seruus emptus reddito pretio , si is nullius pretij sit , adeò vt non expediat domino eum seruum habere vt quia est furiosus,vel lunaticus.l.bouem.43.§.aliquando.eod.

Quanto minoris actio est ex empto.l.sed si vir.32.§. si vir vxori.& ibi gl.ex empto.de donat.inter virum.

Reliqua verbo,Emptor,37.vsque ad 40.Redhibitoria,Vitium.

Quarta in genere.nu.1.2.

Quarta,Falcidia,& Trebellianica,3.

QVARTA quædam est , quæ debetur iure naturæ , vt illa , quæ debetur filiis, 1
& filiabus , & inferioribus , & superioribus, & trasuersalibus,quæ est aucta:& hæc dicitur debitum bonorum subsidium:alia,quæ debetur iure institutionis, vt ex singularibus legatis,& fideicommissis : alia , quæ dicitur Trebellianica, licèt fuerit per Pegasianum inducta : alia , quæ debetur ex constitutione Diui Pij filio arrogato: alia,quæ debetur concubinæ,quam quis acceperat ea intētione , quòd eam duceret in vxorem : quoniam si posteà animo mutato illam expellat , tenetur eì dare quartam partem suæ substantiæ.gl. perinde.in §.sed qui. Inst. de fideicommiss.heredit.gl.4.in l.filium.24.C.familiæ ercis.gl.fi.in l.in quartam.90.ad leg.Falcid.

Quarta olim iure Digestorum sufficiebat quocumque relicti titulo relinqui:hodie verò non : sed solùm iure institutionis , ibi,& l.Papinianus. §.si quis.& ibi gl.securè.eod.& auth.nouissima.& ibi gl.3.& l.omnimodo , 30.& ibi glos.vel fideicommisso.C.de inoffic.testam.

Quarta erat olim debita filiis : sed hodie est triens, vel semis secundum numerū liberorum , gl. quoniam. de inoffic.authen. nouissima.& ibi gl.1.& gl.2.in l. parentib.8.C.de inofficioso testamento,gl.fi.in §.fi.Inst.eod.gl.præteritum.in l.nam & his,§.fi.de inofficios.testam.

Quarta debita intelligitur deducto ære alieno , & funeris impensa , & deductis seruis libertate donatis.l.Papinianus.§.quarta.de inoffic.

Quartæ duæ non possunt detrahi:nam habēs Falcidiam non detrahit legitimam. l.Papin.§.quarta.de inoffic.testa.l.1.§.fi.si cui plus,quàm per leg.Falcid.

Quarta minuitur per libertates seruis donatas,adeò quòd si pater habeat tantùm seruos in patrimonio suo, dando eis libertatem , filius institutus excluditur à querela inofficiosi , nisi hic filius emancipatus heres institutus repudiauerit hereditatem,& ad sustitutum transmiserit,quo casu potest querelam intentare:& si non habuerit substitutum,vel si habuerit , sed repudiauerit,ab intestato filius habebit hereditatem , nec præstabit libertates legatas. d. §. quarta.& ibi gl.substitutum.

Quarta iure institutionis, & iure naturæ debita minuitur per libertates legatas, d.§.quarta.& ibi gl.quartam.

in quartam imputatur datum causa conditionis implendæ, d. l. Papinianus. §. si conditioni.

Quartas duas,& Trebellianicam , & debitam iure naturæ non potest habere filius à patre rogatus de restituendo , quia quod capit statim per Trebellianicam , imputatur in eam,quam debet habere iure naturæ, cùm institutus sit,gl. Falcidiæ.in d.l.Papinianus.§.meminisse.

Quartas duas detrahit filius grauatus restituere post mortem suam, mortuo patre statim detrahit legitimam : quia illa debetur sibi sine dilatione:& quando postea euenerit casus fideicommissi,detrahitur alia quarta:scilicet Trebellianica.ibi.

Quartas duas potest detrahere filius in diem, vel sub conditione grauatus.ibi.

Quarta,quæ debetur arrogato ex constitutione Diui Pij,excludit,querelam inofficiosi,d.l.Papinianus.§.si quis impubes.

Quartas duas non potest quis habere.ibi.

Quarta debita patrono dicitur quasi debita,glo.fi.in l.quæ fideicommissum, 81. de legat.2.

Quarta filio arrogato etiam viuo patre adoptiuo dicitur deberi, licèt statim peti non possit:quia pater adoptiuus tenetur ad hoc tantum,vt in suo testamento eam relinquat.l.1.§.si impuberi.& ibi gl.debetur.de collatio.

in quarta iure institutionis imputantur ea sola, quæ iure hereditario capiuntur: quandoque in legato imputantur, vt quando dantur à statulibero numi peculiares,gl.4.in l.filium,24.C.familiæ erciscundæ.

in Quarta iure naturæ imputantur omnia data præter donationem simplicem, & fructus patrimonij:quia debet habere quartam in rebus principalib.ibi.

Quarta iure institutionis debita potest dari cum onere, glo. confundantur.in l. scimus,22.§.in computatione.C.de iure deliber.

Quartam debitam iure naturæ non minuit causa pia,gl.fi.in auth.similiter,C.ad legem Falcid.

& ibi gl.bonorum.& gl.petita.& gl.fi.

Querela inofficiosi vt præparetur, requiritur, quòd comminatio, denunciatio, vel libelli oblatio fiat adita hereditate per institutum; aliàs non potest præparari, l.d.quemadmodum.in add.marg.

Querela officiosi etiam præparata non transit ad patrem, qui bona occupat iure peculij, non iure hereditario: quia tunc transit, l.Papinianus, 8.§.1.eod.

Querela præparata dicitur, quando filius post agnitam bonorum possessionem gratia litis ordinandæ decessit, & illam non transmittit patri, nisi fuerit heres, d.§.1.& ibi gl.finitum.

Querelam præparatam transmittit hodie filiusfa.patri, cùm hodie etiam ab intestato habeat heredem, d.gl.finitam.

Querela præparata ideò non transmittitur patri occupanti bona filij iure peculij: quia querela est odiosa: datur tamen patri restitutio in integrum.ibi.

Querela hodie transit ad patrem, d.gl.finitam, in add.

Querelam non transmittit ad heredem ille, qui post litem de inofficioso motam mutata voluntate decessit; l.nam etsi parentibus, §.eod.

Querelam inofficiosi, vt ad heredem transmittat quis requiritur, quòd in lite de inofficioso mota perseueret, nec sufficit litem instituisse.ibid.

18 Querela cœpta à defuncto transmittitur ad heredem etiam extraneum: sed non cæpta non transmittitur etiam hodie ad extraneum: sed bene ad suum, l.filius, 22.& ibi gl.cœperat.eod.

Querela præparata olim transibat ad heredem: secùs si fuisset remissa, vel extincta per transactionem: quia tunc non censetur præparata, gl.1.& 4.in l.cùm mota.6.C.de transact.

Querela siue sit præparata, siue non sit præparata, hodie transmittitur ad heredem, d.gl.1.

Querela præparata transmittitur ad filios, l.si pater.5.C.de inofficioso.testamen.

Querela etiam non præparata transmittitur ad filios, nisi obstet filio vel patris ingratitudo, vel relictum, vel repudiatio, vel silentium quinquennale, l.si quis filium, 34.C.eod.

Querelam etiam non præparatam pater transmittit filio: quia spem pater habuit, vt in conditionali obligatione, gl.causam.ibi.

Querela non transmittitur, neque competit nepoti, si filius exheredatus decessit ante aditam hereditatem per heredem scriptum ab auo, & sic nondum delata querela, glos.eum.ibi.

Querela etiam non præparata, vel non nata, quæ tamen nasci speratur, transmittitur per filium ad suos descendentes: sed non ad extraneos, nisi sit præparata, l.si quando.35.§.fi.C.eod.

Querela non numeratæ pecuniæ intra biennium saltem coram vicinis, vel in domo propriè debet fieri, ad hoc, vt ei posteà competat, & perpetuò ad heredes transmittat, † gl.2.in l.si intra.C.de non numer.pecun.

Querela inofficiosi non præparata, etiam adita hereditate, olim non transmittebatur ad filios: sed hodie fit: quod limita in hereditate ascendentis, & in filio exheredato: item vbicumque filius exheredatus non potuit præparare: item quoad extraneos: item quando tales liberi essent sui: item nisi essent heredes, gl.mortuo.& ibi add.in §.cùm autem.Instit.de hereditat.quæ ab intestato.

Querela inofficiosi requiritur, vt sit præparata ad hoc, vt transmittatur: & dicitur præparata, quando filius in potestate, vel emancipatus fuit exheredatus. vel præteritus, & comminatus tantùm sit actionem, vel si vsque ad denunciationem, vel libelli obligationem processerit, & tunc ad heredem suum transmittit, l.quemadmodum.7.de inofficioso.

Querela inofficiosi non potest præparari ante aditionem: sed bene adita hereditate per institutum, d.l.quemadmodum.& ibi add marg.

19 QVERELA inofficiosæ donationis potest per modum replicationis proponi. l.Titia.89.§.fi.de leg.1.

Querela inofficiosæ donationis ad instar querelæ inofficiosi testamenti est inducta, gloss.dimidia.in d.l.Titia.§.Imperator. & l.1.C.de inoffic.donatio.

Querela inofficiosæ donationis vsque ad supplementum legitimæ competit filiis, qui fraudantur in quarta per inofficiosam donationem, d.l.1.C.de inofficiosis donat.

Querelam inofficiosæ donationis habet filij instituti ex duab.vnciis, illius patrimonij, quod remansit post donationem: veluti donauerat decem vncias, & remanserunt duæ: has duas vncias diuisit in duodecim, & ita ex duabus vnciis eius, quod remansit, sunt instituti, gl.magna.ibi.

Querela inofficiosæ donationis potest agere filius, cui aliquid relinquitur, & etiam poterit agere ad supplementū legitimæ, & sic ad vtrumque poterit agere, gl.fi.ibi.

Querelam inofficiosæ donationis habet filius, cui relinquitur minus legitima secundum iura vetera: hodie verò non: sed agit ad supplementum, d.gloss.fi. vers.4.

Querela inofficiosæ. donationis non competit filio, qui fuit in legitima: id est dodrante institutus, & ab eo multa legata facta: quia illa legata sunt nulla. † ibid.

Querela inofficiosæ donationis datur etiam fratribus ad similitudinem querelæ inofficiosi testamenti, † glos.fin.in l.2.C.eod.

Querela inofficiosæ donationis habet locum, etiam quando donans ab intestato decessit, l.3.C.de inofficiosis donat.

Querela inofficiosæ donationis competit filio contra donationes immensas factas à patre, cui successit filius ab intestato in modico, vel in nihilo propter illas immoderatas donationes, d.l.3.

Querela inofficiosæ donationis competit tantum contra donatarios, & reuocat eatenùs, quatenus est bonorum subsidium, licèt quandoque & in totum: sed querela inofficiosi testamenti tantum datur contra heredes scriptos, & in totum reuocat, gl.pe.ibi.

20 Querela inofficiosæ donationis non habet locum, vbi habet locum restitutio in integrum.l.4.C.eod.

Querela inofficiosæ donationis est subsidiaria, neque competit cum alio remedio etiam extraordinario competenti ex persona defuncti.ibid.

Querela inofficiosæ donationis non solùm competit filiis: sed etiam parentibus, & fratribus contra donationes inofficiosas factas à parentibus, vel filiis, vel fratribus, gl.1.ibi.

Querelam inofficiosæ donationis non competit filio, qui agnouit iudicium patris, vel habet aliud remedium, vel legitimam, l.cùm donationibus.6.C.eod.

Querela inofficiosæ donationis indistinctè reuocatur vsque ad debitum bonorum subsidium tantum, etiam quando re, & consilio interuenit fraus, l.si liqueat.8.& ibi gl.pro ratione.C.eod.

Querela inofficiosæ donationis in temporis duratione: scilicet in quinquennio, & in exclusione ratione ingratitudinis similis est querelæ inofficiosi testamenti, l.fi.& ibi gl.pe.& fi.C.eod.

Querela inofficiosę donationis differt à querela inofficiosi testamenti: quia querela inofficiosi datur tantùm ex testamento, & contra scriptos heredes, neque intentatur vbi quis habet aliquid, licèt minus: querela autem inofficiosæ donationis datur & ex testamento, & ab intestato, item & contra donatarios. ibid.

Querelam inofficiosæ donationis facit cessare datio legitimæ, ingratitudo, cursus quinquennalis, item quando datur auxilium ordinarium, vt familiæ erciscundæ, vt quia donatio non tenuit, item quando datur extraordinarium remedium, vt restitutio in integrum ex persona defuncti, item quando datur ex ordine, item donationis agnitio, gloss.fin.in §.fin.in authen.de immensis donationibus.

Querela, vel exceptio non numeratæ dotis in scriptis debet exponi, gl.in literis. in §.1.in auth.de tempore non solutæ dotis, col.7.

Querela inofficiosæ dotis concurrit cum auxilio legis hac edictali, C.de secundis nuptiis. † gl.fin.in l.1.C.de inofficiosis dotibus.

Reliqua verbo, Dos, 27. Donatio, 15. 6.17.

QVAESTIO iuris quando est dubia sorte per taxillos debet decerni.l.sed cum, 14.& ibi add.marg. de iudiciis. 1

Quæstio quando proponitur affirmatiuè, & aliter non determinatur, intelligitur, affirmatiuam esse tenendam, l.fi.§.fi.de vulgari,

Quæstioni propositæ respondendum est, vt primò repetantur ea, quæ in themate proponuntur, deinde respondeatur, vt fecit Scæuola in d.l.1.§.Scæuola.vers. secundum nos.

Quæstiones duæ quando proponuntur, potest ordine præpostero priùs responderi secundæ quæstioni, l.si diuortio, 21.de verborum obligat.

Quæstio emergens ex vltima voluntate non debet transcendere tempus anni, qui annus computatur ex die litis contestationis, §. illud quoque.& ibi gloss. solui.in auth de heredi.& Falcid.

post Quæstiones plures formatas vbi vna conclusio sequitur, illa conclusio decidit quæstiones præcedentis vniformiter, nisi sit ratio, quare decisio sit diuersa, gl.præsidium.in add.marg.in §.si verò absunt.eodem.

Quæstio status priùs debet terminari, quàm criminis, de quo assertus seruus contra suum aduersarium proposuit, l.1.C.de ordine cognit.

Quæstio status ciuilis est, gl.1.ibid.

Quæstio status ex Carboniano differtur in tempus pubertatis, si agitur de statu, & de bonis, & expediat, impuberi differri: secùs si non expediat, vel etiam si agatur solùm de quæstione status, vel tantum de bonis: quia tunc differtur, gl. 1.& fi.in l.2.C.de Carboniano edicto.

Quæstio dicitur quando lis iam est contestata: querimonia verò dicitur, quando lis non est contestata, gl.fi.in l.3.C.finium regund.

Quæstio quando est de iuribus, & non de proprietate, lite non contestata potest ad diffinitiuam sententiam perueniri.gl.fi.add.

Reliqua verbo, Rusticus, Sors, Status, Carbonianum, Impubes, 1.3.4.

QVAESTIO dicitur tormentum, & corporis dolor ad eruendam veritatem, & etiam mala mansio, vt si quis ponitur in carcerem, vt non comedat, donec dicat id, de quo quæritur: nuda tamen interrogatio, & leuis territio non continetur sub quæstionis verbo, l.item apud Labeonem.15.§. quæstionem. & ibi gl.dicent.de iniuriis. 2

Quæstio ob id habetur, vt veritas eruatur, rub.de quęstionibus.in add.marg.

Quæstio haberi solet causa inuenstigandorum criminum, l.1.de quæstio.

Quæstioni soli non est adhibenda plena fides.ibi.

Quæstio non fit, vbi indicia non præcedunt: secùs si præcedant, d.l.3.& ibi glo.& non posse.

Quæstio, aut tortura vbi dari debet pluribus reis accusatis cùm præcedunt indicia, incipiendum est ab eo, qui suspectissimus est, & à quo facillimè posse verum sciri iudex credit, d.l.1.§.item Diuus.& ibi gl.incipiendum.

Quæstioni vnius serui: id est dicto eius non est credendum plenariè: sed alia argumenta sunt necessaria.d.l.1.§.idem.Cornelio.

Quæstioni non semper, nec nunquam haberi debet fides: quia quidam patientia siue duritia tormentorum ita contemnunt tormenta, vt exprimi ab eis veritas nullo modo possit: alij verò tanta sunt impatientia, vt in quouis potiùs mentiri, quàm pati tormenta velint, d.l.1.§.quæstioni.

Quæstioni inimicorum non est habenda fides, si magna sit inimicitia: sed si sit parua, rectè habetur fides, d.l.1.§.præterea.& ibi gl.cognita.

in quæstionibus quem modum debet habere iudex, in arbitrio iudicis est, l.quæstionis.eod.

Quæstio tormentorum non semper, neque in omni causa, neque in omni persona habenda est: sed cùm capitale crimen est, vel aliud atrox delictum, & veritas aliter non potest sciri, quàm per seruorum quæstionem, tunc serui torquentur, & eis creditur, l.edictum, 9.eodem.

Quæstio per tormenta serui potest haberi, quando est quæstio de dominio serui, gl.fi.in l.eam, qui.21.de liberali causa.

Quæstio non habetur de minore xiiij.annorum gl.1.in l.nec si.5.C.de quæstio.

Reliqua verbo, Tormentum, Tortura, Iudicia.

QVAESTOR est triplex: vnus, qui habebat officium quærendæ pecuniæ: & iste poterat fieri ex plebeis: alius erat, qui præerat capitalibus causis, & sententiis: & alius, qui legendis libris præerat: & isti erant illustres, g... en.in l.1.de officio quæstori.in §.cúmque.in procœmio Institutionum, gloss. quæstoris.& ibi add.marg.in auth.vt diuinæ iussiones.col 8.

Quæstores ante omnes ferè magistratus fuerunt creati, d.l.1.de offic.quæstoris.

Quæ

ADICVM emissio facit quæri, quod non esset aliàs quæsitum, §.præterea nisi. Inst. de rerum diuis.

Vide verbo, Arbor.

1 RAPERE vi nemini licet, vel rem mobilem, vel se mouentem, licèt suam eam rem existimet. §. 1. Instit. de vi bonorum rapt.

Rapi dicuntur mobilia: sed inuadi immobilia, gl. fi. in l. 1. §.fi.de condictione triticaria.

Rapere ex incendio dicitur ille, qui accipit, vel rapit propter incendium; hoc est propter tumultum incendij, vel propter trepidationem incendij: & ideò rapiens ex adiacentibus prædiis: vbi incendium fiebat, dicitur rapere ex incendio, & tenetur edicto de incendio, ruina, naufragióque. l. 1. §. ex incendio: de incendio, ruina, naufragio.

Rapere, vel recipere ex incendio, vel ruina non dicitur quis, quando rapuit, vel recepit, eò quòd incendij, vel ruinæ suspicio fuit: si tamen incendium, vel ruina nõ fuit, non tenetur edicto de incẽdio, ruina, naufragio d.l.1.§. si suspició.

Rapere ex naufragio non dicitur ille, qui rem in littore iacentem post naufragium factum abstulit, qui magis dicitur fur, & furti tenetur, l.3. eod.

Rapi aliud est, & aliud est amoueri: quia amoueri potest aliquod etiam sine vi: sed rapi non potest sine vi. d.l.3.§. non solùm.

Rapere ex naufragio dicitur etiam ille, qui cùm nondum naufragium fieret, in illa trepidatione rapit: l. Pædius.eod.

Rapuisse verbo continetur: & scissum per medium, & fractum id est conquassatum, & per vim eripere, vt competat vi bonorum raptorum actio pro his tribus: quod intellige in duobus primis si hominibus coactis, vel turba scissum, vel fractum est.l.Marcellus,9.& ibi gl.fi. de verb. signific.

Repere, & rapinam scienter receptare æquale delictũ est, l.pe.C.ad leg.Iul.de vi

RAPIENS rem aliquam non liberatur à pœna, licèt restituat rem ante iudiciũ, l.pe.de vi bonorum raptorum.

Rapiens rem suam credens sibi licere, non tenetur vi bonorum raptorum: sed aliter mulctabitur: scilicet criminaliter extra ordinẽ iudicis arbitrio.l.2.§. hac actione.& ibi gl.mulctabitur. & ibi addit.marg. eod.

Rapiens suum seruum fugitiuum, quem quis bona fide possidebat, non tenetur vi bonorum raptorum: quia suam rem aufert.d.l.2.§. sed & si quis.

Rapiens suam rem alij obligatam tenetur actione vi bonorum raptorum, si accepit, vt sibi haberet: aliàs si vt in pignore teneretur, habet locum edictum Diui Marci, d.§.sed & si quis.& ibi gl.debebat.

Rapiens aliquid domo, in qua nemo erat, tenetur in quadruplum actione vi bonorum raptorum, & etiam furti non manifesti, si nemo eum deprehenderit: ita tamen: quòd actio furti tollatur per exactionem factam per actionẽ vi bonorum raptorum, aliàs secus, † l.si quis ex domo,54.& ibi gl. fi.de furtis.

Rapiens aliquid ex domo, in qua nemo erat, non clam: sed rapturus etiam si aliquem inuenisset ibi, dicitur raptor: sed rapiens clam, ex illa domo furtum simplex committeret, & diceretur fur.gl.1. ibid.

Rapiens, vel recipiens dolo malo ex incendio, ruina, vel naufragio, rate, vel naue expugnata, aut damnum dans in his rebus intra annũ, quo experiendi potestas est, in quadruplum tenetur: post annum in simplum, l.1.de incendio, ruina, vel naufra.

Rapiens ex naufragio eo tempore, & loco, quo naufragium fit, vel incontinenti ante, vel post, tenetur edicto de incẽdio, ruina, naufragióque: secùs si post naufragium ex interuallo rapuerit, quo casu tenetur furti, d.l.1.§.fi.& ibi gl. fi. cũ duab. legib.seqq.eod.

Rapiens ex incendio, ruina, vel naufragio, vel naue expugnata tenetur principaliter edicto de incendio, ruina & cæt. sed per interpretationem tenetur etiam ille, qui amouit, vel abstulit ex incendio, vel ruina, gl. nec rapere.in l.3.eod.

2 Rapiens de rate, vel naue expugnata tenetur edicto de incendio, ruina etiam si in ipso quasi prælio, & pugna, aut quouis conflictu aduersus ratem, vel nauem aliquid rapuerit, siue expugnãte se, siue expugnantib. prædonib.d.l.3.§.deinde.

Rapiens, vel recipiens de expugnata domo, vel illa tenetur edicto de incendio, ruina.d.l.3.§.ab eo.

Rapiens auferens, vel amouens, vel damnum dans, vel recipiens de incendio, ruina, &c.tenetur edicto de incendio, ruina &, cæt.d.l.3.§.non solùm.

Rapiens, vel dolo malo lucrans ex naufragio tenetur in quadruplum damnum passis, & in tamtumdem fisco, d.l.3.§.fi.

Rapiens ex naufragio magnas res, & quæ non erant tempore naufragij perituræ, si sunt liberæ personæ, fustib.cæduntur, & in triennium relegantur: si verò sint serui, verberantur, & in metallum damnantur, d.l.3.§. 1.

Rapientes ex naufragio modicas res, si sint liberæ personæ, fustibus cæduntur: si verò sint serui, flagellis ceduntur.ibid.

contra Rapientes, vel amouentis, & recipientis, aut damnum dantis heredem datur actio ex edicto de incendio, &c. catenus, quatenùs ad eos peruenit, etiam heredibus eorum, quibus raptæ, vel ablatæ sunt res, vel quibus damnum datũ est, d.l.3. §.fi.

Rapiens, vel subtrahens rem ex naufragio, vel incendio, aut ruina seruatam aut alio loco positam ab aliquo, tenetur furti, vel vi bonorum raptorum, l. si quis ex naufragio.eod.

Rapientes bona cum telis, & armis, ac villas expugnantes seditione cõuocata tenentur lege Iulia de vi publica, l.3.ad legem Iul.de vi publica.

Rapiens ex incendio aliquid præter materiam, qua vtitur ad ædificandum, & qui incendio cum gladio, aut telo capiendi causa fuerit, vel prohibendi dominum res suas seruare punitur lege Iulia de vi publica.ibid.

3 Rapiens viduam, vel nuptam vltimo supplicio punitur, etsi pater mulieris precibus rogatus remiserit; nihilominùs extraneus sine quinquennij præscriptione poterit procuratorem accusare, l.5.§.fi.eod.

Rapiens puerum ingenuum grauiter debet puniri, l.& eum, qui. eod.

Rapiens aliquid sine armis ex naufragio dolo malo punitur pœna legis Iuliæ de vi priuata: sed hodie ex constitutionibus Imperatorum extra ordinem seuerissimè punitur, l.1.ad l.Iul.de vi priuata.

Rapiens virginem honestam, viduam, vel sanctimonialem capite plectendus est absque appellatione, & bona eius applicantur raptæ, l.1.C.de raptorib. §.item lex Iulia.Instit.de publi.iudiciis.

Rapienti præstans auxilium, vel fauorem in ipso raptu punitur eadem pœna, qua rapiens, d.l.1.& d.§.item lex Iulia.

Rapiens mulierem nuptam eadem pœna punitur, qua rapiens virginem, vel sanctimonialem, d.l.1.§.quæ multo.

Rapiens sponsam suam per vim punitur tanquam si esset raptor virginis, vel sanctimonialis, ibid.

Rapiens sponsa sponsum, vel mulier hominem, licèt hoc rarò contingat, pœna raptoris non punitur.† gl.sponsa.ibid.

Rapiens ancillam, vel libertinam tantùm pœna capitis punitur, & non patitur aliquam diminutionem in bonis; sed si ingenuam raperet, punitur etiã in bonis omnibus, quæ ad mulierem raptam debent transferri, ibid.

Rapiens per vim res alienas tenetur furti, & etiam vi bonorum raptorum actione, quæ datur in quadruplum infra annum, post annum in simplum, & in quadruplo inest simplum, in princip.Inst.de vi bonorum raptorum.

Rapiens socius per vim res communes tenetur socio furti, & etiam vi bonorum raptorum in quadruplum infra annum, post annum in simplum quoad socij partem, gl.1.in princip. Inst.de vi bonorum rapto.

Rapiens ex domo, in qua nemo erat, tenetur furti non manifesti, sed postquàm actum est contra eum actione vi bonorum raptorum, cessat furti non manifesti, † gl.2.ibid.

Rapiens rem, quam bona fide existimat suam, non tenetur actione vi bonorum raptorum, nec furti, si tamen raptor sit dominus, cadit à dominio rei suæ: sed si non sit dominus, post restitutionem eius tenetur etiam æstimationem eiusdem rei præstare, siue res fuerit mobilis, siue immobilis, §.1.Inst.eod.

Reliqua verbo, Inuadere, Mobilia, Ruina.

RAPINA grauius delictum est, quàm damnum iniuria datum, cùm ex ea criminaliter accusetur quis, & pecuniariter in quadruplum, gl.cum eo.in l.liber homo.37.ad leg. Aquil.

Rapinam si fecerint inter se aleæ collusores, vi bonorum raptorum actio datur contra rapientem, l.1. de aleæ lusu.

pro Rapina habet locum accusatio publica, & etiam priuata potest habere locũ, gl.fi.in l.fi.de priuatis delictis.

Rapina quandoq; est priuatum crimen, † gl.fi.in l.si quis ex domo, 54.de furtis.

Rapina contrahitur etiam volentibus virgine, vel vidua, & hoc casu eadem pœna punitur raptor, ac si inuoluntariam raperet, l.raptores,41.C.de episcopis.

Rapinæ virginis fiendæ conscij, & ministri, & suscipientes raptores, vel opem ferentes, siue viri, siue fœminæ vltimo supplicio puniuntur. ibid.

Rapinam cognatus si patiatur, potest à cognato defendi, glos.conuicti.in l.1.§. quo multo.C.de raptor.

Rapinam facientes in nauicularios tenẽtur in quadruplum actione vi bonorum radtorum, vel condictione ex lege, in quadruplo tamen inest simplum, l. 3. & ibi gl.1.C.de nauiculariis.lib.11.

Reliqua verbo, Furtum.

RAPTOR non liberatur à pœna, licèt restituat rem, gl.fi.in l.ex hoc edicto, §.fi. de alienatione iudicij.

Raptor si deprehendatur, tenetur furti manifesti, † gl fi.in l.si quis ex domo, 54. de furtis.

Raptor cùm omnino furtum facit, dicitur fur manifestus, si deprehendatur; aut post eum clametur, seu occurratur, & tenetur tunc actione furti manifesti, † l. si vendidero, 82.§.cùm raptor.& ibi gl. existimandus. eod.

Raptor si in rapina non deprehẽdatur tenetur in duplum furti nec manifesti, & vi bonorum raptorum in quadruplum, & si priùs actum sit vi bonorum raptorum, tollitur furti actio, sed si priùs actum sit furti, remanet vi bonorum raptorum actio in eo, quod excedit, l.1.& ibi gl.1. vi bonorum raptorum.

Raptor bonorum tenetur vi bonorum raptorum intra annum in quadruplum, in quo inest rei prosequutio post annum in simplum, l.2.& ibi gl. 3.eod.

Raptor improbior fure est, & vi bonorum raptorum, & furti tenetur, d.l.2.§.etiã.

Raptor etiamsi vnam tantùm rem rapuerit ex bonis, tenetur nihilominùs vi bonorum raptorum actione, d.l.2. §.vel cuius.

Raptor plus delinquit, quàm qui clam surripit: quia surripiens clam, suum delictum celat: sed rapiens publicat, & crimen etiam publicum admittit.d.l.2. §. si in re deposita.

Raptor virginis, & attentans etiam causa matrimonij iungendi pœna capitis punitur, l.si quis non dicam rapere, 5. C.de episcopis, & clericis.

Raptores virginum, viduarum, vel diaconissarum pœna capitis puniuntur, quia offendunt non solùm homines: sed etiam Deum, l.raptores, 41.C.eod.&l.1.C. de raptor.

Raptores virginum, & viduarum, & eis auxilium præstantes, à parentibus suis, vel consanguineis, vel tutoribus, vel curatoribus in flagranti crimine deprehensi possunt interfici, ibi.& d.l.1.§.nec igitur.

Raptores aufugientes vbicumque possunt capi à quibuscumque iudicibus, & sine vlla fori præscriptione vltimo supplicio debẽt puniri, ibi.& d.l.1.§.quę multo.

Raptorum bona quoad proprietatem monasterio, vel Ecclesia, à quo rapuit, applicantur, vsusfructus verò mulieribus, dum vixerint. ibid. 2

Raptores, & etiam comitantes eos in inuasione eadem pœna puniuntur: scilicet mortis, & amissionis bonorum.ibid.

Raptoris bonorum possessio ciuilis pertinet Ecclesiæ virgnis raptæ; naturalis autem possessio pertinet ipsi virgini, gl plenam.ibid.

Raptoris bona tempore raptus ipso iure transferuntur in mulierem raptam, si ipsa non nubat raptori.§.sancimus.in auth.de raptis mulieribus.col.9.

Raptor vt teneatur furti manifesti, oportet, quòd deprehendatur, vel quòd post eum acclametur, † reprobata gl.2.in add.ibi in principio, Inst. de vi bonorum raptorum.

Raptor si non fuerit deprehensus, vel post eum non acclametur, tenetur furti nõ manifesti.ibi.

cum Raptore si fuerit actum furti nec manifesti, tollitur actio vi bonorum raptorum, nisi in id, quod excedit, d.gl.2.

Raptores

 sistit:

ſiſtit:quod autem ad ipſa volumina rationum tradenda,per contandáſque, & examinandas rationes,diſpungendas,atque excutiendas in faciendo conſiſtit, l.ſi ſtatulibera,6.§.eod.

in Rationum redditione continentur etiam reliqua,l.Labeo,21.& l.ſi ſeruo,31. eodem.

Rationes expunctæ dicuntur;id eſt cancellatæ,gl.fi.in l.in omnibus. de diuerſ.& temporal.

Rationes traditæ, & cancellatæ ab adminiſtratore reipub. eò quòd in computatione ſit erratum,non poſſunt retractari contra adminiſtratorem vltra 20.an. nec contra eius heredem vltra decem annos,d.l.in omnib.& ibi gl.fi.

de Ratione reddenda,& de reliquis vbicumque eſt quæſtio,ex continenti arbiter aſſumendus eſt ad ſubducendas rationes.l.1.§.ſi ſeruus,& ibi add.marg.ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus.

Rationum liber dicitur,in quo data,& accepta ſcribi ſolent, gl. 3. in l. 1.Cod.de edendo.

Rationum ſuarum librum tenetur mercator edere, vt veritas appareat, l. non eſt,5.C. eod.

Rationes publicæ debent edi, vt appareat, quid ſit ſolutum, l. iuſtum, 6. Cod. eodem.

Rationes ſæpè computatæ denuò calculari peti poſſunt, niſi ſuper errore ſit iudicatum,vel tranſactio interuenerit,l. 1. C.de errore calculi.

Rationem debet reddere geſtor negotiorum villicationis ſuæ,gl.fi.in l. 1. C. vbi de ratiociniis tam publicis.

Rationis reddendæ neceſſitas poteſt à teſtatore remitti,l.cùm acutiſſimi, 28.C. de fideicommiſſ.

Rationes reddere qui tenetur, debet inſtruere dominum, & computare cum eo, & reddere reliqua,ſi fuerint, non aliàs,gl. fi. in l. 4. C. de teſtam manumiſſione.

de Rationib.redditis ſi quis acceperit ſecuritatem,non tenetur deinceps rationes reddere,l.2.& ibi add.marg.C.de apochis publicis.lib.10.

Rationum computatio facta à tabulariis,vel calculatorib vim ſententiæ non habet quoad abſolutionem,& condemnationem, niſi per iudicem confirmetur, l.2.C.de iure fiſci.lib.10.

Rationum computatio malè facta per errorem, etiam ab eo,qui poteſt computare,retractatur vſque ad 30.ann.& ſic poſt illos habet vim ſententiæ,gloſſ.1. ibidem.

Rationum computatio malè facta per gratiam ab eo,qui poterat computare,retractatur vſque ad 20.ann.ibid.

Rationes reddere dicitur quando quis amoto dolo, & fraude reddit, gl.cum rationib.in §.peculium.Inſt.de leg.

Rationum redditionis remiſſio non comprehendit reliqua,nec dolum,nec latam culpam;ſed tantum ſcrupuloſam inquiſitionem, d. gloſ. cùm rationib.in add. ibidem.

Reliqua verbo, Allogiſta, Argentarius, Diſpungere, Liberum,13. Procurator,63.64. Quietatio, Remiſſio, Soluere,3. Statuliber, Teſtis,15. Tutor,124.125.126. Heres,105. Edere,13. Condstio,36. Debitor,6. Defunctus, Legans,3,

RATIONALES dicuntur procuratores Cæſaris,qui cognoſcunt inter fiſcum, & priuatum,gl.1.in l.fi.C.de aduocat. fiſci.

RATIOCINIIS publicis,ab officio chartarum adſtrictus ſi ad militiam conuolauerit, ad primum officium reuocatur, & in locum talis reiecti ſubſtituitur alius,quem merita dignum faciunt,l.1.C.de diuerſ.officiis.lib.12.

RATIFICARE contractum alterius cenſetur ille, qui agit ex eo contractu,l. ſi ſeruus alienus,67.de fideiuſſor.

1 RATIHABITIO quandoque non retrotrahitur,gl.fi.in l.obſeruare.de officio proconſulis.gl. 1.in l.quid ergo.de his,qui notantur.gl.pe.in l.fi.§.fi.rem ratam haberi.

Ratihabitio tunc habet locum, quando quod factum eſt,non tenuit: non autem quando factum tenuit,gl.1. in l.Iulianus.qui ſatiſdare cog.

Ratihabitio non reconciliat alieno nomine geſtum, niſi in quibuſdam caſibus, gl.nihil agi.in l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.de neg.geſtis.

Ratihabitio comparatur mandato;ſed non in omnibus.gloſſ.fi. in l.ſi pecuniam. C.de negotiis geſtis.& gl.negotiorum,in d.l.ſi pupilli.§.item quæritur.de nego.geſtis,

Ratihabitio ſufficit ad obligandum geſtorem, & ad liberandum eum, qui ſoluit geſtori,& ad acquirendum domnium rei ſolutæ geſtori,gloſſ.probauero. in l. Pomponius.eod.

Ratihabitio retrotrahitur, & cõfirmat iudicium cum falſo procuratore agitatũ, l.Lucius, 56 & ibi gl.fi.de iudiciis.

Ratihabitio non confirmat iudicium agitatum cum eo,qui non erat procurator, nec eſſe poterat,vt ſeruus,vel pupillus,gl.1.& ibi add.ibid.

Ratihabitio non operatur plùs,quàm mandatum.ibid.

Ratihabitio comparatur mandato;non tamen agitur mandati,gl.tenebitur. in l. etiam,15.§.item ſi quis,de petit.hered.

Ratihabitio iuſſui comparatur,glóſ. præſtant,in l.cùm fundus.§.ſeruum tuum.ſi cert.pet.l.vero procuratori, 12. §.fi.de ſolut.

Ratihabitio non eſt neceſſaria, vbi fit, quod mandatum eſt, l. indebitam,47. de condictione indeb.

Ratihabitio comparatur mandato,niſi in quibuſdam caſib.non tamen agitur mãdati,niſi quando dominus,vel pater ratum habuit, quod ſeruus, vel filius geſſit:quia tunc agitur contra eos quod iuſſu,gloſſ.ſi ratum.l.1.§.ſi ratum. quod iuſſu,

2 Ratihabitio retrotrahitur,l.ſi fundus,16.§.1.& ibi gl.conuenit.de pignor.

Ratihabitio ſequens nihil operatur,quando requiritur conſenſus certo,& determinato tempore,l.obligari.§.pe.& ibi add.mar.de auth.tutorum.

Ratihabitio ſequens tantum valet,quantum præambulum mandatum: ſpeciale tamen eſt in iuſſu,qui debet interuenire in aliquo actu; quia tunc iuſſus debet præcedere illum actum,nec ſufficit,quòd ſequatur, glo.præcedere.in l.ſi quis mihi bona,15.§.iuſſum.de acq.hered.

Ratihabitio habet locum in maleficiis eius nomine factis,l.prætor,20.§.hoc interdictum perpetuò.& ibi gl.habuit.de noui operis nunciatione.

Ratihabitio in maleficiis,quæ per alium explicari poſſunt,mandato comparatur; ſecus eſt in adulterio,l.1.§.ſed & ſi cùm quis.& ibi gl.mandato.de vi,& vi armata.

Ratihabitione vt quis teneatur de maleficio,duo requiruntur;primum quòd ſit geſtum nomine ſuo, ſecundum quòd habuerit ratum tanquàm ſuo nomine geſtum, & ſi aliquid illorum deficiat,non tenetur ex ratihabitione,gl. ratum habuero. ibid.

Ratihabitio poteſt fieri tacitè:ſicut expreſſè, & vtroque caſu facit ſtipulationem de rato non committit,l. Paulus,5.rem ratam haberi.

Ratihabitionis pars eſt non improbare actum geſtum,gl. comprobare. in l. quo enim,eod.

Ratihabitio eius,quòd actum eſt à falſo procuratore, requiritur; ſed non in eo, quod geſtum à vero procuratore,cùm cogatur dominus habere ratum, gloſſ. procuratore.ibid.

Ratihabitio non retrotrahitur propter actum venditionis medium, ex quo eſt tertio ius quæſitum perfectè: vnde dominus ratum habendo illud ius tollere non poteſt,ſecus tamen eſſet,vbi ex actu intermedio ius tertio non foret quæſitum,quia tunc non impediretur ratihabitionis effectus poſtea ſubſequutæ,† gl.pe.in add.marg.in l.ſi indebitum §.fi.eod.

Ratihabitio poteſt fieri pro parte ſuper re diuiſibili,& tunc pro illa tantùm parte impedit ſtipulationem de rato committi,l.cùm debitorem. eod.

Ratihabitio impeditur, ſi superuenit defectus ex parte ratum habentis: ſecus ſi ex parte gerentis,l.pe.& ibi gl.non poteſt,& l.fi.§.fi.eod.

Ratihabitio mandato comparatur,l.hoc iure,195.§.1.de regul. iuris. gl. fin.in l. indebitum,9.C.de condict.indeb.

Ratihabitio eſt approbatio, vel agnitio eius, quod actum eſt à falſo procuratore,gl.1.in l.1.C.de procuratorib.

Ratihabitio eſt ſatiſdatio de rato,quæ talis eſt,promitto me facturum, vel curaturum, quòd dominus ratum habeat,gl.2.ibid.

Ratihabitione ſi negotium ſit noſtrum, oritur actio negotiorum geſtorum ratihabitione ſequuta,l.ſi pecuniam,9. C.de neg. geſt.

Ratihabitio negotij geſti à præſente comparatur mandato, & oritur ex ea actio mandati,gl. fi.ibid.

Ratihabitio negotij geſti ab abſente præcedente mandato, licèt nondum acceptato à mandatario, producit actionem mandati,ſi ipſe gerat ſequuta ratihabitione.ibid.

Ratihabitio negotij ab abſente nullo præcedente mandato non producit actionem mandati;ſed actionem neg.geſt.ibid.

Ratihabitio maioris geſtorum à ſe in minori ætate illa reddit efficacia, & valida,& perdit reſtitutionem,aliàs ſibi competentem,l.1 C. ſi maior factus.

Ratihabitio nihil præiudicat per errorem facti ratam habenti venditionem rei ſuæ, quam credebat ſuo nomine eſſe geſtam, cùm eſſet alieno nomine facta, gl.fi.in l.3.de rei vind.

Ratihabitio mandato,vel conſenſui non eſt abſimilis,l.fi. C.ad Macedonia.

Ratihabitio omnis prorſus retrotrahitur,& confirmat ea,quæ ab initio ſubſecuta ſunt.ibid.

Ratihabitio in multis caſib.non eſt abſimilis mandato,gl.nouella.ibid.

Ratihabitio retrotrahitur in tempus ſcilicet celebrati contractus,l.donationes, quas,25.C.de donat.inter virum.

Ratihabitio retrotrahitur,vt quando pater,qui factum filij accipientis mutuum ratum habet,gl.pe.ibid.

Ratihabitio non retrotrahitur in alterius præiudicium,† gloſ.1.in fi.in l.2.C.de iure fiſci.lib.10.reprob.gl.pen.in l.ſi indebitum.§.fi.rem ratam hab.

Reliqua verbo, Cautio,9. Conſenſus, Maleficium, Negotium,10. Procurator,35. vſque 38. Sigillum, Alienum,3. Decurio, Gerens,5.6.

RATEM vi fluminis eiectam in fundum alicuius non poteſt quis extrahere,niſi priùs domino fundi de damno præterito,& etiam de futuro cauerit,l. ratis. de incendio,ruina,naufr.

Reliqua verbo, Nauigium, Nauis, Schedia.

RATVM habere non poſſum,quòd meo nomine non eſt geſtum. l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego.de neg.geſt gl.3.in l 3.C. de rei vind.

Ratum habere poteſt quis rem non ſuo nomine geſtam ad ſui præiudicium, l. fundus,16.§.1.& ibi gl.conuenit.de pignorib.

Ratum habere non poteſt heres geſtum nomine defuncti, l. Pantonius, 85. de acq.hered.

Ratum haberi poteſt geſtum nomine prælati., vel canonici per ſucceſſorem illius,l.ſi quis offerentis,58.§.1.in add.marg.de ſolut.

Ratum habere poteſt quis geſtum nomine ſuo,ſi ius eius non erat extinctum contra principalem, licèt eſſet extinctum contra fideiuſſorem ſoluentem, l. cùm decem,71.§.1.de ſolutio.

Ratum habere idem eſt,quod approbare, gloſſ.1.in add.marg.in rub.rem ratam haberi.

Ratum habere dicitur dominus,ſi comprobet, vel agnoſcat, quod eſt actum à falſo procuratore,gl.procuratore.in l.quo enim.rem ratam haberi.

Ratum habere debet dominus geſtum à ſuo procuratore cum primùm certior factus eſt:id eſt cum quodam ſpatio tẽporis,nec minimo,nec maximo, quod magis intellectu percipi,quàm eloquutione exprimi poteſt,quod relinquitur iudicis arbitrio,d.l.quo enim.§.1.

Ratum haberi pro parte non poteſt geſtum à falſo procuratore eo inuito, ſed eo volente,& ad eius commodum,gl.fi.in add.in l.cùm debitorem. eod.

Ratum habere videtur dominus iudicium factum à falſo procuratore, eo ipſo quòd appellat ab illo iudicio, licèt nullo,gl.fi.in l.licèt,24.Cod. de procuratoribus.

Rata haberi non poteſt à creditore ſolutio facta à debitore alicui petenti nomine proprio:ſed ſi nomine creditoris petierit, tunc poteſt creditor ſolutionem illi factam ratam habere,gl.2.in l.ſi pecuniam.C.de neg.

Ratum habere non poteſt quis geſtum ab alio nomine proprio, quando res extat,ſecùs quando non extat:quia tunc in ſubſidium poteſt habere ratum, † gl. fi.in l. 3.C.de rei vind.

Ratum haberi poteſt illud,quod alicui mutuatum eſt eius nomine, licèt non ratum habentis nomine, ſi ipſe ratum habens accipiat pecuniam eius nomine, ideò ſua ratihabitione quæritur ei proprietas pecuniæ, gloſ.fin.in l.ei,qui,7. §.1.C.

Reliqua verbo, Ærarium, Coactor, Exceptor, Susceptor.

RECEPTVM id est, quod compromissum, gloss. in rub. de receptis arbitris.

de Recepto atriarij: id est custodientis atria, vel purgantis, non tenetur dominus, gl. atriarij. in l. 1. §. caupones. nautæ, caup. & stab.

de Recepto tenetur caupo, vel stabularius, aut nauta, si ipsi, vel eorum institores, vel exercitores receperint, d. l. 1. §. 1. & §. caupones.

Reliqua verbo, Nauis, 4. vsque 10, Caupo, Stabularius.

RECONVENTIO habet locum iurisdictione prorogata per summissionem factam inferiori à superiori, vel æquali, gl. fin. in l. est receptum. de iurisd. omn.

Reconuentionis materia introducta est, ne aduersarius præsit negotio, quod ad eum spectat, l. si idem. §. 1. & ibi præstante. eod.

Reconuentio non habet locum coram arbitro, quando in compromisso forma non continetur: secùs quando continetur, l. idem Pomponius, 19. in add. marg. de arbitris.

Reconuentio non habet locum coram arbitro, nec ius reuocandi domum, gloss. defendat. & ibi add. marg. in l. non distinguemus. §. item si quis. eod.

Reconuentio non habet locum, vbi petitur aliquid iudicis officio, & non iure actionis, gl. 2. & ibi add. marg. in l. sed & si, 28. de iudiciis.

Reconuentio apud iudicem appellationis locum non habet, l. 1. & ibi add. marg. ff. eum, qui appellauerit in prouincia.

Reconuentio potest fieri non solùm ex eadem causa: sed etiam ex alia, gl. augendam. in l. cùm Papinianus, 14. C. de sententiis & interloq.

Reconuentio potest fieri non solùm in eodem negotio: sed etiam de alio negotio, gl. fi. ibid.

Reconuentio hodie debet fieri necessariò coram eodem iudice ordinario, vel delegato ante litis contestationem, vel paulò post. † auth. & consequenter. & ibi gloss. fi. Cod. eod. & gl. gloriosissimorum. in §. fi. in auth. de exequutoribus. col. 7.

RECONVENTVS actor non potest reum reconuenire per modum reconuentionis, gl. 1. in d. auth. & consequenter.

Reconuentio potest fieri vsque ad causæ conclusionem, quando reus vult procedere secundum naturam actionis, & non curat quòd simul tractetur cum causa, quam intentat actor: sed procedat secundum naturam simplicis conuentionis; sed quando vult quòd causa reconuentionis tractetur simul cũ causa principali, tunc reconuentio debet fieri vsque ad litis contestationem, vel paulò post, gl. mox. & ibi add. marg. in §. fi. in auth. de exequutorib. col. 7.

Reliqua verbo, Conuentus, 1. Conuentio, Reus, 5. Seruus. 25. vsque 30.

RECTE ponitur quandoque pro ritè, gl. rectè. in l. sed & si lege. §. scire. de petitione heredit.

Rectè dictio importat quandoque solennitatem: sed impropriè, gl. rectè. in add. marg. in l. lecta. si certum petatur.

Rectè dictio refertur ad ius, † l. si ab hostib. 11. §. fi. soluto matr.

Rectè, & ritè differunt: ritè denotat ius, & sic solennitatem ordinis iudiciarij: rectè verò denotat iustitiam, & sic merita causæ, & consequenter ipsum factum, gl. 1. in l. iustè possidet, 11. de acq. possessione.

Rectè idem significat quod iustè, in princ. & ibi gl. in casus positione. in procemio Instit.

Rectè dictio denotat causam: sed dictio ritè denotat ius, vel iuris solennitatem, gl. 2. in l. 2. de inoffic. testam.

Reliqua verbo, Iustè, Ritè.

RECTOR, vel prior alicuius collegij certæ professionis nõ habent iurisdictionem, nisi in his, quæ pertinent ad eorum artem, gl. in publicis. in l. fi. C. de iurisd. omn. iud.

Rector, vel prior alicuius collegij, vel societatis habens iurisdictionem potest cognoscere, & diffinire causas publicas ipsius collegij, & causas priuatas, quas habent inter se socij de aliis suis factis occasione societatis. ibid.

Rector prouinciæ in prouincia, quam regit potest concubinam habere, filias in matrimonium collocare, item sponsalia contrahere; sed non ducere vxorem, si tamen deposito officio de nouo consentiant, iustæ nuptiæ fiunt, gl. fi. in l. 1. C. si rector prouinciæ.

Rector prouinciæ si contraxerit sponsalia cum muliere volente, quæ post depositum officiũ noluit nuptias contrahere, reddit arrhas, quas recepit: sed si contraxerat sponsalia coactè, lucratur illas. ibid.

Rector prouinciæ de iure canonico, quod in matrimoniis seruandum est, potest contrahere cum muliere prouinciæ, quam regit, d. gl. fi. in add. ibid.

Rectores, qui eliguntur ad regendam ciuitatem, debent habitare in palatiis, seu prætoriis: non verò in domibus particularibus, l. pen. Cod. de officio rectoris prouin.

Rectoris officium est inquirere debitores communes, & iura inquisita exigere, l. pe. C. de exactorib. lib. 10.

Rectores ciuitatum, eorúmque iudices, atque alij eorum officiales pro eodem delicto, ac negligentia pari pœna puniuntur, nisi pœna dispariter sit imponenda, d. l. pe. in princ. & §. illud. in add. marg.

Rectores ciuitatum possunt conuocare concilium sua authoritate, & tenentur illud facere de necessitate, quando hoc faciendum eis incumbit, l. 2. C. de decurion. lib. 10.

pro RECVPERANDA possessione rei mobilis furto subtractæ non competit aliquod interdictum possessorium, nisi occasione rerum immobilium, gl. erepta. in l. rem, quæ. 15. de acqui. possess.

Reliqua verbo, Possessio, 19. 20. Possessor, 16. Interdictum. 17.

RECVSARE potest heres hereditatem per epistolam, vel per nuncium, glos. & restituere. in l. apud Iulianum, 11. §. fi. ad Trebel.

Recusari non potest iudex post litis contestationem; arbiter autem rectè potest, l. non distinguemus. §. cùm quidam. & ibi gl. species. de receptis arbitris.

Recusari nõ potest hodie præses, vel ordinarius, nec causæ recusationis sunt exprimendæ, gl. nisi iustam. in l. pariter, 9. de liberali causa.

Recusari potest tam iudex ordinarius, quàm delegatus, gl. recusari. in auth. & cõsequenter. C. de sententiis, & interloquutio.

Recusari potest iudex delegatus ante litis contestationem, gl. pe. in l. 1. C. ne liceat in vna, eadémque causa.

Recusare iudicem non potest ille, qui petiit eum in iudicem. ibid.

RECVSATIO iudicis potest fieri ante litis contestationem, vel post, ex noua causa, gl. fi. in l. fi. C. de sententiis, & interlo.

Recusationis libellus debet offerri coram iudice recusato, si est præsens, aliàs debet offerri coram ordinario eius loci, vbi est pars recusans, qui debet partes cogere ad eligendos arbitros infra tres dies, & si partes discordant, debet ipse eos eligere, l. fi. C. de iudiciis.

Recusatio iudicis non potest fieri viua voce: sed debet fieri in scriptis, † gloss. 3. ibidem.

Recusatio iudicis debet fieri intra 20. dies, gl. intra triduum. ibid.

Recusationi iudicis locus est ante litis contestationem: sed in medio litis, secundum leges, non est locus alicui remedio: sed in fine locus est appellationi, gl. fi. in l. 1. C. de episcopali audien.

Recusationis declaratio potest fieri per nuncium, & per epistolam, & decretum coactionis potest interponi contra heredem absentem, quòd adeat, l. recusare, 6. ad Trebellia.

in Recusatione iudicis non oportet causam dicere de iure ciuili: sed de iure canonico est inferenda causa in recusatione iudicis, & corã arbitris electis probanda, gl. nec illud. & ibi add. marg. in l. 4. eod.

RECVSATO iudice delegato eliguntur arbitri à partib. à quorum sententia si appellatur, appellatur ad delegantem, l. fi. C. de iudiciis.

Recusato iudice delegato arbitri eliguntur à partib. & sententia istorum arbitrorum per iudicem recusatum exequutioni mandabitur, nisi fuerit appellatum. ibid.

Reliqua verbo, Iudex, 44. Suspectus, 4. Appellatio, 6.

REDDERE aliud est, & aliud est quasi de suo dare, l. 1. 4. eleganter. depositi.

Reddi verbum habet latam significationem, glo. non videtur. in l. 3. §. 1. commodati.

Reddere verbum habet in se significationem dandi, nisi aliud appareat ex vsu testatoris, vel ex eius verbis, vel alio modo, l. heres meus, 98. & ibi gloss. 1. de leg. 3.

inter Reddere, & edere rationes nihil interest: quia is, qui edere iussus est, nõ debet reliquum reddere; nam & argentarius edere rationes iubetur, etiã si quod reliquum sit apud eum, non soluat, l. boues, 89. §. fi. de verb. sig.

Reddere verbum propriè licèt significet retrò dare: recipit tamen ex interpretatione significationem, & per se dandi, l. verbum reddendi, 94. & ibi gl. 1. & 2. eodem.

Reddere verbum quandoque ponitur pro dare, gloss. final. in l. exigere, 58. de iudiciis.

REDDITA res non videtur in actionibus bonæ fidei, quando redditur deterior, & ideò actio prima durat: sed in actionibus stricti iuris reddita re deteriorata, videtur reddita nisi prorsus in alia forma reddatur, & tollitur prior actio, & agetur actione doli, vel in factum, l. 3. §. 1. & ibi gl. non videtur, & ibi add. marg. commodati.

Reddita, vel soluta si fuerit pars rei debitæ, pro illa tantùm parte tollitur prior obligatio: sed pro alia parte remanet, & potest illa agi ad reliquum tantum: quod verum est quando obligatio est diuidua: secùs si fuisset indiuidua, d. gl. non videtur. & ibi add. marg. ibid.

Redditum pignus non videtur, quando creditor illud reddidit debitori dolo, ac fraude ipsius debitoris: tunc enim ablatum creditori intelligitur, l. 3. de pign. actione.

Reliqua verbo, Debitor, 47. 48. Instrumenta, 17. Rationes, 3. 4. 5. Deteriorem.

REDEMPTIO generis humani à fide sumpsit exordiũ, gl. 1. in rub. C. de summa Trini.

REDEMPTOR dicitur ille, qui suis cæmentis ædificauit, vel ille, qui opus faciendum constituto pretio suscipit. gl. fi. & ibi add. marg. in l. fi. si mensor falsum. & gl. fi. in l. 1. in quibus causis pignus.

Redemptores dicuntur, qui domos alienas, vel opus sua materia ædificandum conducunt: quod Bononiæ dicunt ad summam, gl. 1. in l. redemptores, 40. de rei vind.

Redemptor si ius pignoris remiserit redempto, non erit libertus: sed ingenuus, si antequàm caperetur, esset ingenuus, l. si liberum, C. de postliminio reuers.

REDEMPTVS ab hostibus pretium restituendo redemptori, recuperat pristinum statum; & si redemptor pretium recuperare noluerit, iudex compellet eũ pretium recipere, l. cùm & post. 6. C. eod.

Redemptus non est seruus, sed vinculo pignoris pro pretio pro se dato dicitur adstrictus, gl. 1. in l. is, qui, 16. C. eod.

Redemptus etiam antequàm offerat pretium redemptionis suæ, succedit parentib. suis, vt ex parentũ hereditate pretium pro se datũ soluere possit, d. l. is, qui.

Redemptus cùm pretium pro redimendo solutum soluerit redemptori, vel ei remissum fuerit, pristinum recuperat statum, l. liber. 7. C. eod.

Redemptus filius à matre si fuerit, præsumitur matrem fecisse causa pietatis. & non animo repetendi pretium solutum pro se, nisi contrarium fuerit protestata, d. l. liber, & ibi gl. fi.

Reliqua verbo, Seruus, 98. 99. Redimere, Redimens.

REDHIBERE est facere, vt rursus habeat venditor restituto pretio, l. item Mela. §. si in eo homine. ad leg. Aqui. l. redhibere, 21. de ædilit. edict.

Redhiberi nõ potest partus ancillæ pro parte: quia non recipit diuisionẽ, & ideò seruatur in eo idem, quod in ipsa matre vendita, l. quòd si nolit, 31. §. si plures de ædilit. edict.

Redhibere non potest vnus ex dominis pro parte sua seruum communem emptũ à seruo communi, nec vnus solus ex pluribus heredib. emptoris poterit agere redhibitoria ad pretium nisi omnes consentiant. ibid.

Redhibetur semper accessoria res propter rem principalem venditam redhibitã, licèt nullum vitium fit in accessoria, l. proinde, 33. §. fi. & ibi gl. fi. eod.

Redhibetur accessoria res, si accesserit venditioni rei expressim, non si sub vniuersitatis appellatione, vel velamento, l. itaque, 32. l. proinde, 33. & ibi gl. omnes. in l. cùm cuiusdam. eod.

Redhiberi

Reliqua verbo, Sanguis.

REDIMENS ingenuam ab hoſtibus captam, ſi eam in matrimonio copulauit, ſibi cautè remiſſo pignore priſtinum ſtatum recuperat, l. ſi is, qui. 15. Cod. de poſtliminio reuerſ.

Redimens mulierem ab hoſtibus captam poteſt eam retinere loco pignoris, donec pretium ſibi ſoluatur; & ſi eam ſibi poſteà in matrimonio copulauit, videtur nexum pignoris dimiſiſſe. l. 2. C. eod.

Redimenti non defertur ſucceſſio, eo ipſo quòd redimit. gl. redimere. in auth. ſi captiui, C. de epiſcopis, & cleri.

Reliqua verbo, Captiuus, Captus, 2. 3, Redemptus.

REDIRE rem, vel reuerſam eſſe domino dicitur ex interpretatione, cùm dominus recipit eius æſtimationem, vel eius voluntate alteri tradita eſt. l. 4. §. tunc in poteſtatem. de vſucapion.

Reliqua verbo, Licentia.

REDITVS verbum latius eſt, quàm verbum partus; & reditus appellatione continetur partus. l. Paulus. 14. & ibi gl. reditu. & add. marg. de vſuris.

Reditus appellatione continetur partus: ſecus in vſufructu, † gl. non retinebit. & ibi add. in l. deducta. 58. §. hereditatem. ad Trebel.

Reditus eſt generalius nomen, quàm fructus, d. gl. non retinebit. in additione marg.

Reditus nomen genus eſt ad fructus, cùm omnis fructus ſit reditus; ſed non contrà: nam partus eſt reditus: ſed non fructus, gloſſ. 1. in l. frugem. 77. de verb. ſig.

Reditus inter immobilia numerantur. gl. reditus. in §. quoniam autem. in auth. vt hi, qui obligatos ſe habere. col. 6.

Reditus annui, vel annonæ ciuiles computantur immobilia, licèt vere non ſint. §. vlt. & ibi gl. ciuiles. & gl. numeranda. in auth. de non alienandis. col. 1.

Reliqua verbo Legans, 5. Legatum, 66. Obuentiones, Panes, Sors.

REFERENDARII non erãt aduocati ſimpliciter: ſed erant quidam certo numero conſtituti, in hoc vt egentium petitiones, ac deſideria cum honeſtate, & ciuilitate referrent ad principem, vt ſic faciliùs ſingulorum deſideria perdiſceret, † reprob. gloſſ. 2. in additione marg. in §. 1. auth. de referendariis. col. 2.

Referendariorum numerus in octonario numero debet terminari: aliis, qui vltra hunc numerum ſunt, iam conſtitutis in ſuo ſtato manentibus. auth. de referendariis ſacri palatij. coll. 2. per tot.

REFERRE debet iudex factum inſtructum, non inſtruendum, l. 1. Cod. de relatio.

Reliqua verbo, Iudex, 50. Iuramentum, 12. vſque 28. Iurare, Relatio.

REFICIENTI riuum non poteſt nouum opus nunciari; poteſt tamen agi cõtra eum in rem negatoria, per quam negatur ius eſſe ei, l. ſeruitus. §. pen. de riuis.

Reficiens riuum de damno infecto cauere debet. ibid.

Reficienti riuum competit interdictum de riuis, ſi prohibeatur portare, & aduehere ea, quæ refectioni ſunt neceſſaria. d. l. ſeruus. §. fin.

REFICERE eſt aliquid noui facere. l. 3. §. hoc autem de itinere, actúque.

Reficere caſtrum poteſt is, qui prohibetur conſtruere, niſi reficeret antiquum opus totaliter dirutum: quia tunc diceretur, quòd de nouo conſtruit, quod ſibi non permittitur, d. §. hoc autem. & ibi add. marg.

Reficere iter, vel actum idem eſt, quod ad priſtinam formam iter, vel actum reducere: hoc eſt ne quis reficiens iter dilatet, aut producat in longum, vel deprimat in profundum, aut exaggeret in altum. d. l. 3. §. reficere.

Reficere aliud eſt, & aliud eſt facere: quandoque tamen nihil intereſt inter reficere, & facere. d. §. reficere. & ibi gl. aliud.

Reficere eſt, quod corruptum eſt in priſtinum ſtatum inſtaurare. l. 1. §. deinde. de riuis.

Reficere tenetur locator rẽ à ſe locatam: ſed dominus non tenetur reficere rem fructuario, vel vſurario, gl. 2. in l. ex conducto. 16. locati.

REFICIENDI iter facultatem habens poteſt pontem nouum facere itineris muniendi cauſa, ſi ſine hoc commeari non poſſit, l. 3. §. fi. de itinere, actúque.

Reficiendi facultatem habens, ſi prohibeatur aſportari lapides, vel ligna ad reficiendum, dicitur per conſequens prohiberi reficere, l. 4. eod.

Reficiendi iter facultatem habens, ſi cùm poſſet breuiori via adportare, quæ refectioni ſunt neceſſaria, aſportauerit longiori itinere, & per hoc patiatur dãnum, aut deſtruatur fundus, in quo iter debetur, poteſt dominus fundi prohibere ita aſportantem abſque pœna, quominùs portet per illud iter d. l. 4. §. fi. cum leg. ſeq.

Reficiendi verbo continetur tegere, ſubſtruere, farcire, ædificare, item aduehere, & apportare ea, quæ ad eam rem opus eſſent, l. 1. §. deinde. de riuis.

Refectionis cauſa ſi aliquid adiiciatur rei, illud ipſi rei cedit: ſed ſi de nouo adiiciatur aliquid, ad dominum illus adiecti iure pertinet, l. Minitius, 61. de rei vindicatione.

Reliqua, verbo, Cloaca, Contribuere, Domus, 9. 10. 11. Facere, Fructuarius, 11. Fulcire, Mutus, Nauis, Patres, 34. Riuus, Via, 2. 3. Vſufructuarius, 19. Opus, 4. 5.

REFORMATIO facta à prouincialibus in his, quæ publicam vtilitatem reſpiciunt, non valet, etiam conſentiente præſide, niſi per præfectum, vel principem fuerit approbata, l. pe. C. de legat. lib. 10.

REFVGAE operis metalli ſubiiciuntur pœnæ metalli; ſed non morti, l. pe. §. fin. de variis, & extraordin.

REFVTATORIAE literæ dicuntur ſcripturæ, in quibus continentur renunciationes allegationum, vel appellatio iam facta. gl. 1, in l. quoniam, 18. C. de appellat.

Reliqua verbo, Litera.

REGALIA non poteſt princeps concedere in præiudicium ſucceſſorum, gloſſ. ſucceſſorum. in §. ſententiæ, in extrauag. de pace Conſtantiæ.

Regalia iura dicuntur viæ publicæ, flumina nauigabilia, portus, ripatica, vectigalia, monetæ, mulctarum, pœnarúmque compendia, bona vacantia, & quæ ab indignis auferuntur, & bona contrahentium inceſtas nuptias condemnatorum, ac proſcriptorum, item præſtationes angariarum, parangariarum, & plauſtrorum, & nauium, poteſtas conſtituendorum magiſtratuum ad iuſtitiam expediendam, argentariæ, & palatia in ciuitatibus conſuetis, piſcationum, & ſalinarum reditus, bona committentium crimen maieſtatis, & alia, c. 1. quæ ſint regalia in vſibus feudorum.

REGNA ſunt condita de iure gentium à ſingulis gentibus ſibi reges eligentibus, l. ex hoc iure. & ibi gl. condita. de iuſt. & iure.

REGVLA, eſt compendioſa doctrina, vel vnius caſus, vel plurium, in quibus eadem ratio vertitur, gl. regula in l. 2. de legibus.

Regula eſt plurium rerum compendioſa narratione facta traditio. ibi. & glo. 1. in l. 1. de regulis iuris.

Regulæ per ſigna vniuerſalia cognoſcuntur affirmatiua, vel negatiua, gl. 1. in l. iura. de legib.

Regulam iuris non debemus ſequi in his, quæ contra rationem iuris conſtituta ſunt, l. in his, de legibus.

Regula eſt, quæ rem breuiter, enarrat: hoc eſt rem, de qua fit in regula ſermo, breuiter enarrat. l. 1. & ibi glo. 1. de regulis iuris.

ex Regula non ſumitur ius: ſed ex iure, quod aliàs eſt conſtitutum: ſcilicet generale plurium, & commune fit regula, ibid.

Regulæ ſunt vniuerſali ſigno denotante vniuerſalem affirmationem, vel negationem, ſiue id fiat per nomina, ſiue per aduerbia. d. gl. 1.

Regula facit ius in caſib. iure non ſtatutis: ſed non facit ius in caſib. in iure ſtatutis. † d. gl. 1. verſ. ſuper ſecundo.

Regula eſt coniunctio cauſæ; id eſt plures cauſæ ſimul iunctæ regulam conſtituunt, veluti ſtatutum eſt in piſcib. vt occupanti concedantur, & idem ius ſtatutum eſt in feris, & beſtiis, & volucribus, quæ in nullius bonis ſunt, & ita ex his colligitur regula, quòd in bonis nullius eſt, id occupantis fiat, fallit hæc regula in libero homine, & in non adita hereditate, & in re ſacra, & religioſa † d. gl. 1. verſ. ſuper tertio.

Regulam non fallere ineptum eſt dicere, ſi æquitas in contrarium ſuadet. gl. existimamus, in auth. vt ſine prohibitione matres. col. 9.

REGVLA CATONIANA legatorum confirmationem impedit ex teſtamẽti tempore vſque in diem mortis, at ex tempore mortis vſque ad diem aditionis, non impedit confirmationem, gl. fi. in add. marg. in l. vſusfructus, 6. de vſufructu.

Regula Catoniana habet locum in legatis, non in hereditatib. nec in conditionali inſtitutione, † gl. 1. in l. poteſt quis. 56. de hered. inſtit.

Regula Catoniana ne in ſuo teſtamento locum habeat, poteſt teſtator facere, gl. 1. in l. in tempus. 62. eod.

Regula Catoniana non habet locum in tutoris datione: ſicut nec in legatis, nec in hereditatibus, quorum dies cedit ab adita hereditate, gl. 1. in l. ſi nemo. de teſta. tutel.

Regula Catoniana non habet locum niſi in legatis, quorum dies cedit à morte teſtatoris, & non ab adita hereditate, gl. inutile. in l. quod in rerum, 24. §. 1. & ibi gl. purum. de legat. 1. & gl. falſa in l. 1. & l. 3. & ibi gl. 1. & l. pe. de regula Catoniana. & l. cum legato, 17. & ibi gl. regula. quando dies legati cedat.

Regula Catoniana non impedit legata conditionalia, ſed bene impedit legata pura, l. cætera, 43. § 1. de legat. 1.

Regula Catoniana habet locum etiam in legatis, quæ non ſunt omnino inutilia. ibidem.

Regula Catoniana prohibente non confirmatur legatum nullum propter qualitatem rei legatæ. ibid.

Regula Catoniana habet locum in ſeruo legato herede inſtituto, quamuis hoc legatum cedat ab adita hereditate, gloſſ. purum. ibid.

Regula Catoniana non habet locum in legatis conditionalib. quorum conditio, etiam ſi incontinenti moreretur teſtator, ſuſpenderetur, gl. ad conditionalia. ibidem.

per Regulam Catonianam non vitiatur legatum ſub conditione, cuius conditio tempore mortis impletur, veluti lego Titio rem ſuam, ſi ſua non erit, cùm moriar. † ibid.

Regula Catoniana non habet locum in legatis conditionalib. quia ex eo, quòd teſtator apponit conditionem, apparet quòd non vult, quòd inſpiciatur tempus teſtamenti: ſed aliud tempus futurum, d. gl. ad conditionalia. in add.

Regula Catoniana non habet locum in legatis, in quib. impedimentum ceſſat ex cauſa, quæ retrotrahitur, l. ſeruum filij, 46. eod.

Regula Catoniana non impedit legatum valere, quando impedimentũ verè ſubeſt: ſed iuris fictione fingitur non ſubeſſe, l. non quocumque, 84. §. 1. eod.

Regula Catoniana habet locũ in legato optionis: quia habet in ſe tacitam conditionem, non expreſſam, † gl. data. in fi. in l. ſi domino, 102. eod.

Regula Catoniana non habet locũ quando in legatum non valebat ab initio per perſonam legatarij, glo. conſiſtit in ad. in debitor, 84. §. fi. de leg. 2.

Regula Catoniana non habet locum, quando inter mortem & aditionem nõ eſt dare medium, l. ſi optio. & ibi gl. quòd ſi. de optione legata.

Regula Catoniana habet locum in legatis puris inutilib. tempore teſtamenti, quæ poſteà tempore mortis impedimento ceſſante non confirmantur: non tamen habet locum in legatis conditionalib. vel in diem incertam, l. 1. & ibi gl. magna. de regula Catoniana.

Regula Catoniana non habet locum, quando quis tibi legat rem tuam, quam tu eo viuo alienaſti: quia tunc etiam ſi non valeret tempore teſtamenti, cùm eſſet tua; tamen cùm tempore mortis non ſit tua, cùm eo viuo alienares, valet legatum, d. l. 1. & ibi gl. fi.

Regula Catoniana non habet locum in legato relicto filiæ, ſi Titio nupſerit viuo teſtatore: quia & ſi tempore teſtamenti illa ſit impubes: ſi tamen tempore mortis nupta inueniatur, valet legatum, gl. falſa. in d. l. 1. & l. 2. eod.

Regula Catoniana habet locum in legatis relictis tacita condictione: veluti ſi tibi legaui optionem ſerui, & poſteà legaui fundum Sticho ſeruo meo ſine libertate, primum legatum optionis eſt conditionale tacita conditione, & per conſequens etiam ſecundum legatum eſt conditionale, d. l. gloſſ. falſa. ibidem.

Regula Catoniana habet locum, quando legatum deficit, & eſt inutile ex perſona tantùm relinquentis: vt ſi teſtetur ſeruus, & decedat liber factus: itẽ quando

rem;vendico partem incertam,d.§ fi.& ibi gl.datur.

Reiuendicatione conueniri non poteſt ille,qui negat poſſidere : ſed ſi conuincitur de mendacio,transfertur poſſeſſio in actorem,l.fi.eod.& gl.fi.in l.cogi.C. de petitione heredi.

Reiuendicatio ſicut non datur alicui , ideò quia poſſidet : ſed opus eſt vt cauſam probet,vnde ad eum dominium peruenit:ita & in Publiciana, gl.adminiſtrat. in l.eum,qui,8.§.1.de Publiciana.

Reiuendicatio poteſt intentari etiam contra ciuiliter poſſidentem , l.cuiuſcumque,67.§.ſi fundus.& ibi gl.poſſeſſore.de vſufructu,& quemadmod.

Reiuendicatio incertæ partis in corporalib. poteſt competere alicui , l. & ſi non omnes.& ibi gl.legatum.communi diuidundo.

Reiuendicatio datur in heredes furis re exhibita,l.1.de priuatis delictis.

Reiuendicatione ceſſa non transfertur dominiū in ceſſionarium : ſed vtilis duntaxat reiuendicatio competit, & ideò ceſſionarius debet in libello proponere rei dominium ad cedentem pertinere & petere rem ſibi reſtitui : quia ceſſionarius ſit.l.eum,qui,14.in add.marg.de furtis.

Reiuendicationem habens videtur habere ipſam rem : nam & fructus naturales vendicat,& etiam induſtriales , ſi ſit poſſeſſor malæ fidei , gl.1.in l.qui actionem.15.de regul.iuris.

5 Reiuendicatione conuentus filius,vel ſeruus,per quē poſſidet , ſi abſens ſit,tenetur cauere de reſtituenda re,cùm primum in eius poteſtatem peruenerit, glo. fi.in l.Celſus.§.ſed & ſi.in add. marg.ad exhibend.

Reiuendicationem parit poſſeſſio ſola,gl.1.in l.ita vt,etſi fur,16.commodati.

Reiuendicatione vt quis agat , ſufficit quòd incipiat eſſe dominus poſt litis conteſtationem,gloſſ.fin.in l.ſi in rem.§.fin.de pigno.actione.

Reiuendicatio ad reuocandum venditionem ob pactum non ſeruatum non datur venditori in pacto addictionis in diem,& in pacto legis commiſſariæ , gl. nouam.in l.pacta.72.de contrahen.emptione.

Reiuendicatio datur venditori,ſi pactum non ſeruetur pretio non ſoluto,nec habita fide de pretio ad reuocandam venditionem , ſi aliàs is non erat venditurus:ſed ſi erat venditurus , datur venditori,ſi pactum non ſeruetur,actio præſcriptis verbis,vel ex eo contractu,& non reuocatur venditio.ibid.

in Reiuendicatione ſuccumbens non prohibetur intentare Publicianam , l.minor,20.§.1.& ibi gl.ſupererit.de euictio.

Reiuendicatio, & Publiciana duæ ſunt diuerſæ actiones , ſiue cauſæ agendi ; vna ratione directi dominij : alia quaſi dominij , & ideò agens reiuendicatione,ſi ſuccubuerit,poteſt agere de nouo Publiciana,d.gl.ſupererit.

in Reiuendicatione directa ſuccumbens non agit de euictione , ſi ſupereſt ſibi Publiciana,vel vtilis reiuendicatio,l.ſi venditor,66.eodem.

in Reiuendicatione directa ſuccumbens poteſt intentare de nouo Publicianam, vel vtilem in rem , d.l.ſi venditor , & ibi gloſſ.1. & gloſſ.conſtat.in l.fundi.de exceptio.

Reiuendicatione ceſſa dominium rei ceſſæ non tranſit in ceſſionarium,ob idque ceſſionarius volens agere reiuendicatione directa debet eam intentare ex perſona cedentis,l.vir cùm vxori,40.in add.marg.de donat. inter virum.

Reiuendicatio, & ad exibendum dantur quandoque non ad rem , vel ad eius exhibitionem:ſed ad æſtimationem quanti in litem iuratum fuerit,& contra eū, qui dolo deſiit poſſidere , vel qui tignum alienum ſuis iniunxit ædibus , licèt nomen actionis non conueniat ad hoc,gl.noceret.in l.1.§.ſed & apud.de aqua pluuia arcen.

6 Reiuendicatio vtilis poteſt concurrere cum condictione:ſed non directa, † gl.fi. in l.qui mortis,34.de donat.cauſa mortis.

Reiuendicatio pro naturali poſſeſſione,& vti poſſidetis pro ciuili poſſeſſione turbata poſſunt concurrere,& cumulari in eodem libello , cùm ita non ſint contraria,l.clam poſſideri,6.§.fi.de acq.poſſeſſ.

Reiuendicatione qui agit , non impeditur intentare interdicto vti poſſidetis , l. naturaliter.§.nihil commune.eod.

Reiuendicationem habere non poteſt poſſidens, gl.1.§.interdictum.& ibi gloſſ. vltrò .vti poſſidetis.

Reiuendicatione poteſt conueniri ille,qui poſſidet ciuiliter tantùm, † glo.accedere.in l.Pomponius.13.§.ſi is,qui precario.de acquirend.poſſeſſio.

Reiuendicatione non tenetur ille,qui tignum domui,vel rotam vehiculo adiunxit:licèt habeat facultatem reſtituendi:tenetur tamen ad exhibendum.ibid.

Reiuendicatione poteſt agi contra ſimplicem detentorem, quando dubitatur an poſſideat:ſed quando conſtat eum eſſe ſimplicem detentorem,tunc ipſe abſoluitur ab obſeruatione iudicij , & poteſt ſe defendere , & authorem laudare in ipſo iudicio.d.gl.accedere.in add.marg.

Reiuendicatione conuentus non habet beneficium ne teneatur vltra quàm facere poteſt,non habita ratione ne egeat,l.Nenſennius,41.§.1.& ibi gl. reſtituat. de re iudicata.

Reiuendicationem poteſt intentare ciuiliter poſſidens contra naturaliter poſſidentem,& poſſidens ciuiliter contra detentatorem , gl. vltrò.in l.1.§.interdictum .vti poſſidetis.

Reiuendicatio datur abſenti retinenti animo poſſeſſionem , quam alius intrauit, vt poſſideret clam ab alio,qui abſens reuerſus non ſuſpicatur ſe poſſe repelli, nec eum vult violenter expellere.† ibid.

7 Reiuendicatione,& confeſſoria ſimul propoſita proceditur ſuper reiuendicatione,cùm altera ſit præiudicialis,gl.reſtitutionem.in l.ſed ſi ante.de exceptio.

Reiuendicatione agens non poteſt ea pendente agere communi diuidundo ex eadem cauſa,dicens ſe directè dominum eſſe pro parte,l.fundi.& ibi glo.conſtet.eod.

Reiuendicatione qui egit,& ſuccubuit,poteſt agere actione perſonali ad eandem rem,nec obſtabit ſibi exceptio rei iudicatæ,l.fi.de exceptione rei iudi.

Reiuendicatione non proſequitur quis,quod ſibi debetur, gl.debeatur.in l.nihil aliud,50.de actio.& oblig.

Reiuendicatio poteſt intentari ab Eccleſia pro re ſacra:ſed non à laico.gl.articulis.in l.ſancimus.17.C.de ſacroſanctis.

Reiuēdicatio competit Eccleſiæ pro rebus donatis,venditis, aut relictis iure hereditario : pro legatis etiam ſine vlla traditione. l. vt inter.19. & ibi gloſſ. pe. eodem.

Reiuendicatione ſi egi contra te ad fundum , quem tu poſſides , ſi poſteà tranſigam,& renunciem inſtantiæ,& liti, non per hoc dicor transferre in te dominium,l.ſi pro futuro.C.de tranſact.

Reiuendicatio eſt actio,quæ competit alicui ratione dominij,vel quaſi:poſſeſſionis,vel quaſi:intellige quòd ipſe ſit dominus,vel quaſi,& alter poſſideat, vel quaſi,neque ſufficit,quòd ſit ipſe dominus,vel quaſi,ſi alter non poſſideat,glo. 1.in l.1.C.de alienatione iudicij.

Reiuendicatio non competit ei,qui iure dominium non habet,gl.vendicantem. in l.1.C.vbi in rem actio.gl.2.in l.pen.C.de rei vindicatione.

Reiuendicatio competit ei , qui petit rem ratione dominij : ſed dominium non petit,cùm verè habeat illud,d.gl.vendicantem.& gl.2.in d.l.pe.

Reiuendicatio competit contra poſſidentem, non contra venditorem , l.1.C.vbi in rem actio.

Reiuendicatio competit contra ciuiliter tantùm poſſidentem , & fit miſſio in rē pro ciuili tantùm,ſi non veniat,qui defendat, & non fit præiudicium in naturali,niſi poſſidens naturaliter patiatur,gl.1.in l.2.C.eod.

Reiuendicationi præſcribitur longo tempore cum titulo. l. hereditatis , 7. C.de petitione hereditatis.

Reiuendicationi non præſcribitur longo tempore ab eo, qui titulum non habet l.nullo.24.C.de rei vindicatione.

Reiuendicatio vtilis datur ſuperficiario,emphyteotæ , & ſimilib.gl.in rub.Cod. eodem.

Reiuendicatio non datur : ſed datur condictio, quando prohibitus ex contractu alienare alienat.gl.2.in l.3.C.de condictione ob cauſam.

Reiuendicatio non eſt actio , neque obligatio , gl.1.in auth.minoris.C.qui dare tutores.

Reiuendicatio,vel aliud remedium introductum ad adipiſcendam poſſeſſionem competit etiam illi,qui actualiter poſſidet, vt in tali poſſeſſione confirmetur, vel manu teneatur cùm rei vindicatione poſſit agere retinendo, gl.1.in l.1.C. de Carboniano.

Reiuendicatio vtilis datur ei,qui perpetuò , & non ad modicum tempus conduxit fundum,dummodò tempus non ſit finitum,& etiam ſuperficiario, gl.vendicare.in c.1.de inueſtitura de re aliena.

Reiuendicatio quandoque non datur domino , §.cùm in ſuo.Inſtit.de rerum diuiſione.

Reiuendicatio,quæ datur legatariis , non eſt ex quaſi contractu , gl.intelligitur. in §.heredes.Inſt.oblig.quæ ex quaſi contractu.

ad Reiuendicationem cauſandam duo extrema requiruntur:ſcilicet dominium, vel quaſi ex parte agentis : poſſeſſio , vel quaſi ex parte conuenti. §. omnium. Inſt.de actio.

Reliqua verbo, Agens,2.3.Pignus,17.Poſſidens,2.Poſſeſſor,1.Publiciana actio , 187. vſque 102.Heres,63.64.

RELATIO in dubio fit ad id,quod principaliter in oratione ponitur,l.fi.§.Titia,quæ duos.de liberatione legata. 2

Relatio quandoque fit de plurali ad ſingulare , gl.à quib.in l.1.§.inde.de noui operis.

Relatio dicitur abſentis in ſcriptis : vel ſimplex relatio : ſuggeſtio verò econtrà præſentis ſine ſcriptis,& conſulendo,gl.1.l.2.C.de legibus.

Relationes vicariorum præfecti ſi vſus attulerit, ad principem debent referri,l. 1.C.de officio vicarij.

Relationes iudicum libenter à principe debent audiri, ne eorum authoritas decreſcat repellendo eorum conſulta,veluti profanorum.ibidem.

Relatio cauſarum ad alios iudices poterat fieri iure antiquo : ſed hodie non. gl. fi.in l.iudices.9.C.de iudiciis.

Relatione facta debet officium iudicis conquieſcere,aliàs appellari poteſt,l.1.C. de relatio.

Relationis copia partibus debet edi , vt ſi diſpliceat alicui , contradicat incontinenti.ibid.

Relatio fieri prohibetur iudici delegato,gl.2.ibid.

Relatio ſuper facto non debet fieri à iudice:ſed ſuper iure communi rectè poteſt fieri.ibid.

Relatio ad iudicandum propter defectum iuris dictionis poteſt fieri à iudice. ibid.

Relatio ad iudicandum,vt odium euitet,non permittitur iudici.ibidem.

à Relatione iudicis non appellatur:ſed eſt quædam contradictio,† gl.fin.ibid.

Relationem factam à iudice etiam in cauſa criminali debet partes approbare,vel reprobare,l.2.& ibi gl.fi.C.eod.

Relationem poteſt iudex facere , quando dubitat de iure cauſæ:ſed ſi fingens fecerit relationem,punitur,d.gl.fin.

Relatio iudicis debet continere totam ſeriem actorum,& poſteà mittuntur acta, l.fi.C.eod.

Relatio eſt facienda ad proxima,gloſſ.iſtæ quoque.in §.æquè.Inſt.de actio.

Reliqua verbo,Precario,Iudex,50.Remiſſio,Referre.

RELATIVVM inducit conditionem diſtributiuè,& non collectiuè ; quaſi dicat quod natum erit:id eſt quatenus natum erit ſiue in totum, ſiue in partem,l.ſi debitor,39.§.fin.de contrahen.emptione.

Relatiuum iunctum verbo futuri temporis,vel quod habet vim futuri,facit conditionem,& ita idem eſt dicere,quod natum erit,vel ſi natum erit, ibi gl.centum.in add.marg.in l.inter ſtipulantem.82.§.ſacram.de verbo.obli.

Relatiuum poſitum ſine copula,ſi non reperit antecedens certum,ad quod ſe referat,nihil operatur,l.Titiæ textores,36.de leg.1.

Relatiuum quis,vel qui,in dubio facit relationem veram,& non ſimplicem,l.Iulianus,15.de hered.inſt.

Relatiuum ſubſtantiæ in diuerſis orationib. inter nominatos facit verbalem cōiunctionem:ſed copulatiua , & cùm cadit inter diuerſas orationes , nunquam cadit coniunctio verbalis:quia verbalis coniunctio non inducitur,niſi per celeritatem locutionis,d.l.Iulianus,15.& ibi add.marg.

Relatiua quantitatis etiam inducunt conditionem , quæ cùm defecerit , inanis videbitur inſtitutio,vel ſubſtitutio,l clemens,81.§.final.eod.

Relatiuum quis,vel qui,iunctum verbo futuri temporis inducit conditionem,& demon-

in Religionis fauorem in dubio intelligitur quod maius est, l. Titia, 40.§. fi.de auro,& argento.
Religionis principium est fides,gl.1.in rub.C.de summa trinit.
Religio est ius quoddam superioris naturæ, quæ curam, cerimoniámque nobis affert.gl.quam.in l.1.C.eod.
Religionem,quam Diuus Petrus tradidit Romanis, ab omnibus populis seruari debere iubet imperator,d.l.1.
Religio non patitur in genere sic accepta:sed religiosus sic; gloss.vera religio.in l.3.C.eod.
Religionem contemnens deierando,satis Deum habet vltorem:sed contemnens religionem violando aliter fidem catholicam: vt sunt hæretici, non solùm Deum habent vltorem:sed etiam puniuntur pœna capitali à lege ciuili,gl.1.in l.2.C.de rebus creditis.
Religio ficta non excusat quem à muneribus ciuilib.l.quidam ignauiæ, 26.& ibi gl.monazonio.C.de decurionib.lib.10.
Religio dicitur à religo religas, cùm autem leges hominum voluntates religent,ac coarctent ad iustè viuendum,faciunt hominem religiosum, glo.religiosissimus in add.in procem.Instit.
in Religionis ambiguis quæstionib. stricta ratio nunquam solet omitti in fauorem religionis,etiam si sit contraria æquitati,l.sunt personæ,43.& ibi glo.pe. de religios.& sump.

Reliqua verbo, Obsequium, Pietas, Prouidentia.

1 RELIGIOSA non sunt quæ sunt proxima religiosis, gl. 1. in l.quæ religiosis, 44.de rei vindicatione.
Religiosis quæ adhærent,vt lapides monumentis,religiosa non sunt, d.l.quæ religiosis.
Religioso loco si quis lapides suos adhæserit,& illi remoti sint ab aliquo, nõ potest eos vendicare tanquàm suos:sed bene tanquam religiosi loci,d.l.quæ religiosis.& ibi gloss. possunt.
Religioso loco si quis lapides suos adhæserit, & illi sint remoti ab aliquo,contra eum,qui remouit eos,habet in factum actionem,vt sibi restituantur.ibid.
Religioso loco si quis lapides alienos adhæserit ædificando, si illi lapides detracti sint ab illo ædificio religioso,vt ibidem reponentur, vel alibi imponerentur,poteris eos reiuendicare, vel repetere actione in factum, dict.l.quæ religiosis.& ibi gloss. final.
Religiosa loca quandoque plus habent,quàm publica,gl.fi.in l.seruitutes, 14.de seruitutib.
Religiosum locum vnusquisque sua voluntate facit, dum mortuum infert in locum suum,l.in tantum.de rerum diuis.
Religiosus locus non potest fieri sine pontificis authoritate de iure canonico, l.1.in add.marg.de religiosis,& sumptib.
Religiosus locus est,in quo seruus sepultus est,l.2.eod.
Religiosus non fit totus locus, qui sepulturæ destinatus est: sed quatenus corpus humatum est,d.l.2.§.purus.
Religiosum locum non facit ossium illatio: quia ossa non sunt cadauer. d.§. purus.in add.marg.
Religiosum locum facere non potest ille, qui vsumfructum habet. d. l. 2. §. si vsumfructum.
2 Religiosum locum non potest facere vsufructuarius, nec proprietarius poterit, nisi intulerit eum,qui vsumfructum legauit,in eum locum, cùm in alium locum non potest ita opportunè inferri.ibid.
Religiosum locum non potest facere proprietarius inuito fructuario: rectè tamen faciet religiosum consentiente fructuario.ibidem.
Religiosum facere non potest quis locum,qui seruit,nisi consentiat is, cui seruitus debetur,d.l.2.§.locum.
Religiosum quis potest facere locum,qui seruit,si non minus commodè per aliũ locum seruitute potest vti ille, cui seruitur: quia non videtur tunc seruitutis impediendæ causa fieri,d.l.2.§.pe.
Religiosum facit debitor agrum,quem pignori dedit creditori, si in eum agrum suum mortuum intulit,d.l.2.§.fi.
Religiosus fit ager pignori datus creditori, si debitor inferatur in eum agrum, non tamen potest debitor alij concedere hoc.ibidem.
Religiosum locum facere non potest proprietarius inuito vsufructuario: quia propter hoc minuitur facultas fructuum percipiendorum, & vsusfructus pro parte deperit,gloss.fin.ibidem.
Religiosum locum communem fieri ex consensu omnium vtilius est:inuitis tamen illis fieri non posset,l.3.& ibi gloss.final.eodem.
Religiosum locum quilibet facit, si inferat testatorem in locum hereditarium etiam herede vel cessante,vel absente,ignorante,vel verente,l.scriptus.eod.
Religiosus locus tunc fit, cùm defuncti fuit ille locus, quando alibi commodè sepeliri non potest:secùs si alibi posset,d.l. scriptus.& ibi gl.2.
Religiosum locum facit heres,si defunctum in legatum locum testatorem intulit,si in alium locum tam opportunè inferri non potuit.ibidem.
Religiosa apud hostes à nobis capta non sunt religiosa.gloss.1.in l. cùm loca,36. eodem.
Religiosus locus si pro puro sit venditus, & in eum extraneus mortuum intulerit, venditori competit actio in factum contra extraneum inferentem, vt aut tollat,quod imposuit,vel præstetur ei interesse, l.ossa.§.si solus.& ibi gl.pertinet.de religiosis.
Religiosus locus pro puro si sit venditus, potest venditor petere cum actione in factum,† gloss.pertinet.& gloss.quasi.ibid.
Religiosum locum non facit heres interim inferendo mortuum in locum sub conditione legatum,nisi aliò oportunè non poterat inferri.l.si locus sub conditione,34.& ibi gl.1.eod.
Religiosa,vel sacra desinunt esse omnia loca ab hostibus capta, quæ postea recuperata quasi quodam postliminio reuersa pristino statui restituuntur. l. cùm loca,36.eod.
Religiosa,vel sacra specialiter vendi non possunt: sed si venditioni maioris partis rei simpliciter venditæ accesserit aliquid religiosum, valet venditio, & in consequentiam venit illud religiosum,nisi per pactum excipiatur,quòd si aliquid religiosum fuerit, illud non vendatur, l.hanc, 22.cum duabus seqq. de contrahen.empt.
Religiosus locus esse desinit, si caput hominis transferatur, gl.1.in l.æde sacra, 73.eod.
Religiosum, aut sacrum locum possidere non possumus, etiam si contemnamus religionem,& pro priuato eum teneamus,l.qui vniuersas, 30.§.1.de acq.poss.
Religiosam rem non facit consecrans,vel dedicari faciens,si ea aliena sit, gl.2.in l.fi.de litigios.
Religiosum facere non potest quis id,quod sepelire prohibetur. l.4.§.pe.ad leg. Iul.peculatus.
Religiosus locus non fit vbi thesaurus inuenitur, & si in monumento inuentus fuerit,non tollitur quasi religiosus.ibid.
Religiosus locus fit per illationem corporis,l.3.C.quæ res pignori.
Religiosus locus non potest obligari specialiter; sed cum vniuersitate rectè potest,d.l.3.& ibi gl.fi.
Religiosus fit quis per leges: nam & ipsæ sunt sacræ,gl. religiosissimus.in princ. in prœmio Institution.
Religiosus locus iure canonum non fit ex mortui illatione, gl. vnusquisque. in additione.in §.religiosum.Inst.de rerum diuisione.
Religiosus locus fit ex mortui illatione:fieri autem non potest nolente domino, vel habente ius communis proprietatis,vel vsusfructus:& sufficit,quòd semel consenserit,d.§.religiosum.
Religiosus locus est,vbi totum mortuum, vel caput eius,vel maior pars capitis, vel anterior pars illatum est.gl.mortuum.in additione.ibid.

Reliqua verbo, Canotaphium, Ecclesia, 11.12. Locus, 2. Mortuus, 2. Sacra, Titulus, Fundus, 1. Stipulatio, 12.13.

RELINQVERE est aliquid alicui pro suo sinere,& dimittere,atque, vt dicunt legare:propriè ad vltimam voluntatem refertur:significat etiam alia,† gl.in reliquis.& ibi add.marg in l.qui libertatis,69.§.seruus.de euictio.
Relinquo, verbum si adiiciatur vniuersitati bonorum, importat institutionem, nisi alius sit heres scriptus in testamento,quo casu importat fideicommissum, gl.1.in l.his verbis,48.de hered.instit.l.diuus.25.de militari testam.& §.si verò nullus legatarius. & ibi gl.relictis. & §.illud quoque.in auth.de heredib.& Falcid.col.1.
Relinquere verbum sumitur quandoque pro restituere, l.3.& ibi add.marg.si libertus ingenuus esse dicatur.
Relinquat,verbum simpliciter prolatum intelligitur in vltima volũtate,& idem est in verbo,relinquat,gl.fin.in l. iubemus.14.§.fin.C.de sacrosanctis eccles.& gl.2.in l.1.C.de peculio eius,qui liber.l.cùm ij.de transactionib.
Relinquo,verbum ad morientes tantùm spectat, & sic ad vltimas voluntates.gl. impleuerit.in §.fin.Inst.quibus ex causis manumittere.
Relinquens aliquid alicui donec viueret,videtur nolle, vt post mortem haberet, gl.voluntatem.in l.Titia,35.§.fin.de legat.2.
Relinquens fũdum ad vitæ vsum fructum,videtur relinquere dominium, & ideò is, cui relinquitur, dicitur interim habere proprietatem: secùs quando ei relinqueretur vsusfructus fundi.d.§.fi.& ibi gl.fin.
RELIQVA si alicui relinquantur, is nihil habebit, si nihil reperiatur, l.item quod Sabinus.§.1.de heredi.instit.
Reliquorum generale verbum propter adiunctum ei verbum restringitur ad illud,l.prædiis,89.& ibi gl.2.de leg.3.
Reliquorum appellatione continetur etiam liber rationum: sed non pecunia iam exacta, vel quæ vsibus patrisfam.est deposita. l. Offidius. 97.& ibi addit. marg.eod.
Reliquorum appellatione non continetur, quod est in condito, vel deposito apud tutorem vsibus pupilli.d.l.Offidius.& ibi gl.conditio.
Reliqua dicuntur,quæ debentur ex administratione,gl.reliqua.in l.cùm seruus, 81.de condi.& demons.
Reliquorum appellatio potest etiam vniuersos significare, l. potest.95. de verb. signi.

Reliqua verbo, Residuum.

RELIQVARI est à creditore ex parte se liberum,& experte debitorem remanere,quod qui faciunt,dicuntur reliquatores.l.Lucius, 48.& ibi add.marg.de admin.tutorum.
Reliquari est reliqua trahere:sine contrahere,vnde reliquatores,gl.in reliquis.& ibi add.marg.in l.qui libertatis,69.§.seruus.de euictio.
RELIQVATIO idem est, quod reliquorum assignatio, vel repræsentatio,† gl.fi.in l.qui nominibus,45.§.fi.de administr.tutorum.
Reliquatio dicitur intentio reliquorum. gl.reliqua.in l.cùm seruus, 81.de condit.& demons.
RELIQVATOR dicitur debitor ex mala gestione.gl. reliquator.in l.creditor 102.§.Valerius.de solutio.
Reliquator dicitur,qui integrum æs alienum non soluit: sed & partem æris debet,& fœnoris,d.gl.reliquator.in additione marg.ibidem.
RELIQVIAE sanctorum iudicio episcopi in locis sacris debent collocari,nec debent apportari ad loca profana,l.decernimus,26.C.de episcopis.
REMANERE verbum ponitur pro verbo reddere,vel restituere,aut residere,& ita hoc verbum est verbum commune,vel obliquum,l.si cum, 7.& ibi gl.4.C. de donatio.ante nuptias.
REMEDIVM extraordinarium quando consistit in facto,putà quod possit expellere de facto,vel deiicere, potest concurrere cum ordinario vti possidetis. quod est ordinarium, gl. vti possidetis. in additione.in l.de pupillo.§.meminisse.de noui operis nunciatione.
Remedium extraordinarium non tollitur per aliud etiam ordinarium,quod cõpetit ad diuersa,l.qui bona.§.si quis opus.& ibi gl.cauere.de damno infecto.
Remedium ordinarium,& ciuile tollit extraordinarium, si per ordinarium plenius sit consultum:secùs si non ita plenè per vtrumque sit consultum, d.gloss. cauere.& ibi add.marg.
Remedia duo extraordinaria concurrere possunt:fallit tamen in actione de dolo,quæ non concurrit cum cautione de damno infecto, vel alio remedio extraordinario,gl.furnarij,in l.fluminum,24.§.quamquam.eod.

Renun-

Renunciare tacitè, vel expresse paria sunt.gl.omisisset.in l.mater.eodem.
Renuntiare hereditati videtur ille, qui repudiat eam.ibid.
Renunciare quis non videtur iuri, quod sibi competere ignorabat. l. mater. 19. eodem.
2 Renunciare priuilegio suo non videtur quis, ex eo quòd iure communi vti voluerit.l 3.de militari testam.
Renunciari non potest per pactum successioni viuentis, gl.fi.in l. qui superstitis, 93.de acq.heredit.
Renunciari potest per iuramentum successioni viuentis.† ibi.
Renunciare tacitè dicitur patronus iuri succedendi liberto renunciando expresse iuri patronatus:quia in consequentiam venit talis renunciatio iuris succedendi:non tamen potest expressè renunciare,gl.2.ibid.
Renunciatio potest iuri de futuro per pactum: sed non per repudiationem, si repudiatio fiat extra iudicium,gl.fi.in l.homine.de optione legata.
Renunciare in iudicio potest quis hereditati conditionali, aut iuri de futuro:sed non extra iudicium,† reprob.gl.3.in l.1.de curatore bonis dando.
Renunciari potest beneficio edendarum actionum, gl. exceptione. & ibi add. marg.in l.si stipulatus.16.§.fi.de fideiussor.
Renunciari non potest iuri de futuro, quod adhuc non competit per simplicem renunciationem:sed bene per pactum,gl.marg.in l.1.C.de pactis.
Renunciari potest iuri suo tam per instrumentum,quàm per pactum stipulatione vallatum,gl.1.in l.si quis in conscribendo,29.C.eod.
Renunciare priuilegio vnius fori sui ille tantum potest,qui habet tres iudices,vt sunt scholares,gl.nemini.ibid.
Renunciare non potest mulier tempori,quod legibus, vel pacto statutum est de reddenda sibi dote,paciscendo posteà de reddenda in longiori tempore.gloss. marg.ibi.
Renunciare non potest maritus priuilegio, & iuri pro se introducto: ita vt teneatur in plus,quàm facere potest:nam esset contra bonos mores.ibid.
Renunciare non potest quis prohibitioni factæ à prætore prohibente, quòd certæ personæ ad postulandum non admittantur ita vt aduersarius suus admittatur contra talem prohibitionem.ibidem.
Renunciari iuri suo non potest propter publicam vtilitatem.ibi.
3 Renunciare non possunt partes iuramento calumniæ: quia id introductum est propter publicam vtilitatem: tum etiam quia dolus futurus remitti non potest.ibid.
Renunciare non potest libertati suæ per spontaneam, vel coactam confessionem dicens se esse seruum.ibid.
Renunciare non potest debitor fauori suo,vt non soluens debitum creditori statuta die remaneat pignus penes eum, & hoc speciale est, ne nimia auaritia creditorum extendatur.ibi.
Renunciari non potest generaliter casibus fortuitis:sed requiritur quòd specialiter fiat renunciatio.ibid.
Renunciare non potest dominus fauori suo, vt seruus possit torqueri contra eum.ibidem.
Renunciare potest quis actioni oriundæ ex delicto futuro furti, vel iniuriarum, vel interdicti vnde vi:quia aliàs ille inuitaretur ad delinquendum.ibid.
Renunciare non potest filius viuente patre iuri agendi post mortem patris ad supplementum legitimæ.ibid.
Renunciare non potest quis iuri suo, quando talis renunciatio est contra bonos mores,vel continet in se turpitudinem.ibi.
Renunciare non potest quis iuri agnationis,cùm sit illud ius naturale.ibid.
Renunciari non potest iuri naturali.ibid.
Renunciare non potest pater iuri filiationis,dicens nolo,quòd sis filius meus,licèt filius consentiat,vel dissentiat.ibi.
Renunciari non potest iuri alimentorum; nisi prætore authore, & causa cognita.ibid.
Renunciare non potest creditor distractioni pignoris sibi competenti post trinam denuntiationem factam debitori.ibid.
Renunciare non potest aduocatus priuilegio,quòd non possit esse collector collectarum:quia fieret iniuria toti suo ordini.ibidem.
4 Renunciare non potest ingenuus suæ ingenuitati in seruitute remanendo, ita quòd parentes,& consanguinei ad ipsius ingenuitatem non possint agere.ibid.
Renuntiare non potest quis diuisioni hereditatis: scilicet ne perpetuò fiat diuisio.ibid.
Renunciare non potest legatus principis, præses, vel corrector iurisdictioni suæ abdicando à se illam:poterit tamen in principis manibus,ibi.& l.pen.& ibi gl. fin.de officio præsidis.
Renunciari legitimæ,vel iuri petendi supplementum non intelligitur in generali renunciatione hereditatis,nisi fiat de ea specialis mentio.l.quæ nuper.35.§. fin.C.de inofficio.testa.
Renunciari non potest beneficio, quod liber homo capi, vel detineri non possit pro debito,gl.fin.in auth.imò.C.de actio.& oblig.
Renunciare, vel recedere faciliùs potest quis à iure speciali, quam à iure communi,gl.esse credendum.in l.antiquæ.C.ad Velleian.
Renunciari non potest iuri communi,gl.ex lege.in §.sed hæc quidem.in auth.de nuptiis.col.4.
Renunciari non potest iuri publico authoritate, & vtilitate, vt quia ius fisci,vel aliàs publica vtilitas vertitur.gl.senatusconsulto. in auth.vt sine prohibitione matres.col.7.
Renunciari potest iuri, quod publicum est authoritate: sed vtilitate tantùm ipsius renunciantis est statutum,& hoc procedit siue sit priuilegium, siue ius ex aliquo contractu,vel pacto.† ibidem.
Renunciari non potest iuri,quod publicum est authoritate:sed vtilitate commune,& etiam ipsius renunciantis est.† ibid.
Renunciari potest iuri communi,quod nec est in fauorem, nec est in eo publica vtilitas.† ibid.
Renunciari potest beneficio de duob.reis promittendi,vel debendi;& sic se habet consuetudo,gl.cedere.in principio.in auth.de duobus reis.col.7.
Renunciare societati dicitur ille,qui se supponit periculo. gl.1. in l. principes.C. de principibus agentium in rebus.lib.12.
Renunciare, & significare tenetur venditor emptori, qualiter seruitus debeatur rei venditæ,l.in vendendo,65.& ibi gl.ob dolum.de contrahen.emptione.
Renunciare, & significare videtur ille, qui per alium renunciat.l.1.in fi.si mensor falsum modum.
RENVNCIATIO generalis fori non valet:sed specialis valet.gl.fi.in l.1.si quis in ius vocatus non ierit.
Renunciatio specialis vbi requiritur, protestatio facta præsenti,& tacenti habet vim specialis renunciationis,l.si fideiussor.& ibi gl.recusare.qui satisdare.
Renunciatio generalis non operatur tantum,quantum specialis,l.sed etsi.§.quæsitum.si quis cautio.
Renunciatio generalis casuum fortuitorum non valet in iudiciis:secùs si specialiter exprimantur.ibid.
Renunciatio exceptionum, quæ in promissionibus iudicialibus excusabant non sistentem,non valet:secùs si illæ exceptiones specialiter exprimantur.ibid.
Renunciatio etiam specialis ad hoc vt valeat,requiritur,quòd si facta spontanea voluntate.non per metum.ibi.
Renunciatio specialis aliquorum casuum fortuitorum: deinde generalis si sit facta,etiam hæc vltima:scilicet generalis valet,† gl.conueniri.ibid.
Renunciatio casuum fortuitorum vt valeat, requiritur, quòd exprimantur specialiter;id est singulariter,d.§.quæsitum.& ibi gl.specialiter.
Renunciatio generalis casuum fortuitorum sine alicuius casus specificatione nō valet:sed si specificantur aliqui,valet illa generalis, etiam quoad non specificata.dict.gloss.specialiter.
Renunciatio specialis casuum fortuitorum si sit facta in stipulationibus iudicialibus,deinde sit facta generalis omnium fortuitorum;in specificatis singulariter tantum valet,non in aliis contractib.tamen valet illa generalis clausula,& extenditur ad alios similes specificatis: sed si renunciatio generalis sit facta absque specificatione aliquorum casuum,talis renunciatio non valet.ibid.
Renunciatio generalis condictionis indebiti, condictionis sine causa, vt omnis legum auxilij non tollit condictionem indebiti, quominùs indebitè solutum possit repeti,l.pe.§.fi.de condictione indebiti.
Renunciatio facta post terminum conuentionalem nullius est momenti, l. qui fundum,40.de contrahend.emptione.
per Renunciationem generalem satisfit termino,si aliud expressè non est actum, ibid.
Renunciatio lite tantùm mota nocet: pactum tamen & ante motam litem, & post,gl.pe.in l.4.C.de pactis.
Renuntiatio litis motæ præsente, vel absente aduersario quibuscumque verbis, vel quocumque modo ostendatur expressè,vel tacitè,velit,& tenet.ibid.
Renunciatio instantiæ inducitur per taciturnitatem triennij:non verò inducitur renunciatio litis,& causæ:quia tunc in 40.annos perpetuatur.ibid.
Renunciatio litis motæ si facta sit à minore,per restitutionem potest ipse minor denuò ad eandem causam redire,gloss.fi.ibidem.
Renunciatione hereditatis paternæ,vel maternæ non obstante facta à filia,vel filio admittitur ad eam ex alio capite:putà vnde cognati.cùm renunciatio censeatur facta ex capite vnde liberi,sibi tunc competenti, gloss.fi.in l.3.C.de iuris,& facti ignor.
Renunciatio querelæ tacita,vel expressa præiudicat maioribus, non minorib.l.1. C.de in integrum restitutione minor.
in Renunciatione præbendæ si interueniat metus, qui cadit in constantem virū, non est opus renuncianti noua collatione: sed impetrata absolutione à iuramento petitur ad beneficium, quod renunciauit per in integrum restitutionem,gl.fin.in add.marg.in l.illæ autem,71.de hered.instit.
Renunciatio in allegationib.iuris valet; in testium, vel instrumentorum productione non valet,gl.1.in auth.iubemus.C.de iudiciis.
Renunciatione extra iudicium testium, vel instrumentorum facta non valet: & illa non obstante potest quis testes, & instrumenta producere, ibi gloss.sed & hoc.in §.sed & hoc præsenti.in auth. vt cùm de appel.cognoscitur.
Renunciatio generalis restringi debet ad contractum, super quo interpon itur,l. iubemus.C ad Velleian.
Renunciatio generalis trahitur ad ea tantùm,de quibus est cogitatum,gloss.pen. ibid.
Renunciatio generalis tenet.l.fi.& ibi gl.pé.C.quando mulier tutelæ officio.
Renunciatio litis facta gratis animo donandi statim præiudicat renuncianti: at facta ex causa transactionis,ex vi transactionis non præiudicat,si transactio sit nulla:quia vt transactio non valuit,neque ex pacti gratuiti,quia noluit.† glo. fi.in l.3.C.de repudianda heredit.
Renunciatio causæ motæ super seruitute alicuiùs ad eius ingenuitatem neque prodest quicquam,neque nocet,l.si te & filios.7.C.de ingen.manum.
Renunciatio allegationum facta etiam extra ius valet propter allegationes iuris,& instrumenta,gloss.sed & hoc.in §.sed & hoc præsenti.in auth.vt cùm de appell.cognos.
Reliqua verbo,Incola,Incolatus,Remittere,Ius,15.Legitima,3.Minor,46.Priuilegium,9.Remissio, Socius, 14.15.Mulier,70 Episcopus,Clericus,Debitor,56.57. 58.Lex:22.
REPERTORIVM idem est,quod inuentarium, sic dictum:quia reperta continet,& inuenta,gl.1.in l.tutor,qui repertorium,8.de admi.tutor.
REPETERE non potest quis datum nomine alterius, & non nomine suo, nisi ille habeat ratum,gl.Sempronij,in l.si pupilli.§.si Titij.de nego.gest.
Repetere potest quis id, in quo damnificatur, ex eo quòd à suis negotiis se auocat.l.si procurator,18.& ibi gl.aduocat.rem ratam haberi.
Repeti potest id,quod datum est ab eo; qui in adulterio est deprehensus:quia per metum iustum datum est:quia non iure præcipiente:sed permittente occidor, gl.1.in l.accusationis,10.C.de his,quæ vi.
Repeti debet quandoque quæstio, ne audiens propter longam interpositionem obliuiscatur,gl.videndum.in l.verum.§.quòd si minor.de minor.
Repetenti obstat sua turpitudo in condictione ob turpem causam, vt cùm dedi, vt aliquid turpe faceres: sed si dedi contrahendo, vbi lex talem contractum prohibet,non obstat turpitudo sua repetenti,gl.fi.in l.fi.de aleæ lusu.

num aditionis:poſt annum vero non:† ibid.

Repudiatam hereditatem paternam poteſt filius adire : ſed maternam non:quia paterna magis debetur filio.† reprob.d.gl.fi.& ibi add.marg.

Repudiato legato nulla eſt actio. gl. 1. in l.ex repudiatione. 26. Cod. de fideicommiſſis.

Reliqua verbo, Filius, 170. vſque 175. Temerarius, Abſtinere, Legatarius, 13. Nolle, Recuſare, Heres, 50. vſque 60. Aditio, Hereditas, 12. vſque 16. Legatum, 97. Minor, 28. 29. Nepos, 11. 12. Pupillus, 38. vſque 41.

REPVDIVM propriè dicitur inter ſponſum, & ſponſam : quandoque tamen impropriè dicitur & inter coniuges, gl.in rub.& gl.1.in l.4.de diuortiis.

Repudium factum non nocet tertio dotem ſtipulanti ſibi reddi ſoluto matrimonio per mortem,l.3.C.de repudiis.

Repudia imaginaria, & fraudulenta nullius ſunt momenti ſiue ſponſalib.renunciare fingatur.d.l.3.

Reliqua verbo, Diuortium, Maritus, 9. 10. Matrimonium, 17. 18. 19. Mulier, 42. Temerarius, vxor. 6. 7.

REPVGNANTIA inter ſe quando aliqua inueniuntur in teſtamento, valet.l. vbi repugnantia. 149.de regulis iuris.

Reliqua verbo, Contrarietas.

REPVTARE ponitur propriè pro valde conſiderare:quandoque verò ponitur pro compenſare,gl.actione.in l.Neſennius,de nego.geſt.

REQVISITORIAE:vide in verbo, Iudex, 50.

Res in genere, num. 1. vſque 12.

Res corporales, & incorporales, num. 13.

Res iudicata, num. 14. 15.

Res reſtitutioni ſubiecta, num. 16.

1 RES, id eſt negotium quandoque interpretatur. gl. res. in l.iudices.Cod.de fide inſtrum.

Rei appellatio generalis eſt, & comprehendit pecuniam, & omnem ſpeciem,& etiam facta,l.1.§.fi.& ibi gl.fi.ſi certum petatur.& gl.rei. & ibi add.in principio.Inſt.de obligatio.

Rei appellatione venit etiam pars. l. ait prætor, 7.de iureiur. l. appellatione rei, 72.de verb.ſig gl.1.in l.1.de euictio.

Rei appellatio latior,& generalior eſt,quàm pecuniæ:quia rei appellatione continetur etiam ea, quæ extra computationem patrimonij ſunt : ſed pecuniæ ſignificatio refertur ad ea,quæ in patrimonio ſunt,vel eſſe poſſunt.l.rei appellatio. 5.de verb.ſig.

Rei appellatione,& cauſæ rei,& iura:id eſt ſeruitutes debitæ ipſi rei continentur. l.rei appellatione,23 de verb.ſigni.

Rei nomen generale eſt ad omnem cauſam pertinens, gl.fi.in l.habere,188.§.fi. eod.gl. res.in l.iuriſgentium.de pactis.

Rei nomen generale eſt:ſignificat etiam quantitatem , gl.re.in l.generali.13.C. de ſacroſanctis.

Rei appellatione continetur hereditas,l.licet,19.C.de pactis.

Rei nomen pro his, quæ ſunt etiam extra patrimonium poteſt poni:ſed pecuniæ nomen quandoque ponitur largiſſimè pro omnibus, quæ ſunt in patrimonio. gl.pen.in l.2.C.de conſtitut.pecu.

Res interpretatur:id eſt obligationes , gl.1.in l.cùm res.12.C.de probatio.

Rerum appellatione non veniunt actiones,§.fin.Inſt.de iure naturali.

Res quòd nomine proprio appellentur, vel quòd digito oſtendantur, vel quòd quibuſdam vocabulis demonſtrentur,nihil intereſt,quoad oſtendendum rem certam : quoad alia autem differentia, l.certum.& ibi gl.an vocabulis,ſi certum petatur.

2 Rei appellatione continentur res corporales,gl.quare.in l.1.de condictione triticaria.

Rei verbum comprehendit etiam facta,cùm ſit generale nomen, gl.dati.in l.naturalis.de præſcriptis verbis.

Rei incertæ in ſpecie appellatione non venit perſona,l.ſerui electione.§.1.de legat.1.

Rerum appellatione,quæ ſunt in certo loco,continentur etiam ſerui,qui ibi ſunt perpetuò,l.omnia.32.§.fi.de legat.2.

Res denominantur ſecundum mentem,& propoſitum vtentium.l.1.§.quotidiana de aqua quotidiana.

Rei natura,eiúſque effectus, ſiue vtilitas ſpectatur ad ipſius denominationem,l. interdicto.eod.

Res quædam ſunt diuini iuris,quædam humani iuris,l.1.de rerum diuiſione.

Res diuini iuris dicuntur res ſacræ,& religioſæ.ibid.

Res ſanctæ,veluti portæ,ac muri ciuitatum quodammodo dicuntur diuini iuris. † ibid.

Res, quæ diuini iuris ſunt,in nullius bonis ſunt:ſed res, quæ humani iuris ſunt, plerumque in alicuius bonis ſunt.ibid.

Res,quæ humani iuris ſunt,aut ſunt publicæ,aut priuatæ,d.l.1.§.hæc autem.

Res, quæ publicæ ſunt:nullius ſcilicet hominis in bonis eſſe creduntur:communitatis tamen eſſe dicuntur,vt ſunt theatra,ſtudia,&c.d.§.hæ autem.& ibi.gl. nullius.

Res,quæ priuatæ ſunt,ſingulorum exiſtunt.ibid.

Res ſanctæ ideò dicuntur muri, & portæ ciuitatum:quia ſancita eſt pœna in eos, qui res ſanctas violant,& non,quia ſint diuini iuris, cùm in eis non ſit conſecratio,nec religio.gl.quodammodo.ibid.

Res dicuntur eſſe in nullius bonis multis modis,natura,vt feræ beſtiæ , & in his
3 locum habet regula,quod in nullius bonis eſt, id occupanti conceditur : item cenſura, vt res ſacræ,religioſæ , & ſanctæ , & in his non habet locum regula, imò imponitur pœna,ſi quis tetigerit,gl.nullius.ibid.

Res dicuntur in nullius bonis , facto, vt ſi res pro derelicto habeatur , & illa occupanti conceditur.Item dicitur in nullius bonis eſſe tempore, vt in theſauro ita,quòd dimidia eius,quod inuenitur,ſit eius,qui inuenit;alia dimidia domini ſoli,in quo inuenitur.ibid.

Res dicitur in nullius bonis caſu , vt hereditas iacens:& in hoc non habet locum regula, quòd nullius eſt, occupanti conceditur, cùm cenſeatur ex tempore mortis eſſe heredis,quando poſteà aditur.ibid.

Res tantùm Romanæ ciuitatis publicæ dicuntur:aliarum verò ciuitatum dicuntur vniuerſitatis,gl.aut publicæ.ibid.

Res quædam naturali iure communes ſunt omnib. quædam ſunt vniuerſitatis, quædam nullius pleræque ſingulorum, quæ variis ex cauſis cuique acquiruntur.l.1.eod.

Res , quæ naturali iure communes ſunt omnibus,dicuntur aër , aqua profluens, mare,& per hoc littora maris.d.l.2.

Res de facili reuertitur ad ſuam naturam.l.ſi vnus,§.pactus ne peteret.de pactis. gl.1.in authen.quas actiones.C.de ſacroſanctis.

Res dubia fit per negationem,ſiue fiat extra iudicium,ſiue in certa lite:id eſt propter litem,gl.1.in l.1.de tranſactio.

in Re priuata idem ius ſeruatur,quod ſeruatur in re publica, gl.ad exemplum.in l.1.§.quibus.quod cuiuſque vniuerſitatis.

Rem perdidiſſe non videtur , qui ad eam poteſt reſtitui , l. nemo , de reſtitut. in integr.

Res dicitur perfecta executione facta , l.metum.9.§.ſed quod prætor.quod metus cauſa.

Rem habens quandoque eam petit , gl.de dolo.in l.& eleganter.§ non ſolùm.de dolo malo.

Rem habere videtur , qui pretium habet , gl.fi.in l.item ſi res.§.fi.de alienatione iudicij.

Rem habere magis intereſt alicuius , quàm habere communem æſtimationem, gl.tenebitur.in l 1.eod.

Res duorum,quæ ſunt eiuſdem naturæ,ſi confundantur, & cõmiſceantur,vt ſeparari non poſſint,efficitur communis res,& quilibet vindicabit pro rata,l.Marcellus, 3.§.fin.de reiuindicatione.

Rem immobilem alieno nomine tenens,ſi fuerit conuentus , debet dominum in iudicio nominare:hodie idem in mobilibus,gl.fi.in l.officium.eod.

Res incerta vendicari poteſt:ſed non poſſideri,l.quæ de tota , 68.§.fi.& ibi gloſſ. datur.eod.

Res ſua nemini ſeruit iure ſeruitutis:ſed bene res aliena, gl.2.in l.1.de vſufructu, & quemadmod.

Res tantùm valet,quantùm vendi poteſt:intellige communiter,gl,redemptus.in l.ſi ſeruum,33.ad legem Aquil.l.ſi ſeruus,14.& ibi gl.inuenerit.de condictione furtiua.

Rem præſtare qualis eſt,ſufficit etiam ex ſententia,l.prætor,15.de noxalibus.

Res,pro qua ſolui æſtimationem ei,à quo cauſam habui,ſi ad eum redeat,poſſum agere actione ex eo contractu , vel condictione ſine cauſa ad repetendum ſolutum. l.2.de condictione ſine cauſa.

Rem ſi tibi dedi nulla interueniente mercede , vt creditori tuo pignori dares, quam tu dediſti , nec luis, vt mihi reddas, contra te mihi competit actio commodati:ſed ſi merces incerta interuenit, datur mihi actio in factum præſcriptis verbis:ſed ſi certa , datur vel ex locato , vel ex conducto , l.ſi vt certo. §.nunc videndum.& ibi gl.vel ex locato.commodati.

Rem meam ſi pro te præſente pignori dedero tua voluntate , competit mihi actio mandati:ſed ſi pro te abſente,datur mihi actio neg.geſtorum, d.§.nunc. & ibi gl.pro te.

Rem ſuam pro aliquo pignori dans, ſi non ſit appoſitum tempus,quando debeat lui,poteſt agere competenti actione,cùm diu ſteterit.quod non luerit,d.gloſſ. pro te.

Rem meam ſi pignori dedero pro te,ſi à te abſit culpa luendi , vt quia tu ſoluiſti creditori vel es paratus:ſed ille noluit reddere pignus, competit mihi ad hoc commodati contra te,vt mihi cedas actionem : tu tamen teneris mihi agnoſcere ſumptus litis.d.§.nunc videndum.

Rem ſi ego dedi inſpectori : id eſt exploratori valoris rei meæ cauſa volens exquirere pretium eius, inſpector tenetur mihi tantum de dolo : ſed ſi dedi ſine cauſa,tenetur de leuiſſima,l.eum,qui.§.1.eod.

Rem ſi ego dedi inſpectori ſine cauſa , & ei ſit illa ſurrepta , contra furem datur illi actio furti:quia eius intereſt,cùm mihi teneatur de cuſtodia.ibid.

Rem ſi ego dedi inſpectori mea cauſa , ille tenetur mihi de dolo tantùm , & ego obiiciens ei dolo amiſiſſe,teneor probare:non tamen tenetur ille probare ſine dolo amiſiſſe,† gl.dolo tantum.ibid.

Res ſi periit culpa nuncij referentis , vel reportantis , periit periculo domini , ſi eum miſit:aliàs periculo commodatarij,ſi nũcium malum elegit:idem ſi dolo nuncij periit d.l.eum,qui.§.fin.

Res tranſit cum ſua cauſa,l.ſi conuenerit,18.§.ſi fundus.de pignorat.actione.

Res in ſolutum data ſi fuerit euicta,non agitur prima actione:ſed vtili ex empto ad intereſſe,quod in compenſationem etiam deducitur , l.& eleganter , 24.& ibi gl.pro.ſoluto.eod.

Res in ſolutum data ſi fuerit euicta, poteſt agi prima actione,ſi actum fuit,quòd ſi euinceretur,prima actio remaneret in ſuo ſtatu,gloſ.finita.& gloſ.pro ſoluto.ibid.

Res in ſolutum quando datur,pro pecunia illa euicta non agitur prima actione: ſed vtili actione ex empto;ſed quando ſpecies pro ſpecie data eſt in ſolutum, illa euicta agitur prima actione,& non vtili ex empto.ibid.

ad Rem quandoque magis habetur reſpectus:quandoque verò ad perſonam,glo. merci.in l.ſi procuratores,§.ſi plures.de tributoria.

Rem exhiberi,vel ſibi dari ſuis ſumptibus alibi,quàm vbi eſt,poteſt petere agens actione ad exhibendum,vel rei vindicatione,l.ſi in Aſia.§.1,& ibi gl.ſeruatur. depoſiti.

Res ibi debet dari , vbi eſt : vel poteſt petitor petere eam ſibi dari ſumptibus ſuis alibi,quàm in loco,in quo eſt.ibi.

Res ſua quaſi pignus retineri poteſt,gl.retineri.in l.Iulianus.§.offerri.de action empti.

Res ſua ſimpliciter, & abſolutè non poteſt ſibi eſſe obligata:ſed res ſua,quæ alteri debet tradi , & ſic non ſua ſimpliciter illo reſpectu poteſt ſibi eſſe obligata. ibid.

Res vna.& eadem non poteſt diuerſo iure cenſeri,l.1.de rerum permutatione.

Rerum vniuerſitas duplex eſt,quædam iuris,quædam corporum,vt domus,grex & tunc ex empto , non dupla ſingulari re euicta datur , gloſſ. regreſſus. in l.1. d

Res integra dicitur ante litis contestationem,gl.pe.l.1. C.de act.& oblig.

Res integra in causis dicitur ante litis contestationem: in negotiis autem potest quæri an incœperit aliquid,vel paramenta fecerit: extunc enim reuocari non potest,ne ei sit damnosum officium suum,gl. 1.in l.mandatum,15.C.mandati. gl.1.in l.1.C.quando liceat ab emptione disced.

Res integra in emptione dicitur quando verè pretium non est solutum , neque vendita res sit tradita,vel quasi,vt quia homo venditus mortuus sit , quo casu pro tradita habetur,& hoc in vero pretio rei:secùs in arrha,gl.1.in l. 1.C.quã-do liceat ab emptione disced.

Re integra possunt fieri aliqua,quæ posteà non possunt,l.pe.§.fi.& ibi glo.agnoscendo. de vacatione munerum.

Reliqua verbo, Acta,2. Actio, . 92. Coniuncti,1.2.3.4. Immobilia,Litigiosa , Obligatio,14.15.19.Pretium,Procurator,51.52.53.Cadens,Stipulari, 12. 13. Successor,1.2 3.

13 Res quædam sunt corporales , quædam incorporales, l. 1.§. quædam. de rerum diuis.

Res corporales sunt,quæ tangi possunt,veluti fundus, homo, aurum,argentum, & aliæ innumerabiles res. ibid.

Res incorporales sunt,quæ tangi non possunt : qualia sunt ea, quæ in iure consistunt,sicut hereditas,vsusfructus,& oblig.ibid.

Res incorporalis, dicitur hereditas , licèt in hereditate contineantur res corporales.ibid.

Res corporales sunt fructus , qui ex fundo percipiuntur , & plerunque id , quod nobis ex aliqua obligatione debetur , veluti fundus , homo, pecunia. ibid.

Res incorporalis dicitur ipsum ius successionis,& ipsum ius vtendi, & ipsum ius obligationis , tum & iura prædiorum vrbanorum , & rusticorum,quæ dicuntur seruitutes,d.l.1.in fi.

Res corporales dicuntur res, quæ tangi:id est aptæ sunt sui natura , vt tangi possint;nam res,quæ est in profundo maris,tangi non potest,& tamen est corporalis,gl.possunt.ibid.

in Rerum incorporalium definitione oportet assumere ius ; vt hereditas est ius succedendi,& vsusfructus est ius vtendi , obligatio est iuris vinculum , actio est ius.gl.in iure.ibid.

Res etiam incorporalis nobis deberi potest,vt seruitus, gl.plerumque.ibid.

Res corporales sunt fumus,aer, & anhelitus hominis : sed incorporales sunt angeli mali,& boni,& anima,gl.fi. ibid.

Reliqua verbo,Bona,2.3.Corporalis,Incorporalis.

14 Res iudicata pro veritate accipitur,l.ingenuum.de statu homin. l. res iudicata. 207.de regulis iuris.

Res iudicata aliis non nocet,l.Modestinus.de exceptio.gl.fi.in l.circa, 19. C. de locato.

Res iudicata dicitur sententia,& ab ea sicut à sententia appellari potest,l.& post rem. de transactio.

Res iudicata dicitur etiam interim,dum potest appellari , vel est interposita appellatio,† gl.si appellatum,& gl.attentari. in l. eleganter. 23.de condictione indeb.

Res iudicata,& sententia differunt , quia res iudicata dicitur ipsa lis , siue causa, aut controuersia per sententiam iudicis terminata: sed sententia ipsius iudicis est de negotio in iudicium deducto , absolutionem , vel condemnationem continens pronunciatio.gl.1.in add. marg.in rub. reprob.gl.1.in l. 1.de re iudicata.

Res iudicata dicitur causa per sententiam iudicis terminata continentem absolutionem,vel condemnationem,vel equipollens.l.1.de re iudicata.

Res iudicata si sumatur pro ipsa sententia seu pro causa decisa, tũc dicitur res iudicata etiam intra decem dies , infra quos appellari potest : si verò assumatur res iudicata perfectè , & irreuocabiliter , adeò quòd non possit transigi , tunc non dicitur res iudicata,nisi post x.dies,† d.l.1.in add. marg.

Res inter alios iudicata aliis non præiudicat : fallit in debitore,& creditore , in viro & vxore, in venditore & emptore,in liberto & patrono , & in aliis,l. sæpè,63.& ibi gl.1.eod.l.si cui crimen.§.1.& ibi gloss.præiudicant.de accusat. l. quia non debet,10.& ibi gl.1.de iureiur.& gl.fi.in l.sed etsi possessori. §. fi. de iureiur.l.1. de except.rei iudicat.

Res iudicata maiorem authoritatem habet,quàm transactio. gl. 1. in l.3.de popula.actio.

Res iudicata ab alio potest exequutioni mandari per præsidem, etiam accusatore defuncto,& non mandante,l.accusatore.de publicis iudiciis.

Res iudicata dicitur etiam quando adhuc potest appellari : non tamen habetur pro veritate,nisi transeat in rem iudicatam,gl.1.in l.res iudicata,208.de reg. iuris,& gl.2.in l.litigatoribus,14.C.de appellatio.

Res,vel sententia inter alios acta aliis prodest non principaliter:sed per quandã consequentiam,gl. prosit.in l.posthumus,§.si quis.de inoffic. testa.

15 Res inter alios acta aliis prodest quandoque:regulariter tamen est contrà,l. hæredes.§.quod pro emptore.& ibi gl.veniet.familiæ ercisc.gl. fi.in auth.si quis, C.de natural.liber.

Res inter alios alij habenti iura connexa cum illo , cum quo est res acta , nocet quoad quale præiudicium:sed non quoad plenum præiudicium,gl.1.in l.quia non debet,10.& gl.fi.in additione.in l.sed & si possessori. §.fi.de iureiurando. & gloss.si duo patroni.& ibi gloss. habiturum. & add. marg. eod. tit. de iureiur.

Res inter alios acta aliis non nocet regulariter, nisi tertius ageret nomine suo proprio de iure pertinente ad me;sed nesciente,l. duobus,30.& ibi gl.fi.& addit.marg.de liberali causa.

Res iudicata contra vnum non nocet aliis,siue sit coniuncta persona,siue non,siue in causa ciuili,siue in criminali,siue sit in eadem causa,siue in simili, l.1.& 2.C.quib.res iudicata.

Res inter alios iudicata neque emolumentum afferre his,qui iudicio non interfuerunt , neque præiudicium solet irrogare,d.l.2.

Rei iudicatæ standum est, nisi sit appellatum, l.1.& gl.1.C.de re iud.

Res inter alios iudicata nocet aliis , vbicumque sit ius ex sententia : vt in causa inofficiosi testamenti ; item in populari actione; & in publicis accusationibus, scilicet reo absoluto , nisi detegatur collusio,gl.1.in l.2.C. quibus res iudicata non nocet,& gl.fi.in l.2.C.de exceptio.

Res inter alios iudicata nocet aliis , vt si debitor patiatur creditorem agere de proprietate pignoris,aut maritus socerum , vel vxorem de re dotali, aut emptor venditorem de proprietate rei emptæ, vel libertus patronum in causa libertinitatis,gl.1.

Res inter alios acta,vel iudicata quandoque in quibusdam casibus prodest ali & non nocet.ibid.

Res inter alios acta aliis non potest præiudicium facere.l.1. Cod. res inter ali acta.

Res inter alios acta extra ius quandoque nocet aliis , & quandoque prodest, g 1.ibid.

Reliqua verbo , Exceptio , 25.vsque 31.Sententia,10. 11. 12.13.14.15.42. Actio , 220.

Res,quæ subiacent restitutioni,possunt à domino interim vendicari,l.non ide 66.de rei vindicatione.

Res,quæ subiacet restitutioni , potest interim alienari: fallit in seruo sub cond tione legato,qui interim manumitti non potest , & in loco legato sub cond tione,in quem heres interim inferendo mortuum,nõ facit religiosum,l.si s conditione.34.& ibi gl.1.& add.marg.de religios.

Res,quæ subiacet restitutioni,potest legari,& sic potest alienari per testament l.cùm pater,79.§.cùm pater.de leg. 2.

Res fideicommissi restitutioni subiectæ possunt vsque ad quartam alienari p heredem,& in Trebellianicam computari,l.3.§.res,quæ ad Trebel.

Res subiectæ restitutioni à lege alienari non possunt:sicut nec res subiectæ rest tutioni ab homine , §. hoc autem. in auth. de non alienando secundò nu col. 1.

Reliqua verbo,Alienatio,9.21.Restitutio,7.

ad Rescindendam venditionem nõ sufficit probare, quòd res pluris fu rit empta,quàm fuerit vendita,l.4.C.de rescind. venditione.

Reliqua verbo,Venditio,7.vsque 10.

Rescissio venditionis factæ citra dimidiam iusti pretij potest peti fieri iu actionis ex eo contractu,cum in bonæ fidei contractib. veniant ea, de quib non est actum,nec cogitatum,† gl.2.in l.2.C. eod.

Rescissio testamenti facta per iudicem ad petitionem vnius , etsi eius aliàs n intersit,prodest omnibus,l.posthumus.§.si quis.de inoffic.testam.

Reliqua verbo,Corrumpere,Libertas,17.Sententia,51. Transactio,17.18. Vendit 7 vsque 10.Testamentum,19.20

Rescissoria non competit,nisi priùs præcedat iudicium rescindens, glo rescissa.in add.in §.rursus.Inst.de actio.

Rescissoria actio non est proprium nomen actionis: sed est tantùm quædam a iectio declaratiua demonstrationis causa adiecta, sicut in actione de in r verso, &c. ostendit enim materiam, de qua agendum sit, † d.gl.rescissa.& add.marg.ibid.

Reliqua verbo,Actio,218.

Rescriptum in genere,num. 1.2.3.

Rescripta illicita , contra ius , vel per mendacium , vel subreptionem , num. vsque 7.

Rescriptvm, vel beneficium,aut priuilegium à principe cõcessum, ab i principe est interpretandum,l.ex facto,43. de vulgari.

Rescripta largè sunt interpretanda,gl.fi in l.3.de officio præsidis.

Rescriptum si quis impetrauerit cum clausula,si est ita;vel si præmissa vera fu impetrator tenetur omnia probare,licèt alterum sufficeret,l. qui testamen 40.in add.marg.de excus.tuto.

in Rescripto principis videntur concessa , quæ aliis incommodum non affert nisi expressè aliud diceretur in rescripto.l.2.§.si quis à principe.ne quid in co publico.

Rescripto præcedente opus est præscriptione , ne possit obiici rescripti vim termortuam esse non vtendo , gl. fi. & add. mar. in l.si quisquam. de diuer tempor.

Rescripta concessa intuitu personæ , vel speciali prærogatiua , non egrediun personam,gl.3.in l.3.C.de episcop.audi.

Rescripta tardè quandoque conceduntur à principe,cùm sit aliis intentus , g 2.ibid.

Rescriptum à principe specialiter concessum quibusdam personis , & ad quo negotium non facit ius generale,neque extenditur vltra negotium, & pe nas in eo comprehensas,l.2.C.de legibus.

Rescriptum à principe generaliter concessum in quodam negotio , & sent lata à principe præsentib.duab. partib.facit ius generale : secùs si præsent na tantum parte,gl.4.ibid.

Rescripta principis impugnantibus imponuntur diuersæ pœnæ secundum di sitatem rescriptorum,& priuilegiorum,gl.fi.ibid.

Rescriptum à principe concessum specialiter quibusdam personis , & ad cer negotium,volens astutè interpretari,est infamis,d.l.2.

Rescriptũ impetratum à seruo super nece domini valet , nedum quantum ad sum: sed etiam quantum ad prosequendam actionem super impetratis,qu uis aliàs seruus reputetur inhabilis , l. 1. Cod. de precibus imperator. feren.

Rescriptum,per quod dilatio ad soluendum conceditur,vel remittitur,vale tamen valet rescriptum, per quod peremptoria exceptio datur,quia est p præiudiciale,l.2.C.eod.

Rescripta principum debent concedi sine graui iniuria alterius partis. dem.

Rescripta,quæ neminem lædunt,& supplicantibus prosunt,valent,l.rescript C.de precib.imperator.

Rescripta,quæ pœnam commissi criminis indulgent,valent. ibid.

Rescriptum,per quod infamia mulieri intra tempus nubenti remittitur,val tenet,gl.fi.ibid.

Rescrip

Reliqua verbo,Iussio,Pragmatica,Priuilegium,Annotatio.

Reliqua verbo, Surreptitium,Pragmatica.

Reliqua verbo,Lex.25.Reliqua.

facultas omnibus conceſſa eſt,imò & illos occidere licet,l.1.C.quando liceat ſine iudice.

Reliqua verbo,Rebellare,Subditus,Iudex ,43.

RESPONDERE non videtur,qui ad interrogata non reſpondet,l.de ætate,12. †.quod autem.de interrogator. actio.

Reſpondere obſcurè,& nihil reſpondere paria ſunt,d.l.de ætate.§.nihil.

Reſpondere lingua Græca,vel alia extranea,quæ non intelligatur,& nihil reſpõdere paria ſunt,d.§.nihil.& ibi gl. obſcurè.

Reſpondere poſitionibus denegans non habetur proconfeſſo;ſed captis pignoribus vel multis impoſitis reſpondere cogi debet,l.1.§.ex reſcripto,de vẽtre inſpiciendo.

RESPONSIO eius,qui dicit,dubito,admittitur,gl.1.in l.ſi debitor.45.de petitione heredit.

Reſponſio intelligitur ſecundum interrogationem, l. ſi defenſor.§.1.de interrogat.actio.

Reſponſio facta à minus legitima perſona:putà à minore ſine tutoris authoritate ratione dubitationis tenet,l.de ætate,11. eod.

Reſponſionem ſuam factam in iure poteſt quis reuocare re integra, ſi ius aduerſarij non eſt factum deterius,d.l.de ætate.§.ſi.

Reſponſio facta in iudicio non præiudicat reſpondenti,niſi reſpectu interrogantis,l.ſi. eod.

Reſponſio facta per verbum,credo,valet in his,quæ iulis ſunt,l.planè.34. §.1.de legat.1.

per Reſponſionem apparet qualiter quis interrogationem intellexerit, l. Aurelius,39.§.Sticho.de liberatione legat.

Reſponſio, quæ non eſt formaliter conformis interrogationi, niſi mediante interrogatione,nihilominùs valet,l.1.§.ſi quis ita.de verb.oblig.

Reſponſio,quæ lege non prolatur,non valet,gl.erubeſcimus.in § conſideremus. in auth.de triente,& ſemiſſe.col.3.

Reſponſio ſimplex, & abſoluta in dubio non intelligitur diſcordare ab interrogatione: ſed in ea cenſentur repetitæ virtualiter omnes qualitates interrogationis.§.præterea.Inſt.de inutilib.

Reſponſio ſimplex refertur ad interrogata omnia,§.quoties,Inſt. eod.

Reſponſio quando fit in aliqua ex rebus ſpecificatis,valet in ea.ibid.

RESPONSVM datum intelligitur de caſu dubitabili,& non de indubitabili,gl.1.in l. quod Labeo.de Carboniano.

Reſponſa prudentum ſunt ſententiæ, & opiniones eorum,quib. permiſſum erat iura condere,à quorum ſententia iudici recedere non licebat,§.reſponſa.Inſt. de iure naturali,gentium.

Reliqua verbo,Interrogari,Interrogatus, Interrogatio,

RESPVBLICA habet multas ſignificationes, gl. ſanctionem in procemio Digeſtorum.

Reipub.intereſt,ne quis re ſua malè vtatur,gl.ſingulorum.in l.1. §. huius, de iuſti.& iure.

Reſpub. & fiſcus ſumuntur pro eodem, glo.1. in add. & gloſſ. 2. in l. ſi. de offic. aſſeſſor.

Reſpub. dicitur tantùm Roma:aliæ verò ciuitates loco priuatorum ſunt: quandoque tamen quodlibet oppidum dicitur reſpub.gl.non abſit.in l.ſed & ſi, 26. & §.ſi.ex quibus cauſis maiores.

Reſpub,propter moram tenetur ad vſuras,propter temeritatem ad expenſas litis, licèt habeat regreſſum contra adminiſtratores,l.qui ſolidum, 80. §. etiam.de legat. 2.

Reipub. intereſt quamplurimos admittere ad defendendam ſuam cauſam; & ſi omnes prætendunt publicum intereſſe,idonetor eligitur; ſecus ſi omnes prætenderent priuatum intereſſe;quia tunc omnes admittuntur, l.nam reipub. & ibi gl.1.& ibi add.de noui operis nuncia.

Reſpub.putà Bononienſis creditrix omnibus creditoribus chirographariis præfertur,† l.pe.& ibi gl.ſi.de priuileg. creditorum.

Reſpub.per diſſentiones ciuiles læditur,l.ſi quis ingenuam,21.§ ſi.de captiuis.

Reipub. curator ſi nominauerit aliquem officialem eo tempore idoneum, huius nomine non tenetur, ſi nominatus poſteà fortuito caſu lapſus facultatibus damnum debitis reipub. dederit, l. 2.§.ſi eo tempore. de adminiſtratione rerum.

Reipub. ius pacto inito inter ipſos magiſtratus mutari nõ poteſt,quominùs magiſtratus collegæ quoque nomine conueniantur. ibid.

Reipub.curator ſi locauerit in quinquennium prædia publica non exacta idonea cautione,& colonus etiam poſt quinquennium remanſerit in conductione,ac factus ſit debitor reipub. ſucceſſor eius, qui locauit, tenetur reipub. quia approbare videtur dimittendo ei prædia,l.4.eod,

Reipub.curator debet exigere pecuniam ad annonam deſtinatam diſtractis rebus,l.ſi.eod.

Reipub. curatores ſi negligenter in diſtrahendis bonis ſe geſſerint, tenetur reipub.in ſimplum: ſi per fraudem in duplum, nec ad eorum heredes deſcendit pœna dupli, ſed tantùm tenentur in ſimplum,ibid.

Reipub. curator tenetur ſi nomina ſint facta deteriora tempore curationis ſuæ; ſecus ſi priùs erant facta deteriora,niſi ipſe nomen probauit,d.l.ſi. §. pe. & ibi gloſſ.pen.

Reſpub.ſi neceſſitatem ponẽdi ſtatuas principis impoſuerit ei, qui non promiſerat,non tenetur ei obtemperare,l.toties,§. ſi.de pollicitatio.

Reſpub.non debet nimis onerari,gl.1.in l.placet.C.de ſacroſanctis Eccleſ.

Reipub.curator,vel rationalis non habet ius mulctandi,l.3. C.de modo mulctarum.

Reſpub.non debet paciſci de quota litis,l.2. C. ne fiſcus,vel reſpub. procurationem.

Reſpub.non debet iuuare debitorem ſuum contra alium prætextu debiti ſui,l,ſi, C.eod.

Rempub.ad fraudem faciendam creditorib. implorare non decet.ibid.

Reſpub.vtitur iure minorum, ideóque auxilium reſtitutionis implorare poteſt, l.4.C. quib.ex cauſis maiores.

Reſpub.eſt ſub adminiſtratoribus;ſicut minores ſub curatorib. gl.2.ibid.

Reſpub.in contractu ſi ſit læſa,reſtitui debet intra quadriennium a tempore læſionis.gl.ſi.ibid.

Reſpub.poteſt heres inſtitui,& cogi reſtituere.gl.1.in l.3.C.ad Trebell.

Reipub.omnis cura occupat principem ad cogitandum pro repub. in principio. in auth.de heredibus,& Falcid.col.1.

Reſpub.quandoque accipitur pro toto vniuerſali imperio: quandoque pro Repub.Romanorum,ſeu fiſci:quandoque pro ciuitate Romana tantùm, & tunc propriè:quandoque pro qualibet ciuitate: & tunc impropriè: quandoque pro quolibet municipio,gl. reipublicæ.ibid.

Reſpub.habet diuerſa officia,gl.ſi.in l.2.C de apparitorib.proconſulis.lib.12.

Reipub.adminiſtratio per iuris peritos facienda eſt,§.ſi.& ibi.gl.pe.in procemio Inſtitutio.

Reliqua verbo,Abſens,13.vſque 19.Abeſſe,23.24.Reſtitutio,14. 15. 16. Adminiſtrator,3.4.5.Ciuitas.Curator,23.Debitor,83.85.Filius,3.Pollicitatio,Prædium, 3.4.Promittens,13 Sententia,17.Debitor,83.85.

RESTITVERE non poteſt prætor aliquem infamem:ſolus enim princeps, vel etiam ſenatus hoc facit,l.1.§.an autem.de poſtulando.

Reſtituere nihil aliud eſt, quàm in priorem ſtatũ reponere reſciſſo eo, per quod læſi eramus,vel in eum caſum rem reſtituere, in quo eſſet, ſi nihil, aduerſus quod facienda eſſet reſtitutio,eueniſſet,addit. marg. in tub. de in integ.reſtitution.

Reſtitui debet ille,qui dolo aduerſarij eſt deceptus, l. diuus. de in integrum reſtitution.minorum.

Reſtituere in integrum etiam contra ſuam ſententiam poſſunt præfectus vrbi, & alij magiſtratus habentes merum,& mixtum imperium,l.in cauſæ. §. ſi. & ibi gl.magiſtratus. de minoribus.

Reſtituere in integrum contra ſententiam maiorum non poteſt minor magiſtratus,l.minor.de minorib.

Reſtituere in integrum nõ poſſunt magiſtratus municipales,& ciuitatum defenſores:hodie autem poſſunt,gl.pe.in l.in cauſæ,17.§.ſi. eod.

Reſtituere in integrum poteſt iudex contra ſententiam ſuam iam latam ſpeciali iure: regulariter autem non poteſt venire contra ſuam ſententiam, gloſſ. ſi. ibid.

Reſtituere in integrum poſſunt præfecti prætorio:quamuis appellari ab his non poſſit,l. præfecti.eod.

Reſtituere poteſt quis contra ſententiam paris iudicis:ſed non poteſt cognoſcere de appellatione ſententiæ paris iudicis,gl.1.in l. minor eod.

Reſtituere contra ſententiam principis,vel ſui delegati, ſolus princeps, vel delegatus poteſt, l. minor. §. idem imperator. & ibi gloſſ. non fiet. de minoribus.

Reſtituitur pater pro filio:id eſt nomine filij, etiam eo inuito,quando filius dedit damnum alicui per culpam,& conuenitur filius actione legis Aquiliæ, gl. præſtanda.in l.patri pro filio.eod.

Reſtitui non debet,qui operam dedit, vt abeſſet causa reipub.l. 4. ex quib.cauſis maiores.

Reſtitui non debet ille, qui litis euitandæ gratia cœpit reipub. cauſa abeſſe. ibidem.

Reſtituitur aduerſus vſucapionem in ſeruitute detentus,vel liber homo bona fide ſeruiens,l.ei quoque.eod.

Reſtituitur filiusfa.ſi læſus fuit in peculio caſtrenſi,vel quaſi, eò quòd fuerit detentus in ſeruitute de facto tanquam ſeruus:in aduentitiis non, cùm in illis pater habeat adminiſtrationem,l.rectè Labeo.& ibi gl.1.eod.

Reſtituitur captus ab hoſtibus:ſed non transfuga: id eſt qui ad hoſtes fugit, cui denegatur poſtliminium,l.item ei ſuccurritur. eod.

Reſtituitur abſens contra vſucapionem cœptam ante eius abſentiam,& completam poſt eius reuerſionem, vt ſubducatur de medio tempus modicum, quod fluxit poſt reuerſionem,& tempus abſentiæ,ſiue ſit medium, ſiue ſit primum, † l.ab hoſtib.§.ſi.& ibi gl.reſtitutionis. eod.

Reſtituitur aduocatus ex clauſula generali,ſi qua mihi iuſta cauſa,& etiam militum medicus,l.inter eos,33.eod.

Reſtituitur militi,vel abſenti hereditas ſalua legatorum, ſeu fideicommiſſorum cauſa, quam perdidit ob id, quod reipub. cauſa abfuit, l. ſi quis Titio, 41. eodem.

Reſtituitur priuilegiatus contra priuilegiatum,gl.1.in l.ſi.eod.

Reſtitui corpus,vel res non ſufficit,niſi & cauſa:id eſt fructus reſtituantur,gl.reſtitui.in l.& ex diuerſo.§.1.de rei vindicatione.

Reſtituere verbum habet plenam ſignificationem,ibid.

Reſtituere rem condemnatus debet etiam condemnari reſtituere fructus, d. §. 1.

Reſtituere præeiſè manu militari tenetur quis in reali ſententia,l.qui reſtituere, 67.& ibi.gl.transfertur,eod.

Reſtituere alicui vbi quis tenetur ex contractu,vel ex eius reſolutione, ibi reſtituens tenetur cauere de ſecunda obligatione, ad quam ex natura contractus tenetur,l.creditor,15.in add.marg.de pign.actio.

Reſtituere rem quando duo,vel plures obligantur,in eum contractum aliud,quã cuſtodia venit:& tunc huiuſmodi obligatio diuidua eſt,quando id,quod principaliter venit ſuapte natura, diuiduum eſt; veluti vſus in facto conſiſtens, & tunc quilibet pro parte tenetur: ſed ſi in contractu veniat cuſtodia quæ ſuapte natura in eadem re eſt indiuidua,tunc quiſque tenebitur in ſolidum etiam ad id,quod in ſequela venit in obligationem,vel contractum,gl.perueniretur. in add.marg.in l.1.§.ſi apud duos.depoſiti.

Reſtitui rem verbum prolatum habet plenam,& perfectam ſignificationem, vt fructus quoque reſtituantur, & ideò cùm reſtitui prætor vult in interdicto vnde vi,etiam fructus ſunt reſtituendi, etiam ante litis conteſtationem:quod in aliis ſecùs eſt,l.videamus,38.§.item ſi,& ibi gl.veluti.de vſuris.

Reſtituere rem non videtur ille,cui vi, metúſve cauſa tradita eſt res, niſi & fructus reſtituat.ibid.

Reſtituere rem ſi quis tenetur propter dolum, non conſequitur dilationem ad eam perquirendam; aliàs ſecùs, l. ſi conſtante, 25. §. pen. ſoluto. matri.

Reſtitue-

Reſtitutio in integrum erroris proprij veniæ petitionem, vel aduerſarij circumuentionis allegationem continet, l. præfecti. de minoribus.

Reſtitutio in integrum poſt duas ſententias poteſt peti, & ex noua cauſa poteſt dari, l. minor. ... 1. & ibi gl. examinari. eod.

Reſtitutio ita facienda eſt, vt vnuſquiſque integrum ius ſuum recipiat, & reponatur in priſtinum ſtatum, l. quòd ſi minor. §. reſtitutio. eod.

Reſtitutio conceſſa non citatis his, quorum intereſt, in eorum præiudicium nihil valet, l. etiamſi patre. §. fi. eod.

Reſtitutioni in integrum videtur quis renunciare per vnum actum contrarium factum poſt 25. ann. etiam intra quadriennium, l. ſi filius. eod.

Reſtitutionis in integrum petitio lite conteſtata nõ poteſt perpetuari, gl. vnius. in l. ſed etſi, 26. §. quoties. ex quib. cauſis maiores.

Reſtitutione habita competit vtilis reſciſſoria, quæ perpetuari poteſt, cùm non inueniatur prohibitũ; ſed ſi nõ perpetuetur, tollitur anno, vel quadriennio. ib.

5 Reſtitutionem in integrum tam minoribus, quàm maioribus dari prohibent expreſſè leges in cauſa libertatis, & in præſcriptione ſtatus defuncti, gloſ. prohibeant. in l. nécnon, §. quod eis, ex quibus cauſ. maior.

Reſtitutione data non perpetuatur actio reſciſſoria, ſicut nec exceptio, nec replicatio: apprehenſio tamen poſſeſſionis perpetuat actionem, gl. nactus. in l. ſi is, cuius. 31. eod.

Reſtitutionem in integrum ceſſare non faciunt remedium legis, vt l. perfectius. C. de annuali exceptione. nec remedium miſſionis, cum ſint remedia extraordinaria, & ſubſidiaria: & vnum extraordinarium non tollit aliud extraordinarium, d. gl. marg. in add. in l. is, qui, 39. eod.

Reſtitutio in integrum non perpetuatur per iuramentum præſtitum ab eo, cui delatum eſt, ſicut nec per litis conteſtationem, gl. poſt litem. in l. nam poſteà. §. ſi is, qui. de iureiur.

Reſtitutio in integrum conceſſa minori ſuper ſorte principali non extenditur ad acceſſorium, & ſic ad vſuras, l. fi. §. ſi de condictione indebiti.

per Reſtitutionem in integrum quod poteſt quis conſequi, ea nõdum petita, nec obtenta in compenſationem deduci non poteſt. ibid.

in Reſtitutione in integrum nihil poteſt iudex ſupplere ex officio ſuo. d. §. fi.

Reſtitutionis beneficium competens minori tranſit ad eius heredem. ibid.

Reſtitutio in integrum licèt poſſit peti de nouo ad vſuras: tamen, antequàm impetretur, non poteſt de illis obijci compenſatio: quia adhuc nullo iure debentur, licèt deberi ſperentur, d. §. fi & gl. ii.

Reſtitutionẽ in integrum petens aduerſus actum geſtum cum procuratore, non videtur ipſum impugnare ex defectu mandati: ſed potiùs approbare quantum ad hoc: & ideò non facit committi ſtipulationem de rato præſtitam à procuratore, ex eo quòd non fuit habitus ratus actus, niſi etiam de hoc fuiſſet permiſſum, quæ reſtitutio non peteretur, l. 3. rem ratam haberi.

Reſtitutionis cauſa inter priuatos agi debet coram præſide prouinciæ: inter priuatum & fiſcum cognoſcit procurator Cæſaris adiuncto præſide, l. 2. C. ſi aduerſus fiſcum.

Reſtitutionis cauſa inter priuatum, & fiſcum hodie ſolus princeps cognoſcit, gl. 2. ibidem.

Reſtitutio in integrum facta vni non prodeſt alij, niſi ſit cauſa indiuidua, vt ſeruitus, l. fi. & ibi gl. fi. C. ſi vnus ex pluribus appellat.

in Reſtitutionis in integrum cauſa non eſt neceſſaria litis conteſtatio. §. ad hæc quoque. in auth. vt ſponſalitia largitas. col. 9.

Reliqua verbo, Minor, per tot. Reſtituere, 1.

6 RESTITVTIO natalium inducit plenam ingenuitatem, gl. in rub. & l. interdũ. de natalibus reſtituendis. gl. præmandans. in §. ſi quis ſanè, in auth. quibus modis naturalis effici. legit.

Reſtitutio natalium non ſolet concedi à principe, niſi conſentiente patrono, l. 1. de natalib. reſtituend.

Reſtitututionem natalium impetrans, efficitur ingenuus, etiam ſi natus ſeruus, & poſtea manumiſſus impetrauit reſtitutionem: ſecùs ſi exiſtens ſeruus impetraſſet, gl. 1. ibid.

Reſtitutio natalium, & ius annulorum aureorum à ſolo principe conceditur, non ab ordine decurionum. l. 1. de iure aureorum.

Reſtitutio natalium antiquorum in quibus omnes homines nati ſunt liberi, & ingenui, à principe concedi ſolet patrono conſentiente, d. l. 1. & ibi. gloſſ. 1. & 2

poſt Reſtitutionem natalium nullo modo ius aureorum annulorum peti poteſt, gloſſ. præmandans. in §. ſi quis ſanè. in auth. quib. mod. naturales effi. legit. col. 6. *Reliqua verbo, Natales.*

7 RESTITVTIONI ſubiectæ res ſi alienentur, non poſſunt vſucapi, neque præſcribi, l. 3. §. ſin autem. C. communia, de legatis.

Reſtitutioni ſubectæ res ſub conditione, vel in diem incertum interim poſſunt alienari, & transfertur dominium; ſed adueniente conditione ipſo iure annihilatur alienatio. ibid.

Reſtitutioni ſubiectæ res pendente conditione ſi alienentur, iſto medio tempore valet alienatio, & transfertur dominium, gl. celebrata. ibid.

Reſtitutioni ſubiectæ res poſſunt alienari vſque ad legitimam, auth. res, quæ. C. communia. de legatis.

Reſtitutioni ſubiectæ res alienari poſſunt ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias. ibid.

Reſtitutioni ſubiectæ res per hoc tantum intelliguntur prohibitæ alienari. ibid.

Reſtitutio verbalis facta fideicommiſſario tantum facit, vt competat ei fideicõmiſſaria hereditatis petitio, quantum facit aditio heredis, vt competat hereditatis petitio, gl. 2. in l. 1. de fideicommiſſ. heredita. petit.

Reliqua verbo, Fideicommiſſum, 31. 32. Heres, 107. vſque 136. & 145. vſque 149. 150. 151, Res, 16. Tutor, 153. 154. 155.

8 RESTITVTIO minori competens per officium iudicis petitur, & non iure actionis, & reſtitutione data datur prima actio vtilis, † l. quòd ſi minor, §. fi. & ibi gl. fi. de minorib.

Reſtitutio quando petitur contra aduerſarium circumuenientem, eo abſente, procurator illius ſuſtinet partes rei, ideò debet cauere iudicatum ſolui. l. quod ſi de ſpeciali. §. fi. eod.

Reſtitutio à conſanguineis inuito minore non poteſt peti, niſi minori bon. s[...] interdictum, & ſic in ipſorum curam ceciderit, l. patri pro filio. eod.

Reſtitutio ratione ætatis datur officio iudicis, gl. 1. in rub. de capitis diminut.

Reſtitutio vt concedatur minori, requiritur, quòd probet ſe minorem, & decep[...] ptum, l. nam poſtea. ... ſi minor. & ibi gl. ſtatutum. & ibi add. marg. de iureiur.

Reſtitutio in integrum poteſt peti non ſolùm principaliter: ſed etiam incident[...] per viam exceptionis, vel replicationis, quando prima actio non erat ipſo iu[...]re extincta. ibid.

Reſtitutio in integrum reſtituit minori id, quod læſio abſtulit ei, l. ſi ſine here[...]de, 3. §. interpoſito. de adminiſtratione tutorum.

Reſtitutio conceſſa minori non prodeſt fideiuſſori; ideò ſi fideiuſſor ſoluat, vel ſ[...] condemnatus ad ſoluendum, repetere poteſt à minore, niſi minor aduerſus fi[...]deiuſſorem petat reſtitutionem, l. 1. C. de fideiuſſor. minor.

Reſtitutio non competit minori, vbi aduerſus eum ex contractu adminiſtratori[...] ſui non datur actio, l. pe. C. ſi tutor, vel curator.

Reſtitutio minoris non prodeſt maiori ſecum communem cauſam habenti, l. [...] C. ſi in communi, eadémque cauſa.

Reſtitutionis in integrum beneficium perſonale eſt, competens minori non pro[...]deſt maiori cauſam communem habenti, quando res communis eſt diuidua[...] ſecùs ſi indiuidua: vt eſt ſeruitus, quo caſu prodeſt etiam maiori, gl. fi. ibid.

Reſtitutio in integrum poteſt peti per procuratorem legitime cõſtitutum à mi[...]nore cum authoritate tutoris, vel curatoris, l. 4. & ibi gl. fi. C. ſi aduerſus rem iudi.

Reſtitutionem in integrum numerus filiorum non impedit dari matri minori[...] l. 2. C. de in integ. reſtitutione minor.

Reſtitutionem petens ratione minoris ætatis debet probare ætatem, quam alle[...]gat: ſed aduerſarius, qui vult eum excludere, debet probare, quod tempus pe[...]tendæ reſtitutionis in integrum ſit finitum, l. 4. C. eod.

Reſtitutio non datur minori contra læſionem contingentem intra modicum tẽ[...]pus, ex quo ceſſauit minor ætas, gl. c. in l. 1. C. ſi aduerſus rem iud.

Reſtitutio ratione ætatis non datur contra parentes, neque contra patronos, l. 2[...] C. qui, & aduerſus quos.

Reſtitutio minoribus non eſt neceſſaria: vbi alienatio rerum ſuarum eſt facta ſi[...]ne decreto, cùm tunc ſit nulla ipſo iure, gl. 1. in l. 2. C. de prædus minor.

Reſtitutio conceſſa minori omnia in priſtinum ſtatum redintegrat tam pro mi[...]nore, quàm contra eum, l. 1. C. de reputatio.

Reſtitutio in integrum poteſt peti per procuratorem ad hoc habentem ſpecial[...] mandatum, l. 1. & ibi gl. 1. C. etiam per procuratorem cauſæ in integrum.

Reſtitutionem in integrum poteſt petere pater pro filio ſine mandato, cùm ſi[...] legitimus adminiſtrator, & quia eius vertitur periculum, d. gl. 1. ibid.

Reſtitutionis tempus olim erat annus vtilis, hodie eſt quadriennium, gl. pen. [...] l. non ſolùm. de reſtitution. in integrum. gl. plus. in l. interdum. de minor.

Reſtitutio quando petitur aduerſus læſionem minoris temporis quadriennij, ve[...] anni, ad tantum tempus, quantum eſt illud, dari debet, & non ad quadriennũ[...] gl. reſtitutionis. in l. ab hoſtibus. §. fi. ex quib. cauſ. maior.

Reſtitutionis petendæ tempus non currit, quando vna cauſa petendæ reſtitutio[...]nis ſuccedit poſt aliam, l. 1. C. de temporibus in integr.

Reſtitutionis beneficium competens alicui ex abſentia cauſa reipub. ſi ſucced[...]at poſt aliud beneficium eidem competens ratione ætatis, non currit tempus pe[...]tendæ reſtitutionis ratione ætatis. l. 4. C. eod.

Reſtitutionis in integrum petendæ tempus in minori ætate non currit: niſi venia ætatis ſit impetrata, ſed ſuperueniente maiori ætate in eiuſdem perſona, vel in perſona ſucceſſoris incipit currere, l. 5. C. eod.

Reſtitutio ex quocunque capite poſtuletur, datur hodie quadriennium pro anno vtili ad reſtitutionem implorandam, l. fi. C. eod.

Reſtitutio datur minoribus intra quadriennium, in quo non computatur tempus abſentiæ, ſiue vltimum, etiam in maiore: ſicut in minore, vel etiam tempus, quo impeditus ſum per aduerſarium, ne agerem intra quadriennium, gl. pen. ibid.

Reliqua verbo, Maior, 1. 2. Minor, 22. vſque 35. 44.

RESTITVTIO, quæ datur maioribus ex iuſta cauſa ex edicto, ex quibus cauſis maiores reſtituantur, datur eis, ne noceat eis abſentia ex iuſta cauſa, & datur etiam contra eos, ne eis proſit, l. 1. ex quibus cauſis maiores.

Reſtitutio, quæ datur maioribus ex iuſta cauſa, datur officio iudicis, & non iure actionis: qua obtenta habent illi actionem reſciſſoriam, & non ante, † l. reſtituam. ibid.

Reſtitutio ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur, rarò eſt in vſu, quia ex aliis ſpecialibus cauſis frequentiùs ſolet concedi, l. 2. & ibi gl. [...] & 2. eod.

Reſtitutionem non debet habere ille, qui alterius grandis commodi captand[...] gratia id egit, vt reipub. cauſa abeſſet. l. 4. eod.

Reſtitutio ex edicto, ex quibus cauſis maiores, non datur ei, qui litigat de ſtat[...] ſuo, l. is autem. eod.

Reſtitutio, ex quibus cauſis maiores. ad inſtar minoris, iudicis officio, & non iu[...]re actionis peti, & dari debet: quia data aget antiqua actione vtili: ſcilicet vſu[...]capione, vel præſcriptione reſciſa, ſiue perſonalis, ſiue realis eſſet, † gl. reſtitu[...]tionis. in l. ab hoſtibus. §. fi. eod.

Reſtitutio datur à tempore læſionis, quando in præſentia contingit læſio: ſi ver[...] in abſentia, tunc à tempore reuerſionis. ibid.

Reſtitutio, ex quibus cauſis maiores, dari debet non ſolùm in damnis: ſed etiam in lucris, quæ ipſi quærunt ſine damno, & iniuria aliorum; ſecus quando cu[...] damno, vel iniuria aliorum, l. ſciendum & ibi gl. 1. eod.

Reſtitutio conceditur alicui ex edicto, ex quibus cauſis maiores, ad lucrum, dũ[...] modò non ex alterius pœna, vel damno, d. gl. 1. ibid.

Reſtitutio ceſſat, vbi ceſſat æquitas, d. l. ſciendum.

Reſtitutio datur cõtra eum, qui non patitur ſecum litem conteſtari ex cauſa iu[...]ſta, vel iniuſta, & aliquid ex eo quæſierit, l. ait prætor. §. fi. eod

Reſtitutio datur contra eum, qui ſecum agendi poteſtatem non facit, ſi dum ho[...] facit, vſucapionẽ cõpleuerit, vel aliquid acquiſierit: nec ſufficit [...] in poſ[...]ſeſſionẽ bonorũ eius mitti: quia interdum mitti nõ poteſt in bona [...], au[...]

no[...]

Restitutionis in integrum petendæ ius non transmittitur ad heredem de stricto iure: sed bene de æquitate, l. Pantonius, 85. & ibi gl. obiisset. de acq. hered.

Restitutio in integrum datur contra heredes; datur etiam minorum heredibus gl. fi. in l. si intra, 6. C. de in integ. restitut. minor.

Restitutionis in integrum iudicium inchoatum contra aliquem non extinguitur morte ipsius: sed continuatur contra heredem eius, d. l. si intra.

Restitutionis petendæ ius quandoque potest cedi. l. quòd si minor. §. procuratorem. de minorib.

Restitutio ad appellandum debet peti intra decem dies, & licèt vsque ad quadriennium duret, antequàm ei detur: ea tamen data poterit appellari: quia in petendo non fuit negligens, gl. restituere. in l. diuus. de restitut. in integ.

per Restitutionem vnum capitulum sententiæ rescinditur: cætera firma remanent, si illi non sunt connexa: aliàs secùs, l. etiam si patre. §. 1. de minoribus.

Restitutio datur absenti ad appellandum, quando sententia est lata contra absentem defensum: sed si non fuisset defensus, vel minus bene, contra sententiam restituitur ad totã causam, gl. fi. in l. cùm miles, 30. §. fi. ex quib. causis maiores.

Restitutio contra sententiam non datur præsenti contra absentem, cùm possit appellare præsens: potest tamen restitui contra præscriptionem temporalem exercitij causæ appellationis. ibid.

Restitutio contra sententiam delegati principis à solo principe dari debet, l. 3. C. si aduersus rem iudicatam.

Restitutio contra sententiam delegati principis non potest peti apud prætorem, vel præsidem, vel alios iudices. ibid.

Restitutio non est necessaria à sententia lata contra minorem indefensum: videlicet non interuento tutore, vel curatore, gl. 2. in l. 4. C. eod.

Restitutio si fuit semel denegata, etsi posteà allegetur noua causa, ad totam causam, aliàs ad appellandum tantùm datur restitutio, gl. fi. in l. 1. & gl. 2. in l. 2. C. si sæpiùs in integr.

Restitutio quando datur ad appellandũ, datur à qua vult, vel à prima sententia, qua fuit condemnatus in fundo; vel à secunda, qua fuit restitutio denegata, vel potiùs solùm à secunda. ibid.

Restitutio alicui contra sententiam potest concedi, vt omissam probationem faciat, & sic posteà contra sententiam posset restitui, gl. 2. in l. 3. C. si sæpiùs.

Restitutio aduersus sententiam procuratoris Cæsaris à solo principe debet concedi, l. 1. C. vbi, & apud quem.

Restitutio aduersus sententiam iudicis delegati principis, vel vicarij principis à solo principe concedi debet, gl. 1. ibi.

Restitutio, & appellatio non ambulant paribus passibus, gl. fi. in l. 1. C. si de momentanea possessione.

39 Restitutus deportatus per principem omnia iura pristina honores, & bona recuperat, gl. fi. in l. si qua, 40. §. fi. ex quib. causis maiores.

Restitutus si sit quis, vt habeat legatum, quod amisit, ideò quia abfuit causa reipub. habebit legatum cum onere, l. si quis Titio, 41. eod.

Restitutus vt adeat hereditatem repudiatam, potest restitui, vt repudiet, etiam si noua causa non afferatur, vel econtrà, l. & si sine, §. restitutus. & ibi gl. rursus. de minor.

Restituto fideiussore non videtur restitutus principalis, l. minor. 50. de minorib.

Restituta in pristinum statum, & pristina iura restituenda sunt, gl. fi. in l. & Atticinius. 45. de seruit. rustic.

Restitutus aduersus cursum præscriptionis in eandem actionem censetur restitutus, quam priùs habebat, l. debitrix. 23. §. fi. & ibi add. mar. ad Velleian.

Restituta per sententiam re, quæ vi, metúsve causa fuit tradita, contra restituentem rem non potest agi de eius fructibus, vel vsuris officio iudicis: sed bene possunt peti iure actionis etiam lata sententia, gl. restituere. & ibi add. marg. in l. videamus. 38. §. item si. de euicto.

Restitutus non recuperat locum ab alio occupatum, glos. marg. in l. quid ergo. §. pœna grauior, de his, qui notantur infa.

Restitutus deportatus per principem non recuperat bona per fiscum translata in alium, gl. emancipatus. in l. Gallus, §. & quid si tantum, de libe. & posthum.

Restitutus si sit quis natalibus suis à principe, dicens principi se fuisse natum ex ingenua matre, posteáque se effectum seruum ex aliqua iusta causa, talis impetratio restitutionis in integrum non valet, si appareat eum natum ex ancilla, l. 1. de natalibus restituend.

Restitutus libertinus natalibus, quãtum ad totum ius pertinet, perinde habetur, ac si ingenuus natus esset, nec eius patronus potest venire ad eius successioné, l. 2. eod.

Restitutus natalibus intelligitur restitutus illis natalibus, in quibus omnes nascebantur liberi inspecto iure naturali. non illis, in quibus est natus. ibid.

Restitutus natalibus à principe censetur restitutus ad omnem ingenuitatis statum, l. quæris. eod.

Restitutus natalibus libertus perinde habetur, ac si ingenuus natus medio tempore maculam seruitutis non sustinuisset, l. fi. eod.

Restitutus ad appellandum non potest tertiò appellare, licèt lex dicat, extingui pronunciatum per appellationem, gl. fi. in l. 1. C. si sæpiùs in integ.

Restitutus in integrum à principe non censetur restitutus quoad bona iam alienata, quia restitutio non trahitur retro contra ius quæsitum alteri: & hoc casu licèt non possit recuperare bona à possessoribus: bene tamen à fisco, quatenus locupletior est factus, gl. fi. in add. in l. 1. C. de sententiam passis.

Restitutus debitor in integrum non potest se tueri contra suos creditores, l. pen. C. eod.

Restituto damnato filij eius recidunt in eius potestatem, & per consequens testamentum eorum irritatur, l. fi. C. eod.

Restringens se nimis facilè incidit in periculum, l. filius à patre, 28. §. si quis ex certa. de liberis, & posthumis.

Retentio datur creditori, qui rem pignori accepit, non actio, gl. Paulus. in add. mar. in l. apud Celsum, §. fi. de doli mali excep.

Retentio datur ad recipiendos sumptus factos in re aliena: non autem actio. ibidem.

Retentio rei obligatæ ex nudo pacto datur, & non actio. ibid.

Retentionem solùm habens: sed non petitionem, si soluat, non repetit. l. ex quib. causis, 51. de condictione indebiti.

per Retentionem potest quis conseruare ius suum, quod habet in re, quandò ill[...] peruenit ad eum sub spe restituendi, l. si seruus Titij, 73. de leg. 1.

Retentio ex pacto tantùm datur in actione de dote, gl. fi. in l. 1. Cod. de cond. o[...] causam.

Retinere quis non debet res nostras nobis inuitis, nisi habeat ius in re, ve[...] iustam causam retinendi, l. si filiofam, 26. §. 1. & ibi gl. inuitis. soluto matr.

Retinere propriè dicuntur ea, quæ iam habemus: impropriè tamen dicuntur et[...] iam ea, quæ nunquam habuimus, l. post emancipationem, 38. §. fi. & ibi gl. fin[...] de leg. 3.

Retineri rectè possunt quaterni à scriptoribus pro scriptura, gl. retinebitur. in l[...] si non sortem. §. si cautum. de cond. indeb.

Retineri regulariter non potest res debitoris pro alio delicto, nisi propter expẽ[...] sas factas in ea, vel propter meliorationem factam in ea, gl. retinebitur. & ib[...] add. ibidem.

Retinere pecuniam potiùs interest, quàm solutam repetere, l. si stipulatus. 16. d[...] fideiuss.

Retinetur firmiùs, quod quis ex acquisitione sua habet, quàm quod ex acquisitione alterius, l. si quid in bello. 28. & ibi gl. erat. de captiuis.

Retineri potest pecunia redacta ex venditione pignorum pro debito etiam naturali, gl. fi. in l. 3. C. de vsuris.

Retineri possunt pignora obligata pro vsuris ex nudo pacto conuentis tempor[...] traditionis pignorum, non verò pro maioribus ex posteriori contractu nascentibus, nisi specialiter sit hoc d. l. 4. C. eod.

Retineri non possunt pignora obligata ad minores vsuras pro maioribus ex posteriori contractu nascentibus, & hoc odio vsurarum, † gl. pe. ibid.

Reliqua verbo, Creditor, 74. Dos, 51. Liberum, 4. 5. Pignus, 18 Possidens, 8. Possessio, *30. 31. 32. Scriptor, Scriptura, Filius, 127.*

Reticvli circa columnas dicuntur instrumenta, quibus solet suspendi amphora, gl. reticuli. in l. tabulæ fundi, 18. §. quæ pictæ. de action. empti.

Reliqua verbo, Venari.

Reverentia nimia, & metus æquiparantur, gl. metu. & ibi add. marg. in l[...] 1. §. quæ onerandæ. quarum rerum actio.

Reuerentia paternalis, vel patronalis omnem restitutionem excludit tam filiis[...] quàm libertis, l. 2. C. qui, & aduer. quos.

Reuerentiam debet impendere minor maiori, & econtrà maior minori, gl. fi. i[...] l. 4. C. de palatinis. libro 12.

Revertatvr, verbum significat trãslationem dominij ipso iure, l. quisquis[...] & ibi add. marg. C. de omni agro deser. lib. 11.

Revocari non debet in dubium, quod bene est semel determinatum, glo[...] exclusa. in §. & nos non latet. in authen. quibus modis natural. efficia[...] legit.

in Reuocando eadem potestas versatur, quæ in iubendo, vel prohibendo, l. quo[...] iussit, 14. de iudicata.

Revocatio mandati procuratoris, quæ in notitiam iudicis, vel aduersar[...] non peruenit, non reddit iudicium nullum, l. si procuratorem, 65. de procuratoribus. & l. 1. & ibi gl. 4. C. de satisdando.

Reuocatio mandati procuratoris debet intimari aduersæ parti, l. si pecuniam. [...] 1. de condic. cau. data.

Reuocatio mandati non præiudicat procuratori, si ad eius notitiam non peru[...] nerit, l. si mandassem. 15. mandati.

Reuocatio procuratoris, quę in notitiam iudicis, vel aduersarij peruenit, impedi[...] iudicium, & gesta sunt nulla, gl. 4. in l. 1. C. de satisdando.

Reuocatio procuratoris actoris si peruenit ad notitiam tantùm rei, tenet senten[...] tia: quia iudex nihil de contingentibus omisit: sed reus non debet aliquod cõ[...] modum consequi ex sententia propter scientiam suam ope replicationis. ibi[...]

Reuocatio procuratoris actoris si superuenit tantùm ad notitiam ipsius procu[...] ratoris, valet sententia pro reo: sed non pro actore, cum quo ad actorem cu[...] legitima persona fuerit litigatum. ibid.

Reuocatio procuratoris, cùm dubitatur an peruenerit ad notitiam alicuius, v[...] non, præsumitur ignorari, nisi probetur scientia. ibid.

Reuocatio procuratoris non potest fieri post litis contestationem eo inuito sin[...] causa: sed ante litis contestationem indistinctè potest fieri. ibid.

Reliqua verbo, Donatio, 34. 35. Donator, 23. Legatum, 103. vsque 106 Libertas, 17[...] Mandatum, 14. Minor, 40. vsque 43. Procurator, 55 vsque 58. Testamentum[...] 28. 29. 30. 46 vsque 50. Testator, 20. vsque 26. Transactio, 17. 18. Sententia, 5[...] vsque 58. Seruus, 118.

Revocatoriae actiones tres sunt: scilicet Fauiana, Paulina, seu Pauliana[...] & Caluisiana, l. videamus, 38. in add. mar. de euictio.

Reuocatoriis actionibus adduntur aliæ duæ: scilicet interdictum fraudatorium[...] quod interdictum incidit in Caluisianam, & Paulianam, & actio in factum reuocatoria, quæ incidit in Fauianam. ibid.

Reuocatoria Fauiana dicitur illa, quæ patrono datur ad ea, quæ à liberto in fraudem eius alienata sunt: libertus tamen duobus modis alienat: scilicet in fraudem legis, & in fraudem patroni. ibid.

Reuocatoria Pauliana datur creditori ad ea, quæ in eius fraudem alienata sun[...] à debitor ibid.

Reuocatoria Caluisiana competit vtrique & debitori, & creditori. ibid.

Reuocatoria Fauiana est personalis, & perpetua, gl. in Fauiana. ibid.

Reliqua verbo, Actio, 215. vsque 218. Libertus, 20. 21. Debitor, 63. vsque 70. Creditor, 79. Interdictum, 3.

Reus in genere, num. 1. vsque 5.
Reus criminis, num. 6. 7. 8.
Quoad locum conueniendi, num. 9. 10.
Quoad non comparentem, & contumacem, nu. 11 12.
Quoad sistendum, & cautionem de sistendo num. 13. 14. 15.
Quoad absolutionem, & condemnationem. num. 16.
Quoad rerum principalem, & eius fideiussorem, num. 17.

Quoa[...]

Reo accusato mortuo potest agi contra heredem ad id, quod peruenit ad eum eius delicto, & de eo delicto ciuiliter potest cognoscere iudex, d.l. defuncto. & ibi gl.fi.

in Reorum examinatione debent adesse clarissimi viri: id est iuris prudentes, & etiam patroni causarum, qui aliis aduocant, ad hoc, vt ita veritas meliùs inquiratur: & examinatio potest fieri etiam diebus feriatis missium, & vindemiarum: non festorum, l.custodias.& ibi gl.2.de publicis iudiciis.

Reis mortuis pœna ademptionis bonorum descendens ex crimine publico non transit ad heredes eorum, nisi lis fuerit contestata, & condemnatio sequuta, nisi in crimine læsę maiestatis, & repetundarum, l.ex iudiciorum.de accusatio.

7 Reus criminis læsæ maiestatis, & repetundarum ex quo illud crimen commisit, non potest alienare, aut manumittere.ibi.

Reus in carcerem an sit mittendus, vel tradendus militi, vel committendus fideiussorib.vel sibi, relinquitur arbitrio iudicis, qui debet æstimare pro criminis, quòd obiicitur, qualitate, vel propter honorem, vel propter amplissimas facultates, vel pro innocentia personæ, vel pro dignitate eius, qui accusatur, l.1.de custod.reorum.

Reus quando crimen est leue, committitur fideiussorib.d.l.1.& ibi gl.1.& glo.fideiussorib.

Reus qui detinetur propter vnum crimen, vel ad iudicium vocatur propter aliam causam, non potest reuocari, l.2.§.fi.eod.

pro Reo criminis satisdans de iudicio sisti, si eum non exhibuerit, pœna pecuniaria promissa condemnatur, nisi dolo non exhibuerit, quo casu etiam extra ordinem damnatur, etsi nulla pœna fuit promissa, nec sit consuetudo quanta pœna sit imponenda, tunc arbitrio iudicis imponetur, ita vt modum non excedat, l.4.& ibi glo.fi.eod.

Reus confessus de crimine, donec de eo pronuncietur, in carcerem est coniiciendus, l.si confessus.eod.

Reus inculpatus de aliquo delicto captus à magistratu si remittatur ad præsidem mittendo ei epistolam, in qua continebatur, quòd ille reus erat confessus de illo delicto, non creditur tali epistolæ: quia non omnes ex bona fide epistolas conscribunt, l.diuus Adrianus, eod.

Reos deferentes curiosi, & alij officiales per notoria indicia, licèt citra calumniæ metum accusent: debent tamen assistere suis indiciis, & ea tueri notoria, quæ attulerunt, aliàs incidunt in Turpillianum, l.ab accusatione.§.nunciatores.& ibi gl.nunciatorum.& gl.assistere.ad Turpillian.

Reus quando habet aliqua indicia pro se, debent esse indicia magis grauia contra se, ita quòd præponderent, vt possit torqueri, l. 1. §. ad quæstionem. de quæstion.

8 Reis in criminalib. debet iudex dare terminum ad faciendas suas defensiones: licèt possit fieri defensio sine termino, l.vnius.§.fin.eodem.

Reus in criminali causa non potest damnari nulla data dilatione ad defensionem, etiam si non petierit eam: fallit in quibusdam casib.d.§.fi.in add.marg.

Reus sine accusatorib. in custodiam receptus non potest torqueri, nisi præcedentib.legitimis indiciis, l.fi.eod.

Reus ex suspicionib.non damnatur: sed torquetur ad veritatem eruendam: & si tortus non confiteatur, absoluitur, gl.fi.ibi.

Rei quando solentet iam damnari in calcariam, vel sulphurariam, quæ magis dicuntur pœnæ metalli, l.aut damnum.§.in calcariam.de pœnis.

Reos in ludum venatorium damnare est eos in exercitationem conficiendi feras in theatro addicere, l.aut damnum.§.pe.& ibi add.marg.

Reus delinquens in loco delicti conuenitur, si ambo actor, & reus sint in prouincia omni priuilegio cessante, auth.quia in prouincia.C.vbi de crimine agi.

Reus potest reconuenire actorem in causa criminali, gl.2.in auth.& consequenter.C.de sententiis, & interloquut.

Reus criminis pendente lite tenetur subire munera, gl. fi.in l.1.C.de reis postulatis.lib.10.

Reus criminis postulatus pendente causa criminali non potest vocari ad honores: secùs si non postulatus: vel postulatus, sed destitit accusator, quo casu vocari potest ad honores, d.l.1.& ibi gl.fi.

Reus criminis postulatus pendente lite nõ potest fieri nec procurator, nec nomẽ militię dare: secùs si nõ postulatus: vel postulatus, sed destitit accusator.d.gl.fi.

Reus criminis læsæ maiestatis non potest donare, etiam si non sit de crimine accusatus, & auferuntur eius bona etiam illius filiis, donationes, 30.§.fi.& ibi gl. pe.de donatio.

Reliqua verbo, Appellatio. 17.

9 REVS conueniri intelligitur, vbi fideiussor conuenitur, cùm posteà habeat contra reum actionem, gl.fi.in l.& quidem.de his, qui deiecerunt.

Reus potest conueniri in domicilio, quod habebat tempore contractus, & in nouo domicilio, quod posteà acquisiuit, l.1.C.de iurisdic.omnium iud.

Reus qui compellit actorem per metum, vel dolum, vt agat, vel accuset in vetito examine, habetur pro condemnato, nisi ante sententiam pœniteat: quo casu habetur pro condemnato, gloss.habeatur. in l.in criminali. C.de iurisdictione omnium iud.

Reus hodie etiam per rescriptum non potest trahere actorem ad extraordinarium iudicem.ibi.

Reus compellens actorem per dolum, vel metum vt agat, vel accuset in vetito examine, per sententiam habetur pro condemnato: non ipso iure.ibi.

Reus in causa ciuili siue de terra, vel terminis, siue de proprietate, vel possessione, vel alia qualibet re debet conueniri, vbi res sita est, si ambo actor, & reus sint ibi præsentes.ibi.

Reus in delictis, vel quasi: in contractib.vel quasi in realib.& possessoriis, ibi sortitur forum ratione delicti, vel possessionis.gl.ius perpetuum.ibi.

Reus debet conueniri in loco, in quo sortitur forum, & ibi reperitur omni priuilegio cessante indulto per principem viuentem: sed non cessat priuilegium indultum per legem in corpore iuris redactam, gl.illic.ibi.

Reus conuenitur, & sortitur forum ratione rei, vel delicti, si ibi reperiatur omni priuilegio impetrato à se cessante: secùs ab actore: nam actor potest impetrare priuilegium, vel rescriptum extra locum rei, vel delicti.ibi.

Reus conuentus coram vno iudice super aliqua causa, si sit vocatus à principe ratione publicæ vtilitatis, vel necessitatis, oportet ipsum tum absentari, & habet dilationem interim, gl.pen.ibi.

Reus non conuenitur coram iudice delicti, vel rei, aut domicilij, quando causa, 10
super qua conuenitur, deuoluitur ad principis consistorium, vel etiam ad ipsum principem, dicta.auth.qua in prouincia.

Reus quando debet absentari ex causa publicæ vtilitatis, vel necessitatis, interim non debet conueniri coram iudice suo.ibi.

Reus potest conueniri in loco, vbi res est, l.fi.C.vbi in rem actio.

Reus conueniri potest vbi est res immobilis: immobili autem re sufficit quòd reus satisdet de iudicio sisti in suo foro, nisi in causa, vbi sufficit nuda cautio propter priuilegium legationis, gl.fin.ibi.

Reus si conueniatur: vbi habet domicilium, & res sit alibi, iudex illius loci: vbi est res, ex denunciatione iudicis, qui tulit sententiam pro actore, eam executioni mandabit: sicut fit in vera diffinitiua, & vera interlocutoria.ibi.

Reus potest conueniri vbi res sita est, vel in loco domicilij, & electio actoris est. ibidem.

Reus forum accusatoris sequi non debet, gloss pe.in l.si quondam, 15. Cod.de adulteriis.

Reus non est exhibendus in iudicio de vna prouincia ad aliam, nisi priùs actor præstiterit fideiussoriam cautionem, certam quantitatem promittens, si non exequatur litem, aut exequens non vincat, etiam reo comparente si actor infra decem dies non comparuerit, reus absoluẽdus est à iudicio eo exacto, quod ab actore promissum est, si quid amplius reus expendisset, auth.de exhibend. reis.in principio.& §.1.col.5.

Reus debet conueniri in ea prouincia, in qua obligatio contracta est omni priuilegio in corpore iuris non incerto cessante, gl.priuilegio.in §.si igitur.in authen.vt omnes obediant iudicib.col.5.

Reus quandoque sequitur forum actoris, l.fi.& ibi gl.fi.C.de suariis.lib.11.

Reliqua verbo, Actor, 12. Forum, Domicilium, Contrahens, 1.

REVS si vadat per subterfugia, & dilationes, lis habetur pro contestata, l.si eum. 11
§.fi.si quis cautio.

Reus dicitur fugiens ex eo, quòd solitus est fugere, gl.fugientis.in l.properandum.§.& si quidem.C.de iudiciis.

Reo post litis contestationem se absentante, & legitimè citato peruenitur ad diffinitiuam, d.l.properandum.§.sin autem reus.

Reus post litis contestationem se absentans legitimè etiam citatus contrahit eremodicium.ibi.

Reus post litis contestationem se absentans legitimè citatus, si contra eum liquet de causa, condemnatur diffinitiuè, quæ executioni mandatur in rebus suis, nec reuersus auditur appellans, neque possessionem recuperabit, etiam si cautionem præstare paratus sit, d.§.sin autem reus.

Reus vel actor si longè ante triennium abesset, si liquet de causa, peruenitur ad diffinitiuam, aliàs, ad absolutoriam ab obseruatione iudicij, glo. absentem. ib.

Reo absente contumaciter prope finem triennij, si liquet de causa, peruenitur ad diffinitiuam: aliàs ad absolutoriam ab obseruatione iudicij, gl.absentem.in l. properandum.§.sin autem.C.de iudiciis.

Reo absente contumaciter lite contestata prope finem triennij potest actor pręsens mitti in possessionem rei absentis antę litis contestationem, & magis post.ibid.

Reo absente contumaciter lite contestata si agitur reali, actor præsens mittitur in possessionem tantùm rei petitæ, & non in omnibus bonis, gl.audiatur. ibi.

Reo absente contumaciter lite contestata, si agitur actione personali, actor præsens mittebatur olim in possessionem omnium bonorum: hodie tantum pro modo debiti.ibid.

Reo absente contumaciter lite contestata, vel non contestata si actor sit missus 1
in possessionem bonorum rei, reus auditur perpetuò, & potest recuperare possessionem illorum bonorum præstita satisdatione, nisi illa bona fuerint vendita, vel creditori per sententiam pro debito sint adiudicata.ibid.

Reo absente contumaciter lite contestata prope finem triennij si liquet de causa, peruenitur ad diffinitiuam, & reus non auditur: si non liquet de causa, tunc si missio sit facta in bonis rei, reus non auditur de possessione: sed tantùm de proprietate: si autem missio in possessionem sit ante litis contestationem, & non liquet de causa, auditur tunc reus de possessione & proprietate, præstita priùs satisdatione.ibid.

Reo contumaciter absente lite contestata prope finem triennij, actor si missus sit in possessionem rei petitæ non ex diffinitiua, reus reuersus auditur de proprietate, & non de possessione.ibi.

Reo absente: sed non contumaciter, non peruenitur ad sententiam, neque etiam absente actore, & præsente reo, † gloss.contradictionem.ibidem.

Reus contra sententiam de mittendo in possessionem bonorum rei latam contra eum absentem contumaciter, lite contestata prope finem triennij non auditur, nisi veniat iudice sedente pro tribuni, vel nisi sit absens ex iusta causa, vel probabili ibid.

Reus conuentus post litem contestatam se absentans, debet citari tribus edictis, vel vno peremptorio pro omnibus: & si citatus nõ veniant, potest cogi, vt se se præsentet, vel possessio potest in petitorem transferri, si non liquet de causa: si liquet, debet diffinitiuè de causa pronunciari, l.consentaneum.C.quomodo, & quando.

Reo absente contumaciter ante litem contestatam non potest ferri diffinitiua sententia, etiam si actor subeat onus probationis: sed fiet missio in possessionem, gl.locum.in auth.qui semel.C.eod.

Reus præsens non potest cogi litem contestari sed peruenitur ad missionem: potest etiam pro motu iudicis puniri, nisi in casu, vbi quis cogitur respõdere.ibi.

Reus absens lite contestata, vel quasi condemnari potest difinitiuè si liquidum sit: aliàs tantum ab obseruatione iudicij absoluitur.ibid.

Reus præsens lite contestata præsente etiam actore absoluitur diffinitiuè, etiamsi si non sit liquidum.ibid.

Reus præsens liberatur ab obseruatione iudicij, & actor absens condemnatur ei in expensis, & idem in reo absente, gl.pen.ibi.

Reus si in vna denunciatione dixit nolo venire, non debet citari vlteriùs ad sen-

fideiubere inuicem, † gl.fi.in l.2.C.de duob.reis, & gl.siquis enim.in auth.de duobus reis.in princip.col.6.gl.fi.in l.vir.vxori.§.fi.ad Velleian.glo.à reo.in l.3.§.vbi duo.& gl.1 in l.si duob.reis.gl.insolidū.in l.Vranius,72. de fideiussor.

Rei duo debendi constituti ex mera liberalitate, quoad actionem dandam inter eosdem, videntur inuicem fideiubere, si sint socij: non aliàs: sed si sint constituti non ex mera liberalitate: sed ex causa onerosa, vt quia receperunt mutuum, & tunc eatenùs alter pro altero tenetur fideiubere, quatenùs negatiua ad alterum in veritate spectat, † gl.fi. in d.l.2.& glo.fi.in d.§.fi.& d.gl.si quis enim.in

in auth.de reis.in principio.col.7.

reis plurib.dicuntur esse tot obligationes, & actiones, quot rei in essentia: sed vna dicitur obligatio inter eos propter vnum debitum, & vnam solutionem, gl.pe.in l.3.§.vbi duo.de duob.reis.

Rei duo constituuntur siue vnica voce respondeant, veluti promittimus: siue plurib.putà vnus, spondeo, & alter similiter, dixit spondeo, l.4.eod.

Rei duo constitui possunt actiuè, & passiuè in obligatione operarum stipulando vel promittendo operas, quas alius promiserat, vel alius stipulatus sit, ita vt sint duo rei debendi, & vno soluente alter liberatur, l.nemo est.& ibi glo.promitti. & gl.fi.eod.

Rei duo promittendi non possunt constitui in obligatione facti, quando habetur respectus ad opus perfectum, quod potest per alium explicari, & etiam quãdo habetur respectus ad ipsum fieri, & ad personæ industriam, si promittentes sint eiusdem peritiæ: secùs si diuersæ, gl.adhiberi & gl.fi.ibi.

Rei duo promittendi constituuntur, si interrogati ambo promiserint, promittimus: sed si ex duobus interrogatis alter tantùm respondeat, ille solus obligatur, l.duos reos.eod.

Reis duobus constitutis potest stipulator vel ab vtroque, vel ab altero tantùm fideiussorem accipere.ibi.

Reorum duorum constitutionem non vitiat modicum interuallum, nec actus medius constitutioni reorum non contrarius vitiat eam, l.duos reos. §. duo. eodem.

ex Reis duobus promittendi potest vnus ciuiliter, & naturaliter, & alter naturaliter tantùm obligari, gl.1.ibid.

Rei duo constitui possunt non solùm verbis stipulationis: sed etiam re, & consensu: putà deponendo eandem rem apud duos, vel commodando, vel vendendo eandem rem duob.simul, & etiam testamento, vt quando testator pluribus heredib. institutis dixit, Titius, & Meuius Sempronio decem dato, l. eandem.eod.

in Reorum duorum constitutione hodie nihil est immutatum quantum ad rationem, & modum constituendi: sed bene quantùm ad exigendi modum: quia inuenta est diuisionis commoditas præcipuè, quando omnes sunt præsentes, & soluendo, † gl.1.& ibi add.marg.ibi.

Reorum duorum constitutionem viciat impunitas culpæ ab initio: secùs si ex postfacto, d.l.eandem.§.1.

Reorum duorum constitutionem non vitiat disparitas diei, vel conditionis, sed bene culpæ: quia disparitas diei, vel conditionis speratur reduci ad paritatem: sed imparitas culpæ nunquàm speratur.gl.est oblig.ibi.

Reorum duorum constitutionem non impedit disparitas locorum, d.l.eandem, §.cùm duos.

21 Rei duo possunt inuicem iubere, & potest actor actionem diuidere quoad quantitatem, & petendi modum, l.reos.& ibi gl.1.de duobus reis.

Reorum duorum constitutionem vitiat interuallum inter interrogationem, & responsionem: sed interuallum inter obligationem vnius correi perfectam, & alterius perficiendam, non vitiat, gl. modicum.& ibi add.in l.duos.§.duo.& gl.responderit.in l.si ex duobus.eodem.

Reorum duorum constitutionem non impedit disparitas in obligationis substantia, d.l.si ex duobus.§.1.

Reus vnus promittendi si extiterit heres alteri reo, sustinet duas obligationes: quia in solidum suo nomine, & in solidum nomine morientis tenetur, l.si reus.& ibi gl.sustinere.eod.

Rei duo promittendi etiam prætoriarum stipulationum fieri possunt, l.& stipulationum.eod.

Reorum duorum constitutionem impedit disparitas rei debitæ, vel causæ debendi, l.si id, quod, 15.eod.

Rei duo debendi constitui possunt ad dotem donandam, vel constituendam: sed duo rei credendi, vt dos eis debeatur, non possunt constitui: quia mille rei debendi obligãtur ex eadem dotis causa: sed idem ex eadem causa stipulari non possunt, cùm vnius tantùm, non etiam aliorum vxor esse possit, d.l.si id, quod. & ibi gl.nomine.& ibi add.marg.

Reus promittendi non liberatur soluendo vni ex duobus reis stipulandi, postquàm alter reus stipulandi egit cum eo litem contestando, l.ex duobus.& ibi gl.1.eod.

Reus debendi, per acceptilationem, aut iusiurandum sibi delatum ab vno ex reis credendi liberatur in solidum: sed non per pactum factum de non petendo cum vno ex duobus reis credendi, d.gl.j.

Rei vnius debendi factum nocet alij, si socij sunt, aliàs non, † l.pe.& ibi gl.1.eod,

Reus vnus debendi si capitis diminutione etiam minima eximitur ab obligatione, vel quia deportatus fuerit, alter correus non liberatur, & potest illi obligationi fideiussor accedere, d.l.fi.eo.

Reos duos in solidum constituit dictio eadem, l.si ex re, 28.§.si ipsi.& l.si seruus, 29.de stipulatione seruorum.

22 Reus vnus potest promittere sub conditione, altero reo promittente purè: reus purè promittens potest etiam pendente conditione alterius insolidum conueniri de iure antiquo, † gl.2.in l.si plures, 28.de fideiusso.

Rei duo debendi si fuerint: quorum vnus est inops, & alter diues, non potest agi contra vergentem ad inopiam ratione inopiæ: quia diuitiæ vnius supplent inopiam alterius, dict.l.si plures.§.pen.in add.marg.

Reus vnus ex duobus reis promittendi si pepigerit, ne ab eo peteretur, quamuis posteà soluerit, nihilominùs alter, qui non pepigit, obligatus remanet: quia ille, qui soluit, repetit: & hoc est verum, si non sint socij, l.qui hominem, 24.§.fi. & ibi gl.pe.de solutio.

ex Reis duobus promittendi si alter alterum heredem instituerit, non confunditur obligatio, l.si duo rei, 93.eod.

Rei duo socij dicuntur, qui eiusdem obligationis socij sunt ita, quod commodum ex ea descendens commune esse debeat, l.si quis vni.& ibi add marg.rem ratam haberi.

Reus promittendi, vel stipulandi si extiterit heres reo promittendi, vel stipulandi, remanent ambæ obligationes, gl.3.in l.debitori.C.de pactis.

Rei duo debendi, vel plures si sint in solidum obligati: contra quemlibet eorum in solidum datur actio, l.1.& 2.C.de duobus reis.

Rei duo debendi, vel plures si sint insolidum obligati, creditor non potest hodie quemlibet debitorem in solidum conuenire, nisi alter, vel alij sint non soluendo, vel absens: si verò vterque, vel omnes sint præsentes, & soluendo, vtrumque, vel omnes debet conuenire creditor, auth.hoc ita.C.eod.

Rei duo debẽdi tunc tenetur in solidũ, cùm hoc ita expressum est: si verò nõ est actũ expressè, vt quilibet teneatur in solidũ, tũc quilibet cõuenitur pro parte.ib.

Rei duo in solidum dicuntur esse, quando quis dixit, promittis mihi decem, & deinde alteri dixit, tu alter promittis mihi eadem decem secus si dicerem simul, promittis, gl. 1. ibi.

Reus vnus debendi promittere purè, alter sub conditione potest, quo casu promittens purè potest insolidum conueniri, altero absente, & non soluendò, d. gl.2.ibi.

Rei duo debendi insolidum obligati possunt renunciare beneficio diuidendarum actionum, gl.fi.ibi.

Rei duo promittendi constituuntur si adiectum fuerit vnumquenque in solidum teneri, quo casu vtroque existente soluendo, & præsente, quilibet conuenitur pro parte, & negotium examinatur communiter, & fertur sententia: sed altero non existente soluendo in totum, vel pro parte, vel si est absens, conuenitur alter in solidum, vel in eò, quòd alter soluere non potest, & per iudicem ordinariũ venire cõpellitur, auth.de duobus reis.per tot.& ibi gl.cedere.col.7. 2

Rei plures debendi vno libello possunt conueniri siue in solidum, siue pro parte conueniantur, dicendo tamẽ quòd vnica solutio sufficiat, §.fin autẽ iisdẽ. eod.

Reo vno conuento alteri solui non potest: intellige si sunt socij, & facta fuit litis contestatio ab vno ex duobus reis credendi: quia is tunc præoccupat sibi debitũ, vt alteri solui nequeat, gl.fi.& ibi add.marg.in auth.de duobus reis.col.7.

Rei duo promittendi efficiuntur, quando duo promittunt eandem pecuniam eisdem, hoc acto, vt fiant duo rei, & insolidum, §.1.& ibi gl.1.Inst.de duobus reis.

Reorum duorum promittendi, vel stipulandi natura est, vt quilibet teneatur insolidum, & vnius solutione, vel receptione tollitur obligatio vtriusque, §.pe. Inst.eo.

Reorum duorum constitutionem non facit cessare diuersitas temporis adiecta solutioni, §.fi.Inst.eod.

Rei duo debendi hodie non tenẽtur insolidum, etiam si sit expressè actum, quòd quilibet reorum debendi teneatur in solidum: quia ob id non intelligitur esse renunciatum beneficio auth.hoc ita.nec per hoc expressè est actum, quòd quilibet teneatur in solidum: sed pro parte, & virili tantùm, gl.fi & ibi add.ibi.

Rei duo debendi hodie non tenentur in solidum, nisi altero absente, vel inope existente, nisi fuerit renunciatum auth.hoc ita.d.gl.fi.

Rei duo, vel plures quando sunt obligati, quilibet pro parte tantùm sua tenetur ipso iure, gl.1.in §.si plures.Inst.de fideiussor.

Reus detineri debet maximè iam damnatus, si fideiussorem dare non potest, l. eos, qui.§.super.& ibi gl.reis.C.de appellatio.

Reliqua verbo, Correus, Conductor, 16.

REVS vnus ex reis credendi potest in alterius præiudicium nouare, delegare, & nomen debitoris cedere, l.si rem aliquam, 31.§.fi.de nouatio. 2

Reus vnus ex duobus reis credendi potest acceptilatione vtriusque obligationem perimere, vel vnus petens in iudicio potest totam obligationem deducere in litem, & vni soli etiam rectè potest solui, & ita vnusquisque eorum perinde acquisiisse videtur, ac si solus stipulatus esset.ibi.

Rei duo credendi si sint, & debitor communis constituit se soluturum alteri, & ille, cui constitutum est, si vult agere de constituta, potest alium correum constituere procuratorem, & idem etiam vnus ex duobus reis promittendi potest alterũ dare procuratorẽ ad defendendum, l.licèt.§.porrò.de procuratoribus.

Reus vnus ex duobus reis credendi si compromisit cum pœna, & arbiter prohibuit eum petere, alter, qui non compromisit, potest petere impunè, nisi ambo essent socij, & idem in duobus reis debendi, l.si duo, 39.de arbitris.

Reus vnus ex duobus reis credendi, & stipulandi potest sine alterius consensu agere, neque tenetur cauere de rato, gl.2.in l.3.soluto matrimon.

Reus vnus ex duobus correis credendi si exegit totum, tenetur alteri actione negotiorum.† gl.fin.in l.si Titio, aut Seio, 16.d legat.2.

Rei duo credendi per dictionem alternatiuam possunt constitui tam in stipulationibus, quàm in testamentis: & ille est potior, qui priùs litem contestatur, d. l.si Titio.& ibi gl.fi.

ex Reis duobus credendi si vnus stipuletur, & alter inutiliter, solutio facta inutiliter stipulandi non liberat soluentem ab eo, qui vtiliter stipulatus fuit, l.si duo rei, 128.de verb.oblig.

Rei duo stipulandi, vt constituantur, oportet, quòd stipulentur rem talem, quæ vtrique acquiri possit, l.si id, quod, 15.& ibi gl.fin.de duobus reis.

Reus vnus ex duobus reis credendi si recipit totum debitum, tenetur alteri cõmunicare, si sunt socij omnium bonorum, vel illius obligationis, ex qua debitum recipit, gl.communis.in l.qui hominem, 34.§.1.de solutio.

ex Reis duobus stipulandi si alter alterum heredem instituat, non confunditur obligatio: & hoc fieri multum prodest: quia si reus stipulandi, qui mortuus est, fecisset pactum de non petendo cum debitore, alter, qui heres extitit, vtrùm suo nomine, an hereditario experiatur, sciendum est, vt ita debitor animaduertat, an exceptione locus sit, necne, l.si duo rei, 93.eod.

Rei stipulandi, dicuntur, qui eandem rem stipulantur, & rei debendi dicuntur, qui eandem rem debent, & dicuntur non à reatu: sed à re, quam simul plures promittunt, vel stipulantur, gl.1.in rub.in auth.de duob reis.col.6.

Rei duo stipulandi, & credendi non possunt diuidere petitionem suam, gl.cedere.in §.1.cod.

in §.fi.Inst.de testam.

ROMA dicitur communis patria, glo.fin.in l.fin.Cod.de officio proconsulis.gl. per vrbem.in l.qui mittuntur, 35.quib.ex.caus.maiores.gl.accipere.in l.2.§.fi. de iudiciis.l.sed & reprobari.§.Romæ.& ibi gl.rationem,de excusat.tutorum. gl.ciuitatis.in add.marg.in l.1.de acquir.rerum dominio. & l.Roma, 33.§.1. ad municipalem.

Roma est sub Papa: quia per Constantinum ei fuit concessa,qui multum auxit Ecclesiæ Romanæ statum,gl.pertinere.in l.1.de officio præfecti vrbis.

Romam duo fratres fecerunt:scilicet Remus,& Romulus: & cùm esset contentio, cuius nomine vocaretur, forte obtinuit Romulus,& dominus remansit, qui postea fratrem suum occidi fecit: quia contra suum interdictum fecit, transcendendo muros,gl.Remus.in l.fi.de rerum diuisione.

Roma est caput Italiæ,gl.fin.in l.cùm furiosus,39.de iudiciis.

Roma noua melioribus, non deterioribus auguriis dedicata est, gloss.final.in l. sed & reprobari §.Romæ.de excusation.tutorum.

Romæ vocabulum latius patet,quàm vrbis:nam vrbs muris finitur,clauditur,vel terminatur:sed Romæ vocabulo comprehenduntur etiam continentia, l.pen. §.pen.& ibi gl.vel incontinentibus. eod. & l.2.& ibi gl.1.gl. continentibus.de verborum sign.& gl.fi.in l.mille,152.eod.

Roma, & vrbs Romana continentibus finitur, l. 4. §. item si legetur. de pen. legata.

Roma est caput auaritiæ cunctos tales generans,gl.animum.in l.4.§.pupillus.de vsucapio.

Roma est communis patria:vnde quilibet potest ibi côueniri, nisi habeat priuilegium speciale, vt legationis,vel simile,l.Roma,33.&.ibi gloss.1.ad municipalem.

Romæ omnia sunt vænalia,glos.1.in l.libertas,107.de regulis iuris.

Romæ appellatione intelligitur de Roma veteri,& de noua: scilicet de Constantinopolitana,l.1.§.Romam.C.de veteri iure.

Roma est communis patria:vnde cui interdicitur ex pacto sua ciuitas,interdicitur etiam Romana,l.33.& ibi gl.1.ff.ad municip.

Roma anterior sortita est originem legum,quod verum est apud Latinos:sed nô apud Græcos, cùm ab eis habuerit, auth. vt ecclesia Roman. centum anno. præf.gl.1.col.2.

Roma multa sortitur nomina:nam dicitur anterior,splendidissima,æterna,regia, antiqua,inclita,alma,sacratissima, fœlicissima, senior & florentissima,& maxima.ibi.

Roma dicitur anterior respectiuè ad secundam, quæ est Constantinopolis, quæ videtur habere omnia priuilegia,quæ vetus habet,nisi in quibusdam:nam vetus habet primam sedem ecclesiasticam,secunda habet secundam,item originem legum habet vetus, sed non noua.Item fontem Sacerdotum habet vetus, sed non noua.ibid.

Roma vetus est caput orbis terrarum,& imperator ibi creatur,non in noua:item priuilegia,quæ habet Roma vetus in præscriptione centum annorum,non habet Roma noua.ibid.

Romæ est tanta multitudo hominum,& mulierum, quod non est necesse vocari ad munera mulieres aliunde venientes,gl.2.in l.1.C.de mulierib.lib.10.

Roma est caput orbis terrarum,l.3.C.de consulib.lib.12.

Reliqua verbo,Vrbs,Ciuitas,Aduena.

ROMANI ciues dicuntur omnes subiecti imperio, glo.fi.in l.3.Cod.de his,qui sunt sui.

Romani ciues vbicumque morantur, possunt ad ciuitatem retrahi.l.1.de priuileg.corporatorum.lib.11.

Romani dicuntur à Romulo,§.sed ius quidem.Institut.de iure naturali.

Reliqua verbo,Ciuitas,Ciues,Vrbs,Continens.

ROMPHEAE dicuntur lanceæ,quæ habent rostrum,vel ramponas ad homines capiendos,gl.romphæ,in l.3.de vi,& vi armat.

ROMVLVS Romam ædificauit, & Numa Pompilius eam legibus ordinauit,& exornauit.§.1.in auth.vt præponatur nomen imperat.col.5.

ROTA dicitur machina versatilis educendæ aquæ gratia comparata,vt in puteis altioribus fieri solet,l.1.in add.marg.communia prædio.

RVBRICA prohibitoria optimum argumentum inducit, gl.fin.in l.j. C.ne fideiussores dotium dentur.

Rubricam exponere debemus priusquàm ad textum veniamus, gl.j.in l.j.si cert. petatur.

Rubrica quandoque generalior est,quàm textus:plerumque tamen textus generalior est,quam rubrica,gl.illicitas.in §.j.in authen.de incestis nuptiis.col.3. gl.in rub.Inst.de heredit.quæ ab intest. gl.2.in rub.Inst.de iustitia, & iure.& glos.ex maleficio.& ibi add.in princip.Inst.de obligat.quæ ex delicto.

Rubrica quando est generalis,etiam lex generaliter debet intelligi, gl.j.ad.fin.l. j.C.de capitatione ciuium.lib.11.

Reliqua verbo,Titulus.

RVINA dicitur casus rei,quę decidit:vnde ruinam minari pro casum,ac lapsum imminentem protendere,atque iudicare,l.Celsus, §.sed & si.& ibi add.marg. ad exhibendum.

ex Ruina rapere,vel recipere dicitur ille, qui recipit, vel rapit ex his, quæ ruerunt,& etiam adiacentibus prædiis,l.j.§.ex incêdio.de incendio,ruina,naufr.a

Reliqua verbo,Rapere,Rapiens.

RVMPI non potest quod nullum est, gloss. final. in l.sicut proponis.C.de exequutione rei iudicatæ:l.3.§.fi.& l.nam & si.de iniusto rupto.

Rumpi non potest,quod non consistit re, nec spe.d l.3.§.fin.& d.l.nam & si.

RVPTVM verbum in lege Aquilia comprehendit non solùm fracta, & vsta:sed etiam scissa,& collisa,& effusa,& quoquomodo perempta, atque deteriora facta,§.capite tertio.Inst.de lege Aquilia.

Reliqua verbo,Testamentum,19.20.21.22.vsque 25.26.45.

RVRSVS,dictio verificatur in duabus vicibus tantùm, l.fideicommissa.11.§.si quis decem.& ibi add.marg.de lega.3.

Rursus,& quoties dictiones differunt,gl.quam simul.ibi.

RVSTICANI dicuntur siue sint nobiles, siue rustici, qui toto tempore, aut maiore parte habitant in villa,l.fin.C.de testamen.

Rusticani existentes extra muros vrbis Romanæ soluentes capitationem,& pręstantes congruam annonam ad vllum aliud obsequium euocari non debent,l. 1.C.ne rusticani ad vllum obsequium.lib.11.

RVSTICITAS excusat quem à dolo, & ignorantia iuris, l.si qui.& ibi gl.rusticitatem.de iurisdictione omnium iudicum.

Rusticitas homines excusat à vera contumacia,l.2.si quis in ius vocatus.

Rusticitati parcendum est,d.l.2.& ibi gl.ex causa. & gl.rusticitati. & l.3.§.si quis ignorans.ad Sylanianum.

Rusticitas quieta, & innocens in pecuniariis causis apud defensorem ciuitatis habet facultatem litigandi,l.3.C.de defensoribus ciuitatum.

Rusticitati quandoque non parcitur,l.1.C.de interdicto matrim.

Rusticitati ab antiquis legibus,& à diuersis principum constitutionib.consultum est,l.fi.C.de testam.

RVSTICVS generaliter non excusatur,nisi in casibus à iure expressis, gl.rusticitatem.in add.in l.si quis.de iurisdictione omnium.

Rusticorum opinio vulgaris est, quòd quæstiones diuidantur per medium, vt si petam decem,dicunt se velle concordare,& dicunt,quod det quinque, gl.fin. in l.necessarius.de nego.gestis.

Rusticus si testamentum conficiat ita,vt dicat, relinquo filium meum fideicommissarium in omnibus bonis meis nemine alio instituto, videtur filius heres institutus,l.quamuis,51.& ibi add.marg.de iudiciis.

Rustici quidam sagaces sunt,gl.interdum.in l.athletæ.8.§.de rusticis.de excusat. tutorum.

Rustici non vtuntur pane albo, nec pullis, & aliis delicatis cibariis:sed pane grosso,caseo,cæpis,& fabis,gl.2.& 3.in l.seruis vrbanis,47.de legat.3.

Rusticus omittens exceptionem peremptoriam ante sententiam per iuris ignorantiam, si non potuit consulere peritiores, poterit post sententiam opponere:alij autem non,gl.2.in l.1.C.de iuris,& facti ignor.

Rusticis quandoque subuenitur plus, quàm aliis, videlicet quando quis mutuatur illis,non potest stipulari vsuram maiorem octaua parte, item & in solennitatem testamenti,gloss.fin.in auth.ad hæc.C.de testamentis.

Rustici in locis,in quibus est raritas literarum, testari possunt secundum eorum côsuetudinem,dum tamen septem literati testes subscribentes adhibeantur, si adhiberi possunt, aut non literati, si alij haberi non possunt,saltem quinque adhibeantur,qui mutua vice subscribant,l.fi.C.de testam.

Rustici, qui hippocomi appellantur, non debent perducendo equos per publicum cursum indigna spoliatione vexari, pœna contra facienti imponenda, l. non patimur.C.de cursu publico.libro 12.

Rusticus militem de pace violata pulsans si iurauerit manu sua, quòd non voluntate sua:sed necessitate hoc fecit, miles debet se purgare manu militari:sed si miles rusticum pulsauerit de violata fide,debet rusticus aut diuino iudicio: id est per candentis ferri iudicium:vel humano, id est per pugnam, innocentiam suam ostendere, aut coram septem testibus idoneis, quos iudex eligere voluerit,se purgare,c.1.§.si rusticus.de pace tenenda.

Rusticus pulsatus à milite ne violata fide volens se purgare per pugnam,non pugnabit cum milite: sed cum campione sibi æquali dato à milite, vel quando miles imponit bellum contra rusticum, tunc miles per seipsum pugnabit: sed quando rusticus imponit pugnam militi,& non posset eam imponere,quo casu miles se purgare debet sacramento suo,gl.in diuino.ibi.

Rusticus deterioris conditionis est,quàm miles.ibi.

Rusticus magis corporaliter puniri debet,quàm miles, licèt pecuniariter secus, ibid.

Rusticus si arma,vel gladium, aut lanceam portauerit, iudex in cuius potestate repertus fuerit,debet vel arma tollere ei,vel 20.solidos pro ipsis recipiat à rustico,d.c.1.§.si quis rusticus.

Reliqua verbo,Mancipia,Prædium,2.Rusticani,Arma,Inducta.

RVTA,& cæsa non veniunt in venditione, nisi dicantur, l.fundi.18.§.si ruta.& ibi gl.contineri.de act.empti.

Ruta :id est eruta dicuntur, arena, creta & similia: cæsa verò dicuntur arbores cæse,carbones,& similia.d.§.si ruta.

Ruta:id est eruta dicuntur ea,quæ terra non tenentur, & quæ opere structili,rectorióve non continentur,l.in rutis,24.de verbor.signific.

Reliqua verbo,Venditio,16.

S



SACCHARII dicuntur allutarij:id est deferentes saccos, gloss. saccharij.in l.qui fundum,40.§.fundi.de contrahen.emp.

Reliqua verbo,Sacerdotij.

SACELLVM, vel capella facta in honorem Dei, vel ipsius construentis, non venit in venditione bonorum debitoris,nisi quid insit temporarium transmissibile cum vniuersitate, vt ius patronatus, l.Aufidius.in add.marg.de priuil..creditorum.

SACERDOS non desinit esse ille,cui interdicitur officium,gl.1.in l.3.de officio præsidis.

Sacerdotes propriè dicuntur illi,qui sacra ministrant,gl.sacerdotes. in l.1.de iusti.& iure.

Sacerdotes vocantur iudices,& aduocati: quia sicut sacerdotes sacra ministrant, atque conficiunt:ita illi,cùm leges sint sacratissimę,& sicut sacerdos ius suum cuique tribuit in danda pœnitentia:sic & isti in iudicando.ibi.

Sacerdotes vt sint, omnium interest, à quibus veniam peccatorum petamus,& propter iniuriã illis factam quilibet agit,cùm sint iuris publici, d.l.1.§.huius.

Sacerdotes rebus sacris Dei vacare debent,& ob id multa indulgentur,non tantũ honori personarum:sed & maiestati Dei,l.non distinguemus,17.§.sacerdotio. de arbitris.

Sacerdos cogitur à iudice ferre sententiam post susceptum arbitrium,gl.interest. in l.nam & magistratus,6.de arbitris.

Sacerdotes mittendi sunt ad condemnatos ad audiendam eorum pœnitentialem confes-

Salarium sibi constitui officio iudicis potest petere aduocatus, quod debet sibi constitui pro modo, & quantitate litis, & pro aduocati facundia, & fori consuetudine, & iudicij, in quo erat acturus, ita quòd quantitas non excedat licitum honorarium, d.l.1.§.in honorariis.

Salarium, quod alicui constituitur propter dignitatem, & non est constitutum tempus, intelligitur, quòd soluatur in medio temporis, vt in aduocatis, l.per hanc.C.de aduoc.diuer.iudic.

Salarium licitum promissum alicui animo remunerandi laborem, iudex prouidere debet, vt ei restituatur, vel soluatur, l.1.& ibi gl.pen.C.mandati.

Salarium licitum, & incertum promissum si sit alicui, non valet: quod verum est, quoad hoc, vt nascatur actio ex illa promissione: iudex tamen constituet ei salarium secundum merita eius, gl.fi.& ibi add.marg.ibi.

Salarium licitum, & certum si alicui sit promissum propter id, quod aliàs erat facturus, tunc pro eo incontinenti agitur mandati contraria informata: si ex interuallo, tunc agitur extraordinaria, d.gl.fi.

2 Salarium licitum, & certum si sit promissum alicui ex eo facto, quod aliàs facturus non erat, si tale factum locari consueuit, est locatio, & actione locati potest peti: si verò tale factum non consueuit locari, tunc contractus est innominatus, & agitur præscriptis verbis pro illo salario, d.gl.fi.

Salarium incerta pollicitatione promissum peti potest, l.salarium, 17. Cod. mandati.

Salarium incerta pollicitatione re, & genere promissum peti non potest: sed si re tantùm sit incertū, valet, vt promissio equi in genere, gl.1.ibi.

Salarium incertum promissum, licèt peti possit: tamen solutum retineri potest, gl.fi ibi.

Salarium incertum etiam in stipulationem deductum non valet.† ibidem.

Salarium plerumque offertur à domino nulla interrogatione facta, id est per pollicitationem.ibi.

Salarium ex iuribus reipub. nulli dari debet, nisi ei, cui specialiter à principe concessum est, vel nisi ob liberalem artem, vel medicinam, l.1.& ibi gl.final.C.de præbendo salario.libro 10.

Salaria debita transmittuntur ad heredes: possunt etiam illa aliis concedi quouis alienationis titulo, l.1.C.de annonis ciuilibus.libr.11.

Salaria non dantur pro titulo dignitatis, vt quia doctor; sed pro meritis, vt quia bene legit, vel quia bene satisfecit illi officio, ad quod impositus est.ibi.

Salarium potest constituere præfectus Orientis officialibus ab eo electis ad cōgregandum frumentum ad ciuitatem Alexandrinam, & nauiculariis pro æstimatione frumenti: id est secundum quantitatem, quam fieri facerent: putà pro modio tantum, l.1.& ibi gl.1.C.de frumen.Alexan.lib.11.

Salarium defuncti debetur successori pro toto tempore præterito, & etiam residui temporis, l.si quis in sacris.C.de proximis sacro.scrini.lib.12.

Salarium primipilatus datus heredibus primipili, l.1.& ibi glos.fi.C.de primipil lib.12.

Salarium debitum defuncto præstari debet eius heredibus, l.his scholarib.C.de erogatione militaris annonæ, lib.12.

Reliqua verbo, Famulus, Primipillatus, Proxeneta, Proxenetica, Sportula, Agens, 4.

3 SALARIVM à principio dandum est aduocato, gl.salarium.in l.venditor.§.fi. communia prædiorum.

Salarium procuratoris nudo pacto promissum si sit pactum re, vel etiam genere, veluti promissio equi in genere, vel faciam te militem, officio iudicis exigitur, nisi sit pactum de quota litis, l.salarium.& ibi gl.1.mandati.

Salarium incertum promissum nudo pacto, veluti benefaciam tibi, non valet, d. gloss.1.

Salarium aduocati petitur quatuor modis: scilicet condictione certi, si certum est promissum: si incertum actione ex stipulatu: sed si non sit promissum: sed tantùm sit conuentum nudo pacto, condictione ex lege: si verò non sit promissum, neque conuentum, tunc officio iudicis, vel extra ordinem, gl.fi.ibi.

Salarium procuratoris, qui aliàs erat facturus, si incontinenti fuit conuentum, petitur actione mandati contraria: si ex interuallo, tunc officio iudicis, siue extra ordinem.ibi.

Salarium procuratoris, qui aliàs non erat facturus, si tale factum non consueuit locari ab illo procuratore, petitur locati: si verò consueuit locari, petitur præscriptis verbis.ibi.

Salarium procuratoris promissum non potest peti, quando procurator pactus est de quota litis: secùs si non sit ita pactus, d l.salarium.& ibi gl.fi.

Salarium procuratoris, sicut & aduocati non excedit centum aureorum summam, d.gl.fi.& ibi add.marg.

Salarium habet aduocatus de publico: sed procurator non.ibi.

Salaria honoraria dicuntur, quæ à clientibus dantur aduocatis, l.qui operas, 41. in add.marg.locati.gl.honorariæ.in l.quoties.§.sicut.de administr.tutorum.

Salarium aduocatis, nutricibus, obstetricibus, medicis, & similib. debetur officio iudicis, gl.non potuit.& ibi add.marg.in d.l.quoties.§.item si temporali.

4 Salarium maius constituitur aduocatis, & procuratoribus in causis criminalibus, quàm in ciuilibus, l.1.§.in honorariis.in add.marg.de variis, & extraordi. crimi.

Salarium sibi constitui potest petere procurator, & debet sibi constitui consideratis his, quæ considerantur in constituendo salarium aduocato.ibi.

Salarium præstitum aduocato repeti non potest ab heredibus aduocati defuncti ante causam finitam.d.l.1.§.diuus.

Salarium præstitum aduocato repetitur ab eo, si per eum stetit, quominùs aduocaret, gl.repeti.ibi.

Salarium totum debetur heredibus defuncti aduocati, etiam si mortuus sit antequàm faceret aliquid.ibi.

Salarium debet solui aduocato in principio litis.ibi.

Salarium præstitum aduocato, potestati, assessori, doctori, vel magistro, illis etiā mortuis non potest repeti ab heredibus eorum, imò ipsi heredes non præstitum petere possunt, cùm per eos non stetit, quominùs adimplerent.ibi.

Salaria dicuntur petere aduocati: doctores tamen liberaliū artium mercedes, nutrices, nutricia, & proxenetæ dicuntur petere phylotrophia, gl. nutrices, in d.l.1.§.pe.

Salarium promissum aduocato si fraudibus clientulus soluere distulerit, ad solutionem coarctandus est, l.1.C.de suffrag.

Salarium aduocato constitutum siue in auro, vel in argento, vel in alia re mobili sola datione non transfertur dominium, nec scripturam interuenire non est necesse.ibi.

Salarium aduocato constitutum in prædio rustico, vel vrbano sola datione non transfertur dominium, nisi scriptura interueniat, & traditio sequatur, & gesta rem esse completam testentur.ibi.

Salarium pro patrocinio præstando quando conuenitur in re immobili, debet de conuentione fieri scriptura: aliàs non transfertur dominium, gl.continebit. ibid.

Salarium aduocatorum non potest excedere centum aureos, gloss.fi.in l.1.Cod. mandati.

Reliqua verbo, Aduocatus, 1.2.3.4 5.8.9.11.12.13. Assessor.1 Solarium.

SALES si quis emerit, vel vendere tentauerit sine salinarum conductorum licentia, sales ipsi vna cum pretio eorum incidunt in commissum, & publicanis debentur, l.si quis sine.C.de vectigalib.

SALGAMA dicuntur quæcumque condicanea ad victum nostrum ex sale comparata, conditáque in vasis asseruanda † reipub.gloss.1.& ibi add.marg.C.de salgamo.lib.12.

Salgami appellatione veniunt oleum, sal, butyrum, & huiusmodi esculenta. ibid.

SALICTVM maturum desecans absque læsione stirpium non tenetur Aquilia, l.si seruus.§.si oliuam.ad legem Aquiliam.

SALIGNAE dicuntur virgæ de salicibus, quas appellamus plantones, gl.salignas.in l.5.arborum furtim cæsarum.

Salignæ, quas instituendi salicti causa defixerit, si succidantur, & euellantur, antequàm radices egerint, non potest agi cum eo de arboribus succisis.ibid.

Reliqua verbo, Pedamenta, Plantatum.

SALSA fit saluia, serpillo, allio, sale, & petrosililo, gl.1.in l. quidam, de vino, tritico.

SALTVS non est villa, aut contratta: sed dicitur sylua densior, atque inuia, in qua pasci, atque æstiuare pecudes solent, l.creditor, 54.in add. marg.de actio. empti.

Saltus quidam sunt æstiui, quidam hyberni.l.qui saltū, 65.& ibi gl.1.de legat. 3.

Saltus dicitur locus, in quo erant arbores, gl.pen.in l.2.C.de noxalibus.

per Saltum fieri non debet, quod per gradus fieri debet, gl.principem. in l.solent.de offic.proconsulis.

Reliqua verbo, Topiarius.

SALTVARIVS dicitur custos saltus: quandoque verò dicitur custos agri, l. creditor.54.in add.marg.de actio.empt.

Saltuarij dicuntur custodes agrorum, ne quid vicini occupent de agro, vel de fructibus in agro pendentibus: sed custodes villarum dicuntur positi in villa, ne quid vicini occupent cæterarum rerum, quæ continentur in villa, & vterque continetur in legato fundi instructi, vel cum instrumento, l.si ita testamento.§.mulier.de fundo instructo.

SALVIVS IVLIANVS sublimissimus, & summæ authoritatis homo, & pretij edicti perpetui ordinator fuit, l.pe.C.de condict.indebit

SALVTARE principem licitum est præfectis, & tribunis, ac viris eminentissimis, qui ita salutare solebant, Constantine Auguste, Deus te nobis seruet, nostra salus, verè dicimus, iurati dicimus, l.1.C.de veteranis.lib.12.

Salutare principem non licet cuilibet, d.l.1.& ibi gl.2.

SANATVS ita, vt in pristinum statum restitutus sit, perinde habetur, ac si nunquam fuisset morbosus, l.quod ita.de ædilitio edicto.

SANCTIONES dicuntur propriè leges pœnales, quandoque dicuntur largiùs quælibet lex imperialis, quandoque largissimè pro collectione totius iuris ciuilis, §.sanctæ.& ibi gl.sanctionem.in proœmio Digest.

Sanctiones dicuntur rescripta, quæ dantur consilio procerum.gloss.sanctiones.in l.fi.C.de diuersis rescriptis.

Sanctio quandoque dicitur illa tantum constitutio imperialis, quæ pœnam imponit, gl sanctionem.in proœmio Digestorum.

Reliqua verbo, Lex, 1.vsque 15.21.

SANCTVM dicitur à sanctione, gloss. sagminibus. in l.sanctum. de rerum diuisione.

Sanctum est, quod ab iniuria hominum defensum, atque munitum est, d. l. sanctum.

Sanctum dictum est à sagminibus Sagmina verò sunt quædam herbæ, quas legati populi Romani ferre solebant, ne quis eos violaret.ibidem.

Sancti dicuntur muri, & portæ ciuitatis, vel municipij, & prohibetur, ne quid in his committatur, d.l.sanctum.& ibi gl.1.

Sanctum est illud, quod sanctione quadam subnixum est, & si Deo non sit consecratum, sanctionibus adiicitur, vt qui ibi aliquid commiserit, capite puniatur, l.sacra.& ibi gl.1.eod.

Sancta propriè dicuntur, quæ nec sacra, nec profana sunt: sed sanctione quadam confirmata, vt leges sanctæ sunt: sanctione enim quadam subnixæ sunt.ibid.

Sanctæ res quodammodo diuini iuris sunt, gloss. & de mortuo.in l.2.§.1.de interdictis.

Sanctus Martinus fuit par Apostolis: non tamen quoad omnia, gl.Apostolicæ.in l.omnes, 7.C.de feriis.

Sanctæ res, veluti muri, & porta ciuitatis quodammodo diuini iuris sunt, & ideò in nullius bonis sunt, §.sanctæ.Institut.de rerum diuisione

Reliqua verbo, Reliquia, Res.1.2.Sacra, Sagmina, Vsucapere, 1.8.

SANAE MENTIS probatur quis, eo ipso quod non probatur contrarium, glo. si probaretur in l.filium, 60.de acquirend.heredit.

SANGVINIS iura deberi non possunt, §. minus ergo. & ibi add. marg. Instit. de heredit. quæ ab intesta.l.iura sanguinis, 8.de regul.iur.

Sanguinem suum cuilibet licet redimere, quod verum est, vt non habeatur pro confesso: non tamen quo ad hoc, vt non possit ab alio accusari, gl.3.in l.quis homici-

Satisdatio remittitur ei,qui non potest satisdare,& an possit,vel non,arbitrio iudicis relinquitur,l.cùm non facilè.& ibi gl.1. si cui plus,quàm per legem Falc.

Satisdatio quandoque remittitur pauperi,& à diuite exigitur: quandoque tamen à paupere,& non a diuite exigitur satisdatio,gl.fi.ibi.& gl. exploretur.in l. de creationibus,20.C.de episcop. audien. & gl. pen. in l. illicitas. §. fi. de officio præsid.s.

Satisdationes,vel cautiones voluntatis defunctorum tuendæ gratia in legatis, & fideicommissis introductæ sunt,l.2. C. vt in possessionem legatorum.

3 Satisdationé de legatis, & fideicommissis præstandis potest testator remittere,d. l.2.& ibi gl.4.C.eod.

Satisdatio pro hereditate fideicommissario dari debet ab herede, nisi hæres fratribus suis,vel filiis restituere rogatus sit.d.gl. fi.

Satisdatio de legato,vel fideicommisso si non præstatur, fit missio in rebus hereditariis,etiam dolo alienatis, vel dimissis possidere, & post sex menses à tempore,quo satisdatio petita est,in rebus propriis heredis,l.certa est,6.C.eod.

Satisdatio necessaria dicitur:quia ex necessitate à iure imposita præstatur: voluntaria dicitur,quando plures sunt tutores & vnus offert alij, quod vult satisdare,cùm ad id non teneretur: vel quando vendo rem,& sponte me obligo vt fideiussorem dem:vel iudicialis,quando vt de rato,vel similis, si fiat ex conuentione,gl.necessaria.in l.fideiussor.§.si necessaria.qui satisdare cog.

Satisdatio de præstando legato potest à testatore remitti,etiam si heres dissipet,l. pe.& ibi gl.1.C.vt in possessionem legatorum.

Satisdationem de vtendo,& fruendo arbitrio boni viri non potest testator remittere. ibid.

Satisdationem voluntariam qui vult dare in vno loco,si ibi non potest satisdare, non remittitur ad alium locum,nisi ipse sibi necessitatem satisdationis imposuit.gl.necessaria.in l.si fideiussor.§.si necessaria.qui satisdare.

Reliqua verbo,Cautio,1.vsque 6.defendere, Defendens,Legatum,40. Paupertas, Possessor,17.Procurator,45.46,Legatarius,26 27.28.

4 SATISDATIO iudicialis dicitur,iudicio sisti,& iudicatū solui, & omnes aliæ, in quibus ex natura earum fideiussores interuenire debent,gl. fi. in l. 3.qui satisdare.

Satisdatio iudicialis præstita ei,qui non potest esse in iudicio:vel data ab eo, qui non potest esse in iudicio:vel ab eo,qui non potest se obligare,non valet,l.2.§. 1.& ibi gl.personis.eod.

Satisdatio de iudicio sisti data ei,qui non potest esse in iudicio,ipso iure est nulla, d.§.1.

Satisdatio de iudicio sisti, vel de iudicatum solui, lite iam contestata non potest amplius peti.l.de die.§.si seruus.eod.

Satisdatio de iudicio sisti,vel de iudicatum soluendo,debet peti ante litis contestationem:posteà non potest,l.Iulianus.ibi gl.petiturus.eod.

Satisdationem de iudicio sisti non tenetur præstare ille, qui possidet immobilia, gl.1.ibid.

Satisdatio de iudicatum soluendo habet in se tres clausulas:scilicet de dolo,quòd absit:& de defendendo,& quod sonat ipsum verbum,iudicatum solui, gl.1.in l. filiusfam eod.

Satisdationem de iudicio sisti non tenetur dare tutor:pater tamen tenetur præstare pro filio emancipato,vel pro filiofa.in castrensi,vel quasi.ibi.

Satisdationem de iudicio sisti licèt non tenetur præstare ille, qui possidet immobilia:tenetur tamen præstare iuramentum calumniæ,l.sciendum.& ibi gloss.1. eod. gl.pen.l.1. C. vti possidetis.

Satisdationem de iudicatum soluendo possidens immobilia conuentus suo nomine hodie non præstat:olim tamen tenebatur præstare siue possideret immobilia,siue non possideret.ibid.

Satisdationem de iudicio sisti tenetur præstare reus conuentus,si nō possideat immobilia,d.gl.1.in l.sciendum.qui satisdare.

5 Satisdationem de iudicio sisti euitat tutor pro pupillo, si bona immobilia habet ipse tutor:quod sufficit,cùm ipse sistere debeat pro pupillo,d.l.sciendum.§.tutor.& ibi gl.tutores.

Satisdatio de iudicio sisti extinguitur lata sententia,d. gl.tutores. & ibi add.

Satisdationem de iudicatum soluendo præstare tenetur, qui defendit alieno nomine cum mandato, vel sine, indistinctè:siue possideat bona immobilia, siue non.d.gl. tutores.

Satisdatio de iudicio sisti etiam in seruo lata sententia expirat, l. 1. si ex noxali causa.

Satisdatio de iudicio sisti locum habet in accusationibus capitalibus.l.pe.si ex noxali causa.

Satisdationem de iudicio sisti reus,qui non tenebetur dare, si per errorem dedit, ipsius fideiussor excusatur à pœna ope exceptionis:secus si ex certa scientia per conuentionem satisdationem dedit,l.sed etsi.§.fi. si quis cautio.

Satisdationem de iudicio sistendo cum pœna si dederit debitor vnī creditori, & alter debitor impedierit debitorem sistere, excusatur à pœna ope exceptionis, si ambo creditores sint socij,l.si vno.eod.

Satisdatio pro procuratore præsente præstita facit, vt mandatum morte domini non finiatur;secùs si pro absente,& ignorante, l. si defunctus. de procuratoribus.

Satisdatio de iudicatum soluendo præstita agenti de aliqua re non censetur præstari,si egerit posteà de alia,gl.fi.in l.non à iudice, 64. de iudiciis.

Satisdationem de iudicatum soluendo si quis præstitit agenti vna actione ad aliquam rem,non censetur præstare,si posteà actor egerit ad eādem rem: sed alia actione in eadem causa.ibid.

Satisdatione de iudicio sisti releuatur quis propter dignitatem,gl. per dignitatis. in §.sancimus.in auth.de testib.col. 7.

Satisdationem de iudicio sisti regulariter tenetur præstare ille,qui immobilia nō possidet,nisi sit illustris,aut vir honestæ,laudabilis, probatæque vitæ,cui sufficit,quòd præstet tantùm iuratoriam cautionem,l.pen.& ibi gl.2.& add.marg. C.de dignitatib. lib.12.

6 Satisdationem de iudicio sisti quamuis non teneantur præstare possidentes immobilia: tenentur tamen præstare iuratoriam cautionem de sistendo iudicio, gl.adiutoriæ,in l.fi.C.de principibus agent.lib. 12.

Satisdationem non præstabat olim reus actione personali cōuentus nomine proprio,† gl.fi.in prin.Inst.de satisdat.

Satisdationem de soluendo iudicatum præstabat reus olim conuentus actione personali nomine alieno,d.prin.Inst.eod.

Satisdationem nullam præstabat olim agens actione personali, vel reali nomine suo:secùs si procuratorio nomine:quia tunc satisdabat dominum rem ratā habiturum.ibid.

Satisdationem præstabat olim reus conuentus actione reali nomine proprio, vel alieno. ibid.

Satisdationem de iudicatum soluendo hodie non cogitur præstare quacumque actione conuentus suo nomine:sed tantùm cogitur dare satisdationem de iudicio sisti,si non possidet immobilia,quæ satisdatio quandoque est cum fideiussore,quandoque cum simplici eius cautione iuramento firmata,§.sed hodie, & ibi gl.in iudicio. Inst.eod.

in Satisdatione de iudicatum soluendo continetur de defendēdo,& de dolo,quod absit,& de iudicatum soluendo,gl.1.ibid.

Satisdationes duas tenetur hodie præstare actor: prima est,quòd litem contestabitur vsque ad duos menses connumerandos à die porrecti libelli:alia est,quòd persistet vsque ad finem:& si conuictus fuerit iniuste se mouisse litem, decimā partem litis nomine expensarum dabit reo: quandoque tamen hæ duæ satisdationes non sunt in vsu,ibi.

à Satisdatione de iudicio sisti excusatur reus conuentus possidēs immobilia,actor tamen cogitur satisdare de prosequenda lite, etiam si possideat immobilia: gl.in iudicio.& ibi add.ibid.

Satisdatio de iudicio sisti non fit sub pœna,nisi conueniat inter partes: sed tantū venit interesse in ea.gl.ad terminum.ibid.

Satisdatio non requiritur quoad æquiualeat valori litis:sed satis est, quod possideant tantùm,vt non sit suspicio fugæ,† reprob.d.gl.ad terminum add.ibid.

Satisdatio de iudicio sisti committitur ad id,quod interest,datúrque aduersus ipsum fideiussorem actio in factum, & certi condictio generalis, gl.in iudicio. & ibi add.marg.

Reliqua verbo,Cautio,8.Debitor,5.Fideiussor,23.vsque 28.Procurator,42.vsque 44.Promittens,9.10.Sistere,Stipulatio,38.44.vsque 47.Clericus,13.

SATISFACERE idem est, quod satisdare,glo,satisfacere. in l.cui vsufructus, 30,de vsufructu legato.

Satisfacere ei dicimur,cuius desiderium adimplemus:sic satisdare dicimur aduersario nostro, cum pro eo, quod à nobis petit, ita cauemus, vt eum securum faciamus datis fideiussoribus,l.1.qui satisfacere.

Reliqua verbo,Satisdare.

SATISFACTIO: hoc est datio fideiussoris,vel pignoris creditore volente pro solutione est,l.satisfactio,52.& ibi gl.1.de solutio.

SATVM, vel plantatum in suo solo ex alieno semine, vel ex aliena planta dicitur domini soli.si radices egit, gloss. inædificatur.in l.adeò,7.§.cum in suo.de acq.rerum dominio.

Sata frumenta in alieno solo: sicut plantæ,& ædificatum cedunt solo, & eisdem regulis procedunt,§.qua ratione.Inst.de rerum diuisione.

Reliqua verbo,Planta,Plantatum,Seminatus.

SATYRA accipitur quandoque pro nimia varietate, vel diuersitate,gl.4.in l.1. C.de Latina libertate.

SATYRICI sicut ludentes imponunt barbam,vt etiam iuuenis videatur senex, qui non est:ita & liberti Latini dicebantur liberi,non tamen erant; cùm serui morerentur.ibi.

Satyrici saluando non seriatim procedunt, gl.satyrici.in §.& primò.in proœmio Digestorum.

SCALAE à scandendo dicuntur, quod per has scandamus altiora:& sunt gradus lignei,quos etiam vsus,luxúsque ad saxos, lapideósque traduxit,l.fistulam,19 & ibi add.marg.de seruit.vrba.

SCAPHA non est pars nauis: sed est per se quædam nauicula,& ideò in rei vindicatione nauis non venit illa:sed per se est vendicanda,l.Marcellus, §.1.& ibi gloss.separatim.de rei vindicat.

Scapha est nauicula ex ligno vno excauato cōfecta,à Græco verbo Scapho, quod significat fodio.l.4.in add.marg.ad legem Rhodiam.

Scapha nauis;non est instrumentum nauis,ibi.

Reliqua verbo,Nauis.

SCAPHIVM dicitur vas, in quod aluum exoneramus, l.4.in add.marg.ad leg Rhodiam.

Scaphia ventris causa habita non continetur sub argento legato:quia argenti numero non continentur.ibi.

Scaphium est genus cinguli, quo vtuntur mulieres pro ventre sustentando: dicitur vas mulierum ad aluei excrementa excipienda,gl.scaphia.& ibi addi.& gl ventris.in l.Quintus,29.§.fi.de au.& arg.

SCELERE alieno ditari non debet quis,l.1.ex delictis defunctorum.

Reliqua verbo,Facinus,Delictum,1.vsque 11.

SCHACHORVM ludo meliùs videt qui assistit,quàm ipse lusor,gl. 1. in l. error.7.C.de iuris, & facti ignor.

Reliqua verbo.Magides,Ludus.

SCHEDA est breuiatura,vel protocollum notariorum,gl. in instrumento, in l. contractus,16.de fide instrum.

SCHEDIA Græcè, Latinè ratis dicitur nauigium temerè factum, & incondit vt trabes connexæ,& sine fabrica compactæ,quæ nauigij vicem habent, l. 1. § nauem.in add.marg.de exercitoria.

SCHOLAE status,& magistri securitas si in aliquo constituta sit, idoneus probitate morum,& bonis artibus præditus per magistrum debet offerri principi, suo arbitrio ordinetur,l.1.C,off.magistr.officiorum.

SCHOLARIS non potest conueniri in loco studij pro contractib.antè factis, alibi,gl.domicilium:& ibi add.marg.in l.heres absens.§.proinde. de iudiciis.

Scholaris reus non allegans priuilegiū magistri sui si per errorem corā potesta litigauer

Sciens plus tenetur,quàm ſi eſſet ignorans,gl.omittendo.in l.idq; Iulianũ,46.eo.

Scientes furtum factum fuiſſe poſſunt etiam excommunicari ab epiſcopo, niſi manifeſtauerint veritatem,gl.1.in l.5.C.de furtis.

SCIENTER faciens aliquid tenetur,qui alias non tenetur, gl.1.in l.hoc autem, 12.de hereditate,vel actione vendit.

Scienter ſoluens indebitum non repetit,l.quod quis,50.de condictione indebiti.

SCIRE quandoque ponitur pro verè ſcire,vt falli non poſſit; quandoque ponitur pro vehementi opinione,vt falli poſſit,gl.1.in l.ſcire. de legibus.

Scire quandoque nocet,gl.ſciuerit.in l.item veniunt. §. idem rectè. de petitione heredit.

Scire,vel ſcire debere paria ſunt.l.quod te.ſi certum petatur,l.3.§. fi. & ibi addit. marg.quod vi,aut clam.

Sciri quæ poſſunt faciliùs,ſi ignorentur, grauiùs coercentur, gl. in quod herba. in l.ſed addes,19.§.1.locati.

Scire teſtem propriè eſt veritatem viſu perceptam in mente tenere,quod non poteſt dici de eo,qui ex aliorum recitatione quid credit.glo.ſciat.in l.2. §.idem Labeo.de aqua pluuia.

Scire,vel ſcire debere paria ſunt,l.qui fundum,7.§.ſeruus,pro emptore.l.3. §.fi.& ibi add.marg.quod vi,aut clam,l.qui cum alio,20.& ibi gl.2.de regul.iur. & l. quod te.ſi certum petatur.

Scire,neſcire,& dubitare tria ſunt,& poteſt quis reſpondere,dubito,gl. dubito in l.3.§ is,qui neſcit.de libero homine exhibend.

Scire ab initio aliquid eſſe,ſiue poſtea,ſciens ſi patiatur,idem ſunt,gl.4.in l.3. C. de inceſtis nuptiis.

Scire illud præſumitur quis,quod ad domum ſibi eſt denunciatum,gl.fi.in l.ſi tutor.5.C.de periculo tutorum.

Scire aliquid quandoque interdictum eſt alicui.§.pe.& ibi gl.ſcire.in auth.vt clerici apud proprios epiſcopos.col.6.

Reliqua verbo,Præſentia, Solus,Ignorans, Debens,Addiſcere,Bonæ fidei poſſeſſor. 4.

SCILICET, dictio ſtare poteſt non ſolùm declaratiuè: ſed etiam limitatiuè.l. iuſiurandum,quod ex conuentione.§.procurator.de iureiurand.l. diuortio. §. impendia.ſolu.matr.

Reliqua verbo,Facinus,Delictum,1.vſque 11.

SCOENA dicitur à ſchœnon, quod eſt chorda: quia ioculatores faciunt ire caballos per chordam,& ſimilia,gl.definit.in l.2.§.fi.de his, qui notan.

Scœna eſt obumbratio cortinarum,ſiue pannorũ, quæ poſita ſunt in publico, vel priuato loco.ibid.

Scœna eſt,quæ ludorum faciendorum cauſa quolibet loco,vbi quis conſiſtat,moueatúrque ſpectaculum ſui præbiturus,poſita ſit in publico,vel priuato, vel in vico,d.§. fi.

Reliqua verbo,Pantomimi,Mimi,Spectaculum,Comœdus,Mulier,54.

SCRIBAE dicuntur,qui circa principẽ,vel alios magnos iudices actis, geſtíſq; conficiendis deputati ſunt;& hi vocantur ſcriptores, notarij, libellenſes, memoriales,pragmaticales,epiſtolares,& exceptores,gl. 1. in rub. C. de tabulariis.lib.10. *Reliqua verbo,Notarius,Tabellio, Memoriales.*

SCRIBENS contractum obligationis rei ſuæ videtur obligationi conſentire, l.fideiuſſor,26.§.1.de pignor.

Scribens propria manu quòd aliquid ſcripſerit contra ſe, hoc pro non ſcripto nõ habetur:ſecùs quando pro ſe,vt quia aliquid ſibi aſcripſerit,l.non putauit, §.ſi quis.& ibi gl.nocere. de contra tabulas.

Scribens bona fide carmen, vel orationem in alienis chartis habet exceptionem doli mali contra dominum chartarum petentem à ſe,niſi ſibi ſoluerit expenſas,ac laborem ſcripturę:ſecùs ſi mala fide ſcripſiſſet:quia tunc donaſſe videtur laborem,l.qua ratione,9.§.1.& ibi gl.vtique.de acq.rerum dom.

SCRIBERE totam ſcripturam,vel illi tantùm ſe ſubſcribere paria ſunt,l.ſi quis ex argentariis.§. cogentur. de edendo.

Scribi ſi quis fecerit geſtum à ſe alium egiſſe,plus actum,quàm ſcriptum valet,l. 4.C.plus valere quod agitur.

Reliqua verbo,Promittens,2.3.

SCRINIARIVS ſi ſit electus coadiutor ſcriniariorum poteſt ipſe fungi ambobus officiis,l.comperimus.ad fi.C.de proximis ſacrorum ſcrini.lib.12.

Scriniariorum vnus adiutor ſi fuerit incorporatus inter ſcriniarios, memoriales libellorum,vel epiſtolarum poteſt alium coadiutorem loco ſui ſubrogare,dũmodò quæſtori in ſcriptis,vel per libellum notificet nomen, tempus, & meritum ſubrogati,& quæſtorum ſubſcriptio apponatur, & adiutor talis remanebit in ordine,qualis tempore dati libelli fuerit.ibid.

Scriniarij dicuntur notarij,vel tabelliones,gl.1.in l.ſcriniarios, 16.C. de teſtam. militis.

Scriniariorum adiutores cùm conueniuntur,ſine ſcriptis eorum nomen voce ſola ſufficit demonſtrari,aliàs in ſcriptis tam in actis,quàm in ſententia demonſtrandum eſt,l.pe.C.de proxim.ſacro ſcrin. lib.12.

Scriniariorum adiutores ſi accepto commeatu ſe abſentauerint, durante tempore abſentiæ integrum debent habere ſalarium,ac ſi præſentes eſſent.ibid.

in Scriniariorum coadiutoriis locum nullus debet eligi,vel inſtitui,quouſque eſt numerus per legem ſtatutus. ibid.

Scriniariorum adiutores,& ſupernumerarij poſſunt alios ſubrogare loco ipſorũ, vt ipſi aſſumantur inter ſcriniarios collegiatos; non autem propter morbum, vel ſenium,vel aliam neceſſariam cauſam,l.fi. C.eod.

de Scriniariis aliquis,aut de agentibus in rebus,aut de palatinis,qui ſacrarum, & priuatarum remunerationum comitibus obſecundant,ſi vltra tempus cõmeatus conceſſum per ſex menſes abſens fuerit, & qui proprio arbitrio commeatũ accepit, & qui per quadrienniũ officio non ſeruierit, aut vltra quadrienniũ ſteterit,à matriculis militantium aufertur,l. 2. C.de commeat.lib. 12.

de Scriniariis aliquis, aut de agentibus in rebus, qui ſine commeatu biennio, triennio,vel quadriennio vacauerit,punitur modo ibi ſcripto.l.fi.C.eo.lib.12.

Scriniarij,vel numerarij à præfecto prætorio pecuniam ſumere mutuo non poſſunt,vel aliquid pro expenſis puplicis alicui promittere,l.ſcriniarios.C.de numerariis.lib.12.

Scriniarij adiutores non debent aſſociari numerariis,& chartulariis,niſi ſecundũ modum ibi declaratum,l.nulli,C.eod,lib.12.

Scriniarij & exceptores,& alij,qui in officio præfecti militant, debent conueniri coram præfecto prætorio: ſed commorantes in prouinciis coram rectorib. prouinciarum conueniri debent,niſi publicum officium ſit eis iniunctum, l.fi. C.de apparitoribus præfectorum.lib.12.

Reliqua verbo, Primiſcrinius.

SCRINIVM pluteus eſt,atque armarium,quo commentarij,libellique, & literaria monumenta concludi ſolent, auth. de adminiſtrantibus officio.in ſacris ſcrin.in princip.in add.marg.col.3.

Scrinia conſueuerunt eſſe in palatiis,vt Bononiæ,gl. fi. in l.comparatione. C. de fide inſtrum.

Scrinia dicuntur audientiæ: ſic dicta, quia in ſcrinio, id eſt in pectore principis ſunt iura,vel quia conſueuerunt in palatio principis eſſe ſcrinia. ibid.

Scriniorum,ſeu camerarum tria ſunt genera: primum epiſtolarum,quæ principi vel ab eo mittebantur:ſecundum libellorum conuentionalium,& cognitionũ: tertium diſpoſitionum:vt eſt regiſtrum,gl.in rub.C.de proximis ſacrorũ ſcriniorum.lib.12.

Scriniorum proximi,vel præpoſiti idem ſunt,& dicuntur proximi: quia magis ſe principi proximant,quàm alij,qui ſub eis ſunt,qui ſunt plures.ibi.

Scriniorum ſacrorum proximi funguntur ea dignitate, qua vicarij principis, & officio depoſito ſunt præponendi vicariis, qui primò vicariatus officium ſunt adepti,& eorum officium eſt finitum,l.1.C. eod.lib. 12.

Scriniorum ſacrorum proximi non coguntur ſubire onus deſcriptionis, d.l.1.

Scriniorum proximi dicuntur illi,quibus arcana principis committuntur, glo. 1. ibidem.

Scriniorum ſacrorum quidam ſunt proximi,alij dicuntur melloproximi. ibid.

in Scriniis ſacris militantes non coguntur ſalutare ordinarios,vel ſpectabiles iudices in prouincia exiſtentes,& inuiti ad conſilium accedere debent,l.2. & ibi gl.conceſſum.C.eod.

in Scriniis ſacris militantibus non debet denegari acceſſus ad principem, & eis debet exhiberi reuerentia in ſalutatione, & etiam debet dari poteſtas ſedendi cum iudice:primates,& apparitores contra facientes puniuntur in ternis libris auri.ibid.

in Scriniis ſacris militantes per 20. anno, ſi quieti poſteà fuerint deſtinati per principem, conſularem retinent honorem, nec poſſunt quoquomodo ab impertito otio ſeparari,l.3.C.eod.lib.12.

in Scriniis ſacris militantium poſſeſſio ſolum tributum canonicæ indictionis præſtat,& à cæteris muneribus ſordidis,& extraordinariis immunis eſt, l.4.C. eod.lib.12.

in Scriniis ſacris militantes etiam ad maiorem dignitatem ſi aſcẽderint, nõ perdunt ob hoc priuilegium ſcriniorum. ibid.

in Scriniis ſacris militantes cuiuſcunque gradus ſint,habent acceſſum ad principem,ſiue ſint inter clariſſimos ratione ſui gradus,ſiue ſint inter ſpectabiles, l. peculiari.C.eod.lib.12.

in Scriniis militantium officium olim durabat biennio:ſed hodie ad vnum annũ reſtringitur,l.pro biennio.C.de proximis ſacrorum ſcriniorum.lib. 12.

in Scriniis ſacris militantes vltra numerum, loco deficientium ſuccedunt ſecundum ordinem gradus ſui,niſi qui poſterior eorum eſt, laborum comparatione ſuperet antiquiorem in ordine, quo caſu ſuccedit in locum defuncti excluſo priore,niſi defunctus teneatur priori in ordine:quia tunc poſterior, licèt melior,in locum defuncti non ſuccedit:ſed qui primus eſt in ordine,l.vnicuique. C.eod.lib.12.

in Scriniis militantium vltra numerum,primus in ordine volens ſuccedere in locum defuncti ſi pecuniam deſcriptam pro rogatione ſoluere recuſauerit, poſterior in gradu admittitur, & ſi alius poſteà deceſſerit,ille, qui primò repudiauit locum vnius defuncti, poterit locum vltimi defuncti de nouo occupare offerendo pecuniam.ibid.

Scriniorum militantium gradus plures ſunt:primus ordo dicitur proximus:ſecũdus mello proximus:tertius adiutor,gl.proximo.ibid.

in Scriniis ſacris probè militans longo tempore, finito officio cingulo comitiuæ ſacri palatij, dum viuit, vtitur, & nihilominùs omnia priuilegia ei ſalua manent,l.proximos,C.eod.lib. 12.

in Scriniis ſacris militans,antequàm conueniretur in iudicio commeatu accepto ſe abſentans,durante tempore commeatus prædicti non poteſt conueniri,l. in ſacris,9.C.eod.lib.12.

in Scriniis ſacris militãtes etiam officio depoſito ab indictionibus munerum publicorum ſunt immunes,& domus,quas in prouincia poſſident, ab onere metatorum liberantur. ibid.

in Scriniis ſacris diſpoſitionum principis militantes debent eſſe ſexaginta duo ſed epiſtolarum 34.& libellorum conuentionalium etiam 34.& debent eſſe quatuor, qui ſunt omnibus prædictis ſeniores, & hi duplici officio fungi non poſſunt,l.hac parte,C.eo.tit.& lib.

in Scriniis ſacris militans ſi deceſſerit, & in eius locum fuerit alius ſubrogatus ſalarium ei debitum inter creditores diuiditur, hereditate eius nondum adita,ſalua priuilegiorum prærogatiua: ſed adita hereditate ſalarium debetur heredib.pro præterito tẽpore,& etiam reſidui temporis, l.qui in ſacris.C.eo.

in Scriniis ſacris militantes,& eorum parentes,& vxores, & liberi,coloni aſcriptitij, & ſerui eorum ciuiliter, & criminaliter ſunt conueniendi coram officiorum magiſtro: & ſi in prouincia conueniuntur, non coguntur ſatiſdare de iudicio ſiſti, licèt immobilia non poſſideant; ſed eorum iuratoriæ cautioni committuntur,l.in ſacris,12. C.eod.

in Scriniis ſacris militantes conuẽnti coram magiſtro officiorum nomine ſportularum nihil aliud ſoluunt,quàm executorib.agentium in rebus vnum ſolidum, & duos ſolidos cùm ingrediuntur iudicium dicti magiſtri officiorum & pro editione actorum notariis dimidium ſolidum,d.l.in ſacris.§.modum.

in Scriniis ſacris militantes ſi litigant coram delegato, vel arbitrio, eiſdem nomine ſportularum vnum tantùm ſolidum debent præſtare pro omnibus, tamen in iudicio agitandis tertiam tantùm partem ſolidi debent ſoluere.ibid.

in Scriniis ſacris militantes ſi conueniantur coram præfecto [illegible] aut coram præfecto vrbis, aut apud architectos nomine ſportularum tenentur præſtare illos ſumptus,quos coram arbitris præſtare tenentur,non vltra.ibid.

pta sit priuata manu:iudicis,tamen authoritate, & ea instrumentum forense à doctoribus appellatur,gl.neque enim.in add.marg.in §.si quis igitur. in auth. de instrumentorum cautela. col.6.

ad Scripturæ priuatæ probationem duo testes sufficiunt, si personalis actio moueatur:si verò hypothecaria tres sunt necessarij,gl.neque enim.ibid.

ad Scripturæ comparationem, quando recurritur deficientibus aliis probationibus non potest fieri comparatio, nisi tres testes subscripserint, & præsentes fuerint,ibid.

Scripturæ regulariter non creditur plus, quàm testi:quandoque tamen fallit, & scripturæ plus creditur,quàm testi,§.his consequens.& ibi gl.gesto.in auth.de æqualitat.dotis.col.7.

Scriptura propria non facit fidem pro scribente,vel eius herede,etiamsi fiscus sibi successerit,l.fi.C.de conueniend.fisci debitor. lib.10.

Scriptura,in qua quis propria manu dicit sibi fuisse solutum, facit fidem contra ipsum scribentem,gl.vanitate.in l.fi.C.eod.

per Scripturam multa reducuntur ad memoriam,gl.memoriales in l.fi. C.de petitio. bonorum sublatis. lib.10.

contra Scripturam propriam quandoque quis auditur,gl.fi.in c.1.si de feudo vasallus ab aliquo interpellatus.

7 Scriptura vna iuuat, & interpretatur aliam, gl.in eorum.in §.die lunæ.in extrauag.de Pace Constantiæ.

Scripturam faciens mala fide in aliena charta, videtur laborem donasse, gl.bonæ. in §.literæ.Inst.de rerum diuisione.

Scriptura cedit chartæ,quam chartam si dominus chartæ petat,repellitur à bonæ fidei possessore exceptione doli,nisi soluat expensas scripturæ, d.§.literæ.

Scripturam faciens in aliena charta, vel in alieno libro bona fide, habet actioné in factum contra dominum libri reddito libro,vel charta ad expensas scripturæ;potest etiam retinere librum,vel chartam,si sibi laborem suum non satisfaciat dominus libri,vel chartæ, † gl.bona fide,& ibi add. mar. ibi.

Scripturarum pluralitas non facit præsumi pluralitatem factorum. §. pe. Inst. de testam.

Scripturæ publicæ standum est,nisi contrà probetur.§.item verborum.& ibi glo. omnino. Inst.de inutilib.stip.

Scriptura priuata non valet pro scribente:sed bene contra scribentem, si est cum causa,d.gl.omnino.

Scriptura sola priuata non valet:sed bene cum adminiculis,putà si tribus testibus sit annotata pro tertio,d.gl.omnino.in add.

Scriptura priuata facit semiplenam probationem, si scribens sit legalis persona. ibidem.

Scripturæ priuatæ,& publicę statur,donec contrarium probetur,gl.1.in §.fi.Inst. de fideiussor.

Scriptura,in qua quis confessus est se debere ex mutuo,quod non recepit sperans recipere,obligatur effectualiter:olim post quinquennium;hodie post bienniū, in princip. Institut.de literarum oblig.

Scriptura priuata regulariter non facit fidem:fallit, quãdo hæc scriptura aliquid continet contra scribentem:quia non est verisimile aliquem scribere cōtra se, quod veritatem non imitatur; fallit etiam quando talis scriptura habet subscriptionem trium testium fide dignorum,gl.si quis.in add. ibid.

Scriptura non est de substantia emptionis, in princip. Instit. de empt. & vend.

Scripturam factam esse manu propria,vel aliena,& subscriptam à contrahentib. paria sunt,in dicto principio,& ibi add.marg.

Reliqua verbo Chirographum, Contractus, 10 Instrumentum, per tot. Natales, Ordo, Programma, Fides, Suscribens, Subscribere, Veritas, Vitiare, Vltima, Charta, Debitores, 5. Ordo, Actum, Maritus, 5. Tutor, 19.

SCRIPTVM propriè non dicitur,quod sensu percipitur:sed oculis debet videre, l.1.si tabulæ testament. nullæ extab.

Scriptum aliquid quando inuenitur,præsumitur id voluisse scribens,gloss.1. in l. sciendum,30.de verb.oblig.

Scripta in testamento si non intelligãtur,quid significent,perinde sunt, ac si scripta non essent:reliqua autem scripta per seipsa valent,l.1.de his, quæ pro non scriptis.

Scripta legata,quæ in eam causam peruenerunt,à qua incipere non poterant,habentur pro non scriptis,l.3.eod.

Scriptum quandoque est minus,& plus dictum:vt quando scribitur in testamento,Titio decem dari,subintelligitur volo,& etiam procedit in institutionibus. l.verbum,& ibi gl.1.& 2.C.de verb. signifi.

in Scriptis dicitur actus, ad cuius substantiam dicitur scriptura, non quando fit ad probationem,gloss. 1. & ibi add. in princip. Inst. de emptione, & venditione.

Reliqua verbo, Sententia, 5. Dictum, Actum, Maritus, 5.

SCRVPVLVS est vigesima quarta pars vnciæ, & tres scrupuli faciunt vnā drachmam,& octo drachmæ faciunt vnciam,secundum physicos,† gl.octonos.in l.1.C.de metallariis.lib.11.

Reliqua verbo, Vncia.

SECESSVS dicuntur loca amœna,gl.in secessibus,in l.si cùm dies,36. §. si arbiter.de arbitris.

SECTA,dictio accipitur in bonam partem,l.2.C.de delatoribus. lib.10.

SECRETVM nullum potest esse tam secretum,quin reueletur,gl.indulgente. in §.& licet dudum.in auth.de testib. col.7.

Secretum dicitur id,quod in præsentia quinque hominum fit,glos.credentias. in add.mar.in §.in Christi nomine.in extrauag.de pace Constantiæ.

Secreta regis abscondere bonum est,éstque magno honori ei, cui princeps secretum deponit. ibid.

Secreta,seu credentiæ dicuntur ea,quæ vulgus ignorat,d.gl.credentias.

Secretorum secreta debet esse ratio, gl. differendis.in l. de bonis.de Carboniano edicto,gl.fi.in l.si maritus,10.C.de donatio.inter virum.

Reliqua verbo, Præuaricatio.

SECVNDVM parietem:id est iuxta parietem,gl. secundum.in l. quidam Iberus. de seruitut.vrban.l.duo.15.& ibi gl.1.de præscr.verbis.

SECVRITAS viuendi si alicui sit concessa, potest idem eadem securitate liberè,ac securè abscedere,vt eundi,& redeundi sit vna,& eadem securitas,gl.fi. in add.marg.in l.4.de sepulchro violato.

Securitatē potest petere ab inimico,quando existens in Ecclesia timet,quòd inimicus illum extrahet ab ea per vim,l.4.C.de his, qui ad Ecclesiam confug.

Securitas,siue fiducia in causis ciuilibus danda non est vltra 30.dierum inducias, interim conuentione admissa,& securitate seruata:sed delinquentibus in tributariis non est danda securitas.§.sed neque.in auth.de mandatis princ. col.1.

Securitas in persona,& rebus fugientibus ad Ecclesiam non debet dari passim,vel sine delectu:nam in quibusdam non datur,& ita sit danda, vel non, fit examinatio modiocris:id est semiplena,& summatim,& si appareat danda, vltra 30. dies non datur,vel si data fuerit vltra non protenditur,& medio tempore conuenitur;& etiam condemnatur,si renunciet securitati,aliàs non,sed restituitur sacris locis,vel terminis,& cum debita loci reuerentia fit exequutio, & exigitur,gl.sed nec.ibid.

Securitas data per iudicem homicidæ fugienti ad Ecclesiam ei seruari nō debet, & nō obstante ea securitate potest ille capi,& puniri,gl.neque custodies. ibid.

SECVRVS fieri dicitur ille, cui præstatur idonea cautio cum fideiussoribus, l. prætor ait.20.§.hoc interdictum prohibitorium. de noui operis nunciat.

Securum facere promittens tenetur dare fideiussores, & pignora, l.1. qui satisdare.

SED, dictio cum copula,&,aduersatur ad factum, & non ad ius, l. sed & si.& ibi gl.1.de petitione heredit.l.2.& ibi gl.fortiùs.ne quis eum, qui in ius vocatus.

Sed,dictio cum copula, &, quando ponitur,non denotatur diuersitas facti : sed identitas iuris,gl. fi.& ibi add. marg. in l.patris,& filij,10.de vulgari.

Sed, dictio aduersatiua quando ponitur sine copula,debet aduersari præcedentibus non solum in facto:sed etiam in iure,† reprobat gl.sed qui.in l.qui vsumfructum,58.de verbo.oblig.l.2.& ibi gl.fortiùs,ne quis eum, qui in ius vocatus.

Sed si, dictio non aduersatur secundum suam naturam in facto.& in iure : sed in facto tantùm,§. si tutor. Inst.de inoffic. testam.

Sed si, dictio importat quãdoque diuersitatem facti,non iuris.§.sed si rem suam, Inst.de leg.

Sed & si,hæc verba quandoque ponunt diuersitatem facti,& identitatem iuris,§. pe.Inst.de capitis diminut.

Reliqua verbo, Aduersatiua, Cæterùm.

SEDERE: *Vide verbo, Dignus, Honor, 3.*

SEDITIO dicitur quasi seorsum itio:quia in diuersum vadunt,aliósque trahūt, vel à sedo sedas per contrarium,gl.in rub.C. de seditiosis.

Seditionis pœna mori debet prouocans tumultum,& clamorē in populo,vt consequatur dignitatem,vel officium,l.2.C eod.

Seditionem militum concitans capite punitur,l.3.§.pen.de re militari.

Seditionis,& tumultus authores populo concitato pro qualitate personæ, aut in furcam tolluntur,aut bestiis subiciuntur,aut deportantur in insulam, l.si quis aliquid,38.de pœnis.

Seditionis faciendæ,aut turbæ consilium ineuntes,aut seruos,liberósve homines cum armis tenentes tenentur lege Iulia de vi publica,l.3.ad leg. Iul.de vi pub.

Seditione conuocata pessimo exemplo villas expugnantes, cum telis, & armis bona rapientes,tenentur lege Iulia de vi publica. ibid.

Seditionis author tenetur lege Cornelia de sicariis, l. 3.§. item, qui. ad legem Cornel. de sicariis.

SEDITIOSVS dicitur,qui contra publicam vtilitatem plebem concitat,gl. in rub.C.de seditiosis.

Seditiosi pœna puniri debet,qui plebem conuocauit ad seditionem, vel tumultū faciendum in ciuitate,l. 1. C.eod.

Seditiosus punitur pro qualitate personæ,& dignitate: aut furca suspenditur, aut bestiis subiicitur,aut in insulam deportatur,gl.2. ibid.

Reliqua verbo, Coniuratio, Conspiratio, Tumultus.

SEGETEM immaturam si quis desecuerit, tenetur Aquilia: secùs si maturam. l.si seruus,27.§.si oliuam.ad legem Aquiliam.

Reliqua verbo, Corrumpens.

SELLA veredorum computato freno, & pectorali debet esse sexaginta librarū, & si sit vltra,sella cædetur per frusta:pectorale verò publicabitur, exceptis illis,qui sunt sub rusticitate constituti,qui in sacculis onera portant,l.quoniam. C.de cursu publico.lib.12.

SEMEL qui fuit dominus,semper præsumitur dominus : quod non procedit in minore:nam semel minor, non præsumitur semper minor,gl.fi.in l.cùm te,9. & l.siue possidetis.& ibi gl.5.de probatio.

Semel dominus fuisse si probetur defunctus,præsumitur & esse dominus eius heres,gl.3.in l.siue possidetis,16.C.eod.

Semel possidens semper præsumitur possidens, quando tractatur de incommodo possessoris,vt quia dicat vsucepisse.† ibid.

Semel possidens non præsumitur possidens, quando tractatur de incōmodo possessoris,vt quia conuenitur rei vindicatione.† ibid.

Semel possidens non præsumitur possidere, quando tractatur de incōmodo possessoris,nisi habuerit causam ab actore,vel nisi possideret tempore litis contestationis.† ibid.

Semel qui non possedit,non præsumitur ideò hodie non possidere,ibid.

Semel diues,& posteà diues præsumitur,gl.à patre.in §.quia verò iam.in auth.de æqualit.dotis.col.7.

Semel malè faciens fugiendo,posteà malè facere præsumitur,gl.fideiussorem. in §. igitur ne latente. in auth.de exhibend.reis col. 5.

SEMINANS bona fide in alieno fundo repellit dominum fundi agentem exceptione doli, donec sibi soluat expensas, §. qua ratione. Inst. de rerum diuisione.

Seminans semine alieno si seminauerit bona fide in alieno fundo,dominus fundi tenetur domino seminis ad illud semen ad instar tigni iniuncti, gl. diximus. ibidem.

Seminans, vel imponens plantas bona fide in alieno fundo, contra dominum vindicantem

pro SENILI ætate potiùs præsumitur, quàm pro iuuenili, l. Stichus liber, 12. in add marg. de leg. 3.

SENIORES præsumuntur meliores iunioribus in dispositionibus, & dignitatibus, nisi appareat pro iunioribus: quia tunc illi præferuntur seniorib. gl. nouum. & ibi add. in l. cùm quid. si certum petatur.

Seniores debent corrigere iuniores, glos. admittunt. in l. sancimus, 22. Cod. de pœnis.

Reliqua verbo, Antiquitas, Vetustas, Iuniores.

SENSVS magis quàm verba debet attendi, gl. sequendum. in l. sed Celsus, 6. §. 1. de contrahen. emptione. l. 3. §. conditio. de adimen. legatis, & l. etiam. & ibi gl. 1. de iure dotium.

Sensu carent naturaliter animalia; casu, vel imbecillitate carent sensu furiosus, & infans, gl. caret. in l. 1. §. prætor ait. si quadrupes pauperiem.

Sensus fauorabilior in dubio debet accipi, gl. fi. in l. libertas, 17. §. fi. de manumiss. testam.

Sensus corporis sunt quinque, & vnusquisque dicitur habere perfectam cognitionem secundùm subiectam materiam, gl. non minus. & ibi add. marg. in l. quod meo, 18. §. pe. de acq. possess.

Sententia in genere, num 1. vsque ad num. 7.
quod locum, modum, & tempus ferendæ, vel latæ sententiæ, num. 8.
quoad nouandam, vel tollendam actionem, vel obligationem, 9.
quoad faciendum ius, vel præiudicandum sibi, vel aliis, 10. 11. 12.
quoad nocendum, vel præiudicandum coheredi, legatariis, filio, vel creditori, 13. 14.
quoad præiudicandum vel extendendum ad alias causas, 15.
quoad causam principalem, & incidentem, principalem, & fideiussoriam, 16.
quoad sententiam contra ciuitatem, fiscum, vel Ecclesiam, 17.
quoad sententiam contra minores, pupillos, tutores, & curatores, 18. 19.
quoad sententiam ferendam in personam procuratoris, vel domini, 20.
quoad sententiam latam contra absentem contumacem, vel non, 21. 22. 23. 24.
quoad infamiam, 25.
quoad sententiam latam sub conditione, vel modo, 26.
quoad sententiam certam, vel incertam, vel alternatiuam, 27.
quoad vnam, vel duas sententias latas, vel ferendas, & diuersas sententias vnius, vel plurium iudicum, 28. 29.
quoad sententiam delegati, 30.
quoad sententiam arbitri, & compromissary, & appellationem, & exequutionem eius, 31. 32.
quoad sententiam diffinitiuam, 34. 35.
quoad interloquutoriam, & appellationem ab ea, 36. 37.
quoad appellationem, & sententiam iudicis appellationis, 38. 39. 40. 41.
quoad sententiam, quæ transit in rem iudicatam, & exceptionem rei iudicatæ; numero 42.
quoad exequutionem, 43.
quoad sententiam latam per dolum, collusionem, sordes, pretium, 44.
quoad sententiam contra ius, æquitatem, iuramentum, vel aliam sententiam, vel solitum ordinem, aut contra ius litigatoris, 45. 46.
quoad sententiam nullam, 47. 48. 49.
quoad validitatem, & inualiditatem sententiæ, 47. 48. 49.
quoad sententiam à non suo iudice, 50.
quoad rescissionem sententiæ, 51.
quoad retractationem, reuocationem, ac correctionem sententiæ, 52. 53. 54. 55.
quoad interpretandam sententiam, vel declarandam, & eius authoritatem, num. 56.
quoad sententiam absolutoriam, & condemnatoriam, 57.

1 SENTENTIA est firma, & indubitata responsio: sed opinio est responsio cum dubitatione, gl. sententiæ. & glo. opinionis. in §. responsa. Inst. de iure naturali gentium.

Sententiæ, & opiniones vbi plures sunt, & vna alij non præponderat, tunc mediũ est eligendum, idque si commodè medium reperiri potest: alioquin neutrum valet: sed vbi vna præponderat alij, illa sequenda est, l. adeò, 7. §. cùm quis. & ibi gl. media. & add. marg. de acq. rerum dominio.

Sententia illa præualet, quæ validiorib. rationib. fulcitur, §. item pretium. Inst. de emptione, & vend.

Sententia humanior est tenenda, l. pro herede, 20. §. si quid. & ibi gl. humanior. de acq. hered.

Sententia dura non est tenenda, neque admittenda, l. filio pater, 89. de leg. 1.

Sententia dubia in benigniorem interpretationem accipienda est, gl. 1. in l. fi. C. de suspect. tutor.

Sententia magis, quàm verba est inspicienda, gloss. verbo. in l. in summa, 59. de re iudicata.

Sententia dicitur quandoque placitum; quia sic placuit iudici, gl. 1, in l. 1. C. de postulando.

Sententia alicui præsumitur placuisse, cùm non appellat ab ea, gl. 2. ibid.

Sententia debet confirmari petitioni, vel accusationi factæ in libello, & secundũ hoc pœna debet statui, l. si præses, 32. de pœnis. l. vt fundus, 18. & ibi add. marg. communi diuidun.

Sententiam ferre non potest iudex in alio, quàm petitum sit, nisi condemnatio fiat ex causa necessitatis, veluti petito vino mutuato post moram potest fieri condemnatio in æstimatione vltra vinum petitum, gl. pe. vers. sed quæro. in l. vinum. si certum petatur.

Sententia debet esse conformis libello, aliàs est iniusta, l. fi. C. de fideicommiss. libert.

Sententia est de iure ciuili, gl. necessitate. in princip. Inst. de oblig.

2 Sententia pro veritate est accipienda, ex quo non est appellatum, gl. 1. in l. Iulianus, 60. de condictione indeb. gl. fi. in l. 4. §. fi. de his, qui notan.

Sententia in causa seruitutis prædialis datur prædio, & non personæ, l. qui aliena. §. fi. & ibi gl. pe. de neg. gestis.

Sententia non debet esse elusoria, gl. rursus. in l. & si sine. §. restitutus. de minor.

Sententiæ tot sunt, quot sunt capitula diuersa, gl. audiendus. in l. etiam si patre, §. 1. eod.

Sententia dicta videtur, quando per eam à tota controuersia, & lite disceditur, l. dicere, 23. de arbitris.

Sententia dicta non videtur, quando per eam non disceditur ab omnibus controuersiis, de quibus simul vt sententiam dicat, compromissum est, d. l. dicere. & ibi gl. à tota.

Sententia non est ferenda in confessum petentem dilationem: sed danda est dilatio ei ad soluendum, l. si debitori, 21. de iudiciis.

sententia lata virtute iuramenti in iudicio informatorio producit illos effectus, quos produceret, si esset lata per veras probationes, † l. nam posteà. §. si damnetur. & ibi gl. si damnetur. de iureiura.

in Sententia causa est inserenda, gl. ex stipulatu. in l. minor, 39. §. 1. de euictio.

Sententiæ verba hæc, non deberi id, quod testator in vsus suos conuerterat, intelliguntur ita, quod conuersum duraret, l. Lucius, 90. de leg. 2.

Sententia vnius iudicis, vel iurisconsulti posita in corpore iuris, dicitur lex generalis, gl. pe. in l. quæsitum, 76. §. pe. de leg. 3.

Sententiæ licèt iniustæ parendum est propter authoritatem eius, l. seruo, 65. §. cum prætor. ad Trebel.

Sententiam latam esse lex fingit, vbi re vera lata non est, & ex sententia ficta perinde agitur, ac si re vera lata fuisset, l. cum quasi, 30. §. si plures. & ibi add. mar. de fideicom. liberta.

Sententia intelligitur lata secundum naturam causæ, seu obligationis primæ, super qua est lata, siue sententia feratur simpliciter, siue alternatiuè, l. miles, 6. §. 1. de re iudi.

à Sententia possunt recedere partes: intellige deducendo eam in nouationem, gl. 3 terminata l. in acta, 45.

Sententia lata ex falsa causa non est nulla: sed iniqua, l. qui Romæ, 122. §. duo fratres. & ibi gl. marg. de verb. oblig.

Sententia iniusta, per quam quis declaratur ventum esse contra diuisionem, facit pœnam committi. ibid.

Sententia lata statim quis mutat statum, l. in seruorum. de pœnis.

Sententia, per quam prohibetur perpetuò causas agere, perpetuum habet effectũ nisi appellauerit ab ea, l. 1. C. de postulando.

Sententiæ non parens puniri debet. gl. 2. ibid.

Sententia, in qua pronunciatur aliquem esse liberandum, differt ab illa sententia, in qua pronunciatur aliquem esse liberum, l. 1. C. si aduersus liberta.

per sententiam iudicis, vel arbitri si sit facta diuisio, & in ea collatio aliquarum rerum sit omissa, potest peti officio iudicis, vt illæ res conferantur, neque ob id receditur à sententia, imò illa firma remanet, gl. fi. in l. si soror tua, 6. C. de collatio.

Sententia præsumitur iusta, gloss. fi. in add. in l. minorib. 6. Cod. de his, quibus vt indign.

Sententia olim quamuis esset lata in causa liberali, quæ fiebat per assertorem, adhuc poterat cognosci super illa lite, etiam sine remedio appellationis, quod hodie non est ita, l. 1. & ibi gloss. præcipiebant. Cod. de assertione tollend.

Sententia certis finibus concluditur: scilicet absolutione, aut condemnatione rei l. ex stipulatione, 7. & ibi gl. pe. C. de sententiis, & interloqu.

Sententia non præcedente causæ cognitione est nulla. ibid.

Sententia datur non solùm in negantem, & conuictum: sed etiam in confessum, † gl. 1. in l. fi. C. de exequutione rei iud.

Sententia non debet differri crimine liquidato, ne detur materia supplicandi, l. cùm reis, 18. C. de pœnis.

in Sententia sunt allegationes repetendæ, gl. suggestis. in §. sed stipulationis. Inst. de fideicommiss. heredit. 4

Sententia, & petitio generalis si sit: sed persequutio causæ sit specialis, meritò in non prosequutis sententia non obstat ope replicationis, gl. 1. in l. sub prætextu, 29. C. de transact.

Sententia generalis nocet etiam in non petitis per beneficium restitutionis. ibi.

Sententia generalis super petitione generali restringitur ad speciem, quam prosequutus est, vnde iure communi de aliis potest agere: secùs verò si de illa specie velit agere, de qua fuit iudicatum, † gloss. fin. in l. 1. Cod. si aduers. rem iud.

Sententia generalis lata super petitione generali, si prosequutio fuit generalis ope replicationis ad prosequuta restringitur, l. 2. C. de iudiciis.

Sententia generalis absolutoria si sit lata super actione tutelæ generaliter proposita, sed super vna tantùm specie sit prosequutum, non obstante re iudicata potest petere quis, vt sibi reddat rationem administrationis in aliis speciebus ibidem.

Sententia absolutoria generaliter si sit lata super petitione generali: videlicet vini, bladi, salis, & pecuniæ: sed in iudicio vna tantùm causa sit prosequuta, ad eam restringitur, gl. 1. ibid.

Sententia, & prosequutio si fuerit specialis; licèt fuerit generalis petitio, in aliis non prosequutis per errorem non nocet, nisi in malitiosè, & dolosè non prosequutis. ibid.

Sententia lata super vna certa specie iudicij generalis nocet in omnib. eius accessoriis, & dependentibus licèt super eis non fuerit disceptatum, l. 4. Cod. eodem.

Sententiam pronuncians aliquem nihil videri debere Seio, videtur debitoré absoluere, l. quid tamen, 25. §. 1, de arbitris.

Sententia, per quam iudex condemnat debitorem in Stichum, qui erat mortuus post moram, valet; tutius tamen esset, si in æstimationem condemnet, licèt æstimatio non sit in obligatione, † gloss. fi. in l. fi. quæ sententiæ sine appellatione.

Sententia lata in interdicto vti possidetis: contra defunctum, non transit in heredem, vbi de facto defuncti ageretur, l. de eo. 12. §. fi. & ibi add. marg. ad exhibend.

Sententia lata contra heredem dicitur non præiudicare: quandoque tamen præiudicat, gloss. final. l. si ventris. de ventre in possessionem mittendo. 5

Sententia iudicis, quæ diminutionem status non continet, extra territorium

iudicis

ſed reſtituitur,l.certum,§.ſi.& ibi gl.reſtituemus.de confeſſis.

ex Sententia contra pupillum tutore authore lata ob contractum paternum datur actio contra pupilli ſubſtitutos, vel coheredes,ſi pupillus abſtinuit : habet tamen regreſſum contra tutorem , ſi culpa ipſius tutoris pupillus condemnatus fuit,l.ex contractu,44.& ibi gl.ſi.de re iudicata.

Sententia ferri non debet contra minores non habentes tutorem , vel curatorem , vel habentes:ſed adeſſe volentes,& lata non valet:ſed pro eis rectè poteſt ferri,l.acta,45.§.fin.& ibi gl.pen.& ſi.eodem.

Sententia appellationis deſertæ contra minores indefenſos lata eſt nulla , veluti tutorib.vel curatorib. datus eſt coadiutor vel actor , qui appellauit,& non eſt proſecutus appellationem:quia non potuit,nec curatores habebant minores: quia nondum dati,vel remoti,vel excuſati,& ſic ſunt indefenſi , & idem ſi haberent,& non adeſſent, & ſic etiam eſſent indefenſi , gl.1.in l.ſi præſes,6.Cod. quomodo,& quando iudex.

Sententia appellationis deſertæ lata contra minores defenſos valet : ſed reſtituuntur.ibid.

Sententia lata contra Eccleſiam , vel pupillum propter inſtrumenta nouiter reperta retractatur ex cauſa,l.imperatores,35.& ibi gl.negotio.de re iud.

Reliqua verbo , Minor , 50.51.Citatio , 1.Pupillus, 30.Tutor,144.144.146. Iudex,23.

20 SENTENTIA ferri debet in perſonam procuratoris tam ex perſona actoris, quàm ex perſona rei.l.licet.§.ſi plures.de procuratorib.

in Sententia ſi dicatur,condemno Titium procuratorem , perinde eſt,ac ſi diceret procuratorio nomine,gl.2.in add.in l.qua ratione.eod.

Sententia non mandatur executioni contra procuratorem : ſed ex vigore promiſſionis factæ per eum de iudicatum ſoluendo poterit conueniri , & exigi, gloſ.conueniri.in add.in l.Plautius,61.eodem.

ex Sententia lata contra procuratorem competit duplex actio iudicati : vna vtilis,& efficax, quæ datur contra dominum : alia directa contra eius procuratorem,quæ eſt inutilis,& inefficax,ſi opponatur exceptio, gl.condemnatur,in l. 4.§.ſi ex conuentione.de re iudicata.

ex ſententia lata contra procuratorem actio vtilis , quæ datur contra dominum, ſi nouetur per dominum , non per hoc tollitur directa contra procuratorem ipſo iure:ſed bene in effectu:& ſic oppoſita exceptione.ibid.

Sententiam latam in fauorem , vel contra eum , qui me defendit ſine mandato, poſſunt ratificare , gl.dederit.& ibi add.marg.in l.ſi mater.§.hoc iure.de exceptio.rei iudic.

Sententia, in qua dominus , qui nunquam fuit in iudicio , condemnatur omiſſo procuratore,qui totam cauſam agitauit,eſt nulla ipſo iure,l.1.Cod.de ſententiis,& interloq.

Sententiæ verba referri debent ad procuratorem , & non ad dominum , quando dominus litem conteſtatus poſteà agitat iudicium per procuratorem:de conſuetudine tamen ad vtrumque poſſunt referri,† gl.1.ibid.

Sententia lata cum falſo procuratore firmatur per appellatione factam à domino:quia tunc appellando ab eo videtur habere ratum,glo.1.in l.2.C.ſi ex falſis inſtrum.

Sententia lata pro procuratore minoris , quamquàm minus legitimè conſtituto,valet,quamuis contra eum lata non valeret , l.non eo minus,14.C.de procuratorib.

Sententia cõdemnatoria licèt debeat fieri in perſonam procuratoris:tamen ſententia abſolutoria debet referri in perſonam domini , licèt procuratorem ad cauſam miſerit. §. ſi verò ille.& ibi addit.marg.in auth.vt omnes obediant iudicib.col.5.

Sentẽtia ſi fuerit lata in procuratoris perſonã, debet executio eius fieri in principalem,& non in procuratorem,niſi ſe obtuliſſet,glo.2.in l.ſi.C.ſi plures vna ſententia condemnati.

Reliqua verbo,Procurator,68.69.

21 SENTENTIA pro abſente contumace ferri non poteſt,gl.1.in add.marg.in l. ſi ideò,55.de eui ctio.

Sententiæ adfuiſſe , atque ſtetiſſe videtur emptor conuentus ſuper re empta , ſi adfuit atque allegauit,ac teſtes produxit,licèt ſententiæ non adfuerit,d.gloſſ. 1.ibid.

Sententia lata parte abſente eſt aliqua , licèt reſcindatur lata ex falſa cauſa , l.ſi verò,26.§.hoc Senatuſconſultum.de fideicommiſ.libert.

Sententia poteſt dari,& valet,tam contra abſentem,quàm pro abſente contumace,qui habetur pro præſente:quia eius abſentia ſuppletur per Dei præſentiam: ſed non pro furioſo,qui ſemper habetur pro abſente,gl.1.& ibi add.marg.in l. furioſus,9.de re iudicata.

Sententia lata pro abſente,non contumace non valet,neque tenet.ibidem.

Sententia diffinitiua contra abſentem cauſa reipub. lata eſt ipſo iure nulla , ſi iudex ſciebat abſentiam , † l.contra pupillum , 54. & ibi gloſſ. 1. de re iudicata.

Sententia lata contra vnum ex litigatorib.qui febricitans , vel propter morbum ſonticum diſceſſit à cauſa , & iudicatum eſt , non tenet , l. quæſitum , 60. eodem.

Sententia lata contra abſentem ex iuſta cauſa , qui legitimè fuit citatus , quem iudex ſcit abeſſe ex iuſta cauſa, non valet , gloſſ. iudicata.& ibi additio marg. ibid.

Sententia lata pro febricitante abſente non valet,gl.1.ibid.

Sententia poteſt ferri pro , vel contra febricitantem febri quartana , vel habentem leuiſſimam febrim : quia is non dicitur habere morbum ſonticum , cùm propter talem febrem non dimittat ſua negotia,d.l.quæſitum.in ſi.

Sententia lata pro abſente actore non valet : ſed pro reo abſente ſic : hodie verò quocumque abſente tenet , l. certum. §. ſi quis. & ibi gloſſ. abſenti. de confeſſis.

Sententia diffinitiua lata contra contumacem extinguit actionem competentem ex ſtipulatione iudicatum ſolui ob rem non defenſam, niſi ſuper ea priùs fuit lis conteſtata,l.cùm quærebatur.iudicatum ſolui.

22 Sententia contra verum contumacem lata tenet , etiam ſi edictum peremptorium in eius notitiam non peruenerit, † gloſſ.eum , qui.in l.ex conſenſu, 23. de appellatio.

Sententia contra abſentem lata ex edicto peremptorio , quod neque propoſitum eſt ſolenniter, vt debuit,neque in notitiam peruenit , non valet , nec opus eſt appellatione : ſecùs ſi fuit propoſitum ſolenniter , licèt non peruenerit in notitiam abſentis,niſi ſit in criminalib.l.1.§.pe.& ibi gl.propoſitum.quę ſententiæ ſine appellatione.

Sententià lata in abſentem non citatum , nec contumacem ſpeciali iure quandoque valet : regulariter tamen eſt contra , l. 2. §. quod frumentaria. & ibi add. marg.& gloſſ.inanis.de adminiſtrat.rerum ad ciuitatem,

Sententia lata abſente aduocato non valet : abſentia tamen aduocati fiſci vitiat ſententiam,l.4.& ibi gl.ſi.C.de poſtulando.

Sententia lata contra abſentem indefenſum valet : iudex tamen facit litem ſuam dando iniuſtam ſententiam,& poterit conueniri ipſe iudex,glo.ſi.in l.exigendi.C de procuratorib.

Sententia diffinitiua lata contra abſentem propter officium legationis factæ à principe vel ciuitate, lite ante abſentiam non conteſtata , ipſo iure non valet: ſed ante abſentiam lite conteſtata valet:ſed reſtituitur,gl.3.in l.1.C.quibus ex cauſis maiores.

Sententia lata contra abſentem eſt ipſo iure nulla , ſi ad eius notitiam non venerit citatio.gl.1.in l 2.C.eod.

Sententia abſente actore , & reo nullo modo poteſt ferri : præſente autem actore , & reo quandocumque poteſt ferri ſententia , cognito tamen priùs de cauſa , gloſſ.triennij. in l.properandum. & gloſſ. 3. in §.ſi quidem.Cod.de iudiciis.

Sententia ferri poteſt abſente actore prope finem triennij , & non multò ante , † gl.3.& gl.euacuabitur.in d.l.properandum,§.& ſiquidem.& glo.proferatur.in §.ſin autem reus.C.eod.

Sententia pro actore contumaci , præſente reo iure veteri non poterat ferri: ſed iure codicis rectè poteſt ferri,gloſſ.antepen.in dict.§.& ſi quidem.

Sententia ferri debet abſente reo & contumace,prope finem triennij,& non ante,† d.§.ſin autem reus.& ibi gl.proferatur.

Sententia diffinitiua ferri poteſt prope finem triennij lite conteſtata contra reum contumaciter abſentem inſtante actore : ſecùs verò lite non conteſtata vel actore non inſtante,d.§.ſin autem reus.

Sententia ferri non poteſt contra actorem , vel reum abſentem non contumaciter,† gl.contradictionem,ibid.

Sententia diffinitiua ferri poteſt contra contumacem conuentum pro publicis functionib.† l.2.& ibi gl.1.C.vbi quis decuriali.

Sententia poſt edicta abſente parte poteſt ferri , l.4. & ibi gloſſ. 1. C. de liberali cauſa.

Sententia diffinitiua poteſt ferri contra contumacem poſt litis conteſtationem:non ante,† l.conſentaneum,8.& ibi gl.1.C.vbi quis de curiali. 2

Sententia diffinitiua reo abſente poſt litem conteſtatam poteſt ferri , ſi liquet de cauſa,nec reſtituitur abſens poſteà veniens,gl.ſi.ibid.

Sententia diffinitiua reo abſente poſt litis conteſtationem non poteſt ferri , ſi non liquet de cauſa : ſed actor agens actione reali mittitur in poſſeſſionem rei petitæ , & ſtatim poſſidet , & reus veniens intra annum auditur de poſſeſſione:poſt annnm auditur de proprietate, non de poſſeſſione : ſed agens in actione perſonali mittebatur in poſſeſſionem omnium rerum debitoris:hodie pro menſura debiti,gl.ſi.ibid.

Sententia lata contra abſentem non contumacem verè , vel fictè non valet , l.ea, quæ,7.& ibi gl.2.C.eod.

Sententia lata contra abſentem infirmum legitimè citatum , quem iudex ſciebat febricitare,eſt ipſo iure nulla,d.gl.2.& ibi add.marg.

Sententia lata pro abſente non contumace verè vel fictè non valet,gl.1.ibid.

Sententia valet , licèt peremptorium non præcedat : ſi tamen præcedat alia monitio tantumdem importans,l.2.C quomodo,& quando.

Sententia ferri poteſt contra abſentem citatione peremptoria miſſa per nuncium,gl.2.ibid.

Sententia cõtra eum,qui eſt citatus ad domum , valet,licet ad eius notitiam non peruenerit,d l.3.& ibi gl.1. 2

Sententia lata contra abſentem poſt litis conteſtationem valet,gl.1.ibidem.

Sententia lata contra abſentem probabili, & neceſſaria cauſa,non debet ei nocere impetrata reſtitutione,l.pe.& ibi gl.fin.C.eodem.

Sententia ante litem conteſtatam,parte abſente,non poteſt ferri:lite tamen conteſtata,vna parte abſente,contrahitur eremodicium, glo.ſi.in l.ſi.C.ſi per vim, vel alio modo.

Sententia contra eum,qui eſt in infirmitate detentus,mero iure valet , & tenet,l. 2 §.ſi quis iudicio.& ibi gl.diffuſum.ſi quis cautio.

Sententia contra abſentem non contumacem non tenet,neque contra contumacem lite non conteſtata:ſecùs ſi fuiſſet lis conteſtata,l.ſi prætor,75.& ibi gloſ. 1.de iudiciis.

Sententia ex falſis allegationib.contra abſentem lata eſt ipſo iure nulla , dict.l.ſi prætor.§.ſi.

Sententia ex falſis allegationib. doloſè factis lata contra abſentem eſt ipſo iure nulla:ſi verò ſit lata ex falſis allegationib.ignoranter factis, per reſtitutionem ipſo iure iuuatur abſens.d.§.ſi.& ibi gl.ſciens.

Sententia lata contra morbo impeditum, vel abſentem cauſa reipub.vel eſt nulla,vel annullanda,d.§.ſi.

Sententia abſolutoria lata abſente actore non contumace etiam ſuper cauſa ciuili eſt ipſo iure nulla,gloſſ.ſi. in l.4.C.de accuſatio.

Sententia abſolutoria lata accuſatorib.abſentib. non per contumaciam , eſt ipſo iure nulla,& apud eundem iudicem , vel ſucceſſorem eius cauſa iterata ventilari debet,d l.4.& ibi gl.ſi.

Sententia condemnationis , vel abſolutionis in familiæ erciſcundæ iudicio in omnium perſona facienda eſt,ſi omnes interſunt : & ſi in alicuius perſona omiſſa ſit perſona in cæterorum perſona , quod fecit iudex, non valet, l.in hoc iudicio , 28.familiæ erciſc.

Sententia in iudicio familiæ erciſ. facienda eſt in perſona omnium,qui interfuerunt

causa.ibid.

Sententiæ diuersæ si proferantur duob. ordinariis in iudiciis duplicib. in quib. non potest discerni quis actor, quis reus sit, vera que sententia est in suspenso, donec altera earum per superiorem confirmetur, l. duo iudices, 28. & ibi gl.1.de re iudic.

Sententiæ diuersæ quando proferuntur à iudicib. ordinariis paribus numero in causa dotis, vel matrimonij, statur sententiæ, quæ pro matrimonio, vel dote lata est, gl.2.in l.inter pares, 37.eodem.

Sententia, quæ pro libertate fertur, præualet, quàm quæ contra: scilicet iudicib. æquali numero discordantib.l.lege Iunia, 24.de manumissio.

Reliqua verbo, Iudex, 51.52. Actio, 150.153.

30 SENTENTIAM si tulit quis non præcedente delegatione, eam ratificare non potest iudex, qui eam causam delegare potuit, † glo.fi.in l.licet, 36.de iudiciis. & gloss.1.in l.2.C.de iure fisci.lib.10.

Sententia super restitutione lata à delegato, cui fuit commissa, extinguitur, & finitur eius officium, & executio ista remittitur ad delegantem, gl.fi.in l.qui restituere, 67.de rei vindic.

Sententiæ iudicis delegati, vel ordinarij stare non cogitur quis: nam potest appellare ab ea, si videatur iniqua: quandoque tamen sententiam iudicis æquo animo debet ferre, licèt non sit æqua, gl.imputet.in l.diem proferre.§.stari.de arbitris.

Sententiam duorum delegatorum, vel ordinariorum si cœperunt cognoscere, nõ valet tertio absente, licet valeat eo præsente, & non contradicente, l.duo ex tribus, 39.& ibi gl.1.de re iudicata.

Sententia lata ab vno ex plurib. iudicib. repræsentantibus vicem vnius, sine aliis non valet.gl.sustinent.in l.magistratus, 25.ad municipal.

Sententia delegati ab ordinario appellatur ad delegantem: sed à sententia subdelegati, si primus delegans fuit princeps, appelletur ad subdelegantem: sed si primus delegans non sit princeps: sed alius, tunc appellatur ad primum delegantem omisso medio subdelegante, gloss.ab eo.in l.1.§.fin.qui, & à quo appell.

à Sententia delegati appellari potest ad delegantem, nisi delegans desiit esse iudex, quo casu appellatur ad eum, qui est eius loco, l.præcipimus, 32.& ibi glo. iudicans.C.de appellat.

à Sententia vicarij non appellatur ad eum, cuius est vicarius: sed ad eum, ad quem appellaretur, si ipse principalis ordinarius iudicasset.ibidem.

Sententia lata ab vno, vel ab aliquib.ex delegatis non interuenientibus aliis delegatis, ipso iure est nulla, & ideò non est necessaria appellatio, l.4.C.quando prouocare non est necess.

Sententia lata à pluribus delegatis valet, dummodò omnes iudicent: si tamen delegati pares sunt, in pendenti est, donec delegans approbauerit.gl.1.ibidem.

Sententia lata à delegato extra tempus appositum in sua delegatione non valet tanquàm lata à non habente iurisdictionem; nisi partium consensu prorogatum sit tempus, & appellatio non est necessaria, l.cùm non.6.& ibi gloss.fin. C.eod.

Sententia nulla extinguit iurisdictionem iudicis delegati: non verò ordinarij, l.4.& ibi gl fi C.quomodo, & quando iudex.

Sententias delegatorum executionem merentes exequuntur iudices ordinarij, qui eos dederunt, l.à diuo Pio, 15.de re iudi.

Reliqua verbo, Appellatio, 26. Iudex, 19.20. Delegatus, 1. vsque 7.

31 SENTENTIA compromissarij non infamat, gloss.2.in l.3.ne quis eum, qui in ius vocat.

à Sententia arbitri electi ad probandum, vel improbandum fideiussores, appellari potest, l.arbitro.& ibi gl.fi.qui satisdare.

à Sententia arbitri compromissarij appellari non potest: sed bene à sententia delegati: sicut & à sententia iudicis ordinarij, d.gl.fin.

à Sententia qui non appellat, cùm possit, sibi præiudicat: nam censetur consentire, l.si ab arbitro.eod.

contra Sententiam arbitri querela non potest ferri perpetuo.ib.

Sententia iudicis in casu, quo non tenet, ille si arbitri sententiæ non paretur, pœna cum effectu non petitur, l.Labeo.de arbitris.

Sententia lata per arbitrum pecunia corruptum valet: sed contra eam excipitur de dolo, gloss.turpitudo.in l.sed & si, 9.§.fin.eodem.

Sententiam dicere cogitur arbiter etiam diebus feriatis ob necessitatem messium, quando timetur labi, & finiri tempus ad sententiandum sibi datum, l.idem Pomponius, 14.§.fi.& ibi gl.extitura.eodem.

Sententiam dicere dicitur arbiter, qui ea mente quid pronunciat, vt secundum id discedere eos à tota controuersia velit, l.dicere, 23.eodem.

Sententia dicta non videtur, si forma compromissi non est seruata, l.quid tamen, 24.eodem.

Sententia ferenda est in dubio in ea ciuitate, in qua compromissum est factum, vel in continentib.ædificiis secundum qualitatem personarum, l.si cùm dies, 26, §.si arbiter, 26.eodem.

Sententiæ arbitri, etiam iniquæ, parendum est metu pœnæ, dummodò non sit expressè contra leges, neque dolo data, aliàs ei stari non est necesse, l.diem proferre, 32.§.stari, & ibi gl.siue.eodem.

Sententiam arbitrum dicere si litigator præsens prohibuit, compromissi pœna committitur si prohibuit cum effectu, vt non feratur sententia, alias non.d.l. diem.§.coram.& ibi gl.prohibuit.

ex Sententia arbitri non datur actio in factum ex re iudicata.glos.pe.in l.ita demùm, 36.eod.

32 Sententia arbitri condemnatus emptor non habet euictionis actionem ex stipulatione contra venditorem: secùs quando iudicis sententia condemnatus fuit, gl.litigantium.in l.non distinguemus.§.sacerdotio.eod.

Sententia per arbitrum si feratur pro, vel contra vnum ex duob.reis, si ab altero petitur, vel contra alterum, pœna compromissi committitur, si socij sint, aliàs secùs, l.si duo.39.eod.

Sententiam arbitri condemnatus, si taciturnitate decem dierum confirmauerit, aduersarius contra eum habet exceptionem, & actionem ad pœnam, si postea petierit: ad vtrumque tamen: id est ad pœnam, & sententiam non potest agere: sed vno debet esse contentus, gl si socij.ibid.

Sententia lata ab arbitro die feriato ob necessitatem hominum iudice cogente valet: secus si fuisset lata die feriato ob honorem Dei, † l.si feriatis.& ibi glo.1.eodem.

Sententia lata ab arbitro die feriato ob necessitatem hominum prætore non cogente non valet, nisi in compromisso actum sit.ibidem.

Sententiæ arbitri effectus transit ad heredem etiam ignorantem, licèt de eo non fuerit facta mentio, l.quamuis.& ibi gloss.2.eodem.

Sententiæ arbitri omnino parendum est, si dolus absit, alioquin de dolo potest excipi, l.societatem, 78.§.arbitrorum.& ibi gl.fi.pro socio.

Sententia arbitratoris si fuerit iniqua, reducitur ad arbitrium boni viri: sed non sententia arbitri assumpti ad lites dicendas, in qua non habet locum recursus ad arbitrium boni viri, d.§.arbitrorum.

Sententiam arbitrorum iuris exequuntur iudices ordinarij, qui eos elegerunt ex forma iuris communis, vel ex forma statuti municipalis cogentis affines, vel coniunctos ad compromittendum, l.à diuo Pio, 15.& ibi gl.arbitrorum.de re iudicata.

Sententiam arbitrorum compromissorum emologatam expressè à partibus, vel tacitè, ex taciturnitate, & lapsu decem dierum exequuntur iudices ordinarij, ibid.

ex Sententia arbitri compromissarij cum pœna non oritur actio, quamuis sit emologata expresse à partib. vel tacitè per lapsum decem dierum, nisi quando vltra pœnam adsit clausula, rato manente pacto, vel compromisso, gl.non habent.& ibi addit.margin.in l.ait prætor, 5.& gloss.arbitrorum.in l.à diuo Pio.eodem.

Sententia arbitri lata altera parte absente non valet, nisi in compromisso hoc expressè actum sit, gl.fi.in l.si qui, 8.C.de episc.audi.& gloss.1.in l.2.C.ex quibus causis maiores.

Sententia arbitri, licèt teneat quoad commissionem pœnæ: non tamen ex ea datur actio: quia datur exceptio in pœna, gl.1.in dict.l.2.

Sententia arbitri iurati poscentibus partibus valet, & producit actionem in factum, vel condictionem ex lege, vel in rem vtilem actionem, secundum quod facti qualitas postulauerit, l 4.C.de arbitris.

Sententiam arbitri virtute compromissi iurati tam à partibus, quàm ab arbitrio non producit actionem aliquam, † gloss.2.& fin. in authen. decernit. Cod. eodem.

Sententia arbitri pacto nudo, & sine pœna assumpti homologata expressè, vel tacitè producit actionem, & exceptionem, l. cùm anteà. Cod. de recept. arbitr.

Sententia arbitri pacto nudo, & sine pœna assumpti producit actionem agenti, & exceptionem reo, si silentio decem dierum fuerit confirmata, intra quos attestatio non fuit missa iudici, vel aduersario, per quam constet sententiam non esse amplectendam.ibidem.

Sententia arbitri pacto nudo, & sine pœna assumpti altera parte recusante, vel non cupiente statuta compromissi adimplere, nihil præiudicat, neque actori actionem, neque reo exceptionem parit, nisi arbiter sit electus cum sacramenti religione, d.l.cùm anteà, 5.§.altera.

Sententia arbitri in scriptis est danda: sicut iudicis, glo.subscripserunt.in d.l.cùm antea.

Sententia arbitri non potest homologari, antequàm feratur sententia, † glo.post quàm.ibid.

Reliqua verbo, Appellatio, 27. Arbiter, 10. vsque 17. Homologari, Stari, Actio, 220.221 supr.9.

SENTENTIA diffinitiua dicitur: quia ex causa diffinitur, gl.diffinitiuam.in l.si 33
quis iusi urandum, 15.C.de rebus creditis.

Sententia, quæ definit vnum articulum causæ potest dici largo modo, & impropriè diffinitiua.ibid.

Sententia diffinitiua plenissimè diffinit: sed interlocutoria non plenissimè: sed plenè, gl.3.in l.generaliter, 12.C.eod.

Sententia diffinitiua vbi est necessaria, ibi requiritur plena causæ cognitio, gloss. decretum.in l.nec quicquam.§.vbi decretum.de officio proconsulis.

Sententia diffinitiua vbi est necessaria, non potest ferri parte absente non citata: sed interlocutoria rectè potest.ibidem.

Sententia de mittendo aliquem in possessionem est diffinitiua, gloss.in possessionem.in l.1.de iurisdictione omnium iud.gloss.ad modum.in l.præsenti.§.cùm autem.C.de his, qui ad Ecclesiam.

Sententiæ duæ diffinitiuæ super eadem re ferri non possunt: quia iudex iam functus est officio suo, gl.datam. in l.si cum exceptione.§.hæc autem actio.quod metus causa.

Sententiæ duæ diffinitiuæ in actione quod metus causa ferri possunt: & non super eodem: sed super alio fertur secunda sententia: quia prima condemnatur ad restitutionem rei, & si non restituat intra tempus datum à iudice, condemnabitur in quadruplum, vel simplum, & ista secunda est executio primæ sententiæ.† ibid.

Sententiæ duæ diffinitiuæ ferri possunt in actionibus arbitrariis.ibidem.

Sententiæ duæ diffinitiuæ in actione, quod nutus causa, quando feruntur, à prima rectè potest appellari, & etiam à secunda, quando fuit lata intra tempus, quo potuit appellari à prima: aliàs non potest: quia cùm secunda sit executio primæ, non potest appellari.† ibidem.

Sententia de restituenda re est diffinitiua, cùm per eam decidatur tota lis, & finis imponatur principali controuersiæ: & si nolit restituere, aufertur ei possessio manu militari, quæ dicitur executio, non sententia, gl. fin.in l.qui restituere 67.de rei vindicatione.

Sententia super præstandis alimentis filio est diffinitiua, & non interlocutoria: quia finem controuersiæ alimentorum imponit, † glo.iubebunt.& gl.sententiæ.in l.si quis à liberis.§.si vel parens.de liberis agnos.

Sententiæ appellatione simpliciter facta intelligitur definitiua: quandoque tamen interlocutoria etiam dicitur sententia, & etiam quandoque citatio, & quodlibet iudicis præceptum, l.quod iussit.14.& ibi additio.de re iudi.

Senten-

Senten

Sententia diffinitiua lata contra aliam sententiam validam, & quæ transiuit in rem iudicatam est ipso iure nulla, & ideò appellari à tali sententia non est opus, l. 1. C. quando prouoca. non est necesse.

à Sententia lata contra plures si vnus appellauerit, alij non appellant: victoria per eum obtenta prodest aliis non appellantib. quando causa est communis, & vna, & eadem est omnium defensio, l. 1. C. si vnus ex plurib. appellat.

à Sententia lata super possessorio habente in se causam proprietatis appellari potest, gl. 1. in l. 6. C. si de momentan. posses.

Sentẽtia lata super possessorio diffinitiua est: tamen nõ appellatur ab ea: quia pleniùs poterunt singula tractari in quæstione proprietatis. ibid.

41 Sententia lata super possessione non potest appellari: & si appelletur, lata sententia sortitur effectum: ita tamen possessio reformatur, vt integra seruetur quæstio proprietatis, d. l. 1. & ibi gloss. 1.

à Sententia clarissimi ad spectabilem appellandum est, vt à sententia illustris ad superillustrem saluis remanentib. appellationib. §. fin. & ibi gl. illo. in auth. de appell. & intra quæ. col. 5.

à Sententia spectabilis quando appellatur, non ad spectabilem, sed ad præfectum, & ad quæstorem appellandum est, & hoc siue ex se ipsi spectabiles cognouerint, siue ex delegatione principis. ibidem.

à Sententia iudicis: scilicet priuati dati à principe appellandum est ad spectabilem, d. gl. illo & gl spectabiles. ibid.

à Sententia præsidis diffiniente apud aliquem debere esse super indictam possessionem, potest in executione appellari, §. & hoc custodiri. vers. si quis autem. in auth. de collatorib. col. 9.

Reliqua verbo, Appellatio, per tot. Iudex, 22 vsque 26. & 27.

42 SENTENTIA, transit ad condemnationem, idem significat, quod decretistæ dicunt, sententia transit in rem iudicatam, gl. ad condemnationem. in l. si fundus, 16. §. si pluris. de pignor.

Sententia lata in causa matrimoniali contra matrimonium non transit in rem iudicatam, §. quod autem. vers. si autem. in authen. vt liceat matri, & auiæ. col. 8.

Sententia lata in vna causa, licèt transierit in rem iudicatam: interdum tamen potest iterùm de eadem causa quæri, gl. pe. in l. 4. C. de liberali causa.

Sententia pro libertate data si transiit in rem iudicatam, ampliùs de ea non quæritur, nisi fuerit appellatum, d. l. 4.

Sententia lata super exceptione inducit exceptionem rei iudicatæ, si illud posteà per modum actionis proponatur, l. si autem. §. fi. de nego. gestis..

per Sententiam non transfertur dominium: sed parit exceptionem rei iudicatæ, gl. fi. in l. inter officium, 55. de rei vindicatione.

Sententia lata contra vnum super vna re, non parit exceptionem rei iudicatæ contra eundem, & super alia re, l. 1. de exceptione rei iudi.

Sententia lata contra vnum super vna re non parit exceptionem rei iudicatæ contra eundem, & super eadem re, si causa, propter quam fuit lata, cessat: si verò non cessat, tunc bene parit contra eundem, & etiam contra alium, qui reputatur eadem persona, si iterum agat pro eadem re, & ex eadem causa, licèt intentet actionem diuersam, l. 2. cum duab. seq. de exceptione rei iudicatæ.

Sententia si sit lata partim in fauorem actoris: quia ius suum fuit declaratum: partim in fauorem rei: quia reus fuit absolutus, ex eo, quòd non possidebat, nec dolo desiit possidere, reus de nouo possidere incipiens si conuentus priori actione obiiciat exceptionem rei iudicatæ actori, iterum petenti, actor replicabit de re secundum se iudicata, l. si à te hereditatem. §. 1. & ibi glos. si quis. de exceptione rei iudi.

Sententia lata super negotia principali querelæ non parit exceptionem rei iudicatæ in iudicio pœnæ, nec impedit refricari in iudicio pœnæ illud, quod fuit iudicatum in principali, quando ille, qui petit pœnam, est alius, l. quidam cùm filium, 132. & ibi gl. à victo. de verb. oblig.

Reliqua verbo, Res, 14. 15. Exceptio, 25. vsque 30. Absoluto, 1.

43 SENTENTIA condemnatoria regulariter requirit executionem: sed sententia absolutoria trahit secum exceptionem, l. metum, 9. §. sed quod prætor. quod metus causa.

Sententia lata per iudicem vnius terræ potest mandari executioni per iudicem alterius terræ, l. argentarium, 45. §. final. de iudiciis. l. à diuo Pio. §. 1. de re iudic.

Sententia lata contra emptorem potest mandari executioni in rebus venditoris, quando emptor vltra restitutionem rei est condemnatus ad expensas, vel ad æstimationem fructuum, gloss. solere. & ibi addit. in l. venditor, 49. de iudiciis.

Sententia etiam illius, qui non habet iurisdictionem: sed notitiam, mittenda est executioni, l. ait prætor, 5. de re iudicata.

Sententia quamuis iniusta, à qua non est ritè appellatum, meretur executionem, l. præses, 27. eod.

Sententia etiam iniuriosa executioni mandari debet aduersus eum, in quem lata est, l. pe. & ibi gl. 1. & add. marg. quod vi, aut clam.

Sententia lata contra non possidentem tanquam possidentem, si de nouo cœpit possidere, mandabitur sententia executioni, l. si à te hereditatem. §. 1. & ibi glo. si quis & add. marg. de except. rei iudi.

Sententia mandari non debet executioni, si restitutio sit impetrata, glo. fi. in l. fi. C. si minor se maiorem.

Sententia super actione personali regulariter ad hoc, vt executioni mãdetur, datur spacium quatuor mensium, nisi à iudice causa cognita abbreuietur, l. fin. & ibi gl. fi. C. de executione rei iudi.

Sententia super actione reali statim debet executioni mandari: alioquin datur tempus ad restitutionem, & satisdatur de præstanda æstimatione, si res non restituatur, d. gl fi.

Sententiæ executio suspenditur pendente lite super rescissione eius, tanquàm ex falsis instrumentis latæ, & rescissa sententia absoluto repetitio datur, l. fi. C. si ex falsis instru.

Sententia corporalis non debet executioni mandari intra decem dies, qui dantur ad appellandum, gl. fi. in add. in l. cùm reis. 8. C. de pœnis.

Sententia executioni mandatur pendente supplicatione fideiussione præstita, aliàs non: sed in appellatione sententia non mandatur executioni pendente appellatione, §. aliud quoque. ibi gloss. inducias. in auth. vt sponsalitia largitas. col. 9.

Sententia lata per episcopum mandatur executioni per iudicem ciuilem, §. si quis contra. in auth. de sanctis. episcopis. col. 9. glo. fi. in l. episcopale. Cod. de episco. aud.

Sententia lata contra vnum in actione hypothecaria, non potest mandari executioni contra alium: sed debet iterum agi hypothecaria, l. si fundus, 16. §. creditor. de pignorib.

Sententia lata contra filiumfa. habet paratam executionem contra eundem factum sui iuris, gl. condemnandus. in l. si filiofa. 54. soluto matrim.

Sententia, qua quis damnatur ad mortem, trahit secum executionem: statim enim, atque damnatus est quis ad mortem, efficitur seruus pœnæ, antequam moriatur, l. si quis filio. & ibi gl. passus. de iniusto, rupto.

Sententia de iure communi habet executionem paratam, nisi fuerit nouata, l. 4. §. si ex conuentione. & l. à diuo Pio, 15. & in §. 1. de re iudicata. & l. minor, 41. de minor. & l. 2. C. de executione rei iudi.

Sententiæ iusiurandum, & confessio in iudicio habent executionem paratam, l. post rem, 55. de re iudicata.

Sententia vltimi supplicij trahit secum executionem paratam, & condẽnati statim fiunt serui, & ciuitatem amittunt: nihilominùs tamen permittitur appellare, gl. fi & ibi add. in l. fi. C. si a non competenti iudice.

Reliqua verbo, Condemnatus, 8. 9. Delegare, 3 Executio, 1. 2. 3. 4 Victor.

SENTENTIA, qua pronunciatur quis liber, si detegatur, quòd sit lata per collusionem, non dicitur liber, gl. 1. in l. ingenuum, de statu homin. 4

Sententia lata per gratiam, vel per sordes valet: sed contra eam datur restitutio, l. sed etsi, §. item per magistratum, ex quibus causis maiores.

Sententia si fuerit lata corrupto aduocato aduersarij, datur restitutio cõtra eam: ad cætera tamen damna datur actio de dolo, gloss. pe. in l. ita demum, 36. de arbitris.

entencia lata per pecuniam siue à iudice, siue ab arbitro, ipso iure est nulla: sed in compromisso, quando non agitur ex sententia per pecuniam lata: sed ex stipulatione pœnali, reus habet tunc exceptionem doli. ibid.

Sententia infirmatur, quando dolo malo lata est, gloss. fin. in l si filiusfa. 15. de re iudicata.

Sententia lata per gratiam, vel per sordes de ipso iure non valet: sed lata contra ius litigatoris, valet, & in causa appellationis si hoc probetur, seruatur ius commune, gl. 1. in l. si pars iudicantium. de inofficioso.

Sententia lata in fauorem eius, qui dolo egit, valet, l. nam posteà, §. si damnetur & ibi gl. 1. & add. marg. de iureiur.

Sententia lata per dolum actoris valet, & tenet, l. eleganter, 23. §. si quis. in addit. marg. de condictione indeb.

Sententia sordibus lata ipso iure nõ tenet: sed lata à iudice precibus tantum corrupto, valet, gl. authorem, in l. si per imprudentiam, 51, de euictio. glo. 2. in l. fi. C. de pœna iudicis, qui.

Sententia per gratiam lata valet, l. seruo, 68. §. cùm prætor, & ibi gl. ambitiosæ, ad Trebellianum.

Sententia lata à iudice per pecuniam corrupto est nulla ipso iure, nec est opus appellatione: sed lata per gratiam valet: sed datur restitutio intra quadriennium, nisi in casu: vbi non valet ambitione, vel gratia lata, l. venalis, 7. & ibi gl. 1. C. quando prouocare non est necesse. glo. 2. in l 4. C. ad legem Iul. repetund. gl. 1. in l. 1. C. de sentent aduersus fiscum, l. b. 10. gl. fi. in l. 1. C. de pœna iudicis. gl. quod sit. in l. scire. 5 consequens. de excusat. tutorum, glo. turpitudo, in l. sed & si, 9 §. fi. de arbitris.

Sententia si fuerit lata contra vnum ex sociis per ipsius collusionem, & dolum, contra victorem datur actio de dolo: id est replicatio intentata prima actione, † gl. fi. in l. si communi, si seruitus vindicetur.

Reliqua verbo, Collusio, Iudex, 35. 36. 37.

SENTENTIA contrà æquitatem lata valet: non tamen contra scriptum expresso errore, vt si iudex pronunciet minorem xiiij. an. posse testari, gloss. cùm iniquè, in l. ius pluribus de iustitia, & iur. gloss. 2. in l. si expressum, de appellat. 45

Sententia lata contra ius legis non valet ipso iure: sed lata contrà ius litigatoris, valet. ibid.

Sententia contra sententiam non valet; sed contra iuramentum valet, gl. 1. in l. 2. de iureiuran.

Sententia lata contra iuramentum valet: sed non contra aliam sententiam ex eisdem actis: sed bene ex diuersis; l. nam posteà, §. si damnetur. & ibi glo. 1. & add. marg eod.

Sententia contra ius lata non expresso in ea iuris errore valet: alioquin ipso iure esset nulla, gl. pe. in l. ex diuerso, 18. §. fi. soluto matri.

Sententia per imperitiam lata contra ius ab vno iudice, ab eius successore sequenda non est, l. iure nostro, 26. de test. tutela.

Sententia lata tacitè, & non expressè contra constitutiones, valet: sed expressè lata contra constitutiones est ipso iure nulla, gloss. 2. in l. præses, 27. de re iudi.

Sententia lata contra tenorem alicuius legis dubiæ, quæ habet plures, & varios intellectus, & sic qui est super ambiguo iure lata, valet, & non est omnino nulla, l. cum prolatis. 32. & ibi add. marg. eod.

Sententia lata contra ius litigatoris, vel contra sententiam principis, aut contra ius constitutionis extrauagantis non clausæ in corpore iuris, non est iure nulla, & ideò necessaria est appellatio, † d l. cùm prolatis, & ibi gl. 2.

Sententia contra ius valet, & tenet, quando iudex non putat se iudicare contra ius, vt quia credebat, quòd lex allegata non faceret ad rem, vel si credidisset, non expressè; sed tacitè tulit sententiam contra eam legem, l. cum prolatis, 32 & ibi gl. 2. de re iudicata.

Sententia lata contra legem aliquam expressè: putà minorem 14. annorum posse testari, est nulla ipso iure, etiam si iudex tulisset putans esse aliam, quæ diceret contrà: quia esset supina ignorantia, gl. 2. ibi. & l. 2. & ibi gl. pe. & vlti. C. quando prouocare.

Senten-

Sententia à non ſuo iudice lata non conſtringit quemquam litigatorum,l.ſi.Cod. eodem.

Sententia lata à non habente iuriſdictionem, nulla eſt ipſo iure, l. 2. Cod.de pœnis.

Reliqua verbo,iudex,13.16.Iuriſdictio.2.3 & infra,nume.47.48.49.

51 SENTENTIA lata contra actorem, quæ tranſiuit in rem iudicatam, non reſcinditur per hoc,quòd probationes fuerint dolo occultatæ, vel ſubtractæ,l.argentarius,§.ſi.de edendo.

Sententia lata ſuper tutelæ excuſatione per ambitionem, vel falſas allegationes, vel probationes fauore pupilli, ipſo iure non valet:ſed aliàs lata per falſum inſtrumentum, vel teſtes ipſo iure valet:ſed per reſtitutionem reſcinditur, gloſſ. quòd in l.ſcire,15.§.conſequens,de excuſat.tutorum.

Sententiam diffinitiuam non poteſt iudex reſcindere: poterit tamen eadem die ſupplere omiſſa circa pronunciata in ſententia,ſi concernunt acceſſoria,l.Paulus,42.de re iudi.

Sententia prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum reſcinditur, l.Diui fratres,27.de pœnis.

Sententia primò reſcinditur ſine appellatione,vbi controuerſia eſt, ſit iudicatum, vel non:& huius quæſtionis iudex pronunciauerit non eſſe iudicatum, l.1.quæ ſententiæ ſine appell.

Sententia ſine appellatione reſcinditur, vbi calculi error in ea ſententia eſſe dicitur, nec eſt neceſſe appellare, veluti ſi iudex pronunciauerit ita, cùm conſtet Titium debere ex illa ſpecie quinquaginta,idcirco eum condemno in centum, ibid.

Sententia per quam res euincitur, non reſcinditur, niſi per appellationem, licèt author ad eam non fuerit citatus: tamen contra eum ſuccurritur ad intereſſe,ſi ſibi fuit lis denunciata, l. libera, & gloſſ. 2. Cod. de ſententiis, & interlocut.

Sententia contra minores 25. annorum ſub prætextu non oppoſitæ exceptionis peremptoriæ circa remedium appellationis reſcindi non poteſt, l.2.C.ſententiam reſcindi.

Sententia lata ex falſis inſtrumentis,& ſic reſcindenda,non firmatur per appellationem,gl.1.in l.2.C.ſi ex falſis inſtrum.

Sententia lata ex falſis inſtrumentis, probato falſo, reſcinditur per in integrum reſtitutionem,niſi quando ipſo iure non valet ſententia fauore minoris, gloſſ. ſi.ibid.

Sententia lata propter falſa inſtrumenta, contra præſentem falſo probato reſcinditur per in integrum reſtitutionem:ſed ſi eſſet lata contra abſentem,eſſet ipſo iure nulla,d.gl.ſi.add.

Sententia prætextu falſarum atteſtationum reſcinditur,ſi probetur,iudicem vſum fuiſſe illis,l.pe.C.eod.

Sententiæ per Imperatorem latæ contra rebelles occaſione rebellionis,& partialitatis reſcinditur facta pace: ſecùs ſi non occaſione rebellionis: ſed alias iuſtè ſunt latæ,putà ex cauſa mutui,vel depoſiti,§.ſententiæ quoque, in extrauag.de pace Conſtantiæ.

Sententia quando reſcinditur per reſtitutionem in integrum, tunc iudicandum eſt ex eiſdem actis,eò quòd per reſtitutionem lis inſtauretur: ſed quando ſententia eſt ipſo iure nulla propter defectum reſpicientem vniformiter acta,& ſententiam, tunc omnia acta debent redintegrari: ſed quando cauſa nullitatis reſpicit ſolam ſententiam tunc ex eiſdem actis iudicandum eſt:ſed quando defectus reſpicit ſententiam,& partem actorum,tunc acta,quæ ſunt nulla,debent reſcribi,& recenſeri, glo.ſi.& add.marg.in l.1.C.de ſententiis aduerſus fiſcum, lib.10.

Reliqua verbo,Iudex,22.38.Tranſactio,17.18.& infra num.52.vſque 55.

52 SENTENTIA ſemel pro libertate data,nullo modo poteſt retractari, l.ſi dolo, de dolo malo.

Sententia pro libertate dolo alicuius ſi ſit lata, datur actio doli contra doloſum ad damna,& intereſſe,neque datur reſtitutio,vt retractetur libertas, gloſſ.pen. ibid.

Sententia non retractatur per inſtrumenta de nouo reperta, niſi in vno caſu:ſecùs in iuramento neceſſario in defectum probationis de legato, gl.1.& ibi additio marg.in l.2.de iureiurando.

Sententia lata prætextu iuramenti neceſſarij præcedentis inuita parte retractatur per inſtrumenta de nouo reperta,l.admonendi, 31. eod.

Sententia lata prætextu iuramenti voluntarij, vel iudicialis non retractatur per inſtrumenta de nouo reperta:quia res videtur potiùs deciſa tranſactione, propter partis conſenſum,quàm ſententia.ibi,

Sententia lata prætextu iuramenti neceſſarij inuita parte, ita demùm retractatur per inſtrumẽta de nouo reperta,ſi de nouo inſtrumenta reperta ad retractationem ſufficiunt,d.l.admonendi.

Sententia lata prætextu iuramenti neceſſarij retractatur per inſtrumenta de nouo reperta in odium ipſius periurantis: ſed ſententia lata nullo præcedente iuramento, non retractatur prætextu nouorum inſtrumentorum, niſi in cauſa publica,† gl.noua.ibid.

Sententia ſuper tutelæ excuſatione, quando in primo iudicio fuit quæſitum de falſo,poterit etiam poſteà retractari propter falſum,gl. quòd ſi,in l.ſcire,15.in §. conſequens, de excuſat. tutorum, & gloſſ. 1. in l. 2. Cod. ſi ex falſis allegatio.

Sententiam de ingenuitate latam prętextu colluſionis,ſemel retractare permittitur,& ſi ſemel actum fuerit,& ſit abſolutus ſeruus,vel libertus, non conuenitur plus ab alio,l.ſi.& ibi gl.1.de colluſione detegenda.

Sententia lata prætextu falſorum teſtium mero iure valet; ſed contra eam datur reſtitutio in integrum, & delictum falſorum teſtium, & corrumpendis criminaliter punitur,l. diuus Adrianus.33.de re iudicata.

Sententia lata prætextu falſorum teſtium, vt retractetur per reſtitutionem in integrum,ſufficit probare ſolam falſitatem teſtium,nec requiritur, quòd probetur pecunia corruptos eſſe, niſi pars adſtrinxerit ſe ad probandum vtrumque; ſcilicet falſitatem, & corruptelam, † dict. l. diuus Adrianus, & ibi gloſſ. corruptis.

Sententia lata contra priuatum, à qua non eſt appellatum, & ſic tranſiuit in rem iudicatam,non retractatur prætextu inſtrumentorum repertorum de nouo, l. imperatores,35.eod.

in Sententia, in qua interuenit dolus obtinentis eam, retractatur ob dolum delinquentis prætextu inſtrumentorum nouiter repertorum, gloſſ. final. ibidem.

Sententia prætextu teſtamenti de nouo reperti:ſicut iuramentum retractatur, l.ſi mater,& ibi add.marg. de exceptione rei iudic.

Sententia lata à præfecto prætorio poteſt ab eodem præfecto retractari ſupplicatione contra talem ſententiam porrecta,gl.1.in auth.quæ ſupplicatio, Cod. de precib.

Sententia lata non poteſt retractari ab eodem iudice in cauſa appellationis: ſed ſecùs eſt in ſupplicatione. ibid.

Sententia lata contra ius ſcriptum poteſt quandocumque: id eſt poſt decem dies per publicationem retractari,gl.ſi.ibi.

Sententia non retractatur virtute reſcripti impetrati poſt ſententiam latam, licèt ſupplicatio priùs fuiſſet porrecta, l. 1. C. vt lite pendente.

Sententia retractatur in cauſis publicis propter inſtrumenta nouiter reperta, gl. in l.ſub prætextu,19.de tranſactio.

Sententia prætextu falſæ allegationis indiſtinctè retractatur,ſiue ſit de falſo quæſitum,ſiue non:quod ſecus eſt,quando aliàs de falſo priùs eſt quæſitum,gl.1.in l.ſi.C.ſi ex falſis allegatio.

Sententia legitimè lata non retractatur virtute reſcripti principis, niſi in reſcriſcripto dicatur;non obſtante tali ſententia.l.ſi.& ibi gl.1.C.ſententiam reſcindi non poſſe.

poſt Sententiam diffinitiuam de ſumptibus litis non debet retractari, niſi iudex hoc in ſententia reſeruauerit,l.3.C.de fructibus & litium exp.

Sententia lata iure ſpeciali in cauſa fiſci retractatur propter inſtrumenta de nouo reperta.gl.pe.ibid.

Sententia lata iure ſpeciali cauſa publica,Eccleſiæ, & pupilli propter inſtrumenta de nouo repeta retractatur vſque ad quadriennium, & etiam poſteà ſi præuaricatio arguatur,gl.ſi.ibid.

Sententia lata falſi prætextu nũquam eſt retractanda,ſi in primo iudicio fuit mota quæſtio de falſo,gl.ſi.in l.1.C.ſi ex falſis inſtrumen.

Sententia lata prætextu falſarum atteſtationum, falſo probato, retractatur, ſiue teſtes pecunia corrupti,vel non corrupti dixerunt falſum,† gl.1.in l. ſin. Cod. eodem.

Sententia ſecunda principis nullo modo poteſt retractari.§.1.verſ. ſi quod enim. in auth.in medio litis non fieri ſacras iuſſiones, col.3.

poſt ſententiam ex prima confeſſione latam, ſi de innocentia rei conſtiterit, debet condemnatus reſtitui à principe,nõ ab inferiore,l.1.§.ſi quis vltrò.de quæſtionibus,l.diui fratres,27.de pœnis.

Sententiam diffinitiuam ſuam, vel prædeceſſoris ſui reuocare quis ſiue ordinarius,ſiue delegatus non poteſt, & ſi reuocatoris ſententiam ferat, non eſt neceſſe a tali ſententia interponere appellationem,l.1.C.ſententiam reſcindi non poſſe.

Sententiam diffinitiuam,vel prædeceſſoris ſui poteſt reuocare quis per in integrũ reſtitutionem,vel per appellationem,aut quando prima eſt ipſo iure nulla, gl. 1.ibidem.

Sententiam diffinitiuam ſuam, vel præcedeceſſoris ſui poteſt quis reuocare propter falſos teſtes,non ſolùm corruptos pecunia,ſed etiam precibus, vel propter falſa inſtrumenta,item propter præuaricationem aduocati.ibid.

Sententiam diffinitiuam latam à ſe, vel ſuo prædeceſſore reuocare poteſt quis in caſibus, in quibus licitum eſt opponere peremptorias exceptiones poſt ſententiam.ibid.

Sententia diffinitiuà non retractatur iudicis ſubſcriptione contraria diffinitiuæ ſententiæ,ſecùs eſt in interlocutoria,l. 3. & ibi glo. ſin. Cod. comminationes, epiſtolas.

Sententia lata ex tabulis teſtamenti falſis, vel ex falſis teſtibus, vel inſtrumentis reuocatur falſo probato,& quòd iudex motus fuerit ex illis, niſi priùs de falſo cognitum ſit,l.1.C.ſi ex falſis inſtrumentis.

Sententia primò ſcripta,poſteáque recitata non poteſt corrigi,vel mutari. l. 2. C. de ſententiis ex breui.

Sententias ſuas poteſt emendare, vel corrigere princeps, præfectus prætorio, & Senatus,gl.1.in l.iudex,54.de re iudicata.

ex Sententia ſolenniter lata nihil eſt immutandum, niſi vbi æquitas èuidens poſcit,l.Diuus,& ibi gl ex ſolennibus, de reſtitutione in integ.

Sententiæ diffinitiuæ latæ in acceſſoriis poteſt iudex,vel arbiter addere, vel mutare eadem die, & etiam reformare, imò & quandocumque: ſed in re principali non poteſt, cùm functus ſit officio ſuo, gloſ. 1.in l.quia arbiter,20.de arbitris.

Sententiam diffinitiuam à ſe latam iudex non poteſt ſuper re principali mutare, vel reformare,niſi per reſtitutionem in integrum, vt in minore,& in ſententia lata per inſtrumenta falſa,vel teſtes corruptos.ibid.

Sententia diffinitiua lata ſi non tenuit ipſo iure, poteſt idem iudex eam corrigere,vel mutare:ſecus ſi tenuit.ibid.

Sententiam ſuam diffinitiuam non poteſt delegatus,vel arbiter mutare,vel corrigere:ſed ordinarius rectè poteſt ibid.

Sententiam diffinitiuam ſi tulit iudex,vel arbiter, & in ea nihil dixit de expenſis, aut fructibus ipſis,poteſt illam ſententiam mutare addendo in illis:ſecùs ſi dixiſſet de illis,d.gl.1.& ibi add.marg. ibid.

Sententiam abſolutoriam ſi tulerit iudex per errorem credens ferre cõdemnatoriam,non tenet talis ſententia ipſo iure,vnde eam mutare poteſt,† d.gl.1.

Sententiam diffinitiuam latam ſuper fundo poterit ſupplere eadem die, etiam in fructibus,de quibus omiſerat,& econtrà poterit abſoluere à fructibus,ſupplendo ſententiam abſolutoriam ſuper fundo petito,gl. ſin. in l.Paulus 42.de re iudicata.

Sententia lata non poteſt pœna damnatorum ampliari, vel minui ſine principis authoritate, niſi propter inopiam, l. acta, 45. §. de amplianda, & ibi gloſſ.

ſine

ita,vt cùm creditoribus ſolidum ſolutũ fuerit , legatariis ſoluatur ſolidum,ſic bona ſufficiunt,aliàs in quantum poſſunt,l.pe.& ibi.gloſſ.1.eod.

Separationem impetrare poteſt patronus,qui libertã ab alio inſtitutam reuocat in ſeruitutem,vel qui ſucceſſit libertæ d.l.pe.§.fi.& ibi gl.pe.

Separationem impetrare poteſt creditor hereditarius , licet intentauerit actionẽ contra heredem,ac lis conteſtata fuerit, cùm ex neceſſitate , ſaltem cauſatiua, ſcilicet ad ſuum perueniendi hoc fecerit,l.fi.& ibi gl.1.& 2. eod.

Separatio dura , & inhumana inducitur , quando ſeparantur liberi à parentibus, fratres à ſororibus, coniuges à viris , quæ in dubio fieri non debet : & ſi exprimatur,ſuccurritur,l.quæſitum.§.ſed an inſtrumenti,& ibi.gl.duram , de fundo inſtructo.l.pe. C. communia vtriuſque.

Separationem duram teſtatorem iniungere voluiſſe non eſt veriſimile,veluti inter patrem,& filium,l.vxorem,39.§.codicillis.de leg.3.

Reliqua verbo,Diuidere,Diuiſio,Heres,92. vſque 95.Creditor,101. vſque 104.

SEPARATORVM ſeparata debet eſſe ratio,& de vno ad alterum non infertur, l.eum actum,& ibi gl.3.& add.marg.de neg.geſt.gl.fi.in l. ſi maritus,C.de donatio.inter virum.& l.fi. de calumniatorib.

ex Separatis non fit bona illatio de vno ad aliud,neque quoad poſitionem, neque quoad remotionem,l.naturali,12.§.nihil commune.& ibi glo.nihil,de acqui. poſſeſ.& l. duob.25.de teſtam,tutela,& l.Papinianus , de minorib.

Reliqua verbo,Permixtum.

SEPELIRE defunctum officio iudicis cogi poſſunt illi , qui ſuccedunt defuncto,l.qui heres,50.famil.erciſ.

Sepeliri ſe,& ſuam poſteritatem inferre in ſepulchrum hereditarium,vel familiare licitum eſt filiis exheredatis humanitatis gratia, niſi ſpecialiter teſtator iuſto odio commotus eos vetuerit,l.vel quod paterfam.de religioſ.

Sepeliri ſe licet liberto in ſepulchro familiari: quia libertus continetur appellatione familiæ,gl.nec ſepeliri,in d.l.vel quod paterfa.§.liberti.eod.

Sepeliri , vel alios inferre in ſepulchrum hereditarium non licet libertis, etſi teſtator inſcripſerit,monumentum ſibi,libertiſque ſuis feciſſe , niſi ipſi patrono heredes extiterint,d.§.liberti,& ibi gl.ſepeliri.

Sepeliri non debet quis cum ornamentis,annulis , vel veſtibus , etiam ſi ipſe hoc mandaſſet,quòd homines ſimpliciores ſolent hoc facere,l.& ſi quis,14.§.funeris,& ibi gl.annulos,eod.

Sepeliri poteſt quilibet ex ſociis in loco communi , etiam ſine aliorum conſenſu,ſi non ſit aliàs locus,in quo ſepeliatur,l.ſi plures,41.eod.

Sepeliri cadauera publica vtilitas eſt,& ſtricta ratio,quæ pro ſepeliendis mortuis facit,l.ſunt perſonæ,43.& ibi gl.pe.eod.

Sepeliri prohibetur lege Regia mulier prægnans mortua,antequàm ei partus,excidatur.l.2.de mortuo inferendo.

Sepeliuntur plerunque defuncti,antequàm quis exiſtat heres,l.ſcriptus heres , de religioſis.

Sepelire quod prohibetur quis,id religioſum facere non poteſt,l.4.§.pe.ad leg. Iul,peculatus.

SEPELIENDO defũctum non videtur quiſquam pro herede gerere:ſed vt cautius fiat,neceſſe eſt,vt fiat proteſtatio inſtrumentaria coram duobus teſtibus,l ſcriptus,in add.marg.de religioſis.

Sepeliendi,& mortuum inferendi ius in ſepulchrum tam hereditarium,quàm familiare competit heredib.cæteriſque ſucceſſoribus,qualeſcumque fuerint, etiamſi ex parte heredes ex teſtamento vel ab inteſtato ſint,licet alij nõ conſentiant,l,vel quod paterfam.eod.

Sepeliendi ius tam in ſepulchro hereditario , quàm familiari competit liberis cuiuſcumque ſexus , vel gradus , & emancipatis , ſiue ſint heredes, ſiue abſtineant.ibid.

Sepeliendi ius in ſepulchro familiari,vel hereditario competit heredibus,niſi teſtator caueret contrà , quod poteſt; exhibendo ſcilicet vni ex heredibus. gl. 1. ibidem.

pro Sepeliendo defuncto res hereditariæ poſſunt vendi ante aditam hereditatem iuſſu iudicis,l.qui heres,50.& ibi gl.1.familiæ erciſc.

Sepeliendi ius non habent liberti in monumento hereditatio,quod quis fecit pro ſe,& heredibus ſuis,ſi non ſint heredes,niſi longo tempore præſcripſerint, gl. fi.in l.monumentorum.C. de religioſis.

Sepeliẽdi ius in familiari ſepulchro non habent, niſi qui ſunt de familia:id eſt de agnatione , licèt non ſint heredes ; extranei tamen ſi ſint heredes , habent ius ſepeliendi,licèt non ſint de familia , l. ius ſepulchri,13. Cod. de religioſis , & ſumpt.

Sepeliendi ius olim non erat in ciuitatib.ſed erat extra ciuitatem,gl.extuliſſe, in auth.de non eligendo ſecundò nubentes,col.1.

Sepeliens mulierem prægnantem mortuam,antequàm ei partus excidatur, ſpem animantis conſiſtentis in muliere grauida peremiſſe videtur , l. 2. de mortuo inferendo.

Reliqua verbo,corpus,1.2.3.Cadauer,Funerari,Heres,102,110,112.Libertinarius, Mortuus,2.Sepulchrum, 2. 4.

SEPTA dicuntur illa , quæ ad incile opponuntur aquæ deriuandæ , compellendæve ex flumine cauſa , ſiue illa lignea,ſiue lapidea , ſiue ex alia qualibet materia ad continẽdam,tranſmittendámque aquam excogitata,quæ clauſam appellamus,l.1.§.ſepta,de riuis.

SEPTVNX ſignificat ſeptem vncias, gl. ſeptunx. in §. hereditas. Inſt. de heredi, inſtit.

Sepulchrum in genere,num.1.2 3.

quoad ius Sepulchri, & ſepeliendi , & quoad familiaria , vel hereditaria, numero 4.

Quoad ſepulchri violationem,& actionem ſepulchri violati,num.5.& 6.

1 SEPVLCHRVM eſt,vbi corpus , oſſáve hominis condita ſunt,l. 2. §.purus , de religioſ. & ſump.

Sepulchra dicuntur domus mortuorum:vnde illud: Sepulchra eorum domus eorum in æternum,l.4.& ibi gl. 1.C.de ſepulchro violato.

Sepulchrum licèt ſit nullius:ius tamen ſepeliendi priuatum eſt & competere poſſe alicui, cuius cauſa ſeruitutes ſtaconſtitui poteſt , gl. ſeruientis , in l. ſeruientis, 14. §. 1. de ſeruitutibus.

Sepulchra licèt noſtri dominij non ſint : tamen viam ad ſepulchrum vindicare poſſumus per confeſſoriam,d.l.1.

Sepulchrum habens non viam ad ſepulchrum,poteſt petere viam precariò ab eo, qui fundum coniunctum habet , neque ex eo quòd habeat facultatem impetrandi , habet actionem ciuilem : quia extra ordinem , & extra ius petit,l.ſi quis ſepulchrum,12.de religioſ.

Sepulchrum habens ſi non habet viam ad aliud , præſes prouinciæ poterit compellere vicinum iuſto pretio iter ei preſtare : proſpicere tamen debet ei iudex opportunitate loci,ne vicinus magnum patiatur detrimentum.ibi.

Sepulchrorum vſus permutationib. non debent pollui , ne ſepulchra alienæ conuerſationis vſum accipiant,l.ſi quis,12.§.Senatuſconſulto,eod.

Sepulchrum ſi permutatione polluerit quis , vel profanauerit , punitur pœna ducentorum aureorum,gl.alterius.ibid.

Sepulchra plura efficere non poteſt vnus homo ſepultus , l.cùm in diuerſis , 34. eodem.

Sepulchrum,ſeu monumentum facere in eò loco , in quo ei ius eſt , nemo prohibetur,l.1.§.facere,de mortuo inferendo.

Sepulchrum ædificare prohibere videtur ille,qui prohibet eam materiam conuehi,quæ,ædificationi neceſſaria eſt ibidem.

Sepulchrorum ius verè poſſideri non poteſt:ſed bene detineri , gloſſ.final.in l.pe. codem.

Sepulchri ius non poteſt præſcribi etiam longiſſima poſſeſſione : quia ipſum ſepulchrum non eſt in bonis vllius,nec eſſe poteſt,d.l.pe.& ibi gl. 1.

Sepulchrorum iura, & operæ libertorum ad emptorem hereditatis , vel ad fideicommiſſarium non pertinent,gloſſ.1.in l.ſi quaſi , 12. de hereditatibus vel actione.

Sepulchrorum bona bonorum poſſeſſoribus competunt : ſed non his , quibus ex Trebelliano reſtituta eſt hereditas,gloſſ.ſepulchrorum,in l.4.§.is autem,de fideicom.libert.

Sepulchri eſſe videntur ea,quæ ſepulchri ornandi cauſa appoſita ſunt,l. is , qui in pretium,§.ſi quis de monumento,quod vi,aut clam.

Sepulchri dominus nemo eſt: ius tamen ſepulchri poteſt ad aliquem pertinere:& ſi aliquid fiat vi,aut clam,competit ei interdictum , quod vi,aut clam,l.idemque.§.ſi ex ſociis,& ibi gl poteſt.eod.

in Sepulchrum alicuius ſi quis protectum , aut ſtillicidium miſit etiamſi ipſum ſepulchrum non tangat,tenetur interdicto,quod in ſepulchro vi , aut clam factum eſt: poteſt etiam agi contra eum eo nomine ſepulchri violati actione , l. fi.§.pen.eodem.

Sepulchri dicitur non ſolùm is locus , qui recipit humationem : ſed etiam omne ſupra id cœlum.ibi.

Sepulchri appellatione continetur omnis ſepulturæ locus, l.3.§.ſepulchri , de ſepulchro violato.

Sepulchrum facere in ciuitate , ac ibi ſepelire aliquem non poteſt quis ſub pœna 40.aureorum fiſco applicanda , & in magiſtratus , qui idem paſſi ſunt , eadem pœna ſtatuitur,& locus publicatur,& corpus inde transfertur, dict.l.3.§.diuus Adrianus.

Sepulchra hoſtium religioſa nobis non ſunt,nec noſtra eis,l.4.& ibi gl. 1.eod.

ex Sepulchro hoſtium ſublati lapides poſſunt conuerti in quemlibet vſum , nec pro illis competit ſepulchri violati actio.ibidem. 3

Sepulchrum iure dominij vendicari non poteſt:quia nullus eſt dominus eius,l. 4. C.de religioſis.

Sepulchrum dicitur poſtquàm aliquis in aliquo loco ſepultus eſt : monumentum verò dicitur,antequàm aliquis fuerit ſepultus,gl.1.ibid.

Sepulchrum iure dominij in factum peti poteſt;non verò rei vindicatione, d.l.4. & ibi gl .2.

Sepulchrorum, vel monumentorum inſcriptiones non transferunt dominum,& ius loci puri ad libertos,l.monumentorum,6.eodem.

Sepulchrorum inſcriptiones licèt non transferant ius , vel dominium loci puri ad libertos : præſcriptio tamen longi temporis,ſi initio iuſtam cauſam habuerit,proficiet quoad ius ſepeliendi,gl.fi.ibi.

Sepulchri dominium non poteſt præſcribi ; ius tamen inferendi rectè præſcribitur.ibi.

Sepulchro ſuo ſtatuas ſuperimponere nemo prohibetur,l.ſtatuas.7.C.eod.

Sepulchrum legari non poteſt : ius tamen inferendi poteſt legari, l.monumenta, 54.C.de legatis.

Sepulchrum ſi legetur,vel concedatur , ius inferendi videtur legari , vel concedi. gl.1.ibi.

Reliqua verbo , Cœnataphium , Heres,102.Libitina , Monumentum,Sarcophagus, ſcriptura,Sepelire,Sepultura,Legare,4.

SEPVLCHRORVM iura remanent penes heredem , cui ablata fuit hereditas quaſi ab indigno:vt quia mortem defuncti non vindicauit , l.ſi quis fuerit,33. & ibi gl.1.de religioſ. 4

Sepulchrorum iura, amittit filius ſuus heres eius,qui poſt mortem perduellionis crimine damnatus fuit,gl.fi.ibi.

in Sepulchro etiam ſi ſit ſcriptum,teſtatorem monumentum feciſſe ſibi, & libertis ſuis,non competit ex hoc eis ius ſepeliendi,niſi exiſtant heredes,gloſſ.nec ſepeliri,in l.vel quod pater,§.liberti,eod.

in Sepulchrum commune inferendi ius etiam inuitis ſociis vnicuique eorum competit inſolidum,l.ſi quis,9.§.ſi quis in communem,communi diuid.

in Sepulchrum commune licitum eſt inferre etiam inuitis ſociis ; ſed in alieno concedente tantùm domino ; & ſi dominum poſteaquàm illatus eſt mortuus, pœnituerit , nihilominùs religioſus fit locus , l. in tantum , de rerum diuiſione.

Sepulchri ius etiam poſt venditum fundum in quo eſt ſepulchrum , competit venditori,ſi in venditione venditor excepit ſepulchrum , aut iter , vel aditus ad illud:

SEQVESTRATA res debet reſtitui ei, qui vincit, vel ei, per quem non ſtat, quominùs iudicium agitetur, l.ſi oleum, de dolo.

Sequeſtrata res ſi perit, perit periculo ſequeſtrantis indebitè, & tenetur actione de dolo. ibid.

Sequeſtrata res debet reddi actori, ſi per eum ſtat, quominùs iudicium agitetur, vel reo, ſi per actorem ſtat, quominùs iudicium agitetur. ibid.

Sequeſtrata res reddi debet reo actione præſcriptis verbis, ſi per actorem ſtat, quominùs iudicium agitetur, vel econtrà; quia tacitè eſt actum, vt actore non proſequente reo reddatur, gl. præſcriptis. ibid.

Sequeſtratæ rei poſſeſſio perditur, quando ſequeſtratio eſt voluntaria, & de partium voluntate. ſecùs in neceſſaria, vel quando cauſa cuſtodiæ fit ſequeſtratio, quia tunc non perditur poſſeſſio, & procedit poſſidens ad vſucapionem complendam, l. intereſſe, 39. & ibi gl. 2. de acq. poſſeſ.

Sequeſtrata res interim dum eſt apud ſequeſtrum, nec poſſidet eam actor, nec reus, niſi hoc eſſet actum in ſequeſtratione, vt cuſtodiæ tantùm cauſa fiat depoſitio, gl. 2. in l. 1. C. de prohibit. ſequeſtratione.

Sequeſtrata res, quando eſt tempore peritura, iudicis officio poteſt vendi, & eius pretium ſequeſtrari, l. litibus. §. 1. & ibi gl. accipiatur. C. de agricolis, & cenſitis, lib. 11.

SEQVESTRATIO regulariter prohibita eſt: fallit quando lite pendente fructus ſequeſtrantur, quando dominus agit contra colonum ſuum, dict. l. litibus, §. 1. & ibi gl. in kilimarchio. C. de agric. & cenſ. lib. 1.

Sequeſtratio non reuocatur, niſi præſtetur cautio de reſtituendo rem cum fideiuſſore, d. §. 1. & ibi gl. accipiatur.

Sequeſtratio quando fit in his rebus, quæ commodè ſeruari non poſſunt, debet vendi, & pretium in ſequeſtrum teneri, l. ſi oleum, de dolo. & l. is, cui, §. qui legatorum: vt in poſſeſ. legatorum.

Sequeſtratio regulariter prohibita eſt: fallit in marito diſſipante dotem, quo caſu dos ſpeciali iure ſequeſtrari poteſt, gl. ſequeſtrari, in l. ſi cum dotem. §. ſi autē. ſolut. matrim.

Sequeſtratio regulariter prohibita eſt: fallit in eo, qui in bonorum poſſeſſione cōtra tab. obligatus conferre bona ſua, non ſatiſdedit de conferendo, l. 1. §. ſi frater, & ibi gl. conſtituitur, de collatio bon.

per Sequeſtrationem de partium voluntate facta poſſeſſio rerum ſequeſtratarum perditur in dubio, etiam ſi non exprimatur quod perderetur, glo. 2. in l. intereſſe, 39, de acq. poſſ.

Sequeſtratio fructuum lite mota alicui ſuper re ab eo poſſeſſa non debet fieri, dū pendet lis, quinimò fructus colligere debet, l. pe. in add. marg. de aqua quotidiana.

Sequeſtratio fit propter depoſitionem fructuum, gl. fi. in l. imperatores, §. fin. de appellat.

Sequeſtratio non eſt facienda quoties ex quolibet contractu pecunia, vel aliquid aliud poſtulatur, l. 1. C. de prohibita ſequeſtratione.

Sequeſtratio dicitur ipſa ſeparatio rei, vel poſſeſſionis, gl. 2. ibid.

Sequeſtratio ſponte fieri poteſt: non autem cogitur aliquis ad hoc; compellitur tamen in quibuſdam caſibus. ibid.

Sequeſtratio inuito reo fieri poteſt, quando res mobilis petitur, & reus ſit ſuſpectus, ne depopuletur fructus, vel quòd ſit diſſipaturus rem. ibid.

Sequeſtratio inuito reo fit propter contumaciam ipſius rei non cauentis de facienda collatione, ibid.

Sequeſtratio inuoluntariè fit propter conditionem perſonæ, vt ſi ſeruus de conditione ſeruitutis proclamat ſe in libertatem, & contra eius dominum pronūciatum eſt, ſequeſtrātur tunc res, de quibus dubitatur, an ſint domini, vel eius, qui dicit ſe liberum. ibid.

Sequeſtratio licèt regulariter non ſit facienda: tamen licita eſt permutatio, & deſcriptio rerum in domo exiſtentium, & fructuum, qui ibi percipiuntur, niſi fiat cum iniuria, d. glo. 2. in additione, in l. 4. Cod. de actio. empti.

SEQVESTRVM cadit ſuper re mobili, l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria, qui ſatiſdare cog.

Sequeſtrum vt fiat, requiritur cauſæ cognitio, per quam appareat de ſuſpicione fugæ. ibid.

Sequeſtrū ad hoc vt tollatur per dationem fideiuſſorum requiritur, quòd fideiuſſores dentur de iudicio ſiſti, & de re non baratanda, gl. fi. ibid.

Sequeſtrum coram iudice, vel alio fieri prohibitum eſt regulariter, niſi quando ſit ſuſpectus reus conuentus de re mobili. ibid.

Sequeſtrum tollitur, quando fideiuſſores dantur, vel lis finem accipit, d. l. ſi fideiuſſor. §. ſi.

Sequeſtri natura eſt, vt non reddatur res, niſi finita lite, l. ſi oleum, de dolo.

Sequeſtro collocantur res proclamantis ſe in libertatem interim, dum finiatur cauſa liberalis, l. fi. C. quibus ad libertat. proclam.

Sequeſtrum non poteſt fieri de alicuius re, niſi debitum oſtendat per publicum inſtrumentum, l. pe. §. ſuper his. & ibi gl. pictacia. Cod. de erogatione militaris anno. lib. 12.

Reliqua verbo, Depoſitarius, Deponens, Depoſitum, 2. 3.

SERMO ambiguus, vel obſcurus in contractibus interpretatur contra eum, qui apertiùs eum potuit dicere, gl. fi. in l. veterib. de pactis.

Sermo dubius prolatus, ſecundum proferentem in iudiciis ſpeciali iure interpretatur: aliàs alius ſemper negaret ſe ſic intellexiſſe, ibid.

Sermo dubius interpretari debet contra proferentem, vel contra eum, pro quo profertur, niſi per talem interpretationem diſpoſitio redderetur inutilis: quia tunc interpretatur eo modo, quo valere poteſt. ibid.

Sermone vbi non eſt opus, ibi conſenſus ſolus ſufficit, gl. iure, in l. ſi pater. de adoptio.

Sermo ſimpliciter prolatus intelligitur de prima vice, l. & licet. 23. & l. dotis promiſſio, 69. de iure dotium. & l. cùm pater, 79. §. pater. de leg. 2.

Sermo prolatus ad omnium factum profertur, l. hoc articulo, 29. & ibi gloſ. quoniam. de hered. inſtit.

Sermo debet intelligi ſecundum conditionem perſonæ, ad quam dirigitur, l. ex militari, 11. & ibi gl. 2. & add. mar. de milita. teſtam.

ex Sermonibus præſumitur quis furioſus, vel non ſanæ mentis: talis enim præſumitur, cuius verba gerit, & talis, cuius & geſta ducit, l. quidam in ſuo, 27. & ibi gl. amoueri. de conditio. inſtit.

Sermo ſimpliciter prolatus intelligitur de primo actu, veluti, cùm nupta erit, intelligitur de primis nuptiis, l. boues, 89. §. hoc ſermone. de verb. ſigni.

Sermo idem quoties duas ſententias exprimit, ea potiſſimùm accipietur, quæ rei gerendæ aptior eſt, l. quoties idem, 169. de regulis iuris.

Sermo tuus debet eſſe eſt, eſt, quod amplius eſt, à malo eſt: id eſt à malitia hominum inuentum, gloſſ. verbā, in §. ſed neque. in auth. de mandatis princip. col. 2.

Reliqua verbo, Loquens, Ambigua.

SERPENTES portans, vt faciat timorem alicui, vt is ductus timore fugiat, & ſua dimittat, quæ ibi habebat, & alij interim furentur, extra ordinē puniri debet, l. fi. & ibi gl. pe. de extraordin. criminib.

SERVENTVR verbum inducit fideicommiſſum, l. filiam, de auro, & argento.

SERVIANA, & quaſi Seruiana hypothecaria vocatur, gloſ. cum Seruiana, in l. acceptam, 19. C. de vſuris.

Reliqua verbo. Actio, 196. 228.

SERVILIS conditio regulariter capax non eſt ad ſupplicandum principi, l. 1. C. de precib. imperatori off.

in Seruilem perſonam nulla cadit obligatio, l. in perſonam, 23. de regulis iuris.

SERVIRE non poteſt alicui ſuus fundus, l. vti frui. ſi vſusfructus petatur, gl. 1. in l. fi. C. de rebus alienis.

Seruire de pecunia, quàm de perſona durius eſt, l. hæ operæ, 23. §. fi. & ibi gl. fi. de operis libert.

Seruire nobis intelliguntur etiam hi, quos ægros curamus, qui cupientes nobis ſeruire, propter aduerſam valetudinem impediuntur, l. 4. §. Stichus heredi. de ſtatuliber.

Seruire non dicitur, qui eſt in fuga: ſecùs autem ſi valetudine, vel alia iuſta cauſa impediatur, l. ſeruus, qui, 24. §. fi. & ibi add. marg. eod.

Seruire triennio continuè dicitur quis, etiam ſi interpolatim, & cum intermiſſione ſeruiat l. Paulus, 38. §. fi. & ibi add. mar. de liberali cauſa.

Seruire, qui tenetur per annum, & ſi per tres, vel quatuor menſes non ſeruiat, tātundem temporis poſteà debet ſeruire, vt ſatisfaciat ſuæ obligationi, gl. 1. in l. 1. C. ſi mancipium ita ven.

Seruire per ſubſtitutum non poteſt quis, niſi ad hoc habeat priuilegium, vel ſit illuſtris, l. nullius, 60. C. de decurionib. lib. 10.

Seruire poteſt quis per ſubſtitutum: quod intellige, niſi ad officium requiratur induſtria perſonæ, l. 1. & ibi gloſſ. final. Cod. de præpoſitis agentium in reb. lib. 12.

Seruire volens, vel per ſubſtitutum, debet ſeruire per hominem eiuſdem conditionis, ibid.

SERVIENS locus alluuione creſcit, gl. 1. in l. ſi fundus, 16. de pignorib.

SERVITIA indebita quando extorquentur à dominis, præſumuntur per metum extorta, gl. pactiones, in Extrauag. de pace Conſtantiæ. §. vaſalli.

ad Seruitia annua quando quis tenetur, petuntur illa officio iudicis, allegando titulum efficacem, vt condēnetur is, vt preſtet in poſterum, ſiue promiſſa fuerint hæc ſeruitia, ſiue ex conſuetudine debeantur, ſiue ipſa præſtita longo tempore ex promiſſione petuntur, quæ promiſſio probabitur ex longo vſu, gl. fi. in fi. in §. præiudiciales. Inſt. de actio.

Seruitus in genere, num. 1. 2. 3. 4.
Seruitutum diuiſio, 5.
Quoad ſeruitutem perſonarum, num. 6. 7.
Quoad ſeruitutes perſonales, reales, & prædiales 8. 9.
Quoad ſeruitutes prædiorum vrbanorum, vel ruſticorum, 10. 11.
Quoad conſtitutionem, & impoſitionem ſeruitutum, 12. vſque 16.
Quoad acquiſitionem, & retentionem ſeruitutum, 17. vſque 20.
Quoad extinctionem, & amiſſionem, 21. vſque 24.
Quoad vſucapionem, & præſcriptionem, 25. 26.
Quoad vſumfructum, vſum, & eius conſtitutionem, 27.
Quoad ſeruitutem itineris, viæ, vel actus, & eorum conſtitutionem, num. 28. vſque 33.
Quoad ſeruitutem aquæ ducendæ, vel immittendæ, vel hauriendæ, num. 34. vſque 38.
Quoad ſeruitutem luminum, proſpectus, & altiùs tollendi, 39. 40. 41.
Quoad ſeruitutem ſtillicidij, tigni, & oneris ferendi, 42. 43.
Quoad ſeruitutem communem, & impoſitam in re communi, 44. 45.
Quoad ſeruitutem legatam, vel confuſam actione hereditatis, vel alio modo, & quoad tranſlationem, 46. 47.
Quoad actiones reales, & interdicta, & vſum, & quaſi poſſeſſionem ſeruitutum, numero 48. 49.

SERVITVS morti aſſimilatur, l. intercidit, 58. de conditio. & demonſ. gl. metu. 1 in l. iſti quidem, quod metus cauſ. l. ſeruitutem, 210. de reg. iuris, gl. 2. in l. quoniam, C. de teſtib. §. ſi verò. in auth de nuptiis. col. 4.

Seruitus ſeruitutis eſſe non poteſt, gl. ſi habitationis. in l. cùm antiquitas. 12. C. de vſufructu. gl. 1. in auth. idem eſt, C. de bonis, quæ liberis gl. præſtetur. in l. 1. §. 1. ſi vſusfructus petatur. & l. 1. de vſufructu legato.

Seruitutes appellantur iura, gloſſ. 1. in l. in concedendo, 8. de aqua pluuia arcend.

Seruituti nihil eſt tam contrarium, quàm libertas, l. rogo, 21. de fideicommiſſ. libert.

Seruitus per ſe intellecta ſine re, quæ ſeruit, nullius fructus eſt, gl. 1. in l. 1. de vſufructu leg.

Seruitus vt valeat vſque ad diem, ſi ego conueni, per conſequens videor facere, ne teneat poſt diem, gl. pacti. in l. 4. de ſeruitutib.

Seruitutis nulla traditio datur, ſed tantùm patientia habetur pro traditione

eo,qui se dominum dicit,vendicantur,pro dispositione iudicis apud sequestrũ deponuntur,d.l.1.§.super.

de Seruitute in libertatem proclamans si moriatur lite pendente, finitur causa, & potest possessor, qui se dominum defendit,experiri contra eum qui sibi vẽdidit,vel vt doceat seruum,non hominem liberum vendidisse, vel eo non docente quasi defuncta persona libera fuerit pronunciata, euictionem venditor soluat,l.fi.C.eod.

Reliqua verbo,Homo,2.Libertas,20. Seruus,104.105.

8 SERVITVTES personales sunt tres:scilicet vsus,vsusfructus,& habitatio: aliæ reales,seu prædiales dicuntur,† gl.quod personæ,in l.si quis,39.de vsufructu.

Seruitus personalis non est opera,seu ministerium seruorum:quia nõ perit morte legatarij. † ibid.

Seruitutes reales dicuntur:quia ad omnem successorem transeunt,licet aliquando obstet exceptio,vel quia inhærent rebus,l.1.& ibi gl.1.& add.marg.de seruitutibus.

Seruitus personalis est,nec ad heredes transmittitur,quando ego alicui concessi, vt ex fonte meo posset ille ducere aquam vbicumque vellet,l.pe. & ibi gl.pe. de seruit.rusti.

Seruitutes personales rectè possunt locari,veluti vsusfructus,gl.1.in l.locare,47 locati.

Seruitus personalis finitur cum persona, & ea finita potest de facile impetrari ab herede:& si ei non concedatur,fiet ei iniuria, l. 1. §.permittitur, de aqua pluuia arcen.

Seruitus,quæ est prædij,& prædio accedit, & prædio deberi dicitur, & sententia datur prædio, & non personæ, gloss. pen. in l. qui aliena. §. pen. de negot. gestis.

Seruitutes,quæ debentur hereditariis prædiis, non veniunt in petione hereditatis:sed seruitutes, quæ debentur à prædiis hereditariis, veniunt in interdicto quorum legatorum,si legatarius eas occupat propria authoritate;gl.didici, in l.& non tantum,19.§.fi.de petitione heredit.

Seruitutes prædiorum aliæ in solo, aliæ in superficie consistunt,l.3.de seruitutibus.

Seruitus non est superficies, quam habet superficiarius: sed est dominium vtile ipsius superficiei, quod est contrarium seruituti, cùm sua res nemini seruiat, gl.1.in l.3.eod.

in Seruitutibus realibus si non valet,quod ago,vt ago,valeat,vt valere potest, l.si tam,13. eod.

pro Seruitute prædiali domino nunciari non potest nouum opus, tum quia suo iure,& in suo facit,tum quia personali actione tenetur, qua non liberatur semel præstando patientiam;extraneo autem potest nunciare, † gl. fi. in l.inter seruitutes,14.de seruitut.vrban.

Seruitutes prædiales dicuntur; quia fundo, vltra quam ei opus sit,constitui non possunt.glos.computando,in l.1.de seruitut.rusticorum.

Seruitus prædialis dicitur pecoris ad aquam appulsus,si prædio debeatur, aliàs non,gl.pecoris. ibid.

Seruitutes prædiales constituuntur tantùm habenti vicinum prædium ; & sicut denotat ipsum prædij nomen, pro re immobili accipitur,gloss. computando. ibid.

Seruitutem pecoris pascendi, & ad aquam appellendi prædialis est : sed si quis eã nullum prædium habens concesserit,illa concessio non est seruitus personalis, nec realis:sed est quoddam ius personale,sicut si decem promisisset, & si cõtra eum agetur ex contractu,si patientia non præstatur,l.pecoris,4.& ibi gl,1. de seruit.rusticorum.

Seruitutes prædiales,quæ à re rei debentur,non dicuntur quasi possideri per personam:sed per rem,quæ animum non habet, etsi illæ habeant causam discontinuam,vt ad quarum vsum necessarium sit hominis factum, cùm ea possessio continuò interrumpatur , non sufficit ad præscribendum : sed requiritur tantum tempus, cuius contrarij memoria non extat, quæ tamen non dicuntur præscribi, sed ex quadam ficta concessione, quæ à iure interuenisse fingitur, acquiri. glos. non potest, in additione marg. in l. pen. §. non mutat. de vsucapio.

9 Seruitus realis dicitur illa,quam quis habet in alieno prædio,vt in fornace, quæ est ibi,fierent vasa,quibus fructus fundi dominantis exportarentur, aut dolia, aut tegulæ ad villam ædificandam fierent;sed si haberet illam fornacem, vt vasa vendere etiam posset,non est seruitus,nec vsusfructus : sed vtilitas quædã fruendi,& sic est ius quoddam personale,l.veluti,6.& ibi gl. 1. de seruitutibus prædiorum rusticorum.

Seruitus prædialis est ius calcis coquendæ,vel lapides eximendi,vel arenæ fodiẽdæ,vt lapides eximantur,vel calx coquatur ædificãdi eius gratia,quod in fundo est:si verò vt vendantur, vel aliò exportentur,vsusfructus est,d.l.veluti.& ibi gloss.item.

Seruitus prædialis est, ius eruendi pedamenta ex vicina sylua ad vineam colendam tantùm ; si verò ad vendendum, vel portandum, dicitur vsusfructus. ibidem.

Seruitutes prædiorum appellantur, quoniam sine prædiis constitui non possunt quantum ad præsentem existentiam, vt sint, promitti tamen possunt, vt sint debitæ per stipulationem,vel pactum,l.1.& ibi glos.non possunt.commu.prædiorum.& §.inter rusticorum.Inst.de seruitutib.rusticorum.

Seruitutes reales non possunt locari;quia seruitutes rerum sunt prædiorum iura, quæ prædium non habenti non possunt deberi: & quia ad prædiorum vtilitatẽ spectant,& ideò habens seruitutem realem alteri concedere non potest,l.locare,47.& ibi gl.1.& add.marg. locati.

Seruitutes prædiales non sunt in bonis nostris,neque extra bona: quia per se sine fundo dominante alienari non possunt, l. 1. & ibi gl.ex bonis,de vsufructu legato.

Seruitutes prædiales non sunt in bonis nostris,& videntur non esse, vel extinctæ esse:quia sicut manica,quæ accedit vesti, videtur non esse, quia effecta est alterius,ita & seruitus dicitur non esse in bonis, quia dicitur accessio alterius: accedit enim prædio.ibid.

Seruitutes reales licet sint debitæ fundo, & per consequens sententia detur fundo : tamen rectè proceditur fundus, in quo petitur declarari ius esse, vel non esse personæ,& sic quòd sibi debeatur seruitus realis,l.si priusquàm,15.de noui operis nunciatione.

Seruitus personalis potest ex tempore incipere,& in tempus finiri: sic potest pro vno tempore amitti,pro alio retineri,gl.pe.in l.fi.C.de seruitut.

Seruitus ipso iure prædio vicini est imposita per legem,ne ædificando iuxta areã, vbi fructus aridi triturantur,ventum impediat,d.l.fi.§.fi.

Seruitus licet in area non sit constituta:tamen speciali iure fauore fructuum à lege videtur imposita,ne vicino liceat ædificare iuxta aream,quòd ventum impediat,gl.fi.ibid.

SERVITVTES prædiorum rusticorum, vel vrbanorum etsi corporibus accedunt,incorporales tamen sunt,l.seruitutes,14.de seruitutibus.§.fi.Inst.de reb. corporal.

Seruitutes prædiorum rusticorum,vel vrbanorum sine eis esse non possunt,glos. 1.in d.l.seruitutes.

Seruitus denominatur à prædio, cui debetur, veluti area rusticum prædium est, gl.aream,in l.1.de seruitut.vrban.

Seruitutes vrbanæ, etiam interuenientibus mediis locis publicis, vel priuatis, possunt esse, nisi seruitutes tigni immittendi, quæ vrbanæ sunt:sed seruitutes rusticæ non possunt esse interuenientibus mediis locis,excepta seruitute haustus aquæ, l. non solùm, 8. & ibi gloss. possunt, & add. marg. de noui operis nunci.

Seruitus an sit rustica, vel vrbana inspicitur prædium, cui illa debetur, sit rusticum, vel vrbanum, gloss.ex continentibus, in l.1.§.apud Labeonem, de aqua pluuia.

Seruitus vrbana longè nobilior est rustica, & ideò difficilè perditur:præscribitur tamen talis libertas in vtraque seruitute decem annis inter præsentes, & 20, inter absentes,gl.non recipiat,in add.in §.prædiorum.Inst. de seruitutibus rusticorum.

Seruitutes prædiorum vrbanorum sunt hæ, vt vicini domus sustineat onera domus vicini,item vt in parietem eius liceat vicino tignum immittere,vt stillicidium,vel lumen recipiat quis in ædes suas,vel in aream,vel in cloacam , vel non recipiat,& ne quis altiùs tollat ædes suas,ne luminibus vicini officiat,l. 1. de seruit.vrba.d. §.prædiorum.

Seruitutes vrbanæ dicuntur etiam illæ,quæ ruri,& in villa sunt,dummodò ædificiis cohæreant.§.prædiorum.

Seruitus altiùs tollendi,& offendi,& officiendi luminibus dicitur seruitus : quia fortè interest mea,quòd altiùs tollatur propter ventum,vel propter aspectum transeuntium,l.1.de seruit.vrban.

Seruitutem si mihi debeat domus tua, possum tuam conditionem meliorem facere : sed deteriorem non possum, nisi nominatim in seruitute imponenda sit dictum,l.seruitutes,19.§.stillicidium,eod.

Seruitus,quæ debetur à domo,quæ est in medio,non impedit dominum inferioris domus ædificare supra communem parietem,qui est inter domum inferiorem,& mediam,l.hoc,quod dictum est,24.§.fi.eod.

pro Seruitute vrbana datur noui operis nunciatio:sed non pro rustica, gl. lapilli: in l.etsi fortè.§.sciendum, si seruitus vindicetur.

Seruitutis iure non potest dominus inferioris domus in superiorem immittere fumum, neque dominus inferioris partis in inferiorem potest immittere aquam,nisi ita fuerit constituta seruitus,l.sicuti.§ Aristo. eod.

Seruitutem rusticam,vel vrbanam debens,si in loco seruiente ædificat, potest ille,cui debetur seruitus,prohibere eum,ne ædificet, & ædificatum vt destruat, si probet dictam seruitutem,agendo confessoria,l.si eo loco.eod.

Seruitutes vrbanorum prædiorum,neque in bonis,neque extra bona computantur,gl.fi.in l.si is,qui,11.§.fi.de pignor.

Seruitus etiam vrbana,quæ non est deformatio ciuitatis,potest obligari,veluti obligo tibi seruitutem altiùs non tollendi,donec pecunia soluatur , valet : sed seruitus,qua ciuitas deformatur,non potest obligari,gl.de qua re,& ibi add.in §.item Seruiana.Inst. de actio.

Seruitutes rusticorum prædiorum sunt hæ,iter,actus,via,aquæductus,& istæ nominatæ dicuntur,l.1.& ibi gl.computanda, de seruitut.rusti. in princ. Inst. de seruit. rusti.

in Seruitutib.rusticorum prædiorum connumerantur aquę haustus,pecoris ad aquam appulsus, ius pascendi,calcis coquendæ,arenæ fodiendæ, & istæ innominatæ dicuntur,d.l.1.& §.inter,Insti.de seruit.rusticorum.

Seruitutes prædiorum rusticorum dicuntur, licere habere protectum , vel cloacam per vicini domum,vel pretorium,vel licere altiùs tollere,& officere pretorio vicini,l.2. eod.

Seruitus rustica quandoque debetur per prędium vrbanum,gl.imponi,in l.in tradendis.§.si communia prædiorum.

Seruitutes rusticæ possunt obligari,licet vrbanæ non, gl. ex bonis,in l. 1. de vsufructu legato.

Reliqua verbo,Domus,13.Fenestra,Habitatio,Prædium,7.

SERVITVTES quædam constituuntur per traditionem; quædam per patientiam , & illa patientia in constituenda seruitute habetur pro traditione , l. si ego;13.§.1.& ibi gl.per patientiam,de publiciana. 1

Seruitus si sub conditione constituta fuerit,si post conditionem extinctiuam petatur,petens repellitur exceptione,† l.4.& ibi gloss.contra placita,de seruitutibus.

Seruitutibus tempore constitutionis potest adiici modus, veluti quo genere vehiculi agatur, vel quòd equo duntaxat, aut certum pondus vehatur, dict. l. 4 §. 1.

Seruitus ad tempus,vel ex tempore constitui non potest:rectè tamen potest constitui,vt quis vadat certis diebus,vel certis horis: & sic adiiciendo tempus per viam modi,quo vti debeat.d.l.4 §.fi.& ibi gl. fi.

Seruitus ad certam partem fundi pro diuiso:scilicet vt seruiat ei,potest constitui, vel etiam remitti,l.ad certam,& ibi gl. 1.eod.

Seruitus imponi non potest,vt liceat mihi in fundo tuo spatiari,vel cænare , aut pomum decerpere ; contrahitur tamen ad id obligatio quædam personalis, vt impleatur , quod in conuentionem deductum est, l. vt pomum , 7. & ibi gloss

Seruitus hominis non acquiritur, eò quòd diuturno tempore seruierit, gl. longo, in l. cùm de in rem verso, 6. de vsuris.

Seruitutem querere non potest ille, qui fundum non habet, glo. vit, in l. si mulier, 69. §... de iure dotium.

Seruitus pro parte acquiri non potest, l. Plautius, 49. §. fin. de iure dotium.

Seruitutibus vti dicimur etiam per seruos, colonos, amicos, & etiam hospites, & ferè per eos omnes, qui nobis retinent seruitutem, & ideò nobis acquiritur interdictũ de itinere, actúque: quod fallit in fructuario, per quem licèt seruitus retineatur nobis: non tamen acquiritur nobis, & ideò per vsum ipsius fructuarij nobis non competit interdictum illud: quia ipse vtitur sibi, & ad suum commodum, l. 3. §. vti videmur, & ibi gl. fructuarium, de itinere, actúque.

19 Seruitus licèt nobis retineatur per colonum ad non modicum tempus: non tamen acquiritur nobis per vsum ipsius coloni, & ideò nec competit nobis interdictum de itinere, actúque, si prohibeamur vti eo itinere, quo colonus vsus fuit: secùs tamen esset, si colonus esset ad modicum tempus, ibi.

Seruitus licèt retineatur nobis per eum, qui putat suum fundum esse, cùm esset noster: non tamen acquiritur nobis seruitus per eum, nec competit nobis per vsum illius interdictum de itinere, actúque: sed sibi competit, d. gloss. per fructuarium, ibidem.

Seruitus quælibet vt quæratur tempore, hæc duo debent interuenire: scilicet quòd iure seruitutis, & bona fide vtatur: nec habet necesse probare sibi deberi seruitutem, gl. iure, in d. l. 1. §. hæc interdicta.

In Seruitutis proprietate quærenda tempore exigitur bona fides: maximè de iure canonico, cùm nulla præscriptio etiam 30. vel 40. annorum currat cum mala fide, † d. gloss. iure, & ibi add. marg.

Seruitus in communi fundo plurium non potest acquiri vnius facto, quin necesse est, quòd omnes interueniant, & econtrà in fundo seruiente vnus sine altero non constituit seruitutem, l. pe. §. fi & ibi add. marg. de verb. oblig.

20 Seruitutem prædij vrbani, vel rustici acquirere nemo potest, nisi qui habet prædium: nec quisquam potest debere, nisi & qui prædium habet, §. inter rusticorum, Institu de seruitut. rusticorum.

Seruitus pro parte retineri potest, l. si quis ædes, 29. de seruitut. vrban.

Seruitus tota retinetur per vsum partis seruitutis: tota autem amittitur, si nulla parte vsus sit, quis per tantum tempus, quando seruitus amittitur, l. vna est, 18. de seruit. rust.

Seruitutes per partes retineri possunt: veluti si ego prædium meum tibi, & tu mihi prædium tuum communicaueris, retinentur seruitutes, quæ inuicem debebantur, siue communicatio eodem tempore, siue diuersis sit facta, gl. placet, in l. vnus ex sociis, 34. eod.

Seruitus pro ea parte, pro qua remanet dominus prædij, cui seruitur, retineri potest. †. ibid.

Seruitus tota retinetur per vsum partis, l. si eo loco, §. fi. si seruitus vendicetur, l. si stillicidij, §. fi & ibi gl. fi. quemadmodum seruitutes.

Seruitutem viæ retinet ille, qui via latiore, vel augustiore vsus est: sicut qui aqua, ex qua ius vtendi habet: alia cum ea, quę seruit, vsus est, d. l. si eo loco, §. fi.

Seruitus tota retinetur per vsum partis quoad commoditatem, l. 2. quemadmodum seruitutes.

Seruitus retinetur & per socium, & per fructuarium, & per bonæ fidei possessorem, si ipsi retineant nomine fundi, l. seruitus, 5. eodem.

Seruitus retinetur etiã per malę fidei possessorem, gl. fi. ibi, & l. licèt malę fidei, eo.

Seruitus tota in indiuiduis aut retinetur, aut tota amittitur, l. si communem, & ibi gl. 1. eod.

Seruitutem retinet ille, qui plus debito vtitur, l. si is, cui, eodem.

Seruitus retinetur per bonæ, vel malæ fidei possessorem, & etiam per aquam naturalem retinetur seruitus aquæductus, l. qui fundum, eod.

Seruitus vsu retinetur, si ipse, cui debetur seruitus, vel qui in possessione eius nomine est, vt mercenarius, aut hospes, aut amicus eius, aut medicus, qui ad visitandum eum venit, aut colonus, aut fructuarius vtitur illa, l. vsu retinetur, eod.

Seruitutem vsu retinet fructuarius, licèt nomine suo vtatur illa, d. l. vsu retinetur, cùm l. seq.

Seruitutem vsu retinet quicumque quasi debita seruitute vsus est, siue eundo ad fundum, siue exeundo, l. denique. eod.

Seruitus vna non retinetur per vsum alterius, quando duabus concessionibus ambæ constituuntur: sed si vnica concessione constituantur ambæ seruitutes, putà aquæ diurnæ, & aquæ nocturnæ, tunc cùm dicantur vnica seruitus, per vsum seruitutis aquæ diurnæ retinetur etiam seruitus aquæ nocturnæ, l. si priùs, 17. & ibi gl. plures, de aqua pluuia.

21 SERVITVS extinguitur, si ille, cui debetur seruitus, emit fundum seruientem: secùs si emit vsumfructum, gl. 1. in l. 4. de vsufructu.

Seruitutes plures dicuntur esse, quando seruitutes aquæ diurnæ, & aquæ nocturnæ, diuersis temporibus sunt constitutæ: & vna amissa, altera non admittitur, gl. 2. in l. 4. de seruitutibus.

Seruitus realis confusa aditione extinguitur: sed debet per legatarium restaurari, l. Papinianus, 18. de seruitutib.

Seruitus personalis, vt vsusfructus, confusa aditione irreuocabiliter extinguitur, gloss. 1. ibid.

Seruitutes tam vrbanæ, quàm rusticæ certo tempore non vtendo amittuntur, l. hæc autem iura, de seruit. vrb.

in Seruitutis vrbanæ amissione duo requiruntur: scilicet quòd non vtatur quis, & quòd possidens vtatur libertate: veluti si ædes tuæ ædibus meis seruiunt, ne altiùs tollantur, ne luminibus ædium mearum officiatur, & ego fenestras pręfixas habuero per statutum tempus, ita demum ius meum amitto, si tu per hoc tempus ædes tuas altiùs sublatas habueris: alioquin si nihil noui feceris, ratineo seruitutem, ibi.

22 Seruitutes tigni immissi si debeant ædes tuæ, & ego exemero tignum, ita demum amitto ius meum, si foramen, vnde exemptum est tignum, obturaueris, & per constitutum tempus ita habueris: alioquin si nihil noui feceris, integrum ius meum permanet. ibidem.

in Seruitutis rusticæ amissione solùm requiritur, quòd quis non vtatur. ibidem.

Seruitutes vrbanæ nobiles sunt rusticis, & ideò vrbanæ difficiliùs perduntur, gl. tuas, & ibi add. marg. ibid.

Seruitus prædialis ad hoc vt sit, requiritur, quòd habeat continuam causam, hoc est quòd res, quæ debet seruitutem, continuò sit, nec extinguitur tempore, & ideò quoad hoc seruitus itineris dicitur habere continuam causam: id est quæ debetur rei, & à re, quæ continuò est, si certum habeat & continuum vsum: sed quando res non est continua, vt lacus, & stagnum, qui quandoque exsiccantur, non potest seruitus constitui ex lacu, vel stagno, gl. perpetuo, in l. foramen, 27. de seru. vrban.

Seruitus confusione extinguitur, si prædium seruiens incipiat pertinere in solidum ad dominum prædij dominantis: secùs si pro parte, l. si quis ædes, 29. de seruit. vrban.

Seruitus prædialis non extinguitur ex eo, quòd quis acquisierit vsumfructum prædij dominantis, & seruientis. ibi.

Seruitus, quæ à tertio fundo debetur, non extinguitur, licet fundum medium redimam, vel alio modo acquisierim, l. si mihi, 10. §. si fundo, de seruit. rust.

Seruitus durat, neque extinguitur, etiam si fundus seruiens, aut fundus dominans publicetur, l. via, 22. §. si fundus, eod.

Seruitus extinguitur, si à sociis fundi dominantis ematur communiter fundus seruiens: quia par vtriusque domini ius esse incipit in vtroque fundo, l. si communi, 27, eod.

Seruitutem si debeat idem prædium fundo proprio meo, & fundo proprio tuo, manet seruitus, neque extinguitur ex eo, quòd prædium seruiens in commune redemerimus, d. l. si communi, & ibi gl. fi.

Seruitutem si debeat fundus alienus fundo meo, & ego communicaui tibi fundum meum, si posteà in commune ego, & tu redemerimus fundum alienum seruientem, extinguitur, seruitus d gl. fi.

Seruitutem si debeat fundus alienus meo proprio fundo, ex eo quòd ego, & tu illum fundum seruientem in commune redemerimus, non extinguitur seruitus, d. gl fi.

Seruitutem si debeat fundus tuus fundo meo, etiam si meum tibi communicauero, non extinguitur. ibi.

Seruitutem si debeat fundus alienus fundo meo, non extinguitur seruitus ex eo, quòd tu, & ego priùs emerimus in commune fundum seruientem, & posteà communicauerim meum dominantem, d. gl. fi. in add.

Seruitutem si debeat fundus Titij fundo Mæuij, non extinguitur seruitus ex eo, 23 quòd ego, & tu emerimus in commune fundum tantum dominantem, aut tãtum seruitutem: sed si dominantem, & seruientem simul, vel diuersis temporibus emerimus, extinguitur seruitus, gl. fi. ibi.

Seruitutem nunquam extinguit communicatio vtriusque fundi seruientis, & dominantis, aut vnius tantum: vnius tamen communicatio, & alterius redemptio, vel vtriusque redemptio rectè extinguit. ibidem.

Seruitus non extinguitur redemptione partium etiam pro indiuiso, nisi omnes redimantur, l. tria prædia, 31. eod.

Seruitutes prædiorum vrbanorum, vel rusticorum non extinguuntur morte, vel capitis diminutione domini prædij dominantis, vel seruientis, l. 3. quemadmod. seruit. am.

Seruitus acquisitione fundi seruientis toties confunditur, quoties is, ad quem pertinet seruitus, vti ea non potest, l. si cùm seruitus. eodem.

Seruitus si mihi debeatur per tres fundos dominorum: eò quòd acquisierim vnum fundum ex illis tribus, non extinquitur seruitus mihi debita ex reliquis duobus fundis, d. l. si cum seruitus.

Seruitus realis, veluti stillicidij, vel similis non extinguitur destructo ædificio, cui debebatur, si posteà restituatur: quia idem ædificium esse intelligitur, l. seruitutes, 19. §. si sublatum, de seruitut. vrbana.

Seruitus personalis: veluti vsufructus domus, sublata domo, ac destructa periit, quamuis area sit pars domus, ibid.

Seruitutes rusticæ, vt vsus, & vsusfructus, amittuntur præscriptione longi temporis x. vel xx. ann. non tamen acquiruntur eodem tempore, vt aliæ res, nisi habeant causam perpetuam, vel quasi: aliàs tanto tempore præscribuntur, cuius memoria non extat, gl. fi. in l. fi. C. de præscriptione longi tempor.

Seruitutem amittit ille, qui non vtitur iusto impedimento congruo tempore: sed restituitur ei ex clausula generali. vnus, §. fi. cum l. & Attilicinius, de seruitut. rusticorum.

Seruitus itineris ad sepulchrum non vtendo nunquam amittitur: sed bene per pactum, l. 4. & ibi gloss. 1. quemadmodum seruitutes.

Seruitus rustica ex ipsa constitutione seruitutis quoad vsum, & commoditatem habens causam discontinuam, vel interuallum annorum, vel mensium, amittitur per non vsum duplicato tempore constituto: id est 20. annis. tam præsentibus, quàm absentibus. & sic duplicatio fit tantum decennij pertinentis ad præsentes: non autem fit duplicatio vicennij pertinentis ad absentes. † l. si sic constituta, & ibi gl. 2. eod. & gl, 2. in l sicut, 13. & l, fi. & ibi gl. fi. C. de serui. utibus.

Seruitus rustica ex ipsa constitutione quoad vsum, & commoditatem habens 24 causam discontinuam, vel interuallum dierum, & horarum, aut alia interualla parua, & modica, per non vsum amittitur constituto à legibus tempore, neque duplicatur illud, d. l. si sic. & ibi glo. pen.

Seruitus vrbana ex ipsa constitutione habens causam discontinuam, vel interuallum annorum, vel mensium, vel etiam dierum, vel horarum, per non vsum sola negligentia non admittitur quouis tempore, nisi interueniat contrarium factum præscribentis libertatem, secùs est in rusticis, d. gl. pe. in fi.

Seruitus personalis, vt vsusfructus alternis vel mensibus, aut diebus constituta, per non vsum non admittitur: quia talis seruitus vsusfructus est diuidua: & ex tempore, & ad tempus constitui potest: & sic sunt plures seruitutes: sed secus est in seruitute reali: quia vna tantum est, & indiuisibilis, licèt alternis annis constitui queat: & ita vnica præscriptione per non vsum admittitur, d. gl. pe.

Seruitus rustica, vt admittatur per non vsum, non requiritur scientia, vel ignorantia domini prædij dominantis: quia eam amittit per non vsum, etiam si nõ possit ei imputari negligentia, licèt de æquitate fortè per restitutionem ei subueniatur, ibid.

Seruitus rustica ex ipsa constitutione habens interualla septimanarum, per non vsum admittitur duplicato constituto tempore, sicut est in habentibus inter

tantùm

tantùm ex sociis,l nam satis,§.si ego.& ibi gl.amiseris,& gloss.respondi, quemadmod.seruitutes.

Seruitus viæ si debeatur ab vno pluribus, si illi diuiserint inter se prædium dominans, tunc vna seruitus ab initio diuiditur in duas, ac si ab initio duobus fundis debita sit,& quisque dominorum sibi vsurpat seruitutem, & sibi non vtendo deperdit,nec retinet per alium socium.ibi.

Seruitus viæ si debeatur à pluribus vni per certum locum, & illi prædium seruiens,& viam per longitudinem diuiserint, ita quod tantum spacij in cuiuslibet prædio,sit quod sufficiat ad viam, duæ seruitutes dicuntur, & perinde est, ac si in duobus fundis ab initio essent constitutæ, & tunc potest tempore vna amitti, & altera retineri:si verò diuiserint per longitudinem ita, quòd non sit tantum spacij in cuiuslibet prædio, quod sufficiat ad viam, vna seruitus est,& tota amittitur,vel tota retinetur.ibi.

31 Seruitus viæ si debeatur à pluribus vni per certum locum, & illi prædium seruiens, & viam per latitudinem diuiserint,vna seruitus est: quia vbi per latitudinem diuisa est in certa parte,quæ proxima est fundo, cui seruitus, debetur, non potest esse seruitus, nisi etiam in sequenti esset:quando verò per longitudinem viam diuiserunt ita, quòd tantum spacij sit in cuiuslibet prædio, quod sufficiat ad viam,duæ dicuntur seruitutes:quia nullum prædium medium impedit seruitutem, & ideò in vna parte potest consistere seruitus, etiamsi non consistat in altera,d.§.si ego.& ibi gl.respondi.

Seruitus viæ si debeatur à pluribus vni, ita vt liceret ei habere, & etiam mutare viam per quamlibet partem fundi, non facta diuisione, eundo per vnam partem, retinet seruitutem in omnibus aliis partibus fundi:facta autem diuisione duas seruitutes habere dicitur in duobus fundis, & tunc vnam tempore potest amittere,& alteram vsurpare,d.§.si ego,& ibi gl respondi,& §.cæterum,eod.

Seruitus viæ simpliciter si sit constituta,tunc is, cui debetur, non potest mutare: secùs si sit dictum,vt per quamlibet partem liceret ire, gl.atqui.in d.§.cæterũ.

Seruitus itineris,vel aquæ ducendæ ex ipsa constitutione,tantùm æstate, vel vno mense, vel alternis diebus constituta, per non vsum amittitur duplicato tempore constituto,scilicet decennij tantum pertinentis ad præsentes: neque duplicatur vicennium pertinens ad absentes,l.si sic constituta,& ibi glo.2.quemadmod seruitut.

Seruitus itineris,vel aquæ ducendæ ex ipsa constitutione,vt alternis diebus, aut horis, aut modico interuallo deberetur, si sit constituta, amittitur per vsum constituto tempore,neque fit duplicatio,d.l.si sic,& ibi gl.pen.

Seruitutem totam itineris retinet ille, qui parte itineris vtitur, siue solùs ipse sit dominus itineris,siue sint plures pro indiuiso,l.si stillicidij, §.fi.& ibi gl.fi.eo.

Seruitutem viæ,vel actus per agrum tuum si ego habeo, vt certo genere vehiculi vterer,si alio genere vehiculi ampliori vterer,retineo seruitutẽ,l.si is, cui,eo.

Seruitutem habens non amittit eam, si latiori itinere vsus sit, aut plura iumenta egerit quàm licuit,aut aquam immiscuerit aliam.ibidem.

32 Seruitus restituitur, si locus,per quem via, iter, vel actus debebatur, alluuione occupatus sit intra tempus,quod ad amittendam seruitutem sufficit,alluuione facta restitutus sit: sed si post tempus legitimum restitutus sit,cogi debet ille, cui accreuit,renouare illam seruitutem,l.si locus,eod.

Seruitus viæ si legata sit alicui, legatarius etiam ignorans sibi legatam, si adita hereditate per constitutum tempus ad amittendam non fuerit vsus seruitute, illam amittit:sed restituitur in integrum,l.si partem,§.fi.& ibi gl.pe.eod.

Seruitus itineris non inducitur per exceptionem itineris factam in contractu venditionis fundi,nisi expressè tempore traditionis dicatur,l.sed etsi, 22.§.1. de condi.indeb.

Seruitutem itineris constituens mihi per alienum fundum, personaliter obligatur euictionis nomine,l.si fundum,46.§.si per alienum,de euictio.

Seruitutem itineris si quis constituat per alienum fundum, non dicitur ob id seruitus constituta,quæ sine prædiis esse non potest: sed tantum personalis obligatio contrahitur,gloss.contrahi,ibidem.

Seruitus viæ licèt pro parte ab initio constitui non possit: tamen per partes retinetur,gl.fi in l.2.de seruit.legat.

Seruitutis viæ stipulatio facta ab vno ad fundum suum non vitiatur, eò quòd duo heredes extiterint stipulanti viam,d.l.2.& ibi gl.fi.

Seruitutis viæ legatæ dies cedit ab adita hereditate,l.fin.& ibi glos.fin.eodem.

Seruitus viæ non recipit partem, & ideò à pluribus heredibus legata via singuli heredes tenentur in solidum, & vno solo ex heredibus adeunte potest ab eo adiudicari illa,d.l.fin.

Seruitutem viæ habens non potest nunciare nouum opus ei, qui in via ædificat: poterit tamen confessoriam intentare,l.qui viam,13.de noui oper.nunc.

Seruitus viæ intelligitur ius incorporale,& ideò non possidetur, l.4.§.si viam,& ibi gl.amittam.de vsucap.

33 Seruitute viæ non vtens per longum tempus perdit eam,licèt per dominum fundi seruientis fuerit vi expulsus, & ille præscribit libertatem: ex æquitate tamen expulsus in integrum restituitur per interdictum vnde vi.ibi.

Seruitus itineris,vel actus cùm non habeat perpetuam causam, vel quasi, longo tempore non acquiritur:sed longissimo tempore, cuius memoria non existit, gl.longè,in l.apparet.§.fi.de itinere,actúque priu.

Seruitutem itineris habens ad suum fundum, postquàm semel est ingressus ad suum fundum,potest inde egredi,quà velit,l.1.§.illud Labeo,& ibi glos.eiusdem,de aqua quotid.

Seruitus itineris diuersa est à seruitute actus,& ideò succumbens in prima, non repellitur à petitione secundæ,l.si mater,§.si quis iter,& ibi gloss.aliud,de excep.rei iud.

Seruitutem itineris in fundo meo si tibi concessi,per quamlibet partem ire poteris de iuris rigore: de æquitate tamen constituendus est locus per eam partem,per quam minus noceat fundo meo,l.si cui simplici,9.de seruitutib.

Seruitutem etiam itineris constitui impedit sacri,& religiosi loci interuentus, l. seruitutes,14.§.fi eod.

Seruitutem itineris,actus,vel altiùs non tollendi constitui impedit prædium dominans,si via publica,vel solum publicum in medio sit: secùs si solum priuatum est in medio,l.fin.& ibi gloss 2.codem.

Seruitus itionis,vel itineris non est continua:quia quot sunt itiones,tot sunt facta,& tot præscriptiones debent esse,gl.2.in l.2.C.de seruitutib.

Reliqua verbo, Actus, 5.facultas, Ire, Iter, Interdictum, 33. Legatum, 4.6.

SERVITVS aquæ ducendæ diuiditur inter emptorem, & venditorem ad mensuram prædij dominantis, quando dimidia pars prædij, cui seruitus aquæ ducendæ debebatur,est vendita,l.si partem,25.de seruit.rustic. 3

Seruitus aquæductus est indiuidua:vsus verò,siue commoditas aquæ est diuidua, d.l.si partem,& ibi glos.fi.

Seruitus aquæ immittendæ intelligitur de ea, quæ in feudo colligitur, l. is, qui duo,29.eod.

Seruitutem aquæductus habens non potest concedere haustum aquæ ex riuo,nisi hoc pepigerit cum domino fundi seruientis, l.cùm essent, 33.§.per plurium. eodem.

Seruitutem aquæductus amittit quis,si fons,ex quo aquæductum habeat,exaruerit, & is fons post statutum tempus ad amittendam seruitutem, ad suas venas redierit:restituitur tamen ille ex clausula generali,l.vnus,§.fin.& l. & Attilicinius,eod.

Seruitutem aquæducendæ si constitui fundo, quem tibi vendidi, per alium fundum retentum,si tu illum fundum emptum deinde vendideris,seruitus imposita à me,sequitur secundum emptorem,l.cùm fundus,36.& ibi gl.fi.eod.

Seruitus propriè non est ius hauriendi, vel ducendi aquam ex flumine publico: sed in hoc iure quis defenditur actione, & exceptione tanquam in seruitute contra concedentem, non contra alios, l. 2. & ibi gloss. 1. communia prædiorum.

Seruitus propriè non est ius hauriendi, vel ducendi aquam ex flumine, vel castello publico,priuato,vt quia non erat perennis:dicitur tamen seruitus ex æquitate,& tuitione prætoris,d.l.2.& ibi gloss.2.

Seruitutem aquæ ducendæ debens non potest secundùm riuum, nec supra eum, locum religiosum facere,l.refectionis,12.eod.

Seruitute aquæ ducendæ alicui concessa potest ille riuum in altum alleuare, vel deprimere per quem aquam ducat,nisi contra probetur, † d.l. refectionis, & ibi gl.duci.

Seruitute aquam riuo ducendi concessa tacitè videtur concedi, vt ei liceat riuum reficere,vt adire ipse,& fabri sui, quamproximè possint ad reficiendum eum,& vt spacium relinquat ei dominus fũdi,quo dextra, & sinistra ad riuum eat,& quo terram,linum,lapidem,arenam,& calcem iacere possit, dict.l.refectionis,in fine.

Seruitutem aquæ ducendæ per agrum si quis nactus sit longa quasi possessione, non tenetur docere de titulo:sed sufficit, quòd ostendat per decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes non vi, non clam, non precariò à se vsum fuisse,l.si quis diuturno,10.si seruitus vendicetur. 3

Seruitus aquæductus vt statim valeat,vt si seruitus, constitui non potest, si aqua nondum apparet:sed in futurum, vt valeat,potest constitui, l.pen.& vlt.& ibi glo.fi.eod.

Seruitutem aquæductus si ego acquisiui totali fundo meo, quamuis ad vltima loca fundi nõ fluxerit aqua nihilominùs retinetur ius aquę ducẽdę ad illa loca vltima quoad seruitutem,vel quoad cõfessoriam, sed non quoad possessorium iudicium, quod pro seruitute datur,l.si in partem, & ibi gloss. final.quemadmod.seruitutes.

Seruitutem aquam nocturnam ducendi habens,si in die,& non in nocte per constitutum tempus ad amissionem vsus fuerit, amisit seruitutem nocturnam: quia vsus non est,l.si communem,§.fin.eodem.

Seruitutem ducendi aquam certis horis habens, si aliis horis vsus sit, nec vlla parte illarum horarum vsus est, amittit seruitutem, nisi aliqua parte illarum horarum vtatur:quia tunc retinet,d.§.fin.& ibi gl.fin.

Seruitus aquæ ducendæ retinetur si aqua per riuum sua sponte profluxit, l. qui fundum,eod.

Seruitutem aquæductus per eundem riuum si plures habeant, ita vt suo quisque die à capite duceret:si vnus statuto tempore, quo seruitis amittitur,aquam nõ duxerit.amittit ille ius aquæ ducendæ,nec per cæteros,qui duxerunt,illud ius retinet nec accrescit reliquis:sed tantum domino prædij seruientis, l.aquam, quæ.eodem.

Seruitus aquæductus si debeatur pluribus fundis, plures seruitutes sunt:sed si debeatur fundo plurium,vna seruitus est,& per vnum eorum omnibus his, inter quos ille fundus communis est.retineri potest.ibid.

Seruitus aquæductus amittitur,si alia aqua, quàm in constitutione seruitutis actum est,vsus sit,l.si quis alia.eod.

Seruitus aquæ,& viæ neque ex tempore,neque ad tempus, neque sub conditione possunt constitui.gl.2.in l.cum vsusfructus,13.de vsufructu legato. 3

Seruitis aquæ,& viæ alternis annis legata,dicitur vnum legatum,& vnà seruitus, licèt habeat sui natura intermissionem: id est interualla, vt via, vel ex pacto, vel voluntate hominum de æquitate,l.cùm vsusfructus,& ibi gl.2.eod.

Seruitus aquæ ducendæ ex prædio in diem adiecto vt constituatur in omnem euentum,requiritur voluntas emptoris, & venditoris, si constituatur, antequàm offeratur melior conditio: sed post non requiritur voluntas emptoris, cùm dominus esse desierit,l.in diem adiectio.& ibi gl.2.de aqua pluuia.

in Seruitute aquæ ducendæ concedenda alicui, requiritur non solùm voluntas eius,qui habet eam seruitutem:sed etiam voluntas domini locorum, ex quib. conceditur ea,etiam si dominus non possit vti ea aqua:quia habet alius vsumfructum,d.l.in diem,§.final,

Seruitutem ducendi aquam habens non potest aquæductum ordinare, & facere lapidibus,nisi in constitutione sit dictum:quia domini vsus plus incommodatur:item quia sic non se habet consuetudo,l.si priùs,17.§.1.& ibi glo.per lapidem,eod.

Seruitus aquæ hauriendæ,& deportandæ super collum,vel asinum,etiam via publica media,vel alio loco publico interueniente,potest constitui à priuato:sed non vt eam portet per aquæductum per locum publicum intermedium,d.l.si priùs,§.penul.& ibi gl.haustus.

Seruitus haustus aquæ non potest constitui,loco sacro, vel religioso, vel sancto interueniente,d.gl.haustus,& d.l.si priùs,§.fina.

Seruitutem haustus aquæ fundo alicuius intermedio existente potest quis ex suo 3

nus eius fuit prohibitus ab eo ædificare: alioquin clam possidere videretur, quod esse non debet,gl.1.in l.1.C.de seruitutib.

Reliqua verbo,Domus,13.

42 SERVITVS stillicidij si imposita sit,non licet domino seruientis areæ ibi ædificare,vbi stillicidium cadere cœpit,ita vt non reciperetur stillicidium, l.seruitutes,19.§.si sublatum,de seruit.vrban.

in Seruitutibus vrbanis stillicidij, vel tigni immittendi immissione facta dicitur quis habere continuam possessionem,d.l.seruitutes,in principio.

Seruitus stillicidij semper habet quasi perpetuam causam propter aptitudinem, gl.perpetuò,in l.foramen,27.de seruitut.vrbanorum.

Seruitus stillicidij præscribitur tempore, si perpetuò stillicidium paratum est ad naturaliter suscipiendam aquam:secus si vt manu per canales mittatur aqua, l.foramen,27.& ibi gl.pe.& vlt.de seruit.vrbana.

Seruitus non auertendi stillicidij dicitur seruitus, veluti si ex tecto tuo repleri debet cisterna mea,& modò vis auertere:quod non potes, cùm debeas seruitutem stillicidij non auertendi,gl.1.in l.1.eod.

Seruitutem stillicidij immittendi in ædes tuas ex causa emptionis te sciente si habeam,propter dictam seruitutem habeo actionem,& exceptionem,l.si à te, 16.si seruit.vindi.

Seruitus oneris ferendi super parietem si sit imposita, idem paries, vel alius,in eius locum subrogatus perpetuò debet seruitutem, siue simpliciter fuerit imposita seruitus,siue vti nunc est,vt ita sit,l.cum debere,32.de seruitut.vrba.

Seruitus oneris ferendi super columna vel pariete si sit imposita, non solum de præsenti columna velpariete intelligitur,sed etiam de futura columna,vel pariete,si verò fuerit imposita seruitus luminum, intelligitur de præsenti lumine,quia lumen non recipit corruptionem,d.l.cùm debere,& ibi gl parietem.

in Seruitute oneris ferendi hoc est speciale, quòd ista, cuius prædium seruit, teneatur ædificare,d.gl.parietem.

pro Seruitute oneris ferendi competit nobis actio,vt debens & onera ferat, & vt ædificia reficiat ad eum modum,qui in constitutione comprehensus est, l.etsi fortè,§.etiam,& ibi gl.sed ne, & gl.proposita,si seruitus vindicetur.

Seruitus oneris ferendi realis est, & non personalis, & dominus potest rem,quæ debet seruitutem derelinquere,d.l.& si fortè,§.etiam,si seruitus vindicetur.

43 Seruitus oneris ferendi si debeatur domui plurium dominorum, singuli in solidum possunt agere pro illa seruitute,d.l.etsi fortè.§.si ædes.

Seruitutem oneris ferendi qui debet,potest parietem meliorem, quàm in seruitute impositum erat,facere:si tamen faciat deteriorem,per confessoriam, aut per noui operis nuntiationem conueniri potest,d.l.etsi fortè,§.si.

Seruitutem oneris ferendi debens cogitur officio iudicis parietem idoneum restituere.aut vitium parietis emendare,& cauere in futurum se, suósque heredes non impedire,quominùs seruitute vtatur:qui si non restituerit,neque cautionem præstiterit, condemnatur in eo, quod actor in litem iurauerit, l.harum,si seruitus vindicetur.

Seruitutem oneris ferendi debens debet præstare semel cautionem,scilicet de reficiendo,& de non prohibendo à se, vel suis heredibus, licet à principio non venerit dies reficiendi,d.l.harum,& ibi gl.tollere.

Seruitutem oneris ferendi debens absoluitur ab obseruatione iudicij, si ante sententiam diffinitiuam cauerit,gl.absoluatur.ibid.

Seruitutem oneris ferendi debens,si præstiterit rem:sed non cautionem, tunc nõ iuratur in litem:sed captis pignorib coercebitur ad cautionem iudicis officio, gl.fi.ibi.

Seruitutem oneris ferendi debens interim dum reficiat parietem seruientem, fultura ne domus dominans corruat,ad eius dominum pertinet,l.sicuti.eod.

Seruitus oneris ferendi differt à seruitute tigni immittendi : quia in prima specialiter de onere ferendo dicitur,& tenetur dominus parietem reficere : sed in secunda cogitur tantùm pati immissionem tignorum, si ædificium habet, d.l. sicuti,§.distant,& ibi gl.hæ actiones.

Seruitutem tigni immittendi si quis post litis contestationem, non vtendo amisit dolo domini ædium, illud ius tigni immittendi restituitur ei, d.l.sicuti,§. sed si quæratur.

Seruitutem tigni immittendi habens in parietem tuũ,si non immiserit, eò quòd statuto tempore non ædificasti,non admittit illam seruitutem, l.si quis alia,§. fi.quemadmodum seruitutes.

Seruitutem tigni immissi si ædes tuæ debent,& ego exemerim tigna, & quædam foramina illorum tignorum obturaueris,& quædam non obturaueris,ius immittendi,quod habebam,non amitto,† glo. fi.in l.hæc autem iura,de seruitutib.vrbanorum.

Seruitus tigni immittendi habet locum, cùm quis habet domum, ex qua immittit tignum in vicini domum : sed si domum non habens in alienam immiserit,tunc immissum tignum cedit domui, in quam immittitur, l.hoc, quod dictum,24.& ibi gl.1.eod.

Reliqua verbo, Actio,232.stillicidium,Ius,16.Fumum,1.

44 SERVITVTIS iure in re cõmuni nõ potest socius aliquid facere, vel prohibere inuito socio:sed ei per iudicium communi diuidendo vel societatis succurritur,l.in re communi,25.& ibi gl. 1.de seruit.vrban.

Seruitus parieti communi imponi non potest ab vno ex dominis, gl.fi.in l.hoc, quod dictum,24.§.fi.eod.

Seruitus proprio fundo per communem fundum deberi potest,si fundus non fuit communis tempore seruitutis constitutæ, alioquin non potest, l.si communi, 27.& ibi gl.fi.de seruit.rustico.

Seruitus in communi fundo ad proprium, licèt non possit à principio constitui: constituta tamen durat,l.vnus ex sociis,34.& ibi add.marg.eod.

Seruitus in communi fundo ad proprium non potest à principio constitui, nec acquiri communi fundo : quia necesse est quòd vterque dominus constituat seruitutem,& vtrique constituatur,quod in cõmuni fundo fieri non potest.ib.

Seruitutem imponere nõ potest vnus ex sociis fundo communi,neque potest remittere ei debitam,nisi alij posteà cedant,vel remittant, d.l. vnus ex sociis,& ibi gl.1.

Seruitutem si plures domini separatim constituerint,nouissima cõstitutione seruitus confirmatur, ac si eodem tempore omnes constituissent eam, nisi mutatio contigerit in personis constituentis,vel acquirentis,aut alterius ex sociis, l.fin.communia prædiorum.

Seruitutem si imposuit vnus socius communi prædio, si posteà eo defuncto, vel alio modo partem suam alienante socij imposuerint eandem seruitutem,nihil agunt:quia vltima impositio non trahitur retrò ad primam, & ideò hæc vltima pendebit,donec socius nouus,vel emptor cõstituerit eandem seruitutẽ, ib.

Seruitutem si quis imposuerit communi prædio, eius heres tenetur ratum habere, quod fecit defunctus, neque ob hoc illa impositio confirmatur per impositionem eius seruitutis factam à socio post mortem primò imponentis seruitutem,gl.nihil agitur,ibi.

Seruitutem si acquirunt,vel imponunt omnes socij communi prædio inter viuos etiam diuersis temporibus, tunc valet acquisitio, vel impositio,& prima suspenditur vsque ad vltimam,d.l.1.§.fin.& ibi gl.fi.

Seruitutem si omnes socij imponunt communi prædio in vltima voluntate, putà omnes legarunt eam,& tunc si omnium simul adeatur hereditas, valet impositio : sed si diuersis temporib. adeatur, non valet tale legatum, ne actus morientium sint in suspenso,d.l.fi & ibi gl.non cessit,& gl.fi.

Seruitutem si vnus imposuit communi prædio inter viuos, & alius socius in vltima voluntate eandem imposuit,si priùs impositio inter viuos fuerit confirmatur illa persequentem relictam in vltima voluntate,& suspenditur,& expectat eam.ibi. 45

Seruitus si in prædio communi ab vno ex sociis priùs per vltimam voluntatem sit relicta, & post aditam hereditatem alius socius concesserit eandem seruitutem inter viuos, talis impositio non valet:quia prior impositio in vltima voluntate relicta non potest esse in suspenso:si verò concederetur inter viuos, antequàm adeatur hereditas legantis,valet concessio: quia adhuc in pendenti esse potest vsque ad aditionem hereditatis,d.l.fi.& ibi gl.idémque,& gl fi.

Seruitutem debere non potest res propria communi rei,& econtrà,gloss. fi in l.si quis,§.fi.communia prædiorum.

Seruitutem si debeat fundus duorum,aduersus vnumquemque potest agi confessoria in solidum,etsi aliquis eorum defenderet,& succubuerit, solidum,tenetur restituere: quia diuisionem seruitus non recipit,l.loci corpus,§.si fundus,si seruitut.vendicetur.

Seruitus si debetur à prædio communi prædiis singulorum eorumdem,illa seruitus non venit in iudicium communi diuidendo,quia oportet,quòd etiam prædia singulorum,quibus seruitus debetur,venirent in diuisionem, quod est absurdum,l.arbor,§ fi.communi diuidundo.

Seruitutem imponere prædio communi non potest vnus ex dominis, qui pro indiuiso sunt domini,nisi alij consentiant,vel tunc,vel postea, l.2.& ibi glo.fi. de seruitutibus.

Seruitutem itineris ad communem fundum si stipuletur vnus ex sociis, stipulatio inutilis est:quia ei dari non potest,l.si vnus,19.de seruitut.rustico.

Seruitutem itineris ad fundum communem omnes socij, vel seruus communis rectè possunt stipulari, & singuli ex sociis sibi dari rectè possunt petere: quia ita eis dari potest.ibi.

Seruitus non potest imponi,neque acquiri libertas fundo communi per vnum ex sociis, quamuis sibi præiudicat, posteà aliis etiam singulariter consentientibus:potest tamen præscribere,seu petere declarari ipsam deberi, gloss. ideò,in add.in §.inter rusticorum,Inst.de seruitut.rusticorum.

Reliqua verbo,Communis,2.Socius,18.19.

SERVITVS de loco seruienti non potest legari ab eo,cui debetur : quia dominium est alterius,gl.1.in l.1.de vsufructu legato. 46

Seruitutis indiuiduæ pars non potest relinqui,glo.fi. in lege Falcidia,7.ad legem Falcidiam.

Seruitutes reales sunt transmissibiles ad heredes,l.1.§.libertatibus, C.de caducis.

Seruitus realis si legetur, dies legati cedit à morte testatoris : sicut in aliis rebus legatis,gl.in aliis.legatis,& ibi add.& l.3.& ibi gl.pen.de seruitute legata.

Seruitutes personales cedunt ab adita hereditate,d.l.3.& ibi gloss.penul.

Seruitus prædialis non potest legari non habenti prædium vicinum, l.Mela,§.fi. & ibi gl.relicta de aliment.& cibar.

Seruitus hauriendi aquam, vel pecoris appellendi ad aquam, vel gestandi, vel premendi vuas in tuo, vel vtendi area tua ad frumenta, cæteráque legumina exprimenda, quando legatur habenti prædium vicinum, dicitur seruitus realis,quæ finitur cum persona,ope exceptionis,non ipso iure,quando est actum, quod ad heredes non transeat: sed si legetur prædium non habenti, tunc non est seruitus realis:sed est obligatio personalis,vel ius quoddam, quod actione personali, vel testamento,vel pacto debetur : sicut si decem mihi stipuletur,†. gl.personæ.ibid.

Seruitutes confusę aditione hereditatis restitui debent in pristinum statum si posteà heres vendiderit illam hereditatem,l.si ei,cuius,10.communia prædiorũ.

Seruitus,quæ debebatur fundo testatoris ad fundum heredis,confunditur aditione hereditatis,& ideò si legatus sit fundus seruiens, potest heres retinere eum, donec delegatarius cõstituat sibi seruitutẽ ex eo,l.si seruus Titij; 73.de leg. 1.

Seruitutes prædij legati aditione hereditatis confusæ sunt restituendæ, l. legatum est,119.§. fi.eod. 47

Seruitutes prædiorum confunduntur, si idem in solidum dominus vtriusque prædij,& seruientis, & dominantis factus sit:secùs si pro parte : quia tunc non extinguitur seruitus,l.1.& ibi gl.1 quemadmod.seruit.

Seruitutes indiuiduæ transeunt in heredes in solidum actiuè.& passiuè, l.viæ,itineris,17.de seruitut.

Seruitutis obligatio non transit in aliquem,cùm quis alienat,antequàm tradiderit possessionem seruitutis: secus tamen est in heredibus, in quos transit mortuo constituente etiam ante traditionem seruitutis,gl.fi.ibi.

Seruitus prædialis semper transit ad heredem, & ad emptorem sui natura : fallit hoc,quando in contrarium expressè fuit dictum,glo.1.in l.pecoris,4.de seruitut.rusti.

Seruitus prædialis si sit relicta filiæ ex affectione personæ, vel quando testator dixit,lego vsumfructum,vel vsum talis seruitutis rusticæ,vel vrbanæ; prædialis est,& ipso iure non transit ad heredes eorum, quibus relicta est : exceptione tamen repelluntur,† ibi.

Serui-

ſuos,ibi,& §.in poteſtate.Inſtitutio.de his,qui ſunt ſui.

Seruum ſuum ſine cauſa occidens non minus punitur,quàm qui alienum ſeruum occidit:& illa magna aſperitas dominorum hodie coercetur,d.l.1.& ibi glo.1. & d.§. in poteſtate.

Seruos tradere ſuo arbitrio ad beſtias depugnandas ablata eſt dominis poteſtas: oblato tamen iudicio ſeruo , ſi iuſta ſit domini querela ſic pœna tradi poteſt,l. circumcidere,ad legem Cornel.de ſicariis.

Seruum ſuum vendens hoc pacto, vt ad beſtias detur,tenetur lege Cornelia de ſicariis,& etiam em ptor eius.ibi.

Seruum poteſt dominus etiam ſine cauſa modicè verberare: ſed ſi nimis verberet eum,tenetur vel vendere:vel dare,gl.cognita,in §.in poteſtate, Inſt.de his,qui ſunt ſui.

Seruum ſuum proprium occidens quandoque tenetur etiam ciuiliter , ſi alterius intereſt,vt creditoris,niſi probaret eum non ex vulneribus mortuum , gl.alienum,in add.ibi.

Seruus contra dominum poteſt habere recurſum ad iudices propter domini ſæuitiam,§.fi.Inſt. eod.

Seruus neſcit quid faciat dominus eius,glo.ex neceſſariis,in l.eius, qui,ſi certum petatur.

Seruus ciuiliter non poteſt quicquam debere,nec ei deberi, ſed inſpecto iure naturali , vel contra ius dicimus debere,& ei deberi, l. nec ſeruus, 32. de peculio.

Seruo quod debetur ab extraneo,poteſt eius dominus petere:& ſi ſeruus debet,in dominum de peculio actio datur,vel de in rem verſo,ſi in rem domini verſum eſt .ibi.

cum Seruis ipſis quædam ſunt facienda,& non cum dominis ipſis,regulariter tamen contra,gl.ſeruo,in l.minor,29.§.1.de euictio.

Seruus non habet communionem iuris ciuilis , nec prætoris edicti , l. qui teſtamento,20.§.pe.de teſtam.

3 Seruus ciuilibus officiis fungi non poteſt,gl.in totum,ibi.

Seruus ſecundum ius ciuile pro mortuo habetur,gl.ciuilis,ibi.

Seruorum appellatione continentur etiam ſeruæ,l qui duos,6c.de legat.3.

Seruus morari non intelligitur ibi , vbi eſt in fuga , gloſſ. fin.in l.ſeruus; qui,80. eodem.

in Serui perſona fieri poſſunt ea, quæ ſunt facti : ſed ea , quæ ſunt iuris , nec momento reſident penes eum,veluti hereditas,gl.2.in l.qui heredi,44.de condit. & demonſt.

Seruus non poteſt nunciare nouum opus alicui : ſed ei poteſt nunciari , & valet nunciatio tanquam rei facta,l.de pupillo,§.ſeruo, & ibi glo.nunciari , de noui operis nuncia.

Serui vox dicitur vox domini:fallit in duobus caſibus,l.ſi ſeruus communis,42. & ibi gl.1.de damno infecto.

Seruus ſi ſit confiſcatus eò,quòd dominus pro eo non ſoluit vectigal, poteſt dominus dare æſtimationem eius fiſco, & recuperare eum , ſi ille ſeruus debebat reddere rationes geſtionis,l.fi.de publicanis.

Seruus confiſcatus eò , quòd dominus pro eo non ſoluerit vectigal , debet reddi domino iuſta æſtimatione ſoluta fiſco,ad hoc vt ipſe dominus imponeret pœnam tali ſeruo , qui vxorem eius corrupit , aut aliud grauius commiſit, dict.l fin.§.1.

Seruum , vel libertum alicuius non poteſt facere aliquem conuentio priuata , l. conuentio,49 de liberali cauſa.

Seruus,qui in poteſtate alterius eſt,nihil ſuum habere poteſt, l.acquiritur,10.§.j de acquir.rerum dominio.

Serui iuſtum factum præſumitur domini etiam ignorantis:ſed ſcientis,& volentis etiam iniuſtum factum ſerui.gloſſ.creditur, in l.quod ſeruus,24.de acquir. poſſeſſ.

Seruus quandoquedicitur dominus reſpectu eius,cui mandauit, gl.domino,in l. cum precario.de precario.

in Seruo,& libero homine ſpectantur ſingula momenta , gl.fi.in add.margì.in l.ſi ſeruus teſtamento,34.de ſtipulatione ſeruorum.

Seruus affirmans ſe liberum,vt ſibi pecunia crederetur,non facit furtum,l.ſi quis vxori,53.§.ſeruus,de furtis.

4 Seruo non debet licere,quod non licet libero,glo.ſed tantum,in l.qui iniuriæ,55. §.quòd ſi ſeruus,de furtis.

Seruorum , & liberorum hominum natura quantum ad moriendum communis eſt,l.hoc accuſare.§.item nec lex,& ibi gl.communis,de accuſat.

Seruus matri iuſtè obedit,gl.ſcripſerat,in l.diuus,15.§.ſenatus,de falſis.

de Seruo poteſt fieri controuerſia alicui quatuor modis, gl.fi.in l.de minore,§.fi. de quæſtio.

de Seruo quando fit alicui controuerſia per rei vendicationem,vt quia ego ab alio, & alius à me vendicet , & tunc ſeruus torquetur , & idem quando de poſſeſſione eius inter me,& eum:quod fit vel officio iudicis,vel vtrobi,ibi.

Seruus fit plus ſeruus,& alterius duriori ſeruitio adſtrictus fit.glo.dubitatio,in l. aut damnum,§.fi.de pœnis.

Serui ab omni militia prohibentur,alioquin capite puniuntur , l.ab omni , 11.de re militari.

Serui appellatio etiam ád ancillam refertur , l. deteſtatio , 40. de verborum ſignific.

Serui ſecundúm ius ciuile pro nullis habentúr,glo.fi.in l,illa verba,eod.l.1.& ibi gl.2.de iure delib.

Serui ea , quæ naturæ ſunt , faciunt : ſicut cæteri, qui de iure ciuili caput habent, ſcilicet bibunt,comedunt,&c.gl.1.in l.quod attinet,33.deregul.iuris.

In Seruis nulla actio eſt,l.cum ſeruis,108.eodem.

per Seruos fieri poteſt melior conditio noſtra:ſed deterior non poteſt fieri,l.melior,176.eodem.

Seruum alienum vtilem curando ſi quis expenderit , poterit ſumptus recuperare à domino ſerui actione negotiorum geſtorum , l. ſi ſeruum,10.Cod.de neg. geſt.

5 Seruum inutilem alicuius ſi quis curauerit , ſumptus factos in curando non poteſt repetere à domino,† gl.1.ibi.

Seruus pro domino conueniri non debet,rubr.C.ne filius pro patre.

Seruum aliquem eſſe non ideò probatur,quòd mater,& frater ipſius ſeruilia miniſteria exercuerint,l.ad probationem,22.C.de probatio.

Serui boni dominos execrantur,vel odiunt : ſed magis diligunt,l.lex,quæ,22 .C. de admini.tutorum.

Serui pupillorum aliqua arte præditi debent ſeruire ipſis pupillis , & de eorum bonis ſunt alendi : ſed qui non ſunt aliqua arte præditi , partim ex labore ſuo, partim ex pupilli ſubſtantia ſunt alendi,d.l.lex,quæ.§.ſerui.

Seruus tanquam quidam aſinus poteſt vendicari à domino , & dicitur præiudicialis in rem,gl.1.in l.cùm aliquis,21.C.de iure deliber.

Seruus ſanus à domino abiectus nullius eſt,donec ſe occupet,vel ab alio occupetur,gl.1.in l.1.§.ſed ſcimus,C.de Latina liberta.

Serui non conſtituuntur capiti in bello , quod eſt inter duas ciuitates : quia non dicuntur hoſtes,gloſſ.1.in l.cùm cognatum,C.de ingen.manum.

Serui naſcuntur ratione certa:ſed non conſtituuntur confeſſione , l.parentes. C. de liberali cauſa.

Seruus manumiſſus capite non minuitur,§.ſeruus,Inſt.de capitis diminut.

Seruus nullum habet ſtatum , & ideò manumiſſione non minuitur capite : id eſt non mutatur eius ſtatus,gl.1.ibi.

Seruus,qui in poteſtate alterius eſt , nihil ſuũ habere poteſt ad ſuam vtilitatem: ſed bene ad vtilitatem domini , §.item quod ſerui,& ibi gl.nihil.Inſt.per quas perſon.nobis.

Seruus prius intelligitur etiam is , in quo quis nudam proprietatem habet , alio vſumfructum habente,in principio Inſt.de heredibus inſtit.

Seruus alienus intelligitur etiam is , in quo vſumfructum tantùm habeo,§.alienus Inſt.eod.

Seruus,& dominus ſunt correlatiua,gl.dominum,in §.actiones,Inſt.de actio.

Seruus non poteſt habere heredem,vel ſucceſſores:fallit in multis caſibus,glo.1. in l.ſi is , ad quem , 22.de acquir. heredit.l.4.& ibi gloſſ.1.Cod.communia de ſucceſſio.

Seruus eſt , ergo nequam , valet cònſequentia , l. 4. in addit. margin. Cod. de libertis,& eorum liberis.l.apud apud antiquos.21.in add.marg.C.de furtis.

Seruus ex ipſa datione tutelæ eſt liber , l.quidam , & ibi gl.3. Cod. de neceſſariis ſeruis.

Seruus ſucceſſores habere non poteſt:fallit in multis caſibus , l.4.& ibi gl.j.Cod. communia.de ſucceſſio.

Serui alienatio contra prohibitionem faciliùs fit,quàm manumiſſio:quia alienatio faciliùs reuocatur, quàm manumiſſio ſemel præſtita,glo.cauſam,in l.pen. Cod.ſi mancipium ita fuer.

Serui quòd alienari non debeant duplex eſt pupilli commodum:ſcilicet ne tutores in rebus pupilli fraudem cõmittant,& ne mater pupilli res pupillares ſurripiat,& ad ſecundum maritum perferat,l.lex,quæ tutores,23.§.lex. C.de adminiſtrat.tut.

Serui capacitas,vel incapacitas pendet à capacitate , vel incapacitate domini, l.ſi mihi,& tibi,12.§.regula,de legat.1.§.ſeruus autem,Inſt.de hered inſtitu.

Serui capacitas,vel incapacitas quandoque non regulatur à capacitate, vel incapacitate domini,l.1.de verborum obligation.

Seruus ratione minoris ætatis non reſtituitur in his, quæ ad dominum ſpectant: ſecus ſi ſpectarent ad ipſum ſeruum , vt ſi libertatem reſpicerent,l.3.§.fi. de minor.

Seruus minor peculium habens quodcumque gerit,voluntate domini gerere intelligitur,& ideò non reſtituitur,d.§ fi.cum l.ſequent.

Serui,vel ancillæ maiores 10.annis ſi ſine arte ſint,æſtimantur 20.ſolidis:ſed minores 10.annis non amplius,quàm 10.ſolidis,l.3.C.communia de legatis,l.1. §.ne autem.C.communia ſeruorum.

Serui , vel ancillæ ſiue artifices , æſtimantur vſque ad 30.ſolidos , exceptis ſeruis notariis,& mediis,d.l.3.& ibi gl.4.d.l.1.

Serui ſi ſint notarij,hoc eſt ſcriptores librorum , 50.ſolidis æſtimantur,ſi medici 60.& idem ſi ancillæ ſint obſtetrices.d.l.3.& ibi.gl.4.d.l.1.

Serui eunuchi minores 10.annis æſtimantur vſque ad 30.ſolidos, maiores vſque ad 50.ſi verò eunuchi ſint artifices,vſque ad 70.ibi.

Serui vltra æſtimationem ſtatutam à iure æſtimari non debent : citra tamen poſſunt quandoque,gl.3.in d.l.3.

Seruus , ergo fur:maximè dapifer : dominis enim ſuis etiam ſi nihil aliud poſſunt,cinerem tamen ſurripiunt,gl.quanto minores,in l.Iulianus.de actio.empti.l.apud antiquos,in add.marg.C.de furtis.

Serui pro nullis habentur in eo,quod attinet ad ius ciuile:ſed non in eo,quod attinet ad ius naturale : quia quoad illud ius omnes homines ſunt æquales,l. quod attinet,33.de reg.iur.

Seruus ſi ſcienter vocari ſe ad dignitatem paſſus eſt,remouetur , & punitur:ſed ſi ignoranter,reuocabitur tantum, ſi infra 30.dies,ex quo ſciuit dominus ad dignitatem promotum, reuocauerit , alioquin poſteà non auditur : ſed remanet liber,l.fi.C.ſi ſeruus,aut libertus ad decurionatum.lib.10.

Reliqua verbo,Captiuus,Captus,1.vſque 4.Dominus, 8.9.10.11.Familia,1.2.3.4. Iudicium,9.Mancipia,Notarius.

SERVVS vicarius,qui nihil habet in peculio, nec ſe ipſum dicitur habere in peculio ſuo vnde dominus ex peculio ordinarij non deducit id,quod ſibi debet vicarius,l.depoſui, 39.§.Stichus,& ibi glo.debent, de peculio.

Serui venalitiarij appellantur mangones,qui venalitij dicuntur negotiatores,l.1. in add.marg.de tributoria.

Seruus ordinarius non habet in propria poteſtate ſeruum vicarium,gloſſ.ſi vicarius,in l.procuratoris.§.1.eod.

Seruus topiarius dicitur , qui purgat agrum ſpinis , & eum plantat, & circuit ſepibus,& foſſis,gl.ornandi,in l.cùm quæreretur.58.§ fi.de legat.3.

Serui vrbani intelliguntur illi , quos paterfamil. inter vrbanos annumerare ſolitus eſt : quod deprehenditur ex panibus albis , & cibariis delicatis , quæ illis præſtantur,l.ſeruis vrbanis.97.eodem.

Serui venatores,& aucupes habentur pro vrbanis,ſi in vrbe morentur:ſecus ſi rure,d.l.ſeruis,§.1.

Serui muliones pro vrbanis habentur,niſi propter opus rurale teſtator eos deſtinatos habeat.ibi.

id ex re fructuarij eſſe videtur, l. acquiritur, 10. §. de his, & ibi gl. dominum, de acquirend. rerum dominio.

Seruus, in quo quis habet vſumfructum, ſi ſit hæres inſtitutus ſimpliciter, vel ſit ei aliquid datum, vel donatum, id acquirit proprietario, & non fructuario, d. §. de his.

Seruus fructuarius ſtipulando proprietario ex re fructuarij, proprietario acquirit; & idem quando dixit ſe dño proprietatis per traditionem accipere ex re fructuarij; quia id totum domino acquirit: ſed condictione ſine cauſa tenebitur proprietario, l. per ſeruum, 37. §. pe. & ibi gl. acquirit, eod.

Seruus fructuarius ſi Stichum emerit, & is ſibi traditus ſit, antequam pretium ſoluat, in perdēti eſt, cuī acquiſierit eius proprietatem; quia ſi ex peculio fructuarij ſoluerit, intelligitur ſeruus emptus eſſe fructuarij: ſed ſi ex pecunia proprietarij ſoluerit, videtur ex poſtfacto fuiſſe proprietarij, l. ſeruus, 43. §. fin. eodem.

15 Seruus fructuarius ſi inueniat theſaurum in fundo extranei, dimidia eius pertinet ad dominum fundi, alia dimidia ad proprietarium pertinet, non ad fructuarium, cùm non videatur ex opera ſua quærere, ſecùs ſi terram fodiendo inuenerit: operando tamen; quia tunc illa dimidia eſt fructuarij, l. ſi is, qui in aliena, 63 §. quòd ſi ſeruus, eod.

Seruus fructuarius ſi inuenerit theſaurum in fundo fructuarij, dimidia pars pertinebit ad fructuarium tanquam ad agri dominum, alia dimidia ad proprietarium ſerui, ibid.

Seruus, in quo habemus vſumfructum, acquirit nobis poſſeſſionem ex re noſtra, & opera ſua, licèt ipſum ciuiliter non poſſideamus: ſed naturaliter, l. 1. §. per eum, & ibi gl. non poſſidemus, l. poſſeſſio, 49. & ibi gl. 1. de acquir. poſſeſ.

Seruum, in quo habeo vſumfructum, naturaliter poſſideo; ſed non ciuiliter, d. l. poſſeſſio, & ibi gl. 1.

Seruus fructuarius ſi ſtipulatus ſit alternatiuè proprietario, aut vſufructuario, inutilis eſt ſtipulatio in totum, ſi ex re fructuarij ſtipulatus eſſet: ſecùs ſi aliunde ſtipulatus eſſet: quia tunc proprietarius petere poteſt: ſed ſi promiſſor ſoluat fructuario, liberatur, l. 1. §. pe. & ibi gl. inutilis, de ſtipular ſeruo.

Seruus fructuarius nominatim ex re fructuarij poteſt proprietario ſtipulari, licèt reddatur per condictionem ſine cauſa, gl. vel proprietario, in d. §. pen.

Seruus fructuarij ſi aliquid annuum pro operis ſtipuletur, in initio cuiuſlibet, anni vſufructuario quæritur durante vſufructu, pro futuro tempore domino quæretur iure ſuo, l. ſi ſeruus communis, 18. §. fi. de ſtipulatione ſeruorum.

Seruus fructuarius ex re proprietarij inutiliter ſtipulatur fructuario: ſed ex re fructuarij vtiliter ſtipulatur proprietario nominatim, l. ſeruum fructuarium, 2[illegible]. eodem.

Seruus cuius vſusfructus duorum eſt, ſi ex operis ſuis ſtipuletur aliquid vni fructuario, quæritur tantum illi pro vſusfructus parte, quam habet in ſeruo, l. et ſi duorum, 2[illegible]. eodem.

Seruus, in quo plures habent vſumfructum, cuilibet in ſolidum ex re ſua acquirit de æquitate [illegible] l. ſeruus communis, 27. eod.

Seruus ſi ſtipuletur ex re domini alternatiuè domino, aut fructuario, domino acquirit obligationem: poteſt tamen ſolui fructuario, quaſi cuilibet adiecto, l. ſi ex re, 28. eod.

Seruus fructuarius ex re domini non poteſt acquirere fructuario: ſed ſolùm poteſt fructuario acquirere ex operis ſuis, & ex re ipſius fructuarij, glò. 1. & ibi add. marg. ibid.

16 Seruus fructuarius ex re domini ſi ſtipuletur domino, vel fructuario, valet ſtipulatio, & fructuarius habetur pro adiecto, † d. gl. 1. & ibi add. marg.

Seruus fructuarius ſi ex re fructuarij ſtipuletur alternatiuè domino, vel vſufructuario, non valet ſtipulatio: quia vterque eſt capax obligationis, gl. 2. ibid.

Seruus ſtipulans ſimpliciter extra rem fructuarij, & operas ſuas, non acquirit fructuario, nec bonæ fidei poſſeſſori, ſed non domino: ſed ſtipulans nominatim fructuario, vel bonæ fidei poſſeſſori, nec domino eius acquirit: quia non valet ſtipulatio, §. de his, Inſt. per quas perſon. nobis, l. ſi vſufructuarij, 31. & ibi gl. 1. & 2. de ſtipul. ſeruo.

Seruus ſi nominatim vni ex fructuariis ſtipuletur ex re, quæ pertinet ad vtrumque, ei ſoli quærit actionem: ſed alter communi diuidundo iudicio recuperat partem ſuam, l. ſi cùm duorum, 32. eod.

Seruus, in quo plures habent vſumfructum, ſi ex operis ſtipuletur ſine nomine, & iuſſu fructuariorum, acquirit cuilibet eorum pro rata portione vſusfructus; ſed ſi vnus ſolus iuſſit, vel vnus tantùm nominatur ei quæritur: ſed ille tenetur communicare aliis, cùm opera quodam modo ex re, glo. ſtipulationem, in l. ſi communis, 37. eod.

Seruus, in quo plures habent vſumfructum, ſi ſtipuletur ex operis nominatim vni ex dominis, altero domino iubente, acquirit nominato, ibid.

Seruus fructuarius ſtipulando ſibi, vel ſimpliciter ſine nomine ex re tantùm vnius fructuarij acquirit partem proprietario, & partem fructuario de rigore iuris: ſed de æquitate ſoli fructuario, ibidem.

Seruus fructuarius ex re fructuarij, vel ex opera ſua ſtipulando nominatim domino, totum ei quærit: ſed reddit per condictionem ſine cauſa, ibi, & l. pen. & ibi gl. fi. & gl. fi. in l. ſeruus meus, 14. eod.

Seruus fructuarius ex re domini ſi ſtipuletur fructuario, non valet ſtipulatio, d. l. ſi communis.

Seruus, in quo plures habent vſumfructum, ſi ex re vnius fructuarij alteri fructuario ſtipuletur, non valet ſtipulatio, ibid.

Seruus, in quo habeo vſumfructum, poteſt mihi acquirere liberationem, per acceptilationem à creditore meo in eum factam, vel per pactum factum cum creditore meo, l. ſi debitor, 63. & ibi gl. fi. de ſolutio.

Seruus fructuarius ſi ex re fructuarij ſtipuletur domino proprietatis, aut fructuario, inutilis eſt ſtipulatio: ſecùs ſi ex re proprietarij ſtipuletur ipſi domino, aut fructuario: quia tunc valet ſtipulatio: quia fructuarius tantùm eſt capax ſolutionis, non obligationis, l. qui res ſuas, 98. §. ſi ſeruus, eod.

17 Seruus fructuarius poteſt liberare fructuarium acceptum rogando: quia ex re eius videtur acquirere, & idem fiet, ſi eius vſum tantùm habemus, l. ſi ſpecies, 11. de acceptil.

Seruus fructuarius manumiſſus ſimpliciter à fructuario ſine inſtitutione, erit tanquam liber, quamdiu duraturus erat vſusfructus, gl. 1. in §. alienus, Inſt. de hæredib. inſtituen.

Seruus fructuarius hæres inſtitutus cum libertate à fructuario non eſt liber: quia vſusfructus durat vſque ad mortem vſufructuarij teſtantis, poſt cuius mortem nihil durat, & ideò nihil valet talis inſtitutio: vt ſit liber: ſed bene vt domino ſuo quærat, niſi vſusfructus ſerui repetitus ſit in perſona primi hæredis, quo caſu inſtitutus cum libertate erit quaſi liber durante vita primi hæredis, d. glo. 1.

Seruo poteſt hodie proprietarius dare libertatem volente vſufructuario, gl. fi. in l. quoties, 9. §. fi. de hæred. inſt.

Seruo ſi proprietarius, & vſufructuarius libertatem imponant, ſeruus pleno iure efficitur liber, l. 1. C. communia de manumiſſio.

Seruus, cui proprietarius ſolus non conſentiente fructuario libertatem imponit, dicitur libertus proprietarij, & quaſi ſeruus remanebit apud fructuarium, donec ipſe viuit, vel vſusfructus legitimo modo ſit peremptus, & interim aliunde quæſita, quàm ex opera ſua, & re fructuarij ſibi quærit, & ad hæredem tranſmittit, l. 1. C. communia de manumiſſ.

Seruo ſi ſolus vſufructuarius impoſuerit libertatem hoc modo, vt cedat vſumfructum proprietario, pleniſſimum ius habet in ſeruo proprietarius, ibid.

Seruo ſi vſufructuarius impoſuerit libertatem ita, vt eum ab vſufructu liberauerit, & libertate donauerit, tunc ſeruus quamdiu vſusfructus durat, proprietario non tenetur ſeruire: ſed poſteà ſic, & interim extra operas ſuas quæſita domino quærit, ibid.

Seruus fructuarius hæres inſtitutus non poteſt acquirere hæreditatem fructuario, quo hæreditas in operis ſerui eſſe non poteſt, etiamſi contemplatione fructuarij fuiſſet inſtitutus, cùm dominus debeat eum iubere: tenetur tamen dominus reſtituere fructuario per cōdictionem ſine cauſa, qua ex re fructuarij quæſitum, l. fructuario, 47. & ibi gl. 1. de acquir. rerum dominio.

Seruo fructuario donatum à fructuario ex re ſua, dicitur eſſe fructuarij, niſi donatum ſit eo animo, vt ad proprietarium pertineret: quia tunc ſeruus ille acquirit illud proprietario, l. quod fructuarius, 49. eod.

Seruo fructuario ſi donatum ſit ab extraneo indiſtinctè, ſoli proprietario acquiritur illud, niſi contemplatione fructuarij fuiſſet donatum: quia tunc fructuario acquiritur, d. l. quod fructuarius, & ibi gl. indiſtinctè.

Seruus fructuarius hæres inſtitutus à proprietario fructuarij contemplatione, iuſſu domini ſui fructuarij poteſt adire, gl. per vnum, & ibi add. marg. in l. 1. §. veteres, de acq. poſſeſ.

Seruus, cuius vſus legatus eſt per ſtipulationem, vel traditionem, ex re ipſius legatarij, acquirit ipſi legatario habenti in eo vſum: ſed non acquirit ex operis ſuis, l. per ſeruum, de vſu, & habitatione.

Seruus vſuarius ex opera tribus modis quærere poteſt: primò, ſi locet operas, & [illegible] & hoc modo non quærit vſuario: ſecūdò, operando in re vſuaria: putà in agro, & tunc acquirit vſuario: tertiò, ſi ſtipuletur, vel alio modo extrinſecus velit ex opera quærere, & tunc non acquirit vſuario, gl. 2. ibid.

Seruo, cuius vſum ſine fructu habeo, poteſt à me aliquid donari, vel ex pecunia mea negotiatio permittitur, vt quidquid eo modo acquiſiuit, in peculio meo fiat, l. ſi ita legatus, eod.

Seruus, cuius vſus mihi legatus eſt, acquirit mihi, ſi inſtitor ſit, & operis eius vtat in taberna, l. ſeruus, 21. eod.

Seruus mercibus vendendis, & emendis præpoſitus acquirit vſuario, & idem ſi iuſſu vſuarij per traditionem acceperit, ibid.

Seruus ex re vſuarij rectè poteſt ſtipulari domino proprietario: ſed non ex re proprietarij vſuario, l. eadem, 23. de ſtipulat. ſeruo.

Seruus ex operis ſuis non poteſt ſtipulari vſuario, ibid.

Seruus, in quo habemus tantùm vſum, nobis acquirit ex operis ſuis tantùm: quia opera ſerui ſunt in fructu, gl. vſumfructum, in §. de his autem, Inſtit. per quas perſon. nob.

Seruus vſuarius acquirit nobis ex re noſtra tantùm, † §. 1. & ibi glo. fin. Inſt. per quas perſonas nobis acquir. ob[illegible]

Serui vſuarij operibus poteſt vſuarius vti in ſuis fundis, licèt eas alteri locare non poſſit, d. gl. fi. in add.

Reliqua verbo, Fructuarius, & Vſuarius.

SERVVS hæreditarius ſi ante aditam hæreditatem rem aliquam emerit, & traditam ſibi poſſeſſionem amiſerit, hæres Publiciana vti poteſt, quaſi ipſe poſſediſſet, l. ſiue autem, 11. §. fi. de Publiciana.

Seruus hæreditarius ſi ante aditam hæreditatem emit aliquam rem ex peculio, cùm primordium vſucapionis ſit tempus aditæ hæreditatis, datur hæredi Publiciana, etiam ſi nunquàm ſit ei quæſita poſſeſſio, gl. poſſediſſet, ibid.

Seruus hæreditarius ſi propriam rem vnius hæredis ſurripuerit, datur ei actio familiæ erciſc. & communi diuidundo: furti tamen actio ceſſat, l. & puto, 16. §. fi. famil. erciſ.

Seruus hæreditarius licèt ſubſiſtat in dominio hæreditatis, non ideò eſt in poteſtate aliena, ſicque perſona ficta, ſicut eſt hæreditas, non poteſt poſſidere: ſed quæ in futuri hæredis poteſtate futuræ ſperatur, ex contractu cum eo inito contra hæreditatem iacentem, & etiam hæredem poſt adeuntem hæreditatem, ac denique eundem ſeruum ex ſubſtitutione ſi contingat hæredem, datur actio de peculio. l. 3. & ibi add. marg. de peculio.

Seruus domino defuncto ante aditam hæreditatem ex bonis hæreditariis ſi aliquid amouit, conſumpſit, vel corrupit, hæres domini defuncti conuentus à creditoribus peculiaribus poteſt illud deducere de peculio, & l. ancillarum, 27. §. 1. eodem.

Seruus, quem teſtator dominus poſt mortem ſuam liberum eſſe iuſſit, ſi aliquid ex bonis hæreditariis ſubtraxit, vel corrupit, aut conſumpſit, poteſt conuenir ab hærede domini intra annum vtili iudicio in factum pro duplo, gl. corrupiſſet, ibidem.

Seruus hæreditarius poteſt inſtitui, ſi tamen teſtamenti factio fuit cum defuncto, l. ſeruus, de hæred. inſt.

Seruus hæreditatis iacentis cùm inſtituitur, ſufficit, quòd fuit teſtamenti factio cum defuncto, licèt non fuiſſet cum hærede, gl. fi. ibid.

Seruus hæreditatis iacentis poſt agnitam hæreditatem repræſentat perſonam hæredis.

Reliqua verbo,Hares,126. Hareditaria.

Reliqua verbo,Tabellio,1.4.Arbiter,1.Iudex,17.

Reliqua verbo,Testimonium,1.2.Testamentum,10.11.Testis,38. vsque 42.

quando suppressum testamentum dicit,in quo relictam sibi libertatem asserit, l. vix certis, 53. de iudiciis.

Seruus non potest esse in iudicio ad detegendum dominum , qui publicam annonam,vel tributum fraudauit,vt cariùs venderetur,d.l.vix,& ibi gl.annonę.

Seruus potest esse in iudicio contra dominum petẽdo ab eo fideicommissariam libertatem,d.l.vix certis.

Seruus potest esse in iudicio asserendo se suis nummis redemptum , & non manumissum fuisse,ibid.

Seruus liber esse iussus si rationes reddiderit, potest esse in iudicio petendo arbitrum contra dominum rationibus excutiendis,ibid.

Seruus potest esse in iudicio ad detegendum dominum de crimine falsæ monetæ,ibidem.

Seruus si fidem alicuius elegit,vt nummis eius redimatur,atque his solutis manumittatur,nec ille oblatam pecuniam suscipere velle dicat, ad detegendam fidem contractus potest esse in iudicio,ibid.

Seruus tam contra dominum,quàm contra extraneos, quibus casibus potest esse in iudicio,notat, glo. 1.ibid.

Seruus potest hæredes accusare de falso,gl.reos,ibid.

Seruus , vel in seruitute de facto detentus procuratorem ad negotia potest constituere: sed non ad iudicia , l. item ei , & ibi glossa detinentur , ex quibus caus.maior.

26 Seruus in iudicio non potest esse vt actor,vel vt reus, glos.3.in l.si fine,de interrog. actio.

Seruus licèt non possit esse in iudicio:filiusfamil.tamen rectè potest esse, gl. datur,in l.3.§.si seruus, de peculio.

Seruus in criminibus,& in quibusdam aliis potest interesse iudiciis,gl.in totum, in l.qui testamento,20.§.pen.de testam.

Seruus non potest esse in iudicio contra dominum , nisi accusaret eum , quòd testamentum , in quo sibi relicta est libertas, suppresserit, l. nullo modo , 7. de falsis.

Serui neque iure ciuili, neque iure prætorio , neque extra ordinem computantur pro aliquo,quoad hoc,vt cum dominis possint esse in iudicio, ibid.

inter Seruum,& dominum regulariter non potest esse iudicium:fallit in crimine legis Iuliæ de annona:quia tunc potest seruus dicere dominum annonam publicam fraudasse,l.1. & ibi gl.1.ad legem Iul.de annona.

Seruus in iudicio liberali tanquam liber stat,gl.fin.in l.cùm super , 10. C.de rei vendicatione.

Serui principis speciali iure agunt,& conueniuntur in iudicio,gl.fi.C.vbi causæ fiscales.

Seruus licèt detineat res tuas , non potest conueniri rei vendicatione : sed eius dominus conueniri debet,l.non seruus,20.C.de rei vendic.

Seruus in iudicio esse non potest,nisi in criminalib.vbi corporaliter puniretur, gl.1.ibidem.

Seruus etiam sine consensu domini potest implorare officium iudicis, dummodò actus non expediatur in figura iudicij, gl.3.& ibi addit.margin. in l.1.qui admitti.

Seruus etiam domino consentiente non potest esse in iudicio , cùm nec medius homo sit ad agendũ in iudicio,gl.imponenda,in l.fi. C.de bonis, quæ liberis.

Serui quasdam causas possunt agere in iudicio per se, gl.fin.in l.si status, 4.C.de ordine cognitio.

27 Serui in quibusdam criminibus habent personam standi in iudicio, glos. 1.in l. cùm status, 5.C.eod.

Seruus spoliatus potest esse in iudicio pro recuperanda possessione domini absentis,l.1.C.si per vim,vel alio modo.

Seruus quilibet etiam non spoliatus admittitur in iudicio pro recuperanda possessione absentis,gl.retinebat,ibid.

Seruus regulariter non habet legitimam personam standi in iudicio : fallit pro recuperanda possessione absentis spoliati,gl.decessit,& gl.retinebat,ibid.

Seruus non potest esse in iudicio,nec nomine suo, nec alieno, nisi in quibusdam casibus,glo.quemliber,& ibi add.marg.in principio,Inst.de his,per quos agere poss.

Seruus officio iudicis alimenta petere potest,gl.debitam,in l.ex parte,40.§.1.famil. ercisc.

Seruus potest compellere dominum ad præbendum sibi vestitum , quod est de iure naturali:tenetur enim & eos alere,quorum opera vtitur,l.peculium, 41. in add.marg. de peculio.

Seruus conueniri, vel conuenire non potest , neque ad id potest dare fideiussores,l.quoties, si quis cautio.

Seruus in quibusdam casibus potest conueniri,& conuenire,gl.1.ibid.

Seruus ex pacto libertatis potest agere domino negligente,vel differente, l.qui Romæ,122.§.Flauius,de verb.oblig.

Seruus meus si vt liber agit per se , vel procuratorem contra debitorem meum, si appareat seruus,debitor absolui debet ab obseruatione iudicij,l.non idcircò,44.de iudiciis.

Seruus,qui dominum vocauit in ius,dicens se suis nummis fuisse redemptum,si hoc non probauerit,libertatem petere non poterit,& domino sub pœna vinculorum redditur,vel in metallum damnatur , si ipse dominus malit,l.si quis aliquid,38.§.qui se suis,de pœnis.

Seruus pro domino conueniri non debet,rub.& per tot.C.ne filius pro patre.

28 Seruus pro plagio ipsius potest criminaliter accusari,cùm corporalis pœna possit imponi : dominus tamen possit pro eo allegare,glo. 1. in l. 3. C.de noxali actione.

Seruo regulariter non permittitur accusare dominum : fallit in quibusdã casib. l.1.de officio præfecti vrbi.

Seruus capitali crimine accusatus, eò quòd à domino non sit defensus, non habetur pro derelicto;& ideò si absolutus fuerit,non fit liber : sed remanet domini,l.sciendum,de publicis iudiciis.

Seruus accusatus potest defendi per procuratorem domini æquè , ac per dominum,l.seruus, eod.

Serui possunt accusari de crimine adulterij,l.seruo,ff.de accusatio.

contra Seruum proprium potest dominus accusationem instituere: & si non accusat,& rupta,cum qua seruus commisit adulterium, separet se à viro , & nubat alij , à modo illa non potest accusari , nisi priùs accusetur adulter , d. l. seruus,& ibi gl.pe.& vlt.

Seruus cùm accusatur in illis casibus, in quibus potest , eadem sunt obseruanda, quæ obseruarentur , si liber accusaretur : fallit in illa exceptione lenocinij, quam liber potest opponere:sed non seruus:fallit etiam in custodia carcerati,l.hos accusare,§.si seruus,& ibi gl.liber.eod.

Serui omnibus legibus publicorum iudiciorum accusari possunt , excepta lege Iulia de vi priuata:idest sine àrmis , cùm ea lege damnati partis tertiæ bonorum publicatione,& relegatione puniuntur , quæ pœna non cadit in seruum, d.l.hos accusare,§.omnibus.

Seruus potest accusari lege Iulia de vi priuata,quando per eam venit puniendus corporaliter:secùs si pecuniariter,gl.quia ea lege,eodem.

Serui possunt accusari lege Iulia de ambitu,& lege Iulia de annona,cùm illis irrogetur pœna pecuniaria,d.§.omnibus, & ibi gl.quibus.

Serui possunt accusari omnibus legibus, quibus pœna capitis imponitur, quantum ad pœnam corporalem:quia illa cadit in seruum : sed non possunt accusari legibus , quibus imponitur pœna capitis quantum ad emptionem bonorum:quia illa pœna non cadit in seruum,dict.§.omnib.& ibi gl.quæ.

Seruus potest accusari de delicto,pro quo imponitur pœna corporalis, & pecuniaria, vt est in omni crimine , quod imponit pœnam mortis naturalis , vel etiam ciuilis,vt seruus pœnæ,quæ pœnæ conueniunt etiam seruis quoad corpus, d.gl.quæ.

Seruus potest accusari de delicto, pro quo imponitur relegatio:intellige,quantum ad pœnam corporalem,quæ cadit in seruum, non quantum ad pecuniariam, ibidem.

Serui lege Pompeia de parricidiis rectè possunt accusari,d.l.hos accusare,§.item nec lex.

Seruus non potest accusare aliquem , nisi in quibusdam criminib.glo.rei,in d.l. hos accusare,§ omnib.

Seruus non potest accusari lege Cornelia de iniuriis : quia plerunque pro iniuria pœna pecuniaria imponitur, vel amissio ciuitatis, quæ non conuenit seruis:durior tamen pœna ei extra ordinem potest imponi arbitrio iudicis , d.l. hos accusare,§.fi.& ibi gl pen.

Serui admittuntur ad accusandum etiam dominum de annona fraudata , licèt aliàs non admitterentur,l.mulierem,& ibi gl.fi.eod.

Seruum accusatum in capitali crimine si dominus defendat , debet satisdare de iudicio sisti,l.si seruum, eod.

Seruus accusatus in causis capitalibus ex vinculis causam dicit , nisi pro eo dominus,vel extraneus satisdederit de præsentando personam eius:ad quod admittentur,etiam postquàm seruus fuerit vinculatus, l.2.de custodia reorum.

Serui accusantes dominos suos , vel liberti patronos de crimine maiestatis, admittuntur, l.famosi,ad legem Iul. maiestat,

Seruus accusatus licèt non defendatur à domino , non propter hoc damnatur statim:quia potest seipsum defendere,vel alius eum defendet:& iudex,qui de hoc cognoscit,debet de eius innocẽtia quęrere,l.si non defendãtur,de pœnis.

Seruus non potest deferre aliquid contra dominum suum,l.2. §.pe. de iure fisci.

in Seruis deferendis obseruandum est,vt & nationes eorum, & ætates, & res, & officia,& artificia deferantur,l.forma,§.in seruis,de censib.

Seruus accusans quẽ in crimine læsæ maiestatis,auditur,gl.fi. in l.1.C.de precib.

Seruus de crimine publico accusari potest,& dominus poterit eũ defendere , & interuenire ad omnia,præterquàm ad sententiã,l.2.& ibi gl. pe.C.de accusat.

Seruus habentem rem cũ vxore sua non potest de adulterio accusare:potest tamen agere serui corrupti,iniuriarum,& lege Aquilia,l.serui,24.C.de adulter.

Seruus ex delicto à se commisso debet accusari à domino:sed si dominus etiam deliquit,putà verberando,potest ipse de suo delicto conueniri , l.4.C. ad leg. Iul. de vi.

Seruus deferens dominum etiam si obiecta probauerit , punitur pœna metalli, vel etiam mortis,præterquàm in crimine læsæ maiestatis, l.fi.& ibi gl.1.C.de delatorib.

Seruus, qui ex constitutione Diui Marci ad libertatem peruenit , non potest vt ingratus accusari,gl.effectum,in l.si quis,13.de operis libertorum.

Seruus,qui accusatur de crimine capitali,à domino non est defensus , ac postea absolutus est,non est propter hoc liber,l.ille seruus,9. qui,& à quib.manum.

Seruum accusatum de crimine capitali potest dominus defendere, gl.fieri, ibid.

Seruus pariter cum domino aurum , & argentum exportasse si accusetur , & de hoc torqueatur,non debet interrogari de domino ; & si sponte de eo dixerit aliquid,non debet hoc obesse domino,l.1.§.diuus Antonius,de quæstio.

Seruus si appellat, potest dominus ratum habere , † glo.similis,in l.seruo,65.ad Trebellian.

Seruus regulariter ad supplicandum non admittitur pro laudabili tamẽ,& atroci delicto commisso in personam domino auditur,l.1.C.de precib.

Seruus licèt regulariter ad supplicandum non admittatur,si tamen fuerit admissus,valet,quod ei conceditur,gl.2.ibid.

Seruus in casibus, in quibus potest esse in iudicio , potest etiam principi preces offerre,& supplicare,ibid.

Seruus supplicans super vindicanda nece domini auditur , & in præmium consequitur libertatem,gl.fi.ibid.

Seruus si impetrauerit rescriptum pro alio, valet illud , licèt seruus non debuerit admitti:pro se autem rescriptum impetratum non valet, nisi sciente principe sit,ei concessum,gl.1.in l.vniuersis, 6.C.eod.

Seruus vt actor,vel reus in iudicio esse non potest,neque condemnatio facta in eius personam,valet,l.seruis,6.& ibi gl.1.C.de iudiciis.

Seruus pro domino appellare non potest,l.creditor, 28.de appellat.

Seruus potest esse procurator ad negotia:sed non ad iudicia, gl.non est, in l.minor,de procuratorib.

Reliqua verbo,Pratura,Iudex,17.Iudicium,9.

SERVOS Christianos non licet habere Iudæis, paganis,vel hæreticis:imò statim liberi efficiuntur,l.fi.§.1.C.de episcopis,& cleri.

Seru

Seruo reipub.municipij,vel coloniæ ſi ſtipuletur reipub.municipio,vel coloniæ, valet ſtipulatio,& eis acquirit,l.3. de ſtipulatione ſeruorum.

Seruus eius,qui apud hoſtes eſt,ſi ſtipuletur decem,tempus ſolutionis incipit ex die,quo poſtliminio reuerſus eſt,l.ſi ſeruus hæreditarius, 25.eod.

Seruus dari domino rectè poteſt ſtipulari,l.ſi ex re,28.§.ſi ipſi.eod.

Seruus,quem dominus pro derelicto habuit,ſi ſtipuletur aliquid,nullius eſt momenti ſtipulatio;qui pro derelicto habuit, omnimodo à ſe reiecit, nec poteſt eius operis vti,l.quod ſeruus.36.eodem.

Seruus habitus pro derelicto apprehenſus ab aliquo antequàm inciperet ſe gerere pro libero,rectè poteſt illi acquirere per ſtipulationem,ibi.

Seruus meus ſi ſtipuletur ſibi operas incertas dari à liberto meo,non valet ſtipulatio;quia illæ operæ non poſſunt deberi,niſi iure patronatus; ſed ſi ſtipuletur operas ſimpliciter non expreſſo pronomine ſibi tunc valet ſtipulatio, l.ſi ſeruus meus,28.& ibi gloſſ. 1.eodem.

36 Seruus poteſt ſtipulari operas certas ſibi dari à liberto domini ſui,& valet ſtipulatio,cùm opera certa habeat ſe inſtar pecuniæ, gloſſ.1.ibi.

Seruus non poteſt conferre ſtipulationem in tempus manumiſſionis ſine dolo malo;quia non oportet proficere ei libero facto,quod in ſeruitute egit,gloſſ. ſi.in l.ſi.eod.

Seruus non poteſt nouare ſine domini voluntate obligationem per eum acquiſitam domino ; imò in ſecundò ſtipuletur,videtur potiùs adiicere aliam ſtipulationem primæ,l.ſeruus ne peculiarem, 16.de nouatio.

Seruus ex perſona domini habet ius ſtipulandi , in princi. Inſt. de ſtipulatione ſeruorum.

Seruus ſiue ſibi,ſiue domino,ſiue conſeruo,ſiue ſimpliciter,& imperſonaliter ſtipuletur,domino acquirit,§.1.Inſt.eod.l.ſiue mihi,15.de ſtipulatione ſeruorũ.

Seruus ſtipulando ſibi non acquirit domino,quando factum eſt in ſtipulatione, & cùm operas incertas à liberto ſtipulatur,gloſſ.1.& ibi add.in d.§.1. Inſt.eo.

Seruus ſi ſtipuletur ſibi ire agere licere , ipſe ſolus , non etiam dominus eius ire poteſt,§.ſed cùm factum, Inſt.eod.

Seruus ſi ſtipuletur ſibi ſcribi librum, & ſic factum, nihilominùs domino acquirit,gloſſ. 1.ibi.

Seruo ſi ſtipuletur dominus ire agere,inutilis eſt ſtipulatio, d.gl.1.in additione.

Seruus ſi ſtipuletur ſibi ire agere licere,& ſic per verbum *ire*,& *agere*,tunc domino non acquirit ; ſecùs ſi ſtipuletur ſibi per nomen : putà iter,vel actum quia tunc domino acquirit;gloſſ.ire.ibi.

Seruus ſtipulando aliquid ab aliquo , domino quærit;illud ſtipulando à domino nihil valet,l.ſi ſeruo,32.de vſufructu.

Seruus an ſibi,an domino ſimpliciter ſine alterutra eorum adiectione dari ſtipuletur,regulariter nihil refert;nam ſemper domino quærit,fallit quando ſe ſtipulatur;item in ſtipulatione operarum,& in aliis caſibus,l.1.& ibi gloſſ.nihil; de ſtipulatione ſeruorum.

ex Serui ſtipulatione mortuo vno ex dñis ſine hærede,vel hæreditate non adita, quæritur in ſolidum domino ſuperuenienti,l.ſi ſeruus communis, 18.eod.

Seruus,& filius acquirunt domino,vel patri reuerſo, quocunque modo ſtipulentur ; ſed ſi apud hoſtes decedat , ſtipulatio nominatim concepta eſt nulla; ſed ſimpliciter concepta valet in ſeruo; ſecùs in filio , d. l. ſi ſeruus communis,§. ſeruus capto.

Seruus alienus nominatim ſtipulando extraneo, non acquirit domino, l. ſeruus, 30.eod.

Seruus teſtamento manumiſſus ſi ignorans ſe liberum , ſtipulatus ſit pecuniam hæredib.ab aliquo extraneo ; ex illa ſtipulatione nihil acquiritur hæredibus, ſi ſciuerint eum teſtamento manumiſſum, l.ſi ſeruus teſtamento,34.eod.

Reliqua verbo, Acquiſitio,ſtipulatio,57.58. Stipulari,3. & infrà 136.vſque 142.

37 SERVVS calendario prouinciali præfectus ignorans mortem domini , & ſe cum aliis cohæredem inſtitutum , & pecuniam exigens, debitores ſoluentes liberat,ſi ipſi etiam mortem domini ignorarunt, l. eius, qui in prouincia , ſi certum petatur.

Seruus inſtitor liber,& hæres iuſſus cum aliis , ſi ignorans mortem domini exegit,aduerſus eum non competitit cohæredibus iudicium familiæ erciſ.quia vt hæres non exegit ; ſed competit negotiorum geſtorum actio ; quia pro parte potuit expediri,d.l.eius,qui in prouincia,& ibi gl. competere.

Seruus inſtitor liber, & hæres inſtitutus ignorans mortem domini ſi mutuauerit,non valet mutuum , neque pignora ob id data tenentur ; cohæredibus tamen ſuccurritur extante pecunia , vel conſumpta per ratihabitionem , per quam acquiretur eis certi condictio;& ſi ratum habere noluerint, tunc conſumptione acquiritur integra actio mutuanti , & tenetur cohæredibus reſtituere condictione ſine cauſa , d. l. eius , qui. & ibi gloſſa teneri , & ibi addit.margin.

Seruo tuo inſtitori ſi ego dedi mercedem vendendam, ſi habui ei fidem de pretio,ſi illa merx extat,venit in tributum : ſecùs ſi non habui illi fidem de pretio,l.procuratoris,§.planè,de tributoria.

Seruus vnius ex ſociis ſocietati à domino præpoſitus,ſi negligenter verſatus ſit, dominus præponens,damnum datum à ſeruo debet præſtare ſocio,nec poteſt compenſare commodum,quod per ſeruum ſocietati acceſſit,cum damno dato ab eo,l.de illo,23.pro ſocio.

Seruus ſi domini iuſſu in demonſtrandis finibus agri venditi,dolo plus demonſtrauerit;illud tantum cenſetur demonſtratum,quòd dominus ſenſerit,l.ſed ſi communis,18.§.ſi.de contrahen.empt.

Seruus inſtitor dominicæ mercis,vel præpoſitus ad debita exigenda,poſt manumiſſionem ſi perſeueret in eodem actu , de geſto poſt manumiſſionem tenetur actione negotiorum geſtorum : de eo,quod geſſit durante ſeruitute , non tenetur poſt libertatem , niſi ſit connexum ei, quod geſſit poſt manumiſſionem,l.tutorem,38.de adminiſt.tutor.

Seruus diſpenſator, & negotiis gerendis, & debitoribus exigendis præpoſitus ſi liber eſſe iuſſus ſit teſtamento,ac ei peculium ſit , ſi is poſt aditam hæreditatem exegit pecuniam à debitoribus , qui ea ſolutione liberantur , non poteſt hæres ex peculio eius retinere id,quod exegit ille ſeruus:ſecùs ſi ante aditam hæreditatem exegit pecuniam : quia tunc hæres ex peculio poteſt retinere id , quod exegit , ſi debitores liberentur ea ſolutione : tenetur tamen hæredi quaſi negotiorum geſtorum actione,vel mandati,l.diſpenſatorem,62.de ſolutionibus.

Seruus pecuniis exigendis præpoſitus ſi ſciens ſe manumiſſum eſſe exegerit, tenetur furti:ſecùs ſi ignorans ſe manumiſſum,l.ſi is,qui rem, 68.§.Iulianus, & ibi gl.manumiſſus,de furtis.

Serui,& omnes poſſunt eſſe inſtitores,gl.1.in l.2. C.de inſtitoria actio.

Seruus communis ſi negotietur in re peculiari omnibus dominis ſcientibus,datur tributoria in vtrumlibet eorum : ſed ſi alter ignorauit , contra ſcientem datur tributoria:deducetur tamen in ſolidum,quod ignoranti debetur, l.3.in principio,& in §.1.de tributoria. 38

Seruus communis duorum ſi negotietur in re peculiari vno domino ſciente , & altero ignorante,ſiue ſciens, ſiue ignorans conueniatur , de peculio deducet ſciens inſolidum id,quod ſibi debetur,d §.1.

Seruus pupilli, vel furioſi ſi ſciente tutore, vel curatore negotietur merce peculiari,ipſe pupillus,vel furioſus ex dolo tutoris,vel curatoris non tenetur, niſi quatenus ex tali dolo locupletior factus eſt , quo caſu tenetur cedere actionem,l.3.§.ſi ſeruus,eod.

Seruus pupilli ſi ſciente pupillo negotietur merce peculiari , ſi in eo interuenit dolus pupilli,qui eſt eius ætatis,vt ſit doli capax,tenetur tributoria, quamuis ſcientia ipſi pupilli non ſufficeret,d.§.ſi ſeruus.

Seruus vicarius,ſerui ordinarij ſi negotietur domino ſciente , dominus tenetur tributoria:ſed ſi domino ignorante;ſed ſciente ordinario ipſe dominus tenetur de peculio vicarij,ex quo non poteſt dominus deducere , quod ordinario debetur;quia ſciuit;ſed bene quod ſibi debebatur,l.procuratoris,§.1 eod.

Seruus vicarius ſerui ordinarij ſi domino,& ordinario ſcientibus negotietur,tributoria , & de peculio actione tenetur dominus , tributoria nomine vicarij: de peculio verò nomine ordinarij : actor tamen debet eligere , qua actione velit experiri,nec deducet dominus de peculio, quod ſibi debetur , nec quod ſeruo ordinario ; ſi tantum ordinarius ignorauit , dominus poteſt deducere,quod ordinario debetur ex vtriuſque peculio,d.§.1.& ibi gl. deduceretur.

Seruus,qui negotiatur in peculio,ſi habet aliud peculium, in quo non negotiatur, illud non venit in tributum : ſed illud tantum venit , in quo negotiatur: nec refert an merx illa extet,an pretium eius in peculium ſit verſum,d.l.procuratoris,§.mercis.

Seruo, qui negotiabatur in peculio, ſi debeatur aliquid nomine mercis peculiaris à quibuſdam, quibus ſeruus vendere ſolebat , illud debitum veniet in tributum,ibid.

Seruus ſi propter mercem peculiarem habeat inſtrumenta, illa inſtrumenta veniunt in tributum:ſed quæ habet extra mercem peculiarem,vt aurum,vel argentum,non veniunt in tributum, niſi ſit comparatum ex merce peculiari, d. §.mercis,verſ.ſi procurator.

Seruus ſi negotietur mancipiis emendis,vel vendendis,quæ merce peculiari habebat,illa veniunt in tributum,ibid.

Seruus ſi negotietur in mercibus ſeparatis, veluti cum eo contraxit quis in linteolis , alius in ſaccis : illi duo creditores contrahentes cum eo non veniunt ſimul in tributum:ſed ſeparatim ſic; id eſt vnus ratione linteorum , alius ratione ſaccorum,d.l.ſi procuratoris, §.ſi plures.

Seruus,qui negotiatur, ſi emit ex vnius creditoris pecunia merces , quæ extant in taberna,ille creditor cum aliis creditoribus venit in tributum,niſi ipſi creditori fuerint pignoratæ,d.l.procuratoris, §.planè.

Seruus ſi negotietur in peculiari merce , contrahens cum eo contra dominum poteſt agere tributoria, vel actione de peculio, quarum vnam debet eligere, & vna electa ad aliam non habet regreſſum : poteſt tamen agere tributoria ex contractu mercis peculiaris, & etiam actione de peculio ex contractu extra mercem peculiarem celebrato,l.quod in hærede,§.1.eod. 39

Seruus, qui negotiabatur in merce peculiari , ſi ſit venditus , ille, qui contraxit cum in eo merce,non poteſt agere tributoria contra emptorem ſerui:ſed bene actione de peculio,l.de peculio,& ibi gl.1.eod.

cum Seruo negotiatore contrahens in merce peculiari quandoque conſultius faciet,ſi de peculio agat,quàm tributoria , quia in tributoria ſolùm venit id, quod eſt in mercibus , in quibus negotiatur : ſed in peculiari totius peculij quantitas ſpectatur,in quo & merces continentur, l.pen.eod.

Seruus ſi peculiare negotium gerat , ab initio datur actio de in rem verſo , ſi ſeruus in rem domini eam vertat animo dominum obligandi; ſecùs ſi in rem domini vertat facto domini , vel alterius, vel facto ſerui, non animo dominum obligandi,l.& ideò,§.ſi.& ibi gl.gerens,de in rem verſo.

Seruus ſi ab initio negotium domini gerit , quocumque modo in rem domini vertatur, datur de in rem verſo,ibid.

Seruus,qui geſſit negotium domini,qui appellatur actor,præſumitur vtilior domino,quàm alius ſeruus propter maiorem notitiam adminiſtrationis, & rerum domini,l.legato generaliter,36.de leg.1.

Seruus ſi domino volente argentariam exercuit, tenetur dominus rationes exhibere;& idem ſi inſcio domino : dum tamen teneat penes ſe rationes : ſed ſi iurat penes ſe non habere,non tenetur,l.prætor,de edendo.

Seruus ſi peculiarem argentarium exercuit, dominus tenetur de peculio, vel de in rem verſo;& ſi dominus non edat rationes,tenetur in ſolidum, ibid.

Seruus ſi peculiarem argentariam exercuit,dominus tenetur de peculio, vel de in rem verſo ad intereſſe actione in factum , ſi non edat rationes ad præceptum iudicis,gl.de in rem,ibid.

Seruus peculiaris filiifam.ſi voluntate eius nauem exercuerit,vel ſeruus vicarius voluntate ſerui ordinarij,pater,vel dominus, qui id non improbauit, tenetur de peculio:filius verò in ſolidum:ſed ſi patris,vel domini voluntate exercuerit,pater,vel dominus tenetur in ſolidum, & etiam filius , ſi conſenſum præſtitit,l.1.§.in poteſtate,& ibi gl.exercitore,in add.de exercitor.

Reliqua verbo,Negotiator,Proponere,Inſtitor.

SERVVS ſi contra voluntatem domini mutuauerit pecuniam , non facit eam accipientis,& eam vendicare poteſt,ſi extet;ſed ſi dolo malo conſumpta ſit,ad exhibendum agere poteſt:ſed ſi bona fide,tunc condicere poteſt,l.rogaſti,§.ſi. ſi certum petat.

Seruus ad mutuandum præpoſitus ſi mutauerit , in ipſo contractu mutui poteſt facere

tenetur depositi ratione præsentis possessionis,d.glos.non tenere.

44 Seruus meus,vel is,qui mihi bona fide seruit,vel in quo vsumfructum habeo ; si rem ad me pertinentem deposuerit,mihi competit actio depositi,d.l.1.§.non solùm.

Seruus hæreditarius si deposuerit, hæredi posteà adeunti competit actio directa,d.§.non solùm,& ibi gl.vtiliter.

Seruus,qui deposuit,siue viuat, siue decesserit, eius dominus efficaciter aget depositi actione,ibid.

Seruus,qui deposuit,si manumissus,non potest agere depositi, d.§.non solùm.

Seruus,qui deposuit,si sit alienatus,actio depositi adhuc competit ei , cuius fuit seruus,cùm deponeret, ibid.

Seruus,qui deposuit , si sit duorum , vnicuique dominorum in partem competit actio depositi,ibid.

Seruus si depositum suscepit, tenetur eius dominus depositi de peculio tantùm, in quo iudicio venit & dolus serui, & etiam domini , si dolosè in re deposita versati sint,d.l.1.§.filiumfamilias.

Seruus manumissus tenetur de deposito anteà sibi facto rei vendicatione , non actione depositi,quæ ex contractu:dominus verò eius non tenetur , l. si apud filiumfa.& ibi gl.fi.eod.

Seruus si pecuniam,de qua est controuersia inter eius dominum,& Titium, deposuit apud sequestrum, vt traderetur ei,qui vinceret , vincens debet conuenire sequestrum ad exhibendum,vt post exhibitam vendicare possit, l.penultim.eodem.

Seruus si sine permissu domini locat habitationem domus peculiaris censetur noluisse dominum priuare possessione , cùm tantum ad habitandum concesserit,gl.pe.in l.qui secutùs,C.quod cum eo,qui in alien.

Seruus si sine iussu domini locauerit habitationem : dominus domus nihilominùs per se possidet,& per vim ingrediendo magis suam retinere , quàm alienam inuadere dicitur,ibid.

Reliqua verbo,Dominus,8.9.10.25.26.Pactum,47.Institor.

45 SERVVS fideiubens pro aliquo non obligatur, neque liberatur primus creditor,l.in personam,§.1.de pactis.

Seruus fideiubere potest pro creditore domini sui,in quantum domus debet illi creditori, ibidem.

Seruus fideiubendo pro alio,nec ciuiliter , nec naturaliter obligatur : secus in pupillo,qui naturaliter saltem tenetur,gl.Titio,ibi.gl.non possit, & gl. fi.in l. sed si serui, 21.de fideiussor.

Seruus fideiubendo, vel mandando extra causam peculij non obligat dominum de peculio;secùs si in causam peculij,l.3.§.si filiusfa.de peculio.

Seruus fideiubendo non obligat dominum de peculio, nisi in rem domini , aut ob rem peculiarem fideiussisset,l.quoties,48.§.Sabinus, de peculio.

Seruus si fideiussit ex aliâ causâ , quàm peculij : & soluit fideiussionis nomine, eius dominus non habet actionem mandati contra principalem : sed habet vendicationem,vel condictionem,gl.2.l.si verò non remunerandi.

Seruus fideiussor non potest agere mandati contra principalem,etiam si aliquis volens ei donare,pro eo soluerit, ibid.

Seruus fideiussor ex causa peculiari si soluat eo nomine,dominus habet mandati actionem,d.l.si verò non remunerandi,12.§.1.& ibi gl.soluerit.

Seruus non tenetur ex fideiussione , nisi intercedat in causam peculij, l. 3.& ibi gl.seruum,de fideiussorib.

Seruus ex causa peculij fideiubens,si soluerit ex peculio,dominus non potest repetere id,quod seruus soluit ex peculio : sed bene quod ex dominica pecunia soluit,l.seruus inscio,20.eod.

Seruus extra causam peculij fideiubens, si soluerit ex pecunia dominica : dominus eam potest vendicare;sed si soluit ex peculio, illud potest condici,ibid.

Seruus licèt peculij liberam administrationem habeat non tamen videtur concessa ob id alienandi facultas ex causa fideiussionis,gl.pen.ibid.

Seruus fideiubere non potest extra causam peculij,l.seruus inscio,20. cum l.sequen. eodem.

Seruus si extra causam peculij fideiussit , & eius dominus si pecuniam soluerit pro fideiussionis obligatione,quæ erat nulla.poterit eam repetere non ab eo, pro quo seruus fideiussit:sed ab eo,cui pecuniam soluerit,l.sed si serui , 11. & ibi gl. 1.eodem.

Serui ex fideiussione extra causam peculij soluens dominus non repetit solutum ab eo,pro quo fideiusserat, cùm reus principalis , pro quo soluit , adhuc remaneat obligatus ære alieno , nec potest liberari solutione eius pecuniæ nomine,cuius obligatio ad seruum non pertinet,etiamsi consumpta sit pecunia soluta creditori , † d.l.sed si serui. & ibi add.marg. & gl.pen. & ibi addit. marg.& gl.pe.& ibi add. marg.

46 Seruus alienus pro Titio fideiubens ex causa non peculiari,si soluerit, liberatur Titius,si dominus serui contra Titium mandati agere instituerit:secùs si dominus ratum non habuerit,l.si seruus alienus,67.& ibi gl.fi.de fideiussor.

Seruus fideiussor esse non potest,nisi ex causa peculij,gl.non idem, & ibi add.in §.item per acceptilationem,Inst.quib.modis tollitur,gl.pro seruo,in §.1.Inst. de fideiusf.gl.1.in l.si mutuam,C.quod cum eo, qui in alien.

Seruo potest dominus fideiussorem dare,gl.fi.in §.1.Inst.de fideiussor.

Seruus meus si mandauit Titio , vt Sempronio creditori meo solueret , Titius soluens habet mandati actionem de peculio contra me : secùs si seruus intercessoris officio functus sit,l.3.§.si filiusfa.de peculio.

Seruus si mandat domino suo,vt eum redimat, non valet mandatum : quia dominus non potest seruum suum emere,l.cùm seruus, 54. & ibi gl.2.mandati, gl.1.in l.1.C.si seruus extero se.

Seruus si mandat extraneo,vt eum redimat, non valet mandatum ab initio ; sed ex postfacto secuta conditione validum efficitur;& sic mandatum priùs inutile efficitur,post vtile,d.l.cùm seruus,& ibi gl.2.& 3.

Seruus si de se emendo mandat extraneo,non valet mandatum,gl. in rub. & l.1. C. si seruus extero.

Seruus si de se emendo mandat extraneo , licèt mandatum sit nullum ; tamen actio datur domino ex vendito,neque solutio nummorum peculiarium liberat emptorem, ibid.

Seruus plurium vni dominorum non potest mandare de se emendo ab alio domino,neq; etiã poterit mandare vni dominorũ, vt emat rẽ alterius dñi, ibid.

Seruus non habens alienandi potestatem si mandet alicui,vt ex pecunia domini aliquid emeret,& iste mandatarius scienter contra domini voluntatem emerit,tenetur domino actione furti, l.1.C.de furtis.

Seruus potest obligare dominum etiam inuitũ de peculio , vel de in rem verso, gl.2.in l.fi.C.de negotiis gestis,gl.1.in l.etiam,32.de acquir.rer. domi.

Seruus si citra domini voluntatem prædia domini obligauit,non tenet pignoris obligatio, l.3.quod iussu.

Seruus si sit obligatus , potest per acceptilationem liberari , & tolluntur etiam honorariæ actiones,si quæ sunt aduersus dominum, vt de peculio, de in rem verso,& quod iussu,...an inutilis,§.si de acceptil.

Seruus,qui bona fide seruit,potest dominum liberare acceptum rogando, l.species, 11.eodem.

Seruus alicuius si promiserit aliquid alicui,& stipulator ei acceptum tulerit, liberatur seruus,& etiam dominus eius ab actionib. prætoriis, quibus tenebatur pro seruo:sicut est actio de peculio,& de in rem verso,ibid.

Seruus eius,qui apud hostes est, potest acceptum negando liberare dominum,& iure postliminij confirmatur acceptilatio,& deinde.abitur dominus,ibid.

Reliqua verbo,Fideiussor,16.Filius,122.123.

SERVVS minor,si sit hæres institutus cum libertate, antequàm se immisceat, potest separationem impetrare:posteà non potest,nisi per restitutionem, qua restitutione conceditur separatio : non autem vt possit repudiare hæreditatem:quia est hæres necessarius,gl.ex necessariis,in l.ait prætor,7.§.pe.de minor. 4

Seruus liber,& hæres institutus mortuo testatore statim liber,& hæres est, gl.2. in l.rectè Labeo,ex quib.causis maiores,gl.2.& gl.status,in l.eius qui. si cert. petatur.

Seruus liber,& hæres institutus,antequàm is hæres existeret;id est antequàm testator moreretur,si res vsucapiantur , aduersus vsucapionem non restituitur, d.l.rectè,& ibi gl.2.

Seruus sub conditione hæres institutus , ante conditionem existentem , si bona fuerint vsucapta,non restituitur aduersus vsucapionem, ibid.

Seruus,cui libertas,& hæreditas relicta est sub conditione,fictitiè dicitur liber à tempore mortis testatoris: interim tamen seruus est, gl 1.in l.3.de peculio.

Seruus hodie eo ipso quod hæres instituitur, & libertas præsumitur sibi relicta, glo.in d.status,in l.quæsitum,31.§.1.eod.glo.fi.in l.vxori suæ,24.de donat.inter virum.

Seruus hæres scriptus ab eo, qui post testamentum factum ab hostibus captus ibi decessit,& liber,& hæres erit,velit, nolit , licèt minus propriè necessarius hæres dicatur,l.lege Cornelia, de testam.

Seruum cum libertate si dominus instituerit , non potest posteà alteram ipsorum,scilicet hæreditatem sine altera adimere,& si ademerit alteram tantum, nihilominus & hæres,& liber est,nisi appareat ex voluntate testatoris vtrumque voluisse adimere, d.§.1.& ibi gl.habebit.

Seruum suum nemo potest instituere sine libertate iure Digestorum: hodie autem eo ipso quòd instituat quis seruum suum hæredem,videtur ei dare libertatem,gl.1.& gl.data,in l.3.de hæred.instit.& gl.regula,in l.si ita scriptum, §. 1.de liber. & posth.

Seruum suum si quis purè instituerit relinquendo ei libertatem sub conditione, differtur institutio in id tempus,quo libertas data est,d.l.3.§.1.de hæred.inst.

Seruum suum si quis instituat non data libertate,neque sub conditione,vel modo,tunc eo ipso censetur dare libertatem seruo;sed si sub conditione daret libertatem seruo,tunc non videtur testator voluisse,quòd seruus haberet libertatem,& hæreditatem,nisi conditione existente,gl.data,ibid.

Seruus proprius olim non poterat institui aliter, quàm cum libertate; sed hodie sic,l.sed & si, §.si seruum,eod. 4

Seruus solus si fuerit hæres institutus cum libertate, recipit à seipso libertatem, non vt hæres;quia sic esset res hæreditaria:sed vt singulare cõmodum,& ideò libertas à se ipso adimi non potest, d.l.sed & si,§ fi. & ibi gl.fi.

Seruus cum libertate à domino hæres institutus si ab eodem sit alienatus , potest iuberi à nouo domino adire hæreditatem, neque dicitur liber:secus si ab eodem testatore fuisset redemptus ; quia tunc erit liber, & hæres necessarius ei,l.quoties,§.seruus,& ibi gl.erit,& gl. alienatus,eod.

Seruus,qui simpliciter, & citra conditionem hæres institutus est cum libertate, ex die sibi relicta,si alienatus non sit,valet institutio,ita,quòd adueniente die libertatis efficitur liber, & hæres necessarius : sed ante diem libertatis neque liber,neque hæres est,d.l.quoties,§.1..& ibi gl. veniente.

Seruo instituto præsumit lex fieri eum liberum , vbi non apparet de contraria voluntate domini,alioquin non est locus præsumptioni,d.glo.veniente.

Seruus,qui simpliciter,& citra conditionem hæres institutus est,date sibi libertate in diem, si alienatus , vel manumissus sit à testatore , & antequàm adeat iussu domini,fiat liber,existit hæres voluntatis testatoris:sed si non fiat liber, poterit iubente nouo domino nolle adire,& si postea fiat liber,adibit suo arbitrio,d.§.fi.& ibi gl.hæredem.

Seruus,cui in diem libertas, & hæreditas relicta est,si conditio post diem aduenientem extiterit,erit liber,& hæres,d.§ fi.

Seruus,qui simpliciter,& citra conditionem fuit institutus libertate sibi in diem data, si non sit alienatus:sed tantùm vsusfructus in eo seruo sit alienatus à testatore , valet institutio , & differtur in tempus , quo extinguitur vsusfructus, ibidem.

Seruo potest quis dare libertatem purè , & hæreditatem sub conditione : ita tamen,quòd vtrumque ex conditione pendeat,si solus sit hæres institutus ; quia non potest esse liber,antequàm sit hæres:neque potest esse hæres ante aduentum conditionis,& ideò expleta conditione,& liber,& hæres est,l.Trebatius, 21.& ibi gl.fi.cum l.seq.de hæred.instit.

Seruus si libertate sibi simpliciter relicta sit institutus cum alio sub conditione, consequetur libertatem statim adita hæreditate super cohæredem, ibid.

Seruo si sit data libertas simpliciter , & hæreditas sub conditione , consequitur libertatem,si habeat cohæredem,qui adierit : secus si nullum cohæredem habeat,l.expleta,22.& ibi gl.fi.eod.

Seruus ſub conditione inſtitutus ſine iuſſu domini non poteſt parere conditioni, nec adire, niſi præcedat iuſſus:ſed nolle adire poteſt,gl.1.ibid.

Seruus plurium ſi fuerit hæres inſtitutus tempus ad deliberandum datur omnibus dominis.d.l.1.

Seruo delatam hæreditatem non poteſt dominus repudiare,† gl. fi. & ibi addit. marg.in l.is,qui hæres,13.fi.fi.de acq,hæred.

Seruus municipum,vel collegij hæres inſtitutus ab aliquo, & poſteà manumiſſus à municipibus , vel collegio poteſt adire hæreditatem ſuo arbitrio:ſed ſi fuit alienatus à municipibus , vel collegio iuſſu noui domini adire debet, l. ſi quis mihi bona.25.§.1.& ibi gl.adibit.eod.

55 Seruus municipum,vel collegij hæres inſtitutus ab aliquo, iuſſu municipum, vel collegij,vel iuſſu eorum,per quos vniuerſitas regitur,adire debet,& ei acquirit,d.gl.adibit,ibid.

Beruus fiſci hæres inſtitutus iuſſu procuratoris Cæſaris debet adire hæreditatem opulentam,d.§.1.& ibi gl.hæreditatem.

Seruus pœnæ effectus ad gladium, vel ad beſtias , vel in metallum damnatus , ſi fuerit hæres inſtitutus, pro non ſcripto habetur , & ſic hæreditas defertur ad ſubſtitutum,vel coniunctum , vel ad venientes ab inteſtato, d. §. 1. & ibi glo. pro non ſcripto.

Seruus hæres inſtitutus iuſſus adire non poteſt rectè adire, ſi potiùs , quàm adiret,furioſus ſit factus dominus,l.qui ſeruum,47.eod.

Seruus hæres inſtitutus non poteſt adire hæreditatem , niſi domini voluntate. ibidem.

Seruus hæres inſtitutus ſi poſt iuſſum domini antequàm adiret,alienatus ſit,non poteſt adire ſine iuſſu poſterioris domini,l.Antiſtius,62.§.1. eod.

Seruus eius,qui capere non poteſt,ſi in totum,vel in partem inſtituitur contemplatione ſui , ſecundum tempus aditæ hæreditatis inſpicitur , l. ſi ſeruus , 91. eodem.

Seruus hæres inſtitutus ſi iuſſus adire noluerit,compelli poteſt adire,l. 1. §. 1. & ibi gl.compellendus,ſi quis omiſſa cauſ.teſtam.

Seruo hærede inſtituto ſi dominus eius,vt ſuccederet ab inteſtato,noluit iubere ſeruum adire, vel ſi iuſſerit ſeruum adire : ipſe tamen ſeruus non obtemperauit , tenetur dominus legatariis , ac ſi ex teſtamento per ſeruum ſucceſſiſſet, niſi ſeruus adire non potuit.ibid.

Seruo hærede inſtituto ſi eius dominus non certioratus à ſeruo ; ſucceſſit ab inteſtato,non tenetur legatariis,niſi fingat ignorantiam:ſed poſtquàm ſciuit, debet ex teſtamento adire iubere,d.§.1.& ibi gl.à ſeruo.

Seruo hærede inſtituto poteſt eius dominus hæreditatem repudiare ſine ſeruo, † gl.ab inteſtato.ibid.

Seruum hæredem inſtitutum ſi dominus rogatus per fideicommiſſum præſtare, vendiderit,antequàm iuberet adire,tenetur præſtare fideicommiſſum,cùm ſit conſequutus æſtimationem hæreditatis per pretium ſerui,l.ſi ſeruum. eod.

Seruus hæres inſtitutus adita hæreditate iuſſu domini dicitur hæres nomine:ſed non effectu.† gl.ſed & pater,in l.cum filiofam.de legat.1.

Seruus hæres inſtitutus rogatus de reſtituendo hæreditatem ſi à domino ſit venditus,antequàm adiret,eius dominus tenetur fideicommiſſario , ſi eſt ſoluendo;aliàs contra emptorem habetur regreſſus,l.planè,97.§.1. eod.

56 Seruus hæres inſtitutus rogatus de reſtituendo ſi antequàm adiret, à domino ſit manumiſſus,fideicommiſſario tenetur manumiſſus,gl.non erit. ibid.

Seruo hærede inſtituto poteſt fideicommiſſum relinqui ab eius domino , & ipſe dominus debet illud præſtare,ſi per ſeruum ſit factus hæres,l.ſi alienus ſeruus, 64.de legat.2.

Seruus alienus hæres inſtitutus ſi antequam adiret hæreditatem,iuſſu domini ſit manumiſſus:& ſuo arbitrio adierit hæreditatem,fideicommiſſum relictum ab eius domino tenetur præſtare dominus ipſe:quia dominus non eſt factus hæres;nec ſeruus tenetur; quia non eſt rogatus ; vtili tamen actione is,ad quem emolumentum hæreditatis peruenit , cogitur præſtare fideicommiſſum. ibidem.

Seruus hæres inſtitutus manumiſſus ſuo arbitrio adire poteſt,d. l. ſi alienus ſeruus.& ibi gl.adierit.

Seruus hæres inſtitutus ſi iuſſu domini adierit hæreditatem, naturaliter tenetur præſtare fideicommiſſum relictum ab eo:ſed ſi relictum fuit ab eius domino, ſeruus adiens tenetur vtili obligatione naturali ad fideicommiſſum relictum à domino:ſed ſi manumiſſus adierit,tenetur vtili ciuili,gl.rogatus. ibid.

Seruus,vel filius hæres inſtitutus ſi iuſſu domini, vel patris rogati fideicommiſſum præſtare,adierit,tenetur dominus,vel pater ad fideicommiſſum ex perſona ſerui,vel filij.ibid.

Seruus qui ſubiacet reſtitutioni fideicommiſſi,ſi ſit inſtitutus hæres,illa hæreditas venit in reſtitutionem fideicommiſſi,l.quidam,25.§.fi.ad Trebel.

Seruo hærede inſtituto bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas defertur eius domino,ad quem pertinebit hæreditas: vnde ſi Stichus hæres inſtitutus tempore mortuus ſit ſeruus Titij,& Titius eum non iuſſerit adire:ſed vel deceſſerit, vel alienauerit Caio,ſi Caius eum iuſſerit adire, ei defertur bonorum poſſeſſio,& ita ſi per tres,vel plures tranſierit ſeruus,nouiſſimo datur bonorum poſſeſſio,l.2.§.fi.de bon.poſſ.ſecundum tabulas.

57 Seruo hærede inſtitutio ſi eius dominus dolo fecit, ne teſtamentum mutaretur, ſeruus poſtea manumiſſus quamuis adierit hæreditatem , denegatur ei petitio bon.poſſ.ſecundum tabulas,l.1.quibus,non competit bonor. poſſeſſio.

Seruus hæres inſtitutus non poteſt adire hæreditatem,niſi domini iuſſu,l.acquiritur,10.§.1.de acquir.rerum dominio,§. ſed ſi hæres, Inſt. per quas perſonas nobis acquiritur.

Seruus hæres inſtitutus ſi iuſſu domini adierit hæreditatẽ, hæreditas acquiritur eius domino,perinde ac ſi ipſe dominus eſſet inſtitutus,d.§.1.

Seruus hæres inſtitutus nullo momento poteſt eſſe hæres:nec poſſeſſio,nec hæreditas poteſt eſſe penes eum,gl.ſeruus,in l.4.§.ſeruus.de vſucapio.

Seruus hæres inſtitutus non poteſt adire ſine iuſſu domini,& ſi eius iuſſu adierit, ipſe dominus eſt ille , qui vſucapit titulo pro hærede , † gl.ſeruus , in add. marg ibid.

Seruus quando inſtitutus eſt hæres , apud eum nec nomen hæredis remanet. † ibidem.

Seruus capti ab hoſtibus hæres inſtitutus ab extraneo iuſſu hæredis captiui rectè poteſt adire,l. bona,22.§.1.de captiuis.

Seruus inſtitutus vt per aditionem ſuam poſſit acquirere hæreditatem domino, tria ſunt neceſſaria ſcilicet iuſſus domini:item quòd præcedat,& ſerui voluntas : ſed vt per Trebellianicam reſtitutionem ſeruo faciendam poſſit acquiri domino,ſufficit ſolius domini voluntas,gl.ſed ſi hæres,in §.ſed ſi hæres , Inſt. per quas perſonas nobis acquir.

Seruo inſtituto inſpicitur domini perſona quoad eius capacitatem, §. in extraneis.& ibi gl.eorum.Inſt.de hæredum qualitate.

Seruus hæres inſtitutus non acquirit dominio , niſi præcedat iuſſus domini , & obedientia ſerui,gl.hæres,& gl.ſeq.in §.in ſeruo.Inſt.de legatis.

Seruus inſtitutus ita demum acquirit hæreditatem domino eius,ſi eam adeat,& non aliter,l.cùm proponas,3.C.de hæred.inſtit.

Seruus inſtitutus poteſt hæreditatem repudiare , & domino præiudicare, etiam domino iubente,& eum excoriante,d.l.cùm proponas,& ibi gl.pen.

Seruus inſtitutus etiamſi coactus à domino adeat,facit dominum hæredem, † d. glo.pen.

Seruus hæreditatem ſibi delatam etiam inuito domino poteſt repudiare, gl. recuſante,in l.fi.C.de bonis quæ liberis.

Seruo repudiare hæreditatem ſibi delatam , dominus eius non admittitur ad eam.ibid.

Reliqua ſuprà,47.vſque 53.& 58.59.verb.Hæres,126.Inſtitutio. 5.6.

SERVVS alicuius poteſt hæres inſtitui,& tutor dari teſtamento ſub conditione,ſi liber erit,vel cùm liber erit,l.ſi hæreditas,§.fi.& ibi gl.ſi liber.de teſtam. tutela. 5

Seruus alienus,vel in totum,vel pro parte ſine libertate poteſt hæres inſtitui,l.3. de hæredib.inſtit.

Seruus communis etiam cum libertate,ſi hoc exprimat teſtator,poteſt hæres inſtitui,gl.1.in l.3.C.de hæredib.inſtituend.

Seruus alienus ſub conditione , cùm liber erit,rectè poteſt inſtitui, ſed proprius non poteſt ita inſtitui,l.ſed etſi in conditione,6.§.ſolemus, & ibi gl. ſub conditione,de hæred.inſtit.l.ſeruus,21.& ibi gl.1.de condit.inſtit.

Seruus communis cum libertate hæres inſtitutus, ſi inuita teſtatoris redimatur, efficitur hæres neceſſarius::ecùs ſi poſt mortem,d. l. ſed etſi. §. ſi ſeruum , de hæred.inſtit.

Seruus alienus non poteſt inſtitui cum libertate,etiamſi fiat poſteà teſtantis: ſed bene poteſt inſtitui ſine libertate,gl.cum libertate.ibid.

Seruum communem ſi vnus ex dominis hæredem inſtituerit cum libertate , is non efficitur neceſſarius,niſi partem ſocij redemerit.ibid.

Seruum communem ſi vnus ex dominis hæredem inſtituerit cum libertate,olim pars ſua ſocio accreſcebat : hodie verò erit liber, & neceſſarius teſtatori dato pretio partis ſocio.ibid.

Seruum communem non poſſum facere hæredem neceſſarium , niſi eum redimam,gloſſ.non efficitur,ibid.

Seruum communem ſi vnus ex dominis inſtituerit purè,& ſimpliciter, tota hæreditas etiam hodie acquiritur ſocio,gl.2.in l.ſi ſeruus,7.& gl. cum libertate, in l.ſed etſi ſub conditione,§.ſi ſeruum,eod.

Seruus communis Sempronio legatus poteſt inſtitui hæres ex parte poſt mortem ipſius Sempronij:quia dies incertus eſt,aliàs tolleretur dies,l.qui filio,38. & ibi gl.1.eod.

Seruo alieno libertas directa dari non poteſt,l.ſi alienum,49.eod.

Seruum prorſus alienum ſi quis liberum,& hæredem eſſe iuſſerit, etiamſi poſteà is ſeruus ſit factus teſtatoris,non valet inſtitutio,nec libertas.ibid.

Seruum communem poteſt quis inſtituere cum libertate,ſi redimatur à teſtatore poſtea,efficitur liber,& neceſſarius hæres ei,gl.1.ibid.

Seruus communis inſtitutus poteſt pro parte adire,& pro parte repudiare,l.fi.de vulgari.

Seruus communis inſtitutus ſi iuſſu vnius domini adierit hæreditatem , & iuſſu alterius domini repudiauerit:ſubſtitutus ſeruo admittitur pro parte repudiata:ſed non pro parte adita.ibid.

Seruus communis inſtitutus ſi iuſſus vnius domini adiuit,portio alterius domini in pendenti eſt interim,dum ipſius iuſſu,ſeruus,vel ipſe dominus adeat, vel repudiet,neque ſubſtitutus interim admittitur,d.l.fi.& ibi gl.fi.

Seruus duorum dominorum hæres inſtitutus ſi iuſſu vnius tantùm domini adierit,& deinde manumiſſus, adeundo aliam partem,ex illa parte dimidia efficitur hæres,nec acquirit eam ei, cuius iuſſu adiuit : quia non poteſt ille in plus iubere,nec ei poteſt ſine iuſſu acquirere,l.ſeruus duorum,63.& ibi glo. fin.de acquirenda hæreditat.

Seruus duorum hæres inſtitutus ſi poſtquàm adiit iuſſu vnius tantum domini, manumiſſus aliam partem adierit , in ea efficitur hæres , & excludit ſubſtitutum:ſecùs ſi manumiſſus non adeat : quia tunc in illa parte habet locum ſubſtitutus,l.etſi ſubſtitutum,64.& ibi gl.1.eod.

Seruus communis ſi omnibus dominis ſimul decedentibus hæres neceſſarius extiterit,vel quia cæterorum dominorum hæreditates peruenerunt ad vnum, à quo fuit inſtitutus , nullus eorum hæreditate poteſt ſe abſtinere , l. ſi ſeruus communis,65.& ibi gl. 1.eod.

Seruus communis vni ſoli hæres neceſſarius non poteſt exiſtere iure Digeſtorum:ſed iure Codicis rectè poteſt inſtitui ab vno tantùm ex dominis,d.gl.1.

Seruus communis hæres inſtitutus ſi iuſſu vnius adierit, facit eum hæredem ſtatim pro parte dominica , cui cæterorum dominorum partes accreſcunt illis repudiantibus tacitè,vel expreſsè,vel ſi ſeruus cæteris iubentibus adire nolit, l.ſeruus communis,76.& ibi gl.fin.eod.

Seruus plurium ſolus hæres inſtitutus ſicut poteſt vno tempore omnium dominorum iuſſu adire : ita & ſeparatis temporibus ſingulorum iuſſu poterit adire,nec alterius feſtinatione ius alterius læditur,l.cùm ſolus, 67. & ibi glo. 1.eodem.

Seruus plurium in diuerſis partibus ſeparatim inſtitutus non habet neceſſe , niſi ſemel adire dominorum iuſſu,d.gl.1.

Seruus alienus hæres inſtitutus iuſſu domini debet adire hæreditatem;& ita domino quærit : ſed ſi ſeruus etiam iubente domino nolit adire,non quærit domino:ſed

Seruo

Seruo si legetur sine libertate, non valet legatum, neque seruus per hoc habet libertatem, nisi dominus sit miles, l. seruus, 4. & ibi gl. 1. C. de legatis.

Seruo si à primo gradu legetur, & posteà pupillariter substituatur cum libertate, vel sine, pendet legatum ita, quòd si conditio eueniat, erit liber, & hæres pupillo, & legatum deficiet; si non eueniat, valet legatum, & seruus ad dominium legatarij transit, l. quidam, 5. §. fi. C. de necessar. seruis.

Reliqua verbo, Legatum, 113. 114. 115.

65 SERVVS quando legatur in genere, & traditur alienus, eo euicto agitur ex testamento, l. hæres, 58 de euictio.

Seruus legatus à testatore, & alienatus, rursus ab eodem testatore redemptus non debetur legatario, gl. erit, in l. quoties, 9. §. si seruum, de hæred. instit.

Seruus in testamento patris si alicui relinquatur, & in tabulis pupillaribus eidem relinquatur libertas, primum legatum videtur ademptum, & erit liber eo tempore, quo conditio substitutionis extiterit, l. si quis eum, quem, 16. & ibi gl. 1. de vulgari.

Seruus si legetur alicui, deinde eidem seruo legetur libertas, præualet in dubio legatum libertatis, tanquam fauorabilius, l. fi. §. 1. vers. non dicimus, eod.

Seruus duobus legatus, vno legatario manumittente eum, efficitur liber, si alter legatum repudiasset, l. si miles, 32. de militari testam.

Seruum legatum alicui si hæres manumiserit, si legatarius repudiet, seruus erit liber. ibid.

per Seruum donatum, vel legatum potest acquiri possessio aliorum seruorum: quia hæc nomina, vel participia, *donatus*, vel *legatus*, designant titulos: vnde licèt sit legatarius factus dominus, adhuc seruus dicitur legatus: sed per seruum hæreditarium non potest quæri aliquid de hæreditate: quia hoc nomen, *hæreditarius*, designat dominam hæreditatem: vnde non dicitur seruus hæreditarius, si factus si hæredis, gl. 1. in l. hæres per seruum, 43. de acquir. hæredit.

Seruus legatus vni ex hæredib. si quid in hæreditate malitiose fecit, non aliter in iudicio familiæ erciscundæ est ei adiudicandus, quàm habeatur quæstio ex eo, volentib. hæredib. quod idem esset, si extraneo fuisset legatus, l. seruus vni, 70. de legat. 1.

Seruo alteri purè legato si relinquatur libertas sub conditione, existente conditione libertatis extinguitur legatum primum de seruo alteri factum: sed deficiente conditione legatum ipsius serui debetur primo legatario, l. post mortem, 71. §. fin. eod.

Seruo purè legato alicui si relinquatur libertas eidem in diem omnino exituram, vel post mortem legatarij, primum legatum serui videtur in totum reuocatum, ibid.

Seruus, qui negotia gessit, legatus alicui tradi non debet, antequàm rationes reddat, l. seruo legato, 77. §. pe. eod.

66 Seruus, qui furtum fecit Titio, si sit legatus, eodem Titio hærede instituto, non debet præstari, antequàm legatarius conseruet Titium hæredem indemnem de dicto furto, l. si seruus Titij, 73. eod.

Seruus, cui libertas sub conditione legata est, si ab hærede defuncti pendente conditione legatus sit sub alia conditione, legatum serui factum ab hærede, deficiente conditione libertatis, valet, si conditio, sub qua legatus fuit, extiterit; secùs si extiterit conditio libertatis: quia tunc legatum serui factum ab hærede extinguitur, l. si fundum, 83. §. fi. eod.

Seruus si sit legatus à filio impubere instituto, & eidem seruo relicta sit libertas à substituto pupillari, pupillo perueniente ad pubertatem, legatarius potest vendicare à filio instituto seruum legatum: secùs si pupillus ante libertatem decessit: quia tunc libertas competit ei. ibid.

Seruus potest legari alicui à filio impubere instituto sub conditione, si ad pubertatem peruenerit, gl. legatus, ibid.

Seruus si sub conditione legatus est à filio impubere instituto, & liber esse iussus sit à substituto pupillari, si pupillus pendente conditione decesserit intra pubertatem, libertas competit ipsi seruo, ibid.

Seruus alienus si legetur, fructus, & accessionem, & quod interim ei nomine hæreditatis obuenit, veniunt à tempore, litis contestationis, l. quæsitum, 93. §. fin. eodem.

Seruo alieno si quis directò libertatem relinquat, & eum alij leget, valet legatum: sed non libertatis datio, l. si seruus legatus, 111. §. si seruus, eod.

Serui inquilini sine prædiis, quibus adhærent, legari non possunt: & si legentur, non debetur eorum æstimatio, nisi ex voluntate testatoris expressa, vel tacita appareat, vt quia legasset coniunctæ personæ, vel alio modo, vel sciens eos adhærere solo, legauit, l. si quis inquilinos, 115. & ibi gl. ex voluntate, eod.

Seruus alienus si scienter fuerit legatus, hæres tenetur legatario redimere, vel æstimationem dare, nisi decesserit sine culpa hæredis, quo casu liberatur, l. filiusfa. 117. §. fi. & ibi gl. fi. eod.

Seruum alienum si quis scienter legauerit duobus in solidum, illo mortuo sine culpa hæredis, liberatur ab illis duobus legatariis, ibid.

Seruum suum proprium si quis legauerit duobus in solidum, eius hæres tenetur legatario præstare eum seruum: alteri verò eius æstimationem, à quib. duobus legatariis liberatur, si sine culpa hæredis decesserit. ibid.

Seruus alienus hæres institutus legari ipsi à se non potest, l. legatum est, 119. §. alienus, eod.

67 Seruos, quos non poterat manumittere, si legauerit quis, vt manumitterentur, non valet legatum, nec libertas, l. si quis quos. 31. de legat. 2.

Seruus inutiliter testamento manumissus potest eodem testamento legari alicui: quia toties libertatis datio est efficacior legato, quoties datio vtiliter facta est, l. qui testamento, 38. eod.

Seruus legatus quidquid acquirit ante aditam hæreditatem, acquirit hæreditati: sed post aditam hæreditatem tenetùr hæres omnia restituere legatario, cui purè seruus legatus fuit: secus si sub conditione, & pendente conditione acquisiuit, l. quod seruus, 39. & ibi gl. 1. eod.

Seruis vrbanis legatis non continentur agasones, vel muliones ad opera rustica: secùs si ad opera vrbana, l. cùm quæreretur, 58. & ibi gl. agasonem, & glo. circum se, de legat. 3.

Seruis vrbanis legatis continentur tantùm hi, quos paterfam. circum se sui cultus causa habet. ibid.

Seruus plura artificia sciens cedit legato eius artificij, in quo plus versatur, l. legatis seruis, 63. §. si vnus, eod.

Seruus legatus, ac interim manumissus, ac posteà factus seruus potest peti: quia noua voluntate voluit testator peruenire ad legatarium, l. si chorus, 77. §. fi. & ibi gl. fi. eod.

Seruis legatis etiam ancillæ debentur, l. seruis legatis, 79. eod.

Seruis lecticariis legatis intelligitur legatus etiam ille seruus, qui lecticarius, & cocus fuit, l. seruis vrbanis, 97. §. cum, qui, eod.

Seruo legato cum peculio, & alienato, vel manumisso viuo testatore extinguitur legatum peculij, etiam si in peculio sint serui vicarij: secùs si post mortem testatoris fuisset alienatus, vel manumissus, l. 1. & ibi glo. 1. & 2. de peculio legato.

Seruo legato cum peculio, viuo testatore, mortuo extinguitur legatum peculij: secùs si post testatoris mortem fuisset mortuus, ibid.

Seruo legato cum vicariis suis durat legatum vicariorum etiam mortuo eo, aut alienato, vel manumisso, l. 4. eod.

Seruo legato non videtur eius peculium legatum, nisi & legetur cum peculio, gl. vicario, in l. si peculium. §. vicario. eod.

Seruo vestito legato vestimenta eius non cedunt legato eius, etiam si is seruus vixerit tempore mortis testatoris: quia vestimenta adhærentiæ occasione, & ferè quasi continuæ accessionis: imò sequelæ nomine, & non suo iure petuntur, l. aliter, & ibi glo. 1. eod.

Seruus legatus à testatore alienatus non debetur legatario, etiam si redemptus fuerit à testatore, l. cùm seruus, de adimend. legatis.

Seruus legatus si transferatur in fundum, vt ibi perpetuò sit, non potest recedere ab isto fundo: quia legatum de eo seruo factum videtur extinctum, l. pe. eod.

Seruus nominatus quando potest accipi, vt res legata, & vt persona legatarij, in dubio accipitur vt res legata, l. si is, qui ducenta. §. 1. de rebus dubiis.

Seruus si legatus sit purè, vt manumittatur in diem, vel sub conditione, hoc legatum interim defalcatur: sed quoad alios legatarios interim talis seruus exemplo statuliberi æstimatur, l. sed si non seruus, 36. §. fi. cum l. seq. ad legem Falci.

Seruum legatum si de liberante legatario hæres manumiserit, legatarius si postea repudiauerit, confirmatur manumissio, l. 2. de manumiss. & l. 3. de manumiss. vindicta.

Seruum duobus legatum si vnus legatarius manumiserit, altero legatario repudiante manumissus consequitur libertatem, d. l. 3. eodem.

Seruus si legatus sit alicui sub conditione, si manumiserit eum: & si non manumiserit, is iussus sit esse liber, eique aliquod legatum sit relictum; seruo ab eo non manumisso libertas competit, & etiam legatum debetur ei, l. si quis ita sit, 9. & l. seruos 20. de manumiss. testam.

Seruus legatus si liber esse iussus sit, erit liber: sed si seruus priùs liber esse iussus posteà legetur alicui, tenet legatum serui, si appareat testatorem legasse eum animo adimendi ei libertatem: secùs si dubitetur; quia tunc fauore libertatis non videtur reuocasse libertatem, l. si peculium, 10 §. fi. de manumis. testam.

Seruo purè legato si detur libertas per fideicommissum sub conditione, hæres non aliter cogitur præstare eum seruum legatario, quàm vt caueatur sibi existente conditione libertati eum restitutum iri, l. Iulianus, 40. eod.

Seruum legatum manumittere si sit rogatus legatarius, etiam alicui addictis bonis tenet legatum, & legatarius tenetur eum manumittere, l. 4. §. si non hæres, de fideicommis. libertat.

Seruus legatus si posteà iussus sit per fideicommissum manumitti, vel econtrà primò iussus sit manumitti, deinde legetur, nouissima scriptura valet, nisi in obscuro sit: quia tunc præualet libertatis datio, l. si seruus, 50. eod.

Seruus si Titio legetur, vt eum manumitteret, & si non manumitteret, liber esset, statim adita hæreditate liber est: præualet enim legatum libertatis legato serui, quod pro nullo habetur, & sic dominium non transit, l. si ita scriptum, 37. & ibi gl. 1. & add. marg. de statuliberis.

Seruus legatus, cui relicta est libertas, si decem daret legatario: si dedit illi decem, erit liber, & interim antequàm det, est statuliber, l. Stichum, 39. eod.

Seruus legatus vxori liber esse iussus, cùm vxor legataria nupserit, vxore nubente fit liber, l. fi. eod.

Seruum hæredis legatum à testatore si hæres manumiserit, nihil agit quominùs legatum serui teneat, & ita tenetur hæres ad æstimationem serui cùm libertas data ab eo teneat, l. hæres, 28. & ibi gloss. 1. qui, & à quib. manumis.

Seruus legatus sub conditione pleno iure est hæredis; nullam tamen libertatem interim potest consequi ab eo, ne legatario fieret iniuria, l. generaliter, 29. qui, & à quib.

Seruus legatus sub conditione pendente conditione potest alienari; sed non manumitti, gloss. fi. ibid.

Serui ad templi custodiam, quod testator ædificare voluit, relicti à testatore, neque manumissi non dicuntur hæredis; sed templi, l. seruos, 25. & ibi gl. fi. de liberali causa.

Seruus legatus acquirere potest possessionem aliorum seruorum legatorum legatario, etiam non apprehensa possessione illius serui, l. 1. §. veteres, & ibi gl. quod sit, de acquir. posses.

Seruus ex pluribus, qui fuerunt legati, vel donati, vel empti possessus à legatario, donatario, vel emptore, acquirit ei possessionem conseruorum legatorum, donatorum, vel emptorum, d. §. veteres, & ibi gl. per vnum.

Seruus pro parte prælegatus hæredi, & pro parte hæreditarius potest acquirere directo hæredi possessionem rei hæreditariæ, dict. §. veteres, & ibi gloss. per vnum.

Seruus legatus, deinde manumissus, adhuc posteà effectus seruus in vita ipsius testatoris, ex noua voluntate ipsius testatoris probata restauratur legatum serui; secùs si post mortem testatoris reincideret in seruitutem, vel si in eius vita, & non habuit nouam testatoris voluntatem, † gl. 1. in l. si chorus, §. fi. de legat. 3. & glo. ex libero, in l. inter stipulantem, 82. §. sacram, de verborum obligat.

Seruus purè legatus si ante aditam hæreditatem domini admiserit aliquid dolo malo in hæreditate, datur hæredi adeunti actio ex edicto, si quis testamento liber esse iussus, l. 1. §. si seruus, si quis testamento liber esse iussus fuerit.

Seruus in codicillis manumissus non consequitur libertatem, nisi mortuo testatore,gl. 4.ibid.

Serui pileati cadauer domini antecedentes,vel in lecto cadaueris stantes ex voluntate hæredis,vel testatoris,liberi efficiuntur,d.l.1.§.sed & qui.

Serui non deferunt pileos in capite: & si deferant pileos ante cadauer domini voluntate hæredis,vel testatoris,liberi efficiuntur,gl.1.ibid.

Seruum ex sola nominatione non facit dominus liberum,nisi adoptauerit,vel ea voluntate vocauerit,vt vellet eum liberum effici,gl.1.in d.l.§.simili.

Seruus non efficitur liber,eò quòd instrumentum seruitutis habeat penes se, nisi probet à domino sibi traditum præsentib. testib. quinque, d.l. 1. §. illéque etiam.

Serui filius domino nolente expositus liber est, & sui iuris: secùs si sit domino ignorante expositus,gl.2.in l.nemini,19.C.de episcop.audien.

Seruus pro derelicto habitus à domino si est languens efficitur liber:si verò non sit languens,potest occupari,† gl. contempsisse, in §. si verò in auth. de nuptiis,col.4.

Seruus à domino si fuerit adoptatus, vel in iudicio à domino si fuerit nominatus,vt filius, liber efficitur,§.fi.Inst.de adopt.,

Seruus si cum non vero domino agente,vel nolente defendere,iudicatus sit ingenuus,non præiudicat vero domino,l.3. de collusione detegenda.

Serui instituti libertas non debet pendere ex alieno arbitrio,glo.1.in l. quia ratio,22.de conditio.instit.

Seruo alicui non licet recusare ciuitatem Romanam:id est libertatem,gl.concedendum,in l.sed si alienare,32.de fideicom.libert.

Seruus sciente domino si militiam,vel aliam dignitatem consequatur, statim liberatur à dominica potestate,& fit ingenuus auth. constitutio, quæ dignitat. & episcopat.col.5.

Reliqua verbo,Libertas,18.Minor,40.vsque 43.Statuliber,Ancilla, Conditio,36.

77 SERVVS, cui libertas sub conditione: legatum verò purè relictum est,si post defectam conditionem manumissus,vel alienatus sit, legatum recidit ad irritum,l.qui filio,38.§.si quis, de hæred.instit.

Seruus,cui libertas sub conditione:legatum verò purè relictum est, consequetur legatum,si pendente conditione manumissus sit,vel domino acquiret, si pendente conditione alienatur à testatore, quamuis mortis testatoris tempore conditio libertatis extincta fuerit,ibid.

Seruo potest dari libertas ex testamento, vel ab intestato, si hoc testator expresserit,gl.1. in l.expleta, 22.eod.

Seruo hæredi sicut non potest legari libertas à se ipso, nec ipsemet potest legari sibi, cùm ipse sit hæres: ita non potest adimi à se, l. sed & si, §. fi. & ibi gl. fi. eod.

Seruo si sit ita relicta libertas,si rationes reddiderit,videtur purè relicta,si nulla reliqua supersit,l.qui libertates,69.§.seruus, de euictio.

Seruum,cui libertas relicta est,si decem daret, potest hæres prohibere ne soluat ex peculiarib. numis, nisi testator peculiares numos eidem seruo prælegauerit,quo casu etiam inuito hærede potest soluere,l.3.§.fi. & ibi gl.dare,de condictione causa data.

Seruo proprio si sit bis data libertas:primò purè,& vtiliter;deinde sub conditione,& sic inutiliter,licèt ex secunda datione non teneat datio libertatis; tenet tamen ex prima purè & vtiliter facta,gloss.1.in l.seruus,21.de condit.instit.

Seruo non competit libertas etiam purè relicta in testamento, nisi ab adita hæreditate, gloss. vel hæreditatem,in l.qui putat,73.§.fi.& ibi gloss.fi.de acquir. hæredit.

Seruo alienato extinguitur legatum libertatis sibi legatæ, non autem legatum alterius rei relictum,† gl.sicut,in l.cum seruo,de adimend.legatis.

Seruo volenti testimonio suo infringere testamentum, aufertur fideicómissum pecuniarium,& libertas directè relicta sibi in eo testamento,l.post legatum,§. an libertas,de his,quibus vt indig.

Seruus,cui libertas,& legatum relinquitur,manumissus, vel alienatus,legatum non consequitur,nisi adimpleat conditionem, in cuius euentum legatum est expressè collatum,l.Iulianus, 85. de conditio.& demonstr.

78 Seruus testamento manumissus ante aditam hæreditatem decedens, intelligitur hæredi periisse,l.in ratione,11.§. si seruus, ad leg.Falcid.

Seruus sub conditione libertate data,si decesserit impleta conditione,non videtur hæredi periisse,secùs si defecit conditio, d.l.in ratione,§.1.

Seruo,qui subiacet restitutioni, cum vniuersitate potest testamento relinqui libertas,& fideicommissario debebitur æstimatio,l. quidam, 25.§. fin. ad Trebellian.

Seruus,cui ab vno ex hæredib.relicta est ab alio fideicommissaria hæreditas,neutrum illorum potest rogare adire:secùs quando ab vno libertas, & fideicommissaria hæreditas relicta est,siue ab initio,vel ex postfacto debeatur, l. si res aliena,52.§.seruus, eod.

Seruus, cui à legatario libertas, & ab hærede hæreditas per fideicommissum relicta est,non potest cogere hæredem adire,l.non est cogendus,53.eod.

Seruus,cui ex tempore data est libertas,& vsque ad tempus hæreditas per fideicommissum relicta fuit,non habet ius cogendi hæredem,l.si patroni, 55.§.1. eodem.

Seruus,cui libertas sub conditione,si rationes diligenter tractasse apparuerit,relicta fuit,erit liber, si appareat ad vtilitatem domini bene gessisse, & bona fide,& reliqua reddendo,l.si ita sit scriptum,8.de manumissi.testam.

Seruo alieno dari libertatem non potest testator prohibere:sed rectè potest prohibere suo,vel hæredis,l.si quis ita,9.§.1.eod.

Seruo, quem testator legauerat, si relicta sit libertas fideicommissaria, cogitur hæres,vel legatarius eum manumittere,l.si legato,11.eod.

Seruo vno implente conditionem relictæ libertatis efficitur ipse liber, licèt alter cesset implere,l.si legato,11.§.1.de manumis.testam.

Serui, quib. data est libertas in testamento rupto ob præteritionem filiorum, si per quinquennium fuerint in libertate,liberi remanebunt, l. vxorem, 29. eodem.

Seruo ab hostibus capto potest testamento relinqui libertas, & reuersus iure postliminij consequitur libertatem,l.si serui,30.& ibi gl.1.eod.

Seruo, qui tempore testamenti, & tempore mortis non fuit re, vel spe in potestate testatoris,non potest directò dari libertas,l.Seruius,35.& ibi gl.1.eod.

Seruus,cui relicta est libertas sub conditione,si iuret se daturum decem operas, si iurat,erit liber:non tamen tenetur ad eas operas ex illo iuramento, nisi iuret factus liber:id est post manumissionem,l.seruum testamento,36. eod.

Seruo relicta libertas sub conditione, si eum hæres alienauerit, inutiliter dicitur relicta:quia in id tempus confertur,quo alienus futurus est,l.Stichus, 39. eodem.

Seruus,cui testamento libertas est data,& directò,& per fideicommissum potest vel ex fideicommisso,vel ex directo ad libertatem peruenire,& est in eius electione,l.si quis seruo,eod.

Seruus,cui directa libertas data est,adita hæreditate efficitur orcinus: sed si per fideicommissum habuit libertatem,dicitur hæredis libertus,gl.1.ibid.

Seruo si codicillis relicta sit libertas à decedente ab intestato, eius hæreditate ab intestato non adita, competit libertas seruo ex constitutione diui Marci & bona ei addicuntur,si idoneè creditorib.cauerit de solido, quo cuique debetur,soluendo, in quem etiam vtiles actiones competunt, nisi stipulatio intercessit:quia tunc datur directa ex stipulatu,l.2.de fideicommis. liberta.

Seruis præsentib.quib. testamento data est libertas, hæreditate non adita, possunt bona addici propter libertatem etiam inuitis aliis conseruis,quib.etiam fuit relicta libertas,l.4.§.illud,eod.

Seruis absentib.quib.testamento relicta fuit libertas, hæreditate non adita possunt bona addici propter libertates conseruandas,& si quidam præsentes sint & quidam absentes,etiam absentibus competit libertas exemplo aditæ hæreditatis,ibid.

Seruis, quib. ex die in testamento relicta est libertas,non possunt bona addic ante diem,neque ante conditionem,sub qua relicta fuit libertas,ibid.

Seruus, cui libertas sub conditione dandi decem hæredi, vel simpliciter dand decem,relicta est,dando decem ei, cui bona addicta sunt,efficitur liber, qua conditio videtur translata ab hærede ad eum,cui bona addicta sunt:sed si ali quàm hęredi dare iussus sit,ipsi,cui dare iussus sit,dabit,d.l.4 §.si sub conditio

Serui,qui libertatem directam acceperunt,dicuntur orcini testatoris, nisi is, q sibi bona domini addici desiderat, ita velit addici, vt etiam hi, qui directan libertatem acceperunt,ipsius liberti fiant, & hoc in ipsa addictione debet di cere,& illi consentire,d.l.4.§.hi,qui.

Seruis debentur libertates relictæ in testamento etiam fisco bonis addictis pe constitutionem Diui Marci: secùs si alia ratione bona peruenerunt ad fiscum, putà vt debitoris fisci, vel damnati bona, vel caduca, aut vacantia, cùn tunc libertates,etiam inter viuos relictæ,nullæ sint,d.l.4.§.e.& ibi gl. alia.

Seruus,cui relicta est libertas sub conditione,si rationes reddiderit, non teneto reddere,quæ casu perierunt,l.Thais,41.§.Titius,eod.

Seruus, cui relicta est libertas sub conditione, si redderet omne peculium, nor deducet,quod domino debet.ibid.

Seruis duob. si relicta sit libertas sub conditione, si rationes reddiderint, vnu reddendo rationes sine alio,erit liber,si separatim rationes gesserunt:secùs communiter gesserunt: quia tunc vnus sine alio non potest peruenire ad li bertatem,l.si quis ita,13.§.si duo,de statuliber.

Seruo si sit relicta libertas,cùm erit 30.an.& posteà dictum sit,Stichus, si decen non dederit, liber ne esto; seruus vt sit liber, requiritur quòd det decem, & efficiatur 30.ann.d.l.si quis ita.§.fin.

Seruo si sit relicta libertas in testamento, ita, Stichus liber esto, si hæres meu eum non manumiserit, expectatur aliquod tempus, nec modicum, nec nimium, intra quod hæres sine magno incommodo possit eum manumittere nisi tempus sit appositum, intra quod hæres manumitteret: quia tunc illud expectatur,quo elapso seruus manumissus erit liber ex testamento, l. si peculium,20.§.fi.eod.

Seruo si libertas sit ita relicta, Stichus si eum non alienauerit hæres, liber esto etiam si statuliber sit eum alienare potest hæres, & sic deficit conditio libertatis,quod aliàs non contingeret,l.si ita liber,30.& ibi gl.1. eod.

Seruus testamento manumissus non solùm non videtur seruire:imò nec ipsi hæredes videntur eum possidere,cùm sciant eum esse liberum,l. si seruus, 34. d stipula.seruorum.

Seruo,cui testamento libertas relicta est purè, statim atque vel vnus hæres adii competit libertas,l.1.§.ante aditam,si quis testamento liber esse.

Seruus si in testamento domini iussu eius libertatem sibi ascripserit,libertas purè competit ei,si testator in subscriptione sua confirmauerit ea, quæ in testamento sunt scripta,l.diuus,15.§.item Senatus,de falsis.

Seruus, cui libertas relicta est, si moriatur interim, dum hæres necem defuncti vlciscitur,& ante aditam hæreditatem,habere potest suum hæredem,qui consequatur lucrum,quod medio tempore seruo defuncto accidit, l. pe. & ibi gl pe.C.de his,quib.vt indignis.

Seruus,cui libertas relicta est,lucrum,quod sibi accidit interim, quòd hæres defuncti necem vlciscitur, & ante aditam hæreditatem sibi acquisierit, potui habere hæredem,ibid.

Seruum alienum etiam vt proprium nemo potest ad libertatem perducere, l. si non,4.C.de his,qui à non domino.

Serui damnati ad perpetua vincula non possunt ad libertatem perduci, l. 1. C qui non possunt ad libertat.

Seruis damnatis ad tempus,si intra tempus pœnæ hæreditas, legatum, vel libertas relinquatur,non consequuntur libertatem,nihilque capere possunt de his quæ sibi data sunt.ibid.

Seruis damnatis ad tempus si post tempus hæreditas, vel libertas relinquatur sine vlla quæstione præteritæ pœnæ,quæ eis sunt relicta,consequuntur,ibid.

Serui damnati ad tempus,si tempus pœnæ,ad quod sunt damnati,compleuerint ad pristinam,vel simplicem seruitutem rediguntur, & libertatem, & si aliqua testamentis dominorum illo tempore defunctorum acceperint,sine vlla quæstione præteritæ pœnæ consequentur,ibid.

Seruus iussu domini ascribens sibi libertatem excusatur à pœna: libertatem tamen non consequitur,nisi doceatur de subscriptione testatoris,l.1. C. de his qui sibi ascribunt.

des verò pro hæred.tariis portionib.l.qui pecuniam,22.eodem.

Seruus ... eſſe iuſſus,ſi intra quinquenium det decem hæredi,dando poſt quinquennium non erit liber,l.ſi intra,23.eod.

Seruus liber eſſe iuſſus,ſi rationes reddidiſſet, ſi hæres non patiatur rebus peculi ... venditis ſeruum reliqua ſoluere hæredi , erit liber , ac ſi conditioni pa... eod.

Seruus liber eſſe iuſſus, ſi hæredi decem promiſerit, vel operas ſe daturum iurauerit,ſi promiſerit,vel iurauerit,erit liber,licet adhuc non ſoluerit,l. Stichus, 24.eodem.

Seruus liber eſſe iuſſus,ſi rationes reddiderit,erit liber,licèt nullam adminiſtrauerit rationem,l.libertate,26.eod.

Seruus liber eſſe iuſſus,ſi rationes reddiderit,vt fiat liber,requiritur quòd reddat rationes non ſolùm in ſcriptis redactas:ſed etiam eas , quas ſine ſcriptura adminiſtrauerit.ibid.

Seruus liber eſſe iuſſus,ſi decem daret hæredi,ſi ſit venditus ab hærede , & poſteà redemptus,& poſteà rurſus alij venditus,ſi huic vltimo det illa decem,erit liber,l.his,cui,27.de ſtatuliberis.

Seruus liber eſſe iuſſus, ſi redderet rationes intra 30. dies poſt mortem teſtatoris,ſi non potuit reddere intra illud tempus , eò quòd diſtulit hæres adire per illud tempus,nihilominus erit liber, ſi adhuc poſt illud tempus velit reddere, ... hæreditas,28 eod.

Seruus liber eſſe iuſſus,ſi decem daret hæredi,ſi inter legitimum,& ſcriptum hęredem cœpta controuerſia de bonis defuncti lata ſit ſententia pro legitimo, debet illi legitimo,qui vicit,decem dare,vt fiat liber : ſed ſi ſeruus dedit ſcripto hæredi poſſidenti,ſcriptus hæres,qui fuit victus,debet illa reddere legitimo vincenti,l.ſtatuliberi,29.§.fi.eod.

Seruus cum contubernali ſua liber eſſe iuſſus,ſi rationes redderet;ſi deceſſit, antequàm redderet rationes,contubernalis ſua poteſt reddendo rationes peruenire ad libertatem,l.ſi ſeruo,31.eod.

Seruus liber eſſe iuſſus,ſi decem daret duobus hæredibus inſtitutis,ſi venditus ſit ab vno hærede, vt fiat liber, debet dare quinque hæredi, qui non vendidit, & alia quinque emptori,l.ſi duobus,32.& ibi gl.1.eod.

Seruus liber eſſe iuſſus, ſi decem daret hæredi, ſi manumiſſus ſit ab hærede, non debet poſteà defuncto hærede dare illa decem hæredis hæredi:quia extinguitur conditio manumiſſione,l.ſeruus,34.& ibi gl.fuit,eod.

Seruus liber eſſe iuſſus,ſi rationes reddiderit,non ſufficit,quòd per hæredem ſteterit,quominùs volens reddere rationes audiatur:ſed requiritur,quòd ipſe, ſi reliqua debeat,ea offerat : nam non ſufficit ſola hæredis mora ad libertatem, d.l.ſeruus,§.imperator.

Seruus liber eſſe iuſſus , ſi in Hiſpaniam vadat , & colligat ibi fructus fundorum domini:ſi hæres eum detinet Romæ, vel dimittat in Hiſpaniam ire, non erit ſtatim liber,niſi cùm tranſierit tantum tempus, quo poſſint illi fructus colligi, ibidem.

Seruus liber eſſe iuſſus, ſi decem daret hæredi , erit liber, ſi hæres eum vendidit retento peculio,vel cum peculio, ita,quòd ſeruus volens ſoluere de eo peculio,non poſſit,l.non videbitur,35.eod.

Seruus liber eſſe iuſſus,cùm æs alienum ſolutum, & creditorib. ſatisfactum hæreditariis erit, non erit liber, quamuis hæres locuples ſit, niſi creditores, aut prius pecuniam acceperint,aut ſatis acceperint, aut alio quoquomodo cauerint ſibi,l.Stichum,39.§.1.eod.

Seruus liber eſſe iuſſus, ſi decem daret hæredi, non erit liber , ſi hæres illi dedit decem,vt negotiaret,deinde illa eadem decem dedit hæredi:quia tunc ſeruus non dicitur ei dare:ſed reddere,niſi illa dediſſet hæres ei, vt haberet in peculio,d.l.Stichum,§.ſi hæres.

89 Seruus liber eſſe iuſſus,cùm ſoluerit hæredi ſeptem annorum operas,non erit liber, ſi is accuſatus intra ſeptem annos in iudicio publico fuit,etſi ſeptimus annus præteriit;erit tamen liber,ſi poſtea ſoluerit operas ſeptem annorum,d. l.Stichum,§.Dama.

Seruus liber eſſe iuſſus , ſi decem dare Titio,de rigore iuris mortuo Titio viuo teſtatore,non erit liber:ſed de æquitate fit liber ex teſtamento,d. l. Stichum, §. pen.

Seruus liber eſſe iuſſus,ſi det decem operas extraneo,non poteſt eas præſtare per alium:ſed ipſemet debet præſtare illas,vt fiat liber : ſecùs ſi iuſſus ſit dare decem:quia per alium poterit ſoluere,d.l.Stichum,§.fi.

Seruus liber eſſe iuſſus, cùm totum peculium dederit hæredi, dando hæredi totum peculium,erit liber, licèt plus deberet teſtatori, quàm eſſet in peculio, l. Sticho,40.§.1.eod.

Seruus liber eſſe iuſſus,ſi rationes redderet, liber erit, ſi ex fide reddit etiam rationes , quas egit per multos annos ſine ſubſcriptione teſtatoris , qui propter grauem valetudinem non potuit rationibus ſubſcribere, ſi tamen teſtamento ſubſcripſit,d.l.Sticho,§.ſeruus.

Seruus liber eſſe iuſſus,ſi rationes redderet, tenetur reddere etiam pro his , quæ exacta ſunt per adiutores eius,neque kalendario illata, aut fraudulenter acta huic aſcribi poſſunt , & ita tenetur de eo , quod culpæ eius poteſt imputari, ibidem.

Seruus liber eſſe iuſſus , ſi rationes reddiderit, tenetur de eo , quo non adhibuit diligentiam in exigendo penſiones à conductorib.prædiorum,vel à villicis,& in tanto mutuum,ibid.

Seruus liber eſſe iuſſus , ſi promiſerit decem hæredi , fit liber promittendo illa hæredi,licèt promiſſio non habuerit effectum,l. pe.eod.

Seruus teſtamento liber eſſe iuſſus , ſi ſurripuit aliqua hæredi, & petit ſe manumitti,priùs debet reddere quæ ſurripuit,& poſteà debet manumitti,l.pe.de liberali cauſa.

Seruus liber eſſe iuſſus,ſi decem daret pupillo,non poteſt illa decem dare pupillo ſine tutoris authoritate; rectè tamen poteſt dare tutori, l. ſi ſeruus, 68. de ſolutio.

Seruus liber eſſe iuſſus,ſi aliquid certum daret hæredi,illo pereunte caſu fortuito,ſtatim efficitur liber,& pro re perempta ad æſtimationem tenetur, l. fi. C. de con.in.inſert.

Seruus liber eſſe iuſſus,ſi aliquam rem daret hæredi,ſi oblatione facta & non recepta,illa res perierit,à præſtanda in futurum liberatur,ibid.

Seruus liber eſſe iuſſus,ſi aliquam rem daret hæredi, ſi per eum ſteterit , quominùs conditionem adimpleret,non conſequitur libertatem,ibid.

Reliqua verbo, Statuliber.

SERVVS manumiſſus ex cauſa fideicommiſſi non poteſt poſteà, & ex alia cauſa in ius vocare manumiſſorem ſine venia,licèt,vt manumitteret , poſſet eum in ius vocare,l.is quoque de in ius vocand.

Seruo manumiſſo ex cauſa fideicommiſſi non poſſunt imponi operæ , niſi fuerit teſtatoris filius rogatus de manumittendo : habet etiam hic filius rogatus de manumittendo,bonorum poſſeſſionem contra tabulas,gl 1.ibid.

Seruus minor,cui fideicommiſſaria libertas relicta fuit,ſi fuerit deceptus in mora petendi libertatem,reſtituitur,l.ſi tamen ſeruus,de minorib.

Seruus minor,cui fideicommiſſaria libertas relicta eſt, mora facta per hæredem intelligitur liber,ita,quòd ſi interim ſit inſtitutus ſub conditione dandi,quam non impleuit credens ſe non liberum per moram hæredis , vt domino non quæreret,reſtituitur,vt adimpleat conditionem : & idem eſt in legato ſibi relicto,gl.fi.ibid.

Seruo minori, cui fideicommiſſaria libertas relicta eſt , medio tempore quæſita poſt moram debent dari:quia ipſo iure habet libertatem,vel traditur matri ad manumittendum,cùm fuit facta mora matri ad manumittendum, non ex interpellatione. ibid.

Seruus,cui fideicommiſſaria libertas relicta eſt,poteſt ab hærede purè cum libertate hæres inſtitui,pendente conditione,& non expectata,libertatem, & hæreditatem conſequitur , eritque interim hæres neceſſarius : exiſtente tamen conditione efficietur voluntarius:& ita de neceſſario hærede efficitur voluntarius,l.3.§.qui fideicommiſſariam,de hæred inſtit.

Seruo alieno hærede inſtituto poteſt teſtator dare fideicommiſſariam libertatem poſt moram domini ſui,cui acquiſita fuit per dictum ſeruum , l. ſi idem, ſeruus,14.§.fi.de legat.2.

Seruus,cui libertas fideicommiſſaria relicta eſt,adhuc dicitur ſeruus licèt ei mora in præſtanda libertate per hæredem facta ſit , & quærit domino : competit tamen libertas moram paſſo,cùm iudicatum eſt libertatem deberi,gl.fin.in l. ſi quis ſeruo,86.de legat.2.

Seruus vni ex hæredibus legatus,cui per fideicommiſſum relicta fuit libertas, & ab alio hæreditas,ſi conſequutus eſt ab eo libertatem,poteſt alium cogere adire,& reſtituere hæreditatem,l.cogi poterit,16.§.fi.ad Trebel.

Seruus poteſt cogere hæredem adire,& reſtituere,ſi ab eo libertas , & fideicommiſſaria hæreditas per teſtatorem ipſi ſeruo fuit relicta,l.mulier,22.non eſt, eodem.

Seruum dare Titio,& eundem manumittere ſi hæres grauetur,debet hæres præſtare libertatem ſeruo , nec cogitur ex cauſa fideicommiſſi præſtare æſtimationem ſerui Titio,cùm debitam libertatem reddiderit,niſi appareat teſtatorem voluiſſe legatarium habere æſtimationem ſerui,l.Iulianus, 40.de manumiſſ.teſtam.

Seruo cui fideicommiſſaria libertas relicta fuit , non obſtat abſentia , & dolus latitantium fideicommiſſariorum , quin præſentes fideicommiſſarij poſſint ſeruo fideicommiſſariam libertatem dare, l. 1. de fideicommiſſ. libertatib.

Serui, qui fideicommiſſariam libertatem in teſtamento acceperunt, non ſtatim, atque bona addicta ſunt, liberi ſunt:ſed fideicommiſſariam libertatem conſequuntur : id eſt manumittendi ſunt ab eo, cui bona addicta ſunt, l. 4. §. ſi ſub conditione,eod.

Seruos alienos ſi rogatus ſit hæres manumittere, ille, cui bona addicta ſunt cauſa libertatum conſeruandarum, cogitur eos emere, & manumittere, d. l. 4. §. manumittere.

Seruo alieno poteſt per fideicommiſſum dari libertas, dummodò ille ſeruus ſit capax ex alieno teſtamento ; ſed directò non poteſt relinqui , l. alieno,31.& ibi glo.1.eod.

Seruus, cui competit fideicommiſſaria libertas ſub conditione , ſi non ſtat per eum , quominùs conditionem impleat , debet manumitti , l.ſi filius, 37. §. 1. eodem.

Seruus , cui relicta eſt fideicommiſſaria libertas ſub conditione , ſi hæres impediat impleri conditionem , debet manumitti , neque erit libertus hæredis, ibidem.

Seruus , cui fideicommiſſaria libertas relicta eſt , non debet tradi inuitus alij, vt manumittatur , quàm ei ; qui rogatus eſt manumittere, l. inuitus , 34. eodem.

Seruus, cui fideicommiſſaria libertas purè data eſt, debet ab hærede rogato manumitti , neque ſibi debet differri libertas prætextu non redditarum rationum , & factus liber reddet rationem eius, quod geſſit in rebus teſtatoris, & cogitur reſtituere , ſi corpora rationum , vel res, vel pecunias detinet ; non tamen cogitur reliqua, quæ non habet , reſtituere,l.ſi purè,37. & gl.debitores,in l.Thais,41.§.fi.eod.

Seruus , cui fideicommiſſaria libertas relicta eſt, in ea conditione eſt, vt quoad manumittatur, ſeruilis conditionis ſit,l.ſi debitor,45. §.fi.eod.

Seruus, cui fideicommiſſaria libertas relicta eſt,ſi abſente hærede ex iuſta cauſa paratus ſit reliqua præſtare , prætor eliget virum bonum , cuius arbitrio rationes computentur, & pecuniam, quæ ex computatione colligitur,deponet & poſteà prætor dabit libertatem illi ſeruo:ſed hærede latitante, & ex iniuſta cauſa abſente ſatis eſt, quòd ſeruus dicat coram iudice , ſe paratum reddere rationes , & ſic iudex pronunciabit libertatem ei, l.ſi pater , 47. §. ſi Sticho, eod.

Seruus , cui per fideicommiſſum libertas debetur, loco liberi quodam modo eſt, & obtinet locum ſtatuliberi,vel eo magis eſt:quia non poteſt in alium transferri,nec cogitur alium patronum habere , quàm rogatum,l.non tantùm,51. §. cui per fideicommiſſum, eod.

Seruus , cui fideicommiſſaria libertas relicta eſt , ſi rationes reddiderit hæredib. tenetur eis reddere rationes de his, quæ geſſit in vita teſtatoris , & de his,quæ poſt mortem teſtatoris ſurripuit de hæreditate , l. Sticho , 40. de ſtatuliberis.

Seruus,

Serui per libertatem donati poſſunt per diuinam indulgentiam natalib. reſtitui, quaſi nunquàm ſerui fuiſſent: ſed ingenui nati eſſent, l. imperialis, 23. C. de nuptiis.

Seruos omnes poteſt quis in vltima voluntate, vel inter viuos donare, ſublata lege Caninia, l. 1. C. de lege Fuſia.

Reliqua verbo, Venditus, 5.6. Venditor, 15.16.

98 SERVVM ſuis nummis redemptum cogitur dominus manumittere, l. qui ſe dicit, 67. de iudiciis, l. 4. de manumiſ.

Seruus dicens ſe ſuis nummis redemptum, ſi hoc probauerit, exinde liber erit, ex quo per ſententiam declaratum eſt eſſe redemptum, d. l. qui ſe dicit.

Seruus ſuis nummis emptus dicitur, eo ipſo quòd non eſt emptus nummis emptoris; ſed vel ex peculio, quod ad venditorem pertinet, ſiue ex aduentitio lucro, ſiue ex amici beneficio, vel liberalitate, vel eo prærogante, aut promittente, vel ſe delegante, vel in ſe recipiente debitum redemptus eſt, d. l. 4. de manumiſſio.

Seruus ſuis nummis emptus ad libertatem peruenit, etiamſi emptor emerit, ne eum manumittat, d. l. 4. §. vnde quæritur.

Seruus emptus ſuis nummis peruenit ad libertatem ſiue ſit emptus à fiſco, vel à ciuitate, vel à priuato cuiuſcumque ſexus, & etiam à pupillo, d. l. 4. §. nihil.

Seruus ſuis nummis emptus dicitur non ſolùm, qui totum pretium dedit emptori, de quo emeretur; ſed etiam qui partem pretij dedit, & ex operis ipſius acceſſerit aliquid, vt repleret pretium, vel ſi quid ſuo merito acquiſiuit, d. l. 4. §. ſuis.

Seruus aſſerens ſe ſuis nummis emptum poteſt eſſe in iudicio cum ſuo domino, & conqueri, quòd ab eo non manumittatur, denunciatione facienda à iudice ipſi; quòd ſi non probauerit ſe ſuis nummis emptum, quòd dabitur in metallum, niſi dominus maluerit ſibi reddi, l. ſi quis dicat, 5. eod.

Seruus, qui pecuniã dederat domino pro libertate, ſi manumittatur à domino in teſtamento legando ſibi ſuum peculium, illa pecunia ab hærede domini debet reddi ſeruo, ſi dominus voluit eam eſſe in peculio; ſecùs ſi ſuis rationibus applicuit, l. ſeruus pecuniam, 6. eod.

Seruus ob libertatem ſi promiſerit pecuniam, factus liber tenetur ad promiſſam pecuniam per actionem in factum, l. 3. C. an ſeruus ex ſuo facto.

Seruus ſi dederit aliquid de peculio domino, vt eum manumitteret, quamuis dominus non cogatur ſtare pacto: iudex tamen hortabitur eum ſaluo iure patronatus fauore libertatis ſtare pacto ſuo, l. ſi liber, 9. C. de condictione ob cauſam.

Serui pactio, aut datio pecuniæ ex peculio dominum non adſtringit ad manumittendum, gl. 1. in l. 2. C. de obſequiis.

Seruus non poterit repetere id, quod de peculio dedit domino, vt eum manumitteret, etiam ſi non manumiſerit, ibid.

Reliqua verbo, Redemptus, Ancilla.

99 SERVVS alienus bona fide ab hoſtibus redemptus efficitur ſeruus redimentis; ſecùs ſi ſciens alienum redemerit, gloſſa 1. in l. ſi ſeruum, 70. de acquiren. hæred.

Seruus, qui ſine redemptione ab hoſtib. redit, etiamſi ab aliquo poſſideatur, priori domino debet reddi, gl. 3. ibid.

Seruus alienus ab hoſtibus redemptus iure poſtliminij, non vt iterum ſeruus eius fiat, cuius erat, antequàm caperetur, quod impium eſt; ſed vt priſtino domino ſuam æſtimationem offerat, vel maneat obligatus ei, donec pretium ſoluat, & hoc libertatis fauore introductum eſt, l. ſi ſeruum, 70. de acquiren. hæred.

Seruum alienum bona fide ſi quis ab hoſtib. redemerit, neque eum redemerit, à priori domino oblato ſibi pretio intra triennium ſoluitur ius pignoris: ſed poſt triennium nihil poteſt à priori domino offerri redimenti, niſi mala fide redemerit, gl. offerat, ibid.

Seruum alienum ab hoſtib. bona fide redimens ſi eum manumiſerit, liber remanet, nec ad priorem dominum redit; tenetur tamen domino ad æſtimationem: vel donec eam ſoluat, manet ei obligatus, d. l. ſi ſeruum, & ibi gloſ. offerat.

Seruus promiſſus ab hoſtibus captus interim peti non poteſt quaſi ante diem; ſed ſi redierit poſtliminio, tunc rectè poteſt peti, l. qui res ſuas, 98. §. aream, de ſolutio.

Seruum alienum ab hoſtibus captum ſi quis ſcienter redemerit, ſtatim eſt redimentis; ſi tamen dominus eius ſoluerit redimenti pretium, quod pro eo dedit, dicitur ſeruus rediiſſe poſtliminio, l. in libello, §. ſi quis ſeruum, de captiuis.

Seruum alienum ab hoſtibus captum ſi quis ignoranter redemerit bona fide, credens eſſe vendentis, ſi triennio tenuerit eum, præſcribet iuri offerendi: & ſic dominus poſt triennium offerens pretium redemptori, & petens eum ſeruum ſibi reddi, non auditur, ibid.

Seruus ſi ab hoſtibus captus, ab eis manumiſſus, & poſteà reuerſus ſit, dominus iure poſtliminij recuperat eum quocumque animo fuerit reuerſus, ſiue ibi ſtandi, ſiue non, d. l. in bello, §. manumittendo.

Seruus ab hoſtibus captus ſi manumittatur ab hoſtibus, talis manumiſſio non preiudicat domino, aut manumiſſus eſt à redimente, & tunc ſi ignorabat alienum, redimens efficit liberum, ita vt priori domino æſtimationem præſtet; ſed ſi redemit ſciens eſſe alienum, tunc non efficit liberum, d. §. ſi quis, & d. §. manumittendo, & ibi add. marg.

Seruum ab hoſtibus captum ſi quis redimat à ſciente poſt vſucapionem rectè poteſt manumittere: non autem ante, ibid.

Seruus plurium captus ab hoſtibus, & redemptus reuertitur ſub dominio omnium dominorum, ſi pretium nomine omnium ſolutum ſit: ſi verò nomine quorundam ex dominis ſolutum ſit, illis tantùm reſtituitur pro partibus eorum: pro partibus autem aliorum remanet penes redemptorem, d. l. in bello, §. ſi ſeruus.

Seruus, cui fideicommiſſaria libertas erat relicta, ſi captus fuit ab hoſtibus & redemptus, non poteſt petere libertatem, priuſquàm ſatisfaciat redemptori, d. l. in bello, §. ſi fideicommiſſaria.

Seruus alicuius ſi transfugerit ad hoſtes, & reuerſus ſit iure poſtliminij debet domino reſtitui, l. poſtliminium, 19. §. transfugæ, eod.

Seruus alienus captus ab hoſtibus licèt infra fines populi Romani venerit, non intelligitur poſtliminio reuerſus, niſi venerit in poteſtatem domini, vel alicui ſeruiat, l. fi. de captiuis, & poſtliminio reuerſis.

Reliqua verbo, Redemptus, Captus.

SERVVS exportandus ab Italia ſi vendatur, in prouincia morari poteſt, niſi ſpecialiter ſit prohibitum, l. 2. de ſeruis exportand.

Seruus exportandus ab Italia ſi vendatur; in ſua ciuitate, quæ in prouincia eſt, morari non poteſt, gl. 1. ibid.

Seruus ſi venditus ſit ea lege, vt ſi Romæ moratus eſſet, liceret venditori manus iniicere; emptor deinde ſi alij vendidit eadem lege, & ſeruus fugit à ſecundo emptore, & Romæ moretur, nihil videtur contra legem venditionis factum, neque Romæ morari intelligitur ſeruus, qui in fuga eſt, l. penultim. eodem.

Seruus ſi ſit venditus ea lege, vt ſi Romæ moraretur; liceret venditori manus iniicere, deinde emptor alij eadem lege vendat, & ſecundi emptoris voluntate ſi moriatur Romę, manus iniectio competit potiùs primo venditori, quàm ſecundo, ibid.

Serui venditi cum pacto, vt exportarentur intra annum ab emptore, intra illud tempus manumiſſi, ſi remaneant poſt manumiſſionem in loco prohibito, recidunt in ſeruitutem, & ipſo iure dominij fiſci factos vendicat fiſcus, l. 1. & ibi glo. 4. C. ſi ſeruus exportand.

Serui vendenti cum pacto, vt intra annum exportarentur, & quòd aliàs venditor propria authoritate poſſet manus iniicere, ſi intra illum annum non fuerint manumiſſi, neque exportati, venditor habet manus iniectionem, & demùm manu iniecta fiunt ſerui venditoris, † d. l. 1. & ibi gl. fi.

Seruum vendens exportandum ſalua ſibi manus iniectione ſi non exportetur, ſi non ſit exportatus, habet manus iniectionem iuxta pactum, l. 2. C. eodẽm.

Seruum exportandum vendens omiſſa manus iniectione ſi ſtipuletur pœnam, ſi non exportetur: ſi non ſit exportatus, venditor pœnam petet, & fiſcus ſeruum vendicabit, niſi domini voluntate non exportetur, l. 2. C. ſi ſeruus exportandus.

Seruum ſi quis vendiderit, & tantùm licèt in continenti pactus ſit pœnam, ſi non exportetur, non valet pactum, niſi ſua interſit: ſed ſi ſtipulatio interuenit, non inſpicitur interſit, vel non, gl. 3. ibid.

Seruus exportandus ſi vendatur; ſi non exportetur, & emptor manumiſerit eum, non valet manumiſſio, & fiſco applicatur, l. 3. C. eod.

Seruus venditus hoc pacto, vt extra aliquem locum ſtaret: putà extra Bononiam, ſi contra legem manumiſſus ſtet Bononiæ, non valet manumiſſio, & fiſco applicatur, cùm venditor ſibi non ſit pactus manus iniectionem; ſed tantùm dixit, exportetur, gl. 1. & 2. ibid.

Seruum ſi dominus vendidit, vt exportetur, & emptor eum manumiſit, ſi poſteà dominus ſeruum accuſauerit, & probauerit, pœna capitali plectitur ſeruus: pendente tamen lite donec dominus de ſua intentione probauerit, habendus eſt pro liberto, l. pe. C. eod.

Seruus exportandus à ſua ciuitate ſi ſit venditus, neque in vrbe Romana morari poteſt: ſi verò exportandus à certa prouincia, neque in Italia morari poteſt, l. fin. C. eod.

Reliqua verbo, Vendita, 5.6.

SERVO vendito ſi aliquid datum, vel donatum eſt poſt venditionem, totum datur emptori, redhibito tamen ſeruo indiſtinctè omnia redduntur venditori: & hoc quando non apparet, cuius contemplatione an emptoris, an venditoris ſit donatum, gl. 1. in l. ſed & ſi quid, 26. de vſufruct.

Seruo alieno ſi quis mutuauit decem, ac poſteà eum emerit, & deinde vendiderit pro illis decem, primus emptor non poterit conuenire ſecundum emptorem de peculio ſerui, & l. ancillarum, 28. §. ſed & ſi, de peculio.

Seruum emens antequàm emeret, ſi ei mutuauerit, poteſt intra annum, numerandum à die venditionis, conuenire venditorem de peculio, de eo quod mutuauerat: deducto tamen eo, quod ſeruus apud emptorem habet peculij, ibidem.

Seruus meus ſi ſeruo meo mutuauerit, vendito eo ſeruo, cui mutuatum fuit, dominus non poteſt agere contra emptorem de eo, quod mutuatum fuit ſeruo ante venditionem, d. l. & ancillarum, §. ſicut.

Seruus vendens cum peculio ſi tradidit peculium, nec intra annum de peculio poteſt conueniri, niſi & pretium peculij acceperit: quia tunc penes eum videtur pretium remanſiſſe, l. ſi ex duobus, 33. §. fi. cum l. ſeq. eod.

Seruo, quem quis vendidit, & tradidit, ſi mutuauerit, venditor conueniens emptorem de peculio etiam intra annum à tempore venditionis, non poteſt compenſare illud, quod retinuit de peculio, cum illo, quod debet ei ſeruus, l. depoſui, 39. §. fi. eod.

Serui emptor ſi conueniatur ab aliquo creditore peculiari pro peculio, quod eſt apud eum, poteſt deducere id, quod ſibi debetur, l. quoties, 48. §. non tantùm, eodem.

Serui inquilini ſine prædiis, quibus adhærent, vendi non poſſunt, l. ſi quis inquilinos, 115. & ibi gl. ex voluntate, de leg. 1.

Seruum ſuum abſentem vendens non tenetur lege Flauia de plagiariis, l. 2. ad legem Flauiam de plagiariis.

Serui empti à tutore de pecunia pupilli intelliguntur illi ſpecialiter obligati, & ideò non poſſunt à tutore manumitti, l. ſi tutor. C. de ſeruo pignori dato.

Serui à tutore empti non ſunt pupilli, licèt ſint empti de pecunia pupilli; ſed ſi pupillus velit eos etiam ſuos habere ratificando emptionem, bene poteſt, & tunc pupillus habet vtilem in eum, gl. 1. ibid.

Seruos, quos procurator ſibi emit, antequàm tradat domino, poteſt manumittere, l. 2. C. de his, qui à non domino.

Seruos, quos procurator nomine domini emit, cùm in dominio eius ſint, non poterit manumittere, gl. 1. ibid.

Seruus etiam ſi emptori ſuo pretium tradiderit, ob hoc non erit liber, l. ſi ex liberta, 12. C. de liberali cauſa.

quando ei hæreditas relicta eſt, l. ſi cui de libertate, 25. & ibi gloſſa tractari, eodem.

Seruus gerens ſe pro libero, ſi compromiſit in aliquem ſub pœna, & poſteà incidat in pœnam, eius dominus non tenetur actione de peculio ad pœnam compromiſſi; quia etiam ſi coudemnaretur ſeruus, in eius dominum non daretur actio, l. 3. §. ſi ſeruus, de peculio.

Seruus gerens ſe pro libero, quod pro patrimonio habuit, peculium eſſe intelligitur, l. ex facto, 53. eod.

Seruus, qui gerens ſe pro libero tutelam adminiſtrabat, ſi pronuncietur ſeruus pupillus præfertur in peculio cæteris creditorib. peculiarib. ibid.

Seruus gerens ſe pro libero non priuat dominum poſſeſſione, niſi diu ſteterit in quaſi poſſeſſione libertatis, vel niſi liber pronunciatus ſit, l. 3. §. ſi ſeruus, de acqui. poſſeſſione.

Reliqua verbo, Libertas, 20.

106 SERVVS meus fugitiuus ab alio mala fide poſſeſſus, ſi emit rem, eius poſſeſſio per eum nec malæ fidei poſſeſſori, nec mihi domino acquiritur: dominium tamen directum mihi quæritur, ſi dominus erat tradens: vel quaſi dominium, ſi tradens non erat dominus, & ita Publiciana ſine poſſeſſione competit mihi, & etiam actio vi bonorum raptorum, ſi ſeruo rapta fuerit res, † l. ſi ſeruus, & ibi gl. 1. & ibi add. marg. de Publiciana in rem.

Seruus etiã ſi in fuga ſit, nihilominùs retinetur poſſeſſio à proprietario: pari ratione vſusfructus ſerui fugitiui retinetur, etiam ſi nihil ex re domini ſtipuletur, l. arboribus, 13. §. de illo, de vſufructu.

Seruus fugitiuus nondum ab aliquo poſſeſſus, in quo mihi vſusfructus eſt, ſi ſtipuletur aliquid ex re mea, vel opera ſua, vel accipiat per traditionem, retineo vſumfructum: & ſic mihi quærit, d. §. de illo, & ibi gloſſ. admittit.

Seruus fugitiuus, cuius vſusfructus quis habet, ſi ab aliquo ſit poſſeſſus, eius vſusfructus non eſt amiſſus: ſed poteſt amitti: id eſt, in actu amittendi, vt incipiat amitti tempore, † ibid.

Seruus fugitiuus, cuius vſusfructus alicui relictus eſt, ſi ab aliquo ſit poſſeſſus, ſi aliquid ſtipuletur nomine fructuarij, non amittitur vſusfructus, imò retinetur, & nihil refert, an poſſideatur ſeruus ab hærede, vel ab eo, cui hæreditas vendita eſt, vel cui proprietas relicta eſt, an à prædone, ibidem.

Serui fugitiui poſſeſſio retinetur à proprietario vſque ad decennium, niſi pro libero ſe gerat, vel ab aliquo poſſideatur, d. §. de illo, & ibi gl. etiamſi.

Seruo fugitiuo ſi damnum datum ſit, actio legis Aquiliæ datur domino, l. liber homo, ad legem Aquil.

Seruus fugitiuus dicitur ille, qui eo animo recedit, vt nunquam redeat, glo. 1. in rub. ff. de ſeruis fugit.

Seruum fugitiuum ſi quis admiſerit in ſaltus, vel protegerit, punitur in centum ſolidos applicandos fiſco, niſi intra viginti dies à tempore, quo reperit fugitiuum in agro ſuo, domino, vel magiſtratibus tradiderit, l. 1. & ibi gl. ſtatuit, & gl. tempora, de ſeruis fugiti.

Seruum fugitiuum ſuſcipienti mulcta, & pœna imponitur, & illa datur actori; id eſt domino ſerui, gl. mulcta, ibid.

107 Seruum fugitiuum apprehendens tenetur in publicum deducere, & magiſtratus debet eum diligenter cuſtodire, ne euadat, d. l. 1. §. vnuſquiſque, cum ſequen.

Seruum fugitiuum ſi quis nolit apprehendere, non tenetur ob id, gloſſ. apprehendit, ibidem.

de Seruo fugitiuo quod dicitur, idem dicendum eſt de errone, d. l. 1. §. fin.

Serui fugitiui appellatione non continetur filius natus ex ancilla fugitiua, ibidem.

Seruum fugitiuum apprehendens ſi tradiderit magiſtratibus municipalibus, tamdiu ipſi debent eum cuſtodire, quamdiu ad præſidem prouinciæ deducant, & deferri debent ad magiſtratus eius nomen, & notæ, & cicatrices, & cuius ſe ſeruum eſſe dicat, vt faciliùs cognoſci, & percipi fugitiuus poſſit, l. 2. eodem.

Serui fugitiui ſimplicis: id eſt, qui ſe liberos non dicunt, dominis ſunt reddendi: ſed qui pro liberis ſe gerunt, grauiùs coërceri debent, l. 2. eod.

Seruos fugitiuos limenarchæ, & ſtationarij rectè poſſunt deprehendere, & in cuſtodia retinere, l. pen. eod.

Seruos fugitiuos comprehenſos rectè poſſunt magiſtratus municipales ad officium præſidis prouinciæ, vel proconſulis tranſmittere, ibid.

Seruus fugitiuus etiam ſi in arenam dederit, non euitat poteſtatem domini, imò omnino reddi debet ei, ſiue ante pugnam ad beſtias, ſiue poſt, l. fi. eod.

Serui fugitiui interdum pecunia interuerſa, aut commiſſo aliquo maiore delicto ad fugiendam inquiſitionem domini, vel iuſtitiam animaduerſationis in arenam ſe dare malunt, & ideò omnino dominis ſunt reddendi, ibid.

Seruus fugitiuus ſi ex pecunia acquiſita ſeruos comparauit, eóſque Titius ſi cum voluntate ſerui recepit à venditore per traditionem, dominus eius habet actionem mandati cantra recipientem: ſed ſi ei ſine voluntate ſerui venditor tradiderit, habet dominus tantùm actionem ex empto contra venditorem, ipſéque venditor per condictionem repetet à Titio ſeruos, quos exiſtimans ſe debere, cùm non deberet, tradidit, l. ſi mandauero, 22. fugitiuus, mandati.

Seruum in fuga conſtitutum nemo poteſt vendere, gloſſ. contra Senatuſconſultum, in l. quod ſæpè, 35. §. 1. de contrahen. emptione.

108 Seruum fugitiuum vt quæras, & eo inuento vt venderes, ſi tibi mandaui, & tu eo inuento vendideris, valet venditio, nec fit contra S. C. de non vendendo ſeruum in fuga conſtitutum, d. §. 1.

Seruus fugitiuus domino auferre ſe non poteſt, & qui in fuga eſt, non intelligitur morari in aliquo loco, l. pen. de ſeruis exportand.

Seruum legatum eſſe in fuga, vel eſſe in longinquo paria ſunt, l. cùm ſeruus legatus, 38. de legat. 1.

Seruus fugitiuus videtur eſſe in loco, vnde aufugit, vt voluntas teſtatoris ſeruetur, & ne ſeruorum fuga officiat voluntati teſtatoris, l. huiuſmodi, 86. §. legatum, eodem.

Seruus legatus ſi poſt teſtamentum viuo teſtatore ſit in fuga, ſumptibus, & periculo legatarij debet reddi, l. ſi ſeruus legatus, 111. eod.

Seruus exiſtens in fuga ſi legatur, hæres tenetur eum recuperare ſumptibus ſuis, & præſtare legatario; ſecùs ſi poſtquàm legatus eſt: & ſic poſt teſtamentum ſit in fuga: quia tunc ſolùm tenetur perquirere: ſumptibus tamen legatarij, niſi culpa ipſius hæredis ſit in culpa, d. l. ſi ſeruus, & ibi gloſſa 1. & gloſſa in quo.

Seruus ſuus, vel alienus, vel hęredis legatus ſi culpa hæredis aufugit, tenetur hæres ad eius æſtimationem, vel debet cauere legatario de reducendo eo; ſed ſi ſine culpa hæredis aufugit, non tenetur hæres reducere; ſed ſufficit, quòd caueat legatario de reſtituendo, ſi recipiat, l. ſi quis ſeruum, 8. & ibi gloſſa 2. & 3. de legat. 2.

Seruus ſuus, vel alienus, vel hæredis legatus ſi culpa hæredis poſt mortem teſtatoris ante aditam hæreditatem aufugit, tenetur legatario cauere perſequẽdo eum, ac de reducendo ſumptibus ſuis: ſed ſi viuo teſtatore fugit, tenetur cauere deducendo eum ſumptib. legatarij, vel de reſtituendo, ſi eum recuperauerit, d. l. ſi quis, & ibi gl. reducetur.

Serui fugitiui non incidunt in commiſſum, eò quòd tranſierunt fines, quos non debebant tranſire, cùm ſine domini voluntate tranſierint, l. fin. §. ſerui, de publicanis.

per Seruum fugitiuum poteſt dominus acquirere poſſeſsionem, cùm & eum poſsideat, l. ſi cui de libertate, 15. & ibi gl. tractari, de liberali cauſa.

Seruum fugitiuum poſsidet dominus, niſi diu ſit moratus in libertate, l. liber homo, 54. §. fi. & ibi gl. fi. de acquirenum dominio.

per Seruum noſtrum fugitiuum ab alio non poſſeſſum poſsidemus, vſucapimus, & per eum poſſeſsionem acquirimus, l. 1. §. per ſeruum, qui in fuga, de acqui. poſſeſsio. 1

per Seruum fugitiuum ab alio poſſeſſum non acquiritur poſſeſsio domino, d. §. per ſeruum, & ibi gl. poſsideatur.

Seruus fugitiuus ſi mala fide liberum ſe contendat, dominus non amittit eius poſſeſsionem, & ideo poteſt per eum acquiri etiam poſſeſsio illi domino, ſi adhuc poſsideat eum animo, niſi diu ſeruus extitiſſet in libertate, d. gloſſa poſsideatur.

Seruus fugitiuus priuat dominum poſſeſſione, ſi diu: id eſt x. annis inter præſentes, & xx. inter abſentes moretur in libertate, l. 3. §. ſeruus, quem, & ibi gloſſa diu.

Seruus fugitiuus ſi fuerit ab alio occupatus, dominus perdit omnem poſſeſſionem eius, ſed ſi non occupatus ab alio: ſed moretur diu in libertate, tunc dominus amittit omnem poſſeſſionem: ſed ſi diu non ſit moratus in libertate, & vult ſe in libertatem proclamare, perdit dominus poſſeſſionem naturalem: ſed non ciuilem, gl. & animo, in additione, ibid.

Seruus fugitiuus à domino videtur poſſideri, nec ipſe priuat dominum poſſeſſione ſui, l. Pomponius, 13. eod.

Seruus fugitiuus ſicut non poteſt interuertere poſſeſſionem aliarum rerum etiam dominicarum, nec dominum priuare ea poſſeſſione, dum apud eum ſunt, ita nec poteſt priuare dominum poſſeſſione ipſius ſerui, l. rem, quæ nobis, 15. eodem.

Seruus fugitiuus licèt ſurripiendo res dominicas non priuat dominum poſſeſſione ſui, & rerum dominicarum; furtum tamen ſui, & dominicarum facit; ſed in rebus peculiaribus non facit furtum, gl. aliarum, ibid.

per Seruum fugitiuum acquiritur poſſeſsio domino, niſi ab alio poſſideatur, aut ſe liberum eſſe credat, & diu ſtet in poſſeſſione libertatis, † l. per eum, 50. & ibi glo. fi. eodem.

Serui fugitiui per alium non apprehenſi poſſeſſionem ciuilem retinet dominus, niſi duo pro libero ſe geſſerit, aut paratus ſit pro ſua libertate litigare, l. ſi is, qui pro emptore, §. ſeruus, de vſucapio.

Seruus fugitiuus nihil poteſt ſibi poſsidere, antequam moretur in libertate per decennium, nec dominus poteſt poſſidere per eum poſt decennium: ſed ante ſic, l. nunquam, §. ſeruus, & ibi gl. alius, eodem.

Seruus fugitiuus dum in libertate moratur, ſi nomine alicuius nactus fuerit poſſeſſionem tanquam procurator, acquiret poſſeſſionem ei, cuius nomine nactus fuit, d. §. ſeruus. 1

Seruus fugitiuus gerens ſe pro libero, ſi nummos domino ſuo ſurreptos credidit alicui, & debitor recipiens iuſſus à ſeruo ſi alicui alteri ſoluerit, aut ſine eius iuſſu ſoluerit alij, & id ratum habeat ſeruus, non liberatur debitor à domino ſerui, ibidem.

per Seruum fugitiuum dominium, & actio perſonalis quæritur domino: nam is ſibi quærere non poteſtat poſſeſſio non quæritur domino per fugitiuum, niſi ille ſeruus à domino poſſideatur, vel ſaltem ciuiliter, gloſſa 1. & ibi additio. marg. ibidem.

Seruum, qui eſt in ſeruitute, licèt dominus ſimpliciter poſſideat; tamen ſecùs eſt in quaſi domino: id eſt in eo, qui habet titulum, & bonam fidem: quia iſte non poſſidet ſeruum, qui eſt in fuga, niſi quoad effectum vſucapionis ipſius ſerui, gloſſ. ad vſucapionem, in additio. margin. in l. ſerui, & filij, 17. §. finali, de furtis.

Seruum fugitiuum in carcerem detruſum ſi quis datis fideiuſſorib. de rato acceperit à iudice, domino ſerui competit actio contra iudicem, vt ſibi cedat actiones ſuas contra accipientem, & nihilominùs competit ſibi furti actio contra eundem; ſed ſi acceperit nullis datis fideiuſſoribus contra accipientem ſoli domino competit furti actio, l. ſi quis vxori, 53. §. ſi fugitiuum, eodem.

Seruus fugitiuus ſi ipſi furi furtum fecerit, furi datur actio contra dominum nomine illius ſerui, ne facinora talium ſeruorum non ſolùm ipſis præſtent impunitatem: ſed etiam dominis eorum quæſtui ſint, l. inficiando, 69. §. penultim. eodem.

Seruo fugitiuo ſi fuerint raptæ res, quas emit ſibi, competit domino eius actio vi bonorum raptorum, l. 2. §. ſi ſeruum fugitiuum, vi bonorum raptorum.

Seruum fugitiuum capere licitum eſt, gl. 1. in l. ſi liber, 21. de iniuriis. 11

Seruum abeſſe aliud eſt, & aliud eſt eſſe in fuga, l. 2. ad leg. in Flauian. de plagiar.

glos.cognationes,in §.illud,Inst.de nuptiis.

Seruus non recuperat cognationem etiam eo manumisso,§.quod autem, Instit. de capitis diminutione.

in Seruis quoad matrimonium impediendum etiam post manumissionem est cognatio,& dicitur esse affinitas,gl.computabitur,& ibi add. in princip. Inst. de seruili cognatione.

Reliqua verbo, Matrimonium, 22.

118 SERVVM filij à patre manumissum non potest filius hæres institutus petere in seruitutem,l.filium,31.de liberali causa.

Seruus per collusionem liber pronunciatus si effectus sit miles,intra quinquennium retractata sententia reuocatur à militia, & traditur deregenti collusionem:si verò sit dominus, quando ille erat seruus : siue patronus, quando ille erat libertus, l.qui de libertate, 29.§.final.eodem.

Seruus manumissus si rursus seruus sit effectus lege aliqua , non dicitur idem seruus:sed alius,l.qui res suas,98.§.aream, de solutio.

Seruus patris voluntate eius manumissus à filio potest accusari à patre , vt ingratus,l.si quis hac lege,30.§.1.& ibi gl.ac si mamumisisset , qui, & à quibus manumiss.

Seruum castrensem si filius manumiserit, ipse filius, non pater poterit accusare vt ingratum,ibid.

Seruus manumissus reuocatur in seruitutem ob ingratitudinem eius,gl. iure ciuili,§.fi.Inst.de iure person.

Seruus si sit manumissus ab eo , cuius erat seruus , non potest hæres manumittentis in seruitutem reuocare : quia & si iure libertas non processerit , hæres adeundo hæreditatem confirmat libertatem , l. si ab eo , 7. C. de liberali causa.

Serui ad ciuiles honores illicitè, atque improbè si aspirauerint , domino ignorante,non mutant statum:secùs si domino sciente,l.non mutant, & ibi glo.1. C.de liberali causa.

Reliqua verbo, Minor, 40. vsque 43.

119 SERVVM alienum corrumpens tenetur edicto de seruo corrupto : secùs si seruum,quem bona fide emit,corrupit : quia tunc non tenetur : quia nec ipse agere potest,l. 1.§.1.de seruo corrupto.

Seruum alienum si quis deteriorem fecit,cùm illud fecerit lusus gratia,non tenetur actione serui corrupti,l.dolo,eod.

Seruum alienum dolo malo recipiens tenetur. serui corrupti actione : secùs si recepit,vt domino custodiret, vel humanitate , vel misericordia ductus , vel alia iusta ratione,l.doli verbum,eod.

Seruum communem , suum , & meum si quis corruperit , tenetur pro socio , & communi diuidundo,& actione serui corrupti,l.si quis seruum , & ibi glossa 1.eodem.

Seruum alienum si quis corruperit , tenetur actione serui corrupti : sed socius seruum communem corrumpens etiam tenetur illa actione ; secùs si receperit tantùm : nisi opinione celandi receperit : quia tunc etiam tenetur, ibidem.

Seruus communis si extraneum corruperit , vnusquisque dominorum exemplo cæterarum noxalium actionum in solidum tenetur actione serui corrupti : altero tamen soluente , alter liberatur , l. vt tantum , §. si seruus, eodem.

Seruus,in quo vsumfructum habeo, si corruperit seruum meum , vsufructuario contra proprietarium competit actio serui corrupti,ibid.

Seruum,quem alicui conduxi,si tu deteriorem fecisti,teneris actione serui corrupti,d.l.vt tantùm,§.his consequenter.

Seruo persuadens,vt fugeret,non est fur, neque tenetur furti,nisi persuaserit , vt ab alio surripiatur ; quia tunc tenebitur furti ; quasi ope,& consilio eius furtum factum sit,l.qui seruo,36.de furtis.

Seruo persuadens , vt fugeret, quamuis interim non teneatur furti, tunc tamen incipit teneri,cùm fugitiuus fur esse cœperit, quasi videatur ope., & consilio eius furtum factum,ibid.

Serui duo si se inuicem persuaserint,& ambo simul aufugerint,alter alterius fur non est, nisi se inuicem celauerint : quo casu ambo inuicem dicuntur esse fures,d.l.qui seruo,§.fin.

Seruum alienum instigans,vt confugeret ad statuas,quasi conquerens de domino,tenetur domino actione serui corrupti , & extra ordinem etiam punitur, l.in eum,de extraordi. crimi.

Seruo alieno persuadens, vt à domino fugeret , vel qui eum celauit inuito domino,vel nesciente,vel vinctum habuerit, vel emerit scienter dolo malo , & qui fuit socius in hoc facto , tenentur pœna plagij , & etiam actione serui corrupti , l. non statim , §. final. & l. 2. & ibi glos. 1. C. ad leg. Flauiam de plagior.

Seruum alienum sollicitans,vi deterior fieret, aut si per eum non steterit , quominùs deterior fieret,tenetur actione serui corrupti,l.quicumque,4.& ibi gl. 2.C.de furtis.

Reliqua verbo, Actio, 224. vsque 228. Persuadere.

120 SERVVS testamento manumissus non potest grauari,si neque legatum, neque hæreditatem,nec aliud pecuniarum commodum habuit, l. planè, 97.§.fin.de legat.1.

Seruo testamento manumisso non possunt per fideicommissum imponi operæ, nec impositæ possunt exigi,etiam si testator hoc dixerit,nisi esset filius testatoris,& pater hoc præceperit,l.videndum,98.& ibi gl.fi.eod.

Seruus iussus præstare operas potest per se operari , nisi ab hærede impediatur, quo casu conditio pro impleta habetur , l. quæsitum , 56. de conditio. & demonst.

Seruus manumissus à duobus si vtrique operas promiserit : altero etiam mortuo,eius filio datur operarum petitio,etiam superstite altero patrono, l. 4.de operis libert.

Seruus patroni non potest ita stipulari à liberto : Promittis mihi dare operas incertas:sed debet stipulari patrono dari,l.seruus,eod.

Seruus manumitti iussus ita , vt hæredi operas promitteret , manumissus non cogitur promittere hæredi : & si promiserit , in eum non datur actio, l.cerdonem,42.eod.

Seruus debet operari domino , glo.fi. in l. sicut patronus, 48. eod. l. 3.§. si quis seruum, de statuliberis.

Seruus iam manumissus iurando se daturum operas patrono obligatur : secùs si existens seruus iuraret:nam tunc non tenetur, l.fi.de liberali causa.

Seruus si statim,& incontinenti post manumissionem, iurat, ac promittit, tenetur:sed si ex interuallo post manumissionem, sponte sciens se non teneri, tenebitur,nisi metu,vel nimia reuerentia patroni promitteret,vel iuraret,d.gl incontinenti.

Serui alicuius ministerium , vel operæ si sint legatæ alicui , non poterit legatarius eum manumittere,vel alienare.l.vsufructu,6.de vsufructu.

Seruus etiam ob libertatem si promiserit operas , non tenet promissio, nisi post manumissionem,gl.1.in l.3. Cod.an seruus ex suo facto.

Reliqua verbo, Opera, 5.6.

SERVVS indeponendo rem domini ius eius deterius facere non potest,neque 121
in possessione potest domino præiudicium facere,licèt faciat in non querendo,l.pe.& ibi gl.fi.depositi.

Seruus facto suo non potest dominum depositione priuare, gl. fi. & ibi additio. marg. ibidem.

Seruus potest delinquendo facere deteriorem conditionem domini , quantum est in sua persona,vt pro noxa detur,l. 1.§.quod ergo. & ibi gl. hoc modo, de vi,& vi armat.

per Seruum non potest conditio domini fieri deterior , intelligitur in quæsitis : nam in quærendis potest, l. fin. Cod. de acquir. posses.& gloss.fin. in l.3. C. de pactis.

Seruus domini sui causam meliorem facere potest : in deterius autem reformare nouo pacto non potest obligationem rectè constitutam , l. 3. Cod. de pactis.

Seruus delinquendo occasione noxæ, vel se occidendo subtrahit domino, vnde domini causam reddit duriorem. ibid.

Seruus in rebus peculiaribus videtur habere quamdam licentiam contrectandi, & damnificandi dominum,gl.marg.in l.1.C.de seruis fugitiuis.

Seruus in rebus peculiaribus domini conditionem potest facere deteriorem,licèt in dominicis non possit,l.si quis seruum,30. de peculio. gloss.fin.in l.3.C. de pactis.

Seruus subtrahendo res dominorum non facit deteriorem conditionem dominorum quoad vsucapionem,l.non solùm,33.§.fi.de vsucapio.

Seruus in acquirendis,non in acquisitis præiudicat domino, gl. 1.in l.fin.fin autem de pactis.

Reliqua verbo, Peculium, 2.5.

SERVVS non potest possidere peculium,vel aliud ciuiliter, nec naturaliter:sed 122
potest tenere peculium,vt asinus sellam;l. quod seruus, 24. & ibi gl. ciuiliter de acquiren. posses.

Seruus quod ex iusta causa corporaliter tenet , id dicitur esse in peculio serui, d. l. quod seruus.

Seruus etiamsi per vim deiiciat dominum de fundo,quem possidebat, adhuc dominus dicitur possidere per ipsum seruum,l. si de eo fundo , 40.eod.

Seruus possidetur à nobis , etsi non sit sub nostra custodia , vel quia propositum habet redeundi,gloss.homine,in l.3.§.Nerua.eodem.

Serui possessionem tamdiu retinet quis , quamdiu nemo alius eum possidere cœperit ; quia seruus potest , proposito redeundi, domino possessionem conseruare , cuius corpore potest etiam cæteras res possidere , l. si rem mobilem, 47. eodem.

Seruus pro hærede possidere non potest,& sic nec vsucapere potest,l. 4.§.seruus. de vsucapio.

Seruus capti ab hostibus non possidet , nec ipse dominus capti ab hostibus possidet per eum seruum,l.neque seruus, 11.eodem.

Serui dominus captus ab hostibus , cùm ab hostibus possideatur , non potest aliquam rem , etiam ex causa peculiari possidere per seruum : ex iuris tamen fictione reuersus dominus dicitur possedisse , d.l.neque seruus, in additione marg.

Seruus licèt rem peculiarem tenere possit ; non tamen potest tenere eius dominium , neque poterit possidere, l.possessio, quadragesimanona , de acquir. possession.

Seruus capti ab hostib.quando emit rem ex causa peculiari,ius vsucapionis interim dicitur esse in pendenti:quia ignoratur an captus reuertatur ab hostibus; & sic sustinetur vsucapio ex fictione postliminij;an ibi moriatur; & sustinetur vsucapio fictione legis Corneliæ,l.si is,qui pro emptore,& ibi gl.1. & gl.non habere,de vsucapionib.

Serui scientia,vel ignorantia inspicitur in his , quæ peculiari nomine possidentur à seruo,& ideò si seruus mala fide rem possideat: eámque dominus nactus sit,adempto peculio dominus non potest eam vsucapere, l.2.§.Pomponius,& §.seq. pro emptor.

Seruus quando possidet res nomine domini, & non peculiari nomine , tunc in- 123
spicitur potiùs scientia,vel ignorantia domini,quàm serui,ibid.

Seruus principis præscribitur 30.gl.centum,in l.vt inter , 19. C.de sacrosanctis Eccles.

Seruus meus si sibi dicat possidere rem,quæ est mea,non ob hoc desino possidere illam , cùm & ipsum seruum possideam , glo. 1. in l. 1. C.communia , de vsucapionib.

Seruus si aliquid tenet,dominus tenetur ad exhibendum suo nomine:quia quod seruus habet;dominus habere videtur,l.cùm seruus,ad exhibend.

Seruus si citra scientiam domini dolo fecit,quominùs possideret rem, serui nomine datur domino rei furti actio, vel ad exhibendum, propter dolum directa,ibidem.

penes Seruum, vel filiumfa. nec momento quidem resident illa , quæ nobis acquiruntur per eos,l.placet,78.de acquir.hæred.

Seruus si peculiariter acquisiuit rem à non domino, dominus serui per eum seruum vsucapit , etiamsi ignoret : sed si acquisiuit vt rem dominicam , vt dominus eam vsucapiat , requiritur , quòd dominus sciat , glos. dominium,

in l.

Seruus bona fide poſſeſſus ſiue liber ſit, ſiue ſeruus alienus, quidquid ex re noſtra, vel ex operis ſuis acquirit, nobis acquirit: ſed quod extra eas cauſas acquiſierit, id ad dominum eius, ſi ſeruus eius ſit, pertinet; ſed ſi liber eſſet, ad ipſum pertinet præter poſſeſſionem, & vſucapionem, l. acquiritur, 10. §. de his, & ibi gl. ad ipſum, de acqui. rerum dominio.

Seruus alienus bona fide poſſeſſus ſi emit rem ex bonæ fidei poſſeſſoris, vel ex opera ſua, bonæ fidei poſſeſſori acquirit: ſed ſi emit non ex re poſſeſſoris, nec ex opera ſua, tunc eam domino acquirit, l. ſi ſeruus, 21. & ibi gloſſa 1. & 2. eodem.

per Seruum alienum vi poſſeſſum, vel clàm, vel precariò non poterit quæri poſſidenti, tanquam per poſſeſſum: ſed bene tanquam per procuratorem, l. nemo, 22. & ibi gl. 1. eod.

Seruus ſiue alienus, ſiue liber homo bona fide ſeruiens, quidquid ex re eius, cui ſeruit, vel ex operis ſuis acquirit, acquirit ei, cui bona fide ſeruit, l. qui bona fide, 27. eod.

128 Seruus alienus, vel liber homo bona fide ſeruiens tamdiu tenetur exhibere operas ei, cui ſeruit, quamdiu bona fide ſeruit: quia operæ habentur eſſe ex re eius, cui ſeruit, ibid.

Seruus alienus, vel liber homo bona fide ſeruiens duobus, acquirit cuique eorum ex re eius, d. l. qui bona, 23. §. ſi quis, eod.

Seruus alienus bona fide ſeruiens duobus, etiamſi non adiecerit nomen, ex cuius re ſtipulatus ſit, acquirit totum ei, ex cuius re ſtipulatur, ibid.

Seruus alienus bona fide ſeruiens duobus, ſi ex re vnius ſtipuletur, ſolidum acquirit ei, cuius erat res, etiamſi ſtipulatus ſit nominatim alteri, † d. §. ſi quis, & ibi gl. ei acquirit.

Seruus etiam furtiuus bonæ fidei emptori acquirit id, quod ex re eius ſtipulatur, aut per traditionem accipit, l. etiam furtiuus, 39. eod.

Seruus emptus malæ fidei emptori nihil acquirit, nec ex re ſua, nec ex operis: fallit in viro, & vxore, gl. 1. ibid.

Seruus bona fide poſſeſſus id, quod ex re alterius acquirit, non acquirit poſſeſſori: ſed domino ſuo acquirit, l. ſeruus, 43. & ibi gl. 1. eod.

Seruus alienus bona fide poſſeſſus quod extra rem, & operam acquirit, acquirit domino ſuo, excepta eius poſſeſſione, quam dominus ignorans peculiari nomine non poteſt per eum ſeruum vſucapere, l. liber homo, 54. §. final. eodem.

Seruus alienus, vel liber homo bona fide poſſeſſus acquirit poſſeſſionem, & proprietatem ex re, & opera ſua poſſeſſor: ſed ex aliis rebus proprietatem acquirit domino, ſi ſeruus fuit, vel ſibi, ſi liber fuit: poſſeſſionem autem nulli acquirit, niſi is, non tanquam ſeruus: ſed tanquàm geſtor negotiorum gerat: vel tradat animo acquirendi alicui: quo caſu ſequuta ratihabitione illius, acquiritur illi, & non aliàs, l. 1. §. ſed & per eum, & ibi gloſſ. acquirimus, de acquiren. poſſeſ.

Seruus mala fide poſſeſſus non acquirit poſſeſſionem ex re, & opera ſua poſſeſſori, neque verò domino, l. neque ſibi, cùm ab alio poſſideatur: ſed proprietatem vero domino acquirit, d. §. ſed & per eum, & ibi gloſſ. nec vero.

per Seruum bona fide poſſeſſum acquiri poteſt poſſidenti dominium, & poſſeſſio ex re, & opera ſua, gl. 1. in l. per eum, 50. eod. l. liber homo, 20. §. apud, de ſtipulat. ſeruor.

Seruus promittendo vſufructuario, vel bonæ fidei poſſeſſori, non obligat verum dominum, etiam de peculio, l. liber homo, 118. de verb. oblig.

Seruus alienus, vel fructuarius, aut liber homo bona fide poſſeſſus conueniunt in hoc, quod de re noſtra nobis acquirunt: item ſi ego eis non ex re mea promittam, non teneor: differunt tamen quòd liber bona fide poſſeſſus promittens poſſeſſori obligatur: ſed ſeruus alienus, vel fructuarius promittens, poſſeſſori non obligatur, dict. l. liber homo, & ibi gloſſa comparabitur.

129 Seruus ſubtractus exiſtens apud furem ſi furi nominatim ſtipulatus ſit, non acquirit furti, nec domino: ſed ſi nulla facta mentione furis ſtipulatus ſit ſimpliciter, etiam ex re furis, domino acquiritur actio: ſed furi aduerſus dominum, nec alia actio datur propter malam fidem, ob quam fur agere non poteſt, vt ſibi reſtituatur, l. ſeruus meus, 14. & ibi gl. fi. & add. margin. de ſtipulat. ſeruorum.

inter Seruum, & liberum hominem bona fide poſſeſſum ſimilitudo eſt: ſed non tanta, vt ſicut ſeruus ſtipulando peculium nihil agit, vt quærat: ſic liber homo bona fide poſſeſſus non quærat, gloſ. ex peculio, in d. l. liber homo.

Seruus bona fide poſſeſſus ſi ex re extranei iuſſu poſſeſſoris ſtipulatur ſibi, aut ſimpliciter, de æquitate acquirit domino: ſed non de rigore, l. ſi liber homo, 32.

Seruus bona fide poſſeſſus ſi nominatim domino ſuo ſtipulatus fuerit, id quod poſſeſſori acquirere poterit, acquirit domino, à quo illud recuperat poſſeſſor condictione ſine cauſa, l. pe. & ibi gl. fi. eod.

Seruus ſurreptus, etiamſi ex cauſa furtiua fuerit condictus, poteſt nihilominùs agi ex lege Aquilia ad id, quod plus eſt in ea, quàm in condictione furtiua, † l. 2. §. item quæſitum, & ibi gl. agi. de priuatis delictis.

Seruus ſurreptus hæres inſtitutus ſi antequàm iuſſu domini adiret hæreditatem, deceſſerit, eius domino contra furem competit furti actio, vel condictio furtiua: non ſolùm ad pretium ſerui; ſed etiam ad pretium hæreditatis amiſſæ, l. ſi quis vxori, 53. §. pe. de furtis.

Seruus bona fide poſſeſſus non acquirit hæreditatem, neque legatum bonæ fidei poſſeſſori, niſi contemplatione bonæ fidei ei relinqueretur, l. impuberem, 22. ſed etſi ei, & ibi gl. acquiritur, de falſis.

ob Seruos alienos ſurreptos, & interceptos poteſt, quis quandoque teneri tantùm furti, & non pœna plagij, vt ſi opem ad furtum præſtitit, vel quia eos corrupit, vt fugerent, & non animò celandi eos: quandoque tamen tenetur etiam pœna plagij, vt ſi ſurripuit, vt exportatione dominum celaret, & ideò iudex, qui de hac re cognoſcit, debet conſiderare an committatur tantùm furtum: an etiam plagium, l. non ſtatim, & ibi glo. furti, ad leg. Flauia. de plagiar.

Seruus alienus bona fide poſſeſſus acquirit dominium, & poſſeſſionem poſſeſſori ex re ipſius, & ex operis ſuis: ex aliis verò acquirit domino ſuo, niſi poſſeſſor bonæ fidei vſuceperit ſeruum: quo caſu omnia acquirit poſſeſſori, §. item placet. Inſt. per quas perſonas nobis acquiritur, gl. acquiritur, in principio, Inſt. per quas perſo. nob. acq. poſſeſſio.

Seruus bona fide poſſeſſus, item ſeruus fructuarius acquirunt nobis ex duabus cauſis tantùm: ſcilicet ex operibus ſuis, & ex re noſtra, §. 1. Inſt. per quas perſ. nob. acq. oblig.

per Seruum alienum mala fide poſſidenti nihil acquiritur, l. 1. C. de rei vendicatione.

Reliqua verbo, Liberum, 6. 7. 8. Poſſeſſor, 15.

SERVVS alienus ſi ſit ſimpliciter datus tutor, in dubio videtur ei data fideicommiſſaria libertas, l. ſi hæreditas, ſ. fi. de teſtam. tutela.

Seruum ſi quis putans eum liberum tutorem dedit filio ſuo, is neque tutor, neque liber erit, l. ſi quis tutorem, 22. eod.

Seruo, qui ſcienter datus eſt tutor à domino filio ſuo, videtur in dubio data libertas directa: ſed ſi ignoranter datus ſit, cenſetur data ſibi fideicommiſſaria libertas, glo. 1. in l. ſi quis tutorem, 22. & ibi glo. fi. in l. ſi hæreditas, §. fi. de teſtam. tutel.

Seruus per beneficium tutelæ conſequitur libertatem, quando teſtator de ſerui libertate nihil diſpoſuit: vnde ſiue primò det tutorem eum: poſteà verò per fideicommiſſum manumitti iubet, ſiue econtrà, non debetur libertas directa: tanquam ex tutelæ datione, l. qui tutelam, 28. §. 1. in additione margin. eodem.

Seruus datus tutor non erit incontinenti liber; ſed eius libertati aliter prouidetur, d. §. 1.

Seruus, qui à domino tutor datus eſt, libertatem quoque meruiſſe videtur, & ideò ſtatim adita hæreditate liber erit, l. quæro, 32. §. ſi eod.

Seruus quando conſequitur libertatem ex S. C. Æmiliano, patrono eius tutela defertur: ſed non hæreditas, gl. emit. in l. 3. §. 1. de legitimis tutorib.

Seruum teſtatoris rogatus manumittere ſi non manumiſit, is ſeruus ex S. C Rubriano nanciſcitur libertatem, nec habebit tutorem eum, qui rogatus eſt: ſed orcinus libertus effectus ad familiam teſtatoris pertinebit, d. §. 1. & ibi gloſſ. Rubriano.

Seruum ſi duo, vel plures manumiſerint, omnes ſunt patroni, & tutores: & ſi inter manumiſſores ſit fœmina, ſoli maſculi dicuntur tutores, & vno eorum mortuo, penes cæteros patronos eſt tutela; quamuis mortuus reliquerit filium, d. l. 3. §. ſi duo.

Seruum ſi plures manumiſerint, & vnus eorum ab hoſtibus captus ſit, interim ſoli compatroni ſunt tutores; ſed ſi omnes manumiſſores deceſſerint, ad eorum liberos tutela pertinet, ibid.

Seruo pupillo in cauſa, quam poteſt habere cum domino, datur tutor, qui deſinit ſtatim, cùm cœperit habere patronum, & legitimè ſatis dederit, l. ſi impuberi, 13. de tutoribus datis.

Seruus non poteſt habere tutorem datiuum, niſi in caſibus, in quibus cum domino poteſt litigare, ibid.

Seruo impuberi, cui libertas, & hæreditas per fideicommiſſum relicta eſt, datur tutor, qui petat hæreditatem inſtitutum cogi adire, & illum manumittere, & hæreditatem ei reſtituere; & hæres ſtatim atque manumiſit eum, incipit eſſe patronus, & ſic legitimus tutor: tutori tamen dato non aufertur adminiſtratio, niſi patronus reſtituat hæreditatem, & ſatis dederit, ibid.

Seruus ſi quaſi tutor adminiſtrauerit tutelam, datur in dominum actio pro tutelæ vtilis de peculio, l. 1. §. 1. & ibi gl. tutelæ, de eo, qui pro tutore.

Seruus quandoque poteſt dari tutor; ſcilicet teſtamentarius, gloſſa actio. ibidem.

Seruus ſuus, vel alienus poteſt purè, & ſimpliciter dari tutor, & vterque erit liber: ita tamen quòd ſuus directò; ſed alienus per fideicommiſſum, glo. 1. in l. ſeruus, 21. de condit. inſtit.

Seruus datus tutor, quem teſtator putauit liberum, non propter hoc efficitur liber, l. generaliter, 24. §. ſi quis tutorem, de fideicommiſ. libertat.

Seruus proprius quando tutor relinquitur à domino, intelligitur cum libertate relictus tutor. gloſſa eos, in additione margin. in principio, Inſtit. de hæred. inſtit.

Seruus remanens in ſeruitute nunquam poteſt eſſe tutor, gloſ. 2. in l. 1. C. de eo, qui pro tutore.

Seruus licèt tutoris officio fungatur in perſona domini ſui: non tamen ob id efficitur libertinus, l. non idcircò, 35. C. de liberali cauſa.

Seruus ex ipſa datione tutelæ eſt liber, l. quidam, 5. & ibi gloſ. 3, C. de neceſſar. hæred.

Seruus ſuus, vel alienus tutor datus ſine libertate in codicillis, videtur per fideicommiſſum liber eſſe iuſſus, ſi teſtator eius conditionem non ignorauerit, l. etſi, 9. C. de fideicommiſ. libertat.

Reliqua verbo, Tutor, 17. 18.

SERVVS quod facit in ſeruitute, non prodeſt, nec nocet poſt libertatem, l. & ſuum hæredem, de pactis.

Seruus manumiſſus ex antegeſto non agit, gloſ. inutile, in l. contra iuris, §. fin. eodem.

Seruus factus liber non tenetur ex antegeſto, niſi peculium habuit, vel conueniatur ex promiſſione occaſione libertatis, glo. 2. in l. debitor meus, de nego. geſtis.

Seruus factus liber non tenetur ex contractu celebrato in ſeruitute, neque tenetur ex delictis in dominum factis; ſed ex delictis factis in extraneum tenetur liber factus, gl. 2. in l. eum actum, eod.

Seruus liber factus, ex contractu, vel quaſi geſto in ſeruitute tenetur, quando ille contractus eſt connexus cum quaſi contractu geſto in libertate, ita vt facilè ſeparari non poſſit, d. l. eum actum, & ibi gl. 2.

Seruus liber factus tenetur ex promiſſione in ſeruitute pro libertate domino facta, item & quando dotem in ſeruitute recepit, d. gl. 2.

Seruus liber factus tenetur ex antegeſto, quando directò manumittitur, & prælegatur ei peculium, ibid.

Seruus communis apud vnum quemque dominorum partim est proprius, partim alienus, l.2.C.eod.

Seruo communi si legauerit vnus ex dominis partem quam habet in eo seruo, dicitur ex benigna interpretatione liber ex parte testatoris, & ex altera parte pretio socio, vel sociis ab hærede præstando:& si pretium recipere noluerint, consignatur,& periculo suo deponitur, ibid.

Seruo communi potest legari: & tunc legatum acquiritur socio: seruo tamen proprio non potest legari.gl.ibid.

Seruum communem si hæredem instituerit vnus ex sociis, videtur velle per eandem personam acquiri hæreditatem sociis suis, nisi testator contrarium dixerit, gl.ex hoc, in l.1.§.at si.C.eod.

Seruum communem quando vnus ex dominis manumisit, olim portio domini liberantis seruum accrescebat alteri pro parte:hodie tamen seruus efficitur liber:socius tamen conseruatur indemnis dato sibi pretio partis suæ, §. fi. Inst. de donatio.

Serui communes scilicet testatoris, & alterius, in vtriusque patrimonio connumerantur, gl.1.in l.statuliber, 28.ad legem Falcid.

139 Seruus efficitur communis libertus familiæ illius, qui eum in testamento voluit à socio manumitti,& eius, qui eum manumisit, l. si socius, 48. de manumis. testam.

Seruum communem si habeat furiosus cum homine sanæ mentis, vel pupillus cum maiore;furiosus, vel pupillus non potest seruo communi peculium constituere:sed bene potest ille, qui est sanæ mentis, vel maior, l.quem Tuberonis, de peculio.

Seruus duorum dominorum si stipulatus sit, altero tantùm iubente, acquirit totum iubenti, gl.fi.in l.seruus duorum, 63.de acquir. hæred.

Seruus communis rectè potest stipulari seruitutem ad fundum communem dominorum:sed per legatum, vel vltimam voluntatem non acquirit dominis, gl.pen.l.si vnus, 19.de seruitu.rustico.

Seruus communis quod acquirit ex re alterius dominorum commune est: tamen ille, ex cuius re acquisierat seruus, communi diuidundo eam summam percipere potest, l.communis, 24.communi diuidundo.

Seruus communis quando acquirit, quod vni ex dominis non potest acquiri, alteri domino, cui potest, in totum quæritur, l. si seruus, de author. tutorum, l. item si seruus, 9.l.1.§.communis, de stipula.seruorum,& l.qui bona, 23. §. fi.de acqui.rerum.

Seruis communis pro dominis suis potest stipulari damni infecti, & perinde ac si ipsi domini sua voce pro partib stipularentur, l. si seruus communis, 42. de damno infect.

Seruus communis quando stipulatur damni infecti pro dominis suis, acquiritur dominis pro portionibus, quas habent in re, cuius nomine stipulatur, & non pro his portionibus, quas habent in seruo, † gl.fi.in d.l.si seruus communis.

Seruo communi si ego,& tu rem tradiderimus, volens donare, quantum ad partem tuam, quam habens in re donata, mihi quæritur:quantum ad meam tibi: quod autem est alterius, mihi quæritur, l.si duo, 17.& ibi gl.1. & 2. de acquir. rerum dominio.

Seruus communis sic stipulando nominatim alteri ex dominis: ita per traditionem accipiendo ei soli acquirit, cui vult, l.per seruum, 37.§.sicut.eod.

140 Seruus communis sibi ipsi stipulari non potest, dicendo vni dominorum;promittis me mihi:rectè tamen potest stipulari dicendo vni dominorum, promittis me alteri domino, l.2. & ibi gl.1.eod.

Seruus communis stipulando sibi, & vni ex dominis, perinde est ac si omnibus dominis,& vni ex dominis stipulatus esset, veluti Titio,& Mæuio, & Titio, tunc Titio acquirit tres partes, Mæuio autem quartam partem tantùm, l.4.& ibi gl.dodrans, de stipulat.seruorum.

Seruo communi licitum est stipulari nominatim alicui ex dominis, vel traditam accipere rem, vt ei soli acquirat, l.seruus communis.5.eod.

Seruus communis si iussu vnius ex dominis stipulatur, ei soli acquirit, cuius iussu stipulatus est, licèt ei nominatim non fuerit stipulatus, ibid.

Seruus communis si iussu vnius ex dominis stipuletur non iubenti:sed alteri domino, si res promissa pertinet ad iubentem, ei quærit: sed domino nominato quærit rem stipulatam, siue illa pertineat ad nominatum, siue ad neutrum eorum, † gl.iussu.ibid.

Seruus communis quod præcedente iussu domini facit, videtur iubentis nomine fieri, d.l.seruus communis,& ibi add.marg.

Seruus communis præcedente iussu vnius ex dominis per traditionem accipiendo,& deponendo, commodandóque acquirit ei soli, qui iussit, l.Offilius, eod.

Seruus communis quatuor dominorum si iussu duorum dominorum stipulatus sit simpliciter, illis solis, qui iusserunt, acquirit totum pro portione dominica, & non æqualiter, l.proinde, 7.eod.

Seruus communis si ab vno ex dominis stipuletur alteri domino nominatim, vel iubenti, acquirit soli domino nominato, vel iubenti in totum: sed si simpliciter stipulatus sit ab vno ex dominis, acquirit cæteris pro portionibus dominicis illorum præter eam partem, ex qua promissor dominus erat, d.l.proinde.§.pen.

Seruus communis rectè potest stipulari simpliciter id, quod vtrique domino non potest acquiri, dum tamen alteri domino possit, veluti seruitutem ad fundum Cornelianum, qui fundus erat Sempronij: id est alterius ex dominis, & ei soli acquirit.l.proinde.§.fi.

141 Seruus communis rectè potest stipulari dotem alteri domino vxorem ducturo, & ei soli acquirit, l.item si alter.eod.

Seruus communis si stipulatus sit hominem, qui erat vnius ex dominis, ei soli acquirit, cuius non fuit: sed si stipulatus sit Titio, & Mæuio dominis suis hominem, qui erat Titij, totum eum acquirit Mæuio, l.item si seruus, 9. eodem.

Seruus communis, qui stipulatu: plurib. dominis, quib. æqualiter potest quæri alternatiuè, inutiliter stipulatur:secùs si sibi primò stipularetur:quia tunc domini, vt adiecti habentur, & idem si vni quæri non possit: quia habebitur vt adiectus, l.item si seruus.§.fi.cùm quatuor legib.seqq.eod.

Seruus communis si stipuletur sibi, aut Titio, aut Mæuio dominis suis, stipulatio est inutilis quantum ad adiectionem: id est quantum ad Titium, & Mæuium adiectos:sed non quantum ad seruum, qui acquirit illis actionem ex stipulatu pro partib.dominicis, l.sed si sibi, 11.eod.

Seruus communis meus,& tuus si stipuletur simpliciter iter, vel viam, vel actum, mihi soli acquirit eam, si ego solus vicinum fundum habeam:quòd si & tu ibi habeas fundum proprium, acquirit eam seruitutem & tibi insolidum, & mihi etiam insolidum, l.si communis, 17.& ibi gl.1.eod.

Seruus communis Titij, & Mæuij si stipuletur à Mæuio partem, quam habebat Mæuius in ipso seruo sibi dari, nulla est stipulatio: secùs si Titio dari stipulatus fuisset:quia tunc Titio acquiritur ea pars, l.si seruus communis, 18.§.si seruus, eodem.

Seruus communis Titij,& Mæuij si simpliciter stipuletur à Mæuio partem, quam in eo habet Mæuius, valet stipulatio,& eam acquirit Titio, ibid.

Seruus communis si stipuletur dari Titio, aut Mæuio dominis suis, vter eorum tunc viuet, inutilis est stipulatio, l.si seruus communis, 21.eod.

Seruus communis siue emat, siue stipuletur ex peculio, quod sequitur alterum ex dominis, vtrique domino acquirit:sed ille, ex cuius re acquirit, recuperat communi diuidundo, l.seruus communis, 27.& ibi gl.pe.eod.

Seruus communis si ex operis suis stipuletur nominatim vni ex dominis, vtrique acquirit, licèt nominato detur actio, l.si ex re, 28.§.1.& ibi gl.alteri, eod.

Seruus communis si ex re vnius ex dominis stipuletur simpliciter, vtrique domino acquirit:sed ille, ex cuius re acquirit, recuperat communi diuidundo, aut iudicio societatis, d.§.1.

Seruo communi dari eadem decem si stipulati sint singuli domini, illi domini erunt duo rei stipulandi, d.l.si ex re.§.si ipsi.

Seruus communis si emat rem nomine vnius ex dominis, ei soli acquirit:idem si mutuet, vt vni ex dominis solueretur: sed si simpliciter emat, vel mutuet, vtrique domino acquirit, d.§.si ipsi.& ibi gl.fi.

Seruus communis potest nominatim exprimere, vt vni ex dominis restituatur, vel soluatur,& ei soli acquirit:secùs si non exprimat, ibid.

Seruus communis si stipuletur copulatiuè decem Titio domino, eadem decem Mæuio domino, ambo domini dicuntur duo rei stipulandi, l.si seruus communis, 29.eod.

Seruus communis si stipuletur dominis suis:expressis tantùm nominib propriis, veluti Titio,& Sempronio, datur eis actio ex stipulatione pro virilib. partib. l.si communis seruus, 37.eod.

Seruus communis si stipuletur dominis suis, expressis tantùm nominibus appellatiuis, veluti promittis dominis meis:acquiritur eis stipulatio pro parte, qua quisque est dominus.ibid.

Seruus communis duorum si stipuletur domino suo, & sic sub nomine appellatiuo, cùm plures dominos haberet, acquirit eis pro parte, qua quisque est dominus, gl.dominis, ibid.

Seruus plurium si stipuletur omnibus dominis, omnibus acquirit pro portione dominica, si omnibus potest acquiri, aliàs illis, quibus potest acquiri;hoc cùm nullus solus iussit, nec vnus solus nominatus est;quia tunc ei soli acquirit, gl. stipulationem, ibid.

Seruus communis potest accepto liberare alterum ex dominis ab altero domino, l.an inutilis, 8.§.1.de acceptil.

Seruus communis sicut potest stipulari vni ex dominis: ita & acceptum rogare potest vni ex dominis, cúmque insolidum liberare, ibid.

Seruus communis si à primo domino, secundo domino socio suo stipulatus sit, potest & à secundo accepto rogare, & per acceptilationem primum liberare, ibidem.

Seruus communis iussus ab vno ex dominis facere stipulationem sibi,& suo nomine,& ipse stipulatur alteri, præualet iussio: quia iubenti tantùm acquirit, † gl.1.in l.fi.C.per quas person.

Seruus communis iussus simpliciter ab vno ex dominis facere stipulationem, & non dicit cui, si seruus stipulatur, nullo expresso nomine dominorum, & sic sibi, tunc quærit iubenti: si verò alteri domino stipuletur expressim, acquirit nominato, † ibid.

Seruus communis si stipulatur omnibus dominis, & Titio specialiter, illi Titio plus acquirit:quia bis nominatus est difformiter:scilicet sub nomine proprio, & appellatiuo:secùs si vniformiter pluries nominaretur, gl. fi. in l. cum quæstio, 23.§.1.C.de legatis.

Seruus communis stipulando impersonaliter, vel sibi, vel dominis suis sub nomine appellatiuo, acquirit vnicuique dominorum pro portione dominij, nisi iussu vnius, aut vni stipulatus sit, §.pe.& ibi gl.1.Inst.de stipul.seruorum.§. fin. Inst.per quas personas nobis acqui.oblig.

Seruus communis si stipulatus sit dominis suis exprimendo eorum nomina propria, tunc acquirit eis pro virili, non pro portione dominij, d.gl.1.in d.§.pen.

Seruus communis si stipuletur dominus exprimendo nomina eorum propria, item & nomen appellatiuum:& tunc si præposuit propria, pro virili acquirit: sed si præposuit appellatiuum, tunt acquirit eis pro portione dominica, nisi aliud constet de intentione agentium, d.gl.1.& ibi add.in d.§.pen.& l.si communi, 37.& ibi gl.magn.de stipulatione seruorum.

Seruus communis stipulando rem, quæ non potest vni ex dominis acquiri, acquirit insolidum alteri domino, §.fi.Inst.de stipul.seruorum.

Seruus communis duorum dominorum habens facultatem donandi de peculio, cui vellet, si donauit vxori vnius ex dominis pro ea parte, quam vir habet in ea re, non valet donatio, l.si seruus, 38.& ibi gl.1.de don.inter.vir.

Reliqua suprà 58.59, Stipulatio, 57.58. Legans, 1.

SERVVS communis si furtum fecerit, quilibet dominus insolidum iudicio noxali tenetur, neque aliàs poterit euadere conuentus litis æstimationem, nisi insolidum noxæ dederit seruum, l.si seruus communis, 8.de noxalib. actio.

Seruus communis si furtum fecerit, vnus ex dominis conuentus noxali iudicio, inuitis,& ignorantib.sociis, non potest dare seruum pro noxa, gl.noxæ, ibidem.

Seruus communis si furtum fecerit, & sit condemnatus vnus ex dominis, ex eo quòd sociis noxæ dedere parati non fuerint, communi diuidundo, vel familiæ ercifcundæ iudicio contra eos potest agere, quanti sua interest eos noxæ dedisse, ibid

quantum liber homo præſtaret,ſi furtum feciſſet ; ſecùs ſi domino ſciente, & non prohibente cùm poſſet, furtum fecerunt:quia tunc tenetur & ſuo nomine, & cuiuſlibet ſerui nomine noxali iudicio , nec vna pœna exacta pro vno tollitur altera,quæ pro alio ſeruo debetur,l.1. ſi familia furtum feciſſe.

148 Serui plures eiuſdem rei furtum ſi fecerint , & vnius ſerui nomine cum domino lis conteſtata ſit,impendenti eſt,an dominus conuenire nomine aliorum ſeruorum:nam ſi eum ſeruum dedit pro noxa,tenetur pro aliis:ſed ſi ſoluerit pœnam dupli,aut rem furtiuam,vel eius æſtimationem : & ſic tantum, quantum liber pro furto à ſe facto præſtaret, tunc non tenetur dominus pro aliis , nec emptor,qui eos emit,nec alij ſerui manumiſſi tenentur,d.l.1.§.fi.cum duabus legib. ſeqq.

Seruus ſi hominibus coactis dedit damnum cauſa rapiendi,vel ſi rapuit , dominus tenetur eius nomine noxali iudicio , l.2.vi bonorum raptorum.

Seruus ſi aliquid rapuit , poteſt agi vi bonorum raptorum cum eo poſteà facto libero,& etiam cum domino : poſt annum tamen computandum à die rapinæ non poteſt agi cum ſeruo manumiſſo ad pœnam : ſed bene ad rem ſurreptam: ſed ſi intra annum eſt actum cum domino , qui condemnatus ſoluit , vel abſolutus fuit; ſi deinde agatur cum manumiſſo , poteſt manumiſſus repellere actorem exceptione rei iudicatæ,l.3.& ibi gl.fi.eod.

Seruus,aut familia alicuius rapiens,vel recipiens dolo malo ex incendio , ruina, naufragio,rate,vel naue expugnata , aut dans damnum in his rebus , tenetur eius dominus noxaliter,l.1.de incendio,ruina,naufragio.

Seruum ſubtrahentem alicuius filium poteſt quis accuſare pro plagio , ſi velit, vel etiam dominum ſerui noxali iudicio poteſt conuenire , ſi dominus non conſenſit,l.3.C.de noxal. action.

Seruus ſi ignorante domino , vel ſciente , prohibere nequeunte alicuius res rapuerit,tenetur ad quadruplum,ſi nondum vtilis annus exceſſit : ſed ſi exceſſit, ſimplici iudicio noxali conuenitur,niſi pro noxa ſeruum dare voluerit ; quo caſu tenebitur etiam ad id,quod ad eum peruenit,l.pe.C. eod.

Seruus ſi ſciente domino,& prohibere valente alicuius res rapuerit, eius dominus detracta noxæ deditione ad ſummam condemnationis ſoluendam omnino compellendus eſt,ibid.

Seruus ſi domino furtum fecerit, vel in dominum commiſerit delictum , dominus debet domi eum verberib.cædere , cùm eum non poſſit in iudicio conuenire,l fi.C.an ſeruus ex ſuo facto.

Seruus ſi domino fecerit furtum,non tenetur,niſi dixerit,vel promiſerit,gl. fi.in l.emptor, 14.C.de actio.empti.

Seruus quamdiu rem peculiarem ſurripit domino , & eſt penes ſeruum , non dicitur furtum, neque mutatur ſerui conditio, gloſſ. mag. in l. 1. C. de ſeruis fugit.

Seruus ſurripiendo res dominicas furtum facit , etiam ſi penes ſeruum conſiſtant,ibid.

Seruus non dicitur eſſe in peculio ſui,& ideò fugiendo ſui furtum facit, cùm ſit res dominica,& non peculiaris.ibid.

Seruus ſurripiendo rem dominicam dicitur facere furtum,& ideò illa res efficitur inuſucapibilis.ibid.

Reliqua verbo,Furtum,9.10.Plus,Promittere,Dominus,23.

149 SERVVS ſi alicui damnum dederit, dominus poteſt conueniri actione noxali, qui debet promittere,quòd eum ſiſtet in eadem cauſa vſque ad ſententiam, l. 1.ſi ex noxali cauſ.

Seruus quandoque facit cauſam domini deteriorem,gl.iudicio,in l.2.§. 1.eod.

Seruum meum me ignorante,vel abſente in noxali cauſa ſi quis defendat , habet contra me actionem negotiorum geſtorum,non de peculio,l.qui ſeruum, 43. de negot.geſtis.

Seruus poſſeſſoris hæreditatis ſi ante aditam hæreditatem damnum dederit in re hæreditaria,vel furtum fecerit , liberatur poſſeſſor dando vero hæredi ſeruum pro noxa,l.illud,43.& ibi gl.ſeruum,de petitione hæredit.

Seruus poſſeſſori hæreditatis ſi opus fecit in hæreditate, vnde dominus quod vi, aut clàm teneatur,noxæ deditione liberatur,nec cogitur opus tollere:ſed tantùm præſtabit patientiam,d.l.illud,& ibi gl.fi.

Seruus conductus ad mulum regendum , ſi ad pollicem ſuum eum alligauerit fræno,& mulus eruperit ſic, vt pollicem euulſerit ſeruo, & ſe præcipitauerit, domino muli datur actio noxalis,& ex conducto ob mulum,& debilitatum,ſi ſibi ille ſeruus imperitus pro perito ſibi locatus eſt , l. ſi ſeruus , §. fin. ad legem Aquil.

Seruus conductus ad mulum regendum,cùm regeret mulum,ſi alicuius ictu, aut terrore mulus ita turbatus ſit,vt ſe præcipitaret,domino muli,aut ſerui datur actio legis Aquiliæ,ibid.

Seruus ſi ante aditam hæreditatem dolo , vel lata culpa damnum dedit in rem hæreditariam,& liber factus in eandem rem etiam damnum dedit,tenetur ex primo facto actione in factum,& ex ſecundo actione Aquilia,l. ſi ſeruus, 49. eodem.

Seruus inhabitans ſi aliquid deiecit,vel effudit,& ob id damnum datum ſit,extra ordinem officio iudicis debet corrigi:neque datur in damnum actio de peculio,vel noxalis,l.1.§.hæc autem,de his,qui deier.vel effu.

ex Serui maleficio non debet dominus teneri in plus,quàm vt noxæ eum dedat, l.2.de noxalib.

Seruus alienus ſi me ſciente damnum dederit , & poſteà emerim illum , teneor tantùm noxali actione,& non in ſolidum,l.4.§.1.eod.

Seruus alicuius ſi damnum dederit in re communi tua , & mea, poſſumus agere cum domino ſerui noxali Aquiliæ actione, vt nobis vtrique damnum emendet,aut ſimul det ſeruum pro noxa, l.ſi in re communi,eod.

150 Seruus ſi mihi ſit deditus pro noxa in ſolidum ob damnum datum in re communi mea,& tua,teneor tibi communi diuidundo iudicio communicare ſeruum mihi noxæ deditum,ibid.

Seruus plurium ſi alteri domino damnum dederit , ille non poterit noxaliter agere contra alios,gl.fi.in l.ſi eum,§.fi.de exercit.

Seruus mulio ſi ſeipſum locauerit, & eius negligentia mulus conducentis perierit,eius dominus iudicio locati tenetur ad damnum conducenti ex peculio dumtaxat,& de in rem verſo:ſed ſi dominus eũ locaſſet,tenetur ſecũdum qualitatem doli,vel culpæ commiſſæ,l.cùm in plures,62.§.ſeruum,locati.

Seruus ſi fecit aliquod damnum,& ob illud agatur contra dominum eius noxali,ſi ille ſeruus petit ſe ad libertatem,interim iudicium noxale differtur,l.ordinata,§.fi.de liberali cauſa.

Seruus non poteſt facere deteriorem conditionem domini:ſed bene meliorem gl.fi.in l.ſeruum fructuarium,22.de ſtipulat.ſeruorum.

Seruum alienum ſi quis in noxali cauſa defendat, poterit ſumptus recuperare à domino actione negotiorum geſtorum,ſi vtiliter geſſit:ſecùs ſi inutiliter, gl. fi.in l.ſi ſeruum,10.C.de nego.geſtis.

Seruus alicuius ſi damnum fecerit alicui, poterit ille agere contra dominum ad exhibendum , vt eum ſeruum exhibeat , & poſſit agere pro noxa , l. 2. C. ad exhibend.

Serui noxa ſoluti dicuntur , quando eorum nomine dominus noxaliter non tenetur,vel quando nunquam commiſerunt delictum , vel quando eſt ſatisfactum,gl.fi.in l.emptor,14.C.de actio.empt.

Seruus tuus ſi noxiam commiſerit,quamdiu in tua poteſtate eſt, tecum eſt actio noxalis:ſed ſi peruenerit in alterius poteſtatem,cum eo erit actio noxalis , §. omnis.Inſt.de noxalib.

Seruus, qui noxiam commiſit in dominum , non tenetur domino poſtea factus liber : ſed ſi in extraneum commiſit , tenetur ipſe poſtea factus liber directo noxali, d.§.omnis.& ibi gl.directò.

Seruus alienus,qui noxiam commiſit in extraneum,ſi efficiatur ſeruus damnum paſſi ante litem conteſtatam,nulla actio noxalis competit domino , cui damnum dedit:ſed ſi poſt litis conteſtationem ſit effectus eius ſeruus, tunc ei datur noxalis actio.§.ſi ſeruus.& ibi gl.eſſe cœperit. Inſt. eod.

Seruus alicuius ſi ad alium perueniſſe proponatur iure dominij , noxalij iudicio nouus dominus debet conueniri,l.pe.§.fi.de noxalib.actio.

Seruus,quem dominus dolo deſiit poſſidere,ſi deceſſerit priuſquàm dominus noxali conueniretur,liberatur ipſe dominus,l.electio,§.ſi is,quem,eod.

Seruus pro noxa ſi fuerit datus à bonæ fidei poſſeſſore , dominium eius in damnum paſſum non transfertur , à quo ſi dominus vendicet ſeruum non oblata æſtimatione litis,poterit damnum paſſus repellere eum per exceptionem, l. ſi noxale,27 §.fin.cum l.ſeq.eod.

Seruus ſi pro noxa fuerit datus damnum paſſo, ius, quod habent abſentes in illo ſeruo , prorſus non amittunt , licèt dominium ad actorem per noxæ deditionem peruenerit:quia illis reuerſis permittitur defenſio ſerui,l.in noxalib. 30. eodem.

Seruus indefenſus in noxali.actione ſi ductus ſit , æſtimatio eius imputanda eſt non ſolùm in pœnæ duplicatione:ſed etiam in conditione furtiua,l. quod ait, 31. eodem.

Seruus,qui noxam dedit,ſi non fuerit defenſus, ducitur : & ſi dominus ſit præſens, debet eum tradere, & de dolo malo promittere , l. is, qui in aliena, 32. eodem.

ex Serui maleficio ſi dominus conueniatur noxali iudicio à pluribus : ſi vni per ſententiam ſeruum pro noxa dedit,aliis dare non tenetur,l.ſi quis, 14. eod.

pro Serui delicto, vel quaſi licèt poſſit agi noxaliter:tamen & de peculio agitur, ſi locupletatus eſt dominus,in quantum id peculium locupletius eſt,glo. ipſo iure,in §.actiones autem,Inſt.de action.

Reliqua verbo,Actio,164. Dominij,21.Noxalis.

SERVVM legatum ſi occiderit hæres ante aditam hæreditatem,quia interemptus eſt priuſquàm factus ſit legatarij,ceſſat legis Aquiliæ actio,quia ex teſtamento actio competit,l.vt eleganter,§.ſi ſeruum,de dolo malo.

Seruum legatum quocumque tempore occidat hæres, ſiue ante aditam hæreditatem,ſiue poſt, ceſſat actio doli, & agitur actione ex teſtamento : ſed ſi poſt aditam hæreditatem occiderit , agitur etiam actione legis Aquiliæ , cùm ſit dominus legatarius,gl.quocumque.ibi.

Seruum vſuarium ſi proprietarius occiderit , tenetur vſumfructuario vtili legis Aquiliæ actione,& ad exhibendum:ceſſat tamen actio de dolo,d.§. ſeruum.

Seruum legatum ſub conditione , ſi occiderit hæres , pendente conditione , datur legatario actio de dolo,cùm nondum competat ei actio ex teſtamento,d. gl.quocumque.

Seruis exæquantur quadrupedes in primo capite legis Aquiliæ,vt occidens ſeruum teneatur quanto pluris fuerit in anno retro:ſicut & ille,qui occidit quadrupedem alienam,l.2.ad leg.Aquil.

Seruus meus,vel quadrupes mea ſi ab alio in inſidias deductus,& occiſus eſt,contra deducentem datur actio in factum,l.item obſtetrix.§.fi.ad leg.Aquil.

Seruus,vel quadrupes eundo per alium locum,quàm per campum iaculatorium, ſi ſit occiſus à iaculantib. per luſum in loco non ſolito ad luſum , datur actio Aquiliæ contra eos,ibid.

Seruus,vel quadrupes eundo per locum iaculatorium ſi occiſus ſit à iaculatorib. per luſum,ceſſat Aquilia,niſi data opera in ſeruum iaculatus eſt,ibid.

Seruum ſi plures percuſſerint , & apparet , cuius ictu perierit ille tenetur lege Aquilia quaſi occiderit:alij verò tenentur vt de vulnerato:ſed ſi non apparet, cuius ictu perierit,omnes quaſi occiderint, tenentur inſolidum lege Aquilia, l.item Mela.§.ſed ſi plures,& ibi gl.tenetur,eod.

Seruum ſi plures percuſſerint,neque apparet,cuius ictu perierit, omnes tenentur inſolidum:& ſi vnus præſtet damnum,cæteri liberantur.ibid.

Seruus bonæ fide poſſeſſus ſi fuerit ab aliquo vulneratus,actio in factum competit bonæ fidei poſſeſſori propter operas , quas amiſit : ſed aduerſus bonæ fidei poſſeſſorem datur directa domino,d.l.item Mela.§. ſed etſi ſeruus, & ibi glo. in factum.

Seruus bona fide poſſeſſus ſi fuerit vulneratus,actio in factum non competit bonæ fidei poſſeſſori,ſi titulum non habeat,d.gl.in factum.

Seruus legatus ſi poſt aditam hæreditatem ſit occiſus , legatario competit actio legis Aquiliæ, ſi agnouit legatum : ſed ſi repudiauit, competit hæredi, l. liber homo.§.fi.

Seruus legatus ſi poſt aditam hæreditatem ſit occiſus ab hærede,contra eum datur legatario actio legis Aquiliæ,l.ſed ſi ipſe,14.eod.

Seruus legatus ſi ante aditam hæreditatem ſit occiſus , legis Aquiliæ actio acquiſita per hæreditatem remanet apud hæredem : legatario autem competet : non

Seruus in leuibus excuſatur propter domini iuſſum:ſed in atrocioribus non:imò datur iudicium in ipſum factum liberum,l.ſeruus,& ibi gl.fi.de actio.& oblig. l.2.§.is,qui,& ibi add.marg.de noxalibus.

Seruus iuſſu domini occidens, vel piraticam rapinam, vel furtum faciens, tenetur liber factus,nec excuſat eum iuſſus domini:minus tamen punitur,d.l.ſeruus,& ibi gloſ.fi.

Seruus delinquens ſine iuſſu domini tam in atrocioribus,quàm in aliis non atrocioribus liber factus tenetur,nec excuſatur,dicta gloſſ.final.

Seruus ſi crimen publicum commiſerit,vt quia vxorem alicuius rapuerit,dominus non poteſt conueniri criminaliter: ſed tantùm contra ſeruum, l.pe. C.de noxalibus.

Seruus delinquens in ſeruitute in dominum non tenetur liber factus;ſi in extraneum deliquerit,liber factus tenetur, l.final. & ibi gloſſ. pen.C. an ſeruus ex ſuo facto.

158 Seruus omnibus legibus reus,ac delinquens fieri poteſt,exceptis his,quibus pœna pecuniaria imponeretur,gloſ.1.in l.2.C.de accuſatio.

Seruus iuſſu domini inferens vim,damnatur in metallum, & dominus eſt infamis:ſed motu proprio inferens, vltimo ſupplicio punitur, l. ſeruus, 8.C.ad l. Iul. de vi publ.

ex Seruorum maleficiis,vel quaſi domino ignorante, vel prohibere non valente tenetur dominus noxali actione, cui condemnato permittitur aut litis æſtimationem ſoluere,aut ipſum ſeruum delinquentem pro noxa dedere.in principio.Inſtitu.de noxalibus action.

ex Serui delicto, vel maleficio tenetur dominus inſolidum, quando ſeruus deliquit ſciente domino,& prohibere valente,glo.domino.ibid.

pro Serui delicto dominus liberatur dãdo ſeruum pro noxa, & in damnum paſſo transfertur dominium, quod poteſt auocari, ſi dominus emendet damnum,& velit eum manumittere,§.1.Inſtitu.eod.

pro Serui delicto quando agitur ciuiliter ad damnum, tunc condamnatur dominus eius ad æſtimationem damni,vel ad dandum ſeruum pro noxa:& reus dando ſeruum liberatur: ſed ſi ageretur criminaliter ad vindictam ob iniuriam à ſeruo illatam,tunc cõdemnatur dominus vel ad eſtimationem damni, vel ad tradendum ſeruum verberandum, vel dandum ſeruum pro noxa, gl.1. in additio.ibid.

ex Serui delicto commiſſo in dominum nulla actio competit domino,ſi poſteà ſit factus liber; ſed ſi in extraneum commiſit, tenetur ipſe poſtea factus liber directa noxali.§.omnis,& ibi gloſ.directò,Inſtit.eod.

ex Serui delicto commiſſo in dominum nulla actio competit domino, etiam ſi poſteà alienetur, vel manumittatur,§.ſi ſeruus,Inſtitu.eod.

Seruo libero facto non datur actio ex delicto domini, d. §.ſi ſeruus, & ibi gloſſ. eſſe cœperit.

Serui ex delictis obligantur aliis:ſed non dominis, qui etiamſi manumittantur poſteà nihilominùs remanent obligati,l.ſerui.de actio.& oblig.

Seruus ſi ignorante domino vocatum in ius vi exemit, dominus liberatur dando ſeruum pro noxa:ſecùs ſi ſciente domino:quia tunc tenetur ipſe dominus, l.1.ne quis eum,qui in ius voc.

Seruus ſi domino ſciente,& non prohibente dolo fecit,quominùs quis ſiſteret, datur conuento exceptio contra dominum: ſed ſi pignorante domino, tunc ſeruus poteſt dari pro noxa,l.2. de eo per quem factum.

Seruus in atrociorib.delictis non tenetur parere;& ſi paruerit, vterque tenetur: mitiùs tamen punitur ſeruus,gl.cum eo.& ibi addi. margin.in l. liber homo, 37.ad legem Aquiliam,l.ſi cùm mulier.§.1.rerum amotarum.

Seruo ignoſcitur obtemperando domino, vel ei qui vice domini eſt in his, quæ non habent atrocitatem facinoris,vel ſceleris,is,qui in puteum. §. ſi. tutoris, quod vi, aut clam.

Reliqua verbo,Dominus,22.23. Publicanus, Delictum, 1.& ſup. 25. vſque 30.& 143.144.145.146.147.148.

159 SERVVS pignori datus, quoad debitoris necem, habetur, ac ſi pignori datus non eſſet.l.1.§.ſerui.ad Syllan.

Seruus ſtipulatione promiſſus non exiſtens ſub eodem tecto tempore, quo dominus occiſus fuit, ſi conuicit, ac detexit occiſores, & pro præmio liber eſſe iuſſus ſit, creditori ſtipulanti datur vtilis actio ex ſtipulatu ad ſerui æſtimationem,l.3.§.ſi ex ſtipulatu,eodem.

Serui inuadentes dominum ſi non occiderunt eum,non tenetur Syllaniano,cùm ipſe dominus poſſit animaduertere eos occidendo, vt beſtias, cùm ſit iuſta cauſa,l.etſi certus,§.fi.& ibi gl.fin.eod.

Seruus à teſtatore occiſo legatus pro præmio eò,quòd detexerit mortem domini occiſi,vel quia necem domini vindicauit, poteſt fieri liber à prætore, non obſtante legato:legatario tamen hæres tenetur præſtare ſerui æſtimationem, l.ſi ſeruus,& ibi gl.fi.eod.

Seruus communis detegens necem vnius ex dominis, pro præmio conſequitur libertatem:ſed ſuperſtiti domino ſolui debet pars pretij de bonis defuncti: & ſi illa non ſufficiant, de publico debet ſolui, & à fiſco non debet ſolui prima facie,l.domino,& ibi gl.fi.eod.

Seruos occiſores domini ſui,& etiam teſtamento manumiſſos,qui ante quæſtionem habitam confugerunt,ſi quis requiſiuit,& conuincit;requirenti, & conuincenti dantur quinque aurei ex bonis damnati pro quolibet ſeruo:ſed ſi illa bona non ſufficiant,ad id dantur ex publico,l.lege Cornelia,& ibi gl. damnatur,eodem.

Seruus necem domini detegens poſt moram hæredis fit liber,& nullius libertus eſt:quia conſequitur libertatem quaſi ex Senatuſconſulto; ſecùs ſi ante moram,l.4.& ibi gl.1.de bonis libertorum.

Seruus vendicans necem domini pro præmio conſequitur libertatem, ſententia contra occiſores lata,& non anteà,l.1.& ibi glo.fin. C. quib.ex cauſ.ſerui pro præmio.

Seruus ob vindictam necis domini,ſententia contra occiſores lata,à lege fit manumiſſus;pretium tamen ſerui non datur à fiſco, cùm domini negotium geſſiſſe videatur,gl.fi.in d.l.1.

Seruus ſupplicans ſuper nece domini vindicanda auditur, & in præmium habet libertatem,gl.fi.in l.1.C.de precibus.

Seruus,qui cum libertate à domino inſtitutus eſt,ſi pendente conditione necem domini detexit,& ſic prætor mereri libertatem decreuit:& ita poſteà exiſtente conditione dicitur liber ex præmio, & non ex teſtamento, atque ita erit domini hæres voluntarius,& non neceſſarius,l.teſtamento,9. de hæred.inſtit.

Seruus, qui ob necem domini detectam præmium libertatis conſequitur, dicitur libertus orcinus:id eſt directò manumiſſus,l. qui ob necem, qui ſine manumiſ.ad libertat.& gl.fi.in l.1.C.quib.ex cauſ. ſerui pro præmio.

Reliqua verbo,Senatuſconſultum,1.2.& infrà nu.160.vſque 165.

SERVVS ad inquirendam veritatem ſuper nece domini habentis proprietatem ſerui,licèt vſusfructus alienus eſſet,torquetur & punitur pœna capitis, ſi auxilium non præſtiterit: ſecùs ſi dominus interfectus ſeruum bona fide poſſideret,vel in eo ſolum haberet vſumfructum,l.1.§.1.ad Syllan.

Serui dominorum interfectorum à domeſticis,vel extraneis debent torqueri ad inquirendam veritatem,& pœna capitis puniuntur, ſi auxilium non præſtiterunt dominis:quia nulla domus eſſet tuta, niſi talis pœna imponeretur ſeruis interfecti,d.l.1.& ibi gl.necatorum.

Seruus ſub conditione legatus medio tempore eſt hæredis, nec conditio exiſtens facit deſinere eſſe hæredis:& ideò torquetur ſuper nece dominij, d. l. 1 §. ſerui.

Seruus cui fideicommiſſaria libertas data eſt, ad eruendam veritatem non torquetur, nec punitur ob necem hæredis, ex eo quòd ſub eodem tecto ſit, niſi fuerit particeps ſceleris,d.l.1.§.ſed in eo.

Seruus ad veritatem eruendam torquetur,& non præſtans auxilium domino interfecto capite punitur,etiamſi dominus eſſet illius ſerui pro parte, quod extenditur ad necem filiorum in poteſtate, vel emancipatorum, vel adoptiuorum domini ſui:ſed non eius, qui in adoptionem alij datus eſt, nec ad necem alumni domini ſui, d.l.1.§.domini appellatione.

Seruus matris non torquetur, nec capite punitur ob necem filij, d. l. 1. §. de matris.

Seruus patris ab hoſtibus capti ob necem filij torquetur:& ſi non præſtiterit auxilium,capite punitur,etiamſi poſt mortem patris, antequàm ſuus hæres exiſtat,filius occiſus fuiſſet,d.l.1.§.ſi pater.

Seruus purè legatus,vel manumiſſus torquetur, & punitur ob necem filij emancipati hæredis inſtituti,ante aditam hæreditatem interfecti.ibid.

Seruus filij etiam emancipati torquetur,& punitur ob necem patris interfecti, ſi non præſtiterit auxilium,ibid.

Seruus vxoris viro occiſo,vel ſeruus viri vxore occiſa torquetur, & punitur capite ob talem necem,ſi non præſtiterit auxilium,d.l.1.§. ſi vir.

Seruus viri non torquetur contra vxorem: quia quodammodo eſt domina: ſed non pro morte vxoris,gl.vna domus,in additione,ibid.

Seruus ſoceri vxore,vel marito occiſo torqueri,& & puniri poteſt,ſi non præſtiterit auxilium,d.l.1.§.ſed neque vxore.

Serui de morte domini torquentur, & puniuntur,quando dominus per vim,vel cædem interfectus eſt:putà iugulatus,ſtrangulatus, decapitatus, vel ſaxo, vel lapide,vel fuſte percuſſus,vel alio telo necatus eſt:ſed ſi veneno,vel alio, quod clam necare ſolet,interemptus eſt,non torquentur,d.l.1.§.occiſorum.

Serui ob mortem domini toties ſunt puniendi auxilium non præſtantes domino,quoties potuerunt ei aduerſus vim opem ferre,& non tulerunt,ibidem.

Seruus domino mortuo veneno, non torquetur, nec punitur, niſi particeps, vel conſcius ſceleris fuerit,vel per vim veneno necatus ſit,ibid.

Seruus de nece domini torquetur, & punitur pœna capitis, ſi potuit prohibere interfectorem,& non prohibuit: ſecùs ſi non potuit,d.l.1.§. ſi ſibi.

Seruus non debet torqueri, niſi conſtet dominum occiſum ſcelere: & ſi perſona ignoretur, quæ fecerit, fiet ſerui quæſtio ad declarandam perſonam delinquentis,quæ ignorari poteſt,etiamſi conſtet eum ſcelere occiſum, gloſſ. locus, ibidem.

Serui quæſtio de morte domini fit ad inquirendam mortem defuncti, ibidem.

Seruus communis poteſt torqueri, ſi vnus ex dominis non comparet, nec ſcitur de eo.ibid.

Serui de nece domini torquentur, & puniuntur ſi ſub eodem tecto cum domino exiſtentes non dederunt auxilium domino: ſed non exiſtentes ſub eodem tecto non torquentur,nec puniuntur,niſi fuerint conſcij ſceleris,d.l.1. §. hoc autem.

Serui de nece domini torquentur, & puniuntur, ſi exiſtentes eo loco, vnde vocem domini exaudire potuerunt, non dederunt auxilium domino, licèt quidam ex dominis habeant validiorem vocem,alij exiguiorem,d.l. 1. §. eodem autem tecto.

Serui quoties domino ſuo auxilium ferre poſſunt, non debent eius ſaluti propriam anteponere,ibid.

Seruus,vel ancilla exiſtens ſub eodem conclaui cum domino, vel domina, cùm ipſe dominus,vel domina occideretur,dicitur potuiſſe præſtare auxilium,etſi non corpore:ſed voce,vel plorans,vt hi,qui in domo fuerant, aut vicini audirent,ibid.

Seruus vel ancilla de nece domini,vel dominæ non excuſatur non proclamando,etiamſi dicat,& verum ſit percuſſorem ſibi minatum,ſi proclamaſſet, & ita non proclamans capite punitur,ibid.

Serui,qui ita longè diſtant tempore mortis domini, vt exaudire non potuerint, non torquentur,nec puniuntur,niſi ſint ſuſpecti,vel conſcii mortis domini:ſed ſerui,qui cum domino fuerunt,auxilium non præſtantes ei tenentur, d.l. 1. §. ſi quis in villa.

Serui,qui erant cum domino cùm occideretur in itinere, vel qui non erant:quia aufugerunt,de nece domini torquentur,& puniuntur vltimo ſupplicio: ſed ſi nemo ſeruorum fuit cum domino,cùm occideretur in itinere,tunc nullus eorum torquetur,nec punitur,ibid.

Seruus impubes,vel ancilla nondum viripotens non torquentur, nec puniuntur, ex eo quòd non præſtiterunt auxilium domino, cùm occideretur:aliàs tamen ſolet obſeruari in vſu,vt impuberes non torqueantur:ſolent tamen terreri, & habena,vel ferula cædi.d.l.1.§.impuberi.

Seruus, qui ſine dolo malo auxilium præſtitit domino, cùm occidebatur, non torquetur, nec punitur: ſecùs ſi finxit ſe auxilium ferre, vel dictis gratiam

Seruus alicuius ciuitatis in cau[illegible] atorum torqueri debet,d.§. in causa, & ibi gl.quod.

Seruus accusatus de aliquo delicto,cùm torquetur de se,potest interrogari, & si dum quæstio habetur,de aliis dixerit, est rei indicium:id est vt reus indicaretur,vt sciatur qui alij fecerint illud delictum,d.l.1.§.diuus Adrianus.

Seruus plurium in nullius eorum caput potest torqueri : secùs si sit collegij, vel vniuersitatis:quia tunc potest torqueri in caput vnius de vniuersitate,l.3.eod

Serui non possunt torqueri contra dominum de incestu, nisi incestus sit simul cum adulterio,l.4.& ibi gl.fi.& l.sequenti,eod.

Serui possunt torqueri contra dominum in crimine adulterij,ibid.

Serui hæreditarij possunt torqueri,cùm de testamento falso quæritur,l. parte,de quæstio.

Seruus cùm accusatur,potest haberi quæstio,vt sic seruus saluus sit, vel innocentiæ,vel supplicio,l.quæstionis,eod.

Serui in causa pecuniaria si aliter facti veritas sciri non potest, potest torqueri contra alium,non contra dominum,l.diuus Pius,& ibi gl.1.eod.

Seruus in casu,quo non potest torqueri contra dominum,eodem casu,si de facto torqueatur,non valet eius dictum, nec aliquod indicium facit contra dominum,ibidem.

Serui peculij castrensis filijfamilias non possunt torqueri contra patrem domini eorum : sicut nec serui patris contra filium domini, l. de minore, §.1. de quæstio.

de Serui libertate quando est controuersia, quæ sit præiudicialibus actionibus: tunc non torquetur seruus propter spem proximæ apparituræ libertatis,gl. fi. in d.l.de minore,§.fi.

168 Seruus quando petitur ipse solus, vel vna cum aliis rebus hæreditariis per petitionem hæreditatis:tunc torquetur supra vna re hæreditaria, vt quia vnus dicit se in solidum hæredem,alius econtrà:item torquetur seruus etiam super re hæreditaria, vel non hæreditaria, super qua inter duos est controuersia, qui confitentur seruum communem,& se cohæredes esse, † ibid.

Seruus emptus etiam si fuerit redhibitus non potest in caput emptoris torqueri, l.etiam,eod.

Seruus,ne torqueatur,si dicat se liberum,non debet torqueri, antequàm liberale iudicium expediatur,l.si quis,ne quæstio.eod.

Seruus lite pendente super dominio eius,non potest torqueri interim in reum,à quo ipse seruus patitur,l.ex libero,§.fi.eod.

Serui in causa adulterij torqueri possunt contra dominum, etiam extraneo accusante dominum seruorum de adulterio:secùs si accusaretur de stupro,l. extraneo,eod.

Seruus communis potest torqueri,quando vnus ex dominis dicit alterum dominum occidisse,l.extraneo,de quæstio.

Seruus in metallum damnatus non potest torqueri contra eum, qui dominus fuit,d.l.extraneo.§.fi.

Seruo,qui vltro,& sponte aliquid dicit contra dominum,non creditur,l.vnius.§. iudex,eodem.

Seruus venditus non potest torqueri contra dominum quondam suum, ibid.

Seruus etiam ad postulationem domini non torquetur in causa domini, ibidem.

Seruus,cui fideicommissaria libertas relicta est,non potest torqueri interim,nisi aliorum quæstionibus oneretur,l.is,cui,eod.

Seruus, vel ancilla non debet torqueri contra dominum : & si de facto tortus fuerit,eius dicto non creditur,l.maritus,eod.

Seruus torqueri debet vt manifestet, vtrùm propter lucrum capiendum calidè à domino ad domum,vel ad agrum eius,qui eum suscepit, sit immissus an non: quòd si constiterit malignè à domino factum esse,talis seruus ad fiscum pertinet,l.4.& ibi gl.pe.C.de seruis fugiti.

Seruus non solùm, quando inter alios de eo est controuersia,potest torqueri:sed etiam cum ipsemet est in lite, interrogari, & torqueri debet in possessorio, non in petitorio,gl.fi.in l.cùm super,10.C.de rei vendic.

169 Seruus,vel libertus non potest torqueri contra dominum, vel patronum, neque etiam pro eo propter perplexitatem,gl.1.in l.quod fauore, 6. C.de legib.

Seruus regulariter non potest torqueri contra dominum : fallit tamen quandoque,gl.pen.in l.quicunque,4.C.de seruis fugit.

Serui adulteræ,& patris eius,& serui adulteri,& patris eius, & serui accusatoris, & serui mulieris, & aui dati ad vsum mulieris prohibentur manumitti, & alienari intra 60.dies à die diuortij, & torquentur pro adulterio detegendo, gl.fi.in l.3.C.de adulteriis.

Serui etiam extranei, qui in vsu mulieris sunt, pro adulterio detegendo torqueri possunt, & etiam possunt manumitti à suis dominis, quando ipsi volunt,ibidem.

Serui adulteræ, vel patris eius, vt liberè dicant sua dicta super adulterio, publicantur, & à dominorum potestate eripiuntur post quæstionem, non ante, ibidem.

Serui in causis ciuilibus,non torquentur contra dominum:etiam fallit in criminibus adulterij,fraudati census,& læsæ maiestatis,l.1.C.de quæstio.

Serui in causis ciuilibus non torquentur etiam propter inopiam probationum, ibidem.

Serui contra dominos torquentur, quando dominus contra rempub. vel contra eos, qui militant ad latus principis, est molitus, vel quando vir vxorem, vel vxor virum,vel socius socium occidit,gl.principis,ibid.

Serui in criminibus non torquentur contra tutorem,vel matrem domini sui,nisi tutelæ agatur,l.2.C.eod.

Serui libertati donati indistinctè non torquentur, etiamsi de nece domini defuncti vindicanda tractatur,l.nec si,eod.

Serui, vel liberti neque in criminalibus, neque in ciuilibus possunt torqueri in dominum,vel patronum, neque etiam pro his, l. pridem, 5. l. seruos, 14. C. eodem.

Serui etiam volente domino non possunt torqueri contra dominum,l.seruos, 7. C. eodem.

Seruus hæreditarius potest torqueri super falsitate testamenti, etiam si ei libertas sit præstita.l.cum testamento,10.C.eod.

Seruus potest torqueri quando de dominio eius est controuersia inter duos, l. quoties,12.eod.

Seruus potest torqueri non solùm in criminali causa:sed etiam in ciuili, vbi de facto eiusdem serui est controuersia,l.interrogari,15.C.eod.

Serui hæreditarij gubernationem rerum habentes torquentur,siue sit quæstio de hæreditate,siue de re hæreditaria,non obstante,quòd eis sit relicta libertas,l. fi.C.eodem.

Seruus alienos faciens torqueri per calumniam,si moriantur in tormentis,tenebitur ad duplum æstimationis seruorum,l.dominis, C. de calumniator.

Reliqua verbo,Torqueri,Tortura,Confessio,14.

SERVVS acriùs debet puniri in delictis,quàm liber,l.pen.si ex noxali causa,gl. pe.in l.3.C.de summa Trinit.gl.1.in l.3.C.de assertione tollenda. 17

Seruo non imponitur pœna pecuniaria,gl.vindicta,in d.l.pe.

Seruus inspecto iure ciuili non dicitur propriè capite puniri, cùm caput non habeat:sed bene inspecto iure naturali,cùm liber sit,gl.puniendus, in l. cùm autem,23.§.excipitur,de ædili.edict.

Serui delinquentes ibi debent puniri,vbi deliquerunt:dominúsque eorum, si velit eos defendere,non potest reuocare eos in prouinciam suam : sed debet ibi defendere,vbi deliquerunt,l.si cui crimen,§.pe.de accusat.

Serui delinquentes exemplo humiliorum puniuntur,l.in seruorum,de pœnis.

Serui, qui saluti dominorum suorum insidiati fuerint, plerunque igne cremantur,l.capitalium,§.igni,eod.

Serui in omni supplicio seueriùs sunt puniendi,quàm liberi homines,d.l.capitalium,§.fin.

Seruus in vincula damnatus libertatem, hæreditatem, vel legatum sibi relictum consequi potest, si post pœnam completam, & expletum tempus condemnationis dies cedit.l.fratres,34.eod.

Seruum non debet damnari in opus publicum, nec temporarium : & de facto damnatus ad opus temporarium, finito tempore, redditur domino, l. seruus, 34.eodem.

Seruo condemnato, dominus, vel alius rectè potest appellare à condemnatione facta de seruo,& etiam ipse seruus,si dominus,vel alius pro domino non appellauerit,l.serui appellare.15.de appel.

pro Seruo condemnato dominus appellationem,quam interposuit,potest prosequi per procuratorem,l.Lucius.18.eod.

Serui si domino parent,mitiùs agitur cum eis,etiam in atrociorib. gl. 1. in l. 2. C.de sepulc.violato.

Seruus demoliens sepulchrum,domino inscio, damnatur in metallum:si verò eo conscio,relegatur,& locus,ad quem aliquid de sepulchro exportauit,publicatur,d.l.2.

Seruus simpliciter ad vincula damnatus sine temporis præfinitione, intelligitur perpetuò damnatus,l.seruus,10.C.de pœnis.

Seruus quando capitaliter damnatur, peculium domino non aufertur, imò executio differtur, donec ab eo reddatur ratio administrationis domino acceleranti, l. 1. C.de bonis proscriptorum.

Seruus dicitur caput habere quoad capitaliter puniendum : & sic naturaliter, & non ciuiliter,† gl.1.ibid.

Seruus ciuiliter dicitur puniri,vt quia fiat seruus pœnæ, de quo potest damnari, ibidem.

Seruus in metallum damnatus desinit esse domini, & indulgentia rei concessa non restituit eum priori domino : sed si quid tenet, quod ad priorem dominum spectat,cognoscit procurator Cæsaris inter eum, & fiscum, cuius cœpit esse mancipium,l.frustrà,8.C.de sententiam passis.

Seruus in metallum damnatus ex erronea sua confessione habita in tormentis qua posteà patefacta falsa si liberatur,domino redditur æstimatio serui,glo. ibidem.

Reliqua suprà, 135. Damnatus, Pœna.

SEV, dictio ampliatiua est,& accipitur pro coniuncta,l.si quis ita,32. & ibi gl. 1.de auro,& arg.leg.

Seu,dictio quandoque non ponitur expositiuè:sed ampliatiuè, in princ. Insti. de interdictis.

Reliqua verbo,Legans,12.

SEVERA sententia quem esse puniendum, si lege caueatur, intelligitur de capitali;& dicitur seuera in faciendo : vel etiam arbitrio, & motu iudicis[illegible] ferri,gl.seuera,in l.1.C.ne liceat potentior.

SEXCVNCIA dicitur vncia,& dimidia,gl.sexcuncia,in l.4. C. de liberis præteritis.

Sexcunx,idem est,quòd vncia,& dimidia,gl.sexcunx,in §.hæreditas.Insti.de hæred.instit.

SEXTANS significat sextam partem:id est duas vncias,gl sextans.in d.§ hæreditas,& gl de sextante.in l.1.C.de pactis.

SEXTVS Papirius in primis fuit peritus, qui leges regias in vnum contulit, l. 2.§.& quidem ex omnib.de orig.iuris.

SI, particula non semper facit conditionem,l.muto,6.§.1.& ibi gl.non conditionem,de tutelis.

Si,particula non facit conditionem, quando adiicitur ei, quod tacite inerat de necessitate,d.§.1.& ibi gl.non conditionem.

Si,particula facit conditionem:quandoque tamen non facit,gl. fin.in l tutor[illegible]ra, 23.de testam.tutela.

inter *Si*, & *cùm*, nulla est differentia in effectu : quia vtrumque facit conditionem,l.qui promisit,48.& ibi gl.1.de condict. indebi. & l.stipulatio ista, 38. §. inter certam,& l.quodcumque.§.fi.de verborum obligat.

inter *Si*, & *cùm*, est differentia quando apponuntur circa voluntatem : veluti promissio facta,si volueris,inutilis est:sed promissio facta,cùm volueris,valet & vtilis est : quia in promissione, si volueris, circa substantiam obligationis, vtputà circa voluntatem apponitur conditio, & ideo non valet promissio:sed in promissione,cùm volueris,circa substantiam non apponitur,& ideò valet,d gl.1.& ibi add.marg.

Si,& cùm,coniunctiones differunt,gl.quamquam.& gl arbitrario,in l fideicommissa,11 § sic fideicommissum,de legat.3

lictio facit principaliter conditionem,secundariò tempus;sed dictio,cùm facit principaliter tempus,secundariò conditionem,l.si Titio,22.quando dies, leg.cedat.
dictio,ponitur quandoque pro quia:quandoque pro quamuis, quandoque interim conditionis,gl.fortissimum,in l.1.de officio eius,cui mandata.
verò coniunctio aduersatiua operatur,quòd vno casu existente non habet locum dispositio facta in alio,l.si ita scriptum,de liberis,& posthum.

Reliqua verbo, Si,Vt,Conditio.

CA est latens cultrum ; sed largè interpretatur telum, vt omnia arma comprehendat,gl.in rub.C.ad legem,Corn.de sicariis.
a est cultellus,ex vtraque parte scindens,quem portant peregrini quandoque in baculo quodam ita,quòd non apparet,glo.sica,in §.item lex Cornelia,Inst. de publi. iudiciis.
CARII appellantur à sica , quod significat ferrum, cultrum; hodie tamen generaliùs accipitur sica,& etiam telum per interpretationem significat, ibi.

Reliqua verbo,Lex,32.

ICVT,dictio quandoque est aduerbium similitudinis , quandoque est aduerbium qualitatis,vt quando ponitur pro tanquam,gl.sicut,in extrauag. de pace Constantiæ,§.vasalli.
GILLVM dicitur eius,cuius est imago,& tale,quale in cera imprimitur, gl. hi autem,in add.marg.in §.nomina,in extrauag. de pace Constantiæ.
gillum habet vim consensus,& confirmationis:item sigillum dicitur sine literis mutus,& incertus testis,& ideò per solius sigilli præsentationem non probatur commissio:præsertim specialis:quia sigillum est res inanimata,gl.sigillo,in d.extrauag.de pace Constantiæ,in principio.
gilli appositio scienter apponenti in instrumento idem operatur,quod ratihabitio;secùs verò ignoranter apponenti,gl.fi.in l.2.C.de rebus alienis.
gillum suum apponens non ex eo,quod apponat in instrumento , videtur approbare contenta in eo,d.l.2.
gilla dicuntur à signo,gl.2.in l.pediculis,34.de auro,& argento.
gilla dicuntur etiam annuli de ferro,qui ponuntur ad murum,glo.sigilla, in l. cætera,43.§.hoc Senatusconsultum, de leg.1.
Sigillum factum in vasis ab emptore vini non censetur ei traditum:quia magis videtur signasse,ne submitteretur aliud vinum, quàm vt traditum videretur,l.1.de periculo,& commodo.

Reliqua verbo,Subsignare,Contractus,13.

GNARE idem est,quod sigillare,gl.signauit,in l.Caius,39.de pignor. acti.
GNATAE tabulæ dicuntur, si est signatum,quod eis adhæret; secùs si est legatum,quod ab eo est separatum,l.ad testium,§.fi. & ibi gl.fi.de testam.
IGNVM potest quis imponere rebus, quas possidet , siue sint suæ,siue alienæ: sed non vexilla,vel vela,gl.pe.in l.2.C.vt nemini liceat sine iudic.
gna imprimere rebus,quas alius detinet,nemini licet,etiamsi suas,vel obligatas sibi esse aliquis affirmet,d.l.2.
gna sua rebus alienis imponere sine iudicis authoritate nemini licet,rub.C.vt nemini liceat sine iudicis authorita.
gnum suum imponere nemo potest rei,quam petit,lite pendente,l.1.C.eod.
gnum impositum rei meæ ab aliquo sine iudicis authoritate, & lite pendente possum ego propria authoritate remouere, ibid.

Reliqua verbo,Sigillum,Traditio.

IGNIFICARE rem,idem est,quod demonstrare rem, de qua quæritur proprio nomine ei attributo : quandoque tamen & largiùs sumitur , & etiamsi proprium nomen non interueniat:sed quocumque modo designatur res,glo. 1.in rub.de verb. signif.
IGNIFICATIO verborum actiuè intelligitur:sed significatio rerum passiuè:nam verba significant,& res significantur, ibid.
gnificatio quoties sumitur ex vniuerso , in quo aliquid falsum est,totam orationem falsam efficit,gl.non satisdederint,in l.5.§. 1.de legitimis tutorib.
IGNINVM opus dicitur opus silicinum,siue lapideum,gl.signinum, in l.1.§. fin.de riuis.
gninum opus dicitur illud,quod contusis , atquè confractis testis , adita calce conficitur,d.§.fi.in add.marg.
ILENTIARII quidquid acquisierint ex sua administratione,dicitur quasi castrense , & post patris obitum præcipuum proprio dominio vendicare poterit,gl.fi.& l.4.C.de aduocat. diuersorum iudi.
lentiarij sunt,quibus imperator sua secreta sub silentio committit,gl.silentiariis,in l.omnimodo,30.§.imputari,C.de inoffic.testamen.
lentiarius dicitur præclarè curiæ honore fulgens,glo.fi.in l.iurisiurandi, 8.C. de testib.
lentiarij triginta sunt,& dicuntur ministri ad ea,quæ silentij,quietísque sunt, interiores in principis domo,principalium arcanorum conscij,quíque silendis,& arcanis principis consiliis interesse solent,quos nonnulli aiunt auricularios,gl.1.& ibi add.marg.in rub.C.de silentiariis,lib.12.
lentiarij,ac decuriones dicuntur consiliarij,gl.1.ibid.
lentiarij , & eorum vxores ciuiliter , & criminaliter sunt conueniendi coram magistrato officiorum,l.4.C.eod.titulo,& lib.
lentiarij excusantur à tutelis , & curis , & filij eorum inuiti non vocantur ad præturam,l.fi.C.de silentiariis,lib.10.
lentiarij , & in potestate parentum positi quidquid acquirunt , retinent tanquam castrense peculium , nec potest eis per parentes auferri , nec post parentum obitum tenentur conferre fratribus, nec tenentur conferre dictis fratribus id,quod parentes , vel alij donauerunt eis ratione supradictæ militiæ, ibidem.

Reliqua verbo, Decurio,6.

ILENTIVM propter patris reuerentiam interueniens reputatur traditio,gl. metu,& ibi add.in l.1.§.quæ onerandæ,quarum rerum actio.
lentium etiam ante litem contestatam imponendum est ei , qui audiri vult contra id,quod princeps fecit ex certa scientia,gl.non admittimus, in extrauag.de pace Constantiæ,§.nos Romanorum.
ILIQVA est quarta pars vnciæ auri,non libræ auri,gl.1.in auth.sed hodie.C. de episcopis,& gl.4.in §.sportularum,in auth. de sanct.episcopis, col.9.

Siliquam non debere dici;sed siliquum tenent aliqui : & est genus monetæ,qua prouinciales vtuntur:aliàs vocatur medalea sanctæ Helenæ,ibid.
Siliqua,secundum Isidorum, idem est, quod 24. pars solidi ; aut est quarta pars vnciæ,† gl.siliquam,in §.1.in auth.nullum credentem agricol. col.4.
SILIQVVM, vel siciliquum, vel siliqua , vel silex significant quartam partem vnciæ,vel quadragesimam octauam partem assis,vel cuiuslibet rei, gloss. siciliquum,in l.liberto,21.§.filium,de annuis legatis.
SIMILE quod est,non est idē,cùm nihil sit id,cui idipsum simile sit,gl.quemadmodum,in l.1.§.1.quod iussu,gl.dolum esse,in l.quod Nerua, depositi.
Simile dicitur,quod est idem quoad effectum:sed est diuersum quoad verba , & ita eo respectu dicitur simile,quo respectu est diuersum,l.qui liberis, 8, & ibi gl.similem, de vulgari.
Simile si aliquo casu in legibus inueniatur, hoc non debet vituperari:sed debet adscribi imbecillitati humanæ,quæ naturaliter inest,l.2.§.si quid, C.de veteri iure.
de Similibus ad similia in iure propter identitatem rationis rectè procedit argumentum,l.cùm quidam,26.& ibi add.marg.C.de admin.tutorum, gl.pe.in l.ex facto,de neg. gest.
Similis æquitas vbi est,& simile ius statui debet,gl.pe.in l.1.C.de interdictis.
de Similibus ad similia sicut potest trahi ius scriptum : ita & ius non scriptum ad non scriptum,gl.fi.in l.1.C.quæ sit longa consuetudo.
Similium eadem est disciplina,gl.idem,in princ.Inst.quòd cum eo , qui in aliena potestate.

Reliqua verbo, Idem Taxatiua.

SIMILITVDO in vno non arguit similitudinem in alio, gl.idem intellectu-ri,in add.ibid.
Similitudo quandoque fit per contrarium,l.sicut,20.& ibi gloss.1. C.de liberali causa.
Similitudo nulla est in legibus; nisi propter repletionem , vel pleniorem indagationem hoc contigerit,l.1. §.nulla,C.de veteri iure enuclea.
Similitudo legum in quibusdam,& his breuissimis , assumpta non est inutilis, l. 2.§.si quid autem, C.eod.

Reliqua verbo,Æquiparatur.Per. ide,Quemadmodum, Argumentum,1.Culpa.

sub SIMPLICIBVS continetur casus mixtus de æquitate ; sed non de rigore, l.si ita scriptum, de liberis & posthumis.

Reliqua verbo,Mixta.

SIMPLICITAS sua alicui damnosa non debet esse, l.1.de dolo.
Simplicitati militum quoad legum obseruantiam in condendis testamentis consulendum est,l.1.de milit. testam.
Simplicitas legibus placet,l.fi.& ibi gl simpliciter,C.de furtis, gl.fi.in c.1.§.fin. episcopum,vel abbatem, in vsibus feudorum.
Simplicitas est amica legum;calliditas verò inimica , intellige de simplicitate, quæ est contraria fraudi:non de fatuitate:quia illa est damnabilis, §.sed quia stipulationes,& ibi gl.simplicitas,& ibi add.Inst.de fideicomm. hæred.
SIMPLICITER dicitur,quod est sine distinctione,& ambagibus,l.fi.& ibi gl. simpliciter, C.de furtis.

Reliqua verbo,Planum,Soluens,2.Solutum,3.4.

SIMONIA est publicum crimen,& læditur ex ea , & offenditur Diuina maiestas , & ideò æquiparatur crimini læsæ maiestatis , l.si quemquam , 29. C. de episcopis.
per Simoniam volens habere Ecclesiam, id, quod datum est, vel pretium,quod expensum est,restituitur Ecclesiæ,cuius sacerdotium voluit comparare, auth. quod pro hac, C.eod.
Simoniæ causa datum debet applicari illi Ecclesiæ,cui fit iniuria,§. præ omnib. in auth.de sanctis.episcopis, col.9.
per Simoniam electus in episcopum,ignorante, debet, cùm scit,in manu consecrantis renunciare,& tunc eum potest reeligere,gl.aut aliarum, ibid.
Simonia committitur manu,lingua,& obsequio,gl.pecuniis,in §.& neque vxori,in auth.quomodo oporteat episcopos,col.1.
Simoniacè si quis dedit aliquid pro aliquo , vt ei honores deferantur , non potest ab eo repetere,licèt ille habuisset ratum,vel dedisset mandatum, gl.pertinentes,in l.quæ vtiliter,de nego. gestis.
Simoniacus est quis,licet pro eo ignorante pecunia detur gl.1.in add. marg. in l.2.quod vi,aut clam.

Reliqua verbo,Ambitus, Ambitio.

SIMVL dicitur fieri,quod fit eadem die,licèt diuersis momentis fiat, † gl.1.in l.in operis, 29.locati,l.si fundus,16.§.si duo.& ibi gl.si eodem,de pignor.
Simul dicuntur fieri duo actus , quando vnus fit post alterum sine temporis interuallo,glo.simul,& ibi add.in l.cùm quærebatur,20. de militari testam.
Simul dicitur fieri,quod fit pluries sine temporis interuallo,ibid.
Simul rectè fiunt quædam,quæ non valent , si fiant separatim , vt duorum reorum obligatio,glo.2.in add.in §.pen.Instit.de curatoribus.
SIMVLATIO fit de vno contractu ad alium,veluti quando fiebat iure transactio:sed simulabatur venditio,l.cum ea,quæ,21.C.de transactio.
Simulatio cùm obiicitur , veritas facti debet inquiri , l. 2. C. plus valere quod agitur.
Simulatio quando adhibetur de persona ad personam, præualet veritas simulationi,ibidem.
Simulatio veritatis substantiam mutare non potest, ibid.
Simulatio fit quandoque de persona in personam : quandoque de causa in causam,gl.fi.ibid.
Simulatio veritati non præstat impedimentum,l.si ancillam,7.C.de contrahen. emptio.
Simulationis præsumptio probatur non solùm ex actib.præcedentib. sed etiam ex sequentibus,l.si filij tui,16.& ibi add.marg.C.de donatio. inter vir.
SIMVLATA venditio ius creditoris non impedit,l.si non verum,15.C.eod.
Simulatus contractus non tenet,gl.3.in l.3.C.de contrahend.empt.
Simulata conuentio adeò est ipso iure nulla , quòd actio etiam mero iure non competat,l.cùm ea,quæ,31.C.de transactio.
SIMVLO,& dissimulo differunt,vnde dicitur,quod non est,simulo, dissimulóque,

que,quod est,gl.dissimularet,in l.1.§.1.de ventre inspiciendo, gl.1. in l.1.de confessio.gl.fi.in l.pe.C.de iuris, & facti ignor.

Reliqua verbo,Dissimulare,Veritas,Confessio,2.3.Verum.

SINGVLA quæ non prosunt, multa collecta iuuant: quod verum est in fauorabilibus, sed non in odiosis, gloss.coadunatæ, in l.si plures, de pactis, gloss.speciem,in l.3.§.eiusdem,de testibus,gloss. legitimis, in l.2.de excusat. tutorum,l.spadonem,17.§.si ciuitatis,in addit.margin.eodem,l.1.§. fin. & ibi gl.fin.de vacatione mun.gl.fin.in l.instrumenta,5.C.de probatio.gl.fin.in l.1. C.qui numero tutel.gl.adiutorium,in l.cùm scimus, C.de agricolis, & censitis, lib.11.

Singulus,singula,singulum habet vim specialis dinumerationis,l.spadonem,17. §.si ciuitatis,in add.marg.de excusat. tutor.

Singula, quæ non prosunt, multa vnita iuuant, quando illa multa tendunt ad perficiendum vnum totum: secus verò quando plura tendunt ad fundandum diuersa:quia tunc non iuuant,gl.fi.in add.in l.instrumenta,5.C.de probat.

Singula singulis sunt reddenda, quando aliter probationes non possunt saluari, secundum rectitudinem sermonis,gl.vniuersitatis,in l.fi.C.de fideicommis.

Reliqua verbo,Legatum,13.vsque 17.Promissio, 1.Quamdiu,Stipulatio, 21.Successor,3.4.Vniuersalis.

SINGVLARIA inter se nõ differunt specie,gl.1.in l.1.si pars hereditatis pet.

Reliqua verbo,Numerus, Emptor,2.5.6.8.13.Interesse,5.Legatarius,10.11.

SI NON, sumitur pro nisi,gl.fi.in l.1.C.de milit.testam.

Reliqua verbo, Nisi.

SI QVIS, verbum tam masculos,quàm fœminas comprehendit,l.1.de verborum sign. l.ait prætor,de neg.gest.

Reliqua verbo,Distributiuum, Lex,3.

SISTERE iudicio, siue repræsentare quempiam iudici simpliciter promittens,si simul exhibuerit,stiteritque,erit liberatus: quia huiusmodi promissio intelligitur de prima repræsentatione,l.si duobus reis,§. si ei,qui,& ibi gl.exhibuerit,in add.marg.de iureiur.

Reliqua verbo,Dolus,1.2.Impeditus,Promittens,9.10.Promissor,Reus, 13. 14. 15. Satisdatio,4.5.6.

SITOCOMIA est frumenti, & annonæ frumentariæ cura,siue frumentatio; vnde frumentatores huius curæ dicuntur præfecti publici,gl.1. in add.marg. in rub.C.vt nemini liceat in emptione specierum,lib.10.

SITONAE dicuntur,qui frumento publicè emendo, condendóque præsunt, l. fi.in add.marg.de administr. rerum ad ciuit.

SITONIA munus publicum est:vnde sitonæ dicuntur, qui id munus gerunt, gl.rescripserunt, ibi.

Sitonæ,qui non segniter officio suo functi sunt,debent esse indemnes, d. l.fin.§. ante pen.

SIVE,dictio non inducit restrictionem,l.cùm quis decedens,35.§.fin.de leg.3.

Siue,dictio verè est disiunctiua,l.si ita quis stipuletur,63.de verb.oblig.

SOBRIETAS vitæ, grauitas,ac benigni mores plus faciunt ad fidem, & confidentiam,quàm facultates,& diuitiæ,gl.sobrietas,in l.ne ei,§.fi.de adoptio.

SOBRINI dicuntur propriè,qui ex fratribus patruelibus,aut consobrinis, aut amitinis vndique propagantur,l.3.de gradibus affin.

Sobrini sunt in sexto gradu,gl.fi.in l.1.ad leg.Iul.repetund.

Sobrini propiores dicuntur filij patrueles,gloss.1.& 2. in l. 2. C. communia de succesl.

Reliqua verbo,Consobrini.

1 SOCER,cum quo nurus de dote agit, habet beneficium, quod in tantum condemnetur,quod facere potest,& non vltra,l.rei iudicatæ,16.§.fi.solut. matri.

Socer parentis naturalis locum obtinet,l.qui parentis,17.eod.

Socer non minus nurui,quàm filio in pluribus habet necesse prouidere, gl.1.ib.

Socer ex promissione dotis conuentus à marito constante matrimonio habet beneficium,quòd in id tantum condemnetur, quod facere potest, & non in plus,l.ex diuerso,18.solut. matrim.

Socer ex promissione dotis conuentus à genero soluto matrimonio,vt lucretur dotem ex pacto, habet beneficium, quòd condemnetur, in quantum facere potest,nisi dolosè versatus sit in promittendo dotem vltra quam facere posset,gl.hoc iustum,ibid.

Socer licèt succedat genero:non tamen filia perdit ius consolidationis, imò facta sui iuris agere potest contra hæredes patris sui, vel etiam contra ipsum patrem,tanquàm hæredem mariti,l.si socer,45.eod.

Socer si prælegauerit nurui suæ ius actionis ad repetendam dotem, non valet legatum, quia cùm nurus sit nupta, non potest agere contra maritum ad dotem repetendam:secùs si prælegasset ei dotalem pecuniam ab hæredibus suis; quia tunc valet legatum, & quouis ipsorum, siue muliere siue marito agente contra hæredes soceri debet interponi cautio de indemnitate, l. 2.de dote prælegata.

Socer si dotem nurus receptam filio suo exhæredato legauerit, non potest nurus agere pro dote contra soceri filium exhæredatum maritum suum:sed ipse filius agit contra hæredes institutos ex causa legati, non tamen consequetur legatum dotis, nisi priùs cauerit eis de defendendo eos aduersus volentem agere ad dotem,d.l.2.§.per contrarium,& l.pater,8.eod.

Socer si filio marito nurus suæ dotem prælegauit, legatum marito relictum extinguitur soluta dote mulieri post solutum matrimonium;quam solutionem maritus cogitur habere ratam quasi suo creditori datam,d.§.per contrarium, & ibi gl.mulieri.

2 Socer filio ex parte instituto si legauit dotem nurui, filius tamen hæris institutus Falcidiam,quam cohæredes ex legato dotis detraxerunt, iudicio familiæ ercisciundæ habebit ante partem, sicut totam dotem perciperet ante partem, si dos non esset legata vxori suæ, d. l. 2. §. idem Iulianus, vers. idem Iulianus.

Socer si dote recepta à nuru instituit filium hæredem, & rogauit, vt quidquid ex hæreditate sua peruenisset ad eum,restitueret alicui:filius non tenetur ex fideicommisso restituere dotem,quam posteà morte vxoris ex pacto, vel iudicio vxoris lucratus est:qui eam ex causa matrimonij, & non ex iudicio patris lucratus est,l.3.vers.nam & si quis, de dote prælegata.

Socer appellatur viri,vel vxoris pater;mater verò eorum appellatur socrus, l.4. §.affines,de gradib. affinit.

Socer dicitur vxoris meæ pater,& ego illi sum gener:socer magnus dicitur auus vxoris meæ, & ego illi sum progener, & econtrà pater meus vxori meæ est socer,& illa huic est nurus,& auia mea illi est socrus magna, & vxor mea illi est pronurus magna,ibid.

Soceri, & socrus appellatione non continentur propriè sponsorum parentes;sed benè impropriè,l.Labeo,& ibi gl.1.& ibi gl.Seruius,de gradibus.

Socer vxoris pro dote conuentus habet beneficium, non condemnetur vltra, quàm facere potest:sed socer mariti non habet, si conueniatur soluto matrimonio;secùs si conueniatur eo constante, l.sicut autem, 21.& l.seq.de re iud.

Socer mariti soluto matrimonio potest conueniri à marito ad dotem promissam deducto,ne egeat,nisi in dolo fuerit,† reprob.gl.fi.ad.marg.ibid.

Socer volens accusare nurum de adulterio si protestatus sit coram iudice se velle dare libellum de hoc,si posteà destiterit volens lucrari dotem, quasi nurus illius culpa matrimonium solutum sit,non potest posteà accusare, l.miles,de adulteriis.

Soceri,& socrus appellatione continentur pater,& mater etiam sponsi,vel sponsæ,l.4.ad legem Pomp. de parricid.

Soceri,& socrus appellatione continentur etiam auus, & auia vxoris meæ, vel mariti,l.soceri,146.de verb.sig.

Socer de raptu sponsæ,& filij inclusione potest agere lege Iulia de vi publica,vel priuata,l.3.C.ad leg.Iul. de vi.

Reliqua verbo,Donatio,59.Donare,4.Dos,38.Gener.

Societas in genere, 1.vsque 5.
Quoad omnium bonorum,6.
Quoad translationem ad hæredes,7.
Quoad damna,& lucra,8.
Quoad dissolutionem,9.
Quoad tempus contrahendæ societatis,& quoad peculium,10.

SOCIETAS est duorum,pluriúmve conuentio honestè contracta ad vberiorem quæstum,& commodiorem vsum,gl.in rub. Inst.de societate.

Societas quinque, vel sex scholarium in vno hospitio potest facere syndicum, vel actorem super causa societatis,si societas sit licita,gl.aliorum,in l.1.quod cuiusque vniuers.

Societas dolo malo coïta,etiam inter maiores, ipso iure nullius est momenti,l. in causæ, 17.§.item relatum,& ibi gl.coïerit,de minorib.

Societas si dolo malo fuerit coïta,deceptus si vult agere pro socio,potest: quia ex parte sua semper tenet societas;sed ex parte alterius,qui dolum commisit, nullius est momenti,gl.inter maiores,ibid.

Societas potest coïri & re,& verbis,& per nuncium,l.4.pro socio.

Societas potest coïri re,id est pacto quodam declarato ipso actu, & verbis:id est consensu ipsis verbis declarato,d.l.4.& ibi gl.1.& ibi add.marg.

Societas,quæ sola re fit,dicitur incidens,& conuentionalis,gl.1.ibid.

Societas potest contrahi consensu sine re,ibi.l.qui admittitur,19.eod.

Societas ita coïta,si qua iusta hæreditas certi hominis alterutri obueniat,communis sit,non valet,secùs si fuisset coita de incerti hominis hæreditate,gl.iusta,in l.3.§.de illo, pro socio.

Societas ita coita,si qua iusta hæreditas alterutri obueniat, communis sit;ad legitimam tantùm hæreditatem:id est ad eam,quæ ex lege defertur,& ab intestato,pertinet,d.§.de illo.

Societas si dolo malo,aut fraudandi causa coita est,ipso iure nullius est momenti, d.l.3.§.fin.

Societas contrahitur siue vniuersorum bonorum,siue vnius negotiationis, siue vectigalis,siue vnius tantùm rei,l.societas,5.eod.

Societas potest coiri, & valet etiam inter eos, qui non sunt æquis facultatibus: quia plerunque pauperior supplet tantum opera, quantum ei per comparationem patrimonij deest,ibid.

Societas donationis causa non potest contrahi: veluti si quis tecum faciat societatem ita, vt tu nihil ponas ibi in communione, nec operam, nec pecuniam; lucrum tamen quod pertineat ad te; quæ societas non est, imò magis dicitur tuus mercenarius, & ita magis dicitur donatio, nisi alia ratio impediat,d.l.societas,§.fi.& ibi gl.fi.

Societas si ea conditione sit contracta, vt tu partes societatis constitueres boni viri arbitrio, partes debes constituere, & bonus vir arbitrabitur considerando,quòd alter plus operæ,& industriæ;alter plus pecuniæ in societatem conferre debeat,l.si societatem, 6.eod.

Societas simpliciter potest coiri,in qua si expresè non sit dictum,omnium bonorum,solùm veniunt vniuersa,quæ ex quæstu veniunt,hoc est lucrum,quod ex emptione, & venditione,& locatione, aut conductione futura descendit: non autem veniunt hæreditates,legata, vel donationes inter viuos, vel causa mortis,l.coiri,7.cum trib.seqq.eod.

in Societate simpliciter coita tantùm veniunt illa, quæ ex quæstu: id est opera, solertia,& diligentia proueniunt, sed quæ non sine causa obueniunt, & accedunt ob aliquod meritum:veluti hæreditates, legata, & donationes non veniunt in societate simpliciter coita, ibid.

in Societate simpliciter coita non venit æs alienum, quod socio debetur, vel quod socius debet alij,nisi quod ex quæstu,opera, & industria eius pendet, l. sed nec æs, 12.eod.

Societas simpliciter si sit coita ità,quòd quæstus,& lucri sint socij,ex hoc in societatem non venit aliud lucrum, quàm quod ex quæstu, & industria descendit,l.sed etsi,13.eod.

in Societate coeunda simpliciter, vel ad tempus, non oportet caueri, & addi, quòd non renuncietur intempestiuè: quia ipso iure sine pacto societatis intempestiua renunciatio venit in æstimationem,l.sed & socius,17.§.fi.eod.

in Societate eadem damnum,& lucrum potest esse quandoque,gl.pen.in l.de illo,23.codem.

Societatis actio vt locum habeat,requiritur, quòd interueniat societas conuentionalis,nec sufficit rẽ esse communẽ,nisi interueniat societas,l.vt sit,31.eod.

Societatis actio datur, vbi duo habito tractatu societatis in communionẽ incidetunt.

Societati adiectum pactum, quòd quis nullum damnum patiatur, & quòd lucrum æqualiter diuidatur, valet, ſi is, qui operam poſuit, ſit ille, qui damnum pati non debet, & eius opera eſt æſtimãda tanti, quanti damnum eſt, d.l.ſi non fuerint, §.ita coiri.

Societati adiectum pactum, quòd vnus habeat totum lucrum, alius totum damnum, vel partem damni, & nihil lucri, non valet, & dicitur leonnia ſocietas, d.l.ſi non fuerint, §.fi.& ibi gl.pen.

Societatis iniquiſſimũ genus eſt, ex qua quis damnũ, & non lucrum expectat, ib.

Societati adiectum pactum; quòd quis maiorem partem lucri, & nullam partem, vel minorem damni habeat, valet, ſi pactum illud fuit, quòd vſque ad tres tantùm partes lucri haberet, & non vltra, † d.gl.pen.

Societas quando eſt licita, & lucrum illicitum, tunc lucrum non eſt communicandum; communicatum verò ad ſe condemnationis periculum rapit; ſi verò ſocietas ſit illicita, & lucrum etiam ſit illicitum, tunc nec lucrum eſt communicandum, nec communicatum ſponte periculum tranſire facit, l. ſi fratres, 53.§.fi.in add.marg.eod.

Societas ad rem certam emendam, vel conducendam ſi contracta ſit, quidquid lucri, & detrimenti factum eſt, etiam poſt vnius mortem, commune debet eſſe; quia damnum, & lucrum præparatum eſt ante mortem ſocij: putà rebus emptis: ſecùs tamen in ſocietate omnium bonorum, vel vnius negotiationis, l.actione, 66.§.ſi in rem, & ibi gl.quidquid, pro ſocio.

Societate diſſoluta ſi aliqua pecunia remaneat communis penes aliquem ſociorum, & alicui ſociorum aliquid abſit, vt quia impendit in rem communem, is agere debet cum eo ſolo, penes quem ea pecunia eſt, & deducto ex ea ſumptu, vel damno, quod ſenſit, de reliquo, quod cuique debetur, omnes agere poſſunt, d.l.actione, §.ſi communis.

Societas quando contrahitur tam lucri, quàm damni communio initur, l.ſi vnus ex ſociis, 68.eod.

Societas ſi coita ſit ex his partibus, quas Titius arbitratus fuerit, ſi Titius deceſſerit, antequàm arbitratus fuerit, nulla eſt ſocietas, l.ſi coïta, 76.eod.

Societas ſi coïta ſit ſub hac forma, vt Titius partes ſocietatis: id eſt damni, & lucri conſtituat, & declaret, eius arbitrium ad arbitrium boni viri redigi debet, l.ſocietatem, 77.cum duabus ſeq.eod.

Societatis partes ſi conferantur in arbitrium Titij, poteſt Titius arbitrari, quòd vnus ſit ſocius ex milleſima parte, & alter ſit ex duobus milleſimis, quando alter ſi plus operæ, induſtriæ, vel gratiæ in ſocietatem confert, l.quid enim, 81. eodem.

in Societate valet conuentio, ſi duo inter ſe pacti ſunt, vt ad vnum duæ partes damni, & lucri, & ad alium tertia pertineant, in principio, Inſt.de ſocietate.

Reliqua verbo, Socius, 3.8.9.10. Damnum, 23.

SOCIETAS ſoluitur morte ſocij: ita compromiſſum morte vnius ex litigatoribus, vel arbitri, niſi actum ſit, quod ad ſucceſſores extendatur, l.diem proferre, 31.& ibi gl.morte, de arbitris.

Societas ſoluitur renunciatione, morte naturali, vel ciuili, capitis diminutione, & egeſtate incidente, vt ſi quis ex ſociis bonis ceſſerit, vel ei fuerint bona publicata, l.4.& ibi gl.pe.& vlt.& l.verum, 64.§.fi.pro ſocio.

Societas priuata adeò ſoluitur morte ſocij, vt nec ab initio poteſt paciſci, quòd hæres ſuccedat ſocietati, l.adeò.60.pro ſocio.

Societas ſoluitur ex perſonis, vel ex rebus, vel ex voluntate, vel ex actione, l.verum, 63. §.fi.eod.

Societas ſoluitur, quando homines, vel res, aut voluntas, vel actio: id eſt obligatio intereunt; ibid.

Societas ſoluitur, quando res, in quibus contracta eſt ſocietas, eſſe deſierunt, aut conditionem mutarunt, vt quia conſecratæ, vel publicatæ fuerint, ibid.

Societas ſoluitur, quando interiit actio; id eſt obligatio per nouationem, vel iudicio accepto cum alio animo nouandi, vel ſtipulatione, gl.interierit, ibi.& l. actione, 64.eod.& gl.fi.in §.manet, Inſt.eod.

Societas ſoluitur voluntate: id eſt renunciatione expreſſa, vel tacita, d. §.fi.& ibi gl.final.

Societatis ius ſoluitur tacitè, cùm ſocij ſeparatim agere cœperint, & vnuſquiſque eorum ſibi negotiatur, l.ita quoque, 75.pro ſocio.

Societas vnius rei, vel omnium bonorum ſoluitur, quoties hoc animo iudicium acceptum eſt, vt ſocietas diſtrahatur, l.actione, 64.eod.

Societas diſſoluitur per venditionem bonorum factam à creditorib. vnius ſocij propter æs alienum, ibid.

Societas diſſenſu omnium ſociorum ſoluitur, d.l.actione, §.diximus.

Societas morte naturali, vel ciuili vnius ſocij ſoluitur, etiamſi contracta ſit omnium conſenſu, & plures ſuperſint, niſi in coëunda ſocietate aliter conuenerint, d.l.actione, §.morte.

Societas ſoluitur, quando ad aliquam rem coïta eſt, & finis illi negotio, vel rei ſit impoſitus, ibid.

Societas ſoluitur publicatione omnium bonorum vnius ſocij: quia is pro mortuo habetur, cùm in eius locum alius ſuccedat, d.l.actione, §.publicatione.

Societas finitur interemptione rerum, gl.fi.in add.marg.in l.1.C.pro ſocio, gl.fi. in §.manet, Inſt.de ſocietate.

Societaté ante furorem à furioſo contractam poſt furorem poterit diſſoluere eius curator, & etiam ſociis licet renunciare tali ſocietati, l.fi.C.eod.

Societas poteſt diſſolui per procuratorem generalem, gl.1.ibid.

Societas ſoluitur renunciatione facta præſente ſocio, vel eius procuratore: aliàs renunciatio aliter facta non valet, niſi in præiudicium renunciantis, §.manet, & ibi gl.1.& ibi add.Inſt.de ſocietate.

Societate ſoluta per renunciationem lucrum, quod poſt renunciationem acquiritur, non communicatur, niſi doloſè fuerit renunciatum, §.manet, Inſt.eod.

Societas ſoluitur morte vnius ex ſociis, item interitu rei, vel publicatione bonorum, vel ſi vnus ex ſociis bonis ceſſit, §.ſoluitur, Inſt.eod.

Societas non ſoluitur morte ſocij, quando conuentum eſt inter ſocios, vt duret inter ſuperſtites etiam vno moriente, d.§.ſoluitur, & ibi gl.conuenerit.

Societas ſoluitur per litis conteſtationem in actione pro ſocio, & incipit illa actio competere, gl.mag.in l.5.C.de contrahen.& committen.ſtipul.

Reliqua verbo, Socius, 14.15.

SOCIETAS poteſt coïri in perpetuum: id eſt dum viuunt, vel ad tempus, vel ſub conditione, l.1.& l.nulla, 71.& ibi gl.1.pro ſocio.

Societas non poteſt coïri in æternum: id eſt ſine fine, gl.1.in d.l.nulla, & ibi gl.1.

Societas non poteſt porrigi vltra mortem, l.ſi fratres, 53.§.idem reſpondit, 2.eo.

Societatem coïre vſque ad certum tempus aliud eſt, & aliud eſt ſocietate coïta pactum facere, ne ab ea diſcedatur intra certum tempus, quod pactum nihil operatur; gl ſine dolo, in l.actione, 64.§.item qui, eod.

ad Societatem perpetuam nõ poteſt quis cogi per præſcriptionem, † gl.ad communionem, in add.in l.ſi non ſortem, §.ſi certum, de condictione indeb.

Societati ſi vnus contulit operam, alter pecuniam: pecunia perempta non poteſt ſocius compellere alium operari, vel vt tantundem pecuniæ reponat, vel reportet: quia interemptione rerum finita eſt ſocietas, gl. filius, in l.ſi non fuerint, 29.§.ita coïri, pro ſocio.

Societati ſi vnus pecuniam, alter operam contulerit, periculum pecuniæ commune eſt, ſi nulla opera eſt impenſa à ſocio circa ipſam pecuniam; ſi verò opera impenſa ſit, certúmque eſt pecuniam exerceri, tunc pecunia perit ei, qui contulit; velut opera negotianti, niſi aliud dictùm ſit, † gl.ſolus, & ibi addit.marg.ibid.

Societatem ſi coïerit quis habens tres equos cum te habente vnum equum ita, vt accepto equo tuo quadrigam venderet, & ex pretio quartam portionem tibi redderet: ſi ante venditionem equus tuus mortuus ſit, ſoluitur ſocietas, nec ex pretio ſuorum trium equorum quartam partem tibi tenetur reddere, niſi contracta ſit ſocietas, vt cum equo tuo, & tribus eius quadriga fieret, & illa communicaretur, quo caſu tenebitur tibi reddere quartam partem pretij omnium equorum, etiamſi mortuus ſit equus tuus ante venditionem, l.ſi id, quod, 59.eod.

Societas ſi antequàm ſit contracta, pereat res in ſocietatem deducenda, periit ei, cuius eſt; ſed ſi poſt contractam, perit communiter, d.l.ſi id, quod, & ibi glo. coïtam.

in Societatem ſi quis vaccas dederit, licèt vaccæ moriantur; nihilominùs remanet ſocietas in vitulis ex eis natis, d.gl.coïtam.

Societate iam contracta, & coïta ſi pecunia vnius ex duobus, qui pecuniam ad comparandas merces contulerunt, perempta ſit, vtrique perit; ſecùs ſi ante ſocietatem, & communionem, poſtquàm eam deſtinaſſes ad id, periit: quia tunc ſuo periculo, & non ſocij periit, d.l.ſi id, quod, §.idem.

Societas ne intra certum tempus diuidatur, ſi inter ſocios ſit pactum, valet pactum: non tamen ob id poteſt impediri vnus ſocius vendere: quare emptor communi diuidundo agendo eadem exceptione ſubmouebitur, qua venditor ſubmoueretur, l. in hoc iudicium, 14. §. final. communi diuidundo.

Reliqua verbo, Socius, 12.13. Caſus, 4.

Socius in genere, num. 1.7.
Quoad omnium bonorum, 3.
Quoad conueniendum, & condemnandum ſocium à ſocio, 4.
Quoad actionem pro ſocio, & communi diuidundo, 5.
Quoad hæredem ſocij, 6.
Quoad lucrum, damnum, & debitum cauſa ſocietatis, & communionem, 7.8.9.
Quoad mutuum, pactum, aut obligationem ſocij, 10.
Quoad obligandum rem communem, & alienationem, emptionem, vel contrectationem rei communis, nu. 11.
Quoad dolum, culpam, negligentiam, & periculum rei; 12.13.
Quoad diſſolutionem, & renunciationem ſocietatis, & diuiſionem rei communis, 14.15.
Quoad petendum expenſas à ſocio, & partem eius, in quo condemnatus eſt, & ſoluit, num. 16.17.
Quoad vſum, vel ædificatum, aut factum in re cõmuni, & ius prohibendi, 18.19.20.
Quoad delictum ſocij, & teſtimonium eius, 21.

SOCIVS non dicitur, niſi aliquid ponat in ſocietate: ſcilicet rem, vel operam, l.ſenatus, 35.§.ſi quis ſocietatem, & ibi gl.interit, de donat.cauſa mortis. 1

Socius vnus perdit propter alium; ſecùs in legato; vbi non capax capit propter capacem, gl.ne proſit, in l.ſi duo, ſi quis cautio.

Socij adiectio ſtipulationem vitiat: ſed adiectio extranei pro ſuperuacua habetur, gl.fi.in l.proprium, communia prædiorum.

Socij vnius negotiationis ſi fuerint plures, & vnus exerceat in vno loco, & alius in alio, iſti cenſentur adinuicem inſtitores, & vnus cenſetur ſeruire alteri, l. eius, qui in prouincia, ſi certum pet.

Socij inter ſe non poſſunt agere de peculio: ſed debent agere pro ſocio, vel communi diuidundo, l.hinc quæritur, §.fi.cum l.ſeq.de peculio.

Socius meus ſi admiſit aliquem in ſocietatem, admiſſus ei tantùm qui admiſit, eſt ſocius, & non mihi: Cùm enim ſocietas conſenſu contrahatur, ſocius mihi eſſe non poteſt, quem ego ſocium eſſe nolui, l.qui admittitur, 19.pro ſocio.

Socij mei ſocius non eſt ſocius meus, l.nam ſocij, 20.eodem, & l.conſilij, 48. de reg. iuris.

Socius quod in alea, vel adulterio perdidit, nihil recuperabit de cõmuni: ſed quod dolo ſocij perdidit, omne id recuperabit à ſocio, l.adeò, 69.§.fi.pro ſocio.

Socius ſi lucrifaciat pecuniam communem, & moram in ea præſtanda adhibeat, tenetur præſtare vſuras huius pecuniæ, non vt vſuras: ſed vt intereſſe quantum intereſt alterius ſocij: ſed ſi vſus non ſit ea pecunia, vel non fecerit morã in ea præſtanda, tunc non tenetur præſtare illud intereſſe, l.ſocium, 61.eod.

Socij hæres ſi pecuniam communem lucrifaciat, & in reddendo moram adhibeat, non tenetur præſtare intereſſe illius pecuniæ communis; quia morte ſocij ſoluitur ſocietas, ibid.

Socij inuicem, & fratres ſe diligunt, & ideò inter eos dicitur eſſe quoddam vinculum fraternitatis: quia ratione ſocietatis: fiunt res communes: ſicut & ratione fraternitatis, l.verum, 64.& ibi gl.2.eod.

inter Socios eiuſdẽ rei ſi ſit locatio alternis annis, habet locum actio ex conducto, & illa, quæ ex communione deſcendit, l.& hæc diſtinctio, 36.§.fi. locati.

Socius ſi pecuniam communem inuaſerit, vel in ſuos vſus conuerterit, etiam ſi moram non committat, tenetur præſtare vſuras eius pecuniæ, l. 1.§.ſocius, de vſuris.

Socius habens partem in ſocietate ſalinarum, ſi non recepta communis compendij portione mortuus fuit, eius hæres poterit agere actione pro ſocio ad conſequendum commodum ſocietatis, quod conſtiterit deberi iuxta fidem veri, l.3.C.pro ſocio.

Reliqua verbo, Hæres, 63.64. Societas, 7.

7 SOCIVS ſi communem ſeruum occiderit, vel vulnerauerit, tenetur conſocio lege Aquilia pro ea parte, pro qua dominus eſt conſocius, l.ſed & ſi communem, 19.ad leg. Aquil.

Socius ad id, quod conſequutus eſt de fundo communi, ſiue locando fundum communem, ſiue colendo, tenetur communi diuidundo, l.ſi quis, 6.§.ſiue autem, communi diuidundo.

Socius ſi communi nomine aliquid fecit, lucrum ſentire debet: ſed ſi non communi nomine fecit; ſed vt ſolus lucretur, dammum ad ipſum ſolum ſpectat: ſed lucrum commune eſt, d.§.ſiue autem, & ibi gl.ad ipſum.

Socius vnus ex pluribus propter factum alterius damnum non debet pati, gl. fi. in d.l.ſi quis, §. fi.eod.

Socius poteſt agere vtili communi diuidundo iudicio pro eo, quod ſocius lucratus eſt ex re communi: veluti ex operis ſerui, aut mercede, licèt ſeruus poſteà perierit, l.in ſumma, 11. eod.

Socius ſi propter contumaciam ſocij damnum ſentiat, ſocius contumax tenetur communi diuidundo ad dammum, gl.1.in l.ſi is, cum quo, 20. eodem.

Socius meus ſi alium in ſocietatem admiſit, tenetur mihi iudicio ſocietatis eius nomine in ſolidum: quia culpa ſua admiſſus fuit ſocius, & commodum, quod propter admiſſum ſocium acceſſit, non compenſatur, cum damno eius culpa dato, l.de illo, 23.pro ſocio.

Socius quandoque admittitur ad lucrum, & tunc ad damnum, & onus non tenetur, d.l.de illo, & ibi gl.fi.

Socij duo ſi ſeruum alterius, vel vnius ex ſociis præpoſuerint ſocietati dominus ſerui non tenetur eo nomine, niſi tantùm de peculio: quia periculum commune eſſe debet, cùm ambo eum præpoſuerint, l.planè, 24.eod.

Socius ſi in re communi damnum dederit, tenetur Aquilia, & etiam pro ſocio: ſed vna per alteram tollitur: quia ambæ ſunt perſequutoriæ, l. ſed ſi ex cauſa, 47.cum l.ſeq. pro ſocio.

Socius ſi ſeruum communem negotiatorem vulnerauit, aut occidit, tenetur Aquilia, & pro ſocio: ſed electione altera tollitur, cum vtraque ad rei perſequutionem pertineat, l.ſi hoc facto, 49.& ſeq.eod.

Socij inter ſe onera, & commoda æqualiter debent diuidere, niſi aliter ſit contractum, gl.etiam compendia, in l.3.C.pro ſocio.

inter Socios quandoque fit conuentio de quota lucri, & damni: & illud ſeruandum eſt, ſi modò ille, qui plus lucri ferre debet, plus contulerit: quandoque fit conuentio de lucro tantùm, vel de damno tantùm, & tunc conuentio facta de vno, habet locum in alio, gl.æquales, in add.in principio, & in §.illud, Inſt. de ſocietate.

8 inter Socios quandoque fit conuentio vt lucrum æqualiter diuidatur, & alter nullum damnum patiatur; & tunc ſi is, qui operam poſuit, ſit, qui damnum pati non debet, tunc valet ſocietas, & conuentio: ſed ſi ſit econuersò: ſcilicet quòd is, qui pecuniam tantùm poſuit, non patiatur damnum, tunc non valet, d.gl.æquales, in add.& §.1.Inſt.eod.

inter Socios valet conuentio, quòd vnus ferat duas partes lucri, & tertiam damni, & alius ſocius econtrà duas partes damni, & vnam lucri, §.de illa, Inſt.eod.

Socius vnus ex duobus ſi contraxit debitum purè ratione ſocietatis, diſtracta ſocietate poteſt debitum deducere de communi, l.ſi ſocij, 28.pro ſocio.

Socius vnus ex duobus ſi debeat pecuniam in diem ex cauſa ſocietatis, & ante diem diſſoluatur ſocietas, non deducit illud debitum; ſed petet ſibi caueri, quòd adueniente die defendatur à ſocio, ibid.

in Sociis duobus reis debitum vtrique pro parte videtur actiuè, & paſſiuè: in non ſociis ei videtur debitum, qui debitum occupauerit, l. in lege Falcidia, 62.ad leg.Falcid.

Socius vnus, quod conſequitur ratione rei communis, tenetur alteri communicare, l.ſi in re communi, de noxalibus.

Socius meus ſi admiſit aliquem in ſocietatem; quod conſequutus eſt de ſocietate mea: & ſua debet communicare cum admiſſo, & illi mihi præſtabit factum illius admiſſi, & etiam factum meum illi admiſſo præſtabit; non enim teneor communicare cum eo, quem non admiſi, nec ille mihi, & l.quidquid, 21.cum l.ſeq. pro ſocio.

Socius vnus ex duobus, qui ſocietatem argentariæ inierunt, ſi aliquid aliunde quæſiuit, ac lucrum ſenſit, non ex cauſa argentariæ, id ad communem non pertinet, l.cum duobus, 52.§.fin. pro ſocio.

Socius ſi contemplatione ſocietatis hæres inſtitutus eſt, vel ei donatum eſt aliquid, illud communicatur, ſecùs ſi contemplatione perſonæ aliquid obueniat, licèt illius ſocietas fuerit occaſio, l.ſocium, 61.cum l.ſeq. & ibi gl.1.eod.

Socius ſi damnificatus eſt propter ſocietatem, eó quod non eſt hæres inſtitutus, vel legatum non eſt ei relictum, vel patrimonium ſuum negligentiùs adminiſtrauit, damnum hoc non communicatur, ſicut nec lucrum occaſione ſocietatis obueniens, ibid.

Socius vnus ex tribus ſi egit actione pro ſocio cum altero eorum, à quo eſt conſequutus totum, quod ſibi debebatur, deinde tertius ſi egerit cum eodem ſocio pro ſua tertia parte, nec totum ab eo potuit conſequi, poteſt agere contra ſocium, qui ſolidum conſequutus eſt, vt partes exæquentur, & æqualiter communicentur, l.verum, 64.§.ſi cùm tres, eod.

9 Socius ſi vendidit res nomine ſuo proprio, & non communi, compendium proueniens ex illa venditione non tenetur communicare hæredi ſocij: tenetur tamen præſtare vſuras ei: ſecùs ſi nomine communi vendiderit, † gloſſ.quidquid, in l.actione, 66.eod.

Socius vnus ex pluribus ſi rem communem vendidit voluntate ſociorum, precium eius debet communicare eis præſtita priùs cautione de indemnitate, ita quòd ſi is aliquod damnum patiatur, reſtituitur ab eis, l.ſi vnus ex ſociis, eod.

Socius vnus ex pluribus ſi rem communem vendidit voluntate ſociorum, & eius pretium communicauerit eis, non præſtita cautione, poteſt nihilominùs agere contra ſocios, ſi aliquid debet præſtare emptori propter venditionem: & ſi aliqui ſociorum non ſint ſoluendo, cæteri tenetur hoc præſtare, ibid.

Socius non omnium bonorum ſi communem pecuniam fænerauerit, & vſuras perceperit, debet vſuras perceptas communicare inter ſocios, ſi ſocietatis nomine fænerauit: ſed ſi fænerauit ſuo proprio nomine, non tenetur communicare vſuras: quia periculum ſortis ad eum pertinebat: tenetur tamen quaſi ad intereſſe, vel ad vſuras regionis, d.l.ſi vnus, §.ſi vnus, & ibi gl.retinere.

Socius tenetur ſocio præſtare compendium, quod proceſſit de re communi: ſed compendium, quod proceſſit ex alia negotiatione poſt ſocietatem facta, non tenetur præſtare; ſed tantùm vſuras, l.Titium, 48.§.pen.& ibi gl.non compendium, & add.marg.de adminiſt.tutor.

Socius, qui pecuniam ſolus contulit ita, vt eam ſociis communicaret, & tunc illa communicatur; ſecùs ſi ab initio contulit pecuniam ita vt ſua remaneret; & tunc illa non communicatur, gl.fi.in l.1.C.pro ſocio.

Socius, qui pecuniam ſolus contulit, in dubio non debet habere ſaluam in diuiſione ſocietatis: quia præſumitur in dubio communicata: de conſuetudine tamen non præſumitur communicata, ibid.

Socius pecuniam, quam cõtulit, ſaluam debet habere in diuiſione ſocietatis, neque in dubio præſumitur communicata etiam de iure, † d.gl.fi. in add.marg.

Socius vnus ex duobus ſi legauerit ſeruo communi aliquid ſine libertate, totum legatum ad alium tantùm ſocium pertinet, nec communicatur cum hærede ſocij legantis, quod obuenit alteri ſocio occaſione ſuæ partis, l.verum, 64.§.ſi ſeruo, pro ſocio.

Socius ſi communi ſeruo libertatem reliquerit iure Digeſtorum ſuam partem amittebat, & ſocio accreſcebat: ſed ſecundum iura noua efficitur liber in totum, gl.ſine libertate, ibid.

Socius non capax propter ſocium capacem poteſt percipere commodum legati, l.ſi is, qui duos, 30.de liberatione legat.

Socius ſi renunciauerit ſocietati abſente ſocio, illud quod acquirit, interim dum abſens ſciat, commune eſt: ſed detrimentum erit tantum illius, qui renunciauit; ſed quod abſens acquiſiuit, interim dum ſciat renunciationem, ad eum ſolum pertinet: detrimentum verò ab eo factum erit commune vtrique, l.ſed & ſi ſocius, 17.§. fi.pro ſocio.

Reliqua verbo, Societas, 8. Dominium, 2.3.

SOCIVS ſi mutuauerit communem pecuniam inuito ſocio, pro parte tantùm ſua valet mutuum; ſed non pro alia, l.ſi ſocius, ſi certum petatur.

Socio vni ex pluribus vnius collegij, vel artificij ſi creditum ſit, alius non poteſt ab eo credito ſe liberum aſſerere allegando ſe id neſciiſſe, l. iuſtiſſimè, 44.§. proponitur, in add.marg.de ædilitio edict.

Socius mercator ſi mutuum contraxit, & id, in quo verſum ſit, non apparet, creditur in communes merces conuerſum, d.l.iuſtiſſimè, 44.§.proponitur, in addit.marg.de ædilit.edicto.

Socij duo ſi accipiant mutuam pecuniam, quilibet pro alio dicitur fideiubere, gl.ſocius, in l.ſi quis reum, de liberatione legata.

Socio vno ex duobus reis ſociis ſi pactum ſit factum, prodeſt alteri; ſed prohibitio facta à ſocio non prodeſt non prohibenti: quia illa prohibitio habet vim particularis ſolutionis, gl.fi.& ibi add.in l.ſi ex duobus, de neg.geſt.

Socij vnius pactum alteri non præiudicat in acquiſitis; ſecùs in acquirendis, gl. amiſſam, in add.marg.in l.2.§.quod ſi in patris, ſolut.matrim.

Socius pro ædibus communibus non tenetur in ſolidum damni infecti cauere: ſed ſufficit, quòd pro parte ſua caueat, l. ſi quis, 6. §. ſi damni, de damno infecto.

Socius ſi pro ædibus communibus in ſolidum damni infecti cauerit, contra ſocium non habet communi diuidundo iudicium, ibid.

Socius ære alieno non obligatur per ſocium iure ſocietatis, niſi quod accepit, verſum ſit in communem rem, l.iure ſocietatis, 83.pro ſocio.

Socius obligando ſe nomine proprio non obligat ſocium; ſecùs ſi nomine ſocietatis contrahit, d.l.iure ſocietatis, in add.marg.

Socius ſocio tenetur qđ accepit pecuniam in vtilitatem communem, gl. pe.ibi.

Reliqua verbo, Obligare.

SOCIVS ſi fundum communem obligauit creditori, creditori remanet hypothecaria tantùm in parte debitoris obligantis, ſiue fundus diuiſus ſit, ſiue eius ſocio totus fundus ſit adiudicatus, l. ſi quis, 6. §. ſi fundus, communi diuid.

Socius ſi fundum communem obligauit creditori, & ille fundus ſit adiudicatus conſocio; partem eius, qui obligauit, minoris debet æſtimare iudex: quia obligata eſt, & creditor eum vendere poteſt, ibid.

Socius ſi fundum communem obligauit creditori, & ille fundus ſit adiudicatus debitori obliganti, partem tantùm debitoris obligantis habebit creditor obligatam, & non totum fundum, gl.adiudicatus, ibid.

Socius, qui pignori dedit fundum communem conſocio, ſi agat communi diuidundo, conſocius eum ſubmouebit exceptione pignoratitia: quòd ſi ipſe vſus non ſit exceptione, & illi ſocio debitori obliganti totus fundus adiudicatus ſit, condemnatur in æſtimationem partis ſocij creditoris, & remanet ius pignoris integrum in parte ipſius debitoris: quòd ſi ſocio creditori fuiſſet adiudicatus, condemnatur ille in eo, quod plus valet pars fundi, quæ eſt debitoris, quàm ſumma debiti, d.l.ſi quis, §.1.

Socius habens communionem in re poteſt obligare partem ſuam, non ſocij, l. 1. C.ſi communis res res pignori.

Socius rem communem vendens, à principio tenetur, gl.fin.in l.2.C.ſi vendito pignore agatur.

Socius rem communem vendens tenetur lege Flauia, gloſſ.fin.in l. merito, 51. pro ſocio.

ex Sociis nullus poteſt alienare plus parte ſua de rebus, quas ſocij etiã omnium bonorum non habent vænales, l.nemo, 69.& ibi gl. 1.& add.marg. pro ſocio.

Socius quilibet poteſt alienare rem communem totam, quam ſocij omnes habent vænalem: quia tunc quilibet ex ſociis præpoſuiſſe alterum videtur ad vendendum, niſi quando cæteri contradicunt, vel in fraudem alienet: quia fraudulentam alienationem inuicem mandare non videntur, gl. 1.ibid.

Socius lite iam conteſtata cum ſocio non poteſt partem ſuam alienare, ibid.

Socius vnus ex duobus habens ſolum vnum iugerum pro indiuiſo, ſi vendidit, &

tradidit

vel dominium insulæ recuperare: quia post id tempus dominium dedit ei oratio diui Marci,l.si fratres,55.§.idem respondit socius,eod.

Socius si insulam communi nomine reficiat, & alter socius sit contumax in soluendo suam partem, contra illum non soluentem reficiens habet tria auxilia: scilicet petitionem sortis cum vsura centesima vsque ad quatuor menses: item dominij translationem, & interesse præstationem; sed si refecit suo tantùm nomine,omnia remedia denegantur ei,quia donare præsumitur,glo. consequatur,ibid.

Socius si insulam communem communi nomine reficit absente altero socio, non potest petere sortem cum vsura, neque dominium; quia ei denegatur tunc petitio sortis cum vsura,& dominij translatio,cùm alter socius nondum fuerit contumax: potest tamen agere pro socio, vel communi diuidundo ad interesse,ibidem.

Socius ex causa societatis, vel negotiationis expendens in communem riuum reficiendum,recuperabit pro socio, vel communi diuidundo sumptus factos pro rata,d.l.si fratres,§.si quis societatem,& ibi gl.item si,&gl.pro soc.

Socius propter societatem profectus ad merces recuperandas sumptus tantùm, quos in eam rem impendit,recuperauit,& ita viatica,& meritorium, & stabulorum,& iumentorum,& carrulorum vecturas,vel sui, vel sarcinarum suarum gratia,vel mercium recuperabit actione pro socio,d.l.si fratres, §. si quis ex sociis.

17 Socius cùm resisteret communibus seruis vænalibus volentibus fugere, si vulneratus sit,impensam,quam in curando se fecit,& quod medicis dedit,actione pro socio recuperare potest,l.socium,61.cum l.seq.eod.

Socius si post dissolutam societatem aliquid in rem communem impendit,illud actione pro socio non recuperabit:sed communi diuidundo iudicio, l.actione, 66.§.si post,eod.

Socius si aliquid impendit de suo in commune negotium,recuperat expensas,& vsuras,quas dedit ob mutuatam sibi pecuniam ad id, & etiam recuperat vsuras,quas potuisset habere,si pecuniam,quam expendit,aliis mutuam dedisset, l.si vnus, 68.§.fi.eod.

Socius iudicio societatis, vel communi diuidundo potest consequi pro parte sua expensas,quas fecit in reficiendis communibus ædibus, quæ vitium fecerant:non tamen potest sibi caueri de damno infecto nomine illarum,l.si ædibus,32.de damno infecto.

Socius si in solidum de peculio conuentus damnatus sit,cum socio communi diuidundo agere debet,vt partem peculij consequatur,d.§.fi.

Socius serui communis nomine postquàm de peculio in solidum condemnatus est,si apud socium res peculiares intercidant,socio damnato datur vtile iudicium communi diuidundo ad recuperandam partem pecuniæ præstitæ pro parte peculij,l.sed postquàm,9.communi diuidundo.

Socius conuentus noxaliter communis serui nomine,qui dedit damnum, poterit statim lite contestata agere cum socio, vt suam partem sibi det, vt possit dare actori pro noxia: priùs tamen data cautione de reddendo si non fuerit condemnatus,l.si socius,15.& ibi gl.actum, eod.

Socius conuentus,& condemnatus communis serui nomine poterit agere communi diuidundo,etiam antequàm præstet condemnationem,d.l.si socius.

Socij duo si fuerint,vnus ab alio repetit,quod soluit, nisi prohibitio adsit ab altera parte,quia tunc prohibitio habetur proinde,ac si pro sua parte soluisset, gl.fi.in l.si ex duobus,de negot.gest.

18 Socius re communi vti potest inuito socio in eum vsum,in quem est destinata,gl.nauigetur,in l.arboribus,13.de vsufruct.

Socij quandoque incidunt in communionem, vel sunt ex proposito: si vnus ad alium vsum, quàm ad quem quæsierunt, trahere vult, vel faciendo, vel destruendo,vel commutando prohibentis conditio est melior, glo.2.in l.Sabinus,28.communi diuidun.

Socius in domo communi habitare potest inuito altero, si ad illum vsum est inuenta, ibid.

Socius in re communi iure seruitutis non potest aliquid facere, vel prohibere inuito socio:sed ei iudicio societatis, vel communi diuidundo succurritur,l. in re communi,25.& ibi gl.2.de seruit.vrban.

Socius domum communem quominùs altiùs tollat,potest prohiberi à consocio iudicio communi diuidundo,nisi in casibus, in quibus non potest prohiberi, d.l.in re communi,& ibi gl.pen.

Socius si domum communem inuito socio altiùs ædificauit, potest consocius agere communi diuidundo,vt id opus,quod fecit, tollat, dummodò toti societati prosit id opus tolli, ibid.

Socius si ex domo communi immisit tignum in domum propriam consocij,potest consocius agere negatoria contra socium,vt tollat immissum tignum:sed si non egerit,perdet ius prohibendi:id est libertatem domus suæ,l.sed si inter me, 26.& ibi gl.1.eodem.

Socius si ex domo propria immisit tignum in domum communem, potest socius agere negatoria vt tollat tignum immissum, alioquin perdet ius, quod habet prohibendi,ibid.

Socius immissum in re communi etiam à socio potest propria authoritate tollere,& destruere,sicut immissum in re propria,† d.l.sed si inter,& ibi gl.1.

Socius inuito socio in re communi non potest ædificare,licèt sibi permittatur à domino prædij dominantis,d.l.sed si inter,§.fin.

Socius vnus potest alium socium ædificantem in communi prædio impedire, atque prohibere iure coniunctionis,non iure seruitutis,l.an vnus,& ibi gloss. pen.si seruitus vendicetur.

Socius vnus non potest agere contra socium,vt ædificatum à se remoueat,gloss. 1.ibidem.

Socius contra sociũ potiùs ius prohibendi,quàm ius faciendi habet,d.l.an vnus.

19 Socius inuito socio reficere rem communem potest,gl.fi.ibid.

Socius ædificans in re communi quodammodo sibi alienum quoque ius præoccupat,d.l.an vnus.

Socius vnus ex pluribus si post nunciationem,ne quid operis fieret in communi ædificio, aliquid fecit, & ob id condemnatus sit ad interesse, potest partem contingentem consocio recuperare ab eo, si ædificari, vel refici magis intererat sociorum,quàm seruare nunciationem,l.si quis,6.§.fin. & ibi gloss. fin. communi diuidundo.

Socio ius prohibendi dicitur esse in re communi,cùm socij incidunt in communionem,gl.fi.in l.si ædes,12.eod.

Socius ius prohibendi non habet, quandò alter re communi ad vsum destinatum vult vti, vt si vult immittere tigna in parietem communem, ad quem casum ambo socij emerunt illum: quòd si vnus prohibeat alterum, potest agi communi diuidundo,vt sibi liceat immittere,cùm ad hoc emerint,ibi.

Socius in re communi non potest facere aliquid iure seruitutis: quia sua res nulli seruit:si autem alia ratione id efficere velit, veluti ad commodum rei,id potest, & etiam ad incommodum, si res per socios ad eum vsum fuerit destinata, secùs si non fuisset ad eum vsum destinata,† gl.fi.& ibi addit. marg.

Socius in re communi non potest quicquam facere inuito socio: vnde manifestum est ius prohibendi esse ei per prætorem, vel per actionem communi diuidundo, quando sola contradictione impediri non potest, l. Sabinus, 28.& ibi gloss.1.& addi.marg communi diuidun.

Socij prohibentis conditio in re pari regulariter est melior: fallit quoties non interest socij non fieri: item quando reficitur ædificium, & quando ob hoc ipsum,vt opus fiat,est in commune quæsita; & etiam fallit fauore religionis; vt si ibi sepeliri velit socius; item & quando donator rem habet communem cum donatario,d.l.Sabinus,& ibi glo.2.

Socius in re communi,ne aliquid faciat,potest prohiberi à socio,dict. l.Sabinus.

Socius non potest cogere socium, vt opus factum tollat, si eum prohibere cum posset,hoc prætermisit, & ideò communi diuidundo actione damnum resarciri sibi poterit petere.ibid.

Socius in re communi socio facienti aliquid si consensit, nullam habet actionem nec ad opus tollendum,nec ad damnum,ibid.

Socius in re communi absente socio si ad læsionem eius aliquid fecerit, tenetur ad opus tollendum, & ad damnum, ibid.

Socius locum communem purum non potest religiosum facere, nisi vnus ex sociis inferatur in locum communem,l.si quis,6.§.si quis in communem, & ibi gl.religiosum,communi diuid.

Socius, vel qui partis dominus est, si faciat aliquid in re communi, non præsumitur,quod faciat causa celandi,vel furandi: sed potiùs quod faciat iure suo, & ratione partis suæ,l.meritò.51.pro socio.

Socius inuito socio potest reficere,l.si ædibus,de damno infecto.

Socius potest vti, vel facere, vel reficere in re communi ad eum vsum, ad quem parata est etiam prohibente alio: sed non ad vsum, ad quem res parata non est: quo casu si interest prohibentis, non vti vel non facere: tunc melior est conditio prohibentis,non vti:sed si non interest prohibentis,tunc melior est conditio vtentis,vel facientis,gl.inuitis, in add.in §.religiosum locum, Inst. de rerum diuisione.

Socius si in fundum communem mortuum intulerit, tenetur socio actione pro socio, vt damnum sarciatur: tenetur etiam actione in factum,vt corpus tollat,aut partis pretium præstet,l.si fundus,39.& ibi gl.fi.pro socio, & l. si quis, 6.§.si quis, & ibi gl.religiosum,communi diuid.

Socio vno prohibente si mutuum datum sit consocio, nihilominùs consocius tenetur ex mutuo,l.si ex duob.de nego.gest.

Socio vno prohibente si quis negotium duorum sociorum gessit, contra consocium non prohibentem habet actionem:ita tamen, quòd in nullo prohibens damnum patiatur,ibid.

Reliqua verbo,Communis,5.Seruitus.14.

Socius innocens pro socio delinquente non tenetur, etiamsi omnium bonorum inita esset societas,& iudicatum fiet de bonis delinquentis,non autem innocentis, l.si seruus, 18. de interrogat.actio.

Socius committens maleficium non soluit de communi, gloss. redigetur, in l.si fratres,53.pro socio.

Socius eiusdem criminis non potest accusare alium socium.l.3.& ibi gl.1.de fide instrum.

Socius criminis si ducit alium socium ad iudicium, sibi propter hoc non parcitur,l.1.§.cùm quis latrones,de quæstio.

Socij criminis non dicuntur aliorum socij omnes, qui ab aliquo accusari possunt:sed illi,qui de eodem crimine accusari possunt, & vnius absolutio alteri plenè prosit,glos.participes,in l.quoniam, 10.C.de testib.

Socij criminis non admittuntur ad testimonium ad qualequale præiudicium, ibidem.

Socij criminis admittuntur ad testimoninm in multis casibus specialibus, ibid.

Socij criminis cùm ad testimonium veniunt, non sunt alendi, cùm magis ad sui excusationem veniant,ibid.

Socij criminis cùm ad testimonium veniunt, quandoque torquentur, ibid.

Socius in causa ciuili admittitur in testem pro parte socij: non verò pro parte sua,vel si sine societate res sit communis:quia tunc etiam admittitur:quia licèt vnus vincat,nihil alij reddit,ibid.

Socius in causa ciuili non admittitur in testem,quando est socius omnium bonorum,vel partis illius,quæ petitur,quasi sit futurum commune lucrum, ibi.

Socius credens socio totum negotium in Lombarda non potest cum eo inire duellum,gl.multò magis,in l.si quando,15.C.de testib.

Socius criminis,qui nunc est iudex,& coram eo accusatur,poterit recusari,gl.fi. in l.si filium,37.C.de liberali causa.

Socius in socium non potest dicere testimonium, ergo nec iudicium, cùm vtrumque publicum sit officium, ibid.

Socium criminis me accusantem non debeo repellere, dicendo quòd ille erat socius meus in eodem crimine;quia confiteor me etiam deliquisse, & sic habeor pro condemnato: vnde debeo repellere eum, dicendo, quòd non commisi crimen, etsi commisissem, ille accusare non posset: quia ipse commisit, cùm socius meus esset,gl.fi.ibid.

Socius criminis in tormentis non debet interrogari de conscientia sociorum, nisi propter immanitatem criminum, & tunc debet præcedere præsumptio, vt interrogetur, & eius responsio non erit plena probatio; sed erit aliqualis præsumptio, l.fi.& ibi gl.fi. C.de accusatio.

[S]OCRVS appellatione non tantùm vxoris meæ mater:sed & auia, & proauia vxoris meæ intelligitur, vt nullam earum vxorem ducere possim, l. adoptiuus, §.fi.de ritu nuptiarum.
[S]ocius mihi dicitur vxoris meæ mater, ego illius gener sum, & prosocrus mihi est vxoris meæ auia, & ego ei sum progener, & econtrà, mater mea vxori meæ est socrus, & vxor mea illi est nurus, & auia mea socrus magna, & vxor mea illi pronurus est, l.4.§.affines, de gradib.affin.

Reliqua verbo, Gener, Socer.

[S]ODALES dicuntur etiam illi, qui sunt de eodem collegio; l. fin. de collegiis illicitis.

Reliqua verbo, Comes, Contubernales.

[S]ODOMIAE peccatum committenti imponitur pœna capitis, l.cùm vir, 31.C. de adulteriis. & §.item lex Iulia, Instit. de publicis iudiciis.

Reliqua verbo, Luxuria.

[S]OLARIVM est locus, in quo horæ ad solem denotantur, veruto vmbram facientem, vel pinnula, quam gnomonem vocamus, l.si arborem, 16. in add. marg. §. 1. de seruit. vrban.

Reliqua verbo, Protectum.

[S]OLATIVM aduocatorum dicitur salarium: nam solatium est eis habere salarium, gl.3.in l.3.C.de aduocat.diuers.iudi.

Reliqua verbo, Salarium, Strenæ.

[S]OLDATA est præstatio quædam annua gratuita, quæ à neutra parte transit ad hæredem: morte enim dantis, vel accipientis finitur, c. 1. §.fi. quis dicatur dux, vel monarchio.
[S]oldata dicitur annua præstatio gratuita ideóq; ia plerumque in solidorum donatione consistit: quandoque tamen consistit in vino, & annona, ibid.
[S]OLENNITAS leuis dicitur, cuius omissio nullum, vel paruum præiudicium generat, l.1.§.fi. in add marg. de ventre inspiciendo.
[S]olennitatis modicæ omissio non vitiat actum, d.§.fi.
[S]olennitatem legum non potest remittere priuatus: sed bene princeps, gl. 1. in l. 3. de testam.
[S]olennitas eadem requiritur in mutando actum, aut illi addendo, quæ requiritur in constituendo; secùs in declarando, l.hæredes, 21.§. de testam.
[P]ro Solennitate, & forma alicuius actus: vbi plura requiruntur, ne aliqua falsitas committatur: si aliqua omittatur, actus vitiatur: sed quando plura sunt adinuenta ad certificandam certam personam, tunc vnius expressio sufficit, si per eam redditur certa persona, gl.fi. in add. in l.1.de liberis, & posthum.
[S]olennitatis omissio vitiat actum ipso iure, l.cùm ij.§.si prætor. & ibi gl. irrita. de transactio.
[D]e Solennitatibus nihil facilè est immutandum, l. diuus, de restitutione in integrum.
[S]olennitatem extrinsecam interuenisse qui dicit, eam debet probare, † gl.tutore, in l.quæcumque is, §.fi.de Publiciana, gl.2.in l.1.C.de vsuris.
[S]olennitas iuris seruanda est: fallit inter mercatores: quia potiùs apud eos seruatur fides, & æquitas, gl.alio, & ibi add.marg.in l.1.de iniusto, rupto.
[S]olennitas adhibita in patris testamento sufficit, & sic in testamento filij impuberis, l.patris, & filij, 20.de vulgari.
[S]olennitas intrinseca præsumitur, l. sciendum, 30. & ibi gloss. 1. de verborum obligat.
[S]olennitas extrinseca non præsumitur, vt in emptione à pupillo factæ: quia non præsumitur facta tutoris authoritate: & quando minor se obligauit, non præsumitur iurasse, & quando mulier fideiussit, non præsumitur renunciasse Velleiano; vel si renunciauit, non præsumitur certiorata renunciasse, vt requiritur, d.gl.1.ad fi.
[S]olennitas antiqua inanium verborum exclusa est hodie, l. fi. Cod. qui admitt.
[S]olennitates iuris ciuilis fuerunt inuentæ ad falsitates euitandas, & de rigore, in foro animæ, cùm nulla falsitas interueniat, cessare debet dispositio iuris positiui, gl.fi.ad fi.in add.in l.si veritas, 23.C.de fideicommissis.
[S]olennitati iuris, quo statutur, vt sententia in scriptis feratur, possunt partes renunciare, l.fi.& ibi gl.fi.C.de priuileg.scholar.libr. 12.
[S]olennitas deficere non potest cum principe, gl.dolus, in l.probatorias, C.de diuersis officiis, lib. 12.
[S]olennitates externæ sunt, quas verborum prolatorum natura non comprehendit, vt decreti interpositio, tutoris authoritas, & subhastatio rei: sed interna solennitas est, quam verborum natura comprehendit, vel comprehendere apta est, vt fideiussio, & stipulatio, quæ de sui natura interrogationem præcessisse, & responsionem sequutam esse præsupponunt, gl.fi.& ibi add.marg.in §.fin.Inst. de fideiussor.

Reliqua verbo, testamentum, 17.18. Diuturnitas.

[S]OLERE, verbum non importat necessitatem, l.1.& ibi gl.fi. C. quomodo, & quando iudex.
[S]olet, verbum denotat perpetuitatem, l.qui saltum, 65.de legat.3.
[S]olet, verbum quandoque importat necessitatem, l.admonendi, in add. marg. de iureiurando.
[S]OLERTIA idem est, quod astutia, gl.solertia, in l. 1.§.non fuit, de dolo.
[S]OLIDI appellatione, licèt non exprimantur aurei, intelligitur de solido aureo, & econtrà aurei appellatione capitur & pro solido, l. quotiescumque, & ibi gl.fi.C.de susceptor.lib.10 ... dent, in l.cùm clericis, 25.C.de episcopis, gl. 2.& ibi add.in l.4.C.de seruis fugit.
[D]e Solidorum qualitate quoties dubitatur super approbatione, vel improbatione eorum, statur ei, quem ad id singula ciuitas constituit, l.fi.C. de ponderatorib. libr. 10.
[S]olidi aurei dicuntur à soliditate: quia de solido auro fiunt, gl.1.in l.1.C.de veteris numismatis potest.lib.11.
[S]olidi aurei veterum principum effigie formati possunt tradi, & suscipi ab emptoribus, & venditoribus, nec debent refutari, si fuerint debiti ponderis, & speciei probæ: aliàs reluctantes puniuntur, d.l.1.
[S]olidi aurei æstimatione diminuta minuitur etiam æstimatio rerum, quæ venduntur ad solidos, l.2.C.eod.
[S]olidi aurei æstimatio à principio imposita, solùm à principe, vel ab eo, cui princeps concessit, potest diminui, gl.1.ibid.

Reliqua verbo, Aureus.

SOLITVS, dictio verificatur in vna vice, & illud dicitur quem solitum esse facere, quod vltima vice fecit, l.mala, versi.sed si de al. nen.& cio v.
SOLVBILE dicitur omne, quod ligatur, gl. 1.in rub. C. de repudiis, & §. nuptias, in auth.de nuptiis.co.3.
SOLVENDI facultas permittitur alicui, donec super actione iudicati lis fuerit contestata, quando vnum est in obligatione, & aliud in solutione, ex dispositione legis, l.item veniunt, 22.§.idem rectè, & ibi gl.condemnatum, de petitione hæred.
Soluendi potestatem habere non dicitur ille, qui non habet pecuniam ad manus, licèt habeat multas possessiones, l. si seruus depositus, vers. quid ergo, de noxalib.
Soluendo pro hærede si non soluat, ab eo repetitur, l.inter cohæredes, 45.§.fi. familiæ erciscund.
Soluendo pro me, dicitur quis liberare me, l. 1.§.pen. de exercitoria actione.
Soluendo esse nemo intelligitur, nisi qui solidum potest soluere, l.soluendo, 114. de verb.sign.
Soluendi tempus cùm additur obligationi, nisi eo tempore præterito peti non potest, l.nihil peti, 147.de regul.iur.
Soluendo non esse dicitur quis, etiamsi pro parte sit soluendo, gl.tunc etenim, in l.fi.C.de furtis.
ad Soluendum stipendia deputati debent sua manu soluere, non per substitutum, l.pe.in principio, C.de erogatione militaris annonæ, lib.12.
ad Soluendum iudicatis datur tempus quatuor mensium, quibus pendentibus capi poterunt, nisi satisdent, quòd adueniente termino satisfacient, gl. fi. & ibi add.in §.fi.Inst.de inutilibus
Soluendo esse non dicitur is, qui in totum non est soluendo, §.furti autem, & ibi add.marg.Inst.de ob[li]g[at]. quæ ex delicto.
Soluendo videtur is, qui defendi to. l.nemo dubitat, 96. de regulis iuris.

Reliqua verb., Delatio, Debitor, 8.70.71.72. Creditor, 96. Hodie.

Soluens in genere, nu. 1.2.
Quoad indebitè soluentem, & repetitionem solati, 3.4.5.
Quoad soluentem pro ali[o], nu 6.
Quoad habentem exceptionem & soluentem procuratori suo, vel renunciato, nu. 7.
Quoad liberandum f[ideiussorem] vel a[li]u[m], nu.8.

SOLVENS ante diem, vel post diem dicitur soluere plus, vel minus, gl.summa, in l.1.§ editiones, de edendo.
Soluentis persona fauorabilior est, quam credentis quoad probationes, & præsumptiones, propter necessitatem, quæ imponitur soluenti, non mutuanti, l. quòd si minor, §.restitutio. & ibi gl.in venditione, de minorib.
Soluens litis æstimationem habet actionem in rem absque alia cessione, potéstque eam non solùm aduersus extraneum; sed aduersus ipsum recipientem æstimationem intentare, gl.pen.& ibi add. in l.si culpa, 63.de rei vend.
Soluens debitum in casibus, in quibus non admittitur compensatio, ipso iure non repetit solutum: sed suum debitum petit: secùs si soluerit in casibus, in quibus ipso iure admittitur compensatio: quia tunc solutum, vt indebitum, petitur, gl. 1.in l.qui inuicem, 30.de condict.indeb.
Soluens adiecto alibi, quàm in loco solutioni destinato, non liberatur: quia non potuit præiudicare domino, vel principali, & propter interesse loci durat petitio sortis, licèt aliud sit in insula alibi, quàm in loco promisso fabricata, l. non vtique, in §.idem Iulianus, & ibi gl.solùm, & add.marg. de eo, quod certo loco.
Soluens stipulatori principali alibi, quàm in loco solutioni destinato liberatur: quia potuit remittere interesse, & sibi præiudicare, ibid.
Soluens quando soluit nomine suo, quandocumque ante solutionem, siue post creditor potest credere actiones suas contra reum principalem: sed si soluit nomine debitoris principalis, nunquam poterit creditor cedere suas actiones soluenti: sed si simpliciter soluerit, & creditor incontinenti cesserit suas actiones, præsumitur, quòd fideiussor suo nomine, non debitoris nomine soluerit; secùs si ex interuallo cesserit, gl.1.in l.Papinianus, 28. mandat.
Soluens procurator, vel gestor, aut possessor bonæ fidei hæreditatis non reputat id, quod indebitè soluit extra iudicium: secùs si condemnatus soluit, nisi per contumaciam, vel suum delictum fuisset condemnatus, gl.non reputare, & gl. condemnatum, in l.2.§.solet.de hæreditate, vel actione.
Soluens nunquam est ita resupinus, vt facilè suas pecunias iactet, & indebitas effundat, maximè si is, qui dicit indebitam pecuniam dedisse, homo diligens est, & studiosus paterfam. cuius personam incredibile est in aliquo facile errasse, l.cùm de indebito, 25.de probatio.
Soluens id, quod debebat, non prohibetur petere id, quod sibi debetur, l. si cùm dos rerum amotarum.
Soluens seruum malum, actione de dolo tenetur ad damnum, & actione personali tenetur ad rem legatam, l.si hæres, 113.de legat.1.
Soluens dominus pro vicario, quem in causa noxali defendit, de ipsius vicarij peculio totum deducit, & de peculio ordinarij vsque ad æstimationem vicarij, l.Stichus, de peculio legato.
Soluens extraneus non dominus pro seruo vicario, quem in causa noxali defenderat, de ipsius vicarij peculio tantùm deducit: sed de peculio ordinarij nihil deducit.ibid.
Soluens alicui voluntate creditoris, ipsi creditori videtur soluere, l.mortuo, 15.§. fi.de statuliberis.
Soluens adiecto aliud pro alio, non liberatur ipso iure, l.fi.§ fin.de verbor. signi.
Soluens aliud pro alio creditori volenti, ipso iure liberatur: secùs si alij soluerit; gl.per exceptionem, ibid.
Soluens pro alio dicitur emere actiones, l.cùm is, qui, 37.de fideiussor.
Soluens is, qui tenetur accessoriè, semper videtur soluere pro suis obligationibus: sed soluens is, qui principaliter tenetur, debet incontinenti sibi cedi actio; vel debet soluere hoc acto, quòd sibi cedatur: aliàs post solutionem non potest sibi cedi, † gl.in solutum, & ibi add.marg.ibid.
Soluens simpliciter videtur potiùs soluere debitum, quod debet ex famosa causa...

ſa,putà furti,quàm quod debet ex non famoſa cauſa,l.ſi quid, 7. de ſolutio.

Soluens ſimpliciter videtur ſoluere potiùs debitum ex cauſa iudicati, quàm debitum ex non iudicati cauſa,ibid.

Soluens ſimpliciter videtur ſoluere magis debitum pœnale non eſt,nec inficiatione creſcit, quàm debitum, quod pœnale non eſt, nec inficiatione creſcit, ibidem.

Soluens aliquid ex cauſa famoſa licèt videatur crimen fateri: non tamen infamatur:quoniam nulla ſolutio infamat,d.l.ſi quid,in add.marg.

Soluens rem pro alia re eo pacto vt à priſtina obligatione non diſcederet,ea euicta in totum,vel in partem,adhuc in totum priſtina obligatione tenetur, l. ſi quis aliam,46.& ibi gl.1.eod.

Soluens tardius,minùs ſoluere videtur,& econtrà bis ſoluit,qui citò ſoluit, l. ſolidum,85.& ibi gl.fi.eod.& §.plus autem,Inſtit,de actio.

Soluens ſimpliciter,& abſque vlla debiti deſignatione cenſetur ſoluere debitum, ad quod grauiùs tenetur,gl.fi.in l.ſi vſuras,21.C.de vſuris.

Soluens fideiuſſorio nomine indiſtinctè, videtur ſoluere in duriorem cauſam:& durior cauſa eſt potiùs,quod ſuo nomine debet, quàm quod alieno, ibid.

Soluens pro colonis,ſi ſtipulatus eſt pecuniam ſolutam ſibi à domino reddi, habet dominum obligatum ad ſibi reddendum:ſecùs verò ſi nudo pacto conuenerit cum domino,l.ſi tibi,27.C.de locato.

Soluens ſimpliciter videtur potiùs ſoluere id,quod ſuo nomine, quàm quod pro alio,& fideiuſſorio nomine debet:& magis id, quod debet ex grauiori cauſa, etſi omnia debita ſint ſimilia:in cauſis debendi videtur magis ſoluere id,quod ex antiquiori cauſa debet,l.4.& 5.de ſolutio.

Reliqua verbo,Æs,Alius,Solutio,1.vſque 6.Solutum,1.2.3.4.Soluere.

3 SOLVENS debitum naturaliter non dicitur donare,glo. debebit, in l. ſi quid poſſeſſor.§.ſed etſi,de petitione hæredit.

Soluens indebitè vſumfructum fundi proprij, eo mortuo eius hæres repetit vſumfructum cauſalem per condictionem indebiti,l.ſi fundi,& ibi gloſſ. 1. de condict.indeb.

Soluens indebitè vſumfructum fundi, quem alienauerat deducto vſufructu pro ſe tantùm, ſi deceſſerit, hæres eius non poteſt repetere, niſi fructus præteriti temporis: ſed ſi alienaſſet fundum deducto vſufructu pro ſe, & hærede ſuo, vſumfructum indebitè ſolutum per errorem à defuncto,eius hæres poteſt repetere,d.gl.1.

Soluens per errorem iuris,tutus exceptione rei iudicatæ non repetit, † reprob. gl.1.& ibi add.marg.in l.Iulianus,de condict.indebiti.

Soluentibus pluribus indebitum ei,qui vltimò ſoluit,competit repetitio, ſi non ſimul, atque pariter ſoluerint:ſecus ſi pariter ſoluerint:quia tunc cuilibet pro rata competit condictio,l.cum duo,25.& ibi gl.1.de condict. indebiti.

Soluens indebitum,hoc ipſo, quod ſoluit, aliquid negotij cum eo gerere videtur,& ideò datur condictio,l.ſi in area,33.eod.

Soluens legata indebita nomine hæredis, & ex nummis hæredis non poteſt repetere,ſi hæres ratum habuit:ſed ipſe hæres eos vendicat,l.qui hæredis,46. & ibi gl pe.eod.

Soluens indebitè rem corporalem alienam,& alieno nomine non repetit:ſed is, cuius nomine ſoluta eſt res,vendicat eam,ibid.

4 Soluens indebitum nomine alieno,tanquàm procurator in rem ſuam habet repetitionem:ſecùs ſi non ſoluiſſet tanquàm procurator in rem ſuam,gl. ſoluiſſet,in l.ſi Titius,eod.

Soluens indebitum vtroque iure: ſcilicet ciuili, & naturali, cui obſtat exceptio temporalis,ſolutum antè non repetit, niſi fortè per ignorantiam probabilem facti:ſed ſi obſtat exceptio perpetua,& fauorabilis,tunc repetit:ſecùs ſi obſtat exceptio odioſa, vel ad iuris rigorem conſeruandum introducta, niſi facti ignorantia probabilis fuiſſet:ſed ſi obſtet exceptio:ſed ſit incertum,an ſit temporalis,vel perpetua:tunc repetit,gl. 1. in l. cuius per errorem, 54. de regulis iuris.

Soluens indebitum vtroque iure:ſcilicet ciuili, & naturali, vel naturali tantùm, per quamcumque ignorantiam ſolutum repetit:ſed indebitum iure ciuili:ſed debitum naturali,vt ex teſtamento non ſolenni ſolutum per ignorantiam iuris,non repetit:ſed per facti ignorantiam probabilem repetit:ſed ſolutum per non probabilem,non repetit,ibid.

Soluens ſcienter debitum iure naturali non repetit, & donari dicitur: quia ea datio donatio videtur:id eſt irreuocabilis datio,ibid.

Soluens indebitum titubans,vel ignorans repetit,gl.ſciens,in l.eum, qui,§. 1. de inoff.teſtam.gl.fi.in l.1.de condi.indeb.

Soluens per errorem,& ſic ignoranter, indebitum repetit per condictionem indebiti,l.1.de condi.indeb.

Soluens indebitum habet repetitionem ex condictione indebiti, & etiam per actionem præſcriptis verbis ſi ſic ſoluit, vt ſi apparuerit eſſe indebitum, vel Falcidia emerſerit,redderetur,l.2.& ibi gl.1.& add.marg. eod.

Soluens indebitè per errorem nummos, quos habet communes cum alio,repetit dimidium diuidendo per numerum,non per ſingula corpora,l.ſi pœnæ,19.§.ſi falsò,& ibi gl.dimidiam,eod.

Soluens indebitè per errorem nummos,quos habet communes cum alio,repetit ſuam partem per condictionem indebiti ratione dominij, aliam partem ratione poſſeſſionis,non corporis,d.gl.dimidiam.

Soluens indebitum ſcienter ne incidat in aliud debitum putatiuum,tanquam indebitum repetit,† l.ſi non ſortem,§.ſi quis quaſi,eod.

Soluens putans ſe condemnatum ex compromiſſo, repetit ſolutum, d. §. ſi quis quaſi,& ibi gl.falsò.

Soluens ſcienter indebitum hac intentione in mente retenta, vt poſteà repetere poſſet, non repetit:ſed ſi ſoluit exprimens, quòd poſteà poſſet repetere, recipiente conſentiente habet contra recipientem actionem præſcriptis verbis,l. quod quis,50.& ibi gl.1.eod.

5 Soluens indebitum ſcienter non condicit:ſed qui per errorem credens ſe debere, ſoluit indebitum,tranſit eius dominium:ſed reuocabiliter, cùm poſſit condicere,vt indebitum vel ſine cauſa,gl.ab omnibus,in l.Mæuius, 68. §. eum, qui, eodem.

Soluens indebitum ſcienter falſo procuratori ab eo non non repetit: quia donare videtur,gl.1.in l.ſi procuratori.de condi.cau.data.

Soluens vxori reuocato ignoranter liberatur ipſo iure, ſi ille recipiat bona fide, ibidem.

Soluens ſcienter indebitum non poteſt repetere,niſi ſit impubes, qui dicitur nihil ſcire.ſi verò ſit pubes minor 25.ann.reſtituitur,l.1.& ibi gl.fin.de condict. indebit.

Soluens ſcienter indebitum hoc expreſsè acto inter eum, & recipientem, quòd poſſit repetere,repetit:ſecùs ſi non expreſſit:ſed in mente retinuit,gl. 1. in l. 2. eodem.

Soluens aliam rem,quam debet,putans ſe ad eam teneri alternatiuè,poteſt eam repetere:quia non videtur ſoluere eam pro illa,quam debebat,l. ſi pœnæ, 19. §.pen.eod.

Soluens Titio putans ſe illi,aut Sempronio promiſiſſe, cùm neutri eorum promiſiſſet,ſolutum repetere poteſt,l.ſed etſi,22.eod.

Soluens pro ſuo maleficio,vel pro ſua culpa,non repetit ab alio, l. ſi communis, 9.de noxalib.

Soluens Stichum putans ſe eum promiſiſſe,cùm hominem in genere promiſiſſet, repetit,& liberatur dando alium quemlibet,l.cùm is,qui,32.§.fi.eod.

Soluens ob rem non defenſam quamuis poſteà defendere paratus ſit, non repetit,quod ſoluit,l.qui ob rem 35.eod.

Soluens ſponte id,quod per ſtipulationem metu extortam promiſit, non repetit, gl.pecuniam,in l.qui exceptionem,40.eod.

Soluens non putans ſe teneri ob cauſam de præterito non obligatoriam:ſed falſam, non repetit: quia donare videtur: ſecùs ſi ſoluerit putans ſe debere ob cauſam non obligatoriam:quia tunc repetit,l.damus,52. & ibi glo. pecuniæ, eodem.

Soluens ſcienter contemplatione mandati reuocati donare videtur:ſecùs ſi ignoranter,l.cùm pater,79.§.Mæuio.de leg.2.

Soluens naturaliter tantùm debet non repetit, l. ſi tuo ſeruo, 83. & ibi gl. 1.de ſolutio.

Soluenti vni ex correis,qui in ſolidum erant obligati, non ceduntur, vel transferuntur actiones contra alios correos in ſolidum: ſed tantùm pro parte, gl. pe.in l.ſi dimiſſo, 13. C.de locato.

Soluens vnus ex correis nulla ceſſione ſibi facta habet actionem pro ſocio contra correos,ſi fuerint ſocij:ſed ſi non ſunt ſocij: ſed ſunt vt ſcholares, habent vtilem pro ſocio,† ibid.

Soluens ſcienter indebitum donare videtur, cùm repetitionem non habeat, l. qui ſe debere,de condictione cauſa data.l.eum,qui,21.§.1.de inofficio.teſtam.

Reliqua verbo,Debens,Indebitum,Mulier,57.Solutum,5.6.7.

SOLVENS quis pro alio licèt inuito, vel ignorante, eum liberat: vnde ſolutum repetit per actionem negotiorum geſtorum,l.ſoluendo,41.& ibi gl.1.de nego.geſt.

Soluenti debitum alieno nomine datur actio negot.geſtor.ſecùs ſi ſuo,gl.1.in l. ſi pœnæ,19.§.1.de condi.indeb.

Soluens pro alio,etiamſi frater ſit, repetere poteſt ſolutum per actionem negotiorum geſtorum,vel mandati,ſi interceſſerit mandatum,l.ſi negotium,16.de negot.geſtis.

Soluens pro alio penſionem publicam,non efficitur ob id dominus rei, l. ſolennibus,25.C.de rei vend.

Soluens pro alio pecuniam, non vt eum, pro quo ſoluit, liberare velit: ſed vt actiones eo nomine competens in ipſum transferantur, cenſetur ſoluere pecuniam vt corpus,non vt quantitatem:quia ſic eſſet emptio,gl.1. in l.1. C. de actio.& oblig.

Soluens pro alio pecuniam vt corpus,& non vt quantitatem,vt ſibi actiones cædantur,contrahit contractum innominatum,do,vt facias,vel facio, vt des,gl. 1. ibidem.

Soluens fiſco pro alio habet priuilegium fiſci de perſequendis bonis eius, pro quo ſoluit,l.in fraudem,45.§.qui pro alio,de iure fiſci.

Soluens fiſco pro debitore fiſcali ſi non facit ſibi cedi ius, fiſco non ſuccedit in iure fiſcali, nec in eius priuilegium, & ideò ſi fiſcus poſteà cum eo debitore contrahat;ille,qui ſoluit fiſco, non præfertur ratione prioris iuris, l. 3. C. de iure fiſci.

Soluens fiſco pro debitore fiſcali habet perſonalem actionem mandati, vel negotiorum geſtorum:non autem hypothecariam,quam fiſcus habebat, niſi ſit ei ceſſa,gl.1.ibid.

Soluens fiſco pro debitore fiſcali ſi facit ſibi cedi iura fiſcalia, præfertur aliis creditoribus,quibus etiam fiſcus præferebatur,l ſi C.eod.

Soluenti indebitum ſuo nomine competit condictio indebiti:ſed ſoluenti alieno nomine competit condictio ei,cuius nomine ſoluit, ſi dominus mandauit expreſsè, vel ratum habuit:ſecùs ſi generaliter mandauit, vel non mandauit, nec ratum habuit:quia tunc competit ſoluenti,& non ei,cuius nomine ſoluit, gl.fi.in l.ſi procurator,de condictione indebiti.

Soluenti alieno nomine competit condictio furtiua,ſi ſoluerit lapſus in perſona eius,cui ſoluit,vt quia credebat eſſe Titium eum,cui ſoluebat, cùm non eſſet: quia non tranſtulit pecuniæ dominium:ſi tamen habeat ratum is,cuius nomine ſoluit,ſoluens debet cedere condictionem illi,d.gl.fi.ad.fi.

Soluens nomine ſerui,vel filiifam. per errorem, pluſquàm eſſet in peculio, non repetit:ſecùs ſi nomine ſuo:quia tum rep[illegible]et,l.ſi is,cũ quo, & ibi gl.1.eod.

Soluens pro ſeruo,qui naturaliter tantùm debebat,ſolutum non poteſt repetere, l.naturaliter,13.eod.

Soluens pro fideiuſſore poteſt ab eo repetere,& fideiuſſor à principali,l.ſi is,qui 50.mandati.

Reliqua verbo,Debitum,1.3.Fideiuſſor,37.vſque 47.Creditor,75.Alius, Soluens,2. 6. Mulier, 57.

SOLVENS ſi ſolam exceptionem iuris,vel facti habet,ſoluendo illam amittit, nihilque ſibi remanet:ſecùs ſi habet exceptionem, & actionem:quia quamuis ſoluendo perdat exceptionem:non tamen actionem ſibi competentem,gl fin. in l.3.C.de rebus alienis.

Soluens ſciens ſe tutum perpetua exceptione non repetit ſolutum,l.ſi is,qui perpetua,24.de condict.indeb.

4 SOLVI potest filio, vel seruo, quando obligatio insurgit ex contractu, celebrato cum filio, vel seruo, l.si vnus ex argentariis, de pactis.
Solui potest filiofam. id, quod ipse credidit, licèt nouare, vel pacisci non possit, ibidem.
Soluere sibi ipsi potest quis, l.debitor meus, & ibi gl.mihi, de negotiis gest.
Solui non potest hæredi adiecti, l.cùm quis, 55.de verb.oblig.
Solui potest filio adiecto ad solutionem etiam post emancipationem: sed non adiecto ad obligationem, l.eum, qui ita stipulatur, 56.§.qui sibi, aut filio, eod.
Solui potest extraneo adiecto ad solutionem,† reprob.gl.emancipato.ibid.
Solui non potest domino, cuius seruus solutioni adiectus est, nisi voluntate serui, l.si stipulatus, 9.& ibi gl.1.de solutio.
Solui non debet etiam coniunctæ personæ agenti sine mandato, etiamsi cauere velit de indemnitate rei, si soluatur sibi, gl.administratio, & ibi add. marg. in l.vero procuratori.12.eod.
Solui rectè potest ei, cuius nomen stipulationi insertum est, vt si stipulatus sim. mihi, aut Titio, Titio rectè potest solui, d.l.vero procuratori.
Solui rectè potest debitum reo criminis accusato, pendente accusatione, & ipse etiam reus potest soluere creditori suo, l.reo criminis, 41.cum l.seq. eod.
Solui potest, vel causa conditionis implendæ dari pupillo, vel furioso adiecto sine tutoris, vel curatoris authoritate, vel ei, qui repræsentat personam adiecti ratione administrationis, veluti tutori pupilli adiecti, vel curatori furiosi adiecti, & solutio liberat soluentem, si soluta pecunia sit versa in rem pupilli, vel furiosi, l.Stichum, aut Pamphilum, 95.§. vsumfructum de solutio.

Reliqua verbo, Debitor, 86.

5 SOLVI debet legatum, vbi testator voluit, vel ibi, vbi verisimile est ex verbis suis, vel ex genere comparationis, gl.fi.in l.quod legatur, 38.de iudiciis.
Solui debet legatum in genere relictum, quando non apparet, vbi debeat solui, ibi, vbi petitur legitimè: id est vbi hæres tenetur respondere: id est vbi domicilium habet hæres, & etiam vbi maior pars hæreditatis est,† ibid.
Solui debet legatum relictum in specie indistinctè ibi, vbi est, nisi hæredis dolo aliò sit translata: quia tunc vbi petitur, solui debet, ibid.
Solui debet legatum relictum ibi, vbi est, nisi legatarius suis expensis velit alibi rem sibi tradi ad instar rei vendicationis.†
Solui debet legatum in genere, vel in specie relictum in loco, vbi hæres cœpit illud soluere, vel alio modo suo beneficio renunciare, ibid.
Solui vbi debeat relictum ex testamento, præsumitur ex qualitate personarum, quibus relinquitur, l.sed & si, 52.§.sed & si, eod.
Solui non pòtest creditori inuito alibi, quàm in loco solutioni destinato, l.pe.de eo, quod certo loco.
Soluere obligatus certo loco, & tempore non potest inuito creditore soluere alio loco, nec ante illud tempus, si creditoris interest soluere in loco destinato, & non alibi, nec ante terminum, l.qui Romæ, 122.de verb.oblig.
Soluere certo loco & tempore obligatus potest alio loco, & ante tempus offerre, & soluere integram pecuniam cum vsuris promissis cum omni interesse, quod posset prætendere creditor ratione loci, vel temporis, & cogitur creditor etiam recipere ante tempus, gl.obtulerit, ibid.
Soluere promittens certo loco debet conueniri in loco, vbi solutio est facienda, & non in loco promissionis,† gl.2.in l.1.C.vbi conueniatur, qui certo loco.
Soluere certo loco si quis promiserit, non potest denuò cogi alibi soluere, nisi ex iusta causa, l.vsuras, & ibi gl.fi.C.de solutio.
Soluere promittens in vno loco potest cogi soluere in alio, quando creditori ad illum locum venire non licet, vt quia est infamatus, vel relegatus, vel quando est patronus, cui debebatur & quantitas parua, d.gl.fin.
Soluere promittens in vno loco compelli potest soluere in alio, quando ille locus æqualiter distat, & nihil nocet debitori, ibid.
Soluere minores vsuras Romæ si quis promiserit, quas si non solueret, se maiores soluturum promiserat si in loco destinato non soluit, potest cogi alibi persoluere, ibid.
Solui ibi debet res in rei vendicatione, vel in actionibus depositi, vel ad exhibendum, vel bonæ fidei: vbi est illa, nisi petitor suis impensis perferri velit rem ibi, vbi ipse agit, quod secus est in actione,† gl.2. in l.quod legatur, 38. de iudiciis.

Reliqua verbo, Debitor, 9. Legatum, 18.19.

SOLVM immobile, atque immutabile est, gl.facta, in l.qui vsumfructum, 43.de vsufructu.
Solum cuius est, eius vsque ad cœlum, gl.quia cœlum, in l.fi. de seruit.
Solum sequitur ædificium, l.domum, 21.de pignor. actio.
Solum cùm non possit vsucapi, vt quia dotale, vel per vim occupatum, vel possessum mala fide, nec superficies: id est posteà inædificatum vsucapietur cum solo, l.si solum, 39.de vsucapio.
Solum quando potest vsucapi, non tamen potest vsucapi per se superficies: sed cum solo potest cedere ei: sed contrà quandoque potest ipsa superficies per se vsucapi, gl.fin.ibid.
Solo tradito sine superficie nihilominùs transit in eum superficies, quæ ipso iure, & ex natura sua sequitur solum: tradens tamen per exceptionem retinet superficiem, l.obligationum ferè, 43.§. 1. & ibi gl.& sic in tradendo, de actio. & oblig.
Solum suum, vel terra facit plantam, vel segetem accedere magis domino soli, quàm seminatori, vel plantatori, l.si quis sciens, C.de rei vendicatione.
Solo cedit quidquid seuit quis sciens in agro alieno, vel plantas posuit, postquàm tamen hæ radicibus terram fuerint amplexæ, ibid.
Solo cohærentes res dicuntur fructus pendentes, gl.3.in cap.1.de feudi cognitio.
Solo nulla superficies cohæret, gl.1.in l.si cui ædes, 30.de legat. 3.
Solo cedit quidquid est inædificatum, ibid.

Reliqua verbo, Domus, 1. Area, Superficies.

SOLVS, dictio non excludit omnes, vt solus princeps facit legem, intelligitur ipse solus, & non alius solus, non tamen excludit Senatum, gl. dumtaxat.in l.eum, qui.§.si petenti, de Publiciana in rem, gl.pen.in l.fi.C.de legibus.
ex Sola scientia non præsumitur voluntas, l.si quis in principio testamenti, 22.& ibi gl.accipiat, de legat.3.
Solus interpretatur: id est solummodò iuxta illud; non in solo pane viuit homo, gl.1.in l.1.C.de testibus.
Solus, dictio licèt sit taxatiua: non tamen excludit personas similes, & alios casus positos, & alias leges, l.1.& ibi gl.3.C.de bon.poss. contra tabul.

Solutio in genere, num. 1. vsque 6.
Quoad liberationem, num. 7.8.9.

SOLVTIO debet fieri in fine anni, quando promisit quis, per hæc verba, hoc anno: sed quando annuum promisit, in capite anni fit solutio, siue legatum sit, siue in contractu fiat promissio, gloss. præteritis, in §. pen. Instit. de inutilib. stipulat.
Solutionis receptione videtur fieri alienatio, gl.administratio, in addit.marg. in l.vero procuratori, 12.de solutio.
Solutionis verbum, pertinet ad omnem liberationem quoquomodo factam, magisque refertur ad substantiam obligationis, quàm ad solutionem nummorum, l.solutionis, 54.eod.
Solutionis verbo continetur etiam omnis satisfactio in alia re ad voluntatem creditoris, l.solutionis, 176.de verb.oblig.
Solutiones sunt faciendæ secundum ius: scilicet vt res æquè bona soluatur, & congruo loco, & tempore, & de euictione promitti, aliàs non videretur soluere: item quod per competentes actiones, & iudices fiat solutio, aliter non valet sententia, nec solutio fieri debet, gl. secundum, in principio Inst. de obligatio.
Solutionis dies sicuti summa vel quantitas est pars stipulationis, l.1.§.editiones, de edendo.
Solutio particularis dicitur damnosa, gl.minutatim, in l. cùm ij. §. vult de transactio.
Solutio est similis absolutioni per sententiam, gloss.fin. in l.licèt, §. fin. nautæ, caupones.
Solutionis inceptio approbatur quoad fori præscriptionem non vtendam, gl.fi. in l.si fideicommissum.§.fi.de iudiciis.
in Solutione quando est noxæ deditio, & in condemnatione est damni æstimatio, condemnatus vsquequo super actione iudicati lis contestetur, habet licentiam dandi seruum pro noxa.gl.conueniatur.in l.item veniunt, 22.§.idem rectè.de petitione hæreditatis.
Solutio, & exactio partium sæpè non minima incommoda affert.l.3.familiæ ercíscundæ.gl.3.in l.3.C.de locato.
Solutio partis ab vno ex cohæredibus non impedit, quin pœna committatur in solidum in obligatione dandi apposita: quod verum est in contractibus: sed in prætoriis stipulationibus, & sic in iudiciis pœna non committitur in totum, & sic pro parte impleta: sed tantùm committitur pro parte non impleta, l.hæredes, 26.§.idem iuris, & ibi gl partem suam, famil.ercíscund.
Solutio partis ab vno ex cohæredibus facta creditori licèt non impediat pœnam, si tamen creditor retinens partem sortis solutam petit pœnam integram, imputatur sibi pecunia soluta in pœnam, si non sit dictum, rato manente pacto.ibid.
Solutio particularis non impedit pœnam committi,: sed ea commissa quilibet hæredum promissoris tenetur pro parte, gl.fi.& ibi add.marg.in l.4.§.si is, qui, de verb.oblig.
in Solutione partis debiti si cessatur, venditur totum pignus, l.si necessarias, §. si vnus, de pigno.actione.
Solutio particularis non admittitur, quando totum debitum est liquidum: secùs quando debiti partem tantùm confessus est, quam si offerat, tenetur creditor recipere, & de alia parte negata litigare, l.quidam existimauerunt, & ibi gl.ad accipiendum, si certum petatur.
Solutio particularis potest fieri fauore libertatis, d.gl.ad accipiendum.
per Solutionem partis factam creditori non tollitur facultas soluendi adiecto alteram partem, l.cùm decem, 71.de solutio.
Solutionem partis non tenetur creditor regulariter recipere, nisi quando actum est, vel quando debitum non est liquidum, vel pro libertate, gl. 2.in l.acceptam, 19.C.de vsuris.& gl.3 in l.3.C.de locato.
Solutio quando debet fieri in pluribus terminis, semper intelligitur actũ, quòd soluatur in fine cuiuslibet termini, non in principio, l.lecta, vers.igitur finito, si certum petatur.
Solutio coram iudice, & tutore facta parit plenissimam securitatem, gl. debet.in l.iusiurandum, 17.§.1.de iureiurand.
Solutio spontanea facta ex promissione turpi impedit repetitionem, nisi ex parte vtriusque sit turpitudo, quia tunc quandocumque solutum sit, cessat repetitio, l.pen.& ibi gl.1.de condictione ob turpem.
Solutio spontanea purgat metum, vel turpitudinem præcedentem, quæ in contractu interuenerat.d.l.pen.& ibi gl.2.& add.marg.
Solutio si conferatur in certum locum, inest tacitè tempus, quo possit ad illum locum perueniri: si tamen exprimatur ita angustum tempus, quòd impossibile sit perueniri ad illum, vitiatur stipulatio, l.non vtique, §. si quis ita, 2. de eo, quod certo loco.
Solutio vna non parit duos contrarios effectus, & liberationis, & obligationis, gl.fi.in l.fi.de tributoria.
Solutio ob vnam causam factam non porrigitur ad aliam, l.1.§. eleganter, & ibi add.marg.depositi.
Solutio ex pecunia deposita libertatis datæ causa facta non tollit obligationem depositi, ibid.
propter Solutionem transfertur onus probationis, gl.omnino, in l.cùm de indebito, 25.de probatio.
ad Solutionem, & non ad obligationem, quæ ex solutione resultat, videtur quis adiectus, l.si mulier.60.de iure dotium.
Solutio, venditio, & traditio sunt magis facti, quàm iuris, l.consilio, §.fi. & ibi gl. fi.de curatorib.furios.
Solutio non differtur propter ægritudinem, vel valetudinem, gl.fi.in l.si quis instituatur, 23.§.fi.de hæredib.instit.
Solutio, & acceptilatio sunt diuersi effectus, l.Iulianus, 45. de conditio. & demonstr.

teri,quàm debuiſſet,gl.2.& ibi add.in princ.Inſt.quibus modis tollitur.
Solutione eius,quod debetur, facta pleno iure perſonæ,cui debetur, regulariter liberatur debitor.ibid.
Solutio facta ab aliquo liberat debitorem ſiue ſcientem, ſiue ignorantem, vel etiam inuitum:creditor tamen debet cedere actionem ſoluenti, cùm ſoluenti non ſit prouiſum de alia actione:ſecùs tamen eſt in fideiuſſore ſoluente; quia ſibi prouiſum eſt de actione mandati.in princ.& ibi gl.fi.& add.Inſt.eod.
Reliqua verbo,Debitor,17.vſque 26. Liberatio,Remiſſio,Hæres,78.Soluens,8.Debitum,8. Acceptilatio,per tot.
Solutum in genere, 1.2.3.4.
Quoad repetitionem, 5.6.7.
1 SOLVTVM ex cauſa tranſactionis validæ conuertitur in ſolutionem debiti, l. & poſt rem,§.1.de tranſactio.
Solutum ex cauſa tranſactionis factæ ſuper alimentis ſibi relictis citra prætoris authoritatem,conuertitur in alimentorum debitorum pręſtationem,ita quòd ſi quid ampliùs ex cauſa alimentorum deberi poteſt,id præſtetur refuſo ſoluto,d.§.1.
Solutum ob tranſactionem alimentorum inualidam conuertitur in aliud debitùm,vel in alimenta præterita,aliàs vt indebitum repetitur,l.cùm ij.§.eidem. eodem.
Solutum plus debito ob tranſactionem alimentorum inualidam non repetitur per condictionem indebiti, cùm ſit ſolutum ex cauſa tranſactionis: ſed per per condictionem ſine cauſa,gl.imputabitur,ibid.
Solutum ex vna cauſa,ex qua eſt indebitum, poteſt retineri ex alia cauſa, ex qua eſt debitum,gloſſ.debere, in l.ſi non ſortem, §. ſi filiusfamil. de condictione indebit.
Solutum prædoni ex ſuo contractu liberat ſoluentem: ſed ſi ſoluitur non ex ſuo contractu:ſed ex contractu veri domini, vel eius ſerui: tunc non liberat ſoluentem,l.ſi vrbana,55.eod.
Solutum non videtur,quòd deterius ſoluitur,quàm debet ſolui,gl.non liberat,in l.eleganter,§.qui reprobos,de pignor.actione.
Soluto legato imperfectè adhuc remanet legatario actio ex teſtamento ad legatum,l.Mæuius,68.§.in fundo,de legat.2.
Soluto fundo à primo promiſſore liberatur etiam ille,qui ſecundo loco promiſit ſolum vſumfructum:quia duæ cauſæ lucratiuæ in exercitio circa idem concurrere non poſſunt:ſecùs quando vnus ex cauſa lucratiua,alius ex cauſa oneroſa ſoluit,l.eum,qui ita,56.§.ſi à te ſtipulatus,& ibi gl.liberabitur,& ibi add. marg.de verb. oblig.
Solutum ab vno ex confideiuſſoribus non venit in diuiſionis rationem ex epiſtola Diui Adriani, de rigore iuris:ſed de æquitate ſic, ita quòd ſi ſoluat partem,quàm tenebatur præſtare facta diuiſione,ante vllam ſolutionem non poſſit conueniri alio exiſtente ſoluendo tempore,quo agitur,l.inter fideiuſſores, 52.§.1.& ibi add.marg.de fideiuſſor.
Solutum prædoni,& ab eo vero hæredi reſtitutum, liberat ſoluentem, l. qui hominem,34.§.pe.de ſolutio.
2 Solutum ſimpliciter videtur ſolutum in cauſam efficacem, l. ſi is, cui nummos, 94.§.Flauius;de ſolutio.
Solutum, quod repeti poteſt, non parit liberationem, l. Paulus reſpondit, 101. eodem.
Solutum in dubio cedit in cauſam antiquiorem,l.creditor,102.§.Valerius,eod.
Solutum ex cauſa indebita cedit in cauſam debitam,d.l.creditor.§.fin.
Solutum minus dicitur,etiam ſi nihil ſolutum ſit,l.minus ſolutum, 32. de verb. ſign.l.verbum,82.eod.
Solutum iuſſu alterius pro eo eſt,quaſi à ſeipſo ſolutum eſſet,l. quod iuſſu, 141. de reg.iuris.
Solutum ſi ſit ſimpliciter ab eo qui eſt obligatus ex pluribus cauſis, quarum vna eſt acceſſoria alterius, creditor poteſt eligere, in quam cauſam velit ſibi eſſe ſolutum,l.ſi vſuras,C.de vſuris.
Solutum videtur eſſe omnibus,quod vni ſoluitur omnium voluntate, l. ſi ſecundum,14.C.mandati.
Soluto matrimonio dos debet reddi mulieri,nec cogitur maritus ab initio promittere alteri dotem,quàm mulieri,niſi quando hoc ei nihil noceat,l.2.ſoluto matrim.
in Solutum accipiens rem,ſimilis eſt emptori. l.ſi.quibus ex cauſis in poſſ.eatur.
Solutus non intelligitur, qui licèt vinculis leuatus ſit, manibus tamen tenetur: nec ille,qui ſine vinculis in publico ſeruatur,l.cui neque,48.de verb. ſign.
Solutus dicitur ille,cui datur liberà recedendi facultas:& quod interim promittit,quaſi in carcere ſit,non tenet promiſſum,gl.fi. ibid.
in Solutum ſi fuerit data ſpecies pro pecunia dotis, ſpeciali iure fauore dotis ea euicta prima actione agitur,niſi dolus creditori imputetur,l. qui res ſuas, 98. & ibi gl.2.& ibi add.marg.de ſolutio.
in Solutum quando datur aliqua res, quæ poteſt euinci, vel etiam poteſt non euinci,ex futuro apparebit, an debitor fuerit perfectè liberatus, vel non, d. l. qui res ſuas.§.rem autem.
Soluta pecunia violenter ex promiſſione etiam violenta,repetitur:ſecùs quando violentia fuit adhibita tantùm in ſtipulando: non autem in ſoluendo, imò ſponte ſoluitur:quo caſu non repetitur,l.ex ea, & ibi gl. 1. de condictione ob turpem cauſam.
3 Soluta res pro pecunia volente creditore parit liberationem,ſecùs ſi nolente, l. ſi non ſortem,§.ſi centum,& ibi gl.liberationem,de condictione indeb.
Soluta ſi fuerit res maioris pretij ex falſa debiti quantitate,non fit confuſio, vel compenſatio partis rei ſolutæ cum pecunia debita: ſed condictio ſolutæ rei manet,& obligatio incorrupta,ibid.
Soluta parte ſortis ſimpliciter creditore ſcienti ſibi ſolui alibi,quàm in loco deſtinato ad ſoluendum,extinguitur intereſſe loci pro tota parte ſolutá:ſed pro reliqua parte remanet obligatio,& illa peti poteſt cum intereſſe loci deſtinati ad ſoluendum:ſed ſi creditori ignoranti ſoluta ſit,intereſſe etiam partis ſolutæ peti poteſt,l.centum Capuæ,& ibi gl.fi.de eo,quod certo loco.
Soluta ſorte ſimpliciter non videntur remiſſæ vſuræ per ſtipulationem debitæ, gl.fi.ibid.
Soluta ſorte ſimpliciter non cenſetur remiſſa pœna per ſtipulationem debita, ibidem.
Soluta ſorte creditori principali ſimpliciter alibi,quàm in loco deſtinato, videtur remiſſum intereſſe loci:ſecùs ſi fuiſſet ſoluta non principali creditori: ſed adiecto creditoris,gl.fi.in fi.in l.fin.eod.
Soluta pecunia dicitur non ſolùm,quando ei,cui obligata eſt res: ſed etiam alij voluntate eius ſoluta ſit,vel ei,cui hæres extitit creditor,vel procuratori creditoris,aut ſeruo pecuniis exigendis præpoſito, l.ſolutum, 11. §. ſolutam, de pigno.actione.
Soluta pecunia ſimpliciter à debitore non conuertitur priùs in vſuras naturaliter tantùm debitas:ſed in ſortem priùs conuertitur, niſi vſuræ debitæ ſint ciuiliter:quia tunc conuertitur priùs in eas vſuras, deinde in ſortem, gl. 1. in l. cum & ſortis,35.eod.
Soluta pecunia in dubio,in duriorem cauſam videtur ſoluta,gl.fi.in l.cùm debitor.in quibus cauſis pignus tacitè contrahatur.
Soluta pecunia per vnum ſi perueniatur ad alium, qui non conſentit ſolutioni, contingit liberatio ſoluenti,l.3.§.fi.ſoluto matrim.
Soluta re imperfectè adhuc remanet actio ad totam rem:contingit tamen liberatio ſoluto eo,quod deerat, l.Mæuius, 68. §. in fundo, & ibi gl. locum, de leg. 2.
Soluta re imperfectè quoad cautionem euictionis, quæ eam reſpicit, adhuc remanet creditori integra actio.d.gl.locum.
Soluta parte rei debitæ integrè in ea parte contingit liberatio, ſiue ſpecies certa,ſiue quantitas debeatur,licèt ſecùs ſit in genere,ibid.
in Soluta re ſi deficit aliquod ius, adhuc ipſa res poteſt peti, vt ius quod deficit, præſtetur,l.Iulianus,131.§.fi.de verb.oblig.
in Soluta re quando deficit aliqua pars quota,putà tertia, vel pars integralis, vt in ſolutione fundi,qui conſtituitur ex proprietate,vel vſufructu,ſi vſusfructus deficit,debet agi ad illam tertiam partem,vel vſumfructum deficientem,† dd. reprob.gl.de euictione,ibid.
in Soluta re quando non deficit pars quota,nec pars integralis:ſed deficit qualitas,& ſic bonitas extrinſeca,quæ diminuit de ſoluto,tunc poteſt agi vel prima actione,vel actione de dolo,vel in factum ad ipſam rem,vt conſequatur illud, quod deficit.† ibid.
in Soluta re quando deficit aliquod ius extra rem traditam, putà cautio de euictione;tunc poteſt peti res tradita ad finem, & effectum, vt præſtetur cautio de euictione,† ibid.
Soluta pecunia ſimpliciter per debitorem non conuertitur in vſuras naturaliter tantùm debitas:ſed in ſortem:ſed ſi vſuræ debeantur ciuiliter, tunc conuertitur priùs in vſuras:& ſi quid ſupereſt, conuertitur in ſortem,etiamſi creditor copulatiuè dicat,ſe recipere tam pro ſorte,quàm pro vſuris,l.in his,5.§.imperator,& ibi gl.non ſint debitæ,& §.fi.de ſolutio.
Soluta ſimpliciter pecunia conuertitur in ſortem,quando vſuræ non ſunt debitæ naturaliter,nec ciuiliter,ibid.
Soluta res pro re liberationem præſtat,ſi pro ſolido facta eſt accipientis,l.ſi quis aliam,46.eod.
Soluta res,vel ſpecies pro alia re, vel ſpecie ſi euincatur in totum, vel in parte remanet in totum priſtina obligatio:ſecùs quando ſoluta ſpecies pro pecunia euicta eſt: quia tunc debitor liberatur à priſtina obligatione: tenetur tamen vtili ex empto de euictione,d.l.ſi quis aliam,& ibi gl.1.in fi.
Soluta pecunia intelligitur naturaliter, quando creditori numerata eſt, vel quando eius iuſſu ſoluta eſt alij, vel creditori eius, vel futuro debitori, vel etiam ei,cui donaturus erat,& his caſib.ſoluens liberatur ipſo iure,l. ſolutam, 49.eod.
Soluta pecunia intelligitur, etiamſi alij ſine iuſſu creditoris ſoluatur, ſi modò creditor,ſolutionem ratam habuerit,ibid.
Soluta ſi ſit pecunia tutori, vel curatori, vel procuratori, vel cuilibet ſucceſſori vel ſeruo actori pecuniis exigendis præpoſito ſoluens liberatur ipſo iure ibidem.
Soluta pecunia cedit in cauſam expreſſam à ſoluente,l.creditor,102.§.1. eod.
Reliqua verbo,Creditor,51.52.53.Datio, Mediocris, Reddita, Res, 5.Vſucapere, Vſucapio,9.Soluere.
SOLVTVM authoritate ſententiæ, non repetitur, vt indebitum, l. cùm putarem,37.familiæ ercis.
Solutum ſine authoritate ſententiæ vt indebitum repeti poteſt,gl. iudicati. ibid.
Solutum pendente conditione repeti poteſt,gl.condicere, in l. qui ſe debere, de condictione cauſa data.
Solutum ex teſtamento, quod poſteà falſum, vel inofficioſum, vel ruptum, vel irritum apparuit,repetitur,l.2.§. ſi quid, & gl. 1. & in l.ex his omnib. 54. de condictione indeb.
Solutum ex teſtamento repetitur,ſi poſteà æs alienum apparet,propter quod legata non debentur:vel ſi codicilli diu celati prolati fuerint,qui ademptionem legatorum ſolutorum,vel diminutionem continent,d.§.ſi quid.
Solutum ignoranter dolo aduerſari repetitur actione de dolo, & condictione indebiti,gl.fi.in add.ibid.
Solutum indebitum repetitur ab eo, cui ſuo nomine, vel alieno ſine mandato ſpeciali ſolutum eſt:ſed ſi ſoluatur indebitum nomine domini habenti generale mandatum,repetitur indiſtinctè ab eo, cui ſolutum eſt, niſi dominus ratum habuerit,gl.fi.ad fi.in l.ſi procurator,ibid.
Solutum debitum ſub conditione per errorem ante conditionem,pendente conditione repetitur:ſed non conditione exiſtente,l.ſub conditione,eod.
Solutum debitum quoad ſubſtantiam: ſed indebitum, quoad aliquam qualitatem,tunc condicitur per condictionem incerti,l.ſed etſi,22.§.1.eod.
Solutum indebitè in actionibus pœnalib.repetitur,l.eleganter,23.§.fin. eodem
Solutum ex falſa cauſa repetitur,niſi ſoluatur ex cauſa pietatis, gl. ſi falſa. & ibi add.marg.in l.ſi non ſortem.§.ſi centum,eod.
Solutum indebitum hæredi ab eo repetitur in omnem euentum: ſed ſi in quæſtione de hæreditate ſuccumbat, ſolutum, ſiue indebitum, ſiue debitum repetitur ab eo,d.l.ſi non ſortem.§.hæredi.
Solutum indebitum ex cauſa pietatis vt indebitum repeti non poteſt: fallit in

al me...

1 SPECIALITER quædam dicta valent,quæ generaliter dicta non valerent,gl. specialiter,in l.sed & fi.§.quæsitum,si quis cautio. gl. specialiter, in l. vel quæ paterfam.de religiosis.

Specialiter quæ valent, valent etiam & generaliter, d. gloss. specialiter, in d. §. quæsitum.

Specialiter exprimi dicitur aliquando illud,quod singulariter exprimitur nomine proprio,l.quod in rerum,24.§.fi.& ibi gl.specialiter,de legat.1.

Specialiter quandoque interpretatur:id est expressim, gl. specialiter : in l. fi. C. quod cum eo,qui in aliena.

*Reliqua verbo, Generalis,Quitatio,*1.2.3.*Mandatum,*10. *Libellus*, 2. *Procurator,* 47.*vsque* 50.*Sententia*,4.*Transactio*,15.16.

1 SPECIES quandoque sibi assumit nomen generis,l.1.& ibi gl. fi. de adoptio.

Species,vel forma eadem alicuius rei si consistit, eadem quoque res esse existimatur,l.proponebatur,76.de iudiciis.

ad Speciei remotionem non sequitur remotio generis,l.duobus reis,27.§.si quis iurauerit,de iureiurando.

Species temporis derogat generi temporis,l. ex facto,43. §.item quæro, & ibi gl.seruari,de vulgari.

Species derogat generi:sed non econtrà,gl.pietatis,in l.vxorem,39.§.codicillis, de legat.3.

ad Speciei positionem sequitur positio generis:non è conuerso,l.si quid earum, 45.§.1.& ibi gl.paratum,eod.

Specierum enumeratio respiciens actum legandi non restringit genus præcedens,l.quæsitum.§.fi.de fundo instructo.

Species quando vni legatur, & alteri genus, à legato generis videtur species exempta,d.§.fi.& ibi gl.non videri.

Specierum enumeratio quando venit ad determinationem verbi, per quod genus significatur,videtur facta causa determinationis,l.cùm de lanionis,§.fi.& ibi gl.supellectile,de fundo instructo.

Specierum enumeratio post genus legatum, in dubio fit causa augendi, & non diminuendi legatum,l.si mancipia,eod.

per Specierum enumerationem factam in codicillis restringitur legatum generis factum in testamento,l.Seiæ,eod.

2 Species,quæ transit in suum materiatum,censetur esse alia species,l.Seia, de auro,& argento.

in Speciebus non est locus functioni:id est vt alia res vice alterius fungatur, gl. fi.in l.1.§.fi.eod.

Species vna loco alterius succedit ex voluntate defuncti,l.filiæ suæ, 28. §. fi. de conditio.& demonstr.

Speciem de genere eximi idem est,quòd generi per species derogatur,l. si peculium, 10.& ibi add.marg.de manumiss.test.

Speciem nouam faciens ex aliena materia efficitur dominus eius, nisi species possit reduci ad priorem materiam,l.adeò,7.§.cùm quis,de acqui. rerum dominio.

Speciem si fecerint duo ex aliena materia, vnus bona fide,alius mala, media quæritur specificanti bona fide,alia dimidia quæritur domino materiæ, glo. suo nomine,ibid.

Speciem nouam non facit, qui spicas excutit:sed eam, quæ est, detegit, & ideò frumentum ex alienis spicis excussum eius est , cuius & spicæ fuerunt, ibidem.

Species, vel corpus factum voluntate duorum dominorum miscentium materias , totum est commune , siue eiusdem generis sint materiæ, veluti si vina miscuerint, vel argentum conflauerint ; siue diuersi, veluti vnus vinum contulit, alius mel, vel alius aurum , alius argentum,d. l. adeò , §. voluntas.

Species facta : veluti campana ex ære tuo, & argento meo conflata sine nostra voluntate non est nostra communis, cùm diuersa sit materia, æs, & argentum , & ab aurificibus separari, & in pristinam materiam reduci possit:secùs si nostra voluntate facta fuisset,l.lacus,12.& ibi gl.pe.& add. marg.eodem.

Species facta ex aliena materia specificantis est , si non potest reduci ad pristinam materiam,gl.fi.ibid.

Species quoties manente materia mutari,& reuerti potest,eius speciei dominus fit ille,qui erat dominus materiæ : vt si ex ære meo statuam , aut ex argento scyphum quis fecerit, dominus talis speciei sum , nisi mea voluntate specificans nomine suo eam fecerit ; quia tunc propter meam voluntatem species tota eius est, cuius nomine facta est , l. in omnibus , 24. cum l.seq. eodem.

Specie perempta post litis contestationem adhuc durat instantia propter fructus,l.si homo,8.& ibi gl.sed fructuum,de re iudicata.

Species cùm generi subiicitur, ea species generis, nec genus quoque habetur vt genus:quinimò coërcetur in speciem vt id species sit, veluti rub. de vi, & vi armata primum membrum:id est de vi refertur ad vim inermem,gl. 1.in add. marg.in rub.de vi,& vi armata.

Species generi adiecta genus ipsum ad speciem coërcet,gl.ex voluntate, in add. marg.in l.de accessionibus,de diuers.& temporalibus prescrip.

in Speciebus datur magna diuersitas æstimationis,& valoris : sed non ita in generibus eiusdem generis, gl. hæredib. in l.in stipulationib. 54. de verborum obligatio.

Species affirmatiuè potest genus inferre,vt homo est, ergo animal : non tamen potest genus inferre speciem,vt animal est,ergo homo:quia potest esse equus, gl.fi.in l.fi.C.de in integr.restit.minorum.

Species duorum à volentib.mixtæ fiunt communes:secùs si casu, §. quòd si frumentum,Inst.de rerum diuisione.

Species quandoque ponitur pro casu,& themate,§.hoc quoque,& ibi gl. specie. Inst.per quas personas nobis acquiritur.

Reliqua verbo, Materia, Massa , Commixtio , Genus, 1. 2. 3. *Interitus , Maximè, Nummus,Promissor,Quantitas,Res,*1. 2. *Legatum,* 83. *Compensatio* , 10. *Frumentum*.2.

SPECIFICATIO plus constat , quàm valet ipsa materia , vt in tabula picta:quandoque minus,vt in literis, l. mulieris, 13. & ibi gloss.elus est, de verb. sign.

per Specificationem vt fit quis dominus,requiritur bona fides,gl.possum,in l. quis vxori,53.§.si quis massam,de furtis.

SPECIFICATVM ex aliena materia , vt fiat specificantis, tria sunt necessaria:scilicet bona fides : item quòd suo nomine , & quòd non possit redire ad priorem materiam,gl.suo nomine,in l.adeò,7.§. cum quis, de acquir. rerum dominio.

Reliqua verbo, Metalla, Species.

SPECIOSAE personæ dicuntur clarissimæ personæ vtriusque sexus : item hi, qui ornamentis senatoriis vtuntur,l.speciosas,100.de verb. sign.

SPECTACVLVM sui facientes ob quæstum,vel mercedem sunt infames , licèt non semper faciant cum obumbratione cortinarum : sed qui ludit cum cithara,vel simili,licèt coram plurib.causa amœnitatis,non mercedis,vt Dauid,non est infamis,gl.desinit,in l.2.§.fi.de his,qui notantur.

Spectacula lachrymosa ferarum non debent fieri diebus Dominicis , & feriatis inductis in honorem Dei,l.fi.C.de feriis.

Spectacula ferarum lachrymosa ideò dicuntur : quia lachrymantur homines præ dolore,cùm vident homines cum bestiis certantes succumbere , glo. lachrymosa,ibid.

Spectacula celebrare permissum est scænicis,maximè cùm ipsi velint facere suis expensis,l.1.& ibi gl.2.C.de spectaculis,& scænicis,lib.11.

ad Spectacula celebranda legari potest,gl 2 ibid.

in Spectaculis agendis sufficit consensus Populi , licèt reluctentur primates, d. l. 1.

Spectaculis deputatum equum accipiens,& eo vtens ad sui commodum,punitur in vna libra auri,l.3 C.de spectaculis,lib.11.

Spectacula turpia fieri non debent in loco , in quo imagines principis consecrantur,l.4.C.eod.

ad Spectacula pecunia deputata potest conuerti in refectionem murorum, & ipsis refectis causa pristina permanet firma,l.1.C. de expensis ludorum.

Spectacula cruenta, in quibus videtur cruor:id est sanguis effunditur in agone, vt in torneamentis,&in pugna bestiarum,prohibita sunt,l.1.& ibi gl.1.C.de gladiatorib.lib.11.gl.2.in l.1.C.de spectacul.lib. 11.

Reliqua verbo,Gladiatores,Ioculatores, Scena Theatrum.

SPECTANDVM est,donec aliquid est in pendenti,gl.fi.in l.quod Seruius,de conditione causa data.

SPECTARI debet quare aliquid fiat,gl.interuenit, in l. legata, de adimend. legatis.

SPECVS est locus altus super terram , per quem ducitur aqua: quandoque tamen ponitur pro fossa, qua colligitur aqua ; & est ampla, & rotunda, gloss.specum,in l.supra iter,11.de aqua pluuia arcend. & gloss. specus, in l.1. de riuis.

Specus quandoque sumitur pro loco vmbroso,& tenebroso solis,d. gl. specus.

Specus quandoque ponitur pro subterraneo meatu,ibi, & gl. 2. in l. Seruius, de riuis.

Specus est locus,in quo deorsum aspicitur:vnde spectacula sunt dicta,d.l.1. §.1.

SPES est in consideratione , & legari potest : quod intellige , quando habet aliquod fundamentum de præsenti,§.ea quoque,Inst. de legatis.

Spes hæreditatis consanguinei dicuntur,& possunt habere , etiam viuente consanguineo,l.fi.C.de pactis.

Spes futuri debiti ex stipulatione,vel alio contractu conditionali ad hæredes transmittitur,§.ex conditionali.Inst.de verbo.oblig.

Spes futuri debiti actiuè transmittitur ad hæredes tam stipulatoris, quàm promissoris ex conditionali stipulatione : sed secus est in relictis in vltima voluntate,§.cùm quis sub conditione,& ibi gl.1.Inst.de inutilib.

Reliqua verbo,Æstimatio, 2.

SPHAERISTERIVM est locus amœnus herbis,vel locus,in quo pila luditur; vnde sphæristes pilæ lusor:estque locus circularis plures circulos continens, variisque lusibus spatia distincta,veluti trigon,triquatio similis, vbi pila, lædòque exerceri solebant collusores,gl.sphæristerium,& ibi add.marg. in l. si quis.16.mandati.

SPIRITVS Sanctus procedit à Patre,& Filio,contra errorem Græcorum, gl. quem,in l.2.C.de summa Trinit.

SPOLIANS seruum alienum, mortuo seruo frigore tenetur de vestimentis actione furti : de seruo verò actione in factum subsidiaria legis Aquiliæ , & criminali pœna legis Corneliæ de sicariis aduersus eum seruata,l.qui seruandarum,15.§.1.& ibi gl.seruata,de præscriptis verbis.

SPOLIATIONIS exceptio non admittitur contra creditores, quando spoliatio est facta à tertio:de iure tamen canonico exceptio spoliationis factæ à tertio admittitur, gloss. fin. & ibi addit.in l. si te bonis, 10. C. de iure deliber.

SPOLIATOR tenetur spoliato per vim de eo, quod non peruenit ad eum vsque ad annum vtilem:de eo tamen quod ad eum peruenit, tenetur perpetuò, l.2.& ibi gl.pe.C.vnde vi.

SPOLIATVS potest agere ciuiliter interdicto vnde vi, & criminaliter lege Iulia de vi priuata,si sine armis:si cum armis,tunc lege Iulia de vi publica, l. 4.& ibi gl.1.C.eod.

Spoliatus per vim de possessione momentanea , auditur proponens interdictum recuperandæ possessionis,etiam sine inscriptione, l. momentariæ, l. C. eodem.

Spoliati per vim restituendi sunt interdicto vnde vi,l.2.C.eod.

Spoliatus sine mora restitui debet,gloss.restituant,in l. 1. C. si per vim, vel alio modo.

Spoliatus deiectus si statim possessionem recuperauit,& à deiectore conuenitur interdicto vti possideris,perpetuò potest deiectus excipere,† l.5.& ibi gl. 1. C.de exceptio.

Spoliatus contra spoliatorem potest agere ciuiliter ad restitutionem , vel criminaliter inscribendo se solenniter , l. si quis ad se, 7. C. ad leg. Iul. de vi.

Spoliatus

ſiue per ſe,ſiue per rutorem,vel curatorem,aut alium receperit arrhas,l.final. C.eodem.

Sponſalia ſi diſſoluantur à puella ſine cauſa,eius pater,vel mater,vel auus tenentur reſtituere duplicatas arrhas,quas receperunt pro ea, ibid.

Sponſalia ſi diſſoluantur ex eo,quòd matrimonium futurum conſtare prohibetur,propter perſonam , vel conditionem , vel aliam cauſam legibus interdictam , quo caſu tantùm arrhas receptas tenetur recipiens reſtituere , & non duplicatas,ibid.

Sponſalia ſi propter turpem,vel prodigam,vel impudicam conuerſationem, aut religionis,aut ſectæ diuerſitatem,vel propter impotentiam,vel aliam iuſtam excuſationis cauſam diſſoluantur, ſi ſponſa , vel eius parentes ſcientes talem cauſam receperint arrhas , duplicatas tenentur reſtituere ; ſi verò horum ignari ſponſalitias arrhas receperint , vel poſt ſuſceptas aliqua iuſta cauſa pœnitentiæ intercesſerit , ſolùm ad receptas tantùm tenentur, ibidem.

Sponſalia quando diſſoluuntur ſine cauſa poſt arrharum receptionem, olim arrhas recipientes tenebantur ad quadruplum,hodie ad duplum,reſtituere,niſi ſpecialiter partes conuenerint de quadruplo,extra quam pœnam partes paciſci non poſſunt, ibid.

4 Sponſalia ſi diſſoluantur à puella ſine cauſa, tutores , & curatores eius tenentur receptas arrhas duplicatas reſtituere,gl.conuenit,ibid.

Sponſalia diſſolui poſſunt,quando ſponſa eſt filia ſenatoris, & ſponſus ſit libertus,hæreticus,vel ſi ſponſa turpis meretricatur,& ille ſit nobilis, gloſſ.perſonam,gl.vel conditionem, ibid.

Sponſalia diſſolui poſſunt ob cognationem,vel mortem alterius,gl.aliam,ibi.

Sponſalia ſi fuerint diſſoluta ob aliquam iuſtam cauſam, quam recipiens arrhas ignorabat , ipſe tenetur ad eas tantùm condictione ex cauſa , vel ſine cauſa; dans tamen arrhas,ſi ſciuerit iuſtam cauſam diſſoluendorum ſponſalium:non repetit:ſecùs verò ſi ignoraret,† gl.tantummodò,ibid.

Sponſalia poſſunt diſſolui propter religionis diuerſitatem ; vt quia non vult iacere in pennis,vel non vult bibere vinum,d.l.fi & ibi gl.religionis.

in Sponſalibus pœna poteſt ſtipulari vſque ad quadruplum arrharum receptarum,gl.placuerit,& gl.definitionem,& gl.fi.ibid.

Sponſalia contrahere cum muliere rectè poteſt in poteſtate publica conſtitutus,vt rector prouinciæ,proconſul,vel eius filius , conſiliarius , vel domeſticus,qui eidem mulieri, vel eius parentibus , aut tutoribus poteſt eſſe terribilis,l.1.C.ſi rector prouinciæ.

Sponſalia contracta cum rectore prouinciæ,proconſule, vel eius filio, domeſtico,aut conſiliario,durante officio , ſponſæ licitum eſt renuere , & arrhas duplicatas non tenetur eo caſu reddere,imò ſi fuerit coacta contrahere , arrhas rectè poterit retinere,d.l.1.& ibi gl.1.& gl.3.

Sponſalia contrahere poſſunt rector prouinciæ,proconſul,vel eius filius , conſiliarius aut domeſticus : contrahere tamen matrimonium cum ea non poſſunt,niſi finito officio,ibid.

Sponſalia,& etiam matrimonium poſſunt contrahere proconſul,rector prouinciæ , & eorum filij , ſi in propria ſua patria adminiſtrant officia ſua , gloſſ. 4. ibidem.

Sponſalia,id eſt matrimonium licèt de iure ciuili non poſſint contrahere rector prouinciæ,proconſul , vel eorum filij : de iure tamen canonico rectè poſſunt contrahere,gl.fi.in add.in l.1.C.ſi rector prouinciæ.

in Sponſalib.ſolent fieri donationes,& munera ſimplicia dari conſueuerunt, gl. 1.in l.ſi cum,7.C.de donat. ante nuptias.

Sponſalia filiæ pater poteſt dirimere:non tamen matrimonium,glo.1.in l. 4.C. de repudiis.

ad Sponſalia ſeptem anni ſufficiunt , gloſſ. viri potentes , in principio,Inſtit.de nuptiis.

Sponſalia inter abſentes etiam fieri poſſunt,cùm conſenſu ſolo fieri poſſint,glo. 2.in §.item verborum,Inſt.de inutilib.

Reliqua verbo, Deſponſatio, Tutor,156.157.

SPONSALITIA largitas dicitur donatio propter nuptias,gloſſ.in ſponſalitia,in authen.ſiue à me,C.ad Velleian.glo.1.in auth. eo decurſum, C. de donat. ante nup.

Sponſalitia largitas propriè dicitur ea,quæ fit ante matrimonium, quæ valet,ſicut quælibet ſimplex donatio, ibid.

Sponſalitiæ arrhæ dicuntur pignora,quæ reſtitui debent ceſſante pœna ex vtraque parte,ſi inter ea ſponſus,vel ſponſa deceſſerit,l.3.C.de ſponſalib.

Sponſalitia largitas eſt ſimplex donatio,quam ſponſus facit ſponſæ,vel econtrà, glo.in rub.C.de donatio.ante nuptias,gloſſ.1.in auth.eò decurſum, C.de donat.ante nup.

Sponſalitia largitas eſt ſpecialis contractus , nec inſinuationem deſiderat quantum ad mulierem:ſed quantum ad virum requirit inſinuationem:quia ſi vxor fecit ei pactum de lucranda dote,maritus petere non poteſt dotem, ſi non ſit inſinuata,d.authen.eò decurſum,& in principio,in authen.vt ſponſalitia largitas,col.9.

Sponſalitia largitas fit ad æqualitatem,& recompenſationem dotis,in d.principio,& ibi glo.1.

Sponſalitia largitas habet in ſe aliquid ſpeciale:nam aliæ donationes excedentes 500.aureos exigunt inſinuationem:ſed ſponſalitia largitas licèt olim exigeret inſinuationem, niſi mulier , cui donabatur , eſſet minor : hodie tamen non exigit,ibid.

Sponſalitia largitas dicitur impropriè : id eſt donatio propter nuptias : propriè tamen dicitur,quod donat ſponſus ſponſæ,d.gl.1.

Sponſalitia largitas eſt,quando ſponſus ſponſæ per verba de futuro, vel econtrà donat purè,non reſpectu dotis,quæ habet conditionem matrimonij, gl.exæquentur,in §.eſt & aliud,Inſt.de donatio.

Reliqua verbo,Donatio.

SPONSATA vni,renunciare conditioni,& nubere alij non prohibetur, l.1.C. de ſponſalib.

Sponſata cum aliquo per verba de futuro , cum cauſa, vel ſine cauſa non prohibetur nubere alij, etiam de iure canonico : arrhas tamen perdit, gloſſa 1.ibidem.

Reliqua verbo,Sponſa.

SPONSIO quandoque accipitur pro certa conſtitutione præmij victuro in aliquo ludo,vel certamine,l.3.& ibi add.de aleæ luſu,& aleat.

Sponſio ſi ſit facta,vt qui meliùs curreret, vel meliùs iactaret lapidem, haberet annulos,quos ſponſionis cauſa ſuſcepi, ſi ego eos non reddam victori,qui vicit alium currendo,ſaliendo,vel alio modo licito ludendo,teneor ei actione præſcriptis verbis,l.ſi gratuitam,17.§.fi.& ibi gl.victori,de præſcrip. verbis.

Sponſionis cauſa ſi ego accepi annulos,vt redderem eos ei,qui vicerit,non tenetur victori in inhoneſto ludo reddere: ſed non datur annulorum repetitio, neque poteſt ei repetenti obiici turpitudo,d.§.fi.

Sponſionis cauſa recipiens non poteſt obiicere turpitudinem repetenti , gloſſa fin.ibidem.

Sponſio ſi ſit facta inter duos,vt qui meliùs curreret,vel iactaret lapidem,haberet annulos;ſi ſtet per aduerſarium,quominùs vnus eorum curreret,vel iactaret lapidem,pro vt conuenit,perinde habetur,ac ſi victor euaſiſſet,d.§.fi.& ibi glo.victori.

Sponſio appellatur non ſolùm , quæ per ſponſi interrogationem fit : ſed etiam omnis ſtipulatio,permiſſióque ſine vlla interrogatione,l.ſponſio,7.& ibi glo. 1.de verb.ſign.

Reliqua verbo,Ludus.

SPONSVS primò , deinde ſponſa interrogari,& iurare debet, gloſſ. 1.in l.2.de adoptio.

Sponſus,vel ſponſa non habet neceſſe lugere pro ſponſa, vel ſponſo:& eſt ratio, quia in his non timetur perturbatio ſanguinis,l.vxores, & ibi gloſſ. 1.de his qui notan.

Sponſus ſponſæ ſi donauit ſeruum alienum , eúmque in dotem ab ſponſa accepit,facto diuortio ipſa ſponſa ſeruum repetet à marito per Publicianam ; ſed ſi ſponſa poſſideat ſeruum,habet exceptionem contra ſponſum, l. cùm ſponſus,14.de Publiciana.

Sponſus mutuans ornamenta ſponſæ, videtur in dubio commodare, non donare:vnde ſoluto matrimonio poteſt ea repetere,l.ſi vt certo,§.interdum,in addit.marg.commodati.

Sponſus ſponſam, vel econtrà ſine cauſa non tenetur expectare vltra biennium, quo tranſacto poteſt alij nubere,gl.1.in l.pen. de ſponſalib.

Sponſus ſponſam,& econtrà debet expectare etiam vltra quadriennium, ſi iuſta, & neceſſaria cauſa interueniat ; veluti valetudo ſponſæ , vel econtrà , vel parentum mortes , vel capitalia crimina , aut longiores peregrinationes, quæ ex neceſſitate fiunt : fortè cauſa appellationis exercendæ , dict. l. penultima.

Sponſus ſponſam per verba de futuro ſi minorem 12. ann. duxerit in vxorem, cùm non liceret , & poſteà donauerit ei quaſdam res,valet donatio , ſi perſeuerat ſponſa:ſed ſi nullis præcedentibus ſponſalibus eam duxerit in vxorem, ac ei poſteà donauerit , nulla eſt donatio : quia non quaſi ad extraneam : ſed quaſi ad vxorem fecit donationem , & ideò cùm non ſit vxor , nec ſponſa, morte non confirmatur , l. cùm hic ſtatus , 33. §. penultim. de donatio. inter virum.

Sponſus ſi alienum annulum ſponſæ pro munere miſit , & poſt nuptias pro illo annulo ſi ſuum dedit,hic annulus vltimus mulieris efficitur:quia tunc factam donationem confirmare videtur,non nouam inchoare,l.ſi donatæ,37.§. fina. eodem.

Sponſus, & ſponſa de futuro etiam cum iuramento non ſunt cogendi ad matrimonium:ſed tantùm ſunt mouendi,glo.ſi ſororem,& ibi add. in l. ſi ſtipuler, 35.de verb. oblig.

Sponſo competit iniuriarum actio pro iniuria facta ſponſæ,l.item apud Labeonem,15.§.ſponſum,de iniuriis.

Sponſus poteſt accuſare ſponſam de adulterio,ſi vxor eſſe poterit,aliàs de ſtupro lege Iulia de adulteriis , l. ſi vxor , 13. §. diuus , & gloſſa vindicandum , de adulteriis.

Sponſus non ſequitur forum ſponſæ,l.quæ,32.& ibi add.marg.de ſponſalibus.

Sponſus,vel ſponſa altero inuito poteſt religionem ingredi , neque ampliùs tenetur reſtituere,quàm quod arrharum nomine vel aliàs probatum fuerit accepiſſe,l.fi. C.de epiſcopis.

Sponſus animo donandi ſi auxerit dotem ſolo pacto,confitendo ſe recepiſſe 20, cùm nihil,vel minus recepiſſet, hoc pactum iure veteri , etiam quia nudum, non erat obligatorium,gl.4.in l.1.C.de donatio.ante nuptias.

Sponſus vxoratus fingens ſe cælibem,ſi donauerit ſponſæ cauſa ſponſalium , vel nuptiarum,talis donatio non valet,neque ipſa poteſt dici ſponſa,cum vir haberet vxorem, l.5.C.eod.

Sponſus,& maritus quis eodem die eſſe poteſt,gl.2.in l.cùm in te, 6.C.eodem.

Sponſus quod illicitè rapuit à ſponſa,vel econtrà non ſecuto matrimonio tenetur reſtituere,competítque repetitio ei, cui raptum eſt , per actionem vi bonorum raptorum,l.ſi filiæ,10.& ibi gl.fi.C.eod.

Sponſus ſi cauſa liberalitatis res ſuas proprias tradiderit ſponſæ , per mortem eius donatio irrita fieri non poteſt,l.ſi ſibi,11.C.eod.

Sponſus rem donatam ſponſæ ſequentibus creditorib. obligare non poteſt, l.de rebus,13.& eod.

Sponſus res matris, conſentiente ea, ſi donauerit ſponſæ , & his acceptis in dotem,non æſtimatis,in matrimonio deceſſit , poſteà mater , eadémque hæres eius reſtitutionem earum rerum improbè recuſat offerendo pretium earum, l.conſentiente,15.C.eod.

Sponſus ſi donauerit aliquas res ſponſæ, illáſque acceperit æſtimatas in dotem, mortuo ſponſo in matrimonio,eius hæres debet reddere ſponſæ earum æſtimationem,gl.2.ibid.

Sponſus ſi donat ſponſæ ex mera liberalitate tantum, & non cauſa matrimonij, tunc nuptiis non ſecutis non poteſt repetere donata,gl. 1. in l.cùm veterum, 15. C.eodem.

Sponſus quando donat ſponſæ ſemper præſumitur donare non ex mera liberalitate : ſed contemplatione matrimonij , niſi in contrarium ſit actum, ibidem.

Stationis verbum militare,ac nauticum eſt,& ad alia, quoque pertinet; dicitur à ſtando,vel ſecundum alios,à ſtatuendo,& ſumitur quandoque pro vigilia,vnde dicitur miles ſtationarius, qui vigiliis deſtinatus eſt; item dicitur miles ſtationarius ille,qui ad certum locum tuendum deputatus eſt, ibid.

STATIONARII dicuntur illi,quibus locatæ fuerunt ſtationes publicæ, & etiam dicuntur procuratores Cæſaris, & fiſci, qui præerant ſtationibus: & etiam ſtationarij dicuntur limenarchæ, qui cuſtodiunt limina imperij, gloſſ. 1.in l.ſi quis ſe iniuriam,8.C.de accuſat.gloſſ.1.in l.1. C.de cohortalibus, & principalib.lib.11.

Stationarij quandoque dicuntur illi, qui ſtationariorum militum: hoc eſt eorum,qui ad aliquem locum tuendum deputati ſunt,delicta deferrent, in rub in add.marg.C.de curioſis,lib.12.

Stationarij non debent facere exactionem, nec debent aliquem mittere in carcerem,etiam ſi crimen ſit manifeſtum, & contrà facientes capite puniuntur, l.1.C.de cohortalib.lib.12.

STATORES vulgò ſcarij Bononiæ, vel caſtaldi in Tuſcia appellantur, vel dicuntur apparitores,vel nuncij magiſtratuum,gl.2.& ibi add.marg.in l.obſeruare,de officio proconſulis.

1 STATVA dicitur figura hominis:imago verò dicitur ſola pictura, gloſſ.1.in l. ſtatuæ,48.de vſufructu.

Statua ab imagine differt,gl.in l.ſi imaginem,de auro,& argento.

Statuam legatam vendicare poteſt legatarius,etiam ſi teſtator poſt legatum ſtatuæ brachium ei adiecerit,l.ſi ſtatuam,eod.

Statuas in ciuitate poſitas in honorem ipſius ciuitatis nulli priuato licet auferre,nec ei,qui poſuit,l.ſtatuas,41.de acquir.rerum dominio.

Statuas in honorem ciuitatis poſitas ſi quis petierit,ciues debent ſe tueri exceptione aduerſus petentem eas,& debent agere aduerſus poſſidentem eas vtili actione in rem,d.l.ſtatuas,& ibi glo.pen.

Statuæ poſitæ in publico loco non tranſeunt cum vniuerſitate bonorum, l. Aufidius,13.de priuileg.creditorum.

Statuæ poſitæ in loco publico ſiue ornandi municipij cauſa, ſiue eius cauſa, in cuius honorem, & memoriam poſitæ ſunt, nullo modo poſſunt diſtrahi per creditores,d.l.Aufidius.

Statuæ,vel imagines,quæ ornamento reipub.ſunt futuræ,vt in publicum ponantur,ſolet concedi aliquibus: qui ſi poſteà prohibeantur, habent interdictum ne vis fiat ei in eo,l.2.de loco publico fruendo.

Statuam in municipio poſitam ex loco publico remouens vi,aut clàm, tenetur interdicto quod vi,aut clam ei,in cuius honorem poſita eſt ſtatua, non cauſa ornandi municipij:ſed municipibus tenetur actione furti:quia illa ſtatua illorum erat quaſi publica: ſed ſi ceciderit ſtatua, municipes rectè poſſunt detrahere eam,nec tenentur interdicto ei, qui poſuit,l.is,qui puteum,§.1.quod vi,aut clam.

Statuæ, quando ſunt poſitæ in honorem ciuitatis, dominium illarum ciuitatis eſt:ſed quia ponentis intereſt, etiam ipſe quod vi,aut clam habebit, ſi remoueantur vi,aut clam:ſed quando poſitę ſunt in honorem ponentis,dominium illarum non eſt ciuium:ſed ponentis: vendere tamen,& auellere non poteſt: ſed ..pis ciuib. datur defenſio, & actio aduerſus poſſidentes: ſed & ille forte age.. t,qui poſuit,glo.vera eſt,ibid.

Statuam ſepulchri cauſa appoſitam de monumento auferens,vel remouens, tenetur interdicto quod vi,aut clam ei,ad quem ius ſepulchri pertinet; & idem ſi oſtium,vel aliquid aliud,quod ſepulchri ornandi cauſa appoſitum eſt,d.l.is, qui in puteum,§.ſi quis de monumento.

Statuam ponens in municipio ea mente,vt ea municipij eſſet, ſi velit eam petere,excluditur exceptione in factum,l.pen.de except.

Statuam, vel imaginem in honorem alicuius ponere ſi quis prohibuit, non tenetur ob id iniuriarum actione, l. iniuriarum, 13.§.ſi quis in honoribus, de iniuriis.

Statuam ſupra ſepulchrum,vel monumentum poſitam deſtruens,tenetur interdicto,quod vi,aut clam, & de ſepulchro violato, non Aquilia, ſiue ſtatua ſit affixa,vel applumbata ſepulchro,ſiue non fuerit affixa,l.2.& ibi glo.1.& 2.de ſepulchro violato.

Statuas imperatoris reprobatas,ac ſine permiſſu factas conflans non tenetur lege Iulia maieſtatis:extra ordinem tamen poteſt puniri,qui facit,l.4. & ibi gl. pen.ad legem Iuliam maieſt.

Statuas Imperatoris vetuſtate corruptas reficiens, non tenetur leg. Iulia maieſtatis, nec qui lapide iactato incerto fortuitò ſtatuam attigit, l. non contrahit,eodem.

Statuas, & imagines Imperatoris nondum conſecratas vendens, non incidit in legem Iuliam maieſtatis:ſecus ſi vendidiſſet iam conſecratas,d.l.non contrahit,& ibi gl.fi.& l.ſeq.

Statua eius, qui relegatus, vel deportatus eſt ex cauſa maieſtatis, ſi qua erat ei poſita in ciuitate honoris ſui cauſa,remoueri,& tolli debet,l.eorum,24.& ibi gl.1.de pœnis.

ad Statuas principum poteſt confugere ille, qui ex vinculis, vel cuſtodia detentus à potentioribus confugerat,l.capitalium, §.ad ſtatuas, & ibi gloſſ.contra eum,de pœnis.

ad Statuas, vel imagines principum confugere in iniuriam alterius prohibitum eſt:quia præſumitur contra eum,ibid.

Statuas ad alicuius honorem ponere non poteſt quis in opere alieno inuito eo, imò nec ipſe,qui opus fecit,poteſt in eo ponere inconſulto principe,l. in priuatis,& ibi gl.2.de pollicitatio.

Statua eſt effigies,in qua nihil eſt,quod hominis effigiem non deſignet:ſed imago eſt pictura,in qua etiam aliquid diuerſum ab hominis effigie reperitur,gl. 1.in rub.C.de ſtatuis,& imaginib.

Statuas erigi iudices non debent permittere ſine principis licentia ſub pœna quadrupli illius,quod accepit,& pœna infamiæ,l.1.C.eod.

Statua principis cùm erigitur,non debet adorari,l.2.& ibi gl. 1.C.eod.

Statuæ quando eriguntur in honorem principis, iudex debet adeſſe ſine adorationis ambitioſo faſtidio,vt eius præſentia probet ornamentum diei,loco,& recordationi principis acceſſiſſe,d.l.2.

Statuarum principum erectionem, populares non debent cogi ad conferendum, l.3.C.eodem.

Statua in honorem alicuius virtutum præmia merentis ſine principis licentia erigi non poteſt, & præcedente licentia non expenſis popularium: ſed illius, in cuius honorem erigitur,collocanda eſt,l.fi.C.eod.

Statuam ſi quis velit facere præcedente licentia principis, non debet facere collectam inter amicos ad faciendam ſtatuam,gl.2.ibid.

Reliqua verbo, Adiunctus, Alienum,1.Pars,3.Tentans.

STATVERIT, verbum licèt ſit futurum ſubiunctiui; tamen denotat rem perfectam,& conſummatam, l. 1. §. hæc autem verba, de iuriſdictione omnium iudic.

Statuerit, verbum licèt ſit futurum ſubiunctiui, & habeat duplicem ſenſum: id eſt poſſit intelligi & in futuro,& in præterito:tamen intelligitur in præterito,ibidem.

Statuendis ius habere dicitur quandoque ille,qui habet merum imperium, glo. 1.in l.pronunciatum,46.de verb.ſign.

Reliqua verbo, Pronunciare.

STATVLIBER dicitur ſeruus ille,cui libertas in diem, vel ſub aliqua conditione eſt relicta,qua pendente dicitur ſtatuliber, glo.1.in l. fin.ſi ex noxali cauſa agatur,gl.1.in l.ſtatuliberis,13.C.de teſtam manum. 1

Statuliber quoad quædam habetur pro libero:quoad quædam habetur pro ſeruo,gl.aut ſerui,& ibi add.marg.in principio Inſt.de iure perſonarum.

Statuliberi ſerui dicuntur,glo. 1.in l.3.de ſtatu hominum,glo.1.in auth.ſi teſtis, C.de teſtib.

Statuliber delinquens vt homo puniri debet: ſecùs ſi antequàm eſſet ſtatuliber, deliquiſſet: quia tunc vt ſeruus punietur, gloſſ. fin.in l.fin. ſi ex noxali cauſa agatur.

Statuliber donec exiſtente conditione ad libertatem peruenerit,dicitur eſſe hæreditatis,l.& poſt l.tem, 12.§ fi.fam.ercisc.

Statuliber poteſt pecuniam peculiarem ſoluendo,adimplere conditionem, ſub qua libertas ſibi erat relicta:hæres tamen poteſt prohibere eum ne ſoluat, & nihilominùs poteſt peruenire ab libertatem quaſi impleta conditione, cui parere erat prohibitus: ſed ille, cui ſolui debent nummi, habet actionem in factum contra hæredem,vt teſtatori pareatur, l. 3. §.fin.de condictione cauſa data.

Statulibero permittitur dare cauſa implendæ conditionis, quod iuſſus eſt dare vndecumque etiam de peculio inuito hærede,gl.nummi, in l.pro hærede,20. §.Papin.de acqui.hæred.& l.ſi peculium,20.§.1.de ſtatuliberis.

Statuliber ſi iuſſus ab hærede adire hæreditatem poſt conditionem libertatis exiſtentem,cùm hoc ignoraret,adiit, non obligatur hæreditati, l. qui putat, 73.§.1.de acqui.hæredit.

Statuliber verè in dominio hæredis eſt,pendente conditione,glo. 1.in l.ſtatuliber,28.ad legem Falcid.

Statuliber non auget hæredis familiam,& ſubſtantiam, imò eius æſtimatio deduci debet de æſtimatione hæreditatis tanquam æs alienum, d.l.ſtatuliber & ibi gloſſ.1.

Statuliber dicitur ſeruus, cui libertas relicta eſt ex die, vel ſub conditione expreſſa,vt ſi nauis ex Aſia venerit,vel ſub conditione,quæ ſit vi ipſa, & illa facit ſeruum ſtatuliberum, vt ſi in fraudem creditorum relicta ſit ei libertas,& eſt incertum an fraudentur ex hoc creditores, an non, interim talis ſeruus dicitur liber,l.1.de ſtatuliberis.

Statuliberi cauſam apprehendens in ea conditione eſt, vt ſi alienatur, ſalua ſpe libertatis alienatur;ſi vſucapiatur ſalua ſpe libertatis alienatur; ſi autem manumittatur,non perdit ſpem liberti orcini,l.2.eod.

Statuliberi cauſam non priùs nanciſcitur ſeruus, quàm adita ſit hæreditas, ſaltem ab vno ex inſtitutis:ſed ſi ante aditionem alienetur, vel vſucapiatur, vel manumittatur,ſpes libertatis perit:ſed adita hæreditate redintegratur, d.l. 2. & ibi glo.intercidit. 2

Statuliberi debent parere conditioni,ſub qua eis relicta eſt libertas, ſi conditio ſit poſſibilis,& nemo eos impediat parere,l.3.eod.

Statuliber deponendo pecuniam,quam debet pro ſua libertate, efficitur liber,l. 4.eodem.

Statuliber non eſt is, cui libertas in tam longum tempus collata eſt, vt eo tempore is,qui manumiſſus eſt,viuere non poſſit, vt ſi conditio difficilis,aut penè impoſſibilis adiecta ſit,vt libertas ei aliunde obtingere non poſſit:veluti ſi hæredi mille dediſſet,aut vt,cùm morietur,liber eſſe iuſſus ſit:quia tunc inutiliter datur libertas, d.l.4.§.1.

Statuliber vt fiat liber,ſufficit,quòd per eum non ſteterit, quominùs conditioni pareat,l.3.§.non ſolùm, eod.

Statuliber rationes reddere iuſſus liber erit, ſi reliquum,quod apparet, ſoluit,& de eo,quod obſcurius eſt,ſatiſdare paratus ſit,l.ſtatuliber,5.eod.

Statuliber,qui non rationes reddere:ſed pecuniam dare iuſſus eſt, debet numerare,non fideiuſſores dare:ſed ſi rationes obſcuræ fuerint,pro eis fideiuſſores dare ſufficit,quod præſtet,d.l.ſtatuliber,& ibi glo.fin.

Statulibera ſi propter delictum pœnæ ſerua facta ſit,ac poſt damnationem conditio ſtatutæ libertatis extiterit, hoc partui prodeſt, vt perinde liber naſcatur,ac ſi mater damnata non eſſet,l.ſi ſtatulibera,6.eod.

Statulibera exiſtens in ſeruitute ſi concepit, ac poſteà ab hoſtibus capta pariat poſt conditionem exiſtentem, partus interim, dum eſt apud hoſtes, ſeruus eſt; liberatus tamen ab hoſtibus fit liber iure poſtliminij, & idem ſi apud hoſtes concepit, & pariat ibi poſt euentum conditionis, ibidem.

Statuliber,quem hæres vendidit pendente conditione; vel legauit,aut donauit, efficitur liber parendo conditioni in perſona emptoris legatarij,vel donatarij,niſi in venditione,vel donatione contrarium actum ſit,d.l.ſtatulibera,§ 1. in additione.

Statuliber dare decem iuſſus, & liber eſſe, ſi quinque datis venditus ſit, reſidua quinque dando emptori liber erit,d.l.ſtatulibera, §.ſtatuliber.

Statuliberum, qui decem dare hæredi iuſſus erat, ſi ſeruus tuus ab hærede emerit, erit is liber, ſi tibi dederit illa decem, quæ hæredi venditori dare

HHHh 3

ditur etiam ad alia loca imperij,ibidem.

Statuta contra canonicas sanctiones penitùs debent aboleri à libris statutorum,d.auth.cassa.

Statuta facientes contra libertatem Ecclesiæ puniri debent, & bona eorum impunè ab omnib.occupari possunt,ibid.

Statuta artificum, vel mercatorum inter se sunt valida, quantumuis sint contra ius commune,l.2.& ibi glo.fin.C.de constit. pecun.

Statum aliquid disponés, debet semper secundum ius commune intelligi,etiam si sic intelligendo nihil addat iuri communi,gloss.confundantur,in l.scimus, 22.§.in computatione,C.de iure deliber.

3 Statuto si cauetur quòd nemo veniat contra instrumentum à se factum, neque hæres eius: quòd si testator vendidit fundum illius, quem postea fecit hæredem, si facto inuentario hæres adiuerit, poterit vendicare fundum, ibidem.

Statuta illius loci,vbi agitur iudicium,sunt conseruanda,licèt actor aliunde sit, gl.1.in l.1. C.de emancipat.

per Statuta fieri possunt ea,quæ possunt fieri per pactum, gl.in rub. C.de decretis decurionum,lib.10.

Statutum,vel constitutio facta à pręside,seu parlamento,vel concilio prouinciæ non valet,nisi approbetur à principe,vel præfecto, l. penultim.C.de legatio. lib.10.

Statutum sequens non tollit statutum præcedens habens clausulam derogatoriam,nisi fiat specialis mentio de primo,gl.non obstantibus.in extrauag.quo modo in crimine læsæ.

Statutum sequens tollit statutum præcedens non habens clausulam derogatoriam,si sunt contraria,d.gl.non obstantibus,in d. extrauag: quomodo in crimin. læsæ maies.

Statuta magis accedunt vltimæ voluntati,quam contractui,glo.criminalibus,in extraua.de pace Constantiæ,§.nos Romanorum.

Statutum iniquum si sit solenniter factum, tenet, donec corrigatur per superiorem:secùs si sit impossibile, ibid.

Statuta tangentia iurisdictionem principis non valent,glo.secundum mores, in extrauag.de pace Constantiæ,§.in causis.

Statutum non valet, in cuius confectione constat, quòd non fuerit in concilio per priorem facta propositio:secùs tamen est in dubio,glo.lex est,in additione,in §.constat.Inst. de iure naturali gentium.

Statuta ducum,marchionum,& episcoporum non sunt iuris ciuilis:sed prætorij, si modò huiusmodi magistratus superiorem recognoscant, gl.1.in additione marg.in §.sed ista quidem,Inst. de actio.

Reliqua verbo,Lex,per totum.

STELLIONATVS crimen dicitur ab animali stellione admodum venefico, quo & mulieres vti solebant,inuidóque generi humano plurimum, qui cùm natura intelligat pellem suam hominibus validam, & commodam in morbum comitialem, eam detractam prorsus vorat. in rub.in additione margin. de crimine stelliona.

Stellionatus actio neque publicis iudiciis, neque priuatis actionibus: id est pecuniariis, vel criminalibus specialibus continetur, l. 1. de crimine stellionatus.

Stellionatus iudicium famosum non est: sed coërtionem extraordinariam habet,l.2. eodem.

Stellionatus crimen dicitur à quodam animali,quod stellio vocatur,& est varij, & diuersi coloris, vt cœlum stellis apparet oculis tinctum, cuius varietatem imitantur deceptores,quia varia agunt,& aliud dicunt,& aliud simulant,glo. 1.ibidem.

Stellionatus accusatio ad præsidis cognitionem spectat,l.3.eod.

Stellionatus criminis accusatio competit aduersus eos, qui dolo aliquid fecerunt,nec sit aliquod crimen,quod ei obiiciatur, ibidem.

in Stellionatus criminibus operatur id,quod actio de dolo operatur in priuatis iudiciis,ibidem.

Stellionatus crimine agitur,vbicumque deficit titulus criminis,ibid.

Stellionatus crimen datur in subsidium accusationis criminalis: & vbi potest agi actione de dolo ciuiliter,ibidem potest agi stellionatus criminaliter,glo. de dolo,ibidem.

Stellionatus pœna nulla est legitima: id est ordinaria per legem, cùm nec legitimum crimen sit,d.l.3.§.fin.

Stellionatus crimen solet puniri extra ordinem dummodò in plebeis non excedat pœnam operis metalli:in positis autem in aliquo honore relegatio ad tempus,aut ab ordine motio,mitiganda est,ibid.

Stellionatus crimen accusationem habet: non tamen est publicum iudicium, l. stellionatus,3.de extraordinat.criminib.

Stellionatus crimen committit ille, qui petit debitum iam solutum, vel semel solutum iterùm recipit,l.fideiussor,29.§.pen.mandati.

Stellionatus crimen subsidiarium est, gl.fi.in l. 1. C.rem alienam gerent.

Stellionatus crimen committit ille,qui duobus eandem rem obligat,glo.2.in l. 1.C.ne tutor,vel curator vectiga.

Stellionatus crimen committens in pignorando eandem rem duobus, poterit euitare pœnam dicti criminis per pœnitentiam: scilicet vtrique satisfaciendo, ibidem.

Reliqua verbo,Crimen,5.Doctor,78.Fustigatus,Infamia, Pignus,1.Obligans, Creditor,5.Saccularij,Iuramentum, 10.

STEMMATA, dictio ponitur pro gradibus cognationum: quandoque ponitur pro sanguinis nobilitate,gl.1.in l.stemmata,de gradibus affinita.

STERILIS natura dicitur sana:sed vitio corporis dicitur morbosa, l. quæritur,de ædilitio edicto.

Sterilis possessio dicitur, non fructuosa,vel fœnea, quæ acquiri prohibetur Ecclesiæ,gl.1.in auth.sicut alienatio.C.de sacrosanct.

Sterilis si fuerit vltimus annus, fit compensatio ex præcedentibus, vt sic teneatur pro eo anno soluere,si dominus ignorauit pręcedentem vbertatē,quando remisit pro hoc anno sterili;si autem sciuit vbertatem præcedentem,non tenetur remittere;sed si remisit,videtur donare irreuocabiliter,glossa sterilitates,in l.licet,8.C.de locato.

Sterilis non dicitur fundus minoris,qui vendi potest,ad hoc, vt venditio fundi minoris, vt sterilis permittatur, gloss. 1. in l. ob æs alienum, C.de prædijs minorum.

STERILITAS quando dicatur, inspicitur vulgi opinio,† gloss. sterilitates in l.licet certis,8.C.de locato,gl.etiam eius,in l.si vno,17.locati.

Sterilitas dicitur,vt fiat remissio pro rata, quando colonus recipit tam modicos fructus,vt soluendo pensionem,remaneat deceptus vltra dimidiam iusti pretij:& cùm locatio sit bonæ fidei,bona fides non patitur quem ita decipi, † d. glo.sterilitatis,in additione,in d.l.licet.

Sterilitas vnius anni non impedit, quominùs debeatur legatum annuum ex quodam prædio, etiam eo anno, si ex fructibus illius prædij cæterorum annorum antecedentium,& sequentium dari potest, l.legatum ita est, §. fin. de annuis legatis.

Reliqua verbo,Prædium,5.6.Vbertas,Conductor, 10.11. *Colonus,* 14.15.*Locator,*

STERQVILINIVM in suo licitum est alicui facere, licèt vicinus inde sentiat humorem: sed in alieno non licet, gloss. final. in l. si quando, si seruit. vendicetur.

Sterquilinium si iuxta parietem domus conductor fecerit, ex quo paries madescat,tenetur locati,& stipulatione damni infecti,ibid.

Reliqua verbo,Paries,2.

STILLICIDIVM ea forma, qua & stiricidium dicitur, quasi stillarum cadium:nam guttatim,stillatímque defluit,l.si arborem,§.fi.in additione marg. de seruitut.vrba.

Stillicidia domus tuæ si recipit domus mea per tegulas, non potest mutare tectum tegularum,faciendo illud ex tabulis,vel ex alia materia,l.seruitutes,§.si anteà,eodem.

Stillicidia domus tuæ si recipiat domus mea, poteris domum tuam exaltare:sed deprimere non poteris,quia stillicidium, quod ex alto cadit leuiùs, & interdum nec directè peruenit ad locum seruientem: sed quod ex inferiori loco cadit, fit grauior seruitus, quia rectius cadit, l. seruitutes, 19.§.stillicidium, eodem.

Stillicidium domus tuæ si recipiat domus mea,poteris illud stillicidium retroducere, quia leuior fit seruitus, sed vltra producere non poteris; quia fieret grauior seruitus, ibidem.

Stillicidium habens non potest facere,quòd alio loco stillicidium cadat, quàm in quo seruitus imposita est,ibidem.

Stillicidium domus tuæ si cadit in area mea, possum in ea ædificare vsque ad eum locum,vnde stillicidium cadit,d.l.seruitutes, §.fin.

Stillicidium domus tuæ si cadit in ædificio meo, possum supra ædificare, dummodò ita supra ædificem,quòd stillicidium rectè recipiatur,ibid.

Stillicidium dicitur illud, quod cadit,glo.stillicidium,in §.prædiorum,Instit.de seruitut.rusticorum.

Stillicidium quandoque capitur pro domo, cui talis seruitus debetur: in pluribus tamen capitur pro ipsa seruitute stillicidij, dict. glossa stillicidium, in additione.

Stillicidij seruitus duplex est:scilicet auertendi, & non auertendi super domum tuam, quarum vna est propriè seruitus; altera verò propriè est libertas, ibidem.

Reliqua verbo,Ius, 17.*Rigor,Seruitus,*42.43.*Suggrunda.*

STIPENDIVM appellatum est à stipe, quod per stipes; id est modica æra colligatur, l.ager, 37. de verbor. signific.& gloss.1. in l.qui stipendio,9.C.de procurator.

Stipendia militum in solutum adiudicari, neque vendi possunt, nisi in subsidium,l.4.C. de executione rei iudicat.

Reliqua verbo,Emerita,Tributum.

STIPTERIA græcè,latinè interpretatur alumen,& dicitur à stipto, quod est adstringo,gl.fi.in l.3.§.fin.de rebus eorum, qui sub tutela.

STIPVLA, quam vulgus stopolam appellat,dicitur, scilicet quando inde frumentum sectum est,gloss.stipula,in l.qui fundum,40. §. fundi, de contrahen. emptione.

Stipula illecta: id est non lecta est, cùm spicæ ex messe deiectæ, necdum lectæ sunt, quas rustici, cùm vacauerint, colligunt, l. sylua, 30. de verborum significatio.

STIPVLANS minorem summam à fideiussore,quàm sit verum interesse, sibi non præiudicat,l.fin.§.fin.de eo,per quem.

Stipulans quod alius debebat, quod voluerit stipulari sibi, & non constitui,probatur ex verbis,quæ præcesserunt,gloss.non animo,in l.1.§.eum, qui, de constit.pecun.

Stipulans viam,per actum,aut iter dicitur stipulari dationem,& factum; tenetur enim promissor ad constituendum ius, & sic ad dandum; item ad postulandam continuam patientiam,& sic ad factum, † reprob. gloss.viam, in l.2.§.& harum,de verbor.oblig.

Stipulans à te sub conditione, si in Capitolium intra biennium non ascenderis, non poterit petere à te;nisi præterito biennio,l.veluti,27.§.fin.eodem.

Stipulans [illegible] frui sibi licere intelligitur stipulatus vsumfructum, ídque potissimum,quod debet præcipere fructus à seipso,non ab alio, † reprob.gloss.fructus,in additio.marg.in l.stipulatio ista habere,38.§.sed si quis,eodem.

Stipulans calendis, nonis, vel Idibus dari, intelligitur de proximis, nisi aliud actum sit tacitè,vel expressè,l.eum,qui calendis,41.& ibi glo.calendas,& §.fi. in fin. eodem.

Stipulans ipsa die calendarum simpliciter, intelligitur de proximis sequentibus,ibidem.

Stipulans pártum Arethusæ in calendis Ianuarij,intelligitur de his calendis,quę post partum proximæ sunt,d.glo.calendas.

Stipulans hodie dari,statim potest petere;sed stipulans hoc anno dari, cùm vnica sit præstatio,non potest petere nisi elapso anno;sed stipulans annuum,cùm sint plures præstationes, in principio cuiuslibet anni potest petere, glo. [illegible] in l. qui hoc anno,42.eodem.

Stipulans sibi, & alij decem, eadem decem, non alia intelligitur stipulari, &

ista habere,38.§.hæc quoque, eodem.

Stipulari potest quilibet,cùm morietur , siue sit sui iuris , siue alienæ potestatis subiectus,siue stipuletur,cùm ipse morietur, siue cùm morientur hi , in quorum potestate est,l.quodcumque,45.§.1.& ibi gloss.cùm morietur, de verborum obligationibus.

Stipulari non potest quis,quod de re sibi debita fiat illud, quod ipse facere non posset per se,si sua esset,l.minor 20.annorum,66.eod.

Stipulari potest quis seruum sibi debitum manumitti à debitore suo, nisi stipulator sit minor 20.annorum,ibid.

Stipulari sibi potest ille,qui articulatè non potest loqui:sed balbutiens est, gl.si. in l.mulier,quæ,70.eodem.

Stipulari purè rem etiam sibi dari nemo potest:rectè tamen potest stipulari quis rem suam sibi restitui , vel rei suæ pretium sibi dari , l.nemo rem suam , 81. eodem.

Stipulari potest quis rem suam à fure, & est speciale in eo , cuius odio omnis actio degenerat,d.l.nemo rem,in additione marg.

Stipulari potest quis sibi tradi possessionem rei suæ,ibidem.

Stipulari rem suam sibi dari sub conditione, si sua esse desierit , rectè potest quis,glo.1.ibi,& l.existimo,98.& ibi gloss.1.eodem.

Stipulari potest quis sub conditione viam ad fundum , qui tempore stipulationis non est suus,si tamen tempore existentis conditionis sit suus , d. l. existimo,& ibi glo.1.

2 Stipulari non potest etiam libertus patrono suo,l.si ita stipulatus fuero , 126.§. Chrysogonus,& ibi gloss.Chrysogonus, eodem.

Stipulari possum ab eo,qui non potest facere illud,quod per alium est factibile, l.continuus,137.§.si ab eo, eodem.

Stipulari possum codicem mihi scribi ab eo,qui scribere nescit , gloss. possibile, ibidem.

Stipulari rectè potest quis à muliere , vt post mortem mulieris bona eius ad se pertineant,gloss.pen.in l.hæreditas,5.C. de pactis conuentis.

Stipulari potest quis sibi dari post mortem suam,vel cùm moreretur, vel pridie quàm moreretur:similiter & legari potest,l.scrupulosam , 11. de contrahen. stipulatio.

Stipulor,stipularis,quandoque significat promittere , gloss. 1.in l.magnam , 12. C. eodem.

Stipulari nemo potest rem suam futuram in eum casum,quo sua futura est,putà partum ancillæ,vel fœtum animalium suorum, quæ sua futura sunt,& multò magis non poterit stipulari rem,quæ nunc est sua,§.item nemo , & ibi gloss. 1.Inst.de inutilibus.

Reliqua verbo,Reus,75.Mutuans,Stipulatio,per tot.

3 STIPVLARI alteri regulariter nemo potest , nisi ei cuius iuri subiectus est, §.si quis alij,Instit.de inutilibus,& §.alteri,Instit.eodem, l. stipulatio ista habere,38.§.alteri,de verborum obligationibus,gloss.3.in l.3. C. de contrahen. stipulat. gloss. nulla , & ibi additio.margin.in l.certi , §. 1.si certum petatur, glossa ob id , in l.non dubium , C. de legibus , gloss. seruatur , in l. debitori,C.de pactis.

Stipulari stricto iure non potest pater filio emancipato : sicut nec cuilibet extraneo,quantum ad acquirendam actionem filio:sed bene ex æquitate,† glo. 1.& 2.in l.si genero, 26.C.de iure dotium.

Stipulari potest quis ei, cuius iuri subiectus est , septem modis , putà seruus domino , filius patri , monachus monasterio, seruus fructuarius fructuario, seruus vsuarius vsuario, seruus bona fide possessus , vel liber bona fide possessus bonæ fidei possessori , glossa 1. in §. si quis alij , Instit. de inutilibus stipulat.

Stipulari alteri potest quando stipulantis interest,vel quando dominus stipulatur procuratori , & quando stipulatur creditori , item in omnibus prætoriis stipulationibus,vt est damni infecti,& iudicatum solui,& similes; item habet etiam locum in procuratore præsentis;& in actore municipium,ex cuius pacto quæritur municipibus,& in curatore furiosi , & similium personarum , in tutoribus , in institore , in iudice , vel notario , aut simili persona publica , ex quorum pactis, & stipulationibus quæritur alteri , glossa nihil agit, ibidem.

Stipulari potest alteri in omnibus piis locis , item hoc procedit etiam in creditore,ex cuius pacto actio quæritur debitori,item in auo,qui rectè potest pacisci dotem reddi nepti,quam non habet in potestate , d. gloss. nihil agit, & ibi additio.

Stipulari non potest alter alteri de iure canonico,† ibidem.

Stipulari potest alter alteri apposito iuramento,ibidem.

Stipulari potest pater filio, vel alij posito sub potestate post mortem suam:scilicet patris:nam & filio quæritur,licèt hæres non sit : si veró, purè, & non post mortem,ipsi stipulanti quæritur, d.gl.nihil agit.

Stipulari,vel acquirere alteri potest procurator vendentis, item deponens si paciscatur alij rem restitui,item commodans faciens pactum simile,vel donans faciens simile pactum in euentum alicuius conditionis,ibidem.

Stipulari rectè potest pater filio, & acquiritur sibi,§.ei verò,Inst.eodem,& gl.1. in l.si genero,26.C.de iure dotium.

Stipulari potest filius patri,& seruus domino, l.stipulatio ista habere licere, 38. §.alteri,de verbor.oblig.

Stipulari quando quis vult alteri , & sua non interest , debet adiicere pœnam in stipulatione,& tunc valet pœnalis stipulatio , licèt principalis stipulatio non valeat , d. §. alteri,& ibi gloss.conueniret,& glo.ob id,in l.non dubium,C.de legibus.

Stipulari potest dominus procuratori suo dari , dict.l.stipulatio ista , §. si quis ergo.

Stipulari potest debitor creditori suo ; quia sua interest propter liberationem, vel ne committatur pœna,aut ne pignora distrahantur,ibidem.

Stipulari potest quis ab aliquo fieri insulam stipulatori, quam ipse promisit, vel condixit ei:quia sua interest,d.l.stipulatio ista,§.si quis insulam.

Stipulari potest per alterum alteri eo præsente : quia ipse stipulationem fecisse videtur,gloss.5.in l.3.C.de contrahend.stipul.gloss. nulla, in additione margin.in l.certi,§.1.si certum petatur.

Stipulari potest quandoque priuatus pro altero speciali iure fauore liberta[tis] vt faciliùs possit dari expedimentum , quo libertatem serui consequant[ur] glossa creditoribus , in additione , in principio , Instit. de eo , cui liber[tatis] causa.

Stipulari potest quis alteri , si stipulatur sibi recipienti nomine , & vice al[te]rius , etiam si eius non intersit , si procurator , vel negotiorum gestor illi sit,& stipulator tenetur cedere illi actionem mandati, si erat procurator , v[el] negotiorum gestor,si non habeat mandatum,glossa 1.in l.huiusmodi, 86.§. de legat.1.

Reliqua verbo, Alteri,Seruos,35.36.Tabellio,1.Stipulatio,1.57.Pacisci.

Stipulatio in genere,num.1.vsque 11.

Quoad res,quæ in stipulationem deduci possunt,vel non,num. 12.13.

Quoad stipulationem inutilem,inualidam,& vitiosam,nu.14.vsque 17.

Quoad validitatem stipulationis,num.18.19.20.

Quoad stipulationem annuam,vel in annos singulos,num.21.

Quoties,& quando committatur,& agi potest,num. 22.

Quoad stipulationem puram,in diem,& sub conditione,23 24.

Quoad stipulationem collatam in voluntatem promissoris,vel alterius,25.

Quoad stipulationem turpem,vel dolo contractam, 26.

Quoad stipulationem rem pupilli saluam fore,27.

Quoad stipulationem damni infecti,& de opere demoliendo,28.

Quoad stipulationem super dote,vel matrimonij,& inter coniuges,29.30.

Quoad stipulationem de rato,31.32.

Quoad stipulationem de euictione,33.

Quoad stipulationem generaliter factam, & alicuius rei in genere , & eius electionem,& continentem certum,vel incertum,34.35.

Quoad stipulationem habere licere,aut vti frui,& dolum abesse,num.36.37.

Quoad stipulationes iudiciales,& conuentionales, 38.

Quoad stipulationes prætorias,39. vsque 43.

Quoad stipulationes de iudicio sisti,& iudicatum solui,44. vsque 47.

Quoad Aquilianam stipulationem,48.

Quoad stipulationem pœnalem,& nouationem prioris obligationis, 49. vsque 53.

Quoad tollendam, vel nouandam priorem obligationem, 54.55.56.

Quoad acquisitionem alteri factam,& acquisitionem per stipulationem, 57.58.

Quoad stipulationem diuiduam,vel indiuiduam,59.60.

Quoad stipulationem dandi,& faciendi,61.vsque 65.

Quoad stipulationem rem dari,vel tradi,66.

STIPVLATIO est verborum conceptio , quibus is , qui interrogatur datarum , facturúmve se id, quod interrogatus est , sed respondet , l. 5.§. stipulatio.de verborum obligat.glo.stipulamur,in principio, Instit. de verborum obligatio.

Stipulatio dicitur à stipulo,quod apud veteres firmum significat,in d.principio, Inst.de verbor.oblig.gl.1.in l.1.ff.eod.

Stipulationis verba possunt concipi qualibet lingua,quam contrahentes intelligant;quod intellige siue per se,siue per interpretem,§.1.& ibi glo. lingua , & additio.Instit.eodem.

Stipulatio,& verborum conceptio idem sunt : capiendo stipulationem pro eius effectu,aliàs aliud est stipulatio,aliud verborum obligatio,glo.conceptio, & ibi addit.margin.in l.5.§.stipulatio.de verbor.oblig.

Stipulatio omnis,aut fit purè,aut in diem,aut sub conditione,§.omnis, Instit.de verborum obligat.

Stipulatio vbi est pura,statim potest peti, ibidem.

Stipulatio dicitur interrogatio cum responsione:propriè tamen stipulatio dicitur interrogatio,gloss.1.in l.1.de verborum obligatio.

Stipulatio sumit nomen ab interrogante tanquam à digniori, ibidem.

Stipulatio quandoque fingitur in multis iuris partibus interuenisse , vbi non fuit,l.4.§.fi.& ibi glo.pen.de fideiussor.tutorum, gl.non contradixit, in l.2.§. 1.ad municipal.gloss.quæ verbis,in l.1.§.1.de pactis,gloss.vtiles, in l.his verbis, de adoptio.

in Stipulatione intelligitur expressa persona , quæ non est expressa , quando aliàs redderetur stipulatio inutilis,l.penult.si quis cautio.

Stipulatio præsumitur quando præcedit interrogatio,& sequitur responsio, nisi contrarium actum probetur,l.iurisgentium,§.quod ferè,de pactis.

in Stipulationibus ius continetur,in pactis factum versatur,l.si vnus, §. si pactus ne peteret,eodem.

Stipulatio,quæ non potest committi,non debet interponi,l.non cogendum,§.si procuratori,& ibi glo.penultim.& fin. de procuratoribus.

Stipulatio , propter quam singuli hæredes habent actionem , non venit in iudicium familiæ erciscundæ , l. hæredes , 26. §. qui pro emptore , familiæ erciscund.

Stipulatio legatorum extinguitur spe legati extincta, & non transit ad eum, ad quem commodum legati transit,l.si legati,de pignor.

Stipulationes tot sunt,quot sunt res, quæ in stipulationem deducuntur , l. quia dicitur,32.de euictio.

Stipulationis verba debent intelligi secundum naturam contractus , super quo interponitur,l.damni,43.de damno infecto.

Stipulatio sequitur naturam contractus,super quo interponitur, l.4.& ibi gloss. verisimile,de vsuris.

Stipulatio de soluendo legato ante diem,sequitur eandem naturam , & conditiones,quæ insunt in legato,d.l.verisimile,ibidem.

Stipulatio potest probari inter absentes per literas,vel epistolam , l.ea, quæ,58. & ibi additio.margin. de donatio.inter virum.

Stipulatio simpliciter interposita etiam à sciente , intelligitur secundùm naturam actus , super quo interponitur, † l. si legati serui , 59. & ibi glossa final. de legat.1.

Stipulatio erronea , quæ interponi non debebat , si sit interposita , non obligat in effectu : secùs si scienter fuisset interposita , d.l. si legati, & ibi gloss. stipulatur.

Stipulatio interposita ab vno ex hæredibus de restituendo sibi quod amplius, quàm

principio. Inst. de verb.oblig.

Stipulationis formalia sunt hæc:primò interrogatio, & responsio; secundò, vt præcedat interrogatio; tertiò verborum auditus; quartò intelligentia verborum.s.consensus,qui est basis, & fundamentum omnium contractuum, gl. 1.in add.ibidem.

in Stipulatione olim requirebatur quædam solennitas,quæ hodie sublata est,§. 2. Inst.eodem.

Stipulationes contrahi non possunt inter absentes,qui exaudire se non possunt: secùs si se exaudire possunt,vt quia sit vnus in turri, vel à remotis, & clamet; quia tunc valet stipulatio, si se exaudiant, & intelligant, §. item verborum obligatio.& ibi gl.2.Inst.de inutilib.stipul.

9 Stipulatio, quæ intercesserat ante absentiam, cuius verba etiam inter absentes sunt repetita,valet,d.gl.2.

Stipulationis ad cautelam adiectæ,quo possit prodesse,& operari,debet fieri interpretatio,l.fi.in add.marg.si certum petatur.

Stipulatio debet interpretari ita,vt non reddatur inutilis,gl.2.in l.1.de eo,quod certo loco.

in Stipulationib. conuentionalib. verba dubia interpretantur secundùm mentem contrahentium,in prætoriis fit interpretatio secundum mentem prætoris,l.in conuentionalib.52.de verb.oblig.

Stipulatio sequens non expressa quantitate intelligitur in dubio de illa quantitate, in qua præcesserat contractus:putà mutuum à stipulante contractum,gl. cogitauerit.in l.triticum,94.de ver.obl.

in Stipulatione quando dubitatur, quid actum sit, & duorum modorum, vtroque potest valere, vt quia vnus dixit sensisse de Sticho albo, alter de Sticho nigro,tuncaccipiendum est,secundùm quod promissor elegerit,gl.secundùm promissorem,in l.quicquid adstringendæ,99.eod.

in Stipulatione vsurarum impersonaliter contracta à liberto licèt non intelligatur persona patroni: sed solùm liberti: tamen libertus censetur procuratorio nomine tales vsuras stipulatus nomine patroni, & ideò tenetur sibi cedere,l. si ita stipulatus fuero, 126. §. Chrysogonus. vers. sequens, eodem.

Stipulatione si quis promitteret bona sua post mortem, intelligitur de præcedentib.& habetur tanquam donatio causa mortis,vel inter viuos,gl.accommodauerit,in l.fi.C.de pactis.

Stipulationibus ea,quæ tacitè insunt,vt electio in alternatiuis,non semper sunt in potestate debitoris,l.non vtique,& ibi gl.1. de eo, quod certo loco.

Stipulationib quandoque inest tacitè tempus,vt cùm decem promisi Ephesi dari;quandoque inest res;quandoque locus,in quo debeat peti,vel solui,glo.stipulationib.ibid.

in Stipulationibus tacitum tempus intelligitur, vt si Romæ existens promittat dare centum in Hispania,non antè tenetur,quàm transierit tantum tempus, quo in Hispaniam potuisset promissor ire,l.seruus,34.§.imperator, de statuliberis.

10 in Stipulationibus licèt rarò subintelligatur tempus, vel conditio inesse ex præcedentib. si non exprimatur, vel quando hoc inducitur ex subsistentib. verisimilibus coniecturis, tamen persona numquam extrinsecus subintelligitur, l. si ita stipulatus fuero, 126. §. Chrysogonus, de verborum obligat.

Stipulationes tot esse dicuntur,quot res,vbi res nominatim,& etiam copulatiuè exprimuntur stipulatione, veluti quando stipulor rem hanc, & illam, &c. sed vbi non sunt nominatim expressæ,vna dicitur stipulatio, l. quod dicitur, 86.& ibi gl.fi.eod.

Stipulatio semel commissa ampliùs non committitur ad idem numero:sed bene ad aliud diuersum:putà ad interesse,l.si sic stipulatus,133.& ibi gl.fi.& ibi add. marg.eod.

Stipulatio pura pendere non debet,gl.stipulatio,in l.si seruus communis, 18. de stipulatione seruorum.

Stipulatio facta à seruo communi vni domino non tollit certi condictionem ex mutuo alteri domino acquisitam,l.1.§.seruus,eod.

Stipulationes tot dicuntur,quot præcesserunt conuentiones distinctæ,& separatæ:& si distinguuntur per duplicem dictionem geminatam,tot censentur stipulationes,quot tempora,l.pe.de verb.oblig.

Stipulatio vna dicitur, quando quis stipulatur sibi supellectilem, vel peculium, vel instrumentum, & non potest petere vnam rem, & aliam spernere ex supellectili, vel peculio:secùs quando sibi stipulatur plures res nominatim exprimendo:veluti domum,vestem etiam: quia tunc sunt plures stipulationes, gl.fi.in l.2.de leg.2.

11 Stipulationes tot dicuntur,quot sunt res,vel corpora:& sic pluralitas rerum inducit pluralitatem stipulationum,l.1.§.sed & si mihi,& l.vbi autem,55.§.qui sortem,de verb.obli.§.quoties.Inst.de inutilib.stipu.

Stipulationes tot sunt,quot sunt summæ, vel res in vna stipulatione specialiter designatæ,vel specificatæ;sed si non sunt specificatæ:sed sub vniuersali,& generali nomine collectæ sunt,censetur vna stipulatio continens plura corpora,l.scire debemus,29.& ibi add.marg.eod.

Stipulatio plurium legatorum,quamuis plura legata sint:tamen est vna propter vnam causam testamenti, ex quo debentur, & propter vnam conceptionem verborum,d.l.scire,& ibi gl.vnam.

Stipulatio familiæ,vel omnium seruorum,vel quadrigæ,vel lecticariorum dicitur vna,quamuis sint plura corpora,d.l.scire,§.stipulationem.

Stipulatio plurium rerum an sit vna,vel plures stipulationes,scire prodest propter redhibitionem:nam vna propter aliam redhibetur,gl.plura. ibid.

in Stipulationem quando plures res deducuntur, si simpliciter promissor responderit,ad omnes tenetur,aliàs ad eas tantùm,in quibus respondet,§. quoties,Inst.de inutilib.

ex Stipulatione operarum oritur condictio certi, si operæ sint certæ, aliàs ex stipulatu, gloss. siue post, in l. vt iurisiurandi. §. iurare, de operis libertorum.

in Stipulatione non venit partus,& fructus,nisi litis contestatione, gl. redderetur,in l.si sponsalib.59.de iure dotium.

Stipulatio emptæ, & venditæ hæreditatis dicitur, quando venditor hæreditatis promittit de restituendo emptori quidquid ad eum peruenit de hæreditate, & econtrà emptor promittit damnum, quod trahet venditor occasione hæreditatis,restituere ei,gl.interposita,in l.venditor, 21. de hæred. vel actione vendit.

in Stipulationib. quoad acquisitionem inspicimus tempus interpositæ stipulationis,& non tempus euenientis conditionis,l.si filiusfa.78. de verb.oblig.

Stipulatio incerta ratione qualitatis, vel quantitatis valet, si certificari potest ex relatione contractus præcedentis,vel aliter,aliàs secus,l.triticum, 94. eodem.

Reliqua verbo,Procurator,61. 62. Promissio, 1. Pupillus, 16. Repromittere, Tenor, Vsura,14.vsque 21.Conditio,6.

STIPVLATIO rei suæ valet sub conditione,si sua esse desierit, vt quia fortè speratur non sua fieri, gloss. 1. in l. existimo, 61. de contrahend. emptione.

per Stipulationem promitti non potest id, quod semper fuit hostium, & nunquam fuit nostrum,secus si fuit nostrum:sed nunc est apud hostes, gl. 1. & ibi add.in l.fi.de actio.empti.

in Stipulationem deduci non possunt res sacra, vel religiosa, liber homo, basilica, & forum, & aliæ res in vsum publicum in perpetuum destinatæ, l.inter stipulantem, 82.§. sacram, de verborum oblig. & liber homo, 103. eodem.

Stipulatio liberi hominis, vel rei sacræ facta tempore prohibito, licèt collata in tempus licitum,cùm desierit esse res sacra,vel liber homo,nihil valet, d.§. sacram.

in Stipulationem deduci non potest homo mortuus,vel fundus hostium, l.liber homo,103.eod.

in Stipulationem deduci possunt non solùm res: sed etiam facta, §. fi. Inst. de verb.oblig.

in Stipulationem deduci potest omnis res, quæ dominio nostro subiicitur, in prin.Inst.de rerum diuisione.

Stipulatio rei, quam impossibile est esse in rerum natura realiter, est inutilis, veluti si stipulatus sit Stichum,qui mortuus est,aut hypocentaurum, ibid.

Stipulatio rei sacræ, vel religiosæ, vel publico vsui destinatæ, vel liberi hominis, vel rei, cuius stipulator est incapax, vel rei suæ, à principio est inutilis, etiamsi non credebatur non religiosa, vel non sacra, aut non liber homo:sed seruus,§.idem iuris.Inst.eod.l.1.§.idem iuris. de actio.& obligat.

Stipulatio rei sacræ,vel religiosæ,vel liberi hominis,vel rei suæ, vel cuius stipulator est incapax,non suspenditur,vt tractu temporis cessante causa inualiditatis reconualescat,d.§.idem.Inst.eod.

in Stipulationem deducta res vtiliter à principio, si posteà fiat sacra, religiosa, vel similis,sine facto promissoris,extinguitur stipulatio,ibid.

Stipulatio liberum hominem dari,cùm seruus erit,rem sacram, vel religiosam, cùm erit prophana,ab initio non valet,d.§.idem iuris.& ibi gl.similia.

Stipulatio liberum hominem dari inter ignorantes credentes esse seruum,non valet:sed bene stipulatio liberum hominem tradi:quia liber homo rectè potest possideri ab ignorante,gl.1.& ibi add.ibid.

Stipulatio rei suæ non valet,cùm sua plus sua fieri non possit,nisi ratione possessionis apud alium constitutæ,vel nisi sub conditione,dum tamen adueniente conditione stipulatoris res esse desierit,gl.suam,ibid.

Stipulatio rei sacræ,vel religiosæ,aut liberi hominis sicut non valet etiam inter ignorantes:ita & venditio eorum non valet, † reprob.gloss.quorum,in l.1. §. conuentiones,de verb.oblig.

Stipulatio liberi hominis non valet,etiam si posteà fiat seruus,gl.1.in l.quod ab initio,30.de reg.iur.

Stipulatio rei propriæ sub conditione facta:veluti si nauis ex Asia venerit,si sua esse desierit,valet,si tempore conditionis existentis sua non sit,l. si rem meã, 31.& ibi gl.1.de verb.oblig.

Stipulatio non valet,quando stipulor rem,quæ nunc non est mea,cùm mea erit: sed si stipulatus sim rem sub conditione, si nauis ex Asia venerit, & interim sit facta mea ex causa lucratiua, tunc non valet stipulatio:secùs si fuit facta mea ex causa non lucratiua: qui tunc tenetur promissor ad æstimationem, gl.1.ibidem.

Stipulatio non valet,quando stipulor purè rem meam dari,licèt postea desierit esse mea,d.gl.1.in fi.

Stipulatio rei,cuius generaliter non est commercium, vt quia sacra, non valet: sed stipulatio rei,cuius commercium est in communi:sed non in promittente,valet, & tenetur promissor, ex quacumque causa impediatur habere eius commercium,l.multum interest,34.& ibi gl.rem,eod.

Stipulatio rei, cuius commercium non habet stipulator propter vitium personæ, valet, & debetur ei æstimatio; sed si non habeat eius commercium propter sectæ diuersitatem, vt in Iudæo, & mancipio Christiano, aut propter delictum, vt in hæretico, & tunc non valet stipulatio. ibidem.

Stipulatio continens impossibilitatem de natura,vel de iure,non valet, si stipuler,35. eod.

Stipulatio rei, quæ non est mea,non valet, si conferatur in tempus, quo mea erit,l.nemo rem suam,87.& ibi gl.fi.de verbor. oblig.

Stipulatio non valet,si dominus stipuletur cum fure rem ablatam sibi dari: poterit tamen stipulari à fure,quidquid ex causa condictionis debet fur.gl.1.in l.subtracto,9.C.de furtis.

Reliqua verbo, Res,8.9.Suus,1.Liber,2.Impossibile.

STIPVLATIO, quæ redditur inutilis propter absentiam partium, censeri debet,quòd agebatur facere pactum nudum,gl.igitur,in l.iurisgentium,§.sed cùm nulla,de pactis.

Stipulatio inutilis, vt quia inter absentes, vel quia præcessit responsio interrogationi,habet in se pactum nudum,ibid.

Stipulatio inutilis non impedit actionem oriri ex numeratione, l. certi condictio.§.1,si certum petatur.

perpetuum promittere, promiſit: quia fuit error in cauſa, & ideò non vitiat, ſecùs quando partes volentes promittere in diem certam, per errorem promiſerunt ſine die: quia fuit error in ipſa ſtipulatione, ſeu corpore, & ideò non valet, † gloſſ.certo,& ibi add. marg. in l. ita ſtipulatus, 115.eodem.

Stipulationem non vitiat omiſſio diei, quando inter partes ante ſtipulationem contractam erat diſcordia de die apponenda in ſtipulatione, ibid.

Stipulationem non vitiat diuerſitas locorum,rerum, aut factorum inter ſtipulatorem,& adiectum,& ſolutione facta adiecto liberatur debitor ab ſtipulatione,l.qui res ſuas,98.§.mihi Romæ,eod.

Stipulatio propter omiſſionem diei vitiatur, ſi cùm ageretur de interponenda die inter partes,per errorem eſt omiſſa dies,cùm venerunt ad actum ſtipulationis,gl.ſtipulatoris,in l.de die, qui ſatiſdare.

Stipulatio propter omiſſionem diei non vitiatur, quando per errorem non eſt omiſſa dies:ſed quia de hoc nullo modo partes cogitauerunt,ibid.

Stipulatio poteſt pro parte valere, & pro parte non valere: quia tot ſunt ſtipulationes,quot diuerſæ ſpecies,gl.fi.in l.in hoc iudicio,28.famil. erciſcund.

Stipulationem non vitiat in totum diuerſitas in ſumma, imò valet in minori, in qua partes concordant,l.1.§.ſi ſtipulanti,de verb.oblig.

Stipulationem non vitiat diuerſitas in ſono verborum, vel figura verborum, dummodò conueniant in effectu,ibid.

Stipulatio non contrahitur,niſi in minori ſumma,quando præceſſit interrogatio de maiori ſumma,& ſequuta eſt reſponſio de minori,ibid.

Stipulatio etiam in minori ſumma non contrahitur, quando ſtipulator nolebat valére,niſi in maiori ſumma,gl.non erit,ibid.

Stipulationem non vitiat diuerſitas linguæ,dummodò contrahentes intelligant per ſe,vel per interpretem,d.l.1.§. 1.

Stipulationem non vitiat diuerſitas vocabulorum inter interrogantem, & reſpondentem circa rem in ſtipulationem deductam,ſi non variatur ſubſtantia: ſed idem importat,l.ſi ſub vna ſignificatione,136.eod.

Stipulatio ſiue reſpondeat in minus, ſiue in plus, valet vſque ad concurrentem quantitatem,gl.fi.in l.ſi decem,54.locati.

Stipulationem non inualidat diuerſitas in quantitate, vel qualitate reſponſionis,ſi illicò,& incontinenti ſequatur complacentia,l.1.§.ſi quis ſimpliciter.& ibi gl.aliquod,de verb.oblig.

Stipulationis diuerſitas quando conſiſtit in pecunia, & detrahitur, valet ſtipulatio indiſtinctè in eo,quod reſpondet:ſed ſi adiiciatur,valet in eo, in quo conſonat,in adiecto non, niſi illicò diuerſitas reſponſionis placuerit ſtipulatori, ibidem.

Stipulationis diuerſitas quando conſiſtit in ſpecie,vt quia interrogo de vna ſpecie,& reſpondeat de alia, non valet ſtipulatio,ſed quando interrogo de duab. copulatiuè,& ille reſpondeat de vna, tunc valet in ea, in qua reſpondet:ſed ſi alternatiuè reſponderet, in nulla valet ſtipulatio propter incertitudinem, quæ inducit diuerſitatem inter interrogationem, & reſponſionem:ſed quando ſimpliciter reſpondet,ad omnia videtur reſpondiſſe,gl. vitiatam, in add. marg.ibid.

Stipulatio etiam verbis nudis ſuperfluis,& impertinentib.concepta valet,veluti promittis mihi decem,& tu reſpondeas,arma, virúmque cano, promitto, l. quæ extrinſecùs,65.eod.

Stipulatio valet,quando ſtipulanti certam quantitatem denariorum tu promiſiſti aureos valentes illam quantitatem, licèt non reſpondeas de eodem numero,d.l.quæ extrinſecùs,§.fi.

Stipulatio valet,quando interroganti copulatiuè de duab. ſpeciebus, reſpondetur de vna tantùm,l.inter ſtipulantem,82.§.ſi ſtipulante, eod.

Stipulatio vt valeat,requiritur,quòd actus inter ſtipulantem, & promittentem ſit continuus,& non omnimodo extraneus,nec de vertendo ad alia, aliàs ſtipulatio vitiatur,l.continuus,136.eod.

Stipulatio valet, & dicitur facta in continenti, ſi ego te interrogo, promittis mihi centum,& dico,facias ſcribere,& tu reſpondeas,promitto,gl.pen. & ibi add.marg.in l.duos,§.fi.de duobus reis.

Stipulatio non cenſetur contracta, quando inter interrogationem, & reſponſionem longum interuallum interuenit, putà vnius diei,l. ſi ex duobus, eodem.

Stipulatio valet,ſi interrogatus Latinè reſpondeat Græcè, dummodò ſe intelligant,l.blanditus,12.de fideiuſſor.

Stipulatio vt valeat,debet eſſe diuerſitas inter eum,qui ſibi ſtipulatur,& rem in ſtipulationem deductam,l.2.de ſtipulatione ſeruorum.

Reliqua verbo,Promiſſio,1.2.3. & ſuprà,nu.14.vſque 17.

STIPVLATIO in annos ſingulos vna eſt, & non plures, & ad hæredem tranſit,nec finitur morte ſtipulatoris:ſecus eſt in legato relicto in annos ſingulos, gl.fi.in l.4.de annuis legatis.

in Stipulatione annua,quando venit aliquid implendum illi,cui ſtipulatio quæritur, quod perſonæ eius cohæreat, vt eſt habitatio, tot cenſentur ſtipulationes habitationum,vel penſionum, quot ſunt anni, & ideò poteſt peti in vno anno habitatio,i alio penſio,gloſſ. nummos, in l.ſi ex toto, 10. §. fin. de lega. 1.

Stipulatio mortis cauſa in annos ſingulos facta eſt vna: ſed legatum in annos ſingulos dicitur eſſe plura legata, l. Senatus, 35, §. fin.de donatio. cauſa mortis.

Stipulatio annua,bima,trima die idem eſt, quòd ſtipulatio primo anno, ſecundo,& tertio anno facta,& ideò tunc dicuntur plures eſſe ſtipulationes: ſecùs quando per nomen diſtributiuum,& generale ſingulis annis: quia tunc vna eſt ſtipulatio,† gl pen.ibi & gl.ſummarum,in add.marg.in l.pluribus,104.de verb.oblig.

Stipulatio annua ſimpliciter concepta eſt vna pro omnibus annis, etiamſi non dicatur quoad vitam,l.ſi Stichum,16.§.fi.& ibi gl.marg.eod.

Stipulatio annua eſt incerta,d.§.fi.

Stipulatio annua,vel in annos ſingulos,ſemper intelligitur perpetua, & tranſitoria ad hæredes ſtipulatoris mero iure,& in effectu,† d. §. fi. reprob. gloſſ. mag. ibidem

Stipulatio annua vna eſt:quia vna actio naſcitur pro omnib. annis, tum etiam quia ſemel inſpicitur conditio ſtipulatoris,d.gl.magna,l. ſi à colono, 59. de fideiuſſoribus.

in Stipulatione annua inſpicitur principium cuiuſlibet anni,l.ſi ſeruus communis,18.§.fi.de ſtipulatione ſeruorum.

in Stipulatione annua facta per expreſſas dinumerationes temporum, tot dicuntur ſtipulationes,quot anni,gl.pecuniam,ibid.

Stipulatio annua quoad quis viuat,pura eſt:quia tempus apponitur gratia multiplicandæ ſolutionis,§ at ſi ita ſtipularis,Inſt.de verb.oblig.

Stipulatio annua vna eſt:ſed legatum annuum dicitur eſſe plura legata:& ratio differentiæ eſt:quia cum ſtipulatio pendeat à conſenſu duorum,eſt firmior,& non ita multiplicabilis,ſicut legatum:ſed legatum debilius eſt : quia efficitur caducum per mortem legatarij, vel quia legata dantur ob benemerita, & regulantur à mente teſtantis,quæ videtur eſſe,vt hic habeat,donec viuit, & & non vltra,& ideò ſubeſt conditio,ſi viuat:ſecus eſt in ſtipulatione,vbi non merita:ſed ſonus verborum attenditur,† gl.1.& ibi add. ibid.

Stipulatio annua, quoad quis viuat,eſt perpetua per omnia ſæcula, etiam poſt mortem eius:quia obligatio non tollitur tempore ipſo iure,niſi expreſsè,vel tacitè ex ſtipulantis paupertate pro alimentis deducta cenſeretur,gl.fi. & ibi additio.ibid.

Stipulatio annua, quoad quis viuat, eſt pura:ſed conditionalis inſpecto effectu propter æquitatem pacti,d gl.1.in add.marg.ibid.

Stipulatio annua licèt finitetur tempore vitæ ſtipulatoris:tamen ipſo iure eſt perpetua,& tranſit ad hæredes: tamen de æquitate hæredes petendo repelluntur pacti exceptione,d.§. ſi ita ſtipuleris.

ex Stipulatione annua conditionali poteſt agi, vt exiſtente conditione etiam penſiones annorum præteritorum debeantur,l.ſi ita ſtipulatus fuero, 126.de verb. oblig.

Stipulatio ſi fuerit ita concepta,annua, bima, trima die dari certum quid quoquo die,tres ſtipulationes trium ſumarum dicuntur,l.pe.eod.

Reliqua verbo, Annua,Legatum,13.vſque 17.

STIPVLATIO ad intereſſe quando committitur, veluti promittis aliquid non fieri,quominùs mihi agere ire non liceat, tunc ſæpiùs committi poteſt, & ex ea ſæpiùs poteſt agere:quia ſi hodie non prohibeas, cras tamen, & ſæpiùs prohibere potes,l.quia dicitur,32.in add.marg.de euictio.

ex Stipulatione vna ſæpiùs poteſt agi, quando ſtipulatio eſt rei perſequutoria, vt quia ſtipulatus ſum centum, & ad ea poſſum agere ſæpiùs, ſecùs quando ſtipulatio eſt pœnalis,quo caſu ſemel tantùm agitur, niſi aliter conuenerit,ibidem.

Stipulatio ſemel commiſſa ad intereſſe poteſt iterùm committi, quoties fuerit contra factum, ſi factum ſit reiterabile, niſi contrarium fuerit expreſsè factum,quod in dubio non præſumitur,l.ſi ne ſtipulatur,133.eod.

Stipulatio ſemel commiſſa ad totale intereſſe non poteſt ampliùs committi, l. iam tamen,5.§.in hac ſtipulatione,& l.cùm quærebatur,12. & ibi gl. ſtipulationi,de verb.oblig.

Stipulatio de ampliùs non petendo committitur per petitionem iudicialem cum conteſtatione, vel ſolutione, aut compenſatione,aut deductione ſubſequuta:ſecùs ſi nullum iſtorum adſit,l. ampliùs non petitum, 15. rem ratam haberi.

Stipulatio amplius non peti tardiùs committitur, quàm illam rem ratam haberi,quæ ſtatim committitur, vbi quis ratum non habet, gloſſ. non committi, ibidem.

Stipulatio, quæ ad particulare intereſſe committitur, poteſt ſæpiùs committi, idque quoties intereſt:at vbi ad totale intereſſe committitur,ſemel commiſſa ampliùs non committitur,l.ſi procurator ratam,& ibi add. marg. & gl. & ideò,eod.

Stipulatio facta de non contraueniendo tranſactioni,vel pacto ſub pœna, ſola interpellatione committitur ſtipulatio,gloſſ.4.in l. ſi quis maior, 41. C. de tranſactio.

Stipulatio ſi ſit facta de amplius non petendo, non committitur ſtipulatio ſola interpellatione:ſed requiritur litis conteſtatio.† ibid.

Stipulatio ſi continet intereſſe, ſi ſæpiùs intereſt, ſæpiùs committitur : ſi verò contineat pœnam,ſemel tantùm committitur,& non pluries,gloſſ. fi. in l.ſi duo,39.§.fi.de arbitris.

Stipulatio pœnalis, vel continens intereſſe in compromiſſo non committitur ampliùs,quàm ſemel,licèt pluries contra compromiſſum egerit,ibid.

Stipulatio pœnalis non committitur niſi ſemel,gl.committi,in l.3.§. pen. ſi cui plus,quàm per legem Falcid.

Stipulatio pœnalis adiecta ſtipulationi alteri factæ committitur, non ex mora: ſed ex defectu conditionis,ſi non dederis illi tertiò,† reprob.gloſſ.nihil, in l. ſtipulatio iſta,38.§.alteri,de verb.oblig.

Stipulatio pœnalis ſimpliciter committitur,etiamſi nihil fuerit declaratum,aut requiſitum à ſtipulatore,l.cùm ſtipulatus ſim,113.eod.

Stipulatio pœnalis,quæ incipit a præcedenti conditione non committitur, niſi cùm deſinit poſſe fieri,vel dari,quod in ſtipulatione deductum eſt:ſed ſi incipit à præcedente pactione pura veſtita, vel nuda, tunc committitur ſtatim, cùm potuit fieri, vel dari : requiritur tamen interpellatio ſaltem extraiudicialis:quia in conditionali ſtipulatione non antecedit dies, quàm fuerit impleta conditio:ſed in pura,quando incipit à pactione,tunc ſtatim cedit die vnde pœna ſtatim committitur:ſcilicet cùm extra iudicium fuit interpellatus congruo loco,& tempore,l.ita ſtipulatus,115. & ibi gl. ita ſtipulatus, & gl.agendum,& ibi add.marg.& gl.ſpondes,eod.

Stipulatio pœnalis non committitur,ſi illa fuerit nouata per ſequentem ſtipulationem,l.ſi creditor,15.de nouatio.

Reliqua infrà,nu.49.vſque 53.& verbo,Pœnalis,Nouatio,4.

STIPVLATIO ſimplex, & pura, & ſine pœna, ſtatim committitur, ſi ſit in diem,quando dies venerit,ſi conditionalis fuerit, quando conditio aduenerit,gl.fi.in l.& ſi,ſi quis cautio.

Stipulatio certo loco dari habet diem, qua eò poterit commodè peruenire, l. continuus,137.§.cùm ita ſtipulatus,de verb.oblig.

contin

contingit, l.fluminum,24.§.vitium,& ibi gl.extrinſecùs.eod.

Stipulatio damni infecti ſimpliciter interpoſita committitur, cum vitio operis damnum factum ab eo,quem promiſſor prohibere non potuit, non committitur:ſecùs ſi prohibere potuit,d.l.fluminum,§.quamquam.

Stipulatio damni infecti ſimpliciter interpoſita committitur ex vitio operis, quod quis promiſſoris nomine fecit, vel eius, pro quo promiſſum eſt, aut alius fecit,quem promiſſor prohibere potuit, ibid.

Stipulatio damni infecti pro damno contingenti vitio furni interpoſita non committitur propter damnum,quod culpa tantùm furnarij datum eſt: ſecùs ſi culpa furni, & furnarij datum eſſet, d. l. fluminum. §. prætereà, & ibi gl. culpa.

Stipulatio damni infecti non committitur propter vitium naturale, caſum fortuitum,& propter culpam tantum promiſſoris,& non vitio rei,gl. non venire,ibidem.

Stipulatio damni infecti interpoſita non committitur propter damnum in reb.in ſtipulatione comprehenſis datum,ſi illi nulla ope occurri potuit, d.§. prætereà.

Stipulatio damni infecti plùries committi poteſt, vt ſi quis promiſit emendare damnum, quod dabitur ex domo ſua ruinoſa vſque ad decem annos, pro damno dato in primo anno,poteſt ſtatim agi,& ſic de cæteris,l.ſi procurator, 18.ad fi.rem ratam haberi.

Stipulatio de opere demoliendo committitur ad intereſſe, vel ad demolitionem operis,poſtquàm fuit iudicatum non iure fuiſſe ædificatum,vel per ædificantem ſteterit, quominùs iudicetur, vel ex dolo malo aduerſarij, l. ſtipulatio, 21. §. habet autem. & ibi gloſſ. committatur, de noui operis nunciat.

Stipulatio de opere demoliendo licèt videatur pura:habet tamen tacitam conditionem:ſcilicet ſi fuerit iudicatum,ibid.

Stipulatio de opere demoliendo ſiue iudicetur iniuſtè ædificatum fuiſſe, ſiue ſteterit per eum,cui nunciatum eſt,quominùs iudicetur,committitur,vt deſtruatur opus factum arbitrio boni viri:quòd ſi is, cui nunciatum eſt,non patiatur deſtrui, agitur ad intereſſe ex ſtipulatione, d. §. habet autem, & ibi glo.pecuniam.

Reliqua verbo,Damnum,7. 8.9.Cautio,10.vſque 17.20.

29 STIPVLATIO iſta cùm morietur mulier, dotis nomine tot dari promiſit, non valet:quia collata fuit ab initio in tempus, quo debuit extingui: ſed ſi dote conſtituta mulier paciſcatur,vel ſtipuletur,ne ea viua dos petatur, valet ſtipulatio, vel pactum: & ratio differentiæ eſt: quia in primo caſu dos non potuit ſeruire onerib. matrimonij: in ſecundo potuit, niſi fuiſſet pactum:& tunc etiam poſt mortem mulieris poſſet peti, ſi pactum fuit de lucrando, l. Iulianus,21.& ibi gl.accepi,de iure dotium.

Stipulatio de dote habet in ſe tacitam conditionem: ſcilicet ſi nuptiæ ſequantur,l.ſtipulationem,22.eod.

Stipulatio de dote ſemel diſſoluta ob defectum conditionis etiam tacitè: ſcilicet ſi nuptiæ ſequantur,poſteà conualeſcit,etiam ſi eidem nupſiſſet,d.l. ſtipulationem,& ibi add.marg.cum l.ſeq.

Stipulatio dotis cauſa ſi fuerit facta, eius tacita conditio videtur defeciſſe, ſi nuncius remittatur,& non ſequantur nuptiæ,ibid.

in Stipulatione non eſt neceſſaria adiectio dotis:ſed ſufficit quòd dicat vir,centum à te accepi, vel à te ſtipulatus ſum, non exprimendo ex cauſa dotis, l. quod autem,24.& ibi gl.1.eod.

Stipulatio ſi fuerit facta ita, decem in anno proximo dotis nomine dare ſpondes,annus ex die nuptiarum debet incipere,& non ex die obligationis,l.tali, 49.eodem.

Stipulatio de dote reddenda ab extraneo interpoſita facto diuortio ſtatim committitur,nec redintegrato matrimonio actio ex ſtipulatu quæſita intercidit,l.ſtipulatio,64.eod.

Stipulatio de reddenda dote in caſu, quo mulier nupta eſſe deſierit, refertur ad omnem caſum ſoluti matrimonij, l. ſi quis ſic ſtipuletur, 57. ſoluto matri.

ex Stipulatione nomine dotis facta genero, vel ſponſo, ipſi genero, vel ſponſo quæritur actio, non filiæ:ſecùs tamen eſt in legato nomine dotis facto genero,vel ſponſo:quia tunc filiæ,& non ſponſo quæritur actio ex legato,l.ſeruo legato,77.§.ſi teſtator.& ibi gl.non enim gener,de legat.1.

Stipulatio ficta pro dote,de qua in l.1.C.de rei vxoriæ actione, non habet locum,niſi in dote vera:non autem in interpretatiua,vt putà ſponſi,vel alterius minoris 12.annorum in domum ſponſi quaſi vxor deductæ, gl. pe. & ibi add. marg.in l.2.§.fi.de priuileg.creditorum.

Stipulatio de contrahendo ſponſalia cum aliqua, & ſic in vim ſponſaliorum poteſt interuenire, quoad hoc, vt pœna arrharum committatur promiſſione non ſeruata, non tamen poteſt interuenire quoad hoc, vt poſſit cogi in id, quod intereſt, vel ad damnum, vel ad aliam pœnam conuentionalem,gloſſ.ſi ſororem,& ibi add.marg.in l.ſi ſtipuler,35. de verbor. obligatio.

30 Stipulatio ex cauſa lucratiua inter futuros coniuges in tempus matrimonij collata non valet,ſi ita ſtipulatus fuero,97.§.fin.eod.

Stipulatio pœnalis inter parentes ſponſi, & ſponſæ ſuper matrimonio contrahendo,eſt ipſo iure nulla,l.Titia,134.eod.

Stipulatio pœnalis in matrimonio locum non habet, gl. fi. in l.neque ab initio, 14.C.de nuptiis.

Stipulatio de reſtituenda media parte dotis datæ ſi ſit ſubiecta in caſum ſoluti matrimonij, conditione impleta, habet ex ea actionem is, in cuius perſona vtiliter concepta commiſſa eſt,l.2.C.de iure dotium.

Stipulatio fingitur in dote, etiamſi ſtipulatio non fuerit interpoſita, & multò magis ſtipulatio inutilis efficitur valida,l.1.§.rei vxoriæ,& ibi gl.ſubſequuta. C.de rei vxoriæ actione.

Stipulatio ex diſſenſu etiam pro dote facta non valet; veluti promittis equum in dotem,& mulier dixit, promitto aſinum,glo.inutiliter,in d.l. 1. in princ.

Stipulationes, & hypothecæ tacitæ dotibus ipſo iure ineſſe intelliguntur, & inutiles ſtipulationes emendantur, ſiue dotes ſint in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis promiſſæ, vel receptæ,d.l.1.§.& vt pleniùs, & ibi glo. intelligantur.

Stipulatio præſumitur fieri non tantùm vxori ad repetendam dotem: ſed etiam ex parte viri ad conſequendam dotem, & ex vtraque parte ineſt tacita hypotheca,gloſſ.tranſtulimus,in add.& gloſſ.hypothecam,in §.fuerat Inſt.de actio.

in Stipulatione dotis ineſt tacita conditio, ſi matrimonium ſequatur, & nuptiæ non ſint ſecutæ, ipſo iure euaneſcit ſtipulatio, l. item quia. §. 1. de pactis.

Reliqua verbo, Actio,73.vſque 76.Dos,47.vſque 50.Promiſſio,6.

STIPVLATIO rem ratam haberi committitur, quando promittitur potiùs fieri,quàm curari dominum ratum habiturum, & id non præſtatur,glo. 1. in add.marg.in rub.rem ratam haberi.

Stipulatio de rato committitur, ſi vnus procurator exegiſſet, quando conuenitur ille, cui exceptio rei iudicatæ competeret, l. 1. rem ratam haberi.

Stipulatio de rato committitur ad intereſſe ſtipulatoris, ſi dominus non habeat ratum, quod poteſt tranſcendere ſummam petitam per procuratorem,ſi omnino erat falſus,& etiam poteſt eſſe minus, quàm ſumma petita, ſi erat verus:& ſic ſententia lata contra eum, nocet domino, & per conſequens non committitur,niſi ad expenſas litis,† l.ſtipulatione. & ibi glo. 1. eodem.

Stipulatio de rato non committitur, ſi dominus non tantùm verbis: ſed etiam actu ratum habuit,vel ſi litem,quam procurator inchoauit, dominus proſequatur,l.Paulus reſpondit,eod.

Stipulatio de rato non committitur eo ipſo, quòd dominus ratum non habuerit,l.procurator,8.§.fi.eod.

Stipulatio de rato ex conuentione interdum ſolet interponi, vt ſi quid emat procurator, vendat, aut locet, aut ſi ei ſoluatur, aut paciſcatur, aut quodlibet aliud abſentis nomine gerat negotium,l.interdum,cum l.ſeq. eodem.

Stipulatio de rato in iudiciis de neceſſitate præſtatur,cùm eſt petita ab initio, gl. 1.ibidem.

Stipulatio de rato ſolet præſtare, vt tutiùs ſit illi, cui præſtatur, l. quo enim, eodem.

Stipulatio de rato, vt non committatur, dominus debet habere ratum ſtatim, quòd ſit actum, vel geſtum ſuo nomine, aut poſt modicum interuallum, quod iudicis arbitrio relinquitur: ſed ſi ratum habeat ex interuallo, committitur ſtipulatio: ſed ſoluitur ope exceptionis, d.l. quo enim.§.fi.

Stipulationem de rato quando committi facit ille, qui qualitercumque impugnat factum falſi procuratoris,d.l.quo enim,§.fi.

Stipulatio de rato quando committitur, in tantum competit actio ex ea ſtipulatione, in quantum mea intereſt: id eſt quantum mihi abeſt, quantumque lucrari potui, ſi non fuiſſem coactus ſtare iuri, l. ſi commiſſa, eodem.

Stipulatio rem ratam dominum habiturum ſuper re diuiſibili committitur, in tantum pro ea parte, pro qua dominus, vel vnus ex hæredibus ratum non habuit:quia in id committitur,quod ſtipulatoris intereſt: & ideò ex ea ſtipulatione ſæpiùs poteſt agi prout intereſt ſtipulatoris, l. ſi procurator ratum, 18. eodem.

in Stipulatione,qua procurator cauet dominum ratum habiturum, continetur id,quod intereſt ſtipulatoris,ſicut in omnibus ſtipulationib.dolum non committi,quæ interponitur multoties tam in contractib. quam in iudiciis, l. in ſtipulatione,19.& ibi gl.1.eod.

Stipulatio de rato non interponitur, cùm eſt certum de mandato, ſecùs [illegible] ſtipulatione de iudicatum ſoluendo, quam debet præſtare, etiam ſi habeat mandatum,l.ne ſatiſdatio,21.eod.

Stipulatio de rato ſupponitur loco condictionis indebiti, vel ob cauſam, vel furtiuæ:quia non naſcuntur,vbi ſtipulatio de rato interponitur,gl. & condictio,& gl.ſeqq.in l.ſi ſine iudice,eod.

in Stipulatione de rato per dolum cauentis,ſi omittatur mentio hæredum,agitur ratione doli ex ea ſtipulatione,ſecùs ſi nullus dolus interceſſit,d.l. ſi ſine iudice, §.ſi in ſtipulatione,& ibi gl.1.

Stipulatio de rato his caſibus committitur, quib. ſi verus procurator egiſſet, domino ipſo iure, aut per exceptionem actio inutilis eſſet, d. l. ſi ſine iudice.§. pen.

Stipulatio de rato extinguitur mutatione perſonæ,d l ſi ſine iudice § fi.

in Stipulatione de rato ſunt comprehendendæ perſonæ, ad quas ve[illegible] iudicium debet tranſire,ibid.

Stipulatione de rato cauetur non petiturum eum, cuius de ea re actio, petitio, perſecutio eſt, & ratum habituros eos omnes, ad quos ea res pertinebit, l. procurator,23.eod.

Stipulatio de rato interpoſita ab aliquo non committitur ex facto eius, qui procurator non eſt,nec eius,qui petitionem,nec actionem habet,ibid.

Stipulatione de rato non tenetur promiſſor,qui ſuccedit ei,quem promiſit ratum habiturum,l.fi.eod.

Stipulatio rem ratam haberi communis eſt:quia partim per procuratores,vt in procuratore actoris,partim per iuriſconſultos, vt in procuratore rei fuit inuenta,§.fi.& ibi gl.fi.& ibi add.Inſti. de diuiſione ſtipulatio.

Stipulatio procuratoris refertur ad intereſſe domini,l quoties quis,81. § fin.de verb. oblig.

Reliqua verbo,Procurator,35. vſque 38. Cautio.9.

STIPVLATIO de euictione,vt committatur,eſt neceſſaria ſcientia,l. at cùm qui natura,§.ſi cùm me,de negotiis.

Stipulatio duplæ euictionem iuris, vel facti prærequirit, l. ſi ſeruum, in add. marg.de actio.empti.

Stipulatio duplæ euictionis nomine committitur,ſi emptor aliquo agente condemnatus reſtituit,vel non reſtituit ipſam rem: ſed eius æſtimationem, vel ſi cecidit

Stipulatio ire agere licere ſibi, hæredique ſuo, facta ab aliquo tranſit ad eius hæredes in infinitum, licèt de eis non ſit facta expreſſa mentio, ſecùs eſt in ſtipulatione, vti frui licere ſibi, hæredique ſuo, d.§. ſed ſi quis ita. §. probamus.

Stipulatio, dolum malum abeſſe, committitur ex facto promiſſoris, & eius hæredum: ſed non ex facto tertij, quem promiſſor obligare non poteſt, niſi apponatur pœna, l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis dolum, & ibi gl. ſpondes.

Stipulatio, dolum malum abeſſe, & ſic quod doloſè non fiet, dicitur continere incertum, cùm contineat factum, & ſic ſuccedit obligatio ad intereſſe, l. ex ea parte, 121. & ibi gl. incerti. eod.

Stipulatio viæ, itineris, vel alterius ſeruitutis realis facta fundo communi ab vno ex pluribus dominis fundi communis, valet: & idem, quando vnus ex dominis promiſit ſeruitutem realem per fundum communem ad alium fundum: quia conſtitutio talis ſeruitutis pendet ex futuro euentu aliorum dominorum, qui ſi poſteà in id veniant, valet, † reprob. gl. 1. in l. ſtipulationes non diuiduntur, 72. eod.

Stipulatio viæ, vel itineris ad fundum vitiatur, ſi ſtipulans poſteà alienet partem fundi pro indiuiſo, ibid.

Stipulatio, ire agere, dicitur continere merum factum: & ſic dicitur conſiſtere in mero facto, & non in iure, l. 2. §. ſi. eod.

Stipulatio, iter fieri, differt à ſtipulatione, per te non fieri quominùs mihi ire agere liceat: nam in ſtipulatione, iter fieri, promiſſor tenetur ad duo: ſcilicet vt fiat, & vt præſtetur, & ſic tenetur facere, & illud præſtare: ſed in ſtipulatione, per te non fieri quominùs mihi ire agere liceat, vltra illa duo tenetur ad hoc, plus ſcilicet ad non impediendum ſtipulatorem, & ſic ad præſtandam patientiam, † gl. fieri, in l. 4. §. Cato. eod.

Stipulatio itineris, & actus in ſeruo eſt merum factum, §. ſed cum factum. Inſt. de ſtipulatio. ſeruorum.

Reliqua verbo, Habere, Promiſſio, 2. Promittens, 34. Promittere.

38 STIPVLATIONVM quædam ſunt iudiciales, quædam prætoriæ, quædam conuentionales, quædam communes tam prætoriæ, quàm iudiciales, in princ. Inſt. de diuiſione ſtipulat. & l. 5. de verb. oblig.

Stipulatio conuentionalis intelligitur ſecundum formam verborum, & non ſecundum naturam actionis noxalis, ſuper qua interponitur, l. miles, 6. §. 1. de re iudic.

Stipulationes conuentionales ſunt illæ, quæ ex conuentione contrahentium fiunt, quarum tot ſunt genera, quot penè ſunt genera rerum contrahendarum, l. 5. §. conuentiones, de verb. oblig.

Stipulationes conuentionales fiunt ex verborum obligatione, & pendent ex negotio contracto, ibid.

Stipulatio conuentionalis tenebit regulariter, vbicumque, & in quacumque re poteſt fieri alius contractus: fallit tamen quandoque propter rem ſacram, & religioſam, gl. quarum, in l. 6. §. conuentiones, de verb. obliga.

Stipulationibus conuentionalibus dant formam contrahentes, & poſſunt addere, & detrahere, l. in conuentionalibus, 52. &. ibi glo. neque, de verborum obliga.

in Stipulationibus conuentionalibus, ſi ambiguus ſermo inciderit, interterpretatio fit contra proferentem, gloſſ. 1. in l. in prætoriis, de prætoriis ſtipulat.

Stipulationes conuentionales dicuntur, quæ ex conuentione partium fiunt, gl. prætoriæ, in ſi. in add. in princ. Inſt. de diuiſione ſtipulat.

Stipulationes conuentionales dicuntur, quæ ex conuentione vtriuſque partis concipiuntur: hoc eſt neque iuſſu iudicis, vel prætoris: ſed ex conuentione contrahentium, quarum genera totidem penè ſunt, quot rerum contrahendarum, §. conuentionales. Inſt. eod.

Stipulationes iudiciales ſunt, quæ à mero iudicis officio proficiſcuntur, veluti de dolo cautio, vel de perſequendo ſeruo, qui in fuga eſt, vel reſtituendo precio, in princ. Inſt. eod. de diuiſione ſtipul. l. 5. §. 1. de verborum obliga.

Stipulationes iudiciales ſunt, quando iudex cognoſcit de aliqua cauſa, etiam pendente cauſa principali incidenti, & facit interponere cautionem, & dicuntur iudiciales à iudicio, gl. 1. in add. ibid.

Stipulationes iudiciales ſunt, quæ à Iuriſconſultis, & iuris prudentibus inductæ ſunt, gl. veniunt, in § conuentionales. Inſt. eod.

Stipulatio iudicialis plura continens, & in parte non eſt impleta, mero iure eſt indiuidua quoad commiſſionem pœnæ, licèt non de æquitate, l. ſi ſeruus, §. 1. ſi quis cautio.

in Stipulationib. iudicialib. vbi eſt poſita dies, & pœna, admittitur moræ purgatio intra modicum tempus, ſi ius actoris non ſit factum deterius, l. & ſi, & ibi gl. 1. eodem.

in Stipulationibus formatis, & formandis ſi de die non conueniant partes, terminanda eſt arbitrio iudicis, qui in hoc debet fauere actori, l. de die, qui ſatiſdare cogan.

de Stipulationib. extraiudicialib. ad iudiciales bonum eſt argumentum, vbi non datur ſpecifica ratio diuerſitatis, l. inſulam, 124. de verb. oblig.

Vide verbo, Cautio, nu. 8. Satiſdatio, 4. 5.

39 STIPVLATIONVM prætoriarum tres ſunt ſpecies, quædam iudiciales, aliæ cautionales, aliæ communes, l. 1. de prætoriis ſtipul.

Stipulatio iudicialis prætoria eſt, quæ interponitur propter ſententiam, vt rata fiat, & pareatur ei, & ſortiatur effectum, d. l. 1. §. 1.

Stipulatio cautionalis prætoria eſt illa, quæ non interponitur ratione alicuius ſententiæ, vt ſit forma, nec ratione inſtantiæ alicuius cauſæ: ſed habet inſtar actionis, & ob aliam cauſam interponitur: ſcilicet vt fiat nouatio, veluti de legato ſtipulatio, & de tutela, & ratam rem haberi, & damni infecti, d. l. 1. §. cautionales, & ibi gl. 1.

Stipulatio communis prætoria eſt illa, quæ interponitur propter proceſſum, & inſtantiam, vt procedat, & ad ſententiam perueniatur, & ſic habet communionem cum iudiciali, vt ſunt iudicio ſiſti, & de re defendenda, ibidem.

Stipulationes omnes prætoriæ dicuntur ſui natura cautionales: quia in omnib. illis hoc agitur, vt quis cautior, & ſecurior ſit interpoſita ſtipulatione, ibidem.

Stipulatio cautionalis prætoria habet inſtar actionis: nam ſicut per actiones agimus, vt quid nobis detur, vel fiat etiam ab inuitis: ita petimus, vt ſtipulatio iſta nobis præſtetur etiam ab inuitis: fallit tamen hoc in cautione de rato, quæ non habet inſtar actionis, nec etiam ab inuitis eam exigimus præcisè, licèt cauſatiuè quandoque inuitus præſtet, ſcilicet ſi vult agere, ibidem.

Stipulatio cautionalis prætoria non nouat primam actionem: facit tamen nouationem, hoc eſt nouæ actionis adiectionem: ſicut fit in nouatione, quæ fit per litis conteſtationem, & per ſententiam, † d. gl. 1. verſ. tertiò nota.

Stipulatio cautionalis prætoria legatorum interpoſita hoc acto, vt nouatio fiat, nouat actionem ex teſtamento in euentum conditionis, vel diei, quando legatum eſt conditionale, vel in diem, ibid.

Stipulatio cautionalis prætoria rem pupilli ſaluam fore interpoſita nouat actionem tutelæ, quæ debet oriri tutela finita, ibid.

Stipulatio cautionalis prætoria rem ratam haberi interpoſita nouat conditionem indebiti, quæ competeret contra ſuum procuratorem, ſi ſtipulatio non eſſet interpoſita, ibid.

Stipulatio cautionalis prætoria damni infecti interpoſita animo nouandi nouat interdictum, quod vi, aut clam competens, vel competiturum, ſi opus facias, quod ruinam minatur in domum meam, pro quo interdictum hoc competeret, † ibid.

Stipulatio cautionalis prætoria damni infecti interpoſita animo nouandi nouat exceptionem, quæ competeret damnum paſſo contra dominum domus ruinoſæ, vt non aliter tollat, niſi etiam omnia inutilia tollat, & de damno futuro, & præterito caueat. † ibid.

Stipulatio prætoria damni infecti interpoſita animo nouandi nouat quoddam interdictum, quod datur ei, qui damnum paſſus eſt, per quod dominus cogitur tollere rudera, aut totas ædes pro derelicto habere. † ibid.

Stipulationes communes prætoriæ ſunt illæ, quæ fiunt in iudicio ſiſtendi cauſa, d. l. 1. §. communes.

Stipulationes communes prætoriæ ideò dicuntur communes: quia partim reſpiciunt proceſſum iudicij, partim reſpiciunt ſententiam, † gloſſ. ſiſtendi, ibidem.

Stipulationum prætoriarum quædam extinguunt ſatiſdationem, quædam nudam repromiſſionem, d. l. 1. §. ſtipulationum.

Stipulationes prætoriæ, quæ nudam repromiſſionem exigunt, perpaucæ ſunt: ſunt enim tantùm tres: cæteræ omnes exigunt ſatiſdationem, ibidem.

Stipulatio prætoria ex noui operis nunciatione quandoque exigit ſatiſdationem, quandoque repromiſſionem: nam de eo opere, quod in priuato factum erit, debet ſatiſdari: ſed de eo, quod in publico, debet repromitti: item qui ſuo nomine cauent de opere, quod in publico fieret, repromittunt: ſed qui alieno, ſatiſdant, etiam ſi in publico fiant, d. l. 1. §. ſtipulatio.

Stipulatio prætoria damni infecti interdum exigit repromiſſionem, interdum ſatiſdationem: nam de eo, quod in flumine publico fit, ſatiſdatur in decem: ſed de ædibus publicis, vel priuatis, quæ minantur ruinam alicui, repromittitur ab his, qui promittunt ſuo nomine, aliàs ſatiſdatur, ibidem.

Stipulatio duplæ, quæ fit in venditione, & ex neceſſitate, repromiſſio eſt, niſi conuenerit, vt ſatiſdetur, item cùm ante ſolutum pretium de re mouetur quæſtio, & tunc licèt ad ſatiſdandum non agatur, tamen niſi ſatiſdet, & pretium petat, exceptione repellitur, d. §. ſtipulatio, & ibi gloſſ. ſatiſdetur.

Stipulatio prætoria an per calumniam deſideretur, ſi ſit aliqua controuerſia debet prætor ſuper ea re ſummatim cognoſcere, & cauere iubere, aut denegare, d. l. 1. §. ſi.

in Stipulatione prætoria an aliquid addi, vel detrahi, aut immutari debeat, ad prætoris iuriſdictionem pertinet, ibid.

Stipulatio prætoria ante eam interpoſitam additur à prætore de ea re ſummatim cognoſcendo, vt ſi iuſſerit prætor caueri, cùm debuerit ſatiſdari, vel ſi iuſſerit ſatiſdari in venditione, cùm debuerit caueri, gl. vel addi. ibid.

Stipulatio prætoria ante eam interpoſitam dicitur mutari à prætore de ea re ſummatim cognoſcendo, vt cùm iuſſerat prætor obligari pignus, mutaui in fideiuſſorem, vel in longius tempus, & ita additur, vel detrahitur, aut mutatur de eo, quod poteſt facere, cùm ſit interlocutoria, & non diffinitiua ibidem.

Stipulatio prætoria poſtquàm prætor iuſſit dari, non poteſt à prætore in aliam formam mutari, niſi conſenſu partium, & tunc conditionalis eſt, non prætoria, cùm non fiat ex neceſſitate, d. gl. vel addi. in add. marg.

Stipulationem iam interpoſitam non poteſt prætor mutare inuitis contrahentib. etiam ſi velit reducere in formam prætoriæ, cùm priùs fortè non erat, [illegible] dicatur, quòd per errorem priùs fuit interpoſita, d. gloſſ. vel addi. final.

Stipulationes prætoriæ quædam continent rei reſtitutionem, id eſt reſtaurationem in priſtinum ſtatum: quædam verò continent incertam quantitatem, l. 2. de prætoriis ſtipulat.

Stipulatio prætoria continens factum indiuiduum non diuiditur inter hæredes ſtipulatoris, vel promiſſoris: ſed tranſit ad quemlibet eorum actiuè, & paſſiuè: veluti ſtipulatio ex noui operis nunciatione, qua cauetur, vt opus reſtituatur: nam tunc ſiue actor, ſiue reus deceſſerit pluribus hæredib. relictis, vno vincente, vel victo, totum opus reſtitui debebit, & quamdiu aliquid ſupereſt, tamdiu non poteſt videri opus reſtitutum ibidem.

Stipulationes prætoriæ continentes incertam quantitatem, veluti ſtipulationes iudicatum ſolui, rem ratam dominum habiturum, damni infecti, & his ſimiles diuiduntur inter hæredes promiſſoris, vel ſtipulatoris, vt vnuſquiſque teneatur pro parte, d. l. 2. §. incertam, & ibi gl. diuerſam.

Stipula

Reliqua verbo, Cautio, 8. Satiſdatio, 4.5.

Stipulatio iudicatum ſolui, ex clauſula defendendo ne committatur, requiritur, quòd fiat defenſio à reis, vel ab eorum fideiuſſorib. vel heredib. vel ab eorum tutorib. curatorib. vel procuratorib. ſed ſi fiat defenſio ab aliis, ille debet defendere arbitrio boni viri:id eſt cum ſatiſdatione ad hoc, vt non committatur ſtipulatio;ſed ſi defendant ſine ſatiſdatione, repelluntur, & committitur ſtipulatio, niſi aduerſarius admiſerit ſine ſatiſdatione, d.l.iam tamen, §. nunc videamus.

Stipulatio iudicatum ſolui ex clauſula de defendendo,vel ob rem iudicatam non committitur,ſi vnus ex fideiuſſorib. qui iudicatum ſolui cauerant, exiſtat defenſor,d.l.iam tamen, §.ſi fideiuſſorib.& ibi gl.ob rem.

Stipulatio iudicatum ſolui habet tres clauſulas ſub vna verborum conceptione, ſcilicet de re iudicata:ſcilicet ſoluenda, & de re defendenda, & de dolo malo, vt abſit,l.iudicatum, 6.eod.

Stipulatio,iudicatum ſolui,ſui natura ante litem conteſtatam interponi debet, ſi quidem eius interpoſitio,& petitio cauſam dilatoriæ habeat,l.ſi ante acceptũ, in add marg.eod.

Stipulatio iudicatum ſolui extinguitur,ſi petitor poſt ſatiſdationem ante iudiciũ acceptum, vel poſt heres extitit poſſeſſori, l. ſi petitor. & ibi gloſſ. final. eodem.

47 Stipulatio, iudicatum ſolui, habet quantitatem certam,quando erit iudicatum: quia in tantum committitur, in quantum iudex pronunciauerit, l. iudicatum ſolui,9.& ibi gl.1.eod.

Stipulatio,iudicatum ſolui,ex clauſula de defendendo non committitur, ſi reus non cogeretur iudicium ſuſcipere,l.vir bonus,13. eod.

ex Stipulatione,iudicatum ſolui,tenetur ille,qui promiſit, non dominus, ſi non promiſit:quia ipſe,ſi ſe defendiſſet,non teneretur promittere: actione autem de re iudicata tenetur dominus: quia mandauit, aliàs procurator ſe offerens, gl.fi.in l.ſi ad defendendum.eod.

Stipulatio iudicatum ſolui,perimitur perempta re in iudicium deducta, niſi iudiciũ non perimatur, vt ſi erat neceſſaria adhoc ſententia propter euictionem aut propter fructus, quia tunc adhunc committitur ſtipulatio ob rem non defenſam,l.ſi ſeruus,& ibi gl.1.eod.

poſt Stipulationem,iudicatum ſolui,præſtitam à reo,ſi ipſe reus acquirit priuilegium perſonale,per quod inuitus nõ compellitur litigare,nihilominùs ſi cauſa non defendatur, committitur ſtipulatio ex clauſula de defendendo contra fideiuſſores,l ſi reus poſt iudicatum, 12.eod.

Stipulatio, iudicatum ſolui, impeditur committi per mutationem actionis, vel rei,l.cùm quærebatur.§.fi.eod.

ex Stipulatione,iudicatum ſolui,ob rem non defenſam quoties agitur contra fideiuſſores, debet actor ſibi cauere de non perſequendo litem contra principalem,aliàs non tenetur fideiuſſor ſibi ſoluere:& ſi ſoluerit hac cautione non recepta,non repetitur à principali,l.ſi ex duob.14.§. fi. eod.

Stipulatio,iudicatum ſolui, ex clauſula de dolo committitur ratione doli in ſolidum contra quemlibet fideiuſſorem,l.ex clauſula.17.eod.

Stipulatio,iudicatum ſolui ob rem non defenſam,non committitur,quando promiſſor non poteſt cogi ſe defendere propter naturam actionis intentatæ, vt contra patrem,& patronum intentabatur actio famoſa, vel ratione rei petitæ, vt quia Iudæus,vel hæreticus petebat mancipium Chriſtianum,vel quia peteretur liber improbatæ lectionis,l.vir bonus,& ibi gl. 1.eod.

Stipulatio,iudicatum ſolui ob rem non defenſam, non committitur,quãdo promiſſor non poteſt cogi ſe defendere:quia ſententia tranſactione,vel iureiurãdo erat lis finita,ibid.

Stipulatio, iudicatum ſolui ex clauſula doli, committitur propter dolum commiſſum ab initio ſtipulationis vſque ad finem iudicij ex dolo principalis, & heredis eius,& etiam extranei,ſi pœna fuerit adiecta,l.nouiſſima,19.eod.

Stipulatione,iudicatum ſolui,præſtita ſi reus deceſſerit duobus heredib. relictis, quorum alter rem non defendat, alter defendat, is, qui non defendit, poteſt conueniri ob rem non defenſam,& ille,qui defendit ob rem iudicatam, & ita hæc ſtipulatio ex duab clauſulis committitur contra diuerſos: ſed contra eũdem non poteſt committi:ſed præualet cauſa iudicati,l fi. eod.

Reliqua verbo,Procurator,42.43.44.Cautio,8.Satiſdatio,4.5.Satiſdare, Fideiuſſor,23.vſque 26.27.28.

48 STIPVLATIO Aquiliana perimitur per acceptilationem, l. Aquiliana, de tranſactio.

Stipulatio Aquiliana omnes præcedentes obligationes omnino nouat,& perimit acceptilatione ſequente,ibid.

Stipulatio Aquiliana dicta eſt ſic à Gallo Aquilio,gl.1,ibi.& gl.1.l.fi. Cod. de acceptil.

Stipulatio Aquiliana non ſolùm omnes obligationes præcedẽtes, ſed etiam omnes ſequentes nouat,& perimit,ſi adiiciatur verbum,oportebit,& de omnibus eſt cogitatum,aliàs non,gl.2.in d.l.Aquiliana.

Stipulatio Aquiliana non porrigitur ad ea,de quib.non eſt cogitatum,l. cùm Aquiliana,de tranſactio.

Stipulatio Aquiliana vocatur liberalitas: quia liberat à primis, & quia ſperatur acceptilatio,gl.fi.ibid.

Stipulatio Aquiliana renouat omnes obligationes,l.& vno,18.§.eius,de acceptilat.& §.item per acceptilationem.Inſt.quibus modis tollitur oblig.

per Stipulationem Aquilianam omnium rerum oblig.deducitur in ſtipulatum,& ea per acceptilationem tollitur,ibi,& d.§. item per acceptilationem. Inſt. eodem.

Stipulationis Aquilianæ vincula ſunt manifeſta: acceptilationis autem vincula ſunt naturalis obligatio, qua tenetur ad non petendum accepto ferens, cùm pactum hoc faciat,gl.4.in l.vbi pactum,14.C.de tranſactio.

Stipulatione Aquiliana interueniente, & acceptilatione ſequente, omnis tollitur obligatio,niſi creditor ſit talis ætatis,cui reſtitutio indulgeatur,l. fi. C. de acceptilat.

Stipulatio Aquiliana introducta fuit, vt per eam nouarentur obligationes iuris gentium, & in ſtipulationes deducerentur: & ſic per acceptilationem poſſent tolli,quod aliàs eſſe non poteſt,gl. 1.in d.l.fi.

Reliqua verbo,Tranſactio,1.2. Acceptilatio, 1.& inf.num.49.50.54.55 56

STIPVLATIO pœnalis nouat præcedentem obligationem principalem, quæ ſimiliter verbis contracta fuit,& ſic ſtipulatione,† l.obligationum ferè. §.fin. de actio.& oblig.

Stipulatio pœnalis continens minus,quàm prima obligatio,de iure Digeſtorum nouabat præcedentem obligationem:ſed iure Codicis non nouat,gl. fi. ſi quis in ius vocatus.

Stipulatio pœnalis non nouat præcedentem conuentionem libertatis præſtandæ factam ex cauſa, l. qui Romæ,122.4.Flauius.de verb.oblig.

Stipulatio principalis ſi confertur in perſonam vnius,& pœnalis in perſonam alterius,prima per perſonalem non nouatur: ſed ope exceptionis perimitur,l.1 §.fi.de ſtipul.ſeruo.

Stipulatio principalis,& pœnalis ſi confertur in perſonam vnius,prior ſtipulatio ipſo iure nouatur per pœnalem,ibid.

Stipulatio pœnalis non nouat præcedentem obligationem,niſi ex cauſa non onerosa factam:ſed exactione facta per vnam tollitur altera,quatenus concurrũt, † l.ſi quis a ſocio,41.& ibi gl.fi.pro ſocio. ſed reprobatur.

Stipulatio pœnalis non nouat præcedentem obligationem ex cauſa onerosa contractum,l.duo ſocietatem,72.& ibi gl.fuiſſent,pro ſocio.

Stipulatio pœnalis licèt ſit commiſſa, præcedens tamen actio, & obligatio iure nouationis non eſt ſublata:ſed ex ea poteſt agi: & ſi actor fuit conſecutus nomine intereſſe tantùm,quantum erat in pœna,tollitur ſtipulatio pœnalis ope exceptionis:ſi verò fuit actum ad pœnam ex actione ſecuta,tollitur obligatio, & actio prima competens ad intereſſe ipſo iure vſque ad concurrentem quãtitatem:ſed ſi intereſſe ſit maius,nec ipſo iure, nec ope exceptionis:ſed poteſt illud tolli cum pœna,l prædia,29.de actio. empt.

per Stipulationem pœnalem commiſſam actio ex vendito præcedens non nouatur,nec perimitur:ſed poteſt agi ex vendito ad intereſſe, antequàm agatur ex ſtipulatu ad pœnam, ibid.

Stipulatio pœnalis non nouat,nec perimit actionem deſcendentem ex contractu emptionis,l.Lucius Titius,43.eod.

Stipulatio pœnalis præcedentem ſtipulationem facti alieni vtilem facit, non vt inde naſcatur actio:ſed vt metu pœnæ cogatur,gl.ea res,in l.ſtipulatio iſta,38 de verb.oblig.

Stipulatio pœnalis nouat præcedentem obligationem principalem ipſo iure, nec diſtincto vtrum contineat plus,vel minus;quando principalis obligatio eſt ex cauſa lucratiua: ſecus ſi ex cauſa onerosa, & non lucratiua: quia tunc non fit nouatio: ſed poteſt agi ex qualibet, & vna exacta poterit agi ex reliqua in eo, quod plus eſt.† reprob.gl. probatur,in l.ita ſtipulatus,115.de verb.oblig.& reprob.gl.fi.in l.ſi quis à ſocio,41.pro ſocio.

Stipulatio pœnalis nouat præcedentem obligationem naturalem, quæ oritur ex nudo pacto, niſi eſſet actum in contrarium, gloſſ. fi. in l. ſi pacto, 14. C. de pactis.

Stipulatio pœnalis hodie non nouat præcedentem obligationem,niſi expreſſe ſit actum,ibid.

Stipulatio pœnalis ſi contineat minus,quàm intereſſe proueniens ex prima obligatione, poterit agi ad intereſſe omiſſa pœnam,gl.fi. in l.fi. ſi quis in ius vocatus.

Stipulatio pœnalis ſi ſit,& eam præcedat conditio;veluti ſi Stichum non dederis dabis decem,tunc committitur ſtipulatio,cùm facere,vel dare poſſe deſiit:fallit propter perplexitatem:item fauore vltimæ voluntatis,fauore libertatis, & quando obligatio principalis præcedit obligationem fideiuſſoris,gl fi. in l. & ſi quis cautio.

Stipulatio pœnalis committitur per litis conteſtationem factam in principali, quando nuda pactio præceſſit: ſed quando pactio veſtita præceſſit tunc committitur ſtipulatio pœnalis,cùm dare,vel facere potuit,& non facit, ibid.

Stipulatio interpoſita ſi ſit ſecundum leges, valet principalis, & pœnalis, ſi pœnalis etiã ſit interpoſita:ſi verò cõtra leges, tunc neutra ſtipulatio: ſcilicet nec principalis,nec pœnalis valet;ſi verò præter leges, tunc valet tantùm pœnalis ſtipulatio,gl.non licet,in l.iuriſgentium,§.& generaliter, de pactis,

Stipulatio pœnalis quando adiicitur pacto, aut pœnam debet petere, aut exceptionem opponere,l reſcriptum,§.ſi pacto,eod.

Stipulatio pœnalis, cùm aduerſus eam quid ſit, ita demùm committitur, ſi ſine dolo malo ſtipulantis factum eſt, aliàs ſi dolo eius factum ſit contra ſtipulationem,non committitur,l.ita demùm,36.de arbitris.

Stipulatio pœnalis habet in ſe tacitam conditionem,ſi dolo ſtipulantis cõtra ſtipulationem factum non ſit: verè tamen illa ſtipulatio non eſt conditionalis quia dolo commiſſo non committeretur,& ideò nunquam exceptio doli, vel actio ex ſtipulatu pro dolo locum haberet,quod falſum eſt, gloſſ.conditione ibidem.

Stipulatio pœnalis ad perſonam relata non facit præſumi ſeruitutem interpoſitam,l.cum fundo,36.de ſeruit.ruſticorum.

in Stipulationibus pœnalibus quando eſt appoſita pœna,nõ videtur,quòd debeat conſiderari intereſſe mero iure;ſed bene in effectu,l. 3. & ibi gl.committi, in add.de verb.obligat.

in Stipulatione pœnali non inſpicitur intereſſe, quando non intereſt ſtipulantis quod verum eſt quando pœna eſt deducta in ſtipulationem;ſecùs ſi pœna promittatur pacto,quantumcumque veſtito cohærentia contractus:quia tunc inſpicitur an interſit,gl.eas res,& ibi add.marg. in l.ſtipulatio iſta,38. eod.

Stipulatio quando eſt appoſita pœna,non inſpicitur an interſit,d.l.ſtipulatio iſta, habere.§.alteri.

Stiputio pœnalis adiecta ſtipulationi primæ factæ præter legem, valet, licèt ea ſtipulatio præter legem facta,ſit nulla,gl.conuenier, ibid.

Stipulatio pœnalis adiecta ſtipulationi factæ contra legem non valet, ibid.

Stipulatio etiam pœnalis, per quam promitto cum pœna te heredem inſtituere, non valet, neque debetur pœna, gloſſ. 1. in l. ſtipulatio hoc modo concepta,61.eod.

Stipulatio principalis quando concipitur affirmatiuè, tunc ſequens pœnalis debet concipi negatiuè: ſed ſi principalis ſtipulatio concipiatur negatiuè, tunc ſequens pœnalis debet concipi affirmatiuè,l.cùm quid,71.& l.continuus, 137 §.pen.eod.

nihil probauerit,gloſ.interpretando,in addit.marg.in l.ſtipulatio iſta habere. 38:§.in ſtipulati nib eod.

Stipulatus ſi ſit quis a Titio decem ſibi, & decem Caio, Titius ſola decem debet:quia decem,quæ ſtipulatori promiſit,eadem promiſit & Caio, d. §. in ſtipulationib.

Stipulatus ſi ſit quis dari ſibi,aut filio, vel dari ſibi, aut extraneo, tunc filius, vel extraneus dicitur adiectus ſolutioni,non obligationi, & poteſt tali adiecto ſolui,l.eum,qui ita,56.§.qui ſibi,eodem.

5 Stipulatus ſi ſit quis illam,aut illam rem,vtram illarũ Titius elegerit,ſtipulator non aliter habet facultaté alterutrius petendæ,quàm ſi Titius elegerit,l.fi.eo.

Stipulatus ſi ſim mihi,aut Titio,& tu mihi daturum promiſiſti, valet ſtipulatio, & mihi ſoli acquiritur obligatio:ſed ſi Titio te daturum promiſiſti, ei duntaxat debet ſolui,dicta l.fin.§.ſi ita ſtipulatus,& ibi glo.ſoluitur.

Stipulatus ſi ſit quis à Titio,& Sempronio pupillo ſine tutore, & licèt eos conſtituerit tanquam duos reos promittendi,tamen ipſe Titius ſolus erit obligatus,l.ſi ex duobus,§. 1.de duobus reis.

Stipulatus ſi ſit quis ab vno id,quod ſibi debetur à duobus animo nouandi,vterque liberatur à prima obligatione,ſi copulatiuè, vel eo caſu, quo alternatiua ponitur pro coniunctiua,l.à te hominem,32.& ibi gloſ.fi.de nouatio.

Stipulatus ſi ſit quis decem in melle,vel in frumento, decem dicuntur eſſe in obligatione:ſed mel,vel frumentum in facultate ſoluendi, l. ſi quis ſtipulatus, 57.& ibi glo. 1.de ſolutio.

Stipulatus ſi ſit quis mihi Stichum,aut Pamphilum,ſi tunc Pamphilus erat meus, nec obligatio,nec ſolutio conſiſtit in eo, cùm Stichum tantum videatur ſtipulatus,l qui decem,52.§.Stichum.& ibi gl.deſierit.eod.

Stipulatus ſi ſit quis dari ſibi,aut Sticho ſeruo Mæuij, & promiſſor dederit Mæuio domino ſerui,non liberatur, niſi voluntate ſerui dederit domino, l. Stichum,aut Pamphilum,95.§.vſumfructum.& ibi gl.ſoluerit,eod.

Stipulatus à te quidquid te dare oportet, non videtur ſtipulari, quod iudex in ſententia expreſſit;ſed quod purè,& in veritate debetur tunc, licèt arbitraria actione ei tenearis,gl.1.in l.verbum oportet,37.de verbor.ſign.

Stipulatus ſi ſit quis quanta pecunia ex hæreditate Titij ad te peruenerit, videtur ſtipulari res ipſas,quæ peruenerunt ad eum,non pretia earum, l. cùm ſtipulamur,99.eod.

Stipulatus quando quis eſt purè, tunc & ceſſit, & venit dies, niſi res ipſa capiat dilationem:ſed quando in diem ſtipulatus eſt,tunc ceſſit dies;nondum tamen venit:ſed vbi ſub conditione,tunc neque ceſſit, neque venit dies pendente adhuc conditione,l.cedere diem,213.eod.

Stipulatus ſi ſit quis certo tempore daturum ſe aliquid,vel facturum, & adiecerit,quòd ſi ſtatuto tempore non perfecerit,quòd certam pœnam dabit,ſine interpellatione tenebitur ad pœnam; nam dies interpellat pro homine, l. magnam,12.C.de contrahend.ſtipul.

Stipulatus ſi ſim decem,quæ mutuaui,reddi mihi,& Titio extraneo: nulla actio ex ſtipulatu quæritur extraneo;ſed remanet actio penes me mutuantem, l.fi. & ibi gl.1.C.de inutilib.ſtip.

Stipulatus ſi ſim ſimpliciter mihi,& Seio decem,nulla præcedente numeratione valet ſtipulatio pro parte mea;id eſt in quinque, & pro alia parte nihil valet: ſed ſi numeratio præceſſit ſtipulationem,valet,& remanet actio in totum penes numerantem,ibi.

Reliqua verbo, Actio, 230.

STRAGVLA idem eſt, quod ſtratum, vel ſtramentum, & ſunt duo genera; quædam,ſine quibus viuere non poſſumus,& illa veniunt appellatione victus, vt ſunt lecti: quædam ſunt, ſine quibus ſtare poſſumus, vt ſunt tapeta, & illa non veniunt appellatione victus,gl.fi.in l.quos nos, 234. de verborum ſignif.

Reliqua verbo,Victus,Stratum.

STRATA dicitur via facta lapide manu ſtrato,gl.pe.in l.1.de via publica,& itinere pub.

STRATORES dicuntur,qui ſternunt malè acta,vel qui ſternunt homines, & capiunt tranſeuntes per ſtratam,glo. 1.in l.in eadem,ex quib.cauſ.maiores.

Stratores ſunt milites,aut mercenarij,qui caſtra præibant, vt loca accommodatiora ad traducendum exercitum facerent,d.l.in eadem,in add.marg.

Stratores dicuntur,qui præſunt ſtabulis,ſeu equis ſtantibus in ſtabulo, gl.in rub. C.de ſtratorib.lib.12.

Stratoribus:id eſt præſidentibus ſtabulis principis ſtipendij nomine vnus ſolidus dandus eſt,l.1.C.eod.

Stratores habent ſolitam quantitatem à donatario,quando ei rex,vel præſes, aut comes donat aliquem equum,& hoc in regibus Hiſpaniæ obſeruatur,gl. .ibi.

STRATVM, ſiue ſtragula dicitur omne veſtimentum, quod ſternitur ad cubandum,vt ſupra illud quis iaceat,vt culcitra,& tapeta, & ſimilia: non autem aliud,quo induantur,gl.1.in l.in ſtratum,45.de verb.ſig.

Strati appellatione continetur omne veſtimentum,quod iniicitur in terra,vel in plano,d.l.in ſtratum.

Strati appellatione continetur etiam ſtragula veſtis,ibi gl. 1.

Reliqua verbo, Stragula,Viuere.

STRENAE, vel ſalaria à principe dantur aduocatis fiſci ſolenni die feſtiuitatis calendarum Ianuarij ipſius tantummodò anni, per quem tale officium peragunt,l.4.C.de aduocatis diuerſorum iudic.

STREPITVS confligentium:hoc eſt aduocatorum,& allegantium fit in iudicio,glo.ſtrepitus,in l.ſi quis decurio,21.C.de falſis.

STRICTVM ius dicitur tripliciter: primò ad differentiam actionis bonæ fidei:ſecundò dicitur illud,quod eſt adeò ſtrictum ius:id eſt firmatum, & nullo modo poteſt ab eo recedi:tertiò,cùm latiùs, mitiúſve, quàm dictet æquitas, aliquid ſtatuit,gl fi.in l.placuit,8.C.de iudiciis.

Strictum ius,& ſumma ratio idem eſt,l.ſunt perſonæ,54.& ibi add. marg.de religioſ.& ſumpt.

Reliqua verbo,Contractus,15.Ius,6.

STVDERE laborioſum eſt,l.1.C.de aſſeſſorib.

Studuiſſe diu non ſufficit:ſed bene,gl.ſuperetur, in l. vnicuique, C. de proximis ſacrorum ſcriniorum,li.12.

STVDIOSVS verbum accipitur in bonam partem,§.noſtra autem,verſ. ſed no in primis,Inſti. de legatis.

STVDIVM habet vtilitatem publicam coniunctam,l.nécnon, & ibi add.marg. ex quib. cauſis maio.

Studiorum cauſa abſens habet iuſtiſſimam,& probabilem cauſam ad reſtitutionem,d.l.nécnon.

Studia liberalia dicuntur,quæ Græci Mathematica appellant,& ſunt ſeptem,l. 1. & ibi gl.continebuntur,de variis,& extraord.

Reliqua verbo,Expenſa,10.Lucubratio.

STVLTITIA vocatur quandoque imprudentia,& error, gl. ſtultitia,in l ſi per imprudentiam,51. de euict.

STVLTVS dicitur,qui ignorat ius,cui non ſuccurritur,gl.ſtultis,in l.regula, §. ſi quis,de iuris,& fact.ign.

Stulti non debent eſſe melio is conditionis,quàm periti,l.4.quod vi,aut clam.

Reliqua verbo, Sapiens.

STVPRANS virginem immaturam tenetur Aquilia,gl. Aquilia, in l ſi ſeruus, 27. §. ſi oliuam,ad legem Aquil. l.ſi ſtuprum, 25. & ibi gl. fi.de iniuriis.

Stuprans ancillam tenetur domino iniuriarum actione,d.l.ſi ſtuprum,& ibi gl.fi.

Stuprans virginem maturam non tenetur Aquilia, ib.d.

Stuprans per vim puerum,vel fœminam,aut quemquam,tenetur lege Iulia de vi publica,l.3.ad legem Iul.de vi publ.

Stuprans ancillam ſi damnatus ſit de libidine commiſſa cum ea, non efficitur infamis:ſed opinionem tantum aggrauat talis ſententia,l.& ſi libidine,23.& ibi gl.1.C.de adulteriis.

STVPRVM dicitur in virginem, vel viduam honeſtè viuentem, vel puerum,l. ſtuprum,34.& ibi gl.2.de adulteriis,gl.in rub.C.eod.§.item lex Iulia, Inſti.de publicis iudiciis,l.inter liberos,§.1.ibi gl.viduam,de adulteriis,& gl. ſtuprum, in l.1.de concubinis.

de Stupro quilibet poteſt accuſare, gl. 1. in l. propter violatam,7. Cod. de adulteriis.

pro Stupro comperto ſi quis aliquid accepit,tenetur pœna legis Iuliæ de adulteriis,l.de crimine,10.C.eod.l.mariti,29.§.plectitur.ff. eod.

Stuprum voluntarium punitur in vtroque:ſed violentum non punitur in patiente,l fœdiſſimam,20.C.eod.

Stuprum punibile non committitur cum meretrice,l.ſi ea,quæ,22.C. eod.

Stuprum committens cum domina cauponæ puniri debet:ſed ſi cum famula,quæ propinauerat vinum potantibus,non punitur,l.quæ adulterium,29. C. eod.

Stuprum cum vidua,aut virgine committentis pœna eſt publicatio dimidiæ partis bonorum in perſonis honeſtis,id cõmittentibus;in humilioribus eſt coertio corporis cum relegatione,niſi in tribus caſibus: ſcilicet in ſtuprante puerũ, in tutore ſtuprante quondam pupillam ſuam, & in ſeruo ſtuprante dominam ſuam,quibus maior pœna imponitur.§.item lex Iulia,& ibi gl.fi.Inſt.de publicis iudiciis.

Stupri pœna eſt quinquennalis,niſi quando per vim committitur,quo caſu etiam poſt quinquennium,& ſine præfinitione temporis poteſt reſtitui,gl.cum relegatione, ibid.

Stuprum non dicitur in meretricem,vel concubinam illicitam,l.inter liberis, §. 1.& ibi gl. viduam,de adulteriis,gloſſ.viduam,in l.inter ſtuprum.101.de verb. ſign.

Stuprum dicitur quaſi ſocietas turpis,vel conſortium turpe, gl.phthoram,ibi in d.§.1.

Stupri delictum propter vtilitatem vitæ mulieris habetur pro non delicto, gloſſ. vulgares,in add.in l.ſi vxor,13.de adulteriis.

Suprum,vel adulterium inferens per vim mari, vel fœminæ,poteſt accuſari lege adulterij perpetuò, & ſine præfinitione temporis,l.mariti,29.§.fi.& ibi gl. fi. eodem.

Stuprum committit ille,qui liberam mulierem viduam conſuetudinis cauſa, nõ matrimonij retinet,excepta concubina,in qua proteſtatio eſt neceſſaria,l.ſtuprum,34.& ibi gl.2.eod.

Stuprum etiam ante pubertatem committi poteſt: ſed non adulterium,l.accuſaturus,36.& ibi gl.1. eod.

Stuprum cum inceſtu ſi committatur, mulier punitur,vt vir:ſed inceſtu excuſatur propter ignorantiam,quæ præſumitur in muliere minore, & ſtatim pœnitente,l.ſi adulterium cum inceſtu,38.§.1.& ibi gl.duplex,& gl.errore, eod.

Stuprum ſine dolo committi non poteſt,gl.pe.in l.pen.eod.

Stuprum fieri perſuadens puero ab eo abducto,vel corrupto comite, punitur extra ordinem,l.1.de extraordi.crimi.

Stuprum non committitur cum ea,quæ corpore quæſtum facit, gl. vel quæſtum, in l.1. de concubinis.

Stuprum committit mulier coniugata,ſi turpiter viuit, & palam, vel non palam quæſtum facit,l.ſtuprum,41. de ritu nupt.

Stupri metus maior,quàm mortis bonis debet eſſe,l.iſti quidem, de eo,quod metus cauſa.

inter Stuprum,& adulterium hoc intereſt,quòd adulterium in nuptam, ſtuprum in viduam, vel virginem committitur : ſed lex Iulia vtroque verbo vtitur indifferenter,l.inter ſtuprum, 101.de verb. ſignific.

Reliqua verbo,Adulterium,2.Mulier,3.19.

STYLVS,& conſuetudo fori,vel iudicij pro lege haberi debet,& obſeruari, l. 1. §.in honorariis.& ibi add.marg.de variis,& extraord. cog.

SVARII dicuntur porcarij,qui cuſtodiũt porcos ciuium in paſcuis,gl.1.in rub. C de ſuariis,lib. 11.

Suarij cùm peruigilem laborem commodis ciuitatis debeant exhibere,ſemper liberantur à ſordidis muneribus,l.& ibi gl fi.C.eod.

Suariorum iudex eſt prætor vrbis,ſiue ipſi agant,ſiue ipſi conueniatur,l.2. C.eo.

SVASIO quandoque ſumitur in bona parte,quandoque in mala,gl.ſuaſionibus, in §.cùmque.in procem.Inſtitutio.

Subſtitutio vulgaris, quæ non eſt ſortita effectum, non impedit ius accreſcendi, l.quidam teſtamento,30.eod.

Subſtitutionem vulgarem, & pupillarem important hæc verba, ſibi, vel filio, de ſui proprietate, l.paterfa.46.eod.

10 Subſtitutio vulgaris expirát, ſi per inſtitutum alteri hereditas acquiratur, l.ſi quis filium,7.de acqui.hered.

ex Subſtitutione vulgari ad coheredem peruenientia bona contribuuntur cum herede ex inſtitutione: idem in legatis, niſi nominatim relicta ſint, L. 1. §. id. quod, ad leg. Falcid.

ex Subſtitutione vulgari, qua ei, qui ſupremus morietur, heres ſubſtituitur, rectè heres ſubſtitutus intelligitur etiam vnico, l.in vulgari, 163.de verb ſignifi.

Subſtitutio vulgaris ſi fuerit facta ſeruo alieno, quem teſtator liberum eſſe putabat, diuiditur hereditas in duos ſemiſſes: & vnus ſemis illorum iterùm diuiditur in duas partes, quæ ſunt duæ quartæ totius, quarum vnam habet ſubſtitutus, aliam quartam cum alio toto ſemiſſe habebit dominus ſerui, † §.fin.& ibi glo.in partem, & ibi add.Inſt.de vulgari ſubſti.

per Subſtitutionem vulgarem ſucceditur teſtatori, per pupillarem ipſi pupillo, in principio.Inſt.de pupillari ſubſtit.

Subſtitutio vulgaris expreſſa continens in ſe tacitam pupillarem per quandam connexitatem trahitur ad pupillarem: veluti ſi filius meus heres non erit, Ætius heres eſto. Titius admittitur, etiam ſi filius heres extiterit, dummodò intra pubertatem deceſſerit, l.2. §.ſed ſi quis, de vulgari.

Subſtitutio vulgaris facta expreſſo filio impuberi continet etiam tacitam pupillarem, & econtra pupillaris expreſſa continet tacitam vulgarem, l.iam hoc iure.4.& ibi gl.2.eod.

Subſtitutio vulgaris expreſſa non continet tacitam pupillarem, nec econtrà, quãdo teſtator in vtroque caſu expreſſè prouidit, l.cùm ex filio, 39.§.1.& ibi gl.& alius, eod.

Subſtitutio vulgaris tacita contenta ſub expreſſa pupillari matrem excludit, glo fi.in l.fi.C.de inſtitu.& ſubſtit.

per Subſtitutionem vulgarem expreſſam quemadmodum ſucceditur teſtatori, & non impuberi, nec in eius bonis, eodem modo per vulgarem tacitam contentam ſub pupillari expreſſa ſucceditur marito, & non impuberi, ibi.

ad Subſtitutionis tacitæ vulgaris confirmationem requiritur aditio ex teſtamento paterno, l.apud Iulianum, 11.§.1.& ibi gl.ſubſtituti, ad Trebellianum.

Subſtitutio tacita vulgaris comprehenſa ſub expreſſa pupillari non trahitur ad bona impuberis, † l.ſi pupillus, 42.& ibi gl.cæterùm, de acqui.heredit.

Subſtitutio vulgaris habet locum, etiam ſi heres inſtitutus viuo teſtatore deceſſerit, l.cùm ex filio, 39.§.fi.de vulgari.

Reliqua verbo, Subſtitutus, 5. Legatarius, 6.

11 SVBSTITVTIO pupillaris, vt valeat, octo ſunt neceſſaria: ſcilicet quòd ſit de liberis, & quòd ſit impubes, & in poteſtate, & quod ſui iuris morte teſtatori efficiatur, & quòd non deſierit eſſe in poteſtate ante mortem teſtatoris: item quòd pater ſibi faciat teſtamentum: item quòd impubes ſit exheredatus, vel inſtitutus, & quòd patris adeatur hereditas, gl.1.& ibi add. in principio.Inſt.de pupillari ſubſtit.

Subſtitutio pupillaris inuenta eſt moribus, & conſuetudine, in principio. Inſt.eo

Subſtitutio pupillaris concipitur ita: Inſtituo filium meum impuberem: & ſi heres non erit, vel erit: ſed intra pupillarem ætatem deceſſerit, ſubſtituo Caium: quo caſu ſi filius heres non extiterit, tunc ſubſtitutus eſt heres patri: ſed ſi extiterit: ſed intra pubertatem deceſſerit, ſubſtitutus eſt heres ipſi filio, & nihilominùs patri, & habet bona pupilli vndecumque quæſita, etiamſi ſit ſubſtitutus in re certa: quia detracta illius mentione admittitur in totum, dicto principio, & ibi gl.ipſi filio, & l.2.& ibi gl.in poteſtate, de vulgari.

Subſtitutio pupillaris inducta eſt ex æquitate, vt qui ſua imbecillitate impediuntur teſtamentum conficere, poſſint habere ex teſtamento heredem ſibi datum à patre, §.pen.Inſt.eod.

de Subſtitutionis pupillaris forma non ſunt illa verba, ſi heres erit: ſed ſuffici. dicere, ſi moriantur intra 14.annum, d.l.2.§.ſed & ſi quis, de vulgari.

Subſtitutioni pupillari tria ſunt neceſſaria: videlicet quòd ſit de liberis, & pupillus, & in poteſtate, gl.3.in l.in teſtamento, C.de teſtament.milit.

Subſtitutio pupillaris a patre facta dicitur eſſe teſtamentum filij, gloſſ.ne ſit, in l. nec ei.§.eorum, de adoptio.

in Subſtitutione pupillari appoſita dictio, mihi, nihil nocet, quominùs etiam alia bona, quàm patris etiam veniant in pupillari, & quominus etiam ipſi pupillo ſit heres, & quaſi per obliquum mihi patri, gl.Caius, in l.1.de vulgari.

Subſtitutio pupillaris conſeruatur, ſicut cætera per edictum ſi quis omiſſa cauſa principalis teſtamenti, l.2.& ibi gl.ſeruandum.eod.

12 Subſtitutio pupillaris poteſt fieri purè, & ſub conditione extrinſeca: & ſi fiat purè ſubſtitutus ſtatim pupillo mortuo intra pupillarem ætatem admittitur ex ſubſtitutione, etiamſi non ſit heres patris: ſecùs ſi ſubſtitutus ſit ſub conditione, ſi heres erit ex paterno, l.qui liberis, 8.eodem.

Subſtitutio pupillaris facta per verba, quiſquis mihi heres erit, ſit filio meo impuberi, &c.refertur ad eos tantùm, qui ſunt heredes immediatè ex iudicio defuncti, & non per mediam perſonam alterius, d l.qui liberis.§.hæc verba.

ex Subſtitutione pupillari facta per hæc verba quiſquis mihi heres erit, &c.ſcripti tantùm heredes vocantur pro hereditariis portionibus, & ideò neque pater per filium ſubſtitutum, neque dominus per ſeruum ſubſtitutum, neque heres heredis ſcripti vocantur: quia ex iudicio teſtatoris non veniunt.ibid.

Subſtitutionem pupillarem confirmat aditio paternæ hereditatis facta per pupillum, gloſſ.habere, in addit.margin.l.ſed ſi plurès, 10.§.filio.eodem.

Subſtitutio pupillaris quantum ad confirmationem dependet ex teſtamento paterno, in add.marg.in d.l.ſed ſi plures, 10.§.filio, eodem.

Subſtitutio pupillaris facta filio arrogato impuberi ab arrogatore, non porrigitur, niſi ad bona arrogatoris, & ad illa, quæ beneficio arrogatoris impubes acquiſiuit d.l.ſed ſi plures.§.pe.

Subſtitutio pupillaris an ſecundo, tertio, vel quarto gradu fiat, nihil intereſt quantum ad commodum ſubſtitutionis, l.quo gradu, 13.eodem.

Subſtitutio pupillaris ſi fuerit facta expreſſim vſque ad annum 25.pupilli: vſque ad pubertatem tantum pupilli admittitur: ſed poſt pubertatem non valet, nec tranſit in fideicommiſſum, glo.1.in l.in pupillari, 14.eod.

Subſtitutio pupillaris compendioſè per verbum, quandocumque, facta, tantùm valet intra pubertatem, neque extenditur vltra.ibi.

Subſtitutio pupillaris facta vſque ad ſex annos filio habenti decem annos, tan- 13
tùm valet intra pubertatem, ibi.

Subſtitutio pupillaris poteſt fieri ex interuallo, & alia hora ſeparata poſt teſtamentum patris, l.ſi quis eum, quem, 16.§.fi.eod.

Subſtitutio pupillaris poteſt fieri ad minus tempus, quàm pupillaris ætatis: putà ſubſtituo te ſi intra decimum annũ filius moriatur, & tunc ſubſtitutus ex ſubſtitutione non admittitur, ſi poſt decennium: ante tamen quartum decimum annum, deceſſerit filius, l.ſi ita quis, 21.eod.

ex Subſtitutione pupillari repellitur ille, qui teſtamentum paternum impugnauit per contra tab.ſiue obtineret, ſiue ſuccumberet, l.is, qui, 22.& ibi gl.1.eod.

ad Subſtitutionem pupillarem non eſt neceſſe, quòd omnia requiſita concurrant tempore teſtamenti: quia ſufficit, quòd concurrant tempore mortis teſtatoris, l.coheredi, 41.§.cùm filiæ, eod.

Subſtitutio facta impuberi per verba mere obliqua, vt eſt verbũ, reſtituat, etiam ſi ſit limitatã intra tempora pupillaris ætatis, numquam trahitur ad directam, d.l coheredi.§.quod ſi.

Subſtitutio pupillaris perinde habetur, ac ſi fuiſſet inſtitutus in teſtamento paterno ſub conditione, d.l coheredi.§.coheres.

Subſtitutio pupillaris facta in partem, vel in rem certam, admittitur in totũ patrimonium, ſi non reperiatur alius ſubſtitutus d.l.coheredi, §.fi.& ibi gl.fi.

à Subſtitutione pupillari ad exemplarem arguere licitum eſt, l.ex facto, 43.eod.

Subſtitutio pupillaris ſi fuerit facta ita, ſi filius meus intra decimum annum deceſſerit, Titius heres eſto: ſi intra quatuordecimum deceſſerit, Mæuius heres eſto: filio mortuo in octauo anno ſuccedit ei ſolus Titius, qui intra decimum filio decedente ſubſtitutus eſt, niſi appareat de contraria voluntate teſtatoris, d.l.ex facto §.item quæro.

Subſtitutionis pupillaris ius non venit in confiſcationem bonorum, dict.l.ex Fa- 14
cto, §.fin.

Subſtitutio pupillaris continetur ſub breuiloqua, quando filij impuberes ſubſtituti ſũt inuicem, licèt ſint diſparis ætatis, vt quia vnus ſit xiiij.ann.alter ſit anniculus, l.Lucius, 45.& ibi gloſ.ætatis, eodem.

Subſtitutio pupillaris non impedit alienationem bonorum, l.fin.§.fin.eodem.

Subſtitutio pupillaris directa facta in codicillis trahitur ad fideicommiſſum, etiam ſi ſint fratres in medio, l.Scæuola, 76.& ibi gl.obligetur, ad Trebel.

in Subſtitutione pupillari facta his verbis, quiſquis mihi heres erit, filio meo heres eſto, non continetur heres heredis: quia incertus eſt. l. ſciendum, 70. de verb.ſign.

Subſtitutio pupillaris, quæ non poteſt fieri extraneo, continet in ſe vulgarem tacitam, l.fin.& ibi gl.pen.C.de hered.inſtit.

Subſtitutio impuberum dicitur pupillaris ſubſtitutio, gloſſ. in rub. Cod. de impuberum.

per Subſtitutionem pupillarem ſucceditur pupillo ex teſtamento, & venientes ab inteſtato repelluntur, l.ſi teſtamento, 7.C.eod.

Subſtitutiones duæ ſunt, quando teſtator dicit, ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate, vel poſteà ſine liberis, illum ſubſtituo: vna eſt pupillaris expreſſa: alia fideicommiſſaria propter diſtinctionẽm temporum, ad quæ ſingula verbum, ſubſtituo, adaptatur diuerſis modis, gl.pe.in fi.in l.precibus, 8.C.eod.

Subſtitutio pupillaris tacita, quæ continetur ſub vulgari, non declaratur ex ſignificatione verborum: ſed ex interpretatione legis colligitur, & ideò contra matrem non admittitur, gl.fi ibi.

Subſtitutio pupillaris contenta ſub breuiloqua excludit matrem: quia non eſt veriſimile teſtatorem voluiſſe matrem impuberis præferri alteri filio ſuo, ſecùs in extraneo vulgariter ſubſtituto, ibidem.

in Subſtitutione pupillari quemadmodum non habet locum querela, ita nec in 15
exemplari, l.humanitatis, C.eod.

Subſtitutio facta duobus impuberibus ſub nomine collectiuo: ſcilicet ſi ambo, vel ſi vterque in pupillari ætate deceſſerit, non habet locum, ſi vnus deceſſerit in pupillari ætate, altero ſuperſtite, niſi alter & ſic vterque in pupillari ætate decedat, l.pen.C.de impuberum.

per Subſtitutionem pupillarem ſucceditur ſoli filio pupillo, & in bonis pupilli, & non teſtatori, etiam ſi teſtator dicat, ſubſtituo mihi, ſi moriatur in pupillari ætate, d.l.pen.

Subſtitutio pupillaris ſi ſit facta duobus impuberibus ſeparatim, & nominatim, vno decedente in pupillari ætate, ſubſtitutus admittitur in eius parte: ſecùs verò ſi ſub nomine collectiuo fiat, gl.fin.ibidem.

Subſtitutio pupillaris ſi facta ſit ſub nomine collectiuo, etiam admittitur ſubſtitutus, quando extitit conditio ſolùm in perſona ſecundi, & non primi, vt ſi primo decedente in pubertate, ſecundus moriatur in pupillari ætate: ſecùs verò quando conditio extitit in perſona primi, & non ſecundi, d.gl.fi.

Subſtitutio pupillaris duobus impuberibus ſi ſit facta ſub nomine collectiuo, ſi vterque in pupillari ætate, &c. tunc ſi vno decedente, alter ſuperſtes ex præſumpta voluntate teſtatoris ſubſtitutos excludat, excluditur tunc ſubſtitutus: ſed ſi non ſit ſuperſtes talis: ſed fortè ſit in eodem, vel pari gradu cum ſubſtituto, tunc ſubſtitutus admittitur, d gl.fi.in add.

Subſtitutio pupillaris introducta eſt ſecundum iuris ciuilis rigorem ratione patriæ poteſtatis, quæ durat etiam ſi extraneus ſubſtituatur, glo.certas, in add.in § qua ratione.Inſt.de pupillari ſubſt.

Subſtitutionem pupillarem non facit ceſſare bonorum poſſeſſio contra tabul. mota: quia ibi non quæritur de viribus teſtamenti, gl.adoleuerit.ibi.

Subſtitutio pupillaris habetur pro duobus teſtamentis: ſcilicet patris, & filij, §. igitur.Inſt.eod.

Subſtitutio pupillaris poteſt fieri diuerſo tempore, & diuerſa ſcriptura à teſtamento paterno, & etiam poteſt fieri in teſtamento paterno, §.ſin autem.Inſtit. eodem.

Subſtitutionis pupillaris ſpes non tranſit ad heredem pupillariter ſubſtitutum niſi ex præſumpta voluntate teſtatoris, l.ſed ſi plures, 10, & l.qui habebat, 47. & ibi gl.fi.de vulgari.

Subſti-

Subſtitutio facta de nepote poſthumo iuxta conſilium Galli Aquilij in caſum, quo filius moriatur viuo auo, extenditur ad caſum, quo filiusfa. viuo auo, ab hoſtibus captus fuerit, & decedat antequam redeat poſt mortem patris, vel ante, ſiue nepos naſcatur viuo auo, aut patre, ſiue poſt mortem aui.gl.caſus,ibi.

Subſtitutio facta de nepote poſthumo iuxta conſilium Galli Aquilij in caſum mortis filij extenditur ad caſum, quo verè moritur filius poſt mortem teſtatoris: ſed fingitur mortuus viuo teſtatore per fictionem legis Corneliæ, quæ fingit, filium mortuum in captiuitate, eſſe mortuum in ciuitate præambula hora, antequam caperetur, d.l.Gallus,§.quòd ſi is,qui.

Subſtitutio facta de nepote naſcituro poſt mortem patris ſui iuxta conſilium Galli Aquilij extenditur ad caſum, quo verè naſcitur eo viuo: ſed fingitur natus eo mortuo,ibi.

ex Subſtitutione facta per hæc verba quiſquis mihi heres erit, idem ſit filio meo impuberi, non admittitur, niſi ille, qui eſt heres ſcriptus, non autem ille, cui fuit acquiſita hereditas ex diſpoſitione legali, & ab inteſtato, l.3.& ibi glo.1.de vulgari.

Subſtitutio facta filio impuberi à patre, qui poſteà captus eſt ab hoſtibus, non euaneſcit, licèt impubes defunctus ſit, & pater apud hoſtes deceſſerit, l.pater inſtituto.de captiuis.

Subſtitutio facta à patre filio impuberi euaneſcit, ſi filius capiatur ab hoſtibus patre viuo, & ibi deceſſerit etiam ante patrem: ſed legitimi ſuccedunt patri: ſed ſi filius captus ſit patre mortuo, ſecundæ tabulæ irritantur capitis diminutione, neque ex lege Cornelia confirmantur: ſed de æquitate iure prætorio conualidantur, & ita ſubſtitutus ſuccedit eo iure, l.pater,§.fi.& ibi gloſſ.marg cum l.ſeq.eod.

Subſtitutione facta à patre filio impuberi inſtitutoe, ſi pater & filius ſimul, & incontinenti capiantur ab hoſtibus, & ibi deceſſerint, ſecundæ tabulæ non cōfirmantur, d.gl.magn.in fi.

Subſtitutione facta à patre filio impuberi inſtituto, ſi filius ſiue incontinenti, ſiue ex interuallo poſt captionem patris captus ſit ab hoſtibus, nunquam confirmantur, d.gl.marg.ad fi.

Subſtitutione facta à patre filio impuberi inſtituto, ſi ambo pater & filius capti fuerint ab hoſtibus, ſi filius patre priùs mortuo reuerſus poſteà decedat, ſubſtitutus admittitur ad bona, l.quòd ſi filius,11.§.fin.eod.

Reliqua verbo, Filius, 150.151.175.*vſque* 180 *Pater*, 32.33.34

23 SVBSTITVTIO cōpendioſa fit tantùm à milite, vt omni tempore valeat iure directo, & habet naturam pupillaris, & fideicommiſſariæ, gl.1.& ibi add.marg. in rub de vulgari.

Subſtitutio compendioſa facta à pagano per verba merè ciuilia directa, finitur poſt pupillarem ætatem, l.verbis ciuilibus,7.de vulgari.

Subſtitutio compendioſa dicitur non ſolùm quando fit per verba, quandocumque filius meus deceſſerit, ſit ille heres ei: ſed etiam ſine dictione, quandocumque, per verba, ſi intra 25.an filius deceſſerit, gloſſ.1.ibi.

Subſtitutio compendioſa: id eſt ſub compendio verborum poteſt fieri etiam à pagano, & tunc non eſt propriè ſpecies ſubſtitutionis de per ſe: ſed quando eſt propriè ſpecies de per ſe, à milite tantum poteſt fieri,† gl.1.& 2.ibi.

Subſtitutio compendioſa facta ſub illa conditione, ſi ſine liberis deceſſerit intra pupillarem ætatem, valet etiam pupillaris, l.centurio, eodem.

Subſtitutio compendioſa facta à milite impuberi infra tempus pubertatis trahitur ad omnia bona patris, & filij: poſteà verò ſolùm ad bona filij cum fructib. ex ſpeciali priuilegio.ibi.

Subſtitutiocompendioſa facta à milite poſt pubertatem filij valet, vt directa militaris, & ſic ex priuilegio militari, nec obliquatur, nec tranſit in fideicommiſſum,† gl. fi.ibi.

Subſtitutio compendioſa facta verbis directis à milite poſt pubertatem filij valet: vt directa militaris ex priuilegio militari, etiam ſi mater pupilli ſuperſit, nec trahitur tunc ad fideicommiſſariam,† gloſſ.fin.ibid.

Subſtitutio compendioſa verbis directis facta à pagano poſt pubertatem, veluti ſi vſque ad 25.an.vel quandocumque deceſſerit filius, ſit Titius heres, & valet, ſi deceſſerit in pupillari ætate: ſed ſi poſteà deceſſerit, eſt nulla in totum, adeò quòd non valet iure fideicommiſſi: ſed facta à milite valet etiam poſt pubertatem, vt directa militaris: & ſic ex priuilegio militis, d.gl.fi.

Subſtitutio compendioſa facta à pagano poſt pupertatem per verbum, ſubſtituo, omni tempore eſt fideicommiſſaria, non ſolùm poſt pubertatem: ſed etiam ante,† d.gl.fi.

Subſtitutio compendioſa ſi ſit facta filio pupillo quandocumque moriatur, vnde ſi filiuѕ moriatur effectus iam pubes, tunc poſt pubertatem valet tantùm iure fideicommiſſi: quia ſatis habebat lex, quod intra tempora pupillaris ętatis valuerit iure directo, gl.fi.ad fi.in l.in teſtamento, C.de milit.teſtam.

24 Subſtitutio compendioſa facta à milite infra tempus pubertatis, valet iure directo, poſteà obliquatur, l.precibus,8.C.de impuberum.

Subſtitutio compendioſa fit ita directis verbis, quoquo tempore filius meus decedat, ille ſit heres.gl.& in ſecundum,ibid.

Subſtitutio compendioſa ficta à milite iure directo valet, neque attenditur, an mater ſit in medio, vel non, gl.pen.ibi.

Subſtitutio compendioſa puberi facta à milite impuberi vſque ad pubertatem, valet iure directo: ſed poſteà fauore matris obliquatur.† ibidem.

Subſtitutio compendioſa facta à milite impuberi etiam poſt pubertatem, valet iure directo. quando mater non eſt in medio: id eſt ſi non ſupereſſet, ibid.

Subſtitutio compendioſa ſub compendio, & breuitate verborum continet duas ſubſtitutiones: pupillarem, ſi impubes decedat: & fideicommiſſoriam, ſi poſteà decedat, & tunc verba directa ad fideicommiſſum trahuntur, ibi.

Subſtitutio compendioſa poteſt fieri verbis directis, communibus, & obliquis, d. gl.pen.& ibi add.marg.

Subſtitutio compendioſa pupillo tamen fit.d.gl pen.

Subſtitutio compendioſa à pagano directis verbis facta impuberi, ſi in pupillari ætate decedat, valet iure directo, & capiet ſubſtitutus hereditatem repellendo matrem .ibid.

Subſtitutio compendioſa à pagano facta filio per merè directa verba, poſt pubertatem in totum expirat ita, vt nec iure fideicommiſſi valeat, & tunc mater, & alij ab inteſtato ſuccedunt, ibidem.

Subſtitutio compendioſa facta à pagano filio per verbum commune, vt eſt verbum ſubſtituo, cauſetur omni tempore, & poſt pubertatem, & ante fideicommiſſaria, ibi.

Subſtitutio compendioſa facta à pagano impuberi per verba communia intra pupillarem ætatem, valebit iure directo, poſteà obligatiuè, & iure fideicommiſſi, dict.gl.pen.& ibi add.marg.

Subſtitutio compendioſa à pagano facta impuberi cum hoc adiuncto, quandocumque ſine liberis deceſſerit, ſiue verbis directis, ſiue communibus, ſemper, & omni tempore, etiam poſt pubertatem, & ante dicitur fideicommiſſoria gl. pen.in add.marg. in l.precib.8.C.de impuberum.

Subſtitutio compendioſa facta à pagano impuberi ſiue verbis directis, ſiue communibus cum hoc adiuncto, quandocumque ſine liberis deceſſerit, ſemper dicitur fideicommiſſaria, & non excludit matrem, quæ admittitur ad hereditatem: ſed ſubſtituto reſtituit dettacta quarta, d.gl.pe.

ex Subſtitutione compendioſa facta impuberi à milite poſt pubertatem mater ſuccedens ab inteſtato ex cauſa fideicommiſſi, ſubſtituto reſtituit hereditatem retenta Falcidia iure naturæ debita, glo.fi.ibi gl.ad exemplum.in §.qūa ratione. Inſt.de pupil.

Subſtitutio compendioſa ſub compēdio verborum continet expreſſam pupillarem, licèt non ſpecificatam, & fideicommiſſariam, ſi decedat pubes, ibi.

Subſtitutio compendioſa fit per hæc verba, vos inuicem ſubſtituo, gloſſ.inuicem, in §.& plures. Inſtitu.de vulgari ſubſtitutione.

Subſtitutio compendioſa fit his verbis aliquo inſtituto, quandocumque deceſſerit, Titium ſubſtituo, gl ad exemplum, in §.qua ratione.Inſt.de pupil.ſubſtit.

Subſtitutio compendioſa quando fit à pagano, ſiue à non milite, valet iure directo, ſi moritur pupillus in ætate pupillari: ſi verò poſteà: & tunc ſi fuit facta per hæc verba, ſubſtituo illum, tunc trahitur ad fideicommiſſum: ſed ſi fuit facta per hæc verba, te inſtituo, etſi deceſſeris quandocumque, tibi illum facio heredem, tunc non valet talis ſubſtitutio, ibi.

Subſtitutio compendioſa eſt quæ, cùm tempore plura comprehendat, ſub verborum compendio varias etiam ſubſtitutiones complecti poteſt, d.glo.ad exemplum, in add.marg.

Subſtitutio compendioſa facta verbis communibus, vt eſt verbum, ſubſtituo, cenſetur omni tempore, & poſt pubertatem, & ante eſſe fideicommiſſoria, glo.1.in add.in §.fi Inſt.eod.

SVBSTITVTIO reciproca dicitur breuiloqua, gl.reciprocam, in l.iam hoc iure,4.& gl.non eſt, in l.Lucius,45.de vulgari.glo.ad exemplum.in §.qua ratione.Inſtit.de pupillari ſubſtit.

Subſtitutio reciproca facta duobus impuberibus continet vulgarem, & pupillarem, d.l.iam hoc iure, de vulgari.

Subſtitutio reciproca facta filio impuberi & puberi, comprehēdit vulgarem tantùm, quia incongruum eſt, vt in altero duplex eſſet ſubſtitutio, & in altero ſola vulgaris, & ideò ſeparatim cuilibet ſubſtituendum eſt, vt in perſona pupilli contineatur pupillaris, & vulgaris. & ne relinquatur quæſtio voluntatis, tutius erit in perſona pupilli vtramque ſubſtitutionem expreſſè facere, ibidem.

Subſtitutio reciproca eſt ſpecies ſubſtitutionis de per ſe, † d.l.iam hoc iure.& ibi gl.tertium.

Subſtitutio reciproca non comprehendit niſi directam: nunquam tamen comprehendit fideicommiſſariam, dato quòd vtrique poſſit conuenire, dict.l.iam hoc iure.

Subſtitutio reciproca dicitur hæc, vos inuicem ſubſtituo, ibi.

Subſtitutiones, quæ continentur in reciproca, ſunt expreſſæ generaliter: ſed ſpecialiter ſunt tacitæ.† ibi.

Subſtitutionis reciprocæ ſpes non tranſit ad heredes, l.qui plures heredes, 73.eo.

Subſtitutio reciproca ſi fuerit facta ita pluribus inſtitutis, eóſque omnes inuicem ſubſtituo: ſi omnes adierint, & vnus eorum deceſſerit, eius pars ad coheredes pertinet, & non ad heredes mortui, ibi.

ex Subſtitutione reciproca vt admittantur inſtituti, ac inuicem ſubſtituti, oportet, quòd ſuas partes acceperint ex inſtitutione, gl.an ſuperſtites.ibi.

Subſtitutio reciproca videtur facta in dubio per nomina appellatiua, veluti heredis, vt illi ſoli, qui ſunt heredes, vocentur pre hereditariis portionib.dict l.qui plures, cum l.ſeq,

Subſtitutio reciproca ita, vos inuicem ſubſtituo, intelligitur non adeuntis portionē deferri ſcriptis heredibus pro hereditariis portionib.l.cohered,41.eod.

Subſtitutio reciproca vocat priùs in inſtitutione coniunctos, poſteà diſiunctos, d.l coheredi.§.qui diſcretas.

Subſtitutio reciproca refertur ad eos, quibus ſpecialiter eſt facta ſubſtitutio, d.l. coheredi.§.qui patrem.

Subſtitutio reciproca dicitur breuiloqua: quia breuibus verbis fit: ſcilicet, vos inuicem ſubſtituo, gl.non eſt, in l.Lucius,45.eod.& §.& ſi plures.Inſt.de vulg. & pup.

ex Subſtitutione reciproca debent admitti ſuperſtites: non autem heredes præmortuorum, d l.Lucius.§.final.ff.de vuulgari.

Subſtitutio reciproca, vel breuiloqua facta perſonis imparibus, quarum vna eſt maior xiiij. ann.alij minor, continet illas ſubſtitutiones, quæ vtrique mutuo conuenire poſſunt, vt vulgares: ſed non continet pupillares, quæ tantùm minori, & non maiori conuenire poſſunt, l.in teſtamēto,6.C.de teſtam.militis.

Subſtitutio reciproca facta à milite perſonis imparibus poſt aditam hereditatem priuilegio militari comprehendit pupillarem directam, ſi ita probetur voluntas militis, niſi mater ſit in medio, ſecùs quando non conſtat de voluntate militis defuncti, gloſſ.fin.ibidem.

Subſtitutio reciproca facta à pagano perſonis imparibus poſt aditam hereditatem, nō comprehendit pupillarem, etiam ſi probetur paganum defunctum ita ſenſiſſe: quia tunc eſt fideicommiſſaria tantum, & non pupillaris, ibi.

Subſtitutio reciproca ſi ſit facta à milite perſonis imparibus, & conſtat de volūtate militis ſe velle ſubſtituere poſt aditam hereditatem, tunc ſi voluit ſubſtituere limitatè vſque ad tempus pubertatis, in filio pupillo valeret iure pupillari, & in extraneo valeret iure compendioſæ, quod intellige niſi mater eſſet in medio, ibidem.

tur,l.si is,qui heres,11.de vulgari.

Substitutus quandoque admittitur simul tum instituto, gloss.penul.in l.1.Co.de hered.instit.l.3.& ibi gloss.fin.de acquiren.hered.

Substitutus excluso instituto admittitur,quando filius testatoris, à primo gradu institutionis est præteritus,& à secundo:scilicet substitutione exheredatus,gl, 1.in l.1.C.de edicto diui Adriani.

Substitutus instituto, qui coheredi suo fuerat substitutus, ad vtriusque partem admittitur,§.sed si instituto,Inst.de vulgari.

Reliqua verbo,Institutus.7.8.9.

SVBSTITVTVS vulgariter seruo,quem testator liberum esse credebat,in casu dubio, quando non apparet de voluntate testatoris, an per eum voluit alium facere heredem, diuiditur hereditas in duos semisses:vnus semissis diuiditur inter dominum serui instituti, & substitutum, & alter semissis totus dabitur domino dicti serui,considerata magis veritate,quàm opinione,l.si paterfa.40. & ibi gl.fi.cum l.seq.& ibi gl.1.de hered.instit.

Substitutus vulgariter seruo,quem testator sciebat esse seruum, repellitur in totum adita hereditate per seruum iussu domini,ibi.

Substitutus vulgariter seruo, quem testator credebat esse seruum, repellitur in totum adita hereditate per seruum iussu domini quando constat de voluntate testatoris velle fieri alium heredem, si institutus seruus appareret: sed si constat nolle alium,quàm ipsum seruum fieri heredem, substitutus admittitur in totum,gloss.fin.ibid.

Substitutus vulgariter primo substitutus censetur etiam secundo: secus in substitutione pupillari,l.paterfa.47.& ibi glo.impubes,de vulgari.

Substitutus vulgariter si datus sit seruo communi duorum dominorum instituto, si seruus iussu vnius domini adeat, & iussu alterius repudiat,tunc admittitur substitutus in parte tantùm repudiata,l.fi.eod.

Substitutus nominatim vulgariter, vel pupillariter, si adita sua parte decesserit, pars eius,cui substitutus est,accrescit heredi substituti, iure accrescendi : sicut ipsi substituto etiam inuito,si viueret,gl.pe.in l.toties,80.de acqui.hered.

Substitutus si sit quis vulgariter seruo, quem testator liberum esse credebat, in casu dubio, quando non apparet, quæ fuerit voluntas testatoris, debet diuidi hereditas inter dominum serui instituti,& substitutum, † gloss.pe.in l.3.C.de hered.instit.

Substitutus vulgariter non succedit ex tacita pupillari, quæ iuris præsumptione continetur sub vulgari, si mater exstat:illa tamen præmortua bene admittitur substitutus ex illa tacita pupillari substitutione,l.fi.C.de instit.& substit.

Substitutus vulgariter per aditionem hereditatis instituti excluditur, neque admittitur ex tacita pupillari, si mater pupilli sit in medio, l.precib.C.de impuberum.

Substitutus vulgariter ex tacita pupillari regulariter admittitur: fallit in matre, contra quam non admittitur ex tacita pupillari,gl.omni,ibi,

Substitutus vulgariter ex tacita pupillari licet non admittatur ad hereditatem contra matrem,licèt tamen admittatur, si probauerit, quòd defunctus voluit per tacitam excludere matrem,talis probatio admittitur,ibi.

Substitutus vulgariter, vel pupillariter ex sola inspectione testamenti carenti omni vitio,mittitur in possessionem, si ostendat institutum primo loco repudiasse,vel aliter exclusum esse,vel aliter locum esse substituto,aliàs non, gl.ex parte,in l.3.C.de edicto diui Adriani.

ad Substitutum vulgarem,& communem deuoluuntur hodie quasi caduca, cum onere suo:non verò ad pupillarem substitutum, glo.4.in l.1.§.pro secundo,C. de caducis.

Substitutus vulgariter vt excludatur, sufficit quòd institutus sit heres, vel alius eius ministerio,l.si quis filium,7.& ibi gl.2.de acqui.hered.

Reliqua verbo,Substitutio,7.vsque 10.

6 SVBSTITVTVS pupillariter,qui est heres heredis ex iudicio testatoris, cùm habeat affectionem testatoris,admittitur per illa verba, quisquis mihi heres erit vt si testator habeat duos filios impuberes, & vni substituit pupillariter Caium,& alteri per illa verba,quisquis mihi heres erit, &c.l.qui liberis, 8.§. hæc verba,de vulgari.

Substitutus pupillariter adita hereditate paterna per pupillum, non potest separare hereditatem pupilli ab hereditate paterna:quia debet habere, aut vtriusque hereditatem,aut neutrius,l.si plures,10.§.Titio impuberi,eod.

Substitutus pupillariter adita hereditate paterna per pupillum non potest habere hereditatem pupillarem sine paterna, cùm vnum patrimonium esse cœperit, ibid.

Substitutus frater pupillariter fratri impuberi exheredato potest paternā hereditatem repudiare,& fraternam pupillarem amplecti, † l.si filius,qui,12.cod.

Substitutus frater pupillariter fratri impuberi speciali iure potest separare hereditatem pupilli ab hereditate paterna adita ab impubere:secus quando extraneus ei esset substitutus,† gl.habere,in l.sed si plures,§.filio.& in l. si filius,13. & ibi gl.3.eod.

Substitutus pupillariter succedit in bonis vndecúque obuentis ipsi pupillo, adeò quòd excludit etiam matrem in bonis obuentis ex linea materna, l.sed si plures,10.§.ad substitutos,de vulgari.

Substitutus pupillariter dicitur substitutus non solùm bonis ipsius testatoris, sed etiam impuberis,cùm exheredato possit substitui,ibidem.

Substitutus pupillariter filio exheredato admittitur ad substitutionem pupillarem,si tempore mortis pupilli erat capax, licèt tempore, quo erat institutus in testamento patris,capere non poterat:quod verum est, si alius adiuit, aliàs nec substitutio valeret,l.si is,qui heres,11.eodem.

Substitutus pupillariter per fictionem legis Corneliæ,admittitur,si pater ab hostibus captus ibi decesserit filio impubere in ciuitate relicto,si is intra tempus pubertatis decessit, l. lex Cornelia,28.eod.

Substitutus ex substitutione pupillari admittitur, quando filius impubes mortuo patre in ciuitate in hostium potestatem peruenit,& ibi decessit,ibidem.

7 Substitutus ex substitutione pupillari non admittitur, quando filius impubes viuo patre in hostium potestatem peruenit,& ibi decessit, vel quando filius pubes viuo patre captus, deinde mortuo patre in ciuitate in hostium potestate decessit:admittitur tamen ex substitutione expressa vulgari, vel saltem tacita, quę continetur sub pupillari expressa:sed si nullus sit substitutus,vt quia obierat,tunc ad proximum agnatum testatoris pertinet.† dict.l.lex Cornelia.& ibi glo.non existimo.& gl.pe.

Substitutus ex substitutione pupillari non admittitur, quando per fictionem legis Corneliæ pater captus est ab hostibus, & incontinenti filius & ambo ibi decesserunt, quamuis pater priùs decesserit, nisi reuersus in ciuitate impubes decedat,l.si pater captus,29.& ibi gl.1.eod.

Substitutus ex pupillari substitutione admittitur per fictionem legis Corneliæ, quando pater primò,deinde filius impubes ex interuallo, & non incontinenti capti sunt ab hostibus,& ibi ambo decesserunt,† gl. 1.ibid.

Substitutus impuberi, qui se dedit postea ad rogandum, habet vtiles actiones,si posteà impubes decesserit,l.causa cognita,40.eod.

Substitutus duobus impuberibus si simul in pupillari ætate decesserint, vtrique ex pupillari substitutione succedit,aliàs vltimo tantum morienti, & in ratione Falcidiæ non computabitur hereditas primi, quam reperit in hereditate secundi,& legata relicta à substituto primi impuberis euanescunt, l.qui duos, 42.eod.

Substitutus duobus impuberibus, si diuersis temporibus decesserint in pupillari ætate,vltimo tantum morieti succedit ex substitutione directa,& per eius hereditatē habebit hereditatē primi pupilli in ea inuentam,non tanquam substitutus primi: sed vt augmentum bonorū secundi:quia primus intestatus decessit,& fratrem habuit legitimum heredem, & secundus testatus per testamentum,quod pater fecit pro eo,d.l.qui duos,& ibi gl.inuenict.

Substitutus pupillariter primi substituti pupillariter,non admittitur iure substitutionis ad hereditatem pupilli, si substitutus primus pupillaris factus pubes prius decesserit,& postea filius impubes,l.paterfam.47.eod.

Substitutus seruus cum libertate pupillariter filio impuberi, & ab eo venditus, cueniente conditione substitutionis erit ipsi pupillo: & patri per mediam personam pupilli heres necessarius: voluntarius verò erit emptori: sed si deficiat conditio substitutionis,erit heres necessarius emptori,l.fi.§.fina.eod.

Substitutus pupillariter pupillo abstinente hereditate paterna, non tenetur respondere creditoribus patris pupilli,l.si pupillus,42.de acquir.heredit.

Substitutus pupillariter pupillo abstinente hereditate paterna,succedit ex tabulis pupillaribus propter existentiam pupilli sui heredis, quæ confirmat tabulas pupillares,† d.l.si pupillus, & ibi gl.successorem.

Substitutus pupillaris pupillo,pupillaue occiso, si aperuit testamentum pupillare,antequàm quæstio habeatur de familia occisi,& sumatur supplicium,punitur edicto prætoris in centum aureis,l.3.§.item siue iure,ad Syllani.

Substituto pupillariter relictum, videtur relictum conditionaliter ab ipso pupillo,l.non solùm,8.§.fi.de liberat.legat.

Substitutus pupillaris dicens,pupillum fuisse suppositum,vt hereditatem ab intestato haberet, & succumbens in eo, videtur tabulas pupillares impugnare, & ideò hereditas,quæ obuenit substituto, ex dicta substitutione tanquam ab indigno aufertur ei,l.cùm secundis,de his,quib.vt indignis.

Substitutus si sit quis duobus impuberibus separatim : veluti si primus decesserit in pupillari ætate, substituo talem:& si secundus decesserit in pupillari ætate, eidem substituo eundem,siue simul,siue diuersis temporib. decedant, vtrique est heres substitutus,gl.substitutum,in l.pater filiam,14.§.fi.ad leg.Falcid.

Substitutus si sit quis duob.impuberibus coniunctim : veluti si ambo decesserint in pupillari ætate, substituo talem:si ambo simul moriantur, substitutus vtrique ex testamento succedit : sed si diuersis temporibus decesserint, tunc vltimo tantùm succedit.ibi.

Substitutus pupillariter grauatus potest Falcidiam retinere, licèt alius substitutus non sit grauatus,l.si is,qui quadringenta,77.eod.

Substitutus expressè pupillariter per aditionem hereditatis non excluditur, & admittitur etiam matre exclusa ad hereditatem pupilli in ætate pupillari decedentis,l. precib.8.C.de impuberum.

Substitutus expressè pupillariter ad hereditatem pupilli decedentis post pupillarem ætatem,non admittitur ex pupillari:tamen ex fideicommissaria rectè admittitur ad bona testatoris sibi restituenda per matrem, quæ fuit heres ab intestato filij,ibi.

Substitutus pupillo adeundo hereditatem pupillarem, in qua inuenit paternam, videtur agnouisse paternam:secus si ab intestato succederet pupillo, gloss.seruandum.in l.paterfam.12.de priuil.cred.

Substitutus pupillo se immiscenti in hereditate paterna,si pupillus postea moritur in pupillari ætate,non potest petere posteà restitutionem in integrum ex persona pupilli contra dictam immixtionem:& hoc modo potest separare hereditatem paternam à pupillari,quæ iam confusa est cum ea,gl.obseruandum, in add.marg.in l.paterfa.12.de priuil.credi.

Substitutus pupillariter non admittitur,quando filius pupillus decedit in vita patris,gl.4.in l.1.§.pro secundo,C.de caducis.

Substitutus pupillariter pupillo non decedente non potest agere interdicto de tabulis exhibendis,gl.fi.in l.5.C.de tabu.exhib.

Substituto pupillariter pupillo in pupillari ætate decedente datur interdictum de tabulis testamenti exhibendis,d.l.5.

Reliqua verbo,Heres,131.Substituere, 3.4.Substitutio,11.vsque 28.Testamentum, 35.36.37.Pupillus,39.40.Seruus,60.

SVBTILIS diuisio iuris,vel facti non debet introduci, l.donationes.25.Cod de donat.inter virum.

SVBTILITAS nimia dicitur,iuris impossibilitas,glo. subtilitatem, in l.si mulier,60.de iure dotium.

Subtilitates à iudicibus non debent admitti regulariter : quandoque tamen admittuntur,l.sicut.§.si debitori.& ibi gl.non admittuntur ,quib. modis pignus, vel hypo.gl.fin.in ca.1.§.fin.episcopum,vel abbatem.in vsib.feudorum.

Subtilitates iuris sequentes discedendo ab æquitate dicuntur errare, l. si seruum Stichum.91.§.sequitur,de verb.obli.

Subtilitas nimia verborum reprobanda est,l.1.C.vt actiones ab heredibus.

Reliqua verbo,Apices.

SVBTRAHENS rem alienam si dolo desiit habere,tenetur vtili in rem, gl.2.in l.1.C.ad leg.Flauiam de plag.

Subtrahens equos de grege dominico tenetur restituere eos, & pro quolibet equo punitur in vna libra auri : sed subtrahens equos de grege priuati punitur

Succes-

Successiones ingenuorum, & libertinorum æquiparantur, §.non autem excipimus.& ibi gl.libertinitates,in auth.de heredibus,& Falcid.col.1.
Successio fit quandoque vsque ad tertium gradum,glo.ad tertium, in §.primæ si quidem.in auth.de nuptiis.col.4.
Successio hereditaria non habet locum in ecclesia, glos.fi.in add.marg.in c.1.qui successores feudum dare.
Successio ex Tertulliano, vel ex Orficiano non tollitur capitis diminutione,§.1. Inst.de S.C.Orficiano.
Successio facta per venditionem bonorum debitoris,hodie sublata est,in principio.Inst.de successionib.sublatis,quæ fiebat per bonorum venditionem.
Successio,quæ fiebat per Senatusconsultum Claudianum, hodie sublata est.§.fin. Inst.eod.
4 Successio omnis ab intestato diuiditur in tribus gradibus: scilicet ascendentium, descendentium,& collateralium,quæ in agnatos,& cognatos diuiditur, §.1.in auth.de heredibus ab intestat.collat.9.
in Successione ab intestato olim de iure ciuili inter descendentes erat differentia:quia emancipati iure ciuili non succedebant, licèt iure prætorio sic : item qui erant nepotes ex filiabus succedebant cum diminutione:sed hodie sine diminutione succedunt,gl.1.ibid.
in Successione ab intestato patris, & filij prima causa est descendentium, & primi quidem gradus æqualiter : cæteri verò in stirpem succedunt vsufructu parenti seruato sublata differentia emancipationis,& patriæ potestatis, agnationis,& cognationis,§.si quis igitur,in d.auth.de hered.& Falcid.
in Successione contra testamentum,filiorum causa potior est,quàm causa parentum,exclusis tamen filiis parentes admittuntur,l.pater,14.de inofficioso testa.
in Successione ascendentium & olim,& hodie succeditur in stirpes,gl.vt putà,in l.1.§.fi.si pars heredit.
in Successione collateralium secundum iura antiqua succedebatur in capita,& etiam hodie in successione collateralium vltra fratres,fratrúmque filios,ibi.
in Successione fratris, fratrúmque filij pariter succedit alter frater, & plures filij alterius fratris:sed in successione collateralium vltra fratres,fratrúmque filios fit successio in capita,& non stirpes:quia plures nati ex vno, loco plurium habentur,licèt succedant cum vno nato ex alio,gl.venditionem,in add.ibi.
in Successione ab intestato potior est causa descendentium, quàm collateralium, l.4.C.de suis,& legitim.
de Successione auiarum vbi tractatur, non est quærendum de emancipatione filij defuncti : secus quando tractatur de successione auorum paternorum, l. vbi auiarum,10.C.eod.
in Successione ab intestato primò admittuntur descendentes, quàm ascendentes, l.pe.C.eod.
ad Successionem defuncti hodie primò vocantur liberi sublata differentia sexus, & patriæ potestatis,authen.in successione,C.eodem.
Reliqua verbo, Fideiussor,51.Creditor,68.vsque 71.Debitor,95.Heres,1.vsque 17. 18.19.30.vsque 42.Monachus, 3.Agnatio,34.Descendentes,Bonorum possessio, 35.36.37. Cognati, Consobrini, Filius, 10.vsque 20.22. 23.133.vsque 144. Fiscus,67.Fœmina,2.Frater, 4.vsque 9. Libertus,17.1.Masculus,Parens,2.3. 4.Vxor,9.Pactum,49.50.51.Pupillus,43.Suus.4.5.6.Capitis diminutio.
Successor in genere,num.1.2.
Successor vniuersalis,vel singularis,nu.3.4.
1 SVCCESSOR gaudere debet iure prædecessoris,glo.per exceptionem, in l.tale pactum,§.fi.de pactis.
inter Successorem iuris,& successorem rei magna est differentia.gl.fi.in l.non vtitur,45.de vsufructu.
ad Successorem licèt transeat res cum sua causa : id tamen verum est de causa ius respiciente:non autem de ea,quæ merum factum spectat,glo.fin.in add. marg. in l.tradendis:§.fin.communia prædiorum.
Successori debitoris soluto debito pignora sunt reddenda, licèt non caueatur in instrumento debiti,l.si vxor,12.C.de pignor.
Successor administratoris amicabilem epistolam de suo aduentu debet destinare prædecessori,& ad prouinciam celeriter accedere,& prędecessor eo adueniente ante per duos dies debet deponere administrationem : sed recedere non debet ante aduentum successoris,& vsque ad eius aduentum emolumenta publica debet percipere,§.illud autem.in auth.de administratorib.col.7.
Successor cui dies aduentus prorogata fuit, non debet ob id salarium accipere pro tempore prorogationis:sed tantùm ex die aduentus,§.fin.& ibi add.marg. eod.tit.
Successor in dignitate,vel officio non tenetur pro debito,vel pro facto prædecessoris,l.prouidendum,13.& ibi gl.1.& add.marg.C.de decurionib.lib.10.
Successoribus obstat id,quod obstabat defunctis,l.quod ipsis,186.de reg.iuris.
Successores in contractibus ex dolo eorum,quib.successerunt, non tantùm in id, quod ad eos peruenit : verùm etiam in solidum tenentur, hoc est vt vnusquisque pro ea parte,qua heres est,conueniatur,l.ad ea,200.§.fi.eod.
Successor laici cogitur indistinctè ratam habere inuestituram feudi à prædecessore factam de feudo,quod aliųs, possidebat, c.1.qui successores feudum dare possunt.
Successor prælati non cogitur ratam habere inuestituram, quam prædecessor de feudo Ecclesiæ,quod alius detinebat,fecit alicui ita, vt post decessum eius,qui possidet, haberet, nisi ille,qui inuestituram accipit nomine eius feudi,in possessionem si missus consentiente eo,qui detinebat,ibi.
2 Successor prælati nihil habet à prædecessore, vnde factum prædecessoris non tenetur ratum habere,gl.fi.ibi.
Successor ecclesiastici tenetur ratam habere inuestituram de rebus suis propriis factam à prædecessore, quamuis non fuerit perfecta, c.1.& ibi add.marg.quibus modis feudum constitui potest.
Successor ecclesiastici non tenetur ratam habere inuestituram de rebus ecclesiasticis à prædecessore factam,nisi perfecta foret, & consummata, quo casu tenetur ratam habere,vt non extinctam morte prioris inuestientis,ibid.
Successor debet vti eodem iure,quo prædecessor,l.Pomponius,13.§.1.& ibi add. marg.de acqui.possess.
Successor si vult sua tempora iungi temporibus sui authoris in vsucapione, debet iungi cum suis qualitatibus,& vitiis,glo.cum quis, in l.Pomponius,13.§.1.de acquir possess.
Successor licèt habeat etiam bonam fidem , non vsucapit triennio vel decennio aut vicennio,si eius author non poterat : sed bene 30.an præscriptione hodie quo spacio tollitur omne ius,d.gloss.cùm quis.
Successor argentarij tenetur edere rationes:si sunt plures heredes ille solus tenetur edere,qui illas habet:& si omnes habeant, tenetur omnes edere , vel vnius editioni se subscribere,l.si quis ex argenrariis.§.cogentur,de edendo.
Successor argentarij tenetur edere rationes,sicut ipse argentarius,siue sit ipse argentarius,siue non l.quædam.§ nihil,de edendo.
Successor cùm in locum,& ius defuncti succedat,partibus eius fungi debet,ibi.
Successor legitimus non est ille,qui vltra decimum gradum est , gl.2.in l.vacantia,C.de bonis vacantib.lib.10.
Successor legitimus iuris dicitur adoptiuus,l.fi.C.eod.
Successor anomalus dicitur is , cui bona libertatum conseruandarum causa adiiciuntur,& etiam is,qui heredi non implenti defuncti voluntatem succedit,gl. successor,& ibi add.in §.in primis.Inst.de eo,cui libertatis causa bona addic.
3 SVCCESSORIS appellatione comprehenditur vniuersalis tantùm,& non singularis, nisi esset adiectum verbum, quibuscumque , l.quædam.§.nihil,de edendo.gloss.dominium,in add.marg. in l.fluminum.§.adiicitur,de dam.infecto,l.Pomponius,3.§.quæsitum,de acq.possess.
Successoris appellatione quandoque continetur etiam singularis successor in rem,gl.dominium,in d.§.adiicitur.
Successor vniuersalis non vsucapit,licèt bonam fidem habeat,id,quod defunctus mala fide obstante vsucapere impediebatur,gl.non proderit,in l.eum, qui,8.§. si petenti,de Publicana.
Successoris vniuersalis mala fides nō abstat ad complendam vsucapionem,quam defunctus cœpit, nisi ipsi successori mala fide accipienti sit tradita possessio de nouo,gl.non proderit,ibi.
Successori vniuersali , vel singulari nocet vitium reale , vel personale, gloss.cùm quis,in l.Pomponius,13.§.1.de acquir.poss.
Successoris vniuersalis,& singularis natura separatur, glos.sciat.in l.2.§. si defunctus,pro emptore.
Successor vniuersalis non potest præscribere id , quod defunctus non poterat præscribere,l nec creditores,9.C de pignor.actione.
Successor singularis non sequitur forum sui authoris : sed bene successoris vniuersalis,l.1.versi.itaque.si ex noxali causa.
Successor rei singularis, & successor vniuersalis non sunt pares,glo.quædam,in l. verbis.§.nihil,de edendo.
Successor singularis non tenetur actione personali, etiamsi obligatio personalis sit contracta per respectum ad rem transeuntem ad personam singularis successoris,d.§.nihil.
Successor singularis rationum argentarij non tenetur edere rationes : sed heres vniuersalis, nisi in subsidium , quando vniuersalis heres non habet facultatem edendi,nec fuit in dolo,vel culpa,ibid.
Successor singularis dicitur legatarius , & quæ dicuntur in vno,habent locum in alio,glo.non proderit,in l.eum,qui.§.se petenti,de Publicana. 4
Successor singularis , vel emptor si habeat à principio malam fidem , non vsucapit,quod venditor bonam fidem habens à principio vsucapiebat,ibi.
Successor singularis , vel emptor non prohibentur vsucapere , si bonam fidem,& iustum titulum habeant , quòd venditor propter malam fidem, non poterat: quod hodie secus est,ibi.
Successor singularis in rem si ædificauerit,non tenetur de damno , quod vitio illius operis datum ex cautione,quam præstitit is,cui successit:sed tantum tenetur ipsemet præstans.† gl.dominium.in l.fluminum,24.§.adiicitur,de damno infecto.
Successor singularis vtitur accessione ex persona sui authoris de possessione titulum,& traditionem præcedente:non de sequente,l.id tempus,14.de vsucap.
Successor rei singularis propter dolum authoris duobus tantùm casibus repellitur:scilicet quando vtitur adminiculo sub acceptione authoris sui : item quãdo habet causam lucratiuam, vel quasi:itē repellitur pro suo dolo,l.apud Celsum.§.si quis autem, 14.§.authoris , & ibi gloss.suo , de doli maliexceptione.
Successores singulares vt sunt emptores præscribunt illud , quod venditores non possunt præscribere:vniuersales autem possunt,glos.1.in l.nec creditoris,9.C. de pig.actione.
Successor singularis,sicut emptor non tenetur stare colono eius, cui succedit.gl. 2.in l.emptorem,9.C.de locato.
Successor singularis rogatus restituere,tenetur totum capere , & restituere ei,cui rogatus est, etiam si non sit capax ex toto,vel ex parte,gloss.fi.in l.emptorem, 14.C.de fideicommissis.
Successor singularis rei mobilis sciens rem alienam,licèt committat furtum:incœpta tamen vsucapio non interpellatur:sed bene incipienda,† glo.pe.in l.1. C.de vsucap.transform.
Successor singularis potest vti accessione temporis sui authoris ad perficiendam præscriptionem , ad quod requiritur , quod tam emptor , vel alius singularis successor,quàm venditor , vel alius author habeant bonam fidem : secus est in vniuersali successore:quia tunc sufficit defunctum habuisse bonam fidem,licet eius successor non habuerit,§.diutina,& §.inter venditorem, & ibi gl.temporа,Inst.de vsucapio.
Reliqua verbo, Emptor,2.5.6.8.13.Vitium, Author,Colonus,2.7.17.Legatarius,9.
6 SVCCESSORIVM edictum habet locum in querela inofficiosi testamenti,& sic excluso auo, vel proauo exheredato à querela per repudiationem , vel per lapsum quinquennij nepos successiuè admittitur etiam iure suo,ad querelam, †.gl.ad querelam.in l pater,14.de inoff.testam.
Successorium edictum habet locum quandoque de capite in caput , vt cognati post agnatos, item eadem persona succedit sibi de capite in caput , vt qui exclusus est ab vnde liberi , idem admittatur ab vnde agnati , & sic hoc deficiat, admittitur ab vnde cognati : tertio modo succeditur de gradu in gradum , vt primò filius , secundò nepos,& similiter de aliis ordinibus:quarto de gradu in gradum : & de capite in caput, vt cùm exclusus ab agnatorum capite , ex co gnatorum

ſignificetur,l. cùm quidam, eod.

in Supellectili dicuntur menſæ cuiuſcunque materiæ,ſcilicet argenteæ,vel argēto incluſæ;quia argenteis lectis,& argenteis candelabris homines hodie vtũtur:olim tamen non comprehendebantur : quia argenteis non vtebantur homines,l.Labeo,§.1.& l.legata,§.1.eod.

Supellectili ſua omni legata non continetur argentum,quod teſtator pignori accepit,niſi in vſu creditoris id argentum voluntate debitoris fuit,d.l. legata. §. fi.& ibi gl.fi.

in Supellectili legata non continetur veſtis,etiã ſi teſtator ſolitus ſit annumerare in ſupellectili omnem veſtem,& alias res plurium generum,l.qui veſtem ; eo.

in Supellectili dicuntur eſſe vaſa murrhea,& vitrea,quæ ad vſum edēdi,& bibendi parata ſunt; ſed non vaſa ænea ſalienti aquæ poſita, nec quæ magis deliciarum,quàm vſus cauſa parata ſunt,l.vaſa, eod.

Supellex vrbana diſtinguitur à ruſtica non loco: ſed genere vſus,vt ſi ad vſum vrbanum ſit parata,dicatur vrbana,etiam ſi ſit in villa,vel econtrà,l.quemadmodum, eod.

Supellectili,quæ eſt in vrbe,legata, non continentur niſi ea,quæ eſt intra muros: ſed non vrbana,quæ eſt in villa,niſi eſſet legata ,vel promiſſa vrbana ſupellex l.quemadmodum,de ſupellecti.legata.

Supellectili legata vxori non intelligitur legata habitatio, in qua ſupellex eſt , l. fi.eodem.

Reliqua verbo,Domus,14.

SVPER, dictio exponitur:id eſt vltra;veluti ſuper annuam penſionem debet aliquid amplius præſtari, l. diuortio, 8.§. quod in anno.ibi gl. fi. ſoluto. matri.

SVPERARE aliquem virtute licitum eſt alicui contendere , niſi faciat ad humanam gloriam,§.fi.& ibi add.marg. Inſt.de fideicommiſ.heredit.

Superaturus me multò magis te ſuperabit , ſi ego te ſuperaturus ſum : fallit in quibuſdam caſibus,l.de acceſſionib.& ibi gl.ſuperaturus,& gl.debet,de diuerſ. & tempo.præſcrip.

Reliqua verbo,Vincere.

SVPERFICIARIVS eſt dominus domus ſuperficiariæ:domus autem ſuperficiaria, ſiue ſuperficies eſt,quæ in alieno ſolo,areáve ſtructa,ædificatáque eſt,l. grege, 13. §. & in ſuperficiariis,& ibi add.marg. de pignorib.

Superficiarius habet vtile dominium,gl.poſſeſſorem, ibid.

Superficiarius ius ſuum hypothecæ ſupponere poteſt alij,l.etiam,& ibi add.mar. qui potio.in pignore.

Superficiariis dantur hodie vtiles actiones in rem,l.tutor,16.§.1.de pig.actione

Superficiario:id eſt qui in alieno ſolo ſuperficiem ita habet,vt certam penſionem præſtet , competit vtilis in rem actio , l. ſuperficiario, 74. & ibi glo. 1. de rei vendic.

Superficiario datur Publiciana,ſi à nõ domino emit,vel ſi non ad modicum tempus conduxit,d.gl.1. ibid.

Superficiarius dicitur naturaliter poſſidere,l.hoc amplius,9.§. pen.in add. marg. de dam.infec.

Superficiarius,& vſufructuarius poſſunt petere ſibi caueri de damno infecto , l. qui bona.13.§.& ſuperficiarium,eod.

Superficiarius non tenetur ad penſionem,ſi ſuperficies in totum deſtruatur,l.inter quos,39.§.damni,& ibi gl.percipienda,eod.

Superficiarius ædificans cænaculum dicitur ipſe poſſidere, ſiue habeat aditum ex publico,ſiue non,& idem ſi habeat aditum ex inferiori domo. ſecùs ſi non eſſet ſuperficiarius, l. 3. §.ſed ſi ſupra,& ibi gloſ. ex publico,& gl.interdicto.vti poſſideris.

Superficiarius poterit repellere per exceptionem dominum vendicantem à ſe ſuperficiem,l.1.§.quod autem,de ſuperficieb.

Superficiario non ſolùm cùm poſſidet,datur exceptio, vel interdictum de ſuperficiebus ad defenſionem ſuæ poſſeſſionis: ſed etiam ſi alius poſſidet , placet ei petenti dari vtilem in rem,d.l.1.§.quod autem,& ibi gl.quod autem.

Superficiarius dicitur habere vſumfructum quendam , ſiue vſum in ſuperficie, ibidem.

Superficiarius poteſt alteri conſtituere illam vtilitatem petendam ab alio, cui erat conſtituta per vtilem actionem ex iure ceſſo.ibid.

Superficiarius poteſt facere alium ſuperficiarium vel tradendo ſuperficiem , vel ei legando,vel donando,ibid.

Superficiarius poteſt conſtituere ſeruitutes, ſecundum quod & dominus ſoli poteſt conſtituere,& conſtitutæ vtilibus actionib.petuntur , & ſi prohibeatur vti illis ſeruitutibus ille,cui ſunt conceſſæ, poteſt agere vtili interdicto vti poſſidetis,d.l.1.§.fi.

Superficiarius dicitur dominus ciuiliter,& habet vtilem in rem: ſed non iure directo,gl.fi.in fi.eod.& gl.1 in rub.de alienatione paterni feudi , in vſibus feudorum.

Superficiarium tuetur prætor interdicto vti poſſidetis ſecundum conuentionem ſuam,gl. vendicare,in c. 1. §. 1. de inueſtitura de re aliena.

Superficiariæ ædes dicuntur,quæ in conducto,vel empto ſolo poſitæ ſunt,non vt ſoli dominium tranſeat: ſed licentia habendi,& tenendi ſuperficiem:proprietas autem ædium iure ciuili,& naturali eius eſt,cuius eſt ſolum,l.fi.& ibi gl.1. de ſuperficiebus.

SVPERFICIES, aut ædificium ſemper cedit ſolo quoad proprietatem , & etiã quoad poſſeſſionem,quando aditum habet ex illo;ſecùs ſi ex publico, vel aliũde,l.3.§.ſed ſi.& ibi gl.cedere, vti poſſidetis.

Superficiem habens ſi prohibeatur à domino ſoli poſſidere,habet actionem contra dominum ,ita tamen,quòd ſi conduxit à domino,habet ex conducto ; ſi emit,ex empto,& per eas conſequitur,quod ſua intereſt:ſed ſi ab alio prohibeatur,tenetur præſtare ei dominus ſuas actiones,& cedere,putà in rem vel Aquilam;ſed longè melius eſt , vt agat tam contra dominum , quàm contra extraneum interdicto de ſuperficiebus,quàm prædictis perſonalibus actionibus.l.1. §.1.de ſuperficieb.

Superficiem conducens ad modicum tempus ſi deſinat eam poſſidere, non datur ei vtilis actio in rem pro recuperanda poſſeſſione:ſed ſi conducens ad nõ modicum tempus deſinit ſuperficiem poſſidere,pro ea recuperanda datur ſibi vtilis actio in rem contra poſſeſſorem:directa tamen datur domino ſoli,d.l. 1.§. quod autem.

Superficies ſi ſit communis duobus poſſunt pro ea agere vtili communi diuidundo,ibidem.

Superficies ſi euincatur ei,qui emit à domino ſolum,& ſuperficiem, poterit emptor agere contra venditorem actione ex ſtipulatu de euictione , vel ex empto,d.l.1.§.ſi ſo,& ibi gl.1.

Superficies eſt nomen æquiuocum:ſignificat enim domum,& hoc modo ſuperficies:id eſt domus non poteſt vſucapi ſine ſolo,cùm nec poſſit poſſideri ſine ſolo:ſignificat etiam ius,quod habet ſuperficiarius,& illud rectè poteſt poſſideri,& vſucapi ſine ſolo,l.numquam,26.& ibi gl.1.de vſucapio.

Superficies ſi minatur ruinam,dominus ſoli tenetur tantùm repromittere vicino de vitio ſoli, & ædificij : ſuperficiarius autem tenetur ſatiſdare de vtroque , & nomine domini abſentis,à quo petitur cautio,velit cauere: ſed ſi à ſuperficiario ſuo nomine peteretur , tunc repromittere: quòd ſi vterque ceſſet , vicinus mittitur in poſſeſſionem ex primo decreto:ſed ex ſecundo decreto non mittetur in poſſeſſionem ob contumaciam ſuperficiarij,l.hoc amplius,9.§.pe. & ibi gl.de vtroque. de damno infecto.

Superficies dicitur largè ſeruitus:propriè tamen non eſt ſeruitus:ſed vtile dominium,l.ſi tibi homo,86.§.fi.de leg.1.

Reliqua verbo,Interdictum , 42. Solum.

SVPERFLVITAS vitioſa contra formam, & naturam actus vitiat actum ; ſecùs verò quando non eſt contra formam,& naturam actus,gl.fi.in add.in l.teſtamentum,C.de teſtamentis.

SVPERFLVA non vitiant teſtamentum,vel contractum,d. l.teſtamentum , & ibi gl.fi.

Superflua ſunt reſecanda,l.hæc ſtipulatio.§.fi & ibi add.mar.vt legatorũ nomine.

Superflua non vitiant:neceſſaria tamen prætermiſſa diminuunt contractum,l.legata,in add.marg.de ſupellect.legata.

Reliqua verbo, Superuacua.

SVPERILLVSTRES ſunt conſul,& patricius,gl.4.in l.fi.C.vbi Senatores , vel clariſſimi.

SVPERINDICTIONES ſunt munera patrimonialia,& ideò ab omnibus ſunt ſubeunda,etiam à milite veterano,& à pontifice,l.fi.& ibi gl.fi. C. de muneribus patrimon.lib.10.

Superindictiones olim erant ordinariæ:hodie verò ſunt extraordinariæ,gl.1. ib.

SVPERINDICTVM dicitur illud , quod ex cauſa neceſſitatis extraordinariæ imponitur,non per litera, & dicitur extraordinarium & olim,& hodie glo.in rub. C.de ſuperindict.lib.10.

à Superindicto excuſantur eccleſia,ſilentiarij,& in ſacris militantes,ibid.

Superindictum ſolus princeps imponit , nec ad alterius literas quis cogitur ſoluere,l.1.C.eod.

à Superindicto nullus excuſatur excepta principis poſſeſſione,l.fi.C.de priuileg. domus Auguſtæ,lib.11.

Superindictum dicitur ſuperimpoſitum à principe tempore fertilitatis, gloſ. ſuperindictum,in l.5.C.de ſacroſanctis.

Superindictum à nullo eſt exigendum ſine principis authoritate:ab eccleſia autẽ non poteſt exigi,etiam cum principis authoritate,ibid.

Reliqua verbo,Collecta,Indictio,Collectores,Indictum.

SVPERIOR poteſt contra ſubditos libertatem prætendentes agere , vt ſubditi declarentur,l.ſi duo patroni.de iureiurando

Superior poteſt defendere ſubditum ſuum,quando videt eum grauari, l.pe.§. inſuper.C.de Canone largitionalium.lib.10.

Reliqua verbo,Inferior,Parens,Subditus.

SVPERLATIVVS quandoque ponitur pro poſitiuo , & econtrà poſitiuus pro ſuperlatiuo, gloſſ.diligentiſſimus,in l.ſi merces,28.§.pe.locati.gl.1. in §. pen. Inſt. de locati.& conduct.

Superlatiuum dicitur quod ſupremum gradum tenet,l.vbi autem, de verb.oblig.

Reliqua verbo,Comparatiuum.

SVPERNVMERARIVS admiſſus in collegio non gaudet priuilegio collegij,l.1.§.1.C. de collegiatis.lib.11.

Supernumerarij loco deficientium ſuccedunt ſecundum ordinem gradus ſui, niſi poſterior laborum comparatione ſuperet antiquiorem in ordine:& hoc verũ, niſi defunctus teneatur antiquiori:quia tunc poſterior , licèt melior,non ſuccedit in defuncti locum:ſed antiquior, l. vnicuique.C.de proximis ſacrorum ſcrin.lib.12.

Supernumerarij non gaudent eiſdem priuilegiis,quibus gaudent in numero conſtituti,l.fi.C.de apparitorib magiſtr.militib.lib.12.

Reliqua verbo,Canonici.

SVPERVACVA non vitiant:ſed vitiantur,§.heres purè,Inſt. de hered. inſt.

Superna ſunt eradicanda.§.quæ autem.Inſt.de bonor.poſſeſſ.

Reliqua verbo,Superflua.

SVPINI natura eſt denotare ipſum actum , & opus , in quo aliquid fit , l. 3.§. minore,de minorib.

SVPPLICANS,vt retractetur ſententia, quæ tranſit in rem iudicatam,notatur in famia,l.fi.C.vt lite pendente, vel poſt prouocationem.

Supplicans principi pro proditoribus,vel eorum filiis punitur pœna perpetuę infamiæ,l.5.§.deſique.C.ad legem Iul.maieſtat.

SVPPLICARE ſemel tantùm permittitur contra ſentẽtiam prætoris,l.ſi quis, C.de precibus.

Supplicare imperatori non licet lite pendente ,aut poſt prouocationem,aut ſententiam diffinitiuam, rub. & per tot. C. vt lite pendente , vel poſt prouocat.

Supplicare principi non poteſt ante litis conteſtationem niſi priùs defenſor requiſitus non faciat ius,gl.1.in l.1.& gl.1.in l.2.C.eod.

Supplicare pendente cauſa non licet,niſi pro denegata copia actorum , vel ſententiæ,l.2.C.eod.

Supplicare non licet à ſententia, quæ tranſit in rem iudicatam ſub pœna litis æſtimationis ipſi aduerſario concedendæ,d.l.2.& ibi gl.4.

Supplicare poſt ſententiam,& poſt decem dies non licet in his,quæ petuntur pro ipſa cauſa:ſi autem petatur priuilegium, quod non concernat cauſam , quandocumque peti poteſt,gl.1. ibid.

Suppli-

Surripiens saccum habentem pecuniam, furti actione tenetur, etiam sacci nomine, quamuis non sit ei animus sacci surripiendi principaliter, & directò: sed secundariò, l. qui saccum, 79. & ibi gl. eod.

Surripiens pecuniam alicuius ciuitatis præter quàm Romanæ furti actione, & si absconderit, tenetur pœna legis Flauiæ, l. fullo, 84. §. 1. eod.

Surripiens instrumenta, & cautiones alicuius in ascriptam summam furti actione tenebitur, nec refert sint cancellatæ, nécne: quia ex his debitum, magis solutum esse comprobari potest, d. l. fullo, §. fin.

Surripiens etiam si condemnatus sit furti actione pro furto à se facto non ob id tollitur alia furti actio contra eundem pro furto facto à suo seruo, l. si quis ex bonis, 85. eod.

Surripiens domesticis vilem, & modicam non tenetur furti actione: secùs in re non vili, si ipsi furantes sint liberæ personæ, l. si libertus, 86. & ibi gl. 1. & add. marg. eod.

Surripiens ex naufragio iacentem rem, quæ fluctibus erat expulsa, tenetur furti, si ex interuallo post naufragium surripiat: sed si in ipso naufragij tempore surripiat, siue ex mari, siue ex littore, siue ex naufragio, tenetur edicto de incendio, ruina, naufragio. l. si quis ex naufragio. de incendio, ruina.

Surripiens ex naui, vel rate expugnata in ipsa expugnatione tenetur edicto de incendio, ruina: sed si ex interuallo post, tenetur furti, & non ex edicto, d. l. si quis, & ibi gl. 1.

Surripiens ex naufragio in loco suo, in quo naufragium fit, tenetur in quadruplũ ei, cuius erat res surrepta, & punitur, vt latro, gl. possessoribus, in l. ne quid.

Surripiens ex naufragio in alieno loco, in quo naufragiũ fit, si domino loci ignorante surripuerit, non tenetur dominus: secùs si sciuisset: quia tunc in simplum tenetur, non in quadruplum, ibid.

Surripiens hereditariam rem ignorans hereditariam non committit furtum: cõmittit tamen crimen ex pilatæ hereditatis, nec prodest sibi sua incredulitas. l. fi. & ibi gl. 1. de crimine expilatæ hered.

Surripiens instrumentum publicum non committit crimen publicum; nam furti tenetur: sed surripiens testamentum, tenetur crimine falsi, quod publicum est, l. Paulus, & ibi gl. crimen, de falsis.

Surripiens aliquid ex re ciuitatis committit crimen peculatus, l. 4. §. fi. ad leg. Iul. peculatus.

Surripiens res priuatorum in æde sacra depositas tenetur furti actione, non sacrilegij, l. 5. eod.

Surripiens ex metallis Cæsarianis aurum, vel argentum punitur exilio, vel metallo secundum dignitatem personæ, l. sacrilegij. §. fi. eod.

Surripienti pecuniam publicam auxilium præstans perinde habetur, ac si manifesti furti condemnatus esset, & efficitur infamis condemnatione facta, d. §. fi. & ibi gl. famosus, eod.

Surripiens aurum ex metallis Cæsarianis, & illud conflans, in quadruplum condemnatur fisco actione in factum proposita, d. §. fi. & ibi gl. 1.

Surripiens prædam ad hostibus captam tenetur lege peculatus, & in quadruplum condemnatur, l. pe. eod.

Surripiens aliquid ex metallo principis, vel ex moneta sacra, pœna metalli, vel exilij punitur, l. si quis aliquid, 38. de pœnis.

Surripiens ex naufragio, vel incendio intra annum ad quadruplum, post annum ad simplum tenetur, & potest etiam criminaliter conueniri furti, vel bonorum raptorum, vel aliàs, l. in eum, qui, 18. & ibi gl. pe. C. de furtis.

Reliqua verbo, Fur, Furtum, Naufragium.

SVRREPTITIVM decretum non valet, l. 3. § puberi. de Carboniano.

SVRREPTA res si mihi fuerit ab aliquo, & alius recuperauerit, illa res remanet mea, & qui recuperauit, tenetur ad restitutionem, l. Pomponius, 8. & ibi add. marg. fam. ercis.

Surrepta re sub conditione legata, si antequàm adeatur hereditas, extiterit conditio, heres furti agere non potest: quia desiit interesse eius: pendente tamen conditione rectè poterit heres agere condictione furtiua, & æstimabitur quãti ea res valet, l. si quis vxori, 53. §. fi. de furtis.

Surrepta res peculiaris si in potestatem serui redierit, actio furti, quæ iam erat nata, tollitur, & incipit ea res esse in peculio, & à domino possideri, l. interdũ, 58. §. si res peculiaris, eod.

Surreptam rem, dum apud furem erat, si quis legauerit, si postea etiam fur contrectet eam, furti actio competit legatario ex hac contrectatione, sed ex prima contrectatione nomine defuncti competit heredi, l. si is, qui rem, 68. §. 1. & ibi gl. suo nomine, eod.

Surreptis ex fundo fructibus, tam colonus, quàm dominus possunt agere furti: quia vtriusque interest rem persequi, l. fullo, 84. §. 1. eod.

Reliqua verbo, Vxor, 10. Obrepere, Rescriptum. 4. vsque 7.

SVSCEPTIONIS munere functus non debet ad idem munus adstringi, nisi priùs primæ susceptionis rationes reddiderit, l. 4. C. de susceptorib. lib. 10.

SVSCEPTOR auri nihil habet commune cum susceptore aliarum specierum, l. pe. & ibi gl. pe. C. de susceptor. lib. 10.

Susceptores duo debent esse in qualibet prouincia, quorum vnus suscipiet aurũ, alius alias species: item debent esse duo notarij, seu numerarij, vt cuilibet susceptori detur vnus notarius numerarius, ibi. & gl. 1. in l. 1. C. eod. tit. & lib.

Susceptores publici tributa debent à soluente sine mora recipere, aliàs puniuntur ipsi, & iudices, qui eos punire neglexerunt, l. 1. C. de susceptor. lib. 10.

Susceptores duo erant per singulas ciuitates: vnus auri, alius specierum, & erat etiam tertius ab his separatus, qui dicebatur arcarius, qui cẽtum libras auri, quas quilibet consul dabat in opus aquæ ductus, suscipiebat, gl. 1. ibid.

Susceptores quodcumque solutum fuerit eis à prouincialibus debẽt inferre præpositis thesaurorum, subscriptionibus factis, l. diu minimè, C. eod.

Susceptores eliguntur à procuratore Cæsaris, & debent firmari in cætu Senatorum consensu, & iudicio omnium, vel maioris partis ex his, qui conuenerunt, & posteà debent prouinciarum rectoribus innotescere eorum nomina, l. exactores, & ibi gl. 2. & 3. C. eod.

Susceptores præsentibus defensoribus, & modum iugationis possessorum, & species singulas, vel eorum numerum, & quantitatem debent describere ad cautelam soluentium, l. susceptorib. C. eod.

à Susceptoribus, & officialibus omnes publicæ securitates, quæ proferantur, debent approbari, & acceptari, l. securitates, C. eod.

a Susceptoribus vini: scilicet si fiut factæ securitates de vino, imputantur eis: quãdo fit ratio, debet eis imputari pro interitu quantum continetur in illa apocha, seu securitate de recepto, ibid.

à Susceptoribus ratio acceptorum, & discussio rationis debet fieri in apertum, ibidem.

Susceptor non potest pecuniam publicam transferre in aliam necessitatem, l. fin. C. de his, qui ex publica collat. lib. 10.

1 SVSPECTVS est, qui se ingerit; veluti procurator inuito domino se ingerẽs, & etiam testis, qui sponte, & non citatus vadit, l. quæ omnia, §. 1. & ibi gl. suspectus, de procur.

Suspecti tutoris accusatio ex lege 12. tab. descendit, in princ. & ibi gloss. 2. Inst. de suspect. tuto l. 1. de suspec. tuto.

Suspecti crimen legitimum est, gl. duodecim, in d. l. 1.

Suspecti tutoris accusatio debet solenníter proponi: id est per libellum in scriptis, quando proceditur per viam accusationis ad remouendum: sed quando proceditur officio iudicis per inquisitionem, tunc non requiritur, quòd accusatio, & remotio fiat per libellum in scriptis, ibid.

de Suspecto tutorem accusans tenetur se subscribere ad pœnam talionis, quam patietur accusator: scilicet infamiam, & alias pœnas, quas ipse quandoque patitur extraordinariè, ibid.

Suspectus tutor infamia afficitur, nisi sit consanguineus pupilli, quo casu vt suspectus non remouetur: sed datur illi adiunctus, d. gl. duodecim, & ibi add. marg.

Suspectos tutores remouendi ius datur Romæ prætoribus, in prouinciis præsidibus, & etiam legato proconsulis, gl. 1. in l. 1. Cod. de neg. gest. & in prin. Inst. de suspec. tuto. d. l. 1. §. 1. de suspec. tut.

Suspecti tutoris causa potest agitari coram legato proconsulis, vel prætoris, qui possunt suspectum etiam remouere, † d. §. .& ibi gl. in prouincia.

Suspecti fieri possunt omnes tutores siue testamentarij, siue alterius cuiuslibet generis tutores sint, si malè gerant, secùs si bene, d. l. 1. §. ostendimus, & ibi gl. omnes.

Suspecti fieri possunt omnes curatores malè gerentes: sed non bene gerẽtes, d. gl. omnes.

Suspectus potest accusari etiam tutor legitimus, vel patronus tutor si malè gerant, & ex præcepto remouentur: sed de consilio non remouentur: sed curator eis adiungitur, d. §. ostendimus, & ib gl. legitimus.

de Suspecto accusare tutorem potest quilibet, etiam mulier, si ex pietate moueatur, veluti mater, nutrix, soror, & aliæ mulieres, quæ ex pietate accusare præsumuntur, d. l. 1. §. consequens.

Suspecti tutoris crimen publicum est, & accusatio omnibus competit, ibi gl. 1. in l. si tutor. eod.

Suspectum facere potest tutor contutorem, siue sit adhuc tutor, siue iam desierit, & ipse contutor maneat in tutela, l. 3. eod.

Suspecti crimine potest accusari curator non solùm adulti: sed furiosi, & prodigi, & vt suspectus potest remoueri, d. l. 3. §. 1.

Suspecti crimine potest accusari, ac remoueri ille, qui curam ventris, vel bonorũ administrationem gerit, ibid.

Suspectus tutor potest remoueri sine accusatione ex officio iudicis, quando ei liquet ex apertissimis rerum argumentis, eum suspectum, d. l. 3. §. prætorem.

Suspectus tutor non potest remoueri sine accusatione, quando aliquis postulat eum remoueri principaliter hoc instituendo, gl. si prætor, ibid.

Suspectus tutor per inquisitionem si fuerit remotus, non est infamis, gl. debeat, ibidem.

Suspecti tutoris accusatio vt locum non habeat, requiritur quòd de iure, & de facto tutelæ possit agi, gl. conueniat, in l. 3. §. item erit, & gl. 1. in l. pe. eod.

Suspectum tutorem facere non potest pupillus per se: sed bene possunt alij pro eo, l. impuberib. & ibi gl. 1. eod.

Suspectum curatorem facere potest adultus cum consilio consanguineorum, vel amicorum, d. l. impuberib. & ibi gl. 2.

Suspecti tutoris causa duobus casibus per procuratorem defendi potest: sed regulariter in publicis iudiciis non interuenit procurator, gl. 1. in l si tutor. eod.

à Suspecti tutoris accusatione desistens non incidit in Turpillianum, gloss. .in l. pen. eod.

Suspecti tutoris cognitio soluitur post finitam tutelam, d. l. pen.

Suspecti tutoris accusatio qualiter fiat, nihil refert, dummodò fiat remotio, d. gl. 1. ibid.

de Suspecto curatorẽ si accusauerit adultus, ipse potest in eam causam introducere in testem seruum suum proprium, l. fi. eod.

Suspecti tutoris causa non potest agitari per procuratorem: quia causa quodammodo est criminalis, & infamis: sed ad defendendum quandoque conceditur alicui habere procuratorem, † gl. fi. in l. planè, 32. de excus. tutor.

Suspectus tutor non dicitur principaliter ex eo, quòd non habeat facultates: sed secundariò sic, gloss. non facultates, in l. si creditores, 15. de priuileg. creditorum.

de Suspecti tutoris accusatione solus præses prouinciæ cognoscit, & pronunciat, l. 1. §. suspecti, ad Turpillianum.

Suspecti tutoris accusatio pro tribunali tantùm examinari, & cognosci debet, & ab ea desistens non incidit in Turpillianum, d. l. 1. §. suspecti.

Suspecti tutoris cognitio delegari potest legato proconsulis, & potest iudicare, gl. non tenetur, ibid.

Suspecti tutoris crimen non est publicum: sed extraordinarium, † ibidem.

de Suspecti tutoris crimine potest iudex cognoscere sine accusatore, & eum repellere, ibid.

suspectus est non solùm inimicus meus. sed etiam amicus, vel domesticus inimici mei, l. 4. §. si accusatio. de legation.

de Suspecto quando agitur ciuiliter tantùm, vt remoueatur, tunc nulla requiritur inscriptio, aut criminaliter, vt remoueatur, & ob crimen condẽnatur, & tũc

exigitur

Suus heres dicitur, qui obtinet primum gradum suitatis, §. posthumorum, Inst. de exhered. liberorum.

Suus heres nasci non dicitur, cuius pater viuus extat, quo de medio sublato suus habetur, l. Gallus, §. nunc de lege, & ibi additio margin. de liber. & posthum.

Suus heres: id est quasi dominus etiam viuente patre, vel auo dicitur filius, vel alius descendens in potestate, qui habet primum locum, d. l. Gallus, §. etiam si parente.

Suus heres potest esse nepos, ac pronepos, & deinceps, gloss. 1. in l. 4. de hered. instit.

Suus dicitur agnatus: sed non omnis agnatus dicitur suus, glos. tenuerit, in l. scripto, vnde liberi.

Sui dicuntur filij, & filiæ tam naturales, quàm adoptiui, l. 1. §. suos, de suis, & legit.

Sui dicuntur proximiores ex agnatis, & sunt etiam ipsi agnati, l. † l. fi. §. nomen, & ibi gl. sui, de gradib. affinit.

Sui heredes appellãtur filij, vel nepotes ex filio in potestate, ideò quia viuo patre, vel auo quodammodo domini existimantur. §. sui autem. Instit. de heredum qualitate.

Suorum est prima causa successionis ab intestato, §. intestatorum, & ibi gl. 2. Inst. de heredit. quæ ab intest.

Sui heredes dicuntur, qui in potestate morientis fuerunt; veluti filius, vel filia, nepos ex filio, & alij vlteriores, si eos nemo præcedat, nec interest naturalis, & legitimi, an arrogati sint. ibid.

Sui heredes dicuntur ab intestato etiam, qui ex legitimis nuptiis non sunt procreati, si tamen curiis ciuitatum secundum tenorem constitutionum dati fuerint, d. §. intestatorum.

Suus heres, & necessarius dicitur filius quantum ad nomen, non quantum ad cõmodum, vel incommodum, gl. 2. in l. 1. C. si minor se ab heredita.

5 Sui, & necessarij dicuntur filij, & alij in potestate, qui hodie possunt abstinere etiã sine restitutione, gl. 1. in l. 2. de condictione furtiua.

Suus, & necessarius heres vt sit quis, non sufficit, quòd tempore mortis testatoris sit in eius potestate, si tunc non fuit sibi delata hereditas: sed requiritur, quòd sit tempore, quo defertur hereditas, l. sub conditione, 20. de liber. & posth.

Sui heredes ab ipsa patris morte finguntur heredes, gl. post mortem, in l. frater, de condictione indeb.

in Suis heredibus dicitur continuare dominium, non noua hereditas obuenire, licèt possint exheredari, l. in suis, de liber. & posth.

Suus si sit aliquis per dationem coheredis non tollitur existentia suitatis, l. si filius, qui, 12. de vulgari.

Sui non fiunt heredes ipso iure, nisi nomine, gl. omnes, in l. necessarios, ad Syllanian.

Sui soli succedunt per legem antiquam xij. tab. & sunt sui etiam nepotes in potestate, si pater eorum est emancipatus, gloss. 1. in l. 1. de coniungen. cum emancip.

Sui licèt repudiauerint ab intestato bonorum possessionem, vnde liberi: nihilominùs tamen possunt petere bonorum possessionem, vnde legitimi, & ita adhuc obstant legitimis: id est his, quibus potuit deferri legitima hereditas, l. 2. vnde legitimi.

Suus heres quamdiu aliquis defuncto potest existere, & est spes existendi, tamdiu non est locus consanguineis, veluti si defuncti vxor prægnans sit, aut defuncti filius apud hostes sit, l. pe. eod.

post Suos statim vocantur consanguinei: id est fratres, etsi sui heredes non extiterint patri; vt putà exheredati, l. 1. §. post suos, de suis, & legitimis.

6 Suis heredibus extantibus licèt exclusis non habet locum successorium edictum, nec de capite in caput, nec de gradu in gradum: secùs quando sui nũquam fuerunt, d. l. 1. §. sciendum, & ibi gl. successio.

post Suos, & consanguineos statim mihi proximus est consanguinei mei filius, & ego ei, patris quoque frater, qui patruus appellatur: deinde cæteri, qui sunt incerti vsque in infinitum, l. 2. de suis, & legitim.

Suus heres statim post mortem parentis efficitur heres etiam ignorans, licèt sit pupillus, vel furiosus etiam sine authoritate tutoris, vel curatoris, §. sui autem, Inst. de heredit. quæ ab intest.

Suus heres statim post mortẽ patris etiã inuitus efficitur heres, licèt iure prætorio habet beneficium abstinendi etiam hodie, & illud beneficium etiamsi non impetretur, ipso iure competit, gl. 1. & ibi add. ibid.

in Suo morte patris dominium purè non continuatur: quia quodammodo quod erat apud filiũ viuente patre, erat fictum: quando non succedit est verum, ideò dicitur quasi continuari; quia alteratur qualitas subiecti, quod cõtinuatur, ideò dicitur continuatio impropria, gl. quasi, in add. ibid.

Suus heres fictione posthiminij efficitur reuersus ab hostibus, etiamsi reuersus fuerit post mortem patris, §. interdum, Inst. eod.

Suus heres esse definit ille, qui in familia testatoris mortis tempore fuit, si post mortem testator perduellione fuerit damnatus, ibid.

Suus heres an sit quis, inspicitur tempus destructi testamenti, §. cùm autem. Inst. eodem.

Sui heredis existentia sicut transmittit hereditatem patris non aditam ad quoscumque, ita transmittit hereditatem fratris non aditam, l. si plures, 30. §. quos, de vulgari.

Sui heredis existentia non tollitur per dationem vulgaris substituti quoad impediendam transmissionem hereditatis non aditæ, l. Lucius, 45. de vulgari.

Suus hereditatem patris non agnitam transmittit cum beneficio abstinendi, l. si quis filium, 7. §. 1. de acq. hered.

Sui heredis existentia confirmat tabulas pupillares ad commodum filij abstinentis hereditate paterna, cui facta est substitutio, l. filius, qui, 41. & l. si pupillus, 42. eod. l. si filius, 12. de vulgari.

Sui heredis existentia sola confirmat libertatem, l. sciendum, 33. de manumiss. testam.

Sui heredis existentia etiam ignoranti producit, & acquirit acquisitionem, vnde apparet in suo non requiri realem immissionem: sed sufficere legalem, in quasi subsistit, & fundatur hereditatis non aditæ transmissio, quæ per suum heredem fit. l. liber homo, 20. §. fi. & add. marg. de stipul.

Reliqua verbo, Agnatio, 4. Amouere, Heres, 30. vsque 6. Necessaria, 3. Successio, Suitas, Nepos, 3. 4.

SVVS potest institui sub conditione, si erit suus, l. Gallus, §. quòd si is, qui. vers. instituens, de libe. & posth.

Suus heres potest institui sub omni conditione: sed excipitur filius, qui non sub omni conditione: sed tantùm sub potestatiua potest institui, l. 5. de hered. inst.

Suus heres sub casuali conditione non potest institui, nisi in eius defectum exheredatur, gl. 2. ibid.

Sui heredes possunt institui sub qualibet conditione potestatiua, & sub contrariã conditione potest eis substitui, nec est necesse, quòd exheredentur, l. iam dubitari, 86. in fi. eod.

Sui heredes possunt institui sub conditione, si voluerint: & potest eis substitui, si heredes esse noluerint, vt per eam conditionem efficiantur voluntarij, & implendo conditionem videantur hereditatem adire, ibid.

Sui heredes si sint instituti sub conditione, si voluerint, non est necesse, quòd exheredentur sub contraria conditione, si nolint, ibid.

Sui heredes instituti sub conditione, si voluerint, postquàm eam adimpleuerunt conditionem, dicendo se velle esse heredes, non possunt ampliùs ab hereditate abstinere, ibid.

Sui heredes possunt institui sub conditione, si voluerint, per futurum subiunctiui, † gl. velut excessus, ibid.

Suus heres non præsumitur adire, neque tenetur statim creditoribus gl. 2. in l. 1. C. si minor se ab heredit. abstin.

in Suis heredibus non est necessaria aditio: quia statim ipso iure existant heredes, si velint, non aliàs, l. in suis, & ibi gl. 1. de suis, & legit.

Suus heres institutus licèt abstineat, remanet nihilominùs heres de iure ciuili, & sui heredis existentia confirmat tabulas pupillares, gl. 1. in l. paterfam. de priuil. credit.

Suus heres repudiare non potest de iure ciuili, gl. 3. in l. fi. C. vnde liber.

Suus maior post repudiationem potest hereditatem infra terminum computandum à tempore repudiationis, si res hereditariæ sint in eodem statu: sed minor infra triennium computandum à tempore vltimi anni, gl. 1. in l. si quis suus, de iure delib.

Suus, qui repudiauit hereditatem paternam, potest pœnitere, & adire, neque eum excludit substitutus, nec legitimus, secùs si repudiasset maternam, gloss. 1. ibidem.

Suus, qui se non immiscuit, potest beneficio prætoris se abstinere siue aditione iudicij, l. et, qui si, 12. de acq. hered.

Suus habet beneficium abstinendi à prætore, si se solenniter non immiscuit, nec habet necesse pro hoc adire prætorem viuentem l. necessarius, 57. & ibi gl. 3. de acq. hered.

Suus heres, & necessarius potest se abstinere: sed necessarius tantum non potest. gl. 1. in l. sciendum est, de manumiss. testam.

Reliqua verbo, Heres, 30. vsque 36.

SYCOMORVS est ficus Ægyptia perdulcis sine granis, gl. sycomorum, in l. pe. §. fi. de extraord. cogn.

SYCOPHANTA interpretatur; id est comedens ficus: à Sycon, quod est ficus, & phagein, quod est comedere, quasi comedens ficus, gl. pen. in l. verbum, C. ex quibus caus. infam.

Sycophanta secundum Io. significat improbum litigatorem: id est proditorem, gl. pe. ibid

Sycophanta dicitur à ficis edendis, mendax cauillator, siue dolosus, ex eo quòd dominus duobus suis seruis fecit bibere aquam subtepidam, deinde euomere ad explorandam veritatem, qui eorum comedisset ficus, tunc primum vocabulum sycophanta ortum habuit, eò quòd ficus deuorans culpam innocentium cauillando, & mentiendo reiiciebat in conseruum, d. gl. pen. in add.

SYLVA cædua dicitur, quæ cæsa est, & renascitur, gloss. 1. in l. ex sylua, & ibi gloss. 1.

Syluæ cæduæ vsusfructus si sit legatus, pedamenta, & rami ex arbore ad fructuarium pertinent, qui potest etiam illa vendere, d. l. ex sylua, & ibi gl. 1.

Syluæ non cæduæ vsusfructus si sit relictus, fructuarius pedamenta, & ramos ex arboribus in vineam ad necessitatem, tamen suam, cædere potest, dum deteriorem non faciat. ibid.

Sylua palearis dicitur illa, ex qua pali, & sudes in sepimentum, atque obstructionẽ agrorum, & fundorum stato tempore, vel pro syluæ natura ad arbitrium vtentis præcidi, ac colligi solent, l. item si fundo, 10. in add. marg. eod.

Syluam cæduam & arundinetum potest fructuarius cædere, sicut paterfam. cædebat, & vendere, licèt paterfa. non venderet: sed ipse vti solebat, d. l. item si fundi.

Syluæ nondum cæduæ: id est maturæ vsusfructus si sit relictus, fructuarius non potest cædere arbores grandes, quæ ibi sunt, l. sed si grandes, 11. & ibi gloss. 1. eodem.

Sylua cædua etiam si intempestiuè cæsa sit, in vsufructu venit, l. si absente, 52. eodem.

Syluam cæduam immaturam desecans tenetur Aquilia; quòd si maturam desecuerit, non tenetur: sed si interceperit, tenetur furti, & arborum furtim cæsarũ, l. si seruus, 27. §. si arbustum ad leg. Aquil.

Sylua cædua dicitur illa quæ ad hoc habetur, & certis annis pro arbitrio domini cæditur, excisaque ex stirpibus renascitur, gl. sylua, & ibi add. mar. in l. diuortio, in §. quod in anno. soluto matrimon.

Syluam possidens non censetur omnes feras possidere, l. 3. §. item feras, de acq. possess.

Sylua cædua dicitur, quæ adhoc habetur, vt cæderetur, & etiam illa, quæ succisa rursus ex stirpibus aut radicibus renascitur, l. sylua, 30. de verb. sign.

Sylua pascua est, quæ pastui pecudum destinata est, ibid.

SYLVARIVS dicitur conductor, vel custos syluæ, gloss. 1. l. in lege, 32. locati.

postquàm instrumentum est redactum in mundum, & publicatum est, nihil potest emendare sua authoritate: sed debet facere errore comperto de mandato iudicis, nisi error sit talis, qui non officiat parti, ibid.

Tabellio debet se subscribere in fine instrumenti, licèt signum suum possit apponere tam in principio, quàm in medio, quàm in fine, quia à iure non est locus præscriptus notarij signo, gl. in eorum, & ibi add. marg. in §. in Christi nomine, in d. extrauagan. de pace Constantiæ.

Tabellio tenetur seruire ciuiliter, licèt non gratis, d. gl. seruare. in add.

Reliqua verbo, Notarius, Chartularius, Manus, Seruus, 23.

TABERNA dicitur locus, in quo opera, mercésque venditantur; officina, in quo efficiuntur, l. pen. in add. marg. de pignor.

Taberna dicitur à trabibus, quasi trabs, quòd tabulis, ac trabibus construatur, ibidem.

Tabernæ appellatione venit vniuersitas mercantiæ, quæ ibi exercetur, d. l. penul.

Taberna si pignori fuerit data, omnia, quæ tẽpore mortis debitoris in taberna inuenta sunt, pignori obligata esse videntur: sed non videntur esse obligatæ pignori aliæ merces, quas heres post mortem debitoris intulit, d. l. pe. & ibi glos. obligata.

Tabernæ appellatio, prout refertur ad merces, est nomẽ vniuersitatis, sicut grex, peculium, & similia: & ideò licèt merces mutentur: tamen eadem tabernã esse videtur, & ista vniuersitas videtur durare eadem: donec viuit dominus: mutatio tamen, quæ posteà fieret per heredem; non caderet in obligationem, nisi fieret aliquid causa explicandi negotium cœptum à defuncto, d. gl. obligat. & ibi add.

Taberna est locus, in quo comestibilia venduntur, & comedentes recipiuntur, nõ ad cubandum, vel ad stabulandos equos: sed tantùm ad comedendum, gl. taberna, in l. palam, de ritu nuptiarum.

Taberna est locus validioribus trabibus contabulatus, quasi à trabea; vbi opera, mercesque venditantur: sumitque nomen à reb. quæ illic venduntur, vt taberna vinaria à vino, d. l. palam, in add. marg.

Tabernæ appellatione quandoque continetur omne vtile, quod ad habitandum fit, licèt ex tabulis non claudatur, gl. fi. in l. veluti. de impensis, l. tabernæ, 183. de verb. sig.

Taberna dicitur domus ad habitandum vtilis, gl. 1. in l. tabernam, de fundo instructo.

Taberna est nomẽ loci: vbi negotiatio exercetur. caupona verò est nomen negotiationis, l. tabernæ, 184. eod.

Taberna instructa dicitur, quæ & rebus, & hominibus ad negotiationem parata constat, l. instructam, 185. eod.

TABERNARIVS si retinuit fugientem cum sua lucerna, & ille vt se dimitteret, tabernarium percusserit, si postea tabernarius ei oculum effodit, non tenetur Aquilia, nisi data opera effodisset: sed si tabernarius priùs vi percussus à fugiente volens eripere lucernam, percusserit fugientem, vel ei effoderit oculum, tenetur Aquilia: quia tabernarij culpa factum videtur, l. si ex plagiis, 9. 1. ad legem Aquil.

Reliqua verbo, Caupona, Instrumentum, 18. vsque 21. Legatum, 67. vsque 70. Vendens, 1. Institor, 3.

TABVLA bona fide picta si à domino tabulæ surripiatur pictori, datur pictori furti actio, gl. tabularum, in §. si quis in aliena. Inst. de rerum diuis.

Tabula siue fuerit surrepta ab eo, qui posteà pinxit, siue ab alio, competit actio furti domino tabulæ, d. §. si quis in aliena.

Tabulas testamenti appellamus omnem materiam, siue tabulæ sint ligneæ, siue sint chartæ, siue membranæ, siue corium alicuius animalis, l. 1. de bon. poss. secundum tabulas.

Tabulas omnes non sequitur prætor, cùm secundum tabulas dat; sed eas, quæ nouissimè factæ sunt, ita, vt post illas nullæ factæ sint, d. l. 1.

Tabulæ supremæ dicuntur, non quæ sub ipsum tempus mortis factæ sunt: sed post quas nullæ factæ sunt, licèt hæ veteres sint, nisi sint tabulæ militis, quæ quandoque intra annum tantum valent. d. l. 1. & ibi gl. veteris.

Tabulæ si fuerint rosæ à muribus, vel aliàs deletæ, etiam viuente testatore, si legi possunt, valent, & datur bon. poss. secundum tabulas, d. l. 1. §. fi. & ibi gl. murib.

Tabularum linum, hoc est chordula, qua ligantur tabulæ, vel chordulæ, quibus appenduntur sigilla, si à muribus fuerint rosæ, vel situ, vel casu putrefactæ, si ter, vel quater linum sit circumductum, hoc est si chordula habeat tres ligulos, vel plures, & vnum ligulum remanet, quod sustineat sigilla, valent tales tabulæ, d. §. fi. & ibi gl. pe. & vult.

Tabulæ pugillares, & omnia, quæ in eis sunt scripta, conualescunt aditione hereditatis, l. 1. & ibi add. marg. de statuliber.

Reliqua verbo, Interductum, 50. 51. 52. Pictor, Pictura, Pugillares, Suprema, Charta, Sriptura, 7.

TABVLARIVM dicitur liber imbreuiaturarum: à tabulis: id est instrumentis dictum, gl. tabularium, in l. cùm quæreretur, 58. §. fi. de leg. 3.

Reliqua verbo, Protecollum, Imbreuiatura.

TABVLARII dicuntur vel notarij, vel etiam quædam aliæ personę, quàm notarij, qui quoddam officium habebant in publico. glos. 1. in l. orphanotrophos, 30. C. de episcopis, & cleric.

Tabularij dicuntur, qui cum susceptoribus: id est thesaurariis destinabantur ad prouincias, & istorum tabulariorum officium erat sæpè, & frequenter ingerere modum debitorum, & reliquorum: non tamen erat eorum officium computare, & ideò horum computatio non erat valida, nisi fuisset confirmata à à Præside illius prouinciæ, l. 2. & ibi gl. 1. C. de iure fisci, lib. 10.

Tabularij dicuntur, qui faciendis publicis instrumentis publicè præsunt in singulis ciuitatibus, & hi nominãtur quoque librarij tabelliones, & catholiciani, gl. 1. in rub. C. de tabulariis, lib. 10.

Tabularij officium triennio durat. l. 2. & ibi gl. fi. C. de numerariis, lib. 12.

Tabularij olim dicebantur numerarij, d. l. 2.

Tabularius præfecti prætorio cingulum, & ordinem militiæ retinet, l. 3. Cod. eodem.

Tabularij duo in omni prouincia collocari debent: vnus ad rationem artis fiscalis, alius super titulis largitionibus, hoc est super donis, quæ Principi largi[untur], & nullus eorum debet alterius officio se immiscere, & contrà faciens pu[nitur], l. 4. C. eod.

Reliqua verbo, Tabellio.

TACENS videtur affirmare, gl. fi. in l. in adoptionibus, de adopt. gl. non contra[dicente], in §. pe. Inst. quib. modis ius patriæ potesta.

Tacens non videtur consentire, vbi tractatur de eo obligando, secùs vbi tractatur de aliquo præiudicio, vel exceptione, † gl. non probatur, in l. filiusfa. §. inuitus, de procuratorib.

Tacitus quoad sui commodum habetur pro negante, & in solidum conuenitur, l. de ætate. §. qui tacuit, de interrog. act.

Tacens videtur consentire, gl. fi. in l. 3. de mortuo inferendo, l. cùm quæreretur, 14. §. qui impleto. & ibi gl. consensisse. locati, glo. non contradixit, in l. 2. ad municip. gl. malignatus, in §. si verò ipse, in auth. de nuptiis.

Tacens non fatetur, & tamen verum est eum non negare, l. qui tacet, 185. de reg. iuris.

Tacens, & dissimulans habetur pro consentiente, & ius suum perdit, l. 2. C. de bonis libertorum.

TACERE medium est inter expressam voluntatem, & contradictionem expressam, vt non sit idem ius, quod in alterutro eorum est, gl. 1. in l. qui tacet, 135. de reg. iuris, gl. fi. in add. in l. in adoptionib. de adopt.

Tacere quandoque est pro expressa contradictione, ibid.

Tacere in aliorum deceptionem nocet, gl. Romani, in l. 1. §. sed & qui, & gl. 2. in auth. ad hoc, C. de Latina libertate.

Tacetur aliquid quandoque, vt maius delictum detur intelligi inesse, gl. hoc tantum, in §. sed & aliud, in auth. quibus modis naturales effic. legiti. col. 6.

TACITE quædam licent, quæ aliàs expressè non licèrent, gl. Senatusconsulti, in §. fi. in auth. vt sine prohibitione matres. col. 7.

Tacitè quædam subintelliguntur quandoque, gl. paruerit, in l. quæro, 56. §. 1. locati.

Tacitè præsumitur illud inter partes agi, quod ex natura contractus venit, l. cùm quid, & ibi add. marg. si cert. per.

TACITVM quandoque non habetur pro expresso, imò habetur pro omisso, gl. pro cauto, in d. l. cùm quid.

Reliqua verbo, Conditio, 12. Expressa, Expressio, Hypothecaria, 3. 4. Vitiatio.

TACITVRNITAS non comparatur consensui in procuratore constituto, & in seruitute imponenda, & in matrimonio dissoluendo, in furto, & in eo qui non potest impendere, & in eo, qui loqui erubescit, & in eo, qui scit ius suum durare, gl. non probatur, in l. filiusfa. §. inuitus, de procuratorib.

Taciturnitas longi temporis tollit actionem personalem competentem ad vsuras, l. cùm quidam, 17. de vsuris.

Taciturnitas in actu, in quo quis debet consentire, habetur pro consensu: sed in actu, in quo quis non debet consentire, ratione honestatis, non habetur pro cõsensu, gl. contradicat, & ibi add. in l. 2. §. fi. soluto matrimo.

Taciturnitas cum fœmina regulariter habetur pro consensu, gl. non contradixit, in add. marg. in l. 2. ad municipal.

Taciturnitas æquipollet consensui, gl. 1. in l. si vt proponis, 5. C. de nuptiis.

Taciturnitas filij patri obest, si eum certiorare potuit in bonorum possessione filio delata agnoscenda, gl. 1. in l. fi. C. de repud. bonorum possessione.

Taciturnitas inducit consensum fauore fisci, vel libertatis, gl. 1. in l. si hypothecas, 8. C. de remiss. pignorum.

Reliqua verbo, Præsentia.

TALIONIS pœna. *vide verbo, Actio, 117. Calumniari, Calumniator, Accusatio, 12. 14. 16. 19.*

TALIS præsumitur quis prima facie, qualem eum esse indicant vestes, & in quali habitu reperitur, l. item apud Labeonem, §. si quis virgines, de iniuriis.

TANGENS auriculam hominis, totum hominem videtur tangere, gl. earum, in l. restituta, 37. ad Trebel.

Tangens aurem, videtur totum eum tetigisse, l. vulgaris, 21. de furtis.

TANQVAM, dictio est nota improprietatis, l. pecuniam, 36. in add. marg si certum petat. *Reliqua verbo, Sicut.*

TANTISPER, dictio, vel particula, temporalis est, non taxatiua, id est tamdiu cui respondent particulæ quoad, donec, dum, gl. tantisper. in add. marg. in l. 3. §. hoc autem, de itinere, actúque.

TARDIVS dans, minus dare videtur, l. solidum, 85. de solutio.

Reliqua verbo, Soluens, 1. 2. Soluere, 2. Minus.

TAXARE debet iudex damna pro personarum, & negotij qualitate, l. si quando, 9. C. vnde vi.

Reliqua verbo, Iuramentum, 8. 36. Expensa, 8.

TAXATIVA dictio non excludit casum similem, quando casus similis inducitur per aliam legem, l. si mora, 19. & ibi gl. culpam, soluto matrim. & l. si serui nomine, & ibi gl. possidet, in add. de vsucapio. l. 5. §. per seruum, & ibi gl. ad vsucapionem, & add. marg. de acq. poss.

Taxatiua dictio dumtaxat loquens de dolo, non excludit latam culpam, quæ dolo æquiparatur, d. l. si mora, & ibi gl. culpam.

Taxatiua dictio in residuo ademptionem inducit, l. 3. §. cum Titio, de adimend. legatis.

Reliqua verbo, Solus.

TECTORIA habens supra parietem vicini compellitur interdicto vti possidetis tollere illa, l. 3. §. si vicinus, vti possidet.

Reliqua verbo, Positum.

TELVM tuendæ suæ salutis causa gerens non videtur hominis occidendi causa portare, l. pe. ad leg. Iul. de vi public.

Telorum appellatione omnia, ex quibus singuli homines nocere possunt, accipiuntur, ibid.

Teli appellatione continetur & fustis, & ferrum, & lapis, & omne id quod nocẽdi causa habetur, l. si pignore, 46. §. furem, de furtis, §. item lex Iulia. Inst. de publi. iudiciis.

Telum vulgò appellatur id quod arcu mittitur: sed nunc omne, quod mittitur manu

breui, in l. in contractib. §. sed quoniam, C. de non n n erata pecu.

Tempus vnum, vel duo ponitur quandoque pro vno, vel duobus annis, glo. 2. in l. vsuræ, 10. C. de vsuris.

Tempus adiectum libertatis præstationi, intelligitur limitare onus seruo impositum, l. Titius, 9. de operis libert.

ad Tempus quæ sunt in vno loco, non censentur ibi esse, l. 1. C. de verbor. signifi.

Tempus quando est appositum in legato in vim conditionis, decedens legatarius ante tempus non transmittit legatum ad heredem, secùs quando tempus est appositum in vim diei: quoniam tunc transmittit, glo. 1. in l. 3. Cod. quando dies legati.

Tempus certæ ætatis quando adiicitur post præcedentem dispositionem puram, non facit conditionem: sed differtur in tempus impletum, & ideò interim non impedit transmissionem, l. pe. C. eodem.

Tempus si sit adiectum legato per testatorem volentem facere conditionem, tunc legatarius interim decedens non transmittit legatum ad heredes, gl. videtur. ibi.

Tempus quando est adiectum legato per testatorem volentem differre præstationem gratia heredis, tunc legatarius interim decedens transmittit ad heredes: sed expectabitur tempus adiectum ei, ibi.

6 Tempus quando est adiectum legato per testatorem volentem differre præstationem gratia legatarij, vt quia pupillus nesciebat gubernare; tunc legatarius pupillus interim decedens transmittit ad heredes, neque spectatur tempus ei adiectum, ibi.

Tempus quo condemnatus postea stetit in carcere, computatur in exiliis tempus l. omnes, 23. C. de pœnis.

Tempus omne regulariter est continuum, nisi dicatur, quod sit vtile. §. illud quoque, & ibi gloss. quæstionib. in auth. de heredibus, & Falcid.

post Temporis longum spatium nec documentis integritas, nec actis fides, nec ætas valet testibus suffragari, gl. sēper, in §. 1. in auth. de tēpore nō solutę. col. 7.

ad Tempus prohibitum, post tempus videtur permissum, l. 1. & 2. Cod. de his, qui in exilium dati. lib. 10.

Tempus adiectum alicui determinabili determinat solum illud, & non aliud, ad cuius determinationem non est appositum, glo. triginta, in §. in Christi nomine, in extrauag. de pace Constan.

Tempus longum diuersimodè accipitur in iure, glos. id est. in principio, Instit. de vsucapio.

Tempus itinerandi licèt in actibus iudiciariis sit statutum certum, vt 20. miliaria singulo die: sed in contractibus non est determinatum; sed totum residet in pectore iudicis, qui multa debet considerare, & locum, & periculum, & qualitatem personæ, gl. tempus, & ibi add. in §. loca. Inst. de verb. oblig.

Tempus anni luctus est continuum, & ignoranti cedit ex die mortis mariti, vnde si post legitimum tempus cognouit, ipso die poterit mulier sumere lugubria & deponere, l. genero, de his, qui notantur.

Tempus sicut non est modus tollendæ, vel inducendæ obligationis: sic nec est modus dandi ei effectum, gl fi. in l. per fundum, de seruitut. rusticorum, & glo. perpetuam, in l. si mandaro, 59. §. pe. mandati, gl. longo. in l. cùm de in rem verso, 6. de vsuris, l. obligationum ferè, 43. §. 1. & ibi add. marg. de verb. oblig. glo. ipso iure, in l. Grecè, 9. §. & post litem, de fideiussor.

Tempus non est modus amittendæ possessionis etiam centum annorum: sed inducit obliuionem, & per obliuionem amittitur possessio, glo. fi. in l. 4. C. de acquir. possess.

7 Tempus non tollit actionem ipso iure: sed per exceptionem, gloss. facultatem, in l. 3. C. de præscript. 30.

Temporis solo tractu non confirmatur, quod ab initio non valuit: sed bene aliquo alio interueniente, gl. fi. in l. per fundum, de seruitut. rusticorum.

Temporis futuri tractus ad iudicem non pertinet, gl. in futurum, in l. 101. §. 1. de solutio. gl. cautionib. in l. pro socio, 38. pro socio.

Temporis futuri tractus post condemnationem ad iudicis officium non pertinet, cum in potestate sit actoris iudicatum exigere: quandoque tamen ad iudicem spectat tractus futuri tēporis, l. 1. §. socius, & ibi gl. in potestate, de vsuris.

Temporis futuri tractus ante condemnationem multum pertinet ad iudicem: sed post condemnationem non pertinet: quia cùm per legem sit promissum nobis, in hoc casu quando non soluit intra quadrimestre tempus, non debet iudex se intromittere de hoc, d. §. socius, & ibi gl. iudicatum, & gl. post cōdemnationem.

Temporis futuri tractus ad iudicem non spectat, quando ius est futurum, & à futuro pendet: sed quando ius est de præsenti: sed præstatio est futura, tunc spectat ad iudicem, & agi potest etiā de futuro iure. gl. tractus, & ibi add. marg. ibi

de Tempore ad locum idem est iudicium, l. fin. de triticaria, l. 3. §. si per venditorem, de actio. empt.

in Tempore bona est argumentatio de toto ad partem temporis, & econtrà, l. si cui legetur, 51. de legat. 1.

Tempus quo contraximus, inspicimus in stipulationibus quoad acquisitionem: sed non quantum ad hoc, vt valeat, vel non, l. non omne, 187. §. 1. & ibi glo. 1. de reg. iuris.

Tempus, quo dies legatur, non inspicitur in legatis quantum ad acquisitionem: sed inspicitur tempus, quo dies legati cedit, d. gl. 1.

Tempus porrectæ supplicationis non inspicitur: sed tempus concessi rescripti, l. 1. C. vt lite pendente, vel post prouocat.

Tempus celebrati contractus, & purificatæ conditionis debet inspici in contractibus: sed in quærenda hereditate inspicitur tempus aditionis, non tempus delatæ hereditatis, gl. 1. in l. non est dubium, 15. C. de iure deliber.

Tempus limitatum datum ad agendum currit à tempore scientiæ, & quo potui, agere, l. annus, de calumniator.

Reliqua verbo, Accessio, 2. 3. 4. Bonorum possessio, 15. vsque 18. Dilatio, Futurum, Longum, Modicum, Momentum, Multorum, Obliuio, Post, Postea, Præscriptio, 8. 9. Quinquennium, Societas, 10. Soluendi, Soluens, 1. Spacium, Terminus, Triennale Actio, 240. vsque 207. Dies, per tot.

8 TEMPVS certæ ætatis adiectum grauato facit conditionem, l. si quis à filio, 32. & ibi gl. 1. & ibi gl. 1. & 2. de legat. 1.

Tempus certæ ætatis legatarij adiectum legato debet totum esse completum, l. si cui legetur, 51. eod.

Tempus ætatis adiectum grauato, in dubio non facit conditionem, l. libertis. §. ab heredibus, de aliment. & cibar.

Tempus certæ ætatis ex præsumpta voluntate defuncti propter charitatem personæ facit diem, non conditionem, l. Seius Saturninus, 46. ad Trebel.

Tempus certæ ætatis adiectum causa legatarij, diem, & non conditionem inducit, l. Firmio, 26. §. cùm ab heredibus, quando dies legati.

Tempus minoris ætatis, & absentiæ subducitur de quadriennio, l. fi. C. de temporibus in integrum.

Tempus centum annorum dicitur vitæ longissimus finis, l. si vsusfructus, 8. de vsufructu legato.

Tempus inspicitur de momento ad momentum in ætate minorum quoad restitutionem, & in præscriptionibus 30. annorum, gl. momentum, in l. 3. §. maiore, de minor.

Tempus inspicitur de momento ad momentum in minorū ætate fauore ætatis minorum, cui ætati est fauendum: in præscriptione tamen 30. annorum inspicitur de momento in momentum alio respectu: quia cùm præscriptio sit odiosa, restringitur, ibi.

Tempus modicum, quod datur, ne currat absenti reuerso ad petendam restitutionem, in iudicis arbitrio est, gl. fi. in l. non enim, ex quibus causis maiores.

Tempora, quæ cucurrerunt in præsentia inter absentes ad petendam restitutionem, computantur cum effectu modico tantùm tempore inde subducto, glo. Labeo. in l. necnon. §. quod eius. eod.

Tempus ad petendam restitutionem incipit currere ex nouissimo reditu, & plurium absentiarum tempora iunguntur, vt simul restituantur, d. §. quod eius.

Tempus, quod currit in præsentia, computari debet pro eo, quod fluxit in absentia, gl. & puto, ibid.

Tempus accusationis non currit militi, qui reip. operam dabat, l. si qua, 40. eo.

Tempus, quod dabitur in quærendo iudicem, & ea, quæ sunt ei necessaria ad petendam restitutionem, pro absentia reputatur: vnde non nocet ei, quominùs totum tempus subducatur: sed quod fluxit negligenter, tunc verè minus habebit, gl. & puto, in l. necnon, §. quod eis, ex quibus causis maior.

Tempus modicum post reuersionem pro absentia habetur, vt non computetur reuerso tempus adhuc loco eius, quod fluxit ei in absentia, ibidem.

Tempus datum arbitro ad sentiendum si labatur, ac finiatur diebus feriatis ob necessitatem hominum, vt messium, potest cogi arbiter sententiare etiam illis diebus, antequam finiatur illud, l. idem Pomponius, §. fi. & ibi glo. extitura. de arbitris.

Tempus si labatur actori diebus feriatis ob necessitatem hominum potest cogi reus iudicium suscipere etiam illis diebus, d. gl. extitura.

Tempus computatur de momento ad momentum in restitutionis beneficio, l. 1 in add. marg. de manumissio.

Tempus vsucapionis, vel præscriptionis continuum est, & ideò non deducuntur dies feriati, l. nunquam, 31. §. 1. de vsucap.

Tempora vtilia vt currant, requiritur quòd quis habet facultatem agendi per se, vel per alium: item potestatem conueniendi eum, qui per se, vel per alium potuit se defēdere, & ius reddentis copiā, l. 1. & ibi gl agenti, de diuersis, & tēpor.

Tempora non currunt, quando impedimentum agendi est ex parte actoris, item quando est ex parte rei, vel iudicis, ibidem.

Tempus vtile non currit ei, qui apud hostes est, vel reipub. causa abest, aut in vinculis, aut tempestate in aliquo loco detinetur, vt neque agere, neque alij mandare causam agendam possit: secùs si ea valetudine impediatur, vt mandare possit, d. l. 1.

Tempus vtile currit actori impedito agere, cuius seruus in casu, quo potuit esse in iudicio, satisdationem de iudicio sisti accepit ab aduersario, † gl. nisi actor. ibi. & l. si seruus, & ibi gl. 2. eod.

Tempus continuum est in vsucapione triennij, vel x. xx. xxx. & xl. annorum, gl. pen. ibi.

Tempora vtilia, vel dies vtiles hodie non corriguntur, nisi circa tractatum de restitutione integrum, ibid. 10

Tempora vtilia quo casu ipso iure non currunt, eodem casu in continuis datur restitutio, gl. fi. & ibi add. marg. ibi.

Tempus, quo venditor possedit ante venditionem, & tempus, quo emptor possedit, & tempus, quo possedit venditor, ad quem res vendita reuersa est per pactum aditionis in diem, vel legis commissoriæ, aut de retrouendendo, coniunguntur ad complendam vsucapionem, l. si duobus, & ibi gl. fi. eod.

Temporis cursus, qui prodest reo præsenti, non prodest reo absenti ad actionem temporalem præscribendam, l. cùm quis sibi, 38. §. pe. de solutio.

Tempus vacationis à muneribus, quòd datur eis, qui reipub. causa abfuerunt, incipit currere tunc, cùm abesse desiit, cum aliquo tamen temporis laxamento, l. 4. de vacatione mune.

Tempora iudicialia fauore iudiciorum currunt minoribus, gl. fin. in l. fi. C. si aduersus rem iudicat.

Tempus petendæ restitutionis non currit, quando vna causa petendæ restitutionis succedit post aliam, l. 1. C. de temporibus in integrum restitution.

Tempus instantiæ ex legitima causa potest prorogari, l. petendæ, Cod. eodem.

Tempora inducta à lege ita currunt minoribus: sicut maioribus, l. properandum, 11. §. fi. C. de iudiciis.

Tempus non currit non negligenti, § sancimus. & ibi gl. ex cursu. in auth. de appellat. col. 7.

Tempus post scientiam currit, dum tamen crassa, & supina ignorantia non sit excusata, putà si ignorauerit, quòd omnes de ciuitate sciunt, glos. 1. in c. 1. quo tempore miles inuestituram.

Reliqua verbo, Ignorans, Maior, 1. Minor, per tot.

TEMPVS appellationis interponendæ currit à tempore sententiæ diffinitiuæ latæ, etiam si sententia fuerit conditionalis, l. 1. §. biduum, quando appellandum sit. 11

Tempus appellationis interponendæ est vniforme, à quocumque actu interponatur, d. l. 1. §. quod in sententiis.

Tempus

puta

putà diem Iouis, vna partium non veniente eadem die debet iudicare in die peremptorij: paulò tamen post vesperas statim, vel in ipsis vesperis, † gloss. tribui. in §. omnis, Institu. de verborum obligat.

Reliqua verbo, Fines, Confines, Monumentum, Prorogatio.

TERRITORIVM est vniuersitas agrorum intra fines cuiusque ciuitatis, quod dicitur ab eo, quod magistratus eius loci intra eos fines terrendi: id est summouendi ius habent, l. pupillus, 239. §. pe. de verb. sign.

Territorium differt à diœcesi: quia territorium dicitur, vbi habetur iurisdictio in temporalibus: Diœcesis verò in genere fœminino dicitur, vbi habetur iurisdictio in spiritualibus, gl. diœceseos, in §. non autem aliter. in auth. quo modo oporteat episcopos. col 1.

extra Territorium facta, & collata in locum iuridicum valet, l. si res, 13. in addit. marg. de iure dotium.

Reliqua verbo, Finis, 2.3. Iudex, 14.15.

TERTIVS possessor quando ignorauit, debet præcedere discussio prioris contrahentis, l. in causæ, 14. §. fi. de minorib.

Tertij facto quando quis liberatur, primò debet habere regressum contra illum tertium, & si non sit soluendo, in pristinum debitorem debet fieri actionis restitutio, l. fi. de eo, per quem factum

Tertius eligi debet, quãdo duo arbitri dati discordãt, l. itẽ. si vnus, §. fi. de arbitris.

Tertius non assumitur, neque eligitur in casu discordiæ duorum iudicum delegatorum: sed ad delegantem remittitur, vt approbet sententiam vnam ex illis duobus, quod secus est in arbitris: quia tunc tertius eligitur. gl. fi. ibi.

Tertius quando duo litigant inter se, potest comparare pro interesse suo, & opponere exceptionem, & facere, quòd iudicium differatur, gl. 1. in principio. in l. si quis libertatem, de petitione hereditatis.

Tertius superueniens non impedit exequutionem sententiæ latæ pro primo, l. pen. eod.

de Tertij iure non potest quis excipere, si illud ius tertij non est exclusiuum iuris agentis, l. loci corpus, §. competit, si seruitus vendicetur.

Tertius pro suo interesse admittitur etiã potest secundum decretum, l. electro, 26. §. fi. & ibi add. marg de noxalibus.

Tertius pro suo interesse potest se opponere in iudicio noxali, l. si noxale, 27. eodem.

Tertius contradictor, qui non fuit in iudicio, potest impedire executionem latæ sententiæ contra alium mouendo quæstionem de proprietate, vel possessione rerum, in quas fit executio, l. à diuo Pio, 15. §. si super rebus, & ibi gl. fiat, de re iudicata.

Tertius possessor contra creditorem habentem hypothecariam longo tempore præscribit: actio tamen personalis contra debitorem salua manet creditori, l. 1. C. si aduersus creditorem.

Reliqua verbo, Dolus, 14 Hypothecaria, 2.3 Ius, 15.

ex TERTVLLIANO Senatusconsulto vt succedat mater filio ab intestato, quatuor requiruntur: scilicet quòd ea intrà annum ipsa mater tutorem petierit, excluditur: tertiò, quod ab intestato decedat ipse impubes: quartò, quòd filius decedens non habeat filios, nec descendentes, in principio, & ibi addit. marg. Inst. de Senatusconsulto Tertulliano.

Reliqua verbo, Mater, 78.

TESSERA dicitur cuiuslibet mensuræ quartæ pars, & in libro regum dicitur tesseræ decades: id est quatuordecim, gl. tesseras, in l. sed & si, 52. §. si libertis, de iudiciis.

Tesseræ dicuntur vasa, quibus mensurabatur frumentum Romæ tantùm, ibi, & gl. tessera, in l. mortuo, 50. §. 1. de legat. 2. gl. 1. in l. Titia, 89. de legat. 2.

Tesseræ frumentariæ erant signa frumentaria, quibus exhibitis frumentum à principe dabatur populo Romano, vt hodie in quibusdam locis nummi plũbei, vel ęrei, vel quid simile, quod pro symbolo sit, ex quo factum sit vt tessera pro iure percipiendi frumentum ponatur, gl. 1. in add marg. in d. l. Titia.

Tessera est genus mensuræ, qua mensuratur annona, gloss. tesseras, in §. sed & totum, in auth. de deposito. col. 6.

Testamentum in genere, num. 1. vsque 8.
Testamentum in scriptis, & nuncupatiuum, 9.
Quoad testes adhibendos in testamento, 10.11.
Quoad factionem testamenti, 12.13.14.
Quoad validitatem, & inualiditatem, & testamentum muti, 15.16.
Quoad testamentum non iure factum irritum, & non solenne, 17.18.
Quoad inofficiosum ruptum, vel rescissum per querelam. 19.20.21.
Quoad testamentum rescissum, vel ruptum agnatione posthumi, vel præteritione, vel exheredatione filij, 22. vsque 25.
Quoad testamentum ruptum, vel rescissum per arrogationem filij, aut per ingressum monasterij, 26.
Quoad testamentum imperfectum, & inter liberos, 27.
Quoad testamentum deletum, cancellatum, incisum, annullatum, vel reuocatum à testatore, vel ab alio, aut exustum, celatum, vel deperditum, 28.29.30.
Quoad testamentum inspiciendum, aperiendum, & exibendum, & publicandum, 31. vsque 34.
Quoad testamentum pupillare, & substitutionem pupillarem, 35.36.37.
Quoad testamentum militis, 38.39.
Quoad testamentum delinquentis, condemnati, relegati, infamis, vel capite minuti, 40.41.
Quoad testamentum capti ab hostibus, vel eius filij, 42.
Quoad institutionem, substitutionem, & fideicommissum, 43.
Quoad testamentum falsum, 44.
Quoad impugnandum, vel rumpendum per contra tabulas, vel aliàs, 45.
Quoad duo testamenta, vel exemplaria, & annullationem, & reuocationem primi 46. vsque 50.
Quoad codicillos, & clausulam codicillarem, nu. 51.

1 TESTAMENTVM ex eo appellatur, quòd testatio mentis sit, in principio. Inst. de testam.

Testamentum est voluntatis nostræ iusta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri vult, l. 1. de testam. gloss. 1. in principio, Instit. eodem.

Testamentum est voluntas solennis, & iure permissa, & perfecta de eo, quod qui post mortem suam fieri velit, cum institutione heredis legitimè facta, gl. 1. & ibi add. marg. in d. l. 1.

Testamentum largè sumptum dicitur quasi testatio mentis, vt etiam codicillos comprehendat, gl. fi. in d. l. 1.

Testamentum est quædam solennis ordinatio cum institutione heredis, ibi.

Testamentum est quid intellectuale, & incorporale: quia vnum potest fieri in duobus codicibus, ibi. & l. vnum, de testam.

Testamentorum genera olim duo erant in vsu, quorum vno in pace, & otio vtebantur, quod calatis comitiis appellabant: id est bonis initiis, vel bonis conuentibus. Altero verò cùm in prælium exituri essent, quod procinctum dicebatur. Deinde tertium genus accessit, quod dicebatur per æs, & libram, quorum testamentorum formam in desuetudinem abiit, in principio. Inst. de testã.

in Testamenti compositione quatuor sunt: necessaria scilicet numerus septem testium, & quòd quilibet subscribat, & quòd sint ibi septem sigilla testium, & quòd testator propria voce, & manu nomen heredis scripserit: quod vltimum hodie sublatum est, gloss. quia delatus, in §. fi. in auth. de hered. & Falcid. col. 1.

de Testamentis quamplurima sunt disposita in iure, & de talib. pleni sunt libri legum, auth. de triente, & semisse, in principio, col. 3.

Testamentum licèt sit mentis testatio: nihilominùs tamen potest ab intestato succedi testationi mentis, gl. ab intestato, in l. filij patris, 16. C. famil. ercisc.

in Testamentis ordinandis inter cætera, quæ requiruntur, principale ius est liberos instituere, vel exheredare, ne præteritis illis rumpatur testamentum, l. inter cætera, de liber. & posthum. 2

Testamentum post mortem naturalem dicitur immutabile: sed non post mortem ciuilem, gl. pe. in l. 1. de testam.

Testamenti forma non læditur priuatorum pactis, l. 3. eod.

Testamenti solennitas non potest à priuato per pactum tolli: sed bene à principe gl. 1. in d. l. 1.

Testamentum, vt valeat, primò inspiciendum est, an is, qui testamentum fecit, habuerit testamenti factionem, deinde an secundum regulas iuris ciuilis testatus sit, l. 4. eod.

Testamentum facere potest quilibet, nisi expressim prohibeatur, gl. 1. ibidem.

Testamentum vno contextu debet fieri, ita, quòd nullus alienus actus testamento intermisceatur: potest tamen intermisceri actus ad testamentum pertinens, nec vitiatur ob id testamentum, l. heredes palam, 21. §. fi. eod.

Testamento si intermisceatur alienus actus ex necessitate naturæ, vel ad abundantiam, non ob id vitiatur testamentum, gl. fi. ibid.

Testamento ceræ calefactio non est alienus actus, & extraneus, d. glo. fin. ibidem.

in Testamento potest fieri contractus, & quilibet actus, qui transit in formam contractus, ibid.

in Testamento si testator dixerit, vendo tibi, vel dono talem rem, & tu consentis, valet venditio, vel donatio. ibi.

Testamentum, in quo filius exheredatus est incerta causa legitima: sed non vera: sed falsa, non est ipso iure nullum, l. si posthumus, §. fi. de liberis, & posthum.

Testamentum approbari videtur per contractum ab exheredato cum herede factum, l. si ponas, 23. §. 1. de inoffic. testam.

Testamentum videtur approbare, qui pro herede aduocat, vel procurationem suscipit, l. fi. eod.

Testamentum defuncti approbare videtur, qui qualequale iudicium defuncti approbauit, ibid.

Testamentum videtur approbare ille, qui est heres legatarij, & legatum petit, d. l. fin. § fin.

Testamenta heredibus penè chirographa sunt, l. si quis testamentum, 42. ad legem Aquil.

Testamento neminem habet heres obligatum, imò ipse heres obligatur: nam creditor eum habet obligatum, gl. pe. ibid.

Testamentum debet manere apud eum, qui ex maiore parte heres est, aut in ædem sacram deponi, l. 4. famil. ercisc.

Testamentum non capit substantiam ex subscriptione testis: sed à testatore, gl. fi. in l. Caius, 39. de pigno. actione.

Testamenti tabulas apud se depositas si quis pluribus præsentibus legerit, tenetur depositi, & iniuriarum, si legerit, vt iudicia secreta eius, qui testatus est, diuulgarentur, l. 1. §. si quis tabulas, depositi.

de Testamenti tabulis deponendis quando agitur, & dubitatur inter plures heredes, cui eorum eas deponi oporteat, semper senior iuniori, & amplioris honoris inferiori, & mas fœminæ, & ingenuus libertino debet præferri, l. fi. de fide instrum.

ex Testamento potest sibi acquirere is, cui bonis à iudice interdictum est propter prodigalitatem, licèt testari non possit: sed non acquirit sibi is, cui bonis interdictum est à lege, veluti hereticus, vel alius criminosus, † glo. fin. in l. is, cui. 18. §. fin. de testament.

ex Testamento facto à filiofam. pupillo, vel seruo non potest dari bonorum possessio secundum tabulas, licèt filiusfam. sui iuris, vel pupillus pubes, vel seruus liber factus decesserit, l. si filiusfamilias 9. eodem.

in Testamento rustici scriptura necessariò non requiritur, † reprobat. gl. pen. in d. l. qui testamento, 20. §. fi. eod.

Testamentum resignatum, & apertum à testatore, si iterum testium septem signis signatum fuerit, erit perfectum, & valebit, nisi à testatore fuisset abolitum, & cancellatum, l. si testamentum, & ibi glo. pen. eod.

Testamentum scribere potest seruus, etiam alienus, iussu testatoris, l. seruus, eodem.

Testamentum habere præsumitur heres, l. si legatum, de edendo.

Testamentum potest ipse testator scribere, & tunc non dicitur publica scriptura, gl. 1. in l. seruus. de testam.

Testamenti scriptura facta à seruo, vel ab alio non tabellione iussu testatoris, licèt non sit publica: præsumitur tamen vera, & solennis, nisi contrarium probetur, d. gl. 1. & add. marg.

Testamentũ non probatur ex scriptura non lecta, nec publicata coram testibus, & ideò ex eo non possunt peti legata, nec fideicommissa, l. ex ea scriptura. eod.

in Testamento scripta si ita sint scripta, vt intelligi non possint, perinde sunt, ac si scripta non essent, l. quo tutela, 74. §. pen. de regul. iuris.

Testamentum nuncupatiuum reductum in scriptis potest probari per publicam scripturam manu publici notarij confectam, vel etiam per confessionem aduersarij, & quod sic se habet consuetudo, gl. fi. in l. 1. C. de testam.

Testamentum in scriptis debet fieri sub certa forma, de qua in l. hac consultissima, 21. C. eodem.

Testamentum nuncupatiuum: hoc est sine scriptura debet fieri coram septem testibus ad hoc conuocatis, & testatoris voluntatem audientibus, d. l. hac consultissima. §. per nuncupationem.

Testamentum nuncupatiuum valet, licèt testator non exprimat coram testibus illa formaria verba: scilicet ipsos testes esse vocatos, eò quòd vult sine testibus non testari, l. in testamentis, 26. C. eod.

Testamentum nuncupatiuum potest probari per scripturam publicam notarij, vel per instrumentum publicum testamenti, in quo sunt descripti septem testes †. gloss. ostenditur, in l. fin. Cod. de fideicommiss.

Testamentum potest scribi in tabulis, aut in chartis, aut in alia qualibet materia, §. nihil autem. Inst. de testam.

de Testamento vno, & eodem licèt fiant plures scripturæ: tamen vnum testamentum est intellectualiter. §. pen. Inst. eod.

Testamentum nuncupatiuum totum est de iure ciuili, nec participat cum iure prætorio, §. fi. Inst. eod.

10 TESTAMENTVM ab omnibus septem testibus potest signari septem annulis habentibus characteres, vel paucioribus, vel vno solo etiam alieno, §. peñ. & ibi gl. annulo, & gl. iussum, Inst. de testament.

in Testamẽtis numerus septem testium, & eorũ signacula sunt de iure prætorio: sed subscriptiones testatoris, & testium sunt de iure ciuili, §. sed prædicta. & ibi gl. sed ius, Inst. eod.

in Testamẽto vno, eodémque potest esse testis pater cum filiis in potestate, item duo fratres in eiusdem patris potestate possunt esse testes in vno testamento, dummodò testamentum sit alienum: secùs si proprium, vel domesticum. § pater, Inst. eod.

in Testamentis reprobatur domesticum testimonium, ibid.

in Testamento prohibentur esse testes heres scriptus, filius eius, item pater, & frater heredis, §. sed neque. Inst. eod.

in Testamento testes adhiberi possunt legatarij fideicommissarij, & eorum coniuncti, §. legatariis. Inst. eodem.

in Testamento potest esse testis scriptor testamenti, vel tabellio, gl. in potestate. ibi. & l. Domitius. de testam.

in Testamento nuncupatiuo requiruntur septem testes, coram quibus debet testator palam nominare heredes, §. fin. Inst. de testam.

in Testamento nuncupatiuo testes debent esse rogati, † gl. adhibitis, in add. ibid

in Testamento quandoque nullus testis vocatur, vt si miles moriatur in bello: quandoque vnus tantum sufficit, vt imperator; quandoque adhibentur duo, vt inter filios, etiam si sint mulieres, vel quando miles facit testamentum in ten torio: quandoque tres, vel quatuor, vel pauciores; quandoque quinque, vt in testamento rustici: quandoque septem, vt generaliter: quandoque octo, glos. 1. ibi. & l. hac consultissima, & ibi gl. rogatis. C. eod.

in Testamento militis non requiritur numerus testium, neque alia solennitas. in principio. Inst de militari testam.

Testamentum vt fiat secundum regulas iuris ciuilis requiritur quòd in nuncupatiuo adsint septem testes, & rogati, & vno contextu, & palam dici debet nomen heredis: in scriptis autem testamentum fieri debet coram septem testibus rogatis, & subscribentibus, & sigillantibus, testatore, vel alio pro eo scribente nomen heredis, gl. fi. in l. 4. de testam.

Testamentum non valet, vbi testes in eo conficiendo inuiti sunt detenti, l. qui testamento, 20. §. fi. eod.

ad Testamentum scribendum rogatus non oportet, quòd rogetur postea, vt sit testis in eo: quia videtur rogatus, cùm subscripserit, vt testis, l. Domitius, & ib. gl. 1. eod.

11 Testamentum coram quinque tantùm testibus factum valet, si in eo venientes ab intestato sint scripti, l. 2. & ibi gloss. fin. de iniusto, rupto.

in Testamentis numerus septem testium, & quòd sint rogati, puberes, masculi, & liberi, sunt de forma substantiali, † gl. 1. in l. nemo, 58. de leg. 1.

Testamentum absque septem testibus probatur per instrumentum publica manu notarij confectum, & ita se habet consuetudo, gl. fi. in l. 1. C. de testam.

Testamentum inter liberos si sit conditum, sufficiunt minus septem testes, l. hac consultissima, 21. & ibi gl. rogatis. C. eod.

Testamentis in scriptis secreta testes scire non oportet: secùs in nuncupatiuo: quia debent scire, quæ in eo scribuntur, gl. 1. ibi.

Testamentum in scriptis non subscriptum à testibus, nec signatum, pro infecto haberi debet, d. l. hac consultissima.

in Testamento in scriptis quilibet testis debet subscribere pro se: non vnus pro alio: in testamento tamen rustici potest vnus pro alio subscribere, gl. pe. ibi.

Testamentum debent condere rustici in villa cum præsentia septem testium, & suis subscriptionibus, si ibi scientes literas inuenti fuerint: si verò non inueniantur literati septem testes; minus tamen quàm quinque non admittuntur, l. fi. C. eod.

Testamentum debet habere septem testes rogatos, nisi inter liberos: quia tunc sufficiunt qualiacumque iudicia etiam per duos testes fortuitos, gl. exceptio. in l. fi. C. de codicillis.

in Testamentis requiritur præsentia septem testium ad euitandam falsitatem, vt per ampliores homines perfectissimè veritas reueletur, l. final. Cod. de fideicommiss.

in Testamento testis esse non potest ille, qui non habet testamenti factionem: fallit in filiofamilias, qui potest esse testis, licèt non possit testari, l. is, cui, 18. & ibi glo. factionem, de testament.

Testamentum est nullum, si vnus de septem testibus defuerit, vel coram testatore omnes eodẽ loco, suo, vel alieno annulo nõ signauerint, l. si vnus, 10. C. de test.

Testamento heres, institutus, non potest esse testis in eo testamento; sed legatarius, vel tutor testamento datus potest esse testis in testamento, nisi sit impubes, vel in potestate testatoris, l. qui testamento, 20. de testam.

Testamento potest esse testis tutor in eo testamento datus, gl. 1. ibidem.

Testamentum, in quo sunt quinque testes tantùm, non valet, quando testator voluit testari: quod pater per institutiones, & exheredationes, vnde nec valet, vt codicillus, cùm hoc ibi dictum non sit, gloss. 1. in l. non codicillum, 14. Cod. de testam.

Testamentum coram septem testibus factum, & posteà ruptum potest confirmari quinque testibus, non vt debeatur ex testamento: sed vt debeatur ex vltima voluntate, gl. pen. in l. 1. C. de codicillis.

Testamenti solennitas potest probari per duos testes, licèt septem exigantur in compositione, gl. duobus, in l. comparationes, C. de fide instrum.

Reliqua verbo, Intestabilis, Legatarius, 6. 7. Seruus, 24. Testis, 38. Mulier, 4. 5. Cæcus, Impubes, 1.

TESTAMENTI factio non priuati: sed publici iuris est, l. 3. de testam.

Testamentum facere permittere non potest pater, vel dominus filiofa. vel seruo: debet enim permitti à lege cùm sit publici iuris, & non priuati, l. 1. & ibi glos. 1. eodem.

Testamenti factio obsidibus publica authoritate conceditur: id est à principe, dict. gloss. 1.

Testamenti factio actiuam, & passiuam significationem habet, ibi, & glo. 1. in l. 4. eod. §. in extraneis. vers. testamenti. Inst. de hered. qualita.

Testamentum fit ab homine non vt publico: sed priuato: & ideò in testamenti factione patria potestas consideratur, & in iure publico acquisito ad exercitationem non spectatur patria potestas, vt in magistratu, & dignitate, dict. l. 3. in l. †. in add. marg. de testam.

Testamentum facere iure communi prohibentur xiij. personæ: scilicet filiusfa. impubes, furiosus, prodigus, mutus, surdus, cæcus, damnatus ad mortem, obsides, & is, qui de statu suo est incertus, & is cui à lege bonis interdictum est, seruus, & monachus, gl. 1. in l. 4. eod. gloss. ex lege, in §. fin. Inst. quibus non est permiss. facere.

Testamentum masculi habentes xiiij. annos completos possunt facere, nec requiritur quòd excedant eos annos: sed sufficit, quòd ipso natali die xiiij. ann. masculus faciat testamentum, & fœminæ xij. anno ipso natali die l. qua ætate, de testamentis.

Testamentum facere potest quartodecimo anno pridie calendas Ianuarij post sextam horam noctis ille, qui natus est calendis Ianuariis. ibid.

Testamentum nuncupatiuum, & in scriptis potest facere ille, qui manus amisit, quamuis scribere non possit, l. qui manus, 10. eodem.

Testamentum facere non potest, qui testamento domini manumissus est, si ignoret dominum decessisse, & hereditatem eius esse aditam, l. qui testamento, 14. eodem.

Testamentum facere non potest de statu suo dubitans, vel errans, aut qui incertus est, nisi sit miles, vel veteranus, d. l. qui testamento, & ibi glo. fi. cum l. seq. l. 1. & ibi gl. facere, de legat. 3. l. Aristo. & ibi gl. pe. de iure codicil.

Testamenti factionem passiuam habent filiusfa. seruus alienus, surdus, licèt actiuam non habeant, l. filiusfa. 16. de testament.

Testamenti factionem passiuam habet posthumus etiam alienus hodie, quod olim secus erat, d. l. filiusfa. & ibi gl. 1.

Testamentum facere licèt non possit furiosus: habet tamen testamẽti factionem passiuam: quia potest sibi acquirere legatum, vel fideicommissum, d. l. filiusfa.

Testamentum facere non potest is, cui lege: id est legis authoritate à iudice bonis interdictum est: & si fecerit, ipso iure non valet, nisi antequàm ei bonis interdictum esset, fecisset illud, l. is, cui, 18 eod.

Testamentum facere non potest prodigus, à iudice bonis interdictum est, licèt possit sibi ex testamento acquirere, gl. 1. & ibi add. ibid.

Testamentum facere non potest damnatus ob carmen famosum, quod de alio scripsit, neque potest ad testamentum adhiberi, vt testis, d. l. is, cui. §. fi.

Testamenti factio cum seruis ex persona dominorum introducta est, l. non minus, 31. & ibi gl. cum testamenti, de hered. instit.

Testamentum facere, vel fideicommissa relinquere non potest is, qui incertus est, an sit captus ab hostibus, an à latrunculis detentus, l. 1. de leg. 3.

Testamenti libera factio auferri alicui non potest, gloss. 1. in l. ex facto, 17. ad Trebel.

Testamenti liberè faciendi confessio à principe intelligitur solenniter, & iuris solennitate seruata, l. si quando, 25. principio. C. de inoff. testam.

Testamenti factiò alicui inhabili concessa intelligitur concessa tam actiua, quàm passiua gl. 1. ibid.

Testamenti factionem non impediunt in homine sanæ mentis senectus, aut corporis infirmitas, l. 3. C. qui testam. facere.

Testamenti factionem impedit patria potestas, ibid.

Testamentum facere non potest pupillus: sed bene potest adultus, licèt malitia non suppleat ætatem, vel nondum sit 25. annorum, l. 4. & ibi gloss. final. Cod. eodem.

Testamentum facere non potest pupillus etiam cum tutore: sed post ætatem 14. annorum saltem per vnum diem facere potest, gl. 2 & pe. ibid.

Testamentum nòn solùm: sed etiam codicillos facere non potest furens, l. non codicillos, 5. de codicillis.

Testamenti factionem dicitur habere seruus: intellige in passiua significatione, gl. directam, in principio. Inst. qui testamento tutores dari possunt.

Testamentum impuberis non valet, etiam si posteà, pubes factus decesserit, §. præterea Inst. quibus non est permissum facere.

Testamentum impuberis eius, qui tetigit vltimum diem xiiij. an vel xij. valet. gl. 1. ibid.

Testamentum facere non potest obses, nisi sint obsides inter ciuitatem, & ciuitatem, inter quas capti non fiunt serui, gl. ex lege, in add. in §. fi. Inst. quib. non est permiss.

Testamentum facere non potest de criminè famoso damnatus: non tamen quibet infamis etiam ob crimen fumosum damnatus repellitur à testando, d. glo. ex lege. & ibi add. marg.

non perdit id, quod testamento datum est ei:quia magis propter absentiam videtur condemnatus,quàm quia haberet causam,d.§.meminisse, & ibi gloss. quod accipit.

Testamentum inofficiosum asserens si succumbat, perdit tantùm illud, cùius emolumentum ad eum pertinet:non tamen illud, quod rogatus est restituere: quia non debet fieri iniuria ei, cui restituere debet: sed hodie hoc corrigitur per auth ex causa.d.§.meminisse.& ibi gl.non valent.

Testamentum inofficiosum dicere non potest ille, qui legatum ex illo percepit, nisi fuisset grauatus illud alij restituere,l.si pars,10.§.fi.eod.

Testamenti inofficiosi querela agens si succumbat, non perdit id,quod extra testamentum capit,puta ex causa dotis,vel donationis,l.etiamsi,13.eod.

Testamentum remanet validum,& debentur legata,si causa, super querela transactione decidatur,l.si suspecta,26.§.quamuis eod.

Testamentum inofficiosum dicere non potest legatarius post legatum acceptum,l.post legatum,& ibi gloss.2.de his,quibus vt indignis.

Testamenta facta super peculio castrensi ab episcopis, & clericis non subiacent quærelæ inofficiosi,l.cum lege Leonina,38.C.de episcopis.

Testamentum inofficiosum potest dici à filio,si pater extraneum instituit, & filium præteriit, dicentem nolo esse heres, † glo.fin.in l.si quando,35.§.fi.C.de inoff.testam.

Testamenta facta super peculio castrensi, vel quasi, hodie subiacent querelæ inofficiosi,† gloss.ferant,in §.presbyteros in auth.de sanctissi.episcopis.col.9.& reprob.gloss.pro exheredatione, in additione,in §.pe.Inst.de exheredat.liberorum.

Testamentum inofficiosum continet quandoque exheredationem, & præteritionem,gl.non possint,& ibi add.in §.sed nostra.Inst.de success.libert.

Testamento rescisso non debentur legata,vel libertates, & soluta repetuntur;sed libertates debentur si post quinquennium agatur, vel etiam antè, si sint directò relictæ: sed pretium pro eis præstabitur, l.Papinianus §.fin.cum l.seq.de inofficioso.

Testamentum per querelam si fuerit rescissum, legata & libertates non valent: si verò testamentum dicitur nullum,irritum,& iniustum,tunc legata,& libertates valent,si nullum pronuncietur agente legatario: secùs si agente herede; † gloss.non valent,in l Papinianus.§.fi.de inoff.test.

Testamento recisso per querelam legata; & libertates directæ non debentur, & soluta repetuntur condictione indebiti ab eo,qui soluit, si de suo soluerit: si verò de hereditate,repetuntur à soluente directa actione:vtili verò ab eo, qui obtinuit in querela, dict.§.fin.& ibi gloss.non valent.& gloss.qui soluit,& restituuntur.

Testamento recisso per querelam post quinquennium ex causa restitutionis,vel quasi dispensationis libertates directæ, quæ competierunt, vel præstitæ sunt non reuocantur:sed viginti aurei à singulis sunt præstandi obtinenti in querela:ante quinquennium verò rescisso testamento libertates directæ non debentur:fideicommissariæ verò debent præstari,dummodò quilibet seruorum manumittendorum det 20.aureos obtinenti in querela, d. §.fin. cum l.seq. & ibi gloss.fideicommissariæ.

Testamento rupto per querelam non debentur legata ex vigore repetitionis factæ ab intestato,l.Titia,13.eod.

Testamentum potest quis rescindere pro parte per querelam, alia parte valida remanente,l.nam & si.§.fi.& ibi gl.fin.eod.

Testamento rescisso parte per querelam legata relicta in eo pro alia parte si sunt diuidua præstantur:si verò sint indiuidua,in totum præstantur, vel partis æstimatio:filius tamen,qui obtinuit in querela,nihil tenetur præstare,glo.pro parte.ibidem.

21 Testamentum rescindi non potest per querelam herede contumace ante litis contestationem, glos.non respondente,in l.qui repudiantis.§.final.de inoffic. testam.

Testamento rupto per querelam actiones confusæ heredi restituuntur, l. cum qui,21.§.fi.eod.

Testamentum si rumpitur per contra tabulas, vel per querelam, nepos in potestate retentus filio emancipato præterito,vel exheredato coniungitur, l.si ponas,23.eod.

Testamento rupto per querelam inofficiosi,cætera, quæ ibi sunt, rumpuntur,vt legata,& tutelæ:sed hodie per auth.ex causa,firma permanent,glo.euentus,in l.iure nostro.§.fin.de testamen.tutela.

Testamento rupto per querelam inofficiosi,per auth.ex causa, conseruantur tutelæ à defuncto ibi datæ, etiam conseruatur illud, quod datum est filio rumpenti:quia datus tutor in eo sibi conseruatur,d.gl.euentus,in additione.

Testamentum quando rumpitur per querelam pro parte,prælegata non debentur:sicut nec legata relicta extraneis:libertates tamen debentur, & præstantur in solidum: pro seruitute tamen relicta in eo datur actio in solidum: sed pro parte obstat exceptio, nisi partis æstimatio offeratur, l. cùm filius, 78. de leg.2.

Testamento rupto per querelam non præstantur legata,etiam si ab intestato fuerint repetita,l.patronus,34.§.fi.de legat.2.

Testamentum quando rumpitur per querelam pro parte, non cessat collatio, & similiter inter eos,qui diuerso iure succedant,l.pater filium,cum l.seq.de collatione dotis.

Testamento per querelam in parte rescisso legata diuidua pro sua parte præstantur ab eo,qui heres in sua parte remansit:sed legata indiuidua, vt libertatum, integraliter præstantur,l.cum duobus,13.C.de inoff.testam.

Testamento rescisso per querelam actiones competentes heredi,quæ erant confusæ,restituuntur,l.si maritus,22.C.eodem.

Testamentum filijfam.in castrensi peculio factum neque à patre, neque à liberis eius potest rescindi per querelam inofficiosi, l. testamentum, 24. Cod. eodem.

Testamentum multis modis expugnari potest:scilicet per contra tab. per querelam inofficiosi,& quando testamentum sit ipso iure nullum, glo.1.in l.omnimodo,30.eod.

Testamentum fœminæ non rumpitur per legem Velleiam:sed per querelam irritatur,glo parentib.in §.posthumorum.Inst.de exhered.liberorum.

Reliqua verbo,Legatum,80.Nepos,13.14.15.Querela,2.vsque 7.

TESTAMENTVM patris non potest per contra tabulas, vel agnatione posthumi rescindi, nisi in totum, gloss.obtentam,in l.Papinianus.§.sed neque,de inofficioso testa. 22

Testamentum,cum natiuitate posthumi si rumpatur, datio tutelæ non valet:sed hodie valet,gl.1.in l.si pater,31.de testam tutela.

Testamentum ruptum posthumi agnatione, eo decedente viuo testatore reconualescit de iure prætorio,quo iure scripti heredes, etiam extranei, bonorum possessionem secundum tabulas accipere possunt,hereditatémque obtinebunt, & legatarij, & fideicommissarij habebunt ea, quæ sibi relicta sunt, l.posthumus,12.& ibi add.de iniusto,rupto.

Testamentum capti ab hostibus rumpitur statim, cùm posthumus nascitur, etiã viuo patre apud hostes,nec reconualescit filio interim decedente, l.qui vxorem,& ibi gl.fi.eod.

Testamentum rumpitur natiuitate,vel agnatione etiam vnius posthumi, gl.1.in l.si pater,47.de fideicommiss.libert.gl.2.in l.1.C.de ordine iudic.

ex Testamento rupto posthumi natiuitate ignoranter à patre præteriti nihil debetur, neque peti legata possunt: secùs si scienter posthumum pater præteriit: quia tunc legata debentur,& peti possunt,l.1.& ibi gl.fi.in add.C.de posthum. hered.

Testamentum non rumpit partus abortiuus: secùs si nascatur viuus, licèt illicò decesserit,l.2.C.eod.

Testamento rupto posthumi natiuitate, codicilli etiam ab eo pendentes, rumpuntur,l.1.C.de codicillis.

Testamentum, & codicilli rupti natiuitate posthumi non restituuntur nuda voluntate,nisi illi voluntati adsint quinque testes,gl.3.ibid.

Testamentum ruptum, & codicilli rupti ex causa præteritionis, vel exheredationis, hodie valet quoad legata.ibi gloss.non valent.in l.Papinianus.§.fin.de inofficio.testam.

Testamentum ruptum agnatione posthumi eo mortuo ciuiliter, & naturaliter, reconualescit:secùs si ciuiliter tantùm sit mortuus,gloss.non constiterit,& ibi add.in principio.Inst.de exheredat liberor.

Testamentum masculi rumpitur natiuitate posthumi: sed fœminæ non: quia præterito matris habetur pro exheredatione,glo.quasi.in principio.Inst.quib. mod testam.infir.

Testamentum rumpitur agnatione sui heredis: & quia testator arrogauit filium post testamentum,vel quando ei nepos sublato de medio filio natus est, l.1.& ibi gl.pen.de iniusto,rup.

Testamentum, in quo posthumus est præteritus, eius natiuitate rumpitur ipso iure de iure ciuili:de iure tamen prætorio est aliquid, & debet rumpi per contra tab.gl.3.& 4.in l.2.C.de contra tab.

Testamentum si ruptum sit ex causa præteritionis facta re,non consilio:legata,& libertates valent:secùs si fuisset facta re:& consilio,† vt l.cum mater,28.& ibi gl.pe.& si de inoff.testam.

Testamentum rumpitur præteritione filij: vel nepotis in potestate: sed non emancipati,l.certum.§.fin.& ibi gl.fin.de iniusto rupto.

Testamentum, in quo filius iam natus præteritus est,si viuo testatore decesserit, iure prætorio conualescit:quo iure venientes ab intestato,si fuerint scripti heredes bonorum possessionem secundum tab. accipiunt, & legatarij, & fideicommissarij habebunt sibi relicta,l.posthumus,12.& ibi iniustum,& ibi add. margin.eodem.

Testamentum, in quo filius iam natus præteritus est, & viuo testatore decessit non confirmatur iure prætorio,si in eo non venientes ab intestato:sed alij sint, instituti.ibid.

Testamentum, in quo filius exheredatus est, & nepos ex eo institutus, mortuo auo statim valet,& idem quando nepos est institutus cum filio,gloss.nominatim,in l.si hereditas,10.§.qui filium,de testam.tutela.

Testamentum patris, in quo filius in potestate est præteritus, est ipso iure nullum:secùs in quo filius emancipatus est præteritus,l.1.& ibi gloss.potestate,de iniusto,rupto,l.si filius,7.de lib.& post.

Testamentum patris, in quo filius in potestate est præteritus, licèt viuo patre prædecedat, non reconualidatur testamentum: vt l. si filius, de liber. & posth.

Testamentum vt ratione præteritionis quis rumpat,necesse est, quòd teneat primum locum in suitate tempore mortis testatoris verè, vel per fictionem, l.si quis posthumo.§.si filium.& ibi gl.destituitur,& ibi add.marg.eod.

Testamentum rumpitur per quasi posthumum præteritum: quandoque tamen non rumpitur etiam per verum posthumum præteritum, vt si quis præterierit posthumum ex ea,quam ducere non potest,gl.sed si ex ea.ibid.

Testamentum,in quo filius in potestate est præteritus,valet,& tenet de iure prætorio,& ideò potest contra tabulari,† gl.fi.ib l.si ita scriptum.7.eod.

Testamentum si rumpitur in parte ratione præteritionis, in consequentiam rumpitur in totum,ne pro parte decedat testatus, & pro parte intestatus, l. si posthumus.vers.nam & cum duo & ibi gl.admitti.eod.

Testamentum rumpitur ratione præteritionis quatuor modis, scilicet per adoptionem,natiuitatem, per sublationem primi de medio, & quando per mortem aui reincidit in potestatem patris,l.filius à patre, 28.§.filiusfam.& ibi gl. locum,eodem.

Testamentum,in quo filius præteritus est,licèt dicatur nullum,quando ipse vult dicere nullum:secus si semper:hoc est per annum taceat:quia tunc videtur approbare,& excluditur ab omni potentia succedendi, gl.fi.& ibi add.marg.in l. filio præterito,de iniusto,rupto.

Testamentum, in quo filius immeritò exheredatur, dicitur testamentum solenne,& legitimum: quia à lege permittitur exheredari,imò præcipitur pater filium exheredare,si non instituerit,& oportet illud rumpi,cùm illud non sit ex officio pietatis,interim tamen valet,gl.1.in l.1.de testam.

Testamentum, in quo filius est præteritus, omni iure est nullum tam ciuili, quàm

tur:ſecus ſi non ſit corroſum in aliqua parte ſubſtantiali,gl.murib.in l.1.§.fin. de bon.poſſ.ſecundam tabulas.

Teſtamentum poſt aditam hereditatem ſi quis deleuerit,vel corruperit, tenetur legatario,& heredi actione legis Aquiliæ,& ad exhibendum,glo.1.in l.ſi quis tabulas,de dolo malo.

Teſtamentum apud ſe depoſitum poſt mortem teſtatoris ſi quis deleuerit, vel corruperit,tenetur legatario,& heredi actione de dolo, ſi heres ſub conditione eſt inſtitutus,d.l.ſi quis.& ibi gl. 1.

Teſtamento deleto non competit teſtatori actio Aquilia contra delentem propter relicta:ſed bene heredi,vel legatario adita hereditate:ſed ante aditam hereditatem facta deletione datur actio de dolo,l.ſi quis teſtamentum,42. & ibi gl.diuerſum. ad legem Aquiliam.

Teſtamento deleto actio Aquilia competit teſtatori contra delentem propter filium, linum, ceram, ſcripturam, & ſimilia ; ſed non propter relicta, gloſſ.2. ibidem.

Teſtamentum apud ſe depoſitum ſi quis deleuerit poſt aditam hereditatem ab heredibus,vel teſtamenti ſecreta iniuriæ faciendæ cauſa publicauerit, tenetur actione in factum,& iniuriarum,& lege Cornelia de falſis,l. ſi quis teſtamentum.§.ſed.& ibi gl.publicauerit,

Teſtamentum ſi quis deleuit tantùm animo damnum dandi, non furti faciendi, tenetur tantùm Aquilia,& non furti.d.l.ſi quis.§.ſi.

Teſtamentum ſiue deleuerit quis animo damnum dandi, ſiue non animo damnum dandi;ſemper tenetur Aquilia,d.§.ſi.& ibi gl.damni.

Teſtamentum annullans non ſolùm annullat teſtamentum:ſed etiam omnia ſcripta in teſtamento,l.centurio,18.de militari teſtam.

30 Teſtamentum ſi infirmatur, præiudicium generatur legatariis, gl. periculi, in l. 2.C.de fide inſtrum.

Teſtamento infirmato cætera in eo contenta nihil valent, ibid.

Teſtamentum perfectum per inciſionem chartæ poteſt infirmari,gloſ.1.in l. hac conſultiſſima,21.§.ſi quis.C.de teſtam.

Teſtamentum ſicut nuda voluntate non conſtituitur:ita neque tollitur,gl.2. in l, noſtram,30.C.eod.

Teſtamentum defuncti ne de inofficioſo ageretur,ſi quis occultauerit diu,& poſteà mortuo filio,qui habebat querelam,protulerit, heredes filij extranei habent contra occultantem actionem legis Corneliæ,& de dolo, l. ſi quis affirmauerit.§.ſi.de dolo.

Teſtamentum ſi fuerit exuſtum,ſuppreſſum,vel occultum,& ita non compareat, debet legatariis ſubueniri,vt agant ad legata,vt ſibi illa ſoluãtur,ſi modò probent ſibi relicta,l.ſi duobus.§.ſi.& ibi gl.pe.quemadmod. teſtam.

Teſtamentum,quod nullo iure valet,impunè poteſt quis ſupprimere,l.ſi quis aliquid,38.§.teſtamentum, de pœnis.

Teſtamentum in ſcriptis perditum non poteſt probari, niſi ſit perditum poſt publicationem,quo caſu ex ſcriptura inde confecta poteſt probari,† gloſſ. 1,in l. cùm inſtrumentis, 10.de fide inſtru.

Teſtamentum celans,vel amouens committit crimen falſi,l.eum,qui celauit,14. C.de falſis.

Teſtamentum,in quo ſum inſtitutus,ſi quis combuſſerit, vel dolo fecit, quominùs exhiberet,vel ſuppreſſit, contra eum poſſum agere ciuiliter de tabulis exhibendis,& criminaliter lege Cornelia Teſtamentaria, l. 1. C. quando ciuilis actio crim.

Teſtamentum conditum in ſcriptis ſi authoritate iudicis ſit publicatum & exẽplatum, etiam ſi à teſtatore conditum teſtamentum in ſcriptis ſit perditum: exemplatum tamen nihilominùs probat,gl. 1.in l.chirographis,58,de adminiſtra.tutorum.

Teſtamentum iure factum non vitiatur ex eo, quod ab aliquo furto ſubtractum ſit.l.non idcircò,11.C.de teſtam.

Teſtamentum rumpitur per cordulam inciſam,qua erat ligatum,gl.1.in l. Aurelius,29.§.1.de liberatione legata.

Teſtamentum rumpitur ipſo iure concidendo linum quando inciditur linum ante teſtamentum perfectum:ſed quando inciditur linum poſt teſtamentum perfectum, tunc ope exceptionis rumpitur,† gl.nuda,in l.3.§. ſi. de adimend. legatis.

Reliqua verbo,Teſtator,30,31.32.Heres,85.105.Inſtrumentum,15.Cancellatio, Delens, Depoſitarius,1.

31 Testamentvm inſpiciendi, & deſcribendi facultatem pollicetur prætor omnibus id deſiderantibus,ſiue ſuo, ſiue alieno nomine, l. 1. quemadmodum teſtam.

Teſtamentum inſpici,& aperiri peti poteſt quandoque officio iudicis, quandoq; ex edicto de tabulis exhibendis,gl, 1.in add.marg. ibid.

Teſtamentum inſpiciendi,& deſcribendi facultatem ſi quis nomine alieno petierit,debet iurare de calumnia,† gl.alieno.ibid.

in Teſtamento nuncupatiuo in ſcriptis redacto per notarium habet locum edictum quemadmodum teſtamenta aperiantur, & edictum de talibus exhibendis,& etiam edictum diui Adriani:ſicut & in teſtamento in ſcriptis,gl.ibid.

Teſtamentum inſpici,& aperiri quando petitur ex edicto,quemadmodum teſtamenta aperiantur,non proceditur in forma iudicij: ſicut dicimus in bonorum poſſeſſionibus,† gl.alieno. ibid.

Teſtamentum non ideò minus aperitur,quòd vnus ex teſtibus neceſſariis in teſtamento adſcriptis neget ſigillum ſuum agnoſcere,licèt aliàs illud teſtamentum habeatur pro ſuſpecto,d.l.1,§.ſi.

Teſtamentum redditur ſuſpectum, quando vnus ex teſtibus neceſſariis in teſtamento aſcriptis conuocatis ad recognoſcenda ſigilla apertè dicit, hoc non eſt meum ſigillum:vel ſi non recognoſcit ſigillum ſuum an ſit ſuum, vt quia non apparet forma,vel quia alieno ſigillo ſignauit;ſed ſi ſigillum appareat,vel quia ibi ſint deſcripta arma ſua,vel literæ dicerent, vel aliàs eſſet ſigillum notarij, non obſtante dubitatione ſua teſtamentum eſt validum, nec redditur ſuſpectum,gl.pen.ibid.

32 Teſtamentum inſpici,& ſibi aperiri petere poteſt quis ex edicto,quemadmodum teſtamenta aperiantur ad ſciendum, an ſit ſibi relictum : licèt verè nihil ſit ei relictum,† gl.publicum,in l.2.eod.

pro Teſtamento etiam falſo,iniuſto,irrito,rupto,vel imperfecto, & pr[...]
ſcriptura,quæ prima facie continet vltimam voluntatem,habet locum
quemadmodum teſtamenta aperiantur,& interdictum de tabulis exhi[...]
2.§.1.& ibi gl.imperfecta.& gl.ad cauſam.

Teſtamentum,vel tabulas ſi quis neget ſe habere, vel debere exhibere[...]
per actionem,vel per interdictum de tabulis exhibendis:ſi confiteat[...]
locum edictum,quemadmodum teſtamenta aperiantur, gl. iudicio[...]
dam de edendo.l.1.§.1.de tabulis exhibend.

Teſtamenta plura integra, & ſimul ſignata,& etiam primum ruptum p[...]
dum poteſt quis petere inſpici,& aperiri ſibi illa per edictum,quemad[...]
teſtamenta aperiantur, l. 2. §. ſi plura ;& ibi gl. 1.quemadmodum te[...]
ta aperiantur.

pro Teſtamento falſo,& imperfecto non habet locum edictum,quemad[...]
teſtamenta aperiantur,neque interdictum de tabulis exhibendis:ſed pro[...]
mento falſo perfecto,vel pro vero,& imperfecto datur vtrunque,& e[...]
quemadmodum teſtamenta.& interdictum de tabulis exhibendis,g[...]
cta,in d.l.2.§.1.

Teſtamentum eius,de cuius vita dubitatur, quando petitur aperiri,debe[...]
cognoſcere de eo,ita,quòd ſi liquidò apparuerit eum viuere,non debet p[...]
tere inſpici tabulas teſtamenti,vel vt quis ipſam ſcripturam inſpiciat,v[...]
let,vel quid aliud ex tabulis inſpiciat,d.l.2.§.ſi dubitetur.

Teſtamenti inſpectio etiam lectionem eius indicat. ibid.

Teſtamenti inſpectio,& deſcriptio debet fieri ſine die,& conſule, ſub quo[...]
mentum erat factum,ne viſo die probetur,quòd teſtator eo die fuiſſet a[...]
l.2.§.diem,& ibi gl.nam inſpectio.

Teſtamentum inſpici,ac deſcribi quando petitur ; datur heredi tempus a[...]
bendum teſtamentum ſecundum locorum anguſtias, & prolixitates, d.l[...]
penul.

Teſtamentum inſpici;& deſcribi cogitur pati heres,qui non negãs teſtam[...]
penes ſe eſſe, non patitur inſpici, & deſcribi : ſed negans penes ſe eſſe[...]
interdicto de tabulis exhibend.d.l.2.§.ſi.

Teſtamenti vendicatio competit heredi, ſicut & cæterarum rerum heredi[...]
tum,& ob id etiam poteſt agere ad exhibendum, l.3. eod.

Teſtamentum cùm ab initio eſt aperiendum,iudicis officio captis pignorib[...]
pœnali iudicio,coguntur illi,qui ſigillauerunt,vt conueniant, & vt ſigil[...]
recognoſcant,vel negent ſe ſignaſſe:cum iuramento tamen,l.cum ab init[...]
ibi gl.1 .& 2.eod.

Teſtamentum aperiri & recitari poteſt maiori parte ſignatorum interueni[...]
vel nullo eorum interueniente priùs mittendo teſtamentum ad abſentes ſi[...]
tores,vt agnoſcant ſigilla ſua,& ſi ſubſit iuſta cauſa, propter quam non p[...]
differri apertura teſtamenti, donec teſtamentum mittatur ad abſentes, &[...]
portetur,poteſt aperiri,& recitari interuenientibus viris optimæ opinion[...]
quibus debet obſignari teſtamentum,& mitti ad illum locum,vbi ſunt ab[...]
tes,vt ipſi agnoſcant ſigilla ſua,l.ſed ſi maior cum l. ſeq. eod.

Teſtamentum in duobus exemplaribus ſi ſit ſcriptum, ſufficit alterum eſſe a[...]
tum,ſiue ſui natura ſit apertum, ſiue alio modo, & à quocunque, l. ſi in d[...]
bus,& ibi gl.1. eod.

Teſtamentum principale vt aperiatur,poteſt quis ita petere,vt codicilli,& e[...]
ſecundæ tabulæ aperiantur,tanquam pars teſtamenti, niſi ſecundæ tabul[...]
ſeorſum factæ: quia tunc viuo pupillo non poteſt petere, l.pen., & ibi gl[...]
eodem.

Teſtamentum,& exemplum poteſt quis facere,& exemplo aperto non aduer[...]
tur teſtamentum apertum : ſed ſi authenticum ſit apertum, totum dicitu[...]
pertum,l.ſi.eodem.

Teſtamentum eius,qui non metu criminis:ſed tædio vitæ, vel impatienti[...]
ris ſibi manus intulit,poteſt aperiri, & recitari : ſecùs ſi metu criminis i[...]
nentis ſe occidiſſet,l. 1.§.ſi quis non metu ad Syllanianum.

Teſtamenta olim multum difficulter aperiebantur, v[...] parte teſtamenti reſig[...]
reliquæ partes obſignatæ aſſeruarentur,ne perlegerentur, l. ſi mater, in [...]
marg.de except.rei iudicatæ.

Teſtamentum viuentis aperiens, aut reſignans,pœna legis Corneliæ tenetu[...]
plerunque humilior in metallum damnatur,honeſtior in inſulam deporta[...]
l.ſi quis aliquid,38.§.teſtamentum,de pœnis.

Teſtamentum totum vt exhibeatur,non poteſt facere quis,niſi ſit heres:illam[...]
men particulam teſtamenti,quæ pro ſe facit, poteſt quilibet legatarius pe[...]
ſibi exhiberi,gl.1.in add.in l.1.C.de tab.exhib.

Teſtamenti publicatio,vel inſinuatio debet fieri à magiſtro cenſus, vel à def[...]
ſore ciuitatis,l.reperita,36.& ibi gl.3.C.de epiſcopi.i.l.teſtamenta,18 & l.c[...]
ſulta,23. C.de teſtam.

Teſtamenti publicatio,ſic fit, inſtitutus heres in teſtamento ſcripto, vel [...]
ſcriptura adit magiſtrum cenſus,vt illam ſcripturam,teſtes & ſua ſigilla re[...]
gnoſcant,vel dicta teſtium in publicam ſcripturam redigat,& erit plena à [...]
do ſecuritas,licèt teſtes pereant,vel prima ſcriptura,d.gl.3.

Teſtamentum nuncupatiuum eſſe tantum publicandum,† ibid.

Teſtamenti ſcriptura publicata fidem facit, etiam ſi originalis ſcriptura ſit[...]
perdita,l.2.C.de teſtam.

Teſtamenti publicatio debet fieri coram iudice ordinario,vel delegato, gloſ[...]
ibidem.

Teſtamentum debet aperiri coram iudice,& teſtes debent iurare ita eſſe veru[...]
ſicut ſcriptum eſt,& poſteà in publica charta,vel in eadem, vbi priùs erat ſc[...]
ptum,debet conſcribi.† ibid.

Teſtamenti publicatio non poteſt fieri viuente teſtatore, niſi de conſenſu eiu[...]
dem teſtatoris,d.gl. 1.& ibi add.ibid.

Teſtamenta omnia etiam donationes non debent publicari coram alio iudi[...]
quàm coram magiſtro cenſus:hodie tamen poteſt coram defenſore ciuita[...]
† l.teſtamenta,18.& ibi gl.ſi. C.eod.

Teſtamentum petitur aperiri per officium iudicis, per titulum, quemadm[...]
dum teſtamenta aperiantur, & hoc ; quando non negat ſe habere : ſ[...]
ſi neg[...]

 dum

dum ſit perfectum, ſiue non: quia militans quocumque modo fecerit teſtamētum, nouiſſima voluntate reſcinditur, ibid.

Teſtamentum militis ſola voluntate eius perficitur, d.§.fi.cum l.ſeq.

Teſtamentum factum priùs à milite, in quo vnum inſtituit in caſtrenſibus, & alium in paganicis, valet, nec reuocatur in paganicis per teſtamentum ſecundū, in quo inſtituit alios in caſtrenſibus: reuocatur tamen in caſtrenſibus, & ita inſtituti in caſtrenſibus, per ſecundum teſtamentum erunt heredes in caſtrenſibus, l.militis, 37.§.1.& ibi, gl.mutare, eod.

Teſtamentum litis per ſecundum teſtamentum iure ſpeciali nō reuocatur ex toto: ſed tantùm ex parte: quod ſecus eſt in teſtamento priuati: quia teſtamentum priuati ſemper ex toto rumpitur per ſecundum, d.§.1.& ibi gl. mutare.

Teſtamentum iure communi factum, & ruptum per ſecundum, iure militari non redintegratur poſt annum miſſionis decedente milite, d.l.militis, §.fi.

Teſtamentum iure militari factū à milite, qui intra annum, quo honeſtè, & cauſariè miſſus eſt, deceſſerit, valet, etiam ſi poſt annum miſſionis conditio inſtitutionis extiterit, l. quod dicitur, 39. eod. §. ſed hactenus, Inſt. de militari teſtam.

39 Teſtamentum ſcribendum notis ſi dictauit miles notario, & antequàm notarius perfecerit teſtamentum miles vita functus eſt, dictatio illa valet tanquam teſtamentum, ſi legitimis probationib. putà duob. teſtib. probetur dictationem eam fuiſſe à milite factam, l.Lucius, 41.eod.

in Teſtamento militis requiritur probatio communis: id eſt ad minus duorum teſtium, gl.2.ibid.

Teſtamentum pupillare factum à milite filio impuberi valet, licèt miles ſibi non fecerit teſtamentum, l.miles ita, 41.§.fi.eod.

Teſtamentum facere iure militari poſſunt etiam nō milites, ſi in hoſtili loco deprehendantur, & illic decedant, quamuis aliàs iure militari non poſſent facere, l.fi.eod.

Teſtamentum militis poteſt ſcribi gladio, vngula, puluere, vel ſuo ſanguine. l.1. & ibi add.marg.de bon.poſſ.ex teſtam.milit.

in Teſtamento militis non requiritur ſolennitas iuris communis, l.ſi à fratre, 14. C.de teſtam.militis.

Teſtamentum militis iure militari in caſtris factum ſtatim poſt ignominioſam miſſionem deſinit valere, gl.poſt miſſionem, in §.ſed hactenùs, Inſt. de milit. teſtam.

Teſtamentum factum ante militiam ſine ſolennitate valet, ſi poſt militiam appareat de militis voluntate, §.pe.Inſt.de milit.teſt.

Teſtamentum militis non irritatur capitis diminutione. ibid.

Reliqua verbo, Filius, 80. vſque 83. Miles, 21. vſque 26.30.31.

40 TESTAMENTVM eius, qui à præſide ſententiatur deportandus, non fit ſtatim irritum: ſed tunc cùm princeps ſententiam præſidis ſuper deportatione comprobauerit, l.ſi qui filio.§.eius, qui. & ibi gl.non ſtatim, de iniuſto, rup.

Teſtamentum eius, qui à præfecto vrbi ſententiatur deportandus, ſtatim fit irritum, d.gl.non ſtatim.

Teſtamentum decurionis, vel eius filij, vel nepotis à præſide damnati ad gladium vel ad aliam pœnam, quæ vitam adimit, ſtatim non fit irritum, cùm per talem ſententiam ſeruus pœnæ non fiat: fit tamen ſeruus pœnæ, & eius teſtamentum antea factum fit irritum ſtatim, atque princeps eam ſententiam approbando, de eo ſupplicium ſumendum reſcripſit, d.§.eius, qui.

Teſtamentum eius, qui à præſide ſententiatur deportandus, ſi ante approbationē principis deceſſit, valet, niſi is mortem ſibi conſciuerit: & idem in decurione, vel eius filio, aut nepote, qui à præſide ſententiati puniēdi ante approbationem principis deceſſerunt, ibid.

Teſtamenta eorum, qui magis mori, quàm damnari ob criminis conſcientiā maluerunt, ſunt irrita, licèt in ciuitate decedant. ibid.

Teſtamentum eius, qui tædio vitæ, aut valetudinis aduerſæ impatientia, vel iactatione mortem ſibi conſciuerunt, valent, ibid.

Teſtamentum militis, qui ob conſcientiam delicti militaris mori maluit, quàm damnari, irritum eſt; ſecùs ſi tædio vitæ, aut dolore mortis mortem ſibi conſciuit, ibid.

Teſtamentum eius, qui fuit capite damnatus, vel ad gladium, vel ad aliam pœnā, quæ vitam adimit, irritum fit ſtatim, cùm ſententiam paſſus eſt, niſi ſit miles ex militari delicto ad mortem damnatus, & in ipſa damnatione permiſſum ſit ei teſtari: quo caſu etiam poſt ſententiam poteſt teſtari, vel teſtamentum, quod antea fecit, valet, ſi dixit illud velle valere, d.l.ſi quis.§.irritum.

Teſtamentum damnatorum non rumpitur, ſi eſt appellatum: ſiue appellatio fuerit recepta, ſiue non, niſi cùm per appellationem exequutio non differtur, d.l.ſi quis, §.hi autem.

Teſtamentum facere poſſunt damnati capite, vel ad beſtias, aut ad gladium, vel ad aliam pœnam, quæ vitam adimit, ſi appellauerint, etiam ſi appellatio non ſit recepta, ibid.

Teſtamentum eius, qui illicitè damnatus eſt ab beſtias, vel ad aliam pœnam, quæ vitam adimit, pœna non ſumpta non fit irritum; quia ſententia non valuit, d.l. ſi quis filio, §.quòd ſi quis.

Teſtamentum decurionis illicitè damnati ad beſtias non fit irritum, nec is capite minuitur, cùm ſententia non teneat commutabiliter; ſcilicet, quia poteſt commutari à principe, ibid.

Teſtamentum eius, qui cùm de præſidis iuriſdictione non eſſet, ab eo damnatus eſt, irritum non fit, ibid.

Teſtamentum eius, cuius memoria poſt mortem damnata eſt, vt puta maieſtatis, repetundarum, hæreſis, vel apoſtatatus crimine, fit irritum, d.§.quòd ſi quis, & ibi gl.vel alia.

Teſtamentum capite damnati conualeſcit, ſi in integrum ſit reſtitutus indulgentia principis, d.l.ſi quis filio, §.pe.

Teſtamentum non poteſt facere damnatus ob crimen famoſum, l.ob carmen, 21. & ibi gl.1.de teſtib.

41 Teſtamentum eius, qui in inſulam deportatus eſt, non valet, ſiue antea, ſiue poſteà ſit factum, & eius bona iure Digeſtorum publicantur, ſi ſunt lucroſa, aliàs creditoribus conceduntur: ſed hodie eius bona non publicantur, l.eius, qui, 8.§. 1. & ibi gloſſ. 3. & 4. de teſtam.

Teſtamentum faciendi ius retinent relegati in inſulam in perpetuum, vel ad tempus: & hi, quibus terra Italia, & ſua prouincia interceditur, d.l eius, qui. §.fi.

Teſtamenti factionem neque actiuam, neque paſſiuam habent hi, qui ad ferrùm vt decapitentur, vel ad beſtias, vel in metallum damnantur, d.§.fin. & ibi glo. final.

Teſtamentum facere non impeditur quis pendente proceſſu capitali, & valet, ſi defunctus ſit, antequam condemnaretur, l.ſi quis poſt, 9.eod.

Teſtamentum eius, qui crimine capitali accuſatus, & condemnatus eſt, ita, quod non poſſit retractari, non valet, gl.1.ibid.

Teſtamentum eius, qui crimen maieſtatis commiſit, non valet, etiam ſi accuſatus, & condemnatus non ſit, ibid.

Teſtamentum eius, qui ſibi mortem conſciuit, non valet, ibid.

Teſtamentum facere poteſt damnatus crimine capitali pendente appellatione ita, quòd ſi medio tempore deceſſerit, valet eius teſtamentum, l.qui à latronib. 13.§.fi.eod.

Teſtamentum condemnati ad pœnam capitalem cum bonorum publicatione factum pendente appellatione valet, nec interim pendet, gl.fi.& ibi add. marg. ibidem.

Teſtamentum factum pendente appellatione ab eo, qui damnatus eſt crimine maieſtatis, vel crimine repetundarum, vel ab eo, qui mortem ſibi conſciuit, & in aliis ſex caſib. valet: ſed ſecuta ſententia dicitur, quòd interim non valet, & condemnationis effectus retrotrahitur ad diem commiſſi criminis, reprobat d.gl.fi.in add.marg.ibid.

Teſtamentum rumpitur propter delictum teſtatoris, qui pœna capitis damnatus eſt, gl.fi.in l.res vxoris, 24.C.de donatio inter virum.

Teſtamenti reſeruatio facta militi damnato de crimine capitali non extenditur, niſi ad caſtrenſia, & ab inteſtato ſuccedit fiſcus in paganicis, l.& militib.etiam, C.de teſtam.militis.

Teſtamentum eius, qui minimam capitis diminutionem paſſus eſt, irritum fit, gl.1.in l.ſi quis filio.§.irritum, de iniuſto, rupto.

Teſtamentum eius, qui tantum ciuitatem amiſit, vt eſt deportatus, irritum fit, ibidem.

Teſtamentum eius, qui capite minutus eſt, vt quia captus ab hoſtibus, vel deportatus, vel damnatus eſt ad beſtias, vel ad gladium, vel ad aliam pœnam, quæ vitam adimit, irritum eſt: ſi tamen reuerſus ſit, vel reſtitutus à principe, teſtamentum conualeſcit, & ſcriptus heres habebit hereditatem, vel bonorum poſſeſſionem, & tenebitur legatariis legata præſtare, l.poſthumus, 12.eod.

Reliqua verbo, Capitis diminutio, Damnatus.

TESTAMENTVM ante captiuitatem factum ab eo, qui in hoſtium poteſtate decedit, lege Cornelia confirmatur, ac ſi is, qui illud fecit, in hoſtium poteſtatem non perueniſſet, & hereditas ex teſtamento ad vnumquemque ſcriptum pertinet, l. lege Cornelia, 12. de teſtam. l. ſi quis filio, §. pen.de iniuſto, rupto.

Teſtamentum facere poſſunt capti à quocumque latrone, cùm liberi maneant, l. qui à latronib 13.de teſtam.

Teſtamentum facere non poteſt, qui incertus eſt, an captiuus ab hoſtibus, an à latronibus detentus ſit, gl.1.ibid.

Teſtamentum eius, qui poſteà captus ab hoſtibus ciuitatem amiſit per ſubitam ſeruitutem; vel eius, qui maior 20. annorum poſtea ſe venundari paſſus eſt ad pretium participandum, fit irritum, d.l.ſi quis filium, §. irritum, de iniuſto, rupto.

Teſtamentum eius, qui poſteà captus eſt ab hoſtib. & ſic perdidit libertatem, & ciuitatem, irritum fit: recipit tamen vires eo reuerſo, gl.1.ibid. & l.ſi quis filio, §.pe.eod.

Teſtamentum patris capiti ab hoſtib.non rumpitur per reuerſionem ab hoſtib. l. ſi pater. & ibi gl.fi.eod.

Teſtamentum facere non poteſt in captiuitate captus ab hoſtib. & ſi faciat, non valet, gl.fi.ibid.

Teſtamentum patris non rumpitur ex eo quòd filius inſtitus ab hoſtibus captus poſtliminio reuerſus ſit, l.ſed nec filius, eod.

Teſtamentum, quod quis fecit exiſtens in hoſtium poteſtate, pro non ſcripto habetur, ſi ab hoſtib.non rediit, l.pe.de his, quæ pro non ſcriptis.

Teſtamentum filij capti ab hoſtib. extinguitur, ſi filius deceſſit, antequàm pater reuertatur, gl.rata, in l.fi.C. de ſententiam paſſis.

Teſtamentum filij, qui mortuus eſt, antequàm reſtituatur pater; patre reſtituto à deportatione valet non ſolùm in caſtrenſibus, vel quaſi; ſed etiam in aduentitiis: ſaluo tamen vſufructu patris, gl.4.ibid.

TESTAMENTVM, in quo filius eſt inſtitutus, & nepos ei ſubſtitutus: ſi filius viuo auo deceſſit, & nepos deuenit in locum ſui patris; valet per legem Velleiam: & tutor ab auo in eo teſtamento datus nepoti erit tutor, l.ſi hereditas, 10. §. qui filium, & ibi gl.mag. de teſtam.tutela.

Teſtamentum, in quo quis inſtitutus eſt in re certa, valet: ſicut ſi fuiſſet inſtitutus in vniuerſo gl.1.& ibi add.marg.in l.1.de teſtam.

Teſtamentum poteſt incipere a gradu ſubſtitutionis; ſi non valet inſtitutio, l.3. §.fi.de liberis, & poſth.l.ſi pater filium, 26.& ibi gl.fi.de vulgari.

Teſtamentum, in quo facta eſt inſtitutio, licèt vitioſa, ſuſtentabilior eſt, quàm teſtamentum, in quo nulla eſt inſtitutio: quia tunc etiam legata, & ſubſtitutio pupillaris non valeant: ſecus quando facta eſt inſtitutio: ſed vitioſa ob præteritionem filij, gl.fi.in l.1.de vulgari.

Teſtamentum incipit à ſubſtitutione, quando filius à primo gradu eſt præteritus, & à ſecundo eſt exheredatus, l.ex facto, 43.§.1.tutius, eod.

Teſtamentum quandoque ſine inſtitutione valet, gloſſ.fi. in l.tractabatur, 15.de militari teſtam.

Teſtamentum, in quo filius, vel ſeruus erat inſtitutus, ne mutaretur, ſi pater, vel dominus dolo fecerit, ac prohibuit, aufertur hereditas patri, vel domino, & etiam filio, vel ſeruo, etiamſi tempore prohibitionis, & tempore aditionis eſſent ſui iuris: legatum tamen non aufertur legatariis, niſi ipſis ſeruis legetur, nec ſint rogati reſtituere aliis, l.1.§.1.& ibi gl.actiones, & gl.

etſi

nisi alterum sit exemplum,gl.1.in l.si in duobus,quemadmod.testam aperi.

per Testamentum secundum perfectum rumpitur primum, licet ex secundo nemo heres existat, gl.1.in l.si id,quod,de rescind.vend.

Testamentum primum perfectum,& solenne regulariter non tollitur per secundum imperfectum,gl.fi.in l.si filius,7.de liberis,& posth.

Testamentum primum licèt perfectum,in quo fuerunt instituti extranei , tollitur per secundum imperfectum ratione solénitatis omissæ,vt quia in eo quinque testes adhibiti,& in eo venientes ab intestato sunt instituti,quorum fauore habetur pro solenni,† ibid.

Testamentum secundum,in quo posthumus est præteritus, valet , & rumpit primum:secus est in testamento secundo, in quo filius iam natus est præteritus: quia quando posthumus est præteritus testamentum ab initio valet,neque annullatur ab initio:sed tandem nascitur:sed in filio iam nato præterito testaméntum semper,& ab initio est nullum,ibid.

Testamentum primum vt tollatur per secundum , sufficit , quòd ex illo secundo testamento aliquis possit heres existere,licèt ille casus non euenerit,† l.si quis posthumos,& ibi gl.1. eod.

Testamentum primum rumpitur per secundum, ex quo secundo potest quis heres existere:quia illud rectè sit factum:secus est in testamento militis,l.1.& ibi gl. alio de iniusto rup.

Testamentum prius rumpitur per posterius perfectum , nisi posterius , vel prius iure militari sit factum:quo casu vtrumque valebit,l.2.& ibi gl.2.eod.

48 Testamentum prius perfectum rumpitur per secũdum minus perfectum, vt quia quinque tantum testes adfuerunt , si in eo venientes ab intestato sint heredis scripti,d.l.2.& ibi gl.fi.

Testamentum primum non rumpitur per secundum septem testib.scriptum , in quo nihil erat intus scriptum:quia non est ibi testatio mentis,quod est necesse l.si binæ.eod.

Testamentum secundum minus solenne non rumpit primum solenne,d.l.si binę. & ibi add.marg

Testamentum secundum,in quo heres institutus est purè,vel sub cõditione præterita,vel præsenti:veluti si Titius consul fuit,vel est,rumpit primum testaméntum:si verò fuit conditio : id est si Titius consul fuit,vel ad præsens est : secus si conditio vera non fuit:quia tũc nec est heres,nec rumpit primum testamentum,l.cùm in secundo,eod.

Testamentum secundum,in quo heres est institutus sub conditione futura possibili,rumpit primum,licèt non extiterit conditio.ibid.

Testamentum secundum , in quo heres est institutus sub conditione impossibili, veluti si cælum digito tangeret,rumpit testamentum primum,& illa conditio habetur perinde , acsi scripta non esset,d.l.cùm in secundo,in fina. & ibi gloss. final.

Testamentum secundum tollit primum, quando ex secundo potest adiri hereditas de iure ciuili:secus quando ex secundo de iure prætorio tantum potest peti bonorum possessio,quando tunc primum non rumpitur per secundum,gl.potuerit. ibid.

Testamento rupto ex causa præteritionis non debentur legata,nec fideicommissa,nec libertates, nec ab institutis heredib, nec à præterito filio : hodie tamen debentur,ex auth.ex causa,l.filio præterito.& ibi gl.fratrib eod.

Testamentum primum vt rumpatur , sufficit secundum ita factum esse,vt aliquo casu possit ex eo adiri hereditas,gl.pe.in l.si quis,16.§.fi.de vulga.l.pater filio, 64.& ibi gl.existere, de heredib. instituend.

Testamentum secundum , in quo testator extraneum instituit sub conditione, si filius viuo se moriatur,est nullum ex causa præteritionis,l.si quis eum,16. §.fi. & ibi gl.pe.de vulgari.

Testamentum primum non rumpitur per secundum, in quo filius posthumus est præteritus,qui natus viuo testatore decessit , licèt possit institutus in secundo petere bon poss.secundùm tabulas,§.fi.d gl.pe.

49 Testamentum primum tollitur per secundum si solenne sit , aliàs non : quamuis haberet clausulam,omne alio testamento cessante: confirmatur tamen tale secundum non solenne cum dicta clausula per aditionem venientium ab intestato:& tollitur primum , nisi dictam clausulam habeat, gl.plures,in add. marg. in l.diuus,de iure codicillorum.

Testamentum primum habens clausulam derogatoriam ad testamentum sequẽs, præualet , nisi expressè reuocetur à secundo : quia tunc sequens præualet , l.si mihi,& tibi,12.§.fi.& ibi gl.non valebit , de leg. 1.

Testamentum primum rumpitur,si testator secundum facere incipit, & impeditus per heredes non perfecit,l.si scriptis,de his,quib. vt indignis.

Testamentum primum tollitur per secundum,nisi secundum posteà incidatur,vt primum cõfirmetur:quia tunc primum ad excipiendum tantum valebit,l. qui ex liberis,§.planè,de bon.poss.secundùm tabul.

Testamentum primum solenne non tollitur per secundum minus solenne, licèt in eo sit scriptus heres imperator,l.nolumus , 20. & ibi gloss, 1. & 2. Cod. de testam.

Testamentum solenne tollitur per secundum non solenne , si secundum sit factũ iure militari,gl.2.in l.hac consultissima,21.§.si quis.C.eod.

Testamentum iure militari factum tollitur per secundum imperfectum. ibid.

Testamentum solenne regulariter non tollitur per secundum minus solenne, ibidem.

Testamentum secundum validum,& perfectum tollit ipso iure testamentũ præcedens.l.sancimus,27.& ibi gl. 3.C.eod.

Testamentum perfectum tollitur per solam contrariam voluntatem in actis,vel coram tribus testib.declaratam cum transcursu decennij ex tempore facti testamenti.ibid.

Testamentum primum tollitur ipso iure per secundum perfectum, etiamsi ex eo non adeatur hereditas effectualiter, §. 1, Inst. quibus modis testamen. infirm.

Testamentum primum tollitur per secundum,in quo institutus est heres sub cõditione,quæ iam defecerit,ibid.

Testamentum primum perfectum tollitur per secundum perfectum , etiamsi in eo quis sit institutus in re certa,nisi in secundo asseruit se velle valere primũ: quo casu institutus in re certa omnia per fideicommissum tenetur restituere præter rem,in qua institutus est,quam retinet, si sit vsque ad quartam: sin minus supplet ex aliis rebus vsque ad quartam,§.sed & quis.Inst.eod.

Testamentum solenne non tollitur nuda voluntate contraria,§.pe.Inst.eod.

Testamentum non tollitur per secundum imperfectum,vt quia testator mortalitate præuentus,vel quia pœnitus,illud non perfecit, ibid.

Testamentum primum iure factum non tollitur per secundum , nisi secundũ testamentum sit iure ordinatum,& perfectum,ibid.

Testamentum perfectum tollitur per mutationem voluntatis coram tribus testibus declaratam,cum trãscursu decennij de tempore prioris testamenti, gl. perfectè ibid.

Testamentum iure communi imperfectum : sed iure militari perfectum tollit primum,ibid.

Testamentum secundum imperfectum , in quo sunt instituti venientes ab intestato rumpit primum testamentum,in quo extranei erant instituti , ibi. & l.si duobus,12.§.fin. & ibi gl.filius,de bon poss.contra tabulas.

Testamentum licèt imperfectum inter liberos factum à patre, ita demum reuocatur per secundum testamentum si pater expressè reuocauit primum , & secundum testamentum conditum siue in scriptis,siue sine sit perfectum, & solenne,& in eo instituisset extraneos:secus si instituisset filios suos:quo casu reuocatur primum etiamsi expressè non fuisset reuocatum per secũdum , in quo filij erant instituti,§.etsi quidem, & ibi gl.perfecta , in auth. de testam. imperfect.col. 3.

Testamentum factum ab eo,qui ingressus est in religionem,licèt is habeatur pro mortuo: tamen donec viuit,potest reuocare,l.sed si mors, 14.de donatio.inter virum.

ad Testamenti primi reuocationem sufficit sola potentia adeundi ex secundo testamento,gl.ad secundatum. in add. marg. in l.sed si plures,10.§.si ex asse,de vulgari.

Testamento priore facto si quis secundum testamentum fecerit, etiamsi in eo ex certis rebus heredes instituerit,& dixerit, quòd primum valeret , primum testamentum tollitur,& secundum valet,ac si certarum rerum heredes non fuissent instituti,qui tamen,retenta quarta Trebellianica, tenentur restituere heredib.in primo testamento institutis ex secundo testamento propter illa verba,quod volebat primum valere,l.si quis priore, 26. & ibi gloss. sed teneri. ad Trebell.

Testamenti vltima pars præualet , & derogat priori parti:scilicet quando ex interuallo fit,l.si mihi,& tibi, 12.§.fi.de leg.1.

Testamentum licèt sit conditum in præsentia principis , & de eius consensu, nihilominùs liberè potest reuocari per testatorem absque consensu ipsius principis,l.omnium,19. C.de testam.

Testamentum factum inter libros non reuocatur per secundum : nisi secundum sit factum adhibitis septem testibus & cum clausula derogatoria primi , auth. hoc inter.C.eod.

Testamenti solennis reuocationem non inducit solus lapsus decennij post testamentum solenniter conditum,l sancimus,27 C.eod.

in Testamento facta dispositio , quantumcumque pia , potest reuocari,§.seruus. Inst.de hered instit.

Reliqua verbo,Cancellatio,Clausula.Testator,30.31.32.Iuramentum,11.

TESTAMENTVM non valet iure codicillorum,nisi exprimatur a testatore,l. 1.de iure codicillorum 5

in Testamento relicta non debentur iure codicillorum , quamuis potuissent relinqui,nisi testator hoc expresserit.ibid.

Testamentum non potest confirmari per codicillos:sed codicilli valent ex testamento,l.quod per manus, eod.

Testamentum dicitur causa codicillorum : ideò codicilli non debent esse causa suæ causæ:id est testamenti,d.gl.fi.ibid.

Testamentum à patre factum inter liberos si non potest valere,vt testamentum, valet semper iure codicillorum,gl.non valebit,in l. coheredi,41.§.quod si, de vulgari.

Testamentum pagani imperfectum si contineat clausulam códicillarem : scilicet quòd valeat vice codicillorum: licèt vt testamentum non valeat, tamẽ valeat iure codicillorum,l. 3.de milit.testam.

in Testamento imperfecto clausula codicillaris non intelligitur, nisi testator eã in eo expresserit,quo casu heres habet electionem agendi ex testamento , vel ex codicillis,ita quòd si ex testamento agere noluerit,ad fideicommissum,migrare non possit,l.fi.C. de codicillis.

Reliqua verbo,Codicilli,per tot,Clausula, 4. Heres.105.

TESTAMENTARIVS dicitur scriptor testamenti: vt est tabellio,gl. si testamentarius,in l.quoties,9.§.tantumdem, de hered.instit.

Reliqua verbo,Exequutor,4.5.6.Exequutio,4.Episcopus,2.Tutela,10.Tutor, 11.12.13.vsque 18.

TESTARI potest quocũque modo tetigerit vltimũ diem artificialem quartidecimi anni:id est à mane vsque ad vesperas : imò quocũque modo tetigerit diem naturalem vltimum decimi quarti anni : id est transacta hora sexta noctis penultimi diei calendarum Ianuarij,in quib. natus est faciens testamentũ, l.qua ætate,& ibi gl.pe.de testam. 1

Testari non potest surdus,& mutus,habens vtrumque vitium à natura vel ex accidenti,dummodò scribere nesciat:sed qui alterum tantùm vitium habet, iure Digestorum non potest testari , nisi beneficio principis : sed iure nouo rectè potest,gl.pe.in l.qui in potestate,cum l. seq.eo.

Testari potest surdus,& mutus,si fuerit miles, ibi.

Testari non possunt obsides,nisi eis concedatur à principe expressè vel tacitè:sed non ab alio,l.obsides,11.& ibi gl.fi.eod.

Testari,vel habere heredem non potest ille,qui non habet bona, l.lex Cornelia, 28.vers.si verò,de vulgari.

Testari potest de bonis castrensibus filiusfam. miles , incertus an pater suus viuat,

fecerit, pœna falſi punitur, l. iubemus, 29. C. eod.

Teſtator, qui neque ſcribere, neque nuncupare poteſt nomina heredum ex morbi acerbitate, vel literarum imperitia, mortuo ſimilis eſt, ibid.

Teſtator, qui non poteſt articulare loqui non poteſt facere teſtamentum. ibid

Teſtator, qui prouidet in vno caſu, qui cogitans mori non aduertit, niſi ad illum caſum, intelligitur idem prouidiſſe in alio caſu, in quo veriſimiliter idem prouidiſſet, ſi cogitaſſet, l. fi. C. de poſthumis hered.

Teſtator non poteſt ſibi legem imponere, vt à priori teſtamento, vel priori voluntate non liceat recedere gl. fi. in l. 3. C. de codicillis.

Teſtator, cum quo de ſupremis iudiciis loquatur, nihil quærimus; ſed in quẽ voluntatis intentionem dirigat, quærere debemus, gl. 1. in l. 4. C. eod.

Teſtator, qui decreuit facere teſtamentum, ſi id implere nequiuerit, inteſtatus videtur eſſe defunctus, l. fi. C. eod.

Teſtatoris res reb. heredis parificantur, gl. 1. in l. heredum, 25. C. de fideicomm.

Teſtator non præſumitur alienam ſucceſſionem poſteritati ſuæ velle anteponere, l. cùm acutiſſimi, 30. C. eod. gl. 1. in l. ſi vnquam, 8. C. de reuoc. dona.

Teſtator poterit hypothecam rerum ſuarum in teſtamento, quibus voluerit, dare, l. 1. C. communia, de legatis.

Teſtator ſemper præſumitur ſcire vires patrimonij ſui, gl. 1. auth. ſed cùm teſtator. C. ad legem Falcid.

Teſtator non poteſt auferre heredi quartam debitam iure naturæ, gloſſ. 2. ibidem.

Teſtator poteſt prohibere heredi quartam Trebellianicam. † reprob. gl. 2. in add. ibidem.

Teſtator habens in bonis centum, & præcepit heredi in fraudem legis Falcidiæ, ne adiret, niſi 90 reſtituerit, adeundo hereditatem nihilominùs replere poteſt, quod deeſt ad quartam Falcidiam, vel Trebellianicam, l. pe. C. eod.

5 Teſtator omnia quæcumque diſpoſuit de ſuis, valent, & ſeruari debent, §. duo igitur. & §. diſponat. in auth de nuptiis, col. 4.

Teſtator, vel teſtatrix quòd ſaltem crucis ſignum ſcriberet, etiam ſi ignorans literarum eſſet, erat mos antiquus, §. licere, & ibi gloſ. venerabile, in auth. de teſtib. col. 7.

Teſtatoris intereſt teſtatorem decedere teſtatum, in princ. Inſt. de lege Falcid.

Teſtator poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus propter tranſactionem factam inter ſcriptum heredem, & legitimum de diuidenda hereditate, l. controuerſia, de tranſactio.

Teſtator ex poſtfacto rupto teſtamento per querelam dicitur decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus: ſecùs ſi in totum rumperetur, gloſſ. final. ibidem.

Teſtatoris, & iudicis iuſſus æquiparatur, l. non eſt mirũ, 26. & ibi gl. 1. in add. mar. de pigno. actione.

Teſtator ſi in teſtamento ſcripſerit fieri aliquid contra ius, vel contra legem, vel contra edictum prætoris, vel aliquid turpe vel contra bonos mores, non valet, l. ſi quis inquilinos, 115. §. fi. de leg. 1.

Teſtator non poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, etiam tẽpore, quod excurrit poſt mortem teſtatoris: ſed in tempore, quod currit in vita, poteſt facere, vt ſi intra certum tempus decedit, decedat teſtatus; ſi poſt, decedat inteſtatus; & ſic pro toto tempore, quod currit poſt eius mortem, erit vel in totum teſtatus, vel in totum inteſtatus, gl. fi. in l. poteſt, quis, 56. de hered. inſtit.

Teſtator licèt à principio non poſſit decedere pro parte teſtàtus, & pro parte inteſtatus: ſecus tamen eſt ex poſtfacto teſtamento, l. cùm duob. 13. C. de teſtam. l. circa inofficioſi, 22. de inoffic. teſtam.

Teſtator quandoque dicitur quoad quid teſtatus, & quoad quid inteſtatus, gl. fi. in auth ex cauſa. C. de liber. præterit.

Teſtator ſi pactus ſit cum creditore, quòd neque à ſe, neque à Titio herede peteretur; mortuo teſtatore cum plurib. heredib. prodeſt pactum Titio heredi, non autem aliis, qui tenentur, pro rata hereditatis parte; non tamen tenetur Titius: ſed ſi obligauerit ſe, quòd ipſe, & Titius heres dabunt decem, obligatio nihil operatur; quia omnes heredes tenentur cum ipſo, gloſſ. final. in l. auus, de pactis.

6 Teſtator ſciens plures heredes ſibi futuros, ſi pactus ſit de non petendo à Titio herede, prodeſt pactum Titio heredi: non tamen aliis heredibus: ſed ſi ſciens Titium ſolùm heredem ſibi futurum promiſit, quòd ipſe, & Titius dabunt decem, Titij perſona ſuperuacua eſt: quia ipſe in ſolidum tenetur, ibid.

Teſtatoris voluntas eſt lex, l. 1. & ibi gl. 3. C. de teſtam. militis.

Teſtatoris voluntas ex genere computationis apparere poteſt, vt ſi teſtator reliquerit teſſeras, tot videtur velle quòd Romæ præſtentur, cùm teſſeræ alio loco, quàm Romæ non inueniantur, l. ſed & ſi, 52. §. ſi libertis, & ibi gl. teſſeras. de iudiciis.

Teſtatoris præceptum non debet habere commodum ab eo, l. Neſennius, 25. de iudiciis.

Teſtatoris voluntas quandoque reſoluitur in poteſtatem iuris, l. interdum, 13. §. 1, & ibi gl. reuoluitur. de hered. inſtit.

Teſtatoris voluntas non ſeruatur ſemper, l. paterfa. 44. & ibi gl. eorum, & gl. fin. eodem.

Teſtator non ſolùm, quod diſpoſuit, ſeruari debet: ſed etiam id, quod veriſimile eſt eum voluiſſe, l. cùm res, 49. de leg. 1.

Teſtatoris voluntas in dubio præſumitur ea, quæ de iure eſſe debet, gl. pen. & ibi add. marg. in l. quid ergo, 92. eod.

Teſtatoris voluntas, & iuſſus, quòd filius debet morari cum aliquo, non ſemper debet obſeruari, vt ſi non expediat filium pupillum morari ibi, vbi pater iuſſerat propter vitium, quod pater fortè ignorauit in ea perſona eſſe, apud quem morari iuſſit, l. Quintus, 7. de annuis legatis.

Teſtatoris voluntas diſpoſitiua eſt ſeruanda: ſed non enunciatiua, gl. fi. in l. verba teſtamenti, 6. C. de teſtam.

7 Teſtatoris voluntas quando eſt dubia, ad iudicẽ ſpectat eius interpretatio, l. voluntatis, 7. & ibi gl. 1. C. de fideicomm.

Teſtatoris voluntas quando eſt certa, tunc non eſt in arbitrio iudicis; ſed illa voluntas ſeruari debet pro lege, gl. 1. ibid.

Teſtatoris verba quando ſunt certa: ſed voluntas teſtatoris inquiritur, vt quando præcepit fieri monumentum ab aliquo, quo caſu iudex æſtimabit expenſas, ibidem.

Teſtatoris voluntatem debet iudex interpretari ex coniecturis, quando verborũ ſignificatio eſt multiplex: ſed ſi non apparet ex coniecturis voluntas, tunc locus eſt legi, gl. 1. ibid.

Teſtatoris voluntatem debet iudex interpretari ex coniecturis, quando ex vna parte eſt verborum ſignificatio, & ex alia communis loquutio, d. glo. 1. in add. marg.

Teſtatoris omnis voluntas dicitur competẽs, niſi ſit contra leges, vel bonos mores, aut turpis, gl. competentes, in §. quæcumque, in auth. de hered. & Falcid. col. 1.

Teſtatoris mens colligitur ex præmiſſis, & ſequentib. gl fi. in l. ſi ſeruus, 53. §. fin. de leg. 1.

Teſtatoris mens comprehenditur in grauãdo heredes ex forma legandi, l. ſi fundum, 83. § Stichum, eod.

Teſtatoris mens magis eſt attendenda, quàm verba: & vbi apparet de mente, non eſt curandum de verbis, l. 3. C. de liberis præteritis, gl. 2. in auth. ingreſſi. C. ad Trebel.

Teſtator ſi reliquat aliquid alicui, vt cum ſuo filio moraretur; licèt verba ſint certa: oportet tamen mentem teſtatoris inueſtigare. glo. 1. in l. voluntatis. Co. de fideicommiſ.

Teſtatoris vltima voluntas non debet pendere ex alieno arbitrio: quia nulla voluntas ex mero arbitrio noſtro ab omni hominis facto abſtracto dependet, licèt eius ordinatio certam formam habeat, & ideò eius ſubſtantia non poteſt per alienum arbitrium explicari: item quia cùm in alterius occultam volũtatem, arbitriúmque confertur teſtatoris voluntas, diſpoſitio eſt imperfecta ex parte materiæ, & formæ: ideò nulla eſt ipſo iure, gl. 2. & ibi add. marg. in l. illa inſtitutio, 32. de hered. inſt.

Teſtator non poteſt facere, ne leges circa ſubſtantialia in genere, vel in ſpecie: 8
putà circa numerum teſtiũ, vel circa teſtes rogatos, vel puberes, vel maſculos, vel liberos, in ſuo teſtamento locum habeant, l. nemo, 58. & ibi gloſſ. prima. de legat. 1. & gloſſ. final. in l. 1. Cod. de vſufructu. & l. teſtandi, 13. Cod. de teſtam.

Teſtator non poteſt facere actionem ex teſtamento finiri certo tempore, vel incerto, cùm illa actio ſui natura ſit perpetua: neque poteſt facere eam reſtringi ad certũ locum, cùm illa de ſua natura ſit generalis reſpectu locorum, in quib. heres ſortitur forum, d. l. nemo, de leg. 1.

Teſtator non poteſt derogare diſpoſitioni legum. ibid.

Teſtator non poteſt facere, quòd ſi legatarius non petierit legatum vſque ad annos decem, vel quinque, non poſſit poſteà agere: quia per hoc actio ex teſtamento, quæ durat 30. annis, vt cæteræ perſonales, non finitur: poteſt tamen legatarius repelli ope exceptionis. † gl. fi. in princ. ibid.

Teſtator ſi ordinauit heredem certo loco poſſe conueniri actione ex teſtamento: putà in loco domicilij, & expreſſè prohibuit, ne alio loco poſſit conueniri, licèt de rigore iuris in omni loco ſit obligatus: tamen de æquitate obſtat exceptio propter voluntatem teſtatoris, d. gl. fi. ad med.

Teſtator ſi ordinauit heredem conueniri actione ex teſtamento in loco, vbi habet domicilium: & ſi ibi non reperitur, vel fortè domicilium mutauerit de loco ad locum, vel facto, vel per dignitatem obuenientem, vel factus ſit clericus, vel miles, & ſic locum fori mutauerit, de rigore iuris licèt vbilibet conueniri poſſit: tamen de æquitate obſtat exceptio propter voluntatem teſtatoris, ibidem.

Teſtator ſi teſtamento ſcripſerit fieri aliquid contra ius, vel contra edictum prætoris, vel etiam aliquid turpe, aut contra bonos mores, non valet, l. ſi quis inquilinos, 115. §. fi. eod.

Teſtator iuri publico derogare non poteſt, l. teſtandi, 13. C. de teſtam.

Teſtator per prohibitionem de non alienando factam cum cauſa, non poteſt præiudicare ſuis creditoribus, quin talia bona prohibitione non obſtante vendantur, vt eis ſatisfiat, quando aliunde non habent, vt poſſint ſatisfieri, l. filiusf. 117. §. diui. de leg. 1.

Teſtator ſi antequàm veniret ad teſtamentum, ſi dixit ſe velle ſubſtituere, & poſteà non ſubſtituit, non præſumitur quòd per errorem omiſerit, niſi ipſe poſteà dixerit ſe omiſiſſe in teſtamento: vel in alia voluntate dixerit, l. cùm proponebatur, 66. & ibi gl. 2. de leg. 2.

Teſtator ſi antequàm veniret ad teſtamentum, dixit ſe velle ſubſtituere, & poſteà non ſubſtituit, non præſumitur quòd per errorem omiſerit, niſi ipſe poſteà dixerit ſe omiſiſſe in teſtamento: vel in alia voluntate dixerit, l. cùm proponebatur, 66. & ibi gl. 2. de leg. 2.

Teſtator ita poteſt rem heredis remittere: ſicut propriam, gl. ſatiſdet, in §. conſtituitur. Inſt. de vſufructu.

Reliqua verbo, Coniectura, Diſpoſitio, Perplexitas, Scientia, Teſtatus, Verba, 17, Voluntas, 5. vſque 10. Heres, 76. Iuramentum, 11.

TESTATOR putans teſtamentum facere, ſi non voluit expreſſè id valere quaſi 9
codicillos, non videtur facere codicillos, l. 1. de iure codic. l.

Teſtator nullo facto teſtamento codicillos faciens ita dixit, quiſquis mihi heres erit bonorúmve poſſeſſor, fidei eius committo vt det Titio centum: legitimi heredes ſuccedunt ei, qui etiam ſi nati non ſunt tempore codicillorum, tenentur præſtare fideicommiſ. l. ſi quis eum, eod.

Teſtator ſi teſtamento codicillos conficiendos confirmauerit, ac poſteà dedit ſe ad arrogandum, codicilli, quos conſtitutus in arrogatione fecit valent; ſi poſteà emancipatus deceſſit, l. conficiuntur, §. ſi poſt teſtamentum, & ibi gl. nam & teſtamentum, eod.

Teſtator ſi in aliqua ſcriptura ſufficiente ad codicillos, fecerit heredem, volens eam ſcripturam valere pro teſtamẽto, heres ſcriptus dictam hereditatem habebit ex tali ſcriptura, & ideò nihil poterit petere à legitimo: ſecùs ſi eum inſtituit codicillis, volens ei relinquere fideicommiſſariam à legitimo, l. illud. §. 1. codem.

Teſtator

Testator si vni heredum relinquat aliquid per fideicommissum,& illius rei alienationem prohibeat extra familiam, si omnes de familia alienationi consentiant,valet alienatio,& amplius illi non possunt eam reuocare, gl.1.in l.quoties,11.C.eod.

Testator potest instituere quemdam impuberem sub conditione, si pater eum emanciparet,gl.1.in l.quamuis,C.eod.

Testator quando nutu dumtaxat exprimit nomen heredis, non valet institutio, glo.inscripserit,& ibi add.marg.in §.quia vho.in authen. vt sponsalitia largit. col 9.

Testator quando approbat nomen heredis ab alio expressum, & profitetur voce, ac verbis se agnoscere eum,qui expressus est,valet testamentum, licèt ipse non expresserit nomen heredis,ibidem.

Testator quando instituit heredem principem, vt duriorem aduersarium faciat aduersariis suis,talis institutio dicitur odiosa, & inuidiosa,glos.1.in §.fi.Instit. quib.mod.testament.infir.

16 Testator instituens heredem principem,in dubio præsumitur propter supremam eius potestatem eum instituisse, vt faceret aduersarium duriorem aduersariis suis:secùs est,si instituisset priuatum,d.gl.1.in add.marg.

Testator si vni relinquat totum fundum, vel totam hereditatem, deinde alij relinquat sex vncias,vel dimidiam partem:vterque habet semissem, & sic dimidiam partem hereditatis,vel feudi,l.cùm quæstio,23.C.de legatis.

Testator si relinquit vni totum fundum vel hereditatem, deinde relinquat alij tertiam partem;primus habebit octo vncias,alius quatuor,ibid.

Testator si vni relinquat fundum, vel hereditatem pluries,ac se priùs:deinde alteri siue coniunctim cum primo,siue separatim, siue semel, siue sæpiùs relinquat eundem fundum, vel hereditatem, æqua lance ad dimidiam partem vnusquisque vocatur, nisi testator specialiter expresserit partes, d.l. cùm quæstio.§.1.

Testator volens posthumum esse heredem,si nasceretur:etiam idem vellet, si nasceretur in vita,nisi appareat de contraria eius voluntate, l.fi.& ibi glo.fi.C.de posthum.heredib.

Testator non potest prorogare tempus limitatum à lege in substitutione pupillari,l.in pupillari 14.de vulgari.

Testator sicut potest quibusdam filiis pupillariter substituere,& quibusdam non: & sic quoad substitutionem pupillarem abbreuiare numerum filiorum: ita & potest tempus pupillaris ætatis abbreuiare,l.qui plures,38.& ibi gl.2.eod.

Testator si in testamento scripsit, Titius heres esto, & si Titius heres erit, Mæuius heres esto;hæc conditio,si heres erit, intelligitur ex testamento, & non ab intestato:vnde Titio succedente ab intestato non dicitur conditionem extitisse,l.si testamento,22.& ibi gl.1.si quis omissa caus.test am.

Testator si ita dicat, si filius meus heres institutus in pupillari ætate decesserit, talis sit heres meus,illud pronomen, meum, non impedit, quin sit pupillaris substitutio: nam intelligitur heres mediante persona pupilli, l. si quis à filio, 32.de legat.1.

Testator si pupillum instituat, tam ab eo, quàm ab eius tutore legare potest, & quando à tutore legat,intelligitur legare à pupillo,l.etiam,20.& ibi glo.1.C. de fideicommissis.

Reliqua verbo,Heres,36.vsque 40.

17 TESTATOR si instituat filium,& nepotem iam natũ, intelligitur eos instituere non simul:sed ordine successiuo:& sic primò filium,dum viuit, & post eius mortem,nepotem,† gl.non exprimat,in l.Gallus.§.1.de liberis,& posthum.

Testator si instituat patrem,& filium,tunc simul, & non ordine successiuo videtur eos instituere, si pater, & filius testatoris sunt extraneæ personæ:sed non aliàs,ibid.

Testator si instituit filium & nepotem præteriit,& adiecit, si me viuo filius morietur, tunc qui pronepos nascetur, heres esto, natus posthumus mortuo patre suo auo, & proauo,rectè dicitur institutus,nec rumpitur testamentum ob præteritionem nepotis: quia nepos decessit ante filium institutum, cui erat substitutus pronepos,d.l.Gallus.§.forsitan,& ibi gl.1.

Testator si instituat omnem virilem sexum, qui ei suus heres futurus est, cùm nascetur: ex his verbis etiam neptis ex filio videtur instituta, cùm sit per lineam virilem:secùs si ex filia,gl.tametsi,in d.l.Gallus.§.nunc de lege.

Testator volens instituere filiumfa. & ne ad eius patrem ex hereditate aliquid perueniret,si instituit simpliciter amicum filiumfa.ignotum ipsi à testatore,eò quod filiusfa. considerabat in dicto amico, quòd sibi patrifa.facto restitueret hereditatem,filiusfa.ab herede nõ potest petere fideicommissum aliter, quàm probetur testatorem fidem eius secutum fuisse: potest tamen factus sui iuris agere contra eum vtili mandati actione,si rogatus à filiofa. institutus recepit in fide sua de restituendo ei patrifam.facto,l.quidam cùm filiumfa.46.eod

Testator si dixit,si filius, & filia mihi nascatur, instituo filium in duabus partib. filiã in vnã:si duo filij,& vna filia fuerint nati, hereditas diuidi debet in quinque partes, & ex eis vnus ex filiis masculis debet habere duas partes, & alius masculus alias duas partes, & filia vnam tantùm partem:sed si nati fuerint vnus filius,& duæ filiæ,ille filius tantum habebit,quantum illę duæ filiæ,l.Clemens,81.& ibi gl.1.de hered.inst.

Testator si instituit sibi Titium, & filium exheredauit, & substituit dicto filio exheredato eumdem Titium,& rogauit eũ, vt restitueret hereditatem Caio, institutus cogitur adire, ne euanescat substitutio hereditate non adita, & per consequens fideicõmissum,† l.2.§.interdũ,& ibi gl.1.& add. marg.de vulgari.

Testator potest filio suo impuberi illum facere heredem necessarium, quem sibi testatori poterat,l.sed si plures,10.§.quos.eodem.

Testator siue dixerit, filios meos inuicem instituo, siue inuicem substituo videtur eos heredes instituere, & substituere breuib.verbis,gloss.1.in l.si pater,25. eodem.

Testator si instituat filium vt extraneum non nominando filium,valet institutio, gl.1.in l.4.C de heredi.instit.

Testator si instituat filium adoptiuum credens adoptionem valere, si postea reperitur,quòd adoptio non valeat,institutio annullatur ipso iure,l.eam, quam, 14.C.de fideicommiss.

Testator qua ratione in institutione præponit filium fideicommissario: scilicet ne quamdiu viueret filius,fideicommissarius haberet, eadem ratione & nepotem,videtur testator voluisse præponere, gloss.1.in l.cùm acutissimi,30.Cod. eodem.

Testator exheredans filium sine causa,creditur fuisse furiosus,l.patronus.34.§.fi. de legat.3.

Testator habens duos filios, si vno exheredato, alium instituerit heredem cum extraneo,exheredatus per querelam potest rescindere testamentum pro parte heredis extranei instituti faciendo patrem decedere pro parte testatum, l.circa inofficiosi,24.& ibi gl.pe.de inoffic.testam.

TESTATOR potest excedere solennem,ac obseruatam assis rationem, quo testator ad dupondium transitum facere dicitur:quod facere potest, etiam si de eius mente non constet,† l.interdum,13.§.1.& ibi glo.trientem. & add.marg. de heredi.insti gl.4.in l.cùm quæstio,23.§.1.C.de legatis. 18

Testator si instituit duos in xij.vnciis,& alios duos instituat sine partibus, instituti sine partibus veniunt in aliis duodecim vnciis,vel in alium assem, l. item quod Sabinus,17.§.1.& ibi gl.omnib.de hered.instit.

Testator si instituto vno herede in xij. vnciis, instituat alium sine parte, is in alium assem veniet,nisi testator eum instituisset ex reliqua parte,quo casu,cùm nihil reliquum sit,ex nulla parte dicitur institutus,ibid.

Testator si instituat primum in duodecim vnciis,secundum in assem, tertium sine parte:hic tertius venit in trientem: similiter primus in alium trientem: & etiam secundus in alium,& sic tota hereditas diuiditur in xij.vnciis, d.l.item quod §.fi.

Testator si instituto vno in decem vnciis, & alio in quatuor vnciis, si instituat tertium sine parte, hic tertius habebit quod ex dupondio deest: id est decem vncias,l.quæsitum,18.& ibi gl.2.eod,

Testator dicitur transire ad dupondium;quando secundo instituto plus assignat, quàm primo,cùm fieri nequeat, vt plus detrahatur de corpore eius, quod est minus,vel etiam tantumdem:tunc non præsumitur priorib.detrahere:quia esset in totum adimere. l. si ita scriptum, 47. in addit. margin. de heredit. institu.

Testator si expleto asse alios heredes instituat, videtur eos in alio asse vocare, non autem primis substituere,l.Lucius Titius,53.eodem.

Testator si vni relinquat xij.vncias.& posteà alij sex vncias:si constat voluisse excedere assem, tunc hereditas diuiditur in 18. vncias, ita quod primus habebit xij.vncias, secundus sex, gloss. 1. in l.cùm quæstio, 23. §. 1. Cod. de legatis.

Testator si vni relinquat xij. vncias, & posteà alij sex vncias, & constat testatorem noluisse excedere assem:tunc vterque habebit semissem,ibid.

Testator si vni relinquat assem,& posteà secundo relinquat etiam assem:vterque vocatur in medietaté,nisi constet testatorem voluisse adimere primo,& tunc secundus habet totum:vel nisi appareat, quod voluerit vtrumque in solidum admitti ad legatum,& tunc vnus habebit rem,alius æstimationem,dict.gloss. 4.ibidem.

Testator si vni relinquat assem,deinde secundo semissem,tertio sextantem: tertius diminuet de vtroque: scilicet de primo, & de secundo proportionaliter, ibid.

Testator quando expleto asse instituit alium, & noluit transire ad dupondium; tunc fit transitus:sed si noluit,& hoc constat,& non fit transitus:sed vbi est dubium,an testator voluerit,tunc attenduntur coniecturæ,quibus deficientib.nõ præsumitur voluisse transire:sed quantum dedit secundo,adimere primo, † §. idémque,& ibi add.in §.videamus.Inst.de heredibus instit.

Reliqua verbo,Dupondium.

TESTATOR grauando heredem de restituendo totam hereditatem,intelligitur prohibere quartam Trebellianicam,gl.1.& 2.in l.is,cui, 34.de condictione indeb. 19

Testator si obligauit bona heredis sui, heres adeundo eius hereditatem,videtur approbare dictam obligationem,l.Paulus,29.in add.marg.de pignorib.

Testator non potest onerare eum,quem non honorauit, gl.nullum,in l.coheredi,41.§.quòd si heredem,de vulgari.gl.fi.in l.pe.C.de fideicommis.

Testator nõ præsumitur in dubio grauare heredé duplici onere præstationis,etiã concurrente fauore sanguinis:& sic filiationis, & fauore dotis, l. huiusmodi, 89.§.cùm pater,de leg.1.

Testator si grauat heredem in eo,quod sibi heredi debebat, & debitum cum fructib. hereditatis compensat,fraudem facere non videtur:secùs si debitum Falcidia compensaret,l.cùm pater,19.§.libertis.de legat.2.

Testator potest grauare heredem ad faciendam domum,vel aliud ædificium, l.si ita stipulatus,14.de verb.oblig.

Testator,qui rogauit patrem,vt emãciparet liberos institutos,videtur per quodam quasi necessarium consequens grauasse patrem, vt restitueret hereditatem illis liberis,l.quamuis,15.C.de fideicommis.

Testator potest grauare eum, qui sentit commodum hereditatis non immediatè:sed mediante aliqua persona,ibid.

Testator non poterit remittere onus rationis reddendæ de futura administratione tutelæ,sed bene de præterita,gl.1.in l.cùm necessitatem,18.C.eod.

Testator res proprias heredis potest per fideicommissum relinquere, etiam si ignoret res heredis esse,l.heredum,25.C eod.

Testator vbi est confisus de sola fide heredis, cogitur heres soluere legatum,& negans fideicõmissum,cogitur iurare,vel soluere,l.fi.C.eod.

Testator potest grauare omnes, quos honorat commodo pecuniario, & etiam poterit grauare suum debitorem, gloss. 3. in l. vnica. §. pro secundo. Cod.de caducis.

Testator sicut vni heredum potest prælegare:ita & vni heredum vnus ascribere potest,gl.3.in l.1.C.de exceptio.

Testator si fidei heredis, vel legatarij aliquid committat, hoc & legatum etiam intelligatur esse,l.2.in l.fi.C.communia de leg.

Testator potest in testamento heredem suum grauare, ne altiùs ædes suas tollat, ne luminibus ædium vicinarum officiat aut vt patiatur, eum tignum in parietem immittere,stillicidia ue aduersus eum habere, vel vt patiatur aliam seruitu-

eidem do,lego,valet legatum:& si non appareat epistola, gl.1.in l.si donatio. 5.C.de donat.

Testatoris subscriptio etiam generalis excusat à pœna:sed non tribuit ius petendi legatum extraneo,qui sibi ascripsit, nisi specialis fuerit subscriptio testatoris,l.2.C.de his,qui sibi in testamento.

Testator quando legat vni rem, quam alteri legauit sine commemoratione primi legati; tunc ambo legatarij concurrunt:sed quando testator legat cum aduersatiua sub commemoratione primi,tunc censetur in totum ademptum primo,gl.do,lego,in add.in §.si eadem res,Inst.de legatis.

Testator quando in diuersa voluntate legat eamdem rem alteri sub commemoratione primi,eidem censetur in totum ademptum : quando autem non legatur alteri res priùs legata sub commemoratione primi, totum videtur ademptum,ibid.

Testator quando in eadem voluntate rem legatam vni, legat alteri sub commemoratione primi,censetur facta ademptio pro parte,ibidem

25 Testator post testamentum pignorando rem legatam alteri non videtur reuocasse legatum,imò legatarius habet actionem personalem ex testamento contra heredem,vt eam liberet,l.3.C.de legatis.

Testator si rem pignoratam scienter leget alicui, heres tenetur luere illam rem: si verò ignorans rem pignoratam leget, legatarius debet eam luere, gloss. 1. ibid.

Testator si ex necessitate rei familiaris rem legatam vendiderit, præsumitur legatum non ademptum,& illud debetur:secùs si ex voluntate alienet:quia tunc non debetur,gl.1.ibid.

Testator si leget alicui proprietatem, vel fundum : posteà licèt voluntariè alienet vsumfructum,non reuocatur per hoc proprietas,ibidem.

Testator si leget prædium, quod debebat tributum in præteritum, tenetur heres soluere illud tributum,& ab eo liberatum præstare legatario,gloss.fin.ibid.

Testator si leget fundum fratrib.coniunctim,deinde mox eundem fundum leget alij,per concursum faciunt sibi partes ita, quòd illi coniuncti habebunt semissem,iste alius alium semissem,l.si legata,16.& ibi gl.1.C.eod.

Testator si fundum legatum fratrib. coniunctim mox leget alij non animo adimendi, illi faciunt sibi partes : secùs si animo eis adimendi alij legasset, dict. gloss.1.

Testator poterit suum heredem priuare hereditate pœnæ nomine casu, quo non impleat,quod testator præcipit,l.2.C.de his,quæ pœnæ nomine.

Testator si totam hereditatem, vel partem eius consultò ademerit,eò quòd ipse heres condidit testamentum suum, valet ademptio, non quasi adempta : sed quasi non data,l.1.§.fi.de his,quæ in testam.delentur.

Testator si pro remedio suorum peccatorum legat Ecclesiæ, vbi sibi elegerit sepulturam,& posteà eligat sepulturam alibi,videtur ademisse legatum, si prætextu sepulturæ legauit:secùs si simpliciter pro remedio peccatorum suorum, argumento,l.vni,21.§.fi.famil.ercisc.

Testator si rem, quam habet communem cum alio, legauerit, vel prælegauerit vni heredum,aut illi heredi,cum quo habebat communem, alienauerit,testatoris pars venit in iudicio familiæ erciscundæ, & adiudicatur,si commodè diuidi non potest,l.heredes,26.§.de plurib.& ibi gl.si testator,& gloss.alieni,famil.erciscund.

26 Testator alienando rem legatam sub conditione importata per relatiuum ,quis, vel,qui,catenùs extinguit legatum, quatenùs alienat:vnde si alienat totam rẽ legatam, in totum extinguit legatum : si in parte alienat, in parte extinguit,l. Stichum,6.de legat.1.

Testator si in priori scriptura legauerit purè, & in nouissima in diem,vel sub cõditione, vel in totum ademerit, valet vltima scriptura, nisi in priori posuit clausulam derogatoriam nouissimæ scripturæ, l.si mihi, & tibi, 12.§.final.de legat.1.

Testator qui rem legauit purè,si eam ademit sub conditione,sub contraria conditione videtur legari,& sic posterior ademptio conditionalis multùm operatur,†.gl.in legatis,ibid.

Testator quando legat duas res,& posteà adimit vnum legatum, in dubio præsumitur adimere maius legatum,vt sic minus legatum videatur,l.si ita scriptum, 14.eod.

Testator si quartam partem bonorũ volens legare,dimidiam scripserit,in quarta tantùm parte valebit legatum, si constet de testatoris voluntate,& idem si volens legare quinquaginta,scripserit centum:quinquaginta tantùm erunt legata,l.qui quartam,15.eod.

Testator volens legare plus, si scripserit minus,si de voluntate eius constet,valebit legatum etiam in plus,† d.l.qui quartam.& ibi gl.fi.

Testator si errauerit in re legata, veluti volens legare lancem, si legauit vestem, neutrum videtur legatum,l.quoties,9.de hered.instit.

Testator volens scribere aliquem heredem ex semisse, si ex quadrante scripserit, ex semisse is erit heres,d.l.quoties,§.sed si non.

Testator vel scriptor testamẽti si per errorem volentes scribere heredem ex quadrante,scripserint ex semisse,ex quadrante tantùm erit heres,ibid.

Testator si per errorem pro centum,quæ legare volebat,notam designantem ducenta:scilicet CC.scripserit,tantùm centum videntur relicta,ibid.

Testator si errauerit in corpore heredis,vel legatarij, vel rei legatæ,non valet institutio,vel legatum : sed in Esau fuit erratum in corpore, & nihilominùs valuit,gl.posse,in l.heredes palam,21.§.1.de testam.

Testator si ita legauit Seio,quem heredi substituerat, Seio, si mihi heres non erit, & vxori eius decem dari volo : Seio herede existente vxor habebit dimidiam iure legati, & aliam dimidiam iure accrescendi,& sic totum habebit,l. fi.§.Seio,& ibi gl.Marcellæ.de leg.1.

Reliqua verbo,Legatum,22.58.per tot.

27 TESTATOR si legat rem alienam in genere,si euincatur legatario, heres tenetur ei de euictione,gl.fi.in l.cùm alienam,10.C.de legatis.

Testator si legat rem alienam certi hominis, certè heres postquam redemit, & præstitit legatario,si euincatur,non tenetur ampliùs,ibid.

Testator si rem alienam possidebat, quam suam putabat, & eam extraneo leget, tenetur eam tradere.ibid.

Testator si legat domino rem propriam,valet, si habet aliquod ius, putà pignoris,& illud intelligitur legare,gl.1.in l.proprias,13.C.eod.

Testator si leget legatario rem,quæ tempore testamenti erat legatarij : tempore verò mortis testatoris sit alterius,valet legatum,ibidem.

Testator si sciens rem obligatam leget,cogitur heres eam luere,vel pretium soluere,l.prædia,6.C.de fideicommissis.

Testator si ignorans rem pignori obligatam leget, heres tenetur eam luere, & dare legatario,si res legata sit obligata pro tanto,quantum valet ipsa rès, glos. 2.ibid.

Testator si ignorans rem alienam, vel pignori obligatam leget, heres tenetur eam luere,& dare legatario, quando erat tantum relicturus,si sciuisset,vt quia erat coniuncta persona,ibid.

Testator si ignorans rem alienam leget alicui,& heres teneatur luere,& dare ei, tenetur ipse legatarius probare,quòd testator sibi tantumdem erat relicturus, si sciuisset,gl.fi.ibid.

Testator si rem propriam heredis,vel legatarij relinquat alicui tertio, non competit sibi rei vendicatio,sicut si esset res propria testatoris relicta,† reprob.gl. actiones,in add.in l.2.C.communia de legat.

Testator si legauerit venditori rem emptam ab eo, deinde eamdem rem, & statim post factum legatum tradiderit testatori pretio recepto,legatarius per talem traditionem videtur renunciare legato : sed remanet res in legato, l.Aphricanus,40.§.si Titius,de legat.1.

Testator simpliciter feudum legando,& sic rem sibi debitam à tertio ex contractu,videtur solùm legare ius ad rem sibi competens : id est actionem personalem,ibid.

Testator si legauerit rem sibi debitam, herès eius cedendo actionem, quæ competebat illi testatori contra tertium,liberatur,dict.l.Aphricanus, §. idem Iulianus.

Testator quando legat rem sibi debitam ab extraneo, quamuis tacitè videatur legare nomen debitoris:tamen si testator post testamentum talem rem à debitore exegerit,non extinguitur legatum per hoc,ibid.

Testator quando legat simpliciter rem sibi debitam ex contráctu,non obstante tali legato, potest illa res solui heredi, nec propterea extinguitur legatum, ibid.

Testator si legat rèm heredis,vt suam,valet legatum,l.vnum ex familia, 69. §. si rem,de legat.2.

Testator quando legat rem alienam,quam possidebat,vt suam non debetur legatario,nisi vsucapio impleatur per heredem, gloss. final. in l. 1. §.fin.de eo,per quem.

Reliqua verbo,Legatum,100.101.102.Legare,3.

TESTATOR si confessus sit debitum in testamento, quod solui iussit : si illud non debeatur, quasi ex debito peti non potest ; nisi testator iurauerit : peti tamen potest illud quasi ex fideicommisso, nisi probetur testatorem per errorẽ scripsisse,l. Lucius,90.§.quisquis,2.& ibi gloss.ex fideicommisso,de legat.2. 28

Testator significans in vltima voluntate certam pecuniæ quantitatem,aut etiam certas res sibi deberi,non probat,l.rationes,6.C.de probatio.

Testator in vltima voluntate certam pecuniæ quantitatem asserens sibi deberi,si iurauerit suam assertionem : heres eius plus non potest petere : sed potest nihilominùs excipere,gl.fi.ibi.

Testator si in testamento asserat sibi deberi decem, cùm sibi deberentur 20. heres probando quòd deberentur 20.potest illa 20.petere,ibidem.

Testator si asserat in testamento sibi deberi tantùm decem, heres eius non poterit petere plus, nisi probauerit:quia per hoc,quod dixit,tantum,videtur negare,quòd plus debeatur,† ibid.

Testator si asserat in testamento sibi deberi tantum decem, heres eius si probauerit plus deberi defuncto censetur id errore fuisse dictum à testatore,& ideò poterit plus petere, nisi testator iurauerit, vel sciens asseruit illa tantùm decem sibi deberi,† ibidem.

Testatoris assertioni iuratæ heredes stare debent, aut non fruentur his, quæ eis relicta sunt à testatore,authen quod obtinet,C.eodem.

Testatoris assertio iurata præiudicat heredibus : creditorib. autem nihil potest præiudicari,gl.1.ibid.

Testatoris assertio iurata potest prodesse, & parare securitatem debitori extraneo.ibidem.

Testatoris assertio etiam iurata non præiudicat creditoribus : quia licèt heredes teneantur stare iuramento testatoris,non tamen creditores eius,glo.fin.ibid.

Testator si dixit in testamento non exprimendo quantitatem,quod debeo, lego tibi,si nihil debeat,non valet tale legatum,glo.fi.l.generaliter,13.Cod.de non numerata pecun.

Testator si confessus fuerit in testamento sibi fuisse solutum, siue quòd talis sibi soluit,& ideò ab eo peti nolo,videtur velle remittere.ibid.

Testator si dicat,lego tibi decem,quæ debeo,& iuro:valet legatum, etiam si nihil debeat : sed si non iurauit, valet vt fideicommissum : sed non vt debitum, ibidem.

Testatorib.obtemperandum est,non tamen credendum, gloss.fi.in l.verba testamenti,15.C.de testam.

Testatori asserenti nihil se cuiquam donasse, si res aliter se habet, non creditur, d.l.verba testamenti.

Testatoris assertio facta in testamento,per quam dicit aliquem esse filium suum, inducit præsumptionem filiationis,l.4.C.de hered,instit.

Testator licèt in testamento confiteatur se debere aliquid, illud legatarius non capiet vt debitum:sed vt legatum, nisi probetur debitum, l.qui testamentum, 27.de probatio.

Reliqua verbo,Confessio.14.Debeo.

TESTATOR non potest iure Digestorum remittere detractionem Falcidiæ: heres tamen potest per pactum remittere Falcidiam, glo.pe.in l.pactum inter heredem,de pactis. 29

Testator non potest remittere cautionem de vtendo fruendo, licèt possit remittere cautionem de præstandis legatis,† ibid.

Testator potest remittere heredi cautionem, quam tenetur præstare legatario de soluen-

Testimo-

Teſtimonium ferre poteſt vnus de collegio pro,vel contra collegium,quia non eſt prohibitum,ergo permiſſum,gloſſ.reſcripſerunt, in l.in tantum , de rerum diuiſione.

Teſtimonium de iure publicum munus eſt , & ideò cogitur quis, & infames non admittuntur,l.2.§.1.ſi quis cautio.gl.ſacramento,in l.2.§.miles,de his,qui notan.infam.

Teſtimoniorum vſus frequens,& neceſſarius eſt, ab his præcipuè exigẽdus,quorum fides non vacillat,l.1.de teſtib.

Teſtimonium ferre poteſt factus pubes de his , quæ vidit in pupillari ætate , in qua iudicij recti erat particeps,& valet eius teſtificatio:ſed ſi iudicij , & rationis expers erat,cùm ea videret,aut audiret, ipſe factus pubes de his ſi teſtificetur,non valet teſtificatio, † gl.impubes,& ibi add.marg.in l.3.§.lege,eod.

ad Teſtimonium admittitur,qui non inuenitur prohibitus:d.gl.impubes.

Teſtimonium ferre poteſt ſeruus factus liber de his,quæ vidit in ſeruitute , ibid.

ad Teſtimonium admittuntur hæretici ſpeciali iure , gloſſ.palam , in dict.§.lege Iulia.

ad Teſtimonium admittitur ſeruus cum tormentis , non vt faciat plenam fidem; ſed vt faciat indicium pro veritate inquirenda,ibidem.

pro Teſtimonio veritatis ferendo non licet alicui pecuniam recipere , d. §. lege Iulia,& ibi gl.conuictus,& ibi add.marg.

Teſtimonij dicendi cauſa non ſunt vocandi milites à ſignis , vel muneribus , nec etiam per vicinum,nec inuiti,d.l.3.§.fi.& ibi gl.milites.

Teſtimonio ſerui tunc credendum eſt,quando dicitur ab eo cum tormentis præcedentibus indiciis interrogando tantùm de ſuo facto,nec ſit alia probatio ad eruendam veritatem,l.ſerui.7.& ibi gl. 1.eod.

2 Teſtimonio liberi hominis interrogati tantùm de ſuo facto non creditur,d.glo. 1.in add.marg.

ad Teſtimonium admittitur ſeruus in defectum:quia non habet priuilegium:ſed ideo non admittitur:quia habebatur pro mortuo,& quia domini eſt , non interrogatur in eum , niſi in defectum probationum, gloſſ. final. in l inuiti , 8. eodem.

ad Teſtimonium admittuntur heretici in defectum : quia de iure communi non habent immunitatem , & admittuntur , ne anguſtetur facultas probandi. ibid.

Teſtimonium eius,qui deponit per verbum,videri , dicitur teſtimonium de credulitate,& non de veritate,† l.1.& ibi gl.vel duæ,de ventre inſpici.

Teſtimonio duorum negantium plus ſtatur , quàm vnius affirmantis : quia plurium ſtatur aſſertioni,ibid.

Teſtimonium de auditu in cauſa matrimoniali ſecundum antiquos Canones recipiebatur:ſed hodie illud corrigitur per Cornelium Lateranenſe,gloſſ.audierunt,in l.2.§.idem Labeo,de aqua pluuia.

poſt Teſtimonia publicata, atque didicita in diuerſis inſtantiis,ſuper eodem poſſunt teſtes reuocari,vel recoli, l.quidam tabularum,52.& ibi addit.margin.de furtis.

Teſtimonium dicere ius ciuile compellit homines, gloſſ.2.in l.nec honore,7.C. de epiſcopis.

Teſtimonia iudicialia dicuntur eorum,quæ tractantur in iudiciis , vt de confeſſione,de ſententia,& de aliis actib.an ſint lata,† glo.teſtimonia,in l.quoniam, 11.C.de hæreticis.

Teſtimonij facultatem in re propria omnib.iura ſummouerunt, l.omnib.9.C.de teſtib.

Teſtimonium de auditu admittitur ſuper actu, qui per ſenſum auditus percipitur:ſed ſuper actu,qui per ſenſum viſus percipitur,non admittitur,† glo.& vidiſſe,& ibi add.marg.in §.ſi verò abſunt.in auth.de heredib.& Falcidia.col.1.

Teſtimonium de auditu alieno non admittitur:fallit in duobus caſib.ibid.

Teſtimonium deponentis in mortis articulo poteſt reprobari de falſo:quia nòn omnis,qui moritur,eſt Ioannes Euãgeliſta,gl.ſicut,in extrauag.de pace Conſtantiæ,§.vaſalli.

Teſtimonium ferre cogitur patronus,qui præſtitit patrocinium , ſi altera pars, contra quam præſtitit patrocinium,poſtulet eum in teſtem,gloſſ.1.in l.fin.de teſtib.

ad Teſtimonium admittitur procurator,cùm non iuret,gloſſ.fin.ibidem.

ad Teſtimonium admittitur patronus in cauſa,in qua patrocinium non præſtitit:ſed pręſtare cœpit,conueniendo de ſalario,vel quando paratus erat pręſtare: quo caſu etiam admittitur ad poſtulationem ſuæ partis , gloſſ. 1.ibid.

Teſtimonium ſolum prolatum ſine iuramento , vel non coram iudice , vel ſine ſententia iudicis,qui poſteà non fert ſentententiam,nullius eſt momenti,gl.2. in l.3.C.de teſtibus.

Teſtimonium eorum , quos quis ſemel produxit in vna lite , poteſt in alia lite prolatum arguere ex depoſitionib. ipſis aſſignando contrarietatem in dictis, eorum,l.ſi quis teſtibus,13.& ibi gl.pen.C.eodem.

Reliqua verbo,Depoſitio.

3 TESTIMONIVM ferre non poteſt minor 14.vel 12.an.glo.impubes,in l.3.§. lege Iulia,de teſtib.

Teſtimonium ferre lege Iulia de vi publica, vel priuata prohibentur impuberes, & qui iudicio publico damnati ſunt,ſi in integrum reſtituti nõ ſunt, & qui in vinculis,cuſtodiave publica ſunt , & qui cum beſtiis, vt pugnarent , ſe locauerunt,& quæ palam quæſtum facit,vel fecit, & qui ob teſtimonium dicendum, vel non dicendum pecuniam accepiſſe iudicati per ſententiam , vel coniuncti per ſuam confeſſionem fuerunt,dicto.§.lege Iulia.

à Teſtimonio ferendo iure ciuili,& canonico repelluntur infames,niſi in crimine læſæ maieſtatis, vel contra pariter infamem,vel ſit hæreticus futurus infamis per ſententiã:ſed adhuc non ſentẽtiatus, repellitur tamen ſi ipſo iure eſſet infamis,vt Manichæi,gl.palam,ibid.

ad Teſtimonium quidam propter reuerentiam perſonarum, quidam propter lubricum conſilij ſui , alij propter notam,& infamiam vitæ ſuæ non ſunt admittendi,d.§.lege Iulia.

ad Teſtimonium tam in cauſa ciuili, quàm in criminali non admittitur quis intus aduerſus ſocerum,generum,vitricum,priuignum,ſobrinũ , ſobrinã,ſobrino ſobrina ve natum, & contra eos , qui propiore gradu ſunt; & contra patruum, materteram,auunculum,& amitam,nec pro eis admittitur,cùm ſi valeret, pro vtraque parte valeret,l.4.& ibi gl.propriore,de teſtib.

Teſtimonium latum pro his, contra quos ſolus fauor verſatur , vt teſtimonium ferre non cogantur quidam , efficax eſt:ſed ſi non ſolus fauor : ſed reuerentia quoque ſpectatur,cauſáque eſt,vt non cogantur,tunc latum teſtimonium non valet,vt in liberto,gl.1.in add.marg.ibid

Teſtimonium ferre non cogitur libertus contra patronum , vel patrem patroni, nec contra maritum patronæ , vel vxorem patroni , nec volens admittitur, dict.l.4.

Teſtimonium ferre non coguntur agnati contra agnatos,gloſſ.2.ibidem.

Teſtimonium ferre non cogitur patronus contra libertum,d.l.4.

Teſtimonium ferre non cogitur ſponſus contra ſponſæ patrem , l. in legibus , 5. eodem.

Teſtimonium vt ferat pro collegio,poteſt abbas imperare monacho,gloſſ.1.in l. idonei,6.eod.

Teſtimonium dicere inuiti non coguntur valetudinarij,ſenes , milites & hi, qui cum magiſtratu cauſa reipub.abſunt , vel quibus venire non licet, l.inuiti , 8. eodem.

Teſtimonium dicere inuiti non coguntur illi , qui ſunt ignominia miſſi de militia,neque deportati, neque qui ſine dedecore apparere non poſſunt,gloſſ.fin. ibid.

Teſtimonium dicere illi , qui non coguntur inuiti, nec poſſunt cogi,etiam ſi veritas aliter ſciri non poſſit:quia cùm illi hoc habeant in priuilegium, vel iuſta cauſa excuſentur,ideò non coguntur, niſi fortè fuerint rogati:quia tunc videtur renunciaſſe excuſationi,† gl.fi.in l.inuiti,8.de teſtib. 4

Teſtimonium in iudicio publico ferre non poteſt ille,qui in iudicio publico fuit de calumnia damnatus,l.quæſitum,13.eod.

à Teſtimonio lege Iulia de vi repelluntur damnati de publico crimine, & etiam infames.gl.2.ibid.

Teſtimonium ferre in iudicio inuiti non coguntur publicani,nec hi,qui non detrectandi teſtimonij cauſa aberunt, vt cauſa religionis , neque hi , qui aliquid exercitui præbendum conduxerunt,l inuiti,19.eod.

Teſtimonium vt ferat,non poteſt denunciari pupillo,ibid.

Teſtimonium dicere non poteſt damnatus ob carmen famoſum,nec ei poteſt dici,l.ob carmen,21.& ibi gl.1.eod.

ad Teſtimonium non admittuntur domeſtici,l.penul.& ibi gl.1.eodem.

Teſtimonium ad poſtulationem ſuæ partis ferre non debent patroni in cauſa , in qua patrocinium præſtiterunt:id eſt præſtare cœperunt eundo coram iudice,l. fi.& ibi gl.1.eod.

ad Teſtimoniũ non admittũtur in eadẽ cauſa exequutores negotiorum, ſyndici, tutores,& curatores , & ſimiles , cùm vt domini iurent de calumnia in cauſa, gloſſ.fi .ibid.

ad Teſtimonium non admittitur iudex , qui modò horum negotiorum non eſt iudex,ibid.

Teſtimonium ferre non poſſunt parentes , vel liberi , etiam volentes pro ſe , vel contra ſe,gl.2.in l.parentes,5.C.de teſtib.

Teſtimonium dicere non coguntur inuiti ſeptuagenarij,glo.1.in l.1.C.qui ætate ſe excuſare.gloſſ.vſque ad 70.in extrauag. hac edictali , de pace tenenda inter ſubd.

Teſtimonium ferre prohibetur aſcendens pro deſcendenti vſque in infinitum, gl.1.& ibi add marg.in principio,Inſt.de gradibus cognat.

Teſtimonium ferre collateralis pro collaterali inuitus non cogitur : volens autem poteſt,ibid.

Reliqua verbo,Domeſtici,Familiaris,Paternum,Proxeneta,Senes , Socius , 21.Teſtes,20 vſque 24.25.26.Infames,6.

Teſtis in genere,nu.1.vſque 9.

Quoad iuramentum,& commiſſionem examinationis.10.11.

Quoad teſtimonium,& eius fidem,nu.12.

Quoad numerum teſtium,13.14.

Quoad reddendam rationem,& cauſam dicti ſui,& interrogandos eos,15.

Quoad teſtes recipiendos ad æternam rei memoriam , & quando timetur de eorum morte,abſentia,&c.16.

Quoad teſtes de veritate,& credulitate,auditu,& viſu,17.

Quoad teſtes in cauſa criminali,nu.18.19.

Quoad teſtes idoneos,vel non,& qui eſſe,& admitti poſſunt,20.vſque 24.

Quoad teſtes inhabiles,prohibitos,periuros , homicidas, & delinquentes , & repulſionem eorum ob ſanguinis coniunctionem,& amicitiam , vel inimicitiam ,vel alia,25.26.

Quoad teſtes variantes,& ſibi ipſi contrarios,& contraria deponentes,27.28.

Quoad teſtes falſum deponentes,& corruptos,29.30.

Quoad fidem teſtium,& eis credendum,vel non,31.32.33.

Quoad publicationem, & productionem poſt publicata teſtificata, vel ante , 34.vſque 37.

Quoad teſtes teſtamentarios,vel in codicillis,aut in alia voluntate ,38.vſque 42.

TESTIS deponens ita poſſedit tanto tempore , & plus,illa adiectio , & plus ad modicum tempus reſtringitur,quod iudex arbitrabitur,glo.prætor,& ibi add. marg.in l.ab hoſtibus.§.ſi.ex quib.cauſis maiores.

Teſtium vſus frequens eſt,gl.1.in principio,in authen.ex teſtibus.col.7.

de Teſtib. edictum prohibitorium eſt:nam quilibet admittitur ad teſtimonium niſi ſpecialiter ſit prohibitus,vt ſunt impuberes , & ſerui , qui ipſo iure repelluntur:alij verò iudicis officio:& horum quidam propter inimicitiam , & alij propter amicitiam,alij propter paupertatem,alij propter infamiam,alij ratione poteſtatis,alij ratione reuerentiæ repelluntur in d.principio,& ibi gl.legiſlatores,& gl.in rub.in add.marg.ff.de teſtib.

Teſtes vocati extra ſuam iuriſdictionem non poſſunt ex alia cauſa ibi conueniri : ſed habent priuilegium domum ſuam reuocandi , l.2. §. legatis , de iudiciis.

Teſtes vocati extra propriam iuriſdictionem ad teſtificandum,ſi ibi agant ciuiliter contra aliquem,ibi poſſunt conueniri.d.l.2.§.ſed ſi agant.

Teſtis cuius propoſiti ſit,inſpici debet,gloſſ.egens,in l.3 de teſtibus.

Teſt

Test

Testes si noluerint, vel non potuerint dare fideiussores de non recedendo, sufficit quòd iurent, se non recessuros, aut quòd die eis assignata comparebunt ad dicendum testimonium, vel quòd stabunt, donec deposuerint, ibid.

Testi iuranti de non recedendo, donec testimonium ferat creditur, & statur eius iuramento, cùm super principali causa iuranti credatur, ibid.

Testis iurans de non recedendo, donec ferat testimonium, non potest compelli stare vltra quindecim dies, intra quos citari debet pars aduersa, vt præstò sit, quando testimonium dicit, & si non veniat, audit testem, ibid.

Testis iurans de non recedendo, donec ferat testimonium, cogitur stare tantùm per quindecim dies, quib. elapsis potest redire in domum suam sine licentia, nec redire cogitur, ibid.

Testis iurans de non recedendo, si intra quindecim dies datos ad examinandum propter negligentiam iudicis non fuerit examinatus, transactisque illis diebus fuerit reuersus in domum suam, iudex debet resarcire ex suis facultatib. damnum, quod altera pars passa est propter hoc, ibid.

9 Testes deponere publicum munus est, & ideò compelluntur, gl. 1. ibidem.

Testes præsentes coguntur venire ad testificandum iudicis officio, captis pignorib. vel pœnali iudicio: secùs si fuerint absentes, gloss. 1. in l. cùm ab initio, quemadmod. testam.

Testes quandoque vbicumque sint coguntur venire, si sit consuetudo, glos. 1. in l. sed & si quis, quemadmod. testam.

Testes absentes non sunt cogendi venire ad testificandum: quia sæpè id eueniret cum magna captione testium absentium causa expediendi sua negotia. dict. l. sed & si.

Testes possunt cogi testificari, l. 3. §. hoc interdictum, in addit. marg de tabulis exhiben.

Testium spontanea depositio valet, ibid.

Testes regulariter etiam inuiti possunt trahi: s. captis pignorib. glo. 1. in l. si quando, C. de testib.

Testes absentes, & alterius prouinciæ testimonium dicere non possunt cogi, ibid.

Testium absentium depositiones receptæ ex commissione à iudice territorij, vbi testes degunt, debent referri ad priorem iudicem, l. iudices. Cod. de fide instrum.

Testes possunt terreri, & cogi testimonium dicere, & etiam possunt torqueri, gl. testib. & ibi add. marg. in §. illud. in auth. vt defunct. seu funera eorum.

Testes nimis remotè habentes domum non compelluntur venire, gl. de modo, in § licere. & §. quoniam, in auth. de testibus, col. 7.

Testib. potest iudex denunciare, vt testificentur, & coguntur gl. denunciatis: in §. quia vero multi, eod.

Testes regulariter etiam inuiti coguntur testimonium dicere: fallit in proxeneta, qui non cogitur, nisi vtraque parte volente, §. quoniam verò. & ibi glo prohibitione, eod.

Testes quidam cùm excusentur, vt inuiti testimonium non dicant, restat alios compelli posse, gl. 2. in l. si quando, C. de testib.

Testes producti debent ali producentis impensis, glo. fi. in addit. marg. in l. si res mobiles, 16. de rei vend.

Testi tenetur producens etiam in causa criminali præstare alimenta per quindecim dies, per quos stat in aliquo loco causa dicendi testimonij, & vltra illos dies non tenetur stare, l. 3. §. Sabino, de testibus, l. quoniam liberi, 10. Cod. de testib.

Testib. venturis ad iudicium sumptus competentes dari debent ab accusatore, vel ab his, per quos ipsi producuntur, d. l. quoniam.

Testes volentes admittuntur, qui aliàs inuiti non coguntur, glo. 1. in l. si quando, 15. C. de testib.

Reliqua verbo, Depositio, Suspectus, Tabellio, 2. Subscribens, Cæcus. Seruus, 133.

20 TESTIVM examinatio committitur iudici, gloss. quanta, in l. 3. §. & ideò, de testib.

Testis non debet iurare per verbum, credo, gl. credere, in auth. minores, Cod. qui dare tutores.

Testis iuramentum debet fieri in præsentia partium: dictum autem secretò recipi debet, vt per Danielem est inductum de Susana, & sic approbat consuetudo generalis, gl. noluerint, in l. si quando, 15. & gl. pe. in auth. sed & si quis, & glo. 1. in l. iurisiurandi, C. de testib.

Testes secundò producti in alia instantia, iterùm debent iurare, & idem etiam in causa appellationis, si super nouo articulo inducantur, glo. iterùm, in l. fi. Cod. eodem.

Testes secundò producti iterùm debent iurare, quando in noua instantia, & coram alio iudice denuò producuntur: secùs verò si in eadem instantia repetantur ad declarandum id, quod non clarè dixerunt, d. gl. iterùm, in add.

Testis debet iurare super tota causa, §. nulli autem, in authen. de sanctiss. episcopis. col. 9.

Testis iuratus quando dicitur in instrumento, intelligitur, & probatur iuramentum præcessisse: tutius tamen esset, si de iuramento constaret: processus tamen non infirmabitur: tametsi non constet testem iurasse, si modò scriptum sit, eum iuratum, l. pe. §. fi. in add. marg. C. de erogatione milit. anno. lib. 10.

Testis non iurati testimonium recipitur, præsertim quando producitur ad iudicis instructionem, item quando recipitur super notorio, item quando remittitur iuramentum à partib. gl. testimonium, & ibi add. marg. in c. 1. §. si duo homines, de pace tenenda.

Testis non iurati testimonium non facit plenam fidem: sed indicium, siue adminiculum, ibid.

11 Testes iurisiurandi religione arctandi sunt priusquàm testimonium proferant, l. iurisiurandi, 8. C. de testib.

Testis debet iuramentum corporaliter, præstare & pro vtraque parte veritatem dicere. & quod falsitatem non immisceat, quia posset dicere verum aliquid, & aliud falsum: & ita est consuetudo, gl. 1. ibid.

Testis non tenetur iurare, si partium consensu remittatur sibi iuramentum, ibid.

Testis dictum solum prolatum: id est sine iuramento, vel extra iudicium, vel sine adiectione causæ probat. gl. 1. in l. 3 C. eod.

Testium absentium examinationem potest iudex committere iudici illius territorij, vbi testes degunt, & partes ibi destinare, siue testes ad probationem, siue ad reprobationem instrumenti producantur, l. iudices. C. de fide instrum

Testium absentium examinatio ideò committitur iudici illius territorij, vbi testes degunt, vt facilior sit probatio, & vt testes non auocentur à suis negotijs, gl. res, ibi.

Testium absentium examinatio potest committi iudici illius territorij, quando per illos quis vult dare fidem instrumento, quod prima facie videtur suspectum, gl. exiguntur, ibid.

Testium absentium examinatio in ciuilib. potest committi alteri iudici: sed in criminalib. non potest, authen. apud, C. eo. gl. testib. in add. marg. in §. illud. in auth. vt defunct. seu fune.

Testium absentium examinatio in ciuilib. potest committi iudici ordinario, vel alij habenti iurisdictionem: non tamen potest non habenti iurisdictionem gl. 1. in d. auth. apud. & gl abundantiam, & ibi add. marg. in §. & quoniam, in auth. de testibus. col. 7.

Testes absentes coram se præsentari iubere potest iudex, si sibi videtur, in causis ciuilib. propter causæ magnitudinem, vel propter suspicionem testium, d. glos. abundantiam.

Testes de longinquo non debent, nec possunt citari: sed examinatio eorum debet delegari, & potest appellari à iudice denegante talem delegationem: quod verum est, si causa sit modica: expensæ verò magnæ, aliàs non, l. curialis, 2 §. in add. marg. C. de decurionib. lib. 10.

Reliqua verbo, Iuramentum, 1. 10.

TESTIS vnus plenam probationem facit quando deponit de eo, quod ipse fecit, gl iudicio, in l. 2. §. si ex noxali causa. 12

Testis vnius vox inducit suspicionem: sed non inducit probationem, gl. fi. in l. 1. § fi. quemadmod. testam. aper.

Testis vnus de ascriptis in testamento si contradicat, non reddit instrumentum, vel testamentum suspectum, si præter illum remanent tot testes, quot sufficiunt ad instrumentum, vel testamentum; aliàs secùs, ibid.

Testis vnius dicto statur ex volũtate, & dispositione defuncti, cuius solius dispositioni staretur, l. Theopompus, & ibi gl. pe. & fi. de dote prælegata.

Testis vnus inducit præsumptionem, vel semiplenam probationem, ibid & gloss. iurauerit, in §. si verò dicatur, in auth. de testib.

Testis vnius testimonium nullus iudicum in quacumque causa facilè patitur admittere, l. iurisiurandi, 8. C. de testib.

Testis vnius dictum non auditur omnino, etiam si præclaræ curiæ honore præfulgeat, d. l. iurisiurandi, & ibi gl. fi.

Testi vni de facto proprio deponenti creditur concurrentibus aliis indiciis, gloss. pe. & ibi add. marg. in l. 4. C. de seruis fugiti.

Testis vnius dicta si tabellio scripsit, & postea dixit, idem per omnia dixit vt alius testis, siue sub eadem die, siue sub alia; talis scriptura probat, testes vnam consonantiam concordasse, dummodò testes sint bonæ famæ, glos. hæc sunt, in extrauag. de pace Constantiæ. §. hæc sunt.

Testis vnicus semiplenè probat, quo casu producenti defertur iuramentum, glo. 3. in l. 1. C. qui, & aduersus quos.

Testis vnus facit semiplenam probationem, & est sufficiens ad torturam, l. 3. & ibi gl. 4. C. ad legem Iuliam maiestatis.

Testis vnus facit semiplenam probationem: sed duo faciunt plenam, gl. exacto, in l. admonendi, 31. de iureiurando.

TESTIVM numerus quam amplissimis quibusdam legibus definitus sit: tamen ex constitutionib. principum ad sufficientem numerum testium coarctatur, vt iudices moderentur, & eum solum numerum vel duorum, vel plurium prout iudici videbitur, admittere debent, l. 1. §. fi. de testib. 13

Testium superflua multitudo non debet protrahi effrænata potestate ad vexandos homines, d. §. fi.

Testium numerus supplet quod in fide deficit, quando non sunt multum boni, gl. numerus, in l. 3. §. & ideò. eod.

Testium numerus, fidei, & habilitatis defectum supplet, d gl. numerus, & ibi add. marg.

Testium numerus vbi non adiicitur, etiam duo sufficiunt, l. vbi numerus, 12. eod.

Testium numerus quandoque adiicitur, vt fit in testamento; in quo quandoque requiruntur octo: vt in testaméto cæci: quãdoque septẽ. vt regulariter in quolibet testamento: quandoque quinque, vt in testamento rustici & in codicillis: quandoque requiruntur tres, quandoque duo, & hoc regulariter, gl. 1. ibid.

Testes duo sufficiunt in omni summa in agris, vel ruri, nisi vbi contractus chirographario instrumento initus est vltra 50. libras auri, vbi tres exiguntur, glo. 1. in auth, sed nouo, C. si certum petatur.

ad Testium in testamento adhibendorum numerum simul possunt adhiberi pater, & filius, & plures, qui sint in eiusdem potestate, l. ad testium, 22. de testib.

in Testium numero non connumeratur notarius scribens testamentum: fallit tamen in quibusdam casibus. gloss. fin. in l. Domitius, eod.

Testes quinque requiruntur in solutione debiti contracti in scriptis, vel in confessione solutionis talis debiti facta à creditore, gloss. præsto, in l. testium, 14. & authen. nisi rogati. C. de testibus.

Testes quinque requiruntur in codicillis, & in donatione causa mortis, & in contractibus, in scriptis supra libram auri celebratis ab imperitis literarum, ibid. 14

Testes septem requiruntur in quolibet testamento, & octo requiruntur in testamento in scriptis, quando testator nequit, vel ignorat subscribere, ibid.

Testes quindecim requiruntur, quando aliquis vltimus, vel postea ex duobus supernumerariis volentibus succedere in sacro scrinio in locum defuncti, [illegible] probare, quòd si melior primo: regulariter tamen sufficiunt [illegible], gl [illegible] in l. vniuique. C. de proximis sacri scrinij lib. 12. & d glo. præsto, in l. testium 14. C. de testib.

Testis idoneus non est vasallus productus à domino, & ideò is rectè potest repelli, cùm possit ei à domino imperari, d.gl.1.in addit.

Testes idonei sunt illi, quib. potest imperari ratione iurisdictionis, & ita possunt esse testes illi, qui sunt de iurisdictione,† d.gl.1.in add.marg.

Testis idoneus nullus intelligitur in re principaliter sua: secùs si secundariò, l. nullus, 10.& ibi gl.1.eo.

Testis etiam non rogatus est idoneus ad fidem rei gestæ faciẽdam, præterquàm in testamento, etiam nuncupatiuo, in solutione facta creditori eius debiti, qui erat in scriptis, & in confessione, creditoris confitentis sibi solutum tale debitum, & in diuortio, l.ad fidem, 11.& ibi gl.1.eod.

Testis an adhiberi possit hermaphroditus ad testamentum, qualitas inualescentis sexus ostendit: itaque si in virili sexu præualeat, potest adhiberi, aliàs non, l. repetundarum, 15.eod.

Testes plures ex vna domo alieno negotio adhiberi nihil nocet, l. pater, 17. eodem.

Testis etiam mulier potest esse in iudicio; sed non in testamento, l.ex eo, 18. ibi gl.fi.eod.

Testis in iudicio publico non potest esse minor 20.annorum, neque potest esse reus iudicio publico accusatus, l.in testimonium, 20.eo.

Testes possunt esse non solùm priuati: sed etiam magistratus, qui non sunt iudices in illa causa: secùs si iudicaturi essent, l. ob carmen, 21. & ibi gloss. 1. eod.

Testis non potest esse iudex in causa, antequàm ferat sententiam: sed bene potest esse post sententiam latam,† d.gl.2.

21 Testes idonei non possunt esse aduersus se, nec volentes parentes, & liberi inuicem, l.parentes, §.& ibi gl.fi.C.de testib.

Testis idoneus potest esse parens in ætate filij probanda, gl.1.ibid.

Testes idonei non possunt esse parentes, vel filij naturales pro se, nec contra se, gl.2.ibid.

Testis potest esse frater contra fratrem in causa ciuili, nisi repellatur eò, quòd sit in potestate fratris: in criminali autem nullo modo potest esse, gloss. fi. ibidem.

Testis potest esse pater in testamento filiifam.militis ante missionem, quo casu non dicitur testis esse filio; sed inter heredes filij, ibid.

Testis non potest esse seruus pro domino, nec contra dominum, l.seruos pro domino, 7.C.eod.

Testis solùm potest esse seruus contra dominum in criminibus adulterij, fraudati census, & maiestatis; & ad probandam maiorem quantitatem esse in bonis defuncti, quàm domini sui in inuentario scripserint, gl.1.ibid.

Testis idoneus nemo est in re propria, l.omnib.9.C.eodem, & ibi gl.2.

Testis idoneus non est venditor pro emptore in re vendita; quia dicitur sua causa, cùm appellet victo emptore, & lucrum, & damnum ad eum redeat, & biduum detur, sicut in re propria,† gl.2.ibi.

Testis non potest esse quis in re propria, quam peragit. ibid.

Testes debent esse liberi, quando postulantur ad causas alienas, l.quoniam liberi, 10.C.de testib.

Testes socij, & participes criminis non debent esse, ibi.

22 Testes debent esse idonei, & summæ, atque integræ opinionis, & non vilis, l. testium, 14.C.eod.

Testes quando sibi inuicem contradicunt, tunc veriora proferentib. & dignioribus, vel in numero plurib. standum est, prout iudici videbitur, siue sint testes contrarij ab eadem parte producti, siue à diuersis,† §.& licet dudum, & ibi gl. contraria, in auth de testib.col.7.

Testis idoneus non est filius in testamento patris, nec pater in testamento filijfam.testantis extra castra; nec frater in testamento fratris, §.pater, Institut.de testam.

Testes possunt esse monachi in monasterio, item homines vniuersitatis pro vniuersitate, vel castro in negotiis, in quibus non resultat commodum in particulari: sed communitati gl.2.in add.in §.sed neque. Inst.eo.

Testis esse non potest quis vbicumque lucrum, & commodum pro toto, aut parte ad eum spectat, vel quomodocumque eius intersit; quia tunc dicitur causa propria eius, d.gl.2.in add.marg.

Testis pauper interdum admittitur: quia non tam ex facultatibus, quàm ex fide idoneus æstimatur, gl.egens, in l.3.de testibus.

Testis potest esse filius in negotiis non pertinentibus ad patrem, vt quia agit pater procuratorio nomine alterius, si ex his nec patri, nec filio quæritur: secùs si quæreretur aliquid patri,† gl.diximus, & ibi addit.marg.in l.qui testamento, 20.§ 1.testam.

Testis indistinctè non potest esse filius in negotiis patris, & pertinentibus ad patrem, siue per illud acquiratur aliquid patri, siue non.† ibid.

Testis ad testificandum inhabilis; putà seruus, vel infamis, si deponit de eo, quod ipse fecit, est idoneus testis ad faciendam semiplenam probationem, glo.iudicio, in l.2.§.1.

23 Testis non potest esse pater filio indistinctè, siue quæratur, siue non: quod secus est in filio testificante: quia pater plus diligit, gloss.diximus, & ibi add.marg. in l.qui testamento, 20.§.1.de testamen.

Testis non potest esse mater pro filio, nisi in testamento filij militantis, & in causa ætatis, gloss.diximus, in d. §.1. iuncto §. per contrarium, eiusdem legis.

Testis non potest esse furiosus, cùm compos mentis non sit, d.l.qui testamento, §.nec furiosus.

Testis idoneus non est pater filio, nec filius patri, nec socer genero, cùm vicem patris obtineat, l.testis, 9.& ibi gloss.1.de testib.

Testis haberi potest pater filio in castrensi peculio, si filius ante missionem testamentum fecerit, d gl.1.ibi.

Testis regulariter non potest esse damnatus de adulterio, neque potest adhiberi ad faciendum testamentum; & si fuerit adhibitus, non valet testamentum de iure ciuili, nec de iure prætorio, & ideò neque hereditas ex huiusmodi testamento adiri, neque bonorum possessio dari potest, l. Seio, 15.eod.

Testis esse non potest damnatus repetundarum, l.repetundarum, 15.eod.

Testis esse non potest venditor in causa euictionis pro emptore, cùm ad eum commodum, & incommodum possit pertinere, & sic sit sua causa, nisi quando non teneretur de euictione, gl.1.in l.testis, 9.eo.

Testis non potest esse mulier de adulterio damnata, l. ex eo, 18.eodem.

Testes vilissimi non admittuntur ad testimonium nisi cum tormentis: & dicuntur vilissimi spanaldi, sine arte obscuri, abiectæ personæ, gloss. ignobiles, in §. sancimus, & gl.agant, in §.si verò ignoti, in auth.de testib.col. 17.

Testis domesticus contra personam domesticam altero contradicente admittitur, & fortè cogitur; quia fauore eius fortè impediebatur, gl.1.in l. 2. C.de testib.

Testis domesticus contra aliam personam domesticam admittitur altero contradicente, quando subest sola ratio domesticitatis: secus si subesset etiam reuerentia, vt quia esset libertus aduersarij, vel vxor, vel concubina, gloss. 1. in additione, ibid.

Testis productus si dicatur seruilis conditionis, & se liberum esse affirmet, eius testimonium recipitur, neque respuitur, donec constet de seruili conditione, auth.si testis, C.eo.& §.si verò dicatur, in auth.de testib.col.9.

Testi producto si obiiciatur exceptio seruilis conditionis: ipse verò liberum se esse affirmet, instrumentum suæ manumissionis priùs debet ostendere, quàm testificetur, nisi iurauerit se alibi probationes habere, quo facto testimonium recipitur, & nisi monstrauerit instrumentum manumissionis, testimonium respuitur, ibid. & §. si verò dicatur, in authent. de testibus, col.7.

Testis productus si dicatur, quòd sit statuliber, & ipse affirmet se liberum, testimonium fert; & si appareat posteà esse statuliberum, respuitur testimonium, glo.1.in dicta authent.de testibus.

Testis productus si dicatur, quòd sit adscriptitius, admittitur nihilominus ad testimonium, ibi.

Testis productus si dicatur, quòd sit monachus, conuersus, vel canonicus regularis, admittitur nihilominùs ad testimonium, cùm non inueniatur posse repelli. ibi.

Testis quilibet admittitur, nisi expresse fuerit prohibitus, gloss.abundantiam, in §.quoniam, in authent.de testibus, collat.7.

Testis domestici testimonium, iure naturali, prætorio, & etiam ciuili improbatur, l.2.& ibi gl.1.C.de testibus.

Testes domestici dicuntur vir, & vxor, d.gl.1.

Testes domestici admittuntur ad probationem eorum, quæ geruntur domi, cùm illa magis per domesticos, quàm per extraneos sciri possint, l.consensu, 8.§.sin autem.C.de repudiis, & gl. prohibet, in l.3.C.de adulter.

Testis admitti potest, licèt priùs infamis fuisset, si postea accepit pœnitentiam,† gl.omni macula, in l.imperialis, § præsenti, C.de nuptiis.

Testes domestici, vel nautæ admittuntur in his, quæ geruntur domi, vel in naui, & de illis priùs examinantur & torquentur, qui veritatem melius sciunt, l.3. Cod.de naufragiis. lib.11.gl.duos, in c.1.§.fi.si de inuestitur. inter dom.n. & vasal.

Reliqua verbo, Amicitia, Monachus, 5. Proxeneta, Testimonium, 34. Infamia, 6. infrà nu.25.26. Familiaris.

TESTIS occasione amicitiæ non debet prorsus repelli à testificando: tametsi minor aliquando fides adhibeatur, gl.teste, & ibi add.marg. in §.cogitandum, in auth.de monachis. 25

Testis, quem quis pro se produxit, si producatur in alia lite contra ipsum, ab eo potest repelli ob inimicitiam capitalem, vel aliam quamlibet causam superuenientem: non verò ob antiquam, gl.4.in l.si quis testib.13.C.de testib.

Testis, qui cùm fuisset seruus, fuit productus ab vno in vna lite, ab illo non potest repelli, si ab alio producatur contra eum in alia lite, gl.3.ibi.

Testes quidam in principio, quidam ex postfacto, alij post aperturam repelluntur, & reprobantur, glo.2.in auth.si testis.C.eodem.

Testes, quibus quis in alia lite vsus est, si contra eum producantur, non potest repellere, nisi propter inimicitiam postea superuenientem inter ipsum, & testes, l.si quis testibus, 13.C.eodem.

Testem, quem quis semel produxit in vna lite, potest in alia lite repellere probando eum pecunia corruptum esse, ibi.

Testem semel producens approbare videtur eius personam, licèt inhabilem, gl.3.ibi.

Testis inimicus capitalis potest à testimonio repelli, gl.nisi ostenderit, ibi.& §.si verò quis, & ibi gl.non adsit, & gl.de crimine, in auth.de testib.col.7.& gl.inimicus, add.marg.in l.5.de testibus.

Testes quidam sic repelluntur, vt nunquam admittantur: quidam ita admittuntur, quòd posteà fides eis non adhibetur, glo.instrumentum, in auth.si verò dicatur, in auth.de testib.col.7.

Testis eo ipso quòd sit artifex, non debet repelli: sed bene ex eo, quod ignobilis sit, vt carpentarij: quia stant in curia communi, gloss. ignobilis, in §. sancimus, eod.

Testes possunt induci post aperturam ad reprobationem aliorum, gloss.pe.in l.si quis testib.13.C.de testib.

contra Testium dicta, vel personas licèt quis in vna instantia non opposuerit: si tamen illæ attestationes producantur in alia instantia, potest contra personas, & dicta opponere, l.fi.C.de testibus. 26

Testis ratione inimicitiæ leuis non debet repelli: sed admittitur, & in tempore disputationis reseruatur, & inquiritur an sit causa de eius statu, quæ mortis accusationi assimilatur, vel de omnibus bonis, vel de maiori parte, an de minima, §.si vero quis, & ibi gl.aliter, & gl.quæstionis, in auth.de testib col.7.

Testi producto si obiiciatur exceptio, quòd sit odiosus, aut inimicus ex aliqua causa criminali, non auditur, nisi priùs de crimine cognoscatur, auth. si testis, de testibus.

Testis productus si dicatur, quod sit odiosus, vel inimicus ex causa pecuniaria, vel aliter, nihilominùs fert testimonium, & hæc quæstio reseruatur in tempus disputationum, ibid.

Testis productus si dicatur inimicus ex causa pecuniaria omnium bonorum, vel

maioris

Testium mores præferuntur testium dignitati,gl.2.ibid.

Testium fides diligenter est examinanda, & ideò in eorum persona exploranda sunt,in primis conditio cuiusque,vtrùm quis sit decurio, vel plebeius, & an honestæ, vel inculpatæ vitæ, an notatus, & reprehensibilis, an locuples; vel egens sit, vt lucri causa quid facilè admittat, an sit inimicus ei, aduersus quem testimonium fert, vel amicus ei, pro quo testimonium dat, l. 3.eod.

Testis cuius testimonium caret suspicione,vel propter personam, à qua fertur, quòd honesta sit,vel propter causam,quòd neque lucri, neque gratiæ, neque inimicitiæ causa fiat,admitti debet,l. 3.de testib.

Testi nobiliori magis creditur,gl.2.ibi.

Testibus quanta fides sit adhibenda iudex magis scire potest, qui & cuius dignitatis,& cuius existimationis sint, & qui simpliciter visi sint dicere veritatem, vtrùm vnum,eundémque,& præmeditatum sermonem attulerint,& an ad ea, quæ ipse interrogauerit ex tempore;id est repente verisimilia responderint,d. l.3.§.ideoque.

Testium etiam pallor,vultus,rubor,& titubatio sæpè faciunt, vt minus fidei alicui adhibeatur,& de his præsens iudex ex officio suo ex hominib. bonæ opinionis debet inquirere:gl. inimicitiæ.in d.l.3.

52 Testib.sine instrumentis non creditur semper : quandoque tamen creditur: sunt tamen multi casus,in quib.exigitur scriptura, gloss.non semper,in d. l.3. §. & ideò.

Testes duo domestici licèt non faciant legitimam fidem : tamen tres, vel quatuor faciunt plenam fidem :quia fidei defectum supplet testium numerus, gl. numerus,in add marg.ibi.

Testium fides ex eorum dignitate approbatur,gl.dignitas,ibid.

Testib debet credi,non testimoniis,quæ testes se ab aliis audiuisse dicunt, d.l.3. §.idem Diuus,& ibi gl.non testimoniis.

Testibus in causa criminali debet crêdi, non testimoniis eorum alibi receptorum,gl.testimoniis.ibid.

Testes in causa criminali debent esse præsentes,vt possint terrore iudicis imminente interrogari.ibid.

Testes duo deponentes vidisse duos adinuicem commisceri per foramen vnius portæ:scilicet vnus post alium,dicentur contestes,& probant,gl.simul,in add. l quærebatur,20.de milita.testam.

Testibus non creditur,nisi iurauerint,gl.fi.in l.cùm ab initio, quemadmod. testament.

Testis fides,& conditio inspicitur tempore,quo testimonium redditur,l.3.§.duæ autem causæ,& ibi glo.non eandem,de Carboniano.

Testi non adhibetur tanta fides de facto longinquo : sicut de propinquo : quia non ita recordatur de tempore longinquo : sicut de recenti, d. gloss. non eandem.

Testes si coram arbitris fuerint producti, eorum depositionibus statur in iudicio;si ita in compromisso à partibus conuentum sit,l.fi.C.de testib.

Testib.examinatis coram arbitris si in compromisso nihil sit côuentum de hoc, non tenetur quis stare coram iudice,si viuunt : sed possunt iterum examinari, si vult.ibid.

Testium dicta coram arbitris faciunt fidem coram iudice ordinario, si testes fuerint mortui : saluo tamen iure opponendi contra personas, & dicta. ibidem.

Testes quidam examinati coram arbitris si sunt mortui : alij verò viuunt,mortuorum depositiones productæ coram arbitris non sunt respuendæ ab aduersa parte coram iudice ordinario: viuorum vero est in electione litigatoris, vel eis stare,vel quod iterum examinentur saluo iure opponendi contra personas, & dicta,ibid.

53 Testes duo tantum valent,quantum instrumentum,glo.1.in l.in exercendis, 15. C.de fide instrum.

Testes duo licèt sufficiant ad reprobandum priuatum instrumentum:non tamen ad reprobandum publicum,ibid.

Testes tres,vel quatuor sufficiunt ad reprobandum publicum instrumentum,nisi esset tale,cui standum esset præsumptione iuris,& de iure,ibid.

Testium septem authoritas maior est,quàm vnius instrumenti,gl.ostenditur, in l.fi.C.de fideicommiss.

Testium,& instrumentorum eadem vis est gl.1.in l.pe.C.si ex falsis instrum.

de Testis bonitate,& legalitate iudex debet inquirere à vicinis,glos.officij,in §. sancimus,in auth.de testib.col.7.

Testi fide digno creditur,licèt nec dignitatem,nec officium,nec diuitias habeat, d.§.sancimus,& ibi gl.ex vtraque.

Testibus ignotis veritatem corrumpere festinantibus, non est sine tortura credendum, & iudex positus in administratione debet eos torquere, aliàs per apparitorem prætoris fit tortura:sed in prouincia per defensorem locorum,§. si verò ignoti.eod.

Testes se offerentes ad dicendum testimonium,cùm non sint citati præsumuntur suspecti,& ideò eis non creditur sine tormentis, d.§. si verò ignoti, & ibi gl.festinantes.

Testi rogato, etiam non fide digno,creditur sine tormentis : quia ex quo rogatur à † partibus approbari videtur,vt idoneus respectu personæ,gl.ex suppliciis,& ibi add.marg.in §.& licet dudum,eod.

Testib.non adhibetur eadem fides post temporis interuallum gl.semper,in additione,§.1.in auth.de tempore non solutæ pecun.col.7.

Testium fides potest perire,gl.suffragari,in auth.hæc constitutio innouat.constitutionem.col.8.

Testi odiose deponenti non creditur quantumcumque sit constitutus in infirmitate,& acceperit corpus Christi,gl.sicut,in §.vasali,in extrauag de pace Constantiæ.

Reliqua verbo, Fides, Sobrietas.

54 TESTES de nouo post publicationem attestationum non producuntur propter timorem falsitatis,gl.sunt,in l.1.§.fi.de eden.

Testem non potest quis in eadem causa producere illum,qui priùs contra se testimonium dixit;quia præsumitur testis redemptus,secus in alia causa, l. producì,& ibi gl.1.de testib.

Testis, qui antea dixit malum testimonium in alia causa, non potest produci: quia semel malus præsumitur etiam malus posteà,† ibid.

Testis in eadem causa non potest bis produci,etiam ante aperturam,d.gloss.1.in add.marg.

Testis in eadem causa post didicita testificata non potest produci, secùs in alia, ibi.auth.atqui semel.C.de probat.

Testium dicta si iudex, vel tabellio ante publicationem reuelauerit alteri partium,aut fecit,vt illa legeret,falsi pœna tenetur,l.1.§.is,qui.in add.margin. de falsis.

Testium examinatorum in secreto dicta debent publicari authoritate iudicis,& debet dari copia parti tam in ciuili, quam in criminali,l.2.& ibi gloss.2.C.de edendo,

Testes si sint producti in vno iudicio,in electione producentis est an in alio iudicio velit illos iterum producì:an verò ipsorum attestationes, gl.fi.in l.pe.§. fi.C.de receptis arbitris.

Testium tertia productio potest fieri, si non constat testificata esse didicita, auth. atqui semel, Cod. de probatio. & §.quia verò multi, in auth. de testib. col.7.

Testium quarta productio non potest fieri,etiam si constet testificata non fuisse didicita,nisi priùs præstito iuramento à parte,quòd ipse non subtraxerit,neque percunctatus est testificationes,neque aduocatus eius, vel alius pro eo agens,nec per dolum,nec per machinationem,vel artem,ibi.auth. atqui semel, & d.§.quia verò.

Testes non potest producere quis post didicita testificata suorum testium, siue aduersarij,gl.2.& 3.ibi.

Testium productio non potest fieri super eodem articulo post didicita testificata:sed rectè potest fieri super diuerso articulo,gl.4.in add.ibi.

Testium productio post didicita testificata rectè potest fieri ad reprobationem testium. gloss. productione, ibi. & glo. pen. in l. si quis testib. 13. Cod. de testib.

Testes possunt produci post didicita testificata in causa appellationis, cùm sit alia causa à prima,† d.gloss.productione, in auth. atqui semel. Cod. de probatio.

Testes de iure canonico post didicita testificata possunt produci super alio articulo in causa appellationis:sed super eodem artic.non,ibid.

Testium renunciatio facta non nocet ad hoc,vt non obstante renuntiatione possit ipse renuncians producere testes, dummodò renuncians non didicerit testificata : quia tunc sola scientia nocet ad productionem, non renunciatio. gl. pe.ibid.

Testium productio dicitur,cùm semel producuntur testes : & si eadem die,& intra eamdem dilationem iterùm producuntur, dicitur alia productio, † gloss. fi.ibidem.

Testis depositionis scriptura ante publicationem factam à tabellione,cùm in se testes non contineat,quib.præsentib.aliqui testificati fuerint,non habet vires coram alio iudice,gl.1.in l.3.C.de testib.

Testium dicta non dicuntur publica,eò quòd tabellio scribet,ibi.

Testium dicta non dicuntur publica,cum iudice ordinario audiente à tabellione coram testibus recipiuntur ad æterni rei memoriam,ibid.

Testis semel in vna lite productus plus non producitur, siue ab eodem, contra quem fuit primò productus,siue ab alio posteà producatur,gl.2.in l.si qui testib.13.C.eod.

Testes possunt de nouo in alia instantia produci super eodem post publicationem testium receptorum coram arbitris,neque potest eis opponi, quod iam testimonium suum dederint,l.fi.C.eod.

Testes post aperturam attestationum in causa appellationis possunt produci, quos in prima causa litigator non poterat producere, gloss.fin. in l.3. Cod.de appellat.

Testes si producuntur,per producentem sunt eis facienda impendia,l.eos,qui,§. 6.si quid,C.eod.

Testes in causa appellationis possunt produci super eodem articulo seu connexo, super quo iam fuerunt recepti in principali causa, † gloss. persequatur, ibidem.

Testes post aperturam tam in principali, quam in causa appellationis possunt produci super nouis capitulis:dum tamen oriantur ex veteribus, & illis sint coniuncti,& etiam primi testes,dum tamen primi iurent: sed super veteribus, non potest amplius etiam in causa appellationis produci,† gl.fi. in l.pe.Cod.de tempo.appellat.

Testes possunt produci in causa appellationis tam super veterib. articulis, quàm coniunctis veterib.† ibi.& gl.non habebit,in §.quia verò multi.in authent.de testib. col.7.

Testes in matrimonio speciali iure etiam post aperturam produci possunt, gl. fi. in l.pe.C.de tempor.appel.

Testes de iure canonico sicut in principali causa publicatis attestationib. nô possunt iidem,vel alij testes super eisdem articulis,vel directò contrariis produci : ita nec in causa appellationis,cùm non minus in causa appellationis,quàm in causa principali subornatio sit timenda,gl.fi.ibid.

Testes super nouis articulis respicientibus actionem primam produci possunt, iidem,vel alij in causa appellationis,ibi.

Testes post didicita testificata non possunt induci,& ideò securius est reo excipere,& exceptionem probare,gl.pen.& fi.in l.4.C.de exceptio.

à Testium productione vt repellatur quis, sufficit tantum quòd didicerit testificata, gloss. quartam, in §. quia vero multi, in authent. de testibus. col. 7.

Testium productionem impedit sola renunciatio testium. † reprob. d. gloss. quartam.

Testium productionem impedit scientia depositionum tam suorum, quàm testium aduersarij:quia ita potest committi falsitas propter scientiam depositionum testium aduersarij,sicut propter scientiam depositionum suorum testium,d.gl.quartam,ad fi.& gl.non habebit,ibid.

Testes

seruis,furiosis,mutis,surdis,& his,quibus bonis interdictum est. & his, quos leges iubent esse intestabiles,qui omnes non possunt adhiberi testes in testamento.§.testes autem.Inst.eod.

Testis in testamento potest esse seruus communi opinione liber reputatus tempore testamenti,§.sed cum aliquis.Inst.eod.

Testis testamenti si posteà sit factus seruus, vel infamis, potest nihilominùs recognoscere sigillum suum,gloss.signaretur,in addit.ibid.

Testes,qui sunt in testamento, debent audire vocem testantis, & quod plus est, videre eius faciem,nec debet esse cortina,vel paries inter testatorem,& testes, † §.planè & ibi add.margin.Inst.de milit.testam.

Reliqua verbo,Impubes,1.Legatarius,6.7.Seruus,2 4.Testamentum,10. 11. Testificari,Subscribens,Tutor,7.Mulier.3.4.5.

TESTVDO est animal quoddam, quod habet duram testam; & lapideam, & concauam, si remoueretur à carnibus, gloss. fi. in l.heres meus, 98. §. fi. de leg. 3.

ex TEXTORIBVS aliquem si quis occultet, tenetur pœna trium librarum auri,l.qui textrini,C.de murilegulis,lib. 11.

THEATRVM dicitur locus,vbi homines stant ad videndum, gl.in theatrum, in §.serui.Inst.de libertin.

Theatrum est ædificium in hemicycli, speciem factum,videndis spectaculis factum,quod quandoque ponitur pro ipso spectaculo,quandoque pro ipsis spectantibus,d.gl.theatrum,in additione marg.

Theatrum dicitur à theorando : id est inspiciendo : Latinè dici potest spectandum,gl.theatra,in §.vniuersitatis.Inst.de rerum diuisione,glos.theatra, in l.in tantum,de rerum diuisione.

Reliqua verbo, Spectaculum.

THEOPHILVS vnus, ex compilatoribus Digestorum illustris, doctórque laudabilis legum appellatur à Iustiniano, l. 2. §. quæ omnia. Cod. de veteri iure.

THERMAE dicuntur loca publica ad balneandum,gl.fin.in l.omnes,11.Co.de operibus publicis.

Reliqua verbo, Balneum.

THESSALONICENSIS Ecclesia ab omnibus tributis ex speciali priuilegio excusatur,l.sacrosancta,8.C.de sacrosanct.

1 THESAVRVS est vetus quædam depositio pecuniæ, cuius non extat memoria,vt iam dominum non habeat,l.nunquam, 31.§. 1. de acq. rerum dominio, glo. 1.in add.marg.in l thesaurus,ad exhiben.

Thesaurus propriè non est illud,quod lucri causa : vel metus, vel custodiæ sub terra conditum est,& in eo committitur furtum,cùm proprietas, & possessio sit eius,qui recondit,d.§.fi.& ibi gl.fi.

Thesaurus inuentus in suo,inuenientis est : licèt non occupauerit,d.§.1.& ibi gl. qui inuenerit.

Thesaurus est donum fortunæ,l.si is,qui in aliena,63.eod.

Thesaurum si is,qui in aliena potestate est,inuenerit in agro domini, vel patris, totus est domini,vel patris:sed si inuenerit in alieno agro,dimidia erit domini agri,& alia dimidia domino,vel patri acquirit,ibi.

Thesaurum si inuenerit creditor in fundo sibi obligato, dimidia eius pertinet debitori,vt domino fundi : alia dimidia pertinet creditori iure inuentionis, nec restituet ipse debitori id,quod apud eum permansit ex thesauro iure inuentionis,d.l.si is,qui.§.fi.

Thesaurum si creditor inuenerit in fundo sibi obligato intra tempus datum debitori ad luendum, dimidia pertinet debitori offerenti pecuniam intra tempus:& alia dimidia creditori inuenienti:sed si post illud tempus inuenisset, à debitore sibi non soluta pecunia,nec oblata,totus thesaurus erit creditoris, si creditori impetrauit,vt post illud tempus fundum obligatum haberet,vt suum proprium,d.§.fi.

Thesauri inuenti possessio non acquiritur, nisi thesaurus sit apprehensus, & de loco amotus,l.3.§.Neratius,de acq.posses.

Thesaurum in fundo existentem non dicitur quis possidere per apprehensionem illius fundi,etiam data scientia thesauri.ibi.

2 Thesaurus non est pars fundi, vt gleba,gl.cepisse,ibid.

Thesaurus non possidetur,nisi apprehendatur,gl.alienum,ibid.

Thesaurus propriè sumptus non potest vsucapi,neque præscribi:non enim possidetur,d.§.Neratius,& ibi gl.alienum.

Thesaurus quandoque ponitur impropriè,l.pe.§.fi.& ibi gl.thesaurus,de auro,& argento.

Thesaurus sicut sub terra latet,ita in legum multitudine aliqua bona latebant, gl.thesaurus,in §.nos verò,in procœmio Digestorum.

Thesaurus inuentus non creditur habere dominum, & ideò pro dimidia inuentoris, pro alia dimidia domini soli fit, gl.fi.in l.à tutore,67.de rei vendicatione.

Thesaurus quandoque impropriè ponitur pro pecunia,l.thesaurus,& ibi gl.1.ad exhibend.

Thesaurus apud Græcos dicitur pecunia,quam quis in numerato,& in casus repentinos habet repositam,& hac significatione solet vulgus vti, d.gl.1.in additione marg.

Thesaurus in loco religioso,vel publico, vel fiscali, vel in fundo Cæsaris inuentus competit fisco pro medietate:secus si inuentus sit in loco priuato, nisi arte magica sit inuentus:quia tunc fisco competit,l.1.& ibi gl.inuenisse,& l.3.§. fi.de iure fisci.gl.fi.in l.1.C.de thesauris.lib.10.

Thesaurum inueniens non cogitur se deferre,nisi ex eo thesauro pars: id est media debeatur fisco,quo casu si se non detulerit, & partem ad fiscum pertinentem suppresserit, totum cum altero tanto cogitur soluere,d.l.3.§.fi.C.de iure fisci.

Thesaurum quærere in suo proprio omnibus licet,dummodò licito modo quærant : sed si quærant sceleratis, ac puniendis sacrificiis, aut arte magica, vel alia legibus odiosa,tunc totum inuentum fisci erit,cùm ipse sit indignus, l. 1, & ibi gloss.arte.C.de thesauris.lib.10.gloss.non data,in §.thesauros.Inst.de rerum diuisione.

3 Thesaurum quærere in alieno nomine suo nullo modo licet, etiam domini voluntate,vel eo ignorante,d.l 1.& ibi gl.volentib.

Thesaurus inuentus à fortuna in alieno loco,inter inuentorem,& dominum diuiditur,& ita dominus suam partem consequitur condictione ex lege, vel vindicatione,dict.l.1.& ibi gl.fin.

Thesaurus dicitur condita pecunia ab ignotis dominis tempore vetustiori, Thesauros.Instit.de rer.diuis.

Thesaurum quærere non potest creditor in fundo sibi obligato tanquam in su nec fructuarius in fundo,in quo habet vsumfructum,nec vir in fundo dota gl.2.ibid.

Thesaurus in loco sacro, vel religioso casu fortuito inuentus, inuentoris e ibidem.

Thesaurum si quis scrutatus nomine suo in alieno inuenerit, id totum domi fundi cogitur reddere,dict.l.1.C.de thesauris.lib.10.

Thesaurus in loco proprio,vel in loco sacro,vel religioso casu inuentus, inue toris est secundum rationem naturalem : sed inuentus casu in alieno loc diuiditur inter inuentorem, & dominum loci. §. thesauros. Inst. de reru diuis.

Thesaurus est pecunia ab ignotis dominis vetustiori tempore abscondita, v est depositio pecuniæ,cuius memoria non extat,& quandoque thesaurus im propriè dicitur,gl.1.ibid.

Thesaurus inuentus à fundatario,vel emphyteuta in solo emphyteuticario, v fundatario,est ipsius inuentoris:sed inuentus à directo domino,vel ab aliqu extraneo dimidia spectat ad emphyteutam, alia dimidia ad ipsum inuento rem,gl.suo.& ibi add.ibid.

Thesaurus casu inuentus à mercenario dum laborat in alieno, vel inuentus creditore in pignore, diuiditur inter inuentorem, & dominum loc ibidem.

Thesaurus casu inuentus in loco sacro, vel religioso hodie diuiditur æqualite inter inuentorem.& prælatum,gl.religioso in addit.ibid.

Thesaurus inuentus in alieno data opera non est inuentoris; sed eius, cuius e locus,gl.non data ibid.

Thesaurum inueniendi causa potest quis in suo operam dare.ibid.

Thesaurus casu inuentus in loco fiscali, vel publico, vel ciuitatis diuiditur inter ipsum inuentorem, & fiscum,vel ciuitatem : sed si partem fisco cessuran suppresserit, totum thesaurum fisco soluere cogitur, d. §. thesauros, & ib gloss.fisci.

Reliqua verbo, Inueniens,Pecunia.

THESAVRARIVS, vel comes thesaurarij semel repertus culpabilis in officio,iteratò ad eandem militiam non aspirabit,nec etiam aliam potest acquirere,l.2.C.de palatinis lib.12.

THLIBIA dicitur instrumentum,cum quo quis leuiter castratur, vt thlibia sunt venæ,quibus incisis virilia amittuntur:vnde instrumentum,quò inciduntur, sic dicitur,gl.thlibias.in l.5.ad leg.Corn.de sicariis.

Thlibias facientes in ea causa sunt,qua hi,qui castrant, & capitaliter puniuntur, sicut & castrantes,d.l.5.

THRACIA est Europæ regio sita inter Scythiæ partes,Macedoniam sequens, à Septemtrione Istrum habens, ab Oriente Pontum, à meridie mare AEgæum, dicta à Thraceunte filio,siue ab asperitate, nec solo, nec cœlo tractabilis,nisi qua mari propior est,additio marg. in rub. C.de colonis Thracens.lib.11.

THYNARIA piscatio dicitur piscatio eorum piscium,qui thynni, vel thunni dicuntur,l.venditor,& ibi additio.marg.communia prædiorum.

TYBERIVS Coruncanus fuit,qui primò scientiam iuris ciuilis publicè professus est;ante eum cæteri in latenti ius ciuile retinere cogitabant, l. 2. §. & quidem ex omnib.de origine iuris.

TIGNVM dicitur à tegendo,l.1.§.1.de tigno iniuncto.

Tigni appellatione continetur omnis materia,ex qua ædificium constat, vineæque necessaria est; vnde continentur lapides,calx,& arena, & cæmenta, cæteráque, si qua ædificiis sunt vtilia, d.§.1.& l.tigni,62.de verb.sign.§.cùm in suo solo. Instit.de rerum diuis. l. adeò, 7. §. appellatione, de acqu.rerum dominio.

Tigni appellatione in vineis continentur omnia vineis necessaria, veluti perticæ,& pedamenta,d.l.1.§.1.

Tigni appellatione omnis materia continetur in lege xij.tab. ex qua actio de tigno iniuncto datur, l.tigni,ad exhibend.

Tignum bona fide iniunctum ædibus alienis non potest reiuendicari, nec ad exhibendum agi : potest tamen agi in duplum actione de tigno iniuncto, l. gemina.eod.

Tignum bona fide immissum ædibus alienis non potest eximi, ne dirutis ædificiis vrbs deformetur,nisi mala fide sit immissum,gl.fi.ibid.

Tignum iniunctum ædibus alienis non dicitur possideri,d.l.gemma, & gl.ex bonis,in l.1.de vsufructu legato.

Tignum alienum ædibus iniunctum non potest reiuendicari,neque potest agi ad exhibendum,vt separetur,l.in rem.§.tignum,de reiuend.

Tignum alienum bona fide si fuerit iniunctum, dominus debet agere actione de tigno iniuncto ad simplum;si verò mala fide ad duplum. d.§.tignum. & ibi gl. descendat.

Tignum alienum mala fide si quis iniunxerit ædibus suis, non potest agere dominus rei vendicatione;vel actione ad exhibendum : sed bene potest agere rei vendicatione, vel ad exhibendum, vt pretium peteret iurando in litem : quia dolo desiit possidere,d.§.tignum,& ibi gl.sciens.

Tignum alienum immittens mala fide tenetur quinque actionibus : scilicet rei vendicatione,ad exhibendum,actione de tigno iniuncto,condictione furtiua, & actione furti, quarum duæ primæ dantur quasi dolo desierit possidere, aliæ non,d.gl.descendit.ibid.

Tignum alienum ædibus suis in iunctum habens tenetur actione de tigno iniuncto,licèt alius iniunxerit.ibid.

Tignum alienum si faber iniunxerit ædibus meis, non tenetur actione de tigno iniuncto:sed tantùm ille,qui fieri fecit.ibid.

de Tigno alieno iniuncto ædificio in ciuitate,quod est statutum, idem statuitur

de tigno

ueniat ad testinatum locum pertinet ad debitorem, nisi creditor in se suscipiat periculum, ibid.

Reliqua verbo, Pecunia, 4.

TRAMITES legitimi appellantur magistratus, per quos iura redduntur; vel dicuntur modi, quib. leges vtuntur, vt quia iudex criminalis cognoscit incidenter de causa ciuili, dummodò sit accessoria, etiam in eadem sanitate, gl. per legitimos, & ibi add. in principio, in procem. Institutio.

Transactio in genere, nu. 1. vsque 14.

Transactio generalis, specialis, & eius extensio, 15. 16.

Transactionis retractatio, & rescissio, 17. 18.

Super alimentis, 19. 20.

Super testamento, codicillis, vel alio instrumento, super delicto, vel sententia, aut appellatione, 21. 22.

1 TRANSACTIO non potest fieri, nisi super re dubia, & lite incerta, l. 1. & ibi gl. 1. de transactio.

Transactio vt propriè fiat, tria requiruntur: Primò, quòd fiat de re dubia: secundò, super lite incerta: tertiò quòd non fiat gratis: sed aliquo dato, vel retento, d. l. 1. & ibi gl. 1. & 2.

Transactio, quæ non valet vt transactio, non valet etiam vt pactum simplex, dict. l. 1.

Transactio quãdoque etiam fit super re nõ dubia, etiã super alimentis præteritis, vel super fideicommisso futuro, vel quòd fit in istis casib. quando esset dubium, quantum, licèt non sit dubium, quin debeatur, gl. 1. ibid.

Transactio fit super re dubia, & res dubia fit per negationem, siue fiat extra iudicium, siue fiat in certa lite, hoc est propter litem. i. iudicium, & sic super lite præsente, vel futura, ibid.

Transactio fit duob. modis, vel per pactum simplex, vel per Aquilianam stipulationem, & acceptilationem, l. 2. eod.

Transactio propriè dicitur aliquo dato, promisso, vel retento, gl. transactum, in l. tutores, qui, 40. §. ab eo. de admin. tutorum.

Transactio fit de re dubia, & lite incerta, & nõ fit nisi aliquo dato, promisso, vel retento, gl. fi. in l. post decisionem, 13. C. de furti.

Transactio nullo dato, promisso vel retento non valet, l. 3. Cod. de repud. heredit.

Transactio quandoque largè sumitur pro quasi litis decisione, & recessu ab actione; quandoque strictè, & in specie, prout est conuentio non gratuita, quæ fit super re dubia, & lite incerta, &c. gl. 1. in l. 2. de iureiurando.

ex Transactione nudo pacto facta non oritur actio, ibid.

Transactio dicitur pactio non gratuita: pactio verò econtrà est gratuita, glo. 1. in l. 1. & gl. 2. in l. vbi pactum 40. C. de transactio.

Transactio sine scriptura valet, & tenet: non enim requiritur scriptura pro substantia transactionis, l. cùm te, 5. C. eod.

2 Transactio dicitur contractus impropriè: quia consensu fit: sic & in condictione indebiti, gl. transactionem. in l. contractus, C. de fide instrumen.

Transactio dicitur fieri de re certa, & incerta diuersis respectibus, gl. pertinet, in l. si ita scriptum, 46. §. 1. de legat. 2.

Transactio facta super negotio principali impedit committi stipulationem pœnalem de iudicio sisti, & si sit commissa, parit exceptionem, nisi in transactione pœna sit specialiter reseruata, l. 2. si quis caution.

Transactio interueniens antequàm stipulatio pœna committatur, impedit ipso iure stipulationem committi sed si fiat post, solùm parit exceptionem, d. l. 2. & ibi gloss. 2.

Trãsactio super sorte, & sic super principali negotio, intelligitur facta etiam super pœna, & sic super accessoriis, ibid.

Transactio facta super sorte si sit, transigens specialiter sibi petitionem pœnæ, non præiudicat in pœna, ibid.

Transactio facta cum principali prodest fideiussori, etiam condemnato, l. & post rem, §. 1. de transactio.

Transactio inutilis non impedit exequutionem sententię, à qua non est appellatum, ibid.

Transactio si sit facta interposita Aquiliana stipulatione dolo, occultando bona ab altera parte, ad bona occultata transigens non agit prima actione, cùm sit sublata ipso iure per Aquilianam: sed de dolo debet agere. l. Aquiliana, in l. qui cum tutorib. §. qui per fallaciam, eod.

in Transactione si quis dicat aliquid fuisse actum, illud ipse debet probare: quia docetur de eo non cogitatum, eo ipso quòd non probatur contrarium, d. l. qui cum tutorib. §. fi. & ibi gl. fi.

Transactio à patre facta de re filiorum, quos in potestate non habet, non præiudicat filiis, l. de re filiorum, eod.

Transactio à patre facta de re castrensi, vel quasi castrensi filij in potestate constituti, de iure veteri valebat: hodie tamen super aduentitiis tantùm valet, licèt dicantur esse filij: quia in illis est administrator, gl. 1. ibid.

§ Transactio, vt valeat, debet pœna adiici, item clausula rato manente pacto, & quòd pœna toties committatur, quoties fuerit contrauentum, & etiam quòd iuramentum apponatur, gl. fi. in add. in l. pe. eod.

Transactio ab herede vendente facta cum debitore ignorante præiudicat emptori hereditatis, & fideicommissario vniuersali, l. fi. eodem.

Transactione facta debitor liberatur à debito, gl. de existimatione, in l. quid ergo. §. pœna grauior, de his, qui notantur.

Transactionis fides si non seruatur, potest exheredatus ad querelam redire, l. si instituta, 27. de inofficioso testam.

in Transactione non est locus pœnitentiæ, gloss. quasi, in l. 3. de condictione sine causa.

Transactionem fieri ante, vel post litis contestationem nihil interest, glo. transactum, in l. eleganter, §. si quis, de con. indeb.

ex Transactione sola non nascitur actio: quandoque tamen nascitur, gl. pecuniæ, in l. domus, 52. eod.

Transactio licèt sit contractus stricti iuris: tamen dolus agentis dans causam contractui reddit eam ipso iure nullam, l. in summa, 65. & ibi glo. calumnia, in add. marg. eod.

Transactio ipso iure est nulla, quando apparet de euidenti calumnia actoris, dict. gl. calumnia.

Transactio mero iure valet: sed non in effectu: sed per actionem de dolo rescinditur. ibid.

Transactio valet, licèt nihil debeatur, dum tamen sit lis, & datum ex ea caus non repetitur, vnde remedium, l. 2. C. de rescind. venditione, locum non habe in transactione, d. l. in summa, & ibi gl. nulla.

in Transactione locum nõ habet lex 2. C. de rescindend. venditione: quia in trãs actione, vt quis dicatur deceptus vltra dimidiam, non æstimatur quod in veritate debetur: sed id, quod valebat ille dubius litis euentus, gloss. fi. in l. Luciu Titius, 78. §. fi. ad Trebellianum.

Transactio etiam super re aliena, fieri potest, gloss. successores, in l. stipulatio ist habere, 38. de verb. oblig.

contra Transactionem, vel aliam conuentionem veniens, si est victus, potest a eam redire, l. qui Romæ, 122. §. Seia, eod.

Transactio debet seruari non seruanti transactionem, ibid.

Transactionis initæ vigore qui recipit aliquid, potest effectualiter agere ad res cissionem transactionis, & pendente tali iudicio non currunt vsuræ promissæ ibid.

Transactio facta super vna causa non obstat agenti ad eamdem ex alia causa, l. ita quis promiserit, 135. §. fi. eod.

Transactiones sunt fauorabiles, vt etiam obstet exceptio transactionis, licet libe ratio non sit sequuta, nec aliqua delegatio facta, l. pupilli debitor, 96. §. soror de solutio.

Transactionis causa si quis promiserit plus debito, illud plus, quod est indebitum ex causa trãsactionis, efficitur debitum, secùs si simpliciter, & non causa transactionis per errorem promiserit, l. si non transactionis, & ibi gl. 1. C. de iuris & facti igno.

Transactionem non seruans non potest se ex ea iuuare, l. cùm proponas, 21. Cod de pactis.

Transactio facta cum quibusdam ex tutorib. vel curatoribus, aliis non prodest, l 1. C. de transactio.

Transactio facta cum duob. ex curatorib. non prodest tertio, quo minùs pro mala administratione conueniri possit. ibid.

Transactio facta cum duob. ex tutorib. non videtur facta cum tertio, etiam propter vnitatem actionis, gl. fi. ibid.

Transactio, vel sententia finem imponit quæstioni habitæ super errore computationis, etiam si hæc sententia, vel transactio non faciat rectè computationem, gl. pe. in l. 1. C. de errore calculi.

Transactio cũ vno ex curatoribus si fuerit facta, & ille pupillo solucrit interesse, vi solutionis liberantur alij curatores ex mala administratione: non verò vi transactionis, gl. fi. in l. 1. C. de transactio.

Transactio facta metu futuræ litis valet, & ideò ex cautione interposita datur, actio, & soluti inhibetur repetitio, l. 2. C. eod.

Transactio facta vt valeat, non requiritur quòd de præsenti sit lis: sed sufficit, quòd in futurum possit subesse, ibid.

Transactio facta super lite nulla de iure; sed erat de facto, valet, & tenet, gloss. 3. ibidem.

Transactio facta super lite per calumniam, non valet, si actor per calumniam litiget: in reo autem existens calumnia non impedit transactionem, licèt alia via possit conueniri dolosus, gl. 3. ibidem.

Transactionis recta, & naturalis causa est timor futuræ litis, glossa 4. ibidem.

Transactio facta metu futuræ litis valet tam cum fisco, quam cum priuato, gloss. pe. ibid.

Transactio facta super dolo commisso per dolum valet, ne in infinitum ita transactio annulletur, gl. fi. in l. 4. C. eod.

Transactio facta non solùm de liber[illegible] sed etiam de in perpetuum desistendo, non potest impleri per promittentem: quia semper potest agere saltem de facto, & pœna committeretur, vnde in hoc casu si dolus sit cõmissus post transactionem finitam in non implendo promissa, non condictio ob causam, vel præscriptis verbis: sed actio de dolo datur, gl. 4. ibid.

Transactio facta cum curatore liberat eum, etiam à malè gestis per dolum ita, quòd de dolo non possit conueniri, gl. fi. ibid.

Transactio cum herede tutoris quondam facta valet, si confessione partis, vel instrumento constet de ea, l. cùm te, 5. C. eod.

Transactione finita iam querela inofficiosi testamenti instaurari non potest ab heredibus transigentis, licèt promissa eis non seruentur: sed succurritur eis contra non seruantem per actionem ex stipulatione, vel præscriptis verbis, si stipulatio non intercessit, l. cùm mota, 6. C. eod.

Transactio si fuerit facta à matre super querela inofficiosi, ab eadem matre instaurari querela potest ob non obseruantiam promissorum: ab ipsius tamen heredibus non potest, cùm mater iam renunciauerit per transactionem, quia ipsius heredib. non potuit competere mortua ipsa, gl. 4. ibid.

Transactio facta super querela inofficiosi à matre, si non seruatur ab alia parte, filij, heredes matris speciali iure non possunt restaurare querelam inofficiosi, cùm eis non detur querela: quia præparatio fuit omissa, gl. fi. ibid.

Transactio facta à matre super querela inofficiosi, si non seruetur, ab aduersa parte, odio querelæ non potest agi ab heredibus transigentis actione querelæ: quia sicut obligatio ex maleficio per pactum tollitur ipso iure: ita querela per pactum tollitur ipso iure, ideò ad eam non potest habere regressus, d. glo. fi. in d. l. cùm mota.

Transactio conditionalis valet, & sufficit ad transigentem aliquid peruenire posse, vt transactio valeat, l. si super possessione, 9. C. eodem.

Transactio potest fieri sub conditione, ibid.

Transactio parit exceptionem, etiam contra realem actionem, ibidem.

Transactio valet, & tenet, licèt aliquid non peruenerit ad actorem, vel ipse non retinuerit, dum tamen potuit peruenire, vel ipse capere, gloss. 2. in d. l. si super possessione.

Transactionis exceptio impedit processum incheari super his, quæ per transactionem remissa sunt l. fratris tui, 10. C. eod.

Transa-

ponere exceptionem,ibid.

Tranſactioni iuratæ ſi quis contraueniat, infamis eſt, & ab actione cadit, pœnámque ſoluit,& data reſtituit,& applicatur aduerſæ parti tranſactionem obſeruanti,l.ſi quis maior,41.C.eod.

Tranſactio ſi non fiat liberè: ſed metu cogente fiat, & ſit iurata, ſi contra eam quis veniat,non eſt infamis,neque ab actione cadit,neque pœnam ſoluit, d.l.ſi quis maior,& ibi gl.3.

Tranſactioni contrauenire dicitur, vel interpellando iudicem, vel ſupplicando principibus,vel permiſſa non implendo,d.l.ſi quis maior.

Tráſactionem minor iurans indiſtinctè debet ſeruare,& ſi contraueniat,non incidit in infamiam,neque cadit ab actione,neque pœnam ſoluit,neque data repetit,gl.1.ibidem.

Tranſactioni iuratæ contrauenire dicitur ille, qui iudicem interpellat, & ſit litis conteſtatio,quæ eſt neceſſaria ad hoc,vt ſit infamis, & ab actione cadat, pœnámque ſoluat,& data reſtituat,gloſſ.4.ibidem.

Tranſactioni iuratæ vt liceat contrauenire, non poteſt petere quis,neque impetrare priuilegium à principe:& ſi petat, non cadit ab actione, neque eſt infamis:quia non venit contra: ſed petit licentiam contraueniendi, gloſſ. ſupplicando,ibid.

Tranſactioni iuratæ contrauenire dicitur ille, qui ſupplicat principi iudicem delegatum, vel delegandum ad cognoſcendum ſuper cauſa, ſuper qua tranſactum eſt, & ſacramentum exactum: ſecus ſi impetrat, vt tranſactio reſcindatur:quia tunc redditur infamis, neque cadit à ſua actione, neque pœnam,ſoluit & data reſtituit,gl.principib.ibid.

Tranſactioni iuratæ contraueniens cadit ab actione ipſo iure, † gloſſ. actione. ibidem

Tranſactio iurata facta ſuper quæſtione falſi mota ante tranſactionem valet:ſecùs ſi poſt tranſactionem quæſtio falſi inſtrumenti nota ſit,glo.4.in l.ſi ex falſis,42.C.eod.

13 Tranſactio in cauſa ſtatus ita demùm valet, ſi fiat in fauorem libertatis: ſecùs ſi fiat in contrarium:quia non tranſiret ad eum aliquod commodum,ibid.

Tranſactio in cauſa monachationis, vel conuerſionis facta ratione dubitationis valet,intellige cum decreto epiſcopi,cùm ſit cauſa ſpiritualis,ibid.

Tranſactio in cauſa matrimonij facta valet:ſed neceſſarium eſt decretum epiſcopi cùm ſit cauſa ſpiritualis,ibid.

Tranſactio, vel pactum non gratuitum: ſed aliqua pecunia data ſuper famoſis actionib.infamiam irrogat:ſicut ſententia,l.non damnatos, C.ex quibus cauſis infamia.

Tráſactio inter filium emancipatum, & patrem,qui tutelam ipſius geſſit,valet l.ſi ſuperſtite,5.C.de dolo.

Tranſactio nudo pacto tollit actionem ope exceptionis,vel ipſo iure, ſi acceptilatio interceſſit,ibid.

Tranſactio bona fide, vel dolo patris non intercedente inter filiam emancipatam,& patrem valet,d.l.ſi ſuperſtite,& ibi gl.4.

Tranſactio inter filiam emancipatam, & patrem dolo patris ſi ſit facta,contra patrem datur actio in factum:ſed ſi pater non præſtat promiſſa, tunc filia age condictione ob turpem,vel aliter,gl.ſi læſa,ibid.

Tranſactio fratris non nocet fratri ratum non habenti, l.1.C.ſi in communi,eádemque cauſa.

Tranſactio iurata poteſt infringi ab aliquo veniendo contra tranſactionem, quando dolus ex altera parte fuit:ſecùs vbi non fuit dolus, gloſſ. fi.in l.1.C.ſi aduerſus venditionem

14 Tranſactio ſine tutore facta à pupillo ſuper re, quæ poterat alienari ſine decreto,nulla eſt,cum tutore facta valet:ſed minor reſtituitur,gloſſ.fi.in l.1.C.ſi aduerſus tranſactionem.

Tranſactio ſine curatore facta ab adulto ſuper re, quæ poterat alienari ſine decreto,nulla eſt:ſed facta cum curatore valet:ſed datur reſtitutio,ibid.

Tranſactio facta à minore ſuper re,quæ non poteſt alienari ſine decreto, ipſo iure eſt nulla,etiam ſi interueniat tutor,vel curator.ibidem.

Tranſactio facta bona fide licèt ſuper cautione dolo extorta valet,& tenet,gloſſ. pe.in l.1.C.de plus petitio.

Tranſactio inutilis facta ſuper hereditate, quam quis petendo adiuit, non habet vim repudiationis, cùm fieri non poſſit de hereditate ſemel acquiſita: neque vim pacti gratuiti: quia nõ cenſetur velle donare,qui tranſigit:ſed ſolùm à lite recedere, ideò illa non obſtante tranſigens poteſt litem proſequi, l.3. C.de repudi.heredit.

Tranſactionis titulus,ex quo ſequuta eſt traditio,eſt idoneus ad præſcribendum: ſecùs ſi non continet traditionem,ſi retentionem, vel liberationem à lite mota: quia tunc non datur titulus in ipſa re, l.ex cauſa, 8.& ibi gloſſ. 1. Cod.de vſucap.pro emptore.

Tranſactio inter alios facta non poteſt facere præiudicium abſenti, l.2.C.res inter alios acta.

Tranſactio ſine cauſa fieri non poteſt,glo.cauſa.in §.omnib. in authen.de ſanctiſ. epiſcopis,col.9.

Tranſactionem ſi quis fecerit accepta pecunia, dicens, concedo tibi omne ius, quod mihi competit in tali re, de qua lis erat, & tunc habebis titulum pro emptore etiam ex tranſactione pro tali re retenta, ſicut quando diceret, ego emo quidquid iuris habes: ſed ſi tranſigens non diceret, concedo; ſed ſino, vel quito omne ius,&c.tunc non transfert dominium rei retentæ,gl.1.in add, in l.ex cauſa,8 C.de vſucap.pro emptore.

Tranſactionis exceptio impedit litis conteſtationem, & ſi omittatur,non reddit proceſſum nullum: & ſi poſt conteſtationem incœpit competere, reliquam partem iudicij impedit,ſi opponatur, ſed ſi non opponatur valebit ſententia: ſolutum tamen ex cauſa tranſactionis repetitur,l.eleganter, §.ſi quis,de condictione indebiti.

Reliqua verbo,Datum,4 5 Pœna,14.15.16.Solutum,1.Tranſigens, Tranſigere.

15 TRANSACTIO &, petitio ſi ſint ſpeciales ſuper vna re hereditatis, non præiudicant in altera re,vel perſona:nam poteſt agi de alia re non obſtante tranſactione, gl.fin.in l.tres fratres,de pactis.l.3& ibi gl.nominatim,C.de tranſact.

Tranſactio,& petitio ſi ſint generales, præiudicant in omnib. rebus hereditatis, niſi quando aliquid de hereditate eſt ſubtractum, & quando dubium pendet ex teſtamento,d.gl.ſi.

Tranſactio ſi ſit generalis quoad verba, & petitio ſpecialis: ad ſpeciem petitam reſtringitur tranſactio,gl.fi.ibi

Tranſactio ſi ſit ſpecialis,& petitio ſit generalis,in aliis rebus actio remanet,ibi. l.3.& ibi gl.nominatim,& gloſſ.petita,C.de tranſactio.

per Tranſactionem factam ſuper appellatione ſi conuentio non ſeruetur, intelligitur prima ſententia confirmari, & non obſtante appellatione debet exequutioni mandari per iudicem appellationis, qui eſt delegans, l.tale pactum, §.qui prouocauit,& ibi gl.ſequetur,de pactis.

Tranſactio inter heredem ſcriptum & venientem ab inteſtato, legatariis non præiudicat,l.3.de tranſactio.

Tranſactio facta cum vno non porrigitur ad alios,ibid.

Tranſactio aliquo dato,licèt generalis ſit facta ſuper fideicommiſſo in codicillis relicto,cùm non eſſent reperti poſteà non obſtante tranſactione codicillis repertis fideicommiſſarius poteſt petere reſiduum vſque ad totum fideicommiſſum,d.l.3.§.cùm tranſactio.

Tranſactio, licèt generalis, non porrigitur ad codicillos poſteà repertos, ibid.

Tranſactio facta per debitorem cum herede putatiuo, non porrigitur ad verum heredem, & eidem heredi putatiuo ſolutum à debitore, non repetitur per verum heredem,d.l.3.§.fi.

Tranſactio non porrigitur ad ea, quæ dolo alterius partis, vel extranei occultantur,l.qui cum tutorib.§.qui per fallaciam,& ibi gloſſ.Aquiliana,eod.

Tranſactio generalis etiam inter minores facta porrigitur ad ea de quib. actum fuiſſe probabitur per excipientem, dict. l. qui cum tutorib.§.final.& ibi gloſſ. probatur.

Tranſactio facta generaliter de his,quæ ſibi teſtamento relicta ſunt, ad quamlibet partem ex teſtamento ſibi relictam porrigitur: non autem ad ea, quæ in codicillis poſteà repertis ſibi relicta ſunt,l.non eſt ferendus,eod.

Tranſactio ſpecialis ſpecialem operatur effectum, l. 3. & ibi glo. nominatim,& gl.iubebit.C.de tranſactio.

Tranſactio ſi ſit facta de parte, & non de toto contento in petitione ſpeciali;nõ obſtat in reſiduo:& hoc tam in actionib.ſtricti iuris,quàm bonæ fidei, glo.iudicij,ibid.

Tranſactio generalis ſi ſit facta ſuper petitione generali, tunc obſtat exceptio tranſactionis in omnibus petitis:excipiuntur tamen duo caſus, gloſſ. iubebit. ibidem.

Tranſactio generalis facta ſuper petitione ſpeciali obſtat tantum in illa ſpecie petita,& non in aliis,ibid.

Tranſactio generalis acceptilatione vallata actionem ſic extinguit,quod ad eam amplius regreſſus haberi non poteſt:ſed ſi in tranſactione interuenerit dolus, agitur de dolo,niſi ſit tranſactum de illo dolo,l.4.C.eod.

Tranſactio generalis generalem parit exceptionem in eo, quod ſuper actione propoſita poterat includi: non in eo, quod includi non poterat, licèt actor tranſigens per errorem putaret includi,l.ſub prætextu,19.C.eod.

Tranſactio generalis non reſcinditur prætextu ſpecierum poſteà repertarum, ibidem.

Tranſactio ſi fuerit generalis ſuper petitione etiam generali in omnib. nocet etiam in ea ſpecie,de qua non eſt cogitatum, niſi dolus aduerſarij interueniat, glo.1.ibid

Tranſactio generalis extenditur etiam ad non cogitata, cùm ex conſenſu partium fiat,& iudicia generalia, vel ſententia generalis reſtringitur ad cogitata tantùm,ibid.

Tranſactio generalis ſuper petitione ſpeciali non nocet ipſo iure, niſi in ſpecie petita, ac ſententia generalis nocet etiam in non petitis: ſed poſteà replicari poteſt ibid.

Tranſactionis verba generalia reſtringuntur ad rem,& cauſam, de qua litigatur, vnde de cæteris quæſtionib. integra permanet actio, l.ſi decreta, 31. Cod. eodem.

Tranſactio per pactum generale neque aliquo ſpeciali nomine coarctatum non cenſetur facta de omni re: ſed de re, & cauſa, de qua litigatur, gloſſ. 2. ibidem.

Tranſactio generalis,& petitio ſpecialis ſi fuerit,non extenditur ad ea,de quibus non fuit cogitatum,neque actum,gl.fi.ibid.

Tranſactio generalis non obſtat,etiamſi de eadem re, ſuper qua fuit tranſactum, experiatur ex alia diuerſa cauſa,† ibid.

Tranſactio facta,& iurata prætextu falſi inſtrumenti ſuper vna re, vel ſuper vno capitulo,non extenditur ad alias res,vel ad alia capitula, & ſic falſitas in aliis non nocet,l.ſi ex falſis,42.C.eodem.

Tranſactio generalis, & quibuſcumque verbis concepta non obſtat agenti ex alia re, & ex alia cauſa, quàm illa,ſuper qua eſt ſpecialiter tranſactum, l.qui cum tutorib.de tranſact.

Tranſactionem ſi ego feci cum tutore meo, & fratris mei de adminiſtratione partis meæ, ſi poſteà ego ſucceſſi fratri ab inteſtato, vel ex teſtamento, illa tranſactio non porrigitur ad partem fratris,mei in qua ſucceſſi,ibid.

Tranſactio non porrigitur ad ea,de quibus non eſt cogitatum,dict.l.qui cum tutorib.§.fi.

Reliqua verbo,Generalis,Petitio,1.2.Liberatio,1.4.

TRANSACTIO non retractatur per inſtrumenta de nouo reperta, glo.noua, inſtrumenta, in l.admonendi, de iureiuran. l. ſub prætextu, 19. Cod. de tranſact.

Tranſactione reſciſſa, ex qua inducebatur exceptio, tollitur exceptionis effectus per tranſactionem inductus, l. pupilli debitor, 96.§.1.de ſolutio.

Tranſactio facta à tutore non poteſt reſcindi aduerſa parte inuita: ſed parte volente poteſt reſcindi quoad omnes effectus,ibid.

Transa-

Transactio super furto impedit dominum agere furti actione:non tamen partis perceptio,l.post decisionem,13.C.de furtis.

Transactio super furti actione non impedit dominum agere condictione furtiua:secùs si iurauerit furtum se non fecisse:quia videtur de toto iurasse,gloss.1. ibid.

Transactio super iudicato non valet,nisi sententia in dubium reuocetur, gl.si paciscar,in l.iurisgentium.§.si paciscar,de pact.

Transactio post rem iudicatam potest fieri,etiam si prouocatio non sit interposita,quando non per calumniam negatur iudicatum,vel ignoratur iudicatum,l. post rem.& ibi gloss.1.de transactio.

Transactio post rem iudicatam facta non valet : quia super incerto debet fieri transactio,l.eleganter,& ibi gl.hoc enim,de condictione indeb.

Transactio facta super Aquiliana stipulatione,in quam actio in factum ex re iudicata deducta fuit,valet,gl hoc enim,ibid.

Transactio non potest fieri super re iudicata per Aquilianam stipulationem, † ibidem.

Transactio potest fieri super sententia,à qua fuit appellatum,vel donec appellari potest.d.l.eleganter.

Transactio potest fieri quando est incertum an sententia sit lata, vel an lata valeat,ibid.

Transactio super sententia indubitata, quæ nullo remedio attentari potest, non potest fieri,ibi,& gl.2.in l.1.C.quando prouocare non est necesse.

Reliqua verbo,Pacisci,Paciscens.

TRANSACTA, finitave intelliguntur, non solùm illa de quibus controuersia fuit : sed etiam quæ sine controuersia possessa sunt, l. transacta, 229. de verb. signif.

TRANSCRIBERE est ius nostrum in alium transferre, vt transcribere fundum:id est iure cesso tradere,l.aliquando,in add.marg.ad Velleian.

Transcribere, verbum in iure variè accipitur:nam quandoque accipitur pro eo, quod est ius nouum in alium transferre, cederéque: item pro eo, quod vulgò super alium onerare,& regerere : quandoque pro describere, & iuri inserere, quod doctores iuri incorporare dicunt, gloss.transcribere, in addit. marg.in auth de mandatis princip.col.3.

Reliqua verbo, Transferre.

TRANSFERRE quandoque potest quis plus iuris, quàm ipse habet.§.contrà autem,& ibi add.marg.Inst.quib.alienare licet.

Transferre in alium non potest quis plus iuris, quàm ipse habet, c.a.§.pe.& ibi gloss.masculus,de lege Corradi.in vsib.feudorum.l.nemo plus, 55. de regulis iuris.

Transferre quandoque potest quis aliquid in aliud, quod in se habere non potest,l.cùm in fundo,81.§.si mulier,& ibi add.marg.de iure dotium.

Reliqua verbo,Dare,Dominium,10.vsque 19.Nostrum,Obligatio,22. 23.Portandi.

TRANSFVGA dicitur ille,qui ad hostes fugit,vel tempore belli, vel induciarum,quem si capimus iure belli,capimus vt noster seruus efficiatur,glo.1.in l. item ei, ex quib. causis maiores.& glo.1.in add.marg.in l.transfugam,51.de acqui.rerum dominio.l.postliminium,§.transfuga,de captiuis.

Transfugis nullum datur beneficium : quia etiam postliminium eis denegatum est,d.l.item ei.

Transfuga an fuerit quis,in dubio creditur affirmationi suæ,si antè fuerat bonus miles,non aliàs,gl.quibus,ibid.

Transfuga proditoris animo desinit esse ciuis, & etiã tutor,si erat tutor alicuius: secùs quando quis transfugit non proditoris animo:sed sic fingens,vt videret statum hostium,gl.transfugerit,in l.si quis tutor,de tutelis.

Transfuga efficitur capientis,si priùs liber fuit:si verò fuit seruus, iure postliminij domino redditur, l. transfugam, 51. & ibi gloss. 2. de acquir. rerum dominio.

Transfuga non habet postliminium,si priùs liber fuit,nisi commilitones apprehenderit,& transfugas demonstrauerit,gl.2.ibidem.

Transfugæ perfecto flagitio vbicumque fuerint inuenti, quasi hostes interficere licitum est:sed non in itinere,l.3.§.fi.& ibi gl.fi.de falsis.

Transfugæ ad hostes, vel cõsiliorum nostrorum renunciatores,aut viui exurunrur,aut furca suspenduntur,l.si quis aliquid,38.de pœnis.

Transfuga ad nos reuersus contra hostium voluntatem, nec à nobis receptus, non adipiscitur ciuitatem : sed bene libertatem, l. 4. & ibi gloss. 1. de captiuis.

Transfuga reuersus non habet postliminium, l.postliminium, 19. §. transfugæ, eodem.

Transfuga est, qui malo consilio, & proditoris animo patriam reliquit, & hostium numero habendus est,siue sit masculus,siue fœmina,ibid.

Transfuga si multos latrones apprehendit, & demonstrauit transfugas plures, potest ei parci : sed non debet parci ei,qui promittit se prædicta facturum, l. non omnis,§.fi.de re militari.

Transfuga quilibet dicitur proditor : sed non econtrà, gloss. 1. in l.proditores, eodem.

Transfuga dicitur,qui mutat locum:id est recedit de terris subiectis, & vadit ad hostes,gl.tenore,in extrauag.qui sint rebelles.in principio.

Reliqua verbo Captus,3.Confugiens,Hostes,Miles,14.

TRANSIGENS de re dubia,& lite incerta, neque finita transigit:qui verò paciscitur donationis causa,rem certam, & indubitatam liberalitate remittit,l. 1.de transactio.

Transigens super alimentis debet causam allegare coram prætore : quia prætor transigentem sine causa super alimentis non odit, l.cùm hi,§.vlt.& ibi gl.audiet,eod.

Transigens de alimentis non censetur transigere de habitatione, neque de Velleiano,d.l.cùm hi,§.qui transigit.

Transigens de alimentis non tenetur inuitus transigere de habitatione, & de aliis: quoniam poterit de omnib.siml,vel de quibusdam facere transactionem, ibid.

Transigenti reo conuento vtilius est cum authore stipulari certam pœnam, si actor contra transactionem venerit, quàm facere se liberari ipso iure præcedente Aquiliana stipulatione,l.pacto conuento,de transactio.

Transigens dato aliquo in actione furti,vel alia famosa authoritate iudicis, non, est infamis:secùs si sine eius authoritate,l.furti,§.pactum.& §.qui iussu,de his qui notantur infamia.

Transigens actor de crimine,de quo non licet transigere,transactio est nulla,neg punitur per edictum de calumniator. gloss. litem, in l. 1. §. final. de calumnia.

Transigens procurator habens speciale mandatum super lite, quam dominus calumniosè ordinauerat,rectè transigit,ibid.

Transigens accusator super crimine, super quo potest transigi, vt quia ingerit pœnam sanguinis, rectè transigit, & valet transactio,quantum ad accusatum: sed accusator incidit in Turpillianum, maximè si accusatus erat innocens, nec probatum sit crimen : non tamen incidit in Turpillianum, si innocens erat:si tamen probatum esset,ibid.

Transigens accusator super crimine, super quo non poterat transigi,vt quia crimen erat capitale,nec ingerit sanguinis pœnam : accusatus habetur pro confesso, ibi. & gloss. condictitia, in l. si duo, §. idem Iulianus, de iureiurando.

Transigens quis dolo inductus poterit agere actione de dolo in transactione commisso,gl.4.& fi.in l.4.C.de transactio.

Transigens propter dolum commissum post transactionem perfectam in non implendo promissa in transactione, non poterit agere de dolo : sed poterit agere condictione ob causam,vt se reponat in obligationem, vel etiam poterit agere præscriptis verbis ad interesse, quasi ex do vt des, vt hoc remittere sit dare,& sic cessaret de dolo.† gl.4.ibid.

Transigens si remiserit reo, nihil de hereditatis successione dicens : sed in corde retinens,quod remittebat,vt cum reus ipse institueret,valet pactum,vel transactio, siue ille,cui transigebatur,eam pollicebatur,siue nihil dixit, gloss.2.in l. cùm donationis,34.C.de transactio.

Transigendo cum filia emancipata si pater sit in dolo,filiæ non datur contra cum actio de dolo : sed loco eius datur actio in factum, l. si superstite, 5. Cod. de dolo.

TRANSIGERE non potest quis de criminibus, quæ non ingerunt pœnam sanguinis : potest tamen pacisci de illis, gloss.quatenus,in l.si vnus.§.pacta,de pactis.

Transigi non potest super dependentib. ex vltima voluntate,nisi veritate reperta per inspectionem & cognitionem vltimæ voluntatis, l. cùm, hi de transactio.

Transigi super alimentis relictis in vltima voluntate non potest sine prætore, siue illa in menses singulos,vel annos, vel vsque ad certum tempus sint relicta l.cùm hi.§.planè,eod.

Transigere non potest sine prætore ille, cui integra quantitas relicta est, vt ex eius vsuris se alat,& cùm moriatur,integram quantitatem restituet heredi, d. l.cùm hi.§.si integer.

Transigere sine prætore potest ille,cui certa quantitas,vel res legata est, vt inde alimenta Titio præstentur, cùm ipsius transactione alimenta Titij non minuantur,ibid.

Transigere sine prætore potest legatarius,vel fideicommissarius grauatus de alimentis præstandis in ipsius præiudicium:sed non in præiudicium alimentarij, d.l.cùm hi.§.sed & si,& ibi gloss imminuuntur.

Transigi oportet de vniuersis alimentis, vel de parte eorum arbitratu prætoris, d.l cùm hi §.si vni.

Transigi non potest sine prætore super fundo relicto ad alimenta,vel dato in pignus pro alimentis,ibid.

Transigi potest si post sententiam potest esse dubium, l. post rem iudicatam, & ibi gl.1.eod.

Transigere potest dominus litis, & valeat transactio, nisi quando actor calumniosè agit,quo casu non valet transactio.& punitur per edictum de calumniatorib.causam perdendo,gl.litem,in l.1.§.fi.de calumniat.

Transigere potest calumniosè litigans super causa ciuili,ibidem.

Transigi ideò non potest super publico delicto,vel priuato criminaliter intentato,nisi in quibusdam casib.quia quilibet solueret pœnam pecuniariam, vt euitaret corporalem, gloss. famoso, in l. non distinguemus. §. Iulianus, de arbitris.

Transigi potest de re dubia etiam sine lite,gl.transegerit,in l.eleganter, §.si quis, de condictione indeb.

Transigi non potest in his,quæ pendent ex testamento,nec potest veritas exquiri, nisi inspectis, & cognitis verbis testamenti, l. 1. quemadmod. testament.

Transigere propriè dicitur actor, reus verò impropriè, gloss. 1. in l. 2. Cod. de transactio.

Transigi non potest de futuris alimentis relictis ex vltima voluntate:secùs verò in debitis ex contractu:quia de his potest indistinctè transigi, gl.fi.in l. de alimentis,8.C.eod.

Transigi potest de quæstione spurietatis,vel status,l.fratris tui,10.C.eodem.

Transigere,vel pacisci potest quis de crimine capitali,& aliis criminib. ingerentib.pœnam sanguinis,l.transigere,10.Cod.eodem.

Transigere non licet in publicis criminib. quæ sanguinis pœnam non ingerunt, ibidem.

Transigi non potest in crimine adulterij,ibid.

Transigere potest quis licitè super crimine falsi.ibid.

Transigere, vel pacisci licitum est accusato de crimine capitali ingerente sanguinem:non tamen est licitum accusanti,gl.3.ibid.

Transigi sicut non potest super crimine adulterij,ita non potest de raptu virgi-

Transi-

Trebellianicam quartam per ipsas res hereditarias, & non per fructus hereditatis debent retinere liberi in primo gradu grauati restituere: in aliis autem de fructibus debent retinere, l. iubemus, in princ. & in §. fi. Cod. eod.

Trebellianica potest in vna re retineri, non tamen Falcidia, glo. 1. in l. 2. C. ad legem Falcid.

Trebellianicam quartam detrahere possunt hi, qui ab intestato succedunt, glo. 1. in l. fi. C. quando dies legati.

Trebellianicam potest testator prohibere, † glo. substitutis, in §. si verò expressim, in auth. de heredib. & Falcid. col. 1. gl. liceat, in add. in §. sed quis stipulationes, Inst. de fideicom. heredib.

Trebellianica quandoque appellatur Falcidia, auth. de immensis donat. in addit. marg. col. 7.

Trebellianica hodie æquiparata est Falcidiæ, gl. liceat, in add. in §. sed quia stipulationes. Inst. de fideicommiss. heredit.

Reliqua verbo, Quarta, 1. 3. Fideicommissarius, 13. Filius, 175. vsque 180. Heres, 172. & 173. Falcidia, 13.

TREVGA magis accedit guerræ, quàm paci, gloss. vasalli, qui tempore. in extrauag. de pace Constantiæ. §. vasalli.

de Treuga, & pace idem est iudicium, ibid.

Treugæ tempore non est tutus accessus, ibid.

Treugæ dicuntur, quæ dantur in longum tempus: sed induciæ dicuntur, quæ sunt in breue tempus, gl. fi. in l. conuentionum, de pactis.

Reliqua verbo, Induciæ, Conuentio, 1.

TRIA dicuntur multa, l. licet imperator, 77. ibi, quæ ex multis, de legat. 1.

TRIBONIANVS vir magnificus appellatur à Iustiniano in proœm. Digestorum. §. nos verò.

Tribonianus fuit vnus ex compilatoribus Digestorum, & fuit decoratus eloquentiæ, & legitimæ scientiæ artib. & in ipsis rerum experimentis emicuit, l. 2. §. quæ omnia C. de veteri iure.

TRIBVNAL dicitur, vbi iudex ordinarius sedet in audiendo, & iudicando: sed principis, vel Papæ dicitur consistorium, gl. tribunal, in §. illud etiam, in auth. de appellat. & intra quæ tempora. col. 4.

TRIBVNVS plebis erat, qui ex Senatorio ordine creabatur iussu plebis post exactos reges, l. 1. in add. marg. ad legem Aquil.

Tribunos creauit plebs, cùm à patribus secessit, l. 2. §. iisdem temporib. de origine iuris.

Tribuni dicuntur, quòd olim in tres partes populus diuisus erat, & ex singulis singuli creabantur, vel quia tribuum suffragio creabantur, ibidem.

Tribuni militum partim ex plebe, partim ex patrib. consulari potestate creari cœperunt, eò quòd plebs contendebat cum patrib. & vellet ex suo quoque corpore consules creare, & patres recusarent, d. l. 2. §. deinde cùm post.

Tribunus non efficitur quis sola electione, nisi accepto cingulo, gl. electi, in l. antepend. de militari testam.

Tribuni ex primicerio habent immunitatem hospitem recipiendi in domibus, quas tenent in vrbe Constantinopolitana, l. fi. C. de metatis. lib. 12.

Tribunus præerat plebeis, & eorum magistratui, glos. veluti, in §. constat. Inst. de iure naturali.

TRIBVS, id est progenies, vt tribus seruorum, iuxta illud, ex tribu Nephtalim, &c. gl. 1. in l. si patronus, 24. de legat. 3.

TRIBVTARIVS si non potest vti fundo, prout descripsit in censum: quia chasmate pro parte periit, vel vites siccæ sint, ille, qui præest, censum releuat. gl. 1. in l. 1. C. de collatione donat. lib. 10.

Tributarij heres scriptus etiam onus fundorum sterilium tenetur agnoscere, & si hereditati renunciet, cogitur cedere omnibus bonis, quæ ex aliquo titulo à tributario defuncto percepit, l. heredes. Cod. de omni agro deserto, lib. 11.

Tributarij si propter contumaciam fiscalibus debitis, vel tributis satisfacere distulerint, eorum res distrahi debent post duos menses à die captionis, seruatis solennitatib. à iure statutis, data emptori perpetua firmitate possidendi, l. 1. & ibi gl. 1. C. de capien. & distrahen. pigno. lib. 10.

Tributarij quando differunt tributa soluere, eò quòd prædium non sit fertile, perinde ac fuit: tunc res vendi non debet: sed æquum est de pensione diminui: si verò differat, eò quòd non sit soluendo, tunc non debet vendi res: sed alij tradi, vel dilatio debet concedi, d. gl. 1. in add. marg. ibid.

Tributarius ad solutionem tributorum statim debet compelli, & res illorum, qui cessant soluere, detinentur, & vendi debent periculo tributum vendentis, §. coges, in auth. de mandatis principum. col. 3.

Tributarius pro paludib. & pascuis modicum censum præstans si sumptibus suis illa ad culturam, & ad frugum fertilitatem transtulerit, non possunt à fisco vendi, vel peti, nec census augeri, l. fi. C. de alluuionib.

Tributarij possessores siue militares, siue non militares existentes audaces ad nõ soluendum tributa, possunt compelli per militare auxilium ad soluendum, l. 1. C. de officio præfecti August.

Tributario propter incrementum alluuionis augentur tributa, & propter eius detrimentum etiam diminuuntur, gloss. cui, in l. si merces, 28. §. vis maior. locati.

Tributarias res si licitè emit domus imperialis, vel Ecclesia, & non soluerit tributa, ea res ei aufertur, & assignatur ciuitati, vt integra tributa soluantur, l. fi. C. de exactorib. lib. 10.

Reliqua verbo, Censibus, Prædium, 34. Fundus, 7. 8. Tributum.

TRIBVTORIA non habet locum, nisi in merce peculiari, l. 1. & ibi glo. merce, & l. procuratoris. §. mercis, de tributoria.

Tributoriæ actionis edictum non habet minimam vtilitatem, d. l. 1.

Tributoria porrigitur ad omnes negotiationes mercis peculiaris, & sic ad seruos fullones, sarcinatores, textores, vel venalitiarios, quos seruus habet in peculio, d. l. 1. & ibi gloss. textores.

Tributoria competit de eo, quòd contractum est in merce peculiari, cum eo, qui est in alterius potestate eo sciente, d. l. 1.

Tributoria datur pro portione contra vtrumlibet ex dominis qui sciunt seruum communem negotiari in re peculiari, l. 3. eodem.

Tributoria actio dicitur de peculio, gl. de peculio, in l. procuratoris. eodem.

Tributoria vt competat aduersus dominum, parui refert an cum ipso seruo, an cum eius institore contrahatur de merce peculiari, d §. 1.

Tributoria datur creditorib. peculiaris mercis contra eos, qui seruos habent in potestate: nec refert, quòd à seruo debeatur domino nomine mercis, vel aliàs ad hoc, vt dominus veniat in tributum cum illis creditoribus, d. l. procuratoris, §. mercis.

Tributoria non facit, sicut actio de peculio, occupantis meliorem causam: sed facit æqualem conditionem, etiam quandocumque agentium, l. non enim, eodem.

Tributoria, quæ occasione doli commissi non malè distribuendo competit, datur perpetuò, & in heredem de eo tantùm, quòd ad eum peruenit: sed vbi non fuit dolus, datur etiam de eo, quod non peruenit in hereditate, l. illud. §. fin. & ibi glos. penult. eodem.

Tributoria datur propter dolum, d. l. illud. §. fi. cuius.

Tributoria rei persecutionem continet, & ideò dominus etiam seruo negotiatore mortuo, item heres propter factum defuncti perpetuò tenetur tributoria, l. quia non de dolo, eod.

Tributoria, quæ occasione doli commissi in malè distribuendo competit, datur perpetuò, etiam contra quoscumque successores, & bonorum possessores de eo, quod ad eos peruenit, l. quod in herede, eod.

Tributoria datur etiam antequàm dominus distribuat: quia minus tribuit, qui nihil tribuit, † gloss. final. in §. introduxit. Instit. quod cum eo, qui in aliena potest.

Tributoria habet locum in merce peculiari, institoria in merce dominica: & si vna agens succumbat: quia malè intentauit, potest & alteram intentare, gl. 1. in add. marg. ibid.

Tributoria vocatur quando seruus sciente domino in merce peculiari negotiatur, & quod cum eo eius rei causa contractum est, & si dominus recipere debet aliquid, vocatur in tributum vnà cum aliis creditorib. peculiarib. d. §. introduxit.

Tributoria non est nomen actionis: sed est nomen adiectiuum, & intelligitur secundum actionis qualitatem: vt si aliàs sit actio perpetua, vel temporalis, vel transitoria ad heredes, sit etiam hæc adiectio tributoria vel perpetua: vel temporalis, gl. fi. in l. 4. §. fi. de exercitoria.

Tributoria datur, vbi quis institor non fuit de merce dominica: sed de re peculiari: sed si fuit institor mercis dominicæ, datur institoria, l. sed & si pupillus, §. item, si de instit. actio.

Reliqua verbo, Actio, 2. 32. Heres, 92.

TRIBVTVM, & stipendium idem sunt, licèt ex diuersis dicantur, glo. 1. in l. neque stipendium, de impensis.

Tributa, & collectas debet soluere ille, qui percipit fructus: quia ea sunt onus fructuum, d. l. neque stipendium.

Tributa fiscalia soluendi onus pertinet ad possessorem, etiam si possideat, non vt dominus: sed ratione pignoris, & pactum in contrarium factum non valet, l. inter debitorem, de pactis.

Tributa, quæ ex re dantur, de fructibus præstantur, glo. fi. in l. generali, 32. §. fi. de vsufructu legato.

Tributum præstatur ratione soli à possidentibus: & dicitur etiam census: lex enim quoties tractat de tributis, ponit de possessionib. & possidentib. qui coguntur ea præstare, glo. pendant, in l 1. §. 1. de vectigalib.

Tributum differt à vectigali: quia illud præstatur ratione soli proprij possidentis: sed vectigal ratione soli publici, in quo portantur, & venduntur ea, quæ vehuntur, ibidem.

Tributum annona publica, functio, siue pensitatio, vel census sunt idem ibidem.

pro Tributis ipsa prædia non personæ sunt obligata, & ideò possessores etiam præteriti temporis tenentur soluere tributa: ipsi tamen habent actionem contra suos authores secundum qualitatem contractus, & fidei, l. imperatores, 7. & ibi gl. habituros. eodem.

ob Tributa non soluta si prædia vendantur publica authoritate, emptores eorum non tenentur præteriti temporis tributa soluere. gl. debere, ibid.

Tributa non soluens incidit in commissum, & prædia, pro quibus debétur tributa efficiuntur fisci, nisi non soluens sit pupillus, qui intra triginta dies post commissum soluens liberatur, d l. imperatores. §. fi. & ibi gl. pe.

Tributum, vel vectigal, quod soluitur in recognitionem vniuersalis dominij, non potest præscribi. gl. præstitum, in add. in l. locatio, 9. §. pe. eodem.

Tributorum exactio onus patrimoniale est, l. 3. §. exactionem, de muneribus.

Tributa non præstant Italici, l. 1. & ibi gl. 1. de censib.

Tributa non præstant prouinciales: quorum prouinciis ius Italicum tributum est, vt in Syria, Phenice, Tyriorum coloniæ, & aliis colonis diuersarum prouinciarum, d. l. 1. & gl. 1. in l. fi. C. si fine censu, vel reliquis.

Tributum agri debet solui in ea ciuitate, in cuius territorio possidetur, l. forma, §. si verò, de censibus.

Tributum prædiorum, quæ quis habet communia cum plurib. si soluerit pro se, & consociis, debet fiscus cedere actiones contra socios suos, pro quibus soluit, l. cùm possessor. & ibi gl. 1. eodem.

Tributum pro prædio legato si non soluatur suo tempore, si fiscus potest vendere prædium iure pignoris, non obstante, quòd legatarius velit cauere de soluendo tributo, & quòd heres pro præteritis tributis sit soluendo, d. l. cùm possessor. §. fi.

Tributum appellatur à contributione, vel ex eo, quòd militibus tribuatur, l. ager est locus, 27. de verborum sig.

Tributa debent imponi secundum qualitatem fructuum, gl. 1. in auth. sicut alienatio. C. de sacrosanctis.

Tributa per Aegyptiacam diœcesim cura & prouidentia præfecti Augustalis à moderatoribus prouinciarum exigi debent, l. 1. Cod. de officio præfecti Augusti.

Tributa pro prædiis, & capitib. præstantur, gloss. tributorum, in l. 3. Cod. de compensat.

Turba poteſt comprehendere magnum ſpacium loci,gl.in turba,in d. l.4.§. hoc edicto.

Turba fit ex decem hominib.gl.turba,in l.prætor,7.§.fi.de iniuriis.

Turbam non faciunt vnus,nec duo.glo.pe.in l.deteſtatio,40.de verbo.ſigni.

Reliqua verbo, Tumultum.

TVRMARII dicebantur,qui & turmæ; id eſt tribus decuriis, præerant, aut qui ex his erant: & has decurias tribus veteres nominarunt: vnde & tribunos, l. 2. in addit. margin. C.de priuileg. eorum,qui in ſacro palatio,lib.1.

Reliqua verbo, Tribus.

TVRPIA de iure dicuntur impoſſibilia,gl.2.in l.cùm donationis,34.Cod. de tranſactio.

Turpi cauſa promiſſum non obligat promittentem, gloſſ. 1. de condict. ob turp.

Turpibus verbis vtens non dicitur tentare pudicitiam. tenetur tamen iniuriarum actione,l.item apud Labeonem,§.appellare,de iniuriis.

Turpis,& iniuſta cauſa pro eodem ponuntur,gloſ.in rub. de condictione ob turpem cauſ.

Turpia lucra ab heredib.extorqueri poſſunt, licèt crimina extinguantur morte defuncti,l.in heredem,de calumniat.

Reliqua verbo, Datum, 11.12.13.Meretrix, Pactum,12.Quaſtus, Stipulatio, 26. Legatum,6.

TVRPILLIANVM non habet locum in criminib.priuatis,gl.1.in l.cùm calumniatores.C.de calumniator.

Turpilliani accuſatio non eſt publica,l.3.§.fi.& ibi gl.deſtituiſſe,de præuaricat.

Turpilliani pœna eſt quinque aureorum regulariter contra deſtituentem accuſationem publici iudicij: fallit in minore, & in muliere, d. §. fi. & ibi gl.fi.

Reliqua verbo, Abolitio, Accuſatio.4.5.13.14.20.21.Tergiuerſari.

TVRPITVDO quando verſatur ex parte dantis, & accipientis, repetitio dati non datur danti:ſed ſolùm ei,in cuius præiudicium turpiter datum eſt, l.3. §. fi.de calumniator.

Turpitudo ex parte tantum accipientis pecuniam, ne faceret alicui negotium calumnioſè,ſi verſetur,contra accipientem datur actio in factum de calumniatorib.item condictio ob turpem cauſam,ita quòd vna per aliam tollitur,l. in heredem,§.ſed etiam,eod.

Turpitudo ſua recipienti debet obſtare,quando quis dedit aliquid alicui, vt aliquid turpe faceret:ſed quando quis dedit contrahendo contractum,quem lex prohibet,competit repetitio;neque obſtat ſua turpitudo, gl.fi.in l.fin. de aleæ luſu,& aleator.

Turpitudo,quæ poſteà intermiſſa eſt,non aboletur, niſi ſtatim poſt turpitudinem mutauerit ſe,l.palam,42.§.non ſolùm,de ritu nuptiarum.

Turpitudinem ſuam allegans repelli debet,& etiam eius heres, l. tranſactione, 30 & ibi gl.fi.C.de tranſactio,l.mercalem.C.de condict.ob turp. l. ſi creditorib.& ibi gl.1.C.de ſeruo pigno.dat.

Turpitudinem,quam ipſe patitur,non poteſt alij obiicere, l.in arenam, 11. C.de inofficio.teſtam.

Turpitudo continetur in promiſſione,ſiue ex vtraque parte,vt promitto ſi delinquas:ſiue ex parte recipientis,vt promitto,ne delinquas: aut ex parte dantis: vt promitto meretrici,gl.2.in l.1.C,de condictione ob turpem.

Turpitudo quoties tantum in accipientem ob turpem cauſam verſatur, acceptum condici poteſt,l.4.& pen.C.de condict.ob turpem.

Turpitudo vbi tam in accipiente, quàm in dante aliquam rem verſatur, acceptum non poteſt condici,l.mercalem,C.eod.

Turpitudinem ſuam allegare poteſt quis quandoque,vt quando agit nomine filiorum, & non ſuo: aliàs non licet allegare, gloſſ. pe.in l.1.Cod. de liberal. cauſa.

Turpitudo tollit actionem,gl.actionem,in §.pro temporalib. in auth. de eccleſiaſti.titulis.col,9.

TVRPITER accipit fur rerum & animalium quicquid accepit pro reſtituédo,& ideò illud tenetur reſtituere,l.pe.C.de condict.ob turp.

Turpiter facit ille,qui facit aliquem redimere,l.4.iuncta l.præced.de condictione ob turpem.

Turpiter fit omne,quod gratis faciendum eſt,ſi pecunia fiat,gl.repeti,in d.l.4.§. fi.& l.fi.eod.

Reliqua verbo, Allegare, Infamia,1.Probrum.Promiſſio,7.Promittens,14.Meretrix, Promiſſum, Repetere, Accipere, Dans, Condictio,9.Datum,11.12. 13, Acquiſita, Stipulatio,26.

TVRRES, & portæ ſarraliorum, ſiue turres ciuitatis debent deſeruire vſui eorum, quorum in terrulis ſunt ædificatæ,gloſſ.1.in l.turres, 17. C.de operib. publicis.

Tutela in genere, num.1.vſque 5.
Tutela legitima, & datiua.6.7.8.9.
Tutela teſtamentaria,10.
Tutela excuſatio,11.vſque.15.
Quoad tutelam finitam,vel finiendam,16.17.
Quoad tutela actionem,18.

1 TVTELA eſt vis,ac poteſtas in capite libero ad tuendum eum,qui propter ætatem ſe defendere nequit,iure ciuili data,ac permiſſa.§.eſt autem.Inſt.de tutelis.& l.1.de tutelis.

in Tutela,vel cura exiſtentes ſunt ſui iuris,in princ.& ibi gloſ.non ſunt.Inſtit.de tutelis.

Tutela eſt munus publicum authoritate;ſed vtilitate principaliter eſt priuatum, & ſecũdariò publicum:quia expedit reipub,ne quis ſua re malè vtatur, gl.munus,in l.athletæ;8.de excuſat.tutorum.gl.fi.in l.4. C.de appell.in prin. & ibi gl.publicum.Inſt.de excuſat.tutorum.

Tutela non eſt reipub.munus,nec pertinet ad impenſam patrimonialem:ſed perſonalem,d.l.athletæ,

Tutela eſt munus ciuile,i.de iure ciuili.& ita ſecundum hoc dicitur munus ciuile,d.l.athletæ,& ibi gl.ſed ciuile,& gl.1.in l.coloni.8.C.de excuſa.tutorum.

Tutela non eſt tale munus:qualia ſunt alia munera,quæ ſunt in prouinciis; quæ ſunt publica authoritate,& vtilitate,d.l.athletæ,& ibi gl.ciuile.

Tutela eſt munus publicum,l.non tantum,19.§.cos,de excuſat.tutorum, gl. l.2.ne de ſtatu defunctorum.

Tutela eſt de iure ciuili,quæ quidem tutela differt à tutela propriæ perſonæ, rúmque propriarum,quæ de iure gentium eſt,gl.iure ciuili,& ibi add. in §. autem.Inſt.de tutelis.

Tutela cùm ſit ius publicum,non curatur ius patriæ poteſtatis,& ideò filiusfa poteſt eſſe tutor,gl.filiusf.in princ.Inſt.qui teſtamento tutores dari.

Tutelæ onus exemplo cæterorum munerum ciuilium eſt introductum,l.1.C quod cum eo,qui in aliena.

Tutelam adminiſtrare virile munus eſt,l.1.C.quando mulier tutelæ officio. & fi.de tutelis.

Tutelæ officio eſt vltra ſexum fœmineæ infirmitatis,ibid.

Tutelæ,& curæ officium,& munus defendendi minorem,eſt neceſſarium, l.fi. de adminiſtr.tutorum.

Tutelæ,verbum ad tempus retinet propriam ſignificationem,& poſt aſſumit liam,& impropriam,l.pater Seuerinam,100.§.conditionum, & ibi gl. non v detur.de conditio. & demonſtr.

Tutela quoad materiam,& formam à iure ciuili eſt inuenta, cùm iure gentiu nihil eſſet de ea cogitatum:detrahitur enim iuri gentium in poteſtate dom norum reſtricta,gl.1.in l.ius ciuile,de Iuſtitia,& iure.

Tutelam adminiſtrandam conſilio matris ſi paterfam.alicui commiſerit, il non tenetur ex neceſſitate conſilium matris aſſumere,ſi illa mater non potu eſſe tutrix:ſecùs ſe potuit eſſe tutrix:quia tunc debet ſtare eius conſilio, glo imputabit,in l.1.§.ſi plures.de exercitor.actione.

Tutela ſaltem vnius diei idem vinculum operatur,quod & longi temporis, l.p §.ſed & ſi.in fi.& ibi add.marg.de ritu nuptiarum.

Tutela virile officium eſt,nec tranſit hereditario iure ad alium, l.tutela, & l.fi de tutelis.

ad Tutelam filiorum hodie mater,& auia abſque impetratione principis omni præferuntur,ſi renuncient ſecundis nuptiis,& Velleiano,exceptis teſtamenta riis,gl.fi.in d.l.fi.eod.

Tutelæ adminiſtrationis periculum pertinet ad iudicẽ, qui tutores confirmau ſine inquiſitione,& fideiuſſores non recepit,l.tutores,5.de confir.tutore.

Tutèla denegatur ei,qui eſt implicatus cum fiſco,l.vel cum fiſco,& ibi gl.1.eod

Tutela interdum alibi eſt,& alibi hereditas, vt ſi conſanguinea proximior, ve ſoror pupillo ſit, hereditas tanquam ad agnatam proximiorem pertinet ad eam:tutela verò ad agnatum,l.1.de legitim.tutor.

Tutela defertur interdum etiam ſine hereditate,& interdum defertur hereditas ſine tutela,vt ſi rogatus ſeruum manumittere latitet,vel ſubuertere fideicommiſſariam libertatem velit,ſeruus peruenit ad libertatem, & patronus priuatur iure ſuccedendi,non tamen priuatur onere tutelæ,d.l.1.§.fi.

Tutelæ omnes tolluntur etiam per minimam capitis diminutionem ipſius pupilli:ſed per mediam,& maximam tantùm capitis diminutionem tutoris tolluntur,& non per minimam,præter legitimam, quæ etiam per minimam capitis diminutionem tutoris tollitur,gl.1.in l.2.de legiti.tutorib.

Tutelæ adminiſtrationem poteſt iudex cõmittere, & decernere vni ex tutorib. legitimis,vel datiuis ex cauſa,vt quia alij ſint abſentes,vel furioſi,l.5.§.1.eo.

in Tutelæ adminiſtratione decretum iudicis iure Digeſtorum interponebatur, ibidem.

Tutelæ periculum non ſpectat ad abſentes cauſa legationis per id tempus, quo in legatione ſunt,& interim datur curator,l.ſcire,21. §. eos, qui, de tutorib. datis.

Tutelæ periculum pertinet ad tutorem à tempore ſcientiæ, l.quidam,6. §.fi. de adminiſtr.tutorum.

Tutela ſi duob.gerenda commiſſa ſit vel à teſtatore,vel à iudice,vel ab aliis contutorib.intelligitur permiſſum etiam vni eorum,quòd poſſit agere in ſolidum contra debitorem pupilli eius nomine,l.decreto,25.§.fi.& ibi gl.pen. de adminiſtra.tutorum.

Tutelæ diuiſio qualitercumque facta non impedit,quin de re pertinente ad adminiſtrationem vnius contra alium poſſit obiici compenſatio,& dari petitio, † l.inter tutores,37.& ibi gl.mag.eod.

Tutelæ diuiſio non fit iure ipſo;ſed iudicis authoritate,vel aſſignatione,† gloſſ. non iuris,ibid.

Tutela ſi fuit diuiſa à iudice,vel teſtatore vt vnus in prouincia,alius in Italia adminiſtraret:ſi quidam Italicus reſtituit quendam prouincialem, & granauit de reſtituenda hereditate dicto pupillo,tutor prouincialis debet cogere illum heredem adire & reſtituere verbo,ita,vt Italicus poſteà adminiſtret: quod ſi non fecerit,& inſtitutus heres deceſſerit,ſine herede,& ſic extinctum ſit fideicommiſſum,tenetur tutor prouincialis huius culpæ nomine,l.tutores,qui,40. §.heres,& ibi gl.1.eod.

Tutela filij iure patriæ poteſtatis datur,& non militiæ præmio, l.impuberi, 41. eodem.

Tutela finitur morte pupilli,gl.2.in l.cùm poſt mortem,44.eod.

Tutelæ priuilegium pupillo competens non perimitur nouatione neceſſaria per ſententiam condemnatoriam latam in tutoris præiudicium,l.defenſor.de tutel.& ration.

Tutelam adminiſtrans,etiam ſi non erat tutor:ſed vt tutor agebat,tenetur ex ſtipulatione rem pupilli ſaluam fore:ſed ille,qui nullo modo geſſit, etiamſi erat verus tutor,non tenetur illa ſtipulatione,nec directa,nec vtili,quamuis teneatur vtili actione tutelæ,l.4.§.1.& ibi gl.vtili.rem pupilli ſaluam fore.

Tutelæ officium à bonis viris adminiſtrari debet,à quo tutelari officio,qui ſunt minus fide idonei,vt ſuſpecti recuſantur,gl boni viri,in l.fi.C.eod.

Tutelas recuſant boni viri,ſi quidem illis onera videantur:at improbis,ſatagentibuſque ſubſtantiam pupillarem in ſuam conuertere tutela acceptabilis dulcis,atque amica eſt,gl.boni viri,& ibi add.marg.ibid.

ex Tutela vna plures cauſæ,variæque quæſtiones apud diuerſos iudices non debent conſtitui contra fideiuſſores datos pupillo ſingulos in ſuo foro conueniendo.d.l.fi.& ibi gl.fi.

ad Tutelam alicuius quando vocatur quis vt proximior, vocari debet ſimiliter ad ſucceſſionem,l.quò tutela,74.de regulis iuris.

3.de excuſ.tutor.glo.item tria,& ibi add.marg.in §.item tria,Inſtit. de excuſ. tutor.

Tutelam vnam ſuſcepiſſe dicitur ille,qui tribus fratribus tutor datus eſt,qui indiuiſum patrimonium habent,d.l.3.

Tutelas tres habens ad quartam vocari non debet,& ſi ſit vocatus,ipſo iure non valet quartæ vocatio,l.2.§.fi.& l.4.& ibi gl.illam,de excuſ.tutorum.

Tutelas duas habens ad tertiam vocatus ſi appellauerit lata ſententia ſuper excuſatione propoſita,pendente appellatione , ad quartam non poteſt vocari: ſed terminus illius appellationis expectatur,& in ea ſuccumbens quartam repellit;ſecùs ſi non ſuccumberet:quia tunc à quarta non haberet excuſationem ob id,niſi alia ſibi competat excuſatio,d.l.4.

Tutelas duas habenti ſi deferantur duæ diuerſis temporibus,prior præfertur poſteriori : ſi verò in ſimul deferantur,illa præfertur,quam deferens declarauerit,l ſi duas,eo.

Tutelæ duæ ſi ſimul dentur habenti alias duas à diuerſis iudicibus,recurritur ad ſuperiorem,vt eligat vnam ex illis,gl.eliget. ibid.

Tutelas tres ſi habeat pater,vel filius,vel frater , qui eſt in eiuſdem poteſtate, quæ ſpectant ad periculum patris ſui , quia voluntate patris ſui adminiſtrabat, tam patri,quàm aliis filiis competit excuſatio : ſecùs ſi voluntate eiuſdem patris non adminiſtrabat,licèt pater de peculio teneatur, l.5.& ibi gl. fi. eodem.

Tutelam filij ſui emancipati ſi pater tãquam legitimus tutor adminiſtraret, illa tutela connumeratur inter tres tutelas,quæ excuſationem præſtant, l. ſi quis inter,18.eod.

Tutelam nondum ſuſceptam facilè poteſt quis euitare excuſando ſe,gl.deponere,in l.verum,§.ex facto,de minor.

12 Tutelam iam ſuſceptam non poteſt quis recuſare , niſi trans mare cauſa reipub. abeſt,vel ſit ſilentiarius,vel conſiliarius principis , vel ratione Senatoriæ dignitatis,vel niſi tranſtulit domicilium iuſſu principis,vel ſit factus cæcus,furioſus,vel ſimilis conditionis,quibus caſibus prorſus deponit,ibi.

Tutelam ſuſceptam ad tempus deponunt illi,qui reipub.cauſa abſunt : ſed non trans mare;& qui alicui negotiationi à principe ſunt præpoſiti,ibid.

Tutelæ excuſatio data tutori,vel curatori abſentibus adoleſcentib.ipſo iure non tenet,& ideò abſque reſtitutione reponuntur in priſtinum ſtatum,gloſ.reducere,ibi.

Tutelam ſuſcipere milites prohibentur à lege, gl. 2. in auth. ſicut,de legitima tutela.

à Tutela patroni libertus non poteſt ſe excuſare , gloſſ. 1. in l.3. Cod. de excuſ. tutorum.

Tutelæ excuſationes ſunt proponendæ intra quinquaginta dies.gl.2.ibid.

à Tutela ſe excuſare non poteſt monoculus ; ſed bene carens ambobus oculis, l. frater,9.& ibi gl 1.C.eo.glo.1.in l.1.C.qui morb.ſe excuſ.

à Tutela,vel cura ſe excuſare poteſt exactor tributorum durante tempore exactionis,vel ille,cui princeps curam alicuius rei mandauit,l.exactores,10.& ib gl. 1.C.de excuſ.tutor.

à Tutela,vel cura excuſari poſſunt abſentes cauſa reipub. quandoque ad annum, quandoque ad plus,& quandoque in perpetuum,gl.1.ibid.

à Tutela excuſantur Romæ paréres habentes tres liberos incolumes, & de quorum etiam ſtatu non ambigitur;in Italia verò quatuor:in prouincia quinque, l.1.C.qui numero liberorum.in prin.Inſt.de excuſ.tutor.

Tutelæ excuſationem habet cæcus,ſurdus,mutus,aut furioſus, aut perpetua valetudine detentus,l.1.C.qui morbo ſe excuſant.glo.aduerſam,in §.ſed & propter.Inſt.de excuſ.tuto.

Tutelæ,vel curæ excuſationem habet ſeptuagenarius,l. 1.C.qui ætate ſe excuſ.

13 Tutelæ,vel curæ quartæ excuſationem habet, habens tres tutelas , vel curas eodem tempore,non defunctoriè;id eſt tranſitoriè,vel affectatæ,l.1.& ibi glo.2. C.qui numero tutelarum.

ad Tutelæ,vel curæ excuſationem quandoque trium tutelarum,vel curarum adminiſtratio non ſufficit:quandoque vnius tutelæ ſufficit,& ſic relinquitur iudicis arbitrio,gl. 1.ibi.

Tutelæ,& curæ officium interdicitur epiſcopis,& monachis;ſed presbyteris , & aliis clericis in quibuſdam caſibus permittitur, §.Deo autem,in auth.de ſanctiſſ.epiſ.col.9.

Tutelæ tres diuerſarum domuum ſimul iunctæ non præſtant immunitatem à ciuilibus muneribus : ſed à quarta ſic,l.tutelæ, Cod. de excuſat. munerum. lib.10.

ad Tutelæ excuſationem non proſunt liberi adoptiui patri adoptiuo : ſed bene proſunt patri naturali,§.ſed adoptiui.Inſt.de excuſat.tutorum.

ad Tutelæ excuſationem; proſunt nepotes ex filio mortuo : ſed non ex filia, ibidem.

ad Tutelæ,vel curæ excuſationem proſunt filij ſuperſtites:ſed non mortui , niſi in acie fuerint mortui,ibi.

ad Tutelæ excuſationem non proſunt filij non nati,licèt ſint concepti,gl.defuncti,ibi.

Tutelæ , vel curæ excuſationem habet adminiſtrans res fiſci , quamdiu adminiſtrat,§.item diuus,Inſtit.eod.

à Tutela,vel cura noua excuſatur in totum abſens cauſa reipub. ſed ab antiqua tutela , vel cura excuſatur tantùm durante abſentia , §. item qui reipub. Inſtit.eod.

à Tutela excuſatur ille,qui habet publicam poteſtatem : id eſt publicum magiſtratum : ſed à tutela iam ſuſcepta non poteſt ſe excuſare,§.& qui poteſtatem. Inſt.eod.

à Tutela non excuſatur quis propter litem,quam habet cum pupillo,niſi ſit omnium,vel maioris partis bonorum,§.item propter litem. Inſt.eod.

14 Tutelæ excuſationem præſtant alicui tres tutelæ non affectatæ, quam diu ab eo adminiſtrantur;ſed ab eo affectatæ non præſtant ei excuſationem,§.item tria, & ibi gl. 1.Inſtit.eod.

Tutela plurium pupillorum,vel cura eorundem bonorum: veluti plurium fratrum computatur pro vna tutela,ibid.

à Tutela quarta non excuſatur habens tres tutelas,ſi illæ ſint leues,vel leuiſſimæ, & idem ſi vna illarum,vel quarta ſuperueniens breui tempore finienda eſt,vt ta intra ſemeſtre.gl.item tria,& ibi add.marg.ibi.

Tutelæ excuſationē præſtat paupertas,& infirmitas,propter quas quis nec quidem ſuis negotiis intereſſe poteſt:ſecùs ſi poſſet intereſſe tutelæ,§.ſed & propter,& ibi gl. 1.Inſt.de excuſ tuto.

Tutelæ excuſationem habet perpetua valetudine detentus , gloſſ. aduerſam ibidem.

Tutelæ excuſationem non præſtat furor : ſed interim datur curator, ibidem.

ad Tutelam, etiamſi velint,non admittuntur ſurdus,& mutus , & ideò quantum ad illos, impropriè ponitur excuſatio,ibi.

Tutelæ excuſationem habet ignarus literarum,ſi ſit ſimplex,& rudis : ſecùs ſi ſit ſagax in negotiis,§ ſimiliter,& ibi gl.1.Inſt.eodem.

Tutelæ excuſationem habet tutor teſtamento datus propter inimicitias, vt debitis ſupponatur , & à pupillo vexetur , §. item ſi propter inimicitias Inſtit.eod.

Tutelæ excuſationem,quam habebat, perdit, qui patri pupillorum promiſit ſe adminiſtraturum tutelam,ibid.

à Tutela non excuſatur quis,ex eo,quòd ſit ignotus patri pupillorum,§.non eſſe.Inſti.eo.

Tutelæ excuſationem habet,qui ibi domicilium non habet , vbi datus eſt, gloſ. 1.ibi.

Tutelæ datiuæ, vel legitimæ excuſationem præſtant inimicitiæ capitales , quas quis cum patre pupillorum,vel adultorum habuit,ſi reconciliatio non fuit ſequuta,§.inimicitiæ.Inſt.eo.

à Tutela excuſatur,qui ſtatus controuerſiam paſſus eſt à patre pupillorum , vel ſi is mouet ſtatus quæſtionem ipſis pupillis,niſi calumnioſe moueat, §. item is,qui & ibi gl.1.& add mar Inſt.eo.

Tutelæ excuſationem habet maior 70.an.ſed minor 25.an.ad tutelam , vel curam non admittitur,§.item maior.Inſt.eo.

ad Tutelæ onus non admittitur miles,etiam volens,niſi ſit veteranus, §. idem & in milite,& ibi gl.1 Inſt.eo.

Tutelæ excuſationem habent docentes Grammaticam, Rhetoricam , vel Medicinam Romæ , vel in patria ſua intra numerum deputatum : ſecus ſi non ſit intra numerum , vel ſint extra patriam, §. item Romæ, & ibi gloſſ. 1. Inſtit. eo.

ad Tutelam admittitur clericus, vſque ad decimum etiam gradum , cùm vſque ad illum gradum ad ſucceſſionem admittatur . iure tamen canonico poſſunt intuitu pietatis ſuſcipere tutelam etiam promoti , non tamen coguntur, niſi quando alius tutor non reperitur,glo.nec volens, & ibi add.in §.idem & in milite, Inſtit.eod.

à Tutela excuſantur docentes ſcientias triuiales Romæ vel in patria ſua , ſi ſint conſtituti intra numerum:ſecus tamen eſt in docentibus et [illegible],vt Muſicam Aſtronomiam,Geometriam,& Arithmeticam.gl. 1.in d §.item Romæ.

Tutelæ,vel curæ excuſationem non habet ille,qui duos filios,& duas tutelas adminiſtrat,l.1.C qui numero tutelarum.

à Tutela non excuſantur legum doctores,niſi Romæ , vel in conſilium principis ſint aſſumpti,gl.1.in §.item Romæ.Inſt.de excuſ.tuto.

à Tutela excuſantur philoſophi,qui docent in naturalib.ibi.

Tutelæ excuſationem vnam proponens , & non probans , poteſt intra ſtatuta tempora aliam proponere,& probare,§.qui autem,& ibi gl.1.Inſtit.eo.

à Tutela volentes ſe excuſare non debent appellare:ſed intra 50.dies a tempore ſcientiæ debent ſe excuſare,ſi intra centeſimum lapidem ſint ab eo loco , vbi tutores dati ſunt:ſi verò ſint vltra,ad proponendam excuſationem habent vnam diætam pro quolibet vigeſimo milliario,& 30.dies, dummodò non ſint pauciores quinquaginta,§.qui autem [illegible].Inſti.eod.

Tutelæ onere non liberatur ille,qui falſis,vel iniuſtis excuſationib . etiam ſi per ignorantiam liberatus eſt,& tenetur à tempore dationis,§.fi.& ibi gloſſ. fi.Inſtit.eod.

*Reliqua verbo, Appellatio,*28.*Excuſatio,*2.*vſque* 6.*Excuſare,*1.2.*Tutor,* 48.*vſque* 57.*Illiteratus, Silentiarius, Valetudinarius,Sententia,* 51. *Auus, Contrahens,* 4.

TVTELA finitur per pupilli adoptionem,& per omnem pupilli capitis diminutionem,gl.ne eſſet in l.nec ei,§.eorum,de adoption.

Tutela finitur,quando pupillus adoleuit,vel mortuus eſt, & tunc executio ſententiæ non fit in tutorem,glo.fi.in l.fi.ſi quis caut.

Tutela quandoque finitur pupillo adhuc exiſtente pupillo,gl.vlt. in l.3.§. ſi pupillus.de excuſ.tut.

Tutela finitur ſi ipſe pupillus captus ſit,quo caſu datur curator bonis, l. ſi arrogati,& ibi gl.pupillus. de tutel.

Tutela finita finiuntur ſatiſdationes iudiciales datæ à tutore, l.tutor pro pupillo,29.de adminiſt.tutorum.

Tutela non finitur relegatione : niſi quando relegatio eſt perpetua,l.ſi ſine herede.§.fi.& ibi addit.marg. & glo.fi.eodem.

Tutela finitur non ſolùm pubertate:ſed etiam morte tutoris,& pupilli,l.4.de tutelis,& rationibus.

Tutela finitur etiam mortuo contutore quantum ad ſuam partem, nec accreſcit ſuperſtiti,d.l.4.& ibi add.marg.

Tutela finitur per captiuitatem tutoris,cuius fideiuſſores,vel defenſor,vel curator bonis captiui tutoris datus conueniri poſſunt actione tutelæ:ſi tamen tutor fuerit reuerſus poſtliminio,recipit priſtinam tutelam, l.ſi pupillus,§. fin. cum l.ſeq.eod.

Tutela,vel cura multis modis finitur, gloſſ.muneris,in l.tutori,20.Cod. de nego.geſtis.

Tutela pupillorum non finitur ,licèt vnus ex pupillis ad ætatem adultam peruenerit,l.3.C.de teſtam.tutela.

Tutela finita poteſt adultus tutorem teſtamento datum à patre conuenire actione tutelæ ad reddendum id,quod ſibi ex adminiſtratione debetur, l. pen. Cod eod.

Tutela propter abſentiam tutoris cauſa reipub. etiam interim dato curatore in

eius

de fideicomm.liber.

Tutor,vel curator non poteſt petere in ſeruitutem pupillos,quorum tutelam,& res adminiſtrauerit,l.cui neceſſitas,39.§.penulti.de liberali cauſa.

Tutor,qui fecit ſibi relinqui in teſtamento illud, quod teſtator pupillo volebat relinquere,tenetur pupillo ad duplum : † reprob.gl.incidiſſet,in l.Titio, 36. ad municipal.

Tutoris,vel curatoris forſitan redempti arbitrium contra paternam voluntatem admitti periniquum eſt,l.pe.C.de ſponſal.

Tutor ditatus durante tutela præſumitur ſua induſtria,& labore , & non ex bonis pupilli ditatus,gl.fi.in l.etiamſi vxoris,C.de donatio.inter virum.

Tutores, vel curatores debent conſtitui minoribus in loco , in quo matrimonium habent,& morantur,vel in patria ſua ad eam reſtituendam, quando minores non poſſident quidquam in loco domicilij,neque vbi originem ducunt, l.1.C.vbi petantur tutores.

3 Tutor non poteſt conſtitui minorib.ratione domicilij,niſi ſint ibi facultates, † gl.vbi morantur,ibid.

Tutores,vel curatores prodigorum,amentium,pupillorum,& adultorum,& ſimilium ab initio litis omnibus modis dictas perſonas tenentur defendere,& inſtruere litem cœptam,& præparatam,l fi.& ibi gl.1.C.de admin.tut.

Tutor finita tutela debet admonere pupillum de petendo curatorem,gl.2.in l.fi. §.in perſonis,C.eod.

Tutor dari non debet habenti tutorem ante eius remotionem propter crimen ſuſpecti,gl recuſationem,ibi.

Tutori teſtamenti factio ob tutelam non denegatur , neque de bonis ſuis aliquid donare prohibetur,l.de ſucceſſione,17.C.eod.

Tutor ſi induxit teſtatorem,vt ſibi relinqueret,quod pupillo relinquebat,tenetur pupillo ad intereſſe,gl.2.in l.pupillorum,21.C.eod.

Tutor,vel curator ſi non impleuerit conditionem vtilem pupillo,poterit pupillus vel agere contra tutorem,vel etiam petere reſtitutionem , vt non impletam conditionem poſſit adimplere,ibi.

Tutores,vel curatores idonei debent ſubſtitui in locum defunctorum, l.2. C.de tutore,vel curatore,qui ſatis non dedit.

Tutorum omnium non eſt par, perſimiliſque cauſa,l.pe.C.eod.

Tutor ſi fecit ſibi relinqui,quod pupillo volebat aliquis relinquere, non tenetur pupillo,† gl.2 in l quidquid,7.C.arbitrium tutelæ.

Tutor contra ſuam vtilitatem non tenetur pupillo prouidere,ibi.

Tutoris , vel curatoris abſentia quicquam ſtipulationi pro pupillo , vel adulto habitæ non nocet,l.1.C.de authorit.præſtan.

Tutor debet eſſe,qui ad pupilli defenſionem non inhibeatur affectu , l.humanitis,23.C.de excuſ.tutorum.

Tutores tantùm dantes non tenentur ſubſidiaria actione:ſed bene qui ſatiſdationem exigere debent,§.fin.Inſtit.de ſatiſdatione tutorum.

Tutores,vel curatores in domibus,vel agris minorum ſeruum fugitiuum ſuſcipientes tenentur ad ſeruum cum alio pari,vel ad 20.ſolidos,l.4.& ibi gl.4.C. de ſeru.fugit.

4 Tutoris defectum iudex ex certa ſcientia poteſt ſupplere,l.bonorum, & ibi glo. fi.& add.marg.C.qui admitti.

Tutor ancillam pupilli,quam coniunxit,non poteſt facere ſibi neceſſarium heredem:& ſi inſtituat eam,remanet ancilla,& iuſſu pupilli poteſt hereditatem adire,& acquirit pupillo,l.3.C de neceſſariis ſeruis.

Tutor filiis ſuis ſi ſit datus ſeruus ſuus ſine libertate,ex ipſa datione tutelæ præſumitur ei fauore pupillorum etiam libertatem impoſuiſſe,l.quidam,Cod.de neceſſar.ſeruis.

Tutor ſolus non poteſt fideicommiſſariam libertatem à pupillo ſeruis debitam præſtare,niſi pupillus ſit infans,quo caſu ſolus tutor poteſt,l.pe.& ibi gl.1.C. qui manumittere.

Tutor non poteſt libertatem à pupillo certo tempore ſeruis debitam ante illud tempus præſtare:poſteà autem poſſet ſolus,gl.1.ibid.

Tutor omnis fiduciarius eſt legitimus,ſed non conuertitur,gl.1.in l.3.Cod.de exceptio.

Tutor integræ vitæ,non prodigus,vel malus debet eſſe:ita & pater debet eſſe talis,gl.eorum,in l.fi.§ minores,C.de ſententiam paſſis.

Tutorem quandoque habet,qui in patris poteſtate eſt:ſed regulariter eſt contra. gl.neque tutor,ibid.

Tutor,& curator poſſunt,& coguntur etiam inuiti teſtimonium dicere vtraque parte volente , §.quoniam verò,& ibi gl. prohibitione. in authent. de teſtib. col.7.

5 Tutor certæ rei dari non poteſt:ſed curator ſic,gl.1.in l.3.C.de in litē iurando.

Tutor datur principaliter perſonæ,ſecundariò rebus,gl.2.in l.4.de teſtam. tutela.l.quia perſonæ,14.& ibi gl.1.eod.l.propter litem,24.§.fi.& ibi gl.datus,de excuſa.tutor.

Tutor non ſolùm rebus:ſed etiam moribus pupilli præponitur,l.cum plures,13. §.fi.de adm.tutorum.

Tutor datus ſimpliciter intelligitur datus ad vniuerſa bona,l.propter litem,24. §.fi.& ibi gl.datus,de excuſat.tutorum.

Tutor datus perſonæ pupilli principaliter:ſecundariò tamen datur rebus , §. ad certum,& ibi gl.perſonæ,Inſt.qui teſtamento tutores.gl.fi.in l.tutores. C. de excuſa.tutorum.

Tutor dari non poteſt ſoli perſonæ,rebus deductis,d.§.ad certum,in add. marg.

Tutor dari poteſt certis rebus,quæ deſignant vniuerſitatem:veluti rebus Aphricæ,vel Hiſpaniæ,d.§.ad certum,& ibi add.marg.& ibi gl.certæ.

Tutor ad certam litem licèt regulariter non poſſit dari:poteſt tamen ex ſpeciali cauſa certæ rei,vel cauſæ dari,putà ad adeundam hereditatem,ad quod non eſt datus curator,& ideò datur Aquilianus curator,ibi.

Tutor certæ rei licèt non poſſit dari: dari tamen poteſt à patre filio naturali in his rebus,quas pater ei dederit:quia datur in illis rebus ſecundariò,non principaliter,gl.fi.in l.fi.C.de confirm.tutor.

Tutoris,vel curatoris officium gratuitum, & neceſſarium eſt : ſed procuratoris ſpontaneum,gl.pe.in l.1.& gl.emptori,in l.ſeruum Titij.mandat.

Tutoris,vel curatoris officium eſt neceſſarium : quia ex quo eſt , tenetur etia gerere,& ceſſante hac neceſſitate,finitur officium tutoris,vel curatoris, glo minoris,in l.tutori,20.C.de negot.geſtis.

Tutor datur inuito:ſed curator non datur inuito,niſi ad litem: quandoque tan cogitur,vt velit,glo.1.in l.1.& gl.1.in l.1.de tutelis.

Tutor,vel curator adulti poteſt dari inuitus,gl.inuiti,& ibi add.in l.2. §. quæri tur,de curatore bonis dando.

Tutor datur inuitus,& inuito,niſi adulto extra iudicium,gl.muneris, in l.tuto 20.C.de neg.geſt.

Tutor,vel curator dicuntur domini pupilli,& eius rerum. auth. vt hi, qui obli gatas ſe habere.in principio.verſ.multas,col.6.

Tutor in re pupilli tunc habetur loco domini , cùm tutelam adminiſtrat , no cùm pupillum ſpoliat,l.qui fundum,7.§.ſi tutor.de vſucap.pro emptore.l.in terdum,58.§.qui tutor.de furtis.

Tutores,& curatores habentur vice dominorum in rebus pupilli,& furioſi,l.is qui in puteum,6.ſi tutores,& ibi gl.vice dominorum,quod vi,aut clam.glo. tutor,in l.4.§.ſi pupillo.de vſucapio.

Tutorem habere non poteſt ſeruus, niſi in duobus caſibus, gloſſ.2.in l.1.de tu telis.

Tutorem alium,& non datum poterit habere filius naturalis, imò & legitimu emancipatus , ſi pater non poſſet eſſe tutor ex aliqua cauſa , & ſic iudex de alium,gl.3.in l.1.C.ſi contra matris voluntatem.

Tutorem non poteſt habere pupillus,niſi ſit liber : nam ſi ſeruus ſit, non poteſ habere,cùm non ſit ſui iuris,quod eſt neceſſe ad id,§.eſt autem,& ibi gl.libero.Inſt.de tutelis.

Tutorem habere poteſt pupillus,ſi dubium ſit,an ſit liber,d.gl.libero.

Tutor quandoque datur ſeruo,vt quando libertas fideicommiſſaria,& hereditas relinquitur ab eodem præſtanda,tunc poterit ſeruus cogere, vt inſtitutus adeat hereditatem,& ad id datur ſeruo tutor:vbi verò ab vno hereditas , ab alio libertas relinquitur,non poteſt priùs , niſi præſtita ſibi libertate : tunc enim coget alium heredem adire,& ſibi reſtituere,ibi.

Tutor certæ rei,vel cauſæ dari non poteſt,§.ad certum.& ibi gloſſ.poſſe.Inſt.qui teſtamento tutores dari.

Tutor in dubio præſumitur ignorare ſe datum tutorem , niſi pupillus probet de ſcientia tutoris,cui incumbit onus probandi,l.quidam,6.§.fi.cum l.ſeq.de admin.tutorum,gl.2.in l.quinquaginta,6.C.de excuſa.tutorum.

Tutor ſi vult, poteſt probare ſe ignorare tutorem datum : ex neceſſitate tamen non tenetur,gl.1.in l.hoc autem,7.eod.

Tutorem,vel curatorem ſcire ſe datum debet probare pupillus,vel minor, gl.1. in l.etſi ſciſſes,C.de admin.tutorum.

Tutor,qui dicit ſe ignoraſſe, quòd fuerit datus , debet probare aſſertam : ignorantiam,ſi præſumptio ſcientiæ eſt contra ipſum, vt quia interfuit teſtamento,vel publicè ſciebatur,vel ad ſuam domum fuerit denunciatum, † gl.fin.in l.pen.C.de periculo tutorum.

Tutor qualitercumque ſciat ſe datum tutorem,ſufficit ad hoc,vt teneatur à tempore talis ſcientiæ de periculo,l.quidam,6.§.fin.de adminiſtr.tutor.

Tutoris datio quando tenet,interim dum tutor ignorat ſe datum,non imputatur ei,quòd non geſſerit,gl.fi ibi.

Tutor ſi ſciat ſe tutorem,nec aliquam excuſationem ſibi competere, ſtatim imputatur ei, quòd non geſſerit : ſed ſi ſciat ſibi competere aliquam excuſationem,& non proſequatur eam,tenetur de tutela à tempore,quo iuſſus eſt gerere,vel ex quo lapſa ſunt tempora excuſationis,ibi.

Tutor ſi ſciat ſe tutorem, & ſibi competere excuſationem : ſed eam non proponat,ſtatim tenetur de tutela,ex quo datus ſciuit ſe tutorem datū : ſi verò proponat,& proſequatur,& vincat,nullum periculum tutelæ ſpectat ad eum : ſed ſi ſuccumbat,tenetur,ex quo iuſſus eſt,ibi.

Tutor tenetur bonam fidem agnoſcere,l.quoties,9. §. ſicut autem,de adminiſtr. tutor.

Tutorum alia cauſa eſt,& alia eorum, qui reipub. negotia adminiſtrant, l. Lucius,46.§.1.eod.

Tutores,vel curatores creari non poſſunt abſentes cauſa legationis,l.ſcire, 21.§. eos,qui.de tutorib.datis.

Tutores creari poſſunt non conſiliarij, vel Senatores filiis Senatorum,vel conſiliariorum,& ipſi conſiliarij,vel Senatores filiis eorum,qui non ſunt ex conſiliariis,vel Senatoribus,l.& qui,22.eod.

Tutores pupillorum poſſunt eſſe nobiles , & econuerſò, dict. l. & qui. & ibi gloſſ.1.

Tutor debet eſſe certus,& etiam ille,cui datur,gl.1.in l.tutor incertus,20.de teſtam.tutela.

Tutor teſtificatione operis ipſius, & multorum fide debet reficere domum pupilli,ſi ruinam patiatur,aut deformatum ædificium,quod pater,vel ille,cuius heres eſt minor,ei reliquit,l.lex,quæ tutores,22.C.de adminiſt.tutor.

Tutor,vel curator ſi reficiat ædificia pupilli,quæ ruinam patiuntur animi,reditus plus minoribus conferunt , quàm per fraudes pretia diminuta accepta ex venditione domus,ibi.

Tutor,vel curator priùs debet ædificium minoris collapſum reficere, quàm nouum fabricare,gl.collapſum,ibi.

Tutor,vel curator quando vult ædificium minoris collapſum reficere,debet probare,quod eſt reficiendum,& quod eget ſumptibus,ipſum ædificium in præſentia plurium à iudice viſum,gl.teſtificatione,ibid.

Tutor authenticus dicitur,qui præcedit omnes præter teſtamentarios, gl.1.in l. tutor,10.de tutorib.datis.

Tutor teſtamento datus poteſt eſſe teſtis in teſtamento:ſed in cauſa pupilli non poteſt eſſe teſtis:ſed bene in alterius,gl.1.in l.qui teſtamento,20.de teſtam.

Tutor maiorem dominationem habet in pupillum, quàm curator in adultum, vel furioſum,vel ſimiles: quia tutor principaliter datur perſonæ : ſed curator rebus,gl.committitur,in l.4.§.fi.rem pupilli ſaluam fore.

Tutor ſimpliciter datus intelligitur datus ad vniuerſum patrimonium, §. datus. Inſt.de excuſat.tutor.

Reliqua

Tutor dari potest à patre filio naturali in his rebus, quas pater ei dederit intra legitimum modum, & talis tutor debet posteà confirmari apud iudicem, & ita gerere res pupillares, l.fina.C.de confirma.tutore.

Tutor non potest dari à patre filio naturali, si nihil ab eodem patre ei detur, & relinquatur, glo.1.ibi.

Reliqua verbo, Codicilli, 1. Mater, 11.12.13. Pater, 40. Legatarius, 8.9. & infrà 13. vsque 18.

13 TVTOR non potest dari codicillis nullo prorsus antea condito testamento, l. testamento, in add. marg, de testam.tute.

Tutores testamento dati dicuntur etiam illi, qui codicillis testamento confirmatis dantur, l.3.eo.

Tutores testamento dati dicuntur illi, qui iure dati sunt; aliàs nec propriè tutores dici possunt, d.l.3.& ibi gl.fi.

Tutor, vel curator testamentarius datiuus, vel legitimus infamis potest esse, l.1. §.fi.& ibi gl. cui eorum, & l.seq. postulando.

Tutor testamento datus censetur ille, qui codicillis posteà datus est: & idem tutor testamento datus non censetur reuocatus per dationem alterius tutoris in codicillis, gl.fi.in l.si quis, cùm, de procuratoribus.

Tutores protinus proficiscuntur à testatore simul, atque aliquis adita hereditate heres extitit, l. tutores, 7. de testam. tutela.

Tutor datus potest testamento, vel codicillis testamento confirmatis vetari tutor esse, aliàs non, l. tutor, 8.& ibi gl.1.& 2.eo.

in Tutoris datione attenditur etiam nouissima scriptura, d.l. tutor, §.fin.

Tutoris datio non valet non adita hereditate: sed si vnus, saltem ex pluribus heredibus adierit, statim valet, neque expectatur, vt omnes adeant, l.si nemo, 9.eo.

Tutor datus posthumo adita hereditate statim non fit tutor, quia incipit esse eo nato, gl.1.ibi.

Tutor testamento datus an possit esse tutor, inspicitur tempus aditæ hereditatis, ibi.

ad Tutoris dationem non pertinet regula Catoniana, ibi.

Tutor vnus primò, deinde alius in eodem testamento si sit datus, valet datio vtriusque: quia eodem tempore confirmantur, nisi in datione secundi prior expressè sit reuocatus, gl. tutor, & ibi add. in l.si hereditas, 10.§.1.eo.

Tutores si quis dederit filiis: etiam filiabus natis, & non natis dedisse videtur: secùs si dixisset, filiabus; quia tunc censetur dedisse filiis, l.si quis ita, 16.& ibi gl.1.eod.

14 Tutorem si quis dederit filio suo, & is plures filios habeat, omnibus filiis dedisse videtur. ibi.

Tutorem si quis dederit filiis, vel liberis, etiam illis filiis, quos habet apud hostes, dedisse videtur, si redeant, nisi aliud testatorem sensisse probetur. l. si quis ita, 16.§.2.eo.

Tutores si quis dederit filiis, cùm ignoraret se filium Titium habere, non videtur Titio dedisse, cùm de eo non senserit, ibi.

Tutores si quis dederit filiis suis non censetur dedisse filio superstiti, quem credebat decessisse, d.l.si quis ita, §.pen.

in Tutoribus testamentariis industria personæ dicitur electa, gloss. 1. in l.si nemo, 19.eod.

Tutor incertus etiam testamento dari non potest, l. tutor incertus, 20.eod.

Tutor testamento rectè potest ita dari, Titius, si volet, filio meo tutor esse, potest, & sic omnibus filiis dedisse videtur, licèt in singulari numero sit loquutus, l. tutor, 23.& ibi gl.fi.eo.

Tutor testamentarius perdit legatum sibi, suisque ea contemplatione relictum, si non administrauit: sed cæteros administrare permisit, gloss.2.in l.qui tutelam, 28.eo.

Tutores dati in testamento recepto hodie per auth. ex causa, dicuntur tutores testamentarij, gl.1.in l.si pater, 51.de testam. tutela.

Tutor testamento si fuerit ita datus, Lucium tutorem do, & si is non viuat, tunc Caium tutorem do, si Lucius vixerit, & administrauerit tutelam, & deinde mortuus est, Caius non habebit tutelam, quia Caius, fuit datus tutor, si Lucius non viueret tempore mortis testatoris, l.pe.eo.

Tutor testamentarius differt à datiuo: quia testamentarius non repellitur per fratrem legitimum factum adultum: sed bene repellitur datiuus, gl. idem, & ibi add. marg. in l. tutores, qui, 40.§.fi. de admin. tutor.

15 Tutores amicissimos, & fidelissimos filiis suis solent dare patres, tum etiam legata eis relinquunt, l. amicissimos, 39.& ibi gl.1.de excusat. tutorum.

Tutor testamento datus pupillo non est tutor, nisi adeatur hereditas, gl.1.in l.1. C.de testam. tutela.

Tutores testamentarij adita hereditate ab vno herede statim incipiunt omnes esse tutores, gl.2.in l.2.C.eod.

Tutor testamento si sit rectè datus auunculus à patre, nec sit excusatus, tam de administratis, quàm de neglectis, cùm administrare deberet, tenetur actione tutelæ: secùs est in tutore dato à matre, l.si tibi, 5.& ibi gl.1.C.eo.

Tutor rectè datur in testamento: sed curator dari inutiliter non ambigitur, l. pe.C.eod.

Tutores etiam Græcis verbis testamento dari licitum est, & ita dari intelliguntur dati, ac si verbis legitimis, & Latinis fuissent dati, l.fi.& ibi glos.1. Cod.eo.

Tutor testamentarius, vel legitimus si idoneus non sit, non videtur esse, gl.fi.in l. 2.C. quando mulier tutelæ off.

Tutor, vel curator ad instruendum alios tutores datus testamento, licèt non administret, tenetur, sicut & alij, si vtilia pupillo dissimulauerit, vel fraudem aliquam adhibuerit, vel si cum aliis participauit, vel si cùm suspectos facere deberet, vel in officio muneris cessauit, l.1.C.de peric. tutor.

Tutor testamentarius tenetur administrare bona pupilli etiam extra prouinciam constituta, nisi ad hoc intra 50. dies se excusauerit, l. testamento. Cod. de excus. tutor.

Tutor testamento potest dari filio in potestate, & etiam nepotibus, nisi post mortem aui in potestatem patris sui non sint recasuri, §.permissum, Inst. de tutelis.

Tutor testamento potest dari non solùm paterfa. sed etiam filiusfa. in prin. In[st.] qui testa. tutores dari pos.

Tutoribus testamentariis deficientibus sunt tutores agnati, qui legitimi dicun[tur], in prin. Inst. de legit. agnat. tutela.

Tutore testamentario, & legitimo deficiente, olim datiuus dabatur in vrbe Ro[ma] ex lege Atilia per prætorem cum tribunis; in prouinciis verò à præsidibu[s] prouinciarum ex lege Iulia, & Titia, in principio, Inst. de Atiliano tutore.

Tutorem se in testamento scribens non erit tutor, nisi vel euidenter idoneus ap[pa]pareat, vel pater eum confirmauerit, §. item si propter inimicitias, Inst. de ex[]cus. tutor.

Tutor datus liberis intelligitur datus nepotibus: sed tutor datus filiis, non cen[]setur datus nepotibus, §.fi. Inst. qui testam. tutores dari.

Tutores simpliciter dando filiis pater non videtur dare nepotibus; quia nepoti[]bus non potest dare tutores simpliciter: sed tunc, cùm recasuri non sunt in po[]testatem patris, d.§.fi.& ibi gl. appellantur, in addit.

Tutorem nemo potest dare cuiquam, nisi ei, quem in suis heredibus, cùm mori[e]tur, habuit, habiturusve esset, si vixisset, l. quò tutela, 74. de leg. iur.

Tutor etiam non ciuis potest in testamento dari: habet tamen ipse excusatio[]nem, l. quæro, 32.& ibi gl. de testam. tutela.

Tutor potest dari testamento filiis suis, etiam naturalibus, tantùm in his, quæ ei relinquuntur: quia tunc talis tutor non dicitur dari personæ: sed rebus, vel he[]reditati, gl. in potestate, & ibi ad. marg. in §.permissum, Inst. de tutelis.

Tutorem si quis dederit posthumis, non censetur dedisse iam natis, gloss.1.in l.[si] quis ita, 16. de testam. tutela.

Tutorem si quis dederit posthumis, etiam si eo viuo nascantur, valet datio, d.l.[si] quis ita, §.fi.

Tutor testamento datus posthumo non est tutor, nisi posthumus edatur, & de eo quod gessit, antequàm nasceretur posthumus, tenetur vtili negotiorum gesto[]rum actione substituto posthumi, eo non nato, vel etiam eo nato, si priusquàm aliquid gereret, à tutela remotus sit, l.si nemo, 19.§.fin.eod.

Tutor testamento datus posthumo tenetur eo nato iudicio tutelæ etiam de eo, quod gessit, antequàm nasceretur posthumus, ibid.

Tutor testamento datus posthumo si administrauerit, posthumo non nato non tenetur actione tutelæ, nec protutelæ, vel directa negotiorum gestorum actio[]ne; sed bene vtili negotiorum gestorum, l.pe. de tutelis, & rationibus.

Tutor à testatore dari potest pupillo existente in ventre, gloss. fi, in l.si mulier, quemadmod. testam.

Tutorem dare potest pater posthumo si in ea causa sit, vt si viuo patre nascere[]tur, suus heres, & in potestate patris fieret, §.pen. Inst. de tutelis.

Tutorem dare non potest pater posthumo nascituro ex concubina, nisi in his, quæ sibi relinqueret, gl. fierent, ibid.

Tutor datus posthumis, intelligitur datus tam filiis posthumis, quàm cæteris nascituris ex filiis, §.fi.& ibi gl.fi. Instit. qui testam. tutores.

Tutorem si dederit nepoti ille, qui filium, & ex eo nepotem habebat, valet datio, si filius viuo patre decessit, & nepos ex eo viuo auo in locum sui patris deuenit, & incipit auo esse suus, & eo testamento ab auo sit institutus heres, & nominatim exheredatus, l.si hereditas, 10.§.qui filium, de testam. tutela.

Tutor quilibet potest testamento dari, siue is consul, siue prætor sit, possunt tamen se excusare, l. tutor incertus, 20.& ibi gl.fin. de testam. tutela.

Tutor dari potest testamento seruus alienus sub conditione libertatis: & si simpliciter sit datus, videtur datus, cùm liber erit, & videtur ei data in dubio fideicommissaria libertas, nisi voluntas dantis apertissimè refragetur, l.si hereditas, 10.§.fi.eod.

Tutor filio si sit datus seruus alienus cum libertate, alio tutore manente pupillis antea dato, talis seruus apud præsidem & redimi, & manumitti, & curator adiungi debet l.si pupillorum, 5.C. de testam. tutela.

Tutor filio si sit testamento datus seruus alienus cum libertate, talis seruus alio tutore anteà dato manente, apud præsidem debet redimi, & manumitti, & ve[l] curator, vel tutor alteri adiungi, † gl.fi. ibidem.

Tutor rectè potest dari seruus cum libertate, & seruus datus tutor sine datione libertatis, videtur tacitè accepisse libertatem directam, in princ. Instit. qui testam. tutor.

Tutor testamento si seruus per errorem quasi liber sit datus, non valet datio tutelæ, ibi.

Tutor testamento purè non potest dari seruus alienus: sed ita cùm liber erit, rectè potest dari: sed seruus proprius datus tutor, cùm liber erit, inutiliter datur, §.seruus, & ibi glos. eo modo. Instit. eod.

Tutores codicillis dari non possunt, nisi codicilli testamento sint confirmati, qui hodie semper videntur confirmati, si testamentum sit factum, non aliàs, l. 3.& ibi gl.1. de testam. tutela.

Tutores testamento datos testator putans esse mortuos, vel posse se excusari, si alios tutores in codicillis dederit, nihilominùs tutores testamentarij, qui viuunt, neque sunt excusati, permanent tutores, & dati in codicillis non erunt tutores, † l.fi.& ibi glos.fin. de testam. tutela.

Tutores si dederit pater filio in codicillis non confirmatis testamento, vel aliàs minus legitimè dederit, tunc iudex cum inquisitione datum in testamento confirmat; l.1.& glos.1.in l.3. de confirmando tutore.

Tutor testamento datus à patre non censetur reprobatus per alium tutorem datum in codicillis ab eodem, & ambo simul tutores erunt, nisi per codicillos datum reprobauerit testamentarium, l.2.C. de testam. tut.

Tutor potest dari codicillis testamento confirmatis, gl. testamento, in §.permissum, Insti. de tutelis.

Tutor, deductis rebus, pupillo testamento dari non potest, l. certarum, & ibi glo. 1. cum l.seq. de testam. tutela.

Tutor certarum rerum, vel causarum pupillo testamento dari non potest, & si sit datus, tota datio nihil valet, † ibid.

Tutor testamento dari vniuersitati rerum, veluti rei Aphricanæ, vel Syriæ, & valet datio, l.si tamen, 15.eod.

Reliqua verbo, Curator, 32. Datio, Seruus, 130. Pater, 40. Codicilli, 1. Incertitudo.

sufficiat ad alimenta, æstimaret Mariana, sumptus boni viri arbitrio faciendi sunt à tutoribus, l. Titium, 48. & ibi gl. arbitrio, de admin. tutor.

Tutores inutiliter testamento dati confirmati à iudice dicuntur datiui, non testamentarij. gl. tutelam, in l. qui negotiationem, 59. § testamento, eodem.

Tutores inutiliter testamento dati ante confirmationem iudicis non tenentur de periculo: sed bene de periculo contingente post confirmationem, ibidem.

Tutor in testamento liberti à patrono datus si administrationi se non immiscuit, nulla actione tenetur, si tamen se immiscuit tenetur actione negotiorum gestorum, l. 1. C. de testam. tutela.

Tutoris datio facta à patre in minus solenni testamento, valet, cùm pater possit testari quoquomodo vult inter liberos, gl. 1. in l. 1. C. de testam. tutela.

Tutor testamento minus legitimè datus, si administrationi se non immiscuit, nulla actione tenetur, neque tenetur se excusare, d. l. 1. & ibi gl. 3.

Tutor testamento minus legitimè datus si administrationi se immiscuit, tenetur tantùm de gestis, nisi accessisset omnia gesturus, gl. fin. ibidem.

Tutor testamento minus legitimè datus si putans se teneri, administrationi se immiscuit, tenetur actione tutelæ, etiam de gerendis, dummodò alius fuerat gesturus, ibid.

Tutor minus legitimè testamento datus, qui aliàs non tenetur ad tutelam, si incipiat tutelam, tenetur ad eam, ibid.

Tutor testamento datus à matre filiis non institutis heredibus solet à præside confirmari, si expediat pupillo, non aliàs, l. 4. & ibi gl. pe. C. eod.

Tutor testamento datus à matre filiis institutis sine inquisitione, confirmari debet, † gloss. 2. ibidem.

25 Tutor testamento datus impuberi ab extraneo cum inquisitione, à iudice debet confirmari, si extraneus ille eum heredem instituit: sed si non instituisset eum talis datio non tenet, ibid.

Tutor testamento à patrono datus liberto non instituto herede debet confirmari à iudice cum diligenti inquisitione: sed si sit datus tutor liberto, eo herede instituto confirmatur à iudice nulla facta inquisitione, vel non tanta, glo. pen. ibid.

Tutor minus legitimè datus à patre in testamento, à iudice confirmari debet sine inquisitione: secùs si sit datus à matre, gl. fi. in l. 1. C. de confir. tutore.

Tutor nec per epistolam, nec ex imperfecto testamento rectè dari debet: si tamen detur, voluntas patris à iudice seruari solet in constituendo ipsum tutorem, vel curatorem, l. 2. C. eod.

Tutor per epistolam, aut ex imperfecto testamento datus à patre, sine inquisitione solet confirmari à iudice, gl. 2. ibid.

Tutor in minus solenni testamento datus confirmatus à iudice dicitur tutor testamentarius, d. gl. 2. in add.

Tutori in testamento inualido dato à iudice confirmato præfertur mater, si ipsa interueniat, d. gl. 2.

Tutori in testamento inualido dato, & à iudice confirmato datur tempus quinquaginta dierum ad constituendas causas excusationum à die confirmationis: quatuor autem menses continui ad eeragendum negotium ex die nominationis, gl. fi. ibid.

Tutor inutiliter à patre datus, antequàm confirmetur, potest per iudicem de alio prouideri, & gesta per eum valent, l. pe. eod.

Tutor inutiliter testamento datus à iudice confirmatus est datiuus, & non testamentarius, † gl. fi. in auth. matri. C. quando mulier tutelæ officio.

Tutor testamento datus alio emancipato confirmari debet à præside sine inquisitione, §. fi. Inst. de tutelis.

Tutor quando datur testamento filio emancipato non valet datio per se, cùm non sit filius in potestate, gl. confirmandus, ibid.

Tutor testamento datus filio emancipato confirmatus, dicitur datiuus, & non testamentarius, † d. gl. confirmandus, in add.

Tutor testamento datus furiosus, vel minor 25. anno. tunc erit tutor, cùm compos mentis, & maior 25. annorum factus fuerit, §. seruus. Inst. qui testam. tutores dar.

Tutor non confirmatur nisi adeatur hereditas, §. ad certum, & ibi glo. certæ. Inst. eodem.

Tutor si testamento detur filio emancipato non tenet datio: sed confirmatur, gl. 1. in l. quò tutela, 74. de regulis iuris.

Tutor, vel curator non iure datus à patre vel matre, & confirmatus à iudice si nolit suscipere tutelam, repellendus est à legato, quod sibi relictum est ob gerendam tutelam, nisi testator expresserit se velle dare legatum, etiamsi tutelam non administrauerit, l. Nesennius, 35. cum l. seq. de excusat. tutor.

Reliqua verbo, Patri, 40.

26 TVTOR testamentarius si postquàm tutelam attigit excusatus, vel remotus sit à tutela, in eius locum alius debet dari à iudice, neque ad legitimum tutorem redit tutela, l. si quis sub conditione, & ibi gl. pen. de testam. tutel.

Tutore testamentario mortuo, tutela ad legitimum redit. ibidem.

Tutores testamentarij si duo, vel plures fuerint, in locum eius, qui decessit, vel in ciuitate esse desiit, potest dari alius: sed si nullus eorum supersit, vel nullus eorum sit in ciuitate, tunc succedit legitima tutela, ibidem.

Tutor datus in testamento, de cuius viribus dubitatur propter inofficiosi testamenti litem ordinatam, confirmatur à prætore, & interim erit tutor: sed an testamentarius, vel datiuus sit euntus rei iudicatæ declarabit, l. iure nostro, 25. §. fi. de testam. tutel.

Tutor testamentarius si filio adhuc impubere manente decesserit, tutela eius ad legitimos deuoluitur, si fuerit solus: secùs si plures in testamento fuissent dati, l. intestato. & ibi gl. fi. de legit. tutor.

Tutor testamentarius, si filio adhuc impubere manente remotus, vel excusatus fuerit, à prætore datur tutor, neque ad legitimum defertur tutela, gl. fi. ibid.

Tutor vnus ex duobus testamento datis si fuit excusatus ad tempus, ita, quòd in locum eius datus sit alius, decedente altero tutore testamentario, tutor legitimus non admittitur: quia adhuc superest testamentarius: sed si in locum vnius tutoris testamentarij alius datus sit, altero tutore testamentario decedente, tutor datiuus repellitur, & admittitur legitimus: quia desinunt testamentarij, † gl. impuberes, in l. si tutor reipubl. 9. §. si duobus. de tutelis, & rationibus.

Tutores dati in testamento si decedant, vocantur legitimi: sed si remoueantur vt suspecti, tunc vocantur datiui, & non legitimi: quia quando sunt remoti, remanent reliquiæ & adhuc quasi videntur esse tutores, gloss. 1. in l. 1. C. de testam. tutela.

Tutor vnus ex pluribus testamento datis si decesserit, loco eius constituitur datiuus: sed si cæteri non sufficiunt sub conditione, interim datur datiuus: sed si non speratur conditio extitura, habet locum legitimus, ibid.

Tutorem testamentarium non excludit frater impuberis factus maior ann. 25. si tamen sit datus à iudice, excludit eum, † gl. 1. in l. 3. C. eod.

Tutor potest dari à iudice in locum testamentarij, vel ex die, quo desinit testamentarius, vel in locum captiui, vel absentis causa reipub. gl. sub conditione, in l. muto, 8. §. 1. de tutelis.

Tutores testamentarios nolentes satisdare non repellit ab administratione tutelæ extraneus offerens satisdationem, l. si nemo, 19. de testam. tutela.

Reliqua verbo, Excusatio, 2. 3. 4. 5. Excusare, & infrà numer. 48. vsque 57.

TVTOR etiam absens potest dari pupillo etiam absenti, gl. præsentem, in l. 3. §. si pupillus, de tutelis, l. fin. & ibi gl. 1. & fin. de tutor. datis. 27

Tutor non datur ei, cuius pater ab hostibus captus est, glo. fin in l. si quis tutor, de tutelis.

Tutoris datio propter incertitudinem personæ, cui datur, non valet: secùs quando est certa persona, cui datur, gl. fi. in l. tutor, 22. & ibi gl. fi. de testam. tutel.

Tutoris datio non valet, vbi non apparet quis detur, gloss. fin. in l. cum duo. de in diem addictione, gl. heres, in l. quoties, 10. §. si quis de hered. instit.

Tutor potest dari quis, siue sit præsens, siue absens pupillo præsenti, vel absenti, ignoranti, & inuito, l. 5. cum l. seq. de tutoribus datis.

Tutor dari potest à iudice etiam die feriato, l. nec mandante, 8. §. fi. eod.

Tutor potest dari pupillo, furioso, & furiosæ, & muto, & surdo, ibid.

Tutoris datio non valet quomodocumque in petitione tutoris erratum fuerit in facti causa, vt quia credebatur non habere tutorem, & habebat: vel quia credebatur pupillus, & erat adultus; vel credebatur non habere patrem, cùm haberet, l. tutor, 10. & ibi gl. fi. eod.

Tutoris datio facta à iudice alio petente nulla facta mentione de matre, non valet, † gl. 1. ibid.

Tutores plures possunt dari simul à iudice, vel à lege, l. simul, 23. & ibi gl. 1. eod.

Tutor potest dari iudex deposito officio pupillo, cui dedit tutorem, cùm esset magistratus, licèt nomine eius teneatur pupillo, l. pe. & ibi add. marg. eod.

Tutor, vel curator potest dari decreto decurionum, & etiam ipse magistratus, vel iudex, l. pe. qui petant tutores.

Tutorem dare debet iudex illum, qui testamento datus est à patre, nisi quando pater minor 25. annorum minus perpenso consilio eum dedit, vel eo tempore dedit, quo ipse tutor bonæ vitæ apparebat, deinde idem cœpit posteà malè conuersari ignorante testatore, vel eum dedit contemplatione bonorum, quæ habebat, quibus posteà exutus fuit; quibus casibus curatores ei adiungendi sunt, l. 3. §. quamuis, de admin. tutorum.

Tutor datus ab his, quibus non oportuit dari, vel quem non oportuit dari, aut quibus non oportuit dari, aut quo non oportet modo, dicitur non iustè datus: & si non sit confirmatus, neque administrauerit, non valet datio, neque tenetur se excusare, l. scire. §. qui non iustè, de excusat. tutorum. 28

Tutor iniustè datus si se immiscuit administrationi, tenetur: secùs si se non immiscuit, d. §. qui non. & ibi gl. neque.

Tutor datus à iudice, cuius iurisdictioni non est subiectus, non tenetur se excusare, cùm neque ciuis, neque incola sit, d. l. scire, §. fi.

Tutor potest dari pupillo ille, qui eodem testamento pupillo substitutus est, l. amicissimos, l. 39. eod.

Tutor potest dicere dationem nullam: & si est aliqua, proponere excusationem, l. qui testamento, 40. eod.

Tutor non potest dari puberi, gl. actio. in l. 1. & §. cum eo, de eo, qui pro tutore glo. non videtur, in l. pater Seuerinam, 100. §. conditionum, de conditio. & demonst.

Tutoris datio facta à iudice non recipit expressam conditionem: sed bene tacitam, l. actus legitimi, 78. & ibi gl. 1. de regulis iuris.

Tutor datur ei, qui est sui iuris: aliàs non valet decretum iudicis in dandis tutoribus; & acta per talem tutorem non valent, gl. 1. in l. si putas, 6. C. de petitione hered.

Tutor à iudice non potest dari sub conditione: sed rectè potest dari à testatore, gl. 1. in l. 1. C. de testam. tutela. l. tutor, in add. marg. de testam. tutel.

Tutor sub conditione ideò non potest dari à iudice: quia est actus legitimus, qui non recipit diem, vel conditionem, † gl. 1. in d. l. 1.

Tutoris datio facta pupillo, quādo mouetur ei quæstio status ratione incertitudinis valet: aliàs teneret quasi cōtra minorem indefensum lata, vel per legitimam personam non defensum, gl. fi. in l. 1. C. qui dare tutores, vel curat.

Tutores idoneos cùm in sua prouincia non inuenerit iudex, debet mittere nomina tutorum præsidi alterius prouinciæ, gl. 4. in l. quos dicis, 6. C. eod.

Tutor à iudice non potest dari colonus patrimonialis principis siue alius qui habet priuilegium excusandi se, l. si C. eod.

Tutor à iudice non potest dari colonus perpetuus principis: sed temporalis rectè potest dari, cùm possit se remouere à cultura, † gl. 1. ibidem. 29

Tutor dari non potest miles, & colonus perpetuus principis: & si datus sit, ipso iure non tenet datio: sed quando datus potest se excusare, tenet decretum, nisi se excuset, gl. 2. ibid.

Tutor inutiliter datus non tenetur, si se non immiscuerit, aliàs tenebitur negotiorum gestorum actione, gl. fi. in l. fi. C. si tutor, vel curator non gesser.

Tutor, vel curator potest à iudice infamis dari, l. cui eorum, & ibi gloss. 1. de postulando.

Tutor quando datur à iudice pupillo sine inquisitione est exigenda ab eo satisdatio, gl. quolibet, in l. 3. §. si pupillus. de tutelis.

Tutor dari potest ei, cuius pater deportatus est: quia in eo non est fictio, quæ est in reuerso ab hostibus, gl. pen. in l. muto, 9. §. fi. eod.

Tutor quandoque datur à iudice pupillo cum inquisitione, quandoque sine inquisitione, ibid.

ſubiectus non ſit, nec tenebitur, ſi tutelam non adminiſtrauerit, l.neque à præſide, 5.Cod.qui dare tutor.

Tutor ortus ex alia ciuitate, vel prouincia poteſt creari à iudice alterius ciuitatis, vel prouinciæ, quando in ea prouincia non reperitur idoneus, gl.2.ibid.

Tutor ortus ex alia ciuitate ſi ſit creatus, & geſſit ſponte, tenetur actione negot. geſtorum: ſed ſi non geſſit, nulla tenetur actione, gl.3.ibidem.

Tutor teſtamento poteſt dari à teſtatore pupillo, etiam de alia ciuitate, vel prouincia: ſed ipſe poteſt dari à iudice: quia datiuus datur à iudice inſpecta ſua iuriſdictione, quam teſtator non habet, d.gl.3 & ibi add.marg.

Tutores teſtamentarij poſſunt eſſe ſerui, & illi, qui ſunt ex alio municipio, vel ciuitate, gl.1.in l.fi.C.eod.

35 Tutorem ſuum iudex cuiuslibet loci bonorum pupilli dabit minori habenti facultates in diuerſis locis, glo.2.in l.1.C.vbi petan.tutores.

Tutor dari non poteſt Romæ, vbi eſt patria communis, ſi facultates ſint in prouincia, † gl.vbi morantur, ibi.

Tutorem dare poteſt iudex originis, vel etiam domicilij, & eius adminiſtratio porrigitur ad omnia bona: † reprob.gl.vbi morantur.& ibi additio.

Tutor ſolus propter latè diffuſum patrimonium pupilli in diuerſis prouinciis remotis vltra centeſimum lapidem, ſi non ſufficiat adminiſtrationi, adiungitur ei tutor: ſed ſi in eadem prouincia ſint adiungitur ei curator.gl.1.& 2.in l.3.C.in quibus caſibus tutorem.

Tutorem habenti datur alius tutor, quando bona pupilli ſunt in diuerſis prouinciis, vel quando teſtamento erat datus tutor in diem, vel ſub conditione, vel ſi primus tutor ſit transfuga, aut factus furioſus, vel etiam quando bona pupilli maximè aucta, aut quando mater tutrix tranſiuit ad ſecunda vota.gl.fi.ibi.

Tutor Italicus ſimpliciter datus pro rebus pupilli, quæ ſunt in Italia, intelligitur tutor: ſed pro rebus prouincialibus pupilli datur alius tutor à iudice illius prouinciæ, l.propter litem, 24.§.fi.de excuſat.tutor.

Tutor datus expreſſè à iudice in rebus alterius prouinciæ, quàm vnde eſt iudex, ipſo iure nulla eſt datio: & ſic non eſt opus excuſatione, niſi datus ſit ab Imperatore; vel ab aliquo alio eius iuſſu, gloſſ. & qui, in l.non ſolùm, 12.§.& qui.eodem.

Tutori teſtamentario propter patrimonium latè diffuſum adiungitur curator, gl.præſtitutum, ibid.

Tutor vnus in loco originis datur à iudice originis, & alius à iudice domicilij, quando pupillus habet bona in vtroque loco, l. pupillo, 27. de tutoribus datis.

Tutores filiorum aliorum Senatorum, vel inferioris gradus, licèt poſſint eſſe Senatores, non tamen coguntur gerere vltra centeſimum lapidem, l.propter, 24.§.fi.de excuſ.tutorum.

Tutor ſimpliciter datus à teſtatore, vel à iudice non cogitur gerere tutelam bonorum, quæ ſunt vltra centum miliaria, niſi eſſent in eadem prouincia, d.l.fin. & ibi gl.licèt.

Reliqua verbo, Coadiutor, Curator, 14.

36 TVTOR tutorem habenti dari non poteſt, gl.1.in l.ſolet, de tutelis glo.2.in l.2.C.de teſtam.tutel.l.cum iure, 9.& ibi gl.1.C.qui petant tutores.

Tutorem habenti datur curator, vel coadiutor propter infirmitatem tutoris, vel ex alia iuſta cauſa: non præſtat impuberi authoritatem in adeunda hereditate, quod faceret curator puberis, & etiam tutor impuberis, gloſſ.2.in d.l.ſolet, de tutelis.

Tutorem habenti ſi datus ſit curator, vel coadiutor ex cauſa, eius officium finitur finita neceſſitate, vel cauſa, neque datur, vt duret vſque ad certam ætatem, ibid.

Tutorem habenti datur tutor, quandò tutor datus non ab hoſtibus captus: ſed ad eos vt legatus miſſus, aut receptus eſt ab eis, aut transfugit non proditoris animo, † gl.fi in l ſi quis tutor.eod.

Tutorem habenti tutor dari poteſt, quando creuit patrimonium, gló.non poteſt, in l.idem fiet.27.de teſtam.tutela.

Tutor petitus ſi ſit datus habenti tutorem, eo tutore abſente, quaſi non habenti, datiuo eſt nulla, l.tutor, 10.de tutorib.datis ab his.

Tutor auunculus dari non debet à iudice filiis ſororis habentibus patruum tutorem legitimum, nec datus tutor auunculus tenetur adminiſtrare, cùm habenti tutorem dari alium iura prohibeant, l.ſi ſorores, 9.C.qui dare tutores.

Tutor vnius prouinciæ rectè petit curatorem conſtitui ad cauſam, quæ in alia prouincia agitatur, l.tutores, qui, 40.§.rerum, de adminiſtr.tutorum.

Tutorem habenti in prouincia poteſt dari tutor, vel curator in vrbe, d.§.rerum, & ibi gl.curatores.

Tutorem habenti datur tutor in locum vnius tutoris mortui ex duobus teſtamento datis, l.Lucius 27.§.cum teſtamento, & ibi gl.datus eſt, eodem.

Tutorem habenti datur tutor, quando pupillus habet bona in Italia, & in prouincia, & quando primus non ſufficit ad adminiſtrandum ampliſſimum patrimonium pupilli, l.propter, 24.§.fi.& ibi gl.fi.de excuſa.tutorum.

Tutorem teſtamentarium habenti alius poteſt codicillis dari: quia non poſteà: ſed eorum tempore dari videtur, ac ſi eodem teſtamento datus eſſet, gl.2.in l.2.C.de teſtam.tutel.

Tutorem habenti vbicumque tutor dabatur, iure nouo non datur tutor: ſed curator adiungitur, gl. in rub.Cod.in quibus cauſis tutorem, vel curatorem habenti.

37 Tutor poteſt dari in locum abſentis cauſa reipub.& durat donec reuertatur, glo.2.in l.1.C.eod.

Tutor certis ex cauſis alius idoneus à iudice ſubſtitui debet in locum ſuſpecti, qui conuictus ac remotus eſt, & in locum excuſati, vel defuncti, vel relegati, l.pe.C.eod.

Tutorem habenti curator, & non tutor adiungitur: quia tutor datus habet plenitudinem poteſtatis in pupillum, & eius res: vnde alius ſuperueniens non poſſet habere eandem plenitudinem, quam non appetit curator, & ideò adiungitur curator, d.l.pe.& ibi gl.1.& gl.2.in §.pe.Inſt.de curatoribus.

Tutorem habenti non datur tutor: ſed curatorem habenti datur curator, gl.1.in dict.l.pe.Cod.in quibus cauſis tutorem habenti.

Tutore abſente cauſa reipub.poteſt dari curator in locum eius ad tempus, & tutor reuerſus ſuſcipere debet tutelam ceſſante curatore, l.1.C.eod.

Tutorem habenti datur curator, vt ſi legitimus tutor, vel teſtamentarius, vel datiuus non ſit idoneus, gl.caſibus, in §.ſed & ſi quis, in auth.vt hi, qui obligat.ſe habere.

Tutorem habenti non poteſt dari tutor, niſi in ſex caſibus, vt detur curator loco tutoris ſurdi, vel muti, vel furioſi habentis dilucida interualla, item ſi habet tutorem rerum vnius prouinciæ, poterit habere alium ratione rerum, quas habet in alia prouincia. item mater antequàm exiſtens tutrix alium tutorem petit dari, item quando tutor eſt relegatus, recuſatus, vel remotus, vel quando tutor eſt apud hoſtes, non vt ſeruus: ſed vt legatus, vel transfuga, gl.2.in §.pen.Inſt.de curator.

Tutorem habenti datur tutor, quando is reipub.cauſa abeſt, ibid.

Tutor prouincialis teſtamento datus ſi adminiſtrat res Italicas, & prouinciales pupilli, & pecuniam ex venditione rerum Italicarum in prouinciam conijciat, tutor in locum eius in rebus Italicis datur, & ei adiunctus non tenetur de adminiſtratione illius prouinciæ, l.tutores, qui.40.§.patronus, de adminiſt.tutor.

Tutor idem ſi pupillo facto pubere curator cum aliis datus ſit, concuratores non poſſunt ex delictis admiſſis in tutelarib. negotiis eum vt ſuſpectum accuſare: poſſunt tamen agere tutelæ, l.3.§.quæri.de ſuſpect.tutor.

Tutor cui curator adiunctus eſt, non poteſt conueniri actione tutelæ: quia adhuc tutor manet, l.ſi tutor reipub.9.§.ſi tutori.de tutelis, & rationibus. 38

Tutor ſi fuit deportatus, & eius bona ſint confiſcata, aduerſus fiſcum poteſt agi tutelæ ab eo, qui in eius locum curator datus fuit, vel à contutore.ibid.

Tutor à curatore differt: quia tutor non datur habenti: ſed curator ſic: & non datur tutor ventri: ſed curator ſic: item tutor poteſt dari teſtamento: ſed curator non, niſi ad lites: item tutor alius eſt teſtamentarius, alius legitimus, alius datiuus; curator verò tantùm eſt datiuus, niſi furioſo: item tutor datur ſoli pupillo: ſed curator pupillo & aliis: item tutor certæ rei, vel cauſæ non poteſt dari: ſed bene curator, gl.fi.in l.ventri, 20.de tutorib.datis.

Tutores quondam pupillorum ſoluentes curatoribus eorum liberantur: ſed pupillis dabitur reſtitutio aduerſus ſolutionem, ſi pecunia non ſit ſalua, l.1.Co.ſi aduerſus ſolutio.

Tutor ob cuius abſentiam datus eſt curator, ſi reuertatur, eadem tutela pertinet ad eum, neque habet aliquam vacationem anni, gl.3.in l.1.C.in quib. cauſ.tutorem habenti.

Tutor, ob cuius abſentiam datus fuit curator, & reuerſus habet eamdem tutelam, non poteſt interim conueniri directa actione tutelæ: ſed vti ſic.ibid.

Tutor ſi detur in locum eius, qui adhuc tutor non eſt: quia in diem, vel ſub conditione datus ſit, tutor datus deſinit eſſe adueniente conditione, & poteſt conueniri actione tutelæ directa, † ibid.

Tutor ob cuius abſentiam datus eſt curator, ſi reuertatur, debet compelli ad adminiſtrationem tutelæ, etiam captis pignorib gl fi ibi.

Tutores priùs dati ab adminiſtratione tutelæ non liberantur, eò quòd ob augmentum facultatum pupilli curatores eis adiungantur, l.fi.C.eod.

Tutor, cui ob augmentum facultatum curator eſt adiunctus, non tenetur de geſtis à curatore exiſtente ſoluendo tempore finitæ tutelæ, licèt poſteà ſit factus non idoneus, ibi.

Tutori teſtamentario poteſt adiungi curator, ſi tutor ſit inſufficiens propter latè diffuſum patrimonium, l.teſtamento, 11.C.de excuſat.tutor.

Tutores, vel curatores ad litem dari poſſunt pupillis, & minoribus, quibus mouetur quæſtio ſtatus, cùm pendente cauſa liberali pro libero ſit habendus, l.1, C.qui dare tutores.

Tutor, vel curator liberto ingenuus dari non poteſt, niſi in ſubſidium: datus tamen debet ſe excuſare, aliàs tenetur ad redditionem rationum, l.1, de excuſat.tutor.

Reliqua verbo, Minor, 14.

TVTOR legitimus primus quocumque modo eſſe deſierit, ſequens legitimus debet eſſe.gl.pe.in l.ſi quis ſub conditione, 11.de teſtam.tutela. 39

Tutor datiuus iam datus reiicitur ſuperueniente legitimo, qui priùs non erat, & multò magis impeditur dari, dum eſt legitimus.ibid.

Tutor datiuus ſi deſiit, venitur ad legitimum, ſi eſt: aliàs ad alium datiuum ibidem.

Tutor legitimus debet præferri tutori inutiliter dato in teſtamento, quando apparet inutiliter datus: ſecùs quando non apparet, & dubitatur an inutiliter eſſet datus, l.idem fiet, 27.in add.marg.de teſtam.tutela.

Tutor legitimus ſi accuſet pupillum, & contendat ad ſe pertinere legitimam hereditatem, pupillo debet dari alius tutor, d.l.idem fiet, §.fina.

Tutor legitimus etiam filij emancipati dicitur pater, quo deficiente ſi liberi perfectæ ætatis exiſtant, fiduciarij tutores fratris, & ſororis impuberis efficiuntur, l.3.§.fi. cum l.ſeq.de legit.tutor.

Tutores legitimos nemo dat: ſed lex 12.tab.eos facit: non tamen poſſunt adminiſtrare tutelam, niſi ſatiſdederint, l.5.eod.

Tutor legitimus priuſquàm adminiſtret, debet quinque facere: ſcilicet debet accipere res per decretum iudicis, item debet facere inuentarium, item iurare, & ſatiſdare, & etiam debet promittere pupillum indefenſum non relinquere; gl.fecit, & ibi add.ibidem.

Tutores legitimi poſſunt ſe inuicem prouocare ad ſatiſdationem, niſi ſint legitimi, d l.5.§.fi.

Tutorum legitimorum quidam ſi ſatiſdederint: quidam verò eorum non ſatiſdederint, inter non ſatiſdantes admittitur prouocatio ad ſatiſdationem, gloſſ. non ſatiſdederint.ibid.

Tutores legitimi ſunt frater patris pupilli, & ex altero filio nepos patris pupilli: quia in eodem gradu ſunt pupillo, l.ſi reliquero.eod.

Tutor ne ſit pupillo patruus magnus non poteſt obſtare amita, nec matertera fratris filiis: id eſt ipſius materteræ, l.pen.eod.

Tutores nec legitimi poſſunt eſſe ſurdus, & mutus, cùm nec teſtamento, nec alio modo vtiliter dari poſſint.d.l.pe.§.fi.

Tutor etiam legitimus poteſt eſſe ſurdaſter, vel parùm audiens, l.fi.eod.

Tutor

tione vnde sub conditione cogitur defendere: vt si nolit defendere, remaneat vacua possessio: sed hoc verum est in procuratore, non in tutore, vel curatore, qui præcisè cogi possunt, vt respondeant, & defendant. gl. cogitur. ibid.

Tutores debita pupillaria, seu deposita reposcentes non possunt compelli satisdare pupillum rem ratam habiturum, l. tutores, 13. C, de administr. tuto.

Tutor si dubitetur, an sit tutor, vel an duret, vel gestus ei commissus sit non debet præstare cautionem de rato: sed quòd actor non patietur damnum ob id, quòd tutor non sit, iudicio sisti,† gl. 1. ibid.

Tutor, vel curator si litem cæptam contra minorem pupillum, vel furiosum recusauerint, aut subire distulerint, vt suspecti sunt remouendi, & de proprio debent damnum resarcire, d. l. fi.

Tutores, vel curatores munus defendendi pupillum, vel furiosum non debent deserere, imò tenentur defendere satisdando iudicio sisti. glo. 2. in l. final. Cod. eodem.

Tutores, vel curatores non tenentur satisdare de iudicato soluendo, & de rato: sed tantùm de iudicio sisti, & in eam causam bona minorum possunt sine decreto obligare. d. l. fi §. defensionem, & ibi gl. constituitur.

Tutores, vel curatores tempore suæ creationis debent specialiter, & expressim promittere, quòd defensionem minorum suscipient sine vlla dilatione, dict. l. fin. §. fin.

Tutor, vel curator vnus potest defendere causam minoris, si alij tutores, vel curatores defendere eam nolint, vel non possint, l. 1. & ibi gloss. 2. C. si ex plurib. tutor.

Tutor vnus, vel curator potest causam minoris defendere, aliis tutoribus negligentibus, quando administratio pupilli non est diuisa, vel sit diuisa à se ipsis, secùs quando erat diuisa à testatore, vel à iudice, gl. 1. ibid.

Tutor, curator, & aliæ personæ, quæ alienarum rerum gubernationem habent, quando agunt, non tenentur satisdare de rato, nec de iudicato soluendo, quando conueniuntur, nisi de legitima creatione, vel electione tutoris, curatoris, prælati, vel alterius habentis gubernationem alienarum rerum dubitetur: quia tunc debent illi satisdare de conseruando aduersarium indemnem, si appareat deinde non legitimum tutorem, curatorem, prælatum, vel talem personam, gl. per alium, & ibi add. marg. in §. sin autem. Inst. de satisdatio.

Reliqua sup. nu. 41. 42. 43. verbo, Defendere, Defensor.

46 TVTOR in faciendo inuentario bonorum pupilli si omisit ponere aliqua bona, punitur extra ordinem, & remouetur, vt suspectus, & idem quando alienat bona pupilli, quæ non debuerunt alienari, l. in eos, de tutelis.

Tutor inuentarium non faciens, quamprimùm facere potest, dolo malo fecisse videtur, & ideò vt suspectus remouetur, & alias pœnas patitur, nisi aliqua necessaria, & iustissima causa allegari possit, quare non fecerit inuentarium, l. tutor, qui repertorium, 8. & ibi gl. 1. & 2. de admin. tutor.

Tutor nihil debet gerere de tutela ante inuentarium factum, nisi id, quod modicam dilationem non recipit, ibid.

Tutor debet facere inuentarium mox: id est cùm commodè facere potest, & in præsentia tabellionis, & iudicis, & sufficit, quòd faciat vna vice, & si quid additur bonis iterum, addetur inuentario gl. 1. ibid.

Tutor, qui non fecit inuentarium dolo malo, tenetur pupillo in id, quod in litem iurauerit alius tutor, vel curator, vel etiam adultus in actione tutelæ, & sic finita tutela, d. l. tutor, qui, & ibi gl. quod.

Tutor, vt instrumenta exemplata in inuentario faciant fidem contra debitores pupilli, quorum nomina sunt relata in inuentario, debet curare, quòd inuentarium fiat coram iudice ordinario: sed quantum ad ipsum tutorem sufficit, quòd fiat per solum notarium, & extra iudicium, gl. 1. in fi. & ibi add. marg. in l. chirographis, 58. eod.

Tutor, qui non facit inuentarium, vel pecuniam ad comparationem prædiorum non deponit, vel per pecuniam depositam à se non vult emere, prædia, si plebeius sit, & inops in vinculis ponitur, donec inueniatur idonea emptio, & vt suspectus remouetur, & infamia notatur, & grauioribus pœnis subiicitur: sed si sit in dignitate positus, vt suspectus tantùm remouetur, l. 3. §. tutores, qui. & ibi gl. vinculis, de suspectis tutor.

Tutor si iusta causa nequit inuentarium facere, vel si à testatore remissa sit ei inuentarij confectio, non potest remoueri, nec puniri ob non confectionem inuentarij, gl. non fecerunt. ibid.

Tutor si inuentarium hora creditoribus destinata non fecit: sed alia posteà hora, videntur creditores non fuisse requisiti, l. fin. §. fin. & ibi add. marg. quod vi, aut clam.

47 Tutores, vel curatores mox cùm fuerint ordinati sub præsentia publicarum personarum, inuentarium rerum omnium, & instrumentorum facere debent, l. tutores, 24. C. de admin. tutorum.

Tutor, vel curator ante confectionem inuentarij non debent administrare, nisi quid sit in bonis pupilli, quod nec modicam sustineat dilationem, gloss. 1. ibidem.

Tutor, vel curator inuentarium bonorum pupilli debet facere coram vno notario, gl. 3. ibid.

Tutor, vel curator legitimus testamentarius, vel datiuus tenetur facere inuentarium, nisi testator ei confectionem inuentarij remiserit. ibid.

Tutor, vel curator faciens inuentarium non tenetur vocare creditores pupilli: secùs in herede, gl. 4. ibid.

Tutor, vel curator non faciens inuentarium bonorum pupilli, quamprimùm potest, vt suspectus remoueri potest, gl. curabunt. ibid.

Tutor, vel curator si inuentarium non fecerit, quasi suspectus remoueri potest, & pœnis legitimis, quæ contra eos determinatæ sunt, subiacebit, & sunt infames, nisi testator eis remiserit illud fieri, l. fi. §. fi. C. arbitrium tutelæ.

Tutor, vel curator ante inuentarium poterit vendicare res pupillares, quæ aliàs sunt perituræ, gl. vendicare. ibid.

Tutor, vel curator negligens facere inuentarium eo ipso præsumitur dolo facere, nisi subsit aliqua causa necessaria, gl. pe. ibid.

Tutor, vel curator non faciens inuentarium remouetur, vt suspectus, nisi aliquo vinculo necessitudinis, vel affinitatis sit pupillo, vel minori coniunctus.† glo. fin. ibid.

Tutor datus in testamento pupillo facto inuentario ante aditam hereditatem non potest conuenire debitorem pupillarem nomine pupilli, gloss. 1. in l. 1. C. de testam. tutel.

Reliqua verbo, Inuentarium, Repertorium.

TVTOR datus si vellet se excusare aliquo titulo, & excusationis negotiũ fuerit dilatum ita, vt inter moras pupilla adoleuerit, etiam post eius pubertatem officio finito recipitur excusatio, si dilatio non dolo: sed ex necessitate contigit, & nuptias contrahi cum adulta non impeditur, l. si quis, 60. §. quid ergo, de ritu nuptia. 4

Tutor datus duobus pupillis à diuersis testatoribus, & si ab vnius tutela excusatur, propter hoc non excusatur à tutela alterius pupilli, l. duobus, 25. & ibi gl. 1. de testam. tutel.

Tutor datus simul duobus pupillis habentibus patrimonium commune, & indiuiduum, si excusatur ab vnius tutela, videtur etiam excusatus ab alterius tutela, cùm pro vna tutela computetur: secùs quando separatim pupilli habeant sua patrimonia,† gl. fi. & ibi add. marg. ibid.

Tutor à iudice datus eò quòd se excuset, non perdit legatum sibi relictum à patre pupilli, gl. 1. in l. qui tutelam, 28. eod.

Tutor excusans se à tutela à tempore, quo à iudice iussus est, tenetur administrare, non ex quo tutor esse cœpit, l. qui iussus, 18. & ibi gl. fi. de admin. tutor.

Tutor in excusatione si succubuit, tenetur tutelæ à tempore, quo debuit gerere: id est ex die iussus, si scientia non præcedit aliàs ex die, quo sciuit, vel scire debuit, l. tutor, vel curator, 21. & ibi gl. fi. eodem.

Tutoris excusatio cognoscenda est iudice sedente pro tribunali, nec potest alij delegari, d. l. tutor, in add. marg. ibid.

Tutor excusare se non potest ob id, quòd illiteratus sit, dummodò habeat experientiam negotiorũ, aliàs potest se excusare, l. athletæ, 8. §. fi. de excusa. tutorũ.

Tutor testamento datus simpliciter ante 50. dies debet adire præsidem prouinciæ, & postulare vt ab administratione rerum, quæ in alia prouincię sunt, liberetur, l. non solùm, 12. §. & qui. eod.

Tutor simpliciter datus habet excusationem in rebus in alia prouincia constitutis: sed si datus sit expressè tantùm in rebus eius prouinciæ, vnde est, ipso iure est immunis ab aliis, d. §. & qui. & ibi gl. & qui.

Tutor subit tutelam priuilegio finito, quo excusabatur à tutela: si tamen iterum assumit priuilegium, habet vacationem à tutela, dict. l. non solùm. §. qui primumpilum.

Tutorem excusat aduersa valetudo, quæ impedimento est, quominùs suis reb. superesse possit: ita tamen, quòd si valetudo sit ad tempus, eum excuset ad tempus: si in perpetuum, etiam eum excuset in perpetuum, d. l. non solum, §. fin.

Tutor, vel curator si rescripto principis domicilium transtulerit, excusatur à suscepta tutela, vel cura, l. idem Vlpianus, 14. §. fi. eod.

Tutor, vel curator propter absentiam causa reipub. tutelam susceptam deponere potest. gl. fi. in l. idem Vlpianus, 14. §. fi. de excusat. tutorum.

Tutores testamentarij debent se excusare à datione, dum tamen datio teneat, non aliàs, gl. necesse, in l. scire, 15. eod.

Tutor si sit in ciuitate, vbi creatur, vel intra cẽtesimum lapidem ab ipsa ciuitate, debet se excusare intra quinquaginta dies, ex quo cognouit se datum, aliàs post elapsos illos non admittitur: sed tenetur tutelam suscipere, d. l. scire. §. 1.

Tutor si supra centum miliaria à ciuitate, vbi creatus sit, abest, viginti miliaria habebit pro vna quaque die, à qua cognouerit, & extra illos dies habebit alios triginta dies ad se excusandum, ita tamen, vt computando dies itineris, & illos triginta, non habeat minus 50. dies: plus autem sic si numeratio dierum itineris cum triginta diebus excedit quinquaginta, dict. l. scire, §. qui autem, & §. aliud, & gloss. 1. in l. quinquaginta, 6. C. de excusatio. tutorum.

Tutor habitans alibi, quàm in ciuitate, vbi creatur, intra statutum tempus debet excusare, nisi sit alterius ciuitatis ciuis, quo casu is non tenetur se excusare, cùm non teneat datio, d. l. scire. §. consequens, & ibi gl alterius.

Tutor si per ambitionem obtinuerit excusationem aut per falsas allegationes, vel probationes, nihilominùs est tutor, & si alius sit datus tutor in locum eius, non tenet datio. ibid.

Tutori non sufficit ad excusationem se repræsentare coram iudice intra statutum tempus: quia debet dicere, & nominare omnes suas excusationes, aliàs repellitur exceptione post statutum tempus, nisi propter ægritudinem, vel aliam necessitatem maris, vel hyemis, vel ob incursum latronum statuto tempore ad excusandum se, venire non potuit, d. §. consequens.

Tutor volens se excusare debet ad minus vnam speciem excusationis viua voce, vel in scriptis iudici præsentare, d. l. scire. §. oportet.

Tutor ab auo materno datus non tenetur se excusare, cùm ipso iure non valeat datio, d. l. scire. §. fi.

Tutor filiorum priuati si post susceptam tutelam fiat Senator, continuò potest deponere tutelam, & absoluitur ab excusatione, nisi pupilli essent filij senatoris: quo casu non absoluitur à tutela, l. spadonem, 17. eodem.

Tutor etiam si sit inferioris ordinis, vel dignitatis, non excusatur à tutela, vel cura filiorum eius, qui erat maioris dignitatis, quàm ipse est. ibidem.

Tutor si datus sit librarius, vel calculator, non habent excusationem, ibidem.

Tutor, vel curator datus inutiliter si confirmari se permiserit, non poterit posteà se excusare, l. Caius, 18. & ibi gl. fi. eod.

Tutor pupilli, qui proximus est pubertati, non habet excusationem occasione illius tutelæ, l non tantùm, 19. eod.

Tutor vt excusetur propter tres tutelas, considerari debet magnitudo patrimoniorum earum tutelarum, & eius, quæ suscipienda est, item ætas pupillorum tam priorum, quàm posteriorum, ita vt si pupilli priores, vel posteriores sint prope pubertatem, vt tantum tempus semestre reliquum fuerit, non excusabitur occasione talis tutelæ. ibid.

Tutor habens plures excusationes si quasdam proposuit, & eas non probauerit, poterit posteà aliàs excusationes proponere, dummodò intra constitutum tempus: scilicet 50 dierum proponat: sed post elapsos illos non poterit, l. propter litem, 24. & ibi gl. non probauerit. eod.

Tutor excusare se nõ potest per sententiã inter absentes latã nõ per iudices delegatos: quia excusationis ca[u]sa delegari nõ potest, l. excusare, 28. & ibi gl. 1 eod.

Tutor

excuſandum. ſe non cedit, antequàm confirmetur à iudice, l. 2. Cod. eodem.

Tutor habens tres tutelas, ſi datus ſit tutor, etiam quartæ tutelæ, eſt tutor ipſe iure, niſi ſe excuſet, l.ſi is.qui tres, 34.de excuſatione tutor.

Tutori habenti tres tutelas, ſi aliæ duæ tutelæ datiuæ, vel teſtamentariæ dentur ante excuſationem: vna ex primis tribus tutelis finita ſtatim tenetur is tutor ſuſcipere aliam tutelam, quæ loco tertiæ ſubrogatur: à quinta verò, quæ locò quartæ ſuccedit, intra tempus legitimum excuſatur, aliàs ſuſtinet periculum eius tutelæ.ibid.

Tutor duorum pupillorum fratrum habentium diuerſa patrimonia, & diuiſa dicitur habere duas tutelas, d.l.ſi is, qui tres, §.fi.

Tutor plurium pupillorum etiam non fratrum habentium vnum, & idem patrimonium dicitur habere vnam tutelam.ibid.

57 Tutor nominatus poteſt ſe excuſare à tutela, ſi intra 50.dies opponat, quòd habet litem cum pupillo ſuper omnib.bonis, vel maiori parte, l.ſi vt allegas, 16. & ibi gl.1.C.de excuſ.tut.

Tutor creatus ſi ſe non excuſet propter litem magnam, quam ipſius frater, vel ſoror, aut eorum filij habent cum pupillo, eſt tutor, & valet datio ipſo iure, gl. fi.in l.humanitatis.C.eod.

Tutor habens litem cum pupillo ſuper tota hereditate, vel maiore parte eius, excuſatur à tutela: & ſi nolit ſe excuſare, remoto eo nihilominùs alius datur tutor, & ita lis expedietur, l.ſi pupillum, 23.& l.ſeq.de excuſat.tutor.

Tutor non poteſt ſe appellare à nominatione: ſed ſi nominatus ſe excuſat, & eius excuſatio vt iniuſta repellatur, appellare poterit, glo.pen.in l.ſi quis, 60.§.fi.de ritu nuptiarum.

à Tutoris datione non appellatur: ſed à reiecta excuſatione ſic, l.tutor, vel curator, 21.& ibi gl.1.de adminiſtr.tutor.

Tutor datus aduerſus ſententiam reprobantem eius excuſationem, ſi prouocauit, heres eius poſteà victus periculum præteriti temporis, & non futuri tenetur præſtare, l.tutores, qui, 40 §.tutor.eod.

Tutores datiui teſtamentarij, vel legitimi non poſſunt prouocare ad actionem: poſſunt tamen appellare à ſententiis auferentib.ſibi excuſationes, l.ſcire, 15.& ibi gl.1.de excuſ.tut.

Tutor datus ſi fuerit quis à teſtatore, vel ab alio quouis, qui ius dandi habet, non debet appellare: ſed debet allegare intra tempora ſtatuta excuſationes ſuas, quæ ſibi fuerint repulſæ, tunc demùm appellare debebit, l. 1. §. ſi quis tutor. quando appellandum ſit, gl.pe.in l.quinquaginta, & l.tutor, 28.Cod.de excuſ. tutor.

Reliqua verbo, Cacus, Excuſatio, 2.vſque 6.Excuſare, 1.2.Tutela, 11.vſque 15.Illiterati, Miles, 31.32.Primipilaris, Valetudinarius, Libertus, 15.16. & ſupra num. 19. & 26. Conſiliary, Contrahens, 4. Creditor, 99.Legatarius, 8.9.Abſens, 15.

58 TVTOR nummis datis tutelam occupans dicitur committere quandam quaſi ſimoniam, gl.tutelam, in l.1.de off.præf.vrbi.

Tutores qui non poſuerunt in inuentario omnia ponenda, accuſari & vt ſuſpecti remoueri poſſunt, & criminaliter puniri, d.l.j.§.ſolent.

Tutor ſe ingerens præſumitur ſuſpectus, gl.fi.in l.fi.de officio præt.

Tutor de ſuſpecto condemnatus ob dolum infamis eſt: ſecùs ſi ob culpam, gl.pe. in l.non ſolùm, §.pe.de procuratorib.

Tutores, qui tutelam occupant nummis datis, & qui pretio accepto operam dederunt, vt non idoneus tutor daretur, extra ordinem puniuntur, nec remouentur vt ſuſpecti, l.in eos, & ibi gl.1.de tute.

Tutor gratis, & non acceptis nummis debet tutelam ſubire: & ſi aliquid accepit, vt eſſet, dicitur verè tutor: ſed per condictionem ob turpem cauſam tenetur: poteſt tamen conſtitui ei ſalarium à iudice, gl.2.& ibi add.marg.ibid.

Tutor præſumitur tutelam affectaſſe, ſi in ea pauper repertus ſit, l.ſpadonem, 17. §.fi.de excuſat.tutorum.

Tutor ſuſpectus præſumitur, qui vltrò, & ſpontaneè tutelam affectat, l.vxori, 18. de falſis.

Tutorem ſe filio teſtatoris in teſtamento alieno ſcribens: etſi ſuſpectus præſumitur: tamen ſi aliàs idoneus ſit, non ex teſtamento: ſed à iudice dari debet, nec excuſatio eius admittitur, ibid.

Tutor, qui per pecuniam acquiſiuit tutelam, ad præfectum vrbi puniendus, extra ordinem remitti debet, §.pe.Inſt.de ſuſpect.tuto.

59 Tutoris ſatiſdatio non mutat propoſitum maleuolum: ſed præſtat facultatem diutiùs graſſandi in re familiari, §.fi.Inſt.eod.

Tutor, vel curator quamuis pauper, ſi fidelis, & diligens ſit, non debet vt ſuſpectus remoueri: poteſt tamen vt ſuſpectus remoueri, vel curator ei debet adiungi, d.§.fi.& ibi gl.fi.& add.

Tutor teſtamentarius occaſione debiti non poteſt rebelli, l.tutor, in add.marg.de ritu nuptiarum.

Tutor remouetur à tutela per ſuperuenientem ſurditatem ita, quòd omnino non audiat, vel ſi fiat mutus, gl.fi.in l.1.§.fi.de tutelis.

Tutorem remoueri omnino à tutela aliud eſt, & aliud eſt interdici ei adminiſtrationem: quia ſic non deſinit eſſe tutor, gloſſ. conceſſa, in l. 4. de author. tutor.

Tutor, cui tanquam ſuſpecto datus eſt adiunctus, non habetur eo loco, quo eſſet finita tutela, gl.fi.in, l.tutela.de contraria tut.act.

Tutor ex plebeis, & humilioribus ob facta atrociora in tutela admiſſa non ſolùm remouetur: ſed etiam grauiter punitur, l.1.§.fin.de ſuſpectis tutorib.

Tutor non ſolùm remouetur. ſed etiam punitur, quando præſens alimenta denegauit pupillo, & probatum eſt eius mendacium, aut data pecunia tutelam redemit, vel quando inuentarium non fecit, vel quando pecuniam deponere, vel in emptionem prædiorum conuertere noluit iuſſus à iudice, vel quando euidenti fraude bona pupillorum alienauit, vel quando libertus fraudulenter geſſit tutelam filiorum patroni, gl atrociora, ibid.

Tutor ſuſpectus, & remotus poteſt facere contutorem ſuſpectum, l.3.eod.

60 Tutor ob dolum in tutela admiſſum poteſt remoueri: ſecùs ſi extra tutelam, d.l. 3.§.nunc videamus.

Tutor ſi ſtudioſè malè, & ſordidè geſſit tutelam, aut pupillo pernicioſe, vel aliquid interceperit ex reb.pupillarib.remouetur.ibid.

Tutor ſi antequam eſſet tutor, etiam in bonis pupilli, vel in tutela malè geſſerit, de ſuſpecto ob id accuſari non poterit: quia delictum præceſſit tutelã.ib.

Tutor, ſi antequàm eſſet tutor pupilli, ſubſtantiam expilauit, debet accuſari non crimine ſuſpecti tutoris: ſed crimine expilatæ hereditatis, quando ſubtraxit res de hereditate pupilli nondum adita, vel adita: ſed non apprehenſa poſſeſſione ab herede pupillo: ſed apprehenſa poſſeſſione à pupillo, ſi ſubtraxit tenetur furti.d.§.nunc videamus, & ibi gl.crimine.

Tutor pro ante geſtis, vt ſuſpectus non poteſt accuſari.ibid.

Tutor vſque ad tempus, vel ad conditionem teſtamento datus, ſi tutelam malè adminiſtrauit, deinde ſuperueniente die, vel conditione iterum à iudice datus ſit, non poteſt accuſari de ſuſpecto, ſi contutorem, qui tutelæ poſſit agere cum eo, habeat in hac ſecunda tutela: ſecùs ſi non habeat, d.l.3.§.idem erit, & ibi gl crimen.

Tutor datus donec erit in Italia, vel donec non erit vltra mare, ſi malè adminiſtrauit, & poſteà exiuit de Italia, vel antequàm iret vltra mare, d l.3.§.quòd ſi.

Tutor abſuturus reipub. cauſa ſi alium tutorem conſtitui curauit, & reuerſus eãdem tutelam adminiſtrat non poteſt de ſuſpecto accuſari pro geſtu priore in prima tutela: quia ex eo poteſt conueniri vtili actione tutelæ, d.l.3.§.ſi quis.

Tutor vt ſuſpectus remouetur propter inimicitias cum pupillo, vel cum parentib.ex linea aſcendenti in infinitum, d.l.3.§.ſi tutor, & ibi gl.parentibus.

Tutor vt ſuſpectus poteſt remoueri ex iuſta cauſa, quæ iudicem moueat, cur non debeat eam tutelam gerere, ibid.

Tutor vt ſuſpectus non remouetur propter inimicitias cum fratre pupilli, vel cum aliis tranſuerſalib.† d.gl.parentib.

Tutor, qui dolo, lata, vel leui culpa pupillum abſtinuit hereditate, vt ſuſpectus poteſt accuſari, d.l.3.§.is tutor.

Tutor, qui ob ſegnitiem, vel ruſticitatem, vel inertiam, vel ſimplicitatem, aut inopiam, vel imperitiam remotus eſt, non efficitur infamis, d.l.3.§.fi.

Tutor remotus ob negligentiam, vel culpam non latam non efficitur infamis, gl. pen.ibid.

Tutor remotus ob fraudem, vel dolum infamis eſt.ibid.

Tutor remotus ob latam culpam non eſt infamis, † ibid.

Tutor, qui ob fraudem commiſſam in tutela non fuit remotus: ſed ei curator adiunctus fuit, non eſt infamis: quia non eſt iuſſus abire à tutela, d.§.fi.

Tutor abſque dolo remotus non eſt infamis, l.4.eod.

Tutor remotus vtrùm infamis, debet iudex cauſam remotionis in ſententia exprimere: itaque ſi exprimat cauſam, quæ infamiam irrogat, fit infamis: ſecùs ſi exprimat cauſam, quæ infamiam non irrogat.ibid.

Tutor remotus à iudice non expreſſa cauſa in ſententia non intelligitur infamis, ſi ei obiiciebatur culpa: ſed ſi obiiciebatur dolus, tunc intelligitur infamis, quaſi ex ea cauſa remotus, quæ in iudicio erat deducta, d.l.4.& ibi gloſſ.& verum.

Tutor remotus nulla cauſa expreſſa, in dubio propter culpam videtur remotus vt putà in benigniorem partem.& ideò non eſt infamis.ibid.

Tutor gerere prohibitus, vel à tutela remotus paria ſunt, d.l.4.§.fi.

Tutorem accuſatum de ſuſpecto ſi iudex prohibuerit adminiſtrare, videtur eum remouere: quia hoc putabatur, & agebatur, d.§ fin.& ibi gl.pe.

Tutor, qui nihil geſſit, non poteſt ob id ſolum vt ſuſpectus accuſari, niſi dolo tantum, aut contumaciter, & iuſſus à prætore noluit gerere, quo caſu etiam antequàm gerat, poteſt accuſari de ſuſpecto, & remoueri, d.§.fi.& ibi gl.fi.

Tutor etiam ſi ſatiſdationem præſtiterit, vel etiam nunc offerat ſatiſdationem, ſi malè gerat, vt ſuſpectus remoueri poteſt, l.ſuſpectus.eod.

Tutor ſi non ſatiſdederit, cùm debet, ob hoc ſolum poteſt remoueri vt ſuſpectus: ſi ob dolum cum infamia, ſecus ſi ob inopiam, gl.1.ibid.

Tutor contutorem malè gerentẽ ſi non fecerit ſuſpectũ, tenetur eius nomine, nec excuſatur, eò quòd cautum eſſet pupillo à contutore, d.l.ſuſpectus, cum l.ſeq.

Tutor propter latam negligentiam, vel culpam poteſt remoueri vt ſuſpectus, l. impuberib.§.1.eod.

Tutor vocatus, qui copiam ſui non facit pupillo agere volenti, tanquàm ſuſpectus remouetur, d.l.impuberibus, §.penultimo, & fi.

Tutor contumax, & non comparens poteſt remoueri, ita tamen quòd iudex debet inquirere, an ipſe latitet, & propter hoc eum remouebit.ibid.

Tutoris remotio debet fieri cauſa cognita iudice ſedente pro tribunali, gl.fi.in d. l.impuberibus.§.fi.

Tutoris dolũ, vel negligentiam debet probare accuſans eum de ſuſpecto tutore, in quibuſdam tamen caſib. præſumitur dolus, & negligentia, gloſſ. pen. ibid.

Tutor ſuſpectus dicitur ille, qui morib. eſt talis, vt ſuſpectus ſit, l. ſuſpectum, eodem.

Tutor ſi aliquo vinculo neceſſitudinis, vel affinitatis pupillo ſit coniunctus, & à tutela remouendus videatur, melius eſt ei curatorem adiungi, quàm eumdem cum nota infamiæ remoueri, l.ſi tutor.eod.

Tutor coniunctus pupillò ſi remouendus ſit propter dolum, tunc non remouetur: ſed curator adiungitur: ſed ſi obiiciatur ei culpa, poteſt vt ſuſpectus remoueri, cùm ex hoc non infametur † gl.1.ibid.

Tutor remotus vt ſuſpectus non tenetur de periculo futuri temporis, l.decreto. eodem.

Tutorem remotum non eſſe ſecurum in futurum iniquum eſt.ibidem.

Tutori interdicitur adminiſtratio ab eo tempore, quo cœpit cauſa ſuſpecti moueri.gl.1.ibid.

Tutor quamuis pauper ſit: ſi tamen ſit diligens, & fidelis non eſt remouendus vt ſuſpectus: ſed curator ei adiungitur, l.ſuſpectum, & ibi gl.1.eod.

Tutor propter paupertatem quandoque remouetur vt ſuſpectus, quandoque non gl.fi.in l paupertas, de excuſat.tutor.

Tutor à teſtatore datus, cui legatum fuit relictum, ſi remotus ſit tanquam ſuſpectus, amittit legatum, l.quid autem, 28.eod.

Tutorem ſuſpectum faciens ſi ſuccubuit, intra triduum debet appellare, l. 1. §. pen.quando appellandum ſit.

Tutor vel curator contumax poteſt tanquam ſuſpectus accuſari, gl. iuriſdictionis, in l.5.C.de procuratorib.

Tutores

Tutor datiuus,testamentarius, vel legitimus non potest esse debitor, vel creditor minoris,† gl.2.ibid.

Tutor non põt esse creditor,etiam si velit debitum dimittere pupillo.† gl.3.ib.

Tutor potest esse debitor ex mala administratione tutelæ factus, vel factus creditor impendendo de suo:secùs verò quando tutori obuenit hæreditas debitoris,vel creditoris minoris,vel minori obuenit hæreditas creditoris,vel debitoris:quia tunc curator adiungitur ei, gl.4.ibid.

Tutor,vel curator adiuncto sibi tutore,vel curatore potest esse, si posteà minoris debitor,vel creditor fiat,gl.non sine adiuncto,ibid.

Tutor potest esse debitor si paratus sit soluere minori id,quod debet, si sit idoneus,& se etiam ad tutelam non offerat;secùs si non sit idoneus, & ad tutelam etiam se offerat,† gl.hoc autem,ibid.

Tutor,vel curator nõ potest esse creditor annuatim:sed si fuerit, amittit debitũ pro annis,quibus tutor,vel curator fuit:pro sequẽtib.tamen reassumit, † ibi.

Tutor, vel curator si fuerit ille, qui est creditor minoris sub conditione, vel etiam purè,amittit debitum, ibid.

Tutor,vel curator debet iurare ab initio per verbum, credo, quod non sit debitor,vel creditor minoris,gl.credere, ibid.

Tutor,vel curator si iuret, & taceat sciens ab initio se debitorem, vel creditorem minoris,amittit actionem,vel solutione non liberatur;secùs si ignoranter tacuit gl.iacturam,ibid.

Tutor, vel curator, si postquàm iurauit se debitorem, vel creditorem minoris non esse,sciuit se esse creditorem,vel debitorem minoris, debet denunciare, & remoueri ab administratione,ibid.†.

Tutor si cœpit quid debere minori ante tutelam,vel curã, vt ex mutuo, vel furti,potest conueniri etiam durante officio,gl.1.in l.2.C.de administ.tuto.

Tutor à se,& ab aliis debitoribus debet exigere, & si non fecerit, deuoluitur in actionem tutelæ prima actio,etiam si sit finita tempore,gl.fin.in l.pen. C.de hæredibus tutorum.

71 Tutor,vel curator potest esse habens rem communem cum pupillo, seu adulto, cùm diuisio possit fieri curatore dato; sed hodie non potest esse, l. quod res, 21.& ibi gl. 1.in add.C.de excusat. tutor.

Tutor,vel curator gerens tutelam,vel curam,si minorem habeat obligatum, vt quia ad eum perlata sit hæreditas eius,qui minorem habebat obligatum,vel alia occasione,debet sibi adiungi alius tutor,vel curator,§.sed & si quis,& ibi gl.iam solùm,in auth.vt hi,qui obligatas se habere perhibent.col.6.

Tutor,vel curator habens rei vendicationem contra minorem possidentem,vel econtrà obligatus minori actione rei vendicationis non debet suscipere tutelam, vel curam; & si susceperit, cadit ab actione,quam habet ipse in eum: † reprob.gl.obligatum,& ibi add.in §.hæc omnia,eod.

Tutor,vel curator minoris non potest esse,qui est eius debitor,vel creditor, nisi sit in modica quantitate,quod relinquitur arbitrio iudicis,d.§. sed & si quis, & ibi gl.gerens, eod.

Tutor non tenetur agnoscere bonam fidem,gl.expelli,in §.si quis in sua, in authen.de ecclesiast.titulis,col.9.

Tutor,vel curator hodie non potest esse debitor,vel creditor,nisi testamento à sciente testatore datus sit,quo casu erit tutor;secùs si testator ignorauit, glo. 1.§.fin.Inst.de authori.tutorum, gl.nisi fortè,in §.item propter litem, Inst.de excusat.tutorum,gl.1.in l.propter litem,24.de excus. tutorum.

Tutor,qui & cohæres pupilli erat, conuentus nomine fideicommissi relicti in diem,vel sub conditione à se,& à pupillo, in solidum cauit pro se, & pupillo de restituendo fideicommisso, adueniente conditione: pro parte datur vtilis actio in pupillum factum puberem adueniente die, l. fina. quando ex facto tutoris.

Tutor si facit negotium,quod in parte spectat ad ipsum,& in parte ad pupillum, pro illa parte pupilli videtur facere negotium tutorio nomine, & pro alia parte suo proprio nomine, ibid.

Reliqua verbo,Creditor,99.sup.nu.10.Curator, 11.Debitor,27.

72 TVTOR si pupillo emerit prædia non idonea dolo, aut per sordes, aut gratiam,aut per latam culpam,tenetur actione tutelæ,l.tutor,qui, 8.§.competit, de admin. tutorum.

Tutor in emendis rebus non tenetur pupillo de leui culpa,d.§. competit, & ibi gl.latam,& ibi add.

Tutor regulariter tenetur de leui culpa:fallit quando emit prædia minus idonea per leuem culpam,ibid.

Tutor si pro re empta nomine pupilli,& euicta per confessoriam, vel hypothecariam soluerit litis æstimationem,de suo pupillus contra venditorem potest agere actione ex stipulatu de euictione,cùm ipse pupillus teneatur tutori ad eam pecuniam contraria tutelę,l.si pro re pupilli,22.& ibi gl.1.& 2.de euict.

Tutor, vel curator si emit de pecunia pupilli nomine suo vtilis actio ad rem emptam competit pupillo:si autem nomine pupilli, tunc competit ei directa actio,l.2.& ibi gl.pen.quando ex facto tutoris.

Tutor vt procurator emendo rem nomine pupilli acquirit proprietatem eius pupillo,etiam ignoranti,l.procurator,13.de acquir.rerum dominio.

Tutor,vel curator iudicis mandato si emit prædium ex pecunia pupilli nomine suo,& non nomine pupilli, in electione pupilli est, vel petere prædium emptum ex sua pecunia,vel pecuniam ipsam cum vsuris centesimis, l.3.& ibi gl. pe. C.arbitrium tutelæ.

Tutor,vel curator iudicis mandato si emit prędium suo nomine ex pecunia pupilli,si pupillus velit potiùs pecuniam,quàm prædium,illud prædium est pupillo obligatum pro eadem pecunia,& vsuris, d.gl.pen.

Tutor quascumque res emerit de pecunia pupillari,omnes illæ sunt specialiter obligatæ,neque sunt suæ, licèt sint emptæ de sua pecunia: sed si velit habere eas res etiam suas,ratificando emptionem rectè potest,& tunc pupillus habet vtilem in rem,l.pe.& ibi gl.1. C.de seruo pignori dato.

Tutor si inuentus sit seruus, in rebus per eum emptis ex pecunia pupilli dominus serui non habet ius deductionis;quod idem est in curatore,l.circa pupillum,12.de administ. tutor.

Tutor contrahens in his, quæ non pertinent ad eius administrationem, non quærit pupillo pignoratitiam;secùs in his,quę ad eius administrationem spectant,† gl.vel tutorem,in l.solutum,11.§.solutam, de pign.actione.

Tutor pupillo,& administrator reipub.vel ciuitati acquirit vtilem actionem sine cessione,gl.stipulatus,in l.Caius Seius,11.de vsuris.

Tutor si pecuniam pupillarem fœnori dat, pupillus ipse, vel eius seruus debet stipulari:quòd si pupillus propter ætatem non possit stipulari, neque seruum habeat,tunc ipse tutor debet stipulari,vel qui in eius potestate est,& tunc datur vtilis actio pupillo,l.quoties,10.de administr.tutorum.

Tutor absente pupillo quando dat pecuniam pupillarem fœnori, debet ipse tutor suo nomine stipulari,dicendo,promittis mihi,imò expressim nomine pupilli,& adulti potest stipulari,& valet stipulatio ad similitudinem constituti, d.l.quoties.& ibi gl.3.

Tutor,vel curator absente pupillo potest stipulari nomine pupilli,dicendo,promittis pupillo,sed procurator non,† d.gl.3.

Tutor quando stipulatur sibi quæritur directa actio,& vtilis pupillo,& durante tutela potest agere nomine suo,& impuberis;finita verò ea,neutro;sed quando pupillus stipulatur,directam actionem habet pupillus, & tutor non expe[...]ritur suo nomine:sed tantùm pupilli,ibid.

Tutor potest stipulari pupillo, quando interest tutoris ipsius, l. stipulatio ista habere licere,38.§.si stipulator,de verb. oblig.

Tutor,curator,& syndicus vniuersitatis quando stipulantur,debent nomine suo stipulari, nec possunt in personam suorum principalium verba obligatiua nec executiua conferre,† reprob.gl.fieri, ibid.

Tutor, curator, vel actor municipum cuicumque stipulentur, acquirunt vtiles actiones,gl.nihil,in l.1.de stipulatione seruorum.

Tutor,vel curator tenetur pupillo,si facit,vt actio non quæratur pupillo,glo.[...] in l.pupillorum,21.C.de administ.tutor.

Tutor cum pecuniam pupillarem credit,etsi ipse stipulatus sit, vtilis tamẽ actio ex stipulatione:hoc est certi condictio quæritur pupillo,l.2.C.quando ex facto tutoris.

Tutor, vel curator in his, quæ non pertinent ad eius administrationem, nullo modo quærit actionem pupillo, nisi in subsidium, sicut in quolibet contrahente,gl.1.in add. ibid.

Tutor non potest acquirere pupillo directã hypothecã:sed bene vtilẽ, † d. gl.[...]

Tutor non potest pupillo actionem quærere,nisi certis ex causis,vt cum in rem pupilli contrahit,non si in suam, l.fi.& ibi gl.1.C.eod.

Reliqua verbo, Acquisitio.

TVTOR rem pupilli ex iusta causa si vendidit cum decreto, non obstante denunciatione facta à matre emptoribus,ne emerent, valet venditio: sed restituitur minor,si læsus sit:sed non aliàs,l.tutor,49.de minorib.

Tutoris authoritas exigitur in alienatione rei minoris,& quòd fiat non prohibente lege,vt quia cum decreto,si talis sit res,aliàs cum solo tutore,glo.tutore,in l.quemcumque,15.§.fi.de rei vendicatione.

Tutor,vel curator furiosi,vel prodigi possunt alienare res mobiles,quæ seruando seruari non possunt,& eis potest etiam solui,& omnia facere,vt domini,[...] iusiurandum,17.§.1.& ibi gl.alienare,de iureiuran.

Tutor rem pupilli lege non refragante pignori dare potest: scilicet, si in rem pupilli pecuniam accipiat,l.tutor,16.de pign.actione.

Tutor rem pupilli potest ob æs alienum soluendum authoritate iudicis pignori dare,gl.fi.ibid.

Tutor hodie res etiam mobiles pupilli non potest pignori dare,ibid.

Tutor ad vendendas res pupillares tẽpore perituras nõ debet expectare curatores differentes,vel etiam volentes se excusare,l.tutor,qui,8.§.1.de admin.tut[...]

Tutor si rem pupillarem per dolum pluris vendidit, ipse tutor, & non pupillus tenetur emptori actione ex empto; sed si pupillus tutore authore per dolum pluris vendidit,tenetur pupillus in quantum locupletior factus est ex eo: se[...] in residuum tenetur tutor perpetuò etiam administratione deposita, l.Iulianus,§.sed cùm in facto,de actio. empti.

Tutor nomine pupilli si vendidit rem, euicta re pupillus officio tutelæ finit[...] conuenitur vtili actione nomine euictionis, quatenùs locupletior factus est[...] in residuum autem tutor tenetur, qui si soluendo non sit, in solidum tenetur pupillus,nisi sit læsus pupillus,quo casu restituitur,l.illud quæritur, §.[...] impuberis,& ibi gl.accepto,& add.marg.de euictio.

Tutor res pupilli,quæ tempore sunt perituræ, vendere debet non præcipiti fe[...]stinatione, nec moratoria cunctatione: sed cum quodam spatio moderato[...] aliàs suo periculo stant,l.tutor,qui,8.§.1.de administr. tutorum.

Tutor dicitur legitimè alienare rem immobilem pupilli, cùm alienat cum decreto:sed mobilem sine decreto, si illa res mobilis seruari non potest, & imputatur tutori, si non distrahat, & tunc alienatio non rescinditur etiam ra[...]tione ætatis,nisi sordes, vel gratia tutoris interuenit, vel enorme damnum[...] gl.2.in l.cùm plures,13.§.1.eod.

Tutor quando legitimè alienat rem pupilli, nihil interest an ipse tutor fuer[...] soluendo,vel non,quoad hoc,vt valeat alienatio,vel vt pupillus vẽdicare pos[...]sit,vel non:sed quantum ad aliud interest quandoque, d.§.1.& ibi gl.interes[...]

Tutor si rem mala fide alienauerit,non valet alienatio,d.§.

Tutor quando legitimè alienat rem pupilli casibus subiectam, valet alienati[...] adeò, vt detur in pupillum vtilis actio de euictione re aliqua euicta, quate[...]nùs locupletior factus sit,gl.seruanda,ibid.

Tutor quando legitimè alienat rem immobilem pupilli alienatio rescinditur pupillo,etiam pro paruo damno, licèt non pro minimo, gl.seruanda,ibid.

Tutor testamento datus à matre,nec confirmatus à iudice putans se tutorem, vendat bona paterna pupilli,& decessit,potest pupillus ea bona vendicare a[...] emptore,si extent,vel dolo possidentis esse desierunt,vel sciens eũ tutorẽ no[...] esse emit,l.Titium,48.§.matre,& ibi gl.manerent,de admin.tutor.

Tutor rem pupilli iustè venditam potest sibi licitè continere,si emptor pretium non soluit,& ipse tutor pretium de suo in vtilitate pupilli conuertit, l.tutè[...]serum,57.eod.

Tutoris authoritas est sufficiens pro mobilibus,vel se mouentibus rebus pupil[...] distrahendis,etiam absque iudicis decreto,gl.1.in add.marg.& gl.fi.ibid.

Tutor si res mobiles,vel mouẽtes pupilli iustè,& sine dolo vendiderit alicui,[...]lo emptore non soluente potest tutor palam, & bona fide ea res vendi[...]

altera

cui credat,pupillo vacat:sed hodie idem est etiam si potuit inuenire:quia tutor sub nomine non potest fœnerari:multò minùs pupilli gratia, l.cùm plures,13.§.fi.& ibi gl.fi.& add.marg.eod.

Tutor non excusatur ideò cessasse pecuniam pupillarem collocare,quòd idonea nomine non inuenerit,si arguatur eo tempore suam bene collocasse, l.tutor secundum,14.eod.

Tutor cum pecunia pupillari si plura nomina contraxit,debet pupillus,vel omnia agnoscere,vel omnia repudiare,siue pupilli nomine,siue suo tutor credidisset,l.cùm quæretur, 17.eod.

Tutores miseri puniuntur,qui suorum pupillorum pecunias fœnerant, ad quod non tenentur,gl.expelli,in §.si quis in sua,in auth.de ecclesiast. titulis, col.9.

Tutor si pecuniam pupillarem per contumaciam non fœnerauit, vel de ea prædia non emit, punitur extra ordinem, si ad damnum resarciendum pupillo non sit idoneus:hodie tamen circa fœnerationem,secus est, l.ob fœnus, 50.& ibi gl.de administ. tutor.

Tutor potest accipere pecuniam pupillarem mutuo à contutore,& tenetur pręstare vsuras conuentas,quas cæteri debitores pupillares solent præstare,dummodò non excedant legitimas,l.non existimo,15.& ibi gl.1.eod.

82 Tutor palam potest accipere mutuam pecuniam pupillarem à se ipso,& tenetur tunc ad vsuras pupillares:hoc est, quas pupillus secundum conditionem personæ potest stipulari,ibid.

Tutor si pupillo mutuam pecuniam dederit, vel ab eo stipuletur, pupillus non obligatur tutori,nec naturaliter,si clam mutuauit,& non est factus locupletior:secùs si palam,& bona fide,vel si locupletior factus sit,l.pupillus, 5.& ibi gl.non erit,de author.tutorum.

Tutor potest se obligare pupillo accipiendo ab eo mutuum, d. gl.non erit.

Tutor si suo proprio nomine,& pro se mutuam pecuniam accepit,& posteà cum ea iudicatum soluit pro pupillo, tenetur creditori mutuanti etiam post finitam tutelam, nisi creditor ideò ei mutuauit, vt in causam iudicati pecunia transiret,l.post mortem,§.fi.& ibi gl.rectè,quando ex facto tutoris.

Tutor si debeat pupillo vsuras pecuniæ pupillaris, eò quòd eam non fœnerauerit,eas vsuras compensat ipso iure cum vsuris, quas pupillus sibi debet ex pecunia,quam sibi abest propter tutelam,l.3.§.planè,& ibi gl.præstabit,de contraria tutelæ actione.

Tutoris mora impedit cursum vsurarum,quæ veniunt ex mora debitoris,l.si per te non stat,9.C.de vsuris.

Tutor,vel curator hodie non debet fœnerare pecuniam pupillarem; quod si fecerit, mutuum subiacebit periculo etiam casus fortuiti; quia culpa præcessit casum,l.1.& ibi gl.1.& fi.C.de administr.tutorum.

Tutor,vel curator hodie,si mobilis sit pupilli substantia, vsque ad eam quantitatem pecuniæ,quæ sufficit ad expensas pupilli, & familiæ suæ debet fœnerare;reliquam autem quantitatem debet cautè recondere,& non fœnerare, nisi ex necessitate:veluti propter expensas in pupillum faciendas hoc faciat, ibid.

83 Tutor,vel curator non debet fœnerare pecuniam pupillarem, quando pupillus habet sufficientem reditum prædiorum,aliàs tenetur,gl.1.ibid.

Tutor,vel curator non habens necessitatem fœnerandi pecuniam, si fœnerauerit,lucrum,vel vsuras de iure ciuili tenetur restituere pupillo, licèt ád eum specter periculum, † gl.fi.ibid.

Tutor pecuniam pupillarem debet dare ad vsuras,ita vt ipse pupillus stipuletur eas,vel eius seruus,aut curator in subsidium,gl.fi.in l.tutore,24.C.eod.

Tutor si pecuniam pupillarem nomine pupilli mutuans stipulatus non fuerit, iure communi quæritur certi condictio,& hypothecarię,gl.2.in l.2.C.quando ex facto tutoris.

Tutor,vel curator mutuans pecuniam pupillarem,si pupillo stipulatus, aut sibi nomine pupilli,specialissimo iure quæritur vtilis actio,& vtilis hypothecaria pupillo,& furioso,ibid.

Tutores,vel curatores si,cùm conditio acquirendi pupillis existeret,non acquisierint vsuras,& similia,tenentur eisdem pupillis de tali lucro omisso,gl.2.in l.quidquid,C.arbitrium tutelæ.

Tutor non tenetur ad vsuras,si pecuniam pupillarem neque idoneis hominibus credere, neque in emptionem possessionum conuertere potuit, l. pen. C. de vsur.pupil.

Tutori pecuniam suam mutuam ad vsuras danti non creditur, quòd pecuniam pupillarem idoneis hominibus credere vel in emptionem prædiorum conuertere non potuerit,gl.1.ibid.

Tutor,vel curator minoris pecuniam mutuare non cogitur:& si eam mutuauerit intra duos menses,post annum fœnerari cogitur, & periculum pertinebit ad eum,§.quoniam autẽ,in auth.vt hi,qui obligatos se habere perhibẽt,col.6.

Tutor,vel curator pecunias pupilli non tenetur fœnerari, & si fœneratur tenetur ad restitutionem vsurarum ipsi pupillo,vel minori:iure tamen canonico non tenetur vsuras restituere pupillo, cùm teneatur restituere ei,à quo accepit,† gl.necessitatem,& ibi add.& dd.in §.quoniam autem,eodem.

Reliqua verbo,Pecunia,5.6.Pupillus,21.22.Actio, 154.& suprà nu.73.

84 TVTOR vnus plurium pupillorum vnum debitum prætendentium, quando conuenit cùm aliis creditoribus pro remittenda quota parte debiti,vnius loco esse censetur,l.si plures,de pactis.

Tutores plures vnius pupilli creditoris quando conueniunt cum aliis creditoribus pro remittenda quota debiti,vnius loco numerantur;quia vnius nomine conueniunt,ibid.

Tutoris pactum prodest pupillo; non tamen nocet,si fuisset factum animo donandi;secùs si non animo donandi,l.tutoris,& ibi gl.1.eod.

Tutoris transactio prodest pupillo,non tamen nocet, quando animo donandi fuisset facta;secùs quando non animo donandi,† d.gl.1.

Tutor deficientibus probationibus potest transigere,non aliàs,glo. 1.in l.tutor, 35.de iureiurando.

Tutor, qui se finita tutela pro pupilli debito obligat,conueniri potest; quia se proprio nomine obligare intelligitur: quòd si durante tutela se obligauerit, non potest conueniri ea durante; quod secùs est in procuratore obligante durante officio, l. Titius, 24. & ibi glo.penul.& additio.margin.de constit. pecunia.

Tutoris promissio non tollit actionem de in rem verso contra pupillum, l.pe[...] §.fi. de in rem verso.

Tutore subscribente in se transferendo obligationem si seruus absentis cau[...] reipub.mutuo dederit pecuniam seruo pupilli,ipse pupillus tenetur de in re[...] verso:quia translatio obligationis facta in tutorem non fuit facta animo n[o]uandi:sed vt magis actus seruorum confirmaretur, d.§.fi.

Tutor solus tenetur,quando quis contraxit cum eo nomine, & contemplatio[ne] ipsius tutoris tantùm,neque eius pupillus tenetur, nisi ratum habeat, vel pe[cunia] in ipsius vtilitatem sit conuersa,l.tutores,qui,40.§.aduersus, & ibi gl[.] contraxit,de admin.tutor.

cum Tutore si quis contraxit nomine,& contemplatione ipsius pupilli,tantù[m] solus ipse pupillus tenetur; sed si nomine, & contemplatione vtriusque co[n]traxit,vterque tenetur,gl.contraxit,ibid.

Tutor,vel curator scienter promittens id, ad quod pupillus, vel minor non p[o]test conueniri,ipse tenetur,l.cùm post moram,44.§.1.eod.

Tutores non possunt remittere debitum debitoribus pupilli,vel cum eis transi[gere] diminuendi debiti causa;bona tamen fide bene potest transigere, l. L[...] cius,47.§.fi.& ibi gl.fi.eod.

Tutor si quædam gessit,quædam gerere omisit, & alter tutor omnino non ge[s]sit,periculum eorum, quæ geri omissa sunt à gerente; commune est & ipsi[us] gerentis, & non gerentis, & ideò illud non potest exigi à solo gerente, n[isi] omissa sint talia ab eo,quæ consummationem cœptorum ab eo desiderabant[,] vel ita coniuncta,vt separari non debuerint à gestis, veluti labor colligend[æ] segetis,vel labor excutiendorum granorum à paleis,l.tres tutores, 56.§.in[...] in eo,eodem.

Tutore authore non potest fieri acceptilatio,vel pactum de non petendo,tra[ns]actio,vel delegatio ad liberationem ipsius tutoris,l.fi.& ibi gl.1.eod.

Tutor contrahendo simpliciter in re,quæ potest ad ipsum, & ad pupillum per[tinere]; intelligitur contrahere nomine proprio, nisi aliud actum sit, l. p[ost] mortem,§.fi.quando ex facto tutoris.

Tutoribus duobus dolum in tutela committentibus vnus transactio facta su[...] per eo cum pupillo, non prodest alteri; secùs si vnus eorum totum interes[se] præstiterit pupillo,l.si ex duob.de tutelis,& rationib.

Tutor,qui pro pupillo se obligauit, habet contrariam actionem tutelæ, etia[m] antequàm soluat,quia videtur ei abesse,l.fi.de contraria tutelæ actione.

Tutor, aut curator, qui negotia gerit, si transegerit cum fure, euanescit fur[ti] actio,l.si pignore,56.§.fi.de furtis.

Tutor non potest gratis debitum liquidum remittere, gl. transigere,in l.inte[r]dum,58.§.qui tutor,eod.gl.in l.pactum curatoris,22.C.de pactis.

Tutor potest transigere cum fure;& si in potestatem suam redegerit rem furti[...] uam,desinit esse furtiua,d.§.qui tutor.

Tutor potest transigere super morte patris pupilli,d.§.qui tutor,in add.marg[.]

Tutor, & curator furiosi etiam pacto gratuito pupilli iniuriã remittere potes[t] quando pupillo potiùs remittere,quàm vlcisci interest,gl.dñi,in add.marg[.]

Tutor, & curator non possunt procuratorem constituere ex sua persona, n[ec] possunt pactum gratuitum facere, d.gl.domini.

Tutores,& curatores, & hi, qui deposito officio tutelam, vel curam non resti[tu]erunt;non possunt concedere vectigalia,aut aliàs contrahere cum fisco;&[...] contraxerint,& aliquid obrepserint procuratori fisci,puniuntur, ac si falsum commisissent,l.1.§.tutores,de falsis.

Tutor,vel curator antequàm tutelam, vel curam suscipiant, possunt contrahe[re] cum fisco,neque tenentur crimine falsi,ibid.

Tutor,vel curator nondum redditis rationibus contrahere cum fisco non debent,si viuat is,cuius tutela administrata est;sed si decesserit,rectè potest con[-] trahere,licèt nondum hæredi eius rationem reddiderit,ibid.

Tutor, vel curator succedens iure hæreditario in fiscalem contractum factum à defuncto cum fisco,non tenetur pœna legis Corneliæ de falsis, licèt successerit ante rationem redditam,& adhuc viuente eo,cuius tutela, vel cura administrata est,d.l.1.§.idem princeps,eod.

Tutor,vel curator non potest remittere gratis debitori minoris debitum liquidum:quia tunc non est loco domini, cùm pupillum spoliat:sed debitum no[n] liquidum potest gratis remittere,gl.1.in l.pactum curatoris, 22.C.de pactis.

Tutor,vel curator potest facere pactum, vt non nascatur actio pupillo: tolle[re] autem,aut remittere non potest actionem iam natam ipsi pupillo,ibid.

Tutoris contractus obligat pupillum, quando versa fuit pecunia in vtilitate[m] pupilli,licèt creditor cum tutore tantùm contraxisset,gl. 2. in l.pen. C si tutor, vel cura.

Tutoris contractus non obligat pupillum,quando pecunia non est versa in pupilli vtilitatẽ,& contrahens dixit se nolle cum minoribus contrahere,gl.2.ib[id.]

Tutoris contractu sicut datur actio contra pupillum:ita etiam datur pupillo e[x] contractu tutoris,ibid.

Tutor se authore rectè potest obligari,vbi ex tutoris parte tantum oritur obligatio,gl.fi.in l.cùm ipse tutor,C.de contrahend.empt.

Tutori periculosum est contrahere officio deposito,antequàm rationem reddiderit,gl.fi. in l.1.C.rem alienam gerent.

Tutor deposito officio antequàm rationem reddat,si contrahat cum fisco,tenetur lege Cornelia de falsis,si adhuc viuit ille,cuius tutela,vel cura est administrata,non aliàs, ibid.

Tutor,antequàm deposito officio reddat rationem,si contrahat cum fisco tene[-] tur crimine stellionatus,quod subsidiarium est, ibid.

Tutor si induxit dolo quondam suum pupillum ad faciendam remissionem d[e] eo,quod tenebatur de mala administratione, cõtra tutorẽ poterit ille agere & si tutor excipiat de pacto,replicabit de dolo,l.3.& ibi gl.1. C.de exceptio[nibus].

Tutor tenetur ex quasi contractu,§.tutores,Inst.de oblig.quæ ex quasi cõtractu[.]

Tutor,vel curator,aut procurator cum mandato, vel sine contra pupillum, v[el] nouum tutorem,vel adultum, seu nouum curatorem, vel dominium pro eo quod durante officio,vel pro pupillo,vel adulto,vel domino se obligat tran[s]ferens in se obligationem domini, & obligatio erat sub conditione, vel i[n] diem,cauendum est ei de indemnitate adueniente die,vel conditione,l.si tu[-] telæ,& ibi gl.1.de tutelis,& rationib.

tit administratio tutelæ, glossa exercitorem, in l. 1. §. si plures, de exercit. actione.

Tutori vni ex pluribus potest committi administratio tutelæ: intellige proximiori, & magis affecto pupillo, l. 3. in additio. margin. de administra. tutorum.

Tutores plures si pater dedit filio in testamento, & declarauerit quis eorum tutelam administret, ille solus administrabit: cæteri erunt tutores honorarij, qui tenentur ex illius mala administratione: priùs tamen excussis facultatibus eius, qui administrauit, d.l.3.§.1.

Tutores plures inutiliter si pater dedit filio, & declarauerit quis eorum tutelam administraret, iudex confirmabit omnes, & ille solus administrabit quem iussit pater administrare, & cæteri erunt honorarij, & tenentur ex mala administratione gerentis, prius excussis facultatibus illius, qui gessit, ibidem.

Tutore vno ex pluribus administrante ex voluntate patris dantis: cæteri, qui non administrant, quasi obseruatores actus eius, & custodes dati sunt, & imputatur eis quandoque si malè eum conuersari videbant, quòd suspectum eum non fecerint, ibid.

Tutore vno ex pluribus administrante ex voluntate dantis, cæteri non administrantes tenentur assiduè exigere rationem ab eo, & solicitè curare qualiter conuersatur pupillus, & si pecunia sit, quæ deponi possit, curare vt deponat ad emptionem prædiorum, ibid.

Tutoribus datis testamento propter diffusum patrimonium pupilli adiunguntur curatores; quandoque tamen adiunguntur contutores, d.l.3.§.quamuis, & ibi gl. adiungendos.

Tutori vni ex pluribus datis à testatore potest iudex committere administrationem tutelæ, quando pater non destinauit quis eorum gerere deberet, ibidem.

Tutor vnus faciliùs actiones exercet, & excipit, quàm si fuissent plures, ibid.

Tutores plures dati à testatore possunt vni ex eis administrationem committere, vel omnes simul gerere, vel diuidere eam inter se, vel in partes, vel in regiones: sed vnus quisque ex omni causa, etiam quam non administrat, conuenitur, d.l.3.§.fi.& l.seq.& ibi gl.2.eod.

94 Tutor vnus electus ex pluribus à testatore ad administrandam tutelam, cogitur administrare, gl. is gerit, ibid.

Tutores plures dati à testatore si discordant inter se, cui eorum tutela administranda debeat committi, nec inueniatur maior pars: sed hinc inde sint æquales numero, tunc iudex eliget vnum ex eis, ibid.

Tutores plures dati si tutelam inter se diuiserint in regiones, & causa sit agenda in regione mihi deputata pro rebus tibi commissis, illam ego prosequor, nisi in tua regione agere possis, l. vel in partes, & ibi gl.fi.eod.

Tutores plures simpliciter dati si volunt simul omnes agere, debet postulante reo vnus ex eis eligi, qui agat, aliàs omnes simul admittuntur, l.decreto, 24. §.fi.& ibi gl.fi. eod.

Tutores plures si fuerint simpliciter dati, quilibet eorum habet ius tutelæ indiuiduum, & insolidum: secus est in pluribus procuratoribus simpliciter constitutis, d.§.fi.& ibi gl.pe.& ibi add.

Tutor gerens tutelam de gestis primò tenetur, & post eum tenetur non gerens; sed pro neglectis tam gerens, quàm non gerens tenentur æqualiter, nisi id, quod ex communi negligentia periit, fuit ex appenditiis eorum, quæ gesta sunt, l.tutores, qui, 40.§.in eum, & ibi gl.æqualiter, eod.

Tutores plures dati siue sint soluendo, siue non, quilibet tenetur in solidum, licèt habeat beneficium diuisionis, † glo. illius, & ibi add.marg. in l.si pupillus, 46.eodem.

95 Tutores plures dati insolidum tenentur, licèt vnus eorum gerat; alij verò non gerant, ita tamen, quòd gerens primò est conueniendus, gl.illius, ibid.

Tutor vnus ex pluribus si factus sit non soluendo, priùs peruenitur ad contutores, quàm ad magistratus, qui eos dederunt, siue tutela non sit diuisa, siue sit ab ipsis diuisa: secus si fuisset diuisa à iudice, vel testatore, l.Lucius, 47.§.1.& ibi gl.administrant, eod.

Tutor vnus sicut tenetur pro alio, ita tenetur eius fideiussor, l. si duo, 52. eodem.

Tutor contutorem docere tenetur, gl.ad quos, in l.Titium, 48.§.1.eod.

Tutores duo si tutelam administrent, pro quolibet eorum tenetur insolidum fideiussor nomine singulorum tutorum, & nomine omnium negotiorum gestorum, l.si duo, 52.& ibi gl.1.eod.

Tutor, qui non satisdedit, si tempore finitæ tutelæ non reperitur soluendo, eius periculum pertinet ad contutorem, & ad magistratum, l. Æmilius, 54. eodem.

Tutores non habentes tutelam diuisam à iudice, vel à testatore; sed à se ipsis, vel indiuisam habentes, omnes in solidum tenentur, & periculum eius, qui soluendo non est, pertinet ad omnes, l.tres tutores, 56.& ibi gloss.in solidum, de administr.tutorum.

Tutores si habeant diuisam tutelam à iudice, vel testatore, vnus quisque eorum non tenetur in maiorem summam, quàm accipit, d.l.tres tutores, & ibi glossa distributa.

Tutor pro contutore non soluendo existente conuenitur, si imputetur ei, quòd permiserit contutori administrationem, cùm permittere non deberet; quod scire potuit ex temporis intercapedine, vt quia post testamentum à patre factum contutor datus in testamento factus est non soluendo, aut factus est prodigus, aut bona eius vendita fuerunt tempore, quo datus fuit tutor, d.l. tres tutores, §.fi.eod.

Tutores omnes, qui simul gesserunt tutelam, si omnes soluendo fuerunt tempore depositi officij actio, tutelæ diuiditur inter eos pro portione virili, exemplo fideiussorum; sed si omnes soluendo non sunt, inter eos, qui soluendo sunt, diuiditur, l.1.§.nunc tractemus, de tutelis, & rationibus.

96 Tutores simul gerentes conueniendi sunt, prout quisque soluendo est, ibidem.

Tutor vnus ex duobus, si ex dolo, vel culpa etiam communi conuentus præstiterit: neque mandandæ sunt actiones contra contutorem: neque vtilis actio negotiorum gestorum competit ei, quia proprij delicti pœnam subire debet, dict.l.1.§.planè.

Tutores omnes etiamsi administrauerint tutelam, ex dolo communi conuenti habent beneficium diuisionis, † gl. vlla societas, ibid.

Tutor vnus ex pluribus non administrantibus tutelam conuentus ex dolo communi, si condemnatus præstiterit, non sunt ei mandandæ actiones, neque vtilis negotiorum gestorum datur, ibid.

Tutores plures dati si nihil gesserunt, ipsi conueniuntur, priusquàm magistratus, & idem si omnes gesserunt, gl. accipiendum, ibid.

Tutor vnus si gesserit tutelam: alius verò nihil gesserit, siue inter eos diuisa administratione, siue non diuisa, primò conuenitur gerens; secundò magistratus: tertio non gerens, nisi obiciatur non gerenti, quòd contutorem non remouit, vt suspectum, vel tarde remouit: vel citò quidem; sed in eo iura pupilli prodidit, vel quòd non exegit ab eo satisdationem rem pupilli saluam fore, cum videret eum desinere esse soluendo, & finita tutela inuenitur non soluendo, ibidem.

Tutor vnus si gessit tutelam, & alius tutor gesserit aliqua, vterque conuenitur ante magistratum pro omnibus, ibid.

Tutor vnus diuisa administratione à iudice, vel testatore, si gessit tutelã, & alius nihil gessit, quilibet conuenitur pro sua gestione, antequam magistratus; sed post magistratum conuenitur contutor pro contutore, quando eum non remouit vt suspectum, vel tarde remouit, vel accusando eum, prodidit iura pupilli, vel si non exegit ab eo satisdationem, ibid.

Tutores duo à iudice dati sine satisdatione, si diuiserint inter se tutelam, altero eorum mortuo sine hærede pupillus debet conuenire contutorem actione tutelæ, & non magistratum, l.5.de magistra.conuen.

Tutor à iudice datus sine satisdatione si quædam administrauit, quædam non, 97
priùs conuenietur tutor etiam pro his, quæ non administrauit, quàm magistratus, ibidem.

Tutores, vel curatores si sint constituti in diuersis prouinciis, minor vnum ex eis non poterit conuenire de tota administratione: sed tantùm de sua, gl.1.in l.2.C.de diuiden.tutel.

Tutores omnes si administrant, vel nullus administret, omnes tenentur in solidum: & minor habet electionem conueniendi vnum ex tutoribus de tota administratione, gl.2.& fi.ibid.

Tutor gerens tutelam, vel eius hæredes priùs conueniuntur, quàm tutor, qui non gessit pacto tutorum non obstante, l.fi.C.eod.

Tutores, vel curatores omnes tenentur pariter de his, quæ à nullo eorum gesta sunt, cum geri debuerint, l.1.& ibi gl.1.C.si tutor, vel curator non gessit.

Tutores si simul administrauerint, vel vnus quædam, alius quædam alia administrauit, omnes tenentur, gl.1.in l.4.C.de magistra.conuenien.

Tutores duo quando alternatiuè sunt constituti à testatore, his verbis, illum, aut illum tutorem esse volo, ambo copulatiuè admittuntur, l.4.C.de verborum signific.

Tutores plures quando tenentur vtroque existente soluendo, & præsente, quilibet conuenitur pro parte, & negotium communiter examinatur, & fertur sententia: sed alio non existente soluendo in totum, vel in parte, vel si est absens, conuenitur alter in solidum, vel in eo, quod alter soluere non potest, gl. cedere, in §.1.in auth.de duobus reis, col.7.

Tutores plures potest habere pupillus, quando simul ei dantur; secùs si separatim, gl.2.in add.in §.pen.Inst.de curator.

Tutores plures si fuerint dati ex testamento, vel ex inquisitione, potest vnus eorum offerre satisdationem, & solus administrare, nisi etiam voluerit satisdare: sed si nullus eorum satisdet, ille solus geret, quem testator, vel maior pars illorum elegerit: quòd si discordant: ipsi coguntur à iudice concordare, §.sed si ex testamento, Inst.de satisdatione tutorum.

Tutores plures simul possunt dari tam à testatore, quàm à iudice, ibid.

Tutor satisdans præfertur aliis tutoribus non satisdantibus, ibid.

Tutoribus pluribus existentibus potest vni decerni administratio, §.sed si ex te- 98
stamento, Inst.de satisdatione tutorum.

Tutores plures dati ex testamento, vel ex inquisitione, possunt inter se conuenire, quis eorum administret. ibid.

Tutores plures dati ex testamento, vel ex inquisitione, non compelluntur per vnum eorum administrare; sed omnes gerere possunt, si velint, glossa maior, ibidem.

Tutores, vel curatores plures quando sunt dati, si omnes gesserunt tutelam, vel curam, omnes conueniuntur ex administratione ante magistratum, & idem quando nullus eorum gessit, gl. subsidiaria, ibid.

Tutores, vel curatores, quando sunt dati diuisa tutelæ administratione; priùs conueniuntur, & postea magistratus; fallit in quatuor casibus, in quibus vnus pro alterius parte tenetur post magistratum: scilicet quando tutorem vt suspectum remouendum non remouit; vel tardè remouit, vel remouendo iura pupilli prodidit, vel non exegit satisdationem rem pupilli saluam fore, cùm videret eum non soluendo, ibid.

Tutoribus, & curatoribus pluribus datis nulla diuisione administrationis tutelę facta, primò conuenitur gerens; secundò magistratus; tertiò, non gerens, nisi in illis quatuor casibus, in quibus non gerens etiam ante magistratum conuenitur, ibidem.

Tutor plurium pupillorum fratrum dicitur tutor vnius tutelæ tantùm, §. item tria onera, & ibi gl.1.Inst.de excusat.tutorum.

Reliqua verbo, Administrator, 1.2.*& infrà num.* 99.*vsque* 103.*&* 104.*vsque* 108. *Magistratus,* 11.12.13.

TVTOR vnus ex duobus si conuentus soluerit debitum contractum ex 99
tutela, alter tutor liberatur, gloss. tutorum, in l.1.§.si apud duos, depositi.

Tutor habens administrationem tutelæ diuisam à testatore, vel à iudice, etiam ex mala administratione contutoris tenetur, si potuit, & debuit eum suspectum facere, & non fecit, vel nimis tardè fecit, vel faciendo iura pupilli prodidit, l.etiam, 15.& ibi gl.pe.de administ. tutor.

Tutor habens administrationem tutelæ diuisam à iudice, vel testatore, tenetur etiam de mala administratione contutoris, si debuit à contutore petere fideiussores rem pupilli saluam fore, & non fecit: secùs si non debuit, ibid.

cum Tuto

obligatus ipſi tutori actione de peculio,l.ſi ſine hærede,33.§.2.& ibi gl. proficere,eodem.

Tutor ſi ſeruo pupilli perdituro adminiſtrationem commiſit de eo, quod ipſe perdidit,vel ex fructibus fundi minus dedit, quàm in veritate poſſet percipi, tenetur pupillo in id omne, neque aget de peculio ſerui contra pupillum propter officium tutelæ:quia tali non debuit committere, glo. non perdituro,ibidem.

Tutores ſi tutelam non adminiſtrauerint,& ſoluendo ſint, omnes tenentur inſolidum: ſed habent beneficium diuiſionis:ſed non ceſſionis, l.ſi plures,39.& ibi gl.2.& 3.eod.

106 Tutor finita tutela credens non finitam ſi adminiſtrationem retinuerit,periculum nominum,quæ poſt pubertatem, & ſic poſt finitam tutelam non idonea facta ſunt,non pertinet ad tutorem,l.tutores,qui,40.eod.

Tutor etiam finita tutela tenetur perſeuerare in adminiſtratione connexa tutelæ vſque ad tranſactionem tutelæ, & de eius periculo tenetur: ſed in non connexa non tenetur perſeuerare,nec de eius periculo,gl.1.ibid.

Tutori,qui finita tutela non potuit agere,non imputatur ſi nomina debitorum finita tutela ſint effecta deteriora,dict.l.tutores,qui.

Tutor coniunctus pupillo ſi poſt finitam tutelam in ea perſeueret credens non finitam, periculum nominum, quæ poſt finitam tutelam non idonea facta ſunt,pertinet ad eum,& ſibi imputatur,cùm tanquam coniunctus poſſet,glo. inferre,ibidem.

Tutor inutiliter datus ſi geſſerit tutelam per errorem,non tenetur de periculo ab eo tempore,quo alius legitimè datus fuit,d.l.tutores,qui,§.1.

Tutor non legitimè teſtamento datus ſi adminiſtrauit, errore etiam comperto non debet deſerere adminiſtrationem, ne fraudis, vel culpæ condemnetur: debet tamen petere à iudice alium tutorem conſtitui, quo ſuſcepto liber eſt ab adminiſtratione ſequentis temporis,d.§.1.& ibi add.marg.

ad Tutorem eius regionis,vnde eſt perſona,pertinent ea, quæ ſunt agenda cum perſona: ſed quæ ſunt agenda in rebus, pertinent ad tutorem eius regionis, vbi ſunt res,d.l.tutores,qui,§.hæres.

Tutor datus certæ regioni tantùm adminiſtrat ea,quæ tempore adminiſtrationis erant eiuſdem regionis,d.l.tutores,qui,§.patruus.

Tutor,qui tantùm non habet,quantum pupillus,cui datur tutor,poteſt adminiſtrare cum aliis:ſed ſolus non poteſt,l.paupertas,9.& ibi gloſſa final.de excuſ. tutor.

107 Tutor, vel curator datus à prætore Romæ pupillo domicilium habenti Romæ, & à præſide in prouincia,ex qua pupillus erat oriundus, ſi ſuſcipiat adminiſtrationem bonorum,quæ pupillus, vel adultus habet tam in Italia, quàm in prouincia, non dicitur habere duas tutelas, vel curas,cùm vnius duo patrimonia non videantur,l.iuris peritos,33.§.1.eod.

Tutores plures,vel ipſe teſtator,ſi ordinauerint,quòd libertus ſuus contutor ſolus adminiſtraret tutelam, cæteri tutores poſſunt illi adminiſtranti tutelam conſtituere alimenta,l.1.§.ſi pupillis,de tutelis, & rationib.

Tutor ſiue fuerit quis iure, ſiue non fuerit verè; ſed quaſi tutor pro tutore adminiſtrauerit,prætor actionem in vtrumque caſum propoſuit ita,quòd ſi verè fuit tutor, & ſciuerit teneatur tutelæ; ſed ſi ignorauerit, vel non fuit verè tutor;ſed erat dubium an eſſet,tunc tenetur actione protutelæ, l.1.& ibi glo. actionem, de eo,qui pro tutore.

Tutor ad tempus datus ſi poſt tempus,& ſic finita tutela pro tutore negotia impuberis geſſit,tenetur actione protutelæ, d.l.1.§.cum eo.

Tutoribus quandoque interdicitur à prætore expreſsè adminiſtratio: quandoque tacitè,vt ſi committatur alij,gl.vt gerant,in l.quòd ſi forte,14.§.ſunt quidam,de ſolutio.

Tutores, vel curatores prouincialium rerum non debent adminiſtrare negotia Italica,niſi ſpecialiter tutores prouincialium rerum,vt res ſibi Romæ redderentur,promitti curauerint,l.quæro, 100.de ſolutio.

Tutor in his, quæ non ſunt de ſua adminiſtratione, habetur vt extraneus, nec pupillo præiudicat,nec eidem prodeſt,l.3.§.ſi tutor,& ibi add.margin.iudicatum ſolui.

Tutor, qui tenetur præſtare diligentiam: veluti, qui ex plurib.tutoribus datis oblata ſatiſdatione ſolus adminiſtrationem ſuſcepit, & etiam qui pro tutore negotia gerit, nec rerum ſibi ſubtractarum tenetur tutelæ actione, non tamen condemnabitur,niſi ſibi cedantur actiones contra furem, l.qui iniuriæ, 55.§.qui alienis,de furtis.

Tutori, cui data eſt adminiſtratio rerum pupillarium, non cenſetur data poteſtas ei intercipiendi,& ideò ſi quid furandi animo amouerit,furtum facit, & tenetur furti actione, & etiam tutelæ finita tutela, nec ea res vſucapi poteſt, l.tutor,33.eodem.

Tutor,vel curator tenetur de geſtis, & gerendis, & de actionibus non intentatis,gl.1.in l.tutori,20.C.de nego. geſtis.

Tutor ex mala adminiſtratione nondum finita tutela non tenetur pupillo: ea tamen finita tenetur, & etiam pro rebus ſuis poteſt hypothecaria conueniri, gloſſ.1.in l.1.C. quando fiſcus,vel priuatus,& gloſſa 1.in l.penultim.C.de teſtam.tutel.

108 Tutor, vel curator gerens cauſam pupilli, geſta ab eo ſunt nulla,ſi non cauerat priùs rem pupilli ſaluam fore,l.4.C.in quibus cauſis in integrum.

Tutor conſtitutus non adminiſtrans,tenetur vtili tutelæ,curator vtili negotiorum geſtorum,gl.fi.in l.pro officio,10.C.de admin. tutorum.

Tutores poſſunt compelli adminiſtrare tutelam ſub aliquo banno, etiam captis pignoribus,glo.1.in l.3. C.de ſuſpectis tutor.

Tutores poſſunt compelli ad adminiſtrandam tutelam & perſeuerantes in contumacia,poſtulantur ſuſpecti,& alij in locum eorum petuntur,d.l.3.

Tutores,& curatores non ſolùm,qui geſſerunt:ſed etiam qui gerere debuerunt, tenentur actione tutelæ,etiam de his,quæ à contutoribus ſeruari non potuerunt,ſi eos de ſuſpecto,cùm deberent facere,non accuſauerint, l.1. C.ſi tutor, vel curator non geſſer.

Tutores, & curatores inuentario publicè ſcripto res minoris debent adminiſtrare ſecundum ſui opinionem ſub hypotheca rerum ad eum pertinentium, d.l.cum furioſus, §.& inuentario.

Tutor,qui tenebatur pupillo ex mala adminiſtratione,ſi ſit deportatus, & omnia bona ſibi confiſcantur, & poſteà ex indulgentia principis ſit pœna remiſſa,non tenetur actione tutelæ;ſecùs ſi fuiſſet reſtitutus ad bona, l.4.C.de ſententiam paſſis.

Tutor, vel curator quando eſt vnus tantùm, tunc ex adminiſtratione tenetur pupillis,vel adultis,aut furioſis;ſed magiſtratus,qui eum minus idoneum,vel nullam ſatiſdationem receperunt,tenentur inſolidum vtili tutelæ, ſi malum tutorem dederunt, vel vtili negotiorum geſtorum, quando malum curatorem, §. penultima, & ibi gloſſ. ſubſidiaria, Inſtit. de ſatiſdatione tutorum.

Tutor ſi iubeatur gerere tutelam filij de conſilio matris, & eo nomine liberetur, matri: conſilium bonum de honeſtate admittere debet; ſed non de neceſſitate,l.quidam decedens,6.§.1.de adminiſtratione tutorum.

Tutores non ſolùm legitimi:ſed etiam omnes, qui iure tutores ſunt, & gerunt, tenentur actione de rationibus diſtrahendis,l.1.§.non tantùm, de tutelis, & rationibus.

Tutor liberto ſuo ſi fuerit datus patronus,& aliquid in bonis liberti ex adminiſtratione tutelæ in fraudem geſſit,tenetur de eo,ſicut de bonis extranei,l.patronatus,& ibi gl.fi. de tutelis.

Reliqua verbo, Adminiſtrator, 1.2. Curator, 1. vſque 11. & ſuprà, nume. 93. vſque 98. & 99. vſque 103.

TVTOR nomine pupilli conuentus dicitur poſſidere immobilia quoad euitandam ſatiſdationem de iudicio ſiſti, ſiue ipſe tutor poſſideat, ſiue pupillus, ſiue vnus tutor ex pluribus conuentus poſſideat,l.ſciendum,§.tutores,qui ſatiſdare cogantur.

Tutor ſi nomine proprio conuenitur,poſſeſſio immobilium pupilli non releuat eum à ſatiſdatione de iudicio ſiſti,gl.habentur, ibid.

Tutor vnus ex pluribus ſi poſſideat immobilia, non excuſatur à ſatiſdatione de iudicio ſiſti alius tutor conuentus, qui non poſſidet immobilia, gloſſ. dicendum, ibidem.

Tutor in cauſa pupilli ſi promiſit iudicio ſiſti, & ſtipulationi non obtemperauit,ſi interea pupillus adoleuerit,aut obierit, aut repudiauerit hæreditatem, non tenetur tutor ex ſtipulatione,l.fi.ſi quis cautio.

Tutor in cauſa pupilli ſi promiſit iudicio ſiſti,& ita interea pupillus adoleuerit, & ſtipulationi non obtemperauerit, non tenetur ipſe pupillus; ſed ſi poſſit obiici dolus tutori,teneretur ipſe, non pupillus,niſi pupillus factus eſſet locupletior,glo.fi.ibidem.

vt Tutor ſi quis nomine pupilli experiatur, non ex hoc tenetur ſuſcipere defenſionem eiuſdem pupilli,gloſſ.vt procurator,in l.ſeruum, §. final. de procuratoribus.

Tutor ibi debet conueniri, vbi tutelam adminiſtrauit, l. argentarium, 45. de iudiciis.

Tutor vnus ex pluribus,ſi cùm cæteri non eſſent idonei nec ſoluendo, conuentus ſit,ille poteſt petere, quòd alij ſocij conueniantur apud eundem iudicem, vt ſciatur in quantum ſunt locupletes,vt reddant rationes omnes ſimul, l. fi. & ibi gl.fi.de quib.rebus ad eundem iudic.

Tutor etiam durante tutela poteſt à pupillo conueniri rei vendicatione,l.3.§.ſi pupillus,& ibi gl.vlt.de tutelis.

Tutores plures ſi fuerint dati, altero tutore authore cum altero agi poteſt, & ideò litis cauſa curator peti non debet;ſecùs quando vnus tantum tutor fuiſſet datus,l.ſi plures,24.& ibi gl.1.de teſtam.tutel.

Tutor propter infantiam pupilli,vel abſentiam tenetur iudicium per ſe ſuſcipere,& non poteſt authoritatem præſtare ei ad accipiendum iudicium, d.l.2.& ibi gl. propter infantiam.

Tutor finita tutela ſi conueniatur actione tutelæ pro credita pecunia in diem nomine pupilli expectari debet, ſi nondum venit dies exigendæ pecuniæ, in quem diem mutuata eſt,ſi potuit,& debuit mutuare, alias ſi non debuit, non expectabitur,l.ſi tutelæ,9.eod.

Tutor interpoſito decreto iudicis poteſt actorem ad litem complendam conſtituere,& non aliàs,l.tutor,& ibi gl. 1.quando ex facto tutoris.

Tutor cum decreto iudicis ad litem pupilli finiendam ſi conſtituit actorem, & is poſtea obtinuit ſententiam, actio in factum de re iudicata competit pupillo,ac ſi tutor obtinuiſſet, ibid.

Tutor,qui adminiſtrauerat, priùs debet conueniri actione tutelæ, quàm tutor, qui non adminiſtrauerat,niſi qui adminiſtrauerat non ſit ſoluendo, glo.alterius,in l.1.§.nunc,de tutelis,& ration.b.

Tutor vnus ex duobus ſi conueniatur actione tutelæ ex geſtu communi habet beneficium diuiſionis,ſi illud oppoſuerit,niſi alter ſit non ſoluendo, ibid.

Tutore reuerſo,qui reipub.cauſa aberat,poteſt conueniri tutelę is,qui in locum eius datus fuerit;quia deſinit eſſe tutor,l.ſi tutor reipub.9.eod.

Tutor,qui deſinit eſſe tutor,& poſteà iterùm cœpit eſſe,ex primæua adminiſtratione tutelæ poteſt conueniri actione tutelæ,ita quidem quòd ſi ſolus ſit,per ſpecialem curatorem conueniendus eſt: ſed ſi contutorem habeat, à contutore conueniendus eſt, adeò vt ſi is medio tempore ſoluendo eſſe deſierit, imputabitur contutori, cur non egerit cum eo, d. l. ſi tutor reipublic.§.ſi teſtamento.

Tutor ſi poſt pubertatem gerit negotia, quæ connexa ſunt negotiis inceptis ante pubertatem,poteſt conueniri actione tutelæ etiam de his,quæ tutela finita geſſit: ſecùs ſi non ſint connexa eis; quia tunc negotiorum geſtorum actione conuenitur,l.ſi tutor poſt pubertatem, 12.& ibi gl.1.eod.

Tutor ſi poſt pubertatem datus ſit curator eidem,etiam pro eo, quod geſſit ante pubertatem,poteſt conueniri actione negotiorum geſtorum, ibid.

Tutor, qui finita tutela dimiſit adminiſtrare aliquo tempore, licèt breuiſſimo, deinde reincipiat gerere,pro eo,quod geſſit in tutela,actione tutelæ, vel negotiorum geſtorum conuenitur:ſed pro eo,quod geſſit tutela finita,conuenitur actione negotiorum geſtorum,d.l.ſi tutor poſt, §. final. cum l.ſequen. & ibi glo. fin.

Tutor ſicut durante tutela non poteſt conueniri actione tutelæ;ita nec ipſe,nec eius fideiuſſor conueniri poſſunt durante tutela ex ſtipulatione rem pupilli ſaluam fore,l.ſi adhuc,16.eodem.

nerare in vtilitatem ſuam:ſed in vtilitatem pupilli,l.Lucius, 47. §. tutorem. eodem.

116 Tutor finita tutela:ſicut & ea durante pecuniam pupillarem in vſus ſuos conuertens,clam tenetur ad vſuras centeſimas illius pecuniæ : ſed ſi palam conuertat,tenetur ad pupillares,d.l.Luciùs,§.quæſitum.& ibi gl.eod.

Tutor iudicio tutelæ conuentus ſi ſecundum librum rationum, quem edidit, condemnatus ſoluit,pupillus non poteſt exigere à debitoribus paternis,quorum nomina in libro rationum non erant ſcripta, ſi tempore adminiſtrandæ tutelæ illi debitores ſoluerint tutori gerenti tutelam:quia tunc liberati ſunt ipſo iure à pupillo , qui poteſt etiam poſt dictam condemnationem agere actione tutelæ contra dictum tutorem,& aduerſus exceptionem rei iudicatæ doli mali replicatione vtetur,d.l.Lucius.§.tutelæ.

Tutorum apochæ datæ debitoribus fidem faciunt contra pupillum , licèt ipſe contra tutores habeat regreſſum,ibid.

Tutori quondam poſt finitam tutelam ſi debitores ſoluerint , nihilominùs tenentur pupillo,nec liberantur,gl.gerenti,ibid.

Tutores poſſunt à debitoribus pupilli pecuniam exigere,& debitores ſoluentes ipſo iure liberantur,d.l.Lucius.§ fi.

Tutor ſi minus debito exegerit à debitoribus pupilli , poteſt pupillus eoſdem debitores in reliquum conuenire,d.§.fi.& ibi gl.fi.

Tutor ſi ex inſtrumentis in inuentario exemplatis potuit conuenire debitores pupilli,& neglexit,& facti ſunt non ſoluendo , tenetur de eorum periculo, l. chirographis,58.eod.

Tutor tenetur,ſi relictum pupillo neglexit à fratre eius petere,l.qui negotiationem,59.§.pe.eod.

117 Tutor quod exigit ab alio nomine ſortis, vel vſurarum, quantum ad eum loco ſortis habetur,l. qui negotiationem , 59. §. ex duobus. & §. fin. de adminiſt. tutorum.

Tutor tenetur pupillo:quia neglexerit conuenire debitorem pupilli ſui,& pupillus propter hoc conuenit tutorem, debitor pupilli non liberatur propter iudicium acceptum cum tutore,etiam ſi tutor condemnatus ſoluat,quo caſu tutor contra pupillum habet actionem contrariam tutelę,vt ſibi cedat actiones contra debitorem ſuum,l.Stichum,95. §. ſi mandato. de ſolutionibus.

Tutor,vel curator habet ius exigendi,vel recipiendi ſolutionem:ſed non poteſt debitori minoris facere pactum de non petendo,l.pactum curatoris,22.C.de pactis.

Tutor,& curator exigentes pupillis,vel adultis debitum , non etiam remittentes præſtant obligationis liberationem,ibid.

Tutor debet monere,& denunciare debitores pupilli vt ſoluant, & eis ceſſantibus pignora vendere,aliàs ſi diſtulerit exigere,dum erant ſoluendo, periculum nominum ſpectat ad tutorem , l. debitoribus , 18. Cod.de adminiſt. tutorum.

Tutores,vel curatores aurum , argentum , & quidquid temporis vetuſtate non mutatur,ſi in pupilli ſubſtantia reperiantur,in tutiſſima cuſtodia debent collocare,l.tutores,24.C.eod.

Tutores , vel curatores ex pecuniis , & rebus mobilibus pupilli debent emere prædia,& ſi idonea non reperiantur , pecuniam debent dare ad vſuras , quarum exactio pertinet ad periculum tutorum,ibid.

Tutor,vel curator ſi pecuniam pupilli ad emptionem prædiorum non depoſuerit,vt ſuſpectus remoueri poteſt,gl.curabant,ibid.

Tutor,quem pater dedit filio hæredi, & filiæ exhæredatæ,cui duo millia nummorum legauit , tenetur pupillæ iudicio tutelæ ad vſuras illorum duorum millium ex die,quo potuit à ſubſtantia hæreditatis ſeparare , & neglexit collocare in nomina pupillæ nomine,l.qui negotiationem, 59.§. pen.de admin. tutorum.

Tutori ſuſpecto poſtulato ſciens quis ſoluere non debet:quia ei interim interdicta eſt adminiſtratio,l.quod ſi fortè,14.§.ſunt quidam. de ſolutio.

Tutori remoto,vt ſuſpecto ſi quis ſoluerit,non liberatur,ibid.

Tutori,in cuius locum curator erat conſtituendus:putà relegato ad tempus,vel in perpetuum ſi quis ſoluerit , antequam ſubſtitueretur ei curator, liberatur ſoluens,ibid.

Tutori abfuturo cauſa reipub.ſi quis ſoluerit,liberatur,imò etiam abſenti tutori poteſt ſoluere,dummodò in locum eius non ſit alius ſubſtitutus. ibid.

118 Tutori ſicut ex prohibitione adminiſtrationis videtur prohibita ſolutio, ita & ex conceſſione adminiſtrationis videtur ei ſoli permitti, cui ſoli adminiſtratio conceſſa eſt,gl.adminiſtr.ibid.

Tutori vni ex plurib.legitimis,vel teſtamentariis,vel ex inquiſitione datis , rectè poteſt ſolui,& omnia poſſunt fieri etiam cum vno,d.l.quòd ſi fortè. §.ſed & ſi.& ibi gl.vel vni.

Tutori,qui etiam ad inſtruendos concuratores notitiæ cauſa datus eſt , rectè poteſt ſolui,& contingit liberatio,niſi prohibitum fuerit ei ſolui,d.l. quòd ſi fortè,§.ei, qui.

Tutori perſeueranti in tutelæ adminiſtratione,etiam poſt proceſſum criminalem inchoatum contra eum poteſt ſolui id, quod pupillo bona fide debetur, l.quamuis,45.§.fi.eod.

Tutori ſoluens debitum, quod debebat pupillo , ſtatim liberatur, licèt pupillo detur in integrum reſtitutio,gl.recipi. in l. Stichum, 95. §. vſumfructum. de ſolutio.

Tutori quando ſoluitur cauſa conditionis implendæ,ſoluens liberatur, ſi pecunia ſoluta verſa ſit in rem pupilli,d.§.vſumfructum.

Tutor quando ſoluit pupillo pro aliquo debitore ſuo,debitor non liberatur:ſed pupillus debet cedere actiones ſuas tutori contra debitorem ſuum, d. l. Stichum.§.ſi mandato.

Tutoribus, vel curatoribus adminiſtrantib. negotia pupilli pecunia pupillo debita rectè poteſt ſolui,l.quæro,100.eod.

Tutor ſoluens pro contutore pupillo, ſolutum recuperat à contutore vtili actione negotiorum geſtorum,l.ex facto,& ibi gl.pe.de neg.geſtis.

Tutor,qui pecuniam pupillarem in vſus ſuos conuertit clam , tenetur ad eius reſtitutionem cum vſuris maximis,l.qui ſine,40.& ibi gl.maximas,eodem.

Tutor pecuniam , quam accepit pro copulanda pupilla , non tenetur reſtituere, gl. accepit, ibidem.

Tutor pecuniam pupilli ſimili modo,atque ſuam debet cuſtodire, gl. ſaluas, in l.ſi vt certo,§.quod verò.commodati.

Tutor non excuſatur,ideò ceſſaſſe pecuniam pupillarem collocare , quòd idonea nomina non inuenerit, ſi arguatur eo tempore ſuam bene collocaſſe , l. tutor ſecundum,14.§.1.de adminiſtr.tutorum.

Reliqua verbo,Pecunia,5.6.Pupillus,21.22.Actio,154.& ſuprà,nu.81.82.83.

TVTOR finita tutela non tenetur,gl.obtuli,in l.2.de adminiſtr.tutorum.

Tutor,vel curator finito officio non tenetur,gl.emptori,in l. ſeruum Titij , 49. mandati.

Tutor deſinit eſſe,& finitur tutela, quando pupilla ab hoſtibus capta fuit , licèt periculum tutelæ ad eum pertineat , l. ſi quis, 60. & ibi gloſſ. 1.de ritu nuptiarum.

Tutor deſinit ille,qui nominatus ſe excuſauit,vel ſi ad certam conditionem datus fuit à teſtatore, veluti vſque dum nauis ex Aſia venerit : & conditio extitit,l.ſi arrogati,& ibi gl.ſi de tutelis.

Tutor non ab hoſtibus captus:ſed ad hoſtes vt legatus miſſus , aut receptus ab eis,aut transfuga, cùm ſeruus non efficiatur , tutor manet : ſed interim alius tutor à iudice dari debet pupillo,l.ſi quis tutor,eod.

Tutor non deſinit eſſe ille,qui abeſt cauſa reipub.l.in omnem,15. cum l.ſeq. de tutorib.datis.

Tutores poſt acceptam tutelam pauci deſerunt,gl.1.in l.nec ille,16.eod.

Tutores quidam prorſus deſerunt tutelam,quidam ad tempus,ibid.

Tutor debitor patris datus finita tutela tenetur actione tutelæ etiam ob id, quod patri debuit:quia à ſe debuit exigere,l.ita autem, §. debitor, de admin. tutorum.

Tutor finita tutela tenetur admonere pupillum iam puberem factum , vt petat ſibi curatorem,alias tenetur iudicio tutelæ,d.l.ita autem.§. ſi tutor.

Tutor,qui finita tutela admonuit pupillum factum puberem,vt peteret curatorem,excuſatur:quia minores inuiti curatores non accipiunt , gl. non admonuerit.ibid.

Tutor poſt finitam tutelam ſi per 20.annos,& plus ſtetit, quòd non ſit conuentus tutelæ, & ſic non fuit in mora communi:ſed in quaſi mora , non tenetur ad vſuras pro tempore , quod labitur , poſtquam minor factus eſt maior 25. an.ſed pro anteriori ſic,l.maximéque,30.& ibi gl.1.eod.

Tutor ſi relegetur,manet nihilominus tutor poſt relegationem, licèt loco eius curator debeat conſtitui,gl.fi.in l.ſi ſine herede,33.§.fi.eod.

Tutoris officium finitur etiam quoad connexa adminiſtrationi , ſi curatores fuerint conſtituti,& eis ratio adminiſtrationis reddita,† l.à tutoribus, 34. §. 1.& ibi gl.accipit,eod.

Tutoris morte finitur tutela, & ideò eius hæres non tenetur de periculo futuri temporis,niſi de connexa adminiſtratione,l.tutores,qui,40.§.tutor, & ibi gl. præteriti.eod.

Tutor pupillo pubere facto cauſam appellationis inchoatam ob notitiam rei poteſt perficere:non tamen agere iudicati,d.l.tutores,qui.§.tutores.

Tutor teſtamento ſi fuerit datus duobus pupillis fratribus, quorum vnus factus adultus poteſt agere actione tutelæ contra tutorem , neque ea actio debet differri,ideò quòd ſit adhuc tutor alterius pupilli fratris,d.l.tutores,qui.§.fi. & ibi gl.idem.

Tutor finita tutela nón cogitur eſſe curator,niſi ſit libertus, gl. iidem curatores,in l.cùm hæreditas,60.de adminiſt.tuto.

Tutor,vel curator finito officio non tenentur de eo , quod geſſerunt , vt tutor vel curator:niſi nouationem fecerint,aut obligationem in ſe tranſtulerint, l. poſt mortem,quando ex facto tutoris.

Tutor,qui cauit ſe ſoluturum pecuniam,in quam pater pupilli fuerint condemnatus,poſt finitam tutelam eius nomine non tenetur,niſi ſuo proprio nomine exprimendo volens fortè donare pupillo cauiſſet,d.l.poſt mortem.§.fi.

Tutor datus à iudice duob.impuberib.deſinit eſſe tutor, ſi alter eorum in legitimam tutelam fratris ſui perfectæ ætatis conſtituti reciderit, & contra eum poteſt agi tutelæ actione, etiam ex perſona fratris impuberis , l. ſi tutor reipub.de tutelis,& rationib.diſtrah.

Tutor teſtamento datus duob.impuberib.fratrib.etiam vno eorum facto pubere, non deſinit eſſe tutor alterius fratris , qui adhuc eſt impubes, ibid.

Tutor ſi datus ſit duob.fratrib.impuberib.quorum alter anniculus,vel circa,alter parùm diſtans à pubertate,qui cùm peruenerit in perfectam ætatem 25. ann.ſi fuerit tutor alterius fratris impuberis, tutor datus à iudice deſinit eſſe tutor,gl.datus ſit,ibid.

Tutores inuiti hodie finito officio extorquent liberationem tutelæ cum iuramento à pupillis,quæ liberatio ſine fraude tenet, gl. liberationem , in l. 3. §. contrarium,de contraria tutelæ actione.

Tutor non poteſt agere finita tutela actione contraria tutelæ, vt pupillus eum liberet ab actione tutelæ:ſed tantùm aget pro pecunia, quæ ei abeſt propter tutelam:& hoc cum vſuris.ibid.

Tutor relegatus antequàm alius in eius locum ſubſtituatur,non deſinit eſſe tutor,neque amittit ciuitatem, nec libertatem, gl. ſubſtitueretur, in l. quòd ſi fortè,14.§.ſunt quidam,de ſolutionibus.

Tutoris officio finito ad petitionem eorum, contra quos litigabat , ex cauſa litem exercere cogitur,l.fi.§.fi.de appellat.

Tutor,vel curator poſt depoſitum officium omnes actiones, quas ex neceſſitate officij ſubierat,in quondam pupillum transferuntur,l.cùm quædam,26.C.de adminiſt.tutor.

Tutor finita tutela de his,quę poſteà ſunt gerenda,non tenetur:periculum enim adminiſtrationis finitur finita tutela,l.fi.C.de periculo tutorum.

Tutor,quando quis deſinit eſſe , transfert ad pupillum & actionem , & omnia, quæ erant contracta in adminiſtratione,gl.2.ibid.

Tutor finita tutela ſi in adminiſtratione perſeuerans locauerit prædia pupilli, tenetur pupillo actione tutelæ vtili , & ex eius contractu actio vtilis quæritur contra conductorem , vel eius ſucceſſores , l. pen. C. quando ex facto tutoris.

Tutor , qui poſt pubertatem pupilli adminiſtrationem nondum tranſtulit ad

curatorem.

honestate dimitti non possunt:sed inconsueta, & quæ secundum honestatem dimitti possunt,non debet mittere,l.cum plures,13.§.fi.& ibi gl.mitter.& ibi add.de adminisi.tutorum.

Tutor non debet dare dotem sorori pupilli,ex alio patre natæ,etiam si ea aliter nubere non possit:quia etsi honestè fieret:fit tamen ex liberalitate, quæ seruanda est arbitrio pupilli post legitimam ætatem,d.§.fi.

Tutor potest dotare sororem pupilli ex eodem patre natam, si soror non habeat,vnde dotari possit,vel quando soror habet commune patrimonium cum pupillo,gl.alio,ibid.

Tutor non debet mittere matri,vel sorori nuptiale munus, l.tutor secundum, 14.§.fi.eodem.

Tutor potest matri,vel sorori pupilli præstare ea, quæ ad victum ei sunt necessaria,cùm ipsæ semetipsas non possunt sustentare,ibid.

à Tutore donationes simpliciter factæ pupillo non nocent:fallit in quibusdam casib.& quando ex magna vtilitate minoris hoc fieret cognitione iudicis, l. tutor ad vtilitatem,23.& ibi gl.1.eod.

à Tutore donationes factæ an valeant, vel non, arbitrio pupilli facti maioris relinquitur,d.gl.1.

Tutor, qui ad alimenta, pupillo præstanda copiam sui non facit, suspectus est, poteritque remoueri,l.3.§.tutor,de suspe.tutor.

Tutor, qui vocatus ad præstanda alimenta pupillo, dixit pupillum non habere, vnde ei alimenta præstaret:posteà conuictus de mendacio remouetur à tutela,& extraordinariè debet puniri ea pœna,qua solent affici, qui tutelam corruptis ministris iudicis redemerint,ibid.

Tutor debet præstare alimenta seruis, libertísque pupilli: nonnunquam etiam exteris,si hoc pupillo expediat,l.cùm plures,13.§.fi.de adminisi. tutorum.

Tutor tutela finita à pupillo tutelæ actione conuentus sumptus in alimentis,& disciplinis eius factos ab illo secundum vires & facultates eius sibi poterit reputare,non vltra,etiam si moderata taxatio facta fuerit in testamento à testatore,vel à prætore,l.2.vbi pupillus educari.

128 Tutor in faciendo sumptus ad alimenta pupilli,vel in disciplinam debet seruare modum,quem iudex ei statuit: & si iudex non statuit,debet tutor pro modo facultatum pupilli arbitrio iudicis sumptus facere: alioquin quod plus æquo expendit,non reputat in rationes tutelæ,ibid.

Tutor debet notum facere iudici de statu facultatum pupilli,quando motus vltra facultates pupilli à iudice,vel testatore est constitutus pro faciendis sumptibus in alimenta,vel disciplinam pupilli:alioquin non reputat omnes sumptus, quos secundum decretum iudicis fecit: quia si notum faceret iudici, sumptus faciendi constituti à iudice vel diminuerentur,vel non decernerentur tanti,d.l.2.

Tutor in rationes pupilli reputat sumptus, quos secundum voluntatem patris testantis fecit in alimenta,vel disciplinam pupilli,nisi pater vltra vires facultatum eos sumptus statuit:quia tunc imputatur tutori,cur non adierit prætorem,vt sumptus statuti in testamento diminuerentur,ibid.

Tutor in alimentando, & in liberalib. artibus instituendo pupillam in paterno testamento dotatam,potest etiam sine decreto iudicis facere sumptus de bonis fratris pupilli hæredis à patre scripti,& eidem pupillo, & eius substitutis imputat in rationes tutelæ omnes sumptus,nec illi sumptus pupillæ compensantur cum dote,l.qui filium,eod.

Tutor absens voluntariè contumax in alendo pupillum hoc in iudicio requirentib.amicis,& cognatis tutoris,velut suspectus causa cognita remouebitur à iudice,vel eidem tutor generalis,& perpetuus ab ipso adiungitur,qui pupillo præstet alimenta,l.si.eod.

Tutor absens necessariò,qui non præstat alimenta pupillo,si idoneus sit in officio,retinetur,& specialis curator ad præstationem alimentorum ei adiungitur,ibidem.

Tutor si prætermiserit præstare alimenta matri, vel sorori pupilli egentib. iudicio tutelæ potest conueniri,& etiam potest iurari in litem contra eum,l.1. §.sed nonnullos,& ibi gl.agi,de tutel.& rationibus.

Tutor si matri pupilli munus nuptiale præstiterit,non potest reputare illud pupillo:reputat tamen pupillo munus consuetum,quod dedit matri eius,d.l.1. §.seruis,& ibi gl.præstatur.

129 Tutores possunt præstare alimenta seruis, & libertis rei pupilli necessariis, & ea reputare pupillo, & etiam possunt præstare liberis hominib. dum tamen ratio præstandi iusta intercedat,d.l.1.§.si pupillis.

Tutores possunt reputare ~~pupillo sumptus~~ litis, & viatica, si ex officio necesse habuerint aliquò excurrere,vel proficisci.ibid.

Tutoris,sicut patris officium est pupillam dotare, gloss. conuenit, in l.fi. C.de sponsalib.

Tutor iudicis officio cogitur alimenta præstare pupillo, licèt pendeat quæstio de statu suo,l.1.C.de aliment.pupillo præstan.

Tutor alimenta poterit præstare pupillo sine decreto iudicis: quid interdum necesse est fieri, ne secreta patrimonij, & suspectum æs alienum pandatur, quod melius est interim taceri, quàm contra pupillorum vtilitatem apud acta designari,l.2.C.eod.

Tutor latitans,ne pupillo per iudicem decernantur alimenta, pupillo in possessionem bonorum tutoris misso, & dato sibi curatore, vt suspectus potest remoueri,§.si quis tutor.Inst.de suspectis tuto.

Tutor præsens, qui per mendacium negat alimenta posse decerni pupillo propter inopiam,debet remitti ad præfectum vrbis puniendus,& remouendus,§. pe.& ibi gl.remittendus.& ibi add.Inst.eod.

Tutor sumptus bona fide factos repetit, etiam si negotio non potuerit finem imponere,gl.fi.in l.qui mutuam,56.§.fi.mandati.

Tutori non licet propter existimationem,laudem, famam,vel honorem pupilli erogare de bonis pupilli, quod ex suis non honestissimè esset erogaturus,l. cùm plures,13.§.nimium,& ibi gl.erogaturus,de admin.tutor.

Tutor debet constituere mercedes præceptorib. pupilli non quantas minimas poterit:sed pro facultate patrimonij,& dignitate natalium, d.l. cùm plures, §. final.

Tutor secundum dignitatem, & facultates pupilli æstimare debet modum seruorum,qui circa personam pupilli adsint,l.tutor secundum, 14.eod.

Tutor in rem pupilli si aliquid impendat,sibi obligatur contraria tutelæ, gloss. non potest,in l.1.de author.tutorum.

Tutor non tenetur facere sumptus tutelæ de suo,gl.nec quod,in l.athletæ, 8.de excusat.tutorum.

Tutores vt faciliùs ad administrationem tutelæ accederent scientes pupillum sibi obligatum fore ex sua administratione,induxit prætor contrariam tutelæ actionem,l.1.de contraria tutelæ actio. 13

Tutores prouocandi erant vt promptiùs de suo aliquid pro pupillis impenderent,dum scirent se recepturos id,quod impendissent.ibid.

Tutor conuentus iudicio tutelæ reputare potest id,quod in rem pupilli impendit,& sic in arbitrio tutoris est,an compenset id,quod debet recipere à pupillo, an petat directè contrario iudicio: & si iudex compensationis rationem non habuit tutelæ,potest tutor contrario tutelæ agere: sed si tutor opposuit compensationem,& iudex eam reprobauit, non potest tutor posteà agere contraria actione tutelæ,d.l.1.§.præterea.

Tutor vsuras eius pecuniæ,quam de suo consumpsit in vtilitatem pupilli, consequi potest à pupillo contraria tutelæ, quoad sibi reddatur pecunia, si sibi soluere non potuit durante administratione:secùs si potuit,& non fecit, l. 3. §.vsuras,eod.

Tutori impendenti de suo in vtilitatem pupilli vt competat contraria actio, sufficit,quòd bene,& diligenter,& vtiliter incœperit impendere, licèt posteà contrarium euentum habuerit,d.l.3.§.sufficit.

Tutor repetit contraria actione id,quod in rem pupilli expendit ante tutelam, vt quia pro tutore gessit, antequàm esset tutor, vel erat curator ventris, vel alio quocumque modo ante tutelam expendit,d.l.3.§.iudicio. & ibi gl. ante impensum.

Tutor in tutelæ iudicio deducit sumptus quoscunque, quos bona fide fecit in rem pupilli,l.3.§.iudicio,de contraria tutelæ actio. 13

Tutor remotus tanquam suspectus habetur eo loco, quo esset finita tutela: & sicut ipse conuenitur à pupillo actione tutelæ: ita etiam potest ipse agere contra pupillum contraria actione ad repetendum id, quod impendit de suo in rem pupilli,l.à tutela.eod.

Tutor si impendit plus in vtilitatem pupilli,quàm sit in facultatib.pupilli, illud potest consequi contraria tutelæ actione: ~~sed si~~ non expendit in vtilitatem pupilli, id, quod expendit vltra, quàm sit in facultatib. pupilli, non repetit contraria tutelæ actione,d.l.3.in principio, eod.

Tutor contraria actione consequitur pecuniam,quam de suo consumpsit etiam cum vsuris,vel his,quæ in regione obseruantur;vel his,quib.mutuatus fuit, si necesse habuit mutuari,vel his,quib.pupillum liberauit,vel caruit tutor, glo. liberationem,in d.l.3.§.contrarium.

à Tutore,vel curatore, id, quod bona fide erogatur in pupillum iustitia, non authoritate iudicantis debetur,l.3.C.de admi.tutorum.

Tutor, vel curator sumptus necessarios potest facere sine decreto,imò & quandoque non expendit decretum interponi,d.l.3.& ibi gl.pe.

Tutor potest donare mercedem doctorib.pupilli,alimenta seruis,& libertis, solennia munera parentibus,& dotem sorori ex eodem patre natæ,glo. fin.in l. non omnib.C.eod.

Tutor secundariò,non principaliter datus ad litem, si quid bona fide erogauit, id à contutorib.potest exigere,l.pe.& ibi gl.1.C.de in litem iurando.

Tutor,vel curator,si minor habeat reditus sufficientes pro his, quæ sunt minori, & eius familiæ necessaria, eos tantum debet expendere: sed si plus sint, quàm sufficiant,id,quod plus est,debet in depositum collocare in emptionem prædiorum,§.quoniam autem,in auth.vt hi,qui obligatas se habere. col.6.

Reliqua verbo,Curator,12.Pupillus,19.20.Expensa,3.Dos,10.

TVTOR non tenetur ad damnum, quod sine sua culpa accedit in eo, quòd cautiones soluti vectigalis inuentæ non sint,l.si sine hærede,33. §. de admin. tutorum. 13

Tutoris periculo potest constitui adiutor,actor,vel administrator decreto iudicis,quoties necessitas est ex parte rei, vt quia negotia pupilli sunt diffusa, aut dignitas,aut ætas,vel valetudo tutoris id postulat: quia per se non possit administrare:sed vbi pupillus est infans,& nondum fari potest,vt procuratorem possit constituere,vel absens sit,necessariò debet constitui actor,l. decreto,25.& ibi gl.necessariò,eod.

ad Tutoris periculum pertinet periculum temporis currentis pendente appellatione frustratoriè interposita,l.tutores,qui,40.§.tutor. eod.

Tutor non tenetur de periculo nominis debitoris post finitam tutelam,si illud nomen erat idoneum tempore finitæ tutelæ, l. cùm post mortem, 44. & ibi gl.2.eodem.

Tutor,vel curator si nomina,quæ sibi assignata sunt à priore tutore, vel curatore,etiam si sint minùs idonea,tenetur in se transferre: sed non ea agnoscere, gl.1.ibid.

Tutor si pro pecunia pupillari mutuata rem hæreditariam pignori accepit, tutela finita si illa res hæreditaria fisco sit adiudicata,eò quòd hæres illius hæreditatis non sit vltus mortem defuncti, illud nomen ad onus tutoris non pertinet;quia tempore finitæ tutelæ illud nomen erat bonum,l.Titium,46.§. Lucius,& ibi gl.non pertinere,eod.

Tutor habens negotium,& societatem omnium bonorum cum patre pupilli, si vendidit omnes merces, & omnia bona, ac posteà negotium suo nomine exercuit,non tenetur pupillo præstare compendium illius negotiationis:sed tantùm vsuras pecuniæ factæ ex illis mercib. & bonis communibus, d.l. Titium.§.pen.

Tutor non tenetur pupillo de rebus pupillarib. incursu latronum peremptis, nec de pecunia pupillari data argentario celeberrimo, tempore, quo tutor ei dedit,& nunc in solidum reddere non possit,l.si res pupillaris, 51. de admin.tutorum.

Tutor non tenetur de casu fortuito, nisi culpa lata,vel leui,& non leuissima,vel mora præcedat,gl.fi.ibid.

Tutor tenetur de re pupillari furto perempta.gl.1.ibid.

Tutor, vel curator si per eos donationum conditio, sub qua minori donatum

erat,

illa pignora iudicio tutelæ,l.fi.in quib.causis pignus.

Tutor datus si prouocauit,& hæres eius si victus sit, tenetur præteriti temporis periculum præstare,l.si quis,60.§.fi.de ritu nuptiarum.

Tutores omnes,si soluendo fuerint tempore,quo finita fuit tutela,& posteà decesserint,hæres vnius tutoris non potest conueniri pro hærede alterius tutoris : sicut nec tutorib. viuentibus vnus eorum non potest conueniri pro alio tutore,licèt vnus eorum cùm decederet,non esset soluendo,l.tutores,qui,40.§.tutorib.& ibi gl.periculum,de admin.tutorum.

Tutoris vnus hæres rectè potest conueniri pro hærede alterius tutoris, quando ambo tutores decesserunt durante tutela,† d.gl.periculum.

Tutoris vnius hæres non tenetur ex sua persona,si non exegerit hæredem alterius tutoris:quia finita est tutela,† ibid.

Tutoris hæres si inchoata à tutore defuncto perfecit, tenetur etiam tutelæ actione eo nomine, quamuis tutor non sit:sed si perfecit ea, quæ non erant inchoata à defuncto, non tutelæ:sed actione negotiorum gestorum tenetur, l.pe.& ibi gl.fi.eod.

Tutoris hæres soluens pro pupillo pecuniam, in quam ipse pupillus erat obligatus,habet contrariam actionem tutelæ ad eam recuperandam.l.pe. de contraria tutelæ actione.

Tutoris hæres, quamuis tutor non sit, tamen ea, quæ per tutorem defunctum inchoata sunt, si perfectæ ætatis, & masculus sit, explicare debet extra iudicium:secùs in iudicio,l.1.& ibi gl.explicati,de fideiuss.tutorum.

Tutoris hæres si in explicandis his,quæ per tutorem defunctum inchoata sunt, dolum commiserit,tenetur de eo.ibid.

Tutoris hæres tenetur reddere pupillo id, quod apud tutorem de rebus pupilli fuit,d.l.1.

Tutoris hæres tenetur reddere pupillo vtili actione tutelæ id,quod apud ipsum pupillum tutor reliquit, & hæres eius dicto pupillo abstulit, vel ab eo accepit,ibid.

140 TVTORIS hæres tenetur de suo proprio dolo, & administratione, quando post tutoris mortem eius hæres negotia pupilli gerere perseuerauit, aut in arca tutoris pecuniam pupilli inuenit,& consumpsit : aut quando eam pecuniam,quam tutor stipulatus erat,exigit,l.4.de fideiuss.tutor.

Tutoris hæres tenetur de leui culpa, & negligentia, si inchoata per defunctum non explicet,gl.negligentia,ibid.

Tutor tenetur de dolo,lata & leui culpa : sed eius hæres ex persona defuncti de dolo,& lata culpa,sed non de leui,seu negligentia,d.l.4.& ibi gl.negligentia.

Tutor testamento etiamsi datus sit hac lege,quòd non redderet rationem tutelæ,nihilominùs tam ipse,quàm hæres eius tenentur,& coguntur non obstantib.verbis testatoris,d.l.4.in add.marg.

Tutoris hæres tenetur præstare vsuras pecuniæ pupillaris, quam agitauit,quantas iudex ex bono,& æquo suo arbitrio iudicauerit,d.l.4.

Tutoris hæres licèt teneatur de dolo,& culpa eius,qui iure datus fuit tutor:non tamen eius,qui non iure datus administrationi se non immiscuit,l.fi. eod.

in Tutoris hæredem iudicium tutelæ tale transfertur,quale defunctus suscepit, ibidem.

Tutoris hæres lite contestata cum defuncto tenetur de dolo, lata, & leui culpa, & negligentia,& de omni eo,in quo defunctus etiam tenebatur,d. l. fi. & ibi gl.nam cùm.

Tutoris hæres non tenetur de negligentia defuncti,l.4.de magistrat.conuen.

Tutor, vel curator si post appellationem in causa pupilli, vel adulti decesserit, eius hæres antequàm reddat rationes,appellationis causam persequi debet,l.tutor,27.de appellat.

141 Tutor, vel curator creatus si appellauerit, & ante causam peractam moriatur, hæredes eorum propter periculum medij temporis,causam appellationis debent prosequi,l.fi.si tutor,vel curator,aut magistr.

Tutores dati in locum defunctorum possunt conuenire hæredes tutorum defunctorum,& ab illis rationem tutelæ deposcere,l.2.C.de tuto.vel curat. qui satis non dedit.

Tutoris hæres si instrumenta minoris detineat, finita tutela, poterit curator datus agere aduersus eum,vt restituat,l.1.C.de in litem iurando.

Tutoris hæres si instrumenta minoris dolo,vel lata culpa non exhibeat,poterit curator aduersus eum in litem iurare.ibid.

Tutor alio iure tenetur,& alio iure eius hæres,l.pe.C.eod.

Tutoris hæres non potest conueniri de tutoris negligentia,quę dolo non comparatur,nisi fuerit lis inchoata cum tutore defuncto, vel nisi aliquid ad eum ex bonis pupilli peruenit,vel cùm potuit acquirere tutor,alij permisit, l. 1.& ibi gl.fi.C.de hæred.tutor.

Tutoris hæres potest conueniri tantùm ex dolo, & lata culpa tutoris defuncti, gl.2.in l.2.C.eod.

Tutor,vel curator cessantes administrare tutelam,vel curam,sunt ob talem cessationem in dolo,& lata culpa,& ideò de hac cessatione tenetur hæres.ibid.

Tutoris hæres tenetur etiam de eo, quod tutor pupillo ex causa fideiussionis debuit,l.pe.C.eod.

Tutoris hæres tenetur etiam ex eo, quòd tutor malum fideiussorem accepit in causam pupilli.gl.fi.ibid.

Tutoris hæres inchoata à tutore debet perficere,gl.3.in l.1. C. si quis ignorans rem minoris.

Reliqua verbo, Hæres, 63. 64.

142 TVTORES, vel curatores ante litis contestationem ex sua persona non possunt constituere procuratorem in rem pupilli, vel adulti : sed actorem sic, l. neque tutores,11.& ibi gl.2.C.de procuratorib.

Tutoris, vel curatoris authoritate interueniente pupillus, vel adultus potest constituere procuratorem tam ad agendum,quàm ad defendendum, d. l.neque tutores.

Tutores,vel curatores si fuerint impediti administrare cum decreto iudicis,debent actorem constituere, vel etiam ipse tutor per se, vel ipse iudex poterit ordinare actorem,gl.4.ibid.

Tutoris mandato gerens negotia pupillæ tenetur pupillæ actione negotiorum gestorum:non tamen actione pro tutelæ,l.4.C.de neg.gestis.

Tutoris mandato si gessi negotia pupilli, necesse non est, vt actio negotiorum gestorum sit inter me, & pupillum, quòd gesserim pupilli negotia contemplatione pupilli,† gl.fi.ibid.

Tutoris mandato si gessi pupilli negotia,non impediente actione mandati, quæ datur inter me,& tutorem,pupillus tenetur mihi in eo, quòd locupletior est factus,cùm ego in eo negotio successerim in locum tutoris.ibid.

Tutor,& curator differunt à gestore:quia ipsorum officium est necessarium, & finitur necessitate cessante : gestoris autem officium est voluntarium, & voluntate propria terminatur,l.tutori,20.C.eod.

Tutor,vel curator intentare possunt actionem : sed non negotiorum gestorum: vterque tamen tenetur de dolo,lata,& leui culpa,d.l.tutori,& ibi glo. secundum quæ.

Tutori,vel curatori imputatur si actionem nomine pupilli intentare omisit, d. gl.secundum quæ.

Tutor etiamsi pater sit filij sui emancipati, non potest constituere procuratorem,cùm non sit dominus rerum filij:sed actorem debet constituere,l.1.& ibi gl. 2.C.de actore à tutore,vel cur. 14

Tutores, & curatores post litis constationem possunt constituere procuratorem:ante verò non possunt,nisi tantùm actorem,ibi. & l. neque tutores, 11. C.de procuratorib.

Tutor, licèt ad iudicia non possit constituere procuratorem : potest tamen ad negotia,& etiam talis procurator potest alium procuratorem constituere, d. l.1.& ibi gl.2.& d.l.neque tutores.

Tutor non potest constituere actorem nisi ex causa,d.l.1.& ibi. gl.2.

Tutoris res ob æs alienum pupilli pignori capi non possunt, etiamsi ipse tutor teneat res pupilli,licèt hypothecaria possit pro eis teneri, l. 1. & ibi gl. 1. C. quando fiscus,vel priuatus.

Tutor,vel curator ex voluntate, & non ex necessitate potest actorem suo periculo constituere,dummodò aliqua iusta causa sit,l.curatorem, & ibi gl. fi. C. qui dare tutores.

Tutor, vel curator quando aliqua de causa impeditur administrare, datur sibi coadiutor,vel constituitur actor,gl.1.in l.si præses,6.C.quomodo,& quando.

Tutor si infirmitate,vel alia necessitate impediatur,quominus negotium pupilli administrare possit,& pupillus sit infans,vel absens, iudex constituet actorem periculo tutoris eum,quem tutor velit,§.fi.Inst. de curatorib.

Tutor solus non potest constituere procuratorem in rem pupilli ante litem contestatam,neque potest repudiare bonorum possessionem,gl.1.in l.si puellæ,de sponsalib.

à Tutore constitutus actor debet cauere de rato,gl.tutores, in l.1. §.1.de admi. tutorum.

Reliqua verbo, Actor, 18. Procurator, 54.

TVTOR si finita tutela condemnatus sit,non fit executio in tutorem, l. fin. si quis cautio. 144

Tutor nomine pupilli si in prouincia fuerit condemnatus, & curatores ipsius pupilli Romæ reperiantur,coguntur ibi iudicatum soluere, vbi mater pupilli mutuam pecuniam accepit,cui filius hæres extitit, l. argentarium, §. fin. de iudiciis.

Tutor siue condemnauerit,siue condemnatus sit,actio iudicati finita tutela datur pupillo,vel contra pupillum:sed non contra tutorem,nisi se obtulit liti,l.2.& ibi gl.2.de admi.tutor.

Tutor, qui cùm non posset, vel propter infantiam pupilli, vel propter eius absentiam author esse ei ad accipiendum iudicium,si condemnatus sit,actio iudicati datur in pupillum, nisi abstinuerit ab hæreditate, quo casu nec in pupillum,nec in tutorem datur,nec pignori tutoris res accipiendæ sunt,ibid.

Tutor siue condemnauerit,siue condemnatus sit, actio iudicati directa durante tutela datur tutori,& contra tutorem:sed vtilis datur tutori,vel in ipsum pupillum:executio tamen semper fit in ipsum pupillum,† ibid.

Tutor si pro pupillo, qui non adiuit hæreditatem ex certa scientia, satisdedit creditorib.pupilli de soluendo,tenentur fideiussores:si per errorem iuris, vel facti,non tenentur,gl.abstinuit,in add.marg.in d.l.2.§. fi.

Tutori,qui infantem defendens condemnatus est,succurritur, vt actio iudicati detur in pupillum,l.pe.quando ex facto tutoris.

contra Tutorem, vel curatorem condemnatum nomine pupilli non datur actio iudicati,nec fit executio sententiæ finito officio, nec eo durante, cum alieno nomine conueniatur,l.4.& ibi gl.iudicati,de re iudicata.

Tutor conuentus à pupillo actione directa tutelæ, & condemnatus infamatur: secùs si econtrà tutor pupillum faciat condemnare,§. pe. & ibi gl. 2. Inst. de pœna temerè litigan.

Tutor,qui indebitum pro pupillo solutum in actione tutelæ non imputauit, ab accipiente potest repetere vtili condictione indebiti : sed si reputauit in actione tutelæ,condictio datur pupillo, l.fi. §. 1.& ibi gl. habere, de condictione indeb.

Tutor quondam non iustè recusat condemnationem soluere adulto, eò quòd adultus, si perdat solutam sibi quantitatem, possit restitui aduersus solutionem, cùm ipse tutor exactam pecuniam authoritate iudicis possit deponere apud ædem sacram,l.frustrà,& ibi gl. 1.& 2.C.de adminis. tutor.

Tutor si pro contutore condemnetur, ex eo quòd eum suspectum facere supersederit, condemnandus est etiam pro eo ad vsuras, ad quas etiam ex sua administratione cogeretur,& non ad maiores,l.tutor,qui. §. pen. de administr. tutorum. 145

Tutor vnus ex plurib. qui renunciauerunt beneficio diuisionis, si insolidum conuentus soluit; insolidum ei debet fieri cessio : alioquin cùm possit petere diuisionem,& non petiit, sibi imputet : quia non fiet ei cessio, nisi pro parte, gl.pe.in l.si plures,39.eod.

Tutor vnus ex pluribus si pupillo in solidum condemnatus soluit, etiam cessis sibi actionib. à pupillo aduersus contutores, non habet priuilegium pupilli, quod est vt præferatur cæteris creditorib.in personali, l. ex plurib. 43. & ibi gl.priuilegium.eod.

Tutor si ex facto, & administratione contutoris condemnatus præstiteri pupillo, vel ex communi gestu, nec ei mandatæ sint actiones contra con[illegible]

bunt,§.si quis autem,in auth.vt litigantes iurent.col.9.

Tutores,vel curatores litigantes pro pupillis si dixerunt,dedisse, vel promisisse aliquid iudici pro causis pupillaribus,& hoc probare nequiuerint,debent puniri.ibidem.

Tutor cogi potest iurare de veritate in causa pupilli, vel adulti, quando veritas sibi potest esse nota sicut pupillo,l.quoties, 21. §. si tutor, & ibi gl.debet, de noxalibus.

Tutor,vel curator iurat de calumnia in causa pupilli:sed non iurat in litem, d. glo.debet.

Tutor omnibus aliis probationibus deficientibus iusiurandum deferens audiendus est,l.tutor,35.de iureiur.

Tutor dicitur quasi dominus,& ideò potest,si vult, iurare in litem in causa pupilli,gl.videamus.ibi.gl.refragabitur de in litem iuran.

Tutor semper debet iurare de calumnia siue ipse solus suscipiat iudicium, siue pupillus eo authore suscipiat,gl.suscipiatur,in l.1.§.1.de admin.tutor.

Tutor sicut quilibet diligens paterfa. non cogetur in suo proprio facto subire periurium eodem modo,nec in pupillarib.gl.arguatur.in add. marg. in l.tutor secundum,§.1.eod.

contra Tutorem, vel eius hæredem iuratur in litem pro administratione tutelæ:quia conueniüntur actione tutelæ,quæ est bonæ fidei:sed contra fideiussorem tutoris non iuratur in litem : quia is conuenitur actione ex stipulatu, quæ est stricti iuris,in qua non iuratur in litem,gl. 1. in l.si sine hærede, 33. eodem.

Tutor in iuramento in litem non compellitur iurare etiam sciens,gloss. fi.in l. cùm etiam, 5.C.de rebus credit.

Tutori potest deferri iuramentum in causa pupilli, & cogitur, si sciat:aliàs autem anceps periurium non cogitur subire.ibid.

Tutor si fuit pater meus alicuius pupilli, & decessit me filio pupillo hærede relicto,& dedit mihi tutorem,tutor meus si se immiscuit negotiis illius pupilli gerendis, ille pupillus non aget contra tutorem meum actione tutelæ:sed negotiorum gestorum,& ego non teneor pro administratione, quam tutor meus subiit post mortem patris mei : sed tamen teneor pro eo, quod pater meus gessit,l.qui aliena,§.tutoris,de nego.gestis.

Reliqua verbo,Pupillus,32.33.Iuramentum,31.32.35.36.39.Curator,8.

152 TVTORIS, vel curatoris bona licèt tacitè sint obligata ex administratione pupillo,vel adulto:non tamen bona procuratoris,vel gestoris,gl.fi.& ibi add. marg.in l.diuortio,de neg.gest.

Tutor ex obligatione facta ratione tutelæ finito officio non tenetur ; secus est in procuratore ad negotia:quia tutores ex necessitate suscipiunt officium:sed procuratores ex propria voluntate:item quia tutor publica authoritate:id est à lege suscipit officium:procurator autem à priuato,gl.2.in l.procurator,qui 67.de procurator.

Tutoris omnia bona tacitè pro administratione obligantur, ac hypothecata sunt,gl.1.in l.vel cum fisco,de confirma.tutore.l.pro officio,20.C.de admin. tutor.& gl.1.in l.cùm furiosus,7.§.& inuentario,C.de curatore furiosi.

Tutoris, vel curatoris bona pro officio administrationis, si pupillo debitores existant,tanquam pignoris titulo obligata pupillus, vel minor potest vendicare,d.l.pro officio.

Tutoris,vel curatoris bona sunt tacitè obligata minori ex eo tempore, ex quo cœpit esse tutor,vel quo cœpit malè administrare,gl.2.in d.l pro officio,ibid.

Tutor,vel curator de eo,quod fecit, vt tutor, vel curator : veluti authoritatem præstando fideiussioni factæ à minore, conueniri non potest, nisi proprio nomine se obligauerit,l.si non subscripsisti,15.& ibi gloss. 1. C. de administ. tutorum.

Tutor,vel curator vectigalia conducere non debet, rub. & l. 1. C. ne tutor, vel curator vectigal.

Tutores,vel curatores ad conducenda vectigalia non sunt admittendi, nisi decesserit ille, cuius tutela, vel cura est administrata, vel aliàs est finita tutela, vel reddita ratio,d.l.1.& ibi gl.1.

Tutor, vel curator si hæreditario iure successit in contractum fiscalem : hoc est in conductionem vectigalium, rectè admittitur ad eam, licèt viuatis, cuius tutela,vel cura est administrata,gl.1.ibid.

Tutor,vel curator gerens tutelam,vel eius ratione non reddita si vectigalia cõducat,tenetur pœna falsi,nisi vectigali,& pupillis satisfecerit,d.l.1.& ibi gl.2.

Tutor,vel curator si sit factus conductor vectigalium,vel ille,qui fisco tenebatur, administret,excusatur à pœna falsi,d.l.1.

Tutor, vel curator ante redditas rationes prædia Cæsaris conducens, vt falsarius punitur,l.si ignorans,52.& ibi add.marg.locati.

Reliqua verbo,Hypotheca,4.

153 TVTOREM si quis dederit filio impuberi eum instituendo hæredem in eodem testamento,pupillus ipse authoritate iudicis debet adire,† glo. 1. in l. si nemo,9.de testam.tutel.

Tutor solus non potest adire hæreditatem sine pupillo, nisi pupillus esset infans,gl.1.in l.impuberi,9.de tutorib.datis ab his.

Tutor solus sine pupillo non potest facere, nec recipere restitutionem Trebellianicæ,nisi sit infans,nec pupillus potest sine tutore :sed debet pupillus cum authoritate tutoris eam restitutionem facere,vel recipere,d. gl.1.

Tutori soli non debet fieri restitutio Trebellianicæ : sed pupillo cum authoritate tutoris.ibid.

Tutor ex causa potest dari ad vnum articulum:putà ad adeundam hæreditatem, d.l. impuberi.

Tutor solus non potest sine pupillo adire hæreditatem pupillo pertinentem,vel recipere hæreditatem per fideicommissum pupillo restituendam,nisi quando pupillus est infans,vel abest,gl.fi.in l. obligari.de autho.tutor.l.pupillus,9.& ibi gl.pe. de acq.hæred.l.restituta,17.§.fi.& ibi gl.infans, & glo. sine pupillo, ad Trebell.

Tutor solus sine pupillo non potest adire:& si adierit,non tenet aditio, & ideò pupillus,vel curator eius etiam sine restitutione potest se abstinere,gl.fi. in l. pen.de author.tutor.

Tutor solus potest petere bonum possessionem pro pupillo,gl.fi.in l.pupillus,9. de acq.hæred.gl.1.in l.impuberi,9.de tutorib. datis ab his.

Tutor,qui seruo pupilli mandauerat adire hæreditatem,si moriatur, antequam seruus adierit, pupillus non obligatur hæreditati aditæ à seruo post mortem tutoris,l.si per epistolam,50.de acq.hæred.

Tutor potest iubere seruo pupilli adire hæreditatem, & reuocatur iussus morte tutoris.ibid.

Tutor solus potest iubere seruo pupilli adire hæreditatem, quando pupillus est infans;aliàs & ipse pupillus debet iubere,gl.1.ibid.

Tutori soli non potest restitui indistinctè hæreditas per fideicommissum relicta pupillo,nisi sit infans,vel absens,l.sed nec ipsi,39. & ibi gl. fi. ad Trebell. gl.fi.in l.potuit.C.de iure delib.

Tutor non potest repudiare bonorum possessionem pupillo competentem:quia tutori petere permittitur,non repudiare,l.tutor,de bonor.possess.

Tutor potest repudiare bonorum possessionem scientibus amicis pupilli, & iudice:sed non solus,† gl.1.ibid.

Tutores licèt possint acquirere pupillis bon.poss. non tamen possunt repudiare: quia non videntur tutores,cum pupillum spoliant.ibid.

Tutor, qui pupillo petiit bonorum possessionem, quæ plus incommodi, quàm commodi habet,tenetur iudicio tutelæ,si fuit in culpa,l.si pupillo, 11. & ibi gl.1. eodem.

Tutoris iussus est necessarius in adeunda hæreditate, & iubere non potest, nisi dominus:& tutor dicitur quasi dominus : vnde præstat authoritatem ad adeundam hæreditatem,gl.fi.in l.cum in vna.17. §.fi. de appella.

Tutor datus authorizat in aditione hæreditatis,non curator,gl.1.in l.pe. C. in quib.casib.tutorem habenti,l.cum quædam,26.C.de adm.tutor.

Tutor, vel curator potest authoritatem præstare pupillo, vel adulto ad adeundam hæreditatem ex testamento,in quo tutor ipse,vel curator est præteritus, vel exhæredatus, neque sibi præiudicat, quominùs testamentum expugnare possit,l.cùm quædam,26.C.de admin.tutor.

Tutores si abstinuerunt pupillum ab hæreditate paterna, minus inconsultò, tenentur eidem pupillo ad omne id,quod interest, cum non esse abstentum, l. 4.& ibi gl.1.C.arbitrium tutelæ.

Tutor etiam sine consensu pupilli,etiam si consentire valeat, poterit bonorum possessionem pupillo delatam agnoscere,† glo.2.& ibi add. marg. in l.bonorum,7.C.qui admitt.

Tutor sine consensu pupilli maioris infante non potest adire hæreditatem eidem delatam:sine infante potest,d.gl.2.in addit.

Tutor solus nesciente pupillo,& sine eius voluntate hæreditatem pupillo delatam non potest adire:& si adierit,non valet aditio,l.potuit.5.C de iure delib.

Tutor solus sine pupilli infantis voluntate non potest adire hæreditatem,si ille infans habeat quinque annos, & intellectum, vt possit præbere consensum; aliàs autem potest etiam solus:scilicet quando infans fari non potest,gl. 1.& ibi add.marg.& gl.fi.ibid.

Tutor hæreditatem pupillo delatam cum voluntate pupilli debet adire, licèt pupillus causam ex testamento, vel ab intestato, velut agnatus, vel cognatus hæreditatis acquirendæ non intelligat,gl.2.ibid.

Tutor solus potest pupillo quærere sine eius consensu bonorum possessionem: solus autem pupillus non acquirit sibi bonorum possessionem,gl.fi.ibid.

Tutor solus sine infante potest adire hæreditatem, siue viuo parente, siue post eius mortem hæreditas sit deuoluta. Item potest solus petere bonorum possessionem,l.si infanti,18.C.eod.gl.ex fideicommisso in addit.pue. in §.neque tamen.Inst.de author.tut.

Tutores,vel etiam pupilli facti maiores hæreditatem,quam ipsi pupilli sine tutore repudiauerunt,possunt petere,nisi sint maiores in repudiatione, gl. fi. in l.pen.C.de repud.hæredit.

Tutori soli infantis,vel pupilli absentis restitui potest hæreditas sine fideiussione de rato,& etiam sine iudice,l.pen.& ibi gl.2.C.ad Trebell.

Tutor solus infantis, vel pupilli absentis potest restituere hæreditatem, quam infans,vel pupillus grauatus erat restituere,d.l.pen.& ibi gl. pupilli.

Tutori non debet fieri restitutio hæreditatis fideicommissariæ, quando pupillus est maior infante:sed ipsi pupillo cum authoritate tutoris debet fieri,glo. noscitur ibid.

Tutor infantis, vel pupilli absentis licèt possit solus restituere hæreditatem fideicommissariam alteri:non tamen sibi, cum se authore sibi non possit restitui,gl.pupilli.ibid.

Tutor solus hæreditatem acquirere potest infanti adeundo nomine infantis: non tamen acquirit infans tutore authore,gl.fi.in l.3.C.de acquir. possess.

Tutori soli potest restitui hæreditas fideicommissaria : sed non infanti tutore authore:item tutor solus potest restituere hæreditatem fideicommissariam: sed non potest infans etiam tutore authore.ibid.

Reliqua verbo,Fideicommissum,21.Repudiare,Aditio,1.Pupillus,38. vsque 41.42.

TVTORIS potestas à patria potestate differt : quia pater dissoluit sponsalia contracta à filiafam.sed tutor non potest dissoluere sponsalia pupillæ, nisi ex voluntate ipsius pupillæ,gl.fi.in l.si puellæ.de sponsalib. 1[illegible]

Tutores soli sponsalia à pupilla contracta non possunt dissoluere:sicut nec contrahere,nisi interueniat consensus puellæ,d.l si puellæ.

Tutoris, vel curatoris voluntas non est necessaria in contrahendo matrimonio ab adolescente,gl.1.ibid.

Tutor, vel curator non potest pupillam, vel adultam in suam vxorem ducere, vel desponsare : neque potest eam filio suo in matrimonium adiungere, nec desponsare ei, nisi pater pupillæ, vel adultæ testamento ita cauerit : scilicet quòd nuberet tutori, vel nisi impetrato beneficio à principe, vel ducat eam post 25.annos,redditis rationib.l.tutoris.de sponsal.l.tutor,36.& ibi gl fi [illegible] Senatusconsulto,59.l.si quis,60.§.quid ergo.de ritu nuptia.[illegible]gl.non [illegible] in l.1.§.tutores.de falsis.gl.pen.in l.pe.C de sponsal gl.fi. in l. licet, 17. C. de excus.tut.

Tutoris filius adoptiuus si pupillam illicitè duxerit, si posteà tutor eum emancipauerit,confirmatur matrimonium,l.si quis,60.§.pe. de ritu nuptiarum.

Tutori pupillam in vxorem non potest dare mater pupillæ, [illegible] trio ipsius matris pater esse voluit,cui nuptui collocaretur [illegible]

eam deponere:secùs si sit valetudinarius ad tempus, l.post susceptam,43.& ibi gl.pen.de excusat.tutorum.

Reliqua verbo, Infirmus.

VALVASORES maximi,& maiores propriè hodie Capitanei dicuntur, ca.1. de natura feudi.

Valuasores minores possunt valuasorib.minimis auferre feudum, quandocumque voluerint: pretio tamen; quod acceperunt, restituto: hodie tamen non possunt auferre talia feuda sine causa cognita, & culpa conuicta: sicut & in aliis feudis,cùm nunc nulla sit differentia inter maiora,vel minima feuda,c.1.& ibi add.marg. de feudis datis minimis valuas.

Valuasore mortuo sine filio masculo feudo, quod ipse minori valuasori dederat,ad Capitaneum reuertebatur,c.1.quis dicatur dux.

Reliqua verbo,Capitaneus,Inuestire,Minor,2.

VANDALI animas diuersa tormenta non ferentes rebaptizando ad suam perfidiam transferebant, l.1.C. de officio præfecti Aphricæ.

Vandali corpora liberis natalib.clara iugo barbarico durissimè subiugabant, ib.

Vandali sacrosanctas Dei Ecclesias suis præsidiis maculabant: aliquas verò ex eis stabula fecerunt,ibid.

Vandali non solùm Aphricam;sed etiam Romam ipsam occuparunt,& imperialia ornamenta omnia in Aphricam transtulerunt,d.l.1.§.quo ergo.

Vandalis erepta est Aphrica,& etiam ipsa Roma à Iustiniano Imperatore,ibi,& in prin.& ibi gl.Vandali,& gl.verò,& ibi add.marg.in auth.de hæred. & Falcid.in prin.

VARIARE quandoque licet,gl.1.in l.ante litem,de procurator.

Variare non licet reprobando probata,& econtrà,gl.semel,in l.Pomponius, de neg.gest.gl.1.in l.4.C.de pact. inter emptor.

Variare non permittitur eligenti inter contraria,l.4.§.1.& ibi gl.variare, de lege commissor.

Variantem quandoque prætor non repellit, & consilium mutantis non aspernatur,l.nonnunquam,& ibi add.marg.de collatio.

VARIATIO semper displicet, glossa fin. in l.hæres furiosi,54. de petitione hæredita.

Variatio admittitur in diuersis instantiis, in diuersis personis, & etiam in eadem persona,si in prima succubuit;& etiam si obtineat,dum tamen contra diuersas personas:secùs si obtineret contra eandem,l.Papinianus, §. sed neque, de inoffic.testam.l.Aurelius,§.fi.de liberat.legata.

Variationem quandoque admittit lex, vt quòd substitutus pupillaris cōtra matrem pupilli agentem querela inofficiosi, potest dicere testamentum esse patris,& non pupilli, & contra fratrem patris pupilli agentem querela, potest dicere testamentum esse filij,d.l.Papinianus,§.sed neque.

Variatio continua præiudicat varianti,l.sed etsi pupillus,§.item si cùm plures,& ibi gl.vetuit,de institor.actione.

Variatio,seu inconstantia circa diuersas res admittitur,gl.1.& ibi add. marg.in l.de rebus,de rerum amot.actione.

Variatio reprobatur,gl.fi,in l.si ex toto,8.§.fi.de leg.1.

Variatio quandoque appellatur iniquitas,gl.iniquitas,in l.si quis,11.C.de rebus creditis.

Variatio plerunque in literis, & characteribus etiam eiusdem inuenitur ex variis causis,gl.aliter,in l.comparationes, C.de fide instrum.

VARIATA ex tempore non reputantur vniformia, l.si non sortem, §. libertos,de condic.indeb.

*Reliqua verbo,Electio,*10.11.*Testes,*17.18.*Veritas,Inconstantia, Hæres, num.* 154.155.*Alternatiua,*4.

VARICOSVS sanus non est,& pro eo datur ædilitia actio,l.varicosus, 50.de ædil.edicto.

Varicosus dicitur ille,qui modò huc,modò illuc,vt stultus,vadit, gl.1.ibi.

Varicosus dicitur,qui ægritudinem habet in tibiis,vel qui habet crura obtorta, pedésque introrsus fixos,d.gl.1.& ibi add.marg.

VARIETAS reprobanda est,l.quæ extrinsecus,65.in add.marg.de verb. obli.

Varietas iudicij reprobatur,gl.pen.in l.fi.C.de modo mulctarum.

Varietas actionum non debet admitti,gl.ex pœnitentia, in l.fi.C.de vsuris.

Reliqua verbo,Inconstantia,Variatio.

VARVS seruus dicitur à varietate sermonis, qui infinita verba effundit, & in eo non habet locum ædilitium edictum,l.item Offilius,§.fi.& ibi glo. varus, de ædil. edict.

VAS vitiosum si quis siue ignoranter, siue scienter locauerit, locator tenetur ad omne damnum,glo.traderetur,in l.arbitrio,§.de eo,qui. de dolo malo.

inter Vasa vinaria habentur torcularia; dolia autem, & seriæ tamdiu sunt in ea causa,quamdiu vinum habent:& cùm sine vino esse cœperint,desinunt esse in eo numero: quoniam ad alium vsum transferri possunt, & solent, vt si frumentum in his ponatur,l.vinaria,206.de verb.sign.

inter Vasa vinaria habetur amphoræ,quamdiu habent vinum: sed quando inanes,& sine vino sunt,extra numerum vinariorum sunt; quia aliud in his poni potest,ibidem.

Vasa,& vestes,& donaria Ecclesiæ non licet vendere,vel in pignus,vel in hypothecam tradere, & si fuerint tradita, sunt vendicanda ab his sine vllo pretio restituto,l.sancimus,21.C.de sacrosanct.Eccles.

Vasa, & thuribula Ecclesiæ vendita, & hypothecata si sint conflata, vel ad ipsa corpora,si extant,vel ad pretium eorum,si non extant,competit actio œconomo,vel custodi,l.sancimus,& ibi gl.ad ipsa,& gl.per in rem.

Vasa sacra, & thuribula tamdiu possunt vendicari ab œconomo, vel custode actione in rem,vel per condictionem, aut per actionem in factum, quamdiu integra perstant, d.l.sancimus.

Vasa sacra possunt vendi,& alienari causa captiuitatis, vel famis in locis his, in quibus hoc contigerit, ibid.

Vasa possunt vendi ob debitum Ecclesiæ integra alteri Ecclesiæ; sed conflata laico,qui si integra recipiat punitur ac si immobile accepisset,auth.præterea, C.de sacros.Eccles.

Vasa sacra conflata, & liquata non sunt sacra, neque remanet tibi aliquid sacri, glo.4.ibid.

Vasa sacra æstimari non possunt respectu illius qualitatis: quia sacra respectu materiæ,& formæ possunt æstimari, & ita vendi, ibid.

Vasa sacra Ecclesiarum non possunt vendi,nec pignori supponi,nisi pro redemptione captiuorum,§.de sacris autem, in authen.de alienatione, & emphyt. colum. 9.

Vasis legatis non censentur legata alia vasa,in quibus reponuntur, nisi sint illa vilis materiæ:veluti de palea,vel herba palustri, quales venduntur Bononiæ cum vitris,l.hæres meus,98.§.cui Corinthia,& ibi gl.æneæ,de legat.3.

Vasis legatis continentur scutellæ,promulsi daria,& repositoria: quia vasorum appellatio generalis est,l.etsi non sint, 21.§.argento, de auro & argento.

Vasis legatis continentur non solùm ea, quæ aliquid in se recipiunt bibendi, edendíque causa paratum:sed & quæ aliquid non liquidum in se sustinent,ib.

Vas conflatum ex alieno auro,vel argento,vel ære eius est,cuius erat aurum,vel argentum, vel æs,cùm illud ad rudem massam auri, vel argenti, vel æris reuerti potest,l.adeò,7.cùm quis,de acquir. rerum dom.

Vasa non dicuntur dolia,cùm dolia sint magna:secùs quando sunt parua,gl.7.in l.cùm vinum,de tritico,vino, & oleo.

Reliqua verbo,Commodans,Mensura,Legatum, 11.

VASCONES malè dicebant se non teneri sub rege Angliæ, nisi ipse esset in Vasconia,& quòd extra Vasconiam erat priuatus,& non eorum rex,gl.1.in l.3.de off.præsidis.

Vasallus in genere,nu. 1.*vsque* 5.
*Quoad fidelitatem,& iuramentum fidelitatis,*6 7.
*Quoad successionem feudi,*8.
*Quoad controuersiam feudi,*9.10.
*Quoad alienationem rei feudalis,*11.*vsque* 15.
*Quoad auxilium nu.*16.
*Quoad amissionem,*17.18.19.
*Quoad feloniam,*20.*vsque* 2[illegible].

VASALLVS potest seruire per substitutum,glo.pen.in additio.margin.in l.3 1
ff.de vsufructu,& quemadmodum,glossa subrogato, in l. quisquis,16. C, de episcop.

Vasallus si moriatur,& feudum non transmittat ad hæredem,vt quia est mulier, fructus percepti ex feudo, mulieris sunt:sed non percepti,sunt domini feudi: de consuetudine tamen si vasallus ante Calendas Martias decesserit, fructus pertinent domino, cui deuoluitur feudum: si verò decesserit post Calendas Martias, vsque ad Augustum,ad hæredes vasalli pertinent, glossa 2. in l. defuncta,65.de vsufructu, capit.1. §. his consequenter, hic finitur lex, deinde consuetud.

Vasallus mei vasalli non est meus vasallus,l.nam socij,20.in addit.marg.pro socio.gl.fi.in l.Claudius,qui potiores,gl.1.in l.Modestinus,105 de verb.sign.

Vasallus tuus si ego sim,& tu alterius, non sequitur quòd ego sim vasallus alterius,gl.debet,in l.de accessionibus,de diuersis, & tempora.

Vasallo suo domino reconciliato feudum tacitè debet redintegrari, l. post diuortium,65.in add.marg.de iu.do.

Vasallo mortuo pluribus hæredibus relictis omnes debent præstare iuramentum domino, & idem econtrà, domino mortuo pluribus hæredibus relictis, omnibus debet vasallus præstare iuramentum,l.stipulatio,21.§. fi.in additio. marg.de operis noui nunciatione.

Vasallus,aut emphyteota si monasterium ingrediatur,res quoque eius,qua conditione,aut onere sunt,fiunt monasterij,l.Caius,23.in additio. marginis, de manumissio.

Vasallus excusatus est, si domino non pareat contra fratrem, vel sororem, vel eorum filios,gl.4.in l.humanitatis,23.C.de excusatio.tutorum.

inter Vasallos dominus dicitur iudex eorum, §.si verò,& ibi add.marg. in auth. de quæstore,col.6.

Vasalli debent vocari à domino ad præstandum seruitium,auth.de collatorib.in princ.col.9.

Vasallus cogitur patefacere feuda,gl.iurata,in l.2.§.in exigendis, C. quando, & & quib.quarta pars,lib.10.

Vasallus triginta annorum lapsu potest præscribere libertatem aduersus patro- 2
num:quinetiam minori tempore,l.si cohortalis,in add.marg. C.de cohortalib. lib.12.

Vasallus seruitutem rei inuestitæ debitam petere potest,& retinere, c.1.§.rei, de inuestitura de re alien.

Vasallus tanquàm dominus potest à quolibet possidente sibi quasi vendicare rem,in qua erat inuestitus,& opponere defensionem,si ab alio eius rei nomine conueniatur, ibid.

Vasallus pendente causa euictionis tenetur ad seruitia,d.c.1.in add.marg.

Vasallus habet vtile dominium feudi,gl. vendicare,& ibi add.marg.ibid.

Vasallus donec feudum tenet,obest sibi,si pretio,vel dolo, aut iniuria in re feudali seruitutem imponi passus sit: & si ad dominum postea ex qualibet causa reuertatur,non præiudicat ei, etiamsi per longa tempora perseuerauerit seruitus,d.c.1.§.quid ergo,& ibi add.marg.

Vasallus si feudo addiderit aliquid,quod per se subsistere potest,veluti prædium, illud non accrescit feudo;sed si per se non possit subsistere, veluti seruitus, illud feudo accedit, d.c.1.§.econtrariò.

Vasallus potest facere meliorem conditionem feudi; deteriorem verò sine domini voluntate, vel eorum agnatorum, ad quos per successionem pertinet, non potest facere, ibid.

Vasallus,qui feudum à vasallo recepit,non debet per fœminam recognoscere,si masculus superest,c.1.§.fi.de eo,qui sibi, vel hæredibus suis.

Vasallus quando conqueritur de domino,dicendo se ab eo spoliatum fuisse feudi possessione, à curia debet vocari, & in eadem curia de domino conqueri; curia autem debet adire dominum,eúmque salua reuerentia competenter cogere,vt vel possessionem restituat,& acquiescat,vel iudicio curiæ se committat:& si ter admonitus facere distulerit, vasallo licet ad aliam maiorem potestatem ire,& sibi consulere; & si dominus ei nolit iustitiam facere, poterit eum deprædare,cap.1.§.fi,& ibi gl.salua, & ibi add.margin. de milite vasallo, qui contumax.

Vasallus si pro se,& suis hæredibus masculis, & his deficientibus fœminis inuestituram accepit,fœmina non succedit in feudo , quandiu masculus superest, c.1.de eo,qui sibi,vel hæredib.suis.

Vasallo mortuo sine prole aliqua,agnatus,ad quem tota hæreditas pertinet,repudiata hæreditate feudum paternum retinere poterit,nec de debito hæreditario aliquid feudi nomine cogitur soluere ; sed bene potest cogi soluere debitum hæreditarium de fructibus,quos vasallus reliquit tempore,quo decessit,c.1.an agnatus,vel filius defuncti.

Vasalli defuncti filius non potest hæreditatem patris sine feudo repudiare ; sed aut vtrumque debet retinere,aut vtrumq; repudiare, quo repudiato ad agnatos pertinebit feudum,si paternum sit,ibidem.

Vasallus,quando accipit feudum ita , vt ipse , & sui hæredes,& cui ipse dederit, haberent huiusmodi feudum , licèt non habeat naturam feudi ; iure tamen feudi censetur esse quoad hoc , vt is amittat illud, & his causis , ex quibus & verum feudum,c.1.de feudo non habente propria.

Vasallus quando accipit feudum ita,vt ipse,& sui hæredes, & cui in feudum dederit,haberent,tunc huiusmodi feudum habet naturã feudi, & ideò non potest vendere,donare,vel aliter alienare,ibid.

Vasallus accipiens feudum ita,vt ad fœminas transiret, si decesserit relictis duabus filiabus tantùm,quarum vna filium habuit,altera filiam,post mortem illarum masculus tantùm debet habere feudum exclusa filia filiæ dicti vasalli,c.1.§.similiter,de capitaneo.

*Reliqua verbo,Feudum,7.vsque nu.*10.

9 VASALLVS si fuerit in possessione feudi , & ei moueatur controuersia feudi, sibi datur defensio per iuramentum : si autem non fuerit in possessione , nec potest probare inuestituram per pares,vel per breue testatum,tunc illius erit defensio,qui inuestituram dicitur fecisse,cap.1.in principio , si de inuestitura feudi fuerit contro.

Vasallus si accepit feudum,de quo nulla est controuersia,& dicit se inuestituram alterius feudi accepisse ab eodem domino,nec sit in eius possessione,nec possit probare inuestituram per pares, aut per breue testatum , tunc domino remittitur sacramentum,ibid.

Vasallo possidenti feudum datur defensio propter possessionem : intellige iustam , nisi constet de non inuestitura : quia tunc talis abusiua possessio nihil patrocinatetur ei,gl.in possessionem,& ibi add. marg.ibid.

Vasallo quando fit à domino controuersia de inuestitura feudi , & neuter illorum sit in possessione,ei,qui conuenitur,datur defensio per iuramentum:quia fauorabiliores sunt rei,quàm actores ; quod intellige vbi paris conditionis sunt actor,& reus;alioquin honestiori deferendum est sacramentum,d.glo.in possessionem,& gl.esset, ibid.

Vasallus feudum tanquam paternum ad se pertinere asserens,si sit in possessione medietatis,vel alicuius partis , vel cambium proprietatis nomine illius feudi habuerit , vel aliis iustis rationibus illud esse paternum probauerit , retinere debet etiam in alia parte, de qua est controuersia inter ipsum , & dominum: sed si probare non potuerit,dabitur ei defensio cum xij.sacramentalibus, d.c. 1.§.cùm autem.

Vasallus quando possidet castrum nomine recti feudi,& dominus dicit eum nomine guardiæ possidere,domino incumbit probatio : & si probauerit , vassallus condemnatur,nisi vasallus probet se legitimè inuestitum à domino postquam in guardiam ab eo acceperit ; domino verò in probatione deficiente, vasallo datur defensio,d.c.1.§.item si vasallus.

Vasallus possidens castrum,vel aliam rem , dicit quam accepisse pro feudo : dominus verò econtrà se dedisse pro pignore ; si dominus probauerit se pro pignore dedisse , possidens tenetur restituere , vel debet probare se postquàm à domino pro pignore accepit,feudi nomine accepisse:sed si dominus non potuit probare se pro pignore dedisse,erit defensio illius,qui possidet, d. ca.1.§. similiter.

inter Vasallum , & dominum orta contentione de inuestitura feudi deficiente probatione possessoris sacramento causa deciditur : sed si testes interfuerint, debet fieri probatio per testes:qui si veritatem dicere recusent, debent cogi à comite,vel populo,vel ab imperatore, ad quem debet accedere vasallus cum iussu domini : sed interim quietè possidet vsque ad annum:& si interim non iuerit per se,vel per alium,domini sacramento deciditur causa,c.1.in principio,si de inuesti.inter dom.& vasallis or.

Vasallus si orta contentione inter ipsum,& dominum dicit se, vel patrem suum inuestitum,debet probare per testes saltem duos suam intentionem , & eo in probatione deficiente defertur sacramentum domino possidenti , qui iurabit cum xij.sacramentalibus ; vtroque autem volente iurare , dominus possessor absoluitur : vasallo autem possidente si possideat per annum sciente domino, & non contradicente,solus debet iurare sine aliis,aliàs autem non,d.cap.1.§. si quis se.

Vasallus si est in possessione,& stetit per annum domino sciente,& non contradicente,sine aliqua probatione testium, solus vasallus iurabit se , vel patrem suum inuestitum fuisse,ne aliàs iusta ignorantia , vel parui , temporis negligentia cum iniquæ possessionis periurio quandoque domino possessionis damnum afferat,gl.1.in c.1. quid sit inuestitura.

Vasallus si possideat feudum cauenæ, vel cameræ in duabus,vel tribus acceptionibus,tunc non est opus probatione : sed possidenti data electione, aut iuret suum esse feudum,aut deferat iuramentum domino, si inter ipsum, & dominum sit lis orta de inuestitura,d.c.1.§.si verò. quid sit inuestitura.

10 inter Vasallum,& dominum orta contentione de pactis appositis inter eos præter naturam , & conditionem feudi , vel quia dominus allegat pactum in sui fauorem,vel dicit feudum datum sub conditione tali,scilicet vt vasallus associet vxorem suam ad Ecclesiam festiuis diebus , domino incumbit probatio: eo autem in probatione deficiente,iuramentum defertur vasallo, d.c.1.§.fin. & ibi gl.fin.

Vasallus si per pactum speciale contra feudi consuetudinem allegat:veluti de filiarum successione,licitum est ei,si potest,tenorem,sicut inuestituram probare:sed eo in probatione deficiente domino defertur iuramentum, d. §.fin.

Vasallus qñ possidet, si dñs non probauerit feudum nouũ, vasallo possidenti defertur iuramentum : si dñs possidet, nec vasallus probet esse feudũ paternum, iuramentum defertur dño possidẽti:sed si neuter eorũ possideat,tũc causa cognita,perspectisq; tum rerum, tum personarum circumstantiis iudex deferet iuramentum,glo.fin.& ibi add.marg.in c.1,de success.fratrum,vel gradibus.

inter Vasallum,& episcopum orta contentione de inuestitura ab eius prædecessore facta pares curię cognoscant,qui vasallum prius faciant inuestiri de suo recto feudo , sed fidelitatis iusiurandum differtur , donec de principali causa cognoscatur,c.1.de controuers.inter episcopum.

inter Vasallum,& dominum orta contentione, si dominus possideat , vasallo in probatione deficiente,absoluitur sine iuramento;sed si vasallus possideat, domino in probatione deficiente,si longa sit possessio vasalli,sibi defertur iuramentum:si noua defertur domino,nisi præsumptio sit pro vasallo, c.1.§.fi.de consue.recti feud.

inter Vasallos eiusdem domini si sit controuersia,quod pertinet ad eundem dominum,tunc domini est cognitio,& per eum decidi debet,c.1.§.fin. & ibi gl. duos,de prohibit.feudi alien.per Fridericum.

inter Vasallum , & dominum si oriatur lis de feudo per pares curiæ à domino sub fidelitatis debito coniuratos terminari debet:sed si dominus non habeat pares,erit cognitio iudicis illius,qui conuenitur,vel in cuius foro res est, d.§. fin.& ibi gl.† per pares.

*Reliqua verbo,Feudum,*15.16.17.*Miles,*18.

VASALLVS sciens rem feudalem si alienet irrequisito domino,non liberatur à pœna caducitatis,etiamsi redimat:secùs si ignorãs feudalem alienaret: quia tunc redimendo liberatur à pœna,† l.quidam,10.in add. marg.de fideicom. liberta.

Vasallo inuito non potest dominus in alium alienare ius vasalli,vel feudi,gl.inuitus,in l.inuitus,34.eod.

Vasallus si libellario nomine amplius medietate in feudum dederit, aut pro pignore plus medietate obligauerit, ita vt transactum promittat, vel dolo hoc egerit,amittit feudum pro ea parte,qua alienauit,& ad dominum reuertitur, §.aut si libellario,& ibi gl.mulctabitur,quibus modis feudum amit.

Vasallus hodie non potest aliquam partem feudi alienare sine domini voluntate,d.gl.mulctabitur.

Vasallus si minus medietate libellario nomine feudum dederit,aut decesserit sine hærede,ac feudum dominum redierit,postquam ad libellum dedit, vel pignori obligauit,aut dominum refutauit,is,qui ab eo accepit ad libellum, aduersus dominum nullo iure potest se tueri,d.c.1.§.rursus.

Vasallus vendens feudum videtur dominum contemnere,glos.partem,in c.1.de natura feudi.

Vasallus non potest aliquid disponere de feudo , quod ex vi concessionis ad successores est transitorium,d.§.1.& ibi add.marg.

Vasallus olim etiam sine voluntate domini poterat alienare feudum ad libellum vsque ad medietatem,& non in plus,nec per alium contractum : sed per legem Lotharij nullo modo potest alienare sine consensu domini , cap. 1. in principio,de alienatione feudi.

Vasallus poterat iure antiquo sine voluntate domini alicui priuato dare feudum vsque ad medietatem ad libellum in perpetuum, & tunc vasallo mortuo sine hærede legitimo masculo reuertitur feudum ad dominum , d. §. 1.& ibi gl.in priuato, & gl.reuertitur.

Vasallus iure antiquo si vltra medietatem feudi alienauit , illud sine domini consensu etiam ad libellum amittit feudum eatenùs,quatenùs alienatum est, & non in plus,d.c.1.& ibi add.marg.

Vasallus vsque ad medietatem feudi potest feudum pignori obligare , vel alienare, nisi fraudulenter alienasset , vel pignorasset:quia tunc non valet alienatio,vel pignoris obligatio,d.cap.1.& ibi gl.2.

Vasallo permittitur feudi alienatio per contractum libellarium : id est alicui concedendo in emphyteosim,gl.inde,ibi.

Vasallus si cum voluntate domini totum feudum,vel medium alienauerit,stabilis manet alienatio omni tempore,d.c.1.§.si.

Vasallus etiam si sine domini voluntate alienauerit feudum totum,vel medium ad libellum,valet alienatio,quasi non videatur alienatio,ex quo feudum erat paternum,d.§.fin.& ibi gl. pen.

Vasallus si totum feudum,vel partem alienauerit eo casu,quo licitè potuit alienare,& ipse,vel hæres eius sine hærede masculo decesserit,cùm feudum aperiatur domino,totum,quod fecit,reuocare potest,c.1.& ibi gloss. siue totum, apud quem,vel quos.

Vasallus olim necessitate suadente poterat domino inscio , vel inuito feudi partem vendere,retenta videlicet alia parte,c.1.qualiter olim poterat.

Vasallus olim retenta feudi parte vendens ex necessitate vel in totum , vel in parte feudum dans , si sine hærede masculo descendente decedebat , vel feudum in manu domini refutabat,aut alia culpa feudum amittebat,tunc omnis feudi alienatio ad irritum reuocabatur , nisi is, qui secundo loco feudum accipiebat,priori domino volebat seruire,& ab eo feudum recognoscere,d.c.1. in principio.

Vasallus non potest feudum donare,vel relinquere in animæ suæ salutem , aut in dotem pro filia dare,d.c.1.§.donare.

Vasallus potest locare feudum, nisi locatio esset fraudulenta alienatio , sicut est per libellum,vt dicatur venditio,ibid.

à Vasallo vendita feudi patre,vel etiam locata eius redemptio concessa erat domino pro æquali pretio , nisi dominus illud beneficium amiserit per refutationem,vel annali silentio,ex quo sciuerit computando,ibid.

Vasallus si contra constitutionem Imperatoris Lotharij alienauerit totum feudum,totum pertinet ad dominum : si partem tantùm , tunc illa tantùm redibit ad dominum,c.1.§.fi.& ibi gl.pe.quæ fuit prima causa benef.amit.

Vasallus nullos filios habens si partem suam feudi alienauit,proximior agnatus post mortem vasalli potest recuperare eam partem nullo dato pretio : sed si vasallus defunctus haberet proprios filios , etiam viuo vasallo , proximior agnatus recuperat pretio dato,nisi consenserit alienationi,vel per annum,ex quo sciuit,tacuerit,cap.1.§.Titius,ibi gl.per annum si de feudo defuncti contentio sit.

graue diſpendium eum ſuſtinere fecerit, vel ſi cognouerit dominum incluſum,& eum,cùm potuit,non liberauit,d.c.1.§.item ſi delator.

Vaſallus ſi pro delatore domini ſui fideiuſſit,aut ipſum ſubmiſit,vel ſi ſuo teſtamento delatorem adhibuit,amittit feudum,gl.perdit,ibid.

Vaſallus accuſans dominum pro principe,vel repub.non amittit feudum , ibid.

Vaſallus accuſans dominum:ſed non criminaliter,non priuatur feudo,ibidem.

Vaſallus contra dominum ſuum , ſuorúmque iniuriam proſequens , excuſatur, etiam ſi crimen,quod intendit,non probauerit,ibid.

Vaſallus ſi leui culpa delator, vel accuſator domini ſui extiterit,leui cauſa, de qua ſine pœna dominum poterat accuſare, feudum retinebit vaſallus , neque perdit ob id,licèt iudex pœnam exacerbauerit , quia incuria iudicis non debet vaſallo nocere,ibid.

Vaſallus, qui ſponte, & non coactè dicit teſtimonium in cauſa patroni , vel domini,amittit feudum:ſecùs ſi vrgente neceſſitate id fecit:quia tunc excuſandus eſt, ibidem.

Vaſallus ſi extiterit aduocatus contra dominum ſuum,priuatur feudo,niſi coactus aduocationem præſtiterit contra dominum, ibid.

Vaſallus ſi dominum reum detulit , etiam ſi poſteà iuſta præſentia ductus ante ſententiam deſtiterit , ideò quia probare non potuit , nihilominùs priuatur feudo,alioquin ſecùs,ibid.

Vaſallus ſi contra dominum in cauſa domini pronunciauit, perperam , & malo animo, à cuius ſententia dominus appellans obtinuit , priuatur feudo : ſed ſi per imperitiam condemnat,punitur,ſi non conſuluit peritiores , cùm poſſet, † gl.perdit.ad med.in add.marg.ibid.

Vaſallus agens iniuriarum contra dominum cauſa venerandæ reipub. excuſatur,d.gl.perdit.ad med.

Vaſallus ſi iurauit domino facere conuitium : ſed non fecit, imò ſua voluntate deſtitit,& non per impoſſibilitatem,non priuatur feudo,ibid.

Vaſallus excuſatur ſi gratia ſui iuris conſeruandi inducatur in aliquam cauſarum,ex quibus perderet feudum,ibid.

Vaſallus priuatur feudo,ſi domini ſui vxorem adulterandam conatus fuerit tradere,ſi vltra colloquium peruentum eſt ad aliquem actum inhoneſtum,d.gl. perdit in add.marg.

19 Vaſallus non amittit feudum ex omni cauſa,ex qua eius opinio grauatur : nam & ſæpè peierat , & beneficium nihilominùs retinet , veluti cùm portionem feudi alienat abſque domini ſcientia:quoniam tunc retinet beneficium,quod non alienauit;ſed fidem promiſſam ſeruare non videtur,d .c.1.§.illud.

Vaſallus ſi in dominum ita peccauerit,vt feudum amittere debeat , non ad proximos;ſed ad dominum reuertitur feudum,etiam ſi paternum ſit,vt hanc habeat ſaltem ſuæ iniuriæ vltionem,d.c.1.§.fi.& ibi gl.ad proximos.

Vaſallus ſi feudum , vel feudi partem,aut feudi conditionem ex certa ſcientia inficietur,conuictus poſteà de mendacio perdit feudum,&eius conditionem, c.1.§.vaſallus,ſi de feudo defuncti contentio ſit.

Vaſallus eo ipſo, quòd efficitur clericus , vel votum religionis aſſumit , amittit feudum,d.c.1.§.qui clericus.

Vaſallus non amittit feudum, eò quòd omni anno domino ſe non repræſentat, ibidem.

Vaſallus,qui eò quòd clericus factus ſit,ſi amiſit feudum,non recuperat illud,licèt deſinat eſſe clericus,gl.legitimi, in d.c.1.§.naturales.

Vaſallus ſciens domino magnum periculum imminere,debet vltrò adiutorium ſuum præbere,& ſine nuncio,& cùm potuerit;aliàs priuatur feudo, d.c.1.§.licèt,& ibi gl.periculum.

Vaſallus,ſi commiſerit culpam , propter quam feudum amittere debeat , neque filius,neque eius deſcendentes ad illud feudum reuocabuntur:ſed agnati, qui quarto gradu ſunt,dummodò ad eos pertineat,niſi filiis, & deſcendentib. per gratiam à Domino acquiratur,& agnati non extent,quibus aperiatur, d.§.licèt,& ibi gl.reuocabuntur.

Vaſallus ſcienter abnegans feudum amittit illud,ſi ignoranter ſubuenitur ei;ſed ſi dubitet,debet reſpondere dubitanter,d.c.1.§.ſi vaſallus.

Vaſallus non debet dominum accuſare,vel teſtimonium contra eum reddere in ciuili cauſa modica,neque in criminali : quod ſi fecerit, feudo priuatur , niſi neceſſitate cogente teſtimonium dixit:quia tunc excuſatur, c.1.§.ſimiliter,& ibi gl.priuabitur,de conſuetudine recti feudi.

Vaſallus ab hærede domini , vel vaſalli hæres à domino ſi non petierit inueſtituram intra annum,& diem, amittit feudum, niſi iuſta cauſa impeditus fuerit,vel niſi ætas pupillaris excuſet:ſed Mediolani non ſeruatur, c.1. & ibi addit.marg.quæ fuit prima cauſa benef.amitt.c. 1.in princ. de capitulis Corradi. cap. 1.§. præterea , & ibi gloſſ. negligentia , de prohib. feudi alien. per Fridericum.

Vaſallus miles poſt mortem domini debet intra annum,& menſem petere inueſtituram à domino,aliàs amittit feudum, † gl.1.in c. 1.de capitulis Corradi.

Vaſalli,qui tempore guerræ non poſtulant inueſtituram à domino,& non exhibent ſeruitia , eò quod maitas eorum eſt in guerra cum illo domino , non perdunt propterea feudum,gloſſ.vaſalli,in extrauag.de pace Conſtantiæ,in §. vaſalli.

Vaſallus non petens inueſtituram poſt mortem domini intra annum , & diem ab hærede domini,perdit feudum;ſed ſi dominus poſt annum , & diem acceperit ſeruitium,videtur renunciare iuri ſuo, gloſſ.3.& fin.in c. 1.quo tempo. miles inueſt.

Reliqua verbo,Feudum, 5.13.14.*Dominus*, 3.*Filius*, 128.129.

20 VASALLVS amicitias copulans cum inimicis domini,amittit feudum, gloſſ. amicitias,in l.liberi,28.C.de inoffi.gl.cum inimicis,in l.1.de officio præfecti v.b. gloſſ. concubuerit , in cap. 1. §. item ſi fidelis, quibus modis feud. amitta.

Vaſallus ſi fuerit inſidiatus domino,amittit feudum ipſe, & non filius eius , niſi fuiſſet particeps,& conſcius,gl.fi.in l.adoptiuum,§.fi.de in ius vocando.

Vaſallus , qui fecit feloniam , ſi à domino ſit ei remiſſa, videtur habere feudum ex veteri conceſſione,vnde tranſmitteret ad agnatos,ſi ſine liberis decederet, gl.manet,in l.4.§.peculium,de peculio.

Vaſallus reuelans ſecreta domini amittit feudum,l.omne delictum,§.exploratores,in add.marg.de re militari.

Vaſallus amittit feudum , ſi dominum habentem prælium campeſtre , in ipſo prælio morantem dimiſerit,non mortuum,nec ad mortem vulneratum,ca.1. in prin.quib.modis feud.amittatur.

Vaſallus non priuatur feudo,ſi domino relicto in prælio,brachiis abſciſſis aufugit,vt potè omninò inutilis ad domini defenſionem, gl.1.ibid.

Vaſallus non tenetur præſtare auxilium domino præſtanti ita,vt debeat præponere ſalutem domini ſaluti ſuæ,† ibid.

Vaſallus priuatur feudo, ſi cucurbitauerit dominum:id eſt cum vxore eius concubuerit,vel concumbere ſe exercuit,aut cum ea turpiter luſit, aut cum filia, aut cum nupta filio,aut cum nepte ex filio,aut cum ſorore domini cõcubuit: quod intellige ſi in domo domini maneat,d.c.1.§.item ſi fidelis.

Vaſallus priuatur feudo,& ad dominum reuertitur illud , ſi vaſallus luſerit cum vxore domini,manus ad pectus eius ponendo,vel etiam turpiùs ludendo cum ea ; ſecùs ſi turpiter , & inhoneſtè cum vxore domini ſui locutus eſſet , non tamen tetigit eius perſonam , quia non tam turpe eſt colloquium , quam tactus,gl.luſerit,& ibi add. marg.ibid.

Vaſallus amittit feudum,ſi aſſalierit dominum, vel caſtrum domini , ſiue ſciat, ſiue ignoret dominum,vel dominam ibi eſſe; & idem ſi dominus ibi non ſit, d.c.1.§.item ſi fidelis,& ibi gl. ſciens.

Vaſallus occidens fratrem domini,vel filium fratris domini , non priuatur feudo ob id,niſi in tradendo;id eſt prodendo hoc fecerit,quo caſu etiam ſi occiſus eſſet extraneus , tunc vaſallus priuaretur feudo , & illud ad dominum reuertitur,d.§.item ſi fidelis,& ibi gl fratrem. 21

Vaſallus ſi ſuum fratrem interfecerit fortè, vt totam hæreditatem haberet, vel ſimilem feloniam fecit, putà hominem occidendo , vt amplius in curia ſtare non poſſit,amittit feudum:ſed quia in dominum non deliquit,ad proximum agnatum pertinet feudum,ibid.

Vaſallus quando ita in dominum peccat,quòd feudum amittere debeat,non ad proximos:ſed ad dominum debet reuerti illud,vt dominus hanc ſuæ iniuriæ vltionem habeat; quod intellige quando feudum eſt nouum , vel tale paternum,ad quod non veniunt agnati,ex latere venientes,cum non ſuperſint:ſed tantum deſcendentes ab eo,qui illud acquiſiuit,glo partem,in fi.in c.1.§.1.de natura feudi.

Vaſallus vt priuetur feudo,requiritur,quòd manifeſtauerit credentiam domini, & quòd ad eius damnum manifeſtauerit,gl.2.in c.1.quib. modis feudum.

Vaſallus non priuatur feudo,eò quòd domini credentiam manifeſtauerit , non animo damnificandi eum,licèt poſteà dominus damnificetur,ibid.

Vaſallus ſi credentiam ſibi commiſſam à domino ſcienter ad domini detrimentum manifeſtat,amittit feudum,gl.1.in c.1.qualiter iurare deb.

Vaſallus ſi concubuit cum filia,nuru,vel ſorore domini manẽte in capillo amittit feudum,c.1.§.item qui dominum, quæ fuit prima cauſa beneficij amitten.

Vaſallus amittit feudum ſi dominum aſſalierit, vel vicum , in quo eſt dominus, per vim aggreſſus fuerit,vel impias manus in perſonã domini ingeſſerit , aut alias graues,& inhoneſtas iniurias intulerit,vel morti eius,vel gladio,aut veneno,vel aliter inſidiatus fuerit,d.c.1.§.porrò ſi dominum.

Vaſallus non amittit feudum,eò quòd copulauerit amicitiam cum inimicis domini , niſi hoc faceret in odium , & vna cum inimicis conſpiraret in dominum,d.c.1.§.item qui dominum.

Vaſallus ſi non in dominum:ſed alios grauiter deliquerit,ſicut ille, qui fratrem ſuum interfecerit,vel aliud graue crimen, quod parricidij appellatione continetur,commiſerit,amittit feudum;ſed non reuertitur ad dominum : ſed ad proximos pertinet,ſi illud ſit paternum,& non ad filios vaſalli,ca.1.§ fi & ibi gl.ad proximos,quæ fuit prima cauſa beneficij amitt.

Vaſallus,ſi non deliquit in dominum : ſed in alium, ita quòd ob illud delictum amittat feudum paternum , tunc non pertinet illud ad eius filios , neque ad dominum:ſed ad eius agnatos,qui à filio ſunt quarto gradu remoti : ſecùs tamen eſſet,ſi in dominum deliquiſſet:quia tunc ad dominum pertinet, † ca.1. & ibi gl.1.ſi vaſallus feudo priuetur,c.1.an ille,qui inter ſe,& fratrem.

Vaſallus interficiens fratrem domini ſui non amittit ob id feudum, d.c.1.an ille,qui interfecit fratrem.

de Vaſalli , vel domini infidelitate , vel felonia ſecundum conſuetudinem Mediolanenſium non fit pugna:ſed bene ſecundum Longobardorum, c.1.§ fi.de alienatione feudi paterni.

Vaſallus communis duorum dominorum ſi fecit feloniam aduerſus vnum eorum,fortè cucurbitando eum, eius ſolius parte priuabitur:& ſi noluerit vnius ſolius partem,refutare poterit,aliis reſeruatis,c.1.de vaſallo,qui contra conſtitutionem.

Vaſallus ſicut amittit feudum ob feloniam commiſſam in dominũ:ita dominus amittit proprietatẽ feudi propter feloniam cõmiſſam in vaſallũ, & ad vaſallũ pertinet ea proprietas,ca.1.& ibi gl.1.qualiter dominus proprietate feudi.

Vaſallus quando amittit feudum antiquum ob feloniam commiſſam in alium, quàm in dominum,tunc feudũ non tranſmittitur ad dominum:ſed ad vaſalli agnatos,& econtrà quando dominus committit feloniam in alium, quàm in vaſallum,tunc non tranſibit ius, vel feudi proprietas, quam dominus habet, ad vaſallum:ſed ad domini agnatos perueniet,d.gl.1.in add.marg.

Vaſallus ſicut amittit feudum nouum ob feloniam commiſſam,& reuertitur ad dominum,nec diſtinguitur,an commiſerit in dominum, vel in alium; ita dominus ob feloniam amittit proprietatem feudi , & illa pertinet ad vaſallum, nulla habita diſtinctione an in eum commiſerit feloniam,an in alium,ibid.

Vaſallus eò quòd noluerit dominum offendere,imò etiam ſi voluerit offendere,non amittit feudum,niſi fuerit inſidiatus ei,& hoc probatum fuerit ad minus quinque teſtibus,c.1.§.1.de capitaneo. 2

Vaſallus,qui inſidiatus fuit morti ſui domini veneno , vel gladio , amittit feudum,gl.inſidiatus,in c.1.§.ſi voluerit.

Vaſallus committens feloniam, per quam feudum debeat amittere, cùm adhuc habeat:ſcilicet vt tantum ipſum per ſententiam amittere debeat; neque enim debet feudum amittere ſine certa , & conuicta culpa laudanda per iudicium parium ſuorum,glo.reuertatur,in ca.1.§.callidis,de prohibita feudi alien.per Frideric.

Vaſallus

ſed ſi profeſſus eſt:ſed non ſoluit,tunc octaua tantùm pars publicatur, d. glo. 1.in addit.

Vectigalis debitor ignoranter ſi omiſerit profiteri, & tunc ſi deceptus ſit per publicanum,duplicatur octaua pars,ibid.

Vectigal non ſolutum facit res cadere in commiſſum,gl.1.in l.3.C.eod.

6 Vectigalium profeſſiones dicuntur ſcripturæ, quibus continetur ſe tantum debere nomine vectigalis,& nomine talis rei, ibid.

Vectigalium locatio penes eum debet remanere,qui ſuperior in licitatione extiterit,l.4.C.eod.

Vectigalium locatio debet fieri per triennium,& non per minus;& finito triennio ad nouam locationem debet procedi,ibid.

Vectigalium locatio ſtatuto tempore debet fieri,nec vllo modo interrumpitur tempus exigendis vectigalib.præſtitutum, ibid.

Vectigalium locatio remanet penes plus offerentem,ſi modò bene caueat, glo. 1. ibidem.

Vectigal non debetur de rebus, quæ ad vſum proprium, vel ad fiſcum inferuntur, vel exercendi ruris gratia vehuntur, & ſtationarij exigentes vectigalia ſuper his rebus pœna capitali puniuntur,l. vniuerſi,5.C.eod.

Vectigal,vel ſolita penſitatio debetur de aliis rebus,quæ nō ad vſum proprium, neque ad fiſcum inferuntur,neque exercendi ruris gratia vehuntur,ibidem.

Vectigal ſoluere non tenetur quis de rebus vitæ ſuæ,& familiæ neceſſariis,quas deportat,vel infert,gl. 1.ibid.

Vectigal debetur eorum,quæ gratia domus faciendæ,vel reficiendæ,vel alicuius operis inferuntur,gl.fi.in d.l.vniuerſi.

in Vectigalibus, & publicis functionibus omnium rerum, & perſonarum, quæ priuatam degunt vitam,æqua debet eſſe inſpectio,l.omnium, 6.C.eod.

Vectigalium non parua functio eſt, quæ æqua ratione debet dependi ab omnibus,qui habent curam negotiationis,ſeu transferendarum mercium,exceptis nauiculariis, ibid.

Vectigalium immunitatem etſi reſcripto principis conceſſam quis aſſerit, tale reſcriptum ſubreptitium præſumitur, & ideò non obſtante reſcripto tenetur ſoluere, ibid.

Vectigalia ſunt principibus vtilia,vnde reſcripta, quibus conceditur immunitas vectigalium,ſunt damnoſa fiſco,& ideò non valent, gl.fi.ibid.

Vectigalis nomine ſolui debet octaua pars ab omnib.hominibus, qui commerciis voluerint intereſſe, nulla ſuper hoc militarium perſonarum exceptione facienda,l.ex præſtatione,7.C.eod.

Vectigal ſoluere tenentur legati,vel ambaſciatores pro rebus, quas portant ad locum,ad quem vadunt : pro his autem rebus,quas deferunt ad proprium locum,de loco vnde reuertuntur,non tenentur,l.allegatis,8.C.eod.

Vectigal licèt hodie non ſoluatur per Ægyptum, tamen traductio animalium olim prohibita,non permittitur,l.vſurpatione, 9 C.eod.

Vectigalia,quæ ciuitates ſibi, ac ſuis curiis ad anguſtiarum ſuarum ſolatia quæſierunt,ſiue quibuſcumque aliis earundem ciuitatum vſibus deſignantur, firma,atque ad habendum perpetua manere debent,l.vectigalia, 10.C.ed.

contra Vectigalium conuentiones,& ſtatuta,reſcripta,pragmaticæ, ac ſacræ adnotationes non valent,l.pen.C.de vectigalib.

7 Vectigalia reipub.ciuitatum,atque ordinum debent reſeruari æſtimatis diſpendiis,quæ publicis neceſſitatibus tolerare non deſinunt,exceptis his vectigalibus,quæ ad fiſcum pertineat,l.fin.C.eod.

Vectigalia noua inſtitui non poſſunt,nec eorum exactio temerè eſt permittenda,rub.& l.1.C.vectigalia noua inſtitui.

Vectigal nouum ſi alicui ciuitati expediat imponere præſes debet principi pro licentia obtinenda reſcribere,& quatenus æſtimare debeat princeps, d.l.1.

Vectigalia noua etiam cum decreto ciuitatum inſtitui non poſſunt,l.2.C.eod.

Vectigal illicitum ſi ſit exactum,debet reſtitui cum pœna,gl.2.in l.3.C.eodem.

Vectigalia noua inconſultis principibus inſtitui non ſolent : vnde ne exigatur aliquid,quod illicitè poſcatur,iudex curabit,& id, quod exactū videtur,ſi contra rationem iuris extortum eſt,reſtitui debet,d.l.3.

8 Vectigalium licitationis cura pertinet ad præfectum prætorio, & ſub eius conſpectibus licitatio fieri debet,l.fi. C.eod.

Vectigal non debet à publicanis exigi vltra antiquam conſuetudinem, vel vltra ſtatutum à principe ; & ſi vltra petierint, pœna perpetui exilij condemnantur,ibidem.

Vectigalia, & alias penſitationes vt ſoluant, debent negotiatores principis, & etiam mercatores benignè moneri,l.1.C.de commerciis.

Vectigalia benignè exigi debent,etiam à quolibet negotiatore ad domum principis pertinente,qui cum efficacia,benignè,& cum inſtantia humanè conueniendus eſt,vt ſoluat,gl. 1.& 2.ibid.

Vectigal dicitur, quod prædio imponitur:tributum verò quod capitibus imponitur,gl.tributorum,in l.2.§.ſi quid.de hæredit.vel actione vend.

Vectigal, & tributum differunt, l. idem Iulianus, 41. §. hæres cogitur, de legat.1.

Vectigalis,& emphyteoticarius fundus idem ſunt,gl.ſi fundus,in l.ſi domus,74. §.fi.eod.& l.ſciendum,§.1.qui ſatiſdare.

Vectigalia prædia vſucapiuntur quoad vtile dominium per 20.annos : ſed non per decem, gloſſa non poſſunt, in l. cùm ſponſus, 14. §. in vectigalibus, de public.

Vectigalia prædia vſucapi poſſunt,vt vtile dominium amittatur, vt ſi emam ab eo,quem credo habere vtile dominium, qui non habet:& idem in ſuperficiario,non tamen vſucapiuntur, quoad directum dominium, vt ſcilicet penſio non ſoluatur,† ibid.

Vectigalia prædia dicuntur illa, quæ conducit quis à fiſco in perpetuum : id eſt quandiu penſio ſoluatur,gl.vectigalib.in l.ſi finita,§.ſi de vectigalib.de damno infecto.

Vectigalia prædia non poſſunt præſcribi à conductore:ſed bene ab alio,glo. per longum, ibid.

Vectigalia prædia poſſunt vſucapi,quando pro damno infecto non cauetur,aliàs non poſſunt,ibid.

Vectigalis ſoluti duas partes habet fiſcus,tertiam ciuitas,vel municipium,quam partem ciuitas,vel municipium poteſt locare, quanti ſua intereſt, l.fin. & ibi gl.2.C.de vectigalib.

Reliqua verbo,Ciuitas, 10. 11. Conductor, 15.Forenſis, Gabella,Minor,44.Mulio, Publicanus,Tutor,152.Fundus,7.8.Fiſcalis,Legatarius,11.Abeſſe,3.

VECTIGALES dicuntur illi,qui præſunt vectigalib.exigendis,gl.1.in l.pen. C.de vectigal.

Vectigales largitionalium dicuntur,qui largitione principis,vel alterius conſecuti ſunt exigendi poteſtatem,gl.2.ibid.

Reliqua verbo,Ager,Fundus,8.

VECTORES dicuntur,qui non nautas : ſed qui ſe vehendos nautis commiſerunt,gl. 1.in add.marg.in l.1.§.1.nautæ,caupones.

Vectores dicuntur omnes,qui vehuntur ſiue naui, ſiue equo,ſiue plauſtro, pretio conſtituto:non autem gratis; ſumuntur etiam aliquando pro his, qui vehunt:vnde Cicero;Summi gubernatores in magnis tempeſtatibus à minorib. vectorib.admoneri ſolent,gloſſ.cùm vectoribus,in additio.marg.in l.2.ad legem Rhodiam.

Vector dicitur,qui vehit,& qui vehitur:ſicut hoſpes,& alumnus, d.glo.cùm vectorib.& gl.vel vectoribus,in l.1.§.1.de exercitoria.

contra Vectorem poteſt agere dominus ad recuperandam rei ſuæ poſſeſſionem, non obſtante ſequeſtratione,ſi vector eſt in culpa,non aliàs,l.videamus, 12.§. pe.in add.marg.locati.

VECTVRA nauis : ſicut vſura non prouenit ex natura : ſed iure : id eſt pacto contrahentium percipitur,l.ſi nauis,62.de rei vendicatione.

Vectura ſoluta nautæ pro vehendis mercib.repetitur ab eo, ex quo non nauigat caſu fortuito impeditus, niſi culpa conducentis nauem fuerit retenta nauis, vt quia merces illicitas intulit, & eius facto etiam dominus nauis naue caruit,gl.perſonis,in l.ſi verò,17.§ item cùm quidam,locati.

Reliqua verbo,Locans, 3.Penſio.

VECTVRALIS ſi propter neceſſitatem aduerſæ tempeſtatis expoſuerit onus in loco prohibito,non debet illud in commiſſum incidere,nec confiſcari,l.fi.§.ſi propter,de publicanis,& vectig.

VEHICVLIS, ſeu curribus poſſunt ire in ciuitate Romana omnes in dignitatib.poſiti,ſi volunt,l.1.C.de honoratorum vehiculis, lib.11.

VEL,pro,etiam,ponitur quandoque,gl.1.& 2.in l.mutari, de his, qui notantur, gl.vel ſi,in l.ideò, de eo,quod certo loco.

Vel,ponitur quandoque pro,etiam,aut pro,ſaltem,gloſſ.4.in l.iudices,C.de fide inſtrumen.

Vel,ponitur quandoque pro,id eſt,gl.perpetua,in l.item,quod cuiuſque vniuerſit.gl.1.in rub.C.in quib.caſ.b.tutorem,vel curatorem habenti, glo.2.in l.hi, qui, 7.C.de appella.

Vel,pro,&,ponitur quandoque,l.qua actione,§.fi.& ibi gl. fi.ad legem Aquil.gl. 1.l.Clemens,81.de hæred.inſtit.gl.

Vel,ponitur quandoque pro,ſaltem,gl.vel voce,in l.1.§.eodem autem,ad Syllanian.l.2.C. de annali exceptione.

Reliqua verbo,Alternatiua.

VELA cilicia dicuntur illá, quæ cauſa arcendi ventos, & pluuiam ponuntur in domibus, gloſſa cilicia, in l. fundi, 18.§. quæ tabulæ pictæ,de actio. emptio.

VELLEIANVM introductum eſt fauore mulierum ; vnde poteſt illi renunciari,gl.fi.in l.fi.C.ad Macedon.

Velleianum Senatuſconſultum nuncupatū eſt à Velleio conſule,qui fuit author conſtitutionis,vel Senatuſconſulti Velleiani,gl.in rub.C.ad Velleian.

Velleianum mulieri fideiubenti,& non donanti,vel ſoluenti ſuccurrit, glo.fi.in l.1.C. eodem.

Velleianum ob interceſſiones fœminarum factum eſt,l.2.C.eod

Velleiano infirmitati, & non calliditati mulierum conſultum eſt, l. ſi ſine voluntate,5.C.eod.

Velleianum mulieri non competit fauore dotis à ſe promiſſæ pro filia : & ſunt multi caſus,in quib ceſſat Velleianum,gl.fi.in l.ſi dotare, 12.C.eod.

Velleiani exceptio realis,& non perſonalis eſt;& ideò cum re transfertur ad hæredes,gl.fi.in l.hæredes,20.C.eod.

Velleianum ceſſat fauore libertatis,l.pe.& ibi gl.fi.in l.fi.C.eod.

Velleianum ceſſat fauore dotis,l.fi.& ibi gl.fi.C.eod.

Velleianum ceſſat,ſi renuncietur ei,vel ſi accipiat pretium pro interceſſione,vel ſi decipiat,vel ſi ſecundò caueat poſt biennium,d.gl.fi.

Velleianum ceſſat,ſi pecunia ſit verſa in rem ſuam,vel ſi ſuccedat ei,pro quo interceſſit, ibidem.

Velleianum ceſſat,ſi mulier interceſſit pro me in decem,& ſolui ei prædicta decem : nam ſi illa conueniatur ex fideiuſſione, non opponit exceptionem, ibidem.

Velleiano renunciare non poteſt mulier de iure, quia eo ipſo, quòd renunciat, decipitur:de conſuetudine tamen renunciare poteſt,† d.gloſſ.fin. in additio. margin.

Velleiani renunciatio in iudicio facta,ſpeciali iure valet:ſecùs,ſi extra iudicium ſit facta,ibidem.

Velleiani exceptio non habet locum contra publicum inſtrumentum : quia per tale inſtrumentum receditur à beneficio ſpeciali, quod facilius ſit, quàm ſi à iure communi,glo.eſſe credendum,in l.antiquæ, C.eod.& gl.pen.in l.3 C de non numerata.

Velleiano conſulitur mulieri obligationem alienam ſuſcipienti,vel participanti,aut mandando,vel fideiubendo,aut alio quouis modo in ſe ſuſcipiendo,in rub.in additio.marg.ad Velleianum.

Velleiano pleniſſimè cauetur,ne fœminæ pro vllo intercederent : fallit in quibuſdam caſib.l.1.& ibi gl.2. ad Velleian.

Velleiani S.C.verba ſunt hæc ; quoad fideiuſſiones, & mutui dationes pro aliis, pro quib.interceſſerunt fœminæ, pertinet ; tametſi antea videatur ita ius dictum eſſe,ne eo nomine petitio fiat, néve in eas actio detur, cùm eas virilib. officiis fungi,& eius generis obligationib.obſtringi non ſit æquum,arbitrari Senatum rectè, atque ordinatè facturos eos, ad quos de ea re in iure aditum erit,ſi dederint operam,vt in ea re Senatus voluntas ſeruetur, l.2.eod.

pressa, secùs si fuisset inhabilis ad munera ciuilia: quia tunc repetit condictione ob turpem causam, gl.fi.in l.cùm te, 8.C.eod.

4 Vendens officiali administranti iustitiam per metum, repetit rem per actionem quod metus causa, vel condictione ex lege, gl.3.in l. si per impressionem, 11. C.eodem.

Vendens officiali administranti iustitiam per metum, repetit rem: & speciali iure non tenetur reddere pretium: regulariter tamen tenetur reddere, gloss. 4. ibidem.

Vendens hominem liberum committit crimen plagij, & est conueniendus, vbi domicilium habet, l.2.C.vbi de crimine agi oportet.

Vendens rem duob. in solidum diuerso tempore, incidit in crimen legis Corneliæ de falsis, gl.2.in l.quoties, 15.C.de rei vendicatione.

Vendens iure vincas, neque distrahens donationis causa si pretium numeratum non sit, potest agere actione empti ad pretium; non tamen poterit agere condictione ob causam ad repetitionem eorum, quæ dedit, l.si non donationis, 8.C.de contrahend.emptione.

Vendens res poterit agere actione ex empto ad pretium, quando habita fides est de pretio: sed si non sit habita fides, poterit rem vendicare, ibid.

Vendens muricis vellus pœna capitis, & publicationis bonorum punitur, l.1.C. quæ res vendi non possunt.

Vendens hostib. vel barbaris aliquod genus armorum, punitur pœna capitis, & confiscatione omnium bonorum, l.fin.C.quæ res exportari.

Vendens hostib. vel transferens scientiam nauium fabricandarum, punitur pœna capitis, & publicatione bonorum, glos.2.ibidem.

Vendens dolo inductus rem, quam vendere nolebat, non valet venditio: sed si non fuit dolus, & est maior, valet venditio, gl.3.in l.si dolo, 5.C.de rescind. vend.

Vendens rem dolo emptori inductus, potest agere contra emptorem ad rescindendum, si probauerit ipsum tempore contractus dolum adhibuisse, & quòd ipse venditor nesciebat ipsum commisisse dolum, l.venditor, C.eod.

Vendens si vendiderit rem sub pacto, vel aliquo modo aliàs eam non vendíturus, pacto, vel modo non seruato, rescinditur venditio: secùs tamen si aliàs erat venditurús: quia tunc non rescinditur: sed agitur ad interesse contra emptorem non adimplentem pactum, gl. fi.in l.ea conditione, 14.C.eod.

5 Vendentes præsumuntur iure dominij creditoris, vel officij publici, vel priuati vendere, nisi probetur contrarium, gl.2.in l.1.C.de rebus alienis.

Vendens rem paruo pretio certæ rei contemplatione dante causam contractui: quia aliàs non erat venditurus, si illud non impleatur, poterit agere actione ex vendito, vt sibi restituatur cum fructib. vel per conditionem ex lege, non condictione ob causam, l.cùm te, 6.& ibi gl.2.& pe.C.de pactis inter empto.

Vendens debitor ciuitatis maximam partem bonorum suorum alicui, cogitur vendere eidem etiam minorem, l.fi.& ibi gl.transferri. C. de debitorib.ciuit. lib. 10.

Vendens tibi insulam certo pretio, vt aliam eius insulam reficeres, aduersus te poterit agere ex vendito, vt reficias: sed si dedit tibi insulam, nullo adhibito pretio, vt aliam insulam reficeres, nulla emptio, & venditio videtur facta, cùm nullum pretium intercesserit, quod ad emptionem, & venditionem interuenire necesse est: sed dicitur contractus innominatus, do vt facias, vel facio vt facias, ex quo potest agi præscriptis verbis, l.tenetur.§. 1. & ibi gl.non intelligitur, & ibi add.marg.de actio.empti.

Vendens aream tibi certo pretio, ac tradens ita, vt insula ædificata partem dimidiam eius ei tradas, potest agere contra te ex vendito, vt ædifices, & vt ædificatam ei retradas, d.§.1.

Vendens fundum ita, vt eum fundum certa mercede conductum ipse venditor haberet, vel vt non venderet alij: sed sibi: tenetur vel ad complendum, quod pepigerunt, vel ad interesse, si hoc venditori placuerit, l.qui fundum, 75.& ibi gl.fi.de contrah.empt.

Vendens horrea censetur etiam vendere dolia in eis affixa, & defossa, nisi nominatim in venditione exceperit, l.dolia, 76.eod.

Vendens fundum, qui antequàm traderetur, publicatus est, tenetur emptori pretium restituere, & ita periculum fundi venditi pertinet ad venditorem in casu publicationis, l.necessariò, de periculo, & commodo.

Vendens agrum ad mensuram pro numero iugerum, qui minor inuenitur, obligatus est tradendum, quod deest, vel ad tradendum pretium, quo vltra habet, l.si seruum, §.fi.de actio empt.

6 Vendens fundum tibi ita, vt eum fundum certa summa conductum haberet, habet aduersus actionem ex vendito, quasi in partem pretij ea conuentio sit, scilicet vt ei loces eum fundum, l.si sterilis, 24.§.si tibi.eod.

Vendens fundum tibi ita, vt nulli alij vendas eum fundum, quam ei: si alij vendideris, habet aduersus te actionem ex vendito eo nomine, ibid.

Vendens fundum vti optimum, & maximum, tenetur emptori liberum ab omni seruitute præstare, aliàs tenetúr ad interesse, l.pe.& ibi gl.2.C.de euictio.

Vendens fundum vti optimum, non tenetur præstare emptori iter, vel actum, ad eum, nisi nominatim dixerit, ibid.

Vendens domum, quæ ab alia distinguitur pariete communi tantùm, videtur vendere medietatem parietis, l.si is, qui.de seruitute legata.

Vendens seruum retento peculio, si conuentus sit de peculio, potest deducere de eo illud, quod anteà sibi debebatur: sed si post venditionem seruus sibi debere cœpit, non compensatur illud debitum cum peculio, quod ipse venditor retinuit in venditione serui, l.quòties, 48.§.fi.de peculio.

Vendens seruum mihi ita, vt intra 30. dies duplam promitteret: & quòd vltra non teneretur nomine euictionis: lapsis 30. díebus si res euicta sit, agitur de euictione actione ex empto, si sciens alienum vendidit, aliàs in nihilum, l. emptorem.§ denique.de actio.empti.

Vendens seruum, hæredem institutum rogatus de restituendo eam hæreditatem alicui, tenetur fideicommissario, si est soluendo: aliàs contra emptorem habetur regressus, l.planè, 97.§.1.de legat.1.

7 Vendens colonos ascriptitios sine fundo, ac recipiens pretium speciali iure potest vendicare seruos venditos, & hoc permittitur ei propter publicam vtilitatem, ne cultura agrorum deserátur: regulariter tamen est contrà, l.quemadmodum, & ibi gl.agnatione.C.de agricol.& censit.lib.11.

Vendens ancillam Ecclesiæ, etiam ante traditionem prohibetur manumittere: secùs si vendiderit priuato, gl.2.in l.si ancillam, 12.C.eod.

Vendens ancillam cum pacto, quòd prostituendo eam abduceret, si consensu venditoris sit prostituta ancilla, peruenit ad libertatem, l.1. C. si mancipi. ita venerit.

Vendens ancillam cum pacto ne prostitueretur, & aliàs eam abduceret: si venditor eam prostitui non consensit, poterit eam abducere, si fuerit prostituta ab vltimo emptore, etiamsi per plures manus ipsa ambulauerit, d.l.1.

Vendens ancillam ne prostituatur, & aliàs possit eam abducere, non poterit venire contra huiusmodi pactum, cum illud sit positum gratia mancipij, vnde ei hic fauor auferri non potest, gl.dixerat, ibid.

Vendens ancillam ne prostituatur, & aliàs quòd possit eam abducere, si emptor sine hac conditione alij vendiderit, & ille secundus emptor eam prostituerit, venditor primus isto casu poterit ancillam abducere, gl.pe.ibid.

Vendens hæreditatem, debet facere, quòd sit hæreditas: aliàs enim non est venditio, & pretium solutum condicitur, l. cùm hæreditatem, 7. de hæreditate, vel actione.

Vendens hæreditatem tanquàm hæres, cùm esset fideicommissarius vniuersalis, tenetur emptori ad interesse propter Falcidiam ab hærede retentam, l.si quasi hæres, & ibi gl.1.eod.

Vendens seruum non censetur vendere cum peculio, siue expresserit, siue non expresserit, l.quoties, 29.de contrahend.emptione.

Vendens mihi hæreditatem Lucij Titij, si debitori eiusdem Lucij Titij hæres 8
existat, tenetur mihi actione ex empto præstare debitum illud, l. si hæreditatem, de hæredit.vel actione.

Vendens actionem tenetur cedere omne ius, quod habet tam contra principalem, quàm eius fideiussorem, nisi aliud dictum sit, l.venditor, 33.eod.

Vendens rem hæreditariam deceptus aliqua existimatione ad se hæreditatem pertinere, non committit furtum, & emptor bonæ fidei vsucapit, & idem si is, ad quem vsusfructus ancillæ pertinet, partum eius existimans suum esse, vendiderit, l.potest, 36.cum l.sequ.de vsucapio.

Vendens hæreditatem hac lege, vt creditorib. hæreditariis satisfaciat emptór, poterit emptorem reconuenire eatenus, vt vel actionem suscipiat, vel quanti venditoris interest, præstet, gl.fi.in l.2.C. de hæredit. vel actione. vend.

Vendens hæreditatem, antequàm tradat, semper dicitur dominus, & ideò si ante traditionem hæreditatis seruum hæreditarium manumiserit, valet manumissio: sed tenetur emptori actione ex empto, l.3.& ibi gloss. 1.C. de his, qui à non dominis.

Vendens hoc pacto, vt si intra certum tempus residuum pretij sibi non soluatur, reuertatur res vendita ad ipsum venditorem, ex vendito habet actionem, nisi traderet possessionem precario, quo casu competit sibi rei vendicatio, cùm apud se dominium remanserit, l.3.& ibi gl.2.C. de pactis inter emptor.

Vendens cum pacto legis commissoriæ: scilicet quòd si non soluit intra certum tempus, res sit inempta, habet tunc rei vendicationem, gl.fi.in d.l.3. & glo. 1. in l.4.C. eodem.

Vendens fundum ita, quòd si pretium non soluatur ei hinc ad annum, fundus sit inemptus, & decem nomine mercedis sibi solueretur: si pretio non soluto fundus sit inemptus, poterit agere ex locato ad mercedem, l. item si pretio, 25.& ibi gl.1.locati.

Vendens rem sub pacto legis commissoriæ, non tenetur interpellare emptorem: sed ipse emptor, vt commissoriam euitet, tenetur pretium offerre intra statutum diem: quòd si non habeat, cui offerat, liberatus, & securus est, l.4.§ fi.de lege commissoria.

Vendens rem cum pacto legis commissoriæ: id est quòd si intra mensem emptor sibi non soluerit pretium, res sit inempta: si transacto mense denūciauerit emptori, vt solueret prorogando terminum in certum tempus posteà finitum, videtur per huiusmodi denunciationem recessisse à pacto legis commissoriæ, gl.restitui, in l.Æmilius, 39.de minorib.

Reliqua verbo, Fiscus, 12.13.14. Fiscalis, 1. Pastor, Seruus, 41. vsque 14. Ambigua.

VENDENS ex fundo, cui seruitus debebatur, locum proximum seruienti fun- 9
do, non imposita seruitute non potest vti seruitute, cùm medius impediat: sed si illum locum iterùm emerit intra legitimum tempus, quo seruitutes pereunt, reuertitur seruitus in pristinum statum, l.si quid fundo. & ibi glo.2. quemadmodum seruitutes.

Vendens prædium eo pacto, vt per illud aquam duceret ad prædium suúm, non amittit eam seruitutem, si per statutum tempus à lege riuum non fecerit; & ita aquam non duxerit: secus si riuum fecisset, aquam tamen per illum riuum non duceret: quia tunc amittit, l.si partem, eod.

Vendens domum si ita vendidit, quòd stillicidia, vel flumina, vti nunc sunt, vt ita sint & non adiecerit, quæ flumina, vel stillicidia, primùm spectatur, quid actum sit: & si non appareat, tunc accipitur id, quod venditori nocet, l. cùm in lege, 33.de contrahen.emptione.

Vendens procurator domini mandato fundum, si dixit accessura dolia, quæ in fundo domini essent, etiam ea, quæ seruus, qui fundum coluerat, emisset de peculio, accedunt, l.qui fundum, 40.§.fi.eod.

Vendens iter, actum, viam, aquæductum per eius fundum, tenetur cauere per eum non fieri, quominùs emptor eis vtatur, nec potest vacuam possessionem tradere, cùm sint incorporalia, l.3. §.si iter.& ibi glo.nulla.de actio.empti.

Vendens seruitutem quamuis patientiam præstet, non liberatur ab actione personali: quia cùm possessionis, vel quasi translatio requiratur, duò debent interuenire: scilicet vtendi actus, & venditoris patientia, quæ cùm à venditore hodie possit exhiberi, & cras denegari, fit, vt numquam perfectè traditio facta dicatur, ob idque si venditor non patiatur actione personali conueniri potest, gl.nulla, & ibi add.marg.in d.§.si iter.

Vendens seruitutem itineris ita demùm tenetur, si emptor habeat fundum vicinum, cui acquirere voluerit: secùs si non habuerit, l.tenetur.§.si tibi. eod.

Vendens fundum deducto vsufructu pro Titio, quem dicebat esse Titij, cùm apud ipsum venditorem esset remansurus, non tenetur emptori, antequam

Titius

de his,quib.gratis,vel precario conceſſit habitationem,niſi nominatim etiam de his exciperet,d.§.fi.& ibi gl.fi.

Reliqua verbo, Creditor, 35.36.

14 VENDENS vaſa vitioſa ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, tenetur indiſtinctè, ſi infuſum ibi vinum,vel oleum corruptum,vel effuſum fuerit,gl. item qui. in l.in reb.§.pen.commodati.

Vendens ſcienter rem vitioſam,vel ſeruum furem, tenetur emptori ad pretium, & ad omne damnum datum à ſeruo:ſed ſi vendidit ignoranter, non tenetur ad damnum,gl.fi.in l. ſi ſeruus.31.de pignor.actione.

Vendens ignoranter pecus morboſum,aut vitioſum, ex empto tenetur præſtare tantùm,quanto minoris eſſet empturus,ſi id ita eſſe ſciiſſet:ſed ſi ſcienter reticuit pecus morboſum,aut tignum vitioſum,& ita emptorem decepit,tenetur ad omne damnum,quod emptor ex ea emptione ſuſcepit,l. Iulianus, 14. de actio.empti.

Vendens ſcienter ſeruum furem,vel fugitiuum , tenetur quanti emptoris interfuit non decipi,in quo venit etiam ſi alios ſolicitauit, vt fugerent, vel quaſdam res abſtulit,& alia ſimilia,quæ interſunt emptoris etiam extra rem,d. l. Iulianus.& ibi gl. abſtulit.

Vendens ignoranter ſeruum fugitiuum tenetur quanto minoris empturus eſſet, ſi emptor eum fugitiuum ſciuiſſet : ſed vendens ignoranter ſeruum furem, nullo modo tenetur:quia fugitiuum ſeruum habere non licet,& venditor tenetur quaſi euictionis nomine:furem autem habere poſſumus. ibid.

Vendens ignoranter ſeruum ſuum aſſerẽdo eſſe bonæ frugi,& fidũ,vt caro pretio venderet,tenetur actione ex empto quanto minoris empturus eſt, & non ad totale intereſſe:quia qui ignorauit,non debuit facilè,quæ ignorabat,aſſeuerare,d.l.Iulianus.verſ.quod autem.& ibi gl.indicationem.

inter Vendentem ſcientem ſeruum furem,vel fugitiuum,& inter eum, qui venuit ignoranter,aſſerens ſeruum eſſe bonæ frugi, & fidum,hoc intereſt , quoniam qui ſcit,premonere debuit emptorem ſeruum furem eſſe:aliàs ad omnẽ intereſſe tenetur : ſed qui ignoranter aſſeruit ſeruum bonæ frugi , & fidum eſſe,nõ debuit facilis eſſe ad temerariam indicationem, & ideò tenetur redhibitoria , vel quanto minoris empturus eſſet,& non ad totale intereſſe, d.l Iulianus,& ibi gl.præmonere,& gl.iudicationem.

Vendens,vel locans vitioſa indiſtinctè,ſiue ſciuerit,ſiue ignorauerit, tenetur ad totum intereſſe:ſed in aliis rebus diſtinguitur ſciens ab ignorante,l.Iulianus. & ibi gl.quanto.de actio.empti.

Vendens ignorãter rem vitioſam regulariter tenetur quinto minoris empturus fuiſſet,ſi id ita eſſe ſciiſſet:fallit in vendente ignoranter ſeruum furem,qui in nullo tenetur:quia emptor ſcire debet,quòd ſi ſeruus;ergo fur,maximè capiſer:fallit etiam in vendente vas vitioſum ignoranter , qui ad totum intereſſe tenetur:fallit etiam in vendente prædium tributarium, qui in nullo tenetur. † d.gl.quanto minoris.

15 Vendens ſcienter vas vitioſum tenetur ad totale intereſſe,etiam extra rem : ſed vendens ignoranter,tenetur ad intereſſe,vel quanto minoris, gl.excuſata, in l. ſed addes,21.§.1.locati.

Vendens iumentum ſi dixit abeſſe aliquod vitium,tenetur etiam dicere alia vitia,aliàs tenetur ex empto,& quanto minoris,gloſſ. aiunt.in l. 1. de ædilitio edicto.

Vendentes mancipia debent certiores facere emptores,quid morbi,vitiíve cuique ſit:quis fugitiuus,vel erro ſit, vel noxa ſolutus non ſit, & ea omnia,cùm ea mancipia vendunt,palam,& rectè debent pronunciare : ſed ſi vendant aduerſus ea,vel aduerſus quod dictum,promiſſúmve fuit, cùm venderent,quod eius nomine præſtare oportet,emptori,omnibúſque, ad quos ea res pertinet, datur redhibitoria,vt id mancipium redhibeatur,d.l.1.§.aiunt.

Vendens ſi obſcurè loquitur ſciens rei vitium volendo ſibi parare ſecuritatem, tenetur redhibitoria,gl.dabimus,ibid.

Vendens rem vitioſam , etiamſi quoquomodo ignorauerit vitium , tenetur ex empto, quanto minoris empturus erat,ſi ſciuiſſet:vel redhibitoria , ſi vitium fuit corporis,† d.l.1.§.cauſa,& ibi gl.ignorauerit.& gl.teneri.

Vendentes iumenta , palam & rectè debent dicere , quid in vnoquoque eorum morbi,vel vitij ſit:ſicut ornamenta,quæ vendendi cauſa fuerunt, veluti ſella, frænum,& ſimilia,quæ emptorib. tradi debent, niſi fuerint excepta, l. ædiles aiunt,38.& ibi gl.3.eod.

Vendens, vel emens ſi menſuras publicè probatas frumenti, vini , vel cuiuſlibet rei corruperit , aut dolo malo quid fecerit , quanti ea res eſt in eius duplum condemnatur condictione ex lege, aut actione in factum,& in inſulam relegatur,l.pe.& ibi gl.fi.de falſis.

16 Vendens fraudulenter rem vitioſam tenetur emptori ad pretium , & ad omne damnum,neque proderit ei exceptio,quòd dixit in venditione,ſe nolle teneri de aliquo vitio,gl.1.& fi.in l.1.C.de ædilitiis actio.

Vendens ignoranter rem vitioſam, non tenetur emptori de damno, & proderit exceptio ei dicenti in ipſo contractu ſe nolle teneri de aliquo vitio,ibid.

Vendens fraudulenter rem vitioſam , non tenetur ad pretium , neque ad damnum emptori ſcienti,vel ſupinè ignoranti,gl.2.ibid.

Vendens ſcienter fundum centum iugerum, cùm tantùm eſſet nonaginta iugerum, etiamſi ante traditionem , vel menſurationem alluuione decem iugera accreuerint, tenetur emptori actione ex empto:ſecùs ſi ignorans vendiderit, l.Iulianus,14.§.ſi Titius.de actio.empti.

Vendens fundum ſciens certam ſeruitutem deberi , ſi ambiguè dixit, itinera, actus,quæ ſunt,vt ita ſint, non tenetur ex ſtipulatione de euictione:ſed quia decepit emptorem actione ex empto tenetur ad intereſſe,l.qui libertatis,66. §.ſed & ſi,de euictio.

Vendens fundum ſi dixit certum modum,& deeſt aliquid ex menſura dicta, tenetur actione ex empto ad id,quod deeſt pro rata pretij omnium iugerum,& menſurarum,d.l.qui libertatis.§.fi.

Vendens partum futurum ancillæ ſciens eam non poſſe parere,vt quia eſſet major 50.annis,tenetur emptori ignoranti ad intereſſe,l.ſi ſterilis,22. de actio. empti.

Vendens partum futurum ancillæ, etiam ignorans eam non poſſe parere, tenetur emptori ignoranti ad reſtitutionem pretij , ſi aſſeuerauit eam prægnantem,niſi ſpem tantùm vendidiſſet,gl.venditor,ibid.

Vendens præditum tributarium ſcienter, tenetur emptori ignoranti actione ex empto ad intereſſe:ſed ſi ignoranter vendidit , non tenetur in aliquo , d. l.ſi ſterilis,§.1.& ibi gl.non tenetur,eod.

Vendens fundum ſi ita dixit,quod id duntaxat videretur venditum , quod intra terminos ipſe poſſedit, tenetur nihilominùs ex empto ad intereſſe , ſi ſciens aliquam partem certam ſe non poſſidere,emptorem non certiorauit,ne alioquin deciperetur emptor,qui ſi hoc cognouiſſet, vel empturus non eſſet , vel minoris empturus eſſet,l.quæro,40.eod.

Vendens prædia alibi ſita eo prætextu , quòd ignorauerit vires illorum prædiorum:quia procul erant ſita,non reſcindit venditionem, l. quiſquis, 15. C. de reſcind. venditione.

Vendens prædia alibi ſita viliori pretio,ſi re ipſa ſit deceptus, non poterit venditionem reſcindere:ſecùs ſi dolo aduerſarij:quia tunc reſcindit,gloſſ.paulò, ibidem.

Vendens prædia alibi ſita ignorans eorum vires , pro eodem habetur , ac ſi ipſe venditor ſciuiſſet de his,gl.fi.ibid.

Vendens ſeruum ſi commẽdet eum de his,quæ palam apparent,vt ſi diceret eſſe ſpecioſum, vel domum bene ædificatam:iſta non obligant venditorem:ſecùs ſi diceret eſſe artificem, vel literatum, vel ſimilia, quæ palam non apparent: quo caſu illa obligant venditorem:quia ob ea pluris vendidit,l.ea,quæ,43.de contrahen.emptione.

Vendens ſeruum ſi promiſit eum ſanum,cùm luminib. effoſſus eſſet, non tenetur,cùm emptor eum ita eſſe apertè videat:tenetur tamen ex illa promiſſione de cæteris partib.corporis certi, ibid.

Vendens ſeruum ſi promiſit eum videre, quamuis ſciat eum non videre nihilominùs propter conuentionem tenetur venditor,ſicut is,qui ſciens emit fugitiuum,& ſtipulatus eſt non eſſe fugitiuum,gl.de ſanitate,ibid.

Vendens ſeruum cum peculio, in quo dixit eſſe decem, & ſi plus eſſet, quod totum daret , tenetur præſtare decem , etiam ſi minus eſſent in peculio , quàm decem,dummodò dixit ſe decem præſtare velle, l. ſi venditor, 39. de action. empti.

Vendens tigna,vel aliam materiam ſub pœna,ita quòd ſi integra non præſtaret intra certum diem , in pœnam conueniretur , ſi parte rei venditæ tradita deceſſit,neque hæres eius reliquam partem tradidit, intra ſtatutum diem tenetur hæres ad pœnam , & ad vſuras pretij , quod nunc emptor repetit actione ex empto,vel quas emptor præſtaret alij,l.Lucius Titius, 48. cum l.ſeq.eod.

Vendens mancipium ſcienter dolo malo non pronunciando vitia corporis tenetur redhibitoria,& etiam actione de dolo quandoque,de ædilitio edit.l.1. §.aiunt,& ibi gl.dabimus.

Vendens mancipium ſi repromittit de morbo, & vitio, magis de corporis ſanitate,quàm de vitio animi videtur repromittere,& ideò ſeruus ſi fuerit leuis, ſuperſtitioſus,aut iracundus,vel ſi alia animi vitia habeat,ſanus iudicatur, d. l.1.§.apud Iulianum.

Vendens ſeruum ſcienter, ſi non pronunciauerit tale vitium animi , quod pronunciare tenebatur, tenetur actione ex empto ciuili ad intereſſe,& non redhibitoria , † d.l.1.§.interdum,& ibi gl.ex empto.

Vendens ſeruum non debet dicere nullam noxam eum commiſiſſe:ſed debet dicere noxa ſolutum eſſe : id eſt noxali iudicio ſubiectum non eſſe , & ideò ſi noxam commiſit,nec permanet,noxa dicitur ſolutus, l. quid ſit , 17. § quod aiunt,eodem.

Vendens ſeruum tenetur prædicere emptori eum non poſſe manumitti ex conſtitutionib. putà Seueri , qua prohibetur ad libertatem peruenire ſeruus de adulterio cum domina accuſatus,vel quòd erat venditus à domino ſub pœna vinculorum, vel quòd ab aliqua poteſtate erat damnatus ad vincula propter facinus,aliàs tenetur redhibitoria,ibid.

Vendens ſeruum ſi affirmauerit aliquid adeſſe ſeruo,nec adſit,vel abeſſe & adſit, veluti furem eum non eſſe, & ſit fur, vel eſſe artificem , & non ſit , aduerſus dictum,promiſſúmve facere videtur:quia quod aſſeuerat,non præſtat,& ideò tenetur redhibitoria,l.quid ſit,§.fi.& ibi gl.fi.eod.

Vendens ſeruum ſi promiſerit,vel dixerit eum eſſe artificem, non tenetur præſtare vtique perfectum:ſed ſufficit,quòd ad aliquem modum peritum præſtet: non enim tenetur præſtare eum ſummæ ſcientiæ, neque indoctum in artificio:ſufficit tamen talem eſſe,quales vulgò artifices dicuntur,l. ſciendum, 19. §.illud,eod.

Vendens ſeruum ſi non dixit eum feciſſe aliquid ſibi mortis conciſcendæ cauſa, tenetur emptori ædilitio edicto,l.cùm autem,23.§.excipitur,eod.

Vendens ſeruum ſi non dixit capitalem fraudem admiſiſſe , tenetur emptori ædilitio edicto eius nomine,niſi errore,vel caſu id admiſerit.ibid.

Vendens ſeruos debet pronunciare in venditione nationem cuiuſque:quia plerumque natio ſerui aut prouocat , aut deterret emptorem : & ideò intereſt emptoris ſcire nationem,l.quod ſi nolit,31.§.qui mancipia,eod.

contra Vendentẽ ſeruum vinctum non dantur ædilitiæ actiones propter vitium fugæ:quia multò amplius eſt ſeruum vinctum vendere,quam pronunciare in vinculis fuiſſe:rectè tamen dantur contra eum propter cætera vitia,vel morbos,aut delicta,l.ſi tamen,48.& ibi gl.ei,qui ſeruum,de ædilitio edicto.

Vendens ſeruum vinctum videtur pronunciare eum fugiſſe : quia ideò eum in vinculis habebat,ne fugeret,d.gl.ei,qui.

Vendens ſeruum non tenetur in eius venditionẽ prædicere eum furtum ſibi feciſſe,nec ex hac cauſa poteſt redhiberi, niſi dixiſſet, vel promiſiſſet eum non eſſe furem,l.ſi furtum,52.eod.

Vendens non ſimpliciter:ſed cum fraude ſcienter ſeruum fugitiuum , vel aliter vitioſum,& is fugitiuus abeſt,tenetur emptori tunc ignoranti ad pretium,& ad omne damnum per eum illatum,l.1.C.de ædilitiis actio.

Vendens ſcienter ſeruum fugitiuum tenetur emptori ignoranti ad pretium , & ad damnum,etiamſi non aufugerit,gl.3.ibid.

Vendens fraudulenter ſeruum fugitiuum , tenetur emptori ignoranti ad pretium , & ad omne damnum illatum , niſi pro damno ipſo ſerum pro noxa dimittat, & ſerui pretium reddat, gl.4.ibid.

Vendens ſeruum fugitiuum tenetur emptori ſcienti ad pretium, & damnum, ſi

Vendi non debet res magni pretij pro paruo debito: inſpici enim debet qualitas, quantitas, & onus rei, & debiti, authen. hoc ius, & ibi gl. pe. C. de ſacroſan.

Vendere ſi velit emphyteota emponemata: id eſt meliorationes, præfertur dominus extraneo in venditione huiuſmodi, glo. fi. in l. pe. C. de contrahend. emptione.

ſi Vendidit quis rem meam me ignorante, & poſteà ſciens ratum, habui per verbum, vt quia vendidit, tunc poſſum agere actione negotiorum geſtorum: ſed ſi ratum habui per aduerbium, vel æquipollens, vt quia malè vendidit, vel quia ſic vendidit: tunc non poſſum agere actione negot. geſtorum: quod verum eſt inter præſentes, & animo liberandi, gl. probauero, in l. Pomponius, de nego. geſtis.

Reliqua verbo, Diſtrahere, Emere, 3. Hæres, 134. Liberum, 11. Mandatum, 2. 3. 6. Sales, Alienatio, 1. 2. 3. 4. 14. 15. 16.

2 VENDERE poteſt abſens aliquam rem per literas, vel per nuncium, & valet venditio, etiamſi antequàm literæ, vel nuncius ad emptorem perueniant, reuocauerit venditor, † gl. fi. in l. 1. de contrahen. emptione.

Vendere poteſt poſſeſſor rem: ſed non eam obligare: quia in prima ſpecie eſt obligatio perſonalis: in ſecunda eſt obligatio realis, quæ ex natura, & ſimplici poſſeſſione facta ab omni iure reali circumſcripta non emanat, gl. 1. in add. marg. in l. rem alienam, 28. eod.

Vendere non poteſt dominus per ſe, nec per procuratores, ſeruos criminoſos hoc pacto, vt cum beſtiis pugnent, l. domini, 42. eod.

Vendi, vel emi ſcienter liber homo, vel ſacer, religioſus, vel publicus locus non poteſt, l. ſi in emptione, 34. §. 1. & ibi gl. natura, & gl. gentium, eod.

Vendi inter ſcientes non poteſt locus ædificij, in quo Eccleſia terræmotu diruta eſt: quia non deſinit eſſe ſacer, l. æde ſacra, 73. eod.

Vendere, vel emere poteſt quis nomina eorum, qui ſub conditione, vel in diem debent: quia res eſt, quæ emi, & vendi poteſt, l. nomina, de hæredit. vel actione.

Vendi, vel legari poteſt id, quod non eſt: ſed eſſe ſperatur, velut fructus pendentes, partus ancillarum, fœtus pecorum, gl. 1. in l. & quæ. de pignor.

Vendi poteſt ſeruus ita, vt in perpetuum redhiberi poſſit, l. quod ſi nolit. §. ſi quid ita. de ædilitio edicto.

Vendi poteſt ſeruus ita, vt niſi placuerit intra præfinitum tempus, redhibeatur: ſed ſi de tempore nihil conuenit, in factum actio datur emptori ad redhibendum intra 60. dies vtiles, & non vltra, niſi cauſa cognita, vt quia venditor in mora fuit, aut non fuit præſens, cui redderetur, aut alia iuſta cauſa interuenit, ob quam intra diem præfinitum redhibitus non ſit, ibid.

Vendi non debet ſeruus veterator pro nouitio, & ſi vendatur ignoranti, emptori datur ædilitia: id eſt redhibitoria, l. præcipiunt, 37. eod.

Vendere poteſt quis dubium euentum, glo. pen. in l. Neſennius, 22. §. fi. ad legem Falcidiam.

Vendere poteſt quis colligitatori ius litis, quamuis ſit dubium aliquo tempore, gl. pen. & ibi add. marg. ibid.

Vendere hoſtib. cotem, qua acuuntur cultelli, vel ferrum, vel frumentum, vel ſalem, non licet alicui: & ſi vendat pœna capitis punitur, l. cotem, 11. de publicanis.

Vendere, vel alienare rem emphyteoticam inconſulto domino prohibetur emphyteota, aliàs incidit in commiſſum, etiamſi ad traditionem non veniat, † gl. vendideris, in add. marg. in l. 4. §. idem Labeo. de vſucapio.

Vendere poteſt quis rem duob. etiam inſolidum ſeparatim, atque in vtriuſque perſona contractus firmus perſiſtit ſecundùm conſenſum: præfertur tamen ille, cui priori tradita fuerit: tametſi primo emptori tradita non ſit: iure tamen canonico non licet duobus vendere, quinimò præfertur, & præualet prima venditio non habita ratione prioris traditionis, l. ſi duobus, in add. marg. de diuerſis, & temporal. præſcrip.

3 Vendere alicui obligatus ſub pœna, illo irrequiſito, & negligente, emere poteſt ſine metu pœnæ, & vendere, cui vult, l. qui Romæ, 122. §. cohæredes, de verb. oblig.

Vendere poſſunt aliqui: non tamen donare, vt tutor, curator, præſes, & ſimiles: item filius, & ſeruus habentes liberam, & econtrà quandoque permittitur donatio: ſed non venditio, gl. 1. in l. cui ius, 124. de reg. iur.

Vendere, vel alienare qui poteſt, poteſt & alienationi conſentire: fallit in quibuſdam caſib. in quib. poteſt quis alienationi conſentire: ſed non vendere, l. cùm quis, 125. & ibi gl. 1. eod.

Vendere nulli conceditur martyres, vel Eccleſias, aut reliquias martyrum, & aliorum ſanctorum, l. 3. & ibi gl. 3. C. de ſacroſ.

Vendere poteſt quis ſolam partem communis prædij ad ſe pertinentem, nec talis venditio in parte ſua reuocari poteſt, l. 1. C. communi diuid.

Vendere liberè poteſt quis rem ſuam cuilibet, etiam extraneo, niſi lex ſpecialiter quaſdam perſonas hoc facere prohibeat, l. pen. C. de contrahen. emptione.

Vendere liberè cuicumque extraneo non poteſt quis rem ſuam, quam teſtator ſibi legauit ſub conditione, ne alienet extra familiam, vel ſub eadem conditione quis dedit ſibi eam rem, gl. fi. ibid.

Vendere nullus priuatus poteſt purpuras fucandas, vel in ſerico, vel in lana, ſub pœna capitis, & bonorum confiſcatione, quæ purpura blatta, vel exobapta, atque hyacintina dicitur, l. 1. C. quæ res vendi.

Vendere nullus poteſt loricas, ſcuta, arcus, ſagittas, ſpartas, gladios, vel alterius cuiuſcumque generis arma alienigenis: id eſt hoſtib. vel Barbaris, etiam ſub legationis ſpecie, vel ſub quocumque alio colore venientib. l. fi. C. quæ res exportari.

Vendere nullus poteſt tela, vel aliquid ferri vel iam facti, vel adhuc infecti hoſtib vel Barbaris ibid.

Vendere non poteſt quis prædium cenſuale hoc pacto, vt penes ſe omnia onera tributaria reſideant, nec tale pactum valet, etiam ſi nondum tranſlata ſit ſcriptura, in qua confitetur ſe promiſiſſe cenſum pro tali agro: ſed apud priorem fundi dominum permaneat fundus, diſſimulationib. ipſis, vt non poſſidentes pro poſſidentib. exigantur, l. fi. C. ſine cenſu, vel reliquis.

Vendere non poteſt quis prædium cenſuale hoc pacto, vt penes ſe onera tributaria reſideant, nec tale pactum valet in præiudicium fiſci, quominùs poſſeſſor exigatur: rectè tamen valeret pactum, vt emptor poſſidens, poſtquàm ſoluerit, agat contra venditorem actione exempto, vel præſcriptis verbis, & antequàm ſoluat, emptor agere non poteſt: ſed ſecùs in vſuris, vbi agit antequam ſoluat, gl. retinere, ibid.

Vendere non poteſt quis prædium retinendo colonos aſcriptitios, vel agricolas, etiam inutiles, in dicto prædio exiſtentes, l. 2. & ibi gl. fi. C. de agricol. & cenſit. lib. 11.

Vendere prohibitus non poteſt poſteà alienare, nec in feudum dare gl. de ſuis, in c. 1. per quos fiat inueſtitura.

Vendere ſuam partem prohibetur ſocius extraneo, ſociis non conſentientib. poſt acceptum iudicium communi diuidundo: ſed in familiæ erciſcundæ etiam poſt motam controuerſiam poteſt: quia ſimile eſt petitioni hæreditatis, gl. fi. in l. 3. C. de communium rerum alienatione.

Reliqua verbo, Vſurarius, Prohibitum, 3. 4. Alienatio, 6. 7. 8. 18. 19. 20. 28.

VENDERE, vel emere regulariter non cogitur quis: fallit quandoque, vt ſi dominus in ſeruum nimis ſæuit: nam tunc propter eius nimiam ſæuitiam, & inhumanitatem cogitur vendere, §. fi. & ibi gl. cogantur, & add. marg. Inſt. de iure perſonarum. gl. hoc agere. in §. fi. in auth. de fideiuſſorib. col. 1. gl. 1. in l. is qui intulit, de religioſis & ſump. gl. inhumanum, in l. quamuis, 6. de pignor. actione. gl. inuitum, & ibi gl. 1. C. de contrah. empt. l. 2. & ibi gl. iube. de his, qui ſunt ſui. 4

Vendere etiam inuitus cogitur quis iter per ſuum fundum ad ſepulchrum, ad quod dominus non habebat iter, l. ſi quis ſepulchrum, & ibi gl. compellere, de religioſis.

Vendere regulariter non cogitur quis: fallit in ſocio ſeruum communem manumittente, & fauore religionis in eo, qui mortuum in alienum locum intulit: nam pretium loci poteſt ſoluere domino, etiam inuito, gl. 1. in l. is, qui intulit. eodem.

Vendere rem propriam dominus inuitus, vel quilibet alius non cogitur ex conditione comparandi collocata in vendentis, vel ementis voluntatem, l. in vendentis, 13. C. de contrah. empt.

Vendere iure antiquo cogebatur quis rem ſuam proximis, vel conſortib. illius rei: hodie verò iure nouo non ſolùm proximis, & conſortibus: ſed etiam aliis extraneis poteſt quis liberè vendere, l. pen. C. eod.

Vendere quis cogitur inuitus rem ſibi communem, l. 1. & ibi gl. neceſſitatem, C. de communi ſeruo manumiſſo.

Vendere rem ſuam cogitur quis pro vtilitate reipub. l. fi. & ibi gl. transferri, C. de debitorib. ciuitat. lib. 10.

Vendere rem ſuam cogitur quis fauore libertatis: regulariter tamen non cogitur, niſi in quinque caſibus, §. fi. & ibi gl. fi. & ibi add. marg. Inſt. de donatio.

Vendere cogitur quis rem ſuam iuſto pretio: quando illa eſt ad communem hominum vſum, vt carnes, frumentum, & ſimilia, l. 1. & ibi gl. ſuarium, de officio præfecti vrbi.

Vendere res ſuas inuitus poteſt quis cogi per ſtatutum, aut per conſuetudinem, l. venditor, 14. §. fi. communia prædiorum.

Vendere nemo cogitur, ſi pretium, aut menſura ei diſpliceat: maximè ſi contra conſuetudinem regionis nihil fiat, l. imperatores, 71. de contrahen. emptione.

Vendere, vel emere inuitus quis cogi poteſt, gl. totum, in l. Iulianus, 14. §. idem Celſus, de actio. empti.

Vendere nemo cogitur res proprias, niſi ex cauſa, gl. 1. in l. nemo exterus, 8. C. de Iudæis.

Vendere compulſus nolens, & volens: ſed minori pretio compulſus vterque habet actionem quod metus cauſa, l. non intereſt, 5. & ibi glo. maiore, C. de his, quæ vi.

Vendere compulſus petit actione quod metus cauſa reſcindi contractum, & rem reſtitui: ſed compulſus vendere minori pretio petit actione quod metus cauſa ſuppleri iuſtum pretium, non rem reſtitui: quia non fuit coactus in vendendo: ſed in pretio viliori, gl. maiore, ibid.

Vendere ſi ſit quis compulſus, vel etiam minori pretio, emptor tenetur reſtituere rem: & ſi fuerit contumax, in quadruplum condemnatur: quod verò iuſto pretio deeſt, ſuppletur, gl. fi. ibid.

Reliqua verbo, Careſtia, Cogere, Fructus, 5.

VENDERE rem alienam poſſumus, gl. 2. in l. procurator, qui, 67. de procuratorib. gloſſ. cauſam, in l. pe. C. ſi mancipium ita fuerit. gloſſ. 2. in l. 1. C. pro emptore. 5

Vendere poteſt quis rem alienam, & tenet contractus in præiudicium vendentis, ſi vendit alienam immobilem, vel etiam mobilem, quando non ſit furtum, imò & quandoque, etiam ſi fiat furtum in vendendo rem mobilem alienam, l. rem alienam, 28. de contrahen. empt.

Vendi non poteſt id, quod ſemper fuit hoſtium, & nunquam fuit noſtrum: ſecùs ſi fuit noſtrum: ſed nunc eſt apud hoſtes: quia tunc propter ſpem poſtliminij poteſt vendi, & valet venditio, gl. 1. & ibi add. marg. ſi l. fi. de actio. empti.

Vendere tuam rem te ignorante, vel inuita non poſſunt mater tua, vel maritus, l. 3. C de rei vendicatione, gl. pe. in l. nemo, C. de rebus alien.

Vendere nemo poteſt res ad ſe non pertinentes, neque obligatas ſibi, vel non habens poteſtatem vendendi ex officio: & ſi vendiderit, nihil præiudicat domino, l. nemo, 6. C. de rebus alien.

Vendere poterit fiſcus, vel imperator rem, vel partem rei ad ſe non pertinentem, & domino præiudicat, gl. 1. ibid.

Vendere res alienas ſibi obligatas poterit non dominus ex pacto, vel ex lege, gl. 2. ibid.

Vendere, vel alienare res alienas poſſunt habentes poteſtatem vendendi ex officio priuato, vel publico, vt tutor, curator, exequutor, exactor tributorum principis, vel procurator fiſci, gl. pe. ibid.

Vendere, vel alienare res domini poterit procurator, ſi habet liberum, & ſpeciale mandatum, ibid.

Vendere, vel alienare poteſt quis res alienas conſentiente domino, vel ſi alie-

nanti

5 Venditio nominis etiam ignorante,vel inuito eo,aduersus quem actiones mandantur,contrahi potest,l.3.C.de hæredit.vel actione.

Venditio actionis fit etiam ignorante debitore,vel inuito eo,cuius nomen venditur,siue purè debeat,siue non,gl.1.ibid.

Venditione sola dominium rerum possessarum non transfertur,l.qui tibi, 6. C. eodem.

Venditiones factæ etiam à militib.semper debent manere ratæ,si adsint in venditione,quæ adesse oportet,& absint,quæ abesse oportet,l.ratas,7. & ibi gl.1. C.de rescind.venditione.

Venditione facta si placitum pretium non probetur solutum,potest agi, vt soluatur,l.venditor,11.C.de rescind.venditione.

Venditione facta si pretium in quantitate debiti per errorem facti sit compensatum,hoc reddi rectè postulabitur,ibid.

Venditio quandoque fit propter publicas pensitationes non solutas,gl.1.in rub. C.si propter publicas pensitatio.

Venditio vt fiat ob tributorum cessationem sufficit, quòd fiat venditio statim, ex quo est cessatum,† gl.1.in l.1.C.eod.

Venditionem non attingunt fructus ante venditionem percepti,gl.fi.in l. 2. C. de actio.empti.

Venditio inter absentes per mediam personam,veluti per nuncium,vel per epistolam potest fieri,l.fi.C.si quis alteri,vel sibi.

in Venditione rerum ob æs alienum primò venduntur mobilia, deinde immobilia,l.fi.§.vbi autem æs alienum,C.de bonis,quæ liberis.

Venditio non facit seruum illum,qui liber, & ingenuus est,nec pretium à seruo emptori suo traditum facit eum liberum, l. si ex liberta, 12. C. de libera. caus.

Venditio facta à colono non præiudicat domino, l. cùm nemo, 5. C. de acqui. posses.

Venditio si fiat à iudice pars obligatur de euictione, & ideò eam agentem repellit exceptio,l.si ob causam,13.C.de euictio.

Venditione liberi status non mutatur,l.abducti,11.C. ad leg. Flauiam de plagiariis.

6 in Venditione si sit dictum,vel ex certa scientia omissum, quantum debeat venditor præstare,ne dupla promitteretur,vel præstaretur,tunc nihil præter simplam tenetur præstare nomine euictionis ex natura actionis ex empto, & ad interesse:alioquin vendens simpliciter tenetur perpetuò promittere duplam, l.si in venditione,60.& ibi gl.1.de euictionib.

Venditio ad hoc,vt dicatur non integra,sufficit aliquid fieri,per quod venditor liberetur,gl.fi.in l.ab emptione,de pactis.

Venditio pignoris ex necessitate facta non liberat debitorem, nisi pecunia: id est,pretio percepto à creditore,l.quæsitum,de distractione pignorum.

Venditionem rei meæ impediens tenetur mihi actione de dolo:& si ipse sit meus pater,vel patronus,tenetur mihi actione in factum, l. rei, quam, & ibi gl.fi.de dolo malo.

Venditionem rei impedire filio,vel liberto præsumitur pater,vel patronus propter spem successionis,gl.fi.ibid.

Venditionem rei impedire dicitur ille, qui eam rem litigiosam facit vnde nec valet,nec potest quis emere,ibid.

in Venditione quando excipitur,quod sacrum,vel religiosum,vel publicum fuerit,intelligitur exceptum id, quod in vsu publico fuerit, non illud, quod in patrimonio fisci est,l.pacta conuenta.§.fi.de pactis.

in Venditione domus si excepta sit habitatio habitantib.illa omnib.habitantib. præter venditorem,dari debet,l.si mercedem,55.§.fi.de actio.empti.

in Venditione serui semper intelligitur peculium esse exceptum, l. 3. de euictio.

Venditio vt fiat, necesse est vt quis latitet tempore primi, & secundi decreti: si enim non latitat in primo decreto, non potest fieri missio, ex quo procedit venditio, l. ait prætor. §. fi. & ibi gl. non latitet, ex quibus causis maiores.

Venditio bonorum debitoris potest fieri, etiam ante litis contestationem debitore contumace,gl.constat,in l.cùm proponas.C. de bonis authorit. iudicis possid.

in Venditione inspicitur bona fides quoad vsucapionem tempore contractus, & traditionis:in aliis autem contractib.solum tempus traditionis inspicitur, gl.Publiciana.in l.eum,qui,8.§.prætor ait,de Publiciana.

in Venditione,& emptione ambiguum,& obscurum pactum dictum à venditore contra eum interpretandum est,cùm apertiùs dicere potuit: sed ab emptore dictum contra ipsum emptorem interpretandum est,l.Labeo,21. & ibi gl. 1. de contrah.empt.

Venditio si fuerit facta hac lege, vt emptor in diebus 30. proximis fundum mensuraret, & intra id tempus domino renunciaret,quanto modus agri minor sit: si post 30. dies domino renunciet, nihil ei proficit renunciatio: secùs si in lege venditionis dictum esset, quòd emptor metiretur intra 30. dies proximos,& quòd renunciaret quandocunque:qui tunc etiam post multos annos poterit renunciare,l.qui fundum,40.eod.

in Venditione fundi si dixit venditor aquam accessuram, etiam iter ad aquam tanquàm accessorium tradere tenetur,d.l.qui fundum,§.1.

Venditio rei alienæ quandoque sine contrectatione potest esse, vt si quis rem alienam apud emptorem constitutam ei vendiderit: & tunc non est furtum, glo.1.in l.alienum,6.C.de furtis.

Reliqua verbo,Contractus,8.Debitor,89. Emptio,per tot. Instrumentum, 17. Maritus, 43. vsque 50. Pater, 6. 7. 8. Pecunia, 5. 6. Permutare, Permutatio,1.2.3. Pignus, 19. 20. Procurator, 17. 18. 19. Simulatus, Arbitrium, 2. 3. Cessio, 2. 3.

7 VENDITIO facta simpliciter per procuratorem potest resolui per pactum ipsius domini sine cessione sibi facta à procuratore, l. si cum emptore,§. fi.de pactis.

Venditio si fuerit facta ita,vt si displiceat res, sit inempta, dicitur pura venditio:sed quòd eius resolutio sit sub conditione, quo casu emptor præscribit, & lucratur fructus: sed si fuerit facta venditio ita, vendo nisi tibi displiceat, vel vendo si tibi placuerit, dicitur conditionalis: & hoc casu emptor non præscribit, l. 3. & ibi gloss. 1. & addit. margin. de contrahend. emptione.

Venditio vbi ex conuentione resoluitur,actione ex vendito agitur ad id, quod actum est,l.sed Celsus,6.§.1.de contrah.emptione.

Venditio celebrata ab eo, qui aliàs non erat contracturus, pretio non soluto, vel habita fide reuocatur per rei vendicationem, si pactum non seruetur: sed pretio soluto reuocatur actione ex eo contractu, gl. nouam, in l. pacta. 72. eodem.

Venditione resoluta res vendita in pristinam causam restituitur, l. voluntate, quibus modis pignus.

Venditio si resoluatur,& res cum eadem causa ad venditorem redeat, pignus in pristinum statum restauratur,ibid.

Venditione resoluta venditori debent restitui etiam ea,quæ venditioni accesserunt:similiter emptori ea,quæ ipse præstitit, ita quòd vterque nihil amplius consequatur,quàm haberet,si venditio facta non esset,l.cùm autem,23. §.iubent,de ædilitio edicto.

Venditio domus,vel alicuius rei facta,ne ad munera ciuilia vocetur, non retractatur per actionem,quod metus causa,l.cùm te,8.C.de his, quæ vi.

Venditio domus facta alicui, vt instrumentum solutionis alterius rei sibi reddatur,non retractatur per actionem quod metus causa,ibid.

Venditio domus si facta sit, ne vocetur ad munera ciuilia, vel vt sibi redderetur instrumentum cautionis, non retractatur, si in ea huiusmodi causa non fuerit expressa, licèt in mente ipse venditor retineat, gl. fi. ibidem.

Venditio domus si sit facta,& in ea si exprimatur se vendere domum,vt sibi redderetur instrumentum solutionis alterius rei, tunc habet locum condictio ob turpem causam,qua condictione repetet,d.gl.fi.

Venditio facta officiali deputato ad iustitiam administrandam rescinditur condictione ex lege,si facta fuit per impressionem metus, siue fuisset facta venditio sibi,siue alteri ab eo supposito,neque pretium ei redditur, l. si per impressionem,11.C.eod.

Venditiones, donationes, & transactiones per potentiam alicuius extortæ infirmari debent actione quod metus causa,l.fi.C eod.

Venditio à minore facta cum decreto,& iuramento firmato non retractatur per restitutionem in integrum: transactio verò iurata prætextu falsi instrumenti rescinditur,gl.4.in l.si ex falsis,42.C.de transactio.

Venditio domus facta per metum ratam non habetur,maximè si pretium restituitur,l.1.C.de rescind.venditione.

Venditio facta per vim compulsiuam,quæ cadit in constantem virum,rescinditur, glo.1.ibid.

Venditio si sit facta per metum, tunc emptio est irritanda per actionem quod metus causa,† gl.3.ibid.

Venditionem per metum factam si quis velit rescindere, poterit adire præsidem, licèt non offerat pretium: necesse tamen habet posteà offerre in lite † gl.fi.ibid.

Venditio dolo facta rescinditur: sed si bona fide à maiore 25. annorum mutuo consensu perfecta sit,nullo modo rescinditur,l.si dolo, 5. C. de rescind. venditione.

Venditio mutuo consensu facta,altero inuito resolui non potest,gloss. rescind., ibidem.

Venditio inuito venditore rescindi non debet, ex eo quod emptor duplicatum pretium velit reddere,l.non est,6.C.eod.

Venditiones factæ à militib.prætextu militiæ rescindi non debent: nam si illis permitteretur rescindere,eueniret, vt si aliquid emerent, eadem lege conueniantur, quam sibi tribui postulant,l.ratas,7.C.eod.

Venditiones si factæ sint à militibus,prætextu militiæ non oportet, nec debet dari eis priuilegium,vel rescriptum rescindendi eas:& si concedatur,non valet,† gl.pe.ibid.

Venditio non irritatur ex eo, quòd pro pretio venditæ rei pecora insolutum consentienti sint data,l.pretij,9.C.eod.

Venditio non rescinditur ex eo, quòd venditio facta pro centum in instrumento venditionis sit scriptum, quod emit pro ducenta, l. venditor, 11. C.eodem.

Venditio facta ab aliquo non debet rescindi ex eo,quòd socer eius denunciauit ementi,ne emeret,l.si maior,13.C.eod.

Venditio non rescinditur ex eo,quòd emptor non soluit tributum reipub.prout conuenit: potest tamen venditor agere contra emptorem ad interesse, l. ea conditione,14.C.eod.

Venditiones factæ in fraudem reipub. irritantur, & emptor conscius in pretio mulctatur,l.pe.C.eod.

Venditio facta ob tributorum cessationem reuocari non debet, neque priore domino pretium offerente,neque creditore eius iura hypothecæ prætendente,l.1.C.si propter publicas pensitatio.

Venditio facta ob tributorum cessationem potest reuocari per creditorem potiorem tempore,non aliàs,d.l.1.& ibi gl.1.

Venditio ob tributorum cessationem solemniter ex permissu iudicis bona fide, & iusto pretio facta non retractatur,l.2.C.eod.

Venditio ob tributa non soluta facta nulla præcedente iudicis authoritate non valet,neque rata habetur,ibid.

Venditio ob cessationem collationum, quæ conferuntur ad vias reficiendas facta,præcedente iudicis authoritate,non retractatur, aliàs sic, d. l. 2. & ibi gloss. 1.

Venditio cum consensu domini facta non potest ab eo retractari, l. 4. C. pro emptore

Venditio solo dissensu tollitur,si traditione non sit roborata,aliàs non,gl. fi. ad med.in l.2.C.quæ sit longa consuet.

in Venditione solent aliqui adiicere, quod dolus malus absit à venditore: qui etiam si non dicatur,abesse debet,l.si cum fundum,68.de contrah.empt.

in Venditione licèt alter decipiatur re ipsa, nihilominùs statur venditioni, glo

men æ.

in Venditione rerum fiſcalium per ſubhaſtationem is,qui primò obtulit minus, poteſt iterùm offerre plus,quàm ſecundus:ſed fructus medio tempore perceptos perinde,ac ſi alius licitando obtinuiſſet,tenetur fiſco reſtituere,niſi prima venditio , & etiam ſecunda adiectio eſſet facta ante perceptionem fructuum,& niſi per colonum fuerant percepti:nam primo caſu emptor ; ſecundo colonus percipiet,& dabit mercedem emptori,gl.fi.ibid.

in Venditione rerum fiſcalium per ſubhaſtationem poſt lapſum primum terminum non poteſt dari de nouo præconium , & dari noua dilatio ad offerendum plus : intellige ſi in primo termino aliquis obtulit:ſecùs ſi nullus obtuliſſet,gl.pe.ibid.

Venditio facta à fiſco ſolenniter non retractatur prætextu reſcripti , vel minoris ætatis,l.pẽ.C.eod.tit.& lib.

Venditio à repub.purè, & perfectè , & legitimè facta non debet ab ea reuocari, etiamſi per alium offeratur maius pretium,niſi vendens ciuitas habeat priuilegium , quod plus offerens intra ſtatuta tempora admittatur contra venditionem à ſe perfectè factam,l.1.C.de vendend.reb.ciuit.lib.11.

Venditio à fiſco etiamſi perfectè fuerit facta ; nihilominùs plus offerens intra tempora adiectionum admittitur : addictio tamen hæc non admittitur , niſi ſemel,d.l.1.& ibi gl.fi.

Venditio rerum ciuitatis facta ſine legitima ſolennitate reuocatur cum fructibus:ſed venditor tenetur de euictione,non ciuitas,gl.fi.in l.fi.C.eod.

Venditio rerum ciuitatis quando debet fieri,omnes curiales,vel maior pars eorum,aut adminiſtratorum , vel poſſeſſorum ciuitatis,ad quam prædictæ res pertinent, debent conuenire , & vnuſquiſque propoſitis ſacroſanctis ſcripturis,non tactis ſigillatim ſententiam,quam putet vtilem patriæ ſuæ,debet deſignare , vt ita decreto præſidis interueniente emptor competentem cautelam poſſit habere,d.l.fi.ad fi.

Venditio facta contra voluntatem teſtatoris,& ſic contra legem non valet, nec procedit vſucapio,l.2.& ibi gl.2.C.pro emptore.

*Reliqua verbo,Alienatio,*10.11,12,22.23.24.*Ciuitas,* 10. *Reſpublica, Præſcriptio,* 14.*Fiſcus,*12.13.14.*Minor,* 32.33.34.

15 in VENDITIONE vniuerſitatis veniũt ea,quę ſpecialiter,&per ſe vendĩ non poterant,l.in modicis,24.de contrahen.empt.

in Venditione hæreditatis veniunt ea,de quibus expreſsè actum eſt:in dubio tamen videntur venire ea,quæ erant in hæreditate tempore venditionis, l.2.§.1.de hæredit.vel actione.

Venditio hæreditatis non liberat hæredem à legatis,licèt contra emptorem, & eius fideiuſſores habeat regreſſum,l.2.C.de legatis.

Venditio rei immobilis alienæ valet,gloſſ.fin.in l.rem alienam , 28.de contrah. emptione.

Venditio rei mobilis alienæ non valet:quia ibi facilè furtum committitur : ſed vbi non committitur furtum , rectè poteſt fieri venditio , etiam rei mobilis alienæ, ibid.

Venditio rei alienæ quamuis valeat , non tamen valet rei alienæ pignoris obligatio : quia in pignore oportet,quòd pignorans rem conſtituat creditori ius in re : id eſt obligationem quandam, quod non poteſt facere,ſi res eſt aliena: ſed in venditione non tenetur venditor,niſi quandam poſſeſſionem aſininam tradere,& ſe pro euictione obligare,& ita eſt ius in perſona:quod poteſt quis etiam in re aliena facere, gl.1.ibid.

Venditionem rei meæ etiam factam tuo nomine licèt poſſim ratam habere in ſubſidium,re perempta,vel præſcripta, vt pretium conſequar:non tamen poſſum ratam habere venditionem rei mihi debitæ,l.venditor,21.in add. marg. de hæred.vel actione.

Venditio rei alienæ non præiudicat domino inuito,vel ignoranti,ſi tamen poſteà conſenſit venditioni,aduerſus emptorem nullam habet actionem :ſed aduerſus venditorem ad pretium habet actionem negotiorum geſtorum , l. 3. C.de rei vendicatione.

Venditio rei alienæ domino non præiudicat inuito,vel ignoranti, quantum ad hoc,vt tranſeat dominium , nec etiam quantum ad obligationem , ſi emptor ſciebat,gl.1.ibid.

Venditioni factæ ab aliquo ſi dominus rei venditæ conſentiat,& ratum habeat, domino competit ſtatim actio negotiorum geſtorum ex ratihabitione,gloſſ. 4.ibidem.

Venditio rei alienæ ſi ſit facta, & dominus perdiderit dominium talis rei per vſucapionem,vel præſcriptionem,vel quia in rerum natura eſſe deſiit,aduerſus emptorem nullam habet actionem,d.l.3.& ibi gl. 5.

Venditio rei alienæ nomine proprio ſi ſit facta,& dominus pretium tantum petit,talis pretij petitio non præiudicat domino , quoad repetitionem , vel rei vendicationem rei ſuæ,glo.fi.ibid.

Venditione ſola non dicitur contrectare,gl.1.in l.ſi ſeruum,16.C.de furtis.

Venditionem rei raptæ poteſt dominus ratam habere, & agere ad ſimplum , vel improbare,& agere vi bonorum raptorum ad quadruplum,l.fi. & ibi gl.1.C. de vi bonorum raptorum.

Venditio rei alienæ valet : ſed non obligatio rei alienæ , niſi obligans ſit bonæ fidei poſſeſſor,gl.ſacram.& ibi add.marg.in §.idem iuris, Inſtit. de inutilibus ſtipulatio.

Reliqua verbo,Alienum,Alienatio, 14.15.16.*Venditor,* 17.*vſque* 22. *Vendere* , 5. *Vendens,*10.11.12.

16 VENDITIO facta ſub conditionibus directò contrariis habetur pro pura, quoad hoc,vt ſolutum pretium repeti non poſſit,glo.proficiſcitur, in l.Iulianus,60.de condict. indebit.

Venditio conditionalis tunc perficitur,cùm impleta fuerit conditio,l.hæc venditio,7.de contrahen.empt.

Venditio conditionalis dicitur , quando dominus vendidit ſeruos , ſi rationes redderent ipſi arbitrio domini, ibid.

Venditionis conditio ſi conferatur in alterius ex contrahentibus arbitrium,intelligitur de arbitrio boni viri , & non de vnius ex contrahentibus arbitrio: quia tunc nulla eſſet venditio, ibid.

Venditio ita facta,ſi volam,vel ſi voluero, non valet:ſed ſi fuerit facta per , cùm voluero , valet : quia teneor, ex quo conſtitui ſemel me velle : ſed ſi dicatur, cùm volam,tunc non valet venditio,gl.obſtrictus, ibid.

Venditio interdum etiam ſi ſit pura : tamen propter iuris conditionem in ſuſpenſo eſt,veluti ſi ſeruus,in quo alterius vſusfructus, alterius proprietas eſt, emit aliquid,dum eſt incertum ex cuius re pretium ſoluat,pendet, cui ſit acquiſitum dominium rei emptæ, & ideò interim neutri eorum competit redhibitoria,l.bouem,43.§.fi. de ædilitio edicto.

in Venditionis,& emptionis contractu quædam veniunt, etiamſi non dicantur, veluti vt non euincatur,neque vſusfructus:quædam ita demùm veniunt,ſi dicta ſint,veluti iter,via,aquæductus , actus : non aliàs, niſi fundo vendito debeantur,quo caſu tacitè accedunt,l.in vendendo,65.& ibi glo.2.& 3.de contrahen.empt.

in Venditione fundi,vel ædium non veniunt ſeruitutes,niſi dicatur:quia ruta,& cæſa dicantur,quæ neque ædium, neque fundi ſunt , & ideò non dantur emptori,imò ſi habeat,reuocantur ab eo,d l.in vendendo,§.fi & ibi gl.fi.

in Venditione domus ſi dictum eſt,quòd accederent fiſtulæ,caſtellum : id eſt ædificium quoddam,ex quo fiſtulis aqua ducitur, accedit venditioni , licèt nihil ſit dictum de eo,l.fiſtulas,78.de contrahend.emptio.

in Venditione fundi non veniunt ruta,id eſt quæ eruta ſunt,vt arena,creta,& ſimilia:neque cæſa,vt arbores cæſæ,carbones,& ſimilia: quia ſi ſpecialiter non ſunt vendita, ad exhibendum , vel actione ex vendito poteſt agi pro illis , l. fundi,18.§.ſi ruta,& ibi gl.pe.de actio.empt.

Venditioni rei quando aliqua accedunt,illa vt integra etiam præſtentur, datur actio ex empto,veluti ſi dolia fundo acceſſura dicta fuerint, l.proinde, 23.de ædilitio edicto.

Venditioni rei,quæ minoris pretij eſt,non poteſt accedere homo propter dignitatem hominum : ſed poteſt accedere rei,quæ maioris eſt pretij, licet ſit minoris dignitatis:vel rei paris dignitatis,licet ſit minoris pretij, veluti homo homini,in cuius peculio eſt,l.iuſtiſſimè,44.& ibi gl.1.eod.

Venditioni hominis quiduis accedere licet.nam plerumque plus eſt in peculio, quàm in ſeruo , & nonnunquam vicarius , qui accedit , pluris eſt , quamuis ſeruus,qui venditus fuit, d.l.iuſtiſſimè.

Venditio æris ſi fuerit facta pro auro,non valet venditio æris:ſed bene in tanto auro in genere,gl.quod magis,in l.1. de pign. actione , l. quid tamen , 14. de contrahen.emptio.

Venditionem magis impedit error ſubſtantiæ,quàm rei vitium,gloſſ.nullam,in l.domum,47.eod.

*Reliqua verbo,Ornamentum,Caſa,Ruta,Conditio,per tot.Vẽditor,*35.*Vendita,* 39.

1 VENDITIO vini, frumenti,olei,aut argenti ad menſuram , vel pondus , aut numerum,videtur facta ſub conditione,ſi menſuretur,appendatur,aut numeretur, & ita periculum peremptionis , aut deteriorationis , velut acoris , aut mucoris,ad venditorem pertinet, niſi emptor fuerit in mora menſurandi , l. quod ſæpè,§.final.& ibi gloſſ.adnumeraueris , & gloſſ. omne , de contrahenda emptione.

Venditio alternatiuè ſi ſit facta,veluti vendo Stichum,aut Pamphilum , primus eſt in periculo venditoris:ſecundus,verò in periculo emptoris,gl.periculum, in l.neceſſariò,de periculo,& commodo.

in Venditione conditionali pactum factum,vt res periculo emptoris ſit,valet,l. ſi in venditione,de periculo,& commodo.

Venditione facta ad menſuram,commodum,vel incommodum ante menſuram ſpectat ad venditorem;ſed vbi vendidit ſciens , eſt quòd imputetur venditori vnde adimitur ei commodum , gloſſ. ſi quidem , in l.Iulianus,§.ſi Titius,de actionib. empti.

Venditione facta ad mẽſuram,quod accreuit ante traditionem , lucro emptoris cedit,gl.non competat, ibid.

Venditio vini ad menſuram ſi ſit facta,& antequàm tradatur vinum, imperfecta etiam venditione periculum mutati vini pertinet ad vẽditorem , niſi emptor moram menſuræ faciendæ interpoſuit,l.2.& ibi gl.moram, C. de periculo,& commodo.

Venditione facta in ſcriptis periculum rei venditæ non tranſit ad emptorem, niſi nondum eſſet completum , glo. 1. in §. cum autem,Inſtit.de emptione,& venditione.

in Venditione conditionali interitus rei venditæ non pertinet ad emptorem,licèt ſecùs ſi ſit facta deterior,ibid.

in Venditione rei facta in genere : putà vendo hominem , periculum interitus non pertinet ad emptorem ante traditionem,ibid.

Venditio ſub pacto adiectionis in diem per hæc verba facta, ſit inempta,vel diſcedatur ab emptione,ſi alius attulerit meliorem conditionem , pura eſt : ſed reſoluitur ſub conditione,& interim emptor dominus eſt, & fructus ſuſcipit, & interim res periculo emptoris perit,l.2.& ibi gl.conditionalis,& l.3.de in diem adiectione.

Venditio ſub pacto adiectionis in diem facta per hæc verba, vendo tibi , vel ſit tibi empta talis res,niſi alius meliorem conditionem attulerit,pura eſt; quia verba præſentis temporis poſita ſtatim perficiunt emptionem:quia quod eſt de præſenti,vel de præterito,non eſt in ſuſpenſo , quoad eſſe ſuum ; ſed in ſuſpenſo eſt quoad eius reſolutionem , quæ inducitur verbis ſequentibus , niſi alius meliorem,&c.d.gl.conditionalis.

Venditio ſi fuerit facta per verba , quæ ſuſpendunt , vel ſuſpendere poſſunt emptionem, nec denotant eius perfectionem , veluti perficiatur emptio , ſi non afferatur melior conditio,eſt conditionalis : quia verbum perficiatur,eſt extenſiuum;id eſt conditionale,& interim venditor eſt dominus,& emptor nec vſucapit,nec fructus ſuos facit,d.l.2.& ibi gl.conditionalis,& gloſſ. final.& l. 4.eodem.

Venditio ſub pacto adiectionis in diem fit ita ; vendo tibi fundum pro decem, niſi alius meliorem conditionem attulerit intra menſem,glo.1.in l.in diem, de aqua pluuia arcend.

Venditionem conditionalem non reddit pactum legis commiſſoriæ , vel adiectionis in diem : ſed facit eam ſub conditione reſolui , l. 2. §. Sabinus , pro emptore.

Venditio rei ſub pacto legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem perfecta eſt, & fructus efficiuntur emptoris,ſi alius meliorẽ conditionẽ non attulerit, vel

ſi emptori

emptor pretium non solutum cogitur fisco assignare, l. ordine, §. pe. & ibi gl. pen. ad municipalem.

6 Venditor post venditionem remanet dominus, & ideò vendendo rem duobus insolidum, præfertur in obtinendo dominio ille, cui priùs tradita res est, illi, qui priùs titulum habuit, gl. 3. in l. quoties, 15. C. de rei vendicatione.

Venditor licèt non tradiderit instrumenta, seu iura acquisitionis suæ emptori, per hoc non impeditur translatio dominij, nec potest res sibi auferri, d. l. quoties, & ibi gl. non datorum.

Venditorem fuisse dominum tenetur probare emptor, & etiam emptionem, traditionem, & pretij solutionem, ad hoc vt ei dominium tranferatur, gl. 4. in l. cùm res, 12. C. de probatio.

Venditorem fuisse dominum emptor probabit, si probet venditorem vsucepisse, vel specificasse in contractu, vel aliis similibus modis, ibid.

Venditor si vendit per se pignora sibi obligata, dominium eorum transit in emptorem: secùs verò si venderet nomina: quia ex emptione nominis dominium rerum obligatarum: id est accessiones nominis venditi non transferuntur in emptorem, gl. 1. in l. pe. C. de hæred. vel actione.

Venditor, qui cùm non posset vendere rem, si faciat alium vendere, attenditur venditor, qui verè vendidit, non qui simulatè, gl. 1. in l. 4. C. plus valere.

Venditor quandoque hodie fideiubet pro emptore, glo. retinere, in l. fin. C. sine censu, vel reliquis.

Venditoris mala fides non nocet emptori, cùm non habet rem ex lucratiua causa, gl. 1. in l. 3. C. de periculo, & commod.

Venditor reuera cùm non deberet: veluti procurator venditoris, si soluerit emptori creditori debitum, & venditor credens non solutum compensauit illud cum eo, quod ipse sibi debebat, emptor ex venditione non obstante compensatione poterit agere ad residuum, gl. 3. in l. 2. C. de actio. emp.

Venditor si asserit minus tributum deberi, cùm maius debitum sit, tenetur emptori ignoranti ad interesse: scienti autem non tenetur, l. si minor, C. eodem.

Venditor si non asseuerauit minus tributum deberi, cùm maius deberetur, tenetur emptori ignoranti: sed si non asseruit: sed simpliciter vendidit, non tenetur emptori etiam ignoranti, gl. 2. ibid.

Venditori iure hæreditario succedens dominus rei venditæ, si egerit rei vendicatione contra emptorem, potest exceptione doli repelli, l. 3. & ibi gl. 2. C. de rebus alienis.

7 Venditori succurritur per oblationem, & depositionem, quando emptor nolit recipere oblatum sibi pretium à venditore iuxta conuentionem, gl. fi. in l. si à te, C. de pactis inter emp.

Venditores habitis conuenticulis illicitis coniurare, aut pacisci inter se non debent, vt species diuersorum corporum negotiationis non minoris, quàm inter se statuerint, venundentur, l. 1. C. de monopoliis.

Venditor etiam inuitus tenetur dare fideiussorem emptori quandoque, vt quando pater emit rem filiifam. quia tunc quasi imminet euictio in limine contractus, gl. pe. in l. 1. C. de bonis matern.

Venditor nolens rem venditam tradere vltra arrharum duplicium perditionem, non tenetur ad aliquod aliud interesse, † gl. compellitur, in principio, Inst. de emptio. & vendit.

Venditor non tenetur rem facere accipientis: de euictione tamen tenetur, † gl. tradatur, & ibi add. ibid.

Venditor agit ex vendito, & emptor ex empto, gl. ex empto, ibid.

Venditor etiam recepto pretio remanet dominus, quousque non tradat, ibid.

Venditor nominis licèt non teneatur præstare debitorem esse soluendo, tenetur tamen causæ nomen, & sententiæ exceptionem præstare, l. 4. in add. marg. de hæred. vel actione, vend.

Venditor nominis non tenetur præstare debitorem esse locupletem, & sic periculo emptoris est: tenetur tamen præstare debitorem eum esse, nihil aliud conuenit, d. l. 4.

Venditor nominis debitoris si in venditione dixit, quòd erat is debitor certæ summæ, tenetur emptori in eam summam, sed si incertæ summæ nomen vendidit, & debitor nihil debeat, tenetur venditor, quanti emptoris interest, l. 5. ibi gl. 1. eod.

Venditor nominis tenetur præstare emptori persequutionem pignoris, & etiam eius, quod post venditionem venditor accepit, l. emptori, 6. eo.

8 Venditor scienter vendens rem alienam, aut alij obligatam, si dixit se nolle teneri de euictione, nihilominùs tenetur emptori ad æstimationem propter dolum adhibitum à se in tacendo rem esse alienam, aut alij obligatam, l. tenetur, §. fi. de actio. emp.

Venditor rem alienam vendens potest promittere mihi habere licere contra omnes ex natura contractus venditionis præcedentis, ex quo de euictione tenetur contra quemlibet euincentem: si verò sine tali præcedenti contractu mihi possidenti promittit quis habere licere, vel de re sua, vel aliena, si contra omnes, nulla est promissio, gl. præstare, in l. emptorem, §. denique, eod.

Venditor sciens fundum esse alienum, si vendiderit ignoranti, emptor ignorans esse alienam iure Digestorum rectè potest vsucapere: sed hodie non potest, l. qui fundum, 7. §. procurator, & ibi gl. interpellatur, pro emptore.

Venditor si succedat domino rei dotalis, vel furtiuæ, vitium reale purgatur, l. cùm vir, 42. de vsucapio.

Venditor si data sibi arrha recesserit à venditione, compellitur restituere arrhas duplicitas condictione ex lege, vel officio iudicis, item per actionem ex empto, si venditio fiebat sine scriptis: sed si fiebat in scriptis, nec sit adhuc completum, non agitur actione ex empto, cùm non sit adhuc venditio: sed per condictionem ex lege, vel officio iudicis, † gl. compellitur, in princip. Inst. de emptione, & venditione, & gl. 1. in l. quod sæpè, 35. de contrahen. emp.

Venditor maior iurans se non venturum contra venditionem, non poterit agere beneficio legis 2. C. de rescind. vend. etiam si fuerit læsus vltra dimidiam: quia videtur quodam modo agere ad rescissionem, glo. 2. in l. 2. C. de rescind. vend.

Venditor minor iurans simpliciter se non venturum contra venditionem, poterit nihilominùs agere beneficio legis 2. C. de rescind. vend. si fuerit læsus vltra dimidiam: quia tunc iuramentum operatur tantùm, quòd videatur maior, nisi minor ipse iurasset, etiam occasione minoris pretij, non venire contra venditionem, ibidem.

Venditor si accepta arrha pœniteat, reddit in duplum, quod accepit arrhæ nomine, nec tenetur vltra ad interesse, † gl. 1. in l. quod sæpè, 35. de cōtrah. emp.

Reliqua verbo, Emptor, per tot, Mala fides, 3. Monopolia, Scientia.

VENDITOR non videtur habere fidem de pretio, quod statim sibi solui putat, l. 3. de pign. actio.

Venditor eo ipso, quòd tradit res venditas emptori, videtur fidem de pretio habere, & transfert dominium, nisi traderet, eò quòd emptor dixerat se pecuniam paratam habere, vel nisi venditor sit procurator fisci, l. procuratoris, §. pen. & ibi gl. vendicare, de tributoria.

Venditor si non habeat fidem de pretio expressè, vel tacitè, dominium rerum venditarum non transfert: & si tradiderit, eas vendicare poterit, nisi emptor sit paratus offerre pretium, gl. vendicare, & ibi add. marg. ibid.

Venditor etiam non soluto pretio, si tamen habeat fidem de pretio, transfert dominium rei, gl. fi. in l. quidam fundum, de in rem verso.

Venditor potest vendicare rem venditam, ac traditam, si pretium ei non sit solutum, vel aliàs satisfactum, nisi quando vendidit habens fidem de pretio, gl. 1. in l. quod vendidi, 19. de contrahen. emp.

Venditor dicitur habere fidem de pretio eo ipso, quòd rem tradit emptori, nisi quando emptori tradita fuit res vendita, eò quòd dixit se habere pecuniam ad manus, cùm non haberet, d. gl. 1. ibid.

Venditor dicitur sequi fidem emptoris, eò quòd diem dedit solutionem, d. gl. 1.

Venditor si vendidit fructum omnæ suæ pendentis pro decem pondo olei, quod natum esset, ita pretium dicitur cōstitutum, vt si decem pondo olei nascerentur, decem præstarentur: si tantum quinque, præstarentur quinque, quæ nata essent, l. si debitor, 39. § fi. de contrahen. emp.

Venditor donec sibi soluatur pretium, potest retinere rem venditam iure pignoris: sed non ita, vt si à possessione cadat hypothecaria possit agere: quia vendita res non priùs desinit esse venditoris, quàm pretium sibi sit solutum, & emptori tradatur, vnde hypothecariæ locus esse non potest, l. hæreditatis, 22. in add. de hæred. vel actione.

Venditor tenetur ex empto ad pretium superfluum reddendum, etiam si ignorauerit minorem fundi modum esse, l. tenetur, de actio. emp.

Venditor si vendidit aliquod vas argenteum, asserens certam mensuram capere, vel certum pondus habere: si minus ponderis, vel mensuræ esset, tenetur ex empto, d. l. tenetur, §. si vas.

Venditor re non tradita si agit ad pretium, exceptione repellitur: si post rem traditam emptorem impedit, conuenitur competentibus actionibus, l. quæ pendentem, 26. eod.

Venditor pretio non soluto potest retinere rem venditam loco pignoris, gl. cæterum, ibi, & glo. teneri, in l. eum, qui, 14. §. adeò, de furtis, gl. fi. in l. si pater, C. de actio. emp.

Venbitor domo vendita publicata antequàm traderetur, tenetur emptori ex empto ad pretium restituendum, non ad id, quod emptoris interest sibi vacuam tradi, l. si fundum, 36. locat.

Venditor si promisit euicto fundo eius pretium restituere emptori, vsuras quoque pretij post euictionem præstare tenetur, & sine interpellatione: quamuis emptor post dominij litem inchoatam fructus aduersario restituerit, l. cum euictis, 18. & ibi gl. 2. de vsuris.

Venditor euicto fundo ad vsuras pretij non tenetur emptori, nisi pactum sit de restituendo emptori pretium euicto fundo, vel nisi post euictionem mora interuenerit, d. gl. 2. ibid.

Venditori propter pretium non solutum licitum est rem iterum vendere: scilicet quando executor pignora capta executione vendidit habita fide de pretio, quod ei non licuit: secùs tamen est in priuato rem vendente, qui rectè potest etiam habita fide de pretio vendere rem propriam, l. à diuo Pio, 15. §. sed si emptor, in add. marg. de re iudicata.

Venditor potest vendicare rem venditam, & traditam propter non solutum pretium, quando vendidit credens statim habere pretium, glo. pe. in l. 2. C. de rei vend.

Venditor credens se non habiturum vsque ad decem dies, si vendiderit, & tradiderit rem, non poterit vendicare propter non solutum pretium, † ibid.

Venditor si pretium sibi solutum negaret, non ob hoc minus rectè possidet is, qui comparauit, l. empti, 9. C. de contrah. emp.

Venditor contra eum, cui agrum vendidit, actione ex vendito poterit agere ad pretium non solutum: non tamen poterit vendicare rem non traditam, l. 1. C. de actio. empt.

Venditor non poterit rem vendicare, quando fuit habita fides de pretio, vel illud erat solutum, secùs si non sit habita fides de pretio, neque sit illud satisfactum: quia tunc venditor aget actione ex vendito rei vendicatione contra emptorem, gl. fi. ibid.

Venditor ad recipiendum residuum pretium, actionem venditi cum aduersario rectè poterit intentare, l. 2. C. eod.

Venditor credens se debere emptori aliquid, si illud sit compensatum cum pretio rei venditæ, & posteà apparuerit se nihil debuisse, non obstante compensatione, ad partem pretij residuam rectè poterit agere actione ex vendito, ibidem.

Venditor pretium tantum, & si mora intercessisse probetur, vsuras iudicis officio exigere potest, l. fructus, 13. C. de actio. emp.

Venditor rem venditam quasi pignus potest retinere interim, dum sibi pretium integrum non soluitur, l. Iulianus, §. offerri, de actio. emp.

Reliqua verbo, Locatio, 2. Arbitrium, 2. 3. Cessio, 2. 3.

VENDITOR si per eum stat, quominùs fundum venditum emptor possideat, tenetur emptori actione ex empto, non vt ei tradat vacuam possessionem, cùm multis modis accidere possit, ne tradere possit: sed vt si quid dolo malo fecerit, vel faciat, dolus malus eius æstimetur, gl. aut fiet, in l. si cùm fundum, 68. de contrahen. empt.

Venditor etiamsi possit rem tradere, non tamen tenetur actione ex empto tradere: sed bene rei vendicatione, † gl. fi. ibid.

Venditor serui tenetur cauere de tradendo seruum, quem post certum tempus tradi debebat, gl.1.in l.emptor, 14.C.de actio.emp.

Venditor serui debet promittere, & se obligare, quòd seruus non sit fugitiuus, & quod sit sanus, & quòd non sit erro, & quòd noxa sit solutus, & quòd eum tradet, d.l.emptor.

Venditor serui debet cauere de corporali, & animi vitio serui, gl.2.& 3.ibidem.

Venditor si vendidit ancillam hac lege, ne manumitteretur, & si manumittatur, stipulatus est pœnam, & manus etiam iniectionem reseruauit: si posteà sit manumissa, emptor non patitur pœnam, quia ipso iure non valet manumissio, l. si venditor, de seruis exportandis.

Venditor si vendidit ancillam hac lege, ne prostituatur, & si prostituatur, stipulatus sit pœnam, posteà si sit prostituta, potest petere ab emptore pœnam: & si stipulatio pœnalis non sit interposita, ex vendito poterit agere ratione affectionis, & verecundiæ, ibid.

Venditor ancillam, quam vendidit, & tradidit emptori, non poterit manumittere: quia venditor non potest dare libertatem ancillæ per traditionem factæ alienæ, l.si ancillam, 6.C.de actio.empt.

Venditor ancillæ antequàm tradat eam, est dominus pleno iure, & ideò eam manumittere non prohibetur; emptori tamen, propter fidem ruptam, contra venditorem competit actio ad interesse, ibid.

Venditor ancillæ perdit ius abducendi, si consentit prostitutioni, gl. 1.in l. fi.C de spectaculis, lib. 11.

Reliqua verbo, Seruus, 30. vsque 97.101.102. Ancilla, Vendita, 5.6.

17 VENDITOR hæreditatis licèt possit agere contra debitores hęreditarios intentando directas actiones: si tamen emptor hæreditatis fecerit pactum de non petendo, obstabit venditori exceptio doli, l. si cùm emptori, de pactis.

Venditor hæreditatis si facit pactum de non petendo debitori hæreditario, antequàm emptos denunciauerit tali debitori, venditionem hæreditatis sibi factam, vel antequàm emptor denunciauerit tali debitori, venditionem hæreditatis sibi factam, vel antequàm cum eo sit litem contestatus, vel antequàm debitam partem receperit, tale pactum præiudicat emptori hæreditatis habenti vtiles actiones, gl. 1.ibid.

Venditor hæreditatis, penes quem remanserunt directæ actiones efficaces, licèt possit facere pactum de non petendo, antequàm emptor denunciauerit debitori, venditionem sibi factam, vel antequàm cum eo litem sit contestatus, vel antequàm debitam partem receperit: secus tamen est in hærede potest restitutam hæreditatem fideicommissario vniuersali: quia tunc cùm penes hæredem remanserint directæ inefficaces, etiam antequàm denunciaretur, vel contestaretur, vel debita pars reciperetur, non potest facere pactum in præiudicium fideicommissarij, ibid.

Venditor hæreditatis si fecit pactum de non petendo à debitore hæreditario, antequàm emptor denunciauerit debitori venditionem sibi factam, vel antequàm lis contestaretur, vel antequàm debitam partem receperit, tale pactum prodest debitori, si debitor ignorabat hæreditatem venditam, ibi.

Venditor hæreditatis si fecit pactum de non petendo debitori hæreditario, antequàm fideicommissarius vniuersalis denunciasset debitori hæreditatem sibi restitutam, vel antequàm cum eo litem contestaretur, vel antequàm cum debitam partem receperit, pactum illud prodest debitori, si ignorabat hæreditatem restitutam fideicommissario, cui etiam præiudicat, ibid.

Venditor hæreditatis non tenetur ad pretium vero hæredi, quando aliis illud restituere debet, gl.earum, in l.sed & si, §.item si rem, 2.de petit. hæred.

Venditor hæreditatis si non retinet debitum suum, illud potest repetere, etiam si sit illud debitum naturale, l.si is, qui, 45.de condict.indeb.

Venditor hæreditatis non tenetur satisdare de euictione, nisi de suo facto, vt de eo, quod ex hæreditate consequutus sit, idem reddat, l.2.& ibi glo.1.de hæreditate, vel actione.

Venditor hæreditatis non tenetur satisdare cum fideiussoribus de euictione, nisi actum sit: tenetur tamen cauere sine fideiussore: saltem de hæreditate: sed non de singulis rebus hæreditatis, d.l.2.in principio, & ibi gl. 1.

Venditor hæreditatis euicta singulari, & vna re hæreditatis non tenetur de euictione eius, nisi sit euicta, quasi non sit hæres venditor: quia tunc etiam pro re singulari euicta agitur, etsi non fuisset promissum, de euictione, d.gl.1.

18 Venditor hæreditatis non tenetur præstare id, quod legatorum nomine præstitit venditor legatariis, vel quod ob æs alienum præstitit, dict. l. 2.§.illud tenendum.

Venditor hæreditatis tenetur præstare pretia rerum, quæ ante venditionem hęreditatis consequutus est, si est actum, vt quæ erant in bonis tempore mortis, venirent in venditione: aliàs secùs: vel ideò earum pretia ante venditionem hæreditatis veniunt: quia pretia sunt loco rei, † gl.peruenisse, in d.l.2.§. peruenisse, & d.§.illud, & ibi gl.sed & rerum.

Venditor hæreditatis tenetur præstare emptori actiones rerum hæreditariarum, quas habet, licèt eas res nondum consequutus sit, & etiam tenetur præstare possessionem rerum, quas consequutus est, & debita, quæ exegit, & pretia rerum, quas vendidit ante venditionem hæreditatis, d.§.peruenisse.

Venditor hæreditatis, vel eius hæres tenetur præstare emptori non solùm, quod ad ipsum vēditorem: sed & quod ad eius hæredem de hæreditate peruenit, ib.

Venditor hæreditatis tenetur præstare emptori, non solùm quod iam peruenit; sed & quod quandocumque peruenerit, ibid.

Venditor hæreditatis tenetur emptori de eo, quod dolo malo ipsius factum est, quò minùs ad ipsum venditorem peruenerit, d.l.2. §.sed & si.

Venditor hæreditatis dicitur dolo malo fecisse, quò minùs aliquæ res hæreditariæ ad eum perueniant, quando eas alienauit, vel quando accepto aliquem debitorem hæreditatis liberauit, vel egit dolo malo aliquid, ne hæreditati acquireretur, vel ne eam possessionem adipisceretur, quam posset adipisci, ibid.

Venditor hæreditatis tenetur emptori de eo, quod lata, vel leui culpa amisit de hæreditate: sed de perdita, vel diminutá re sine dolo malo, vel sine culpa ipsius venditoris, non tenetur, d.§.sed & si, & ibi gl.lata, & gl.sine dolo.

Venditor hæreditatis tenetur acquirere, & recuperare res hæreditarias, aliàs tenetur emptori, gl.possit, ibidem.

Venditor hæreditatis tenetur cedere emptori actiones ex suo facto sibi competentes: sed actiones vtiles hæreditarias etiam sine cessione habet emptor, gl.ipse hæres, ibid.

Venditor hæreditatis si vendidit rem hæreditariam non emptori hæreditatis: sed alij, si condemnatus sit ad duplum promissum, & soluit, non habet actionem contra emptorem hæreditatis pro pecunia soluta: quia condemnatus fuit, non quia esset hæres: sed quia vendidisset, nisi emptori hæreditatis fuisset traditum pretium illius rei venditori, ibid.

Venditor hæreditatis si in venditione excepit seruum sine peculio, si serui nomine conuentus de peculio, vel de in rem verso, vel etiam quod iussu, tributoria, vel exercitoria, aut institoria soluit, habet actionem ex vendito contra emptorem, quatenus est in peculio, vel in rem eius versum est: quia æs alienum emptoris soluit: sed quod ex maleficio serui, vel ex iussu ipsius venditoris conuentus soluit, non recuperat ab emptore, l.2.§. apud, de hæreditate, vel actione.

Venditor hæreditatis si excepit seruum cum peculio, quod conuentus de peculio soluit, non repetit ab emptore, si actum fuit, quòd superfluum peculij esset penes venditorem: sed si actum fuit, quòd esset penes emptorem, repetere ab eo potest: sed si nihil sit actum de eo, quod supererit de peculio, penes quem debet esse: sed tantùm peculij mentio facta sit, si emptor soluit, non petet à venditore actione ex vendito. ibid.

Venditor hæreditatis, quod soluit pro onere, quod debet sequi emptorem, repetit ab eo, sed pro eo, quod debet sequi ipsum venditorem, & non repetit. ibid.

Venditorem hæreditatis si excepit domum, cuius nomine promissum erat de dámno infecto à defuncto, vel ab hærede, quod soluit nomine damni infecti non repetit ab emptore, si in venditione dictum fuit, quod ad ipsum venditorem illud pertineret, secùs si dictum fuit, quod ad emptorem pertineret: sed si nihil dictum fuit, tunc damnum, quod ante venditionem contingit, ad emptorem pertinet: sed damnum, quod post contingit, pertinet ad venditorem, d.l.2.§.si venditor.

Venditor hæreditatis, quod potest consequi à quolibet extraneo hærede primi emptoris, potest hoc & ab emptore secundo consequi per actionem ex vendito, d.l.2.§.si Titius.

Venditor hæreditatis quod vectigalis publici, vel tributorum nomine soluit, potest repetere ab emptore, d.l.2.§.si quid.

Venditor hæreditatis impensam, quam fecit in funere defuncti, potest repetere ab emptore: quia illa impensa hæreditaria est. ibid.

Venditor hæreditatis si adeundo eam hæreditatem amisit seruitutes, quæ debebantur à prædio hæreditario suo proprio prædio, potest agere contra emptorem actione ex vendito, vt seruitutes ei restituantur: sed si quis emat prædium sibi seruiens, ac reuendat, ei non restituuntur seruitutes amissæ, nisi specialiter imponantur, d.l. 2.§.fi.& ibi gl.fi.

Venditor hæreditatis nomine hæreditatis obligatus actione, etsi nihil præstiterit, potest agi contra emptorem, vt liberetur, d.§.fi.

Venditor hæreditatis exactam pecuniam à debitoribus hæreditariis si sine dolo malo, & culpa perdidit, non tenetur emptori, l.3.eod.

Venditor si vendat quamdam hæreditatem, quæ ad eum non pertinet, tenetur emptori ad eius æstimationem: sed si vendidit hæreditatem, quæ nulla est, vt quia viuit testator, tenetur restituere emptori pretium, & quod in eam rem expendit emptor, & quod emptoris interest, l.quòd si nulla hæreditas, cum l. seq.eodem.

Venditor ignorans hæreditatem ad se non pertinere, si in vēditione dixit, quod vendit, quidquid iuris in hæreditatem habet: si nulla sit hæreditas, nihil tenetur pro parte emptori: quia videtur actū, quod sicut lucrū negotiationis, ita & periculum debeat ad emptorem pertinere: sed si scienter ita vendidit, tenetur emptori de dolo, l.quòd si in venditione, 10, cum duab.legib.seqq.eod.

Venditor hæreditatis si in venditione non dixit, quod vendebat, quidquid iuris habebat: si sit hæreditas, tenetur emptori præstare se hæredem: sed si dixit, quod vendebat quidquid iuris habebat in hæreditate, ad nihilum tenetur emptori, etsi ad eum hæreditas non pertineat, l.quòd si sit, 13.eod.

Venditor hæreditatis omnes res hæreditarias debet tradere emptori, nec interest, quanta fuerit hæreditas, nisi nominatim de substantia eius sit actum, l.qui filiifam. 13.cum l.seq.eod.

ad Venditorem hæreditatis si peruenit quædam res de hæreditate post interpositam stipulationem de restituendo emptori hæreditatis quidquid ad eum de illa hæreditate peruenit, & ipse eam vendat alij, stipulatio non committitur bis, quantum ad effectum, scilicet vt rem, & pretium consequi posset: committitur tamen, vt res, vel pretium tantum petatur: sed si deuenit res ad venditorem, & ab eo vendita sit ante stipulationem, pretium tantum in stipulationem venit, l.venditor, 21.& ibi gl.1.2.& 3. eod.

Venditor hæreditatis si pro parte pretium accepit, reliquum [illegible] non soluente potest res hæreditarias pignoris nomine retinere, l.hæreditatis, 22.eo.

Venditorem hæreditatis si fecit hæredem Titius legatarius, antequàm legatum ab emptore hæreditatis perciperet, potest venditor contra emptorem agere ex vendito, vt ei præstet emptor illud legatum, cùm ideò minoris hæreditas sit vendita, [illegible] interest vtrùm Titio deberetur illa pecunia, vt creditori ex contractu, an vt legatario, l.pen.eod.

Venditor hæreditatis non tenetur de euictione rerum singularium, gl. 1.in l.2. C. de pactis.

Venditor hæreditatis conuentus à creditoribus hæreditariis si soluat, habet recursum contra emptorem per actionem ex vendito, vt restituat, glo. spontanea, ibidem.

Venditor hæreditatis debet conueniri à creditoribus hæreditariis, & legatariis, seu fideicommissariis, & venditor agit contra emptorem actione ex vendito, l. 2.C.de hæred.vel actione.

Venditor hæreditatis debet conueniri à creditoribus hæreditariis, etiamsi emptor se obligauerit soluere, vel satisfacere creditoribus, ibid.

Venditor hæreditatis post venditionem, & traditionem non potest compellere emptorem ad satisdandum de satisfaciendo creditoribus hæreditariis, si

tempore

Venditor si vendidit rem hoc pacto,vt si sibi displicuisset intra certum tempus, sibi redderetur res vendita,habet actionem ex vendito, vel præscriptis verbis, l.si conuenerit,de rescind.vend.

Venditor si in venditione dixit,vt si sibi displicuisset res vendita, sibi redderetur,si non sit dictum intra quod sibi liceret displicere, intra 60. tantùm dies sibi licebit,d.l.si conuenerit,in add.marg.

Venditor licèt petere possit venditionis rescissionem, qua per sententiam iudicis sequuta potest emptor obiicere de pretio non reddito, & de expensis necessariis, & vtilibus, cùm huiusmodi exceptio iudicis sententiam quasi non redarguat,l.pe.in add.marg.de rescin. vend.

Venditor potest vendicare rem venditam,& venditionem reuocare,quãdo venditio fuit facta contra legem,gl.1.in l.vendicantem, 17.de euictio.

Venditori iure hæreditario succedens dominus rei venditæ, non potest eam venditionem rescindere,l.3.& ibi gl.2.C.de reb.alien.

Venditor pacto legis commissoriæ non potest vti,qui post præstitum pretij soluendi diem non vendicationem rei:sed pretium,vel eius vsuras maluit sequi, l.4. C.de pactis inter emptorem.

Venditor pacto legis commissoriæ non potest vti, si post præstitutum diem solutionis petiit vsuras debitas ex mora,vel ex pacto incontinenti apposito, gl. fin.ibidem.

Venditor si in initio contractus pactus sit,vt statuta die non soluto prètio emptor teneretur ad vsuras;si emptor statuta die non soluit,venditor potest petere vsuras iure actionis,l.initio, C.eod.

Venditor si initio contractus non sit pactus, vt statuta die non soluto pretio teneatur ad vsuras, pretio non soluto veniunt vsuræ ex mora iudicis officio, & non ex pacto, ibid.

Venditor potest fundum à se venditum petere sibi restitui cum fructibus, si non impleatur id,propter quod fundus exiguo pretio venditus fuit, l. cùm te, 6. C.eodem.

*Reliqua verbo,Pactum,*44.45.46.*Venditio,*17.*Vendita,* 10. *vsque* 13.*Vendens,*8.

26 VENDITOR si paciscatur, ne agatur redhibitoria de animali vendito, licèt sit illud morbosum,valet, gl.1.in l.pacisci,de pactis.

Venditor tenetur certiorare emptorem de vitio, vel morbo animalis, vel rei venditæ,ad hoc vt redhibitoria emptori non possit competere,ibidem.

Venditor morbosi animalis si gerat negotia emptoris, redhibitoria actione etiamsi non egit intra sex menses contra se, non tenetur actione negotiorum gestorum,si res vendita in rebus emptoris non inuenitur,vel si ea inuenta,deterior facta sit,aut quod accessionum nomine additum erat,vel per eum acquisitum non ex re emptoris, nec inuenit, nec recepit, nec erat in ipsius emptoris negotiis,quæ gerebat,l.diuortio, §.sed nec redhibitoriæ, de negot. gestis.

Venditor animalium actione ex empto tenetur cauere ea sana præstari, & iumenta vendens solet ita promittere,comedere,& bibere,l.ex empto, §. 1.de actio. empti.

Venditor licèt non teneatur præstare seruum ita sapientem:tamen si ita fatuum, & morionem vendiderit, & in eo nullus vsus sit, vitiosus dicitur:quod animi vitium ita demum præstabit ex edicto ædilitio si promisit: secùs si non promisit,quo casu tenebitur ex empto quanto minoris res est,l.ob quæ vitia, §. idem,de ædilitio edicto.

Venditor si nominatim exceperit de aliquo morbo sentiens de eo morbo se nolle teneri,& de cætero sanum esse dixerit,aut promiserit, non tenetur nomine eius morbi,nisi sciens illum morbum consultò reticuit;quia tunc datur emptori contra eum replicatio doli mali,l.quæritur, §. venditor. de ædilitio edicto.

Venditor si scienter dissimulauit aliquem morbum,vel negauit,& dixit,vtroque casu se nolle teneri illius morbi nomine, si apparuerit eum adesse, tenetur emptori eius morbi nomine dolo malo, secùs si dixit morbum talem inesse, & nolle se teneri,gl.sciens,ibid.

Venditor si nominatim non excepit de morbo,qui omnibus potuit apparere,vt quia fuisset cæcus, vel habens cicatricem euidentem, & periculosam, vel in capite, vel in alia parte corporis euidenti, eius nomine non tenetur: secùs si in parte euidenti non habuit,d.l.quæritur,§.fi.& ibi gl. pe.

Venditor,qui nominatim excepit de morbo,non tenetur,si emptor, & venditor ignorauit,& tunc repellitur emptor;sed si venditor sciuit:emptor verò ignorauerit,licèt supinè,tenetur ei venditor:quia præponderat ei dolus,licèt dicatur,quòd currat tempus supinè ignoranti vitium: si verò vterque sciuit, non agitur post,d.§.fi.& ibi gl.fuisset.

Venditor si affirmauit aliquid de mancipio,idque nõ ita esse emptor queratur, potest agere contra eum redhibitoria,vel quanto minoris,l.si quid, 18.eod.

27 Venditor si affirmauerit seruum esse constantem,laboriosum, veracem, vigilacem,aut ex frugalitate sua peculium acquirentem,& is ex diuerso leuis,proteruus,desidiosus,somniculosus,piger,tardus,& comessator inueniatur, tenetur redhibitoria, nisi hæc omnia, quæ affirmauit, non præstet cum quodam temperamento;id est ex bono, & æquo, veluti si constantem eum affirmauit, non desideratur constantia,& grauitas, quasi à philosopho:si laboriosum, & vigilacem,non exigitur ab eo continuus labor per dies,noctésque,ibid.

Venditor si affirmauerit optimum esse coquum, optimum in eo artificio debet præstare:qui verò simpliciter coquum affirmauit,satisfacere videtur, etiamsi mediocrem coquum præstet, quod idem dictum est in cæteris generibus artificiorum,d.l si quid,in fi.

Venditor si affirmauit seruum peculiarem esse,sufficit is,quòd vel minimum peculium habeat,ibid.

Venditor si dicat quædam,quæ ad nudam laudem suam pertinent,veluti si dixerit frugi, probum, non tenetur talem præstare; multum enim interest serui causa quid dixerit, an quod dixit,se præstaturum promisit: quia primo casu non tenetur:sed bene in secundo,l.sciendum.18.eod.

Venditor si dixit seruum non esse aleatorem,vel non esse furem,vel ad statuam numquam confugisse,tenetur omne id præstare,ibid.

Venditor si in stipulatione spopondit seruum esse artificem, vel quid simile potest conueniri ab emptore ex stipulatu, & redhibitoria actione, dict. l. sciendum,§.dictum.

Venditor,qui ex empto potest conueniri,vel quia promisit,potest etiam redhibitoriis actionibus conueniri,nisi iactandi animo promisit,d.§.dictum, & ibi glo.conueniri.

Venditor si dixit certam probitatem serui,debet emptori præstare illud,& si dixit certum quid abesse,hoc etiam debet præstare,gl.aleatorem,ibid.

Venditor si ante venditionis tempus affirmauit aliquid de seruo, promittendo id per stipulationem,statim atque venditus est seruus:id est post venditionem cum effectu potest agere eo nomine,& ita ab eo tempore currit tempus redhibitionis,l si vero,20.eod.

Venditor in redhibitoria tenetur præstare emptori quantam pecuniam accepit pro seruo vendito,vel accessionis nomine:qui si non reddat, contra eum datur actio emptori pro illa pecunia,quam accepit,vel pro ea, pro qua quis eo nomine est ei obligatus,l.ædiles,25.§.fi.eod.

Venditor in redhibitoria tenetur præstare emptori non solùm pretium, quod ei soluit:sed etiam vsuras eius,& quod exceptionis causa erogauit,veluti dando mediatoribus,si voluntate venditoris erogauit,secus si sua sponte, l. debet autem,& ibi gl.2. eod.

Venditor in redhibitoria tenetur præstare emptori id, quod vectigalis nomine soluit emptor:quia emptor debet discedere indemnis,ibid.

Venditor de vitiis,& aliis,quæ in edicto continentur,si non caueat,facta interpellatione congruo loco,& tempore, emptori datur redhibitoria intra duos menses, vel quanti emptoris interest intra sex menses contra vẽditorem non cauentem de vitiis,etiam si vitia non sint: sed si caueat, tunc dantur directa tempora,l.si venditor,28.& ibi gl.2.& fi. eod.

Venditor in redhibitoria ab emptore data cautione de restituendo seruum emptum tenetur emptori præstare, vt pecunia, cuius nomine erat obligatus ipsi venditori,vel alij,liberetur,l.illud,29.eod.

Venditor in redhibitoria condemnatur emptori in pretio soluto,& in accessionibus,& his,quæ mediatoribus dedit,& in vsuris pretij,maximè si emptor restituat fructus,ibid.

Venditor in redhibitoria si nolit seruum venditum recipere, non debet condemnari emptori in maiorem summam, quàm in pretium, l. quod si nolit, 31.eodem.

Venditor si dixit,vel promisit seruum non esse furem, si posteà is furtum fecerit siue emptori,siue extraneo,tenetur emptori ex sua promissione,etiamsi ignorauit furem esse; quia temerè assecurare non debuit:secùs si nihil dixit,neque promisit,dict.l.quod si nolit, §.si venditor, & ibi gloss. tenetur, & glossa hoc in casu.

Venditori si plures hæredes extiterint, singulis pro portione hæreditaria poterit redhiberi seruus,quod idem dicendum est, quando seruus plurium venditoribus venditus est ab eis:quod secus est in pluribus hæredibus emptoris: quia emptor tenetur ad indiuiduum: scilicet ad restituendam rem ipsam: venditor autem ad diuiduum:nempe ad pretium,vnde inter hęredes eius diuiditur,d.§.si venditori,& ibi gl.redhiberi,& ibi add.marg.

Venditores plures in solidum vnius rei, singuli insolidum possunt redhibere eam rem:sed si singuli venditores seorsum vendiderint,pars rei alteri eorum potest redhiberi;cum altero autem agi quanto minoris, d. §. si venditori, & ibi gl.plures.

Venditor, qui recepit seruum venditum, non potest excipere eum seruum non esse in causa redhibitionis,d.l.quod si nolit,in §.in factum.

Venditor,qui rem venditam ab emptore recepit, non habet exceptionem, vt non reddat pretium, cùm recipiendo satis confiteatur rem in causa redhibitionis non esse,d.§.in factum,in add.marg. 2

Venditori redhibito seruo debet restitui per actionem in factum, & nihilominùs per actionem ex vendito,etiam id,quod ei seruo redhibito, in venditione accessit,d.l.quod si,§.restitui,& ibi gl. per hanc.

Venditor sicut tenetur emptori cauere de vitiis, & morbis principalis rei venditæ:ita & de eius accessoriis, quando ea in venditione proprio nomine, vel appellatiuo deducuntur,d.l.quod si nolit, §.final. & ibi additio. margin. & in sequenti.

Venditor,quod in venditione accessurum dixit, illud integrum præstare debet: sicut illud,quod principaliter vendidit,l.proinde,33.eod.

Venditor,qui scienter tacuit,fundo vẽdito seruitutem deberi,& ob id per ignorantiam rei emptor non vtendo per statutum tempus,seruitutem amisit, tenetur ei actione ex empto ob dolum præsumptum,l.in vendendo,65.de contrahen.emptione.

Venditor si scienter celauit, vel negauit seruitutem deberi, tenetur emptori ignoranti ad interesse actione ex empto;sed non emptori scienti,l.1.§.venditor,de actio.empt.

Venditor in venditione si ita dixit,seruitutem non deberi, & si debeatur, quòd non vult teneri:emptori ignoranti tenetur nihilominùs ex empto, si seruitus debeatur,& sciuit,ibid.

Venditor quoties est in dolo in celanda seruitute,tenetur emptori ignorãti, ib.

Venditor si vendidit aliquod vas,affirmans illud esse integrum, si integrum est, tenetur ex empto etiam ad id,quod eo nomine emptor perdidit: sed si simpliciter vendidit, & non affirmans illud esse integrum, tenetur nihilominùs indistinctè siue sciat,vel ignoret,ad pręstandum integrum,nisi in contrarium actum sit,l.tenetur,§.sed si vas,eod.

Venditor si fundum venditum liberum tradidit, cùm seruientem deberet tradere, habet contra emptorem actionem ex empto, & condictionem incerti, vt patiatur eam seruitutem, quæ debuit, imponi, l.si tibi liberum, de actio. emptio.

Venditor si fundum seruientem tradiderit, cùm liberum deberet tradere, ex empto tenetur emptori ad remittendam seruitutem, ibid.

Venditor si scienter reliquit pecus morbosum,aut tignum vitiosum, & ita emptorem decipit,si ædes vitio tigni corruerint, tenetur ad ædium æstimatiònem; si verò pecora contagione morbosi pecoris interierint, tenetur ad id, quod interfuit idoneè vendidisse,14.eod.

Venditor non tenetur ad interesse, licèt res vendita debeat seruitutem, nisi vendiderit

35 VENDITOR si in venditione dixit se nolle liberas ædes præstare, non tenetur eas liberas præstare, & potest eas seruas facere sibi post traditionem, vel ante traditionem vicino potest concedere seruitutem, l. si in venditione, 7. communia prædiorum.

Venditor si in venditione domus dixit se velle Titio seruitutem excipere, non tenetur emptori, si Titio concesserit seruitutem: sed si concesserit alij, tenetur ex empto ad interesse, d.l. si in venditione, & ibi gl. tenebitur.

Venditor si in venditione eo animo excepit seruitutem, ne illa deberetur Titio, venditor non potest agere ex vendito, vt seruitus constituatur, d. l. si in venditione, in fi.

Venditor seruitutem nominatim debet imponere rei venditæ, nec valet expressio generalis seruitutis, l. quidquid, 11. eod.

Venditor si in venditione fundi dixit accessura dolia centum, quæ in fundo esse affirmabat, tenetur emptori ad illa dolia propter suam temerariam assecurationem, quamuis ibi nullum dolium esset: secùs si dixisset accessura dolia, quæ in fundo sunt: quia tunc ad sola illa, quæ ibi sunt; vel si nullum ad nullum tenetur, l. si quis cum fundum, 27. de actio. empt.

Venditoris generalis exceptio non pertinet ad ea, quæ ipse venditor nouit, & quæ specialiter excipere potuit, & debuit: sed ad ea, quæ ignorauit, & de quibus emptorem certiorare nequiuit, l. quæro, 40. in fi. eod.

Venditor tenetur tradere rem liberam a seruitute, l. in venditione, 42. eod.

Venditor præsumitur semper rem liberam vendere, gl. 1. in l. ex his prædiis, C. de euictio.

Venditor fundi non tenetur præstare accessum, nisi dicatur, gl. quæri. in l. binas ædes, de seruitut. vrban.

Venditor fundi si dixit accedere fundo 80. dolia, quæ in fossa erant, non veniunt plura, quàm 80. etiam si plura dolia ibi reperiantur, & ex illis omnibus potest eligere venditor, quæ velit præstare emptori, dummodo integra det, nisi dictum sit, quòd nihil adimatur, quo casu veniunt omnia, l. pen. §. fi. & ibi gl. quæ vult, de actio empt.

Venditor fundi si dixit accedere fundo 80. dolia, quæ in fossa sunt, qualiacumque erunt: si sola 80. sint, qualiacumque sunt, sequuntur emptorem, nec pro non integris tenetur præstare quidquam, nisi nulla sint dolia, vel non sit dictum qualiacumque, d. § fi & ibi gl. pen. & fi.

Venditor iumentorum si emptori non præstitit ornamenta, quæ fuerunt apposita causa vendendi, contra eum potest agere emptor intra 60. dies tantum, vt sibi ornamenta præstentur, vel iumenta redhibeantur occasione ornamentorum, l. ædiles, 38. & ibi gl. factum, de ædilitio edicto.

Reliqua verbo, Vendita, 8 9. Venditio, 16. Ornamentum, Vendens, 9.

36 VENDITOR fundi si exceperit locum sepulchri ad hoc, vt ipsi posterique sui illo inferantur, videtur excepisse viam etiam ad sepulchrum: quòd si via vti prohibeatur, vt mortuum suum inferret, agere potest ex vendito, nisi publica via esset ad sepulchrum, l. si venditor, & ibi gl. 1. de religiosis.

Venditor per errorem si fundum liberum tradidit emptori, cum in venditione excepisset iter ad suum prædium, potest agere condictione incerti, vt iter sibi concedatur, l. sed & si, 22. de condict. indebiti.

Venditoris pactum prodest emptori, & quandoque nocet quoad hoc, vt emptor repellatur: sed non vt conueniatur ex pacto venditoris, † gl. fi. in l. idémque erit, 16. pro socio.

Venditori obscuritas pacti potiùs nocet, quàm emptori: quia potuit re integra apertiùs dicere, l. Labeo, 21. eod.

Venditor si in venditione rei excepit, quod religiosum, vel sacrum in ea fuisset, valet tale pactum, & ad loca modica religiosa, vel sacra debet pertinere, l. hanc, 22. de contrahenda emptione.

Venditor fundi si excepit frumenta manusata, non videtur exceptum frumentum ex stipula natum, neque illud, quod ex sacco saccarij cecidit, & natum est, vel quod ex ore auium cecidisset, & natum est, nisi aliud dictum sit, l. qui fundum, 40. §. qui agrum eod.

Venditori non prodest exceptio, si res excepta non reperiatur, l. pacta conuenta, 72 §. fi. eod.

Venditor fundi si in venditione excepit lapidicinas, quæ ibi sunt, illæ tamen lapidicinæ, quæ apparent, & cædi possunt, videntur exceptæ, non illæ, quæ non apparent, nisi expressè sit dictum, l. in lege, 77. eod.

Venditor non potest vendere, neque excipere in venditione id, quod non est. ibidem.

Venditor si vendidit prædium ita, quòd si emptor, vel hæres eius pluries venderet, eius partem dimidiam sibi præstaret, valet tale pactum: & si pluries sit venditum ab emptore, vel eius hærede, eius pars dimidia, quo pluris venditum est, præstari debet venditori primo, l. Iulianus, 14. §. si inter, de actio. empti.

Venditor si vendiderit rem hoc adiecto pacto, quòd si ad diem pretium non solueretur, sibi duplum præstaretur, in fraudem legum constituentium legitimas vsuras semper videtur esse adiectum, & ideò in eo, quod excedit legitimas vsuras, non valet: valet tamen in eo, quod legitimas vsuras non excedit, si emptor fructus percepit, & pretium non soluit, d. l. Iulianus, §. idem Papinianus, & ibi gl. excedit, eod.

Venditor si excepit habitationem, vt inquilino liceat habitare, vel colono perfrui liceat ad certum tempus, habet ad id contra emptorem actionem ex vendito: sed ipse venditor liberatur cedendo actionem colono, d. l. Iulianus, §. pen.

Venditor si excepit, vt colono perfrui liceret ad certum tempus, & is colonus damnum dederit, emptor agens ex empto potest cogere venditorem, vt ex locato cum colono experiatur, vt is, quidquid consecutus fuerit, reddat emptori. ibidem.

Venditor si habens nomina seruorum nota vendat seruum Stichum pistorem, cùm esset fullo, tunc censetur vendidisse eum, quem nominauit: sed si vendidit non habens nota nomina seruorum, tunc censetur vendidisse eum, cuius artificium expressum est, glo. absentem, in l. in venditionib. 9. de contrahen. empti.

Venditor, & emptor si in nomine dissentiant, valet venditio, dummodò in corpore consentiant. ibid.

Venditor si mihi ignoranti rem meam vendiderit, & iussu meo tradiderit alij, dominium illius rei non transit in eum, l. & si consensum, 19. §. fi. eod.

Venditor imprudenter si vendidit mensam argento coopertam emptori ignoranti pro solida, nulla est emptio, & emptor pecuniam eo nomine datam condicit, l. cùm ab eo, 4 . §. fi. eod.

Venditor si vendidit duos fundos vno pretio asseuerando vnum eorum esse centum iugerum, alterum ducentorum, cùm alterum esset nonaginta iugerum: alterum verò esset ducentorum, & decem iugerum, lucrum vnius fundi cum damno alterius compensatur: & si quid deest emptori siue pro modo, siue pro qualitate loci, hoc ei restituendum est, l. si duorum, 43 de actio. empti.

Reliqua verbo, Vendens, 13. Ambigua.

VENDITOR in re vendita tenetur præstare talem custodiam, qualem bonus paterfamilias rebus suis adhibet, licet ipse suis reb. talem non adhibeat: & si præstitit talem, securus est a periculo rei venditæ: tenetur tamen emptori cedere rei vendicationem, vel condictionem, aut actionem furti, quando sine sua culpa res vendita furto sublata est, l. quod sæpè 35 §. si res. de contrahen. emptione. 3

Venditor, cui res aliena vendita furto sublata est sine culpa, eo ipso quod nullam vindicationem, aut condictionem venditori cedere possit, tenetur emptori de peculio: quia si suam vendidisset, potuisset emptori suas actiones cedere. ibidem.

Venditor rei singularis possidens eam, si ante moram traditionis decesserit, liberatur rei interitu: quia rem debebat, non pretium, vel actionem, l. venditor, 21. de hæredit. vel actione.

Venditor rei singularis, nondum illa tradita, si alij vendiderit, pretiúmque acceperit, ea mortua ante moram traditionis ad nihil in tenetur primo emptori de rigore iuris, nec ad pretium perceptum ex secundo emptore, quia illud nó ex re: sed propter negotiationem percepit de æquitate tamen tenetur primo emptori ad pretium perceptum ex secundo emptore, d. l. venditor, & ibi gl. propter negotiationem.

Venditor vini in specie ante diem appositum ad mensurandum non tenetur de casu fortuito: tenetur tamen præstare talem diligentiam, qualem præstat commodatarius, ita vt diligentiam exactiorem, quam in suis rebus adhibet, debeat præstare, si tempore contractus maiorem in suis adhibebat, l. 2. & ibi gl. 1. l. 3. & ibi gl. fi. de pericu & commodo rei.

Venditor si in custodienda re adhibuit eam diligentiam, quam debent præstare homines frugi, & diligentes, si quid in ea accidit, nihil pertinet ad eum, l. si vendita, eod.

Venditor affirmans bonitatem vini à se venditi duraturam, tenetur emptori, si illud sit corruptum sua natura, antequam tolleretur ab emptore, secus si non affirmauit, l. si vina, 15. eod.

Venditor non solùm dolum: sed & culpam præstare debet cùm emptor moram adhibere cœpit: sed si emptor, & venditor simul fuerint in mora vel in dolo, mora adhibita potius nocet emptori, quam venditori, secus si diuersis temporibus adhibuerunt, l. illud, & ibi gl. 2. eod.

Venditor, quando in limine contractus venditionis emersit periculum euictionis, tenetur emptori satisdare pro euictione l pen § fi. eod.

Venditor antequam tradat vacuam possessionem, custodiam & diligentiam præstare debet, & propter hanc custodiam debet stipulari a vicino damni infecti, si timeat damnum in domo vendita nondum tradita, l. venditor domus, 37. de actio. empti.

Venditor periculum alluuionis non præstat emptori per duplæ stipulationem, secus est in actione ex empto, l. ex mille, 64 § quod si, & ibi gl. non præstat, de euictio.

Venditor fundi tributarij potest in se suscipere periculum soluendi tributa illius prædij, quod vendidit, auth. sed & periculum, C sine censu, vel reliquis.

Venditor suscipiens in se periculum soluendi tributa prædij a se venditi cogitur, si constat emptorem non esse idoneum, coram iudice promittere, quod periculo suo sit venditio prædij, & quod ipse subibit solutionem tributorum, ibidem.

Venditor interitu speciei liberatur ab actione ex empto, & nihilominùs emptor tenetur ei ad pretium, si interitus eueniat sine culpa, & mora venditoris, vel sine præterito latenti vitio, l. si. C. de periculo, & commodo.

Reliqua verbo, Venditio, 17. Vinum, 3. Vendita, 8. 17. 18.

Vendita res in genere, nu. 1. 2. 3.
Quo ad translationem dominij, & traditionem, 4.
Quo ad seruum, vel ancillam venditam, pactum, vel conditionem in ea posita, 5. 6.
Quo ad hæreditatem venditam, vel rem alienam, 7.
Quo ad accessionem fructus & euictionem. 8. 9.
Quo ad in diem adiectionem, pactum legis commissoriæ, & resolutionem, vel rescissionem venditionis, num. 10. vsque 13.
Quo ad redhibitoriam, vel quanto minoris, nu. 14. 15.
Quo ad periculum, 8. 17. 18.

VENDITA res tamdiu venditoris est, quamdiu illi non ab emptore satisfit, l. si legationis, 25. & ibi add. marg. de iudiciis.

Vendita si sit res duobus ab vno domino, vel non domino, ille est potior, cui traditio facta est, si tamen soluerit pretium, nisi prior emptor sit priuilegiatus, vt Ecclesia, gl. petentis, in l. siue autem, §. si duobus. de Publiciana.

Vendita si sit res pluribus à diuersis non dominis: & tunc si contra tertium, ille est potior, cui traditio facta est: inter se tamen potior est possessor, nisi diuersi non domini pro vno tantùm computentur. ibid.

Vendita si sit res vni à non domino, posteà ab eodem non domino alteri, ille est potior, cui traditio facta est, & tunc Publiciana præfertur directæ rei vendicationi, ibid.

Vendita, ac tradita si sit mihi à Titio res, & posteà eadem res sit tibi vendita, & tradita tibi ab eodem Titio, & tu eandem vendis, & tradis alij, sicut tu vinceris à me, ita & ille, cui vendidisti, quia nihil plus, quàm habes in eum, potuisti transferre de pretio. ibi.

Vendita res si si alicui à domino, & eadem à non domino alteri, qui à domino

habet

habetur pro impleta,& ex empto venditor potest conueniri, l. hæc venditio, 7.de contrahenda emptione.

Vendita ancilla sub pacto, ne prostituatur, & si contrà factum sit, quòd liceat venditori eam abducere, si deinde emptor vendidit alicui, & ille alij, & sic per plures venditores transiuit, si ab aliquo eorum fuerit prostituta, primus venditor poterit eam abducere à quolibet eorum, l. si quis,46.eod.

Venditus si sit seruus, ne Romæ, vel in aliquo loco moraretur, potest venditor legem, & pactionem venditionis remittere, & quòd per emptorem retineatur Romæ, vel alibi, cùm talis pactio propter venditoris securitatem facta sit, ne periculum fortè vxoris subeat, l.1.de seruis exportand.

Venditus seruus si fuerit exportandus ab Italia, in prouincia morari potest, nisi specialiter prohibitum sit, l.2.eod.

Venditus si sit seruus hac lege, vt intra certum tempus manumittatur, si non fuerit manumissus, liber fiet, si venditor in eadem voluntate perseueret: potest tamen pœnitere, cùm id gratia tantum venditoris sit appositum: secus si fuisset appositum gratia emptoris, vel vtriusque, vt quia seruus erat consanguineus emptori, vel vtrique, l.3.& ibi gl.1.eod.

Venditus si sit seruus sub hac lege, vt intra certum tempus manumittatur, si non sit manumissus, liber fit, nec venditoris hæres contrauenire potest, ibid.

Reliqua verbo, Seruus, 93.100. Ancilla, Venditor, 15.16.

7 VENDITA hæreditate omne commodum, & incommodum spectat ad emptorem, gl. ex vendito, in l. licèt, §. ea obligatio, de procuratoribus, l. non solùm, de hæredit. vel actione.

Vendita hæreditate hæres debet deponere tabulas testamenti apud ædem sacram, aut exemplum illarum dare venditori, vt apud se habeat, l. 4. famil. ercisc.

Vendita hæreditate in emptorem transeunt actiones, nisi quæ tempore contractus venditori competiuerant: vnde in huiusmodi contractibus venditionis hæreditatis expedit inseri hanc clausulam, nempe quòd cedit venditor omnes actiones tam ad præsens competentes, quàm in posterum competituras, glo. actiones, in add. marg. in l. hæredem, 14. mandati.

Vendita hæreditate videtur actum inter ementem, & vendentem, quòd nihil amplius, nec minus iuris habeat emptor, quàm hæres habiturus fuisset, l.2. de hæredit. vel actione.

Vendita hæreditate si emptori sit euicta quædam res, quæ erat hæreditaria tunc sit [illegible] emptori, si euincitur, quæ non debet tangere venditorem, nisi emptor nullam cautam [illegible] damnationis [illegible]: sed si res euicta non sit hæreditaria, non est illa vendita, nisi venditor affirmasset eam hæreditariam, gl. 1. ibidem.

Venditæ si fuerint res hæreditariæ ab vno hærede, cæteris cohæredibus præsentibus, & non contradicentibus, si illi cohæredes pretium illarum acceperint, videtur vnusquisque partem suam vendidisse, & tenetur actione ex empto, & de euictione: secùs si non voluissent recipere pretium, l. quidam, 12.& ibi gl. fi. de euiction.

Vendita si fuerit res aliena alicui, potest auferri emptori à domino: quia domino inuito eius rem non potest quis retinere, l. rem alienam, 28. de contrahen. emptione.

Vendita re mea ab aliquo suo nomine sicut possum ego ad pretium rei præscriptæ, & peremptæ agere in subsidium, ita ad pretium rei præscriptæ, & peremptæ, mihi tamen obligatæ, in subsidium agere possum, gl. fi. in add. marg. in l. 1. de distractione pignor.

Vendita aliena re per alium nomine suo, quæ posteà pluries est vendita, & vsucapta ab vltimo, dominus si ratam habeat venditionem, poterit agere ad pretium contra primum venditorem tantum, non contra alios, gl. fi. in l. 3. C. de rei vendicatione.

Vendita re aliena per aliquem nomine suo, si primus emptor posteà illam donauit, & donatarius posteà eam vendidit, & res sit præscripta, potest agere dominus, qui ratam habuit venditionem contra primum venditorem, † ibid.

Vendita si sit res aliena, & posteà emptor fiat eius dominus, actio de euictione committitur, gl. consistere, in l. 4. C. de contrahen. emptione.

Reliqua verbo, Hæredita, 26. Venditor, 17. vsque 21. Hæres, 99.

8 VENDITO seruo, quod post venditionem accessit peculio ex re venditoris, reddendum est venditori, veluti partus, & quod ex operis vicarij perceptum est, l. sed & si, 31. de contrah. emptione.

Vendito fundo, littora, viæ publicæ, vel loca sacra coniuncta illi fundo, cùm in nullius bonis sint, non accedunt venditioni, nisi ab initio conueniat, & tunc à venditore præstanda est cautio. l. littora. 51. eod.

Vendita si fuerit sylua cædua de quinquennio in quinquennium, glans, quæ decidit, si non est actum, cuius sit, dicitur venditoris, si decidit ab arbore non cæsa: sed si cecidit ab arbore cæsa, vt quia eo tempore, quo arbor cædebatur, esset glans in ea, emptoris est, l. pen. §. sylua. eod.

Vendito fundo cedunt in mensura fundi illa, quæ per se vendi possunt, nisi specialiter sit dictum, ne cederent: sed illa, quæ vendi non possunt, veluti viæ publicæ, & limites non cedunt, nisi specialiter dictum sit, l. id, quod, §. fi. de periculo, & commodo.

Vendita re & fructus extantes, siue pendentes videntur venditi. sed pensiones, & cætera, quæ debentur occasione rei, non ex re, debentur venditori, licet cedere teneatur emptori, l. Iulianus, §. si fructibus, de actio. empti.

Venditus si sit fundus fructibus iam maturis, etiam fructus cedunt emptori, nisi aliud dictum sit: sed si fundus locatus sit venditus, pensiones cedunt venditori, licet cedere teneatur emptori. ibid.

Vendito seruo si quid ex operis serui, vel ex vectura iumentorum venditorum, vel nauium quæsitum est, post venditionem illud præstari debet emptori, & quod ex peculio serui accessit: sed non quod ex re venditoris, d. §. si fructibus, & ibi gl. [illegible].

Venditus seruus, quod ante traditionem ex operis venditori præstitit, venditor tenetur illud restituere emptori, nisi dies traditionis ex pacto prorogatus sit, vt ad venditorem operæ pertinerent, d. l. Iulianus, §. si quid seruo, & ibi gl. [illegible].

Vendito fundo, vel domo venit aquæductus, quæ ex castello, vel aliunde [illegible] aqua per canales ad domum, vel fundum, sicut & ea, quæ sunt inserta domui, nisi aliud sit dictum, l. si venditor, 39. §. fi. eod.

Vendita si fuerit insula ita, vt emptori mercedes inquilinorum accedant, illæ tantum mercedes cedunt emptori, quæ debebantur venditori, l. si mercedem, 55. eodem.

Vendito simpliciter fundo dicuntur etiam vendita instrumenta, gl. 4. in l. 2. C. de verb. signific.

Venditus seruus si ex peculio quamdam summam secum abstulit, venditor poterit agere furti & noxali cum emptore: nec conueniri potest stipulatione duplæ nomine euictionis ab emptore: quia venditor tantum tenetur præstare tempore venditionis seruum noxis, & furtis esse solutum: non autem quod posteà non fiet fur, l. 3. de euictio.

Venditus seruus si accesserit post litis contestationem committitur stipulatio de euictione: secus si ante litis contestationem, quo casu potest agi ex empto de dolo contra venditorem, si dolus intercessit, l. si seruus, 21. & ibi gloss. 1. eodem.

Venditus si sit seruus à Titio cum stipulatione duplæ, & sub eadem forma ei tradidi eundem seruum, mortuo Titio, nec hærede relicto, si seruus mihi euincatur, non potest agi de euictione, l. si ei, cui, 41. eod.

Vendita, & tradita si fuerit ancilla prægnans, euicto partu venditor non tenetur de euictione: quia partus non est venditus, l. si prægnans, 42. eod.

Vendita si fuerint pignora per apparitores, prætoris sententiam exequentes, illis euictis non datur in eos actio de euictione. l. si pignora, 50. eod.

Venditus fundus, quem flumen per alluuionem diminuerat, si totus euincatur, stipulatio euictionis non diminuitur, neque ex contrario augetur quantitas euictionis, si res vendita melior effecta euicta sit, l. ex mille, 64. §. si totus. eodem.

Venditi fundi pars si chasmate perierit, deinde totum, quod superest, euincatur, stipulatio euictionis non diminuetur: sed bene actio ex empto, † gl. euictus, & gl. euictionis. ibid.

Vendito grege si quinque pecora perierint, & quod superest euincatur, stipulatio euictionis non diminuitur, † d. gl. euictus, & ibi add. marg.

Vendito fundo mille iugerum, ac integre tradito, si per alluuionem accesserint 200. ac posteà pars quinta totius: id est 200. euicta sit, venditor emptori præstabit quintam partem mille iugerum, ac 200. tantum de illis mille iugerib. euicta essent, d. l. ex mille, §. quod si, & ibi gl. non præstat.

Vendito fundo mille iugerum, ac integre tradito, si perierint 200. iugera, & mox alia 200. accesserint per aliam partem fundi per alluuionem, posteà ut pro indiuiso quinta pars euicta, venditor emptori nomine euictionis non tenetur præstare quartam partem, neque quintam ex mille iugeribus: sed tantum tenetur ad quintam octogintorum, id est [illegible], ac si illa tantum fuissent euicta, & reliqua 40. quæ de vniuerso decesserunt, pro rata nouæ regionis esse intelliguntur, d. l. ex mille, §. quæsitum.

Venditi fundi aliqua pars si pro indiuiso euincatur, agitur pro [illegible] illius loci, d. l. ex mille, §. cæterum.

Reliqua verbo, Partus, 2.3. Venditor, 30. vsque 34.35. Vendens, 19. 20. 21. Euictio, Venditio, 16.

VENDITA si fuerit res ita, vt si displiceat, res sit inempta, dicitur, non esse venditam sub conditione: sed quòd resoluitur emptio sub conditione, l. 3. de contrah. empt.

Vendita res, vel ancilla sub pacto adiectionis in diem, si interciderit, vel decesserit adiectio, non extenditur ad fructus rei, vel ad partum ancillæ, l. 5. de in diem adiectione.

Venditis duobus seruis 20. & in diem adiectus si vnus eorum decesserit, potest alius pro reliquo promittere supra 20. & ita disceditur à priori emptore, & ad secundam peruenitur, l. si ex duobus, 6. eod.

Vendito fundo purè, & in diem adiecto, si alius meliorem conditionem attulerit, ille fundus pignori datus ab emptore desinit esse pignus, d. l. si ex duobus, §. fin.

Vendita re hac lege, vt intra annum emptor venditori rursus teneatur vendere, si eam ab emptore oppigneratam intra annum iuxta pactum reuendat, dissoluitur pignoris obligatio: quia ex primi contractus obligatione reuenditur: secus vbi voluntate emptoris venderetur, gl. 2. & ibi add. marg. ibid.

Vendito fundo purè, & in diem adiecto, & commodum & incommodum ad emptorem pertinet, antequam venditio transferatur: & ideo si interim [illegible] aut etiam aliquid accesserit rei venditæ, quamuis melior conditio allata sit, habet emptor interdictum, quod vi, aut clam: & illud sicut fructus, quos percepit, venditori actione tenetur præstare, & cedere, l. cum, qui. 7. eod.

Vendita re purè, & in diem adiecta tunc receditur à priore emptione, cùm alius verus emptor existit, qui meliorem conditionem afferat: non verò receditur, vbi falsus emptor subiectus est, vel vbi verus emptor existit: sed non affert meliorem conditionem, d. l. cum, qui, §. 1.

Vendita re purè, & in diem adiecta si secundus emptor extitit, qui meliorem conditionem attulit, adhuc poterit prior emptor licitando superare secundam, & afferre meliorem conditionem, & præfertur secundo, & noua emptio contrahitur, & fructus medio tempore percepti sunt venditoris, & non emptoris: sed post adiectionem percepti sunt ipsius emptoris, l. item quod, 9. §. si & ibi gl. fruct. [illegible] gl. fi. eod.

Venditum si sit pignus à creditore sub pacto adiectionis in diem, creditor, qui meliorem conditionem allatam non recipit, non videtur esse in bona fide, nisi secundus emptor offerens meliorem conditionem sit inops, & tantum impediendæ venditionis causa interueniat: quia tunc potest sine periculo priori emptori adiicere, l. sed & si proponatur, 13. eod.

Vendita res, & in diem semel adiecta potest iterùm in diem adiici, si ita est actum inter contrahentes, & quòd possit à secundo emptore res auferri, & dari tertio meliorem conditionem afferenti: secùs si non sit expressum inter contrahentes: quia tunc non potest iterùm adiici, l. quod autem, 14. de in diem adiectione.

Vendita res si fuerit à tribus vno pretio sub pacto adiectionis in diem, si vnus eorum non admiserit adiectionem, & conditionem meliorem quam [illegible]

[illegible]

Venditus

Venditus ſi ſit fundus per partes, in qualibet parte certum pretium conſtituendo, ſi euincatur vna pars, venditor tenetur ex ſtipulatione de euictione, non pro bonitate totius fundi, nec partis euictæ: ſed quanti vendita fuit illa pars, quæ euicta fuit, l. ſi fundo, 53. eod.

Venditus ſeruus ſi poſt annum aufugiat, non poteſt emptor agere redhibitoria, vel quanto minoris, cum illa ſex menſibus, hæc anno concludatur, l. 2. ædilitio edicto.

Reliqua verbo, Seruus, 102. 103. Redhibitoria, Vendens, 14. vſque 19. Venditor, 26. vſque 29.

16 VENDITO vino vno pretio ſine menſura, quod in ſella vinaria eſt, periculum ante deguſtationem pertinet ad emptorem, l. quod ſæpè, 35. §. fi. & ibi glo. in cæteris, de contrahen. emptio.

Vendito vino, frumento, oleo, vel ſimili ad menſuram, periculum ante menſurationem ad venditorem pertinet: ſecùs ſi vendatur oleum, vel frumentum, quod in horreis eſt, vt certum corpus: id eſt ſine menſuratione: quia tunc periculum ſtatim pertinet ad emptorem, ibi. l. 2. C. de periculo, & commod.

Vendito vino ad menſuram periculum etiam ante menſurationem pertinet ad emptorem, ſi per eum ſteterit, quominus fieret menſuratio, gl. appenſa. ibid.

Venditæ rei peremptio facit deſinere rem eſſe integram, l. cùm venditor, de reſcin. venditione.

Vendita res ſi ſit perempta re integra, perinde habetur, ac ſi tradita eſſet, & ideò venditor liberatur, & emptori perit. ibid.

Venditum vinum in ſpecie ſi acuerit, vel aliquid vitij ſuſtinuerit, emptoris eſt periculum: ſicut ſi poſt deguſtationem fuiſſet effuſum, vel vaſis contuſis, vel ex alia cauſa, † l. 1. & ibi gl. 2. & gl. & vſque. de periculo, & commodo.

Vendito vino in ſpecie periculum effuſionis ante deguſtationem pertinet ad emptorem, † gl. magna. ibid.

Vendito vino in ſpecie, periculum acoris, & mucoris, etiam ante deguſtationem pertinet ad emptorem, ſi in deguſtatione nihil ſit præmonitum: ſi verò ſit dictum, & per venditorem ſteterit, quominùs fieret deguſtatio, tunc periculum effuſionis, acoris, vel mucoris pertinet ad venditorem: ſed deguſtatione facta ante menſurationem, periculum ſemper pertinet ad emptorem, d. gl. mag. ad fi. & ibi add. marg. ibid.

Vendito vino in ſpecie periculum effuſionis, vel deteriorationis pertinet ad emptorem, niſi venditor receperit periculum vſque ad certum tempus, vel donec deguſtetur, vnde deguſtatio facit tranſire periculum, d. l. 1.

Vendito vino in genere, etiam poſt deguſtationem vſque ad menſuram pertinet ad venditorem periculum eius, gl. 1. ibid.

Vendito vino periculum, quod venditor ſuſcipit vſque ad deguſtationem, eſt in periculo ipſius venditoris, etiamſi emptor vaſa, & dolia ſigillauerit, d. l. 1. verſ. ſed & ſi, & §. ſi dolium, & ibi gl. 1.

Vendito vino ad menſuram venditor tenetur præſtare cuſtodiam vſque ad diem menſuræ, & interim ſuo perit periculo, d. l. 1. §. ſed & cuſtodiam.

Vendito vino ad menſuram, antequàm menſuretur, videtur quaſi non venditum. ibidem.

17 Vendito vino ad menſuram, poſt menſuram periculum pertinet ad emptorem, & etiam ante menſuram, quando vinum in ſpecie eſt venditum, non ad menſuram: ſed ad dolia, vel ad amphoras, d. l. 1. §. poſt.

Vendita parte vini ex dolio, ſi totum vinum perit, periculum eſt venditoris, gl. magna. ibid.

Vendito vino ad menſuram, periculum ante menſuram pertinet ad venditorem, etiamſi emptor ſignauerit dolia, d. l. 1. & ibi gl. ſed etſi.

Vendito vino ad menſuram ſi intra diem præſtitutum ad menſurandum non menſuretur, poteſt venditor effundere illud facta priùs denunciatione emptori, vt tollat vinum, aut ſciat futurum vt vinum effunderetur, d. l. 1. §. licet.

Vendito vino ad menſuram ſi intra diem ſtatutum tantùm tollatur, poteſt agere venditor contra emptorem, vt tollat, gl. aut ſciat. ibid.

Vendito vino ad menſuram ſi venditor poſt diem ſtatutum ad menſurandum, cùm poſſet effundere, & non effudit, laudandus eſt, & poteſt mercedem doliorum exigere ab emptore, ſi interfuit ipſius dolia eſſe vacua, in quibus vinum fuit, vt quia erat locaturus, vel habuit neceſſe alia conducere, d. l. 1. §. licet.

Venditæ rei periculum pertinet ad emptorem, quando fit venditio purè, & ſine ſcriptis, & certæ ſpeciei, & quæ deguſtationem non exigit, niſi pactum culpa, vel mora aliud inducat, gloſſ. periculum, in l. neceſſario, de periculo, & commodo.

Venditæ rei periculum ante completum, inſtrumentum, non pertinet ad emptorem, quando venditio debet fieri in ſcriptis. ibid.

Venditus ſi ſit ſeruus in genere, licèt omnes ſerui moriantur, nihilominùs tenetur venditor: quia genus perire non poteſt. ibid.

Venditæ rei periculum per pactum quilibet contrahentium poteſt in ſe ſuſcipere. ibidem.

Venditæ rei periculum ad venditorem ſpectat, quando culpa eius præcedit caſum, ibidem.

Vendita re ſi ante traditionem damnum datum eſt in ea extante, tenetur venditor cedere emptori actiones, vel damni infecti, vel aquæ pluuiæ arcendæ, vel legis Aquiliæ, aut interdictum quod vi, aut clam: ſed ſi illa res perit, non datur actio emptori: quia interitu ſpeciei liberatur venditor, l. Iulianus, §. ſi fructibus, de actio. empti.

18 Venditæ rei periculum omne poſt venditionem pertinet ad emptorem: fallit in caſu publicationis: quia tunc pertinet ad venditorem, gl. teneris, in l. ſi fundus, 33. locati.

Venditæ rei periculum confiſcationis ex maleficio venditoris pertinet ad venditorem: ſed ſi ex maleficio emptoris, pertinet ad emptorem, ibid.

Vendito vino ſine menſura, quod in horreis erat poſitum, & clauibus emptori traditis, poſt perfectam venditionem, quod vino mutato damnum accidit, pertinet ad emptorem, l. 2. C. de peric. & comm.

Vendito oleo, frumento, & ſimilib. ad menſuram, antequàm menſuretur, periculum, vel deterioratio ad venditorem pertinet, ſecùs ſi vendatur oleum, & frumentum, quæ in horreis ſunt, vt certum corpus: id eſt ſine menſuratione: quia tunc pertinet periculum ad emptorem, d. l. 2. C. de periculo, & comm.

Vendita res ſi dolo venditoris periit, perit ei, & non emptori, gl. 1. in l. 2. C. de periculo, & commod.

Venditus equus, vel alia ſpecies purè, & non ſub conditione etiam nondum tradito eo, ſi igne ſit conſumptus, periculum incendij pertineat ad emptorem, l. pen. C. de peric. & comm.

Vendito equo, vel alia ſpecie, periculum eius pertinet ad emptorem, niſi culpa, vel mora, vel pactum aliud inducat, vel niſi venditoris vitio illud acciderit, vel à quo prouidere potuerit, gl. fi. ibi. & gl. 1. in §. cùm autem, Inſt. de emptione, & vend.

Vendito equo, vel alia ſpecie ſub conditione, periculum peremptionis ante conditionem pertinet ad venditorem: ſed deteriorationis ad emptorem, glo. pen. ibi in d. l. pen. C. de pericul. & comm.

Vendita ancilla ſi moriatur etiam ante traditionem ſine mora venditoris dilatam, periculum caſus mortis pertinet ad emptorem, non ad venditorem, dummodò non ex præterito, & latenti vitio moriatur, l. fi. C. eod.

Venditi vini in ſpecie, & in quantitate poſteà mutati periculum vt ad emptorem: ita & commodum aucti pretij pertinet, l. ſicut, 12. C. de actio. empt.

Venditæ rei in ſpecie periculum, & commodum, etiam ante traditionem, pertinet ad emptorem, niſi in ea venditor commiſerit dolum, aut culpam, §. cum autem, Inſt. de emptione.

Vendita res ſi pereat ante traditionem publicatione rei, non perit emptori, gl. 1. ibidem.

Vendita ſpecie ſub incertitudine, licet ſit ſpecies, periculum non ſemper ſpectat ad emptorem, veluti vendo Stichum, aut Pamphilum, primus moritur periculo venditoris, & non emptoris. ibid.

Venditæ rei periculum pertinet ad eum, qui vltimam moram fecit, ſiue res peritura eſſet penes emptorem, ſiue non. ibid.

Venditi vini periculum ſpectat [illegible] ſtatim etiam ante deguſtationem pertinet ad emptorem, ſi in ſpecie fuit facta venditio: ſed in aliis, quæ deguſtationem deſiderant, periculum ſpectat ad emptorem poſt deguſtationem, non ante: & hoc quando venditio etiam eſt facta in ſpecie: ſed ſi in genere ſit facta, tunc [illegible] ſo, vt periculum pertineat ad emptorem: ſcilicet deguſtatio, & pondus, vel menſura, ibid.

Vendito vino in menſura periculum ſpectat indiſtinctè ante menſurationem ad venditorem, ibid.

Reliqua verbo, Vinum, 1. 3. Venditio, 17. Venditor, 37.

VENEFICI dicuntur illi, qui occidunt aliquos veneno, gl. 1. in l. 2. C. quorum appellat.

Venefici ſunt, qui artificiis odioſis, putà venenis, ſuſurris, & incantationibus homines occidunt, vel mala medicamenta publicè vendunt, lege Cornelia de ſicariis, capite puniuntur, §. item lex Cornelia, Inſt. de publicis iudiciis.

VENENVM pro medicamento dans, mortis cauſam dicitur præſtitiſſe, & tenetur actione in factum legis Aquiliæ, l. qua actione. §. ſi quis, ad legem Aquiliam.

Venenum dans cauſa occidendi ſerui poteſt conueniri actione iniuriarum ciuiliter, & etiam criminaliter lege Cornelia de ſicariis, l. prætor, 7. §. 1. & ibi glo. occidendi, de iniuriis. l. 1. §. 1. & l. 3. ad leg. Cornel. de ſicariis.

Venenum conficiens, aut dans, aut vendens, vel habens hominis necandi cauſa, tenetur lege Cornelia de ſicariis, d. l. 1. §. 1. & d. l. 3.

Veneni appellatione continetur tam id, quod ad ſanandum, quàm id, quod ad occidendum paratum eſt, & etiam id, quod amatorium appellatur, non tamen venit lege Cornelia, niſi id, quod hominis necandi cauſam habet, d. l. 3. § adiectio.

Venenum emens vt patri daret, quamuis non potuerit dare, nihilominùs tamen tenetur lege Pompeia de parricidiis, l. 1. in fi. ad legem Pomp. de parricid.

Venenum dans filio, vt patri daret, tenetur lege Cornelia de ſicariis, gl. 1. in l. 2 eodem.

Veneni nomine continetur omne, quod adhibitum mutat naturam eius, cui adhibitum eſt, l. qui venenum, 236. de verb. ſig.

Veneni nomine apud Græcos continentur tam medicamenta, quæ proſunt, quàm illa, quæ nocent. ibid.

Venenum dicens debet dicere an bonum, vel malum ſit: nam & medicamenta venena ſunt, vnde adiectione nominis boni, vel mali diſtinctio eſt. ibid.

Veneno occidere hominem atrocius eſt, quàm occidere gladio, & punitur lege Cornelia de ſicariis, l. 1. & ibi gl. 1. C. de maleficis, & gl. venefici, in §. item lex Cornelia. Inſt. de publicis iudiciis.

Venenarij, qui venena conficiunt, capite puniendi ſunt: aut ſi fuerint alicuius dignitatis, deportandi erunt, l. capitalium, §. venenarij, de pœnis.

Reliqua verbo, Medicamentum, Lex, 28. Pigmentarij, Venefici, Frater, 1.

VENETI contra ius ſolent ſeruare, quòd creditor accipiens pignus non idoneum ſibi præiudicet in reſiduo, in quo pignus non ſufficit, gl. 1. in l. creditor, ſi certum pet. & gl. 1. in l. 1. C. de pignorib.

Veneti non ſolent mutuare pecuniam ſub pignore, quod ſit minoris pretij mutuata quantitate, gl. ii. in l. ſi pro mutuata, 8. C. ſi certum petatur.

VENIA datur in illis tantùm caſibus, in quibus expreſsè dicitur, & non in aliis, gl. imperatoria, in l. ſi quis legatum, §. fi. de falſis.

Veniæ facilitas tribuit incentiuum delinquendi, gloſſ. facilia, §. quod ſi quis, in auth. vt hi, qui obligatas ſe habet. coll. 6.

Veniæ poſtulatio, vt patronus vocetur in ius, non debet fieri in perſonis, quæ in ius vocari non poſſunt, quæ enumerantur in l. 2. de in ius vocando, neque ob id vocans eas perſonas in ius ſine venia, incidit in edicti pœnam: quia illæ perſonæ non continentur in edicto: punitur tamen arbitrio iudicis, gl. cum id impetraſſet, in §. pœnales. Inſt. de actio.

Veniæ petitio, quæ à liberto debet fieri, vt patronum in ius vocet, etiam hodie debet fieri: quia etiam hodie reſeruantur iura patronis, maximè obſequialia, quæ natura debentur. ibid.

Reliqua verbo, Minor, 46. Ætas.

VENIRE in ius compellendi non ſunt occupati circa rem ruſticam, l. 2. de feriis.

Verbis testatoris non est recedendum, nisi appareat testatorem aliud sensisse, glo.proponerentur,in l.vxori,32.§.vxori,eod.gloss.1.in add. marg.in l.si hæres iussus,76.de legat.1.

Verba à testatore prolata debent intelligi,vt aliquid operentur, ne aliàs dispositio reddatur inutilis,l.generali,32.§.1.de vsufructu legato.

Verba testatoris dubia possunt in qualibet parte testamenti ad inquirendam mentem testatoris declarari,l.prædia,§.fi.in add.marg. de fundo instructo.

Verbi significationem quando testator voluit diminuere, vt quia posuit verbum plura significans:pauciora tamen voluit significare,statur testatoris voluntati:quod fallit quandoque.Si verò voluit augere per ea, de quibus dubitari potest;an sint in alio genere,vel quæ eisdem verbis prima facie contineri videntur,tunc stabitur eius voluntati : si verò certum sit ea esse in alio genere,non augebitur,gl.ex communi,in l.Labeo,de penu legata.

Verbi significationem quando testator noluit augere, vel diminuere:sed appellatiuum nomen incongruens ei,de quo sensit expressit:sed congruens alij : si omnino est remota,& extranea significatio apposita ab eo,quod voluit, vt si sensit de auro,& dixit de lapide,& nihil debetur:si verò sententia potest aptari quoquomodo ; quod sæpè per consuetudinem apparet, vel per vnicam essentiam,& materiam,secus est,ibidem.

Verba testatoris in dubio debent intelligi ita,quòd non sit in constitutione peccatum,l.Plautius,de auro, & argento.

Verba testatoris latè dicta restringuntur propter eius mentem, quæ talis præsumitur,l.Titia,40.§.1.& ibi gl.ex his,eodem.

Verba testatoris in testamento apposita an intelligantur apposita nomine pœnæ,vel conditionis, aut translationis, ex voluntate testatoris apparet, l.2.de his, quæ pœnæ.

Verba in testamentis pleniùs,quàm in stipulationibus exponuntur, glo.1.in l.si hæres iussus,76.de legat.1.

Reliqua verbo,Voluntas,num.5.vsque 10.Testator,6.7.

18 VERBA enunciatiua prolata ad liberandum,dispositionem inducunt,l.tale pactum, de pactis.

Verba enunciatiua emissa propter aliud,dispositionem non inducunt,l.epistola, eodem.

Verba enunciatiua confessionis emissa principaliter propter se, disponunt non solùm circa transferentem possessionem in emptorem:sed etiam circa dominium:& sic tantum est dicere,confiteor me nomine emptoris possidere,quantum dicere,constituo me possidere nomine emptoris,glo.fin.in l.ab emptione, eodem.

Verba enunciatiua prolata per modum causæ, dispositionem inducunt iure exceptionis,† l.emptor,65.§.fi.& ibi gl.fi.& add.marg. de rei vend.

Verba per modum conditionis prolata, inducunt dispositionem, quando dispositio est sibi annexa,aliàs non sortiretur effectum,l.Proculus, 23. de vsufructu.

Verba enunciatiua propter aliud emissa non habent vim irreuocabilis confessionis,l.qui familiæ,38.familiæ ercisc.

Verba enunciatiua à testatore prolata non præiudicant creditoribus hæreditariis,l.Seia,28.ad Velleian.

Verba enunciatiua non inducunt obligationem in contractibus: sed probationem,l.Publia, §.fi.depositi.

Verba prolata causa iactantiæ non inducunt dispositionem,l.fi.de testam.

Verba enunciatiua conditionaliter in testamento prolata non inducunt dispositionem, l. ex facto, 19. & ibi addit.marg.de hæred.instit.

Verba enunciatiua,quæ erant in actu odioso,dispositionem inducunt, l.qui volebat,61.de hæred.instit.

Verba enunciatiua legatorum de præterito,non inducunt dispositionem de præsenti,gl.1.in l.si ita legatum sit,68.de legat.1.

Verba enunciatiua de futuro emissa propter aliud, vel enunciatiua de præterito sine expressione rei,dispositionem non inducunt, l.Titia, 35.& ibi gloss.speciem,de legat.2.

Verba enunciatiua propter aliud,etiam expressa specie,vel quantitate,conditionem inducunt:sed enunciatiua de præterito expressa re, vel quantitate, non conditionem:sed dispositionem inducunt,glo.speciem, & gl.neque legatum, ibi & gl.ostendere,in d.l.Titia,§.Caius.

Verba enunciatiua dispositionem non inducunt vltra verborum significationem,d.§.Caius.

Verba enunciatiua inducunt probationem eorum,quæ in testamento gesta sunt, l.cùm proponebatur,66.de legat.2.

Verba enunciatiua sufficiunt ad fideicommissum: non tamen fideicommissum validari potest ex sola coniectura,d.l.cùm proponebatur,in add.marg.

Verba enunciatiua futuri euentus ad grauatum directa, fideicommissum inducunt,l.vnum ex familia,66.§.fin.eod.

Verba enunciatiua ad grauatum directa,inducunt dispositionem, l. Pamphilo, 37.de legat.3.

Verba enunciatiua futuri euentus non inducunt dispositionem,l.Iulianus,66.§. 1. eodem.

Verba enunciatiua commemoratiua alicuius modi præcedentis restringuntur ad illud,l.Lucius Titius,78.§.filiam, ad Trebel.

Verba enunciatiua per modum conditionis prolata, exceptionem inducunt, l. pen.de collatione dotis.

19 Verba enunciatiua in vltimis voluntatibus dispositionem inducunt,tex.expressus,in l.ex hac scriptura, 16.de donatio.

Verba hæc enunciatiua testatoris, sciant hæredes mei me vestem meam liberto viuum donasse,inducunt fideicommissum, vel legatum, & non donationem causa mortis,& sapiunt etiam naturam contractus inter viuos, † gloss. pertinere,ibidem.

Verba futuri temporis,quæ conditionem faciunt, nõ inducunt dispositioné,ibi.

Verba enunciatiua quando proferuntur propter aliud demonstrando,dispositionem non inducunt,d.gl.pertinere,vers.item contra.

per Verba enunciatiua non datur seruo libertas,gloss. voluntas,in l. si priuatus, qui,& à quib.

Verba enunciatiua in modum causæ prolata inducunt exceptionem,& sic dispositionem ex coniecturata mente testatoris,l.fi.§.1.& ibi add.mar.de doli mali exceptio.

Verba enunciatiua per errorem emissa, siue principaliter propter se, siue propter aliud,non inducunt dispositionem, etiam fauore libertatis, l.cùm testamentum,l.non idcircò,C.de iuris,& facti igno.

Verbis enunciatiuis testatoris non statur, neque creditur, si contrarium appareat,l.scriptura,10.C.communia vtriusque.

Verbis enunciatiuis testatoris non statur,& creditur,si testator iurauerit,gl.2.ib.

Verbis dispositiuis testatoris stari debet:sed non enunciatiuis,ibid.

Verba enunciatiua in vltima voluntate emissa à defuncto ad commodum hæredis,non prosunt,l.rationes,6.C.de probatio.

Verba enunciatiua testatoris dispositionem non inducunt,l.1.& ibi glo.fi.C.arbitrium tutelæ.

Verba enunciatiua principaliter propter aliud prolata à pagano non inducunt dispositionem : prolata à milite inducunt concurrente fauore libertatis, nisi probetur error,l.ex his,7.C.de testam. militis.

Verba enunciatiua testatoris non inducunt dispositionem in præiudicium eorum,quos testator grauare non poterat,l.verba,6.C.de testam.

Verba enunciatiua principaliter in vltima voluntate propter se emissa dispositionem inducunt,nisi probentur emissa à testatore per errorem,l.1.C.de falsa causa adiecta.

Verba enunciatiua in contractibus apposita probant inter contrahentes, donec contrarium probetur,l.pen.C.de contrahend.stipulat.

Verba enunciatiua licèt non inducant dispositionem,& in contractibus prolata non sint obligatoria : tamen fallit hoc, quando bina confessio emanauit vna post aliam,l.cùm scimus,vers.sin autem,C.de agricol.& censit.lib.11.

Reliqua verbo,Enunciatiua,Legatum,82.

VERBA, si non soluerit,vel non fecerit, intelliguntur:id est si in mora faciendi,vel soluendi fuerit,l.si duo,§.fi.de constit.pecu. 20

Verba secundum mandatum promissi non inducunt conditionem: sed promittens tenetur simpliciter,l.eum,qui,§.Iulianus,eod.

Verba, bene credes Titio, vel, periculo meo crede,obligant proferentem mandati actione,l.si verò non,§.si quis mandauerit, mandati.

Verbum,per se,significat personaliter, & non, per alium, l.2.§.quod si in patris, soluto matrim.

Verba,si non valet iure testamenti,valeat meliori modo,quo potest,important, vt debeantur legata,& fideicommissa in minus perfecto testamento relicta à venientibus ab intestato, imò & tota hæreditas restituenda venit institutio in tali testamento imperfecto, l. ex ea scriptura, §. final. & ibi glossa fin. de testament.

Verba,quisquis mihi hæres erit,intelliguntur de his,qui immediatè sunt hæredes, ex testamento ; non autem medio alterius, l. qui liberis, 8.§. hæc verba, de vulgari.

Verba hæc, quisquis mihi hæres erit, extenduntur ad successores ab intestato, 21 quando à testatore proferuntur in codicillis nullo facto testamento : secùs quando testamentum validum factum est : quia tunc referuntur tantùm ad hæredes scriptos in testamento, vt fit in pupillari substitutione, † l. si quis cùm testamentum,& ibi gl.peruentura, de iure codicill.

Verba hæc,lego Stichum, qui meus erit, faciunt non solùm demonstrationem: sed etiam conditionem:sed verba,Stichum, qui meus est, faciunt demonstrationem,& non conditionem,l.Stichum,6.& ibi gl.magis,de legat.1.

Verba,hoc amplius,inducunt repetitionem,per quam præcedentia legata inualida ex defectu voluntatis confirmantur:secus est in adiectione,quæ fit ad dilationem concedendam,l.legata inutiliter,9.de leg.1.

Verba,ipso iure,quandoque interpretantur:id est æquissimo iure,gl.ipso iure,in l.si fundum,83.§.qui fundum,de legat.1.

Verba hæc,vobis,vel alteri vestrum,intelliguntur,si omnes non supersunt, d.l.si fundum,§.his verbis,eod.

Verba hæc, lego vni hæredum talem rem à se ipso, habent quinque expositiones:duas malas,& tres bonas,gl.non sic,in l.Titia,35.§.Lucius, de legat.2.

Verba hæc,cùm in suam peruenerit tutelam, diuersimodè intelliguntur, inspecta conditione proferentis,& eius,de quo proferuntur,l.cum filiofam. 48.de legat.3.

Verba hæc, cùm in suam peruenerit tutelam,plerunque significant pubertatem, 2 nisi appareat testatorem aliud sensisse : quando tamen significant propriam potestatem : id est cùm sui iuris efficietur, vt cùm ita legatur, filiofamil. puberi, & maiori 25. annorum, cùm in suam peruenerit tutelam : quandoque significant pubertatem,& propriam potestatem : id est quòd sui iuris efficiatur,vt cùm mater odiens patrem filiofamil. impuberi ita legauit,cùm in suam peruenerit tutelam,quando significant ætatem 25.ann. cùm adulto patrefamil. ita legatur, quandoque significant ætatem, etiam vltra 25. ann.vt cùm furioso,& filiofam.maiori ita legatur,l.cùm filiofam.48.& ibi glo. sensisse,de legat. 3.

Verba,hoc amplius,præcedentium repetitionem inducunt:secùs si sine illo articulo,hoc,diceretur,l.si tibi purè,52.& ibi gl.huiuscemodi, eod.

Verba,hoc amplius lego,inducunt dationem legati,l.fi.§.1.de auro, & argento.

Verba,si non dederit,intelliguntur:id est dare non debuerit,l.3.§.1. & ibi glo.si non dederit, de adimendis legatis.

Verbum,eo amplius,non est solùm repetitiuum legati:sed etiam conditionis est præambulum,l.libertis,107.de conditio. & demonstr.

Verba,si sine liberis decesserit, intelligi debent de his, quos rogatus habere potest,l.hæredib.77.§.fi.ad Trebel.

Verba,cùm morietur,interpretatur : id est cùm est in actu moriendi,& sic in vita,gl.conferre,in l.1.§.si emancipato, de collatio.

Verba hæc,ita vt, faciunt modum, & potest quis compelli ad modum implendum,l.libertas,16.§.hac scriptura,& ibi gl.ita vt,de manumiss. testam.

Verba hæc,dolum malum abesse, licèt sint affirmatiuè prolata : tamen sunt priuatiua:scilicet doli,& dicuntur habere negationem,l.inter stipulantem,82.de verbor.obligat.

Verbum

re in emendis vnguentis luxuriȩ cauſa,vel ad turpes ſumptus ſubminiſtrauit, ibidem.

Verſum in rem domini,vt dicatur, non inſpicitur, quod conſumptum ſit, bono domini accedat,ſed ſufficit quod in negotium domini conſumptum ſit,ibid.

Verſum in rem domini dicitur,quando ſeruus comparauit frumentum ad alendam familiam domini,& illud repoſitum in horreo dominico periit,vel corruptum ſit,d.l.quòd ſi, §.vnde rectè.

Verſum in rē domini,vt dicatur aliquid,ſufficit, quod vtiliter ſit cœptum:licet poſteà per caſum fortuitum non ſit verſum , ſecùs ſi alio modo non ſit verſum,gloſſ.videri, ibidem.

Verſum in rem domini dicitur,quando quis ſeruum neceſſarium domino emit, etiam ſi is deceſſerit,vel inſulam fulſit,& illa poſteà ruit,d.l.quòd ſi ſeruus, §. ſed etſi.

Verſum in rem domini non videtur , quod mutuo accepit ſeruus , quaſi in rem domini verſurus,& non vertit in rem,& ſic creditorem decepit, quod eſt verum,etiam ſi ſeruus ſit ſolitus vertere in rem domini,ibid.

Verſum in rem domini non dicitur illud,quod ſeruus etiam ſolitus vertere alia mente,quam vertendi in rem domini mutuo accepit, vel animo vertendi accepit:ſed poſteà alio vertit:ſecùs ſi caſu periit, ibidem.

Verſum in rem domini dicitur,quando ſeruus pecuniam ſibi mutuatam non ſolùm immediatè in rem domini vertit : ſed etiam quando primò in res peculiares, deinde in rem dominicam vetterit, ita quòd gerens rem domini animo eum obligandi ſibi , ex nummis peculiaribus locupletiorem fecerit , l. ſi res,§.fin.eodem.

Verſum in rem domini dicitur, ſi ſeruus pecuniam mutuo accepit , & in dotem nomine filiæ domini ſui dedit,& l.nihil,eodem.

Verſum in rem patris dicitur , ſi filius fideiuſſit , pro patre,& ſoluerit creditori, cùm ipſum patrem liberauerit,l.ſi pro patre,eodem.

Verſum in rem domini dicitur prout aliquid verſum eſt , & ideò ſi pars verſa eſt : pro ea tantum parte dabitur actio de in rem verſo, dict. l. ſi pro patre,§. in rem.

Verſum in rem dicitur,ſi durat verſum,d.l.ſi pro patre,§.verſum.

Verſum in vtilitatem accipientis mutuum intelligitur ſiue à principio vertat alendo familiam,vel ſoluendo eius creditori,ſiue ex poſtfacto,gloſſ.profecerunt,in §.ſi verò quis,in authen.de alienatione,& emphyteoſ.collat.9.§.præterea,Inſtit.quod cum eo,qui in aliena.

Reliqua verbo, Actio,238.vſque 241.Procurator,63.64.55.Pecunia,5.6.

VERTICES dicebantur illi , qui erant quaſi capitanei legum prudentum , & Iuriſconſultorum,gl.id eſt vertices,in l.ſcire,§.aliud, de excuſat.tutor.

VERVM plus valet, quàm ſimulatum, l. ſi non ſingulis , Cod. ſi certum petatur.

pro,Vero ponitur quandoque,quod eſt falſum, vt quando quis poſſidet pro hærede, credens ſe hæredem, & non eſt , gloſſa 1. in l. pro hærede , de petitione hæredit.

VESANVS dicitur,qui ſine ſanitate eſt,l.malum,242.§.viduam, de verborum ſignifi.& gloſſ.veſanos,in l. .C.de ſumma Trinitate.

VESPERTILIO dicitur ille,qui non videt in ſero,gloſ.veſpertilionem , in l.qui decem,72.§.pen. de ſolutio.

VESPILLO dicitur latro, quaſi ſpolians vir:vel dicitur ille , qui portat feretrum regium ad ſepeliendum : vel dicitur ille,qui nec mane , nec ſerò videt, gloſſ.fin.in l.ſed ſciendum, 7.ad Trebel.

Veſpillo dicitur vilis cadauerum funerator, qui veſpertino tempore eos efferre ſolebat,qui funebri pompa duci propter inopiam non poterant, dict.gloſſ.fi. in add.marg.

VESTIBVLVM commune eſt locus ante oſtia vtriuſque domus , per quem aditum domini vtriuſque domus habent,& tecto coopertus erat,gl.de veſtibulo,in l.arbor,§.de veſtibulo, communi diuidundo.

Veſtibulum quamuis extra ianuam domus ſit:ȩdib.tamen aſcribitur,membrúmque earum exiſtimatur,gloſſ.veſtibulo,in add.marg.ibidem.

Reliqua verbo, Porticus.

VESTIMENTVM ſi dapifero,vel pediſſequæ dedit dominus,vel domina,vt in ſuo ſeruitio vteretur eo : veluti cùm ſequeretur eum,vel eam, vel cœnanti miniſtraret , poteſt dominus , vel domina veſtimentum retinere , quando pediſſequa , vel dapifer repulſus fuerit , gloſſa final. in l. veſtimentum, 26.de peculio.

Veſtimenta,quæ maritus viuens vxori tradidit,vt ornatior prodeat, non intelliguntur donata,neque morte viri donatio eorum videtur confirmata, d.glo. fin.in additione.

Veſtimenta ſeruanda data balneatori ſi perierunt , balneator ſi nullam mercedem ob id accepit,tenetur depoſiti,& dolum tantum debet præſtare:ſed ſi accepit mercedem,tenetur ex conducto etiam de leui culpa,l.1.§.ſi veſtimenta, & ibi glo.dumtaxat,depoſiti.

Veſtimenta aliena findens,vel inquinans tenetur lege Aquilia,quaſi ruperit, l.ſi ſeruus,27.§. cum eo planè,ad legem Aquil.

Veſtimenta ſufficientia dicuntur ſecundum ordinem, conditionem, & dignitatem eorum, qui veſtiri debent , l. ſed & ſi quid , 19. & ibi additione margin. de vſufructu.

Veſtimenta gratis ſarcienda , poliendáque ſi quis ſuſceperit , mandati dicitur obligatio:ſi verò mercede data,aut conſtituta locatio eſt : ſed ſi neque gratis, neque mercede data, neque conſtituta ſuſcepit : ſed tantùm eo animo ſuſcepit,vt poſtea tantum mercedis nomine daretur,quantum inter eos fuiſſet ſtatutum,datur actio in factum præſcriptis verbis,l.ſi tibi polienda, 24.de præſcriptis verb.

Veſtimenti appellatione continetur id,quod detextum eſt : id eſt remotum eſt à texendo,ſiue ſit inciſum à globo , vel tela,ſiue non, l. veſtimentum, 34.& ibi gloſſ.1.de auro,& argento.

Veſtimentorum appellatione continentur omnia veſtimenta lanea , lineáque, vel ſerica , vel bombycina , quæ induendi , præcingendi , amiciendi , inſternendi , iniiciendi , accubandíve cauſa parata ſunt , & quæ his vice acceſſionis cedunt , vt ſunt inſitæ picturæ , & claui , qui veſtibus inſuuntur , l. veſtis,25.eodem.

Veſtimentorum appellatione non continetur pannus , qui ſit ad vendendum, & non ad vſum legantis,gloſſ.1.in add.ibidem.

Veſtimenta omnia aut ſunt virilia, aut puerilia , aut muliebria , communia, aut familiaria,d.l.veſtis,§.veſtimenta.

Veſtimenta virilia ſunt,quæ ipſius patrisfam.cauſa parata ſunt , veluti togæ , & tunicæ,palliola,veſtimenta,ſtragula,amphitapa,& ſaga,& reliqua his ſimilia, ibidem.

Veſtimenta puerilia ſunt , quæ ad nullum alium vſum pertinent , niſi ad puerilem,veluti togæ prætextæ,aliculæ,chlamydes,& pallia,quæ filiis ſuis patresfam.comparant,ibidem.

Veſtimenta muliebria ſunt,quæ matrisfamil.cauſa parata ſunt , quibus vir non facilè vti poteſt ſine vituperatione,veluti ſtolæ,pallæ,tunicæ,capitia,zonæ,& mitræ,quæ magis capitis tegendi,quàm ornandi cauſa ſunt comparata, item plagulæ,& penulæ,ibidem.

Veſtimenta communia ſunt , quibus promiſcuè ſine reprehenſione vtitur mulier,vel vir,d.l.veſtis, §.penult.

Veſtimenta familiaria dicuntur, quæ ad familiam veſtienda parata ſunt , veluti ſaga , tunicæ , lintea , veſtimenta , ſtragula , & cætera ſimilia, dict. l. veſtis, §. final.

Veſtimentum factum ex lana facientis eſt:tenetur tamen domino lanæ actione in factam ad pretium,l.ſed & ſi ex meis,26.& ibi gloſſa 2.de acquiren.rerum dominio.

Veſtimenta ſcindere , & lacerare non eſt corpori iniuriam inferre ,ita vt ex ea iniuriarum agi poſſit ex capite legis Corneliæ de iniuriis , l. ſed eſt quæſtionis,9.in add.marg.de iniuriis.

Veſtimentum verſutum eſt,cum id, quod debet eſſe extra, ponitur intus , quod etiam dicitur hirſutum,glo.fin in l.ita nobis,28.C.de adulteriis.

VESTIS appellatione non continetur veſtis nondum detexta , l. liberorum, 50.§.ſed nec capti,de legat.3.

Veſtes datas pediſſequis,& ſeruitorib. poſſunt domini eis recedentibus auferre, † gloſſ.compenſaturum,in l.pen.§.1.ſoluto matrim.

Veſtis,& veſtimentum idem ſunt,& nihil refert an veſtis,an veſtimentum legetur,l.veſtis,25.de auro, & argento.

Veſte legata non continetur ſtamen , neque ſubtegmen , l. veſtimentum , 24. eodem.

Veſtis etiam ex pellibus caprinis , vel agninis conſtat , cùm tunicam , & ſtragulam pelliceam nonnulli habeant , l. veſtis , 25. §. final. cum l. ſequentib. eodem.

Veſtibus pelliceis , vel pellibus animalium quædam nationes teguntur , & veſtiuntur,vt ſunt Sarmatæ,l.argumento,27.eodem.

Veſtis appellatione continentur coactilia:id eſt veſtes,quæ cogunt propter ſtricturam,vt in Hiſpania,item tegmenta,& coopertura ſellarum,d.l.argumento,& ibi gloſſ. 1.

Veſtis appellatione non continentur fibulæ metallorum , ad ornandum pectus, vel collum paratæ,nec ſtragulæ,nec babilonicæ,quæ equis inſterni ſolent,d.l. argumento,& ibi gloſſ.fibulæ.

Veſtis appellatione continentur tapeta , quæ inſterni , aut iniici ſolent, ibidem.

Veſtis appellatione continentur faſciæ crinales,& crurales, vt caligæ laneæ, vel lineæ,& pilea ad tegendum caput:ſed non pelles odonum:id eſt camellorum: quia vſum calceamentorum præſtant, ibidem.

Veſtis nomine continentur veſtimenta ceruicalia, ibidem.

Veſtem ſuam legans intelligitur ſenſiſſe de veſte, quam ipſe in vſus ſuos habuit, d.l.argumento, §.ſi quis.

Veſtis nomine continentur culcitræ,& pelles caprinæ,& agninæ,ibidem.

Veſtis muliebris legato continetur veſtis infantilis, & puellarum , & virginum, ibidem.

Veſtes pretioſæ traditæ vxori ſoluto matrimonio non cenſentur donatæ , & ſic hæredibus mariti ſunt reſtituendæ,l.mortis,54.de donat.inter vir.

Veſtis potiùs , quàm ornamentorum nomine habentur illa , quæ nomine veſtimentorum ſunt reperta,vel empta , licèt ſint magis ornatus , quàm quo corpus tegatur,l.quamuis,28.de auro, & argento.

Veſte legata intelligitur legata illa, de qua teſtator ſenſit, quod præſumitur de illa,qua ſolitus fuit teſtator vti, licèt illa conueniens eſſet etiam mulieribus, l.inter veſtem,35.eodem.

Veſtis muliebris,vel virilis non genere,vel ſubſtantia:ſed vſu,& deſtinatione diſtinguitur:ſicut fundus,glo.fin.ibidem.

Veſtis virilis de muliebri,vel econtrà,ex conſtitutione animi,& vſu fit,gloſſ.penultim.ibidem.

Veſtem ſuam , quæ muliebris ſit, promittens tenetur etiam ad veſtem muliebrem , qua vti ſolitus erat , l. ſi mihi , & Titio , 110. §. final. de verborum obligatione.

Veſtes lugubres , & aptas ad funus tam famuli defuncti , quàm hæredes debent portare,gl.fi.in l.ſi ex re, 28.fin. de ſtipul.ſeruorum.

Veſtes lugubres coëmere debent hæredes vxori defuncti,d. gloſſ.fin.in additio. margin.

Veſtem ſordidam , & nigram in publico habere , aut capillum ſubmittere rei accuſati nomine in ſignum triſtitiæ , & cauſa inferendæ iniuriæ ipſi accuſato , nullus poteſt , niſi ſit affinitate coniunctus , ita vt inuitus in reum teſtimonium dicere cogi non poſſit , l. veſtem ſordidam,trigeſimo nono, de iniuriis.

Veſtes captæ ab hoſtibus , etiam ſi recuperentur poſtliminio , non reſtituuntur priorib.dominis,l.3. de captiuis.

Veſtis appellatione indiſtinctè prolatæ tam virilis, quàm muliebris , & ſcenica, etiam ſi tragœdica,aut citharœdica ſit,continetur,l.veſtis, 127. de verborum ſignificat.

Veſte alicuius ſi quis vtatur in eius contemptum , tenetur ei actione iniuriarum , gloſſa monachi , in §. finali , in authentic. de ſanctiſſi. epiſcopis,colum.9.

rum:sed non extat memoria:non tamen est publica: aliàs si extat memoria, tunc habet naturam priuatæ;non tamen est prorsus priuata,gloss.publicas,in d.l.2.§.priuatæ.

Viarum vrbanarum cura pertinet ad magistratum:nam si viæ publicæ commeatus exemptus sit in totũ,vel via coarctata in parte propter alicuius ędificium ita,quod ire non potest,interueniunt magistratus,d.l.2.§.hoc interdictum,& ibi gloss.exemptus.

Via dicitur fieri deterior, quando vsus eius, ad commodum corrumpitur, hoc est ad eundum, vel agendum, vt cùm plana fuerit, fiat cliuosa, vel ex molli aspera, aut ex latiori angustior, aut ex sicca palustris, d.l.2.§.deteriorem.

Viam aperire,est ad veterem latitudinem,altitudinémque restituere, l.1.de via publica,itineréque refici.

Viam purgare refectionis portio est,ibid.

Viam purgare propriè est ad libramentum proprium: id est ad æqualitatem redigere sublato eo,quod superest, ibid.

Viam reficere dicitur is,qui aperit,& qui purgat, & omnes omnino, qui pristinum statum reducunt,ibid.

Viam deteriorem facere sub specie refectionis prohibetur absque pœna, propter quod neque latiorem, neque longiorem, neque altiorem, neque humiliorem viam sub nomine refectionis potest facere, qui interdictum probauit, neque in viam terrenam glaream iniicere, aut sternere viam lapide, quæ terrena sit, vel econtrariò de strata facere terrenam, ibidem.

in Viis rixari non debent permittere ædiles curules,l.ædiles, §.fi.eodem.

in Via non licet proiicere stercora,neque morticinia,neque coria iacere,ibid.

per Viam securam debens ire ad custodiendum castra, si iuit per magis curtam, & minus securam,pro admissi delicti qualitate debet seuerissimè puniri, glo. fin.in l.eos,qui,27.§.fi.de falsis.

Viarum, & portus,& publici aggeris munitio debet fieri expensis pro quantitate patrimonij possessoris,& non per capita, l.fin.C.de immunit.nemini conced.lib.10.

Via,& strata diuersa sunt,l.pen.C.de priuileg.domus Augustæ, lib.11.

Via est ius agendi,& eundi,& ambulandi hominis,in principio, Institut.de seruit.rusti.

Via continet in se iter,& actum,ibidem.

Via differt ab actu:quia habens viam potest trahere lapidem, & trabem, & ferre hastam, dummodò ciuiliter gerat, nec deuastet fructus: quæ non permittuntur habenti actum: item viæ latitudo certa est octo pedum in directum, in angulis sexdecim, nisi maiorem, vel minorem placuerit constituentibus designare quod non est in actu, gloss. continet, & ibi additio. ibidem.

Viarum quædam publicæ, quædam priuatæ, quædam vicinales sunt, l.2.§.viarum,ne quid in loco publico.

Viæ publicæ dicuntur illæ, quas Græci basilicas: id est regias appellant; nostri verò prætorias,consulares,vel militares appellant,dict.§.viarum, & ibi glossa quas.

Viæ priuatæ dicuntur illæ, quas agrarias: quia ab agro debentur,dicimus, d.§. viarum.

Via publica dicitur, cuius etiam solum est publicum, dict. l. 2. §. viam publicam.

Via priuata differt à publica: quia viæ priuatæ solum alienum est: ius tamen eundi,vel agendi nobis competit:sed viæ publicæ solum publicum est,& certæ latitudinis,& fiunt ab eo,qui ius publicandi de prædiis hominum habuit, vt est princeps,vel Senatus, & etiam quælibet ciuitas, vt ea publicè iretur, & commearetur,d.§.viam,& ibi gl.habuit.

Viæ publicæ à viis vicinalibus differunt: nam viæ publicæ exitum ad mare, aut in vrbem,aut in flumina publica,aut ad aliam viam militarem,siue publicam habent:sed vicinalium viarum conditio dissimilis est:nam pars earum in vias publicas exitum habent,pars sine vllo exitu intermoriuntur, l.fin.de locis,& itiner.publicis.

in Via publica,vel in itinere publico facere,vel immittere aliquid, quod ea via, vel iter deterius fiat, prohibitum est, l. 2. §. ait prætor, ne quid in loco publico.

Viæ priuatæ dupliciter accipi possunt,vel illæ,quæ sunt in agris quibus imposita est seruitus,ita,vt ad agrum alterius ducant;vel illæ, quæ ad agros ducunt, per quas omnibus,etiam non habentibus ibi prædia commeare licet,in quas exitur de via consulari, & sic post illam consularem excipit via, vel iter, vel actus ad villam ducens, d.l.2.§.priuatæ.

Viæ priuatæ, quæ post consularem excipiunt in villas, vel in alias colonias ducentes, publicæ quoque dicuntur, si memoriam hominum excedunt, etiam si priuatorum collatione reficiantur, dict. §. priuatæ, & ibi glossa publicas.

5 supra Viam publicam non licet facere pontem,glo.tenére,in l.2.§.tractatum,ne quid in loco publico.

in Viam publicam immittens cloacam siue superponendo, siue faciendo decurrere, cùm infra dumum sit ita, quod per cloacam minus habilis via fiat, tenetur interdicto ne quid in viis publicis fiat,dict.l.2. si quis cloacam, eodem.

in Via publica si quis fecit aliquid,& factum habeat, quo ea via deterior fit, tenetur ad destruendum suis sumptibus: sed qui fecit, & factum non habet,tenetur ad impensam:sed qui habet,& non fecit, tenetur ad patientiam,gl.non is tenetur,in d.l.2.§.prætor ait,& §.penult.

in Via publica dicitur ille habere opus, quo via publica deterior fit, qui vtitur, & iure possessionis fruitur, siue ipse opus fecit, siue ex causa emptionis, vel conductionis,vel legato, vel hæreditate, vel alio modo acquisiuit, dict. l. 2. §.habere.

Viam publicam si vicinus meus corruperit opere, quamuis opus, quod fecit, tam mihi,quàm sibi sit vtile,non teneor ego interdicto ne quid in via publica factum habeatur, quo deterior via sit, si vicinus fundi sui causa id fecit: sed si communiter id opus fieri curauimus, vterque nostrum tenetur eo interdicto,d.l.2.§.idem Labeo.

in Via publica nemini licet monumentum extruere, l. 2.de locis, & itineribus publicis.

Viam publicam, aut iter publicum si quis clauserit, cuilibet permittitur agere interdicto de locis,& itineribus publicis, vt restituatur in pristinum statum, l.1.& ibi gloss.eodem.

Viam publicam,vel iter publicum reficere,vel aperire licitum est alicui,dum ea via,aut iter deterius non fiat: & si quis vim facit ei,tenetur interdicto ne vis fiat ei, qui volet aperire, vel reficere viam, l. 1. de via publica, itineréque refici.

Viam publicam populus non potest amittere non vtendo, etiam per centum annos,l.2.& ibi glo.1.eodem.

Vias publicas vnusquisque debet secundum propriam domum construere, ita, vt non prohibeatur vehiculum transire, item aquæductus purgare, qui sub dio:id est cœlo libero sunt,l.ædiles,eodem.

Vias publicas si non construant domini domorum, illi, qui mercede habitant possunt construere, & purgare eas, ac computare dispendium in mercedem,d.l.ædiles, §.fin.

Viam publicam in fundum vicini reiiciens tenetur vicino actione in factum viæ reiectæ ad interesse, l.fin.eod.

Viam publicam si quis exarauit, solus cogitur ad eius munitionem: qui si non sit soluendo,coguntur vicini,d.l.fin.& ibi gl.fin.

Via publica dicitur,cuius solum publicum est,l.1.§ 1.de fluminibus.

Via publica vti nemo potest rectè prohiberi, l. per agrum, 11. Cod. de seruitut.

Via publica vti aliquem potest prohibere ille, qui habet ius obtinendi, vt fit in plaustris obuiantibus, glo.fi.ibid.

per Viam publicam, & rectam tenetur quis ire, adeò, quòd si reperiatur extra eam,mala suspicio est contra eum,l.2.C.de cursu publico,lib.12.

Via publica inter flumen,& ripam non impedit eius cohærentiam,gl.adhærent, in add.marg.in §.riparum,Instit.de rerum diuisione.

Reliqua verbo, Actio, 241. Ædilis, Publica,Semita,Seruitus, 28.vsque 33.Stipulans,1.Stipulatio,36.37.Strata,Interdictum,45.46.

VIATICVM scholaris dicitur illud,quod portat causa expendendi in via,itinere,vel in studio,l.cùm filiusfa.& ibi gl.1.si certum petatur.

VIATOR sumitur pro nuntio,qui executor dicitur, gloss.viatorem,in l.final. de iudiciis.

Reliqua verbo,Executor.

VICANEI dicuntur illi, qui in vico, seu in villa habitant,gloss.in rub.C.vt nullus ex vicaneis,lib.11.

VICARIVS alieni muneris voluntate sua datus cogitur suscipere legationem non admissa biennij vacatione,quæ legatis concedi solet, l.vicarius, de legatio.

Vicarius nomine ipso se iudicet trahere portionem,& reuerentiam principalis, l.1.C.de officio vicarij.

Vicarij,qui in locum præsidum sunt constituti, habent authoritatem dandi tutores, vel curatores petentibus, & interponendi decretum ad alienandas res minorum, & similium personarum, emancipationes legib.celebrare, & omnia,quæ ad iurisdictionem rectoris prouinciæ pertinent,actitare,l.2.C.de officio eius,qui vicem alterius.

Vicarij substituti dicuntur suffecti;at cedentes iudices dicuntur demortui,gloss. rectorum,ibidem.

Vicario rectoris prouinciarum competunt omnia, quæ pertinent rectori prouinciarum, præter vltimum supplicium fortè, & membri abscissionem, gloss. final.ibidem.

Vicarius principis,vel delegatus dicitur ille, qui habet vicem principis, gloss.1. in l.1.C.si aduersus rem iudicatam.

Vicarium sibi à Papa datum non potest dux,vel comes,vel præses abiicere, §.fin. & ibi add.marg.in auth.de administrat.col.7.

Vicarius principis æquiparatur comiti, & duci,gloss.fin.in l. 1.C.de professoribus,lib.12.

Vicarij administrantes præferuntur his vacantibus,gloss.fin.in l.1. C. de proximis sacri scrinij,lib.12.

Reliqua verbo,Delegatus,Locus,2.

VICES agentes omnia possunt, quæ iudices possunt præter vltimum supplicium, & membri abscissionem, §.ad hæc, in authentic. de collatoribus, colum.9.

Vicem duorum non potest quis gerere, glo. consistentes,in auth.vt determinatus clericorum,in princip.col.1.

Reliqua verbo, Solitus.

VICINVS proximus dicitur vicinus immediatus: sed vicinus simpliciter dicitur etiam de remoto,l.non solùm, 8.de operis noui nunciatione.

Vicinus locus dicitur per centum milliaria,vel committitur arbitrio iudicis,gl. si tam.& ibi add.in l.dies,4.§.pen.de damno infecto.

Vicinus tertius si opus fecerit, vnde decurrens aqua per fundum primi vicini mei mihi noceat,possum agere actione aquæ pluuiæ,vel cum primo, vel cum tertio,omisso medio,l.si tertius,de aqua pluuia.

ad Vicinorum iudicium, & opinionem recurritur ad probationem eius, quod factum,gestum,dictum,aut præsumptum est in vicinia,quando de eo dubitatur: quod extenditur ad multa,putà ad probandum diuitias,inopiam, sterilitatem,aut improbitatem: quia vicinus conditionem, & statum vicini scire præsumitur,l.1.in add.marg.de fluminib.

Vicinus rectè deponit de paupertate vicini,dicens,quòd scit,quia vicinus,glo.1. in l.2.C.quando fiscus,vel priuatus.

Vicini,seu parochiani,si sit consuetudo,quòd admittantur ad electionem sacerdotis, & vnus ex vicinis habeat sex filios, & venerit cum omnibus ad electionem,an in stirpem,vel in capita admitti debeat, l.3.§.si duo, & ibi addit. marg.de legitimis tutorib.

Vicini duo si semipedes contulerint: fortè quilibet medium pedem, vt parietem

accipitur pro municipio, l. 1. §. permittitur, & ibi glossa in villa, de liber.agnos.

Villa dicitur castellum,gl.vicis,in l.si hæres iussus,76.§.fi.de lega.1.

Villa est pars fundi, & legato fundo instructo continetur etiam villa instructa, l.si ita testamento,§.mulier,de fundo instructo.

Villæ, & castra sub ciuitate faciunt collectam, & ius ciuitatis sequuntur, gloss. persoluitur,in §.si qui igitur,in authen.quib. modis naturales effici. sui, colum.6.

Villa in Francia idem est,quod ciuitas,gl.Lombardiæ,in extrauag.quoniam,qui sint rebelles.

Villæ apud Italos dicuntur ædificia sine muris,& fossis,& de iure communi non habent iurisdictionem;sed subsunt alicui ciuitati, ibid.

Villa habet duas significationes : dicitur enim casa, vel insula quædam, in qua non habitatur : sed vt ponantur retia,vel propter aquam ibi confugitur, vel fructus reponuntur:si verò ibi habitaretur,esset prædium vrbanum: item dicitur villa congregatio hominum, gloss. villas, in §. 1. Institut. de rerum diuisione.

Reliqua verbo,Castrum,Congregatio,Municipium,Pagi,Vicanei,Oriundus.

VILLICVS dicitur,qui propter fructus percipiendos, non propter quæstum præponitur, l.si cum villico,de inst. actione, glossa si verò,in cap.1.de feudo guardiæ.

Villico si mutuetur pecunia,non tenetur eius dominus,nisi circa peculium,glo. 1.in d.l.si cum villico.

Reliqua verbo,Pretiositas.

VINCENS vincentem te,à fortiore vincet te:fallit quandoque,veluti filij naturales repellunt agnatos, quantum est in duabus vnciis, & agnati vincunt vxorem, tamen naturales non vincunt vxorem, imò vincuntur ab ea : fallit etiam in aliis casibus,gl.coniuge,in §.si quis autem defunctus,in auth.quibus modis naturales effi.sui,col.6.& gl.pen.in auth. licet, C.de naturalibus liberis,gl.fi.in l.Claudius,qui potiores,gl.pen.in auth. defuncto, C.ad Tertul.gl. licèt,in l.assiduis,C.qui potiores.

Vincens vincentem te,à fortiore vincet te:fallit quando primus creditor est superatus à creditore tertio,& tertius,& secundus non superabit primum:fallit etiam in mutuante in refectionem, qui præfertur habenti expressam, & habens expressam mulieri, non tamen primus mulieri:item fallit etiam in alio casu,d.gl.fi.in d.l.Claudius.

Vincens vincentem te, à fortiore vincet te : quod verum est circa idem, & vbi est eadem ratio vincendi te, & illum : secùs si non sit eadem ratio, & circa diuersa, † l.de accessionibus, & ibi glo. debet, de diuers. & tempo. præscriptio.

Vincens vincentem te,à fortiore vincet te, hoc non procedit, quando sunt pater,mater,& auus defuncti:nam auus patri defuncti præfertur,& pater matri: non autem auus præfertur matri, quando soli sunt : fallit etiam in aliis casibus,gl.inter eos,§.1.Inst.de Senatusconsulto Tertulliano.

Vincens vincentem te, &c. procedit hæc regula, quando sunt termini pares, aliàs non,d.gl.inter eos, in additione.

Reliqua verbo, Superare.

VINCVLA ad custodiam,non ad pœnam sunt inducta,gloss.ei,qui,in l.si tamen, 48.de ædilitio edicto.

Vinculorum appellatio generalis est pertinens ad inclusos à republ. in carceribus,vel à prædonibus, latronibus, vel potentioribus, etiam in lautumiis : id est in latebris sub terra, l. succurritur, & ibi gloss.lautumiis, ex quibus caus. maiores.

Vinculis vt quis dicatur detentus, nihil interest, an parietibus, an compedibus detineatur,d.l.succurritur.

in Vinculis detenti,siue in publica custodia,vel carcere,siue à latronibus, siue à prædonib. aut potentioribus vi oppressi restituuntur aduersus vsucapionem, ibidem.

Vinculorum appellatio pertinet tam ad priuatos,quàm ad rempub.custodiæ tamen appellatio solùm ad rempub.pertinet,ibid.

Vincula non solùm carcer reipub.sed etiam priuata vincula dicuntur, ex quib. si quis potest exire,& non facit, nòn restituitur aduersus vsucapionem completam eo detento in vinculis,gl.fi.ibid.

in Vinculis esse dicuntur etiam illi, qui ita allegati sunt, vt sine dedecore non possint in publico apparere,l.in eadem,ex quibus caus.maiores.

Vinculis detentus dicitur ille,qui nudus est, vel iurauit, vel sub fideiussorib. est, licèt detur ei facultas abeundi ; quia sine dedecore non potest in publico apparere, gl.fi.ibid.

in Vincula priuata,vel publica ductus potest esse, vt sit præsens ad hoc, vt quis eum vsucapientem rem eius conueniat,l.ait prætor,23.eod.

Vinculorum appellatione continentur vincula tam publica,quàm priuata,l.vinculorum,224.de verb.sign.

Vincula insunt in obligationib.gl.4.in l.vbi pactum,40.C.de transactio.

Vinculum naturale fortius est,quàm ciuile,§.fratris,Inst.de nuptiis.

Vincula duo magis ligant,quàm vnum,§.sed hodie,Instit.de adoptio, §. quod si partim,Inst.de rerum diuis.

Reliqua verbo,Carcer,Carceratus.

VINDICARE nulli licet sua authoritate regulariter : fallit, quando citatus non vult venire ad iudicium,neque iudex potest eum cogere,glo.fi. in l.nullus,13.C.de iudiciis.

Vendicasse mortem defuncti non videtur ille, qui non vltrò iudicauit, l. 3. §. vtrùm,ad Syllanian.

Reliqua verbo,Hæres,79.vsque 85.Hæreditas,15.28.

VINDICTA erat prætoris virga seruo imposita liberum faciens,à vindicando : id est in libertatem asserendo, l. apud eum, 14. in additio. margin. de manumissio.

Vindicta dari libertas dicitur ideò ; quia vindicta erat virga prætoris, qua ter percutiebatur manumissus, & dicebat prætor ter, aio te liberum esse more Quiritum:vel quia Vindex quidam seruus Vitelliorum primò sic fuit manumissus,gl.vindicta,in §.multis,Inst.de libertinis

VINEAE nomen quandoque ponitur pro prædio, in quo ipsa plantata est, & ita ponitur contentum pro continente, gloss. actum, l. certo generi,de seruit.rusti.

Vineæ nomine continentur quandoque vites tantùm,ibid.

Vinea non est vitis ipsa:sed locus vitibus consitus : quanquam per metaphoram ad aliud transferatur,d.gl.actum,& ibi add. marg.

Vineæ quartam partem fructuum si quis promisit, tenetur etiam dare quartam partem arborum in ea existentium,† d.gl.actum, & ibi add.

Vineæ appellatio in dubio refertur ad solum, non ad superficiem, d. l. certo generi.

in Vineis Bononiensib.si dicatur, quòd nascitur bonum vinum, non sequitur ex hoc, quòd in quolibet vinea Bononiensi nascatur bonum vinum : quia non versus Galeriam,gl.nomen, in l.1.de rerum permut.

Vineę appellatione non venit fundus,qui vites non habet,l.si quis legauerit,75. de legat. 1.

in Vineam meam veniens si radices abstulerit, tenetur mihi interdicto quod vi, aut clam,& etiam lege Aquilia,l.is,qui in puteum, §. si quis in vineas, & ibi gl.hoc interdicto,quod vi, aut clam.

Reliqua verbo,Neuelletum.

Vinum in genere,num.1.

Vinum legatum, & quid in eo contineatur,2.

Quoad periculum vini venditi, 3.

VINVM vetus melius est nouo,l.cùm quid,si certum petatur. 1

Vinum alienum effundens,vel spurcans,aut acetum faciens, tenetur lege Aquilia,l.si seruus,27.§.cum eo planè,ad leg.Aquil.

Vino plenum lacum curandum si locauerit quis vietori, vel tectori, & ille eum perforauerit,& vinum sit effusum, datur in eum actio in factum legis Aquiliæ,d.l.si seruus,§.fin.

Vinum,vel oleum certo die si quis debet dare,in tantum fit æstimatio,in quantum valet eo die,quo dari debuit : sed si de die nihil sit dictum, æstimatio fit eius temporis,quo lis contestata fuit, si antea non fuisset in mora,§.fin.& ibi gl.pe.de triticaria actione.

Vinum,vel oleum si quis dare debet certo loco, æstimatio eius loci fit, quo dari debuit : si de loco nihil conuenit, fit æstimatio eius loci, quo petitur, ibidem.

Vinum venditum ad mensuram, si intra diem statutum non mensuretur, nec tollatur, venditor optimè faciet,si conducat vasa,nec reddat vinum venditum emptori,nisi quanti conduxit,ab emptore ei reddatur:vel potest illud vinum vendere bona fide:id est quantum sine primi emptoris incommodo fieri potest,operam dando vt quàm minimo detrimento sit ea res emptori, l.1. §.licèt,de periculo,& commodo.

Vinum doliare in genere,vel in specie si quis emerit,nec sit actum,quo tempore tradatur,videtur actum,vt ante euacuentur vasa,vel dolia,quàm ad vindemiam opera eorum sit necessaria : quòd si non sint euacuata, potest venditor per corbes mensurare,& illud effundere,vt sciatur, quantum emptori perierit:quod verum est,si venditor non indigebat illis doliis, nisi ad nouam vindemiam : sed si venditor sit mercator, qui emere, & vendere solet, spectatur dies,quo melius sit venditori,vt tollatur, l.1.§.fin.cum l. seq. de periculo, & commodo.

Vinum doliare emere dicitur ille, qui ipsum in doliis emit sine alia mensuratione,gl.pe.in add.marg.in d.§.fi.

Vina si fuerint empta excepto vino acido,illud acidum,vel mucidum non venit in emptione, licèt emptori illa quoque accipere expediat, & illud emptoris causa exceptum sit,l.si vina,eod.

Vinum Falernum dicitur optimum,gl.vini,in l.legatum ita, 17. §.fin.de annuis legatis.

Vini appellatione non continetur mulsum, zythum, camum, nec ceruisia, hydromellum,nec defrutum,nec acinaticum, nec acetum,nec cydonium, nisi à testatore hæc omnia vini nomine habeantur,l.si quis vinum,de tritico, vino, oleóque.

Vini appellatione continetur œnomellum,& passum, nisi contraria mens testatoris sit,ibid.

Vini veteris appellatione continetur vinum prioris anni,l.vetus, eod.

Vinum,aut oleum ad vuas, vel oliuas reuerti non potest : vinum, vel oleum faciens ex alienis vuis, vel oliuis efficitur dominus vini, vel olei, l. adeò, 7. §. cùm quis, de acquiren. rerum dominio, §. cùm ex aliena, Instit. de rerum diuis.

Vinum obliuionem parit,gl.pe.in l.fi.C.in quib. causis in integ.

ex Vino oritur intemperantia,& incontinentia : vnde dicitur, Nolite inebriari vino,in quo est luxuria,glo. in l.ita nobis,28. C.de adulteriis.

Vino mero venter affluens facilè despumat in libidinem,ibid.

in Vinum alienum, vel oleum miscens aliquid, quo naturalis bonitas vini, aut olei corrumpatur,lege Aquilia tenetur ex capite tertio, §.capite tertio, Inst. de lege Aquilia.

Vinum,oleum,frumentum si quis fecerit ex alienis vuis,oliuis,aut spicis, efficitur dominus vini,olei,aut frumenti, cùm id ad vuas,vel oliuas, vel spicas reuerti non possit:secùs si vas conflauerit ex ære, vel auro alieno, quo casu ille erit dominus, qui materiæ dominus est, cùm ea species ad priorem, & rudem materiam æris,vel auri reduci possit,§.cùm ex oliua, Institut. de rerum diuisio.

Reliqua verbo,Acetum,Mulsum,Spurcum,Tenetur,Vendita,11.18.Hæres,114.

VINO legato continetur quoque acetum, quod testator vini nomen habuit, 2 sumpta voluntatis coniectura ex ipsius defuncti viuentis consuetudine, l.1.& ibi gl.1.de tritico,vino,oleóque.

Vini centum amphoras si legauerit ille, qui nullum vinum reliquit, hæres eius debet emere illud vinum, & præstare legatario, nec debet emere acetum, quod vini nomine fuit in bonis vendentis vinum, l. 3. de tritico, vino.

Vino legato, etiamsi non sit legatum cum vasis, videntur quoque legata vasa parua, velut amphoræ, & cadi, quæ cum vino vendi consueuerunt : vnde

hoc præsu

vel alios,quos decet,vt cùm eorum voluntate fiat legitimum coniugium, l.1. §.oportet.C.de raptu virginum.

Viri debent esse fortes,& robusti,gloss. nec vt viros.§. prohibemus, in auth. de triente,& semisse.col.3.

Vir non dicitur is,qui viri potentiam non exercet:in veritate tamen est vir:nam & pupillus,& etiam senex est vir,gl. ostendat. in §. distrahuntur, in auth. de nuptiis.col.4.

Vir potest mittere vxori libellum repudij, videlicet si studiosè faciat abortum, vel si vadat ad commune lauacrum cum viris, aut dum adhuc constat matrimonium cum viro, loquatur cum alio se velle nuptias contrahere, & vir lucratur dotes,& ante nuptiales donationes habebit,& vxor sustinet pœnas statutas.§.has itaque,eod.

Vir,& vxor ad paria iudicari debent, §. & similiter, & ibi glo. pœnis. & ibi add. marg.eodem.

Vir intra annum ad secunda vota transiens non procreatis filiis ex primo matrimonio,ab omni pœna liber est.§.primæ si quidem.eod.

Vir,& vxor censentur vnum,& idem corpus,gloss. fi. in add. marg.C.de incolis. lib. 10.

Reliqua verbo,Bonorum possessio,37.Donatio,38.vsque 51.Pactum,14.

VIRILIS portionis appellatione interdum etiam tota hæreditas continetur: propriè tamen continetur æqualis pars,& ita viriliter:id est æqualiter,l.virilis,145.& ibi gl.1.de verbo.significa.

Reliqua verbo,Vestis.

VIRGINII filia cùm esset pronunciata ancilla ab Apio Claudio,qui virginis amore captus omne fas, & nefas miscuit, vt ipsam haberet in concubinam suam; vnde pater Virginius occidit illam filiam,& secessit in montem Auentinum vnà cum aliis popularibus,l.2.§.initium, de origine iuris.

VIRGINITAS, vel castitas corrupta restitui non potest, l. 1. C. de raptu virginum.

VIRGO Deo dicata habet solatium de bonis raptoris,qui eam rapuit,glo. vltionem,in c.1.§.fi.& ibi gl.ad proximos,quæ fuit prima causa benef.

Virginem deflorans non tenetur de fornicationibus cum aliis viris commissis, gl.æstimatio,in fi.in additione,in §.in duplum.Inst.de actio.

Virginem post ruinam Deus nequit suscitare secundum Augustinum, licèt Deo sint omnia possibilia: sed illud aliter exponitur, & à Deo potest restitui, & non ab homine,gl.4.in l.1.C.de raptu virgin.

Virginum vita fœlicior est,quàm continentium,gl.fi.in auth.cui relictum,C.de indicta viduitate.

Virginem ancillari veste vestitam si quis appellauerit: id est attentauerit eius pudicitiam blando sermone,non tenetur iniuriarum actione,l.item apud. §.si quis virginis,de iniuriis.

Virginem veste meretricia, non matrisfam. veste vestitam si quis attentauerit blando sermone eius pudicitiam,vel ei comitem, vel pædagogum, qui eam associebat,abduxit,non tenetur actione iniuriarum,ibid.

Reliqua verbo,Corrumpens,Rapiens,Rapina,Rapta,Raptus,Stuprans, Stuprum,Comes,Appellatio,23.Conditio,31.32.33.Hæres,64.Puella.

VIRIDARIA dicuntur horti arboribus consiti:vnde & serui viridarij appellantur hortorum custodes:quandoque tamen accipitur pro arboribus, l. ædificia,in add.marg.de seruit.vrbanorum.

VIRIOLAE dicuntur ornamenta muliebria,† gl.ex quatuor, in l.si tibi. §. 1. de optione legata.

VIRTVS in necessitate comprobatur.gl.impunitam,in §.si verò nemo in auth. quomodo oporteat episcopos.col.1.

Virtutis gratia aliquid permittitur,quod aliàs non permitteretur,l.1. §. bestias. & ibi gl.virtutis,de postulando,gl.fi.in l.2.de aleæ lusu.

VIRTVOSIS sunt præstanda præmia,gl.pedaneis, in §.ne autem. in auth. de iudicib.col.6.

Reliqua verbo,Nobilis.

Vis in genere, num.1.2.3.
Quoad defensionem, 4.
Quoad deiectionem,& interdictum de vi,& vi armata,5.
Quoad actionem vi bonorum raptorum,6.7.8.

1 VIS est necessitas imposita contrariæ voluntati,l.1.quod metus causa.

Vis est maioris rei impetus, qui repelli non potest ab eo, etiam commodè ad hoc,vt ei detur actio quod metus causa,l.2.eod.

Vis atrox,in qua est dolus, dicitur illa, quæ aduersus mores fit,non illa, quam magistratus intulit iure licito,& iure honoris,quem sustinet,l.3.§.1.eod.

Vis dicitur non solùm,quando homines vulnerantur:verùm etiam quando quis id,quod deberi sibi putat,non per iudicem reposcit,l.extat.eod.

Vis quandoque punitur per interdictum vnde vi,quod in rebus soli tantùm habet locum:id est in ipso solo, & rebus eidem cohærentibus, etiam si mobiles sint,gl.fi.ibid.

Vis expulsiua dicitur in interdicto vnde vi: sed turbatiua dicitur in interdicto vnde vi,& vtrobi,ibid.

Vis inquietatiua dicitur in interdicto quod vi,aut clàm. ibid.

Vis ablatiua dicitur in actione vi bonorum raptorum,ibid.

Vis etiam dicitur, quando quis sine authoritate iudicis prosequitur ius suum, gl.1.in l.1.C.de his,quæ vi.

Vim facere dicitur ille,qui mobilem rem rapit,vel immobilem inuadit, gl.1.in l.1.C.ex delictis defunctorum.

Vis interpretatur:id est violenta possessio, gl.1.in l.vis eius,15.C.de probatio.

Vis quinque genera sunt:scilicet expulsiua, cùm à re immobile expellitur:ablatiua, cùm res mobilis cuipiam aufertur, quæ duæ præscriptionem, seu vsucapionem secum non ferunt:compulsiua, cùm quis rem suam alienare cogitur; Turbatiua,qua quis in possessione turbatur:& inquietatiua, cùm duo vicissim prætendunt possidere,& alterum alter inquietat,quarum trium posteriorum nulla obstat exceptioni, vel præscriptioni. §. furtiuæ, in add. marg. Inst. de vsucapio.

Vis inquietatiua parit interdictum retinendæ, vt si me arare, vel ædificare, vel aliquid in meo facere prohibes, contendens te possidere, habet locum interdictum:& idem si non contendat se possidere:sed solùm iniuriatur mihi:quo casu tenetur etiam mihi actione iniuriarum,gl.nec clàm.in §.retinendæ,Inst. de interdictis.l.cùm facit,& ibi gl.1.de vi,& vi armata.

Vis compulsiua,& metus hodie sunt idem,gl.1.in l.nihil consensui,117.de regulis iuris.

Vis alia est publica,vt cum armis:alia priuata,vt sine armis: pro prima est pœna deportatio,& omnium bonorum publicatio;pro secunda relegatio cum amissione tertiæ partis bonorum,gl.1.in l.hoc iure vtimur,195.de reg.iuris. 2

Vim facere non videtur quis,qui iure suo vtitur,& ordinaria actione experitur, l.factum cuique,198.eod.

Vim legum tenere dicitur,qui sensum legis tenet: potestatem autem legum tenere dicitur,quando aliter verba legis sumuntur, quàm exprimantur, gl. 1.in l.scire.de legibus.

Vi atroci quodcunque fit,id metu quoque fieri videtur,l.1. quod metus causa.

Vi compulsiua,vel quandoque etiam inquietatiua quodcunque fit,id metu quoque fieri videtur:secùs in expulsiua,ablatiua,vel turbatiua,gl.fi. ibid.

Vis populi,& violentiæ latronum,vel hostium æquiparantur,l. metum, 9. §. sed licet.de eo quod metus causa.

Vis sine facto corporali,vel occupatione locum non habet,l.1.§.idem Labeo.de vi,& vi armat.

Vi facere videtur ille, qui facit in solo possesso à prohibente contra illius prohibitionem,l.1.§.quid quod vi,aut clàm.

Vi facere videtur etiam ille, qui iactu saltem minimi lapilli prohibitus facere, perseuerauerit,non præstita satisdatione de opere demoliendo,d.§.quid sit,& ibi gl.perseuerauit.

Vi facere videtur etiam ille,qui contra testationem,denunciationémque sibi factam coram testibus fecit,& etiam is,qui cùm sciret se prohibendum,per vim molitus est,ne prohiberi posset,ibid.

Vi facere videtur faciens, qui prohibitus facere destitit in præsenti facere, rursúsque posteà facere cœpit, nisi permissu prohibentis facere cœperit, vel alia iusta causa,accedente,d.l.1.§.item Labeo.

Vi facere non videtur ille, ad quem prohibendum, ne opus faceret, non venit quis imbecillitate impeditus,vel etiam ne offenderet facientem nouum opus, vel ne offenderit eum,qui facientem opus magnifaciebat,d.l.1.§.pe.

Vi facere non videtur, quando aliquis armis fortè sine dolo malo deterruit te volentem venire ad prohibendum me,ne opus facerem, ac propter hoc non veneris,d.l.1.§.fi.

Vis facta aduersario meo per alium mihi non debet imputari, nisi consenserim violentiam inferenti, ibid.

Vi opus facere demonstrat prohibitio facta ab aliquo siue per se, siue per seruum,siue per procuratorem,vel mercenarium,l,3.eod. 3

Vi facere opus non videtur ille, qui prohibitus facere, paratus est se in iudicio defendere aduersus eos, qui eum prohibeant opus facere, dummodò ipse satisdet,d.l.3.§.pe.

Vi facere opus non videtur prohibitus facere,qui damni infecti cautionem præstare paratus est,si propter hoc tantum esset prohibitus, vel quia non defendebat,vel damni infecti non repromittebat,d.l.3. §. pe.

Vi facere opus videtur ille, qui denunciatus, ne opus faceret, spreta denunciatione opus fecit,l.aut qui aliter.§.si quis cum.eod.

Vi facere dicitur tam is,qui prohibitus facit,quàm is, qui quominùs prohibeatur,consecutus est:putà denunciando aduersario aliquod triste:vel claudendo ostium aduersarij,vt is non posset venire ad prohibendum,l.vim facit, eod.

Vi facere dicitur quis,si fecit prohibitus quolibet actu prohibentis, vel per verba,vel per iactum lapilli prohibendi gratia,aut manum opponendo. ibid.

Vi facere opus tamdiu dicitur prohibitus, quamdiu res in eodem statu permanet:sed si postcà conuenerit cum aduersario,desinit vi facere, ibid.

propter Vim sibi illatam agens satis est, quòd narret in libello vim fuisse sibi illatam absque alia conclusione,l.si sic stipulatus,133.de verb.oblig.

Vis reputatur solùm habere arma domi,vel portare,l.1.& ibi gl.1. ad leg. Iul.de vi publica.

Vi factum videtur id,quod quis,cùm prohiberetur,fecit,l.quò tutela,74.§.vi factum,de reg.iuris.

per Vim quidquid omnino fit,aut incidit in crimen vis publicæ, aut priuatæ, l. hoc iure vtimur,195.eod.

Vim,occupationem,& homicidium vno tempore faciens non punitur de quolibet:sed vnum est delictum aggrauatum,l.quoniam,6.C.ad leg.Iul.de vi.

Vim inferens pœna mortis punitur, si tempore violentiæ ex parte inferentis,vel defendentis homo aliquis moriatur, & à tali pœna non potest appellare,ibid.

ad Vim aliquam faciẽdam coadunatus si ibi perdit arma,vel alias res, non poterit contra coadunantem agere mandati,vel ex stipulatione:quia talis promissio est super re turpi,gl.supplicium,ibid.

Vim inferens vilis persona atrociùs punienda est,l.seruos,8.C.eod.

Vim si quis bis,aut sæpiùs intulerit,atrociùs debet puniri,quàm si semel tantùm intulisset,ibid.

Vim committens cum armis tenetur lege Iulia de vi publica,cuius pœna est deportatio:sed vim inferens sine armis,condemnatur publicatione tertiæ partis bonorum suorum.§.item lex Iulia.Inst.de publicis iudiciis.

Reliqua verbo,Lex,27.Possidere,6.Promittens,14.Promissio,8.Violentia, Vsucapere, Interdictum,17.vsque 29.31.32.Creditor,64.72.

VYM vi repellere licet statim,l.vt vim,& ibi gl.2.de Iust.& iure.l.sed & partus, §.1.quod metus causa,l.1.§.vim vi,de vi,& vi arm. 4

Vim, atque iniuriam iniustè illatam ab aliquo priuato propulsare licitum est: non verò iustè illatam,d.l.vt vim,& ibi gl.1.

Vim illatam ab eo,cui subditi sumus etiam iniustè,pati debemus: magistratum tamen conueniemus vel durante officio,si est de minoribus,vel eo finito,si est de maioribus.ibid.

Vim illatam propulsare,etiam brutis animalibus permittitur,non tamen dicuntur iniuriam facere,vel pati,d.gl.2.ibid.

Vim vi defendere omnes leges,omniáque iura permittunt, eo ipso, quòd non prohibeant,

vnde tutius efficiet is, si cauerit instrumento de concessione precaria, l. fi. & ibi add.marg.quod vi, aut clàm.

Reliqua verbo, Vinea.

VITIARE scripturas non solent illa, quæ abundant, l. non solent, 95. de regulis iuris.

Vitiatur illud, cùm ad eam causam peruenit, à quo incipere non potest, gl.fi.in l. fi.rerum amotarum.

Vitiant quędam iam facta, quæ non impediunt facienda, gl.ferre, in l.non distinguemus, §.sacerdotio, de arbitris.

Vitiatur quandoque aliquid, licèt perueniat in eum casum, à quo incipere potest, d.§.Sacerdotio, & ibi gl.ferre.

VITIATO expresso vitiatur tacitum, gloss.actio, in l.si tibi.§. de pignore. de pactis.

Vitiato expresso non viatur tacitum, si non est eadem ratio vitiandi vtrumque, l. 1.§. 1.quibus modis pignus.

inter VITIOSITATEM, & perturbationem, & inter morbum, & ægrotationem quantum interest, tantum interest inter alia vitia, & eum morbum, ex quo quis minùs aptus est vsui, l. 5.de ædilitio edicto.

VITIOSA res desinit esse, licèt redeat in potestatem delinquentis, l. pe. & ibi gl.fi.ad legem Iul.repetund.

Vitiosa res vt desinat esse, necesse est, quòd redeat in potestatem domini, & quòd dominus sciuerit eam sibi subtractam, & quòd vt sua sit reuersa, & quòd sciuerit reuersam, gl.pen.in l.mulieris, 12.de verbo.signif.

Vitiosum ab initio non potest tractu temporis conualescere, l. quod ab initio, 30.de regulis iuris.

Reliqua verbo, Possessio, 19.20. Seruus, 102.103. Stipulatio, 14. vsque 17.

VITIVM rei surreptæ non purgatur, eò quòd in potestatem hostium peruenerit, & posteà ab aliquo empta sit: & ideò emptor non potest vsucapere eam, l.latrones, 27.de captiuis.

Vitia realia durant in persona vniuersalis successoris, & etiam singularis quantum ad vsucapionem, non quantum ad fructus, glo.1. in l. quod ipsis, 186. de reg.iuris.

Vitium dicitur animi: morbus verò corporis, gl. 1.in l.pacisci, de pactis.

Vitium naturale est negligi, quod communiter possidetur, & si aliquid fiat, in eo, non præsumitur facere iure suo, gl.1.in l.merito, 51.pro Socio.

propter Vitium animi datur actio ex empto, quanto minoris: sed propter vitium corporis tantùm, vel propter vitium corporis, quod vsque ad animum penetrat, vt quia seruus venditus ob febrem loquatur aliena, datur redhibitoria, l. ob quæ dolia.§.idem.& ibi gl.si minus, de ædilitio edicto.

Vitio naturali parcendum est, gl.quia naturale, in l. fluminum, 24.§. vitium, de damno infecto.

Vitia quædam sunt realia ratione delicti in ipsa re commissi: & ad quemcumque talis res transit, transit illa cum ipsis vitiis realib. quæ impediunt præscriptionem, vt furtum rei, gl.adminiculo, in add.marg.in l.Pomponius, 13.§.1.de acquiren.possessio.

Vitia quædam sunt realia, non quòd in re committatur vitium: sed in priuilegio quodam personæ concesso, vnde ea quasi realia dicuntur eatenùs, vt si per mille manus etiam bona fide pertransirent, præscribi non possunt, veluti res pupilli, fisci, & similium, ibid.

Vitia realia dicuntur, quæ fiunt vi ablatiua, vel expulsiua: sed quæ fiunt vi compulsiua dicuntur vitia personalia, gl.vitiis, ibid.

Vitia realia, vel quasi realia transeunt ad quoscumque hæredes: sed personalia, vt mala fides, & similia non, nisi in hæredes vniuersales, l.si homo, 34.in additione marg.de vsucapio.gl.computat, & ibi additio.in §. furtiuæ.Inst. de vsucapionibus.

Vitium cohærens rei, vt furtum, nocet etiam emptori, & cuicumque quoquomodo rem accipiat, gl. 1.in l.an vitium, de diuers.& tempor.

Vitium rei comitatur ipsam rem: sicut lepra leprosum, & transit etiam in emptorem, l.apud Celsum, §. de authoris, & ibi gloss. traditur, de doli mali exceptione.

Vitium quoddam est personale, vel cohærens personæ, veluti dolus authoris dans causam contractui, vel incidens: item mala fides: quia credidit vendentem non habere ius vendendi, vel scientia rei alienæ, & non transit in emptorem, d.§.de authoris, & ibi gl.personæ.gl.1.in l.nemo.C.de acquiren.possess.

Vitium quoddam est reale, quod dicitur cohærens rei, vt si est res furtiua, vel vi possessa, vel data præsidi contra legem repetundarum, d. gloss. personæ, & d. gloss. 1.

Vitium quoddam dicitur, quod nec personale, nec reale est: sed est quasi reale, vt res pupillares, liber homo, d.gl.personæ, & d.gl.1.

Vitium expressum inducit vitium formæ: non autem tacitum, l. continuus, 137. §.illud inspiciendum, in add.marg.de verb.obligat.

Vitia realia durant in persona vniuersalis, vel singularis successoris, & hoc quoad vsucapionem, non quoad fructus, gl.1.in l.nemo, 11.C.de acq.possess.

Vitium personale non impediebat olim singularem successorem præscribere inchoando à se: hodie verò impedit, ibid.

Vitium reale impedit singularem possessorem agere etiam completa præscriptione: quia de dolo defuncti excipitur, si sit causa lucratiua, vt in donato, & legato: & quasi lucratiua, vt in seruo noxali dedito: sed si non sit lucratiua, non excipitur, nisi vtatur accessione sui authoris, vel nisi res sit reuersura ad dolosum.ibidem.

Vitium personale durat indistinctè in vniuersalem successorem, ibid.

Vitium propriè dicitur animi, non corporis, quandoque tamen accipitur pro morbo corporis, gl.fi.in l.semel.C.de re militari.lib.12.

Vitium personale non comitatur singularem successorem, nisi quando vtitur accessione sui authoris: hodie tamen vitium personæ nocet etiam singulari successori, gl.competat, & ibi add.in §.furtiuæ.Inst.de vsucapionib.

Vitia habere res dicuntur, vt quia sunt furtiuæ, vel vi possessæ, gl.vitium, in §.nouissima.Inst.eod.

Vitium precarij, clandestinitatis, litigiosi sunt vitia personalia, & non realia, d. gl.vitium, & ibi add.gl.vitiis, in l.Pomponius, 13.§.1.de acq.possessione.

Vitium litigiosi non afficit rem, gl.1.in l.1.C. de longi temporis præscriptio.

Vitium litigiosi remanet etiam perempta instantia: quod vitium non transit ad singularem successorem, qui adminiculo authoris non vtitur: transit tamen, si vtitur eius adminiculo, vel accessione, d.l.1.& ibi gl.1.

Vitium litigiosi durat etiam perempta instantia per lapsum triennij, vel consensu partium, quæ renunciauerunt tantùm instantiæ: secùs si renunciarent liti, vel fuisset remissa res, d.gl.1.

Reliqua verbo, Author, Furtum, Nimium, Successor, 2. 3. Violentia, Litigiosa.

VITRICVS dicitur matris vir filiis ex alio viro natis, & eorum vterque natos aliunde priuignos, vel priuignas vocat, l.4.§.affines, de gradib.

Vitricus potest esse tutor priuigni sui, & potest eum arrogare, l. nonnumquam, & ibi gl.fi.de adoptio.† gl.2.in l.1.C.vbi pupil.educari.gloss.dat ei. in §.eiusdem, in auth.de nuptiis.col.4.

Vitricus pro oneribus munerum personalium, vel patrimonialium non tenetur, l.3.§.vitricus, & ibi gl.munerum, de muneribus.

Vitricus percipiens fructus ex rebus priuigni sui tenetur ei restituere, l. si propter.C.de compensatio.

Vitrico priuigni successio intestato ciuili, vel honorario iure non defertur, l. 3. C.communia de successio.

Vitricus est quasi pater, gl. 1.in l.2.C. de crimine expilatæ hæredit.

apud Vitricum non debet educari priuignus: quia educatio posset plerunque vitæ eius esse insidiosa, gloss.dat ei, in §. eiusdem quoque. in auth. de nuptiis. col. 4.

Reliqua verbo, Priuignus.

VIVARIVM dicitur locus, muro, aqua, vel sepe circundatus: vbi feræ sunt inclusæ, vt sunt in lacu Perusino, gloss.si in viuariis, in l. vsufructuarium, 69. de vsufructu.

VIVERE etiam vsque ad centum annos quilibet præsumitur, nisi probetur mortuus, gl.liquerit, in l.2.§.si dubitetur, quemadm.testam.aper.

Viuere, vel victus verbo continentur & stramenta, & vestimenta: quia sine his nemo potest viuere, l.quos nos, 234.de verbor.signifi.

Viuere non dicitur is, qui statim decedit, gl.pen.in add.marg.in c.1.§. fi. episcopum, vel abbatem.

VIVENTIS hæreditas nulla est, gl.1.in l.hæres, 32.de acquir.hæredit.

Viuentium interest, ne præcipitentur distractiones rerum: quia debent fieri cum deliberatione, gl.si non protinus, in l.diuortio.de negotiis gestis.

Reliqua verbo, Mori, Moriens, Apprehendens.

VIX idem significat, quod non, gl.vix, in l.intra vtile.§ fi. de minoribus.

Vix quod est, dicitur esse: aliquando tamen non dicitur esse, gl. 1. in l. vix certis, 53.de iudiciis.

Vix: id est nullo modo: quandoque tamen aliter accipitur, gl.vix, in l. tutor, 16. ad Velleian.

Vix fieri dicitur, quod numquam fit, gl.2.in l.alienationis, 29 de verb.oblig.

VLPIANVS fuit nobilis ratione originis, vel, vt alij dicunt, ex scientia, vel propter scientiam, l.2.§.fi.in fi.& l.4.§.fi.de excusat.tutor.

Vlpianum virum summi ingenij appellat Iustinianus in l.1. §. ne autem. C. de caducis.

VLTIMA derogant prioribus, l.diuus Verus, §.licèt, de iure codicillorum. l. si ea, quæ, 23.C.de donatio.

Vltimus, seu supremus dicitur, quem nemo sequitur, etiamsi nullus præcedat: & primus dicitur, quem nemo præcedit, etsi nullus sequatur: & sic idem potest esse primus, & vltimus, l.qui duos, de rebus dubiis.

Vltimo morienti ex duobus impuberibus si quis substitutus sit, si impuberes decesserint, secundum ordinem priori mortuo erit hæres superstes, & si is decesserit posteà, substitutus erit hæres supremo morienti, & habebit hæreditatem tam primò, quàm vltimò morientis: sed si ambo simul perierint, non vtrique est hæres substitutus, cùm neuter superstes fuerit, ibid.

Vltima scriptura valet siue primò legatus est seruus, deinde iussus est per fideicommissum manumitti, vel econtrà si primò manumitti iussus sit, deinde legatus sit: secùs quando est in obscuro: quia tunc præualet libertatis legatum, l.si seruus, 50.de fideicommiss.libertat.

Vltimum supplicium dicitur mors sola, l.vltimum, 21. de pœnis.

Vltima voluntas dicitur illa, quæ non redit, gl. 1.ibid.

Vltima si sint valida, derogant prioribus tam in vltimis voluntatibus, quàm in pactis, gl.2.in l.pacta nouissima.C.de pactis.

Vltima voluntas in genere potest dari, vt quando milites paciscuntur de inuicem succedendo: nam tale pactum dicitur vltima voluntas in genere, gl.in l. licet. C.eod.

in Vltima voluntate permittuntur quædam, quę inter viuos non permittuntur, §.licet, & ibi add.marg.Inst.quib.ex causis manumittere.

ad Vltimas voluntates trahuntur ea, quæ fiunt inter viuos, & econtrà: quod verum est, vbi est eadem ratio, aliàs non, §.fi.& ibi add.Inst. de lege Fusia Can.

Vltimæ voluntates in dubio pleniùs interpretantur, quàm contractus, d. glo fin. in additione.

in Vltimis voluntatibus scripturæ fides magis habetur, quàm in instrumentis inter viuos, gl.1.in l.de his, de transactio.

Reliqua verbo, Proximus, Primus, Supplicium, Voluntas, 5. vsque 10. Legatum, 109. Libertas, 12.

VLTIO alicui permittitur sua authoritate, quando per superioris authoritatem sibi non potest esse consultum, gloss.fin.in l.nullus tanquam, 13 C. de Iudæis.

Vltio quandoque in iure sumitur pro defensione, vt quando permittitur, & conceditur vltio contra depopulatorem agrorum, & aggressorem itinerum: vel vltio sumitur etiam pro vindicta, † gloss. 3.in l. 1. C.quando liceat sine iudice. & gloss. vlciscendi, in l. scientiam, 46. §. qui cum aliter, ad legem Aquil.

Reliqua verbo, Vindicta.

VLYSSES cùm diu esset absens, & redargueretur per literas à Penelope, fecit lectum in truncis ligni; quod nec comburi, nec putrefieri poterat, & ornauit auro, &

non deb

non debetur, in l. sicut, quod cuiusque vniuersita. nomine. gl. facere, in l. si ex dolo. §. 1. de dolo malo.

Vniuersitates possunt inferre metum, & delinquere, l. metum, 9. §. animaduertendum, & ibi gl. collegium. quod metus causa.

Vniuersitatis municipes de facili non possunt committere dolum, cùm nec possint de facile consentire: possunt tamen cum difficultate, vt pulsata campana: quia videntur omnes facere, quod concilium facit, vel maior pars, vt si possessionem apprehendunt, vel metum inferunt, vel quando tribunum, vel potestatem eligunt, gl. facere possunt, in leg. si ex dolo, §. 1. de dolo malo.

Vniuersitas quando deliquit, quilibet de vniuersitate tenetur: quod si deliquit, vt vniuersitas, vna est pœna: quia vnus fingitur delinquens: sed si futura esset pœna capitalis, non decollabitur vniuersitas: sed ea pœna in aliam conuertitur, nempe vt aratrum sustineat, vel aliam pœnam: putà pecuniariam, l. si plures, 34. in add. marg. de iniuriis.

ob Vniuersitatis delictum possunt primates, ac maiores puniri, gl. homicidium, in add. marg. in l. hac edictali, §. homicidium, in extrauag. de pace tenenda inter subditos.

Vniuersitas potest delinquere, & contra eam potest procedi, & puniri, in extrauag. ad reprimendum & ibi gl. corpus, quomodo in læsæ maiest.

Vniuersitas in causis capitalib. respondet per syndicum, & eodem modo si per vniuersitatem fieret accusatio, posset prosequi per syndicum glo. legitime ad fin. ibidem.

Vniuersitas dicitur damnum dare, & per consequens dolum committere: dicitur etiam metum inferre, gl. ab vniuersitate, in extrauag. de pace Constantiæ, §. vasalli.

Vniuersitas potest accusari, & debet respondere per syndicum habentem speciale mandatum à ciuib. neque requiritur quòd illæ singulares personæ, quæ deliquerunt, nominentur in syndicatu: quia non constituitur syndicus nomine ipsorum: sed nomine totius vniuersitatis, ibid.

contra Vniuersitatem faciliùs fit inquisitio, quàm contra singulares personas illius vniuersitatis, ibid.

ad VNIVERSOS refertur, quod publicè fit per maiorem partem, l. aliud est, 121. de reg. iuris.

VNVS potest obtinere vicem duorum, gl. 1. in l. 2. de officio prætor. l. nam tertium, 16. & ibi gl. 1. & 2. de hæred. instit.

Vnum subire vicem duorum impossibile est, quando habetur respectus ad personam ratione personæ: sed si habeatur respectus ad personam ratione officij, tunc vnus plurium vicem potest sustinere, gloss. difficilè, in l. si plures, de pactis.

per Vnum commodiùs expeditur res, quàm per plures, l. 2. §. nouissimè, & ibi glo. dictantib. de origine iuris, l. 3. §. quamuis, & ibi gl. voluntatem, de admin. tutorum.

Vnum ex reis credendi litem contestando præiudicat alteri, gl. 1. in l. si vnus, de pactis.

Vnus ex reis credendi per acceptilationem præiudicat alteri, etiam si non sit socius: non tamen per pactum, ibid.

per Vnum ex sociis factum compromissum super re dubia, præiudicat sociis: secùs verò si super debito liquido, † ibid.

per Vnum ex sociis si sit factum compromissum, & contra eum lata sententia, præiudicat sociis: secùs quando per vnum socium simplex pactum factum est: quia tunc illud non præiudicat sociis, ibid.

Vnus ex reis credendi sociis non potest nouare in præiudicium correorum sociorum, licèt sibi solui possit: potest tamen nouare in præiudicium reorum non sociorum, d. l. si vnus, & ibi gl. 2. & ibi add. marg.

Vni ex sociis argentariis, vel reis credendi ante, & post litis contestationem rectè potest solui: secùs si non sint socij, gl. soluatur, ibid.

Vni ex argentariis, vel reis credendi, antequàm lis ab alio sit contestata, rectè potest solui, ibid.

Vnus ex reis credendi, vel ex argentariis per solutionem sibi factam, vel per litis contestationem à se factam præiudicat sociis reis credendi, vel argentariis, d. l. si vnus, & ibi gl. stipulandi.

Vni hæredum prouideri potest, & alteri non prouideri per pactum liberatorium: sed non per pactum obligatorium, gl. fi. in l. auus, de pactis.

in Vno quod prohibetur, in aliis concessum videtur, & econtrà quod in vno conceditur, in aliis negatur, nisi in prohibitis, vel permissis sit eadem ratio, l. cùm prætor, & ibi gl. non videtur, de iudiciis.

Vno sublato tollitur illud, quod ex eo dependet: non autem tollitur id, quod per se subsistit, l. nam & si, de iniusto, rupto.

Vna dictio ponitur quandoque aduerbialiter pro simul, gl. pe. in l. certum, §. fin. eodem.

Vni dumtaxat quando aliquid attribuitur, ab omnibus aliis remouetur, l. cùm ita legatum, 62. de conditio. & demonst.

Vnus quòd vicem duorum, vel trium sustineat, difficile est, gl. triplici, in l. ille, à quo, 13. §. pe. ad Trebel.

Vnum ex negotiis substantialib. quoties deest, totum negotium vitiatur, ac deficit, l. 3. §. hoc autem, & ibi gl. competere, de itinere, actúque.

Vnius sacramento creditur, §. si verò dicatur, & ibi gl. iurauerit. in auth. de testib. col. 7.

ob Vnius vitium, & culpam quandoque tenentur alij, l. fi. & ibi gl. fi. C. de naufragiis. lib. 11.

Vnus tenetur quandoque pro alio, l. iure prouisum, C. de fabricensib. lib. 11.

Reliqua verbo, Hæres, 78. Reus, 18. vsque 22.

VOCABVLA duo quando veniunt ad determinationem vnius verbi, debent intelligi, vt vniformiter operentur, l. fi. C. de sententiis, & interloq.

Vocabulum aliquod vix inuenitur, quod omnino idem, quod aliud, significet: semper enim plus, vel minus, vel aliter significat, vel alio modo, glo. 2. in l. si idem, C. de codicillis.

Vocabula possumus inuenire per nos ipsos ratione doctrinæ, quæ non reperiuntur, gl. ipso gestu, in l. si pupilli. §. quid ergo, de negot. gestis.

Reliqua verbo, Nomen, 2.

VOCARE in ius, est iuris experiundi causa vocare, l. 1. de in ius vocando.

Vocari in ius non possunt consul, præfectus, prætor, proconsul, & cæteri magistratus, qui imperium habent, & qui coërcere aliquem possunt, & iubere in carcerem duci, l. 2. eod.

Vocari in ius non potest Pontifex, dum sacra facit, neque illi, qui propter loci religionem inde se mouere non possunt, neque ille, qui equo publico in causa publica transuehitur, ibid.

Vocari in ius non potest iudex, dum de re cognoscit, neque aliquis, dum apud prætorem causam agit, nisi vocetur ante maiorem magistratum, d. l. 2. & ibi gloss. agi.

Vocari in ius non possunt sponsus, vel sponsa, dum ducit, vel nubit, d. l. 2.

Vocari in ius non potest ducens funus familiare, neque post funus vsque ad nouem dies conueniri potest aliquis de sua familia: hoc est de genere suo, de seruis, vel seruitorib. d. l. 2. & ibi gl. pen.

Vocari non potest in ius ille, qui facit iusta obsequia mortuo, vt lauare corpus, d. l. 2. & ibi gl. fi.

Vocari in ius non possunt parentes vtriusque sexus vsque in infinitum sine venia, l. quisque, eod.

Vocari in ius non potest parens, qui in seruitute filios suscepit, sine venia, ibidem.

Vocare in ius matrem non potest filius, etiam vulgò conceptus, sine venia, ibidem.

Vocari in ius non possunt parentes, quos nuptiæ sequuntur, neque parentes naturales, sine venia, ibid.

Vocare in ius sine iussu prætoris non possumus generaliter eas personas contentas in edicto, quibus reuerentia præstanda est, l. generaliter, eod.

Vocare in ius etiam cum venia prætoris non possumus quasdam personas, gl. 1. ibidem.

Vocare in ius possumus sine venia omnes personas, quæ expressè non sunt nobis prohibitæ, ibid.

Vocare in ius non possum sine venia socerum, vel socrum, quia parentum locum obtinent, ibid.

Vocari in ius sine venia potest clericus, magistratus, & senex: illi tamen, qui parentis locum obtinent, non possunt vocari sine venia, vt pater spiritualis, presbyter parochialis, & defensor ciuitatis, ibid.

Vocare in ius aliquem de domo sua nulli licet: quia ille, qui aliquem de domo sua in ius vocat, videtur vim inferre. l. plerique, eod.

Vocari in ius re, & verbo potest quis à vinea sua, vel à theatro, vel balneo, etiam si non præstet aditum, l. sed etiam, & ibi gl. 1. eod.

Vocari in ius potest quis de domo sua verbaliter, quando ex publico conspicitur, ac permittit se videri, & præstat aditum: re tamen extrahi non potest, gl. fi. ibi, & gl. 1. in l. sed & si, eod.

Vocari in ius non possunt impuberes alieno iuri subiecti etiam cum venia: sed si sunt sui iuris, vocari possunt cum authoritate tutoris, l. neque impuberes, & ibi gl. 1. eod.

Vocari in ius non licet alicui consulem, prætorem, cæterósque habentes imperium, nisi quando ipsi opprimunt eos sibi subiectos prætextu sui officij, quo casu debet coram episcopo conuenire eos: l. sed & si 26. §. hæc clausula, & ibi gl. licet, ex quib. caus. maio.

Vocare in ius parentes, vel patronos non licet filiis, vel libertis sine permissu prætoris, cui de facili permittit, si actio sit ciuilis: sed si sit famosa, tunc causa cognita, ibid.

Vocare in ius non potest quis aliquem, cui reuerentiam debet, gl. fi. in l. 1. C. de in ius vocando.

VOCATIO in ius si non valet, impunè potest eum vi eximere à familia, l. 1. ne quis eum, qui in ius vocatus.

Vocatio legis est ordine successiuo, § si Inst. de capitis diminu.

VOCATVS in ius realiter debet relaxari, si comparet legitimus defensor, vel si de negotio fuerit transactum, l. neque impuberes, de in ius vocando.

Vocatus in ius si iudicio sistendi causa dedit fideiussorem non subiectum iurisdictioni illius, ad quem vocatus est, fideiussor pro non dato habetur, nisi specialiter suo priuilegio renunciauit, l. 1. si quis in ius vocat.

Vocatus in ius si vadit, vel mittit aliquem, qui satisdet, liberabatur olim, vt non caderet in iudicis inobedientiam: si verò ipse non ierit, neque fideiussorem idoneum dederit, cadebat in edictum: hodie tamen citatus & debet comparere, & ipso iure fideiussorem dare, gloss. 1. in l. 1. si quis in ius vocatus non ierit.

Vocatum in ius seruus si vi exemerit ignorante domino, dando seruum pro noxa liberatur dominus, secùs si domino sciente: quia tunc dominus in solidum tenetur, l. 1. ne quis eum, qui in ius voc.

Vocatum in ius si quis vi eximat, non tenetur ad aliquid, si vocatus esset ille, qui sine venia vocari non poterat, vt parens, patronus, & cæteræ personæ, ibidem.

Vocatum in ius retinens ita punitur, ac si vi eximeret, l. sed eximendi, eod.

Vocatus in ius si dolosè fecit se eximi, vt interim actio vsucaperetur, conueniri potest actione restitutoria: secùs si non dolosè fit exemptus, quo casu non tenetur nisi in subsidium, quando eximens non esset soluendo, d. l. sed eximendi, & ibi gl. amittetur.

Vocatus in ius si fit vi exemptus, debet probare ita, quòd probationes concludant, qualiter propter talem exemptionem non comparuit, l. pen. §. docere, eodem.

Vocatum in ius quando plures exemerunt vi, vno eorum soluente pœnam edicti, alij non liberantur, & nihilominùs exemptus manet obligatus, l. pe. § fi & ibi gl. pe. eod.

Vocatus, qui satisdedit de iudicio sisti, & posteà si noluit venire per loca periculosa personæ suæ, excusatur, l. 2. §. si quis tamen, in fi. si quis cautio.

Vocatus, qui satisdedit de iudicio sisti, & volens venire, à magistratu in vinculis, vel in non vinculis retentus est sine dolo ipsius, excusatur à pœna ope exceptionis, d. l. 2. §. fi.

Vocatus, qui cauit de iudicio sisti, & volens venire, ab aliquo priuato detentus sit, non

Voluntas

tanquam ſuum traditum eſt,l.cùm ſolus, 29.eodem.

ad Vſucapiendum pro legato non eſt ſemper neceſſaria traditio,l.penultim.pro legato.

ad Vſucapiendum titulus putatiuus pro hærede non ſufficit, ſi non poterat eſſe hæres:quia viuebat ille,cuius hæredem ſe eſſe putabat,l. 1.pro hærede.

Vſucapiendi conditio per liberam perſonam ſolùm ſcienti acquiritur, l.1.C.de acquir.poſſeſſione.

Vſucapiendi conditionem non acquirit iniuſtus titulus propter errorem iuris, l.ſi is contra quem, C.de longi temporis præſcriptione.

VSVCAPIENS ſi captus eſt ab hoſtib. ſtatim deſinit poſſidere, cùm ab alio poſſideatur : & ſic vſucapio naturaliter interrumpitur,glo. 2.in l.denique,ex quib.cauſ.maio.

Vſucapiens videtur habere rem ex titulo præcedenti,non à domino,cõtra quem vſucapit,l.ſi extraneus,45.de donatio. inter virum.

Vſucapiens pro hærede , vel pro emptore ſi precario rogauerit à vero domino, vſucapere non poteſt,l.qui cum,6.pro emptore.

Vſucapienti non eſt acquiſitum dominium ante completam vſucapionem,l.pe. pro donato.

1 VSVCAPERE poteſt ille, qui in vinculis eſt , dummodò non ſit in ſeruitute hoſtium,vel in poſſeſſione ſeruitutis:quia talis non poteſt vſucapere,l.ait prętor,23.& ibi gl.ex quib. cauſis maio.

Vſucapere nihil poteſt per ſe,qui apud hoſtes eſt,nec cœptam vſucapionem implere,dum apud hoſtes eſt,nec poſtliminio reuerſus recuperabit per vſum dominij acquiſitionem,d.l.ait, §.1.

Vſucapere poteſt captus ab hoſtibus , per ſubiectas perſonas ex cauſa peculiari, gl.acquirere,ibid.

Vſucapi quæ poſſunt, & poſſunt peti Publiciana:fallit tamen hoc argumentum: quia quædam ſunt,quæ non vſucapiuntur, & tamen Publiciana competit, gl. 1.in l.eum,qui,3.de Publiciana.

Vſucapi non poſſunt res furtiuæ , & ſeruus fugitiuus propter ſui vitium , l. ſiue autem,11.§.ſi duobus,& ibi gl.non poſſunt,de Publiciana.

Vſucapi non poteſt res per legem alienari prohibita , ſi contractus ſcienter de ea ineatur,d.gl.non poſſunt, & ibi add.marg.

Vſucapere ancillam ſi non poſſum ex aliqua cauſa , ſi furtiua non eſſet , ex eadem cauſa eius partum vſucapiam apud me conceptum,& editum,licèt mater fuerit furtiua,ſi modò hoc ignorem,l.licèt emi,13.§.partus,& ibi gloſſa cauſis, eodem.

Vſucapi non poſſunt, quæ incorporalia ſunt per ſe : ſed bene cum corporalibus, veluti ſeruitus itineris non poteſt vſucapi per ſe : ſed bene cum ædificio , l. ſeruitutes,14.& ibi gl. 2.de ſeruitut.

Vſucapere poteſt quis ſeruum alienum pro noxa ſibi traditum , etiam ſi ſciret alienum:quia habet titulum,l.& generaliter,& ibi glo.vſu quoque,de noxal. actio.

Vſucapere poteſt quis pro emptore, licèt nulla fuerit obligatio , vel emptio inſpecto iure ciuili , gloſſ. fin. in l. ſed & ſi pupillus , §. final.ad legem Rhodiam.

Vſucapere qui poteſt iure prætorio , loco domini eſt , l. dotale , 13. de fundo dotali.

Vſucapere poteſt quis quandoque per poſſeſſionem alterius, licèt ipſe non poſſideat,glo.accedere,ad med.in l.Pomponius, 13.§.ſi is,qui precario,de acquirend. poſſeſ.

Vſucapere non poteſt,qui dominus eſt,gloſſa reſtituta,in dict.l.Pomponius,§.ſi iuſſu.

2 Vſucapi non poteſt, quod ex naufragio expulſum eſt, nec id quòd metu tempeſtatis de naui eiectum eſt:quia cadit in vitium furti,l.interdum,22.§.1.eod.

Vſucapi vt poſſit id,quod de naui tempore tempeſtatis iactum eſt,oportet,quòd id,quod iactum eſt , non ſit proiicientis , & quod proiiciens proiecerit illud pro derelicto : ſi eſſet proiicientis , ſtatim fieret occupantis , ſi pro derelicto proiecit,gl.penul.ibidem.

Vſucapere per ſeruum poteſt quis etiam ignorans:ſed non per alios, gloſſ.quicquam,in l.ſi id,quod,25.§.1.eod.

Vſucapere poteſt paterfam.& filiusfam. maximè militans acquiſitum in caſtris vſucapiet:nam & veteranus filiusfam. vſucapit, l.4.& ibi gloſſa maximè , de vſucapio.

Vſucapere non poſſum id,quod meum eſt,d.l.4.§.lana,& ibi gl. ſtatim.

Vſucapi non poteſt res violenter poſſeſſa etiam à malæ fidei poſſeſſore , niſi vitium violentiæ ſit purgatum : ſecùs ſi non ſit violenter poſſeſſa,licèt poſſeſſor violenter fuerit expulſus,d.l.4.§.ſi tu vi, de vſucapio.

Vſucapere non poteſt quis fundum , de quo bonæ fidei poſſeſſorem ſciens eum eſſe alienum expulit,quia vi poſſidet,ibid.

Vſucapere quod quis non poteſt per ſe ratione rei:quia furtiua:vel ratione perſonę:quia legatur incapaci,vel mixta,ratione ſcilicet rei,& perſonę per alium poteſt,l.Labeo,8.& ibi gl.pen.eodem.

Vſucapi,vel præſcribi non poſſunt res ſanctæ,ſacræ,publicæ, populi Romani, & ciuitatum,& liber homo,l.vſucapionem,9.eodem.

Vſucapi poſſunt hodie triennio res Eccleſiæ, non ſacræ : ſed iure canonico non minori 40.annorum ſpatio,† gl.2.& ibi add.marg. ibidem.

Vſucapi non poſſunt res,quæ ſunt in vſu populi Romani, vel ciuitatum:ſed bene quæ non ſunt in vſu populi Romani, vel ciuitatum, glo.Romani, & gloſ. ſeq.ibidem.

Vſucapere non poteſt ille,qui èmit ab eo,qui alienare prohibitus eſt, l.ſi ab eo, 12. eodem.

3 Vſucapere non poteſt rem,quam tanquam dominus non poſſidet,l.pignori, 13. eodem.

Vſucapi non poteſt vna,& eadem res diuerſis temporibus, l.eum,qui ædes , 23. eodem.

Vſucapi non poteſt domus ſine ſolo,l.nunquàm,26.& ibi gl.1.eodem.

Vſucàpere non poteſt ille, qui putat errore iniuſto ſe habere titulum : ſecus ſi putat errore iuſtó,l.Celſus,27.& ibi gl.1. eodem.

Vſucapere non poteſt poſſidens rem, quaſi litis æſtimationem ſoluiſſet,niſi verè ſoluiſſet eius æſtimationem , & iuſto errore poſſideat , quaſi litis æſtimationem ſoluiſſet,l.Celſus, 27.& ibi gl.1.eodem.

Vſucapere non deſinit ille,qui rem mobilem,quam cœpit vſucapere, iunxit alicui toto integrali cohærenti ſolo,ſi tantum decem dies, vel pauciores reſtabant ad vſucapionem complendam, licèt deſinat poſſidere : ſed ſi tale totum non cohæret ſolo : ſed erat per ſe mobile , vel erat totum vniuerſale , tunc etiam ſi plures dies reſtabant , non deſinit poſſidere , nec vſucapere, l.rerum miſtura,30.eod.

Vſucapere ſi quis cœpit tignum,columnam,aut aliud ſimile, & antequàm compleret vſucapionem, poſuit in ædificio ſuo , quod poſſidet , nihilominùs non deſinit illud vſucapere , ſi decem tantum dies ſupereſſent ad complendam vſucapionem:ſecùs ſi plures dies ſupereſſent.ibid.

Vſucapere poteſt quis gemmam,etiam ſi poſt cœptam vſucapionem in annulo eam poſuerit,ibid.

Vſucapere non poteſt quis rem ſuam,niſi contra eum, qui haberet eam obligatam,gl.1.in l.ſi fur, 32.eod.

Vſucapi non poſſunt , quæ vi ablatiua , vel expulſiua , non compulſiua poſſeſſa ſunt,l.non ſolum,33.§.ſi dominus,& ibi gl.quæ vi,eod.l.fin.& ibi add. marg. vi bonorum raptorum.

Vſucapere poteſt bonæ fidei poſſeſſor illa,ex quibus deiectus erat, ibid. §.ſi dominus,& ibi gl.quæ vi.

Vſucapi pro ſoluto poteſt non tantùm id,quod debetur,ſed etiam quodlibet pro debito ſolutum volenti creditori,l.1, pro ſoluto.

Vſucapitur tantùm titulo pro ſoluto illud , quod ex ſtipulatione , vel aliquo contractu nominato debetur , ſi ſolutum ſit : ſed ſi debeatur ex aliquo titulo , qui inter titulos vſucapionis numeretur , vt ex cauſa legati , vel ſimili, tunc vſucapitur illo titulo pro ſoluto , & hoc ſiue verè ſit titulus , ſiue credatur,niſi in emptione,in qua verus debet eſſe,vel iuſtiſſima cauſa erroris, gl.1. in l.1. pro ſoluto.

Vſucapere poteſt dominus ignorans res peculiariter per ſeruum emptas,vel acquiſitas:quia publicæ vtilitatis eſt,l.2.& ibi gl.fi.eod. 4

Vſucapi non poteſt id , quod ſurreptum eſt , antequàm in domini poteſtatem peruenerit,l.fin.pro ſoluto.

Vſucapi pro emptore non poteſt id,quod emptum non eſt, niſi iuſtiſſimus error adſit,vel niſi rei venditæ adhæreat,l.2.§.cùm Stichum,& ibi glo. non poteſt, pro emptore.

Vſucapi poteſt totus fundus etiam vltra terminos titulo pro emptore , quando emptor fundi ampliores fines poſſidet : quia vniuerſitas eius poſſidetur, non ſingulæ partes,ibidem.

Vſucapi non poteſt ſua res,gl.ſi à pupillo,in d.l.2.§.à pupillo, & l. in bello , §. ſi quis ſeruum, de captiuis.

Vſucapere pro emptore non poteſt ille,qui exiſtimat ſe quid emiſſe,nec emerit, niſi iuſtiſſimam cauſam erroris habeat, l. quod vulgó, 11.& ibi gloſſa 1. pro emptore.

Vſucapere pro hærede poteſt ille , qui poſſidet rem , quam defunctus vſucapiebat pro emptore , & ſic duobus modis poſſideat : item ille , qui apud defunctum rem vitioſam, nunc purgatam vitio pro hærede poſſidet , & ille qui iuſtiſſimè errat,& qui tenet rem,in qua defunctus carebat titulo : tenebat tamen pro ſua,& bona fide,& hoc ſi eſt extraneus,ſecùs in ſuo hærede, glo.fin. in l.1. pro hærede.

Vſucapiuntur titulo pro hærede res ſingulares corporales,ſi alienatæ ſint in hæreditate;vt mobiles triennio, immobiles decennio : ſed ipſa hæreditas totalis non poteſt vſucapi pro hærede , cùm ſit vniuerſitas iurium,†d.gl.fin.

Vſucapere pro hærede poteſt is,qui poteſt hæres inſtitui,l.fi.eod. 5

Vſucapere pro hærede poteſt hæres indignus,† reprob.gl.1.ibid.

Vſucapere pro donato poteſt is,cui donationis cauſa tradita eſt res à non domino,nec ſufficit opinari;ſed oportet eſſe donatum,l.1. pro donato.

Vſucapere pro derelicto poteſt quis rem , quam credit eſſe habitam pro derelicto à domino , etiam ſi ignoret , à quo ſit derelictum , l. 4. pro derelicto.

Vſucapere pro derelicto nemo poteſt , qui falsò exiſtimauit rem pro derelicto habitam eſſe , niſi iuſtus error interueniat , l. nemo , & ibi gloſſa 1.eodem.

Vſucapere pro legato non poteſt quis rem,quam putabat ſibi legatam,cùm non eſſet,niſi iuſtus error adſit,l.2.& ibi gl.1.pro legato.

Vſucapere pro emptore non poteſt quis rem , quam ſe emiſſe exiſtimauit , cùm non emiſſet,niſi iuſtiſſimus error interueniat,l.3.& ibi gl.1.eodem.

Vſucapere pro legato poteſt legatarius rem alienam legatam , & etiam rem teſtatoris legatam , dummodò ignoret codicillis fuiſſe ſibi ademptam , l. 4. eodem.

Vſucapere pro legato legatum relictum Titij , poteſt vnus Titius , ſi duo Titij erant,& de quo teſtator ſenſerit,ignorabatur, l.4.eod.

Vſucapere legatorum nomine nemo poteſt,niſi is,qui capere ex teſtamento poteſt,l.nemo, eod.

Vſucapere pro legato non poteſt quis , ſi rei legatæ commercium non habeat: ſecùs ſi legetur ab eo,qui non eſt capax,gl.1.ibid.

Vſucapere pro legato non poteſt ille,qui errans in facto putat ſe poſſe vſucapere : quia inceſtuoſus eſt,ſed putat ſe legitimum,vel quia aliàs erat capax : ſed non ab illo,à quo credit ſibi relictum,gl.1.ibid.

Vſucapere pro legato poteſt is,cui legari poteſt, & etiam legatarius, qui errans credit teſtatorem eſſe puberem,vel credit adeſſe ſeptem teſtes,vel ſigilla, l.fi. & ibi gl.non iure,eodem. 6

Vſucapere poteſt quis id , quod ſuum eſſe exiſtimans probabili errore poſſedit, etiamſi falſa fuerit eius exiſtimatio,l.fi.pro ſuo.

Vſucapi non poſſunt per ſe mancipia , quæ prædiis morantur , cùm non poſſint alienari ſine prædio, gl.1.in l.3.de diuerſ.& tempor.præſ.

Vſucapere poteſt quis id , quod author eius vſucapere non potuit : quia erat in mala fide,l.an vitium,eod.

Vſucapere quod non potuit defunctus , nec poterit hæres eius , licèt ignoret vitium perſonale, quod habuit defunctus , vt quia ſciens alienum , vel

precario

Vſura pecuniȩ debitȩ ex adminiſtratione prȩſtatur in die, qua fertur ſententia, hoc eſt præſtatur vſura, quæ currit vſque tunc, non poſteà intra tempora quatuor menſium, gl. in diem, in d.l.1.§.fi.

Vſuræ non veniunt in debito ſpecierum, niſi per venditionem ſpecies fuerunt in pecuniam redigendæ, l.3.§.fi eod.

3 Vſuræ præſtantur ex pecunia, non autem ex corporibus, niſi quando æſtimatio corporis, id eſt ſpeciei reddi debet, aut fructus ante litis conteſtationem à malæ fidei poſſeſſore reddi debent, d.§.fi. in add. marg.

Vſurarum, & ſortis promiſſio præſumitur ex diuturna earum præſtatione, l. cùm de in rem verſo, 6. eod.

Vſuras exercere poteſt ciuitas, l. Caius, 11. & ibi glo. conſuetudo, & addit. marg. eodem.

Vſura accedit quantitati, non ſpeciei, gl.1. in l. neque eorum, 15. eod.

Vſura liberalitatis in rempub. factæ exigi non poteſt, niſi donans ſit in mora, vel ei tempus à præſide iudice ſit datum, l. liberalitatis, 16. & ibi gloſſa 1. eodem.

Vſuras pretij præſtare non tenentur emptor, niſi ſibi tradita re, dict. l. liberalitatis.

Vſuræ ſunt odioſæ, & ideò ad eas petendas non reſtituitur minor, qui reſtituitur aliàs etiam ad ea, quæ non acquiſierat, l. cùm quidam, 17. §. ſi pupillo, eodem.

ad Vſuras etiam ſine vlla mora tenentur publicorum operum curatores, ſi pecunia apud eos remanſit; ſed in ea, quam emptorib. id eſt vectigalium emptoribus commiſerunt, etiamſi negligenter dederint, vſura remittitur eis, niſi fraus ipſius curatoris interceſſerit, d.l. cùm quidam, §. eos, qui.

per Vſurarum receptionem deponens perdit priuilegium depoſiti: ſed pupillus per receptionem vſurarum non perdit priuilegium, quod habet in actione tutelæ pro reliquis, quæ ſibi debentur à tutore, l. qui nominib. 45. §. fin. & ibi gl. pen. & add. eod.

4 Vſura pecuniæ pupillaris, recepta à tutoribus, vel curatoribus, quantum ad recipientes habetur pro ſorte, & ita tenentur ad vſuras illius vſuræ: ſicut & ipſius ſortis, l. qui negotiationem, 59 §.1. & §. fi. eod.

Vſuras accipere dulce eſt, l. ait prætor, 10. §. ſi quid in fraudem, & ibi gl. dulcedine, quæ in fraudem creditorum.

Vſuræ appellantur quandoque fructus, & id, quod intereſt, l. ſi in iudicio, in add. marg. de exceptione rei iudi.

Vſurarum curſus odioſus eſt, gl. fi. in l. huiuſmodi, 63. de verb. oblig.

Vſurarum curſus non impeditur per litis conteſtationem factam ſuper ſorte, l. cùm ſtipulari, 90. eod.

in Vſuras priùs cedere debet, quod ex bonis debitoris redactum eſt, & reliquum debet cedere in ſortem, l. fideiuſſoris, 69. §. fi. de fideiuſſor.

Vſurarum curſus ex natura actionis procedens non intelligitur repetitus in ſtipulatione nouante, l. emptore rerum, & ibi gl.1. de nouatio.

Vſuræ, quæ debentur officio iudicis, non videntur deductæ in ſtipulatione nouante, † d.gl.1. & ibi add. marg.

Vſura pecuniæ, quam percepimus, non eſt in fructu: id eſt non ſemper vbi venit vnum, ibi venit reliquum: plerumque tamen vbi venit vnum, ibi venit etiam reliquum, l. vſura, 121. & ibi gl.1. de verborum ſignific.

Vſura pecuniæ non eſt ex ipſo corpore: ſed ex alia cauſa eſt: id eſt ex noua obligatione: quia eſt acceſſio ciuilis, d.l. vſura, & ibi gl. fi.

Vſuræ ſumptuum factorum ob negotium alienum geſtum peti poſſunt à negotiorum geſtore tam ex geſtore ſpontaneo, quàm ex neceſſitate, l. ob negotium, 18. C. de neg. geſtis.

5 Vſuræ præſtantur, quando pecunia ſub vſuris eſt recepta, vel quando impenſa eſt pecunia eius, qui ſolitus eſt fœnerari, vel etiam propter moram, vel aliam iuſtam cauſam veniunt vſuræ, gl.2. ibid.

Vſuræ non veniunt condictione ob turpem cauſam, l. 4. C. de condictione ob turpem cauſam.

Vſuræ per retentionem pignoris, de quibus vſuris præſtandis conuenit, ſeruari poſſunt, licèt ſtipulatio non ſit interpoſita, l.4. C. de vſuris.

Vſuras ex eo tempore, quo pecuniam debitam cum vſuris teſtibus præſentibus debitor obtulit creditori, & obſignatam eam depoſuit, vel eo abſente obtulit in iudicio, non tenetur præſtare, l. ſi creditrici, 6. C. eod.

Vſuras ſoluere non cogitur debitor ex eo tempore, quo pecuniam debitam cum vſuris depoſuit, niſi quando idem debitor fuerit in mora reaccipiendo eam pecuniam depoſitam, gl.1. ibidem.

Vſurarum obligatio non conſtituitur ex præſtatione earum, l. creditor, 7. C. eodem.

Vſuras ſe ſtipulatum creditor inſtrumentis ſi poteſt, probare debet, neque ex ſolutione earum conſtituitur obligatio earum, ibid.

Vſurarum ſola diuturna ſolutio non conſtituit obligationem vſurarum, quando petuntur illæ tantùm ex eo, quòd præſtitæ ſint, gl. ibid.

Vſurarum diuturna ſolutio conſtituit obligationem vſurarum, quando vſuræ petuntur, vt promiſſæ, quæ promiſſio ex diuturna præſtatione probatur, ibidem.

Vſurarum obligatio non conſtituitur etiam ex præſtatione earum per tres, vel plures annos; & hoc odio vſurarum, † gl.1. ibid.

Vſuræ per tempora ſolutæ non proficiunt reo ad dupli computationem, l. vſuræ, 10. C. de vſuris.

Vſura præſumitur ex quantitate pœnæ: quia præſumitur fraus, ſiue in ſolito fœnerari, ſiue in non ſolito, † gl.1. in l. cùm allegas, 15. C. eod.

Vſuræ licitè pro auro, argento, & veſte, ſcilicet illis æſtimatis, facto chirographo promitti, & ſolui poſſunt, l. pro vero, 25. & ibi gl.1. & 2. C. eod.

Vſuræ licitè pro omnibus rebus, quæ pondere, numero, & menſura conſiſtunt æſtimatis datis, promitti, & ſolui poſſunt, gl.1. ibid.

Vſura ſpecierum non præſtatur: ſi tamen ſpecies æſtimata ſit data, & eius æſtimatio conuertatur in mutuum, quo caſu creditor poteſt ſtipulari vſuras, d.l. pro auro, & ibi gl.2.

Vſuræ anni primi præteriti, & etiam annorum ſequentium præſcribuntur per præſcriptionem 30. vel 40. anno. per quam tollitur principale debitum, l. eos, Cod. eodem.

Vſuræ iudicis officio ſi debeantur, tunc ſiue tollatur principalis obligatio per præſcriptionem, ſiue per ſententiam, ſiue ſolutionem, tollitur ſemper acceſſoria, gl. ſuperuacuum, ibid. 6

Vſuræ ſi debeantur ex ſtipulatione, tunc ſi principalis tollatur per præſcriptionem, etiam tollitur acceſſoria; ſecùs ſi per ſententiam, vel ſolutionem ſortis, ibidem.

Vſuræ, quæ ſingulis annis debentur, poſſunt per vnicam præſcriptionem tolli, & hoc in odium vſurarum: ſecùs in annuis debitis, † ibid.

Vſurarum veterem, duram, & grauiſſimam molem ad mediocritatem deducere neceſſarium viſum fuit Iuſtiniano, d.l. eos.

Vſura præteriti, vel futuri temporis in ſortem redigere nulli licet, neque earum vſuras iterùm ſtipulari, l. fi. C. de vſuris.

Vſuræ ſemper manent vſuræ, nec aliquod vſurarum aliarum incrementum poſſunt ſentire, ibidem.

Vſurarum incrementum tantummodò ſorti accedit: ſed ſors non ſuſcipit incrementum vſurarum, ibid.

Vſura præterita ſi ſit oblata in præſentia, & poſteà ex cauſa mutui conceſſa in ſortem, & tunc rectè redigitur: quia tunc duo actus interuenire creduntur, gl. fin. ibidem.

Vſurarum, & ſortis non duæ actiones ſunt: ſed vna in vſuris, quæ petuntur officio iudicis, in bonæ fidei iudiciis, ex qua actione condemnatione facta iterata actio rei iudicatæ exceptione repellitur, l. 4. & ibi gloſſa 2. de furtis. 7

Vſurarum, & ſortis diuerſæ ſunt actiones, & diuerſa iudicia in vſuris, quȩ petuntur ex ſtipulatione, quo caſu poſſunt vſuræ peti etiam poſt ſententiam, dict. gloſſa 2.

Vſurarum ſolutio quod facit per longum tempus, hoc facere debet ſtipulatio per vnam horam, gl.1. in l.2. C. de dotis promiſſione.

Vſuræ debent ſolui in fine anni, gloſſ. final. in l. penultim. §. final. de præſcript. 30. vel 40.

Vſuræ eius quantitatis, cuius petitionem ratio compenſationis excludit, peti non poſſunt, l. eius quantitatis, 7. C. de ſolutio.

Vſuras, quas teneor ſoluere quot annis in vno loco, non poſſum ſoluere in alio loco, niſi ex cauſa, l. vſuras, 8. C. eod.

ſub Vſuris credere quis poteſt, etiam gratia mutuantis, & recipientis mutuum, §. mandantis, & ibi gl.1. Inſt. mandati.

Vſuræ omnes, vel etiam acceſſiones rerum iure nouo in totum ſunt ſublatæ, gl. fin. in auth. adhæc, C. de vſuris.

Vſuras Iuſtinianus ſuſtulit, dum ſtatuit ſeruandas eſſe regulas quatuor Conciliorum, inter quæ eſt Nicænum, in quo vſuræ fuerunt prohibitæ, ibid. & gl.1. in auth. de eccleſiaſt. titul. in princ. col.9. 8

Vſuræ cùm ſint contra legem Dei, & ideò quamuis nulla lex humana prohiberet eas, adhuc non valerent, gl. fi. in d. auth. adhæc.

de Vſuris præſtandis ſtipulatio, vel pignus, aut iuramentum non tenet, ibidem.

Vſuræ fideicommiſſi debentur minoribus viginti quinque annorum etiam ſine ſtipulatione ex ſolo tempore tardæ ſolutionis: ſed eo facto maiore deſinunt currere iure ſpeciali, & de nouo incipiunt currere, facta de nouo interpellatione iure communi poſt 25. annos, l. Titia, 89. §.1. & ibi gloſſa vſuras, de legat. 2.

Vſuræ fideicommiſſi debentur maioribus, 25. annorum, ab eo tempore, ex quo mora facta eſt, ad quam ſufficit vnica interpellatio, ibid.

Vſuræ, quæ percipiuntur de quantitate legata pendente conditione, debent in Falcidiam imputari hæredi, & quod deeſt, ab omnib. legatariis pro rata ſuppletur, l. qui quadraginta, 87. §. qui ducenta, ad legem Falcid.

Vſuræ ſpeciali iure in legato ad pias cauſas relicto, & fauore vltimæ voluntatis peti poſſunt, quando legatum ad pias cauſas intra ſex menſes non ſoluerit, gl. fin. in auth. adhæc, C. de vſuris.

Vſuræ legatorum, vel fideicommiſſorum debentur à tempore litis conteſtationis, ſi hæres non fuit in mora, l. 1. & ibi gloſſa 1. C. de vſuris, & fructibus.

Vſuræ legatorum, ſeu fideicommiſſorum debentur à tempore moræ, gloſſa 1. ibidem.

Vſuræ, & fructus legatorum, & fideicommiſſorum comparantur bonæ fidei iudiciis, ibidem. 9

Vſuræ vſurarum in ſtipulationem deduci, neque exegi poſſunt, & ſolutæ repetuntur, l. ſi non ſortem, 26. de condictione indeb.

Vſura vſuræ non debetur, gl. ex omni ſumma, in l. lecta, ſi certum petatur.

Vſurarum legitimarum ſtipulatio rectè poteſt fieri ita, ſi minores ad diem ſolutæ non fuerint, quòd maiores vſuræ, intra tamen legitimum modum, debentur, l. pecuniæ, §. vſurarum, de vſuris.

Vſuræ vſurarum iam exactarum peti poſſunt, l. idémque, 10. §. 1. & ibi gl. vſuras & add. marg. mandati.

Vſurȩ vſurarum veniunt in actione negotiorum geſtorum, gl. geſſit, in l. ſi prior 13. §. ſciendum, qui potiores in pignore.

Vſuras vſurarum tenetur tutor præſtare pupillo, quas exegit ipſe à debitoribus pupillaribus, l. tutor, qui, 8. §. ſi quas, de adminiſtra. tutorum.

Vſuræ vſurarum nullo modo poſſunt exigi à debitoribus, l. fi. C. de vſuris, l.3. C. de vſuris rei iudicatæ, l. ſecundus, 22. C. de pignor.

Vſuræ fructuum perceptorum à malȩ fidei poſſeſſore, vel poſt litis conteſtationem in actionibus ſtricti iuris, non debentur: ſicut nec vſura vſurarum, ne ſit acceſſio acceſſionis, l. neque eorum, 15. & ibi gl.1. de vſuris.

Vſuræ fructuum perceptorum ante litis conteſtationem à bonȩ fidei poſſeſſore in actionibus bonȩ fidei, vt in petitione hȩreditatis debentur: ſecùs in actionibus ſtricti iuris, gl. fi. ibid. 10

Vſuras indebitas iure ciuili: ſed debitas iure naturali ex pacto ſi quis per errorem ſoluerit, non repetit, l. ſi non ſortem, 26. & gloſſ. 1. in l. pœnȩ, 42. de condi. indeb.

Vſuras ſi quis ſoluerit falsò credens ſe ſortem debere, poteſt repeterȩ condi-

sententiam:quia in illis non est alia actio sortis,alia vsurarum, cùm ex mora debeantur officio iuris;secùs si deberentur alia actione,ibid.

Vsuræ citra stipulationem in bonæ fidei iudiciis,vel in legatis,& fideicommissis exigi possunt,gl.exigi,in l.eos,§.super,C.eod.

Vsuræ creditarum pecuniarum etiam ex nudo pacto debentur ciuitatibus speciali iure; regulariter tamen citra vinculum stipulationis non debentur, l. etiam ex nudo,30.& ibi gl. 1.de vsuris.

Vsuræ non possunt constitui nudo pacto:sed sunt deducendæ in stipulationem, gl.conuenit,in l.si ex pretio,6.C.si certum petat.

Vsuræ in pecunia numerata,etiam ex nudo pacto,debentur speciali iure in ciuitate,& in nautico fœnore:secùs tamen est in aliis,gl.1. in l.3.C.de vsuris.

Vsuræ fœnebris pecuniæ non debentur,neque peti possunt ex pacto incontinenti apposito,ibid.

Vsuræ si ex conuentione, & pacto si simpliciter fuerint solutæ, & non nòmine vsurarum,tunc in sortem computantur, gl.fi.ibid.

17 Vsuris etiam obstricta sunt pignora conuentione pacti,l.4.C.de vsuris.

Vsuræ per pignorum retentionem, de quibus vsuris præstandis conuenit nudo pacto,& cum pignore seruari possunt etiam à fisco successore,talis debitoris, glo.1.& gl.conuenit,ibidem.

Vsura quandoque debetur ex nudo pacto,gl.fi.in l.frumenti,12.C.eod.

Vsuras præstari pignore dato nudo pacto potest pacisci, l. si vsuras, 21. C.de vsuris.

Vsuræ si promittantur stipulatione,vel nudo ita,quòd pignus pro eis teneretur, si promissor aliquid soluit,non designando propter quod debitum,habet electionem creditor computandi in vsuras, d.l.si vsuras,& ibi gl.1.

Vsuræ solo pacto promissæ sine pignore si soluantur sine designatione, creditor sortem tantùm debet eligere,ibid.

Vsuræ, etsi sine stipulatione peti non possint, pignoribus interuenientibus pro sorte,& vsuris pacto retineri possunt illa pro vsuris,l.pignoribus,22.C.eod.

Vsuræ cùm sine stipulatione peti non possint, nec datis pignoribus nullo interposito pacto,quòd per pignorum retentionem possint seruari,non possunt illa retineri, neque potest amplius sorte petere, & creditor ad restitutionem pignoris potest compelli,soluta sibi sorte,l.pignoribus, 22.C.eod.

18 Vsuræ cùm sine stipulatione peti non poterant ratione,vel nomine pignoris;pignus pro eis retineri potest, cùm hoc dictum sit, vt pignus pro eis vsuris teneatur,gl.1.ibid.

Vsurarum taxatus modus minui potest consuetudine : sed non potest augeri,gl. exigi,in l.eos,§. super,C.eod.

Vsuræ deductę in pactum iuxta contractum incontinenti appositum iure actionis debentur : secùs si pactum non sit appositum incontinenti iuxta contractum:quia tunc non ex pacto : sed tantum iudicis officio ex mora debentur,l.initio,5.& ibi gl.pen.C.de pactis inter emptor.

Vsuræ sine stipulatione non debentur in fœnebri pecunia:sed in contractu venditionis ex pacto incontinenti apposito etiam citra stipulationem veniunt vsuræ,gl.1.ibidem.

Vsuras tantùm soluere tenetur emptor ex mora,nisi fructus ex re empta percipiat,vel si minor non sit ille,cui debentur vsuræ,gl.duntaxat,ibidem.

Vsuræ ex mora,vel alia causa veniunt in locato,& conducto, l. 2.& ibi gloss. C. de locato.

Vsuræ,quæ in regione frequentantur, dummodò non excedant legitimum modum,veniunt ex mora in locato,& conducto,glo.fi.ibidem.

Vsuræ non debentur ex mora pœnæ, siue pœna debeatur ex pacto, siue ex lege, l.1.& ibi gl.1.C.de fiscalib.vsuris,lib.10.

Vsuræ non debentur ex mora pœnæ, licèt pœna sit deducta in contractum, vt sors,si hoc probari potest,d.l.1.

Vsuræ accedunt sorti debitæ fisco,etiam sine promissione,gl.1.ibid.

Vsuras ex pacto consequitur creditor per pignoris retentionem, non iure actionis,nisi stipulatio intercesserit in contractu stricti iuris, glo.2.in addit. marg.in l.2.C.eod.

circa Vsuras propter moram officiũm iudicis tantum valet in bonæ fidei iudiciis,quantum stipulatio vsurarum,l.quia tantumdem.de negost.gest.

19 Vsuræ veniunt ex mora in actione ex testamento ad instar bonæ fidei, gl. vel si, in l.ideò,de eo, quod certo loco.

Vsuræ ex mora veniunt in actione negotiorum gestorum, l.si pro patre, §. sed vtrùm,de in rem verso.

Vsuræ veniunt in depositi actione à tempore,etiam si pecunia numerata deponatur, licèt depositi terminos egrediatur, vt quia dictum est vt tantumdem redderetur,l.Lucius,depositi.

in Vsuris debendis in bonæ fidei iudiciis tantum potest officium iudicis, quantum stipulatio,ibid.

ad Vsuras minores, qui tenetur, potest post certum tempus propter moram se obligare ad maiores:& si nemo extitit, qui reciperet, excusatur à maioribus: sed non à minoribus, nisi fecerit oblationem, consignationem, & depositionem, quo casu ab eis excusatur : sed vt excusetur à maioribus, sufficit sola oblatio, cùm nondum cœperunt, l. pecuniæ, §. vsurarum,& ibi gloss.inculpatam,de vsuris.

ad Vsuras etiam sine vlla mora tenentur illi, qui ex administratione rerum ciuitatum conueniuntur,l.cùm quidam,17.§.eos,qui,de vsuris.

Vsuræ perceptæ ab vxore ex pecunia sibi per virum donata sunt ipsius vxoris, adeò,quòd si pars capitalis sit perdita, & alia pars propter vsuras sit duplicata,debet reddi viro tantùm illa pars capitalis,quæ durat,& idem est in fructibus rei donatæ,l.ex anno,16.§.fi.cum duabus,leg.seq.de donat.inter virum.

Vsuræ non currunt regulariter ex mora reipsa commissa,nisi speciali iure in fauorem minoris,fisci,aut reipub.† gloss.fin.& ibi add.marg.in l.sed & si, 23.§. fi. de vsuris.

Vsuræ debentur ex mora in bonæ fidei indiciis : fructus tamen etiam sine mora, l.mora,32.& ibi gl.in bonæ fidei,& ibi gl.ex mora,eod.

Vsura venit ex mora in pecunia,quæ debetur,vt species,l.cùm res,49. & ibi glo. 1.de legat.1.

20 Vsuræ veniunt ex mora, & aliis causis in actione negotiorum gestorum, glossa eum vsuris,in l.tutori, 20.C.de neg.gest.

Vsuræ debentur ex mora in bonæ fidei iudiciis : sed in contractibus stricti iuris ex stipulatione,gl.fi.in l.4.C.de vsuris,gl.1.in §.actionum,Inst.de actio.

Vsuræ de iure canonico non debentur in bonæ fidei iudiciis, ex mora, neque in contractibus stricti iuris,ex stipulatione,d.l.4.in add.marg.

Vsuræ in depositi actione: sicut in cæteris bonæ fidei iudiciis, ex mora venire solent,l.2 C.depositi.

Vsuræ sine stipulatione non debentur,gl.condici,in l.rogasti, §.si tibi, si certum petatur,& gl.fi.in l.qui se debere,§.fi.de iureiur.gl.1.in l.1.de vsuris.

Vsuræ sine stipulatione in contractu mutui non debentur, gl.1.in l.singularia,si certum petatur,l.idémque,§.si quis Titio, de vsuris.

Vsuræ in contractibus stricti iuris currunt ex stipulatione propter moram, l.lecta,& ibi gl.potuerit,si certum petatur.

Vsuræ currunt ex stipulatione propter stipulationem, & ita faciunt creditores quotidie,d.gl.potuerit.

Vsuræ,quæ per stipulationem promissæ non sunt,iure ciuili non debentur:sed si pacto nudo promittantur,debeatur naturaliter, gloss.1.in l.si non sortem,de condictione indebiti.

Vsuræ, quæ in stipulationem deductæ non sunt, non debentur in actione de in rem verso,l.si pro patre,§.sed vtrùm,de in rem verso.

Vsurarum stipulatio in eo, quod est vltra legitimum modum, non valet : in eo tamen,quod est intra legitimum modum,superfluo detracto,valet,l.pecuniæ 9.de vsuris.

Vsurarum stipulatio committitur ex lapsu diei sine interpellatione, d. l. pecuniæ,§. vsurarum.

Vsurarum maiorum stipulatio non committitur pro tempore, quo minores currunt,l.cùm quidam,17.eod.

Vsuras minores si quis promiserit ita, quòd si cessauerit eas soluere, promisit maiores:cessando minores soluere, tenetur maiores præstare ex die cessationis,d.l.cùm quidam,& ibi gl. excedit. 21

Vsurarum stipulatio tam quoad vsuras decursas, quàm decurrendas non extinguitur per litis contestationem factam super sorte,ac etiam super parte vsurarum,l.1.C.de iudiciis.

Vsuræ rectè debentur si interrogatione præcedente promissio vsurarum rectè facta probetur,licèt instrumento conscripta non sit, l.1.C.de vsuris.

Vsurarum stipulatio rectè facta esse censetur,si præcedente interrogatione promissio facta sit, dummodò legitimus modus vsurarum non offendatur, gl. fi. 2.ibidem.

Vsuras minores,quàm sibi fuerunt promissæ,creditor recipiendo per certos annos,sibi præiudicat,l.aduersus,5.C.de vsuris.

Vsuræ debentur per stipulationem,non nudo pacto,gl.pe.in l.1. C.de solutio.

Vsuras regulariter potest quilibet stipulari vsque ad semissem,hoc est dimidiam centesimæ, præter mercatores, quibus permissum est besses, & præter alios quosdam,qui centesimam partem possunt stipulari,gl.1.in l.fi.C.de fiscalibus vsuris.

Vsuræ in iudiciis stricti iuris non veniunt sine stipulatione, glo.non oportebit, ad med.in l.centum Capuæ,de eo,quod certo loco.

Vsuræ citra vinculum stipulationis etiam per pactum incontinenti appositum in contractibus stricti iuris,non debentur, nisi contractus stricti iuris habeatur pro bonæ fidei,vt quia sit similis ei,putà locato,vel mandato,glo.non debere,in l.Titius,de præscrip. verbis.

Vsuræ citra vinculum stipulationis per pactum incontinenti appositum contractui stricti iuris,speciali iure debentur ciuitatibus,ibid.

Vsuræ,& omnis causa veniunt in actionibus stricti iuris, & personalibus à tempore litis contestationis,l.2.& ibi gl.1. de vsuris.

Vsuræ vt veniant in contractibus stricti iuris post litis contestationem,necessaria est stipulatio:alioquin non debentur vsuræ,d.l.2.in add. marg.

Vsuræ veniunt in contractibus stricti iuris, etiam finita lite super sorte:quia in illis alia actio datur pro sorte:alia pro vsuris,gl.pen.in l.in bonæ fidei,eod.

Vsuras minores debens sub conditione, quòd si illas intra centum tempus non soluisset, promisit maiores,creditor si accepit minores post tempus cautioni præfinitum, nec maiores sibi dari postulauit, eas vsuras exigere debet creditor,in quarum exactione perseuerauit,l.quamuis,8.C.de vsuris.

Vsuras maiores promittens sub conditione,si in minoribus cessaret,præstare illas non cogitur, si per eum non stat, quominùs intra tempora præfinita minores vsuras soluerit:sed per tutores filiorum creditoris,qui eas accipere noluerunt,l.si per te,9.C.de vsuris.

Reliqua verbo,Fideiussor,58.59.Mutuans,Debitor,38.

VSVRA erat olim duplex,terrestris scilicet.& nautica, authen. de vsuris nauticis,in princip.in additione margin.colum.9.& rub. ff.de nautico fœno. in add.marg. 22

Vsura nautica duplex erat:vna erat,quæ in alteram nauigationem tantùm,constituebatur,hanc Græci heterop tum dicunt;altera sic inlebatur, vt non secus deberetur, nec eius,sors,quàm si dominus nauis sospes cum mercib.nauigaret, ob idque à Græcis amphoteroplus dicebatur, quasi ob nauigationem, & renauigationem taxata,cuius lex,ac natura non sinit duplam centesimam excedere:sed pecunia,quæ in has vsuras concreditur,traiectitia dicitur,à traiiciendo, quod transuehere, aut transnauigare, & transfretare interim significat,in d.add.marg.& in rub.ff.de nautico fœnore,in add.marg.

in Vsuris nauticis leges antiquæ,& consuetudines non repugnantes legib.perpetuò,& inuiolabiliter sunt seruandæ,§.nos igitur,in auth. de vsuris nauticis.

Vsura nautica,quæ sesquiquarta maior esset, iure ciuili non admittitur, cùm legitima traiectitię pecuniæ excedere duplam centesimam non debeat, in rub. in add.marg.de nautico fœno.

Vsuræ iure nouo permissæ sunt speciali iure in nautico fœnore, in quo etiam iure veteri erant multa specialia propter periculum, quod subit creditor, & quòd nudo pacto,& sine stipulatione debentur,in auth.ad hæc,C.de vsuris.

Vsurarum certus modus constituitur in certo genere hominum, vt in rusticis. quando eis mutuatur,gl.siliquam,in auth.nullum credentem agricolæ,col +

Vsuræ quincunces, vt semisses dicuntur, quibus ex centenis singulis quinq.

continuè vti,gl.fi.in l.si solennibus,7.C. de fide instrum.

Vsurpare,verbum quandoque in bonam, quandoque in malam partem sumitur, l.in fiscalibus,& ibi gl.vsurpat.& ibi add.marg.C.de exactoribus,lib. 10.& gl. vsurpare,in l.quemadmodum.C.de agricol.& censitis.lib. 11.

Vsurpatio est vsucapionis interruptio : oratores autem vsurpationem frequentem vsum:id est vsucapionem vocant,& etiam quandoque Iurisconsulti,l.2.& ibi gl.2.de vsucapio.

1 VSVS est ius vtendi rebus alienis salua rerum substantia :fruendi tamen non ponitur,licèt in definitione vsusfructus ponatur,gl. 1.in l. 1.de vsu,& habit.

Vsus dicitur nudus in respectu:quia est sine fructu,ibid.

Vsus propriè non potest esse in rebus,quæ solo vsu consumuntur, sicut nec vsusfructus,cùm in eis non possit esse salua substantia , ibid.

Vsus potest esse in rebus,quæ vsu consumuntur:sed non vsus,quatenùs est seruitus,ibidem.

Vsus aut est iuris,aut facti:si iuris,non diuiditur:si facti, diuiditur, gl. 2.in add. marg.in l.vsus pars,20.eod.

Vsum habenti tantùm permittitur vti,non frui,gl.fruendi, in principio , Instit. de vsufructu.

in Vsu minus iuris est,quàm in vsufructu,in principio.Instit.de vsu, & habita.

Vsus dicitur indiuiduus; vsusfructus autem diuiduus : quia vsusfructus continet certum:sed vsus incertum,cùm non retineatur vtilitas totius rei,vt in vsufructu, vel quia vsus habet omnimodam similitudinem cum realibus , cùm debeatur à re personæ,& ideò ille:sicut & reales,est indiuiduus : sed vsusfructus est pars dominij,& ideò pars eius,sicut dominium potest quæri pro indiuiso, vel quia in vsufructu præstatio partis affert tantam vtilitatem respectu partis,quantam totus respectu totius:quod non est in vsu, cuius præstatio debet fieri pro necessitate,quæ in parte non consideratur,gl. solet & ibi add. ibi , & gl.neque vsus,in l. 1.§.si vsusfructus,ad leg.Falcid.

Vsu partis retinetur ius totius à sciente : secus ab ignorante, l. is , qui vsumfructum,20.quibus modis vsusfruct.amit.

Vsus domus si mulieri legatus sit;illa trans mare profecta retinet vsum, si maritus domo vsus fuerit,vel si familiam ibi reliquisset, cùm peregrinaretur , l. si mulieri,22.eod.

Vsu fundi legato,licitum est legatario in eo fundo habitare,ita vt neque domino fundi molestus sit,neque his,per quos opera rustica fiunt,sit impedimento,l.denique,11.de vsu,& habita.

Vsus, qui duobus communis est, ita , quòd neque vendi , neque locari debeat, communi diuidundo potest adiudicari vni condemnando cum dare socio æstimationem partis,l.item quamuis,communi diuidundo.

2 Vsus pecuniæ,vel vsusfructus verus idem continent, quoad præstandam cautionem,gl.fi.& ibi add.marg.in l. hoc senatus, de vsufructu earum rerum.

Vsus tantum pecuniæ si legatus sit,continetur etiam fructus pecuniæ,& stipulatio de reddendo tenet,siue ante,siue post datam pecuniam sit præstita, l.quoniam,eodem.

Vsu pecuniæ,vel syluæ legato continetur etiam fructus,ibid.

Vsus quandoque non constituitur,sicut vsusfructus,gl.fi.in l. 1.de vsu,& habit.

Vsus potest constitui inter viuos,& in vltimis voluntatibus,d.l.1.in add.marg.

Vsus dicitur indiuiduus:sed vsusfructus est diuiduus,ibid.

Vsus cui legatus est,potest vti:sed non frui,l.2.eod.

Vsus nudus:id est sine fructu eisdem modis constitui solet,quibus & vsusfructus, d.l.1.in principio.Inst.eod.l.3.in fi.de vsufruct.& quemadmodum.

Vsu equirij legato ad eum vsum legatarius debet vti , in quo vsu ipse præpositus est,veluti si legatarius erat auriga,& scit testator, videtur ad eum vsum legare , & ideò ipse solùm ad eum debet vti, l. plenum , §. equitij , eod. de vsu, & habit.

Vsus ministerij serui si alicui legatus sit,potest vti ad suum ministerium,liberorum,coniugisque,ibid.

Vsus sine fructu constituitur in legato; quo adimebatur fructus sine vsu : sed in vsusfructus legato vsus si adimatur,ademptio nulla est,l.sed si,15. eod.

Vsu legato si fructus eidem legatur,confunditur fructus cum vsu,ibid.

Vsus si mihi legetur,tibi verò fructus eiusdem rei,ego,& tu concurrimus in vsu: quia habendo fructum,& vsum propter causam fruendi habere videris:sed tu habes solum fructum,d.l.sed si,& ibi gl.pen.

3 Vsus apud vnum,fructus sine vsu apud alium,& proprietas apud quendam alium potest esse,neque est inter legatarios ius accrescendi , cùm diuersis testamentis legata percipiant,d.l.sed si,& ibi gl.fi.

Vsus pars legari non potest:nam frui possumus pro parte:sed non possumus pro parte vti,l.vsus pars,20.eod.

Vsus tertiam partem si tibi legauerim,& alias duas legauerim alij, non valet legatum:quia vsus est indiuiduus,neque potest diuidi,gl.1.ibid.

Vsus quando duobus legatus est,quorum nulli sufficiunt fructus , tunc domini illi vsuarij diuidunt pro certa parte:id est dimidia , & hoc contingit occasionaliter potius,quàm nomine,gloss.2. ibi, & gloss. solet, in princ. Inst.de vsu, & habit.

Vsus aquæ personalis est , & ideò ad hæredem vsuarij transmitti non potest , l. vsus,22.de vsu,& habit.

Vsus syluæ si legatus sit, fructus quoque legasse videtur:quia nisi liceret legatariis cædere syluam,& vendere, sicut fructuariis, licèt nihil habituri essent ex illo legato,l.diuus,23.eod.

Vsus pecuniæ legatus non potest aliter amitti,quàm morte,vel capitis diminutione vsuarij,l.si vsusfructus,vsufructu.quemadmodum.

Vsu quoque domus relicto boni viri arbitratu cautio debet interponi , etiam si vxori vsus domus relictus sit, & quòd habitaret ibi cum filiis , l. pen. vsufructuarius quemadmo.

Vsus si ad personam refertur , tunc pro parte diuidi non potest : si verò ad rem, tunc diuidi potest : quoniam vsus partis rei esse potest : quia iura corporalia censentur diuidua,vel indiuidua secundum eius naturam,quod in vsum deducitur,gl.vehiculi,in add.marg.in l.si vt certo,§.fi.commodati.

4 Vsum rei alienæ in suum lucrum conuertens,tenetur furti, l. si pignore , 56. de furtis.

Vsus pro parte constitui non potest:sed vsusfructus sic, glo. solet , in principio. Inst.de vsu,& habit.

Vsus,qui mihi sufficit,si hodie constituatur ab vno, & posteà in alio fundo constituatur ab alio,tunc locus est electioni,seu gratificationi in toto,vel in parte,gl.quotidianum,ibid.

Vsum pecorum , & ouium habens vltra vsum suum non potest vti lacte , neque agnis,neque lana:quia ea in fructu sunt:sed ad vsum suum, vel suorum, rectè potest vti:item ad stercorandum agrum,§.item is,ad quem,& ibi gl.neque lacte.Inst.eod.

ad Vsum alicuius parata videntur ea,quæ ad eius tantùm, non quæ ad communem cum alio parata sunt,l.legatis,36.de leg.2.

Vsus loquendi,vt dicatur communis,requiritur longi temporis consuetudo, gl. ex communi,ibi,& sic vsitata,in l.labeo,de penu legata.

Vsu suo,his verbis tantùm continetur,quod victus sui causa paratum est, l.in lege Censoria,203.§.quid autem,de verb.sign.

Vsus,ac mores diuturni consensu vtentium comprobati legem imitantur. §. ex non scripto.Inst.de iure naturali.

ex Vsu longo potest quis probare promissionem,gl.diuturni,in additio. ibid.

Vsus non constituitur omnibus modis,quibus constituitur vsusfructus,gl.fi.in l. 3.de vsufruct.& quemadmod.

Vsus potest constitui sine fructu,l.& per iusiurandum,§.si quis vsumfructum, de acceptil. 5

Vsum alicuius domus habens si sit ita angustus,vt non possit totius domus vsum occupare,nihilominùs proprietarius aliis partibus non vtetur:quia aliis vtetur,fortè aliis temporibus,vt faciunt domini ædium,qui secundum diuersitatem temporum diuersis partibus vtuntur,l.diuus,23.§.1.de vsu,& habitatione.

Vsu domus legato marito potest illic habitare non solùm ipse solus : sed etiam cum familia sua,& cum libertis,& etiam potest hospitem, vel inquilinum recipere ad inhabitandum cum eo,l.2.& 3.eod.

Vsu domus legato marito liberti,hospites,inquilini,& clientes ipsius mariti non possunt ibi habitare sine marito,etiam si ipse maritus vellet,l.4.eod.

Vsu domus legato mulieri potest ipsa cum marito ibi habitare, ne ei matrimonio:id est debito iure matrimonij carendum esset, cùm vti vellet domo, d. l. 4. §.mulieri.

Vsu domus legato viduæ potest ipsa etiam contractis nuptiis post vsum constitutum habitare cum marito,& cum socero,ibid.

Vsu domus legato socero potest ipse habitare ibi cum nuru,si viro iuncta sit: id est in simul cum eis patre, & vxore:scilicet vnum sit:id est vna persona,l.imò, & ibi.gl.in verb.vnà.

Vsu domus legato mulieri,ipsa non solùm cum marito : sed etiam cum libertis, & parentibus potest habitare,l.non solùm,de vsu, & habitatione.

Vsu domus legato mulieri potest ipsa recipere hospitem,vel colonum,quos maritus potest recipere,si sibi legatus esset:dum tamen is sit talis,qui cum ea honestè habitaturus sit,d.l.non solùm,cum l.seq.

Vsus domus cui legatus est,nō potest is sine se locare seorsum, neque concedere habitationem,neque vendere vsum,l.sed neque,8.eod.

Vsus domus si mulieri legatus sit sub conditione,si à viro diuertisset,remittenda est ei conditio,& cum viro habitare potest,ibid.

Vsu domus,cæterarúmque rerum legato vxor cum viro in promiscuo vsu eas res habere potest,l.cæterarum,9.eod. 6

Vsus,& habitationis legatum idem penè est in effectu:differt tamen in quibusdam:quia habitatio locari potest:sed vsus non,l.si habitatio,& ibi gl.1. eod.

Vsus fundi si legatus sit,minus videtur legatum,quàm si fructus fundi legaretur, l.si habitatio.§.1.eod.

Vsus fundi si legatus sit,legatarius potest ibi habitare,& potest prohibere dominum , & eius familiam vrbanam venire , nisi ipse dominus colat ipsum fundum:sed non poterit prohibere colonum,vel eam familiam,quæ agri colendi causa ibi sit,d.l.si habitatio.§ fi.& ibi gl.fi.

Vsus fundi si legatus sit,legatarius cella vinaria,& olearia potest vti : dominus verò vsuario inuito non potest,ibid.

Vsu fundi legato proprietarius potest venire ad fundum ad percipiendos fructus,& per ipsa tempora fructuum colligendorum etiam illic habitare,l.plenum.eod.

Vsum nudum fundi habens nihil intelligitur habere vlteriùs,quàm vt oleribus, & pomis,floribus,fœno, & lignis ad vsum quotidianum vtatur , in principio. Inst.de vsu,& habit.

Vsum fundi habens potest etiam in eo fundo morari ita,vt neque domino fundi molestus sit,neque his,per quos opera rustica fiunt,impedimento sit. ibid.

Vsum fundi habens non potest ius,quod habet,locare, vendere, aut gratis concedere alij,ibid.

Vsum fundi quando quis habet , fundum colet proprietarius si vult, aliàs colet vsuarius , ibid.

Vsus domus si legatus sit sine fructu,communis refectio est in sartis,tectis,tam hæredis,quàm vsuarij,si hæres, vel legatarius habuerint vsum in ea:si verò sit domus,vt hæres non possit percipere fructum , tunc cogitur legatarius , l. si domus,19.de vsu,& habitatione.

Reliqua verbo,Consuetudo,Depositarius,13.Legare,9.Mos,Seruitus, 8. 9. 27. Vsusfructus , Vsuarius.

Vsufructuarius in genere, num.1.vsque 6.

Quoad cautionem,& fructus,& vsuras,& transmissionem,& restitutionem,7.8.

Quoad agendum. vel conueniendum,num.8.9.

Quoad expensas,& refectionem rei,cuius vsumfructum habet num. 9. 10.

Quoad alienandum,vel locandum,num.11.

VSVFRVCTVARIVS dicitur largo modo etiam ille , in quem transit vtile ius,& commoditas : propriè tamen , & strictè loquendo non dicitur vsufructuarius,l.1.& ibi gl.fructúsque,ad Trebel.

Vsufructuarius arbitrio boni viri vti debet,l.inter fructuarium,20.§.ei,cuius, & ibi gl.& si aliàs,de damno infecto.

ab Vsufructuario si dominus proprietatis petierit proprietatem , & inter moras vsusfructus amissus sit , fructus illius proprietatis domino sunt restituendi ab eo tem

corrumpen

corrumpentem seruum,in quo habet vsumfructum.ibid.

Vsufructuario competit vtilis actio Aquilia,gl.fructuario,ibid.

Reliqua verbo,Cautio,16.17.Dominus,4.5.Fructus,15.Fructuarius,1. vsque 5 & per tit Hæres,77. Proprietarius, Seruus, 12. vsque 18. Superficiarius, Vsuarius, Legatum, 127.128.

7 VSVFRVCTVARIVS debet cauere de restituenda proprietate:& si non potest cauere in ciuitate,debet remitti ad municipium,vt ibi satisdet,l.dedit, §. tutor.qui satisdare.l. 1. vsufructuar.quemadmod.

Vsufructuarius tenetur præstare cautionem,quam hæres potest ei remittere,gl. fi.in l.1.de vsufructu,& quemadmod.

Vsufructuarius tenetur cauere se vsurum boni viri arbitratu, & cùm vsusfructus ad eum pertinere desierit,restituturum,l.1.vsufructuar.quemadmod.

Vsufructuarius, cui per fideicommissum,vel per donationem causa mortis , vel ex alia quacumque causa relictus est vsusfructus,debet cauere.ibid.

Vsufructuarius debet cauere boni viri arbitratu se vsumfructum percepturum, hoc est causam vsusfructus deteriorem non facturum,& cætera facturum,quę in re sua faceret.ibid.

Vsufructuarius debet stipulatione cauere de duobus:Primò,se boni viri arbitratu vsurum:Secundò,de vsufructu restituendo:quorum prior statim,atque non vtitur boni viri arbitratu,committitur,& sæpiùs potest illa committi;sed sequens de restituendo committitur finito vsufructu.ibid.

Vsufructuarius finito vsufructu tenetur restituere quidquid ex eo peruenit: ipsam tamen rem dare:id est facere accipientis non potest , cùm non sit sua, d.l.1.§.fi.

Vsufructuarius,qui promisit de restituendo,si cùm posset interpellare vsucapionem,non interpellauit,tenetur ad æstimationem rei.ibid.

Vsufructuarius debet præstare cautionem cum idoneis fideiussoribus secundum boni viri arbitrium,gl.1.in l.4.C.de vsufructu.

Vsufructuarius si non potest pręstare cautionem cum fideiussoribus,sufficit,quòd præstet iuratoriam cautionem de vtendo fruendo boni viri arbitrio , si vsufructuarius non sit persona suspecta:sed si suspecta sit , sequestrari debet res secundum certam formam,† gl.1.& ibi add.ibid.

Vsufructuarius debet præstare cautionem , quòd nullam læsionem ex vsu proprietati afferet,& de restituendo finito vsufructu,gl.2.ibid.

Vsufructuarius non aliter facit fructus suos,nisi præstita cautione de vtendo , & fruendo arbitrio boni viri,gl.fideiussionem,in l.hac edictali,§.his illud, C.de secun.nupt.

Vsufructuarius pater non tenetur satisdare de bene vtendo,& fruendo bonis aduentiis filij, neque de reddendis rationibus : sed mater vsufructuaria tenetur satisdare,l.fi.§.vbi autem,C.de bonis quæ liberis.

Vsufructuarius si satisdationem de rectè vtendo præstare non potuerit,remanet res apud proprietarium, qui debet præstare vsuram vsque ad tertiam centesimæ,§. vnde sancimus, vers. si autem , & vers.si verò vsus, & ibi add. marg. in auth.de nuptiis,col.4.

8 Vsufructuarius etiam si maturis fructibus : nondum tamen perceptis decesserit, ad hæredem suum eos fructus non transmittit , l. in singulos , 8. de annuis legatis.

Vsufructuario cauenti debentur vsuræ pecuniæ fœneratæ per defunctum quandocumque currentes:sed vsuræ pecuniæ fœneratæ per hæredem , debentur à tempore moræ,l.vxori,24.de vsufructu legato.

Vsufructuarius non facit fructus suos ante cautionem præstitam decursos , nisi sciente proprietario bona fide percipiat,credens se non teneri satisdare,gl.in cautionem,ibid.

Vsufructuario omnium bonorum tenetur hæres post cautionem de reddendo, præstare etiam vsuras pecuniæ,per defunctum sub vsuris mutuatæ , quas post cautionem decursas lucrifacit,tanquàm fructus pecuniæ,nec tenetur restituere hæredi:sed decursas ante cautionem non lucrifacit,& tanquam sortem tenetur restituere, l. vxori,24.& ibi gl.præstabitur,& gl.seq.eo.

Vsufructuario omnium bonorum non tenetur hæres præstare vsuras pecuniæ hæreditariæ,quam ipse sub vsuris mutuauit,cùm eas lucretur:post moram tamen tenetur præstare etiam vsuras,aut lucretur fructuarius,qui de illis restituendis non tenetur cauere,d.l.vxori,& ibi gl.dumtaxat,& gl. aut quod.

Vsufructuarius,vt fructus suos faciat,non est necesse,quòd eos consumat:necesse tamē est,quòd eos cōdat,†reprob.gl.fin.in add.marg.in l.si apes,26.de furtis.

Vsufructuarius non aliter efficitur fructuum dominus , quàm si ipse eos percipiat,vel alius nomine eius,§.is verò,& ibi gl.1.Inst.de rerum diuisione.

Vsufructuarius fructibus maturis : nondum tamen perceptis decedens , eos non transmittit ad hæredes suos : sed domino proprietatis acquiruntur per rei vendicationem,vel condictione ex lege,d.§.is verò,& ibi gl.domino.

Vsufructuarius suos facit fructus in horreo repositos , & etiam non repositos, dum tamen sint excussi,& percepti actualiter : sed bonæ fidei possessor statim atque à solo separati sunt,facit suos,gl.perceptis,& ibi add.ibid.

Vsufructuarius facit fructus suos naturales:sed bonæ fidei possessor non,ibid.

Vsufructuarius ante exhibitam cautionem de vtendo,& fruendo boni viri arbitrio, fructus perceptos non facit suos,quando ex fructuarij contumacia non præstatur ; alioquin si ex negligentia hæredis non petentis non fuit præstita, nihil prohibet eum suos facere,gloss.possit,& ibi add. marg. in l.si homo, 35. de vsucapio.

Vsufructuarius fructus perceptos post tempus adiectum vsufructui tenetur præstare,l.si pater,5.C.de vsufructu.

Vsufructuaria si mater relinquatur vsque ad certum tempus , eo finito fructus posteà perceptos,& percipiendos debet restituere proprietario,gl.fi.ibid.

Reliqua verbo,Fructuarius,14.Vsusfructus,16.24.25.Satisdatio, 3.

9 VSVFRVCTVARIVS conuentus actione noxali,si seruum non defenderit, denegatur ei vsusfructus persecutio, & dabitur actori, l.3.& ibi gl.1,si ex noxali causa.

Vsufructuarius non agit actione doli contra dominum proprietatis incendentem insulam , cuius vsumfructum habebat , cùm aliæ actiones ei competant: scilicet Aquiliæ,& vtilis in factum,l.arbitrio,§.si dominus,& ibi gl.quoniam, de dolo

Vsufructuarius non debet conuenire pro declaratione seruitutis:sed bene,vt desistat à turbatione , si ipse prohibeat vti seruitute , & conuenitur tunc vtili actione,l.fi.§.fi.& ibi gl.fi.& add.marg.de seruitutib.

Vsufructuarius serui amittit ius vsusfruct.si noxaliter conuētus noluit defēdere seruū,neq; proprietarius cōuentus voluit defendere,l.si noxale,27. de noxali.

Vsufructuarius hæres potest pro agere tempore præterito : sed non pro futuro, gl. 1.in l.si fundi, 12.de condictione indeb.

Vsufructuarius potest vendicare vsumfructum,quando sibi relictus est in vltima voluntate,vel etiam inter viuos:sed cœpit aliquando possidere , & posteà desiit:secùs si non fuisset inductus in possessionem:quia tunc debet agere ex stipulatu,vel ex contractu,ex quo constitutus est,gl.vendicare,in l. 3. §. vtifrui, de vi,& vi armata.

Vsufructuarij plures si discordent inter se,quemadmodum vti debeant , possunt agere vtili communi diuidundo inter se,l.Lucio,de aqua quotidiana.

Vsufructuarius fundi potest agere lege Aquilia,& interdicto, quod vi, aut clàm contra extraneum,vel proprietarium succidentes arbores illius fundi : ita tamen quòd electa vna actione tollitur altera,l.denique,& ibi add.marg. quod vi,aut clam.

Vsufructuarius potest vendicare seruitutes per confessoriam : poterit etiam nouum opus nunciare vicino , & etiam remittere nunciationem ei factam : sed proprietario ædificanti non poterit nunciari nouum opus , & ideò remissio nunciationis ei facta est inutilis,l.1.§.pen.de remissio.

Vsufructuarius,si ex opere facto à proprietario damnum patiatur , habet contra eum confessoriam pro vsufructu.ibid.

Vsufructuarius vendicans vsumfructum fundi , quem proprietarius voluntate eius vendidit,repellitur exceptione doli mali,l.apud,§ quæsitum,de doli mali excep.

Vsufructuarius habet actionem furti contra proprietarium surripientem rem, in qua habebat vsumfructum,l.creditoris,15.§.fi. de furtis.

Vsufructuarius dominus non est quoad hoc , vt extinguatur furti actio , quam habebat ex re,cuius vsumfructum posteà nactus est:non enim extinguitur, & quoad quædam autem dicitur dominus,l.falsus,44.§.fi.& ibi gl.fi.eod.

Vsufructuario , & proprietario competit actio furti contra eum , qui surripuit seruum fructuarium , & diuiditur inter eos furti actio : ita quòd fructuarius agat de fructibus,vel quanti interfuit eius furtum factum non esse dupli , vel etiam quadrupli,si furtum sit manifestum:sed proprietarius aget, quanti interfuit eius,proprietatem non esse subtractam , dupli, vel quadrupli, l. inter omnes,47.§.si seruus.eod.

Reliqua verbo,Fructuarius,12.13.

VSVFRVCTVARIVS tenetur pro rata vsusfructus ad expensas necessarias factas pro fructibus conseruandis,& colligendis,l.generali, 32. §. Lucius, de vsufruc.legato. 10

Vsufructuarius tenetur de suo semper facere modicas expensas,gl.quia reficiendi,in l.damni,18.§.ei,cuius,de damno infecto.

Vsufructuarius si nòn faciat expensas, quæ ad eum pertinent repellitur ab vsufructu,quasi non bene vtatur.ibid.

Vsufructuarius tenetur facere magnas expensas in reficiendo domum ruinosam,in quo habet vsumfructum:sed eas repetet à proprietario actione negotiorum gestor.† ibid.& gl.fi.in l.eum,ad quem,7.C.de vsufruct.

Vsufructuarius regulariter non tenetur ad magnas expensas : ad paruas autem tenetur arbitrio iudicis,d,gl.reficiendi,in add.marg.

Vsufructuarius nisi reficiat, potest à domino prohiberi vtifrui , nisi velit vsumfructum relinquere,gl.2.in l.eum,ad quem,7.C.de vsufruc.

Vsufructuarius tenetur reficere , siue sit parua , siue magna expensa : ita tamen quod magnam repetit a proprietario:sed paruam non,l. eum, ad quem, 7. C. de vsufruct.

Vsufructuarius,quando ob perpetuam rei vtilitatem impenderit,non gratia fructuum,poterit illud repetere,licèt non in totum,gl.fi.ibid.

Vsufructuarius expensas magnas,quas fecit,repetit a proprietario actione nego. gestor.ibid.

Vsufructuario cùm pertineant omnes fructus rei , meritò tenetur reficere domum,vel aliam rem,in qua vsumfructum habet,l.vsufructu,7.de vsufructu.

Vsufructuarius debet reficere tectum,vel tignum, aut coppum apponendo , nisi vetustate aliqua corruisset magna pars ædificij : secùs si parua, quod arbitrio iudicis relinquitur,l.hactenus,8.& ibi gl.1.eod.

Vsufructuarius non tenetur reficere,quando magna pars domus corruit:sed non tota,& sic durat vsusfructus.ita,quòd si dominus refecerit,pati debet fructuarium vti,nisi tota domo destructa de nouo refecerit : quia tunc iam erat extinctus vsusfructus destructa domo,d.l.hactenus,& ibi gl.2.

Vsufructuario pertinet modica refectio : & modica expensa in refectione dicitur duorum aureorum,vel iudicis arbitrio relinquitur,vltra quam si quis impenderit,repetit à proprietario,d.l.hactenus,& ibi gl.pertinet.

Vsufructuarius domum sua impensa tegere,& resarcire debet,gl arborem , in l. 1.in §.non solùm,de arbor.cædend.

Vsufructuaria vxor defuncti non potest cogere hæredem reficere rem collapsam,& imminutam,in qua habebat vsumfructum,l.si extraneo,53.& ibi gl. fi.& add.marg.de vsufruct.

VSVFRVCTVARIVS vel ipse frui ipsa re , vel locare , vel vendere , vel alij fruendam concedere potest : nam qui locat , vendit , vel donat, aut precario concedit dicitur retinere vsumfructum,l.arboribus,13.de vsufruct. 1

Vsufructuarius seruitutes rerum,siue prędiorum locare non potest:sed bene personales,gl.vel locare,ibid.

Vsufructuarius potest vendere vsumfructum:id est perceptionem fructuum,non tamen ita,vt finiatur in persona emptoris:nam sic vendi non potest , imò domino proprietatis cederet,gl.pen.in l.necessario,§.fi.de pericul.& commod

Vsufructuarius inutiliter leget vsumfructum , nisi proprietatem eius nactus sit, l.quod in rerum,24.§.1.de legat.1.

Vsufructuarius, vel illa , cui relictæ sunt operæ serui alienandi potestatem non habet,l.vsufructu,8.C.de vsufruct.

Vsufructuarius si vendidit , vel locauit vsumfructum , morte conducentis , vel

eneatis

6 Vſufructu deducto poteſt proprietas legari, l. vſusfructus,6. eod.
Vſufructu legato omnis fructus rei ad fructuarium pertinet,ſiue vſusfructus ſoli,ſiue rei mobilis legetur,l.vſufructu,7.eod.
Vſusfructus rerum,an æſtimationis relinquatur, multum intereſt , l. ſi alij vſus, 49.eodem.
Vſusfructus inſulæ ſi alicui legatus ſit , fructuarius retinet vſumfructum totius inſulæ,licèt pro parte ceciderit inſula,& pro parte non ceciderit,l. ſi cui, 60. eodem.
Vſusfructus perpetuò relinqui non poteſt,l.an vſusfructus,63.eod.
Vſusfructus vnus eſt , & ſimul incipit deberi , purè , & ſimpliciter relictus, licèt fructuarius ſingulis annis,vel pluribus fruatur,l.1.quando dies vſusfructus.
Vſusfructus repetitio habet locum in vita legatarij,non poſt eius mortem, niſi ſit legatus eius hæredib. & tunc habebunt non eundem vſumfructum:ſed diuerſum,l.repeti,& ibi gl.2.quib.mod.vſusfruct.
Vſusfructus,an fructus legetur, nihil intereſt:nam fructui & vſus ineſt, & vſui fructus deeſt,l.per ſeruum,14.§.1.de vſu,& habit.
in Vſufructu hominis operæ ſunt,& ob operas mercedes,l.in hominis,de operis ſeruorum.
Vſusfructus non dicitur in homine : ſed commoditas, vel opera hominis ſerui, gl.1.ibid.
Vſumfructum habere dicitur quis per tuitionem prætoris in ſuperficie , in emphyteotico,& quando vſusfructus per fideicommiſſum relinquitur, & quando legata valent iure prætorio,gl.prætoris,in l.ſi vſusfructus,9. de vſufructu, & quemad.
propter Vſumfructum tertij non poteſt quis ſe tueri,gl.cum re,in l.indebiti,§.ſi de conditione indeb.
Vſusfructus conſolidatus proprietati quæſitæ cauſa oneroſa, non dicitur conſolidari ex eadem cauſa oneroſa, quando pro vſufructu nihil fuit ſolutum : ſed fuit finitus in perſona vſufructuarij,l.ſi fundum,83.§.fundus,de legat. 1.
7 Vſusfuctus ſubrogatus in locum annui legati,debet ſequi naturam ipſius, l. generali,32.§.pen de vſufructu.legato.
Vſusfructus æſtimatio fit ex qualitate rerum, & perſonarum varia , vt Falcidia ex eo detrahatur,gl.ſi quæratur,in l.1.ad legem Falcid.
Vſusfructus dicitur factum,& qui ſtipulatur vſumfructum,ſtipulatur factum,gl. & harum,in l.2 §.& harum,de verb.oblig.
Vſumfructum ſtipulans , ſi vſum accepto tulerit , quaſi ex vſu debito non valet acceptilátio:ſecùs ſi vſum accepto tulerit, quaſi ex vſufructu , cùm poſſit vſus ſine fructu conſtitui:quia tunc valet acceptilatio , l. & per iuſiurandum , §. ſi quis vſumfructum,de acceptila.
Vſusfructus etiam rei mobilis comparatur rei immobili,gl.pen. in l.corruptionem,8.C.de vſufructu.
Vſusfructus filio relictus in dubio præſumitur,quòd contemplatione filij ſit relictus,gl.fi.in l.fi.C.eod.
Vſusfructus in dote, ſiue in donatione ante nuptias lege permiſſus non poteſt à teſtatore denegari,auth.hoc locum,C.ſi ſecundò nupſerit mulier.
Vſufructui aliorum lucrorum,quàm dotis,vel donationis ante nuptias, poteſt à teſtatore derogari,gl.1.ibid.
Vſumfructum accipiens ab Eccleſia debet incontinenti reddere Eccleſiæ proprietatem rei loco compenſationis,§,hoc igitur,& ibi gl.cum proprietate, in auth.de non alienand.coll.1.
Vſusfructus tam in vltima voluntate legari poteſt,quàm transferri per omnem contractum,& verborum obligationem inter viuos,§.1.Inſt.de vſufruct.
Vſusfructus ſeruo hæreditario promitti non poteſt , vt hæreditate quæratur: quia perſona ficta,vt eſt hæreditas,non eſt capax illius iuris, gl.2. & ibi add. in prin.Inſt.de ſtipulat.ſeruorum.
Vſusfructus numiſmatum aureorum,vel argentorum veterum,quibus pro gemmis vti ſolent,legari poteſt,l.numiſmatum,35.de vſufructu.
Vſusfructus in numiſmatib.poteſt eſſe,& fructus erit in hoc, quòd pro gemmis tanquàm monilia portentur ad pectus,† gl.1.ibid.
Vſumfructum ſi dominus nudæ proprietatis legauerit, valet legatum:& ſi fortè in vita teſtatoris,vel ante aditam hæreditatem,vel poſt,fructus acceſſerit, ad legatarium pertinet,l.antepen.de vſufructu.
8 Vſusfructus ſi in re aliena relinquitur , & dominus rei fecit doloſè , quominùs vſufructuarius habeat,vſufructuario datur actio de dolo,gl.quoniam, in l.arbitrio,§.ſi dominus,de dolo malo.
Vſusfructus ſi relinquatur in re teſtatoris,vel hæredis, in qua fuit damnum datum ab extraneo ante aditam hæreditatem,actio legis Aquiliæ datur hæredi, quam tenetur cedere fructuario,ibid.
Vſumfructum retinemus, ſi agrum aremus, licèt tam ſterilis ſit, vt nullius fructus naſcatur,l.arborib.13.§.de illo,de vſufructu.
Vſumfructum retinemus præſentibus ſeruis, quorum vſusfructus nobis relictus eſt,licèt non vtamur, veluti ægrotante ſeruo, vel infante , cuius operæ nullæ ſunt, vel homine defectæ ſenectutis , dicimur retinere eorum vſumfructum, ibidem.
Vſusfructus totius retinetur per partem rei, cuius vſusfructus relictus eſt : ſecùs autem,quando tota res prorſus deſtructa eſt,& in aream redacta,gl. 1. in l. ſi cui,60.eod.
de Vſufructu conuentus ſi iudicium acceperit , & poſteà deſierit poſſidere ſine dolo malo,abſoluitur,niſi ſe liti obtulerit,l.fin.ſi vſusfructus petatur.
Vſumfructum habens poteſt agendo confeſſoria prohibere proprietarium ædificantem in loco vſusfructus , ne ædificet : & ſi ædificauit , agitur actione de dolo contra eum : quia vſusfructus extinctus eſt , l. ſi eo loco , ſi ſeruitus vendicetur.
Vſusfructus rei ſi ſit relictus ita, quòd hæres teneatur reficere eandem rem , ſi hæres non refecit,& ob id fructuarius vti non potuit,fructuarius,vel eius hæres eo nomine habebit actionem, quanti fructuarij interfuiſſet , non ceſſaſſe hæredem,l.quòd ſi hæres,54.de vſufructu,& quemad.
Vſusfructus conſtitutus, & traditus ſi fuerit fructuario , & ipſe ceciderit ab eo, ipſe poteſt petere confeſſoria ab omni poſſidente,ſiue ſit dominus,ſiue non, l.cuiuſcumque,67.§ 1.& ibi gl.redditur,eod.

ab Vſufructu ſi cecidit fructuarius,& non dominus poſſideat ; ſi dominus verus agit rei vendicatione , fructuarius verò agit confeſſoria contra eundem poſſeſſorem,fructuario ſine contradictione reſtituitur vſusfructus cautione præſtita à ſe,ſi poſſeſſor, & qui agit rei vendicatione , confiteantur vſumfructum deberi:ſi verò diffiteantur,differtur reſtitutio vſusfructus:cauetur tamen fructuario de reſtitutione fructuum ex clauſula generali.ibid.
Vſusfructus peti debet per confeſſoriam,gl.1.in rub.ſi vſusfructus petatur.
Vſumfructum cauſalem fundi vendicare non poteſt ille, qui habet fundum, l. ſi cum teſtamento,§.ſi fundum,de except.rei iudi. 9
Vſusfructus cauſalis petitur negatoria actione : ſed formalis confeſſoria,gl.experiar.ibidem.
Vſusfructus eſt res incerta quæ poteſt peti condictione triticaria : ſed non certi condictione,cùm ad incerta non detur,gl.vſumfructum,in l.1.de condictione triticar.
Vſusfructus relictus ciuitati durat centum annis tantùm , ne proprietas inutilis futura ſit,ſemper abſcedente vſufructu,cùm vniuerſitas numquam moriatur, l.an vſusfructus,63.de vſufruct.& quem.
in Vſufructu pecuniæ quod dicitur,idem dictum eſt in vſufructu aliarum rerum, quæ vſu conſumuntur,l.ſi tibi vini,de vſufructu earum rerum.
Vſusfructus relictus alicui donec in furore quis remanſerit , an ſi adhuc in furore conſtitutus deceſſerit,cenſetur relictus vſque ad vitam legatarij,l.ambiguitates,12.C de vſufruct.
Vſusfructus relictus vſque ad tempus conditionis incertæ , qua non eueniente, vel ad impoſſibilitatem eueniendi deducta , vſusfructus intelligitur relictus vſque ad vitam legatarij ibid.
Vſusfructus & ſtatim,& ex die,& ad diem poteſt dari : quod non eſt in aliis ſeruitutib.l.4.& ibi gl.fi.de vſufruct.& quemad.
Vſusfructus Titio,cùm morietur,inutiliter legatur,l.Titio,56.eod.
Vſusfructus conſtitui non poteſt in id tempus,quo à perſona ſua,diſcedere incipit.ibidem.
Vſusfructus infantis legatus ſit,etiam ſi interim nullus ſit vſusfructus , cùm tamen infantis ætatem exceſſerit,eſſe incipit,l.ſi infantis,62.eod.
Vſusfructus infantis tantummodò ſi legatus ſit,poſt infantiam ſtatim finitur, & ſic prorſus inutilis eſt talis vſusfructus,gl.2.ibid.
Vſusfructus frumenti,olei,vel vini ſi legatus ſit,proprietas ad legatarium debet transferri,præſtita ab eo cautione de reſtituendis illis eiuſdem qualitatis, vel de reſtituendo eorum æſtimationem,quandocunque legatarius ipſe mortuus, vel capite minutus fuerit,l.ſi vini,de vſufructu earum rerum. 10
Vſusfructus,cùm moriar,inutiliter mihi ſtipulatur,vel promittitur,aut legatur: quia vſusfructus conſtitutus morte ſolet intercidere,l.5.de vſufructu legato, gl.1.in l.hæreditas,C.de pactis conuentis.
Vſusfructus etiam ab initio pro parte indiuiſa, vel diuiſa conſtitui, & legitimo tempore,videlicet 10.vel 20.annis ſimiliter amitti poteſt,l.vſusfructus, 5.de vſufructu,& quemad.
Vſumfructum habens ſi ſcienter tantùm vtatur , hoc eſt vſum tantùm conſequatur,nihilominùs & vtifrui videtur:ſecùs ſi ignorans tantum vtatur : quia tunc amittit fructum,l.is,qui vſumfructum,20 quibus mod.vſusfruct amitt.
Vſusfructus ſcyphorum ſi legatus ſit, ſi poſteà ſcyphi in maſſam ſint redacti , & refecti,non dabitur vſusfructus:quia licèt priſtina qualitas ſcyphorum ſit reſtituta:non tamen ſunt illi,quorum vſusfructus legatus fuit , l. qui vſumfructum,43.de vſufruct.
Vſusfructus maſſæ ſi relictus ſit:deinde ſcyphi ex ea facti in maſſam redacti fuerint,debetur vſusfructus,gl.legatus.ibid.
Vſusfructus venditio quandoque ex neceſſitate poteſt fieri , gloſſ. pe. in l. item quamuis.communi diuidundo.
Vſusfructus poteſt pignori obligari ſiue à proprietario, ſiue ab vſufructuario, l. ſi is,qui,11.§.fi.de pignor.
Vſusfructus ſi pignori obligatus ſit ab vſufructuario,proprietarius ſi velit agere contra creditorem,poteſt creditor ſe defendere tali exceptione : quia ſi emptorem vſusfructus tuetur prætor in re empta, cur non & creditorem tuebitur.ibidem.
Vſumfructum venditum eſſe vnius,ſi dixit venditor in venditione, cùm eſſet alterius , ex tali prædicatione nihil releuatur , niſi vendidiſſet excepto vſufructu,perſonam,cui debetur,nominando,l.minor,39.§.fi.& ibi gloſſ. Seium, de euictio. 11
Vſusfructus rei venditæ ſi pertinet ad alium,tenetur venditor emptori , quatenus intereſt eius tempore,quo agit,vſumfructum non fuiſſe alterius tempore venditionis,l.fundum,46.eod.
Vſufructu prædiorum , & mancipiorum relicto matri alicuius, tam alienatio, quàm manumiſſio interdicta eſt ei,l.vſufructu,9.C.de vſufruct.
Vſusfructus ſi ita relinquatur,vt ad hæredem tranſeat,intelligitur,quòd tantùm ad primum hæredem tranſeat,& non ad vlteriores,gloſſ.1.in l.nulla, 71. pro ſocio.
Vſusfructus à fructuario cedi non poteſt, niſi domino proprietatis:& ſi cedatur, redit ad dominum proprietatis ex natura vſusfructus,l. ſi vſusfructus, 67. de iure dotium.
Vſumfructum fundi ſi proprietarius extraneus in dotem dedit marito pro muliere,& non fuit ſibi ſtipulatus,ſequutis nuptiis,ac poſt diuortio facto,vt reddatur ius mulieri,maritus debet locare vſumfructum,vel vendere mulieri,ſaltem vno nummo, vt ſic ipſum quidem ius remaneat penes maritum : perceptio tamen fructuum ad mulierem pertineat.ibid.
Vſumfructum cedere non poteſt quis alicui non habenti proprietatem : poteſt tamen donare , vel concedere:ſcilicet perceptionem fructuum, gloſſ.2. ibidem.
Vſusfructus proprietario cedi poteſt:ſed non ei,qui non eſt proprietarius,l.cùm in fundo,81.§.diuortio.in add.marg.eod.
Vſusfructus in dotem datus in re propria mulieris,facto diuortio, ſibi, & hæredibus eius reſtituitur:in re verò mariti, ſibi dumtaxat reſtituitur, & non hæredi:in aliena verò commoditas percipiendi fructus ſibi , & hæredi reſtituitur, l. vſufructu,58.ſoluto matrimo.

æstimationis:& hoc quia testator voluit:alioquin non deberetur, nisi semel, d.l.si alij vsus,& ibi gl æstimabitur.

Vsusfructus fundi si legatus sit sub conditione, & pendente conditione, hæres eum vendidit,detracto vsufructu:si conditio extitit,datur legatario: & si postea amittatur vsusfructus, vadit ad proprietarium, vel emptorem: si autem deficit,pertinet ad hæredem,nisi gratia legatarij vsusfructus exciperetur,quo casu ad emptorem pertinet deficiente conditione,l.sub conditione,61.de vsufructu,& quemadmod.

Vsusfructus legatus non videtur, si quis legauerit sextam partem ex reditu fructuum ex tali fundo:sed dicitur legatum esse relictum singulis annis, donec viuit legatarius, & non pro vno anno tantùm, nisi contrarium ab hærede specialiter probetur,l.defuncta,65.§.fi.& ibi gl.fi.eod.

Vsusfructus si sit legatus duobus, & vni plena proprietas, semissem habebunt duo fructuarij,& alium semissem proprietarius, l. si proprietas, de vsufruct. accresc.

Vsusfructus si per singulos dies legatus sit, tale legatum non cedit simul:sed per singulos dies cedit,& plura legata sunt,l.1.quando dies vsusfructus.

Vsusfructus si relictus sit, & is quotidie percipi non possit propter capitis diminutionem,non est inutile legatum:quia fructuarius his diebus habebit legatum,quibus frui potest:id est quibus restituitur,d.l.1.& ibi gl.3.

17 Vsusfructus dies non cedit,priusquàm adeatur hæreditas,d.l.1.§.1.

Vsusfructus si seruo hæreditario legetur, quamuis cætera legata hæreditati acquirantur:in vsufructu verò expectatur persona domini,qui vti,& frui possit, ibidem.

Vsusfructus ex die,& in diem potest legari: & si ex die legetur, nondum cedit eius dies,nisi cùm dies venit,d.l.1 §.item si.

Vsusfructus dies non solùm ante aditam hæreditatem non cedit: sed nec actio confessoria de vsufructu cedit,d.l.1.§.fi.

Vsusfructus in annos singulos,sicut potest legari:ita & capitis diminutione minima vsusfructus amissus poterit legari, veluti quoties quis capite minutus erit,do, lego:vel quoties amissus erit, & tunc si capitis diminutione amittatur,repetitus videtur vsusfructus,l.sicut in annos, quibus modis vsusfru.

Vsusfructus maxima, vel media capitis diminutione amissus denuò sibi legari non potest,gl.1.ibid.

Vsusfructus si alicui legatus sit, quamdiu viuat,videtur repetitus quoties amissus erit,d.l.sicut in annos.

Vsusfructus si legatus sit vsque ad decennium, si interim amissus sit,videtur denuò sibi legatus,ibid.

Vsusfructus si legatus sit Titio,& Mæuio:& si Titius capite minutus fuerit, eidem vsumfructum legauit idem testator, Titius ex repetitione vsumfructum habet,& inter eos est ius accrescendi:quia etsi verbis non sint coniuncti:sunt tamen re coniuncti,d.l.sicut in annos,§.hæc autem.

Vsusfructus areæ si sit legatus, & in ea proprietarius ædificauerit, tenetur fructuario ex testamento,vel de dolo,vel interdicto quod vi,aut clàm,nisi sublato ædificio vsumfructum areæ cesserit fructuario,l.repeti,5.in fi. quibus modis vsusfruct.amitt.

Vsufructu fundi legato,& per consequens vsusfructus villæ,quæ in eo est, videtur legatus,& ideò villa diruta manet vsusfructus areæ in loco, vbi fuit villa: quia villa est accessio fundi,l.fundi,8.cum l.seq.eod.

18 Vsusfructus villæ si sit legatus,& accessoriè etiam veniat vsusfructus fundi, villa diruta manet vsusfructus fundi,l.quid tamen,eod.

Vsusfructus nominum potest legari, imò & ipsi debitori potest legare quis, & vsuras ei remittere:tenetur tamen satisdare ille debitor,cuius vsusfructus legatus fuit,l.3.& 4.de vsufr.earum rerum.

Vsusfructus lanæ,vel odorum,aut aromatorum si alicui legatus sit, nullus vsusfructus in his videtur constitutus:tamen legatarius tenetur satisdare,cùm talia vsu consumantur.l.pe.eod.

Vsusfructus legatus adminiculis eget,sine quibus vtifrui non potest,l. 1.§. 1. si vsusfruct.petat.

Vsusfructus si legatus sit,necesse est,vt sequatur eum aditus,quia sine aditu nullus est vsusfructus,d §.1.& ibi gl.aditus.

Vsusfructus loci si sit legatus ita,ne hæres cogatur viam:id est aditum per alium fundum hæreditarium præstare, hæc adiectio inutilis est:legatum tamen valet,d.§.1.& ibi gl.hoc adiectum.

Vsufructu legato si iter ademptum sit,inutilis est ademptio:quia iter semper sequitur vsumfructum,ibid.

Vsusfructus si sit legatus,ad quem non sit aditus,nisi per hæreditarium fundum, fructuarius ex testamento agere potest, vt cum aditu sibi præstetur vsusfructus,ibidem.

Vsufructu legato, an via, an iter debeat præstari fructuario, prout vsusfructus perceptio desiderat,hoc præstandum est ei,d.l.1.§.fi.

19 Vsufructu legato illas vtilitates, & seruitutes hæres debet præstare fructuario, sine quibus,omnino vti non potest:& si cum aliquo incommodo vtatur, non debere præstare,ibid.

Vsufructu detracto si fundus legatus sit,vsusfructus apud hæredem est, l.fundus, eodem.

Vsufructu detracto si fundus legatus sit Titio, & eiusdem fundi vsusfructus alij sub conditione:interim pendente conditione,cum proprietate vsusfructus est penes Titium,& non penes hæredem,ibid.

Vsusfructus pars rectè potest legari:quia diuidi potest,gl.1.in l.vsus pars, 20.de vsu,& habit.

Vsufructu legato,& iter ad eum vsumfructum legari censetur:quia sine itinere, vel accessu vsusfructus nullus est:& ideò hæres accessum dare tenetur, gloss. queri,in l.binas ædes,de seruitut.vrban.

Vsusfructus medij loci si legetur, iter quoque sequitur per ea loca fundi, per quæ,qui vsumfructum concessit,constituerit, quatenus ad fruendum est necessarium,l.2.§.1.si seruitus vendi.

Vsusfructus,vel vsus itineris,actus,viæ,vel aquæductus legari non potest,vt propriè præstetur:sed præstabitur, prout ab eo,cui debentur huiusmodi seruitutes,l.1.de vsufructu legat.

Vsusfructus omnium,quæ in bonis sunt,potest legari,d.l.1.

Vsusfructus,vel vsus itineris,viæ, actus, vel aquæductus si legatus sit ab eo, cui debentur huiusmodi seruitutes, potest legatarius agere contra hæredem in certi actione:scilicet ex testamento,vt legatario,quamdiu vixerit, facultatem eundi,agendíve præstet,aut vt constituat seruitutem sub hac cautione,vt si decesserit legatarius,vel capite minutus fuerit,restituatur hæredi,ibid.

Vsusfructus mihi in biennium à morte testatoris legatus,quominùs mihi daretur,si per hæredem steterit, tenetur hæres etiam præterito biennio ad æstimationem dicti vsusfructus duorum annorum:non autem ad vsumfructum,l. si vsusfructus,6.eod.

Vsusfructus annis alternis legatus dicitur esse plura legata.& non vnum, l. cùm vsusfructus,13.eod. 20

Vsufructu fundi legato videtur legata via necessaria per alium fundum testatoris etiam alteri legatum,l.damnas,15.§.fi.eod.

Vsumfructum omnium bonorum legans vxori,intelligitur legare vsumfructum prædiorum rusticorum, & vrbanorum, & mancipiorum, & supellectilis, & etiam calendarij,quorum omnium vsusfructus pertinet ad vxorem,nisi excedat dodrantis æstimationem,l.vxori,37.& ibi gl.1.eod.

Vsumfructum fundi si quis legauerit vxori in quinquennium, & liberto post quinquennium eundem fundum, etiamsi vxor intra quinquennium decedat, libertus non potest petere fundum ante quinquennium completum: sed post sic,l.vxori,35.eod.

Vsumfructum fundi,vel domus legato intelligitur legatum instrumentum fundi,vel domus:sed non fundo,vel domo legata,l.fi. & ibi glo. fi. de supellectili legata.

Vsufructu fundi legato,& iter intelligitur legatum,adeò quòd si iter adimatur, non valet ademptio,& valet legatum vsusfructus,l.3.§.si loci.de adim. legat.

Vsusfructus, cùm moritur legatarius, inutiliter legatur, l. hæres meus, 78.§. quamuis,de condit.& demo.

Vsusfructus legatus sub conditione de non faciendo aliquid per legatarium valet,& legatarius potest petere data cautione Mutiana,d.§. quamuis.

de Vsufructu legato,vt Falcidia detrahatur,fit computatio 30.annorum,hoc est æstimatur vsusfructus tantùm,quantùm valet per 30. annos, l. hæreditatum, 68.ad legem Falcid.

Vsufructu bonorum relicto æs alienum ex omnib.reb.hæreditariis deducendum est,& in cæteris constituitur vsusfructus,l.vsufructu,69.eod.

Vsusfructus legari potest omnium rerum, quas in cuiusque patrimonio esse constat.ibid.

de Vsufructu legato potest Falcidia detrahi directè,cùm diuisionem recipiat,vt si duob.legatus sit vsusfructus, pertinent partes eius ad singulos eorum ipso iure,l.licet vsusfructus,80.eod.

Vsusfructus si sit legatus filio, vel seruo alicuius, licèt post mortem testatoris, aut aditam hæreditatem filius,vel seruus sui iuris sit factus, seruus, vel filius acquirit sibi legatum:quia inuenitur sui iuris, quando cedit dies legati:id est tempore aditæ hæreditatis,l.5.§.fi.quando dies legati cedat.

Vsusfructus si legetur seruo hæreditario, dies legati non cedet ante aditam hæreditatem:quia non est persona,quæ vtatur,gl.1.in l.si habitatio,9.eod.

Vsumfructum certæ pecuniæ si quis legauerit, hæres posteà ei numerando pecuniam illam,duo facit: nam seipsum liberat ex testamento, & legatarium obligat ad restitutionem illius pecuniæ finito vsufructu, l. in numerationibus,44.& ibi gl.fi.de nouatio.

Vsusfructus vestis scænicæ legari potest, & legatarius si eam attritam sine dolo reddiderit,non tenetur,gl pe 1. l.si vsusfructus,9.§.planè.vsufructuar. quemadmod.

Vsusfructus in testamento relictus statim competit adita hæreditate, gl. altercantib.in l.corruptionem,16.C.de vsufruct.

Vsusfructus si legetur Titio,& suis hæredibus,intelligitur de primo hærede,neque extenditur ad hæredes hæredum,ne sit inutilis proprietas,glo.fin.in l.in annalib.22.C.de legatis.

Vsusfructus legatus sui natura ad hæredes legatarij non potest transmitti,l. 1.§. libertatib.C.de caducis.

Vsusfructus si sit legatus purè,vel in diem certum:neque a morte testatoris, neque ab adita hæreditate dies cedit,quantum ad transmissionem,ibid.

Vsusfructus numismatum,veluti gemmatum potest legari,gl.in rub. C. de veteris numismat.potestate.lib.10.

Vsufructo legato si hæres antequàm traderet fructuario domum, vel fundum, arbores desecerit,aut domum subuerterit,aut aliquo modo vsumfructum deteriorem fecit,tenetur fructuario ad interesse deteriorationis, l.2. si vsusfructus petatur.

Vsumfructum omnium bonorum potest marito relinquere vxor in testamento, l.1.C.de vsufruct.

Reliqua verbo,Legare,9.Legans,5.Legatum,14.117. 128.

VSVSFRVCTVS omnium prædiorum potest constitui iure legati, vt hæres iubeatur dare alicui vsumfructum,l.3.de vsufruct.

Vsumfructum sine testamento potest quis constituere pactionibus: id est alijs contractibus à verborum obligationibus,& stipulationib. d.l.3. & ibi glo 3.

Vsusfructus potest constitui non solùm in fundo, & ædibus,sed etiam in seruis, iumentis,cæterisque rebus omnibus,exceptis his, quæ vsu consumuntur: sed in his etiam potest constitui vtilitatis causa,d.l.3.& ibi gl. cæteris.

Vsusfructus pluribus modis constituitur;veluti si legatus fuerit,vel si proprietas deducto vsufructu legata sit,ita,vt apud hæredem maneat vsusfructus,l.vsusfructus,6.eodem.

Vsusfructus constitui potest in iudicio familiæ erciscundæ, & cõmuni diuidando,si iudex vni proprietatem, alteri vsumfructum adiudicauerit, ibid.

Vsusfructus formalis per locationem ad vitam vel ad non breue tempus, rectè potest constitui,d.l.vsusfructus,& ibi add.marg.

Vsusfructus constitutio non valet,si non afferat aliquam vtilitatem & satis est, quòd ex ipsa re,aut eius occasione promanare contingat,l.statuæ, 45. in additione marg.eod.

Vsusfructus ex statuis, & imaginibus potest percipi, vt quia quilibet dare animum,

tis diminutione,magis inſpicitur perſona fideicommiſſarij, quàm legatarij,l. ſi quis vſumfructum,29.eod.

Vſufructu fundi legato finito,finitur etiam onus illi legato impoſitum,niſi aliud appareat de voluntate teſtatoris,l.Stichus.§.Titia.de aliment. & cibar,

Vſusfructus,quem habet is,qui monachatur, finitur, ſicut eſſet finitus non facta tranſlatione in monaſterium,gl.1,in l.pe.de aſſign.libert.

Vſusfructus patri legatus eo defuncto ad eius filium nihil pertinet, l. 3. C. de vſufruct.

Vſusfructus morte fructuarij ad proprietatem debet regredi.ibid.

Vſusfructus non finitur morte domini,vel proprietarij.d.l.3.

Vſusfructus, quem habet pater in bonis obuenientibus filio ex materna linea, mortuo filio non finitur,† gl.fi.in d.l.3.C.eod.

Vſusfructus,quem habet pater in bonis obuenientib.filio emancipato ex materna linea,mortuo filio relictis nepotib.in totum non finitur : ſed pater ſuccedit cum nepotib. in virilem portionem vſusfructus, neque habebit totum vſumfructum.ibid.

Vſusfructus, quem pater habet in bonis obuenientib. filio ex materna linea, mortuo filio non relictis liberis,nec fratrib.nec matre,non finitur:hodie autem etiam ſi relictis fratrib. decedat filius : quia aſcendens ſuccedit hodie cum fratribus defuncti.ibid.

Vſusfructus, quem pater habet in bonis aduentitiis filij propter ſolam mortem filij non extinguitur; ſed ex eo quòd proprietas venit ad patrem vſufructuarium, vnde non poteſt amodo dici habere vſumfructum formalem, qui cùm ſit ſeruitus,non cadit in proprietate,d.gl.fi.in add.

Vſufructu finito poſt tempus ei adiectum fructuarius tenetur reſtituere proprietario fructus poſteà perceptos,& percipiendos,l.ſi pater,5.& ibi gl.fi,C.eod.

Vſusfructus relictus alicui ſub certo tempore, in quod filius eius, vel alius peruenit,non finitur,etiamſi filius,vel alius deceſſerit, antequàm ad eam ætatem peruenerit,l.ambiguitates,12.C.eod,

29 Vſusfructus relictus alicui donec filius,vel alius in furore remanſerit, vel vſque ad tempus conditionis certæ, finitur conditione eueniente, l. ambiguitates, 12.C.de vſufructu.

Vſusfructus apud hæredem manendo,proprietas ſi legetur alicui,valet legatum, & vſusfructus vnà cum hærede finitur, & illo moriente, vel aliis legitimis modis eum amittente,expirat,& conſolidatur cum proprietate, l. antiquitas, 14.C. eodem.

Vſusfructus finitur non vtendo per moderatum tempus : ſcilicet 10. ann. inter præſentes,& 20.inter abſentes,§.finitur,& ibi gl.per modum.Inſt.de vſufruct.

Vſusfructus alternis annis:ſcilicet legatus, vniuſcuiuſque anni vſusfructus decennio inter præſentes,& vicennio inter abſentes tollitur, ex quo competere cœpit,gl.1.in l.ſi vſusfructus,28.quibus modis vſusfructus amit.

Vſusfructus non finitur,eò quòd vſufructuarius non vtatur, vt bonus paterfam. ſed agitur contra eum actione legis Aquiliæ interpoſita cautione, d. glo.per modum,in add.marg.in principio.Inſt.de vſufructu.

Vſusfructus non vtendo,& perſonalis actio pro eo competens ſpatio longi temporis finitur,non minori,l.corruptionem,C.de vſufruct.

Vſusfructus ſeruo relictus tantùm contemplatione ſerui, ſeruo mortuo finitur vſusfructus,& nihil remanet penes dominum,glo.3.in l.fi.C.eod.

Vſusfructus ſeruo relictus ſi ſit dubium cuius contemplatione an ſerui, an domini,mortuo ſeruo non finitur:ſed remanet penes dominum,ibid.

Vſusfructus ſeruo alieno relictus, & acquiſitus domino, mortuo domino, vel minimam capitis diminutionem paſſo perit, neque remanet penes ſeruum, neque tranſit ad hæredem,gl.1,ibid.

Vſusfructus alternato tempore relictus ſi perditur pro vno anno : non tamen perditur pro alio,gl.pe.in l.fi.C.de ſeruit.

Vſusfructus finitur,ſi domino proprietatis ab vſufructuario cedatur,vel econtrà ſi vſufructuarius proprietatem rei acquiſierit, quæ acquiſitio appellatur conſolidatio.§.item finitur.Inſtit.de vſufruct.

Vſusfructus reuertitur ad proprietatem,ſi totus fuerit finitus, & ex eo tempore nudæ proprietatis dominus incipit plenam proprietatem habere in re. §. fin. Inſt.eodem.

Vſusfructus non reuertitur ad proprietatem,quando pro parte finitur,gl.fi ibid.

30 Vſusfructus finitur per mutationem formæ ipſius rei in melius, etiam ſi fuiſſet inchoata per proprietatem,gl.cedendo,in add.marg.ibid.

Vſusfructus, qui reuertitur ad proprietatem:quia finitur, dicitur reuerti ex cauſa lucratiua,quamuis proprietatem habeam ex cauſa oneroſa,§. ſi cui fundus. Inſt.de legatis.

Vſusfructus ſyluæ legatus extinguitur, ſi ſylua cæſa illic ſationes fuerint factæ l.quid tamen,quibus modis vſufruct.

Vſusfructus extinguitur vel morte vſufructuarij, vel capitis diminutione media,vel maxima non minima,vel non vtendo, vel interitu rei,vel mutatione, vel conſolidatione,l.corruptionem,& ibi gl.4.C.de vſufructu.§.conſtituitur, & ibi gl.morietur,& §.finitur,Inſtit.de vſufructu.l.excepta,& ibi gl.1. quibus modis vſusfruct.

Vſusfructus morte fructuarij extinguitur,l.ambiguitates, 12.C. de vſufructu,& gl.vſumfructum in l.antiquitas,14.C.eod.l.quòd ſi hæres,54.de vſufructu.

Vſusfructus non finitur minima capitis diminutione,† gl.2. in l. in ſingulos,de annuis legatis.

Vſusfructus,& id,quod in dies,vel menſes,vel annos ſingulos alicui, quoad viuat,debetur,eo defuncto intercidit ſimul cum eo,l.pœnales,32.ad leg Falcid.

Vſusfructus iam conſtitutus tollitur capitis diminutione,gl.intercidit, in l.Stichum,aut Pamphilum,§.vſumfructum,de ſolutio.

Vſusfructus perit mutatione rei : veluti ſi vſusfructus ædium mihi legatus ſit, ædibus dirutis,vel exuſtis extinguitur vſusfructus,& nec areæ, nec cæmentorum vſusfructus debetur,l.reperi,quib.modis vſusfructus.

Vſusfructus ædium legatus non tantùm extinguitur,quando ædes ad aream redactæ ſunt : ſed etiam ſi demolitis ædib. teſtator alias nouas reſtituerit, niſi per partes reficiat:quia tunc non extinguitur, quamdiu pars, etiam minima, ſuperſit,licèt per partes omnis domus facta ſit,l.quid tamen,eod.

Vſusfructus agri,vel loci ſi legatus ſit, extinguitur vſusfructus ſi ille ager fuerit inundatus,aut ſtagnum,vel palus ſit ibi,ibid.

Vſusfructus non extinguitur,ſi areæ vſusfructus legetur, & ibi vites poſitæ ſint, vel econtrà.ibid. 31

Vſusfructus maſſæ legatus extinguitur,ſi ex ea vaſa ſint facta,vel econtrà,ibid.

Vſusfructus ornamenti legatus extinguitur ornamento diſſoluto,aut transfigurato, ibidem.

Vſusfructus nauis non extinguitur,ſi per partes nauis ſit refecta,d.l.quid tamen, §.ſi nauis.

Vſusfructus nauis extinguitur, ſi illa ſimul tota diſſoluta fuerit,licèt eiſdem tabulis nulla etiam adiecta reſtaurata ſit,ibid.

Vſusfructus domus extinguitur,ſi illa diruta ſit,etiamſi eiſdem cæmentis, & lignis fuerit reſtituta, ibid.

Vſusfructus quadrigæ extinguitur,ſi vnus ex equis mortuus fuerit:ſecùs ſi vſusfructus equorum fuiſſet legatus;nam vno mortuo reſidet vſusfructus in reſiduis.ibid.

Vſusfructus balnei legatus extinguitur, ſi teſtator habitationem ex hoc fecerit, & idem vſusfructus tabernæ extinguitur,ſi diætam ex ea fecerit,l.ſi cui,eod.

Vſusfructus hiſtrionis legatus extinguitur,ſi teſtator hiſtrionem ad aliud miniſterium tranſtulerit,ibid.

Vſusfructus agri extinguitur,ſi ager fuerit inundatus,cùm ipſa etiam proprietas eo caſu amittatur:ſed ſi eodem impetu, quo venit,receſſerit aqua, reſtituitur proprietas,& ita vſusfructus,l.ſi ager,23.eod.

Vſusfructus domus, vel mutatione domus, vel ipſius rei perimitur, adeò quòd nec areæ vſusfructus debetur:ſed ſecùs eſt in pignore, in quo domo, vel alia re pignorata diruta remanet adhuc area pignori obligata,gl.2.in l.domo,21. de pignor.actione,gl.conſiſtere,in l.ſeruum,46.§.ſi pocula.de legat. 1. & glo. competit,& ibi add.marg.in l.ſi fundus, 16.§.ſi res, de pignor. 32

Vſusfructus,quem pater habet in bonis aduentitiis,non extinguitur mutatione rei:ſecùs in alio vſufructuario,gl.mobiles,in l.cùm oportet, 6. §. non autem, C.de bonis,quæ liberis.

Vſusfructus legatus rei ſumentis ſubſtantiam à forma, interempta re perit:alioquin remanente forma ſecùs,l.qui vſumfructum,43.in add. marg. de vſufructu,& quemadmo.

Vſusfructus areæ ſi ſit legatus,& in ea ædificium ſit propoſitum,vſusfructus areæ extinguitur, cùm res mutata ſit,l.reperi.quibus modis vſusfruct.

Vſusfructus ædium extinguitur,ſi ædes,in quibus habebatur vſusfructus, incendio fuerint conſumptæ, aut ſchaſmate, terræmotu, aut vitio ſuo corruerint adeò,quòd tunc nec areæ vſusfructus debeatur, gl. quo, in principio. & in §. fi.Inſt.de vſufruct.

Vſusfructus iumenti,mortuo iumento extinguitur,gl. quo, in principio. Inſtit. eodem.

Vſusfructus perit ex perſona illius, cui vſusfructus relictus eſt ; non ex perſona illius,qui reſtituit,l.ſi legatum, quibus modis vſusfruct.

Vſusfructus ſerui ſi legetur,quamdiu manumittatur,eo manumiſſio extinguitur vſusfructus,& proprietarius hodie ſemper ad libertatem perducet,& non fructuarius.l.interdum,15.& ibi gl.1.eod.

Vſusfructus ſi mihi legatus ſit ſub conditione : vſusfructus interim penes hæredem,& idem hæres poterit alij legare : quòd ſi conditio mea extiterit, vſusfructus illius,cui hæres legauit,extinguitur,& ad me pertinet;& ſi ego vſumfructum amittam,non reuertitur ad eum,cui hæres legauit,l. ſi ſub conditione,16.eodem.

Vſumfructum perimit conſolidatio voluntaria,nec poſteà reuiuiſcit,l.ſi tibi,17. eodem.

Vſusfructus ante aditam hæreditatem ſi legatus ſit ſeruo hæreditario, adita hæreditate vſusfructus tranſit ad hæredem, nec perit quaſi mutato dominio ſerui,l.ſi ſeruo,18.eod.

Vſumfructum ſibi legatum ſi quis ſit rogatus reſtituere Titio, quamuis Titius ceſſet petere,non perdit Titius vſumfructum, etiam non vtente legatario, l. Pomponius,§.fi.eod. 33

Vſusfructus pecoris eo mortuo extinguitur, & ideò caro, & corium mortui pecoris in fructu non eſt,l.pe.eod.

Vſusfructus gregis legatus extinguitur,ſi eò vſque numerus gregis peruenit, vt grex non intelligatur,vt quia ad pauciores, quàm decem peruenit,l.fi. & ibi gl.1.eodem.

Vſusfructus ſingulorum gregis legatus ſi fuerit, non extinguitur, etiamſi ad pauciores,quàm decem peruenerit,gl.fi.ibid.

Vſumfructum ſi vendat fructuarius,venditio extinguitur morte creditoris ; ſed non emptoris,cuius hæredibus tenetur venditor,interim dum viuit, l. neceſſariò,§.fi.de periculo,& commodo.

Vſumfructum ſi vendat proprietarius,extinguitur venditio morte emptoris,non venditoris,cuius hæredes tenentur emptori,interim dum viuit emptor. ibid.

Vſusfructus locatio non extinguitur morte domini,l.ſi domina,& ibi gl.1.C.de vſufruct.

Vſusfructus conductus extinguitur morte eius,qui conduxit vſumfructum,ibid.

Vſusfructus relictus vſque ad tempus certæ ætatis filij,vel alicuius,morte illius, vel filij non extinguitur:ſed demùm cùm tempus venerit,l.ambiguitates, 12. C.de vſufruct.

Vſumfructum relinquendo teſtator vſque ad tempus certæ ætatis alicuius, non reſpexit ad vitam hominis:ſed ad certa curricula,niſi ille,cuius vſusfructus relictus eſt,moriatur, quo caſu morte eius extinguitur vſusfructus, neque ad eius poſteritatem tranſmitti poteſt,ibid.

Vſusfructus ſeruo conceſſus poſteà per alienationem partis ſerui non extinguitur,l.inter antiquam,15.C.de vſufructu.

Vſusfructus ſeruo conceſſus contemplatione domini, licèt poſteà totus ſeruus alienetur,non extinguitur:ſecùs ſi contemplatione ſerui,gl.fi.ibid.

Vſusfructus competens patri non extinguitur per mortem filij, l. ſi quis, vel ſi qua,7.C.ad Tertullian.

Vſusfructus, qui acquiritur patri in bonis acquiſitis per filium,non extinguitur morte filij,imò durat poſt mortem filij in vita patris,§.1.in auth.de hæredib. ab inteſtato.col.9.

dolo deſierit poſſidere,l.de eo,§.ſi quis,& ibi gl.vtriuſque, ad exhiben.

Reliqua verbo, Filius, 10. vſque 14.20.

VVLGO concepti habent matrem certam,gl. 1.in l.vulgò, de ſtatu homin.

Vulgò concepti dicuntur,qui patrem demonſtrare non poſſunt,vel qui poſſunt: ſed eum habent,quem habere non licet,qui & ſpurij appellantur,d.l.vulgò.

Reliqua verbo,Filius,10. vſque 17. & 20.

VVLNERATIO feræ beſtiæ non facit eam vulnerantis,etiamſi ſit ita vulnerata,aut capi poſſit: nam exigitur captura, §.illud quæſitum,Inſtit.de rerum diuiſione.

VVLNERANS etiam mortiferè antequàm vulneratus ſit mortuus,non debet de homicidio puniri,l.huic ſcripturæ,in add.marg.ad leg.Aquil.

Vulnerantes quemdam, ita vt confeſtim eum vita priuarent, & etiam hi, quorum vulnere certum eſt aliquem vita exceſſurum, tenentur Aquilia de occiſo,l.ſi ita vulneratus,53.eodem.

Vulnerans tenetur de occiſo,ſi ex vulnerib.mortuus eſt,& non ex medici inſcitia,aut domini negligentia;ſecùs ſi medici inſcitia, aut domini negligentia fuiſſet mortuus,quia tùnc non agitur contra vulnerantem de occiſo, l. ſi ex plagis, 53.eod.

Vulnerans vulnerantem ſe immediatè videtur vulneraſſe ad defenſionem, d.l.ſi ex plagis,§.1.

Vulnerans intra pacis edictum tenetur in amputatione manus,niſi in duello, & vitam ſuam defendendo hoc fecerit,c.1.§.ſi quis alium,de pace tenenda.

Vulnerans ſeruum alienum, aut quadrupedem, quæ pecudum numero eſt, vel non eſt,veluti canem,aut feram beſtiam,aut aliud animal,tenetur Aquilia ex tertio capite ad damnum datum per iniuriam,§.capite tertio. Inſtit. de lege Aquilia.

VVLNERATVS poteſt agere de vulnere ratione expenſarum,& operum,l.ſi ſcientiam,46.§.1.& ibi gl.vulnerato, ad legem Aquil.

Vulnerato ſeruo ſi actum ſit lege Aquilia de vulnerato: poſteà eo mortuo ex illo vulnere agi poteſt nihilominùs de occiſo Aquilia, l. ſi vulnerato, 47. eodem.

Vulnerato ſeruo ſi vulnerans lege Aquilia de vulnerato æſtimationem ſoluit, poſteà mortuo ſeruo ex illo vulnere dominus ſi egerit de occiſo,exceptione doli mali oppoſita compellitur,vt ex vtroque iudicio: ſcilicet de vulnerato, & de occiſo nihil amplius conſequatur, quàm conſequi deberet, ſi initio de occiſo egiſſet,l.ſed ſi priore,48.eod.

Vulneratus ſeruus ab vno mortiferè,ſi ab alio ſit percuſſus, & poſtea vulneratus deceſſerit,vterque tenetur:primus directa Aquilia:alius in factum, l. ita vulneratus, 51.eodem.

Vulneratus ſi ſit quis à pluribus ita,vt non appareat cuius ictu perierit, omnes tenentur lege Aquilia de occiſo,ibid.

Vulneratus ſi ſit quis mortiferè ab vno, & poſtea ex interuallo ab alio ſit ita percuſſus,vt maturiùs interficeretur,quàm ex priore vulnere moriturus erat, vterque tenetur Aquilia,ibid.

Vulneratum ſeruum ab vno mortiferè ſi quis vulnerauerit,& deceſſerit,primus vulnerans tenetur Aquilia præſtare tantum, quanti in proximo anno ex die vulneris ille ſeruus fuerit: poſterior vulnerans in id, quanti plurimi vendi potuit in anno proximo, quo vita exceſſit, dict. l. ſi ita vulneratus, §. æſtimatio.

Vulneratus ſi non adhibuit medicum,& moriatur, præſumitur ſua culpa deceſſiſſe,& ideò vulnerans non tenetur de homicidio,glo.pen.in l.ſi ab hoſtibus, 11.§.fi.ſoluto matr.

Vulneratus ſi ſuperuixit poſt vulnus illatum per multos dies,& poſteà mortuus eſt, non præſumitur mortuus ex vulnere: maximè ſi poſt triduum ambulauit,gl.1.in l.1. C.de emendatione ſeruorum.

Vulneratus fingitur mortuus à die illati vulneris,ſi moriatur,glo.1.& ibi addit. marg.in l.5.de confeſſis.

VVLNVS dicitur illatum: vlcus verò dicitur innatum,gl. fi.in l.ob quæ vitia, §.fin. de ædilitio edicto.

Vulnera ſi quis dedit ſeruo,deinde ex interuallo eundem ſeruum occiderit, tenetur de vulnerato, & de occiſo:quia duo delicta dicuntur eſſe: ſecùs ſi vno impetu pluribus vulnerib.eundem ſeruum occidiſſet,l.illud, 32.§. fin. ad legem Aquil.

Vulnus mortale dicitur,licèt mors non ſequatur,gl.fi.& ibi add. marg.in l. 1.§. fin.ad Syllan.

Vulnera plura vno ictu inferens punitur,vt de pluribus illatis vulneribus,ſi ſtatuto caueatur de puniendo inferentem plura vulnera: ſecùs ſi caueretur de puniendo dantem plures percuſſiones, † l.quòd dicitur,86.in additione mar. de verborum obligationibus.

Vulnus à ſe inflictum læſo ſi quis negauerit,mox conuictus ſi dicat,quòd id fecerit ad ſui defenſionem,non auditur,§.ſi quis autem, in additione marg. in auth.de triente,& ſemiſſe.

Vulnus malè curatum iterùm patefit,gl.2.in principio,in auth. hæc conſtitutio inuocat.conſtitutionem, col.8.

ex Vulneribus mortuus non præſumitur ille,qui poſt triduum ſurrexit, & cum baculo inceſſit,gloſſ.alienum, in additione, in §.in poteſtatem,Inſtit.de iure perſon.

ex Vulnere an quis mortuus ſit,vel non ſit,vt probetur,conſilium eſt, vt ſtatim mittatur medicus,qui referat an vulnus mortale ſit futurum, d.gl.alienum, in additione marg.

Reliqua verbo,Cicatricum,Seruus,153.154.

Vxor in genere,num.1. vſque ad 5.

Quoad matrimonium,& pluralitatem vxorum, & diuortium,& ingreſſum monaſterij,6.7.

Quoad dotem, & donationem,8.

Quoad inſtitutionem fideicommiſſum,& ſucceſſionem,vel legatum,9.

Quoad ſurripientem,amouentem,vel expilantem, 10.

Quoad domicilium,priuilegium,& dignitatem maritorum,11.

Quoad obligationem,& ſtandum in iudicio,12.

1 VXOR dicitur vna caro cum marito,gl.1.in l.quia parentis, 17.ſolut.matr.

Vxor eſt ſocia diuinæ,& humanæ domus,gl.1.in l.hæres viri,de nego.geſtis.l.4. de crimine expilat. hæred.

Vxor non eſt affinis:ſed eſt cauſa affinitatis,gloſſ. 1.in l.non ideò, C. de hæred. inſtitut.

Vxor habens virum inutilem dicitur vidua,glo.2. in l.fin.C.ad leg. Iul. de plagiariis.

Vxor dicitur quædam,etiam tempore mortis mariti,l.item legato,47.§.fi.& ibi gl.ſeparatio, de leg.3.

Vxor cum viro dicitur eſſe vnum corpus,& ea viuente vir eius bonis fruitur, gl. præſcripta,in l.pen.C.de bonis mater.

Vxoris appellatione venit ſponſa,ex interpretatione extenſiua,l.non ſine ratione,5.de bonis,quæ liberis.

Vxor dicitur,quandoque,quæ non eſt vxor, gloſſ. 1.in fin. in l. contra legem, de legibus.

Vxor dicitur domeſtica, ſeu familiaris, & ideò non recipitur in teſtimonium pro marito,gl.1.& ibi add.marg.in l.quicumque,C.de re milita. gl.domeſtica,in l.ſed etſi,§.1.ſi quis cautio.

Vxor non poteſt vendicare maritum, qui ſe in ſeruitutem paſſus fuit venire ob participandum pretium,† glo.cùm ſtatum,in l.ſi ex cauſa,§. Pomponius, de minoribus.

Vxorem ducere ſecum poteſt proconſul ad prouinciam:melius tamen faciet, ſi non ducat ſecum: quia ſi quid vxor eius delinquat, ab eo ratio, & vindicta exigitur,l.obſeruare,de officio proconſulis.

Vxor licèt teneatur lugere maritum:non tamen econtrà,glo.fin.in l. vxores, de his,qui notan. infam.

in Vxore ius,quod eſt,non trahitur ad ſponſam, gl.fi.ibid.

Vxor retinet poſſeſſionem per maritum, & maritus per vxorem, & idem per reliquam familiam,l.ſi mulieri,22. quibus modis vſusfruct.

Vxor ſi habitat in domo mariti,& maritus in domo vxoris,magis videtur habitare iure familiaritatis,quàm pro ſe,& ſuo nomine poſſidere,ibid.

Vxores multæ gaudent de morte virorum ſuorum;intellige de malis:ſed bonæ non gaudent,imò contriſtantur,gl.quia morte,& ibi addit.in l. pater, 110.§. pen.de condit. & demonſt.

Vxor prægnans ſi ventris nomine in poſſeſſionem miſſa fuerit, interim ceſſat collatio: quia antequàm naſcatur poſthumus, non poteſt dici res reduci ad cauſam inteſtati:ſed nato confertur,l.fi.de collat.bono.

Vxor accuſata de morte viri ſi deceſſit nõ ſequuta condemnatione, pœna ademptionis bonorum tranſit ad hæredes mulieris,glo.maieſtatis,in l.ex iudiciorum, de accuſat.

Vxor iuramento patefacit bona hæredibus,gloſſ.iurata,in l.3.§.in exigendis,C. quando,& quibus quarta pars,lib.10.

Vxor non poteſt maritum de adulterio accuſare, etiamſi de matrimonio ſuo violato queri vellet,C. de adulter.

Vxor etiam tempore matrimonij eſt in poteſtate patris, niſi quoad debitum carnis,& quoad operandum,gl.1.in l.ſi vxorem,C.de conditio.inſertis, gloſſ. parentis,in principio,Inſt.de S.C.Tertul.

Vxor alicuius de iure Romano eſt in poteſtate parentis, & non mariti: & ideò 3
non poteſt teſtari,nec codicillari,etiam cum conſenſu patris, glo.parentis, & ibi add.in principio,Inſt.de S.C.Tertul.

Vxor tenetur operari viro,gl.parentis,ibi.l.ſicut patronus, 48.& ibi gloſſ.fin.de operis libert.

Vxor tua verè in ſui,& veri patris poteſtate eſt,quoad vinculum poteſtatis: ſed quoad operandum non,glo.1.& ibi add.margin.in l. quia parentis, 17.ſolut. matrimon.

Vxor debet eſſe in viri ſeruitio,gl fi.in l.libertæ tuæ,8.C.de operis libert.

Vxor ſi habeat bona,præſumitur habere illa ex bonis viri,glo.3.in l. cùm oportet,C.de bonis,quæ liberis.

Vxor quidquid acquirit, in dubio præſumitur acquiſiuiſſe de bonis mariti, vt tollatur coniectura turpis,quæ eſt adulterij,gl.proſpera,in §.1.Inſtit.per quas perſon.

Vxoris res non dicuntur mariti,neque econtrà,l.1.§.ſi vir.ad Senat. Syllan.

Vxoris res inter bona mariti connumerantur,gl.in rub.C.de conducto. & procurat.lib. 11.

Vxor alicuius quando emit aliquàm rem, illa res eſt vxoris,l.3.& ibi gl.pen.C. de fide inſtrum. lib. 10.

Vxor,ſi ſuo nomine emit fundum de pecunia, quam maritus ſoluit, eique poſſeſſio tradita eſt, fundus efficitur vxoris:maritus tamen pecuniam repetit ab ea,quatenùs locupletior extitit,l.multum,C.ſi quis alteri, vel ſibi.

Vxori, vt emeret, ſi pecunia ſit data à marito volente ei donare, ipſaque vxor fundum ſuo nomine emit illa pecunia,eique poſſeſſio tradita eſt,maritus repetit eam pecuniam,gl.2.ibid.

Vxor ſi ſuo nomine emit fundum, & eius maritus volens ei donare ſi ſoluit 4
pretium venditori, maritus ab ea repetit in ſolidum, & pluſquàm facta ſit vxor locupletior,ibid.

Vxor viro mortuo intra annum debet operari ibi,vnde & debet alimentari,glo. fi.in l.ſicut patronus, 48.de oper.libert.

Vxor tenetur viro ad operas:intellige ad operas obſequiales, non ad induſtriales,gl.operari,& ibi add.marg.in l.3.§.ſi quis ſeruum, de ſtatuliber.

Vxor quicquid acquirit conſtante matrimonio,præſumitur quæſiuiſſe de bonis mariti gratia vitãdæ ſuſpicionis turpis quæſtus,l.etiamſi,& ibi gl.fi.C.de donat.inter virum.

Vxor in bonis mariti morientis ſine ſucceſſore præfertur fiſco,gl. 1.in l.1. C.de donatio.inter virum.

Vxor in rebus propriis eſt potior fiſco creditore,etiam ex cauſa officij primipilaris,l.1.C.de priuilegio fiſci.

Vxor in dote,quam dederat marito, non eſt potior fiſco creditore ex cauſa primipilari,gl.pen.ibidem.

Vxor ſoluens fiſco pro marito non ſuccedit in hypotheca fiſci, niſi ei ceſſa ſit actio:& ideò ſi maritus denuò conduxit vectigalia fiſci, potior eſt cauſa fiſci, quàm mulieris,l.3.C.eod

Vxor expilans hæreditatem viri non tenetur crimine expilatæ hæreditatis, d. l. hæres, & ibi gl. 1 & 2.

Vxor, quæ sciente marito amouit res, liberatur, si posteà maritus testamento dixit, se nihil hadere penes vxorem, & ideò eam inquietari hoc nomine nolebat, nisi hæres mariti probet contrarium: scilicet se habere penes vxorem: quod potest probare hæres, nisi testator iurasset, l. Titia, 35. §. Caius, & ibi gl. ostendere, de leg. 2.

Vxor tenetur viro furti actione nomine serui sui, qui surripuit res mariti, l. si quis vxori, 53. de furtis.

Vxor surripiens res mariti simul cum aliquo extraneo, non tenetur ipsa furti actione: sed extraneus sic, ibid.

Vxor expilans hæreditatem viri crimine expilatæ hæreditatis non potest accusari, cum nec furti cum ea possit agi, l. pe. & ibi gl. pe. de crimin. expil.

Vxor ratione furti facti in rebus mariti in vita mariti non tenetur actione furti, gl. 3. in l. de his, quæ, 11. C. de furtis.

Vxor tribus temporibus potest surripere res mariti: scilicet in vita mariti, vel post mortem eius ante apprehensa bona per hæredem, & his duobus casibus non potest conueniri actione famosa: id est furti, † ibid.

Vxor surripiens res mariti post eius mortem, & post apprehensa bona per hæredem, potest conueniri actione furti, ibid.

Vxor si surripiat res mariti post eius mortem ante apprehensa bona per hæredem, & post apprehensa contrectat, tenetur actione furti: quia nascitur actio illa ex vltima contrectatione, ibid.

Vxor defuncti sicut non potest conueniri ab hæredib. mariti defuncti actione furti: ita nec crimine expilatæ hæreditatis, l. quamuis, C. eod. l. 4. C. de crimine expilat.

Vxor defuncti conueniri debet ab hæredib. mariti actione in rem, super rebus, quas de bonis mariti possidet, d. l. quamuis, & d. l. 4.

Vxor surripiendo marito furtum facit, & res efficitur furtiua, licèt actio furti non nascatur, gl. 2. in l. hi, qui. Inst. de oblig. quæ ex delicto.

Reliqua verbo, Actio, 27. vsque 31. & 121. Furtum, 9. 10.

11 Vxor sequitur domicilium, & forum viri, l. exigere, 53. & ibi gl. fi. de iudiciis, gl. 2. in l. 4. §. mulieri, de vsu, & habit. gl. 1. in l. 1. de ritu nuptia.

Vxor alicuius ratione patrimonij dicitur ciuis, non incola, gl. 2. in l. ciues, C. de incolis. lib. 10.

Vxor, quę sequitur virum militantem, gaudet priuilegio mariti, l. 1. C. de vxorib. milit.

Vxori, quæ sequitur maritum militantem, ad exemplum militum subuenitur, non eò quòd ipsæ absint causa reipub, vt milites: sed fauore mariti, gl. 1. ibid.

Vxori, quæ fuit diutissimè cum marito, qui militiæ operam dabat, præscriptio longi temporis non officit cum effectu, cùm restituatur, l. 2. & ibi gl. 2. C. eod.

Vxor militis quando aduersus præscriptionem rei suæ venditæ restituitur emptor, à quo res euincitur, saluam habet actionem ad pretium contra venditorem, d. l. 2.

Vxor militis si domum ad se pertinere monstrauerit, quæ in absentia eius vendita est, refuso pretio à venditore, quod solutum est, eandem poterit recipere, ibidem.

Vxor militis, quæ sequitur virum militantem, si restituitur potest præscriptionem ad vendicandum rem suam venditam, emptor etiam sic restituitur actione euictionis ad pretium, licèt extincta fuerit per præscriptionem actio de euictione, nisi quando ei succurritur extraordinario iure, quo casu non datur actio de euictione, gl. 3. in l. fi. C. eod.

Vxor militis restituitur contra alienationem absente se de re sua factam, refuso pretio à venditore, d. l. fi.

Vxor militis si vult retractare venditionem se absente de re sua factam, si pretium sit versum in eius vtilitatem, debet ipsa re fundere illud, veluti si procurator generalis vxoris dolo malo vendidit rem, faciens alicui gratiam, & pretium in eius vtilitatem conuertit, † gl. fi. ibid.

Vxor principis: id est Augusta habet eadem priuilegia, quæ princeps habet, l. princeps, de legibus.

Vxores clarissimorum, & nobilium continentur appellatione clarissimarum, & nobilium personarum, l. fœminę, de Senator.

Vxori suæ non præstat maritus dignitatem, si alij posteà nupserit, qui sit inferioris dignitatis, pater verò præstat, etiam his, cui nupsit filia, sit inferioris dignitatis, dummodò non sit plebeius, gl. fi. ibid.

Vxor habet dignitatem per virum, glo. plebo, in l. cum secundis, in §. 1, de his, quib. vt indignis.

Vxori per virum fit honor naturaliter: non item econuersò, marito per vxorem, gl. 2. in l. 1. C. de in ius vocando.

Vxor consulis dicitur consularis matrimonio durante, aut eo soluto antequàm nubat viro inferioris dignitatis, gl. coniugi, in §. quantumcumque, in auth. de consulib. l. mulieres, C. de dignitat. lib. 12.

Reliqua verbo, Vir, 43.

Vxor potest rem propriam obligare pro marito, quatenùs ei tenetur occasione meliorationum factarum à marito in ea re, l. 1. §. fi. de pignor.

Vxor pro marito non debet conueniri, rub. C. ne vxor pro marito.

Vxor conueniri non potest ex contractu mariti, siue valeat contractus, siue non, nisi ex intercessione, à qua iuuatur Velleiano, l. 1. C. eod.

Vxor obligatus se cum viro, ipso iure seruatur illæsa iure nouissimo, gl. fi. ibid.

Vxores inquietari non debent ob culpam maritorum, l. 2. C. eod.

Vxoris res pro debito mariti per missionem non occupandæ: tamen si maritus possidebat, vxor debet probare se dominam ad hoc, vt sibi restituantur, d. l. 2. & ibi gl. 2.

Vxor, quæ crediti instrumento consensit proprio viro in damnum suum, vel suam substantiam, aut se ipsam pro eo obligat, ipso iure non tenetur, nisi manifestè appareat pecuniam in ipsius vtilitatem fuisse versam, §. & illud, in auth. vt nulli iudicum. col. 9.

Vxor pro marito decurione conueniri non potest: fallit in primipili vxore, quæ pro eo potest conueniri, & satisfit fisco in dote: sed non in alijs bonis mulieris, l. vxorem, & ibi gl. 1. C. de decurionibus. lib. 10.

Vxor officialis si faciat furtum, maritus tenetur pro furto vxoris, actione, in factum: non verò actione furti: & ita maritus tenetur in pecuniariis pro vxore in criminalibus tamen in ipsam vxorem datur iudicium, † gl. eleganter, in l. obseruare, de offic. proconſ.

Vxor clerici conueniri debet coràm iudice illo, coràm quo debet conueniri maritus: quod procedit etiam in clerici vidua honestè viuente, l. fi. in add. marg. C. de incolis. lib. 10.

Vxor non agit pro iniuria facta viro suo, l. 2. de iniuriis.

Vxores à viris defendi debent, non viri ab vxorib. ibid.

Vxori si fuerit facta iniuria tam ipsa, quàm eius maritus suo nomine: id est mariti potest agere iniuriarum actione, l. eum, qui, 18. §. si empta, eod.

Vxor non habet legitimam defensionem mariti, l. 4. C. de procuratoribus.

Vxor si detineatur ab aliquo, contra detinentem potest maritus agere interdicto de vxore exhibenda ad instar interdicti de liberis exhibendis, l. fin. & ibi gl. 1. C. de liberis exhihend.

Reliqua verbo, Mulier, 76. 77. 78.

X

Xenia non sunt perducenda ad munerum qualitatem, l. solent, de offic. proconſ.

Reliqua verbo, Munus, 1. Esculenta, Poculentum, Sportulæ.

Xenodochivm dicitur locus, in quo peregrini suscipiuntur, & aluntur, vt hospitale sancti Ioannis, gloss. xenodochium, in prin. in auth. de non alienand. rebus Ecclesſ. col. 9. & gloss. xenodochium, in l. illud quod, 16. C. de sacrosanct.

Reliqua verbo, Oratorium.

Xeno dicitur locus, in quo peregrini aluntur, gl. 2. in l. sancimus, 18. C. de sacrosanctis.

Z

Zevma Latinè connexio est, cùm plures sensus vno connectuntur verbo, vt vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia, gl. perituram, & ibi add. marg. in l. si quis, 7. de petit. hæredit.

Zosimvs fuit abbas sanctissimus, & famosissimus in conuersatione, & prope vicesimum, & centesimum ætatis annum agens: pollens autem & animi virtutibus, & corporis operationib. §. sancimus, vers. si verò intra. in authen. de monachis, coll. 1.

SEQVVNTVR VERSVS QVI A GLOSSA ADDVCVNTVR.

TVA res agitur, paries cùm proximus ardet,
Et neglecta solent incendia sumere vires.
Gl.fi.in l.si quis fumo,§.fi.ad legem Aquiliam.
Dat Galanus opes,& sanctio Iustiniana,
Ex aliis paleas,ex istis colligere grana.
Gl.ditissimi,in § nos vero,in proœmio ff.
Qui binos lepores vna sectabitur hora,
Vno quandoque,quandoque carebit vtroque.
Glo.2.in l.fin.C.de assessor.
Non minor est virtus,quàm quærere,parta tueri.
Glo.procurationi,in l.si pater tam.§.fi.de adoptio.
Interpone tuis interdum gaudia curis.
Gl.peragant,in §,tertij, in proœmio ff.
Oderunt peccare boni virtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.
Glo.metu,in l.1.de Iust. & iure.
Mille hominum species,& rerum discolor vsus,
Velle suum cuique est,nec voto viuitur vno.
Gl.multò magis,in l.Barbarius,de officio prætoris.
Inuidiam placare paras virtute relicta.
Gl.pen.in l.nec quicquam,§.fi.de officio proconsulis.
Non est in medico semper releuetur,vt æger.
Gl.non debet,in l.illicitas,§.sicuti,de officio præsidis.
——omne futurum
Despicitur,suadéntque sui præsentia fructum: & illud,
Ad præsens oua, cras pullis sunt meliora,
Gl.1.in l.cùm ij,de transactio.
Nemo diu gaudet sub iniquo Iudice vincens. Cato.
Glo.2.in l.hæredem, de calumniator.
Sicque volens factus,quod nollem velle coactus.
Glo.volui,in l.si mulier,§.pen.quod metus causa.
Si sacerdos peccauerit quis orabit pro eo.
Glo.facere possunt,in l.sed ex dolo,§.1.de dolo malo.
Succedit matri natus per Orficianum,
Inuidiam pariens & contra Tertullianum.
Glo.in rubr.ad Tertullia.Glo. Senatusconsulta, in l.tutelas ,de capitis diminutione.& glo.in rub.C.ad Orficianum.Glo.1.in prin.Inst.de S.C.Orficiano.
Contra verbosos noli contendere verbis. Cato.
Sermo datur cunctis, animi sapientia paucis.
Glo.1.in l.2.de alienat.iudicij.
Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,
Et subito casu,quæ valuêre, ruunt.
Glo.damnum,in l.si debitori, de iudiciis.
Si lino,linio,deplanat,mitigat, vngit, (∴)
Leo,leo,lena,lea, siue leena notentur.
Glo.fin.in l.non est, 4.de inofficioso testam.
Ordine turbato succedis,Bulgare,nato.
Glo.2.in l.nam & si parentibus,de inofficioso testam.
Fertilior seges est alienis semper in agris,
Vicinúmque pecus grandius vber habet:id est habere putatur.
Gl.1.in l.pro hærede,de petitione hæredit.gl.2.in l.1.C.de præscrip. 30.ann.
Tortilis à digitis excidit ansa meis.
Glo.ansam,in l.in rem,§.si quis rei suæ, de rei vind.
Inuidiosus ego, non inuidus esse laboro.
Gl.non inuidiosum,in l.1.C.de caducis.Gl.inuidendũ,in l.4.de vsu,& habita.
Refulsit sol in clypeos aureos,& resplenduerunt montes ab eis.
Glo.præsura,in l.si arborem,16.de seruit.vrban.
Noxia delictum,delinquens noxa vocatur.
Glo.noxia,in l.1.C.si aduersus delictum, Glo. ipsum delictum , in l. 1. si quadrupes pauper,Glo.noxia,in princ.Inst.de noxal.actio.
Pila terit pultes,in bellis pila geruntur,
Est pila pes pontis,pila ludis,pila taberna
Quærit est pilus,pilus est in fronte capillus,
Ad tractum pili mile ruêre pili.
Glo.1.in l.item Mela,ad legem Aquil.
Est rogare ducum species violenta iubendi,
Ac quasi nudato supplicat esse potens.
Glo.quemadmod.in additione marg.de condictione indeb.
Quid domini facient,audent cùm talia fures.
l.apud,in add.marg.C.de furtis.Gloss.quantò minoris,in l.Iulianus,de actionib.emptio.
Casibus in senis mulier spondendo tenetur,
Pro libertate,pro dote renunciet,& si
Decipiat, pretium capiat,caueátque secundò,
Gloss.in l.1.ad Velleian.
Fur,aurum,Virgo,flores,mare,nauta,libellos
Clericus,æquiuocè singula quisque legit.
Glo.2.in l.qui pendentem,26.de actio. empti.
Polypus est piscis,polypus fœdatio naris.& dicitur pe.correpta.
Glo.2.in l.qui clauum,12.de ædilitio edicto.
Sæpè solet filius similis esse patri. & illud,
Non potest arbor mala bonos fructus facere.
Glo.infamare,in l.quòd si nolit,31.§.qui mancipia,de ædil. edict.
Cantat dulce chorus,bacchatur flamine chorus,
Est mensura chorus,locus,& ordo chorus.
Gl.2.in l.cùm eiusdem,34.de ædilit.edicto.
Prona cùm spectant animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit,cælúmque videre. Ouid.
Gl.dignitatem,in l.iustissimè,44.de ædilitio edicto,glo. pen.§.fin.Inst. de iure naturali,& gl.rerum,in §.in pecudum.Inst.de rer.diui.
Igneus est illis vigor,& cælestis origo. de homine Virgilius.
d.Glo.dignitatem.
Conditio,sexus,ætas,discretio,fama,
Et Fortuna,fides,in testibus ista requires.
Glo.inimicitiæ,in l.3.in princ.de testib.
Maior enim mediis gratia rebus fuit: id est medium tene.
Glo.fi.in add.marg.in l.nec supina,de iuris, & facti ignor.
Castratos natura facit,violenta spadones
Efficit improbitas, eunuchos sola voluntas.
l.si serua,40.§.fin.in add.marg.de iuris,& facti ignor.
Patere legem,quam tu ipse tuleris. Cato.
Gl.detulit,in l.iusiurandum,34.§.ait prætor,de iureiur.
Collegas facit officium, socios labor vnus,
Sed comites iungit comitiua,& mensa sodales.
Add.marg.super rubr.pro socio.
Vota viri captant, quæ iam captanda putabant,
Quos faciet iustos ignis, & vnda viros.
Glo.pen.in l.pen.de donatio.inter virum.
Quod non est simulo,dissimulóque quod est.
Glo.dissimularet,in l.5.§.ex hoc rescripto,de ventre inspiciendo.
Qui malè agit,odit lucem.
Gl.aptiores,in l.1.§.tria lumina,de ventre inspiciendo.
Segniùs expedient commissa negotia plures.
Gl.1.in §.sed ex testamento.Inst.de satisd.tuto.Gl.faciliùs, in l.3.§. quamuis, de administr.tutorum.
Anguibus exuitur tenui cum pelle vetustas.
Nec faciunt ceruos cornua iacta senes.
Glo.fin.in l.2.§.fin. de vulgari.
Nihil Catilina Cethego. Iuuen.
Gl.fi.in l.quidam Titium.si quis omissa caus.gl.1.in l.quæro,de iure patro.
Nulla pestis efficacior est ad nocendum, quàm familiaris inimicus.
Gl.à domesticis,in l.1.ad Syllan.
Vsus & arbitrium est,& vis,& norma loquendi. Horat.
Gl.fi.in l.legatis.63.§.fi.ad Syllan.
Saluia,serpillum,piper,allia,sal,petrosillum
Ex his fit salsa,nisi sit sententia falsa.
Gl.1.in l.quidam,de tritico,vino, oleóque.
Multa renascentur,quæ iam cecidêre,cadéntque,
Quæ nunc sunt in honore vocabula,si volet vsus,
Quem penes arbitrium est,& vis,& norma loquendi. Horat.
Gl.mutatam,in l.Labeo,de supellectili legata.
Cùm fueris fœlix multos numerabis amicos,
Tempora dum fuerint nùbila,solus eris.
Gl.2.in l.rem legatam.de adimend.legatis.
Nam de mille fabæ modiis si surripis vnam,
Est leuius damnum tibi,non facinus minus esto.
Gl.eadem,in l.si proprietarius,22.de damno infecto.
Quidquid plantatur,seritur,vel inædificatur,
Omne solo cedit,radices si tamen egit.Gl.inædificatur,in l.adeô, §.cùm de acq.rer.domin.gl.iure,in l.2.C.de rei vind.gl.ædificia,in §.cùn [illegible] lo,Inst.de rerum diuisione.
Omne,quod vndique suis partib.circumscribitur,viuere,vno spiritu dicit Seneca,Gl.spiritu,in l.rerum mistura,30.de vsucapionib.seu vsurpat
Pendo,do pœnam,dum pendeo,suffero pœnam,gl.fi.in auth. [illegible] ciis,Gl.pendere,in l.seruus,19.de actio.& oblig.
Arma,virúmq;cano,l.quæ extrinsecus,65.de verb. oblig.
Visus,& alloquium,tactus,post oscula, factum.
Glo.in ipsis,in l.quod ait,23. de adulteriis.

Terræ,ad quam pergis,cape mores,quos ibi cernis.
gl. in l.3.de munerib.
Sanguinis in pœnis, niſi mœchus tranſigit omnis,
In reliquis nulli liceat, niſi crimine falſi.
gl.fi.in l.tranſigere. C.de tranſactio.
Hunc, Macrine,diem numera meliori lapillo:id eſt die.
gl. 1.in l.1.C.de errore calculi.
Exiguum munus dum dat tibi pauper amicus,
Accipito placidè,& plenè laudare memento.
gl.habeat,in l.quiſquis,6.C.de poſtulando.
Iſtud iuretur,quòd lis ſibi iuſta videtur:
Et ſi quæretur verum, non inficietur.
Nihil promittetur,nec falſa probatio detur,
Vt lis tardetur,dilatio nulla petetur.
gl.contradicendum,in add.§.1.Inſt.de pœna temere, gl. exiſtimat.in l. fi. qui obſeruare.C.de iureiur.propter calum.
De vultu tuo,Domine,iudicium meum prodeat,& oculi tui videant æquitatem,
gl.præſidio,in l.rem non nouam.C.de iudiciis.
Nolite iudicare , & non iudicabimini ; qua menſura menſi fueritis , remetietur vobis,gl.iudicabunt,in d.l.rem non nouam.
Sub iudice lis eſt.Horat.
gl.fi.in l.1.C.de pigno.actione.
Diſcant illuſtres ſtipulari poſſe trientes,
Et mercatores ſibi poſſunt quærere beſſes,
Quærere ſemiſſes poſſunt communiter omnes,
In traiectitia poterit centeſima quæri.
gl.1.in l.fi.C.de fiſcalib.vſuris,lib.10.gl.præcedentib. in l.eos. §. ſuper. C. de vſuris.
De hac re quid ad rhombum:id eſt nihil intereſt : vel de hac re nihil agitur, gl. 3.in auth.licèt.C.de naturalib.liberis.
Facilis deſcenſus Auerni,
Noctes,atque dies patet atri ianua ditis,
Sed reuocare gradus,ſuperáſque euadere ad auras,
Hoc opus,hic labor eſt.
gl.fi.in l.2.C.de libertis.
Falcidiam ceſſare facit pars debita maris,
Dos,miles,vetitum,libertas,ſponte ſolutum,
Res vetitæ vendi,pietas,& chartula,crimen;
Ac hæres ſi non facit inuentaria,ſubſit.
gl.fi.in add.in §.fi.Inſt.de lege Falcid.
Annua ſi debes,tunc inſpicias caput anni,
Anno ſi debeas,in fine teneberis anni.
gl.1.in l.1.C.quando dies legati cedat,gl fi.in §.pen.Inſt.de inutilib.
Non bene conueniunt, neque in vna ſede morantur,
Maieſtas,& amor,ſceptri grauitate relicta.
gl.minimè,in l.1.§.illud.C.de Latina libert.tol.
Maior ſponte ſciente contra ſe vbi ius ſit,& hoſtis.
Nec naturali rei fauor,aut ius,fraúſve repugnet.
gl.fi.in fi.in l.1.C.de confeſſis.
Cautio priuata iam trino teſte notata,
Hoc ius eſt nacta,quòd cautio publica facta,
gl.fi in l.reſcripturas,11.C.qui potiores.
Non faciunt molles ad fera bella manus:id eſt non conuenit,gl.fi. in l. 3. C. de exceptio.
Pœna poteſt demi,culpa perennis erit:id eſt fama mala.
gl.fi.in l.fi C.de abolitione generali.
Qui ad vtrumque officium feſtinat,neutrum bene peragit.
gl.2.in l fi.C.de officio aſſeſſor.
Pignora natorum dicuntur pignora rerum,
gl.pignoris,in l.4.C.de decurio.
Conſilio pollet,cui vim natura negauit,
gl.2.in l.1.C.qui morbo ſe excuſa.lib.10.
Diſcere ſi quæris, doceas,ſic ipſe doceris.
Nam ſtudio tali tibi proficis,atque ſodali.
gl.fieri,in l.1.C.de excuſat.artificium,lib.10.
Sternitur æquiuocè mare,lectus,aſellus,& hoſtis.
gl.1.in l.1.C.de ſtratorib. lib. 12.
Fit res dotalis nummis dotalib.empta,
Fit pupillaris nummis res empta pupilli,
Et ne conuertas,idem de milite credas.
gl.nominatim,in c.1.§.ſin autem.de his,qui feud.dare poſſunt.
Vſu,ſine rei mutuatæ venditione:
Si conductorem iuſſi deponere,rerum
Clauibus,& chartis,mea ſi conduco ſcienter:
Quamuis non aliter detur,poſſeſſio tranſit.
gl.3.in c.1. de conſuetudine recti fendi , gl. transfert. in add.in §.item ſi quis quis merces.Inſtit.de rerum diuiſione.
[illegible] fortuna volet,fies de rethore conſul,
[illegible] hæc eadem,fies de conſule rhetor.
[illegible] conceſſerimus,in extrauag.de pace Conſtantiæ.§.priuilegia.
[illegible]atis ſunt,quæ fortiter fiunt:quæ verò vtilitate reipub.
[illegible] æterna ſunt:ô quàm magna,& indelebilis fama,
[illegible] honor.
[illegible] in d.extrauag de pace Conſtant.§.fi.
[illegible] us,medius ſpectabilis;imus.
[illegible] lariſſimus eſſe probatur.
[illegible] xponitur omnibus iſtis.
[illegible] l.in §.cúmque,in procem.Inſtitutionum.
[illegible]
[illegible] in d.§.cumque.

Vinea culta fuit,cultores præmia quærunt,
Non labor æqualis,æqualia dona fuerunt,
Sic Deus oſtendit,& quandocumque veniemus,
Accipiamur iter,certi de munere ſumus.
gl.in principio.Inſt.de Iuſt.& iure.
Cùm ſit pœna grauis,cognoſcere,quæ via nauis,
Vel colubri,vel auis,pueri grauior via quauis.
gl.auerti,in §.his igitur.Inſt.de Iuſt.& iure.
Qui vadit planè,vadit ſanè.
gl.maturiùs,in d.§.his agitur.
Grata ſuperueniet,quæ non ſeparabitur hora:id eſt caſus,vel euentus.
gl.hora,in §.hinc nobis,in auth.de hæredibus,& Falcid.
Peccando peccare docens,hic peccat in ſe,
Qui reus eſt,& in hos,quos facit eſſe reos.
gl.quod magis,in §.eos autem,in auth.vt iudices ſine quoquo.
Fallit iurantem iuratio facta per artem.
gl.3.in auth.iuſiuran.quod præſtatur.in principio.
Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum.
gl.exemplum,in §.titulos,in auth.de mandatis principum.
Caſus dementis correctio fit ſapientis.
d.gl. exemplum.
Vix ſine menſura durabit regia cura.
gl.immoderationes,in §.deinceps.in auth.dè nuptiis.col.4.
Impedit ira animum ne poſſit cernere verum.
gl.& indiſcuſſos,in auth.de appel.& intra quæ tempor.in principio.
Medio tutiſſimus ibis.
gl.medium,in §.1.in auth.de conſulib.col.4.
Qui ſimulat verbis,nec corde eſt fidus amicus,
Tu quoque fac ſimile:ſic ars deluditur arte.
gl.arte,in §.illud quoque,in auth.de exhiben.reis.col.5.
Non frater fratri,cùm furor ille venit,
Igneus ille furor neſcit habere modum;furor:id eſt amor.
gl.vehementiùs,in §.illud quoque in auth.quibus mod.naturales effi.legit.
Conſulo te quærens, tibi conſule conſilium dans,
gl.conſultus,in §.fi.Inſt.de iure perſonarum.
Arrogo qui ſuus eſt:ſed habet meus eſſe neceſſe,
Patris adopto ſuum:ſed patris permanet idem.
gl.arrogatio,in principio.Inſt.de adoptio.
Qui deportantur,ſemper pœna cruciantur,
Pœna relegati eſt ad tempus,atque perennis.
gl.retinent,in fi.in §.cum autem.Inſt.quibus mod.ius patriæ poteſtat.
Suſpicio,crimen,mors,conditio,ſtatus,ætas,
Tempus,cauſa,ſolent tutelæ ponere metas.
gl.in rub.Inſt.quib.mod.tutela finiatur.
Vtilitas,incommoditas,pietáſque neceſſe
Res alienari permittunt Eccleſiarum.
gl.excepta,in add.in §. ſacræ.Inſt.de rerum diuiſ.
Intima per mores cognoſcimus exteriores,
gl.deſierint,in §.patronum.Inſt.de rerum diuiſ.
Quinque modis perdo, mihi quæ donata fuêre,
Infero ſi damnum grauiter donantis in ære,
Huic per me ſi ſit atrox iniuria facta,
Si ſit perſona manuali vulnere tacta,
Quando ſuæ vitæ crudeliter inſidiabor,
Ingratus domino re donata ſpoliabor,
Ingratum factum,dic me,cùm fregero pactum.
gl.ex cauſis,in add.in §.aliæ autem.Inſt.de donatio.
Coniux, Eccleſia,furioſus,mentéque captus,
Prodigus,atque minor;exiſtens ſub patre natus,
Aduerſans fidei,maieſtatis reus;iſti
Res alienare proprias de iure vetantur.
Prætacto debet ſub iure decurio ſcribi,
gl.conuertatur,in add.in principio.Inſt.quib.alien.licet.
Princeps,Auguſta,iudex,ac officialis,
Tutor,curator,procurator,fluuiúſque
Creditor,exactor,prælatus,ſeruus habentur,
Hi numero bis ſex alienantes aliena.
gl.alienari,in add.in §.contrà autem.Inſt.quib.alienare licet.
Eſt modus in rebus,ſunt certi denique fines,
Quos vltra,citráque nequit conſiſtere rectum.
gl.in rub.Inſt.per quas perſonas nobis.
Error communis ius efficit,vt manifeſtat
Teſtificans ſeruus,qui liber creditur eſſe.
gl.omnium.in add.in §.ſed q[illegible]m.Inſt.de teſtam.
Enſis,matricula,necnon iuratio,ſtigma,
Ac examen erunt iſt hæc in milite ſigna
Vilia,nec debet tractare negotia miles.
gl.in rub.Inſt.de milit.teſta.
Actio,lis,author,forus,arbiter,vltima velle,
Quæſtio diſcre.ſen.inſtan.diſcuſſio,poſſe:
Pernicies,pœna,proceſſus iudicialis.
gl.iudicium,in add.in §.prætereà,Inſt.quib.non eſt permiſſum.
Prodigus eſt animi vitio retinenda profundens;
Qui retinet danda cupidè,cenſetur auarus,
Largus,qui ſumptum facit ex ratione libenter.
gl.1.in add.in §.item ſi prodigus.Inſt.quib.non eſt permiſ.facer.
Teſtari nequeunt impubes,religioſus,
Morti damnatus,& ſub patre filius,obſes,
Prodigus,& ſtultus,dubius,ſeruus,furioſus,
Crimine damnatus,cum muto ſurdus,& illum,

Qui maiestatem læsit, vtcunque iungas.
gl.fi.in add.in §.fi.Inst.eod.& gl.1.in add.in l.4.de testamentis
Bis septem causis exhæres filius erit,
Si patrem feriat, vel maledicat ei,
Carcere detrusum si negligat, ac furiosum,
Criminis accuset, aut paret insidias.
Si dederit grauia sibi damna, nec hoste redemit,
Testari prohibet, aut dat arena locum,
Si prauos sequitur vel amat genitoris amicas,
Non orthodoxus, filia quando coit:
Sed pater ex septem si nati spernat honorem,
Hunc accusabit, dira venena dabit.
Testari vetat, aut vxorem diligit eius
Non redimit captum, dum sunt, odit eum:
Pellitur à fratre frater causis tribus, vt si
Arguit hunc sceleris, vel ei vult tollere vitam,
Vel si iacturam rerum sibi mouerit vnquam.
gl.fi.in add.in §.fi.Inst.de inofficioso testam.
Scito quòd, vt, modus est; Si, conditio: quia causa.
gl.fi.in §.longè magis.Inst.de legatis.
Matri dat mœstæ geniti bona Tertullianum.
Filij, maternas tibi res dabit Orficianum.
gl.in rub.Inst. de S.C.Tertul.
Militat in teneris annis amor hospes amœnus,
Est in canicie ridiculosa Venus,
gl.pe.in add.in §.fi.Inst.de success.sublatis.
Segniùs irritant animos demissa per aures,
Quàm quæ sunt oculis subdita fidelibus.
gl. per aures, in §.fi.Inst.de gradib.cognatio.
Verba ligant homines, taurorum cornua funes.
Cornu bos capitur, voce ligatur homo.
gl.iuris, in principio.Inst.de oblig.
Res periit tota, tunc nihil dabit emphyteota,
Si pro parte periit, non ita liber erit,
gl.pe. in §.adeò.Inst.de locatione.
Empti, conducti, mandati, depositíque,
Pignora, ciscundæ, communi, pro socióque,
Dotis, & hæredis tutelæ, commoda gestor,
Præscriptis, verbis, si permaneat, atque licetur,
Ista bonæ fidei sunt, stricti cætera iuris,
gl.1.in §.actionum, Inst.de actionib.
Qui videt vtilius, & sumit deteriora,
Absit ei radius luminis absque mora.
gl.2.in §.cæterùm.Inst.quod cum eo, qui in aliena potest.
Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Si sis affinis, vel forte coïre nequibis,
Hæc socianda vetant, connubia facta retractant.
gl.enumerari, in add.in §.illud.Inst.de nuptiis.
Vis priuata rerum deponit ab ordine rerum,
Sed deportatur si vis armata probatur.
gl.de vi, in §.recuperandæ.Inst.de interdictis.
Iudice damnatos infames reddit vbique,
Quod vi diripitur, iniuria furta, dolíque,
Actio mandati, tutelæ, depositíque
Directo, si pro socio, communis vtrique.
gl.directis, in add.in §.pe.Inst.de pœna temerè litigan.
In personali post menses quattuor, in re
Protinus est omnis sententia perficienda,
Sic in criminibus; sed casus excipe quinque,
Confessus, prægnans, iratus, & insula, seruus.
gl.in præsenti, in add.in §.1.Inst.de officio iudicis.
Consule, mense, die, coram prætore professus
Te deferre reum, crimen, læta, pone sodalem,
Et licèt hora, dies: non tempus prætereatur,
gl.& in instituendis, in principio.Inst.de publicis iudiciis.
Mucro latens sica, sicarius inde vocatur.
gl.à sica.in §.item lex Cornelia, Inst.de publicis iudiciis.

FINIS.



